k ¶ *Huiuſmodi.*] ſcilicet editas poſt volumen Gregorij noni.

l ¶ *Contrariæ.*] quod in iure reperiri non debet.vt ſ̃.in proœ. Greg.ix.& C.de vet.iu.enuc.l.tanta.

m ¶ *Abbreuiatis.*] vt eſt videre in Decr.Greg.ix.j̃.de decim.c. j.quæ per longiora verba extrauagabatur. & incipiebat,Grauem nobis.cum ſimilibus.

n ¶*In toto,*] vt patet in Decret.Innocentij 4.quæ incip.Graue nimis.quæ per breuia verba ponitur.ne cle.vel mo.c.2.& per decret.quæ olim incipiebat,Sicut dilecti.quæ per breuia verba ponitur.j̃.de elect.ſtatutum.& in decr.j̃.de teſtam.c.j.quæ olim incipebat,Ioannes Frangiapani.Extrauagans Innocent. iiij,maxime in tex.& multæ ſunt ſimiles.Ioan.And.

o ¶ *Mutatis.*] 1 j̃.de reſcr.ſtatutum.

p ¶*Correctionibus.*] vt j̃.de hær.quicunque.ad fi.vt ibi dicam. Ioan.Andr.

q ¶ *Detractionibus.*] vt j̃.de reſcr. c.j.ad fi. & de teſti.c.2.ad fi. & dupliciter. j̃.de ſent.excom.quia periculoſum. vt in omnibus his dicam.

¶*Additionibus.*]vt j̃.de reg.non ſolum.vt ibi dicam.Idem eſſet videre in decret.j̃.de præb.ſi pro clericis pauperib.& j̃.de conc.præ.ne captandæ.ver.licet.& in decr.executor.ver.poteſt tamen.habito reſpectu ad antiquas,vnde tractæ fuerunt.

s ¶*Vidimus.*] ſ̃.de conſan.& affi.non debet.

t ¶ *Correctionem morum.*] quia hoc ſolum bene agitur,vt vita hominum corrigatur.23.q.5.prodeſt,circa fi. & Imperator dicit,Legibus noſtris mores intendimus corrigere. C.de ſecun. nup.l.j.ad idem 46.diſt.c.1.ibi,Ne eum elatis moribus,&c. & ſ̃.de vit.& hon.cler.vt clericorum.

u ¶ *Titulis.*] Nota,rubricas eſſe Authenticas:2 ad hoc de pœ. diſt.j.c.hæc autem verba. in gl.1.ſ̃.ne ſed.vac.c.1.vt eccl.ben. c.1.ff.quod quiſque iu.l.1.Item no.rubricas de textu:per quod collige,ſcriptorem,qui promiſit textum ſcribere, illas ponere debere.

¶ *Gloſ.ſeq. recitetur per quæſt. quare numerus ſenarius dicatur perfectus. Primo dat duas ſolutiones, quas non approbat: ponit tertiam quam approbat.*

z ¶*Perfect⁹.*] vt 35.q. 4.c.vnico.Sex enim ætatibus mundi generatio & hominis ſtatus finitur,vt ibi. Prima enim ætas in homine, eſt Infantia,quę durat vſque ad 7.annum. Secunda, Pueritia, vſque ad 12,vel 14.annum. Tertia, Adoleſcentia,vſq; ad 25.Quarta,Iuuentus,vel virilis ætas, vſque ad 50. Quinta, Senectus, vſque ad 70. Sexta abinde. Et dicitur Senium,aliarum ætatum terminus. C.de ſacroſ.ec,vt inter diuinum.Sic & ſex ſunt generationes mundi.Quarum prima ab Adam vſque ad Noe.(In 3 hac fuit inſtitutio, & lapſus generis humani.)Secunda,vſq; adAbraham.(In 3 hac fuit generis humani deſtructio per diluuium & renouatio.) Tertia, vſque ad Dauid. (In 3 hac fuit circuncifionis,& legis conſtitutio.)Quarta,vſque ad tranſmigrationem Babylonis.(Floruit 3 lex in hac ſub regib.& prophetis.) Quinta,vſq; ad aduentum Chriſti. (Fuit 3 in hac populi captiuatio,& redemptio.)Sexta vſque ad finem ſeculi.(Sub 3hac humani generis redemptio.) Eſt autem ad hoc ſimile ſ̃.de conſan,nõ debet.de conſec,di.4. de trina. Sed licet ſint bonę iſtæ ſimilitudines:non tamen inferunt ipſum ſenarium numerum fore perfectum.Vnde dic ſecundum Arithmeticos, quatuor eſſe generationes numerorum:Prima,quæ incipit ab vno,& durat vſque ad decem,& dicitur iſta numerorum monadicorum,à monos,quod eſt,vnũ. 16.q.1.placuit.2.quia ab vno incipit. Secunda dicitur,decadicorum,à decade,quod eſt x,& durat vſque ad centum. Tertia dicitur,centedicorum, & incipit à centum, & durat vſque ad mille. Quarta dicitur,milledicorum,à mille incipiens,& durat vſque ad infinitum.Ex his quatuor generibus numerorum eſt reperire alios perfectos,paucos tamen:alios imperfectos. Et ex imperfectis eſt reperire alios diminutos,alios abundantes. Dicitur autem numerus perfectus, qui conſtat vel reſultat præciſe ex omnibus partibus ſuis aliquotis ſimul aggregatis. Eſt ergo videndum, quæ ſunt partes aliquotæ,& quæ non ſunt partes aliquotæ. Sunt partes aliquotæ, quæ aliquotiens ſumptæ reddunt ſuum totum præciſe,i.nõ plus nec minus;vide hoc in ſenario,qui eſt primus perfectorum, & ſolus inter monadicos perfectus. Nam ſex vicibus vnum, ſex ſunt, ter duo,ſex ſunt:bis tria,ſex ſunt. abinde non ſunt partes aliquotæ: quia quatuor aliquotiens ſumptum faceret octo vel plus:ergo omnes partes aliquotæ ſunt hæ:vnum, duo,tria;ſed vnum,duo,tria,faciunt ſex; ergo ſenarius numerus eſt perfectus ſecundum diffinitionem ſuperiorem, quæ habet, ꝙ numerus perfectus reſultat præciſe ex omnibus partibus ſuis aliquotis ſimul aggregatis.Vide in alio numero perfecto.In genere enim decadicorum alius & ſolus numerus eſt perfectus, ſcilicet,28.tolle partes, ſcilicet dimidiam, & citra. ff.de verb. ſignifi.nomen.§.1.& j̃.de decim.c.1. quia vltra dimidiam non eſſet reperire aliquotas,vt ſ̃.dixi. Quatuordecim,eſt pars aliquota: quia bis ſumptum,facit 28.Tredecim 12.11.10.9.8.non

† In dubio iuris,ſi princeps ẽ pñs cõſulẽd⁹ ẽ, aliter nõ v; actus, vide l. cũ de nouo.C.de ll.

† Aliàs,afferentes.

† Ebreduñ.

†Do.not.ꝙ Doc.vocari pñt mgri. gl.3.ĩ cle.cũ ſit. de ma. ego addo tex.ĩ l. q̃b.ꝑ cipua. ff.de ver.ſi. Fon.

†No. ꝙptãs cõdẽdi legẽ ẽ delegabilis.Do.Fon.

1De his verbis, mutare corrigere, addere, vid Mod.ĩ l.edita.C.de ed. Fon.

2 ꝗ rubricis h⁹ vol. & legũ intellige in rubricis decreti ſi ẽ verũ. ꝗ hoc not. Ioan.3. q.9.chartæ. ĩ rub.& ĩ §. hæc aũt verba.hic al.Et de hoc ĩSp. ꝗ diſp.& al. in fi. Io.An.

† Alias ita: virorumq; ſubditorũ quietem.

†Cõſule Euclidẽ&alios mathematicos, ex q̃b⁹ intelliges cur numer⁹ ſenarius dicatur perfect⁹. add Macrob.li.j.c.6 in ſomniũ Scipionis.

3 Quæ ſunt parentheſi incluſa, ex lect. Io.An. huc fuerũt tranſlata ad gloſſæ declarationẽ.

ſunt partes aliquotæ de 28. quia aliquoties ſumptæ, non inferunt præciſe ſuum totum: ſed plus vel minus. Nam 13. bis ſumptum, facit 26. ter ſumptum facit 39. & ſic plus vel minus; & ſic de ſingulis. Septem, eſt pars aliquota: quia quater ſumpta infert ſuum totum. Sex, & quinque ſingulis non ſunt partes aliquotæ. Quatuor vero, eſt pars aliquota: quia ſepties ſumptum infert ſuum totum. Tria, non eſt pars aliquota: ſed 2. & 1. bene ſunt partes aliquotæ: quia 14. vicibus duo, facit 28. & 28. vicib. vnum facit 28. ergo reſtat, ꝙ omnes partes aliquotæ đ 28. ſunt 14. 7. 4. 2. & 1. ſed ex his aliquotis ſimul aggregatis reſultat p̄ciſe totum: quia 14. 7. 4. 2. & 1. faciunt 28. Ergo ſecundum diffinitionem ſuperiorem 28. numerus eſt perfectꝰ. & ſic etiam de aliis perfectis. Computaui autem de iſto, vt melius intelligeretur dictum de ſenario. Ex imperfectis dixi ꝙ alij ſunt diminuti: de quibus ſolet poni exemplum in octonario, tres enim ſũt partes *aliquotæ* de octo: *ſcilicet* 4. 2. & 1. *ſed* 4. 2. & 1. faciũt 7. & ſic eſt imperfectus diminutus. Vide in quaternario, cuius duæ ſunt partes aliquotæ: ſ. 2. & 1. quia bis 2. 4. & quater vnum, quatuor. Sed 2. & 1. faciunt 3. *ergo eſt quaternarius* numerus imperfectus diminutus. Vide in ix. cuius etiam duæ tantum ſunt partes aliquotæ: ſc. 3. & 1. ſed 3. & 1. faciunt 4. *& ſic eſt imperfectus diminutus. In imperfecto abundanti ſo*let exemplum poni in duodenario, cuius aliquotæ ſunt 6. 4. 3. 2. & 1. ſed iſtæ aliquotæ ſimul aggregatæ reddunt plus, quàm *totum: ſcilicet* 16. ergo eſt *imperfectus abundans*. Vide in 20. cuius partes aliquotæ ſunt 10. quinque, quatuor. 2. & 1. quæ ſimul aggregatæ reddunt plus, quàm totum: ſcilicet 22. & ſic eſt numerus *imperfectus abundans*. Hæc late & clare *etiam* computando poſui, vt bene intelligatur hoc, quod non eſt de materia Iuriſtarum.

† Aliàs ita: in eccleſiaſticis rebus agendis.

† hoc

† Nota tex. hic iũcta ſuꝑſcriptione quod ſcholares & Do. ſimul faciũt vniuerſitatẽ. Do. Phil. Fon.

† Not. ꝙ dictio, p̄ter, ſequens negatiuam includit. Do. hic. Ro. cõſ. 328. Fõt.

ADDITIO. Iſidorus libr. 3. etymolo. breuiſſime hæc ponit. Vide quod not. de hære, ad noſtrum. in Clem. in gl. 6. Io. And.

a ¶ *Nec ſine cauſa,* ] Antipophora eſt. reſpõdet enim tacitæ quæſtioni, qua quæri poſſet; quare non mandabat iſtas Decretales poni in antiqua compilatione Gregorij ſub ſuis titulis,

b ¶ *Prædeceſſorũ.* ] Inn. 4. & Greg. x. ſcripſerunt enim hi in proœmiis ſuis doctoribus & ſcholaribus, vt decretales, quas mittebant ſub ſuis titulis, prout exprimebatur in ipſis, inſeri facerent: vnde quidam faciebant ipſas ſcribi in fine titulorũ compilationis Gregorij: & iſti ſeruabant mandatum. Quidam faciebant de eis volumina: & iſti non ſeruabant mandatum ipſorum, vt hic patet. Io. And.

c ¶ *Promulgabant.* ] leges inſtituuntur, cum promulgantur. 4. diſtin. §. leges.

d ¶ *Infinitos.* ] omnes, ſ. editos ante huius lib. compilationem.

e ¶ *Laboribus.* ] No. maximos labores eſſe in libris ſcribendis: & eſt contra ſcholares, q ſemp dũ ſunt in ſtudio, faciunt ſcribi libros dum laborare deberent ad ſtudium. laborib. enim talib. & expenſis parcendum eſt. de do. & cont. finem, Ioan. And.

f ¶ *Vniuerſitati.* ] concluſio.

g ¶ *Maturitate.* ] quod fieri debet, vt 35. q. 9. Apoſtolicæ. ſ̃. de reſcript. ad audientiam. 1.

h ¶ *Bulla.* ] Aliàs non creditur eſſe mandatum Principis, vt 97. diſt. nobiliſſimus. vbi de hoc. & C. de man. prin. l. vna. 1

¶ *Gl. ſeq. dat duas remiſſiones.*

i ¶ *De cætero.* ] Conſtitutio ergo reſpicit futura. Quid de pendentib. dicam j. de elec. licet canon. Quando incipiant ligare, conſtitutiones huius 6. libri, dicam in fi. huius libri ſuper data.

1 Immo ẽt p teſtes, pbari pt. Do. hic, & latiꝰ Barb. in proœm. Clem. Fon.

k ¶ *Scholis.* ] hoc expone, vt not. in proœ. Gregorij.

l ¶ *Reſeruantur.* ] ſicut decret. exiit qui ſeminat, reſeruata, j. de ver. ſig. & conſtitutiones omnes, quæ editæ ſunt ſuper negotio hæreticæ prauitatis, nõ contrariæ conſtitutionibus huius libri, vt j. de hær. c. vl. in fi. Idem poſſet dici de reuocatoriis, de quibus j. de preb. c. pe. & antep. & de conceſſ. præb. c. vlt. Io. And.

m ¶ *Voluminis.* ] ſ. cõpilationis Greg. ix. Et ſic vides hodie per hunc finem, ꝙ decretalis, paſtoralis. ſ̃. de fi. inſtr. non habet locum in decretalib. editis poſt compilationẽ Gregorij ix, & ante hũc librum: ſed poſſet habere locũ in Decretalibus Bonifacij, editis poſt compilationem huius ſexti libri, & in omnibus per eum vel eius ſucceſſores edendis.

Decretalis, paſtoralis. de fid. inſtr. quando habeat locũ.

adiuncto numerum comprehendens, perfectam in † rebus agendis formam tribuat, & in moribus diſciplinam. ¶ Nec ſine cauſa [a] morem prædeceſſorum [b] noſtrorum (qui cum conſtitutiones aliquas promulgabant [c] nouiter, eas mandabant ſub antiquarum ſerie ſituari) omiſimus in hac parte ſeruare: hæc † enim fecimus, ne infinitos [d] libros deſtrui, & alios non ſine maximis diſpendiis, laboribus, [e] & expenſis de nouo fieri oporteret. ¶ Vniuerſitati [f] † veſtræ igitur per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus librum huiuſmodi cum multa maturitate [g] digeſtum, quem ſub bulla [h] noſtra vobis tranſmittimus, prompto ſuſcipientes affectu, eo vtamini de cætero [i] in iudiciis, & in ſcholis: [k] nullas alias, præter † illas, quæ inſeruntur, aut ſpecialiter reſeruantur [l] in eo, Decretales aut Conſtitutiones, à quibuſcunque noſtris prædeceſſoribus Romanis Põtificibus poſt editionem dicti voluminis [m] promulgatas recepturi vlterius, aut pro Decretalibus habituri.

## TITVLVS I.

## De ſumma Trinitate & fide catholica.

¶ Gregorius decimus in generali concilio Lugdunenſi,

¶ *Spiritus Sanctus æternaliter à Patre & Filio, tanquam ab vno principio, & vnica ſpiratione, procedit. Ioan. And.*

## CAP. VNICVM.

Fideli [n] † ac deuota profeſſione [o] fatemur, quòd Spiritus Sanctus æternaliter [p] ex Patre & Filio, ...

DE SVMMA Trinitate, & fide catholica.

¶ *Glo. ſeq. quærit, an rubricæ huius voluminis ſint continuandæ: & determinat, ꝙ non, aſſignans rationem. Do.*

† Vide Magiſtrum, & ibi Doct. Theologos lib. j. ſent. diſt. 11. & 12. & B. Tho. part. 1. qu. 36. art. 2. & 4.

HVius ſexti libri rubricæ iudicio meo continuandæ non ſunt: 2 ratio eſt, quia ſecundum hoc, ꝙ occurrebant aliqua addenda, mutanda, detrahenda, vel corrigenda: ſic addita, mutata detracta, vel correcta fuerunt habito reſpectu ad compilationem antiquam, & ipſius rubricarum ordine hic retento: ſed nihil in titulo volebat addere vel mutare, illo omiſſo tranſibat ad ſequentes: vnde, ſecundum rei veritatem, decretales huius libri in compilatione antiqua debebãt ſub ſuis titulis collocari, ſed omiſſum fuit ex cauſa, vt ſ̃. in proœ. ver. nec ſine cauſa. De iſtius tamen rubricæ continuatione & materia, dic vt no. Ber. ſ̃. e. tit.

2 Cõcordat Arc. q ẽt illas nõ cõtinuat. ſed Io. Mo. cõtra. q cõiter illas continuat: qđ ñ placet nec fuit illa intentio auctoris p rõnẽ q̃ ſeqtur ĩ hac gl. Io.

Fideli. Errore Græcorum, qui dicebant, Spiritum Sanctum procedere à ſolo patre, extirpato per canones: de quo, de conſecr. diſt. 5. c. pen. & vlt. Adhuc quidam in errores alios inciderunt, 3 negantes Spiritum Sanctum æternaliter proceſſiſſe à Patre & Filio, aliis dicentibus, ꝙ ab vtroque procedebat, nõ tanquam ex vno principio, ſed tanquam ex duobus principiis, & duabus inſpirationibus, Gregorius x. in generali concilio Lugdun. primo ponit cõfeſſionem ſuam, quam etiam dicit ſanctæ Romanæ eccleſiæ, catholicorum Patrum, Græcorum Doctorum & Latinorum obſeruantiam & doctrinam: ſcilicet, quòd Spiritus Sanctus æternaliter à Patre & filio, & tãquam ab vno principio, & vnica ſpiratione procedit. Demum reprobando, damnat omnes, qui præmiſſa negare vel contrarium aſſerere præſumpſerint.

3 De diuerſis erroribꝰ circa Spũ ſctũ, hr̃ 24. qu. 2. c. pen. ver. Cathafrigiis. & ver. Boetiani. & verſi. Noetiani. & verſ. ſeq. & ver. Macedoniani. & hos oẽs ſpecificabat hic Franciſ. Verſ. Io. An.

ADDITIO. Secundum Ioann. Monach. ſunt tres partes. Prima narrat proceſſionem Spiritus Sancti, Secunda firmat illam. Tertia damnat contrarium ſentientes. Ioan. And.

n ¶ *Fideli,* ] ſ̃. e. firmiter, & ſ̃. de hæret. dubius. & eſt ſimile. C. de his qui ad eccle. confug. l. fideli. & dic, Fideli, quo ad mentem: Deuota, quo ad exteriores actus; quaſi dicat, humili, ad hoc j. de immun. eccl. decet.

o ¶ *Profeſſione.* ] ideſt, confeſſione.

¶ *Gl. ſeq. obiicit, & ſoluit.*

p ¶ *Aeternaliter.* ] nam eſt Pater generans, Filius naſcens, Spiritus Sanctus procedens pariter ab vtroque abſque initio ſemper pariter ac ſine fine. ſ̃. e. firmiter. circa prin. de conſec. diſt. 3. c. vlt. C. de ſum. Tri. in epiſt. inter claras. Sed opponitur: Trinitas eſt vnum vniuerſorum principium, vt ſ̃. e. firmiter. ergo non eſt ibi æternitas: quia æternum vere ſine principio, ſine fi-

ne.

nc.Sol. Eſt principium principians,non principiatum : vt referatur principium ad res creatas, non ad ipſam diuinitatem.
*¶ Gl.ſeq.ponit motiua Græcorum,& reſponſionem ad illa : in fine obiicit & ſoluit.*

lio, [a] non tamquam ex duobus principiis, ſed tamquam ex vno principio : non duabus ſpirationibus, ſed vnica ſpiratione procedit. hoc profeſſa eſt hactenus, prædicauit & docuit, [b] hoc firmiter [c] tenet & prædicat, profitetur & docet ſacroſancta Romana Eccleſia, mater omnium fidelium [d] & magiſtra : hoc habet orthodoxorum [e] Patrum, [f] atque Doctorum [g] Latinorum, [h] pariter & Græcorum [i] incommutabilis & vera [k] ſententia. ¶Sed quia nonnulli propter irrefragabilis præmiſſę veritatis ignorantiam, [l] in errores varios ſunt prolapſi: Nos huiuſmodi erroribus viam præcludere [m] cupientes, hoc ſacro approbante concilio : Damnamus [n] & reprobamus omnes, qui negare præſumpſerint, æternaliter Spiritum Sanctum ex† Patre & Filio procedere: ſiue etiam temerario auſu aſſerere, [o] quòd Spiritus Sanctus ex Patre & Filio, tamquam ex duobus principiis, & non tamquam ex vno procedat.

a ¶ *Et filio.*] Confunditur hic error Græcorum dicentium, ſpiritum ſanctum à ſolo patre procedere. Mouebãtur autem auctoritatę Euangelica Ioan.16. ibi: Spiritus Sanctus, qui à patre ꝓcedit. Item in ſymbolo apud eos edito ſimpliciter continetur. Qui ex patre procedit. Nos addimus, Filioque. ad idem lex C. de ſum. Trin. l.2. vbi dicitur, Spiritũ Sanctum, quem ex ſummo rerum parente ſperamus, &c. Sed ad hoc & ſimilia reſpõdetur, ꝙ expſſio patris non excludit filiũ, immo potius includit: cum ipſorum opera inſeparabilia [1] ſint. 28. q.1. ſic enim. §. beatior. in fi. de conſecr. diſt.3. c. vlt. vnde cum pater & filius ſint vna eſſentia, ſubſtantia, ſeu natura, vt ĩ prędicta decr. firmiter. nõ poteſt ab vno ſolo procedere. Nec ſumus excommunicati (vt dicebant Græci) addendo in ſymbolo, filioque: quia illud potius eſt declarare, quàm addere. Et adde quod no. de conſe. diſt.5. c. pe. Sed obiicitur ad hanc conſtitution. ꝙ ſit ſuperflua ex eo, ꝙ hoc idem dictum fuerat. eod. firmiter. ibi Spiritus ſanctus pariter ab vtroque, &c. Sed dic, ꝙ hic expreſſius modum proceſſionis aperit, dicens, ꝙ non tamquam ex duobus, &c. Præterea hic damnantur aſſerendo vel negando, contrarium ſentientes,

[1] His rõibus gloſſæ ne fidas, ſed veras require à Theologis, vbi s̃.

*¶ Gloſſa ſequens diſtinguit.*

b ¶ *Docuit.*] No. ꝙ in his quæ ſunt de fide catholica, & eius articulis, neceſſario tenere debemus, & ſequi quod tenet & ſequitur Romana eccleſia, aliàs eſſemus hæretici. s̃. e. ti. c.1. & 2. ſed in aliis non habemus neceſſario ſequi, & tenere quod ſequitur: niſi ſequatur & doceat. 11. diſt. nolite. vbi de hoc in gl. docere. 12. diſt. nouit. 31. diſt. aliter. de conſec. diſt.4. de trina. In vna enim fide nil officit ſanctæ Eccleſiæ conſuetudo diuerſa, vt ibi.

Additio. Iſta gl. placet d. Phi. quorum diſtinctionem vide, Fon.

c ¶ *Firmiter.*] s̃. eod. firmiter.

d ¶ *Fidelium.*] de his, quæ ſunt foris, nihil ad nos. 11. q.3. inter verba, ver. ſi cogo, 2. q.1. multi. de diuor. gaudemus. licet ab eis expediat bonum habere teſtimonium, vt ibi. & 8. q.1. licet ergo. s̃. de ſacr. vnct. c. vno. §. ad exhibendum, 11. q.3. non ſunt. 12. q.1. nolo.

e ¶ *Orthodoxorum.*] ideſt, catholicorum.

f ¶ *Patrum.*] 15. diſt. c.1.

g ¶ *Doctorum.*] quorum eſt ordo præcipuus in eccleſia. s̃. de hær. cum ex iniuncto. §. cum igitur. & per Doctores, Prædicatores, & prælatos intelligas. 43. diſt. c.1.

h ¶ *Latinorum.*] vt Auguſtini, Hieronimi, Ambroſij, & Gregorij. 20. diſt. de libellis. 15. diſt. ſancta, j̃. de reliq. c. j.

*¶ Gl.ſeq.obiectionem dupliciter ſoluit.*

i ¶ *Græcorum.*] aliquorum: [2] vt Ioannis Chryſoſtomi, Cyrilli, Athanaſij, Didymi, & Epheſini concilij Patrum. Græci enim contrarium dicunt: vt s̃, dixi. Vel dic ſecundum Guilielm. ꝙ in hoc generali Lugdunen. concilio, Græci quod hic dicitur, fuerunt publice profeſſi, & ſymbolum cum adiectione, Filioque, ibi publice cantauerunt de mandato Imperatoris, & Eccleſię Græcorum: [3] vtinam corde credant, 23. diſt. Pſalmiſta.

k ¶ *Vera.*] aliàs poſſet in melius commutari. 35. q.9. Apoſtolicæ. & c. ſequenti.

l ¶ *Ignorantiam.*] quæ cunctorũ errorum eſt mater, vt 38. diſt. ignorantia. Nec in his excuſat ignorantia: nam ignorans ignorabitur, vt ea. diſt. qui ea. ad idem. 16. q.1. ſi cupis. 22. q.2. in quibus. & c. ſeq.

m ¶ *Præcludere.*] vt 83. diſt. error. s̃. de ſpon. inter opera.

n ¶ *Damnamus.*] s̃. eo. damnamus. & dic, damnamus & reprobamus, ideſt, reprobando damnamus.

*¶ Gl.ſeq. quærit, arguit negatiue, & ſoluit.*

[2] Vide Mag. ſen. lib. j. di. 11. §. vñ ẽt.

[3] Refert Frã. Verc. ꝙ ibi fuit perſonaliter ipſorum Patriarcha, & ſolẽnes nuncij Imperatoris. Io. And.

o ¶ *Aſſerere.*] s̃. dixit negare. Quid ſi quis nec negat nec aſſerit, ſed tacens ſic conſentit? Videtur non teneri : quia tacere, eſt præter iſta duo. 22. q.2. ne quis. j̃. de reg. iu. is qui tacet. & ff. e. l. qui tacet. Sol. Licet non ex verbis, tamen ex mente iudicatur hæreticus. s̃. de hær. c.1. 24. q.3. hæreſis. [4] & c. hæreticus. Et Deus audit in corde, vt 17. q.1. c. fi. §. ſi ergo. & cor interrogat, 14. qu.5. ſi quid. & 15. q.6. c.1.

[4] vide gl. ibi quam tenet Ana. c.2. de hær. Fon.

† Aliàs, à patre

De cõſtitutionibus.

*¶ Bonifacius viij. conditor huius compilationis tractaturus de iure, conſiderauit, ꝙ vbi nõ eſt fundamentum, deſuper ædificari non poteſt : vt in c. veniens. de presb. non bap. in ant. Idcirco ꝓ ſui operis fundamento præmiſit rubricã, de ſumma Trini. &c. Quo fundamẽto præmiſſo, incedit ad iura condenda. Et quia ius eſt duplex: ſ. ius ſcriptum, & ius non ſcriptum: vt Inſt. de iu. na. gen. & ciu. §. conſtat. Et quia ius ſcriptum eſt dignius iure non ſcripto: ideo præmittit de iure ſcripto, puta de conſtitutionib. & poſtea de iure non ſcripto, ſ. de conſuetudine. Vnde pro intellectu huius quæritur primo, quid ſit conſtitutio. Secundo, vnde dicatur.*

*¶ Pro ſolutione primæ quæſtionis eſt ſciendum, ꝙ conſtitutio in iure accipitur dupliciter, Vno modo ſtricte, prout differt ab aliis partibus iuris ſcripti: & tunc nihil aliud eſt, niſi id quod ſtatuit & ordinat Princeps animo condendi legem: Inſt. de iu. na. gen. & ciu. §. ſed et qđ principi placuit. Eſt ergo conſtitutio ſtricte ſumpta (prout differt à lege, plebiſcito, ſenatuſcõſulto, & aliis partib. iuris ſcripti) illud, quod facit Princeps animo condendi legem, & vt ſubditi vtantur tam in ſcholis quàm in iudiciis, In ſcholis, ſ. Doctores legendo. In iudiciis, Iudices ordinando, & aduocati allegãdo. Alio modo accipitur conſtitutio large, pro omnibus partibus iuris ſcripti, ſiue ſit lex, ſiue plebiſcitum, ſiue ſenatuſconſultum, principis placitum, edicta Prætorum, reſponſa prudentum: etiam ſiue ſit ius commune, ſiue particulare, vt ſunt ſtatuta, Epiſcopi, & vniuerſitatis, vel collegij, vel alterius corporis approbati.*

*¶ Ad ſecundam quæſtionem reſpondetur, quòd conſtitutio dicitur à con, quod eſt ſimul, & ſtatuo, ſtatuis: quaſi ſimul ſtatuitio. Vel dicitur communis ſtatuitio, quia lex debet eſſe communis & generalis omnibus, & non debet edi in fauorem illius, vel iſtius. c. erit autem lex. 4. diſt. & c. cum omnes. de conſtit. in ant. vbi dicitur, quòd ſtatutum factum ab aliquibus canonicis alicuius Eccleſiæ de conſenſu Epiſcopi, non valet, quando non omnibus canonicis eſt commune,*

## TITVLVS II.

### De conſtitutionibus.

¶ Bonifacius octauus.

*¶ Noua conſtitutio Principis tollit primam contrariam, quamuis id non exprimat : Speciales conſuetudines, & ſtatuta rationabilia non tollit, niſi id exprimat. Ioan. And.*

### CAP. I.

LICET RO-

LIcet.] Diuiditur: quia duo facit. Primo ſimilitudinem improbat, rationem reddens : & caſum ſoluit, duas modificationes ponens. Secunda: ibi, *Ipſis.* Ioan. And.

Casvs. in hoc c, poſſet poni pluribus modis: ſed ponamus hoc modo: Cauetur in c. cum in cunctis. de elect. in ant. ꝙ obtinens eccleſiam parochialem, debet promoueri ad ſacerdotium infra annum: quod ſi non fecerit, dicit ille tex. ꝙ poteſt priuari ſua eccleſia, ſed tamen requiritur ſentẽtia priuationis: ita ꝙ ꝑ lapſum anni non eſt priuatus ipſo iure, nec per lapſum anni dicitur eccleſia vacare. Et in c. licet canon. & in c. commiſſa. j̃. de elec. dicitur, ꝙ obtinens eccleſiam parochialem debet promoueri ad ſacerdotium infra annum, & ſi non fuerit promotus, ipſo facto vacat eccleſia : ita, ꝙ ſine ſentẽtia priuationis poterit epiſcopus illam eccleſiam cõferre. Sic iſtę duæ conſtitutiones ſunt contrariæ: quia vna dicit, ꝙ priuatur ipſo facto: alia dicit, ꝙ non priuatur ipſo facto, ſed per ſententiam. Et in dictis c. licet canon. & c. commiſſa. non fit expreſſa mentio de c. cum in cunctis. quia in illis non dicitur, ꝙ eccleſia vacet ipſo facto. Non obſtante c. cum in cunctis. quæritur, quod iſtorum c. debent obſeruare iudices in iudiciis? Reſpondet Romanus Pontifex, ꝙ c. licet canon. quod eſt poſterius, licet in eo non fiat expreſſa mentio de c. cũ in cunctis. quia Papa condendo poſteriorem conſtitutionem cõtrariam primæ, videtur primam reuocare ex eo, ꝙ Papa ſciebat illam contra-

riam conſtitutionem, ſaltem præſumitur illam ſcire, cũ Princeps habeat omnia iura in ſcrinio pectoris. Sed quid Sanctiſſime Pater, ponamus, retento eodem themate, ꝙ Papa fecit aliquam conſtitutionem nouam, quę non eſt contraria aliquibus conſtitutionibus generalibus, ſed particularib. aliquorum locorum particularium: puta, alicuius eccleſiæ vel corporis, quia forte in tali eccleſia eſt cõſuetudo particularis ſuper aliquo iure, qđ non fuerat diſpoſitum per ius commune: Papa fecit aliq̃ cõſtitutionem contrariam illi ſtatuto, & fecit illam conſtitutionem ſimpliciter, non derogando illi ſtatuto particulari: quia non dixit Papa, ꝙ vult vti tali conſtitutione, non obſtante tali ſtatuto: vtrum Papa videatur reuocare illa ſtatuta particularia? rñdet Romanus Pontifex, ꝙ non. Et ratio eſt, quia Papa non videtur reuocare id quod ignorat; ſed Papa præſumitur ignorare illa ſtatuta particularia, quæ conſiſtunt in facto: ideo non videtur reuocare: quia quod quis ignorat, non videtur reuocare. Not. primo ex principio huius c. ꝙ Princeps cenſetur habere omnia iura in ſcrinio pectoris ſui: ideo ſi error conſiſtat in iure, non excuſat Principem. Simile dicũt Legiſtæ in l. omnium, C. de teſta. Sed hoc ideo eſt pp ſapientes & conſiliarios ſibi aſſiſtentes, qui dicuntur pars corporis ipſius Principis: ideo machinans in mortem talium, committit crimen lęſę maieſtatis: l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt. No. ſecundo principalem effectum, ad quem emanauit præſens cap. quod lex noua & poſterior Principis, tollit præcedentem legem de directo contrariam: licet in noua conſtitutione non fiat mentio, quòd Princeps intendat reuocare quaſcũque conſtitutiones cõtrarias: quia non eſt veriſimile, ꝙ Princeps voluerit legem iſtam nouam eſſe fruſtratoriam. & eſſet fruſtratoria, niſi reuocaret primã contrariam. Sed in ſtatutis particularibus eſt alia ratio: quia ſi hæc lex noua non ſeruatur in loco, vbi ſeruatur ſtatutum particulare: ſeruabitur tamen in aliis locis, & ſic non erit fruſtratoria. Et hoc verum, niſi talis conſtitutio particularis, eſſet generalis in toto loco: qa tunc videretur reuocari per conſtitutionem nouam. Sicut in regno Franciæ eſt conſuetudo generalis, ꝙ hæres alicuius defuncti cognoſcendo hæreditatem, eſt hæres, & etiam poſſeſſor, abſq; alia corporali apprehẽſione poſſeſſionis. Ponamus, ꝙ Rex fecit vnam conſtitutionem nouam, quod hæres declarando ſe eſſe hæredem, non eſſet poſſeſſor abſque corporali apprehenſione: & in iſta cõſtitutione noua nullam fecit mentionem de illa generali conſuetudine: nonne erit iſta conſuedo reuocata per nouam conſtitutionem? Certe ſic: aliàs conſtitutio Principis eſſet fruſtratoria, & ſine effectu. Quæritur cum gl. in ver. facti. Quod dicitur hic, ꝙ noua cõſtitutio Principis nõ annullat conſtitutiones locorum particularium, niſi in ipſa conſtitutione aliud dicatur: vel ꝙ ipſæ conſtitutiones non reuocant etiam contraria ſtatuta: quæritur, vtrum hoc ſit verum, etiam ſi tale ſtatutum particulare diſponat idẽ quod ius commune? puta, Epiſcopus fecit ſua ſtatuta, quæ idem diſponunt vt ius commune: Nam plures ſunt Epiſcopi, qui conſtitutiones ſuas Synodales extrahunt à corpore iuris, vt rectores eccleſiarum videant ea quæ pertinent ad officium ſuum: Ponamus, ꝙ Papa fecit conſtitutionem contrariam iuri communi, non eſt dubium, ꝙ illa conſtitutio noua tollit ius commune. Sed nunquid tollit etiam ſtatuta particularia, quæ diſponunt idẽ quod ius commune? Reſp. quòd ſic: & ideo c. iſtud intelligitur, quando illa ſtatuta particularia erant facta pręter ius: quia ſi ſint facta ſecundum ius commune, tunc reuocato iure communi, reuocantur etiam illa ſtatuta.

† Quæ dr̃, quaſi cõe ſtatũ, & verbum ſtatuti reſpicit ius ſcriptũ. j. di. §. cum itaque. ſecundùm Arc.

manus [a] Pontifex (qui iura [b] omnia in ſcrinio pectoris ſui cenſetur habere [c]) conſtitutionem † condendo poſteriorem, priorem [d], quamuis de ipſa mentionem non faciat, reuocare [e] noſcatur [f]: quia [g] tamen locorum ſpecialium † & perſonarum ſingularium [h] conſuetudines & ſtatuta † (cum ſint [i] facti [k], & in facto conſiſtant) poteſt proba-

a ¶ *Licet Romanus.*] Noua conſtitutio Principis tollit primam contrariam, quamuis id non exprimat: ſpeciales conſuetudines & ſtatuta rationabilia non tollit, niſi id exprimat.

a ¶ *Romanus.*] vocantur interdum Epiſcopi, maximi pontifices. 21. diſt. cleros. §. pontifex. Solus vero Papa, Summus, vel Romanus Pontifex appellatur, vt hic. 23. diſt. in nomine. circa prin. j. tit. prox. ſi gratioſe. de ſent. exc. ſi ſummus, in clem.

Addit. De diuerſis Papæ nominationibus Arch, hic tractãs dicit, quòd quandoque dicitur Romanus, vel Romanæ eccleſiæ Epiſcopus. 2. q. 6. ſi quis epiſcopus. Aliquando, vrbis Romæ Archiepiſcopus, vt 4. diſt. ſtatuimus. in ti. melius. 21. diſt. c. fi. Vel, Epiſcopus, vt 5. q. 4. c. 2. in ti. C. de ſum. Tri. l. inter claras. in ti. Aliquando, Papa vrbis Romæ. 97. diſt. victor. in prin. Aliquando, Patriarcha. 22. diſt. c. vlt. Aliquando ſimpliciter, Epiſcopus. 1. q. 3. ſaluator. & c. ex multis. in ti. Et ſe dicit, miniſtrum indignum. eo. c. verſ. quapropter. Archidiaconus.

b ¶ *Iura.*] Not. ex hac littera rationem, quare aliud in iuribus, aliud in reſcriptis, vt primum ius tollatur per ſecundum contrarium: ſed non primum reſcriptum per ſecundum, niſi de illo fiat mentio, de reſcr. cæterum.

¶ *Gl. ſeq. allegat vnam concor. & duo contraria, & remittit.*

c ¶ *Habere.*] C. de teſt. l. omnium. Contra. 23. diſt. præterea. & 30. q. 4. quod autẽ. in gl. 1. vbi non recoluit Vrbanus eius quod prædeceſſor Leo prohibuerat. Sol. vt in prædicto c. præterea. notatur.

d ¶ *Priorem.*] poſteriori directe contrariam.

¶ *Gl. ſeq. allegat tres concor. dat ſimile, de quo dat rationem & regulam: & duos caſus excipit.*

e ¶ *Reuocare.*] de conſecr. diſt. 1. vaſa. de cog. ſpir. c. 1. ff. de legi. l. non eſt nouum. In legibus ergo contrariis ſtamus vltimę. Idem in teſtamentis, 13. q. 2. vltima voluntas, de celeb. miſ. cum Marthæ. §. cæterum ſicut. ff. de le. 1. ſi mihi & tibi. §. fi. Ratio eſt vtrobique: quia vtrunq; pendet ex voluntate vnius tantum: in his autem quæ pendent ex voluntate duorum, dic, vt dixi j. de reg. iu. qui prior. Quod de teſtamento dixi, ſ. quòd vltimo ſtamus: intelligas etiam ſi in ipſo de primo non fiat mentio. Fallit in duobus caſibus, ſ. ſi primum teſtamentum factum ſit inter liberos. C. de teſta. Authent. hoc inter liberos. & cum ipſe teſtator legem teſtandi ſibi dixit ſic, Si fecero aliud teſtamentum, non valeat: quia tunc ſecundum faciendo, oportet quòd faciat mentionem primi. ff. de leg. 3. l. ſi quis in principio teſtamenti. Ioan. And.

¶ *Gl. ſeq. obiicit, & ſoluit. Iterum obiicit & remittit.*

f ¶ *Noſcatur.*] eſt contra. s̃. de præſcr. nonnulli. de æta. & qual. eam te. s̃. de ca. mo. ex parte. j̃. de exceſ. præl. c. vnico. & 25. q. 2. reſcripta. & c. dicenti. §. omnes. quę eſt l. ex C. ſi contra ius vel vtilit. publicam. l. vlt. & ibi de hoc. Dic prædicta iura non eſſe contraria: illa enim de reſcriptis datis contra legem loquuntur, quæ non valent niſi in ipſis fiat mentio de lege [1], & maxime cum ibi cadit error facti, vt c. nonnulli. hic de ſecunda lege loquitur, quæ primam tollit directe contrariam, licet de illa non faciat mentionem. Et potuit eſſe ratio: quia maturius & deliberatius ſit legis promulgatio, quàm reſcripti conceſſio: ad hoc s̃. in procem. huius libri, in fi. In reſcripto etiam dicimus, quòd ſi conſtaret de certa ſcientia Principis, valeret reſcriptum contra ius elicitum, vt in contrariis notatur: ſed primã facie præſumitur per importunitatem obtentum: vnde exp ectari ſolet ſecunda iuſſio: in Authen. vt nul. iud. §. & hoc vero iubemus. col. 9. in Authen. de iud. §. omnes autem. coll. 6. & ſi reſcriptum concedit aliquid contra ius, iam in eo mutat nomen reſcripti: & dicendum eſt priuilegium, 3. diſt. priuilegia. de verb. ſig. abbate. Item contra: quia antiquiori iuri ſtandum eſt. 33. q. 2. hoc ipſum, & 50. diſt. domino ſancto. in fi. Dic vt ibi in gl. penul.

g ¶ *Quia tamen.*] diuerſitatis ratio.

h ¶ *Singularium.*] Nota, quia per hoc patet, quòd generalem conſuetudinem bene tollit noua conſtitutio Principis, & merito: quia illius legis promulgatio aliàs ſuperflua & inutilis eſſet: ſed in ſingularibus ſecus: quia licet lex non habeat locum Bonon. habebit locum Mutinæ, Paduæ, & locis aliis.

i ¶ *Cum ſint.*] ratio rationis.

¶ *Gl. ſeq. recit. per quæſtionem, quàm exemplificat, & ſoluit inducens ſex rationes.*

k ¶ *Facti.*] non enim reuocat quæ ignorat: ignorat autem quæ ſunt facti. Et puto per hanc litteram terminatam quęſtionem illam, qua quæritur, an noua conſtitutio reuocet ſtatutum Epiſcopi contrarium, quo ſolum cauebatur ius commune. Ponę in terminis decr. de æta. & qual. præterea. quę, quantum ad præſentationes patronorum, eſt hodie reuocata per decret. j̃. de inſtit. c. 2. Nunquid & ſublatum erit ſtatutum Epiſcopi, quo illud ſimpliciter cauebatur, quod dicit decre. pręterea. eodem modo poteſt poni exemplum de decre. s̃. de conceſ. præb. accedens. & de decre. e. ti. c. 2. & de decre. j̃. de cenſi. Romana. & c. exigit. & de decr. e. ti. felicis. Dico autem, quòd ſicut ſublatum eſt ius commune, ita & ſtatutum quod ſimpliciter continebat ius commune [2], cum illud non ſit facti, nec conſiſtat in facto: immo ſit iuris, & conſiſtat in iure: & facit quod not. Innoc. Hoſt. & moderni. s̃. de reſcr. c. 1. vbi no. ꝙ de reſcripto, vel priuilegio, quod ſimpliciter cõtinet ius commune, in ſecũdo priuilegio, vel reſcripto non eſt neceſſe fieri mentionem [3]. Quod ſi contrarium diceremus, iam Epiſcopi poſſent tollere poteſtatem ſummo Pontifici tollendi iura, in diœceſibus ſuis, ſtatuendo ſimpliciter, quæ iure cauentur. Item probo id euidentiſſima ratione: Iſta decre. æquiparat iſta duo, conſuetudines, & ſtatuta ſingularia: ſed iam ſequeretur, quòd omnium iurium correctio vel mutatio eſſet inutilis. Dicam enim, quòd licet reuocatum ſit ius commune: tamen conſuetudo pręſcripta, qua ſeruatum fuit ius commune, reuocata nõ ſit [4] eadem ratione, qua id ſupra diximus de ſtatuto, & id eſſet abſurdum. Item non poſſumus dicere, ꝙ ſtatuta continentia ius commune

† dictio, ſpecialium, nõ hr̃ ĩ vetuſtiorib. codic.

† Statuta locorũ intelligo illa, q̃ generaliter ibi obſeruãtur, & extraneos trãſgreſſores ligãt. c. quę cõtra mores. 8. di. gl. in l. item Mela. ff. ad l. aq. ſtatuta perſonarũ voco, ſtatuta alicuius corporis, q̃ ñ niſi incorporatos ligant. Pe. de Anc. Font.

1 Sequitur Anch. & de clauſula illa, nõ obſtãte, vide Bar. in extraua. ad repri. ad fi. Fon.

2 Idẽ đt de Anc. reſpõ. Io. de Lign. tenẽti contra gl. Fon.

3 Idẽ Phil. vi de Fel. c. j. s̃. de reſc. Fõt.

4 Et ſine dubio ſic ddm ẽ, qñ fieret ſcandalũ, ſi lex ñ obſeruaretur: no. gl. do. c. ſup eo. s̃. de co. ſpiri. Dom. Philip. Fon.

mune, ſint ſingularium perſonarum: quod requirit hæc decret. Item ſi Papa tollit ſuam conſtitutionem, quod eſt plus, multo fortius conſtitutionem inferioris idem dicentem, quod eſt minus. Ad hoc optime facit extra, de fide inſtrum. paſtoralis.vbi dicitur, quòd ſi decre.extrauagans.conſonat iuri communi, iudicari debet ſecundum ipſam: quia ius eſt. Idem igitur dicam in locali ſtatuto: quòd ſi continet ius commune, ſublato iure, tollitur ſtatutum 1, quod ius commune eſt. Si igitur cõſuetudo & ſtatutum ſingularia ſint, & conſiſtant in facto, & ſint rationabilia, nec expreſſe reuocentur, eis non derogatur per conſtitutionem nouiter editam: aliàs ſecus. hoc dicit decre. Ioan. An.

1 Niſi alia eſſet rõ ſtatuti, q̃ ſit iuris cõis. Do. & plenius vid̃ Im. Bart. l. j. ff. ad l. Falc. Fon.

biliter ignorare [a]: ipſis [b], dum tamen ſint rationabilia [c], per conſtitutionem à ſe nouiter editam (niſi expreſſe [d] caueatur in ipſa) non intelligitur in aliquo derogare [e].

¶ Idem.

*¶ Duo ſunt dicta. Primum, ꝙ ſtatuta ordinariorum non ligant probabiliter ignorantes. Secundum, quòd ſtatutum Epiſcopi, extra ſuam diœceſim ſubditum non ligat. Ioan. And.*

CAP. II.

VT [f] animarum [g] † periculis obuietur: ſententiis [h] per ſtatuta [i] quorumcumque ordinariorum [k] prolatis, ligari nolumus ignorantes* [l]: dum tamen eorum ignorantia craſſa non fuerit, aut ſupina [m]. ¶ Statuto [n] epiſcopi, quo in omnes, qui furtum commiſerint [o], excommunicationis ſententia promulgatur: ſubditi eius furtum [p] extra ipſius diœceſim [q] committentes, minime ligari noſcuntur: Cum extra [r] territorium [s] ius dicenti nõ pareatur impune [t].

† do. hic no. ꝙ laici ligãtur ſtatuto Epi in fauorẽ animæ facto. c. nouit d̃ iud. c. nos inter. d̃ pur. can. Fon.

a ¶ *Ignorare.*] s̃. vt eccl. benef. vt noſtrum.

b ¶ *Ipſis.*] ſcilicet conſuetudinibus, & ſtatutis.

c ¶ *Rationabilia.*] Vtrum conſuetudo ſit rationabilis necne, relinquendum eſt iudici 2, cum nec certa regula tradi poſſet ſecundum Hoſt. qui hoc no. in ſumma. de conſue. §. quid ſit conſuetudo. ver. conſuetudo eſt vſus. Et bene dicit, Rationabilia: quia hoc ſolum, quod rationabile eſt, defendit eccleſia. 34. diſ. c. vlt. & 81. diſt. ſi qui ſine. De rationabili autem conſuetudine pone exempla. j̃. de conſue. c. 3. & 4. s̃. de conſue. cum dilectus. & facit quod dicam j̃. de elect. ex eo quod. in fi.

2 Idẽ Phil. & in dubio p̃ſumitur rõabilis. Font.

d ¶ *Expreſſe.*] j̃. de conſue. c. 1. & 2. de elect. quia ſæpe. & c. cum non deceat. in quibus reuocantur etiam priuilegia & ſtatuta. de cler. non reſi. c. vno. j̃. de cenſi. quamquam. de pœ. & re. c. 2. de big. c. vno. de ca. mo. c. vno. cum ſi. quæ omnia non videtur competentia exempla, cum illa non eſſent rationabilia. Quod verum poteſt dici hodie, quia ius reſiſtit 3. habes exempla hodie circa conſuetudines. de ęta. & qual. vt hi qui. in fi. cum ſuis concor. in Clem.

3 Gl. ſequuntur. Philip. Do. niſi cõſuetudo iuuaretur noua rõe. But. in c. fina. de cõſue. & ibi Roc. de Curte. Font.

*¶ Gl. ſeq. ſignat contrarium, & ſoluit, & opi. Hoſt. reprobatã dicit.*

e ¶ *Derogare.*] contra. ff. de ſep. vio. l. 3. §. diuus. Sol. Illa lex multis modis intelligitur. vt ibi no. & ff. de leg. l. de quibus. Sed inquantum dicere videtur, quòd conſuetudo vel ſtatutum præcedens legem, tollatur à lege: dici poteſt hoc verum, cum Princeps hoc intendit: vt no. Ber. ſe intelligere illam l. s̃. de fi. inſtr. paſtoralis. in gl. 1. in fi. quæ ſolutio approbatur per hãc decr. 4 Reprobatur autem hic opinio Hoſtien. qui contra hunc textum not. in ſumma. de conſuetud. §. & de virtute. ver. ſed ſpeciale eſt.

4 ſecundum Io. Mon. dic illã l. loq̃ qñ lex, q̃ cõſuetudinẽ ſeq̃tur, adiuta eſt iure, qđ vtilitati publicæ puidet, vt illa duo iuncta cõſuetudinẽ tollãt: al. j̃. de iurei. licet. Io. An.

VT *animarum.*] Duæ ſunt partes: Secunda ibi, *Statuto.* In prima ponit dictum, cui determinationem ſubdit: ibi, *Dum tamen.* In ſecunda ſoluit dubium & rationem ſubdit: ibi, *Cum extra.*

Casvs. Epiſcopus fecit ſtatutum, vt nullus clericus ſuæ diœceſis portaret arma, vel comam nutriret, vel aliquid aliud faceret ſub pœna excommunicationis, quam volebat contrafacientem incurrere ipſo facto: Accidit, quòd tempore, quo fuit factum tale ſtatutum, non eram in diœceſi, ſed poſtea ſum reuerſus in diœceſim, & feci contra ſtatutum, vtrum ſum ipſo facto excommunicatus? Reſpondet Romanus Pontifex, quòd non: quia conſtitutio Epiſcopi (idem de quacunque alia conſtitutione) non ligat probabiliter ignorantes: ſecus eſt de ignorantia craſſa & ſupina: quia illa nõ excuſat. Sed quid Sanctiſſime Pater: ponamus, ꝙ epiſcopus meus fecit ſtatutum, ꝙ nullus clericus arma portaret ſub pœna excommunicationis: ſciebam tale ſtatutum: accidit, quòd dum fui extra diœceſim, portaui arma: & ſic feci contra ſtatutum: Vtrum inciderim in pœnam ſtatuti? Reſpondet Romanus Pontifex, quòd non: & dicit, quòd ſtatuta facta ab eo, qui habet territorium limitatum, non habent vires extra territorium & diœceſim, ſed ſolum in diœceſi. Textus. *Supina.* quæ eſt ignorare, quod omnes ſciunt, vel ſcire tenentur. Textus. *Furtum.* iura bene dicunt, ꝙ faciens furtum excommunicetur: ſed non dicunt, quòd qui facit furtum, ſit ipſo iure excommunicatus. Not. ex principio c. ꝙ ſtatuta epiſcoporum, vel quorumcunque habentium poteſtatem ſtatuendi, non ligant probabiliter ignorantes, qui poſſunt prætendere iuſtam cauſam ignorantiæ: niſi eorum ignorantia fuerit craſſa & ſupina: vt ponamus ꝙ in hac ciuitate fuit facta conſtitutio pęnalis: & fuit publice publicata: ſi dico, quòd ignoro talem conſtitutionem, quia non fuit mihi notificata: nõ habeo iuſtã cauſam ignorantię: quia nõ eſt neceſſe ꝙ conſtitutio auribus ſingulorum inculcetur: vt in c. 1. de poſt. præl. in ant. tamen quis admittitur ad probãdum, quòd notificatio illius conſtitutionis non venit ad eius notitiam. No. quòd ſtatutum alicuius ſtatuentis non habet vires extra territorium: ſed reſtringitur ad limites territorij facientis ſtatutum: Secus eſt in infamia & excomunicatiõe, quæ afficiunt perſonam, ſicut lepra afficit pſonam leproſi: ideo ſi ſubditus epi fuerit excõicatus, & exeat diœceſim, ſemp remanet excõicat⁹.

f ¶ *Vt animarum.*] hæc decretal. edita fuit ad declarationem decret. de ſen. exc. à nobis. j. & eius quod ibi no. Et eius duo ſunt dicta: primum, ꝙ ſtatuta ordinariorum non ligant probabiliter ignorantes. Secundum, ꝙ ſtatutum epiſcopi extra ſuam diœceſim, ſubditum non ligat. Ioan. And.

g ¶ *Animarum.*] ad idem j̃. de iureiu. c. 1. & de ſepult. c. 1.

*¶ Gl. ſeq. recit. per q. & ſoluit. & huic litteræ reſpondet dupliciter.*

h ¶ *Sententiis.*] quæ ligant animam, vt locum habeat proxima ratio: ſed idem in aliis ſententiis, quæ pœnas temporales inferunt per l. ff. de decr. ab or. fa. l. vlt. vbi habes, quòd municipali ſtatuto non ligatur ignorans, ſed ſciens tantum; ad hoc C. de teſta. l. iubemus. in fin. & poteſt dici, quòd in hoc prouidetur animabus, ſaltem propter peccatum inobedientiæ, quod eſt maximum 5. 8. q. 1. ſciendum, vel de his dixit: quia de aliis non erat dubium, per dictam legem.

i ¶ *Statuta.*] De generalibus ergo ſtatutis canonum vel legum non loquitur, quæ ab omnibus ſciri & cuſtodiri debent. s̃. de conſtit. c. 1.

5 Placet Do. Philip. q ex gl. inferũt, ꝙ veniens cõtra ſtatm̃ municipale peccat: vid̃ gl. x. di. c. qđ autẽ. Font.

k ¶ *Ordinariorum*] Qui dicantur ordinarij not. Goff. & Ber. s̃. de off. ord. cum ab eccleſiarum.

l ¶ *Ignorantes.*] Contrarium 6 no. Ber. in præd. decr. à nobis. s̃. de ſen. exc. & non mouebatur ex eo, quia incidebat in factum iam damnatum: & quia in culpa fuit rem prohibitam faciendo: & quærere debuerat: ſicut etiam vbi *culpa præcedit,* non excuſat metus. ff. quod met. cau. l. ſi mulier.

6 Do. hic ꝙ peccans punietur pœna alterius legis nõ ſtatuti. idem Phi. Fon.

m ¶ *Supina.*] quæ eſt, ignorare quod omnes ſciunt. de poſtul. præl. c. j. §. verum quoniam. de cle. exc. min. Apoſtolicæ. Ignorantia ergo alia facti, alia iuris. Si iuris, aut communis aut ſingularis: ſtatutum enim epiſcopi ius facit inter ſubditos, quod tamen non ligat probabiliter ignorantes, vt hic.

n ¶ *Statuto Epiſcopi.*] Nota epiſcopum poſſe facere ſtatuta: ad idem s̃. prox. reſp. s̃. de ma. & obe. ſi quis venerit. & legatus in prouincia ſua. s̃. de off. leg. c. vlt. & ſunt talia ſtatuta perpetua, etiam poſt obitum vel receſſum, vt ibi.

*¶ Gloſſa ſequens ſignat contrarium, tripliciter ſoluit. primam approbat, & remittit.*

o ¶ *Commiſerint.*] Contra j̃. de ſen. exc. Romana. §. caueant. vbi dicitur, ꝙ pro futuris delictis excommunicatio ferri non debet. Solu. Aliud eſt, ferre in aliquem excommunicationis ſententiam pro futuro delicto: vt ſi dicat, Excommunico te ſi tale quid feceris, quod ibi prohibetur. Aliud, ſtatutum generale facere, excommunicationem fulminans, quod hic permittitur. Vt s̃. de ſen. exc. à nobis. j. Vel licet ibi prohibeatur ferri, tamen lata tenet. vt ibi not. Ber. Vel ſi dicatur, quòd iſtud, commiſerint, ſit præteritum, nullum eſt contrarium. Quod prius dixi 7, tene, & adde quod ibi dicam.

7 Iſtud ẽt tñ Do. de Anc. & cõmẽdat gl. ibi, p̃teritũ: in dubio tñ verba intelligũtur, vt ſint futuri tpis. Fon.

p ¶ *Furtum.*] quod eſt, contrectatio rei alienæ inuito domino frauduloſa, & animo lucrandi. Inſt. de ob. quæ ex quaſi delict. in princip. & §. furtum autem. & §. placuit. & prohibitum etiam in decalogo. 14. q. 5. pœnale. & in ſecunda prohibitione obtinet quartum locum. quod dic vt nota. 32. quæſt. 7. quid in omnibus.

q ¶ *Diœceſim.*] in qua tota, iuriſdictionem habet ordinariam: & in quolibet ipſius loco non exempto, poteſt pro tribunali ſedere. j̃. de off. ord. cum epiſcopus.

r ¶ *Cum extra.*] ratio. Et nota de omnibus rationem reddendam: quod dic, vt s̃. de reſcrip. ſi quando.

s ¶ *Territorium.*] ſuum. s̃. de off. leg. nouit. ff. de iu. om. iu. l. vlt. Et eſt Territorium, vniuerſitas agrorum infra fines cuiuſque ciuitatis: quod ab eo dictum quidam aiunt, quòd magiſtratus eius loci infra eos fines terrendi, id eſt, ſubmouendi ius habent. ff. de ver. ſig. pupillus. §. territorium.

t ¶ *Impune.*] ideſt, ſine pœna, ideſt, non parens, ex eo pœnam non patitur.

DE RESCRIPTIS.

¶ *Iſta rubrica continuatur ad præcedentem in modum qui ſequitur : Dictum fuit ſ̃.tit.prox.de conſtitutionibus, & ſic de iuribus: Nam conſtitutio large ſumpta accipitur pro omnibus partib.iuris ſcripti : verum quia parum eſſet iura condere, niſi eſſent iudices qui illa tuerētur, & redderent vnicuique ius ſuum:idcirco viſo de iure,reſtabat videre & de iudicib. qui iura reddūt: Sed quia iudices vt plurimum conſtituuntur per reſcripta, idcirco præmittitur hæc rubrica,de reſcriptis.Vnde ſciendum,ꝙ nos habemus reſcriptum,priuilegium.& beneficium.Reſcriptum in iure accipitur dupliciter:videlicet,ſtricte,et large.Reſcriptum large ſumptum, comprehendit reſcriptum ſtricte, ſiue in ſpecie ſumptum, & beneficium Principis.Sed reſcriptum ſtricte et in ſpecie ſumptum, dicitur illud,quod emanat ad obſeruantiam iuris communis : puta,cum quis conqueritur Principi,ꝙ aliquis facit contra iura,ſupplicans,vt princeps det ſibi iudicē delegatum,qui faciat obſeruare ius commune.In iſto autem tit.reſcriptum accipitur large:quia in eo tractatur de gratiis circa beneficia obtinenda. Priuilegium vero dicitur illud, quod emanat contra ius commune in fauorem aliquarum perſonarum, & dicitur Priuilegium, quaſi priuata lex, vt,quia de iure communi omnes habentes prædia,tenentur ſoluere decimas prædiales Eccleſiæ parochiali, Papa concedit aliquibus priuilegium, vt de laboribus ſuis non ſoluant decimas:vel de terris ſuis, quas colunt ſiue coli faciunt propriis ſumptibus, non ſoluant decimas : ſicut fuit conceſſum pluribus religioſis, vt de terris ſuis, quas colunt,ſiue coli faciunt propriis ſuis ſumptibus,nullas ſoluant decimas:iſtud vocatur Priuilegium. Sed beneficium Principis,dicitur gratia, quam Princeps facit alicui præter ius;vt puta,Papa fecit mihi gratiam, vt mihi detur beneficium, quòd primo vacabit in eccleſia Pictauienſi,Et licet priuilegium,reſcriptum, & beneficium differant(vt dictum eſt)tamen reſcriptum largo modo ſumptum,comprehendit omnia iſta.*

## TITVLVS III.

### De reſcriptis.

¶ Gregorius nonus.

¶ *Reſcriptum impetratum ab excommunicato, eſt ipſo iure nullum, & quicquid inde ſecutum eſt:niſi in cauſa excommunicationis,vel appellationis.*

Sūmarium dom.Helię.

IPſo iure.] Ponit dictum,à quo duos caſus excipit: ibi,*quam excommunicationis*.Ioan.And.

¶ Reſcriptum delegatorium ab excommunicato impetratum, eſt ipſo iure nullum : nec valet proceſſus per illud reſcriptum factus,etiam ſi oppoſitum nō fuerit.Fallit in reſcripto in cauſa excommunicationis vel appellationis.h.d. Pro intellectu huius c.pręſupponēdum eſt,quod habetur j̃.eo.lib.de excep.in c.pia.vbi dicitur, quòd ſi excommunicatus maiori excommunicatione, fuerit in iudicio agendo, & non fuerit exceptum de excommunicatione, valet proceſſus cum eo factus : tamen licet excommunicatio ante litem conteſtatam oppoſita non fuerit, poterit opponi in quacumque parte litis,&obtenta abſolutione,accipiet excommunicatus proceſſum in ſtatu, in quo erat ante excommunicationem.

Casvs. Prætendebam te debitorem meum in aliqua pecuniæ ſumma:vel te poſſidere beneficium meum,eo ꝙ habebam ordinarium loci certa ratione ſuſpectum:nolui te conuenire coram ipſo : ſed à Papa impetraui reſcriptum delegatorium ad aliquem iudicem,qui cognoſceret de huiuſmodi cauſa ; tempore impetrationis eram excommunicatus maiori excommunicatione:præſentaui illud reſcriptum delegato,qui virtute illius reſcripti proceſſit vſque ad diffinitiuam ſentētiam:poſtea peruenit ad notitiam tuam,ꝙ tempore impetrationis reſcripti eram excommunicatus maiori excommunicatione:voluiſti proponere nullitatem proceſſus,ſententiæ,& reſcripti:Quæritur nunquid ſis audiendus? Videbatur,ꝙ non:quia exceptio propoſita in quacunque parte litis, non annullat proceſſum factum antea. Non obſtante iſta ratione dubitandi, dicit Romanus Pontifex,ꝙ certe iſtud reſcriptum non valet, nec proceſſus inde ſecutus,Et ratio eſt propter defectum iuriſdictionis : quia ex quo fuit reſcriptum ab initio nullum, per id non fuit tributa iuriſdictio delegato,ſed ſecus,ſi iudex alias haberet iuriſdictionem:quia eſſet ordinarius vel delegatus, & impetrans non erat tempore impetrationis excommunicatus: quia proceſſus eſſet validus,donec eſſet oppoſita exceptio ex communicationis.Sed quæritur,an ſit verū indiſtincte,ꝙ reſcriptum delegatorium impetratum ab excommunicato, ſit nullum ipſo iure?Reſpondet Romanus Pontifex,ꝙ hoc nō eſt verum indiſtincte:ſed fallit, ſi excommunicatus impetret reſcriptum in cauſa excommunicationis vel appellationis:puta, Epiſcopus Pictauienſis me excommunicauit:dico excommunicationem eſſe iniuſtam,&vlterius dico,ꝙ ſum abſoluendus ſine emenda,& abſque aliqua cautione,acceſſi ad ſedem Apoſtolicam,& impetraui reſcriptum ad aliquem iudicem delegatum, per quod mandabatur,vt ſi iudici conſtaret de inutili excommunicatione, me abſolueret:quia potuiſſem adire Ordinarium:& Papa concurrit cum Ordinario : & ſic potui adire Papam,& impetrare reſcriptum : Aliàs ſequeretur,ꝙ excommunicatus iniuſte,non haberet aliquod remedium contra iniuſtam excommunicationem. Item fallit in cauſa appellationis, vt ſi aliquis excommunicatus appellet & impetret reſcriptum, in cauſa appellationis reſcriptum valet,vt reparetur iniuria ſibi facta à iudice àquo.

## CAP. I.

IPſo iure [a] reſcriptum [b],vel proceſſus [c] ꝑ ipſum habitus non valeat, ſi ab excommu-

Text.*Articulo*,vnde articulus eſt pars intētionis continens illud, qđ actor vel reus intendit probare.c.veniens 2.ibi,*Pars autem*.ſ̃.de teſt.Et articuli quandoque vocantur intentiones, quandoque aſſertiones.No.primo,ꝙ excommunicatus regulariter non poteſt impetrare reſcriptū delegatorium contra ſuos debitores.No. ſecūdo,ꝙ proceſſus factus virtute reſcripti nullius eſt ipſo iure nullus:quia vbi nō eſt fundamētum, deſuper ædificari non poteſt:ſecus ſi reſcriptum non eſſet nullum,licet eſſet ſurreptitium,& elidibile ope exceptionis;qa tunc delegatus virtute illius reſcripti haberet iuriſdōnem, ſed elidibilem per exceptionem.No.tertio duos caſus exceptos à regula poſita in principio c. in quibus valet reſcriptum ab excōicato impetratum: videlicet,in cauſa appellationis,& in cauſa excommunicationis:Nam in cauſa excommunicationis, excommunicatus pōt eſſe in iudicio tāquàm actor, & impetrare iudices delegatos, & petere relaxari excommunicationem ſuam,quam dicit iniuſtam. Item in cauſa appellationis poteſt excommunicatus maiori excommunicatione appellare & appellationem proſequi,&reſcripta impetrare.Sed vtrū per iſtud c.ſit correctum c.pia.j̃.de excep.Dicit gl.in verbo,Proceſſus(& bene)ꝙ non, quia illud c.pia.intelligitur in excommunicato agente coram Ordinario vel Delegato,qui agens tēpore impetrationis non erat excōmunicatus, ſed incidit in excōicationem poſtquam delegatus recepit iuriſdictionemvirtute reſcripti delegatorij. Iſtud autem c.intelligitur de excommunicato agente:qui tempore impetrationis reſcripti erat excommunicatus.

Iſtud c.ꝓcedit in excōicatione occulta ſiue manifeſta, exceptis caſib. hic poſitis: ſed qđ đ appellatiōe hic dr̃, hoc fallit ī actu partis extra iudicialiter fcō:c. ſicut. ſ̃.de ele. nā tūc nō excipit : ſ; agit. Phi. & Do.ī ſi.lectu. ſuæ colligit 15. limitōes ad iſtud c.quas vide. Font.

¶ *Gl.ſeq.ponit quod reprobat.*

a ¶ *Ipſo iure.*] Ergo [1] ſine exceptionis ope:& ſic falſam puto opi.Tancr.& Inn.no.ſ̃.de of.dele.prudentiam.§.ſexta.& Ber. Comp.not. ſ̃.e.c.ſuper litteris.in gl.hic quæritur.& Guil.Du. no.in Spe.ti.de reſcr.pręſentatione.§.ratione autē impetrantis.ver.quid de proceſſu.qui omnes dixerunt,ꝙ proceſſus habitus per litteras impetratas ab excōicato, valet, ſi non opponatur exceptio:Et hoc dico territ⁹,cū ſupradicti oēs (excepto Tancredo) hanc viderint decretalem:vnde vel nō ponderauerunt hoc verbum,Ipſo iure,poſitum in principio hic, vel hāc decretalem putauerūt eſſe correctam per decr.pia.quod non credo:cū pars illa, quæ correcta eſt,remota fuerit,vt j̃.dicam.

[1] Iſtā gl.probant Do.ex qua no.Phi. ꝙ iudex ꝓcedendo ad vlteriora, ñ validat proceſſum ſuū, vbi reſcriptū eſt penitus nullū vide,Do.Fon.

¶ *Gl.ſeq.ſoluit quæſitionem,& ſolutionem probat tribus rationib.*

b ¶ *Reſcriptum.*]ſ̃.e.dilectus filius Abbas.Et ſatis hic puto terminatam q.qua quæri ſolet, vtrum reus actorem, quem excipiendo contra reſcriptum & perſonam, repulit excommunicationis vigore,corā ipſo delegato reconuenire poſſit.Et patet,ꝙ non [2]. Si enim nullum eſt reſcriptum, & conuentio eſt principale, & reconuentio acceſſorium:ſublato principali,& acceſſorium.j̃.de reg.iu.acceſſorium.cum ſuis concord.Item cauſa conuentionis & reconuentionis ſimul ſunt tractandæ. ſ̃.de mu.pe.c.1.de or.cog.cum dilectus.quod hic eſſe non poſſet. Item conuentio eſt expreſſum,reconuentio tacitum : Sublato igitur expreſſo,& tacitum eſt ſublatum.C.ſi reus vel accuſ.mor.fu.l.vlt. & facit quod no.de cler.coniug.quod à te,& elect.ab eo. hoc tenuit Tan.Bart.Brix.in quæſtione Veneriali,quæ incipit, Actor conueniebat reum.

[2] Gl. bñ đt ſecūdū Do. ſi tñ exciperet ſolū cōtra pſonā, fiet recōuētio:facit j̃.đ elect.ab eo. Do.Font.

¶ *Gl.ſeq.quærit,& ſoluit diſtinguendo.Item quærit de ratione,& ponit duplicem,quam improbat:& quadruplicē,quam approbat.*

c ¶ *Proceſſus.*]Nunquid ergo correcta eſt decr.pia.j̃.de excep. vbi dicitur, ꝙ proceſſus habitus cum excōicato tenet, donec opponatur exceptio:& poſtmodum ipſo abſoluto, reaſſumatur cauſa in eodem ſtatu?Solu.Non eſt correcta:immo potius corrigeretur iſta per illam, cum illa ſit poſterior.Eſt enim Inn. iiij.ſed hæc Græg.ix.ſ̃.ti.prox.c.j.Sed neutra per alterā corrigitur,ſed in diuerſis caſib.loquuntur. No.igitur primo,falſam eſſe opi.modern.quam Ber.no.in decr.pia.in gl.ſed mirum.& in præd.decr.dilectus.in gl.ſic videtur.ver.ſecus ſi antiquis.& in decr.de of.dele.prudentiam.in gl.ſic videtur.& in gl.ſecus eſſet. in quibus dixit reſcriptum ab excommunicato impetratum valere poſt ſuam abſolutionem.Et vera eſt ipſius Ber.opi. antiqua,vt per prædictas gl.apparet.& de æta.& qua.cum bonæ.&de cle.exc.mi.propoſuit.Circa hanc igitur materiam ſic diſtingue:aut excommunicatus maiori agit coram Delegato, aut coram Ordinario:In primo caſu ſubdiſtingue:qa aut erat

nicato a, ſuper alio b quàm excommunicationis c vel appellationis d articulo, fuerit impetratum e.

¶ Innocentius quartus in concilio Lugdunen.

*¶ Per clauſulam, Quidam alij, poſſunt ſoli quatuor conueniri: quorum nomina in primo citatorio exprimantur, ne variationi ſit locus. Ioan. And.*

excommunicatus tempore impetrati reſcripti, aut poſtea fuit excõmunicatus, In primo caſu ſubdiſtinctionis, habet locum hæc decret. vt. ſ. non valeat reſcriptum, nec proceſſus per ipſum habitus, niſi impetratum fuerit ſuper cauſa excommunicationis vel appellationis, vt hic, & in concor. ſuperius allegatis. In ſecundo caſu ſcilicet, quãdo poſt impetrationem excõmunicatus fuit, locum habet decr. pia 1. & de off. dele. prudentiam. §. ſexta. Si agit coram Ordinario tũc tria tempora diſtingue: ſecundũ vetera iura non tenebat proceſſus cum ipſo habitus. s̃. de excep. exceptionem. aliàs non video quare ibi fieret condemnatio expenſarũ 2, ſi tenuiſſet habitus proceſſus: vt ibi etiam no. Poſtmodum ſtatuit ibi Greg. in deciſ. huius decre. ꝙ teneret proceſſus habitus cum excommunicato, ſi reus eum ſcienter admiſit, aliàs non. Secundum moderna vero iura tenet proceſſus, & locum habet decret. pia. & ſic nec corrigitur, nec corrigit. Si quæratur, quæ ſit ratio diuerſi iuris, & ſi dicatur, quòd excommunicatus impetrans peccauit ſe ingerendo communioni hominum: non valet hęc reſponſio, cum eadem ratio ſit in Ordinario. Si dicatur, ꝙ hæc ſit ratio, quia reſcriptum impetratum fuit tali veritate tacita, qua expreſſa litteras non habuiſſet, non valet etiam hæc reſponſio: quia tunc reſcriptum habet elidi exceptionis ope, nõ ipſo iure: s̃. e. ſuper litteris. & hoc no. Ber. s̃. e. ad audientiam. 2. Vnde ſatis mirandũ videtur, ꝙ ſi ago coram Ordinario, tenet proceſſus: & ſi ab eo impetro Delegatum nec reſcriptum valeat nec proceſſus. Sed poteſt eſſe ratio, quia iuriſdictio delegata ſumit initium ex perſona agentis & impetrantis, & ideo cum vitioſum fuerit principium. 1, q. 1. principatus, nec reſcriptũ valeat, nec proceſſus, Ordinaria autem iuriſdictio ab actore agente non incipit, & ideo ibi ſecus. Item iuriſdictio ordinaria fauorabilis eſt, extraordinaria odioſa: vt s̃. e. ad hoc. Item quando proceditur coram Ordinario vel Delegato impetrato ante excommunicationem: eſt in aliquo quod imputetur reo, qui de excommunicatione debebat excipere, ſi ſciebat, aliàs inueſtigare debebat: ſed vt plurimum, delegatum impetrat actor abſente reo, & ideo non valet impetratio, nec proceſſus habitus ipſius impetrationis vigore, vt hic. His ergo rationibus & excommunicati odio, ſpeciale dicatur, ꝙ in hoc caſu veritas ſuppreſſa ipſo iure vitiet reſcriptum, & proceſſum habitum per illud.

1 Sicut eñ ſequẽs excõicatio nõ vitiat votũ eligẽtis, ſed ſola pcedẽs de ele. cum inter R. ita nec vitiat reſcriptum. Ioan. And.

2 No. gl. iuncto tex. quẽ allegat, qđ re⁹ deferens proponere exceptionẽ reddẽtẽ iudiciũ retro nullũ, punitur ĩ expẽſ. Phil. d. Fon.

a ¶ *Ab excommunicato.*] maiori excommunicatione: vt s̃. de excep. à nobis. & j̃. eo. c. pia.

*¶ Gloſſ. ſeq. quærit, ponit opi. cuius tenet contrarium, & reſpondet allegatis in contrarium.*

b ¶ *Alio.*] Quid ſi excommunicatus impetrat litteras inquiſitionis? No. Gof. de off. dele. prudentiam. in gl. colligitur, quòd bene valent litteræ: & hoc ideo, quia fama ibi habetur accuſatoris loco: vt s̃. de ac. qualiter, 2. §. ex quib. & licet promouens ineptus appareat, nihilominus valet reſcriptum, & proceditur per illud. s̃. de accuſa, cum oporteat. vbi idem tenet Inn. & Hoſt. & hoc quando excõmunicatus ſolum miniſterium præbuit, nec nominatus fuit in litteris 3 idem Gul. in Spec. de inquiſit. §. j. verſ. quid ſi in littera. alleg. Inn. & Hoſt. ad hoc C. de prec. imp. off. l. j. & l. vniuerſis. & ff. de inoff. teſt. poſthumus. §. j. & l. ſi pars. §. vlt. Nõ enim refert ſecundum eos, à quo & quo tempore fuerit nunciatum. ff. de pe. hæ. l. itẽ veniunt. §. à quo. & ff. de euict. ſi rem. §. vlt. Per hãc litteram credo contrarium, cum in odium excommunicati ſit hoc inductum, ꝙ nullæ litteræ valeant, niſi hic contentæ: nec puto tutum à littera recedere: & ad hoc optime facit: quia ſi excommunicatus pro alio litteras impetrat ad agendum, non valent 4 s̃. de probat. poſt ceſſionem. & bene refert interdum, per quem preces offerantur. j̃. de hær. c. 2. §. 3. Ad decret. cum oporteat, reſponde vt ibi no. ſecundum Io. in gl. pe. Præterea non eſt inimicus ita perſona prohibita ab impetrãdo, ſicut excommunicatus: vnde agit pro ſua iniuria, quod non facit excommunicatus, de iudic. intelleximus. 4. q. 6. omnibus.

3 Placet Do. nã text. hic loquitur de reſcripto ad inſtantiã impetrãtis cõceſſo. Fõ.

4 Idem Do. & de Anc. Font.

c ¶ *Excommunicationis.*] s̃. de ſen. exc. cum pro cauſa.

d ¶ *Appellationis.*] s̃. de excep. cum inter. & c. ſignificauerunt. & c. vlt.

e ¶ *Impetratum.*] & ſic inſpicitur tempus datæ, vel 5 impetrationis. ad idem s̃. e. eam te. & j̃. e. tibi, qui. de præb. eum cui. Sequebatur autem olim hic in fine talis littera, Quod coram eo actum eſt, coram Ordinario ſimiliter irritum eſt cenſendum, niſi forſitan qui conuenitur, ſcienter admiſiſſet eundem. Remota fuit, quia reuocata per decret. pia. vt dixi s̃. in gloſ. nunquid ergo. Ioan. And.

5 Gl. ſeqtur Phi. in prin. lectu. Font.

C*Vm in multis.*] Duo ſunt dicta, quorum primum cauſam præmittit: ſecundum ſubmittit ibi, *Quorum*. Ioan. Andr.

¶ Pro intellectu huius c. præſupponendum, quòd aliquando in reſcripto delegatorio, videlicet in narratione, ponũtur iſta verba: Sixtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, &c. Cõqueſtus eſt nobis talis, quòd talis Titius, & quidam alij ſuper tali re ei iniuriantur. Mandamus quatenus vocatis vocandis, quod iuſtum fuerit decernas. Aliquando ponuntur non ſolum in parte narratiua, ſed etiam in parte diſpoſitiua, hoc modo: Sixtus Epiſcopus, &c. Conqueſtus eſt nobis talis, quòd talis Titius, & quidam alij ſibi iniuriantur, &c. Mandamus, quatenus dictum Titium, ad præſentiam tuam conuoces: & alios quos dictus talis tibi duxerit nominandos.

## CAP. II.

CVm f in multis g iuris articulis infinitas reprobetur: prouide h † duximus ſtatuendum, vt per illam generalem i

† perinde

Casvs. hoc præſuppoſito, ſic figuratur: Ego à ſede Apoſtolica impetraui reſcriptum contra te ſub prædicta forma, non eſt dubium, ꝙ virtute illius reſcripti poſſum te conuenire coram delegato: & etiam alios comprehenſos ſub clauſula, Et quoſdam alios. Sed quæritur, vtrum potero conuenire perſonas tot, quot voluero? Reſpondet Romanus Pontifex, ꝙ virtute illius clauſulæ non potero niſi tantummodo quatuor conuenire, Sed quid? Ponamus ꝙ contra aliquem comprehenſum ſub illa clauſula impetraui à iudice Delegato aliquam citationem; vtrum in iſta citatione impetrata contra vnum, ego debeam nominare alios tres? Reſpondet Romanus Pontifex ꝙ ſic, quia virtute illius clauſulæ, Et quidam alij, nõ poſſum niſi quatuor conuenire, quos teneor exprimere in citatorio. Et licet quidam dixerint ꝙ non debebam alios quatuor in citatorio exprimere: communis ſententia Doctorum eſt, ꝙ debeo omnes quatuor nominare, & debeo impetrare citationem contra omnes: & ſi impetro citationem ſolum contra vnum, debeo in ipſa citatione alios nominare: aliàs citatio non valeret. Not. primo id, ad quod allegatur principium c. ꝙ infinitas in multis articulis iuris reprobatur, No. ſecundo principalem effectum huius cap. videlicet, ꝙ reſcriptum delegatorium non ſolum comprehendit nominatos in ipſo reſcripto: ſed etiam alias perſonas non expreſſas, ſi in reſcripto apponatur aliqua clauſula, per quam appareat Papam hoc voluiſſe. Nota tertio, ꝙ per clauſulam, Et quidã alij, *poſſunt* ſolummodo quatuor conueniri: plures non poſſunt conueniri. No. *finaliter*, ꝙ in citatione impetrata contra aliquem de comprehenſis in *clauſula*, Et quidam *alij*, *omnes ſunt nominandi*, quos intendit impetrans conuenire: aliter citatio non valeret, vt dictum eſt: quod eſt intelligendum, *niſi* impetrans diceret, ꝙ virtute *illius clauſulæ non intendit conuenire niſi illum* quem nominat: puta, ꝙ non intendit conuenire niſi Caium, & alios tres non exprimit; quia illos non intendit conuenire, quia cum eis *tranſegit: tunc* ſi hoc dicatur ab impetrante *in citatorio*, valebit citatio: ſed ſi ſimpliciter nominet vnum, & non fiat mentio de aliis tribus, citatio eſt nulla: quia iſte text. requirit illam expreſſionem, vt ſatis dictum eſt.

f ¶ *Cum in multis.*] Per clauſulam, quidam alij, poſſunt ſoli quatuor conueniri, quorum nomina in primo citatorio exprimantur, ne variationi ſit locus, Ioan. And.

*¶ Gl. ſeq. ponit viij. exempla, quibus vitiatur infinitas. In fine ponit caſum & remittit.*

g ¶ *Multis*, 6] Exemplifica vt s̃. de rel. do. c. vl. & j̃. e. ti. religionum. s̃. de teſtib. cum cauſam. §, volentes. & c. ſignificauerunt. §, mandamus, ff. de teſtib. l. j. in fi. Item in relictis pro redemptione captiuorum reſtringitur infinitas. C. de ſacroſ. eccleſ. vt inter diuinum. Item reſtringitur ſeueritas, cũ multitudo peccauit: de cler. exc. mi. latores, cum ſi. Item non oneratur hæres in infinitum fideicommiſſum ſoluere. ff. de le. 3. fideicommiſſa. §. ſi quis decem. Item nõ valet promiſſio, ne vlla exceptio deſerti iudicij obiiciatur: puta, promitto ꝙ ſi per caſum fortuitum impeditus fuero, vt comparere non poſſim, nõ obiiciam de caſu. ff. ſi quis caut. l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. Item in ſtipulatione damni infecti non debet quis eſſe in infinitum obligatus. ff. de damn. infect. l. qui bona. §. vlt. Item legatum, quòd non poteſt ſciri ex teſtamento: puta, lego centum ei, quem mihi Titius nominauerit, non valet. ff. de iur. fiſ. l. ita fidei, & merito reprobatur infinitas: quia multitudo eſt canonibus inimica: s̃. de præb. quia in tantum, & oneroſa, nihil habens honeſti: in Authen. de referen. ad ſi. colla. 2. & de hoc habes plures concor. de æta. & qual. c. pen.

6 Ad iſtã gl. vide Feli. c. licet. 2. de teſtib.

h ¶ *Prouide.*] quia per generalitatem iſtam derogabatur iuriſdictioni ordinariæ, cui per hanc conſtitutionem prouidetur.

i ¶ *Per illam generalem clauſulam.*] præter expreſſos enim poterunt quatuor conueniri.

a ¶ Quid

clauſulam: Quidam alij [a]: quæ frequenter [b] in litteris [c] noſtris inſeritur, vltra tres, vel quatuor [d] in iudicium non trahantur: quorum [e] nomina [f] in primo citatorio exprimat impetrator: ne locus fraudi [g] forſitan relinquatur, ſi circa ea [h] poſſit [i] libere variare [k] †.

† al. variari.

¶Idem in eodem.

*¶Si actor contra reum ſuper pluribus perſonalibus litteras impetrat ad diuerſos, non valent litteræ nec proceſſus earum: & reo condemnabitur in expenſis. Et idem in reo conueniente, vel reconueniente actorem, eodem durante iudicio.*

## CAP. III.

DIſpendia [l] litium æquitatis compendio volentes, qua poſſumus [m] induſtria coarctare, ſtatutum felicis recordationis Gregorij [n] Papæ noni prædeceſſoris noſtri ſuper hoc editum ampliantes [o]: Decernimus, vt ſi quis contra alium plures perſonales [p]

1 Iſta clauſ. locū h;, vbi pōitur poſt perſonā expreſſam, nō aliàs, Dom. Phil. Font.

a ¶*Quidam alij.1*] s. eo. paſtoralis. & c. Rodulphus. Idem intelligo de qualibet conſimili clauſula: vt ſi dicatur, Titius, & non nulli homines ciuitatis Bonon. vel ſimili modo. Item ſi dicatur, homines talis loci: nam aut conueniet eos vt vniuerſitatem, & tunc omnes habentur loco vnius: aut vt ſingulos, & tunc ſolos quatuor præter expreſſos poterit conuenire: vt hic, ſecundum Inn.

b ¶*Frequenter.*] Et ideo prouidendum fuit. ff. de legi. nam ad ea. & j. de reſtit. ſpol. frequens. hodie autem hæc clauſula non eſt in vſu.

¶ *Gloſ. ſeq. quærit, & ſoluit.*

c ¶ *In litteris noſtris.*] quid de litteris Epiſcoporū? Dic ſecundum Hoſti. ꝙ non extenditur ad illas. ad hoc 25. diſt. qualis.

¶ *Glo. ſeq. quærit, & ſoluit. ſubdit duo, quæ poſſunt recitari per quæſtiones.*

d ¶ *Vel quatuor.*] Olim trahebantur quadraginta. arg. de teſti. cum cauſam. & c. ſignificauerunt. & de cler. exc. mi. latores. Si quæratur quæ ſit ratio, quare reſtricta fuit ad quatuor. dic, ꝙ arbitraria: quia æque potuit reſtringi ad plus & minus. Poſſet reddi ſimilitudinaria, quam habes s. de conſang. & affin. non debet. Dico tamen ſecundum Bern. quòd ſuper re indiuiſibili, puta, iudicio communi diuidundo, familiæ erciſcundæ, & ſi. poſſunt per generalem clauſulam vltra quatuor euocari ad iudicium. Item omnes vltra illos quatuor, qui ius habent in re, poſſunt agere vel defendere pro ſuo iure coram illo iudice. Arg. s. de re iud. cum ſuper. s. de offic. deleg. ſuper eo, arg. j. de elect. c. 1.

¶*Gl. ſeq. reci. per quæſtionem, ponit opi. Inn. ſecundum Hoſt. tertio Bart. quam approbat. Secundo ſubdit dictum, cuius ponit opin. contrariam, quam reprobat. Tertio quærit, & ſoluit. Quarto quærit arg. pro, & ſoluit contrarium.*

e ¶ *Quorum.*] ſcilicet illorum, quos intendit conuenire per clauſulam, & debet expreſſio in actis ſcribi: de prob. quoniam contra. §. j. Et dixerunt quidam, ſ. Innocentius quòd in qualibet citatione illorum debeant omnia nomina exprimi. Satis poteſt dici, quòd ſufficit exprimi in citatione eius, qui primo citatur, & ſcribantur in actis, vt s. dixi ſecundum Hoſt. Vel ſecundum Bar. ſatis eſt, quòd ſcribantur in actis, licet in primo citatorio non ſcribantur: quia iam ceſſat variatio. Quod ſatis credo 2: quaſi hæc littera dicere velit, quòd ante quam fiat citatio, nomina exprimenda ſint illorum quatuor. Et credo tutius, quòd fiat hæc expreſſio in prima citatione, quæ fit auctoritate reſcripti: etiam ſi fiat de expreſſis in eo: licet alij contra, dicentes, quòd ſufficit quòd fiat in prima citatione alterius illorum quatuor, ſed ſecundum hoc non eſt plene fraudibus prouiſum. & ſi quæratur, an de non expreſſis conuenire poſſit prius, q̃ cōueniat expreſſum? Eſt dicēdum, ꝙ ſic: quia donare, liberare, & remittere poteſt, niſi forte in fraudem expreſſiſſet ſecundum formam decre. s. e. ſedes. & hoc tenet Bar. 3 in quæſtione Veneriali, quæ incip. Aliquis impetrauit. Sed pone: quatuor expreſſit, poſtea mutat vnam ex perſonis: vel neminem expreſſit, poſtea alterum cōuenit, nihil excipitur: quæritur an valeat iudicium? Et videtur quòd ſic: quia hæc exceptio dilatoria eſt, vt dici conſueuit de exceptionibus duarū dietarum, s. e. nonnulli. Item quia multa fieri prohibentur, &c. de regu. ad Apoſtolicam. Contrarium dico ſecundum Bat. quia ſi nomina in primo citatorio vel actis fuerunt expreſſa tempore debito: perinde eſt, ac ſi in reſcripto fuiſſent expreſſa. Si non fuerunt expreſſa tempore debito: perinde eſt, ac ſi non fuiſſet ibi clauſula. Vnde cum reſcripta non extendātur ad alias res, vel perſonas: de off. deleg. P. & G. dico quòd etiam ſi non excipiatur, non valet iudicium 4.

2 Poſt factū tene iſtā gl. ſed añ Hoſt. Phil. do. Fō.

3 Hic nō eſt Bart. dSaxo ferrato, ſed Bartholom. Brixi. cuius ſæpe meminit Io. An. & alij veteres interpretes

4 Do. notat hic, vbi iudex fundit° caret iuriſdictione: ꝓgrediendo ad vlteriora ñ facit ſe cōpetētē, & ꝓceſſus non valet. Fon.

f ¶ *Nomina.*] & cognomina, vel certas circumlocutiones. §. teſtes. s. de teſti. licet ex quadam. & ff. ſi cer. pet. l. certum. vt euitetur æquiuocatio. s. e. ſignificante. & c. quia nonnulli.

g ¶ *Fraudi.*] cui occurrendum eſt. j. de renun. c. 2. cum ſi.

h ¶ *Ea.*] ſcilicet nomina.

i ¶ *Poſſit.*] impetrator.

¶ *Gl. ſeq. no. ad brocar. & remittit; ſecundo no. ad quæſtionem.*

k ¶ *Variare.*] No. variationem & inconſtatiam reprobari: alibi permittitur: Quod dic, vt plene dixi j. de reg. iur. quod ſemel, & no. per hāc litteram, ꝙ per litteras generales ad obtinenda beneficia, ex quo aliquid ſpecificauit ſine proteſtatione: ſi ſuccumbat, ad aliud tranſire non poterit 5: quia perinde eſt, ac ſi in reſcripto fuiſſet expreſſum illud beneficium quod optauit. j. de conceſ. præben. quia cunctis. quod ſane intelligas ſecundum id, quod habes. j. eo. tit. nec captandæ. Ioan. And.

5 Tene mēti gl. ſed fallit tñ, ſi acceptans ꝓbabiliter ignorauit. Font.

DIſpendia.] Diuiditur in duas partes: in prima ponitur cauſa conſtitutionis: in ſecunda ibi, *Decernimus.* ipſa conſtitutio, in qua duo facit. Nam primo prouidet de actore, & cōtrafacienti triplicem pœnam imponit. Secundo: ibi, *Reus quoque*, prouidet de reo, in quo vnum caſum excipiens prædictam pœnam repetit. Io. And.

Casvs. Ponamus, quòd tu debebas mihi decem ſcuta ex cauſa mutui veri & legitimi: Item alia decem ſcuta debebas mihi ex cauſa venditionis: nolebam te conuenire coram Ordinario propter aliquam cauſam: vnde acceſſi ad Papam, & impetraui iſtas cauſas delegari pluribus delegatis: quia impetraui vnum delegatum ad cognoſcendum in vna cauſa, & alium in alia: vtrum valeant iſtæ impetrationes? Reſpondet Romanus Pontifex, quòd non: immo debeo carere omnibus impetratis, & nullus delegatus recipit iuriſdictionem virtute iſtarum litterarum: & ideo ſi fecero te conuenire coram illis iudicibus, ipſi debebunt pronunciare, ſe non eſſe iudices: & me impetrantem cōdemnare in expenſis. Sed quid erit ſanctiſſime Pater? Ponamus, quòd impetraui vnum iudicem delegatum pro aliquo alio debito: vis me conuenire coram alio iudice delegato pendente meo proceſſu: vtrum poſſis? Reſpondet quòd non: ſed debes me reconuenire coram meo iudice delegato. Et ſciendum eſt, quòd littera in fine intendit iſtud dicere, quòd reconuentio habet locum, quando ab initio reus offert actori libellum in cauſa reconuentionis, vt facta reſponſione in cauſa conuentionis, fiat reſponſio libelli in cauſa reconuentionis. Sed aliquando reus differt reconuenire actorē: Sed tunc reconuenit eum, poſtquam actor multum proceſſit in cauſa, & tunc proceſſus actoris in aliquo non differtur, ſed proceditur in eo abſque aliquo impedimento, non obſtante reconuentione ipſius rei. Et tunc reconuentio non habet priuilegium ſuum, quando opponitur poſt litem conteſtatam, ſicut quando opponitur ante litem conteſtatam: tunc enim gaudet priuilegio: videlicet, quia ſi vnus proceſſus fuerit expeditus in cauſa conuentionis, debet idem proceſſus expediri in cauſa reconuentionis antequam expediatur alius proceſſus in cauſa conuentionis: vt ſupra de mut. pet. in antiquis.

l ¶ *Diſpendia.*] Si actor contra reum ſuper pluribus perſonalibus litteras impetrat ad diuerſos, non valent litteræ nec proceſſus earum: & reo condemnabitur in expenſis. Et idem in reo conueniente, vel reconueniente actorem, eodem durante iudicio, hoc dicit. vocatur autem diſpendium longum & inutile: compendium autem breue & vtile. Ad idem, de accuſa. qualiter & quando. 2. ad fi. Ioan. And.

m ¶ *Qua poſſumus.*] Ad idem ſupra in procem. huius libri: & hoc ſufficit. 43. diſt. Epheſiis. 47. diſt. c. vlt.

n ¶ *Gregorij.*] hæc eſt vera littera: & loquitur de decret. s. e. ti. c. vl. Quidam olim habebant, Innocentius Papa tertius, & male. Ioan. And.

o ¶ *Ampliantes.*] ampliauit in eo, quod ſtatuit, quòd proceſſus non valeat: & in eo, quòd ſtatuit de reo. Nam hæc in decretali, Quia nonnulli. expreſſa non fuerant.

¶ *Gl. ſeq. notat à contrario: & quatuor diuerſitatis rationes reddit: contra vltimam remittit.*

p ¶ *Perſonales.*] quaſi ſecus in realibus. 25. diſt. qualis. in gl. pe. ff. de iudic. cum Prætor, in gl. 3. & poteſt eſſe ratio diuerſitatis, quia perſonales alterius naturæ ſunt, quàm reales, & facilius expediuntur: quia ſæpius fit inde inſtrumentum vel ſcriptura. argum. ff. de eden. l. ſi legatum. & communiter paruæ ſunt perſonales quæſtiones: reales vero magnæ. Item in vna petitione pro pluribus perſonalibus actionibus agi poteſt cuiuſlibet aſſignata cauſa, C. de ann. excep. ſi ex multis. s. de lib. ob. c. vlt. ſecundum Ber. Verior eſt ratio ſecūdum modernos, quare aliud in perſonalibus, aliud in realibus: quia duę dietæ, quę olim dabantur per decreta. s. eo. nonnulli. vel vna, quæ datur hodie per decreta. s. eo. ſtatutum. ſeruata ipſius moderatione computantur à finibus diœceſis, vbi ſita eſt res, quando agitur reali. s. e. dilectus 2. Contingeret ergo, ꝙ quis non poſſet conueniri ſuper plurib. realibus coram eodem iudice, cum res eſſent abinuicē remotę: ſed in perſonalibus, cōputantur à finib.

dioeceſis

dioeceſis, vbi habet domicilium. vnde ſuper omnib. ad vnum iudicem commodius impetrantur. & ideo in iſtis aliud quàm in illis. Sed forte iſta ratio ceſſat hodie per decr. ĵ. e. ſtatutum. Et dic vt ibi dixi in §. cum vero. in gl. olim dicebamus.

¶ *Gloſſa ſequens obiicit, & ſoluit.*

mouere voluerit quæſtiones, non ad diuerſos iudices, ſed ad eoſdem ſuper omnibus [a] huiuſmodi quæſtionibus [b] litteras ſtudeat impetrare [c]. Qui vero contrarium fecerit [d], omni [e] commodo careat litterarum: nec proceſſus [f] habitus valeat per eaſdem†: reo, ſi eum per ipſas [citauerit vel] fatigauerit, in expenſis [g] legitimis [h] condemnandus. ¶ Reus quoque ſi eodem durãte [i] iudicio, actorem ſibi obnoxium [k] dixerit, reconuentionis beneficio vel conuentionis [l], (ſi contra eum litteras [m] impetrare maluerit) de iure ſuo debet apud eoſdem iudices experiri [n]: niſi eos vt ſuſpectos poterit† recuſare [o]: Simili pœna [p], ſi contra hoc fecerit, puniendus.

† In aliquot vetuſtis codicibus ita: aliàs reo, ſi eum ꝑ ipſas fatigauerit in expẽſis, &c. In codice Barbatię ita: & reo, ſi eum ꝑ ipſas fatigauerit, eſt in expẽſis, &c. iam illa duo verba, citauerit vel, non ſunt in vetuſtis exemplarib. nec ea apparet cognita fuiſſe ab antiqs interptib.

a ¶ *Super omnibus.*] ſed ſi reus appellauerit ſuper vna perſonali, iudex non poterit procedere in alia, prima non finita: cum ſuſpectus ſit illi. ſ. de app. ad hęc ſi in vna. Ergo non eſt commodius agere ſub vna quàm ſub diuerſis: & ſic damnoſa videtur conſtitutio hęc actori. ſed pôt dici ſecundum Bernar. ꝙ iniquitas iudicis, ꝗ perperam proceſſit, non facit ꝙ reus propter hoc corã alio iudice poſſit trahi, & ſibi imputet, qui talem obtinuit iudicẽ: & expectet actor, donec appellationis cauſa ſit finita: quæ ſi pronũciata fuerit iuſta, actor poſtmodum ſtudeat alium iudicem impetrare: aliàs ſi fuerit iniuſta, procedet in aliis: & idem videtur de aliis impedimentis, re non integra.

b ¶ *Quæſtionibus.*] & ſic ad eoſdem, & non ad diuerſos debet litteras impetrare: etiam vna lite finita, ſecundum Bernar. licet quidam contra, dicentes, quòd hæc cõſtitutio, & illa, quia nonnulli. intelliguntur quando eodem tempore actor trahit reum ad diuerſos iudices: vel vna pendente coram vno.

¶ *Gl. ſeq. quærit, & remittit.*

c ¶ *Impetrare.*] quid, ſi coram delegato conueniat ſuper vna, coram ordinario ſuper alia. de hoc ſ. eo. c. vlt. in gl. ſecus.

d ¶ *Fecerit.*] cum effectu, vtendo ſcilicet pluribus litteris: quia ſi vnicis tantum vteretur, bene valebit proceſſus habitus per eaſdem, ſecundum Inn. Io. And.

e ¶ *Omni.*] aliàs omnium.

¶ *Gl. ſeq. quærit arg. pro. & ſoluit contrarium.*

f ¶ *Proceſſus valeat.*] in hoc ampliauit ſtatutum, Quia nonnulli. Sed pone, proceſſum fuit coram diuerſis iudicibus, & nihil exceptum: nunquid valebit ſententia, vel proceſſus? Videtur quòd ſic: quia hoc eſt beneficium perſonale, per quod etiam alteri non præiudicatur, de regul. Ad apoſtolicam. Sed verius eſt [1] ſecundum Ber. quòd proceſſus non valet per hanc litteram: aliàs nihil videretur addere hęc conſtitutio illi decretali, Quia nonnulli. & hoc idem tenet Innocentius, & dicit per curiam obſeruari.

1 Idem Phi. nec conſenſu partium conualidatur. c. p. & g. de of. del. Fon.

g ¶ *In expenſis.*] & in damnis [2]. ſ. eo. c. vlt. Ioan. And.

h ¶ *Legitimis.*] De hoc dic vt 2. q. 1. in primis. §. glorioſus. de do. & contum. finem. & hoc eſt generale, vt fatigans aduerſarium, in expenſis puniatur. ſ. de pœ. calumniam. de reſcrip. cæterum. cum ſimilibus.

2 gl. ꝑcedit. vbicũq; aliqs temere trahitur ad iudicium. l. eũ q temere. ff. ꝺ dubi. At vbi expẽſæ petũtur rõe victorię, dãna ñueniũt. gl. l. j. ff. de ali. iud. mut. de Anch. Fon.

Additio. Alleg. Hoſt. eo. ti. c. fi. de do. & contu. c. 2. & c. finem. de ma. & ob. c. fi. de appel. vt debitus. Io. And.

i ¶ *Durante.*] qualiter habet fieri reconuentio. not. ſ. de mut. pet. c. 1. & 2. Ioan. And.

k ¶ *Obnoxium.*] etiam actione reali, ſecundum Ber.

¶ *Gl. ſeq. ponit quæſtionem, quam alternatiue ſoluit: ſecundo quæritur. arg. pro. & ponit ſol. Ber. cui dubitando reſiſtit.*

l ¶ *Vel conuentionis.*] Forte ponit hæc duo verba: quia ſi reconueniatur actor, vna & eadem ſententia debet cauſa terminari: ſi cõueniatur reus, tunc poteſt prius terminari prima, quàm ſecunda. probatur hoc ſ. de mu. pet. c. j. & de ord. cog. cum dilectus. Vel forte vtroque caſu vna ſententia cauſa terminanda eſt: & ſemper eodem durante iudicio, coram eodem iudice agendum eſt, quo finito coram alio; quia tunc non poſſet reus agere coram primo delegato, cum finita ſit iuriſdictio quantum ad cognitionem. ſ. de of. dele. quærenti. An autem coram ordinario recõuenire poſſit eundem, eodem durante iudicio, dubitatur. Et videtur quòd ſic: cum hic dicat littera: Litteras maluerit impetrare: vnde ſolum de Delegato loqui videtur: ſed quia eadem ratio eſt vtrobique, idem ius videtur eſſe debere ſecundum Ber. Vel forte non eſt eadem ratio, quia iuriſdictio ordinaria fauorabilis eſt, & extraordinaria odioſa. & ideo aliud in ordinario dici poſſet. Ad hoc facit quod tenet Innocen. ſ. c. vlt.

Additio. Idem Archidiaconus. Sed fortiter contradicit Authent. & conſequenter. C. de ſent. & interlo. Fateor locum eſſe Authen. ſed nego pœnam huius decr. habere locum: ita quòd teneret proceſſus, ſi hoc non exciperet actor. Ioan. And.

¶ *Gl. ſeq. obiectionem ſoluit.*

m ¶ *Litteras.*] forte eſt talis cauſa, quæ non cadit in cognitionem Delegati ſine ſpeciali mandato Papæ. 6. q. 4. ſi quis Epiſcopus. ſ. de confir. vtil. vel inuti. c. 1. & 2. ſ. de reſt. in inte. c. pe. aliàs enim quare oneraret ſe litteris impetrandi, qui per litteras actoris poteſt ſuum expedire negotium? Ioannes Andreas.

n ¶ *Experiri.*] i. agere: qa in reconuentione reus fit actor: concord. ſ. de cauſ. poſ. paſtoralis. alibi ponitur pro defendere. ſ. de iudic. c. 1. & 8. diſtin. quo iure. Ioan. And.

† poſſit.

o ¶ *Recuſare.*] ab initio antequam ĩ eos conſenſerit ſecundum Ber. Vel ex ſuperueniente cauſa: de of. dele. inſinuante. & pendente ſuſpicionis cognitione (quam ꝑponit reus contra iudicem impetratum ab actore) iudex non procedit in reconuentionis cauſa per litteras impetratas per reum: quia ſi contrarium diceretur, facile eſſet deludere hanc conſtitutionem, ſecundum Innocentium.

¶ *Gl. ſeq. exponit, & de quæſtione remittit.*

p ¶ *Simili pœna.*] ſuperius expreſſa in actore, ſcilicet, vt litteris careat, proceſſus non valeat, & in expenſis condemnetur, per quem autem fiat talis condemnatio, not. ſupra eodem titulo. cap. vltim.

¶ Bonifacius Octauus.

¶ *Receptus per litteras facultatis, ſi ad recipientes ſpectabat receptio, ipſorum & non Papæ auctoritate intelligitur eſſe receptus: niſi in litteris aliud eſſet expreſſum. Si autem receptio non ſpectabat ad eos: tunc apoſtolica auctoritate dicitur receptus. Ioan. And.*

## CAP. IIII.

CVM † ALIQVI-

† De materia vide Panor. & doc. in c. cum acceſſiſſent. de conſtit.

CVm aliquibus.] Duo ſunt dicta principalia. Secundum; ibi, *Si vero.* Ioan. And.

¶ Pro intellectu huius capit. præſupponendum eſt illud, quod habetur in c. hi qui. ĵ. de præben. iſtomet libro, & in c. vlt. ĵ. de conceſſ. præbend. vbi dicitur, quòd ſi ſint aliqui recepti in aliqua eccleſia in canonicos illius Eccleſiæ, ſub expectatione præbendæ: & vnus ſit receptus auctoritate Apoſtolica, alius auctoritate ordinaria: in aſſecutione præbendæ præfertur receptus auctoriatte Apoſtolica, licet eſſet poſterior in receptione: & debet habere præbendam, quæ primo vacabit propter auctoritatem ſedis Apoſtolicæ. Et etiam vlterius præſupponendum, quòd quando in aliqua eccleſia eſt ſtatutum de certo numero canonicorum; & iſtud ſtatutum eſt confirmatum per Papam, cum clauſula decreti irritantis: Canonici non poſſunt recipere aliquem ſuper numerum in illa eccleſia, vt quia dixit Papa, *tales canonici* nobis expoſuerunt, vt de cætero eſſent in tali eccleſia viginti canonici, & viginti prębendarij: Nos ſtatutum confirmamus, decernentes irritum & inane, *quicquid fuerit* factum contra ſtatutum.

Casvs. hoc præſuppoſito, ſic figuratur: In eccleſia Pictauienſi canonici fecerunt ſtatutum de certo numero canonicorum *in ipſorum* eccleſia; & fecerunt poſtea illud ſtatutum confirmari à ſede Apoſtolica, cum clauſula decreti irritantis: tractu temporis ipſi canonici affectabant aliquem recipere in canonicum vltra numerum: vnde miſerunt ad Apoſtolicam ſedem, & obtinuerunt, vt poſſent vnum ſuper numerum vel duos recipere, non obſtante eorum ſtatuto confirmato & decreto irritante: Poſtea virtute iſtarum litterarum facultatis, receperunt aliquem in canonicum: Quæritur, an iſte ſic receptus cenſeatur receptus auctoritate Apoſtolica, vel ordinaria? Reſpondet Romanus Pontifex cum diſtinctione: quia aut aliàs receptio pertinebat ad canonicos, quibus datã eſt facultas recipiendi aliquem ſuper numerum: & receptus dicitur receptus auctoritate ordinaria, niſi aliud diceretur in litteris facultatis: puta, quia diceretur: Damus vobis facultatem, vt non obſtante veſtro ſtatuto, recipiatis aliquem in canonicum auctoritate Apoſtolica: tunc enim non diceretur receptus auctoritate ordinaria, ſed Apoſtolica: Si autem receptio pertinebat ad alium, vel ad eos, & alium ſimul: tunc ſunt vſi auctoritate Apoſtolica, & per conſequens talis receptus auctoritate litterarum, videtur receptus auctoritate Apoſtolica: licet ſimpliciter mandaret Papa, vt ipſi talem reciperent, non obſtante ſtatuto: licet non fieret mentio, quòd ipſi reciperent auctoritate Apoſtolica. Ex quo infertur, quòd talis eſt præferendus quibuſcũque auctoritate ordinaria vel legati receptis poſtea, vel etiã prius. No. primo ex iſto c. ꝙ in eccleſia numerata non poſſunt canonici recipere vltra numerum: & hoc quãdo iſtud ſtatutum de certo numero eſt confirmatum auctoritate Apoſtolica, cum clauſula decreti irritãtis: aliàs ſi ſtatutum nõ eſſet confirmatum per Papam, poſſent recipere aliquem ſuper numerum

merum ſecũdum Panor.in c.cum acceſſiſſent.de conſt.in ant. & ibi tractatur de materia. No. vlterius, ꝙ cum Papa dat canonicis facultatem recipiendi vltra numerum, non obſt.ſtatuto, vel confirmatione ſedis Apoſtolicæ : & virtute litterarum facultatis, canonici recipiunt aliquem: talis videtur receptus auctoritate canonicorum, ſi aliàs receptio pertinebat ad ipſos, & non ad Papã: Simile dicitur in c. licet.de off.or.in antiq. vbi dicitur, ꝙ ſi Papa mandet Ordinario loci, vt aliqd faciat : videtur ſolũ excitare iuriſdictionem ſuam, & nõ videtur mandare vt procedat auctoritate Apoſtolica. Si autem receptio ad illos non ſpectabat: tunc recipiunt auctoritate Apoſtolica: & ſic iſte receptus auctoritate apoſtolica, licet ſit poſterior, eſt præferendus alteri recepto auctoritate ordinaria, vel legati Papæ, vt dictum eſt in præſupponendis,

bus [a] recipiendi aliquem in canonicum alicuius Eccleſiæ, non obſtantibus eiuſdem Eccleſiæ [b] priuilegiis, conſuetudinibus, [c] vel ſtatutis, [d] iuramento, confirmatione [e] Apoſtolica, vel quacunque firmitate [f] alia roboratis, per noſtras litteras concedimus [g] facultatem: ſi Canonicorum receptio [h] aliàs in ipſa Eccleſia non ſpectat ad eos, [i] quibus huiuſmodi litteræ diriguntur, ſed ex earum viribus recipiunt poteſtatem : [k] is, qui recipitur, auctoritate Apoſtolica diſgnoſcitur eſſe receptus. ¶ Si vero canonicorum receptio aliàs pertineat ad eoſdem: [l] non Apoſtolica, ſed recipientium cenſetur auctoritate receptus : [m] niſi [n] quòd eum auctoritate [o] noſtra reciperent, in noſtris litteris caueretur expreſſe. [p]

¶ *Gl. prima facit quatuor, dicit vnde ſumpta, quærit, & ſoluit, & dicit quid declarat.*

a ¶ *Cum aliquibus.*] Fuit tracta de extrauaganti Alexand, quæ incipiebat, contingit. & hoc dicit, ꝙ receptus per litteras facultatis, ſi ad recipientes ſpectabat receptio: ipſorum, & non Papæ auctoritate intelligitur eſſe receptus: niſi ĩ litteris aliud eſſet expreſſum, Si autem receptio nõ ſpectabat ad eos, tunc Apoſtolica auctoritate dicitur receptus. Sed ante omnia, quæro, ad quid expediat ſcire, quod dicit hæc decretalis : expedit propter id, quod habes ĩ, de præb. hi q auctoritate. & de conceſ. præb. c. vl. ver. vel eos. Emanauit autem ad declarationem eorum, quę no. Innoc. & Hoſt. de litteris facultatis. ſ. de præb. relatum. & Compoſt. ſ. e. c. vltra duas chartas. verſ. quid ſi Papa. & verſ. ſed pone quòd abbati.

b ¶ *Eiuſdem Eccleſiæ.*] ad quam recipitur.

c ¶ *Conſuetudinibus.*] q̃ ſeruãdæ ſunt. ĩ. de præb. cũ in eccleſiis.

¶ *Gl. ſeq. duas quæſtiones ſoluit.*

d ¶ *Statutis.*] Not, capitulum eccleſiæ poſſe facere ſtatutum, dummodo ſit licitum, vt ĩ. de ver. ſign. conſtitutionem. vbi de hoc, & concordat ſ. de conſt. cum omnes,

e ¶ *Confirmatione Apoſtolica.*] quid operetur confirmatio, no, 17. q. 4. frater. & ſ. de conceſ. præb. quia diuerſitatem,

f ¶ *Firmitate alia.*] puta, vinculo pœnæ, cui ſe ſtatuentes ſpontanee obligauerunt: vel forte per ſuperiorem ipſis ſtatutis appoſito, vel confirmatione legati, vel alterius ſuperioris, vel alia ſimili.

g ¶ *Concedimus facultatem.*] Nota verbum: quia ſi præciperet omni caſu, diceretur Apoſtolica auctoritate receptus. Et not. quòd per hanc formam cum dirigitur eis, ad quos ſpectat collatio, quæ hic vocatur receptio, non dicitur grauata eccleſia: adeo quòd locum habeat decre. ſ. e. mandatum. & ĩ. e. c. pe. in fi, quia aliud eſt concedere facultatem, & aliud præcipere. 14. q. 1. c. fi. §. quod pręcipitur. ad idem ſ. de arb. cum olim. ff. man. l. 2. in fin.

Additio. Vide ſ. de ſum, Tri. firmiter. ſuper gl. & ideo. Io. And.

h ¶ *Receptio.*] ſumitur hic receptio, nõ ꝓ inſtallatione, ſed pro collatione, quę ius confert. ad idẽ ĩ. de pręb. cum in eccleſiis.

i ¶ *Ad eos.*] in quibuſdam enim eccleſiis canonicorum receptio, & præbendarum collatio ad ſolum ſpectant Epm, vel Prælatum tantum: in quibuſdam ad ſolum capitulum, vel conuentum. In quibuſdam communiter ad vtrumque, hoc probatur ſ. de elect. cum in eccleſia. ĩ. ne ſed. vac. c. vno. de reg. c. vlt.

k ¶ *Poteſtatem.*] recipiendi illum in canonicum.

¶ *Gl. ſeq. recitetur per quæſtionem, & ſolutionem,*

l ¶ *Ad eoſdem.*] tantum intelligo. Quid ſi communiter ad eos & alios? Adhuc idem credo quod in primo caſu, cum iſti poteſtatem recipiant ex viribus litterarum. Nam quod prius facere ſoli non poterant, modo poſſunt. Et de communi nullus recte dicit, hoc eſt meum. ͬ 12. q. 1. §. vlt. & q. 2. c. epiſcopus. §. qui manumittitur. & arg. ff. de ſer. vr. præd. l. ſi parietem. ibi, quia volens ᵶ non ſolum dominus eſt. & facit ĩ. de præbend, cum in illis. in fi.

ͬ Vide quod dicam ĩ. de ver. ſi. c. vlt. ſuper verb. morum. Io. And.

ᵶ Supple, Parietẽ cõem demoliri & reficere. Io. And,

m ¶ *Receptus.*] Si ergo recipiatur alter auctoritate Apoſtolica, ſecundus, & non primus primo vacantem præbendam habebit. vt ĩ. de præb, hi qui, Ioan. And,

n ¶ *Niſi.*] iſtud fuit additum, quod non erat in extrauaganti decre, contingit.

o ¶ *Auctoritate noſtra.*] tunc ergo licet ad eos pertineat receptio, Apoſtolica dicitur auctoritate receptus.

p ¶ *Expreſſe.*] ſic ĩ. e. duob, in fi, ĩ. d̃ præb. ſi motu proprio. in fi.

¶ Idem,

¶ *Reſcriptum Papale, quod concedit promoto retẽtionem primorum beneficiorum vſque ad beneplacitum Papæ, extinguitur mortuo Papa: ſecus, ſi ibi dicatur, Vſque ad beneplacitum Apoſtolicæ ſedis, Nec intelligitur tale reſcriptum de beneficiis prius non canonice detentis,*

## CAP. V.

SI [q] † GRATIO-

† Quid nomine beneficij intelligatur, vide late per do. in c. cum olim. de pręben. & dig.

SI *gratioſe.*] Diuiditur : quia ponit diſtinctionem bimembrem, & ſecundum membrũ proſequitur : ibi, *Secus.* & circa vtrumque determinat caſum dubium: ibi, *Prætextu vero.*

¶ Præſupponuntur primo ea q̃ dicũtur in c, cum in cũctis. de elect. in ant. in c. de multa, de præb. in ant. in c. licet canon, ĩ, de elect. iſtomet libro, vbi dicitur, ꝙ ſi aliquis promoueatur ad Epiſcopatum, ſtatim ꝙ fuit confirmatus & cõſecratus, vel elapſum fuit tẽpus conſecrationis, ſtatim vacant priora beneficia: Similiter ſi quis habeat beneficium, & acceptet aliud beneficium incompatibile, ſtatim vacat primum beneficium.

Casvs, Vacante aliqua eccleſia cathedrali Titius fuit electus in epiſcopum & confirmatus: facta confirmatione, ante quam conſequeretur munus conſecrationis, miſit ad Apoſtolicam ſedem, vt per munus conſecrationis ſua priora beneficia non vacarent, ſed illa poſſet retinere: Papa fecit ei gratiam ſub his verbis, Tibi concedimus, vt beneficia quæ obtines, cum epiſcopatu, ad quem fuiſti promotus, valeas retinere vſq; ad beneplacitum noſtrum: poſtea Papa mortuus eſt, vtrum illa beneficia vacent mortuo Papa? Rñdet ꝙ ſic: quia mortuo Papa extinguitur gratia. Sed ponamus ꝙ Papa ĩ ſua gratia dicit: tibi concedimus, vt poſſis retinere priora beneficia, vſque ad beneplacitum ſedis Apoſtolicæ: moritur Papa, vtrum vacent illa priora beneficia? Rñdet, ꝙ mortuo Papa non intelliguntur vacare priora beneficia, nec gratia huiuſmodi dicitur extincta ꝑ mortem Papæ, quia ſedes Apoſtolica nunquam moritur: tamen ſi ſucceſſor eius velit illam reuocare, poteſt. Sed quid erit? Ponamus ꝙ tempore iſtius gratię Titius erat intruſus in iſtis beneficiis, quia illa tenebat ſine titulo canonico, nec aliquis alius habebat canonicum titulum: quia forte obtinebat illa beneficia per ſimoniam: vtrum per iſtam gratiam detur ei nouus titulus & canonicus tenendi illa beneficia, ita ꝙ per illam gratiam videatur licite tenere illa beneficia? Reſpõdet Romanus Pontifex, ꝙ nõ. No. primo ex iſto c. iuncta ſua gl. ꝙ per beneficium incompatibile vacat beneficium incompatibile, quod prius tenebat. Et ſi intelligamus de ẽpatu, intelligitur ꝙ per promotionem ad beneficium incõpatibile poſt confirmationem, vacat prius beneficium incompatibile: Si vero intelligamus de alio beneficio : intelligitur poſt adeptã poſſeſſionem pacificam : Et hoc eſt verum, niſi ſtetiſſet per eum, quo minus eſſet adeptus pacificam poſſeſſionem : ſed tunc eſt cautela ꝙ nõ fieret acceptatio ſcdi beneficij incompatibilis, donec eſſet diſpenſatus per Papam ad alia beneficia, Quia de iure non eſt limitatum tempus ad acceptandum beneficia : licet collator poſſit limitare tempus ad acceptãdum. c. ſi tibi. ĩ. de præben. Nota vlterius & finaliter, quòd gratia alicui facta vſque ad beneplacitum Papæ, expirat mortuo Papa: ſecus ſi mandetur vſque ad beneplacitum ſedis Apoſtolicæ.

¶ *Prima gl. tria facit, ſummat, dicit vnde ſumpta, & quid declaret.*

q ¶ *Si.*] Reſcriptum Papale, quod concedit promoto retentionem primorum beneficiorum vſque ab beneplacitum Papæ, extingitur mortuo Papa: ſecus ſi ibi dicatur, vſq; ad beneplacitum Apoſtolicæ ſedis. nec intelligitur tale reſcriptum de beneficiis prius non canonice detentis. h. d. Habuit autem ortum hæc decre, ab extrauangante Clementis, quæ incipiebat, Vt petitioni tuæ congrue ſatisfiat. & ibi Clemens nõ diſtinguebat, ſed ſimpliciter dicebat, ꝙ ſi Papa hãc gratiam conceſſerit vſque ad ſuæ voluntatis beneplacitum, ꝙ per eius obitum nõ expirabat gratia. Arg. legis dicentis, ꝙ vſusfructus relictus mihi quandiu Titius remanſerit in furore, non extinguitur mortuo Titio, priuſquàm ad ſanam mentẽ reuertatur, pro eo ꝙ vſque ad omne tempus vitæ mei vſufructuarij, poterat (ſi mihi ſuperuixiſſet) non fieri ſanæ mentis, C. de vſufr. l. ambiguitatem. ſic videbatur, dicendum in caſu propoſito : quia Papa ſi ſuperuixiſſet, poterat non mutaſſe voluntatem : ergo

non

non expiraret gratia. Vrbanus autem contrarium reſponderat, ſ. quod expirabat in ſua extrauaganti, quæ incipiebat, Significaſti nobis. hic Bonifacius diſtinguendo veritatem exprimit, & declarat, quod no. Hoſt. ſ. de preca. c. vlt. & Vinc. de elect. c. dudum. 2. in vlt. gl. & Abbas ibidem.

*¶ Gloſ. ſeq. recitetur per quæſtionem, in quo fuerit gratia.*

ſe [a] tibi à Romano [b] Pontifice concedatur, vt beneficia, [c] quæ† tempore tuæ promotionis [d] obtinebas, poſſes vſque ad ſuæ [e] voluntatis beneplacitum retinere: huiuſmodi gratia per eius obitum, per [f] quem ipſius beneplacitum omnino extinguitur, [g] eo ipſo expirat. [h] Secus autem ſi vſque ad apoſtolicæ [i] ſedis beneplacitum gratia concedatur prædicta: tunc enim, quia† Sedes ipſa non moritur, [k] durabit perpetuo, [l] niſi à ſucceſſore fuerit reuocata. ¶ Prætextu vero talis conceſſionis, quæ debet, (cum ſit ambitioſa) reſtringi: [m] ea ſolum beneficia, [n] quæ canonice [o] obtines, potes licite retinere.

†ĩ vetuſtiorib. exéplarib⁹ ita: quę tpe tuæ ꝓmotiõis obtines, poſſis vſque, &c.

†In codice Barbatiæ ita: q̃a ſedes Apoſtolica ñ moritur.

a ¶ *Gratioſe.*] In hoc fuit gratia, quia plura beneficia ſimul tenere nõ poterat: vnde ſi primum curatum erat, & ſecundum curatum: poſt receptam poſſeſſionem ſecundi, ſtatim vacat primum. 21. q. 2. ſi quis iam. ſ. de præb. de multa. vel ex quo per eũ ſtat, quominus poſſeſſionem haberet. j. de præb. licet. 2. niſi in caſu. j. de pręb. ſi tibi. 2. Si promoueatur in eppſcopum: poſt conſecrationem, vel poſt decurſum tempus de conſecrãdis Epiſcopis, vacabunt priora beneficia. ſ. de elect. cum in cunctis. Eſt ergo gratia, vt donec voluntas eius durauerit, beneficia ipſa non vacent. Io. And.

b ¶ *A Romano Pontifice,*] qui ſolus ſub conditione, & ad tempus, ſicut vult, poteſt beneficia & prælaturas conferre. 7. qu. 1. paſtoralis. ſ. de fil. presb. veniens. & in his quę vult, eſt pro ratione voluntas: Inſt. de iu. nat. §. ſed & quod principi. Alius autem hoc non poteſt. 1. q. 2. quàm pio. 7. q. 1. quamuis. 70. diſt. ſanctorum. 55. diſt. præcepta. Nec enim moribus noſtris expedit temporales habere filios. ff. de adop. l. quæſitum eſt. aliàs, ſi tibi. nec actus legitimi, &c. j. de reg. iu. actus.

c ¶ *Beneficia.*] large ponitur. Et no. quod dicit, Beneficia: non dicit fructus beneficiorum, vt j. de præb. ſi tibi conceſſo. Hoc dico, vt denotem quòd hic beneficia non vacent, ibi tamen vacant, vt ibi dicam.

d ¶ *Promotionis.*] forte in epiſcopum, Io. And.

e ¶ *Suæ.*] ſ. Romani Pontificis, & concor. ſ. eo, litteris, vbi per clauſulam, Niſi per nos, & cætera, non intelligitur dignitas, ſed perſona ſcribentis.

Additio. Et eodem modo debet diſtingui in reſeruationibus, an reſeruet collationi ſuę, vel ſedis Apoſtolicæ, ſecũdum Archid. Hodie ſæpe exprimit vtrunque: & tunc eſt locus ſecundo reſponſo. Ioan. And.

f ¶ *Per quem.*] ratio.

g ¶ *Extinguitur.*] concor. j. ne ſed. vac. c. vno. in fi. ſic etiam crimina morte extinguuntur. 23. diſt. quorundam. & j. de hær. accuſatus. §. ſi vero. in fi. præterquam in caſibus not. in d. c. quorundam. & 24. q. 2. in ſumma.

*¶ Gl. ſeq. primo allegat vnam concord. & duo iura in contrarium, & ſoluit: ſecundo obiicit, & ſoluit. tertio iterum obiicit, & dupliciter ſoluit.*

h ¶ *Expirat.*] Expirante igitur Papa, expirat hæc gratia & concor. ff. loc. l. 4. vbi dicitur, quod locatio vel precarium per te mihi conceſſum quandiu voles, obitu tuo finitur. Ad hoc ſignatur contrarium ſ. de preca. c. vl. & ff. de prec. cũ precarium. §. j. vbi dicitur, quod precarium non finitur morte concedentis. Sed ibi ſimpliciter factum fuerat precarium, non adiecta aliqua conditione vel termino, vt no. in prędicta decr. vlt. de preca. Item contra, nonne voluntas Papæ durare intelligitur donec mutata probetur. ſ. de baptiſ. & eius effe. maiores. etiam poſt mortem. 25. diſt. qualis. Sed illa in his, quæ ſalutem animæ reſpiciunt. Item valde contradicit prædictis l. ambiguitatem. C. de vſufruct. per quę iura tenebat Abbas opin. Clementis. ſ. de elect. dudum. 2. in fin. Sed in l. illa eſt fauor, qui ampliandus eſt: hic odium, quod eſt reſtringendum, vt hic in fine. 1Vel verius, redire vel non redire ad ſanam mentem, non erat in voluntate morientis: ſed hic reuocare & nõ reuocare gratiam, erat in voluntate morientis. Ex quo ergo adiecit, donec volam: perinde eſt ac ſi dixiſſet, donec moriar, niſi prius reuocauero.

1 Placet do. Pe. de Anc. late loquẽti de materia gl. & dic, quod ll. alleg. loquũtur ĩ vltimis volũtatib⁹, quas moriẽdo cõfirmamus: hic in beneficialib. ĩ quibus aliud, l. mãdatũ. C. mand. Fõt.

*¶ Gloſſæ duæ ſequentes dant duo ſimilia.*

i ¶ *Apoſtolicæ ſedis,*] No. ergo, quod aliud eſt cum ſcribit perſona, aliud cum ſcribit dignitas: ſicut aliud eſt cum ſcribitur perſonæ, aliud cum ſcribitur dignitati. ſ. de off. deleg. quoniam. j. e. c. vlt. & j. de priuil. ne aliqui.

k ¶ *Non moritur.*] ſic 12. q. 2. liberti. 2. non enim poteſt eſſe nulla. 24. q. 1. pudenda. §. fi. quia dominus pro ea orauit. de baptiſ. maiores. in prin. 16. diſt. in ſumma. §. inter eos. ver. ego pro te.

l ¶ *Perpetuo.*] i. donec vixerit ille cui fuit gratia conceſſa: ad idem ff. pro ſoc. l. j. vbi de hoc. Et no. quod ſicut priuilegium perſonale ex parte eius cui conceditur, extinguitur cum perſona. 17. q. 1. petiſti. ibi, hoc nulli: ſic priuilegium perſonale ex parte concedentis extinguitur cũ ipſo concedẽte, vt hic: & ſic de vtroque poteſt intelligi, j. de re. iu. priuilegium. vt ibi dixi. priuilegiũ autem reale ex parte concedentis, cum concedente non extinguitur, vt hic.

m ¶ *Reſtringi.*] quia odia reſtringi, & fauores conuenit ampliari. j. de regul. iu. odia. cum ſuis concordantiis.

n ¶ *Beneficia.*] Not. per hoc, quòd hic, & ſ. in prin. dicit beneficia in plurali, videtur, quòd quis ſimul plura poſſit habere beneficia. De hoc dicam j. c. 2.

*¶ Gloſ. ſeq. dat vnum ſimile.*

o ¶ *Canonice.*] Nil enim noui iuris in beneficiis illis tribuit hæc diſpenſatio: ſed vetus conſeruat & prorogat. Et probatur hoc ſ. de elect. dudum. 2. in fi. 2 ſicut de innouatione dicitur ſ. de priuile. ex parte. & c. quia intentionis. & de confir. vtil. vel inut. c. cum dilecta.

†Not. ĩ materia ſtricta illud cẽſeri omiſſũ, qđ nõ exprimitur. l. ſi cum dotẽ. ff. ſol. ma. l. cõmodiſſime. ff. đ li. & poſt. c. ſi cui. j. de ver. ſig. nec ſit extenſio ad omiſſũ. ét ex maioritate rõis. ca. ſi cui de nõ. j. de ꝑb. Philip. do. đ Anc. Font.

2 Et bñfacit ff. de leg. j. l. legata inutiliter. j. rñſ. vel ordinatio vel ꝓrogatio diei, ñ cõfirmat legatũ inutile. Io. An.

¶ Idem.

*¶ Vacatio per mortem, & vacatio per renunciationem ſunt diuerſa: & ideo in litteris ad beneficia impetratis, vno expreſſo non venit reliquum. Io. And.*

## CAP. VI.

SVſceptum [p] ab Apoſtolica [q] ſede mandatum, vt ab aliquo beneficij (quod obtinet) reſignatione recepta, ipſum alteri [r] conferas & aſſignes, adimplere non potes, † ſi ille [s] antequam reſignet, rebus eximatur

SVſceptum.] Sunt duo dicta principalia: ſecundum ibi, Si duo. Et prima pars tria facit. Ponit dictum, & rationem reddit: ibi, *Cum non.* Tertio determinat, vel caſum excipit: ibi, *Niſi.* Secunda pars decidit caſum dubium, rationem interferens: ibi, *Cum beneficium.* Et incipe cõſtructum: ibi, *Non potes.* Casvs. Ego à ſede Apoſtolica impetraui litteras huius tenoris: puta, quia Papa mandauit Archidiacono Pictauienſi, vt ſi Cantor illius eccleſię vellet ſuam Cantoriam, ſeu dignitatem reſignare, & eidem renunciare: quod Archidiaconus ipſam renunciationem reciperet authoritate Apoſtolica: & poſtea dictam Cantoriam mihi conferret: Accidit, quòd idem Cantor ante quam reſignaret dictam ſuam Cantoriam, mortuus eſt, Archidiaconus illam Cantoriam mihi contulit authoritate Apoſtolica: vtrum valeat talis collatio? Reſpondet quòd non: quia mandabatur Archidiacono, vt illam mihi conferret cum vacaret per reſignationem, & non per mortem. Sed ponamus, quod vacante aliquo beneficio per reſignationem, vel per aſſecutionem ſecũdi beneficij, acceſſi ad Apoſtolicam ſedem, & impetraui litteras, per quas mandabatur mihi conferri tale beneficium ad pręſens vacans per mortem talis, & tamen vacabat per reſignationem, vel aſſecutionem, alterius beneficij: poſtea alius acceſſit ad Papam, & illud beneficium impetrauit, & expreſſit verum modum vacationis: quæritur quis noſtrum debet ꝑferri? Reſpondet, quod iſte ſecundus eſt potior: ideo eſt præferẽdus, licet ſit poſterior: quia iſte litteræ gratiæ ad beneficia ſunt odioſæ, ideo reſtringendæ, & non ampliandæ. No. primo principalem effectum huius cap. videlicet, quod vacatio per mortem, & per renunciationem, ſunt diuerſa. Ex quo infertur, quod in conſtitutione odioſa, appellatione vnius reliquum non venit: quia in odioſis non fit extenſio de vno ad aliud, ſed verbã debent ſtricte & proprie capi. No. vlterius & finaliter, quòd ſi quis impetrauit à Papa beneficium vacans expreſſo falſo modo vacationis, non valet collatio: & hoc, ſiue Papa conferat, ſiue mandet conferri, niſi aliud exprimatur in litteris: puta, quia Papa mandauit, vt mihi conferretur beneficium vacans per mortem talis, vel etiam quocunque alio modo vacet.

*¶ Gl. prima ſummat, & dicit, quid declaret.*

p ¶ *Suſceptum.*] vacatio per mortem, & vacatio per renunciationem ſunt diuerſa: & ideo in litteris ad beneficia impetratis, vno expreſſo, non venit reliquum. hoc dicit. Emanauit ad declarationem eorum, quæ not. Hoſtienſ. ſ. de offic. deleg. ex parte. j.

q ¶ *Apoſtolica ſede.*] Idem ſi ab alio qui hoc mandare poſſet: puta, legato, qui ad hoc haberet ſpeciale mandatum; aliàs legatus hoc non poteſt: vt j. de off. leg. c. pen. §. prohibemus.

r ¶ *Alteri.*] expreſſo vel non expreſſo, non curo: licet interdum ſit differentia: vt infra de offic. deleg. ſi is cui. & infra de præben. is cui.

s ¶ *Ille.*] qui beneficium obtinebat.

*¶ Gl. ſeq. ſignat contrarium, & ſoluit.*

a ¶ *Humanis.*] Arg. contra.j̃.de off.del.ſi delegatus,reſp.j.Sol. de propria ſignificationevocabuli, Abeſſe dicitur, qui non eſt in rebus humanis, ff.de ver.ſi.mulieris.§.ſi. non ſic in propria ſignificatione dicitur renũciaſſe (vt j̃.dicam) qui mortuus eſt: cum renuntiatio ſit voluntaria, illa coacta: ideo ſecus. Et ſtrictiſſime ſit interpretatio in reſcriptis ad beneficia. 1 j̃.de præb. quamuis, j.in princ. & concordat ad hoc.ff.de libe.& poſth.l.commodiſſime.

1 etiā ī priuilegiis, quoad ñ cōphēſa, & oī mō diuerſa à cōphēſis ī priuilegio. Phili. Font.

humanis:[a] cum[b] non per reſignationem vacauerit, ſed per mortem:[c] niſi de intentione mandantis aliud appareret expreſſe.[d] ¶ Si duo ſuper eodem beneficio litteras impetrent: primo[e] eorum, per illius obitum, qui tenebat:[f] ſecundo vero per ceſſionem eiuſdem[g] ipſum proponente vacare. Secundus,[h] cum beneficium ipſum ceſſione non morte[i] vacauerit, debet primo in ipſius aſſecutione præferri.[k]

¶ Idem,

¶ *Licet ignorans beneficium ſibi collatum, in impetratione alterius illius mentionem non fecerit, valent litteræ: alterum tamen eliget, ſi de iure ſimul teneri non poſſint. Ioan. And.*

b ¶ *Cum non per reſignationem.*] ratio. Ioan. Andr.

c ¶*Per mortem.*] & ī his forma mandati diligēter eſt ſeruanda. j̃.de præben.cui de non.in ſi.

d ¶*Expreſſe.*] quia expreſſit ſe velle beneficium tali conferri reſignatiōe, vel quocunque modo 2 vacauerit; & facit s̃. e. c.2. & j̃.de præbē.ſi motu proprio, in ſi.

2 De illa clauſula Phili.hic late.

¶*Gl.ſeq.vltimo recitetur per obiectionem, quam ſoluit, & tex.fortificat.*

e ¶*Primo.*] 3 Ex hoc videbatur debere preferri: vt j̃.e.tibi qui. & j̃.de præb.eũ cui. Sed non eſt ita: quia licet ille poſterior ſit tempore, iure tamen eſt potior, eo ꝙ verum dixit, primus aũt falſum. Eadē ratione dico, ꝙ poſito, ꝙ nullus impetrauerit ſecundo beneficium illud, non debebitur impetrati, qui falſum ſic expreſſit: nihil enim ad rhombum impetratio ſecũdi: quia ſi ius habuiſſet in beneficio primus, per ſuperuenientem impetrationem, ſine prærogatiua illud perdere non potuiſſet: & eſt ſi.s̃.de eo qui cog.conſan.vx.ſuæ.c.diſcretionem.

3 Iſtam gl. ſequitur Do. Fontanus.

f ¶ *Qui tenebat.*] accipe infra illud, Aſſerente vacare. aliàs, proponente.

g ¶ *Eiuſdem,*] ſcilicet, qui tenebat,

h ¶*Secundus.*] qui de ceſſione dixit.

¶ *Glo.ſeq. allegat duas concor. obiicit, & obiectionem, coadiuuat per duo ſimilia: demum obiectionem ſoluit & remittit.*

i ¶*Non morte.*] Not.ergo ꝙ aliud eſt cedere, aliud eſt decedere: ad idem j̃.de præb.quamuis tibi.& j̃.de ver.ſig.c.vl. Sed nonne renũcians, quoad eccleſiam habetur pro mortuo? vt 7.q.1. c.in apibus. §.ecce in quibus. ſicut & vir ab vxore iudicio eccleſię ſeparatus, quantum ad ipſam pro mortuo reputatur.33. q.2.in ſumma.in princ.ſicut & monachus mortuus reputatur mundo.16.q.1.placuit.2. Sol.dicit lex, ꝙ per fictionem iuris veritas non confunditur, nec deletur. C.de iur.dot. in rebus.in prin. licet igitur renuncians quoad ipſam eccleſiam fingatur mortuus: tamen mortuus non eſt: nec idem eſt per omnia in eo, quod in mortuo: Nam talis de nouo poſſet ad eccleſiam reaſſumi.s̃.de renunc.ex tranſmiſſa. quod in mortuo eſſe non poſſet. Bene ergo dicit Ioan, qui not.in præd.c.placuit.16.q.1. quod nunquam mors ciuilis naturali comparatur, niſi in caſibus expreſſis in iure. Ad hoc optime.ff.de ver.obl.ex ea parte.§.in inſulam.& ff.de do.inter vir.& vx.l.ſed ſi mors.§.cum autem. Et licet aliàs in beneficiis larga fiat interpretatio: in literis tamen beneficialibus, quę ambitioſę reputãtur, ſit ſtricta: vt j̃.de præb.quamuis.1. intelligimus ſtricte de morte naturali, 4 prout verbum ſonat; & adde quod dicam j̃.de præb. quamuis.2.

4 Naturali, ſic, cum de ętate ſit mētio, de naturali intelligēdũ eſt, nō de ea q̃ imperiali bñficio ſuppletur. C.q̃ his q. ve. ęta. impe.l.ſi. Arc.

k ¶*Præferri.*] Not, ergo pro illa regula quæ dicit, Qui prior eſt tempore, potior eſt iure: ad quod facit j̃.e.tibi qui.& de præb. eum cui: intelligitur cum vtriuſque par eſt cauſa: vt ff.de reg. iur.quotiens vtriuſque.& dicam j̃.de reg.iur.qui prior. Si autem potior eſt cauſa poſterioris: potior erit in iure, vt hic, & j̃. de præben.hi qui. & c.ſi à ſede. ff.de priu.cred.l.priuilegia.C. qui po.in pig.ha.l.vlt.

G*Ratia.* Primò ponit dictum, & ſuam cauſam: Secundo ſoluit dubium emergens: ibi, Vtrunque. Do.

¶ Præſupponendum eſt pro intellectu huius c.ꝙ cum quis à ſede Apoſtolica impetrat beneficium vacans: impetrans debet facere mentionem de beneficio ſuo quantumcunque modico, imo etiam ſi impetret litteras vel expectatiuas ad beneficia à ſede Apoſtolica, vel à legato Papæ, debet facere mentionem de beneficiis obtentis quantumcunque modicis; aliàs litteræ eſſent ſurreptitiæ. Secus eſſet ſi quis impetraret beneficium ab Ordinario.

Casvs. Ego conſtitui procuratorem meum ad acceptandum & accipiendum poſſeſſionem actualem & realem quorumcunque beneficiorum, & affirmandum in forma communi: poſtea arripui iter Romam, mihi abſenti fuit collatum aliquod beneficium, procurator meus acceptauit iſtud beneficium, & ego iſta ignorabam: poſtea vacauit aliquod beneficium: illud beneficium impetraui à Papa, vel eius legato: in impetratione mea non feci mentionem de alio beneficio: vtrum valeat iſta collatio beneficij mihi facta? Reſp. Romanus Pontifex, ꝙ ſic. Sed vtrum potero tenere iſta duo bñficia ſimul? Reſp. ꝙ non, ſi ſint incompatibilia: ſed dabitur mihi electio, vt eligam vnum vel aliud.

## CAP. VII.

GRatia,[l] quam ſuper beneficio à ſede Apoſtolica[m] te impetraſſe proponis: vitioſa[n] reputari non debet, quamuis de alio beneficio ab Epiſcopo tuo antea[o] tibi abſenti & ignoranti[p] collato nullam (cum tempore impetrationis neſcires[q]) feceris mentionem. Vtrunque[r] tamen, (ſi talia ſint beneficia, quæ ſimul nequeant de iure[s] teneri)

¶ *Prima gl.ſummat.*

l ¶ *Gratia.*] licet ignorans beneficium ſibi collatum in impetratione alterius, illius mētionem nō fecerit, valent litteræ: alterum tamen eliget, ſi ſimul teneri non poſſiat.

m ¶ *A ſede Apoſtolica.*] idem ſi ab alio: & facit ad hoc j̃.de of.leg.c.vlt.

n ¶ *Vitioſa.*] Eſt enim gratia vitioſa, quando in impetratione beneficij ſubticetur aliquod beneficium quantumcunque modicũ: vt j̃.de præb.ſi motu proprio, niſi forte proprio ſuo motu Papa beneficium cōferret: vt ibi. Hinc eſt, ꝙ expreſſio beneficij diſpenſationem non operatur: ſed hoc ſolum, quòd litteræ ſurreptitiæ non dicuntur: vt eod.tit.j̃.de præben.non poteſt.in fine.

Additio. Ita & hic licet ignorantia probabilis excuſet à vitio ſurreptionis, non tamen diſpenſat contra concilium, c.de multa.de præb.Io.Mo.

o ¶ *Antea.*] quaſi poſt nulla fuiſſet dubitatio,

¶ *Gl.ſeq.recitetur per quæſtionem.*

p ¶ *Ignoranti,*] idem intelligo de ſciente antequam acceptet, vel ratam habeat collationem eandem. Cum enim ante hoc beneficium ſuum dici non poſſit, non eſt neceſſe de ipſo fieri mentionem: j̃.de prę̃b.ſi tibi abſenti. Et no.ex hac decre.& illa, ꝙ beneficia eccleſiaſtica licite conferuntur abſenti: Simile in procuratore, qui conſtituitur etiam abſens: vt j̃.de proc.licet.& ff.de proc.l.1.in ſi. Sed hic 5 forte procurator præſens: habens mandatum ad talia, ratum habuerat, & acceptauerat, per id, quod dicit in fine, Retinere. vel dic, in beneficiis vel litteris ad beneficia impetrandis, nihil debet taceri, quod poſſit mouere animum concedentis: & de tali beneficio antequam acceptet, debet facere mentionem, Ad hoc s̃.eo.in noſtra.& j̃.de præben.quamuis.1. & c.ſi motu. maxime cum habeat ius ad rem: 6 j̃.de conceſ.præb.c.vlt. & in prædicta decret.ſi tibi.

5 Iſta placet Doctoribus reprobata prima. Fōt.

6 Et nudo cōſenſu cōſtituat ſibi ius in re, ꝙ ñ facit vacationé expectãs, q. tñ id tenetur exprimere: vt ī pdcã decr. ī nřa. I.An.

q ¶*Neſcires.*] diuinare enim non tenebatur: quia id humanum non eſt, s̃.vt eccl.benefic.vt noſtrum.§.cum enim, verſ.porro, Ioan, And.

r ¶*Vtrunque.*] ſcilicet, impetratum à Papa, & collatum ab Epiſcopo.

¶ *Gloſ.ſeq. quærit: & remittit: ponit quatuor opi.tertiam reprobat: ad quartam ſignat contrarium, & ſoluit.*

s ¶*De iure teneri.*] Sed quæ ſunt hęc beneficia, quę poſſunt ſimul de iure teneri? Super hoc vide Spe.ti.de leg.§.reſtat.ver. illud autem. Poſſet dici, ſecundum Inno.qui hoc tenet s̃.de elect.dudum.de præbend.cum iamdudum. quòd habere plura beneficia non curata, & quæ de conſuetudine vel ſtatuto reſidentiam non requirunt, non eſt peccatum, nec contra iura: & de talibus hic poſſet intelligi. Vel poſſet dici ſecundum Goffred. qui hoc no.s̃.de cler.non reſid.c.3. quòd de iure poteſt quis habere plures præbendas, quarum altera per ſe non ſufficit: allegat eod.tit.conquerente. ad quod facit etiam s̃.de præbend.cum teneamur. Vel dic, quòd loquitur de beneficiis vnitis, annexis, vel dependentibus: illa enim ſimul poſſunt de iure teneri. Sed hæc lectura non procedit: per collationem enim vnius haberet vtrunque, 7 & ſic nō fuiſſet neceſſaria alterius collatio. Vnde dici poſſet, opi.In, veram eſſe: quam ſeqtur conſuetudo, quam Papa ſcit, & tolerat: 8 vel ſaltem opi.Goffr. arg.s̃.eo.ſi gratioſe.arg.pro & contra, j̃.de præben.is cui. Vel dic, quòd littera iſta loquitur de iis beneficiis, quæ prætextu conſuetudinis vel ſtatuti ſuper hoc ex cauſa facti, ſimul teneri poſſunt. Ad primum, de conceſ.præbend.ex parte.in ſi. Ad ſecundum, de conſtitu.cum omnes.& eſt ſimile de iure, ſupra vt lit.pend.c.1.& s̃.de elect.cumana.ad ſi. Ad primum contra. de conſue.cap.1.s̃.de conceſ.præben.litteras. Sol.illud ſpecia-

7 Gl. eſt ſin. & not. Do. & Philip.

8 Et iō v; ſecũdũ Doct. gl. eſt §. leges. 4.di. vide Dom. hic late loquētē, qñ l; plura bñficia tenere. Fōt.

le in

ſe in duob.beneficiis in vna & eadem eccleſia.Secus in diuerſis:vnde videntur facere pro. & facit quod not.Hoſt.in præd. decret,litteras.in gl.non obſtante.in fi.

a *Non potes.* de iure communi, diſpenſatiue tamen poſſet.Et ſi quæratur, per quem diſpenſari poſſit:vide quod no.70.diſt. ſanctorum.in glo.2. 21. qu.2. ſi quis iam tranſlatus. de elect, dudum, 2. de præb, de multa.de conce, prebend.litteras.& j.de conſuetud. c.1. Io.And,

habere non potes: [a] ſed eligas [b] quod ex eis maluerit retinere.

¶Idem.

*Si reſtituatur quis ad gratiam reuocatam,ſine alterius præiudico intelligitur reſtitutus: vnde alteri ante reſtitutionem impetranti præferri non debet. Ioan.And,*

CAP. VIII.

QVamuis [c] is, cuius gratia [d] (per quam mandabatur† in certa Eccleſia prouideri [e] ſibi de beneficio proxime [f] vacaturo (per nos fuerat reuocata, [g] reſtituatur à nobis denuo ad eandem:non tamen ei,cui poſt reuocationem, [h] & ante reſtitutionem prædictas, ſimilis [i] in eadem eccleſia gratia facta fuit (niſi † de hoc expreſſe [k] dixerimus) anteferri debebit. Cum talis [l] reſtitutio, vbi aliud non exprimitur, intelligatur [m] fieri ſine iuris præiudicio alieni.

† In antiqs cod. ita:niſi hoc expſſe dixerimus.

¶Idem.

*In litteris ad beneficia impetratis,inſpicitur tempus datæ: Vnde per illas beneficium curatum obtinere non poterit,qui licet nunc ſit maior, illo tempore minor erat.Ioan.And,*

*Gl,ſeq. primo dat ſimile, ſecundo quærit. argu.pro & contra.& ſoluit.*

b *Eligas.*ſic & olim electio dabatur ei, qui duo beneficia curata ſimul habebat.ſ̃.de pręb.referente. & c. præterea.1 hodie ſecus.eo. ti.de multa.ſed nunquid electo vno re integra pœnitere poterit,& aliud eligere? Arg.quòd ſic. 2.q.6.cap.ei qui.§.ſi quis libellos. ſ̃. de elect,in cauſis,§.quia vero.de iu.pa.cum autem. 2 quod facit etiam contra.& j̃.de off.dele.quamuis.& j̃.de proc.quamuis, & j̃.de reg.iur.mutare.cum ſi.Ar.contra.32.q.5.horrendus.de iure iu.quemadmodum.ſ̃.e.lib.de reſcr.c.2.& j̃.de re.iu.quod ſemel.cum ſuis concord.Solu.ſatis videretur,quòd re integra poſſit mutare conſilium,* & aliud eligere per prima iura. Ad hoc j̃.de præb.ſi tibi abſenti.ff.de opt.le.l.mancipiorum.Contrarium tene per præd.reg. quod ſemel. ad hoc j̃.eod.c.pe.in fi.& de poſtul.c.1.

1 ſ̃.de ęta.& qual.eã te.

† Hodie huiuſmodi mã data de p̃uidẽdo omnino ſunt ſublata per cõciliũ Trident.ſeſſio. 24. de reformat.c.19.

2 Et c. cum laici. vbi de hoc in j.gl.3 Ioann.And.

Addition. Io.Monach.j̃.de præb.ſi tibi.ita diſtinguit.Aut optio,vel electio data eſt in contractibus:& tunc variare licet.ff. de ver.obl.eum qui certarum.in fi.de act.emp.l.ſi ſterilis.§.fi. Aut in beneficiis vel vltimis voluntatibus: & hoc dupliciter. Aut tenuit electio.&tunc non potuit variare.ff.de leg.1.ſerui electione.ff.de op.le.l.apud Aufidium.Aut non tenuit,& hoc dupliciter.Aut illam fecit optans iure proprio, & tunc iterato poteſt optare.ff.de opt.leg.l.2.§.fi.& l.ſeq.ad inſtar iudicis ordinarij,qui poteſt iterato cognoſcere cum ſententia eſt nulla.C.de accuſ.ſi accuſatoribus.& l.abſentem. & j̃.de conceſſ. præ. nec captandæ.2.reſp.Aut iure alieno,& tunc iterare non poteſt.j̃.de elect.ſi compromiſſarius.§.1,& vide quod ibi not. in §.idem fit.in vlt.gl.ad inſtar iudicis delegati.C.quomod.& quan.iu.l.ſi vt proponis.§.1. De materia,vide quod ſcripſi de teſti.præſentata.ſuper ver. optione.Io.And.

QVamuis is,cuius. Ponit dictum, in quo inſerit exceptionem:ibi,*Niſi.*& ponit rationem dicti:ibi,*Cum talis.*

¶ Præſupponatur primo, ꝙ inter expectantes auctoritate Apoſtolica habet locum illa regula: Qui prior eſt tempore,potior eſt iure:vt ſi ſint duovel plures,qui in eadem collatione habent ſimiles gratias expectatiuas:tunc in beneficio quod primo vacabit,eſt præferendus ille,qui prior eſt in data.

Casvs. Hoc præſuppoſito poteſt ſic figurari:Papa mihi in eccleſia Pictauienſi fecit gratiam hoc anno:quia ipſe mandauit canonicis ipſius eccleſiæ, vt me reciperent in fratrem & Canonicum; & præbendam vacantem, vel proximo vacaturam mihi aſſignarent, cum clauſula decreti irritantis, ſi Canonici facerent in præiudicium meæ gratiæ: Tractu temporis accidit,ꝙ Papa reuocauit gratiam mihi factam, & anno ſequenti fecit tibi in illa eccleſia ſimilem gratiam:quia mãdauit dictis canonicis,&c. Accidit,quòd ego primus acceſſi ad Papam,& petij,vt ipſe dignaretur me reſtituere ad meam gratiã, quam ipſe reuocauerat, quod fecit:Poſt vacauit præbenda in eccleſia Pictauienſi: Quæritur nunc, an præbenda debeatur mihi vel tibi ſecundo,attento ꝙ mea gratia fuit reuocata?Reſpondet Papa,ꝙ quando reſtituit aliquem ad gratiam reuocatam, hoc facit ſine præiudicio alterius:ideo reſpondet ad quæſtionem, ꝙ licet ſim primus habito reſpectu ad gratiam, non tamen ſum primus habito reſpectu ad reſtitutionem:ideo tu ſecundus in data gratię,es mihi pręferendus:quia nos attendimus tempus reſtitutionis, & non tempus datæ gratiæ:Et hoc verum,niſi Papa aliud diceret in reſtitutione: videlicet,ꝙ me reſtituit ad datam & prioritatem temporis, & vult gratiam meam valere perinde,ac ſi reuocata non fuiſſet,etiam quoad prioritatem temporis. Not.primo ex tex.iuncta gloſ. quòd ſi ſub edem collatione ſunt plures expectantes, habentes ſimiles gratias:ille præfertur,qui eſt prior in data.Et ſic habet locum illa regula,Qui prior eſt tempore.Secus ſi non haberent ſimiles gratias:quia aliqui habent aliquas prerogatiuas:puta, ſi Papa mandet ſecundum in data præferri quibuſcunque:tũc ſeruanda eſt voluntas Papæ, quia in his ſpiritualibus Papa habet plenam diſpoſitionem. No.ſecũdo principalem effectum,ad quem emanauit iſtud c. videlicet, ꝙ cum Papa aliquẽ reſtituit ad gratiam reuocatã, non videtur ĩ dubio velle præiudicare iuri alterius.Et iſtud facit ad deciſionem talis quæſtionis, videlicet:Aliquis vaſallus commiſit feloniam contra Regem, propter quod eius bona ſunt confiſcata:pendente illo tẽpore Princeps dat feuda aliis:tractu tẽporis iſte, qui cõmiſit felloniam, reſtituitur per Principem:vtrum reſtituatur ad bona ſua confiſcata? Tex.iſte facit,ꝙ nõ:quia Princeps vr̃ illum reſtituere ſine pręiudicio alterius:& hoc verũ,ſi Princeps ſimpliciter reſtituat,quia tunc nõ videtur remouere ius alteri quæſitum.

*Prima gl.ſummat.*

c *Quamuis.* ſi reſtituatur quis ad gratiam reuocatam,ſine alterius præiudicio intelligitur reſtitutus:vnde alteri ante reſtitutionem impetranti præferri non debet.

d *Gratia.* conceſſa forte à Nicolao iiij,vel Cæleſtino v,Io.An.

e *Prouideri.* nec adhuc prouiſum erat, nec ad poſſeſſionem deuenerant,vnde habebant ius non in re,ſed ad rem.j̃.de conceſ.præb.c.vlt,Ioan.And.

f *Proxime vacaruro.*qđ ſolus Papa facere p̃t.de conc.præb.c.2,

g *Reuocata.* tenorem huius reuocatoriæ conſtitutionis non habemus:ſed de ipſa fit mentio j̃.de pręb.c.pe.& antep.& de conc.pręb.c,vl.Reuocatoria illarũ Nicolai incipiebat,Pridem ad apicẽ.Illarum Cæleſtini,olim Cæleſtinus.& c,dudũ.Io.An.

h *Poſt reuocationem.*idẽ &multo magis ſi ante reuocationem.

i *Similis.* ſcilicet de beneficio proxime vacaturo.

k *Expreſſe dixerimus.* hoc enim Papa facere poteſt: ad hoc j̃. de præben.c.pe.

Addition. facit clem.quoniam.de immu.eccl.

*Gl.ſeq.alleg.in contrarium,fortificat textum,& contrariis reſpondet:ſecũdo arguit ad quæſtionem, ponit opi.Gof.contra quam alle.5.iura.& remittit:demum ſubdit tres opiniones.*

l *Cum talis.*ecce ratio.Et aduerte,quia in contrarium videbatur ex eo, quia reſtitutio eſt prioris ſtatus reparatio:& reſtitutus in priſtinum ius recidit.arg,15.q.6.nos ſanctorum.& c.iuratos.& ſ̃.de elec.quia diligentia.2.q.3.c.ſi quem.in fi.& C.de ſent.paſſ.l.j. Reſtitutio enim hoc operari debet,vt nec proſit, nec obſit quod euenit,ff.ex quib,cau.ma.l.j.reſp.j.& ff.de mi. ꝙ ſi minor.§.reſtitutio.Sed contrarium eſt verum,vt hic:&ſic pro parte hac debuit quæſtio terminari per decr.de renun.ex tranſmiſſa.& de ſim,ex inſinuatione.&concor.C.de remiſ.pi. l.vlt.vbi,ſi de voluntate creditoris debitor pignus diſtrahit,ſi iterum deueniat ad ipſum debitorem,res illa diſtracta, nõ renaſcitur hypothecaria,quam habebat à principio:actio enim ſemel extincta,&c,de conſecr.diſt.4.quæris.§.item per hanc. in gl.j.ff.de ſol,q res.§.aream.Ad contraria reſp.ꝙ hic non eſt vere reſtitutio;immo quędam noua conceſſio per præd,iura.3 Et no.ꝙ hæc decre.facit in arg.ad q.dominicalem.an.ſ.Eṗs inuito patrono reſtituere poſſit presbyterum per ſe depoſitum. & determinauit Goff.de renun.ex tranſmiſſa.in fi. ꝙ non:per l.C.de nupt.ſi vt proponis.2.vbi dicitur,ꝙ in matrimonio reſtaurando per filiam poſt diuortium, requiritur conſenſus patris: ſicut à principio in contrahendo.In contrarium facit,de renun.poſt tranſlationem. de Iud,Iudæi de ciuitate.& c.conſuluit.de iis quæ fi.à præl.cum Apoſtolica.17.q.1.eos.& no.de hoc 24.q.4.Nabuchodonoſor,in prin.Dicebat Hoſt.opi.Goff. eſſe veram,cũ reſtituitur ab inferiore: ſecus ſi à Principe,per iura ſuperius pro reſtituto inducta.Bar.Brix.in q.dominicali.4 inc.Sacerdos aliquis fuit;dixit,ꝙ ſi depoſitus appellauit infra x.dies:reſtitui poteſt inuito patrono:aliàs non. Tan,dixit,ꝙ ſi Eṗs præuenit in reſtitutione patronum, valet reſtitutio, aliàs nõ:quod approbat Hoſt.in præd.decr.ex tranſmiſſa.& de ele. innotuit.&facit quod no.ſ̃.de conſt,cum acceſſiſſent.in vl.gl.

m *Intelligatur.* concor.j̃.eo.c.2.

3 No.ꝙ reſtõ ad grãm extinctã ñ retrotrahitur ad tp̃s primę cõceſſionis. Vnde ſi creditori poſt pcm̃ đ nõ petẽdo, fiat pcm̃ de petẽdo, nõ recupat intereſſe neq; vſuras medij tpis. de Ane.d.Fon,

4 Dñicali, ſing. 64. Et ſol. eius cõiter approbatur p c, decernim⁹, 16.qu,12.Io, And,

Si eo

SI *eo tempore.* Vnius thematis duo dubia ſoluit:& vtriuſque cauſam reddit, Secundum ibi, *Beneficium.*

¶Præſupponendum primo, quòd quis non poteſt obtinere beneficium curatum, niſi attigerit 25. annum.

## CAP. IX.

SI [a] eo [b] tempore, quo tibi de beneficio cum cura, [c] vel ſine cura mandauimus prouideri, ad obtinendum curatum beneficium idoneam [d] † non habebas ætatem: tibi, licet nunc legitimæ effectus [e] ſis ætatis, auctoritate litterarum huiuſmodi (cum tempore datæ [f] ipſarum adhuc† non eſſes [g] idoneus) de beneficio curam [h] animarum habente nequaquam poterit prouideri. Beneficium [i] autem ſine [k] cura (cum ad ipſum ſufficientem [l] tunc ætatem [m] haberes) per eas licite [n] poteris obtinere.

† q̃ ſit idonea ætas in quolibet ordinato, tradit Pan. ĩ c. ſup inordinata. de p̃b.

† Alias ita, adhoc. aliàs ita, ad id.

Casvs. Quidam Titius minor 25. annis: quia forte ĩ 24. anno à ſede Apoſtolica impetrauit litteras gratioſas ad Epiſcopũ Pictauien. ſub hac forma: Mandamus, vt tali prouideas de beneficio cum cura, vel ſine cura, ſi quod de præſenti vacat, alioquin de proximo vacaturo: Accidit, quòd antequam vacaret aliquod beneficium, iſte Titius effectus eſt maior, quia peruenit ad 25. annum, & vacauit eccleſia parochialis, quam Titius petit ſibi conferri virtute ſuę gratiæ: Dicit Epiſcopus, ꝙ iſtud beneficium curatum non comprehendebatur ſub ſua gratia: quia tempore impetrationis ipſe erat incapax ad obtinendum illud beneficium curatum: Dicit ex aduerſo impetrans, ꝙ licet tempore impetrationis eſſet incapax ad obtinendũ illud beneficium curatum: tamen nunc ipſe eſt capax: vtrum bene dicat? Reſpondet Romanus Pontifex, ꝙ non: quia requiritur capacitas tempore impetrationis, & non ſufficit capacitas tempore vacationis: Sed vtrum vitietur beneficium ſine cura per clauſulam, Cum cura: puta, quia Papa mandauit, vt Epiſcopus tali Titio conferret beneficium vacans vel proxime vacaturum cum cura vel ſine cura: vtrum per clauſulam, Cum cura, vitietur clauſula, Sine cura, ita ꝙ tota ipſius gratia ſit vitiata? Reſpondet, ꝙ non: ideo ſi vacet aliquod beneficium non curatũ, Epiſcopus tenetur ei illud conferre: & ſi Epiſcopus nolit conferre, tunc impetrans habebit recurſum ad ſuum executorem, qui ei conferet illud beneficium non curatum, non obſtante recuſatione Epiſcopi: quia vtile per inutile non vitiatur, quando ſunt ſeparabilia: ſecus ſi eſſent inſeparabilia. Not. primo ex hoc tex. iuncta gl. ꝙ minor 25. annis non eſt idoneus ad obtinendũ beneficium curatum: tamen ſufficit, ꝙ compleuerit 24. & attigerit 25. annum: vt dicitur in c. cum in cunctis. s̃. de elect, licet ſecus ſit in Epiſcopo: quia requiritur in Epiſcopo, ꝙ compleuerit annum 30, & inceperit annum 31. Quæ ætas requiratur in quolibet ordinato, tractat Panorm, in c. ſuper inordinata. de præb. in ant. Nota vlterius illud, ad quod allegatur iſtud capitulum: quòd reſpectu illius, pro quo ſcribitur, attenditur tempus datę litterarum, & non tempus vacationis; & iſte eſt principalis affectus huius cap. Et ratio huius poteſt aſſignari: quia litteræ fuerunt nullæ reſpectu illius incapacitatis: ergo tractu temporis non conualeſcunt, Nota finaliter, ꝙ litterę ad beneficia poſſunt pro parte valere, & pro parte non valere: vt in caſu huius cap. Nam ſi minori 25. annis facta fuerit gratia reſpectu beneficij curati: litteræ non valent; & tamen reſpectu aliorum beneficiorum, valent: & ſic vtile per inutile non vitiatur,

*Gloſſa prima ſummat,*

a *Si eo.* In litteris ad beneficia impetratis inſpicitur tempus datæ: vnde per illas beneficium curatum obtinere non poterit: quia licet nunc ſit maior, illo tempore minor erat,

*Gl. ſeq. ſignat contrarium, & ibi remittit,*

b *Si eo,* contradicit ad hanc j̃. de præben. ei cui prouideri. ibi ſoluitur,

c *Cum cura.* niſi hoc fuiſſet expreſſum, de curato prouideri non poſſet. s̃. de præb. c. vlt. & j̃. de præb. cum in illis.

d *Idoneam.* ſ. 25. annorum. s̃. de elect. cum in cunctis.

e *Effectus,* ſpectamus ergo initium. & facit s̃. de elect. dudum. j. & quod ibi not. Nec firmatur tractu temporis, quod de iure ab initio non valebat. j̃. de reg. iu, non firmatur. cum ſuis concordant.

f *Cum tempore datæ.* ſic nota inſpiciendum tempus datæ: ſic s̃. eo. eam te, & j̃. e. tibi qui. & de præb. eum cui.

*Gl. ſeq. reci. per quæſtionem; alleg. pro, & ſoluit contrarium.*

g *Non eſſes idoneus.* Propter defectum ætatis, 1 & idem dici poſſet de defectu ordinum, argum, s̃. de æta. & qual. præterea, ſed hoc eſt falſum, vt j̃. de præb. ſi pro clericis pauperibus.

1 Illũ defectũ ꝓbabit obiiciẽs, q̃ fundãs ſe ĩ ętate, d; illã ꝓbare. Do. Adde Bar. ĩ l. d̃ ætate. ff. de min. Fõt.

h *Curam animarum.* in his, q̃ ad curata beneficia promouentur, requiritur maior idoneitas, quàm in aliis: & ideo ſi mandatur prouideri de dignitatibus, perſonatibus, vel beneficiis, de cura mentione non habita, de curatis dignitatibus, perſonatibus, vel beneficiis non poterit prouideri. j̃. de pręb. cũ in illis.

i *Beneficium.* quia poterat dubitari, ne illa inutilis adiectio, ſ. Cum cura, vitiaret in totum reſcriptum: ſcilicet, quòd nec etiam de ſimplici poſſet prouideri; ideo annectit quod ſequitur. Et ſic not. vtile non vitiari per inutile. j̃. de regul. iu. vtile. cum ſuis concor.

k *Sine cura.* quia ex ſe curam non habet: ſi autem haberet annexã parochialem & curatam eccleſiam, dic vt dicam j̃. de præb. ſuper eo.

l *Tunc.* ſc. tempore impetrationis.

Additio. Adde ergo, quòd ſi quis impetrauerit beneficium cum cura vel ſine cura, & tempore impetrationis eſt legitimæ ætatis: ſi vacat, ei debetur: vt in hoc capit. & hic no. in gl. iſta antep. Contrarium not. de præb. j̃. c. ei cui. eo. lib. vbi apparet ſufficere quòd tempore vacationis habeat ſufficientem ætatem. Sol, ibi no, in 3. gl. quia j. gloſ. loquitur in impetratione curati, ſecunda in impetratione ſacerdotalis. Satis obſtat quod not. e. tit, non poteſt. in 4. gl. Sed credo gl. c. ei cui. poſſe ſuſtineri, licet aliqui contra; quia plus eſt habere curatum in actu & habitu, quàm in habitu tantum: ad hoc quod not. de cler. non reſid. quia nonnulli. ſuper ver, parochiales. & per Hoſt, de offic. archid. cum ſatis, & Io, Andr. ſuper ver. animarum. & optime probat extrauagans Io, execrabilis. iuxta fi. verſ, quantum autem. Et quod no, in præall. c, ei cui. ſuper ver. licite, in nouella, & vide contrarietatem glo. Greg. Sed adhuc inſto per hunc tex, in fi. & in gl. quæ loquitur in beneficio ſimplici. Vnde poteſt ſic dici, quòd eſt quædam inhabilitas ratione ætatis temporaliter ad beneficium, quædam ſolum ratione ætatis ad qualitatem beneficij curati, quædam ſacerdotalis tantum. In prima & ſecunda inſpiciamus tempus impetrationis, in tertia tempus vacationis; quia plus eſt aliquem eſſe inhabilitatum ad totum, q̃ ad partem, vel ad qualitatem paruam: ad hoc quod no. hic in nouel, de æta, & qual, indecorum. de præb. ſuper inordinata. & quod no. de corpo, vit. c. 1. & 2. & fi. Et forte ſpeciale eſt in iſta qualitate ſacerdotali, vt hic ſentit Io, An. & adde quod no. s̃. de conceſ. præb. cum noſtris. per Innoc, & Io, And. in addit. quę incip. Et in clementina. Hieronymus Clarius Brixien.

¶ Idem.

*Gratia generalis non præiudicat ſpeciali: & debet facere mentionem de præcedenti priuilegio, conſuetudine, vel ſtatuto. hoc dixit. Zenze.*

## CAP. X.

SI PROPTER

*Gl. ſeq. quærit, allegat opinio. interſerens, & ſoluit.*

m *Aetatem.* Sed 2 quæ eſt idonea ætas in beneficio ſine cura: Videtur quòd maior quatuordecim id illa dicatur idoneus. s̃. de præb, ſuper inordinata. vbi Hoſt. hoc tenet in canoniis propter maturitatẽ conſilij, quod requiritur in illis. nam ibi pueri non dicuntur idonei ad beneficia obtinẽda. Certum autem eſt, ꝙ infans dicitur vſque ad ſeptimum annum: puer autem, de ſeptimo vſque ad 12. vel 14. annum. 22. q. 5. pueri. & C. de fal. mon. l. j. & dixi s̃. in proœ, circa fi. Sed vt ibi no. Bernardus, dici poteſt, ꝙ pueri ibi dicuntur minores ſeptennio, & iſti dicuntur indigni. Septennes autem, & maiores ſeptẽnio dicuntur idonei. cum enim tales poſſint ordinari. 28. diſt. de his. cum gl. 1. ergo & in beneficiis intitulari: arg. de pręb. cũ ſecundum. Ad hoc optime facit j̃. de ele, ex eo, & hæc vera intelligo, niſi eſſent talia beneficia, quæ ſacrum ordinem ex priuilegio, conſuetudine vel ſtatuto, vel alio modo requirerent, & facit quod dicam j̃. de fi. presb. c. j. j. reſp. & probatur expreſſe j̃. de præb. ei cui prouideri. An hodie diſpenſent Epiſcopi in ætate, no. s̃. de elect. cum dilectus. & dicam j̃. de elec, licet canon. & de ætat. & qual. c. vnico. Ioan. And,

2 Iſtã gl. ſequũtur Philip. & Do. q̃ Do. de materia bñ cõcludit. Fon.

n *Licite.* id dicimur poſſe, quòd licite poſſumus. 22. q. 2, faciat. Ioannes And.

SI *propter.* Propter multiplicitatem intellectuum gl. Ioan. An, non ſummat: poteſt tamen ſic ſummari: Generalis gratia habens clauſulam generalem, ſ. Non obſtante, niſi id aliter exprimatur, non præiudicat iuri ſpecialiter ex ſtatuto, conſuetudine, vel priuilegio alij quæſito. hoc dicit ſecundum Io. de Fantuzis, ſecundum quem hoc ſummarium comprehendit vtranque lecturam poſitam in gl. Diuiditur ſecundum Io. And. quia primo ponit thema, & eius dubium ſoluit ibi, *Intentionis.* caſum exceptum interſerens ibi, *Niſi,*

Casvs. 3 Papa conceſſit Epiſcopo Bonon. debitorum onere grauato priuilegium, quod fructus beneficiorum primi anni vacantium in ſua diœceſi perciperet; & erat hæc gratia vſque ad quinquennium duratura, appoſito in priuilegio, quòd non obſtarent conſuetudines, priuilegia vel ſtatuta, per quæ ſua poſſet impediri cõceſſio: Vacauit quoddam beneficium, cuius redditus primi anni de priuilegio, conſuetudine, vel ſtatuto

3 Hic caſus vſq; ad illa verba; vel dic vt j̃. ĩ vl. gl. Io. An. ẽ, & in antiqs cod. repitur

ſpectab

ſpectabant ad fabricam eccleſiæ, vel alium vſum, vel aliquem ſingularem perſonam: queritur cui debeantur huius beneficij redditus primi anni? Reſpondetur ſecundum vnam lecturam, ꝙ debentur fabricæ, vel illi vſui, vel ſingulari perſonæ: niſi in conceſſione facta epiſcopo aliud caueretur expreſſe. Vel dic vt ĵ. in vlt. gl.

1 Hic caſus paulo longior eſt cuiuſdã Heliç.

Casvs. 1 ſecundum veriorem intellectum: Papa fecit epiſcopo Pictauienſi gratiam (videlicet pro exoneratione & ſolutione debitorum ei indulſit) vt fructus primi anni omnium beneficiorum vacantium in ſua diœceſi perciperet vſque ad quinquennium: In ipſa diœceſi Pictauienſi erant aliqua beneficia, quæ habebant hoc onus, quòd redditus primi anni erant deputati alicui hoſpitali vel fabricæ: vacauit tale beneficium: Quæritur tunc, quis habebit redditus primi anni: an epiſcopus vel fabrica? & vtrum iſta gratia faciat præiudicium fabricæ? Reſpondet Romanus Pontifex, quòd per talem gratiam non fit præiudicium fabricæ, quo minus percipiat fructus vnius anni: tamen epiſcopus habebit fructus primi anni, & non fabrica: ſed fabrica habebit fructus ſecundi anni, & inſtitutus in beneficio habebit fructus tertij anni: & ſic fiet ſine præiudicio fabricæ. Et ratio eſt, quia aliàs iſta gratia eſſet inutilis ipſi epiſcopo: puta, ſi illud beneficium ſolum vacaret in quinquennio: tunc ſi epiſcopus perciperet ſolum fructus ſecundi anni, gratia eſſet ei inutilis: quia ſecundo anno eſſet expirata. Et iſtud verum, ꝙ dabuntur fructus epiſcopo vel fabricæ deductis onerib. ipſius beneficij: videlicet, ꝙ inſtitutus accipiat moderate aliquam portionem pro ſeruiendo in diuinis: & reſiduum dabitur epõ vel fabricæ. No. primo ex iſto c. quòd epiſcopus non poteſt retinere fructus beneficij vacantis, ſi contingat vacare tempore meſſium: ſed illos fructus tenetur reſeruare futuro ſucceſſori, quem inſtituet: quia aliàs fruſtra impetraret priuilegium, vt perciperet fructus primi anni beneficiorum vacantium in ſua diçceſi: quia fruſtra precib. imploratur, quod alicui iure communi conceditur. l. vnica. de theſau. lib. x. C. Not. principalem effectum huius c. videlicet, quòd ſi epiſcopo mole debitorum grauato fuerit facta gratia, ipſe percipiet redditus primi anni beneficiorum vacantium in ſua diœceſi, ſi tales fructus primi anni antea erant aſſignati fabricæ, vel alicui perſonę: per gratiam epiſcopi non præiudicatur fabricæ vel perſonæ ſingulari, etiam ſi Papa dixerit in gratiam epiſcopi: Non obſtantibus priuilegiis vel conſuetudinibus: ſed debet fieri interpretatio, quia epiſcopus habebit redditus primi anni, fabrica autem vel perſona ſingularis habebit redditus ſecundi anni, & inſtituti habebunt redditus annorum ſequentium: licet aliqui dicant, quòd fabrica haberet fructus primi anni, & epiſcopus ſecundi, & inſtitutus annorum ſequentium.

† Not. text. hic iungendo cũ verbo ſtatutis. ꝙ epſ ſtatuit, ꝙ fruct⁹ bñficiorũ vacãtium debeãtur fabricę. Phil. Do. & Pet. Fon.

tua [a] debita perſoluenda fructus [b] beneficiorum primi anni [c], quæ in tua vacabunt [d] diœceſi, tibi (non obſtantibus quibuſlibet conſuetudinibus, priuilegiis, vel ſtatutis, per quę noſtra impediri [e] poſſet conceſſio) vſque ad quinquennium [f] de ſpeciali [g] gratia concedimus [h]: intentionis [i] noſtræ nequaquam exiſtit, ſi fructus huiuſmodi eccleſiæ tuæ fabricæ†, vel alteri [k] vſui, ſeu cuicunque ſingulari perſonæ, de ſpeciali conſuetudine, priuilegio, vel ſtatuto [l] forſitan debeantur: quòd eis per conceſſionem [m] ipſam (niſi hoc expreſſe [n] caueatur in ea) præiudicium aliquod generetur.

¶ Idem.

*¶ Cauſæ ab Apoſtolica ſede, vel eius legato committi debent dignitatem obtinentibus, vel canonicatum eccleſiæ cathedralis. Nec tractari debent, niſi in ciuitatibus vel locis inſignibus. hoc dicit, vſque ad §. cum vero.*

2 Eligere. nõ ob. ſecundũ Arc. ꝙ eccleſiaſtica bñficia dñt ſine diminutiõe cõcedi. ſ̃. vt ec. be. ĩ rub. & nigr. & ꝙ ſpũale ius ſine tpali nõ cõſiſtit. j. q. 3. ſi qs obiecerit. Itẽ ꝙ inane nomẽ habebit ſine fructib. qa hoc opatur indulgẽtia: qđ p; ẽt in omnibus vltra numerũ auctorit. papali receptis, q expectãt. ſ̃. đ p̃b. relatum. Io. Andr.

a ¶ *Tua debita.*] ad idem ĵ. de præben. ſi tibi 2.

b ¶ *Fructus.*] Not. quòd non habet retinere beneficia, ſed fructus. Vide vt dixi ſ̃. e. ſi gratioſe. in hoc caſu vacant beneficia. vnde is, ad quem pertinet electio, infra tempus ſtatutum neceſſario habet eligere 2. Et facit quod no. Bern. de magiſt. quia nonnullis. & probatur hoc ſatis ĵ. de præben. ſi tibi conceſſo. Ioan. Andr.

*¶ Gloſ. ſeq. quærit, & ſoluit duo dubia: & ſolutioni ſecundæ ſignat contrarium, cui reſpondet.*

c ¶ *Primi anni.*] Quid dices? computabiturne annus iſte à die fructuum colligendorum, an à die vacationis vel mortis? Credo, à die vacationis computari. Vnde non credo hic ſeruari legem de vaſallo: quæ dicit, quòd ſi vaſallus decedat poſt Auguſtum & ante calendas Martij, quòd ad dominum pertinet: alioquin ad vaſallum vel eius hæredem, vt in lib. feu. ti. hic finitur lex regni. c. ſi vaſallus. Sed credo, quòd à die vacationis vſque ad annum quicquid obueniet beneficio, & ſeparatum erit à ſolo, totum erit huius priuilegiati. Comparo enim hunc priuilegiatum vſufructuario, qui fructus ſeparatos & reconditos, ſuos facit. ff. de vſufruct. l. arboribus. §. Iulianus. aliàs incipit, ſi fur. ſecundum moderationem tamen decret. ĵ. de of. ord. præſenti. §. porro. & facit quod ibi dicam. Et dico, quòd annus iſte habebit 365. dies. vnde ſi vacauerit eccleſia prima die menſis, ſequenti anno prima die eiuſdem menſis finitus ſit annus. & facit quod dicam ĵ. de elect. quàm ſit eccleſiis. & ſi eſſet biſſextus, illi duo dies cedunt ſibi pro vno: pro vno enim computantur, vt ſ̃. de ver. ſig. quæſiuit. ff. de verb. ſig. cum biſſextus. ff. de diu. & temp. præſ. l. 2. in vlt. gl. Licet ſit arg. contra. ff. de ſta. libe. l. cum hæres. §. Stichus. Sed illud in pœnis vel odiis, quæ ſunt mollienda: de pœ. diſt. 1. pœnę. ĵ. de reg. iu. in pœnis. & facit quod no. in præ. decr. quæſiuit. & 55. diſt. c. 2.

*¶ Gl. ſeq. ponit quatuor exempla, & ſubdit genus, demũ quærit, arg. negatiue: & contrarium ſoluit.*

d ¶ *Vacabunt.*] morte, renũciatione, depoſitione, tranſlatione, vel quocunq; alio modo. Quid, ſi permutatione? Videtur, quòd ſecus, per decret. ĵ. de rer. permu. c. vnico. Sed contrarium puto: quia negari non poteſt, quin propter permutationem vacet: & ęquitas in eo ſolo caſu iuris rigori præfertur, in quo ſcripta reperitur, in aliis non: non enim ex illo ſpeciali caſu eſt regula danda.

e ¶ *Impediri.*] ſecus ergo ſi differri: & licet intendat per clauſulam, Non obſtante, impedimenta tollere: dilationes tamen tollere non intendit: licet ex dilatione impediri poſſet, vt ĵ. dicam.

f ¶ *Quinquennium.*] factum narrat: idem erit in citeriori & vlteriori tempore.

*¶ Gl. ſeq. declarat in quo eſt gratia, & quid confert.*

g ¶ *Speciali gratia.*] quia de iure futuris ſucceſſoribus conſeruari debebant, vel in vtilitatem eccleſiarum expẽdi. ĵ. de elec. quia ſæpe. & de off. ord. præſenti. & intelligo hanc gratiam, & illam quæ ſequitur, ſecundum moderationem illius decr. pręſenti. §. porro. ſcilicet, quòd hoc ſolum intelligatur de illis fructibus eccleſiarum vacantium, qui ſolutis debitis, ſi qua ſunt, & his, quæ neceſſaria fuerint, pro ſeruitoribus & miniſtris, & aliis incumbentibus oneribus vſque ad nouos redditus reperti fuerint ſupereſſe.

*¶ Gl. ſeq. quærit, & opinionem ponit, quam fortificat per aliam opinionem cui opponit, & dupliciter reſpondet.*

Legatus de latere, an poſſit cõcedere fruct⁹ primi anni beneficiorũ vacantium.

h ¶ *Concedimus.*] An legatus de latere ſimilem gratiam dare poſſit, tractauit Io. de Deo in quæſtionib. ſuis, in princ. & Gul. in Spe. ti. de legat. §. nunc tractemus. in fi. & dicunt, ꝙ dato, ꝙ ex cauſa hoc poſſet: beneficium tamẽ vel dignitas debet cum aliquo emolumento conferri. Quod verum eſt, vt dixi ſ̃. in gl. prox. & in gl. nota quòd non. No. etiam Ber. ſ̃. vt eccl. benef. vt noſtrum. in vl. gl. ꝙ epiſcopus ex iuſta cauſa ad tempus poſſet fructus alicuius beneficij retinere: probat per decr. ſ̃. de verb. ſign. c. pe. quæ etiam facit contra, cum id fuerit impetratum à Papa. Sed poteſt dici ſic fuiſſe de facto: ad hoc ſ̃. de fil. presb. litteras, vel illud ſecundum Goffr. in fructibus omnium beneficiorum vacantium vſque ad certum tempus: vt hic etiam. In vno autem beneficio & eius prouentibus conuertendis ex cauſa in vſum prælati, non erit neceſſaria licentia Papæ: quia cum epiſcopus cum capitulo poſſit ſupprimere dignitatem, & propter neceſſitatem poſſeſſionis alienare, multo fortius prouentus percipere.

Additio. Et hoc eſt verum, dummodo illa perceptio non concernat vtilitatem ipſius epiſcopi. Dom. Font.

i ¶ *Intentionis.*] No. ad intentionem ſcribentis recurrendum. facit ſ̃. eo. c. 2. & ĵ. de conceſſ. præb. c. vlt. & ſ̃. de deci. ex multiplici. cum ſim.

k ¶ *Alteri vſui.*] puta, menſæ capituli.

l ¶ *Statuto.*] Nota, quòd omnia priuilegia, conſuetudines, vel ſtatuta quacunque firmitate vallata, conceſſa capitulis, conuentibus, vel collegiis cathedralium, regularium; & conuentualium eccleſiarum, ſeu ſingularibus earumdem perſonis: vt bona eccleſiarum ipſarum vacantium à prælatis dimiſſa, vel tempore vacationis obuenientia poſſint ſurripere, diuidere, vel in ſuos vſus conuertere, ſunt hodie reuocata & quaſſata per decre. ĵ. de elect. quia ſæpe. & c. ſtatutum. in clem. quæ tamen in aliis beneficiis locum non habet: vt ĵ. de off. ord. præſenti. in fi.

m ¶ *Conceſſionem ipſam.*] ſibi factam.

n ¶ *Expreſſe.*] ad idem ſ̃. eo. cum aliquibus. & c. ſuſceptum. & c. quamuis.

*¶ Gl. ſeq. ponit duas lecturas: contra ſecundam dupliciter opponit, & primam approbat.*

o ¶ *Præiudicium aliquod.*] niſi iſtud verbum eſſet ita generale, iſta decre. ſic poſſet intelligi, quòd ex ea nil ſequeretur abſurdum: ſc. ꝙ frabrica vel vſus ille, vel aliæ ſingulares perſonæ

ſic priuilegiatæ habeant redditus ſecundi anni:iſte aũt priuilegiatus habeat redditus primi anni;& ita bene conſequeretur ſecundum hoc ſuum effectum illa clauſula priuilegij, Non obſtantibus quibuſlibet conſuetudinibus, priuilegiis, &c. Alij dicunt, ꝙ illa fabrica vel alij hic contenti, habebũt redditus primi anni:quia Papa non intendit eis derogare, ſed ſoli ſucceſſori: Iſte autẽ priuilegiatus habebit redditus ſecũdi, qui ſibi eſt primus: ſed quoad ſucceſſorem vel beneficiatum, tertius erit primus: & ſic nullum præiudicium etiam ex aliqua dilatione, generabitur fabricæ : Sed ſecundum hoc poſſet impediri conceſſio, quod eſt cõtra tenorem ipſius gratiæ. Pone enim ꝙ in anno quinto, quo finiri debet gratia, vacet beneficium:ſi fabrica primos redditus habeat, eṗs nihil habebit. Item quid operabitur illa clauſula, Non obſtantibus, &c. cum ſucceſſori ſine clauſula illa præiudicium fieret? Vnde prima lectura magis mihi placet 1, & magis eſt amica litteræ: vt dicamus, ꝙ iſta erat dubitatio Decretalis, an per iſtam conceſſionem ſic factam, ſ. Non obſtantibus quibuſcunque, &c. videretur derogare ipſi fabricę, vſui, vel ſinuglari perſonæ: vt ex quo ex illius priuilegij vigore redditus primi anni habere non poſſunt, amplius nil habeant: Et Papa reſpondet, ꝙ habebunt redditus ſecũdi anni, quaſi ille eis ſit prior, vt illa clauſula, Nõ obſtantibus, nõ ſucceſſorem, ſed priuilegiatum tñ coadiuuet.

†vide quod nouiſſime ſanciuit cõciliũ Tridẽt. ſeſſ. 25. de reforma, c. 10.

1 Iſta opi. eſt gl. & cõis. q̃ q̃ Arc. & Pe. de Anc. diſpliceat. Fõt.

Statutum.] Principium huius cap. legitur vſque ad §. *Cum vero eiuſdem.*

Casvs ſic figuratur : Prætendebam Titium debitorem meum in aliqua pecuniæ ſumma ; & quia habebam ordinarium loci certa ratione ſuſpectum, nolui ipſum coram ordinario conuenire:ſed à ſede Apoſtolica impetraui cauſam delegari canonico eccleſiæ beatæ Mariæ maioris Pictauij, vel canonico eccleſię beati Hilarij maioris, vel ſimplici ſacerdoti, qui non habebat dignitatem eccleſiaſticam, nec perſonatum, nec canonicatum eccleſiæ cathedralis : Præſentaui litteras meas delegato, qui Titium meum debitorem ad pręſentiam ſuam fecit citari, qui in die citationis comparuit, cui obtuli libellũ meum: Qui reus excipiendo propoſuit, ꝙ non tenebatur litigare coram ipſo delegato propter incapacitatem perſonæ: quia cauſæ à ſede Apoſtolica non poſſunt committi, niſi perſonis exiſtentib. in dignitate, vel perſonatu, vel niſi ſint canonici eccleſiæ cathedralis: & ſic, quia virtute litterarum delegatus iſte non recepit poteſtatem, quæritur an bene dicat? Reſpõdet Romanus Pontifex, ꝙ ſic : Et hoc verum, niſi Papa hoc faceret ex certa ſcientia: videlicet, committendo alicui, quamuis non ſit in dignitate vel perſonatu, vel quamuis non habeat canonicatum eccleſiæ cathedralis: Sanctiſſime Pater, quæritur vtrum habentes dignitatem, vel perſonatum, vel canonicatum eccleſię cathedralis poſſint cognoſcere in omni loco de cauſis ſibi à ſede Apoſtolica commiſſis? Dicit Romanus Pontifex, ꝙ non: immo tales delegati, vel ipſorum ſubdelegati debent de cauſis ſibi commiſſis cognoſcere in ciuitatibus, & aliis locis inſignibus, in quibus poſſit haberi copia peritorum. Nota primo, ꝙ cum ſtatutum poſitiuum tractu temporis incipit eſſe damnoſum, propter varietatem morum mutari poteſt: quia non debet reprehenſibile iudicari, ſi ſecundum varietatem temporum ſtatuta varientur humana. c. non debet. s̃. de conſan. & aff. No. vlterius, quæ perſonæ ſunt capaces iuriſdictionis ſeu delegationis Apoſtolicæ : quia ſolum illæ perſonæ, quæ ſunt conſtitutæ in dignitate, vel perſonatu, vel quæ obtinent canonicatum in eccleſia cathedrali. Sed quomodo cognoſcemus, ꝙ aliquis habeat perſonatum vel dignitatem? Declarat Panor. in c. de multa. s̃. de præb. vbi dicit, ꝙ recurrendum eſt ad conſuetudinem, vt ſi ſit conſuetudo ꝙ talis habeat præeminentiam & iuriſdictionem, dicitur habere dignitatem: Si autem ſit conſuetudo, ꝙ talis habeat præeminentiam in eccleſia, & non iuriſdictionem: tunc dicitur habere perſonatum, & non dignitatem. No. inſuper, ꝙ canonicus eccleſię collegiatæ, quantuncunque illa eccleſia ſit notabilis, nõ eſt capax Apoſtolicæ iuriſdõnis: & ſic eſt correctum c. pręſenti. quod hodie non habemus. de quo ſit mentio in princ. huius c. Et quamquam canonici eccleſiæ cathedralis poſſint eſſe delegati ad vnam vel plures cauſas: non tamen poſſunt eſſe conſeruatores. c. ſi. j̃. de off. dele. No. ꝙ delegati à ſede Apoſtolica, non poſſunt pro libito ſuæ voluntatis cognoſcere de cauſis ſibi delegatis in quocunque loco: ſed debent cauſas examinare in ciuitatibus populoſis, vel aliis locis inſignibus, vbi ſit copia peritorũ. Et ſi alibi cognoſcerent, proceſſus non valeret: vt in ſi. huius cap. vbi ponitur clauſula, quæ irritat facta contra iſtam conſtitutionem.

## CAP. XI.

Statutum [a] †quod [b] circa iudices à ſede Apoſtolica [c] deputandos nuper edidimus, cum quędam [d] contenta in eo, quæ pro communi [e] vtilitate credebantur [f] inducta, ſicut experientia [g] docuit, tendere dignoſcantur ad noxam [h] : ſanctione [i] præſenti, quam irrefragabiliter obſeruari mãdamus, ſuadente vtilitate, in melius [k] duximus reformandum [l]. Sancimus igitur, vt nullis, niſi dignitate [m] præditis [n], aut perſonatum obtinentibus [o], ſeu eccleſiarũ cathedralium [p]

a ¶ *Statutum.*] Licet hæc decret. per paragraphos aliter diuidatur: eam tamen in iiij. partes diuido principales: Prima durat à principio vſque ad §. *Inſuper.* Secunda abinde vſque ad §. *Proferendo.* Tertia abinde vſq; ad §. *Quicquid.* Quarta vſque ad ſi. In prima ſtatuitur quibus perſonis, & in quib. locis cauſę à ſede Apoſtolica, vel legatis vel delegatis ipſius cõmitti debeant, & tractari. In ſecunda prouidetur circa exactiões, quæ fiebant in iudiciis ab ipſis delegatis, aſſeſſoribus, vel notariis cauſę: & apponitur pęna. in tertia ꝓuidetur circa vocationes teſtium ad iudicium, quæ ſæpius malitioſe fiebant, & cauſa fatigandi teſtes, vel ab eis aliquid extorquendi. In vltima decernitur caſſum & irritum quicquid fuerit factum contra prædicta ſtatuta.

Additio. Ioan. Monac. diuidens decre. in ſex partes. de prima faciebat tres, dicens, ꝙ primo ſtatuit circa loca & iudices: Secundo circa actores & reos in §. *Cum vero.* Tertio in §. *In nullo.* circa loca & iudices prorogat. Archid. non diuidit. Io. And.

b ¶ *Statutum quod.*] Loquitur de decretali ſua extrauaganti, quæ incipiebat, Statuimus. reformat etiam Decretalem Inno. iiij. eo. tit. præſenti. quam hodie non habemus. & decret. s̃. eo. nonnulli.

c ¶ *A ſede Apoſtolica.*] legatis, vel delegatis ab eis, vt j̃. patebit. Ioan. And.

d ¶ *Quædam.*] Ibi non diſtinguebatur, an actor & reus eſſent eiuſdem ciuitatis vel diœceſis, vel diuerſarum. Item additur quòd de expreſſo conſenſu partium extra locum, quo deputatus eſt, poſſit iudex cognoſcere & committere, ſi referas ad decre. præſenti. ſecundum illam poterit fieri commiſſio inſtitutis in collegiatis honorabilibus, & in cathedralibꝰ eccleſiis: vnde ſecundum eam videbantur poſſe cauſæ committi manſionariis, & quibuſcunque priuilegiatis in talibus eccleſiis: quod erat abſurdum, Hic autem prouidetur, quòd ſolis canonicis cathedralium eccleſiarum fiat commiſſio.

e ¶ *Communi vtilitate.*] quæ in legibus conſtituendis attendenda eſt. 4. diſt. erit autem lex, & s̃. in procœm. huius libri.

f ¶ *Credebantur.*] Et erant ſine dubio reſpectu prioris temporis. Ioan. And.

g ¶ *Experientia.*] ad idem j̃. de elect. quàm ſit, & ff. de leg. 3. l. legatis. §. ornatricibus.

h ¶ *Ad noxam.*] Et ideo non debuit iudicari reprehenſibile, ſi ſecundum temporum varietatem, varietur ipſum poſitiuum ſtatutum. 63. diſ. c. quia ſancta. §. verum. in ſi. 35. q. 1. c. 1. j̃. de ſen. exc. c. vlt. in prin. s̃. de conſan. & affi. non debet. cum ſuis concord. Sic & priuilegium cum tendit ad noxam, reuocationem vel moderationem à principe recipit. s̃. de decim. ſuggeſtum. j̃. de priuil. c. 1. & c. auctoritate. & c. ſeq.

i ¶ *Sanctione.*] Sanctio proprie dicitur, cui adiicitur pœna, quod dic vt no. 3. diſt. in ſumma.

k ¶ *In melius.*] Laudabilior eſt autem qui rem emendat, eo qui prius inuenit. C. de vet. iu. enucl. l. 1. §. ſed neque.

l ¶ *Reformandum.*] eo quòd non in totum 2, ſed pro parte corrigitur iſtud ſtatutum, vt j̃. videbis.

2 No. ex hac glo. quid ſit reformare.

¶ *Gl. ſeq. remittit, obiicit, & dupliciter ſoluit.*

m ¶ *Dignitate.*] Dignitas ſumitur multis modis: quod dic vt no. Ioan. 4. diſt. denique. & Vincen. & Ber. s̃. de cle. non reſi. c. 3. hoc ad litteram de eccleſiaſticis dignitatibus intellige. Et no. mirabile: quia poſſunt committi cauſæ maioribus xx. an. vt s̃. de of. dele. cum viceſimum. à quocunque & etiam minoribus, à Papa: vt ibi, & ff. de re iud. quidã conſulebant. ſed certum eſt, quòd qui eſt in dignitate, vel perſonatu, debet attigiſſe ſaltem xxv. annum. s̃. de ele. cum in cunctis. & ſic videtur quòd minoribus xxv. an. non poſſunt cauſæ committi, iis dico, qui non attigerint. Sol. Si cauſæ non poſſent committi niſi perſonis in dignitate vel perſonatu conſtitutis, tunc procederet obiectio: ſed poſſent etiam committi canonicis eccleſiarum cathedralium: in quibus non requiritur tanta ætas: vt probatur j̃. de elect. ex eo. & dixi s̃. e. ſi eo tempore, & ſic obiectio non procedit. Dico etiam quòd diſpenſatiue poteſt aliquis habere dignitatem vel perſonatum, etiam minor xxv. ann. per diſpenſationem Papæ 3. vel epiſcopi : primum patet, ſecundum probatur j̃. de ætat. & qual. c. vno.

3 Si tñ talis eſt inhabilis adiudicãdũ nõ erit delegatus, q̃a diſpenſatio ñ extenditur ad cõſequẽtiã actus diſpenſati. Dom. Font.

n ¶ *Præditis.*] id eſt, prę aliis ditatis. Eſt enim dignitas quædam præeminentia in eccleſia, vt s̃. de ver. ſig. quamuis.

o ¶ *Obtinentibus.*] Idem de officialibus epiſcoporum principalibus & foraneis, & de prioribus religioſis conuentualibus & clauſtralibus. Dic vt in clem. e. ti. & ſi principalis.

p ¶ *Cathedraliũ.*] ſufficit ergo ꝙ ſit cathedralis, Et ſic ſublatum

eſt quod olim continebatur de eccleſiis collegiatis honorabilibus: licet adhuc hodie in alio ſit comparatio, vt j. de elect. quia ſæpe. alibi æquiparantur cathedrales & regulares. s. de elect. ne pro defectu.

¶ *Gl. ſeq. primo duo puncta declarat. Secundo quærit. arg. pro, ſoluit contrarium, & arg. reſpondet. Tertio ponit ius vetus. Quarto notat pſumi, &c. alleg. 8. iura. Quinto ſoluit duas quæſtion.*

canonicis [a], cauſę [b] auctoritate litterarum [c] ſedis Apoſtolicæ [d], vel legatorum [e] eiuſdem de cætero [f] committantur [g], nec audiantur [h] alibi, quàm in ciuitatibus [i] vel locis [k] inſignibus, vbi poſſit commode [l] copia [m] peritorum [n] † haberi.

a ¶ *Canonicis.*] Habentibus igitur perpetuum officium in eccleſia cathedrali ſine dignitate, perſonatu & canonicatu: de quo loquitur j. tit. prox. c. j. non poterit cauſa committi, cum de his non exprimat. Item ſcias quòd licet iſti canonici delegari poſſint: Conſeruatores tamen dari non poſſunt: cum decret. vlt. j. de off. deleg. eos non exprimat. Sed, vt s. dixi, Canonicus poteſt eſſe maior ſeptennio per decret. j. de elect. ex eo. & dixi de hoc s. e. ſi eo tempore. in gl. pe. Si committatur cauſa tali canonico, nunquid dicemus litteras valere? Videtur quòd ſic: quia iſta decretal. vlt. de hac materia hoc ſolum requirit, quòd ſit cathedralis eccleſiæ canonicus: ergo huic ſtabimus. Sed contrarium credo, & dico quòd ſi tali impuberi committeretur ciuſa, niſi appareret de certa ſcientia Papæ, non teneret commiſſio. Et idem dico, ſi committatur ab alio, quàm à Papa, minori xx. per prædictam decre. cum vigeſimum. quam non dico, nec credo correctam per hanc. Quod enim non mutatur, cur ſtare prohibetur, C. de teſtam. ſancimus. & correctio iurium eſt vitanda. s. de elect. eccleſia. 2. & j. de elect. cum expedit. in prin. nec iſta decr. dicit quòd hoc ſufficiat: ſed quòd hoc requiritur. vnde non contradicit: aliàs eadem ratione dicendum eſſet, quòd dummodo ſit canonicus cathedralis eccleſiæ vel in dignitate vel in perſonatu, nõ poſſit repelli prætextu exceptionis, excommunicationis, infamiæ, inimicitiarum, vel alia iuſta cauſa: quod eſt abſurdum. & eſt ſimile quod notabo j. de elect. licet canon. Et no. quod dicit, canonicis, olim dicebat, inſtitutis: vnde videbatur quòd cuilibet inſtituto in cathedrali, etiam manſionario poſſunt cauſæ committi: quod hodie per decr. hanc ſublatum eſt. Not. ergo ꝙ pro dignitate & loco 1 præſumitur pro aliquo: quanto enim quis melioribus pręeſt: tanto maior & ſanctior eſt: id eſt eſſe præſumitur. in Authen. de defen. ciu. ad fi. j. col. §. nos igitur. collat. 3. 61. diſt. miramur. 63. diſt. Metropolitano. s. de præſumpt. cum in iuuentute. 24. diſt. quando. de magiſtr. c. 1. & c. quia. & c. ſuper ſpe. cum ſim. Et ſi tempore datę quis eſſet canonicus, tempore præſentationis non: puto quòd procedere poſſit 2, non ſic econuerſo, ſpectamus enim initium. ad hoc s. e. c. 1. & c. ſi eo tempore. s. de elect. dudum. & quod ibi no. ff. de Sena. fęminæ. ff. de iud. l. cæcus. & hoc habes in gl. fi. in cle. gratiæ. eod. tit. Ioan. And.

1 Vide l. ꝙ ſi nolit. ff. de ædi. ed. Fõt.

2 Hanc gl. ſequuntur docto. cõiter.

b ¶ *Cauſæ.*] hæ ſine iuriſdictione non committuntur. s. de off. delegat. præterea. non ergo prohibet quin audientia alicuius articuli, vel mera executio rei cuilibet clerico cõmitti poſſit.

Additio. Vnde ſignanter dicit, Cauſæ, ſecundum B. contra arg. ad hoc s. de of. dele. ſuper quæſtionum. §. 1. vbi dicit, vel iudex quicunque, &c. s. de re iud. cùm Bertholdus. Archid.

¶ *Gl. ſeq. quærit, & ſoluit: ſecunda pars recitetur per quæſtionem: ponit opinionem Innocentij cum moderatione & declaratione.*

c ¶ *Litterarum.*] Pone, Papa in litteris vocat aliquem ſimplicem clericum, nunquid valebit commiſſio? ſecundum Bern. & omnes dic quòd non habet hic locum talis exceptio, ex quo Papa ſcienter cõmittit, quia facit & facere poteſt contra conſtitutionem iſtam. Ad hoc optime s. de priuil. cum olim. 2. ver. interim. Et no. quòd ſecundum Inn. ſi cancellarius ex ſe dat iudices & hoc conſtat, non habet locum hæc exceptio, quare enim imputari debet parti, quæ talem iudicem nõ petiit? quod verum eſt etiam ſecundum Bern. & Hoſt. cum hoc ex certa 3 ſcientia facit: quod intelligo, ſi id in litteris exprimitur: vt j. de præben. ſi motu proprio.

3 Tũc aũt ex certa ſcĩa dicitur Papa reſcribere, vt bene no. Franc⁹ hic, cũ ex tenore reſcripti apparet eũ habuiſſe notitiã facti & ĩpedimẽti.

¶ *Gl. ſeq. quærit, & ſoluit.*

d ¶ *Sedis Apoſtolicæ.*] Quid de ordinariis? nunquid comprehenduntur & tenebuntur hac conſtitutione? Dic ſecundum Ber. & omnes quòd non: & poteſt eſſe ratio, quia epiſcopi & ordinarij habent melius notitiam clericorum diœceſis ſuæ, quàm Papa clericorum totius orbis: vnde, etiam ſi ſimplici clerico committant ordinarij, tenet commiſſio: pone enim quòd ſimplex clericus excellens ſit Decretorum Doctor. Præterea non eſt ita abſurdum, quòd aliquis etiam rudis & pannoſus clericus gerat vices epiſcopi, ſicut eſſet, quòd gereret vices Papæ: igitur ad ordinarios non extendatur hæc conſtitutio. Et eſt ſimile quod conſueuit dici s. e. nonnulli. & inferius tangam.

¶ *Gl. ſeq. recitatur per quæſtionem, quam ſoluit & determinat.*

e ¶ *Legatorum.*] quia verbum generaliter poſitum, &c. 19. diſt. c. 1. Intelligam hanc litteram generaliter in omnibus legatis quorum tria ſunt genera: quod dic vt s. de off. le. c. pe. & j. e. ti. c. 1. quod verum puto indifferenter: cum ex legationis vigore committunt, & idem intelligas in delegatis, ſc. cum committunt, delegationis vigore. j. e. c. §. in nullo quoque.

¶ *Gl. ſeq. quærit & remittit.*

f ¶ *De cætero.*] Conſtitutio enim non extenditur ad præterita. s. de conſti. c. vlt. Quid de pendentibus? dicam j. de elect. licet canon. Ioan. And.

¶ *Gloſſa ſeq. quærit, ponit opinionem, & ſoluit.*

g ¶ *Committantur.*] Pone quòd quæſtio fuerit cõmiſſa, pars non excipit, nunquid valet proceſſus? Dicebat Bern. & omnes poſt eum, quòd tacite & expreſſe poterat pars huic iuri renunciare. Introductum eſt enim in ipſorum fauorem, ne ſcilicet in opprobrium proprium cogantur epiſcopi & magni clerici coram rudibus & pannoſis clericis litigare, & interdum propter ruditatem ipſorum ius amittere ſuum. & facit de regul. ad Apoſtolicam. cum ſuis concord. Sed hodie per finem iſtius decretalis, credo contrarium: vbi innuitur, quòd ipſo iure eſt irritum & inane, quod contra aliquod iſtorum fit: vnde neceſſariam non credo exceptionis opem: & facit quod dixi s. eo. c. 1. in princ. Et poteſt eſſe ratio, vt s. tetigi: quia hoc videtur non ſolum in fauorem partium inductum, ſed etiam in fauorem ipſius Apoſtolicæ ſedis, ne vilipendatur in tali miniſtro. 61. diſt. in ſacerdotibus. cum ſimil.

† Nomine peritorũ q intelligãtur vide p Arc. in c. vt commiſſi. j. dhę.

h ¶ *Nec audiantur.*] No. quòd verſicul. iſte non prohibet circa commiſſionem, ſed circa agitationem: & idem erat in prædicta decretali, præſenti. Si ergo extra talia loca fiat commiſſio, dummodo in his locis cauſa audiatur, ſatisfactum eſt huic reſponſo ſecundum Ber. & omnes. arg. s. e. ti. nonnulli. de excep. olim. & j. §. proxi. & eo ſaluo quod ibi dicitur: & ad hoc ff. qui ſat. cog. ſi fideiuſſor. §. 1. vbi dicitur, quòd cui difficile eſt ſatiſdare in vna ciuitate, in aliam mittitur, vt ſatiſdet.

i ¶ *Ciuitatibus.*] Ciuitas 4 murorum ambitu terminatur, regulariter tamen, & ſi in ſuburbiis audiret, idem credo. argu. j. de ſen. exc. ſi ciuitas. Et bene dicit, ciuitatibus: quia in eis præſumuntur eſſe periti: ſic & epiſcopi in ſolis ciuitatibus ſtatuendi ſunt. 80. diſt. c. 1. s. de priuil. c. 1. Et leges & artes in regiis ciuitatibus ſunt docendæ: vt in prooem. ff. §. hęc autem. & de magiſt. c. 1. & nomine ſtudij, non intelligitur villa vel caſtrum, de cler. non reſi. tuæ.

4 Concilia cætuſq; hominũ iure ſociatos, ciuitates appellat Cic. de ſomno Scipionis.

Additio. Dicit Iſidor. in 15. lib. Etym. ꝙ ciuitas eſt hominum multitudo ſocietatis vinculo adunata, dicta à ciuibus, i. ab ipſis incolis vrbis, quia plurimorum conſiſtat & contineat vnitatem. Nam vrbs ipſa męnia ſunt: Ciuitatis autem nomine non ſaxa, ſed habitatores notantur, ſecundum Iſidorum. Archid.

¶ *Gl. ſeq. ponit duas lecturas.*

k ¶ *Locis inſignibus.*] Quidam dicũt ꝙ hæc determinatio, Vbi, &c. quæ ſtatim ſequitur, non refertur niſi ad hoc quod dicit, locis inſignib. Sufficit enim ꝙ ſit ciuitas, licet ibi non ſint periti: Et eſt ratio, quia communiter in ciuitatibus ſunt periti: & ea quæ raro accidunt, Iuriſconſulti non reſpiciunt, nec eis medentur, ſed his tñ, quæ frequenter occurrunt: in Auth. vt ſine prohi. ma. fi. tu. ge. §. quia vero. col. 7. arg. 4. diſt. erit. ff. de legib. nam ad ea. vix enim eſt ꝙ in ciuitate vel ibi ꝓpe, non habeantur periti. Vnde ſatis eorum copia in ciuitate haberi poteſt. ff. de rei ven. quæ religioſis. 7. q. 1. Pontifices. Alij contra dicentes, quòd ibi eſt eadem ratio. Primum placuit Inn. & Hoſt. 5 ſecundum hoc expone quod ſequitur, Vbi, &c. i. in quibus locis inſignibus. & facit pro hac parte, j. eod. §. in nullo.

5 Et placet Dom. & Philipp. ex qua gl. notãt, ꝙ clau. in fine reſcripti poſita ñ refertur ad oĩa ſupiora, vbi rõ hoc ſuadet. facit l. 3 §. j. ibi Bart. ff. de libe. & poſth. Fon.

l ¶ *Commode.*] 22. q. 2. faciat.

¶ *Gl. ſeq. quærit & ſoluit: qõem fortificat, & ſoluit: circa ſolutionem duas opi. recitat, & demũ ſolutionẽ determinat diſtinguendo.*

m ¶ *Copia.*] tam pro aduocatis quàm aſſeſſoribus, & cõſiliariis, & aliis q̃ emergunt. ff. de poſtul. l. j. §. ait prætor. ff. ex qui. cau. ma. l. ab hoſtibus. §. fi. de vi. & ho. cle. cum ab omni. 11. q. 3. non licet. Quid ſi inter iudices & partes eſt contentio ſuper hoc? quia alter dicit locum inſignem, & ibi copiam peritorum haberi, alter negat. qd erit? dic recurrendum ad cõem opi. vulgi. ff. de ſupel. le. Labeo. & s. de ſpon. ex litteris. Quid ſi adhuc ſuper hoc ſit contentio? Recurretur ad arbitrium boniviri. ff. de ver. ob. l. cõtinuus actus. nõ delegatorum qui iuriſdictioni ſuæ fauerẽt: ad hoc C. de arb. l. nemini. & s. de pœ. dilectus. ſecundum Ber. & intellige bonum virũ iudicẽ eccleſiaſticũ illius loci, ſecundũ Inn. Hoſt. aũt dicit hic recurrendũ ad arbitrium iudicis, i. boni viri: & ſic intelligitur l. continuus. §. cũ ita. eligentur ergo. ſecundum eum arbitri. s. e. paſtoralis. & de of. dele. ſuſpicionis. niſi euidenter notorium eſſet, ꝙ ibi peritorum eſſet copia. ad hoc de appel. conſuluit. 1. Ego credo, ꝙ cum iudex ſe conſtituit aduerſarium, tunc locum habeant ſupradicta. ſed ſi cõtentio eſſet ſolum inter partes, certe credo ꝙ iudex de hoc cognoſcere & pronũciare poſſit. quia video, ꝙ pronũciat, an ſua ſit iuriſdictio: quod plus eſt. s. e. ſuper litteris. & facit quod recitari cõſueuit. de prob. poſt ceſſionẽ. & facit j. §. prox. in fi.

n ¶ *Peritorum*] ſ. iuris, vt prius fuit in alia decret. præſenti.

*¶ Actore & reo eiuſdem diœceſis exiſtentibus, cauſa committi nõ debet extra illam, niſi in ſex caſibus, in quibus tamen nõ trahetur vltra vnam dietam: & niſi in duobus vltimis caſib, impetrans per iuramentum fidem fecerit de illis, repelletur à iudice: et in expenſis condemnabitur. hoc dicit vſque ad §. Cum autem. Dominicus.*

¶ Cum vero [a] eiuſdem [b] ciuitatis, ſeu diœceſis fuerint actor [c] & reus, extra [d] ipſas cauſa non committatur [e]: nec conueniatur aliquis eorumdem: niſi [f] ab epiſcopo [g] contra aliquem de ſua diœceſi [h], vel ab aliquo [i] contra eum, aut contra eius capitulum [k], ſeu contra vniuerſitatem ciuitatis, villę, aut caſtri, fuerit actio dirigenda: vel niſi actor eandem ciuitatẽ vel diœceſim intrare nõ audens [l], aut ſui aduerſarij potentiam [m] merito [n] perhorreſcẽs, eum [o] infra [p] ipſas nequeat conuenire ſecure [q]: in his quippe caſibus extra dictas ciuitatem & diœceſim poſſit [r] contra prædictos [s] cauſa committi: nullus tamen eorum vltra vnam dietam [t] à fine ſuæ diœceſis valeat con-

a ¶ *Cum vero.*] Hic incipit corrigere & moderari ſtatutum generalis concilij. ſ̃. e. nonnulli. & ſummæ æquitatis eſt, quod ſequitur. Ioan. Andr.

¶ Iſte §. legitur vſque ad §. Inſuper. & hoc habet: Cum actor & reus ſunt eiuſdem ciuitatis vel diœceſis, extra ipſam ciuitatem vel diœceſim non eſt cauſa deleganda, niſi cum iuſta cauſa: quo caſu poteſt committi extra diæceſim, dummodo locus non diſtet à fine diœceſis vltra vnam dietam. Et ſi actor & reus non ſunt eiuſdem diœceſis, & actor non velit impetrare in diœceſi ipſius rei: poteſt impetrare in alio loco, dum tamẽ locus iſte non diſtet à fine diœceſis rei vltra vnã dietam: Item delegatus deputat⁹ ad cognoſcendũ in certo loco, non poteſt cauſam alibi audire niſi de cõſenſu partium.

Casvs. Prætendebam Titium debitorem meum in aliqua pecunię ſumma: eo quòd habebam iudicem ordinarium mihi ſuſpectum, coram ipſo nolui eum conuenire, ſed impetraui delegatum à ſede Apoſtolica: Quęritur vtrum poſſim impetrare in quocunque loco? Reſpondet Romanus Pontifex cum diſtinctione: quia aut ego actor, & ipſe reus ſumus eiſudem ciuitatis vel diœceſis: & tũc debet impetrari delegatus in ipſa diœceſi: niſi impetrarem iudicem delegatum contra epm̃ vel capitulum eccleſiæ cathedralis vel vniuerſitatem, qui habẽt iuriſdictionem in tota diœceſi: quia tunc potero impetrare extra diœceſim: ſed debeo impetrare in diœceſi vicinà; quæ non diſtet à fine diœceſis rei vltra vnam dietam. Si autem fuerimus diuerſarum diœceſum: tunc debeo impetrare delegatum in diœceſi rei, niſi habeam homines illius diœceſis ſuſpectos: q̃a forte reus eſt magnus dominus in illa dięceſi, & gentes illius diœceſis vellent ſibi fauere. Sed quid ſanctiſſime Pater? Ponamus retento eodem themate, quod à vobis impetraui contra Titium iudicem delegatum, cui mandatum fuit, vt cauſam examinaret in tali diœceſi: an poſſit delegatus cauſam examinare extra illum locum? Reſpondet Romanus Pontifex, ꝙ ſic, de conſenſu noſtro. Sed ponamus quòd delegatus vult delegare vices ſuas aliquibus, nõ eſt dubium ꝙ poteſt, ſed quibus perſonis poterit? reſpondet quòd perſonis, de quibus dictum eſt ſ̃. & non aliis. No. quòd quando actor & reus ſunt eiuſdem diœceſis, delegatus eſt impetrandus in diœceſi, & non extra diœceſim, niſi cũ cauſa: videlicet ſi impetretur delegatus contra epiſcopum vel capitulum eccleſię cathedralis, qui habent iuriſdictionem in tota diœceſi. Not. quòd ſi actor & reus ſint diuerſarum diœceſum, actor debet impetrare delegatum in diœceſi rei, niſi homines illius dięceſis habeat ſuſpectos. No. vlterius, quòd quis non poteſt trahi vltra vnam dietam à fine ſuę diœceſis: Fallit in curiis priuilegiorum regalium, Apoſtolicorum, vniuerſitatum: & hoc, quando in priuilegiis vniuerſitatis apponitur illa clauſula, Quòd conſeruatores priuilegiorum poſſint cognoſcere de quibuſcunque perſonis cuiuſcunque prouinciæ, vel diœceſis. No. quòd delegatus à ſede Apoſtolica non poteſt cauſam alibi audire per ſe nec per alium, quàm in loco ſibi commiſſo. No. quòd delegatus à ſede Apoſtolica non poteſt ſubdelegare, nec committere vices ſuas, niſi perſonis habentibus qualitates de quibus dictum eſt ſ̃. tamen delegatus poteſt alicui non canonico committere examinationem & receptionem teſtium: tamen totam cauſam non poſſet ſubdelegare.

¶ *Gl. ſeq. recitetur per quæſtionem.*

b ¶ *Eiuſdem ciuitatis.*] quia domicilium habent in eadem ciuitate vel diœceſi. Et idem intelligo, cum plura domicilia habent: quod eſſe poteſt, vt ff. ad municipal. aſſumptio. §. 1. quia adhuc dico, quòd locum habebit §. iſte. & non ſequens: quod ſatis probatur ſ̃. de for. compet. ex parte B. nec negari poteſt, licet etiam ſit iſte alterius ciuitatis, quinetiam ſit iſtius 1 quod §. iſte requirit.

c ¶ *Actor & reus.*] vnde dicantur iſti, habes ſ̃. de ver. ſig. forus. verſic. in omni.

d ¶ *Extra ipſas.*] ciuitatem ſeu diœceſim.

¶ *Gl. ſeq. ad quæſt. alleg. pro, & contra, & ſoluit dubitando.*

e ¶ *Non committatur.*] Hoc verum videtur, niſi ad id expreſſus acceſſerit partium conſenſus. arg. j̃. eo. §. in nullo quoque. quod etiam facit contra, cum in illo caſu hoc ſit expreſſum: in iſto non. arg. de decim. ad audientiam. tamen id videtur, cum hoc ſolum ſit in partium fauorem inductum: de regula. ad Apoſtolicam. cum ſuis concord. Et licet hoc ſatis videatur rationabile: non dico tamen hoc aſſerendo per id quod dicitur in fi. c. Audiui tamen curiam id ſeruare, & tales commiſſiones de curia emanaſſe: [& 1 eas vidi ſub Bulla.]

1 Hæc verba & eas vidi ſub bulla. ñ reperiũtur in antiquis codicibus.

f ¶ *Niſi.*] A generali dicto ponit caſus exceptos.

g ¶ *Ab epiſcopo.*] Hoc æquiſſimum eſt, ex eo maxime, quia ſi in ciuitate vel diœceſi ſua aliquem ex ſubditis ſuis epiſcopus iudicem impetraret, recuſari poſſet vt ſuſpectus: vt ſ̃. vt lite non conteſtat. accedens, 1. §. cum igitur.

h ¶ *De ſua diœceſi.*] Idem ſi de aliena, quia etiam tũc non impetrat in ſua, vt j̃. §. proxim. Sed de ſua ideo dixit, quia §. iſte tractat tantum quando reus & actor eiuſdem diœceſis ſunt: vnde dictio, niſi, aliàs non proprie poneretur.

Addition. Diœceſis dicitur diſiunctio, ſiue diuiſio, vel gubernatio: quia diuiſa eſt ab eccleſia alterius epiſcopatus: vt ſatis patet 7. q. 1. epiſcopum. 16. q. 3. quicunque. c. licet. & c. inter. Et cõmiſſa gubernationi vnius. 10. q. 1. vnio. ĩ fi. 21. q. 2. ſicut. Arch.

i ¶ *Ab aliquo contra eum.*] Vix enim inueniret actor in ciuitate epĩ iudicem, qui non faueret epõ. argu. ſ̃. vt lit. non conteſt. accedens. 2. ibi, Et omnes exiſtunt ſub diſtrictu, &c.

k ¶ *Eius capitulum.*] ſ. ſuæ eccleſiæ cathedralis. Quod dic, vt leg. & not. ſ̃. de verb. ſig. cum clerici. ſ̃. de teſt. requiſiti. §. ſecus autem eſt. & cum de tali cap. loquatur, ad alia non extendam quod hic dicit: & ſic ſeruat curia de facto. Archid.

l ¶ *Non audens.*] forte Gibellinus 2, & ibi regunt Guelphi, vel econuerſo: vel forte relegatus.

2 Vide Ioan. Rojam ĩ ſingular. fidei, ſing. 200.

m ¶ *Potentiam.*] Paritas in iudiciis eſt ſeruanda, ſed potentioribus pares eſſe non poſſumus. ff. de alie. iu. mut. cau. fact. quia etiam. in princ.

n ¶ *Merito.*] Not. verbum: quia ſi diceret ſe dubitare, vbi non eſt dubitandum, non excuſaretur. ſ̃. e. cum contingat. de ſimo, & ſi quæſtiones. cum ſi.

o ¶ *Eum.*] aduerſarium.

p ¶ *Infra ipſas.*] Ciuitatem & diœceſim, cuius ſunt ipſe reus & actor.

q ¶ *Secure.*] quod in iudiciis requiritur: vt ipſorum iudiciorum exercendorum locus ſit idoneus & ſecurus: aliàs locum habet appellatio. de app. ex parte. 1. & tunc etiam ſi litteras, de conductu haberet, ſuis inimicis 3 capitalibus ſe exponere non teneretur: ſ̃. vt lit. non conteſt. accedens. 2.

3 Etiã ſi dediſſet inimicitię cãm. l. ſi merces. §. culpæ. ff. loca. gl. in l. athletæ. ff. d̃ excuſ. tu. in c. q̃a diuerſitatis. ſ̃. de cõc. p̃b. Phi. & Anc. Fon.

r ¶ *Poſſit.*] Non dixit, debeat. Vnde dico, quòd ſi contra epiſcopum vel capitulum vel potentem impetretur in ſua ciuitate, vel diœceſi, bene tenet commiſſio: & idem econuerſo, ſemper ſaluo recuſationis iure. Ioan. And.

s ¶ *Contra prædictos.*] epiſcopum vel eius aduerſarium, contra Capitulum vel vniuerſitates, vel potentes, vel aduerſarium eius, qui in eam intrare non audet.

¶ *Gl. ſeq. format quæſtionem bimembrem: et ſecundum membrum ſoluit. Primum dupliciter exemplificat ſubdens aliud ſimile dubium: & vtrumque ſimul ſoluit.*

t ¶ *Vnam dietam.*] Olim dicebamus de duabus per decre. ſ̃. e. nonnulli. Sed quid dices, ſi agatur actione reali, nunquid fiet computatio à finibus diœceſis vbi ſita eſt res, ſecundum quod olim fiebat: Et nunquid erit ibi computatio duarum dietarum, ſecundum quod olim erat: vel vnius tantum vt hic? quod olim ſic eſſet, probatur ſ̃. e. dilectus. 2. de fo. comp. ex parte B. Videtur huic nouo iuri hodie ſtandum vltimo de hac materia, & ſicut generaliter loquitur, eſt generaliter accipiendum, 19. diſt. c. 1. vt habeatur ſolum vnius dietæ computatio, & non duarum, & cum determinatione, quæ hic ponitur. Sed à quo loco computetur, ſatis eſt dubitabile: Pone enim ꝙ Bononienſis contra Bononienſes ſuper re ſita Mediolani litteras impetrat, vbi debebit impetrare? nunquid Bononiæ vel Mediolani, vel loco vicino infra dietam à Mediolano? Item pone, quòd Bononienſes contra Regienſes ſuper re ſita Mediolani, vbi impetrabit? an Regij, vel loco vicino infra dietam? an Mediolani, vel loco vicino infra dietam? Item vide aliud dubitabile: quid, ſi Bononienſis impetrat contra Regienſem domicilio, & Mutinenſem origine, an habebitur reſpectus ciuitatis Regienſ. vel Mutinenſ. cum ratione originis dicatur eſſe de loco: ita, ꝙ epiſcopus loci eum ordinare, & commẽdatitias ad ordines

ſibi

ueniri. Sed & in duobus [a] vltimis caſibus, niſi impetrans de prædicto timore, quem in litteris commiſſionis exprimere teneatur, primo [b] fidem iudici [c] faciat, ſaltem [d] per proprium iuramentum [e]: iudex ipſe nullatenus in cauſa [f] procedat, ſed partes à ſua iuriſdictione dimittens, impetrantem eundem in expenſis legitimis [g] alteri parti condemnet.

*¶ Actor contra reum diuerſæ diœceſis debet impetrare delegatum vel in diœceſi rei, vel in alia non propria, nec vltra vnam dietam diſtante. Dominicus.*

¶ Cum autem [h] actor & reus ciuitatum & diœceſum fuerint diuerſarum, ſi actor in ciuitate vel diœceſi rei iudicem habere [i] recuſet [k]: ipſum non in ſua, ſed in alia ciuitate, vel diœceſi libere impetrare valeat, reumque trahere ad eandem: dummodo locus, ad quem eum traxerit [l] vltra vnam dietam [m] (ſicut in caſu alio præmittitur) minime ſit remotus [n].

*¶ Delegatus extra locum commiſſionis nec partes citare, nec cauſam cognoſcere poteſt, ſine expreſſo partium conſenſu: nec ſubdelegare locis vel perſonis aliis, quàm hic expreſſis. Ioan. And.*

¶ In nullo quoque caſuum prædictorum [o], iudex extra ciuitatem ſeu diœceſim, in quibus deputatus [p] fuerit, citet [q] partes, nec de cauſa ſibi commiſſa cognoſcat: niſi ad id expreſſus [r] acceſſerit earundem † aſſenſus: neque alibi, quàm infra illas [s], & perſonis duntaxat deſignatis [t] ſuperius, committat quomodolibet vices ſuas [u].

*¶ Delegatus nihil debet à partibus recipere, niſi eſculentum & poculentum libere oblatum, quod paucis poſſit conſumi diebus: vel moderatas expenſas, ſi non ſunt pauperes, quando pro neceſſitate, vel vtilitate non malitioſe extra domicilium pergeret. Dominicus.*

ſibi dare poſſit, ſic & epiſcopus domicilij. j. eo. lib. de temp. or. cum nullus. 1. reſp. & in loco originis dicitur domicilium retinere. ff. de Senat. l. pe. Satis videtur de mente conditoris eſſe, quòd habeatur reſpectus loci domicilij, non rei vel originis: & hoc ex eo, quia de loco domicilij dicitur quis proprie trahi per illud verbum, Trahatur, ſ. e. nonnulli. quod etiam hic repetitur: & per mentem conditoris hoc credo tenendum. Ad hoc j. de ſepul. cum quis. vbi de loco originis nõ habetur ratio. & C. de præſc. lon. tẽmp. l. vlti. vbi procedit pręſcriptio, vt inter præſentes, ex quo præſcribens, & cui pręſcribitur, ſunt in prouincia: licet res ſit extra ꝓuinciam: No. etiam Compoſtell. in decret. nonnulli. in 3. gl. Gul. in Spe. de citat. §. 1. circa prin. quòd diœceſanus alicuius, vbi aliud non additur, intelligi debet diœceſanus domicilij: & ſic diſputaui, & determinaui: & ſic ſeruat curia Romana, vt audiui.

a ¶ *Duobus vltimis.*] ſcilicet, quando actor reum in ciuitate ſecure conuenire non poteſt, quia ciuitatem intrare non audet: vel quia timet aduerſarij ſui potentiam.

b ¶ *Primo.*] Nota, & eſt ſim. j. de elect. quamuis. & c. prouida. ad idem ſ. de reſt. ſpol. Piſanis.

c ¶ *Iudici.*] Nota pro eo quod dixi ſ. §. proxi. in fi. iudicis enim eſt inueſtigare. ſim. C. de fideicom. l. voluntatis defuncti. 30. q. 5. iudicantem.

d ¶ *Saltem.*] Not. quia ſi aliter fides fieri poteſt, primo id fieri debet: ad iuramentum enim recurritur ſolum in aliarum probationum defectum. ſ. de proba. c. 2. de proc. ex inſinuatione. ff. de iureiu. admonendi. C. de iureiu. in bonæfidei.

e ¶ *Per proprium iuramentum.*] Nota quòd iuramentum 1 eſt legitima probatio: facit quod no. 82. diſtin. propoſuiſti. ad hoc de ſen. exc. ſi vero. 2. de excep. paſtoralis. j. de elect. vt circa. & c. nulli. & adde quod dixi. j. de reg. iu. præſumitur ignorantia.

1 Vide Hyppoli. in rub. C. de prob.

f ¶ *In cauſa.*] principali: procedet tamen in abſoluendo, cognoſcendo, taxando, & iudicando de expenſis: vt ſequitur.

g ¶ *Legitimis.*] quod dic, vt not. 2. q. 1. in primis. de dol. & contum. finem.

h ¶ *Cum autem.*] ſ. in prox. §. dixit, quid iuris cum actor & reus eiuſdem diœceſis vel ciuitatis ſunt: modo dicit hic, quid iuris cum ſunt diuerſarum. De Prælatis autem ordinum vel locorum, qui impetrant pro membris ſuis habentibus vel non habentibus ſpeciales adminiſtratores vel gubernatores: dic vt in Clem. eo. tit. abbates.

i ¶ *Habere.*] ideſt, impetrare.

¶ *Gl. ſeq. ſoluit obiectionem.*

k ¶ *Recuſet.*] No. quòd actor recuſat iudicem, & hoc verum eſt in iudice adeundo, delegato, vel ordinario: vnde ſi reus plures habet ordinarios, actor alterum eligit, alterum recuſat, ſed in iam adito ſecus: quia tunc actor non recuſat, ſed reus bene, niſi ex noua cauſa, vel nouiter ad eius notitiam perueniente. ſ. de off. deleg. cauſam quæ. & c. inſinuante.

l ¶ *Traxerit.*] & in quo deputatus eſt iudex. j. §. prox.

¶ *Gl. ſeq. quærit, & remittit.*

m ¶ *Vnam dietam.*] An dieta iſta computanda ſit legaliter, ſc. vt xx. milliaria computentur pro vna dieta. ff. ſi quis cau. l. vicena. quæ eſt prima: an vulgariter, ſcilicet ſecundum regionis conſuetudinem? Dic vt no. ſ. e. nonnulli. & j. de elect. cupientes. 1. reſp. & quod de vulgaribus intelligi debeat, probatur j. de præben. præſenti. §. loca.

¶ *Gl. ſeq. ſoluit quæſtionem.*

n ¶ *Remotus.*] Vnde & ſi modicum vltra vnam dietam remotus eſſet locus ille: puta, per vnum milliare, non poterit ibi fieri conuentio. ff. de ver. ſig. l. 3.

IN NVLLO. Primo ponit duo, à quibus vnum caſum excipit: ibi, *Niſi.* ſecundo alia duo: ibi, *Neque alibi.* Ioan. And.

o ¶ *Prædictorum.*] ſ. cum actor & reus ſunt eiuſdem diœceſis: & in eadem ſunt iudices impetrati, vel ex cauſa in alia: vel ſunt diuerſarum, & in ciuitate rei impetrati ſunt iudices, vel in tertia ciuitate.

p ¶ *Deputatus fuerit.*] No. ergo, quòd non ſolum requiritur quòd non citet ad locum vltra dietam remotum, ſed etiam quòd non citet extra locum, in quo deputatus eſt 2. Olim autem dicebamus de duabus dietis, quòd ſi iudex exeũdo locum, in quo deputatus eſt, veniat ad locum non remotum vltra duas dietas, procedere poterat: de except. olim. hodie in ſupradictis caſibus nõ ſic, vt hic vides.

2 Itẽ qđ loc' ſit inſignis, vt ſ. ver. nec audiantur. Quid ergo ſi talis loc' in quo hæc tria cõcurrãt, hři ñ pt & remediũ litigãdi coram ordinario ñ ſubeſt puta: q͠a ab ipſo eſt appellatũ? ſol. exprimat, hoc Papę, q ſibi ꝓuidebit, hoc, expreſſo ĩ reſcripto. I. An.

¶ *Gloſ. ſeq. recitetur per quæſtionem.*

q ¶ *Citet partes.*] Et ſi citauerit, non tenentur ire: quia citatio irrita eſt ipſo iure. vt in fi. c. & ſi ob hoc proceſſerit contra eos, non tenet proceſſus. vt ibi. An autem citatus teneatur ire priuilegium vel defenſionem allegatur': dic vt not. 3. q. 2. ſi epiſcopus. in gl. 2. & de accuſ. veniens. in vlt. gl.

† Aliàs, eorundem

¶ *Gl. ſeq. ſoluit duas quæſtiones.*

r ¶ *Expreſſus.*] Intantum credo inhęrendum huic litteræ, quòd licet interueniat tacitus conſenſus: puta, quia non opponitur exceptio: credo quòd non valeat proceſſus, per fi. c. Idem credo, ſi interueniat conſenſus rei, & non actoris, vel econuerſo: licet eius tantum, qui conſentit, videatur eſſe fauor eadem ratione, cum littera iſta dicat, earundem.

s ¶ *Illas.*] ſ. ciuitates, ſeu diœceſes, in quibus deputatus eſt.

t ¶ *Deſignatis ſuperius.*] ſcilicet conſtitutis in dignitate, vel perſonatu, vel cathedralium eccleſiarum canonicis. Approbata eſt igitur per hanc litteram opi. Ber. & modern. qui notabant in decret. præſenti. ꝙ idem iuris erat in delegatis à ſede Apoſtolica, quod in legatis. in ordinariis autem tene, quod habes j. de off. ord. vt litigantes. & in c. cum epiſcopus.

v ¶ *Vices ſuas.* ſecus ſi audientiam committeret, vel aliquem certum articulum, ad hoc ſ. de of. deleg. ſuper quæſtionum. & dixi ſ. eo. §. 1.

INSVPER. Iſta eſt ſecunda pars principalis, vt dixit gl. j. Poteſt iſta pars ſubdiuidi: quia primo ponit regulã præmiſſa ratione, quæ duos caſus excipit. Prima: ibi, *Niſi.* & ſecundo caſui excepto quatuor modificationes ſubiicit: ibi, *Prouiſurus.*

¶ Iſte §. legitur vſque ad §. aſſeſſorem. & hoc habet: Delegatus à ſede Apoſtolica non debet à partib. aliquid recipere, exceptis eſculentis & poculentis liberaliter oblatis: & hoc, niſi proficiſcatur extra ſuum domicilium: quo caſu licite recipit expenſas, hoc dicit.

CASVS ſic figuratur: Dictum fuit ſ. in princ. huius c. quòd cauſæ à ſede Apoſtolica non delegantur, niſi perſonis exiſtentibus in dignitate vel perſonatu, vel obtinẽtibus canonicatum eccleſiæ cathedralis: & ꝙ illi ſunt capaces iuriſdictionis Apoſtolicæ, & nõ alij: Sed quęritur, vtrum dicti cõſtituti in dignitate, pro laboribus ſuis & onerib. quæ ſuſtinent in examine cauſæ ſibi delegatæ, poſſint licite à partibus exigere ſalarium? Reſpondet quòd non, niſi eſculentum & poculentum, quod poſſit in pauco tẽpore conſumi. Sed quid ſanctiſſime Pater, nunquid poſſunt recipere expenſas factas? Reſpondet, ꝙ ſi faciant expenſas non ſolitas pro examine teſtium vel alia iuſta cauſa, quia proficiſcuntur extra domum, tunc licite poſſunt aſſumere & petere expẽſas moderatas, & ſi partes litigantes ſint pauperes, ipſe delegatus debet proficiſci extra domum ſuis propriis expenſis. Nota, ꝙ ſi teſtes ſint in loco propinquo, ita quòd poteſt teſtes examinare ad domum ſuam, non debet delegatus aliquid accipere. Nota inſuper ex iſto §. ꝙ delegatus à ſede Apoſtolica, non poteſt licite aliquod munus vel aliquid

aliud à partibus accipere, niſi poculentum & eſculentum. Et hoc intelligitur de legatis habentibus ſtipendia ſufficientia ad victum: quia ſi eſſent aliquæ dignitates tenues, poſſunt licite expenſas petere à partibus, vt per Pan. in c. cum ab omni. de vit. & hon. cler. in annot. Immo etiam licite exigit qui non habet ſtipendia eccleſiaſtica vnde poſſit ſubſtentari: vt tenet hic Domi. de S. Gemin. Nota vlterius quòd delegatus, qui abundat redditibus, ſi proficiſcatur extra domum pro cauſa, licite recipit expenſas. Sed quæritur quas expenſas recipiet ipſe delegatus? Dicendum, ꝙ non recipiet integras expenſas, ſed ſolum illas expenſas, quas in domo ſua non erat conſuetus expendere.

¶ Inſuper [a] vt gratis [b], & cum omni puritate [c] iudicium [d] coram ipſo [e] procedat, nullum munus [f], vel quicquid aliud (niſi [g] forſan eſculentum vel poculentum mera liberalitate [h] oblatum, quod paucis [i] conſumi [k] poſſit diebus: vel niſi cum ipſum propter [l] cauſam ſibi commiſſam contigerit extra ſuum domicilium proficiſci [m], moderatas [n] expenſas) recipere [o] ab eiſdem partibus qualitercunque [p] præſumat [q]. Prouiſurus attente, quòd in ipſis expenſis modum nequaquam excedat [r]: nec plus ab vna parte, quàm ab alia [s] exi-

Nota, quòd cum delegatus pro cauſa extra domum proficiſcitur, expenſæ ſunt ſibi faciendæ communiter tam ab actore, quàm à reo: quia ex quo agit commune negotium, illud communibus expenſis debet expediri. Nota, quòd cum delegatus exit extra domum pro cauſa, & litigantes ſunt pauperes: nihil debet delegatus exigere pro ſuis expenſis, ſed debet proficiſci expenſis ſuis: quia redditus eccleſiaſtici ſunt deputati pro iuſtitia partibus miniſtranda. Sicut etiam Regibus & Imperatoribus ſunt deputata tributa pro iuſtitia miniſtranda.

*¶ Gl. ſeq. continuat, & quæſtionem ſoluit.*

a ¶ *Inſuper.* Quaſi dicat, ſ. prouidimus de perſonis & locis, quibus, & in quibus cauſæ committendę ſunt & tractandæ: nunc prouideamus circa exactiones indebitas, quæ in iudiciis & à iudicibus, aſſeſſoribus, & notariis fiebant. De tempore proceſſus nil dixit, quia ſatis per antiqua iura prouiſum erat. ſ. de fer. c. vl. de of. dele. conſuluit. in auth. de iud. §. ſedebunt. col. 6.

b ¶ *Gratis.*] Bene dicit, quia iudicium iuſtum vel iniuſtum non licet vendere. 11. q. 3. non licet. 14. q. 5. non ſane. §. ille tamen. de vi. & ho. cler. cum ab omni.

Additio. Gratis, aduerbium eſt qualitatis, id eſt ſine merito: ad hoc 1. q. 1. c. gratia. & c. quicquid. c. emendari. c. dictum. cap. baptizandis. ſ. de ſimo. c. dilectus. 2. in fi. ſ. de vi. & ho. cle. cum ab omni. 11. q. 3. qui recte. & c. non licet. 14. q. 5. c. vlt. iuxta prin. Archid.

c ¶ *Puritate.*] conſcientiæ. j. eo. §. aſſeſſorem. j. de re iud. cum æterni.

d ¶ *Iudicium.*] Poteſt hic poni pro ſententia, & etiam pro omni eo, quòd ſententiam præcedit. & facit quod dixi j. de regu. iur. in iudiciis. 2. q. 1. ſicut.

e ¶ *Coram ipſo.*] delegato: idem in conſeruatore. j. de off. deleg. c. vlt.

1 Vide B. Th. 2. 2. q. 100. artic. 5.

f ¶ *Nullum munus.*] No. quòd triplex eſt munus 1, à manu, à lingua, & ab obſequio: non ergo dixit ſimpliciter munus, ſed dixit, nullum munus: ad idem. 1. q. 1. ſunt nonnulli.

Additio. De hac dictione, munus, etiam habetur 27. diſt. legant. Sed aliquando, munus, ſumitur pro ordine, ſiue officio vel dignitate, vt 55. diſt. priſcis. hic tamen non ita ſumitur. Sed ideo dicit, nullum, quia reſcriptum eſt. Eſa. 33. Qui excutit manus ſuas ab omni munere, iſte etiam in excelſis habitabit. 11. q. 3. qui recte. in fi. ad hoc 1. q. 1. ſunt nonnulli. Archid.

g ¶ *Niſi forſan eſculentum.*] Ergo nota, quia de aliquo quod in muneribus conſiſtit, etiam vnius denarij, valorem recipere non poteſt, niſi eſculentum, &c.

h ¶ *Mera liberalitate.*] vt exactum vel petitum directe vel indirecte non fuerit: ad idem de ſimo. dilectus. 2. ad fi.

*¶ Gl. ſeq. recitetur per quæſtionem, & ſolutionem.*

i ¶ *Paucis.*] Cum numerus non adiicitur, crederem arbitrio boni viri relinquendum, habita etiam conſideratione perſonarum, ipſius iudicis recipientis, & conſuetarum expenſarum qualitate, & ipſius dantis. ad hoc de ſimo. & ſi quęſtiones. §. 2. & ſaltem duo dies non videntur excluſi, cum pluralis locutio duos numero comprehendat, de confec. diſt. 1. hoc quoque. ff. de teſtib. l. vbi numerus. Ad hoc 2 ff. de verb. obl. l. continuus actus. §. 2.

2 ſcilicet, ꝙ relinquatur arbitrio boni viri.

k ¶ *Conſumi.*] ita quòd non producatur ad munerum quantitatem. ff. de off. procon. ſolent. in fi. Talia enim xenia, non ſunt lucra vt ibi. & ff. de of. præſi. l. plebiſcito. Et tolerātur iſta, quia non eſt veriſimile, quòd propter iſta moueretur animus iudicantis. de ſimon. & ſi quæſtiones, ad fi. Sicut & pro modica re non datur actio de dolo: quia non eſt veriſimile, &c. ff. de dol. l. id eſt, & l. præcedenti. in fi. & de modico non eſt curandum. de conſecr. diſt. 2. reuera. alibi non diſtinguitur inter multum & modicum. 14. q. 3. plerique. & q. vlt. c. vlt. ſ. de appel. c. de appellationibus. de ſimo. ex tuæ. Inſtit. de rer. diu. §. gallinarum. Ioan. And.

*¶ Gl. ſeq. ſoluit quæſtionem.*

l ¶ *Propter cauſam.* i. ſuadente vtilitate, vel neceſſitate cauſæ: vnde non debet fingere occaſionem: vt ſequitur ſimile. j. de iura. cal. c. 2. Et per hoc ſatis videtur terminari, quod ſolet quęri, an ſi ſcholari exiſtenti in ſtudio, Papa deleget cauſam, ille poſſit petere expenſas: licet enim ille non ſit in domicilio ſuo, ſed extra: non eſt tamen ibi propter cauſam, ſed propter ſtudium. vnde expenſas non habebit per hanc litteram: & de hoc in Spe. de ſala. §. j. ver. ſi alicui,

Scholaris cui cā à Papa in loco ſtudij cōmittitur expenſas ñ hēbit.

m ¶ *Proficiſci.*] Pone exemplum ſ. §. proxi. de præſcript. quia indicante.

*¶ Gl. ſeq. primo litteram exponit, ſecundo ſoluit duas quæſtiones, tertio quærit & ſoluit diſtinguendo. in fine quærit dubium, & relinquit.*

3 Gl. ſequuntur Do. & Phi. & Pe. de Anc. Font.

n ¶ *Moderatas.*] No. 3 quòd minores poteſt. ff. man. ſi quis alicui. §. impendia. ad idem ff. de admi. tut. cum plures. §. cum tutor. erunt tamen mediocres & non delicatæ. ff. de pigno. act. ſi ſeruos. in fi. ad idem de dol. & contu. finem. & c. ſeq. de eo qui mit. in poſ. cum veniſſent. de ſeq. poſ. c. j. ad fi. Nec credo compenſandas, vel deducendas in hoc caſu expenſas, quas domi facturus eſſet: ſecundum quod dicere conſueuimus in victore, per l. ff. ad exhib. ſed & ſi. §. j. de pet. hær. ſed & ſi. §. quod autem. 2. & ff. de rei ven. ſi res. quia dico, quòd in procuratoribus hę non deducuntur: Sicut & epiſcopus viſitans vel conſecrās, procurationem integram recipit, & nil deducit. ſ. de ſim. cum ſit. Et teſtis integre expenſas percipit. 4. q. 3. venturis, & j. e. §. pen. aliàs ſequeretur interdum, ꝙ nil haberent, cum interdum tantundem & forte plus expendant in domo propria: præterea iam non eſſet differentia inter delegatum & ordinarium, qui, quando proficiſcitur, expendit quæ domi expēſurus erat. vt in Auth. de man. prin. §. illud tamen. alij contra. Et no. quòd littera iſta non diſtinguit, an delegatus habeat beneficia ſufficientia, vel non. Vnde dico, quòd ſiue abundet, ſiue non, expenſas habebit cum proficiſcitur propter cauſam: licet Hoſt. dixerit delegatos Papæ peccare, ſi recipiunt expenſas: ex quo hñt ſufficientia beneficia: & hoc no. ſ. de vi. & hon. cle. cum ab omni. Et in iſtis expenſis hr̃ ratio non ſolum victus, ſed etiam vecturarum, equorum, & ſimilium. Quid dicemus de delegato ordinarij? Dic quòd ſi eſt delegatus ad vniuerſitatem cauſarum: idem, quod in ordinario: ſ. quòd nihil habebit, immo ordinarius ei prouideat. Idem enim eſt conſiſtorium. j. de app. c. Romana. & ordinarius eſt, vt dixi j. de off. vic. licet. ad hoc ſ. de of. ord. inter cætera. & in Auth. vt nul. iu. §. nulli. col. 9. & in Auth. de man. prin. §. illud. Si ſit delegatus ad ſpecialem cauſam, & ordinarius ei cauſam malitioſe committit, idem. Si non malitioſe, videtur idem quod in delegato Papę ſecundum Innocen. qui hoc no. ſ. de vi. & ho. cler. cum ab omni. Sed an hæ pœnæ habeant locum in eo, quòd in delegato Papæ hic exprimuntur: vtilis eſſet declaratio pro eo, quòd pœnæ non videntur excedere proprium caſum, de pœn. diſt. 1. pœnæ. j. de reg. iur. in pœnis. cum concor.

o ¶ *Recipere.*] no. ꝙ nō ſolum exigere ab inuito, ſed etiam à volente recipere prohibetur. ad idem j. de cenſi. Romana. §. pe.

p ¶ *Qualitercunque.*] No. quia ſecundum leges delegatus habet ſportulas: ſ. duos aureos in principio, & duos in fine. in authen. de iud. §. ne autem. col. 6. & hoc, ſi cauſa ſit maior cētum aureorum: alioquin delegatus etiam à principe nihil habebit, vt ibi. Secundum nos nihil videtur delegato dandum nomine ſportularum, cum iſta littera ſic generaliter loquatur: & ſ. dixerit, Nullum munus, vel quicquam aliud: & facit ſ. de vit. & hon. cler. cum ab omni, & quod ibi not.

Sportulę an debeantur delegatis iudicibus.

q ¶ *Præſumat.*] Hoc verbum denotat vitium. 8. diſt. quæ contra mores. 10. diſt. c. 2. 17. diſt. multis. Aliquando tamen demonſtrat bonum actum. vt 5. diſt. ad eius. 16. q. 1. monachi. & 7. q. 1. §. hoc tunc. aliàs, cum vero. verſi. præſumentium. 12. q. 2. ſi quis qualibet. Quòd ſi contra fecerit, ad reſtitutionem integram tenetur, vt j. e. §. notarium. Archid.

r ¶ *Excedat.*] Hoc ſatis ſ. dictum fuerat, dū dixerat, moderatas.

*¶ Gl. ſeq. ſoluit duas quæſtiones.*

s ¶ *Quàm ab alia.*] Hoc non habet locum in caſu. j. de iudic. mulieres. cum enim teſtem producens illum habeat procurare, licet ille pro vtraque parte teſtetur. j. e. §. proferendo. à ſimili in iudice cum ad teſtem ex cauſa proficiſcitur. Item vbi vna pars abundat, alia nihil habet, idem dico vt j. eod. verſic. ſed & vbi. vnde ibi dicit, litigantes, in plurali: ad hoc de elect. cupientes. §. ſi vero. verſic. niſi forſan. & facit ad idem eadem decret. §. denique. verſic. vt eo.

Iudex q ex cā ad teſtes accedit, à quo debeat procurari.

a ¶ Com

a ¶ *Commune.*] facit j. §. prox. in fi.
b ¶ *Vtilitas vel neceſſitas.*] No. iſta duo paria: ad idem de præb. expoſuiſti. & ibi de hoc. Aliqñ non ſunt paria. de eo qui mitt. in poſſ. cum veniſſent. ff. de imp. in re. do. fact. l. impenſæ. cum duabus legib. ſeq.
c ¶ *Occaſionem.*] eſt ſi. j. đ iud. mulieres.
d ¶ *Notabiliter.*] Notabilis igitur debet eſſe paupertas: ad idem s. de vſu. cũ tu.
e ¶ *Pauperes.*] Paupertas nõ eſt de genere malorum. 15. q. 1. illa. in fi. Et not. ꝙ etiam ſecundum leges in hoc caſu ordinarius non habet ſportulas. in Auth. de man. prin. §. ſit tibi. col. 3. & magiſter *in cathedrali Eccleſia* inſtitutus pauperes ſcholares gratis docet. de magi. c. 1. & propter paupertatem duæ eccleſiæ vniuntur 1. 10. q. 3. vnio. & pauperibus prouidere debet prætor de aduocatis. ff. de poſt. l. 1. §. ait prætor.

†No. ꝙ paupertas excuſat ab onere expenſarum. Dom.

1 Vide cõcil. Trident. ſeſ. 21. de refor. c. 5. & ſeſ. 24. đ refor. c. 13

gat, cum commune [a] gerat negotium vtriuſque: quodq́; (vbi cauſæ ſibi commiſſæ vtilitas [b] vel neceſſitas non exegerit) occaſionem [c] propter habendas expenſas proficiſcendi extra domicilium non aſſumat: ſed & vbi notabiliter [d] fuerint pauperes [e] † litigantes, etiam pro expenſis nil prorſus exigat ab eiſdem.

¶ *Delegatus, niſi indigeat, non aſſumat aſſeſſorem: aliàs de ſuo illi prouideat. Si eget, non ſuſpectum partibus aſſumet, cum moderato ſalario à partibus ſoluendo.*

¶ Aſſeſſorem [f] autem, vt quandoque [g] † faciunt aliqui fraudulẽter [h], niſi eo indigeat [i], quod cõſcientiæ [k] relinquatur [l] eiuſdem, ſibi nequaquam adiungat: alioquin [m] de ſuo proprio [n]

Additio. De priuilegiis & incommodis paupertatis, remittit Archid. ad ea quæ notauit 11. q. 3. pauper. Ioan. And.

ASSESSOREM. Ponit duo dicta. Secundum: ibi, *Si autem.* Ioan. Andr.

¶ Delegatus à ſede apoſtolica non debet aſſumere aſſeſſores vel conſiliarios, niſi cauſa hoc requirat: hoc primo. Item delegatus à ſede Apoſtolica debet cauere, ne Notarius cauſæ indebitas exactiones occaſione ſui officij, faciat. hoc ſecundo. Item Notarius vel iudex, qui aliquid exigit à partibus, tenetur illud reſtituere, nec partes poſſunt ei donare. hoc tertio. Item delegatus non debet aliquos ad præſentiam vocare pro teſtimonio ferendo, niſi cauſa hoc requirat: & poteſt cogere partes, vt deponant expẽſas, quas teſtes ſunt facturi. hoc quarto. Item facta contra hanc conſtitutionem ſunt ipſo iure nulla & irrita: hoc dicit vſque ad finem c.

¶ Præſupponendum eſt pro intellectu iſtius §. qui dicantur Aſſeſſores: Vnde aſſeſſores & conſiliarij, idem ſunt, ſecundum Doct. Aegidium de Soſtanis in ſuo libello, De ordine iudiciario: Nam quando iudex ordinarius vel delegatus reperit in cauſa aliqua dubia, ad quæ dubia decidenda putat ſe inſufficientem: debet dicere partibus, Ecce reperio plura dubia in cauſa veſtra, & intendo ſuper his habere conſilium: ſi habeatis conſiliarios ſuſpectos, nominetis: ne communicentur eis dubia: Tunc partes nominabunt aduocatos ſuſpectos, ſi habeant aliquos ſuſpectos: Hoc facto, iudex aſſumet vnum vel duos de non ſuſpectis: & eis communicabit dubia, & iſti appellantur Aſſeſſores, ſiue conſiliarij, & iſti pro conſilio licite poſſunt recipere ſalarium à partibus.

Casvs. Dictum fuit s. in §. præced. quòd delegati à ſede Apoſtolica non debent aliquid recipere à partibus, niſi eſculentum & poculentum, quod poſſit conſumi intra paucos dies: & hoc, niſi proficiſcantur extra domum: Sed quæritur, vtrum delegatis indiſtincte ſit permiſſum aſſumere aſſeſſores ſiue conſiliarios, poſito quòd ipſi delegati ſint ſufficientes ad decidendum dubia? Dicit, quòd non, niſi neceſſitas exigat: ideo ſi delegatus ſit negligens, quia dixit, quòd nõ vult ſtudere, ideo quia non recipit aliquid à partibus: hoc non debet facere: quia ſi ſit ſufficiens, non debet in grauamen partium aſſumere aſſeſſores & conſiliarios, qui ſalariabuntur à partibus: Sed ſi fecit quod in ſe eſt, & comperit ſe non ſufficientem, debet aduocare aſſeſſores ſiue conſiliarios, qui recipiunt ſalarium à partibus. Sanctiſſime Pater, dixiſtis qualiter delegati debent ſe habere circa aſſumendos aſſeſſores, ſed vellem informari qualiter ſe debeant habere circa notarios cauſarum? Reſpondet quòd delegati (idem de ordinariis) debent attendere, ne notarij recipiant ſalarium immoderatum: & ſi vellent exigere à partibus magnum ſalarium, iudex debet facere eos contentari moderato ſalario. Item ſtatuit, ne delegatus conſequatur ſalarium ſiue lucrum, habita conuentione inter ipſum & notarios, vel aſſeſſores, vt iudex conſequatur partem lucri à notario vel aſſeſſore: quia in aliquibus curiis iſta practicantur: maxime in curiis eccleſiaſticis, quòd iudex non conſueuit ferre aliquam ſententiam, niſi prius habito conſilio cum peritis: Quod eſt contra iſtud c. & aliqui iudices diuidebant ſalarium, inter ſe & notarios vel aſſeſſores. Hoc non debet fieri: immo iudex debet abſtinere ab omni lucro. Sed ponamus, quòd iudex vel notarius fecit contrarium, nunquid tenentur ad reſtitutionem? Reſpondet quòd ſic: & partes non poſſunt eis donare. Sed vellem informari à ſanctitate veſtra, qualiter delegati ſe debeant habere circa teſtes? Reſpondet, quòd non debet aduocare ad ſe aliquos teſtes, niſi neceſſitas exigat vel conditio & ſtatus cauſę requirat, & tunc facient delegati conſignare expenſas à partibus tam in eundo, quàm redeundo. Et hoc verum, ſi ipſi teſtes vocentur ex longinquis partibus. Poſtea in 1ſine dicit Romanus Pontifex, quòd declarat irritum & inane, quod fit contra iſtud c. vnde clauſula irritans. Quicqd, &c. refertur ad omnia cap. iſtius conſtitutionis. *Conſcientiæ.* quia ſtatur conſcientiæ delegati, vtrum ſit ſufficiens ad decidenda dubia in cauſa, vel inſufficiens. Et ſi dicat ſe inſufficientem, cũ ſit ſufficiẽs: ædificat ad gehennam, & peccat mortaliter. Not. primo, ꝙ iudex non debet habere conſiliũ peritorũ expenſis partium, niſi neceſſitas id reqrat, videlicet, quãdo cognoſcit ſe non eſſe ſufficientem ad cauſam decidendam. Not. vlterius, ꝙ conſiliarius vel aſſeſſor poteſt recuſari vt ſuſpectus, licet non habeat iuriſdictionẽ: quia cõſiliarius poſſet inducere iudicem ad iudicandum pro parte aduerſa. Sed qualiter conſiliarij debent impendere conſilium? Dicit Doctor Aegi. de So. ꝙ non tenentur fortificare conſilium aliquibus rationibus: ſed ſufficit quòd dicant, videtur mihi ſic de iure faciendum: nec tenentur allegare iura, cum opiniones Doctorum non ſint probabiles, niſi quatenus fortificantur rationibus. Veruntamen conſiliarij non tenentur allegare rationes, nec eorum conſilia conſueuerunt ſcribi apud acta. Not. vlterius, quòd notarius debet recipere ſalarium moderatum à partibus, & in pluribus curiis ſalarium eſt taxatum: ſed ſi ſalarium non eſt taxatum, poteſt iudex illud limitare. Not. ꝙ partes poſſunt repetere ſalarium datum iudici, etiam ſi fuerit ſponte oblatum, nec partes poſſunt iudici donare. No. quòd teſtes non ſunt vocandi ad præſentiam iudicis, niſi ſtatus cauſę requirat: qa quando quis vult producere teſtes ſuper principali, requiritur quòd lis fuerit conteſtata & iuratum de calumnia, & quòd captus ſit terminus ad probandum, & iamque porrexerit intẽtionem ſuam, *i.* articulos probatiuos, ſuper quibus petit teſtes ſuos examinari, qui articuli in iure vocantur, quia ſic incipiunt, Intendit tales &c. No. quòd *teſtis vocatus ad iudicium pro teſtimonio* ferendo, non tenetur venire ad iudicium, immo nec tenetur ponere pedem extra domum ſuam, niſi prius receperit expenſas, *quas eſt facturus tam eundo & ſtando*, quàm redeundo: vt tenet Cy. in l. quoniam. C. de teſti. No. quòd iudex debet obſeruare omnia contenta in hac conſtitutione: & ſi ſecus fecerit, *tunc facta contra, ſunt ipſo* iure nulla, etiam ſine ope exceptionis.

†No. ꝙ iura diſponũt ſuper qđ ĩ ſit ſæpe, ſed qñque. Dom.

f ¶ *Aſſeſſorem.*] De officio aſſeſſoris tangitur ff. de of. aſſeſ. l. 1. & C. de aſſeſ. l. 1. & quaſi per totum. Eſt autem aſſeſſor is, quem ille qui poteſtatem iudicandi habet, ſibi aſſociat, vt ſibi in cauſa aſſideat vel aſſiſtat, ſeque ad cauſam recte decidendum inſtruat: vt in princ. l. 1. C. de aſſeſ. Archid.

¶ *Gl. ſeq. alleg. duas concordantias, ſignat contrarium, et remittit.*

g ¶ *Vt quandoque.*] No. haberi rationem de his, quæ raro fiunt: ad idem ff. de ſta. ho. l. non ſunt. & l. vlt. Contra. ff. de legi. nam ad ea. Sol. & no. de deſp. impu. litteras. in gl. pe.

h ¶ *Fraudulenter.*] vel vt partes grauent, vel alteram earum: vel vt amicis ſeruiant, vel vt lucrum percipiant vel participent, vt j. ſequitur: vel vt ſeipſos exonerent, quod facere non debent. de off. deleg. paſtoralis. in princ.

i ¶ *Indigeat.*] quia forte non eſt peritus, vt conuenit, ad vniuerſa puncta cauſæ rimanda: vel quia variis ſuis negotiis vel infirmitate corporis impeditur.

k ¶ *Conſcientiæ.*] ſim. de renun. niſi cum pridem. in fi. 2 & j. de hæ. c. vl. ad fi. & vide quod ibi dicam de triplici cauſa, qua quis relinquitur conſcientiæ. & habes concor. s. de vot. c. fi.

2 Ab hoc loco vſq; ĩ fi. ñ ſunt in antiqs libris.

Additio. Conſcientia eſt cognitio ſuiipſius cordis. ſecundum Papien.

l ¶ *Relinquatur.*] per hoc verbum credo quòd pars non poſſit referre quæſtionem iudici delegato: ſcilicet dicendo, quòd aſſeſſore non eget. Cum enim hoc conſcientiæ relinquatur ipſius, ergo ſolus Deus hic, & nullus alius eſt iudex 3 vel cognitor. Præterea poſito, quòd ſummus ſit Doctor, & parum occupatus: ex quo conſcientia hoc dictat, poteſt aſſeſſorem aſſumere, vt hic, caueat tamen ſibi, ne conſcientia eius improbabilis ſit, de ſimon. per tuas. 2.

3 Iſta gl. eſt vera. Phi. & Dom. Fallit tñ ĩ caſu gl. cle. j. de iur. pa. & c. qualiter & qñ. 1. de acc. Fon.

Additio. No. caſum in quo relinquitur conſcientiæ. ſic j. de vo. & vo. redem. c vlt. vbi de hoc. & 4. diſt. denique. ad idem j. eo. lib. de hær. ſtatuta. §. cæterum. in fi. Archid.

m ¶ *Alioquin.*] ſcilicet, ſi adiunxerit, cum non egeret.

n ¶ *De ſuo proprio.*] Proprium eſt, quaſi porro priuatum, ſeparatum à communione, priuatum ſuum, quod aliis non pertinet, vt j. dicam eo. lib. de elect. nulli. ibi videas. Archid.

a ¶ *Suſpectum.*] Nota pro ſuſpectis, qui de facto in cauſis dantur per partes.

Additio. Patet autem per hunc text. ſatis eſſe, quòd aſſeſſor non ſit de ſuſpectis, licet non ſit de confidentibus, in quos forſan partes non conueniunt. Ioan. And.

†No. q̄ ſi iudex delegatus ñ ſit ſufficiens: pp hoc ñ p̄t recuſari, ſed datur ei aſſeſſor, Do.

b ¶ *Competenti ſalario.*] Spe etenim præmiorũ inuitandus eſt aſſeſſor. C. de aſſeſſ. l. 1. & ſalarium habere debet. ff. de of. aſſeſ. l. diem functo. debet enim merces cõſtitui pro labore. 12. q. 2. charitatem. nec de proprio beneficium q̄s facere cogitur. x. q. 2. precariæ. §. decreuit. in fi. & poteſt iuſtum conſilium vendere. 11. q. 3. nõ licet. adde quod ibi not. & 14. q. 5. non ſane. vide in Specu. §. ſalarium. verſi. quid ſi duobus.

prouidere teneatur eidem. ¶ Si autem indigeat†, ipſum neutri parti ſuſpectum [a] aſſumens, ei de competenti [b] ſalario prouide moderando [c] ab eo, faciat à partibus communiter [d] prouideri.

¶ *Delegatus taxare debet ſalarium Notariorum, nec participare debet cum ipſis, vel aſſeſſoribus in ſalario, Dominicus.*

¶ Notarium [e] vero vel Notarios [f] in cauſa ſibi commiſſa ſcribentes, qui vt plurimum in exigendo ſalario metas [g] rationis excedunt, vt ad ipſius ſpectat officium [h] prudenter [i] refrænet [k]: nec cum ipſis, aut cum aſſeſſore præfato lucrum participet vllo modo.

¶ *Delegatus recipiens aliquid contra prohibitionem huius c. tenetur reſtituere, non obſtante dantis remiſſione. Ioan. And.*

¶ Si quid autem contra conſtitutionem præſentem receperit [l], ad ipſius reſtitutionem integram teneatur: nulla eorum, quibus reſtitutio facienda fuerit, remiſſione [m] vllatenus profutura eidem.

¶ *Delegatus non debet vocare teſtes, niſi ſtatu cauſæ requirente: & producens illis adminiſtrare debet expenſas in veniendo, ſtando, & redeundo. Dominicus.*

¶ Pro ferendo quoque teſtimonio [n] (prætextu cuius aliqui alios fraudulenter interdum à iudicibus vocari procurant, vt eos laboribus [o] & expenſis [p] fatigent, aut extorqueant [q] aliquid ab eiſdem) nullum vllatenus conuocet†, niſi quando conditio [r] & ſtatus cauſæ requirent. Sed nec tunc (niſi à producente [s]) competentes (vocato pro teſtimonio, veniendo, ſtando, & redeundo) faciat miniſtrari† expenſas [t].

c ¶ *Moderando.*] Secũdum qualitatem cauſæ, & partium conditionem, & facundiam aſſeſſoris, & loci conſuetudinem: ſicut de aduocato dicimus. ff. de var. & extraor. cog. l. 1. §. in honorariis.

¶ *Gl. ſeq. ſoluit quæſtionem.*

d ¶ *Communiter.*] quia commune gerit negotium. ſ. §. proxi. Et ſi delegatus moritur, vel partes concordẽt: nihilominus aſſeſſor ſalarium ſtatutum habebit, vel habitum non reſtituet. ff. de off. aſſeſſ. l. diem functo. ff. loca. qui operas. & l. ex conducto. §. item ſi. ff. de var. & extraor. cog. l. 1. §. Diuus.

Aſſeſſor habeat ſalariũ licet partes cõcordent.

NOTARIVM. Primo mandat ſalarium moderari. ſecundo prohibet iudicem in lucris participare, Dom.

e ¶ *Notarium.*] quem debet habere delegatus, vt fideliter cuncta iudicij acta conſcribat. ſ. de prob. quoniam, & vocatur ſeruus publicus. j. de vſu. quamquam, circa med. Et priuat eccleſia etiam laicum hoc officio ratione peccati: vt j. de pœ. felicis. §. 1. cum ſim.

notarius laicus p̄t priuari offõ p eccleſiam.

f ¶ *Notarios.*] No. plures notarios aſſumi ad ſcribendum in vna cauſa, cum hoc non reperiatur prohibitum, & hic ſit conceſſum: & facit ad prædictam decre. quoniam. ſ. de prob.

g ¶ *Metas rationis.*] Et eſt iſtud quaſi crimen concuſſionis, ratione officij vltra debitum exigere. 1. q. 7. ſancimus. C. ad l. Iul. repet. l. vlt.

¶ *Gl. ſeq. primo notat, & rationem reddit: ſecundo de duplici ſcriptura diſtinguit.*

h ¶ *Officium.*] No. iudicis etiam delegati eſſe, moderari ſalaria aſſeſſorum & notariorum: quia cum cauſa ſit ei commiſſa, &c. de off. deleg. præterea. & eſt ſim. de iud. c. vlt. vnde bene dicebat Guil. in Spe. tit. de ſala. §. 2. circa fi. quòd aut ſcriptura erat de foro & iudicialis, aut extraiudicialis; Primo caſu, puta in exceptionibus, replicationibus & ſimilibus ſcribendis ad officium iudicis, coram quo agitur, etiam delegati, pertinet talium ſalaria moderari, & à grauaminibus partes releuare. de pœ. diſt. 1. & nemo. 1. de of. dele. cum te. & cuncta quæ litigatores impediunt, emendare. 1. q. 1. emendari. de off. dele. c. 1. & tales improbos exactores punire. C. de off. præfe. Afri. in nomine. verſ. fi. §. hoc etiam decernimus. Moderabitur ergo quid detur pro citatione, quid pro termino, quid pro conteſtatione: & ſic de ſingulis, & in hoc inſpiciet conditionem perſonarum, & cauſæ, & conſuetudinis fori: & ſi videbitur, per alios fideles notarios hoc faciet taxari. Si vero ſit ſcriptura extraiudicialis, puta, inſtrumentum venditionis, de qua agitur, vel depoſiti, vel abſolutionis, vel ſimilia: expedietur id per ordinarium loci, vel deputatum illi officio, puta, per Conſulem tabellionum Bononien. qui ſi de certo ſalario non fuit conuentum, inſpecta qualitate cauſæ, conditione perſonæ, & conſuetudine loci, taxabit vel taxari faciet per viros expertos. ff. de var. & extraord. cognit. l. 1. & de ſimon. c. 1. 3. q. 7. c. infames. §. apud vrbem.

Salariũ notariorum p quẽ iudicẽ dẽat taxari.

i ¶ *Prudenter.*] Ad idem de accuſ. qualiter. 1.

k ¶ *Refrænet.*] Alludit vocabulo, & eſt ſi. ſ. in procem. compilat. Gregorij. & ſ. de homic. dilectus.

SI QVID. Prima punit: Secunda pœnam aggrauat, ibi, *Nulla*. Ioann. Andr.

l ¶ *Receperit.*] ſ. à partibus præter eſculentũ, vel poculentum, vel vltra moderatas expenſas cum proficiſcitur; vel participando lucrum cum aſſeſſore vel notario.

¶ *Gloſ. ſeq. allegat concordantias, notando caſus contra regulam: ſecundo quærit, et ſoluit, huic decretali reſpondens.*

m ¶ *Remiſſione.*] ſimile j. de cenſi. exigit. ad fi. & in Clement. de hæret. nolentes. verſi. quòd ſi ſecus. Et ſic eſt caſus, vbi dominus rem ſuam in alium transferre non poteſt: quod eſt contra regulam, qua dicitur, Nihil eſt tam naturale, quàm voluntatem Domini volentis rem ſuam in alium transferre, &c. Inſt. de rer. diui. §. per traditionem. Quid, ſi poſtquam reſtituit iudex, pars ei donet, nunquid hoc facere poteſt? Credo q̄ ſic, quia hic hoc non prohibetur, ſicut nec alia ſua bona donare prohibetur. Et eſt ratio quare aliud in remiſſione, aliud in donatione: & quare remiſſio facilius præſumitur fraudulenter fieri, quàm donatio: quia facilius remitteret quis multa quàm donaret pauca: ſic aliàs ſimile. ff. ad Velleian. ſed ego. vbi dicitur, quòd ſenatuſconſultum Velleianum mulieri intercedenti ſuccurrere voluit, non donanti: ideo, quia facilius ſe obligat mulier, quàm alicui donet. Et eſt cauſa, quare prohibetur, ne pœna interueniat in matrimonio, & non arrha: quia facilius promittere quis centum nomine pœnæ, quàm daret decem nomine arrhæ: vt recitari ſolet, de ſponſal. Gemma. Hæc omnia intelligo vera eſſe, dummodo contractus iſte in fraudem non fiat: quia tunc non credo iudicem abſolutum; ad hoc ff. de donat. inter vir. & vxor. ſi ſponſus. §. circa. ff. ad Velleian. quamuis. §. ſi cum eſſem. & facit j. de elect. commiſſa. cum ſimil. & quod not. 14. q. 3. plerique. de priuileg. quanto. ff. de legib. l. contra. & quod not. Guilielmus olim in decretal. de poſtu. properandum. Greg. x. quam hodie non habemus.

† Aliàs, conuocent

† Sed alia dãna ñ sũt reſarciẽda. c. in nr̃a. de iniur. Bal. in l. fi. in fi. C. d̄ fru. & li. ex. q̄d not. q. a ſi teſtiscapet, dr̄ctur corrupt⁹. P. Fõ.

PRO FERENDO. Prima pars cauſa præmiſſa prohibet indifferenter teſtes vocari: ſecunda eis prouidet in expenſis: ibi, *Sed nec*, Dominicus.

n ¶ *Teſtimonio.*] Ad quod (ne veritas occultetur) quilibet compellitur. 14. q. 2. quamquam. de teſt. cogend. peruenit. & hoc in ciuilibus: in criminalibus autem quid iuris ſit. no. e. tit. de teſt. cog. dilectorum.

o ¶ *Laboribus.*] in eundo & redeundo.

p ¶ *Expenſis.*] Nota ergo, quòd iudex non ſolum parcere debet laboribus & expenſis partium. vt ſ. de do. & contu. finem. ſed etiam teſtium, vt hic.

q ¶ *Extorqueant.*] ſim. ſ. eod. c. vlt.

r ¶ *Conditio & ſtatus.*] Vt ſi petantur ſuper principali lite conteſtata, & iurato de calumnia, & dato termino ad probãdum, & porrecta intentione producentis: tunc teſtes citentur: vel ſi petantur ſuper dilatoria, ante litem conteſtatam dato termino per iudicem ad eam probandam, & intentione porrecta †. Et nota quòd ſi citauerit contra hanc formam, citatio non valet ipſo iure. j. c. prox.

†Et ſic ceſſabit q̃õ not. ĩ Spe. de teſt. §. qualiter. ver. q̃ dergo ſ. de teſte q iurauit p̄ductis articulis. Io. And.

s ¶ *A producente.*] Nota quòd licet teſtis iuret dicere veritatem pro vtraque parte, & quæ capitula iuret, habes 2. q. 4. nullam. & ſ. de teſtib. fraternitatis. in vlt. gl. & ad hoc teneatur 14. q. 5. non ſane. & celare veritatem ſit peccatum. ſ. de cri. falſ. c. 1. 11. q. 3. quiſquis. tamen ſolus ille qui producit, procurat teſtem in veniendo, ſtando, & recedendo, vt hic. & 4. q. 3. c. ſi teſtes. §. liberi teſtes. ver. venturis. C. de teſt. l. quoniam. C. de ap. l. eos. §. ſi quis autem. & ad hoc concor. j. de elect. cum non deceat. ſ. de vot. & vo. redem. magnæ.

Additio. Omnino de his expenſis, vide quæ ſcripſi in Spe. de teſte. §. qualiter. ſuper ver. teſtes autem. Ioan. And.

¶ *Gl. ſeq. ponit malitiam aduocatorum, & duo antiqua remedia.*

t ¶ *Expenſas.*] Cõſueuerũt aduocati ſua doloſitate & imperitia,

neſcien

neſcientes aliter partes iuuare, dilationes iuris petere ad teſtes vltramarinos, vel extra prouinciam producendos. 3.q.3.c. induciæ.§.ſpatium. poterat iudex (ſi de malitia præſumebat, ſ. vt id fieret cauſa protelandi negotium) ſacramẽtum exigere. j.de iur.cal.c.2.in fi. ſed ſi iurabatur, videbatur danda dilatio. Conſueuerant iudices aliter prouidere ſecundum formam decreta. de fideiuſſ. conſtitutus, ſ.ibi cõmittere receptionẽ teſtium recepta cautione ab illo, ꝙ vadat vel mittat ad videndum illos iurare: ſup quo vide qđ ibi not. Hodie puto melius prouiſum ꝑ hanc litteram: Si enim dicet pars, habeo teſtes vltramarinos: & iudex dicit, paratus ſum illos citare & expectare: depone ſalarium pro expenſis teſtium in eundo, veniẽdo, vel ſtando: quod ſi facere nolit, cauſam nõ differet.

*¶Geſta contra hanc decretalem ſunt ipſo iure nulla. hoc dicit. Et non diuiditur.*

¶Quicquid autem contra præmiſſa, vel eorum aliquod contigerit attentari: ſit ipſo iure [a] irritum & inane.

¶ Idem.

*¶Sola præuenta præſentatio & receptio in canonicum ſecundi impetrantis in eadem eccleſia, non excludit primum impetrantem à præbenda vacante tempore ſuæ receptionis, vel poſt à vacante ante ſuam receptionem, vel præſentationem: & hoc, ſi per proceſſum executoris, vel interpoſitionem decreti pro primo impetrante affecta extiterat: niſi dolo vel negligentia excluderetur ab eadem.* Dominicus.

## CAP. XII.

Tibi [b], qui gratiam [c] in Bituren. † Eccleſia impetraſti à nobis certo [d] executore conceſſo, qui te in canonicum recipi faceret: & de præbenda tibi (ſi qua in eadem Eccleſia tunc vacabat: alioquin de vacatura † proxime [e]) prouideret [f]; alius ſimilem gratiam poſt tuam impetrationem obtinens in eadẽ, licet prius quàm tu, ſuas litteras præſentauerit, & in canonicum ſit receptus [g]: in præbenda tẽpore tuæ receptionis, vel etiam poſt vacante (ex quo alteri ante tuam receptionẽ collata non extitit [h]) anteferri non

†Britenſi.
†Betareſi.

†Hodie mãdata de ꝓuidẽdo, & gratias expectatiuas omnino ſuſtulit cõcil. Tridẽt. ſeſ. 24. de reform. c. 19

a ¶ *Ipſo iure.*] Nota igitur ius nouum: quia (vt ſuperius dixi in multis capitulis ſuperioribus) valebat olim proceſſus, ſi non opponebatur exceptio: hodie ſecus per hãc litteram: quia nullum eſt exceptionis remedium opportunum.

Tibi qui.] Hæc eſt notabilis decretalis: Et diuiditur, ꝗa primo ponit tres caſus, quibus primus impetrãs eſt potior, quos in fine moderatur. Secundus caſus eſt ibi, *Idem quoque.* Tertius ibi, *Quinimmo.* Moderatio eſt ibi, *In prædictis.* ſecũdum Io.Mon.Ioan.And.

Additio D. Heliæ.

¶Iſtud cap. emanauit ad declarationem ca. Capitulum ſanctæ crucis. eo.ti. in anti. vbi quæritur, vtrum in reſcriptis ad beneficia inſpiciatur tempus datæ, vel tempus præſentationis factæ ipſi collatori: vt cum ſint in eadem collatione duo expectantes, qui habent gratias ſimiles: certum eſt, quòd qui prior eſt tempore, potior eſt iure. Ibi eſt quæſtio, qualiter attendatur illa prioritas: vtrum reſpectu temporis datæ, vel reſpectu temporis præſentationis: In iſto c. deciditur iſta dubitatio.

Caſus litteralis dom. Heliæ.

Casvs. Ego à ſede Apoſtolica impetraui litteras expectatiuas in eccleſia Pictauienſi: Nam Papa mandabat canonicis eccleſiæ Pictauienſis, vt me reciperent in fratrem & canonicum: & prębendam mihi conferrent, ſi qua vacaret: alioquin proximo vacaturam: dato mihi executore, qui in defectu canonicorum reciperet me in fratrem & canonicum, & præbendam conferret: Facta impetratione non præſentaui litteras meas canonicis: poſtea Papa fecit tibi eandem gratiam in dicta eccleſia Pictauienſi cum clauſula iſta, Non obſtante quòd pro aliis ſcripſerimus: præſentaſti litteras tuas Capitulo, & Capitulum recepit te in fratrem & canonicum: & ſic es prior in præſentatione, & ego in impetratione: tandem vacauit quædam præbenda: antequam eſſet tibi collata, præſentaui litteras meas, & petij, vt mihi conferrent præbendam: tu vero qui eras prior in præſentatione, petebas tibi illam conferri: dubitatur, quis noſtrum ſit prior, & per conſequens cui debeatur dicta præbenda? Reſpondet quod ex quo tempore præſentationis mearum litterarũ non erat collata præbenda: licet ſim poſterior in præſentatione, tamen ſum potior in ꝑbenda: & ideo ſum tibi præferendus: quia ſum prior in data. Quid ſi præſentaui litteras meas poſt vacationem: nunquid erit idẽ, videlicet, vt mihi debeatur præbenda, qui ſum prior in data? Reſpondet, quòd ſic, ſi executor meus iamq; proceſſerat in proceſſu, quia inhibuerat canonicis, ne illam præbendã tibi conferrent: vel aliàs per proceſſum executoris præbenda fuerat mihi affecta: tunc debetur mihi, qui ſum prior in data, & non tibi. Sed quid, ſi antequam executor meus feciſſet proceſſum, vel ante quam præſentaſſem litteras meas canonicis, vacauit præbenda, & fuit iamq; tibi collata? vtrum mihi debeatur, & ſit mihi affecta? Reſpondet Romanus Pontifex, quòd ſi in gratia mea fuit appoſitum decretum irritans: videlicet, Decernentes irritum & inane quicquid in præiudicium gratiæ noſtræ feceritis, & per qđ poſſet effectus noſtræ gratiæ impediri, &c. tunc præbenda eſt mihi adeo affecta, quòd collatio alteri facta non valebit. Nota primo ex iſto capitulo, quòd Papa poteſt dare ius ad beneficia vacatura, ita, quòd promiſſio afficiat beneficium, & liget manus collatoris. Nota quòd in reſcriptis impetratis ad beneficia reſpectu prioritatis & poſterioritatis, attenditur tempus datæ, & non tempus præſentationis. Nota magis ſpecifice, ꝙ ſi Papa duobus in eadem eccleſia ſimilem gratiam fecerit, primus eſt præferendus: licet ſecundus eum præuenerit in præſentatione & receptione: & hoc verum, dummodo præbenda non eſſet iam ſecundo collata: quia tunc ſecundo deberetur, & non primo: niſi in litteris primi impetrantis fuerit appoſitum decretum irritans: quia tunc afficit canonicos etiam ignorantes. Helias Regnier.

b ¶*Tibi.*] quia decretalis eſt aliquantulũ obſcure dictata: vide caſum litteralẽ: Ego impetraui gratiam in Eccleſia Bonon. dato executore mihi per Papam, vt faceret me recipi in canonicũ Bononien. & prouideret mihi de præbenda, ſi qua tunc vacabat, vel de proximo vacatura: Titius à Papa impetrauit ſecũdo loco eandem vel cõſimilem gratiam in ipſa eccleſia Bonon. tamen præuenit me in præſentatione litterarum, & receptus fuit in canonicum: Tertio loco ego litteras meas præſentaui. & auctoritate ipſarum receptus fui in canonicum Bononien. & tempore receptionis meæ vacabat præbẽda, vel poſtea vacauit: quæritur, cui debeatur vel deferatur, an mihi primo impetranti, ſecundo præſentanti, & ſecundo recepto: an illi Titio ſecundo impetranti, primo præſentãti & prius recepto? Reſpondetur, ꝙ mihi & non illi debetur, ex quo illi ante pñtationem meam non erat collata. Secundo quæritur, pone retento eodem themate, ꝙ ante receptionem meam vacauit præbenda: & executor meus notificauit aut interdixit ſeu reſeruauit, & forte decretum appoſuit, cui debebitur? an mihi prius impetranti, ſecundo præſentanti: an illi ſecundo impetranti, prius præſentanti, priuſque recepto? Reſpondetur, ꝙ mihi. Tertio quęritur, retẽtis eiſdem terminis, poſt pręſentationem & receptionem Titij: Ante præſentationem meam vacauerat præbenda: ſed in litteris meis erat clauſula decreti: quæritur cui debeatur? Rſpõdetur, ꝙ mihi. Hæc vera, ſi dolus vel notabilis negligentia mihi prius impetranti imputari non poteſt. hoc dicit. Ioan. And.

c ¶*Tibi qui gratiam.*] Dic ꝙ eſt gratia ex parte concedentis, *vt* j. eo. lib. de præb. ſi motu. & c. ſeq. & *not.* ſ. de *præb. relatum. in gloſſa, immo videtur,* &c. & *ſic accipitur hic.* Sed ex parte impetrantis eſt ambitio. j. e. *lib.* de *præb. quamuis.* in prin. & ideo reſtringenda, vt *eo. ti. ſi pluribus.* §. *j.* Archidiaconus.

d ¶*Certo.*] Executor *enim debet* eſſe certus, vt not. hæc littera. Habet enim *delegatam* iuriſdictionẽ, quod patet, quia ipſius materia in *illo titulo* ponitur. j. de of. del. ſi ſuper. ſicut de conſeruatore *dicimus* eo. ti. c. j. & vlt. Sed delegatus debet eſſe certus. ſ. e. ad hæc. ſicut & arbiter & tutor. ſ. de arb. innotuit, ff. de teſta. tute. l. tutor incertus. ergo & huiuſmodi executor; & propter hoc dixit, certo.

*¶Gl. ſeq. reſpondet per duas quæſtiones, ſcilicet, quid ſi non fuiſſet dictum de proxima? & quid, ſi proxima debetur alteri? vtranque ſoluit cum determinatione.*

e ¶ *Proxime.*] Hoc intelligitur, licet non exprimeretur. ff. de verb. oblig. l. eum qui calendis. niſi aliud diceretur in litteris expreſſe vel tacite: puta, quam duxerit acceptandam. j. de conceſ. præb. c. j. Et intelligitur hæc clauſula & præcedens, de præbenda nulli alij de iure debita: cum talis conceſſio ſine alterius pręiudicio fieri debeat. ſ. e. quamuis, hoc lib. & j. de pręben. cum in eccleſia. & c. ſi poſtquam. Hæc vera, niſi aliud diceretur: puta, quia haberet prærogatiuam, j. de conceſ. præb, ca. pen.

*Gl. ſeq. ſoluit contrarium, & remittit.*

f ¶*Prouideret.*] Non dixit, compelleret: & ita alius eſt caſus decretalis j. de conceſ. præb. ſi ſoli, De hac tamen materia diſtingue, & ſubdiſtingue, vt ibi plene dixi.

Additio. *Prouideret.*] Ergo erat prouiſor. de compulſore habetur j. e. lib. de conceſ. præb. ſi ſolj. Archid.

*¶Gloſſa ſequens obiicit obiectionem, impugnat, & remittit.*

g ¶ *Receptus.*] Videbatur ergo ſecundum communem lecturam illius decretalis, capitulum ſanctæ crucis, ſ. eod. titul. (quæ habebat, quòd illud verbum, prius, ibi poſitum eſſet aduerbium) quòd ille prius præſentatus debebat conſequi præbendam: ſed abſurdum erat, quòd iſte ſecundus præcurrendo læderet ius primi: vt hic, & j. de præb. eum cui. vbi de hoc.

h ¶*Non extitit.*] Ergo ſi prius erat alteri collata, ſecus. Quod intelligas

telligas verum, cum determinatione ſequentium: ſed hoc non haberet locum, ſi canonicatus prius ei collatus fuiſſet, vt j. de præb. eum cui. & c. ſi poſtquam.

a ¶ *Ante receptionem.*] & poſt præſentationem: vt bene procedat caſus, ſ. quod j. dicitur de notificatione, &c. & vt differat à ſequenti.

b ¶ *Præbenda.*] Tolle quod eſt j. affecta per proceſſum, &c.

¶ *Gl. ſeq. obiicit, & ſoluit.*

c ¶ *Notificauerat.*] Sed ad quid neceſſaria eſt notificatio, cum ſufficiat præſentatio, vt infra de conceſſ. præb. ſi capitulo? Solu. ſufficit præſentatio facta ei ad quem ſpectat collatio, vt ibi: ſed non executori, vt hic: & ideo dicitur ibi, capitulo ipſi factam.

†Not. ꝙ executor hʒ poteſtatē inhibendi & decernēdi nullū id qđ eēt fcm̄ contra ipſius ꝑceptū: de quo, đ teſta. c. Raynaldus. & đ præb. dilecto. Dom.

d ¶ *Præſertim.*] id eſt, maxime.

e ¶ *Decretum.*] Decretum ergo Papæ afficit etiam ignorantes. j. de conceſ. præb. c. 1.

f ¶ *Prædictis.*] ſcilicet, quando præbenda vacaret tempore receptionis, vel poſt: ſed primus iam erat receptus, licet ſecundo: vel quando primus nondum erat receptus, ſed executor ſaltem notificauerat. vel quando primus nondum præſentauerat, ſed in litteris eius erat decretum.

† Alias ita: ī ꝑdictis quoque caſib⁹.

debet. Idem quoque ſi ante receptionem [a] tuam in canonicum, vacauiſſet præbenda [b], per proceſſum tui executoris †, qui ei, ad quem præbendæ collatio pertinebat, notificauerat [c], quòd eam volebat per huiuſmodi poteſtatē conferre: aut interdixerat, ne conferret eandem, ſeu illam ſuæ reſeruauerat collationi, præſertim [d] cum interpoſitione decreti affecta, tunc enim tibi & non alteri debet prębenda huiuſmodi aſſignari. ¶ Quinimmo ſi ante receptionem & præſentatioem etiam tuam, præbenda vacauit: idem erit cenſendum, ſi in huiuſmodi gratia tibi facta, decretum [e] à nobis fuerat irritum & inane, quòd contra ipſam contingeret attentari. ¶ In† prædictis [f] itaque caſibus debes tu præbendam vacantem potius, quàm impetrator vltimus, obtinere: dum tamen dolus [g] tibi non poſſit, vel notabilis† negligentia [h] imputari.

g ¶ *Dolus.*] j. de renun. c. 2.

Additio. Hoc ſatis poteſt exemplificari per id, quod habetur j. eo. lib. de renun. ſi à te. Sed ibi fuit dolus alterius, non ipſius impetrantis. Archid.

h ¶ *Negligentia.*] j. de præben. ſi clericus.

† Vt ſi ꝑmittat conferri ſecūdo. Phi. aut ſi ñ acceptet intra terminū ſibi aſſignatū Dom. Font.

¶ Idem.

*¶ Si primo ſub conditione prouideri mandatur, & ſecundus pure impetrans, prius, quam veniat conditio, à Papa vel executore ſuo canonicatum obtineat: in aſſecutione præbendæ primo præfertur. Ioan. And.*

## CAP. XIII.

SI [i] † pro te alicui [k] directa fuerint ſcripta noſtra [l], vt tibi de canonicatu, & præbenda Eccleſiæ Biturenſis †, ſi ad id [m] accederet Epiſcopi [n] & Capituli Eccleſiæ prælibatæ aſſenſus [o], auctoritate [p] Apoſtolica prouideret: alter poſtmodum [q] impetrans, qui ex collatione Apoſtolicæ [r]

†Biterenſis.

SI *pro te.*] Non poteſt congrue diuidi, quia conſtructus pendet vſque ad finem textus: loco tamen diuiſionis poteſt ſic oſtendi quid faciat: Nam primo ponit gratiam conditionalem vnius: Secundo puram alterius: Tertio euentum conditionis & gratiæ: Quarto dubium diffinit. Secunda: ibi, *Alter.* Tertia; ibi, *Licet.* Quarta: ibi, *In præbenda.* Ioan. And.

¶ Præſupponitur primo effectus conditionis: videlicet, quia conditio ſuſpendit actum ſub ea celebratum vſq; in euentum conditionis; & tunc conditione adueniente incipit actus valere; nec trahitur retro à tempore conditionis: licet ſecus ſit in ratihabitione, quæ trahitur retro. l. licet, C. de iud. l. pe. ante ſi. C. ad Maced. & in regul. iuris, ratihabitionem, &c.

Casvs. Papa mandauit alicui executori, vt ipſe prouideret mihi de canonicatu eccleſiæ Pictauienſis, & etiam de prębenda, ſi qua vacaret: alioquin de proximo vacatura, cum iſta clauſula, Si capituli & epiſcopi conſenſus ad hoc acceſſiſſet: Poſtea obtinuiſti à ſede Apoſtolica gratiam, per quam mandabatur, vt tibi prouideretur de prębenda, ſi qua vacaret, aliàs de præbenda proximo vacatura: Antequam accederet conſenſus Capituli & Epiſcopi, fuiſti receptus; poſtea obtinui conſenſum capituli & Epiſcopi, & ſimiliter fui receptus, ſed poſt tuam receptionem: poſtea vacauit præbenda: quæritur, quis noſtrum erit potior? Reſpondet Romanus Pontifex, quòd tu es potior: quia licet impetraui primo gratiam: tamen reuera non ſum prior in impetratione: quia fuit mihi facta gratia ſub conditione, quæ non trahit effectum retro: quia impetratio mea erat conditionalis, & iamque fueras receptus ante euentum conditionis: ideoque tu es potior, & per conſequens præbenda tibi debetur, & non mihi. No. primo, ꝙ Papa non ſolum poteſt facere gratiam puram ſine conditione: ſed etiam poteſt facere gratiam conditionalem, videlicet, vt prouideatur alicui de beneficio, ſi conditio talis eueniat: & effectus gratiæ ſuſpenditur vſque in euentum conditionis; Et ſi pendente conditione alius impetret gratiam, & poſtea conditio euenerit, ſecundus præfertur; quia primus non cenſetur impetraſſe gratiam, niſi demum conditione adueniente: ideo ſecundo impetranti debetur præbenda, & non primo.

¶ *Prima gloſſa ſummat.*

i ¶ *Si.*] Primo ſub conditione prouideri mandatur, & ſecundus pure impetrans, priuſquam veniat conditio, à Papa vel executore ſuo canonicatum obtineat: in aſſecutione præbendæ primo præfertur. hoc dicit.

¶ *Gl. ſeq. ſoluit quæſtionem.*

k ¶ *Alicui.*] executori. Et eadem ratione idem credo, ſi ſcriptum fuiſſet ipſi capitulo, vt poſſent, ſi vellent, Apoſtolica auctoritate recipere aliquem in canonicum & fratrem, vt ſ. e. cum aliquibus. quia omne ius impetrantis fertur ad diem conditionis: ſecundus igitur primo canonicatum obtinuit, præferri ergo debet. j. c. ꝓx.

¶ *Gloſ. ſeq. recitetur per quæſtionem, & ſolutionem.*

l ¶ *Scripta noſtra.*] Per huius tenoris vel ſimilis ſcripta, eccleſiam non puto grauatam, ita, ꝙ locum habeat decretalis, ſ. e. litteris. & c. mandatum. & c. abbatem. & j. ca. proxim. in ſi. Ratio: quia per hoc mandatum non grauantur: ſed eorum voluntati relinquuntur: & aliud eſt permittere, & aliud præcipere. 3. diſtin. omnis autem lex. 14. q. 1. ca. ſi. §. quod præcipitur. ſ. de arbitr. cum olim. ff. mand. l. 2. in ſi.

†Vide cōci. Trident. ſeſ. 24. de refor. c. 19. vbi mādata de ꝓuidendo auferuntur.

¶ *Gl. ſeq. obiicit, & ſoluit.*

m ¶ *Si ad id.*] conditio fuit, & ad eius cōditionis tempus mandatum refertur & decretū: ſi quod ibi erat inſertum, vt in cle. de conceſ. prræb. cum ei quem. 1. reſp. & eſt ſim. ſ. de app. præterea. de vo. & vo. red. licet. ver. ſciturus. & de cond. ap. ſup eo. Inſt. de ver. ob. §. ex conditionali. & ff. qui po. in pig. hab. l. potior. 1. reſp. licet ſit contra. ea, l. 2. reſp. & ff. de peric. & com. rei vend, quòd ſi pendente. vbi dies conditionis trahitur ad diem obligationis. ſed ibi non erat in poteſtate contrahentis primo ſub conditione, contractum conditionalem facere: poſtea pure contrahendo, reuocare: ſed hic ſecus, quia in poteſtate Papæ concedentis erat conditionalem gratiam facere, & etiam in totum tollere ſi voluiſſet. j. de conceſ. præb. c. pe. & vlt.

n ¶ *Epiſcopi & capituli.*] ad quos de iure communi pertinet canonicorum receptio. de conceſ. præb. poſtulaſti. de his quæ ſi. à præl. nouit. & c. quanto. de elect. cum eccleſia. & ibi de hoc: & tunc debēt abſentes canonici vocari, qui ſunt in loco: vnde ad electionem epiſcopi forent vocandi. j. de præb. cum in eccleſiis. niſi eſſet conſuetudo in contrarium, vt ibi. De conſuetudine autem vel priuilegio interdū pertinet ad alterum tantum prędicta receptio: vt j. ne ſe. vac. c. vno. de reg. c. vlt. & intelligo conſentire capitulum, ſi conſentit maior ipſius pars in hoc caſu. arg. j. c. prox. cum ſuis concor.

¶ *Gl. ſeq. quærit. arg. pro, contrarium ſoluit: & arg. reſpondet.*

o ¶ *Aſſenſus.*] Pone, mortuus eſt epiſcopus, vel impeditus ita, ꝙ conſentire non poteſt, & canonici cum eo: nunquid executor ſtatim poterit conferre? videtur ꝙ ſic. ar. j. ne ſe. vac. c. vno. in ſi. ad hoc ſ. eo. ſi gratioſe. Sed contrarium credo. Hic enim ſub certa forma tradita eſt executori poteſtas, quam tranſgredi non poterit. j. de præb. cui de non. in ſi. & ſub conditione: qua nō exiſtente, ſed pendente, ceſſat ipſius poteſtas. Et aliud eſt cōſilium teneri 1 requirere, vt ibi: & aliud aſſenſum, vt hic. & facit ſ. de arb. cum olim. & decret. ne ſe. vac. loquitur in caſu illo, cum ad illum pertinet electio, quam facere habet cum conſilio epiſcopi; hic autem non pertinet prouiſio niſi à die conditionis. Item ibi loquitur de beneficio iam vacante, vbi periculum eſt in mora, vt ibi: hic autem nullum periculum.

1 de hoc art. pleniſſime Albertinus tract. de agnoſ. aſſer. q. 26. add c. cū in veteri. & ibi Anto. de Bu. ext. đ el.

Additio. Adde quod dixi ſ. de conſt. ex parte. in ſi. Ioan. And.

p ¶ *Auctoritate Apoſtolica.*] Præfertur ergo omnibus prius receptis auctoritate inferiorum. j. de præben. hi qui.

q ¶ *Poſtmodum.*] Vnde poſterior videbatur in iure, ſicut fuit in tempore. j. de reg. iu. qui prior. cum ſuis concor. Quod non eſt verum, vt ratio j. patebit.

r ¶ *Apoſtolicæ ſedis.*] bene dicit, quia ſecus de inferioribus; quia ſi auctoritate alterius inferioris receptus eſſet, præferretur iſte etiam poſt receptus auctoritate Papæ. j. de præb. hi qui; & ſic prodeſt ſcire quod dicitur ſ. eo. cum aliquibus.

a ¶ *Prouiſione.*] quia datus erat ad prouidendum : ſecus, ſi ad compellendum tantum : quia tunc prouidere non poſſet.j.de conceſ.præb.ſi ſoli.

b ¶ *Accederet.*] Ergo ſi prius fuiſſet præſtitus conſenſus, eſſet ſecus, ſumpto argum.à contrario huius litteræ j.c.prox. nam tunc nõ haberet locum quod j.ſeqtur. ſed ſi caſus accideret, vbi nõ poſſet habere cõſenſum prædictorum : nullam. haberet ꝓpter hoc poteſtatem prouidendi, vnde hoc ſibi mãdetur ſub certa forma duntaxat: ad hoc j.e.li.de præben.cui de no.cum ſi.Sed arg.contra.j. e.lib.ne ſed.vac.c.j. Dic quòd non tangit caſum iſtũ:nam ibi in ordinario loquitur. Archid.

¶ *Gloſ.ſeq.quærit,& ſoluit.*

c ¶ *Faciendam.*] quid ſi poſt conſenſum habitum impetraſſet? tunc ſecus, ad hoc ſ.c.proximo,in princip.

d ¶ *Tu.*] primo impetrans.

e ¶ *Prædictorum.*] epiſcopi &capituli.

f ¶ *Vacante.*] quandocunque.

¶ *Gl.iſta fortificat.*

g ¶ *Merito.*]quia licet ille poſterior fuerit in impetratione, tamen fuit prior in iure 1.Mandatum enim conditionale, ante conditionem exiſtentem conſenſum non habet,ſicut nec matrimonium conditionale:vnde nec ex ipſo oritur publicæ honeſtatis iuſtitia.j.de ſpon.c.1.in fi.

†Meminiſſe ſp op; eorũ q̃ ſãciuit cõcil.Trident. ſeſ.24. de reform.c.19.

1 q habuit añ aliqđ ius primo crea tũ, &iõ potior. ſ.e. q̃uis. l3 ſpẽs eſſet debitũ iri. Io.And.

ſedis, vel executoris ſuper hoc deputati prouiſione [a], prius quàm Epiſcopi & capituli prædictorum aſſenſus ad prouiſionem tibi accederet [b]. faciendam [c], canonicatum obtinuit Bituren.licet tu [d] interueniente poſtea prædictorum [e] aſſenſu, dicti prioris mandati auctoritate,in canonicum ipſius eccleſiæ ſis receptus,in præbenda vacante [f] ſibi merito [g] antefertur.

¶ Idem.

*¶ Hæc eſt ſolemnis Decretalis,& per Ioan. And.ſubtiliter gloſſata:et poteſt ſic ſecundum cum ſummari: Si inter duos impetrantes non apparet prioritas.hæc Decretalis duo membra diſtinguit, & in ſecundo ſubdiſtinguit. Et partes patent,ſecundum Ioann.Andr.licet gloſſa prima latius ſummet.*

## CAP. XIIII.

DVobus [h] † ſuper [i] prouiſione ſimili [k] ſibi facienda in eadem [l] Eccleſia, litteras à nobis [m] obtinentibus vna die, certis eis executoribus deputatis,ſi non appareat [n], quis primo [o] impetrauerit [p] ex eiſdem: is eorum, cui [q] canonicatum contulimus,eſt in præbenda [r] præferendus alteri,qui à nobis canonicatum non extitit aſſecutus : licet prius quam alius, eis,ad quos ſpectat [s] canonicorum receptio, & collatio præbendarum, ſuas præſentauerit litteras,& ab eis in canonicum ſit receptus [t]. ¶Si vero neutri eorum , vel vtrique canonicatum contulimus:tunc (ex quo in gratia ſunt æquales ) is , qui primo [u] præſentauerit,crit potior [x] in præbenda. ¶Quòd ſi forſan ambo ſimul in præſentando concurrant [y] hi,ad quos (vt præmittitur ) ſpectat [z] canonicorum receptio & col-

DVobus.] Casvs. Vidimus ſupra, in duobus cap.præcedentibus, quòd ſi ſint duo vel plures expectantes in eadem eccleſia,qui habent ſimiles gratias, ita quòd in vna gratia non ſunt prærogatiuæ magis quàm in alia,quòd habet locum cum illa regula,Qui prior eſt tempore,potior eſt iure.Sed ponamus,quòd gratiæ ſunt eiuſdem datæ : nunc vacat præbenda, quæritur cui debeatur? Reſpondet cum diſtinctione, quia vel Papa vni iſtorum contulit ſolum ius canoniæ, & mandauit vt de facto inſtallaretur,& præbenda ei conferretur:alteri autem non contulit ius canoniç,ſed mandauit canonicis, vt ei conferrent canonicatum:ita quòd iſte non receperat canonicatum à Papa,ſed erat recepturus à canonicis:tunc alter qui recepit canonicatum à Papa , eſt præferendus iſti : Et hoc verum,niſi conſtaret,quòd vna expectatiua eſſet prior altera, licet ſint eiuſdem datæ:puta,ſi in vna expectatiua dicatur,Datum Romæ hora tertia : & in alia dicatur,Datum Romæ hora veſperarum:tunc ſi conſtaret de prioritate impetrationis,certe prior eſſet præferẽdus.Sed quid,ponamus ꝙ Papa contulit ambobus ius canoniç,vel neutri contulit canonicatum:quæritur, quis eſt præferendus ? Reſpondet, quòd ille, qui primo præſentauerit litteras,eſt alteri præferendus. Sed quid erit ſi ſimul pręſentauerunt litteras ſuas?Reſpondet,quòd eſt in optione canonicorum eligere quem voluerint. Ponamus,quòd canonici vnum elegerunt,& ei contulerunt prębendam,quid de alio?vtrum illius gratia erit vacua,& ſine effectu? Reſpondet, quòd ſic, niſi in gratia fuerit appoſita clauſula, Non obſtante quòd pro aliis ſcripſerimus:& Papa intendit prouidere ambobus : quia in dubiis Papa non videtur grauare vnam eccleſiam pluribus gratiis : immo ſi ſcripſerit pro vno,aliæ gratiæ cenſentur ſurreptitiæ:c.mandatum.eod.tit.in antiq. Quia ius commune præſumit , quòd ſi Papa fuiſſet informatus, quòd talem eccleſiam grauaſſet vna gratia,illam non grauaſſet alia gratia : niſi appoſuerit clauſulam,Non obſtante quod pro aliis ſcripſerimus.

¶ *Gl.ſeq.primo ſummat,ſecundo arguit ad quæſtionem.*

h ¶ *Duobus.*] Si ex duobus impetrantibus ſuper ſimili prouiſione,non apparet qs primo:ſi ſolum alteri collatus eſt canonicatus à Papa , ille præfertur alteri etiam prius præſentanti, & primo recepto.Si autem vtrique vel neutri eſt collatus,aut alter in præſentando præuenit,aut ambo concurrunt : ſi alter præuenit , ille præfertur:ſi ambo concurrunt , ille vel illi vel ipſorum maior pars, ad quos collatio & receptio ſpectat, alterum tenentur eligere,& ille ſolus admittetur vel alteri præferetur,niſi Papa vtrique voluerit prouideri. Et facit decret. iſta in argu. ad quæſtionem de his , qui producunt duo teſtamenta,& non apparet quod ſit primum:&vterque inſolidum ſe dicit hæredem,& in poſſeſſionem mittendum:quæ quæſtio notatur C.de edict. di.Adr.tol.l.edicto. in gloſſa illa mitti. Ioan.Andr.

i ¶ *Duobus ſuper.*] Idem , ſi tribus vel pluribus , cum eadem ratio ſit vtrobique.

Additio. Archid. dicit illud ſimile in textu prox.ſeq. non eſſe ponẽdum:quia fuit correctum.

k ¶ *Simili.*] quia vterque impetrauit ſibi prouideri de canonicatu & præbenda integra. Si autem impetratio eſſet diſſimilis : puta,quia vnus impetraret ſuper dignitate,alter ſuper canonicatu : vel vnus ad præbendam integram,alter ad dimidiam:tunc quod dicitur hic, locum non haberet:quia ſi vacat integra, dabitur ei,qui integrã:ſi dimidia,ei qui dimidiam impetrauit: nec aliud fieri poteſt. j.de præbẽ.cui de non.vel pone diſſimile,vt ſ.c.prox.

l ¶ *In eadem eccleſia.*] quia de diuerſis non eſſet quæſtio.

m ¶ *A nobis.*] Si autem vnus à Papa , alter ab ordinario:tene quod habes.j.de præb.ſi à ſede Apoſtolica.

¶ *Gl.ſeq.recitetur per quæſtionem.*

n ¶ *Si non appareat.* 2]Sic j.de præb.ſi à ſede.& dico apparere poſſe p ipſas litteras:puta,ſi diceretur ĩ eis,Data die tali ante tertiam:in aliis diceretur, Poſt veſperas:ſed hoc nõ eſt in vſu. Põt etiam apparere per teſtes,per quos probare poterit ſuam petitionem primo eadem die lectam &admiſſam per Papam: vel per confeſſionem 3 partis alterius poterit apparere:& facit ſ.de reſt.ſpol.cum ad ſedem.& j.de confeſ.c.1.

2 Gl.placet Docto.

3 Vult ꝙ aduerſarij cõfeſſio adiuuet dubiam ꝓbõem ſup bñficiali titulo:q̃uis ſola,eũ ñ plene ꝓbet. ſimiliter vbi q̃ritur đ prioritate mr̃imonij carnalis, aduerſarij cõfeſſio multum facit. Quod not. forſan ſimilis gl. ñ repitur alibi.Phil.Fõt.

o ¶ *Quis primo.*] quia ſi de hoc appareret ei, primo deberetur. ſ.e.tibi.j.de præben.eum cui,& c.ſi poſtquam.

p ¶ *Impetrauerit.*]Nam tunc illi deberetur.ſ.e.tibi.j.eo.lib.de pręben.eum cui.& c.ſi poſtquam.Et hoc videtur corroborare antiquam opi.quæ habet in litteris beneficialibus inſpici tempus datæ,non tempus præſentationis. Ad idem ſ.eo.mandatum. vbi dicit, non ſcripſimus.vbi hoc approbat Hoſtien. Ad idem ſ.de off.deleg.ex parte.2.iuxta fi.Archid.

q ¶ *Cui.*] ſoli:vt infra ſequitur.

r ¶ *In præbenda.*] tunc vel poſtea vacante.

s ¶ *Spectat.*] de communi vel ſpeciali iure.vt ſ.dixi.c.prox.

t ¶ *Receptus.*] Non ergo in hoc caſu inſpicitur præſentatio vel receptio.ſ.e.tibi.Et ſubaudi hic,& alter omnino careat impetratis,niſi,&c.vt in fi.& ita ſubaudias etiam in verſ.ſeq.

u ¶ *Primo præſentauerit.*] Nota ergo caſum in quo,ſc.cæteris paribus ſtatur hodie præſentationi in litteris ad beneficia: concordat in litteris de iuſtitia.ſ.de app.vt debitus.

Additio. Ioannes Mo.alle.C.qui pot.in pig.l.2.& ff.de proc. l.pluribus.C.de iu.deli.l.ſcimus.§,& ſi præfatam.

x ¶ *Potior.*] Subaudi & alius carebit penitus impetratis:vt ſatis colligitur j.ver.prox.vbi de contraria voluntate Papæ conſtat euidenter:vt ibi dicitur in fi.Archid.

¶ *Gl.ſeq.arguit ad duas quæſtiones.*

y ¶ *Concurrant.*] Nota quia primo inſpicitur inæqualitas in data , demum in præſentatione : ſed ſi omnia ſunt paria,tunc locus eſt gratificationi:& facit pro opin. Goffr.no. ſ.de Iudæ, c.1.& concor.ad hoc ff.loca.in naue.in fi.ff.ad Sillan,ſi quis in graui.§.cum omnes.ſ.de iu.patr.cum autem.in fi. Et not.pro ſoc. R.Goff.& Bern,not,in d.decret.cum autem.ſcilicet,quòd tunc demum locus eſt gratificationi , quando quis ſit in iure potior,dubitatur.

Additio. Ioan.Monac.alleg.ff.de reli.& ſump.fun.l.fi.Arch. alle.no.de elect.eccleſia.2.in fi.vlt.gl.Ioan.Andr.

z ¶ *Spectat.*] expone,vt ſupra.

a ¶ Collat

a ¶ *Collatio præbendarum.*] ad quam vocandi ſunt abſentes: quod dic vt j. de præb.cum in eccleſiis.

b ¶*Maior pars.*]Videtur enim à toto capitulo factum, quod fit à maiori parte.56.diſt.Apoſtolica. in gl.j.de elec.cum inter canonicos.in prin.in gl. j.de his quæ fi.à ma.par.ca.c.1.ff.ad munic.quod maior.

latio [a] præbendarum, vel eorum maior [b] pars, ex eis alterũ, quem voluerint [c], eligere [d] teneantur [e], quo electo alius omnino [f] careat impetratis: niſi ex tenore litterarum ipſius [g] expreſſe [h] appareat, quòd vtrique [i] ipſorum voluerimus [k] prouidere.

c ¶*Voluerint.*] datur ergo eis optio.

¶ *Gloſſ.ſeq.recitetur per quæſtionem.*

d ¶ *Eligere.*] Nec in ipſius electi præiudicium poterunt poſtea variare: ad hoc, de elect.publicato.1.de poſtu.prælat. c.vno.in fi.& j. de regu.iu. mutare. cum ſuis concor.& probatur hoc ſatis per litteram, quæ ſtatim ſequitur:& facit ad id, quod dixi s.e.gratia.Io.Andr.

¶ *Gloſ.ſeq.quærit,& ſoluit.*

¶Idem.

¶ *Omnes indulgentiæ conceſſæ à Bonifacio, vel ſuis prædeceſſoribus, clericis de percipiendis perpetuo fructibus ſuorum beneficiorum in abſentia, ſunt reuocatæ. Et profitetur Papa, ſe illas in poſterum non daturum.Ioan.And.*

e ¶ *Teneantur.* ]No. tenentur alterum eligere de neceſſitate, ſed non certum: vnde non datur eis optio, vt eligant vel non eligant, ſed vt alterum eligant. Sed pone, nolunt eligere, vel pari numero diſcordant in eligendo: quid erit? 1 Credo agendum coram ſuperiore, vt eos ad eligendum compellat infra certum tempus, vel ad concordandum: quod ſi non fecerint, credo quòd ſuperior ipſe poſſit eligere: ad hoc 11.q.3.cum ſimus.in gl.3.de ſupp. neglig. prælat. per totum.j. tit. prox.c.vlt.j.de reſt.ſpol.frequens.j.de præb.ſi tibi.& j.de elect.quàm ſit.ff.de le.1.huiuſmodi.§.ſi.C. de inge.ma.diffamari.cum ſi.& s.de iu.patr.nullus.cum ſi.Sicut igitur ad ſuperiorem per lapſum temporis, deuoluitur poteſtas eligendi.de conceſſ.præb.c.2. ita ex eorum negligentia puto quòd hic deuoluatur poteſtas præeligendi; de qua hic loquitur.

1 Dicit Arc. cõpellẽtur offõ executorũ.Io.Mona.dt, ꝙ cõpellentur à iudice, vterque all.l.huiuſmodi. & decr. null[9]. inferius all. Ioan.Andr.

f ¶ *Omnino.*] Vt nec præbenda illa, nec ſequens, nec canonicatus etiam ei debeatur.

g ¶ *Ipſius.*] non electi.

¶ *Gl.ſeq. primo exemplificat, ſecundo allegat tres concordantias, tertio ponit tres opiniones: quarum ſecundam dicit hic approbatam, vltimam impugnat,& impugnationi reſpondet.*

h ¶ *Expreſſe.*] quia in ipſis litteris appoſita erat clauſula, Non obſtante ſi pro alio ſcripſerimus, qui huiuſmodi gratiam,&c. vel, Non obſtante, ſi per nos fuerit eccleſia veſtra grauata.vel ſimili clauſula 2.Et no.quòd dicit, Expreſſe.& eſt ſi.s.e.cum aliquibus.& c.ſuſceptum.& j. de præb.ſi motu.Per hũc autem text.approbatam dico opi.Ber.no.s.e.ti.mandatum. & etiam reprobatur opi.Goffr.in ſumma huius tit.ante med. & Inn.& Comp.s.e.capitulum.qui dixerunt, quòd licet eccleſia grauata fuerit in receptione primi, nihilominus tenetur ſecundum recipere: niſi in litteris cõtineretur, Niſi pro alio,&c. Sed Ber. contra, dicens, quòd ſecundum recipere non teneretur: quia in litteris intelligitur prædicta clauſula, Niſi pro alio,&c. Et hoc verum, niſi in ipſis litteris diceretur, Non obſtante ſi pro alio,&c. Et hanc opi,Ber. approbat ſtylus Curiæ,& finis iſtius decr. 3 Hoſt.diſtinguebat, an primus receptus eſſet ſub expectatione præbendæ necne: In primo caſu non valerent litteræ pro ſecundo ſine clauſula, Non obſtante.in ſecundo, ſic.& ita no.in decre.mandatum.e.tit.contra quam opin.facit ipſa decret.mandatum, ſed ibi erat clauſula, Si pro alio.

2 Puta, ñ ob. ſi aliqui auctoritate noſtra in canonicos ſint recepti, vel vt recipiantur inſiſtãt. ꝗ etiã eſt in vſu.Io.An.

3 De hoc ſecundæ litteræ ñ valent, niſi meminerint primarũ.Pe.de Anc.Font,

i ¶ *Vtrique.*] electo & non electo.

Additio. Ex quo enim per clauſulam, Non obſtante, quam habet ſecundus, apparet, quòd Papa grauare voluit eccleſiam de duobus, concluditur, quòd vtrique voluerit prouideri.Vel, quia voluit poſt illum iſti prouideri: ergo vtrique.Ioan.Andr.

k ¶ *Voluerimus.*] ſtatur enim tunc voluntati.s.e.ſuſceptum.

Q*Via.*]Primo ponit cauſam impulſiuam & finalem huius conſtitutionis.Secunda: ibi, *Nos volentes.* Statuit primo de præteritis: ſecundo de futuris.ibi, *Et earum.*

¶ Iſtud cap.eſt modicæ vtilitatis: quia ſolum ponit reuocationem gratiarum, quæ fuerant factæ à Bonifacio.

Casvs. Nonnulli à ſede Apoſtolica impetrauerunt diſpenſationem vt quandiu eſſent in ſcholis, non tenerentur ad reſidentiam faciendam in ſuis beneficiis, nec tenerentur petere licentiam à ſuo diœceſano: ſed acciperent fructus ſuorum beneficiorum, etiam præbendarum, exceptis quotidianis diſtri. tionibus. Alij clerici impetrauerunt diſpenſationes, quę erant cauſa magnę vagationis,& inducebant clericos ad vagãdum, & plures erant vagabundi & diſſoluti: Vnde Papa reuocauit illas diſpenſationes, quæ inducebant materiam vagandi & diſſolutionis. Et iſtud c.ſeruit in gl.pe.in proœ.Decretal.ad docendum, quòd quando aliqua diſpenſatio ſiue gratia, præbet materiam diſſolutionis, vel eſt occaſio mali, ſuperior debet illam reuocare: tamen non ponit ius commune.

¶ *Gl.prima ſummat,& dicit vnde ſupra.*

l ¶ *Quia.*] Omnes indulgentiæ conceſſæ à Bonifacio, vel ſuis prædeceſſorib. clericis, de percipiendis perpetuo fructibus ſuorum beneficiorum in abſentia ſunt reuocatæ: & profitetur Papa ſe illas in poſterum non daturum. Et potuit ortum habuiſſe à decretali s.de cle.non reſid.cum ad hoc.

## CAP. XV.

QVia [l] † per ambitioſam importunitatem [m] petentium, tam nos, quàm nonnulli prædeceſſores noſtri Romani Pontifices, indulgentias perpetuas [n] multis [o] conceſſimus de percipiendis fructib[9] [p] beneficiorum [q] ſuorum, diſtributionibus [r] quotidianis dũtaxat exceptis [s], ſiue in ſcholis [t] eſſent, ſiue in eccleſiarum ſuarũ altera [u] reſiderent, aut in Romana [x] curia moram traherẽt,

†Vide cõci. Tridẽt. ſeſ.5 de refor. c.1 in fin. adde Horat.Luc. tract. de priuileg.ſchol. priuil.98.

m ¶ *Importunitatem.*]propter quam Princeps ſæpe non concedenda concedit, vt hic vides. C. de pet.bon.ſubl.l.1. lib.x. s.de pur.can. cum in iuuentute. in prin.j.de rel.do. c.1.j.de conceſ.præ.deteſtanda.& ideo locum habet ipſorum reuocatio: vt hic.& 35.q.9.ſententiam.de re iud.cum olim. Et not.quòd dixit, ambitioſam: quia eſt importunitas ambitioſa, vt hic: vt cum petitur, quod tendit ad noxam. Eſt & non ambitioſa: vt cum importune petitur quod eſt precibus impetrandum: de pœ.diſt.1.importuna.100.diſt.c.pallium.j.de appel.c.ab eo.cum ſi.

¶*Gl.ſeq.exponit perpetuum,& infert è contrario: ſecundo quærit: opinionem ponit, cuius contrarium ſoluit.*

n ¶ *Perpetuas.*] i. donec vixerint: ſic j.de ca.mo.c.1.ff.pro ſol.l.1.& facit, quod dixi s.e.ſi gratioſe. temporales ergo, puta vſq; ad quinquennium vel ſimile tempus, reuocatæ non ſunt: facit ff.com.di.l.in hoc iudicium.§.ſi conueniat.& quod ibi no.Sed quid dices, ſi conceſſa fuit indulgentia, quę poſſet eſſe perpetua? puta donec erit in ſeruitio talis principis, vel ſimilis? Dicunt quidam, talem indulgẽtiam non reuocatam: quia quod expreſſe non mutatur,&c.C.de app.præcipimus. ſed contrarium credo 4,& puto hic caſum.Nonne ſi habeo indulgẽtiam donec in ſcholis fuero; dicitur hic perpetua? & ſufficit, quod indulgentia poſſit eſſe perpetua.ff.de condit.indeb.ſufficit.& quod no.de ſo.c.vlt.in gl.j.in fi.Ioan.And.

4 Idẽ Phil. & not.ꝙoĩs gr̃a, cui[9] termin[9] eſt incertus, p̃t dici ꝑpetua. c. ſi gratioſe. s.l.iuriſperitos. ff.ď excuſ.tu. in prin.Fonta.

o ¶ *Multis.*] reuocari ergo debebat: quia tendebat ad noxam. s.de deci.ex multiplici.& c.ſuggeſtum.& facit ad hunc caſum s.de cler.non reſid.cum ad hoc ſint.Ioan.Andr.

p ¶*Fructibus.*]qui de iure communi tm̃ reſidentib.dari debent. s.de cle.nõ reſi.per totum.de conſuetudine tamen poteſt induci contrarium, vel de ſpeciali ſtatuto.s.de conſt.cũ omnes.

q ¶*Beneficiorum ſuorum.*]Prætextu huius indulgẽtię, quæ ambitioſa eſt, fructus ſolum iſtorum beneficiorum, quæ canonice obtinent, poterunt percipere.s.e.ſi gratioſe.§.vlt.

r ¶ *Diſtributionibus.*] quæ interdum manualia beneficia, interdum victualia nuncupatur: de cler.non reſi.de cætero. j.e.lib.& ti. c.vno.& s.de præb.licet.Ioan.And.

s ¶ *Exceptis.*] iſta non dantur etiam ſtudentibus in theologia. s.de pręben.licet.nec his, qui ſunt in ſeruitio epiſcopi vel domini Papæ: de cler.non reſi. de cætero.& c.cum dilectus.vt ibi no.nec debent hæ diſtributiones dari etiam præſentibus, qui diuinis non interſunt officiis, nec valet conſuetudo in contrarium: & qui percipiunt, ad reſtitutionem tenentur. j.de cler. non reſid. c.vno.

¶ *Gl.ſeq.commẽdat licentiam ad ſtudium, et tractat à quo detur.*

t ¶*In ſcholis eſſent.*]vt legendi & proficiendi eis opportunitas concedatur in honorem & augmentum vniuerſalis eccleſiæ, quę viris litteratis permaxime noſcitur indigere.s.de magiſt. c.1.& per totum.& j.de ele.cum ex eo.& non ſolum Papa, ſed etiam inferiores prælati dant clerico licentiam ſe ob has cauſas abſentandi:& hoc videtur Ber. intelligere de epiſcopis: vt no.de cle.non reſi.inter quatuor. Inn.& Hoſt.intelligunt hoc etiam de inferioribus prælatis, per decret.eo.tit.relatum.ibi, prælatorum ſuorum 5,&c.Diſpenſationem autem, de qua loquitur decret, de elect. cum ex eo.dico, quòd ſoli epiſcopi,& ipſorum ſuperiores facere poſſunt, cum de eis ſolis caueatur ibidem:& ibi dicam.

5 Tene qđ dicã j. de ele. licet canõ. ſup glo. pe. Ioan. Andr.

u ¶ *Altera.*] cum eas obtinent ex diſpenſatione: vel ſunt tales eccleſiæ, quæ ſimul poſſunt de iure teneri: quod dic, vt dixi.s. eod.gratia.Ioan.And.

x ¶ *Romana curia.*] quæ hodie habet priuilegia ſtudij, vt j.de priuil.c.2.per quam decre.etiam videtur, ꝙ hi, qui ſunt in ſtudio, de iure cõi poſſent percipere fructus ſuorum beneficiorum, quod nõ eſt verum: ſed illud intellige, vt ibi dicã.Io.And.

a ¶ Alio

ſeu† alio [a] certo loco, vel etiam vbicunque [b] : ex quo inſolentiæ oriuntur vagandi [c], & diſſolutionis [d] præparatur materia, minuitur cultus diuinus, quem deſideramus augeri [e]; & officium plerumque (propter quod beneficium Eccleſiaſticū datur [f]) omittitur. ¶Nos volentes emendare [g] prętérita, &quantum [h] poſſumus, aduerſus futura cauere [i]: omnes huiuſmodi & ſimiles indulgentias [k] perſonis, non eccleſiis [l] vel dignitatibus [m] datas, penitus reuocamus: & earum [n] conceſſionem noſtris volumus exulare temporibus [o]. Quodq; nobis licere non patimur, noſtris ſucceſſorib. indicamus [p].

†in cod. Barbatiæ ita, ſeu alio ē certo loco, vel vbicūq;, ex quo inſolētiæ oriuntur vagandi, &c.

## TITVLVS IIII.

## De conſuetudine.

¶Bonifacius octauus.

*¶Prætextu conſuetudinis etiam iuratæ, vel quantocunque tempore obſeruatæ, non poteſt quis niſi vnicum perſonatum, dignitatem, vel aliud perpetuum officium ſimul cum canonia & præbenda, in aliqua eccleſia abſque diſpenſatione ſedis Apoſtolicæ obtinere, vel iam obtēta tenere, & contra præſumptum irritū eſt omnino, Io. An.*

### CAP. I.

Conſuetudinē [q] † quā in veſtra eccleſia ſeruatam aſſeritis tanto tēpore, quòd in con-

† Viđ cōcil. Trident. ſeſ. 7. đ reform, ca. 2. & 4. & ſeſ. 24. de reform. c. 17.

a¶*Alio certo loco.*]puta, quia in indulgentia dicitur, quòd perpetuo, (donec in domicilio ſuo habitauerint) fructus percipere poſſint.

b¶*Vbicunque.*]quia ſic generaliter ſe habet indulgētia, Io. An.

c¶*Vagandi.*]quod facere non debent clerici. 46. diſt. clericum, nam & per horam ab eccleſia non debent abeſſe, vt 92. diſt. c. vlt.

d ¶ *Diſſolutionis.*] quæ moribus & habitu eſt in clericis amputanda. 34. diſt. qui epiſcopus. & c. ſeq. 21. q. 4. c. per totum. de vita & hon. cler. clerici. & j̃. de præb. cum ſingula.

e¶*Augeri.*]ſ̃. de conſti. c. pen.

f¶*Datur.*]vnde priuatus officio, & beneficio priuatus intelligitur: cum ſit eius ſequela. 81. diſt. eos. & c. ſi quis ſacerdotum. 32. diſt. præter hoc. & ibi de hoc, & ſ̃. de cle. exc. mi. latores. de ap. paſtoralis. cū ſi. Io. An.

Additio. Plenius in cle. cupientes, de pœ. ad fi, mag. gl.

g ¶*Emendare præterita.*]35. q. 9. ſententiam. de re iu, cum olim. §. nos igitur. 22. q. 4. magnæ. de ap. cum ceſſante. de ſen. exc. ſacro. §. fi. & in auth. de nup. circa prin. col. j. ibi Imperator. Non erubeſcimus, ſi quid melius horum, quæ prius ipſi diximus, ad inueniamus, competentem prioribus imponere correctionē, ne ab aliis corrigi expectemus. Ad idem de accuſat. qualiter & quando. j.

h¶*Quantum poſſumus.*]ſim. ſ̃. in procœmio huius libri.

i¶*Cauere.*]Nota futura præcauenda. 23. diſt. in nomine Domini. §. j. in gl. futuris. de proc. c. j. de ſer. ñ or. c. j. & exempla pręſentia, &c. 82. diſt. plurimos. ff. loc. ſi quis domum. §. j. Ioan. An.

k ¶ *Indulgentias.*] perpetuas ſcilicet: nam de his ſupra dixerat.

l ¶ *Eccleſiis.* 1 ] iuſte innuit indulgentias eccleſiis conceſſas non reuocari. 25. q. 2. c. 7. & per tot. ſed intellige hoc, vt e. q. ca. poſtea. §. his ita. & §. vlt. Archid.

1Not. hic aliqđ cōcedi eccleſiæ, qđ pſonæ ñ cōceditur: tñ redūdat ī pſonæ vtilitatē. Aliud exēplū, Non conceditur immunitas malefactori b[9]. l. ita vulnerat[9]. ad l. Aq. ſ; cōceditur eccleſię, q[d] venit in vtilitatē malefcōrū. facit l. ciuitatib. đ le. j. Pet. de Anc. Font.

m ¶*Vel dignitatibus.*] ſi ergo dignitati vel eccleſiæ datum eſſet tale priuilegium, per hanc decr. reuocatum non eſt: & potuit eſſe ratio, quia non tantus fauor perſonis debetur ſicut dignitatibus vel eccleſiis. de ele. cum nobis olim. in fi. cum ſi. & j̃. de priuil. ne aliqui.

n ¶ *Et earum.*] Prouidit hucuſque circa præterita, nunc cauet circa futura.

¶*Gl. ſeq. quærit, & ſoluit.*

o ¶*Temporibus.*]Quid, ſi tales indulgentias de nouo concedat? valent: quia non potuit ſibi legem imponere, à qua ſibi non liceret recedere. ad hoc ff. de le. 3. ſi quis. in prin. ff. pro ſoc. ſi fratres. §. idem reſpondet. & primam conſtitutionem tollit per ſecundam, licet de ipſa non faciat mentionem. ſ̃. eo. tit. prox. licet.

p ¶*Indicamus.*]Simile C. de leg. digna vox. indicare potuit, ſed non legem imponere: quia par in parem nō habet imperium. ſ̃. de elect. innotuit. cum ſuis concordantiis.

DE CONSVETVDINE.

¶*Viſum eſt ſupra tit. proximo de iure ſcripto: videlicet, de reſcriptis, & conſtitutionibus: nunc videndum eſt de iure non ſcripto, ſcilicet, de conſuetudine.*

C*onſuetudinem.*] Prima pars damnat conſuetudinem decernens illā, etiam ſi iurata fuerit, non ſeruandam, vtriuſque dicti reddens cauſam: Secunda ſtatuit ipſius conſuetudinis contrarium, quod ad præterita extendit, & decretum apponit. Secunda: ibi, *Statuentes.* ¶Sine diſpenſatione Apoſtolica nō poteſt quis obtinere in eadem Eccleſia duas dignitates, perſonatus, vel officia, vel vnam dignitatem & officium, vel perſonatum & officium vel dignitatem & perſonatum: nec valet conſuetudo quantuncunque tempore obſeruata fuerit, hoc dicit. Quæritur pro intellectu huius capituli quid ſit dignitas, quid ſit perſonatus, qđ ſit officium? Vnde ſciendum, ꝙ iura noſtra aliquando vtuntur iſtis vocabulis promiſcue: vt in c. cum acceſſiſſent. de conſt. in anti. vbi Primiceriatus. in prin. illius, c. appellatur dignitas. & in medio c. vocatur perſonatus, in fi. vero c. appellatur officium. Tamen proprie iſta tria, dignitas, perſonatus, & officium differunt: Nam dignitatem proprie dicitur quis habere, qui habet adminiſtrationem, & cum hoc habet iuriſdictionē: ſicut abbas, qui habet adminiſtrationem, rerum ſui monaſterij. c. edoceri. ſ̃. de reſcr. in anti. & habet iuriſdictionē in monachos, vt in c. quanto. ſ̃. de of. or. Item prior conuentualis. Item ille qui præeſt alicui corpori, qui habet iuriſdictionem in perſonas illius corporis, vt in l. fi. C. de iu. om. iu. Sed perſonatum dicitur is habere, qui in eccleſia habet aliquam præeminentiam, non tamen habet iuriſdictionē: ſicut ille qui in Eccleſia, in Capitulo, & aliis honorib. pręcedit canonicos. Officium vero dicitur quis habere, qui ſine iuriſdictione & ſine præminētia habet adminiſtrationem rerum eccleſiaſticarum: ſicut eſt ſacriſta.

Dignitas, pſonatus, & offm, ī quo differunt.

Casvs. Ponamus ꝙ ī eccleſia Pictauien. à xx. xxx. xl. l. lx. annis fuit obſeruatū, ꝙ idē obtinebat decanatum, archidiaconatum, & cantoriam illius eccleſię: & ſic duas dignitates: Vel fuit obſeruatum longo tempore, ꝙ idē obtinebat dignitatem & perſonatum, vel idem obtinebat vnum perſonatum & vnam dignitatem, forte cum diſpenſatione epiſcopi, ſed abſque diſpenſatione Apoſtolicæ ſedis: & fuit per tantum tempus obſeruatum, ꝙ de initio non extat memoria: Vtrum valeat talis conſuetudo, ꝙ quis poſſit tenere duas dignitates vel perſonatus abſque diſpēſatione Papæ, vel etiam ſe defendere in foro contentioſo? Reſp. Romanus Pontifex, ꝙ quantocunque tempore fuerit illa conſuetudo obſeruata, quæ dicitur potius corruptela, quàm conſuetudo: non poteſt quis tenere duas dignitates vel duos perſonatus in eadem eccleſia, vel dignitatem & officium tantum: tamen valeret conſuetudo, vt quis teneat dignitatem & canonicatum cum præbenda: Etiam epiſcopus poſſet diſpenſare, vt quis teneret vnam dignitatem & canonicatum cum præbenda. Nota primo principalem effectum: videlicet, ꝙ non valet conſuetudo, vt quis teneat in eadem eccleſia duas dignitates, vel perſonatus, vel dignitatem & perſonatum, vel perſonatum & officium. Not. ꝙ ad hoc, ꝙ valeat conſuetudo, reqritur ꝙ ſit rationabilis: ſicut enim in lege ſcripta requiritur rationabilitas. c. erit autem lex. 4. diſt. ita ſimiliter in lege non ſcripta requiritur rationabilitas. Conſuetudo autem, ꝙ quis obtineat in eadem eccleſia plures dignitates, vel plures perſonatus, non eſt rationabilis: quia eſt inductiua multorum malorum: Nam primo fundatur in cupiditate. Item præſtat materiam vagandi. Item diminuit cultum diuinum: quia quanto ſunt plures in eadem, tanto augmentatur cultus diuinus. Nota illud ad quod allegatur iſtud c. ꝙ iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis: id eſt, non debet obligare aliquem ad obſeruandum iniquitatem: & ſi quis iuraret obſeruare damnatam cōſuetudinem: iuraret peccare: vnde dicit gl. (& bene) ꝙ ſi quis in ſua receptione iuret ſimpliciter obſeruare conſuetudines illius eccleſiæ in qua recipitur, iuramentum ſuum non ſe extendit ad conſuetudines irrationabiles, ſed ſolum ad conſuetudines rationabiles: Et ſi iuraret nominatim obſeruare talem cōſuetudinem, quæ eſt irrationabilis: iuramentum ſuum non eſt obligatorium, id eſt, non aſtringit eum ad obſeruandum contenta in ſuo iuramēto, licet ipſe iurans peccet temere iurando. No. ꝙ quis in eadem eccleſia nō debet obtinere duas dignitates, vel duos perſonatus, vel dignitatem & perſonatum: nec etiam in diuerſis eccleſiis. Et hoc verum ſine apoſtolica diſpenſatione: quia cum diſpenſatione poteſt. Sed vtrum virtute diſpenſationis Apoſtolicæ, quis poſſit obtinere duas dignitates, vel duos perſonatus, poſito, ꝙ nō fiat mentio ꝙ ſint in eadem eccleſia? Doctores formant iſtam quæſtionem in c. de multa. ſ̃. de præb. & concludunt, ꝙ quis non poteſt obtinere duas dignitates in eadem eccleſia, niſi in diſpenſatione expreſſe & nominatim dicatur: quia ipſe eſt diſpenſatus ad duas dignitates, etiam ſi ſint in eadem eccleſia.

Caſus dom. Heliæ.

Dignitates duas nullus debet tenere in eadē Eccleſia.

¶ *Prima gloſſa ſummat.*

q ¶ *Conſuetudinem.*] Prætextu conſuetudinis etiam iuratæ, vel quantocunque tempore obſeruatæ, non poteſt quis niſi vnicum perſonatum, dignitatem, vel aliud perpetuum officium ſimul cum canonia & præbenda, in aliqua Eccleſia abſque diſpenſatione ſedis Apoſtolicæ obtinere, vel iam obtenta tenere; & contra præſumptum irritum eſt omnino, Ioan. And.

¶ *Gloſſa ſequens recitetur per obiectionem.*

a ¶ Non

a ¶ *Non exiſtit.*]ſim.s̃.de ver.ſig.ſuper quibuſdam.& ſi conſuetudo iſta aliàs legitima fuiſſet,non eſſet neceſſe in ea titulum oſtendere.j̃.de præſcr.c.j. 1 Videtur enim conſuetudo talis ius inducere.ff.de aq.plu.ar.l.j.§.j. Sed cum conſuetudo talis,corruptela ſit,longitudo tanti temporis non prodeſt:& eſt ſim.j̃.c.prox.

1 Et ibi no.ĩ gl.fi. qũo talis cõſuetudo ꝓbetur, & hic aliqd ꝑArch. q̃ ẽt remittit ad libellũ Roſ. rub. de paroc. Io.An.

trarium memoria nõ exiſtit [a]: videlicet, quòd ipſius eccleſiæ canonici duos perſonatus, aut duas dignitates,vel prępoſituras [b], ſeu adminiſtrationes [c], aut duo officia [d],vel eorum alterum [e] cum reliquo inſimul& præbendam poſſint in ea [f] licite [g] abſque diſpenſatione ſedis Apoſtolicæ [h] obtinere:corruptelam(cum ſacris ſit inimica canonibus [i], & de ambitionis [k] radice proceſſerit)merito reputantes,eam auctoritate Apoſtolica reprobamus:vóſque ad ipſius obſeruantiam, etiam ſi iuramento [l] firmata extiterit, cum iuramentum iniquitatis vinculum [m] non exiſtat, decernimus non teneri: ſtatuentes, vt cum vnum officium [n] vix digne valeat aliquis adimplere,

b ¶ *Præpoſituras.*] Certa dignitas eſt in eccleſia: licet aliàs omnes qui pręſunt, præpoſiti dicantur.s̃.de ver.ſig. quamuis.

c ¶ *Adminiſtrationes.*]Sic s̃.de ſta.monac.monachi.§.qui vero. ſicut cameraria, vel quiſquis ſit veſtiarius, vel eleemoſynarius, vel aliud ſimile.Arch.

d ¶ *Officia.*] perpetua,vt j̃.ſequitur.

e ¶ *Alterum cum reliquo.*] id eſt,dignitatem cum perſonatu, vel præpoſituram cũ adminiſtratione, vel officium perpetuum inſimul cũ præbenda:prout ſtatim ſequitur.

f ¶ *In ea.*]eadem eccleſia.

g ¶ *Licite.*] 22.q.2. faciat.

h ¶ *Abſque diſpenſatione ſedis Apoſtolicæ.*] Nota caſum in quo ſolus Papa diſpenſat. Duos ſimiles habes j̃.de præb. cum ſingula.

Additio. Hic videtur confundi ſententia Ioan.Vincen.Goff. Hoſt.& Pet.qui dixerunt,quòd in talibus dicti epiſcopi poterant diſpenſare,prout ipſi not.s̃.de præb.de multa.in fi.Et idẽ not.in Spec.de leg.§.videndum reſtat.ver.ſed nunquid epiſcopus.de hoc etiam no. 70.diſt.ſanctorum.Archid.

i ¶ *Canonibus.*] 70.diſt.ſanctorum.de conceſſ.præb.litteras.& hoc idem dicebat conſtitutio Vrbani, quæ incipiebat, Prouiſionis.vnde tracta fuit decr.iſta.

k ¶ *Ambitionis.*]s̃.de præb.quia intantum.de elect.dudum.2.

¶ *Gl.ſequens reciteiur per quæſtionem,de quo iuramento &c.*

l ¶ *Iuramento.*]ſpeciali 2 vel generali,non curo:quia ſi ſpecialiter iuraret hanc conſuetudinem expreſſe ſeruare, fuit iuramentum temerarium non ſeruandum: & de eo quod iurauit, poſſet &deberet imponi pœnitentia.de iureiu.ſicut.Si generaliter iurauit ſe ſeruaturum conſuetudines ipſius eccleſię:iuramentum iſtud ad poſſibilia & licita tantum extenditur. 3 vt j̃.de iureiu.c.j.Ioan.And.

m ¶ *Vinculum.*] id eſt,vinculans,vel obligans in iniquitate: concor.22.q.4.inter cætera.s̃.de iureiu.quanto. & j̃.de iureiu.c.j.Ioan.And.

m ¶ *Vinculum.*] id eſt,non obligat ad aliquod iniquum obſeruandum aliquem,nec aſtringit:ſic 22.q.4.inter cętera.j̃.e.li.de iureiu.contingit.§.quia verò.Archid.

n ¶ *Vnum officium.*] Concor.89.diſt.ſingula.s̃.de hær.cum ex iniuncto.§.j.& j̃.de præb.cum ſingula.quæ ponit ſimilem caſum:& eſt ſimile s̃.de cel.miſ.te referente.de conſ.di.j.ſufficit.

o ¶ *Niſi vnicum.*] Ergo videtur,ꝙ de diſpenſatione inferioris à Papa, vnicum perſonatum vel officium cum canonicatu & præbenda poſſit habere:& ſic poſſet approbari illa opi.poſita per Ber.de conceſſ.præb.litteras.in fi.vlt.gl. Et idem credo,ſi hoc eſſet de ſtatuto vel conſuetudine eccleſiæ.s̃.de reſcri,eam te. ibi, erat idem archidiaconus & canonicus: ad idem j̃. de præb.quia ſæpe.s̃.de conc.præb.poſtulaſti.j̃.de appel.à collatione.& j̃.de præb.cum in eccleſia.& c.fi.2.reſp.& in cle.fi.de præb.in quibus habes,quòd epiſcopus præbendarius & canonicus eſt in eccleſia.

p ¶ *Quocunque nomine.*]vnde per hoc etiam camerlangariam vel maſſariam, vel œconomatum perpetuum credo prohibitum.Ioan.And.

Additio.Idem de veſtiario & eleemoſynario,ſecundùm Arc.

¶ *Gl.ſeq.quærit & ſoluit.*

q ¶ *Vel iam obtenta.*]Quid ergo de obtentis? quæro vtrum detur optio quid retinere, & quid dimittere poterit? Videtur quòd ſibi detur optio:arg.s̃.de præb.referente. & c.præterea, & melius j̃.de præb.cum ſingula.§.j. vel dicatur, quòd ſecundum adeptum retinere poterit,& non primum, cum vacauerit primum ipſo iure,per prædictam decr.de conc.præb.litteras.Ad decr.cum ſingula. dici poſſet, quòd in alio caſu loquitur.Ioan.And.

2 Vide B.Th. 2.2.q.89.ar. 7.& ibi Caietanum.

3 idẽ dicas d̃ ſtatuto gñaliter loquẽte. facit l. ſi qs ſub cõdõne.& ibi Angel. ꝑ illum tex.ff.d̃ cõd.& de. Font.

r ¶ *Omnino.*] vt poſſimus dicere,quòd omnibus careat, quia omnia illicite concupiuit. facit s̃.de tranſla.licet.& c.quanto. & melius de præb.cum ſingula.j.reſp.in fi.Ioan.And.

nulli liceat de cætero, niſi vnicum [o] perſonatum,vel dignitatem,aut pręposituram,ſiue adminiſtrationem, vel officium perpetuum,quocunque nomine [p] cenſeantur †,cum præbenda inſimul abſque diſpenſatione dictæ ſedis in eadem eccleſia obtinere:vel iam obtẽta [q] † tenere. Quòd ſi à quoquam ſecus præſumptum fuerit, irritum ſit omnino [r].

Additio. Et apertius in conſtitutione,execrabilis Ioan. xxij.ver.alioquin.& ver.ſeq.Ioan.And.

† Aliàs,cenſeatur.

¶ Idem.

¶ *Non valet conſuetudo,ꝙ ab officiali epiſcopi ad epiſcopum appelletur. Ioan. And.*

## CAP. II.

Non [s] putamus illam conſuetudinem quantocunque [t] tempore de facto [u] ſeruatam conſonam rationi, quòd ab officiali [x] epiſcopi ad eundem epiſcopũ valeat appellari:

Non putamus.] Primo ponit dictum:Secundo rationem aſſignat: ibi,*Ne ab eodem.*

¶ Prębſupponitur primo, quòd de ſubſtãtia appellatiõis eſt quòd appelletur de inferiori ad ſuperiorem:nec poteſt appellari de ſuperiore ad inferiorẽ, vel de æquali ad equalem: quia appellatio eſt de inferiori ad ſuperiorem prouocatio. Itẽ præſupponitur, quòd conſiſtorium epiſcopi & ſui officialis principalis dr̃ idem conſiſtorium.

† Not.ꝙ cõſtitutio antiq. iuris declaratoria, extenditur ad ꝑterita, ẽt ſi contra ſe hẽat cõſuetudinẽ, dummõ declaret illã ñ valere. Do. Phil.Fon.

Casus. Ponamus,ꝙ officialis Pictauieñ. protulit contra me aliquam ſentẽtiam, à qua appellaui ad epiſcopum: certum eſt,quòd non valet appellatio de iure cõmuni. Sed ponamus, quòd in diæceſi Pictauien.fuit longo tempore ſeruatum contrarium:videlicet, quòd fuit appellatum ab officiali ad epiſcopum: & epiſcopus ſæpius cognouit de cauſis appellationis: vtrum valeat talis conſuetudo, ita quòd prætextu illius conſuetudinis ſit introductum,vt epiſcopus poſſit cognoſcere de cauſis appellationis ſui officialis principalis? reſp. quòd non: quia illa conſuetudo eſſet contra ſubſtantiam appellationis: quia appellatio eſt prouocatio ab inferiori ad ſuperiorem:modo ipſe officialis & epiſcopus faciunt vnum conſiſtorium. Et hoc verum,loquendo de officiali principali:ſed non eſt intelligendum de foraneis officialib. qui ſunt ſubdelegati officialis principalis, ſiue epiſcopi:quia ab eis poſſet appellari ad epiſcopum:quia à ſubdelegato appellatur ad primum delegantẽ.

¶ *Prima gl.ſummat.*

s ¶ *Non putamus.*]Non valet conſuetudo,quòd de officiali epiſcopi ad epiſcopum appelletur.

t ¶ *Quantocunque tempore.*]etiam ſi in contrarium non ſit memoria.s̃.c.prox.

v ¶ *De facto.*] bene dicit:quia de iure non,vt j̃.dicam.

¶ *Gl.ſeq.primo dicit de quo officiali loquitur:ſecundo dat duas opi. reprobatas,vnam.ſ.Goſſr.alteram Ber.& Hoſt.Tertio ponit duplicem reprobationis rationem: Quarto reſp.ad rationem cõtrariam.*

x ¶ *Officiali.* 4 ] generali ſcilicet:ſecus enim ſi delegatus eſſet ad cauſam ſpecialem ab epiſcopo:quia tunc ad ipſum epiſcopum appellari deberet:de of.del.ſuper quæſtionem. de ap.dilecti.& ibi de hoc ſuper gl.2.ff.quis & à quo ap.ſit.l.j. & reprobata eſt per iſtud c.gl.Gof.quæ no.in ſum.de of.vic.§.item dubitari. quòd de officiali epiſcopi debet ad epiſcopum appellari:& adde quod dicam j̃.de ap.Romana.j.reſp.&reprobata eſt gl.Ber.poſita ĩ ipſo c.dilecti filij Prior.de ap.vbi dicebat,quòd de conſuetudine poterat induci,quòd de officiali ad epiſcopũ appellaretur:ſicut inducitur ex ea,quòd omiſſo medio appellaretur ad ſuperiorem. Idem dicebat Hoſt.j̃.de ap.Romana. j. reſp.&eadem ratione:ſed falſum eſt,vt hic vides.Et poteſt eſſe ratio, quia appellatio,eſt de minori iudice ad maiorem prouocatio:vt not.ſummiſtæ,Goffr.& alij in ti.de ap. ſed hic non prouocabatur ad maiorem, ſed ad parem vel eundem: vt hic vides, patet ergo ex ipſius appellationis deſcriptione, quòd hæc appellatio dici non poteſt:vnde cõſuetudine induci non poterit id, propter quod appellationis ſubſtantia in deſcriptione mutetur.ex qua ratione ſequitur,quòd non valeret conſuetudo, quòd ad minorem appellaretur, ſicut vides in ſimili:quia non valet pactum factum in precario, per quod ipſius precarij natura mutetur:vt ſi vſque ad certum tempus detur, etiam ante tempus reuocabitur. ff.de precar.l.cum precario. Præterea licet interlocutoriam ſuam iudex reuocet, diffinitiuam tamen non.Quod dic,vt not.de ap.cum ceſſante.cum ergo officialis ſententia ſit epiſcopi, nõ mirum,ſi ipſe adiri non

4 Iſtã gl.ſequũtur Do.

poteſt

poteſt. Et non obſtat quòd per conſuetudinem poteſt appellari omiſſo medio:quia appellari gradatim non eſt de ſubſtantialibus appellationis, ſed de circunſtantiis : vnde appellatur ad Papam,& ad legatum omiſſo medio:& circunſtantiæ contractuum per pactum tolli poſſunt.j̃.de comm.c.vno.de dep. bona fides.ſic &iſta circunſtãtia per cõſuetudinem, vt prædicta decr.Romana.

Additio.De materia gl. vide l. pacta. ff.de contrah.emp.

a ¶ *Ab eodem ad ſeipſum.*] id eſt, de officiali ad officialem: vel verius , de epiſcopo ad epiſcopũ.

b ¶ *Auditorium.*] j̃. de ap.Romana.j.rñ.

Additio. Et p hæc iura dixit Archidiaconus, ꝙ à delegato officialis appellari poteſt ad epiſcopum vel ipſum officialem. Et tu idem dicas etiam de ſubdito epiſcopo eadẽ ratione.Ioan.And.

†Vid̃ Dom. c.fi.de conſuet.

† Aliàs,legitime.

† Aliàs, requirendis.

ne ab eodẽ ad ſeipſum [a] (cum ſit idem auditorium [b] vtriuſque [c])appellatio interpoſita videatur [d].

¶Idem.

¶*Valet conſuetudo præſcripta,ꝙ Epiſcopus in inquirendo,puniendo,& corrigendo ſubditorum exceſſus, ſui Capituli conſilium requirere non teneatur.Ioan.And.*

## CAP. III.

NOn [e] †eſt (dum tamen aliàs ſit prę́ſcripta [f] canonice [g] †)conſuetudo [h],quam allegat [i] epiſcopus, reprobanda: quod in inquirendis [k] †, puniendis,& corrigendis [l] ſubditorum exceſſibus [m], conſilium ſui Capituli requirere minime teneatur [n].

c ¶ *Vtriuſque.*] epiſcopi & officialis.

Additio. ſcilicet quoad appellationem,ſed non quoad recuſationem.j̃.e.li.de of.del.ſi contra.in fi.& iſta littera ſatis tollit ſententiam dom.Goff.qui ſcripſit officialem epiſcopi, eſſe delegatum,non ordinarium;& hæc ipſe ſcripſit in ſumma, de of.vic.§.j. Sed licet hæc ſententia tempore ſuo poſſet ſaluari, tamen hodie non eſt verum,vt hic.Nam cum conſiſtorium epiſcopi & officialis ſit vnum & idem,ergo talis officialis ordinarius dicitur:& ab ipſo ſicut & ab epiſcopo eſt ad archiepiſcopum appellandum,j̃.e.lib.de ap.Romana.in prin.Arch.

¶ *Gl.ſeq.ſignat contrarium, & ſoluit:ſecunda pars reci.per obiectionem de c.ſi contra.*

d ¶ *Videatur.*] contra.j̃.de ap.à collatione.vbi de epiſcopo ad eundem epiſcopum appellatur, Sol.nõ eſt idem conſiſtorium epiſcopi,inquantum eſt canonicus, & inquantum epiſcopus: & ideo ſi collationi interfuit vt canonicus,ad eum bene poterit appellari,vt ibi.Eodem modo reſpõderi poteſt ad iura per Ber.inducta in ſupradicta gl.Item not.quòd licet idem ſit conſiſtorium epiſcopi & eiũs officialis,ita quòd nõ appellatur de officiali ad epiſcopum:tamẽ ſi officialis epiſcopi recuſatur,ſuſpicionis cauſa corã epiſcopo eſt probanda.j̃.de of.del.ſi contra vnum.in fi. Vnde licet dicamus,quòd appellatio & recuſatio paria ſint,non eſt verũ per omnia;vt recitari ſolet ſ̃.de ap. ſuper eo.2.vnde in recuſatione recurritur ad parem:&obtinet etiam in delegatis datis cum clauſula, Quòd ſi non omnes. vt in ea.decr.ſi contra,in prin.

Appellatio & recuſatio an ſint paria.

NOn eſt.] non diuiditur. Et not.quòd quia per hanc cõſuetudinem iudicatur inter eos,inter quos non aſſueuit,adaptatur hæc decr.huic tit. aliàs fateor quòd videtur eſſe præſcripta contra Capitulum.Ioan.And.

¶Prę́ſupponitur pro intellectu iſtius c.ꝙ licet epiſcopus ſolus habeat iuriſdictionem in ſuos ſubditos , & canonici non habeant iuriſdictionem:illam tamen iuriſdictionem debet exercere ipſe epiſcopus cum conſilio canonicorum , nõ dico cum conſenſu:quia epiſcopus non tenetur ſequi eorum conſilium niſi velit.Idem de collatione beneficiorum,vt in c.nouit,& c. quanto.ſ̃.de his quæ fi.à præl.ſine conſ.cap.

Casvs. Epiſcopus Pictauien.per ſpacium 40.ann.& per tempora ſufficientia ad inducendum conſuetudinem ſolus exercuit iuriſdictionem puniendo ſubditos ſuos,inquirendo,corrigendo,&c. poſtea capitulum eccleſiæ Pictauien. oppoſuit, ꝙ epiſcopus non habebat nec poterat exercere iuriſdictionem ſolus,niſi requiſito conſilio capituli:epiſcopus allegat conſuetudinem præſcriptam,nunquid prætextu conſuetudinis ſit acquiſita iuriſdictio ipſi epiſcopo,vt non teneatur requirere cõſilium ſui capituli?hoc eſt quærere,nunquid valeat conſuetudo legitime prę́ſcripta contra c.nouit.& c.quanto.de his quę fi.à præl.ſine conſen.cap.alleg.Reſp.Rom.Ponti.quòd ſic.Heli.Reg.

¶ *Prima gl.ſummat,& dicit quid corrigit.*

e ¶ *Non eſt.*]valet conſuetudo præſcripta,quòd epiſcopus in inquirendo, puniendo, & corrigendo ſubditorum exceſſus, ſui capituli conſilium requirere non teneatur.Et corrigitur quod not.per Hoſt.ſ̃.de his quæ fi.à præl.ſine conſ.ca.nouit. & c.ea noſcitur.in fi.Ioan.And.

f ¶ *Præſcripta.*]ſuper hoc vide quod not.de conſuet.c.vlt.& 8. diſt.fruſtra.

g ¶ *Canonice.*] ſcilicet, cum bona fide & titulo : quod dic vt j̃.de præſcriptionib.cap.j.

h ¶ *Conſuetudo.*] quæ deſcribitur eſſe, ius quoddam moribus inſtitutum,quod pro lege ſuſcipitur, cum deficit lex.j.di. conſuetudo.

i ¶ *Quam allegat.*] & probat. Ei enim non creditur, licet epiſcopus ſit. 6.qu. 2.ſi tantum.& c.placuit.

k ¶ *Inquirendis.*] debet Prælatus inquirere de exceſſibus ſubditorum.ſ̃.de offi.ord,pernicioſam. quod intelligunt ibi Tan.Goff.Ber. & Inno. quando fama prę́cedit,ſ̃.de ſim.licet Hely.Arch.

l ¶ *Corrigendis.*] iſta omnia generali demandatione epiſcopi non tranſeunt in officialem.j̃.de offi. vic.c.2. nec beneficiorum collatio.eo.ti.c.vlti.

m ¶ *Exceſſibus.*] ad quos corrigendos proceditur multis modis:vt ſ̃.de ſim.licet Hely.Ioan.And.

†Not.ꝙ eccleſia dr̃ eẽ Prælati. qđ ĩtellige quo ad adminiſtrationem: quia Prælatus non eſt dominus. de don.c.2.

¶Idem.

¶*Per reſcriptum Apoſtolicum,quo de præbenda primo vacatura mandabatur alicui prouideri,laudabilis illius Eccleſiæ conſuetudo non tollitur : hinc eſt , ꝙ ſi ibi eſt conſuetudo, ꝙ antiquiores canonici vacantes præbendas poßint optare gradatim,illo non obſtante mandato,poterit antiquior vacantem optare præbendam : & expectatis per xx. dies optare volentibus, executor de non optata prouidebit eidem. Si autem præbendam vacantem in curia Papa conferret , tunc illam antiquior optare non poterit.Ioan.And.*

## CAP. IIII.

CVm [o] in tua [p] † eccleſia,

n ¶ *Teneatur.*] ad quod aliàs tenebatur de iure communi. 15.q.7.epiſcopus nullius.de exceſ.prælat. ca.j. aliàs irrita eſſet ſententia ſua,vt ibi,&in c.epiſcopus.& concordat,de his quę fi.à præl.nouit,& c.quanto. de talibus ſenioribus intelligitur. de accuſ.qualiter. 2.de ſim.licet Hely.15.qu.7.ſi quid.87.diſt. ſi quid,& hic.adde,quod no.15.q.7.epiſcopus.de off.ord.c.irrefragabili.

CVm in tua eccleſia.]Diuiditur in tres partes:In prima ponitur caſus dubij diffinitio:in ſecunda exceptio : in tertia prouiſio.Secunda ; ibi, *In præbendis*. Tertia ; ibi, *Ne autem*. Ioan.And.

Casvs. Papa mandauit canonicis eccleſiæ Pictauienſis,vt me reciperent in fratrem & canonicum : & præbendam, ſi vacaret,mihi aſſignarent:alioquin præbendam primo vacaturam. Tractu temporis vacauit quædam præbenda , canonici receperunt me in fratrem & canonicum : peto vt ipſi mihi conferant illam præbendam vacantem : Dixit antiquior canonicus , quòd in eccleſia ipſa erat conſuetudo , quòd antiquior canonicus poterat præbendam vacantem optare,& ſuam dimittere : & ſic antiquior canonicus hoc volebat facere : Dicebam ego , quòd vacans præbenda mihi debebatur , & non alia:vtrùm virtute conſuetudinis fiat præiudicium gratiæ:vel econtra,vtrum per iſtam gratiam fiat præiudicium conſuetudini?Reſpondet,quòd non, & dicit,quòd iſte antiquior canonicus poterit præbendam vacantem optare : & ſi nolit illam optare, ſecundus antiquior poterit illam optare , & ſic deinceps : Et tunc expectans habebit præbendam , quæ dimittetur ab antiquiore , vel illo , qui optauit præbendam vacantem. Et hoc verum , niſi præbenda vacaret in curia Romana: quia tunc antiquior canonicus non poſſet optare illam præbendam, immo talis præbenda eſſet aſſignanda ipſi expectanti.Not.primo,quòd valet conſuetudo,vt antiquior canonicus poſſit optare præbendam vacantem, & ſuam dimittere. Not. vlterius,quòd ſi antiquior ſit negligens, vel nolit optare præbendam vacantem:tunc executor expectantis tenetur expectare per viginti dies : & vltra non tenetur expectare : & illis viginti diebus elapſis, poterit executor expectantis ipſi expectanti conferre prę́bendam vacantem. Quæritur vtrum optio habeat locum in præbendis vacantibus ex cauſa permutationis ? Communis opinio Doctorum eſt , quòd non habeat locum optio:per clementinam vnic.de rer.perm.in clemen.vbi dicitur quòd beneficia vacantia ex cauſa permutationis , debent aſſignari permutantibus,& non aliis : & ſi aſſignarentur aliis,non valeret collatio.

Caſus dom. Helyæ.

1 No.ꝙ cõſilium requirendũ,&nõ requiſitum, reddit actũ nullũ.Bar.l. j.§.ſi plures ff. de exerc. Pe. de Anc, Phil.Font.

¶*Prima gl.ſummat.*

o ¶ *Cum.*] Per reſcriptum Apoſtolicum,quo de præbenda primo vacatura mandabatur alicui prouideri , laudabilis illius eccleſiæ conſuetudo non tollitur : hinc eſt , quòd ſi ibi eſt conſuetudo, quòd antiquiores canonici vacantes præbendas poſſint optare gradatim : illo non obſtante mandato, poterit antiquior vacantem optare præbendam : & expectatis per xx.dies optare volentibus , executor de non optata prouidebit eidem. Si autem præbendam vacantem in curia Papa conferret , tunc illam antiquior optare non poterit. Ioan. Andr.

p ¶ *In tua.*] In Bononia eſt talis conſuetudo,& in multis aliis eccleſiis.

(in qua conſuetudo [a] habetur, quòd antiquiores [b] canonici gradatim [c] meliores [d], ſi voluerint, poſſint cum vacant [e], per ſe, vel per alios [f] optare prębendas) prouideri mandamus† alicui de prębenda nulli alij de iure debita: proximo [h] inibi vacatura: huiuſmodi non obſtante mandato [i], poterunt ipſi antiquiores iuxta conſuetudinem eandem optare: cum prębenda vacabit: & illa, quæ optata non fuerit [k] (ſi nulli [l] ſit debita) erit illi, pro quo ſcripſimus, conferenda. ¶ In præbendis vero apud ſedem Apoſtolicam [m] vacantibus [n], cum de ipſis per Romanum Pontificẽ ordinatur [o], locus prędictę [p] conſuetudini† non exiſtit. ¶Ne autem prætextu eiuſdem conſuetudinis, prouiſiones [q] auctoritate Apoſtolica faciendæ, vltra debitum differantur: ſtatuimus, vt executores ſuper ipſis prouiſionibus [r] deputati, optare volentes per viginti dies [s] duntaxat [t] † expectent: quibus elapſis, libere in non optatis, ad exequenda ſibi mandata [u] procedant, præfata conſuetudine non obſtante.

Additio. Vide Hoſtien.in ſum.de maior.& obed. poſt princi. Ioan.And.

*¶ Gl.ſequens ſoluit duas quæſtiones.*

a ¶ *Conſuetudo.*] Nota, ſimpliciter dixit, Conſuetudo, non dixit præſcripta. Not.igitur, ꝙ vbi conſuetudo rationabilis 1 eſt, & non cõtra ius, ſufficit, ſi ſit longæua: licet lx.ann. præſcripta non ſit. Vnde dixit Ioan. tunc ſufficere ſpacium x. an. hoc no. 12.diſt.conſuetudo.& facit pro his, quæ no.Inno.& Hoſt.s̃.e.tit.c.vlt.& Compoſt. ibid. in j. gl.vbi dicit, ſic iudicatum fuiſſe per Papam in Mediol. eccleſia, in qua erat conſuetudo ſeruata 25.ann. ꝙ antiquior canonicꝰ poſſet mutare domum:& pronunciauit Papa illã valere, licet xl.ann. præſcripta nõ eſſet. Si enim Papa hic putaſſet pręſcriptionẽ requiri, ita hic addidiſſet: vt s̃.addidit, c.proxi. Iſta vero cõſuetudo innititur rationi & æquitati iuris:vt patet in gl.ſeq.Et ꝙ hic dicit de conſuetudine, puto verum etiam in ſtatuto:ad hoc s̃.e.li.de conſt.c.j.& quod ibi dixi.

1 Dixit rõabilis, qm̃ cõſuetudo irrõabilis nullo tpe pſcribitur. Ruin. cõſ.155. li.4.

†Hęc mandata de prouidẽdo ſublata ſũt hodie p cõcil. Trident.ſeſ. 24. de reforma.c.19.

b ¶ *Antiquiores.*] Non ætate, ſed tempore, quo in eccleſia militauerunt. Idem ſi eſſet conſuetudo de antiquioribus ætate, vel maioribus ordine, vel aliam ęquitatem continens. Nota ꝙ conſuetudo iſta innititur æquitati canonicæ, quæ vult antiquiores præferre canonicos:ad hoc 61.diſt.quid proderit.& c. ſeq.ad fi.& 74.diſt.epiſcoporum.cum ſimilibus.

c ¶ *Gradatim.*] ſ.ꝙ primo antiquior mutare poſſit:& ſi mutare noluerit primus, poterit mutare ſecundus : & nolente ſecundo, tertius:& ſic de ſingulis:& hoc vult dicere.Ioan.And.

*¶Gl.ſeq.non quærit arg.negatiue : ſoluit in contrarium, & argumento reſpondet.*

d ¶ *Meliores.*] Non enim minores optare volunt.de cleri.non reſi.c.j.nec vult quis iactare pecunias ſuas. ff.de prob.cum de indebito.Et not.ꝙ in præbendis diſtinctis non reprobatur imparitas, vt vna ſit melior altera : & facit ad ea quæ not.de ma. & ob.ſtatuimus. Quid ſi in tali eccleſia minorem magis forte ex cauſa ſibi gratam mutare velit, & optare antiquior canonicus, nunquid poterit? Videtur ꝙ non.j̃.de pręb.cui de non ſacerdotali.contrarium credo 2: quia quod fauore,&c.j̃.de reg. iur.quod ob gratiam. C.de legib.nulla iuris ratio.in fi. & arg. ff.de vſu & habi.l.vlt.Et ſatisfactum creditori intelligitur, quomodocunque ſatisfiat.ff.de pigno.act.l.ſi rem alienam.§.omnis. Ad decretal.cui de non.dico iſtud in mandato ſpeciali, cuius formam tranſgredi non licet, vt ibi patet:aliàs regulariter contra:quia cui licet plus, & minus. j̃.de reg.iur.cui licet.cum ſuis concord.

2 Idẽ Pet. de Anch.per l. Sabinus. ff. de in diem adiect.Fon.

e ¶ *Cum vacant.*] Non vacantes ergo optare vel acceptare non poteſt:ſed hoc, quia conſuetudo id non habet. Idem enim de non vacantibus crederem, ſi conſuetudo eſſet eadem ratione.

f ¶ *Vel per alios.*] Hic enim ineſt regula ꝙ id poteſt quis per alium, quod per ſe.j̃.de reg.iu.poteſt quis.cum ſuis concor.De hoc tamen dic, vt ibi dixi.

g ¶ *De iure debita.*] Per hoc ſatis patet, ꝙ poteſt fieri mutatio: conſuetudo enim eſt ius quoddam, vt s̃.dixi, ſed de conſuetudine debetur hæc præbenda antiquiori, qui mutare voluerit, ergo de iure. Non igitur eſt de iure hæc præbenda debita impetranti, ſed alia non optata : vt infra Papa reſpondet : & hoc idem probatur olim per decret.de conceſ.præb.ex parte.in fi. Ioan.And.

h ¶ *Proximo.*] Et ſi non adiiceretur, de proxima intelligendum eſſet : aliàs qua ratione de ſecunda & tertia, & ſic de ſingulis. Probatur hoc ff.de ver.ob.eum qui calendis.

i ¶ *Mandato.*] quo mandatur tibi prouideri de præbenda, & cætera.

k ¶ *Non fuerit.*] Ex quo enim vacant præbendæ, neceſſe eſt vnam remanere non optatam. De illa igitur prouideatur impetranti.

l ¶ *Nulli.*] puta, priori tempore impetrationis.s̃.ti.prox.tibi,& j̃.de præb.eum cui,& c.ſi poſtquam.Ioan.And.

m ¶ *Apud ſedem Apoſtolicam.*] Apud, prępoſitio, per d, ſcribitur, quia veteres pro apud, ſæpe vſi ſunt, ad, duabus litteris ſubtractis:ſic j̃.eo.lib.de præb.c.2.c.præſenti.c.ſi Apoſtolica. ſed hic poteſt exponi apud pro, in, vt e.ti.ſtatutum.in prin. Archid.

n ¶ *Vacantibus.*] Iſtæ olim de conſuetudine conferebantur à Papa, de accu.accedens.hodie vero de iure communi ſedes Apoſtolica illa confert.j̃.de præb.licet.Et de quibus beneficiis vel pbendis intelligantur, dic, vt e.ti.præſenti.& c.ſeq.

*¶Gl.ſeq.obiicit & ſoluit.*

o ¶ *Ordinatur.*] Sed quare dicit hoc, cũ alius de ipſis ordinare non poſſit? vt dixi s̃.in gl.prox.Dico, ꝙ interdum per alios de talibus ordinatur : puta, cum Papa de ipſis ñ prouidit infra menſem: vt j̃. de præb. ſtatutum.& tũnc non haberet locum verſic. iſte, cum locum ſolum habeat, cũ Papa prouidit : vt patet p litteram. Sed pone de ſpeciali poteſtate tributa à domino Papa (quia generalis ñ ſufficit, vt in præd.decr.licet.) collata eſt p alium talis præbenda: nunquid locum habebit iſte verſ.Dico ꝙ ſic. arg.s̃.e. ver.per ſe vel alius:vt j̃.de regul.iur.qui facit.cum ſuis concord.hoc optime probatur j̃.de præb.hi qui.& s̃.tit.prox.cum aliquibus.

† Papa cum ſcribit, non intẽdit derogare ſtatutis eccleſiæ. c.j.s̃.de conſti. Hoc fallit, qñ ius eccleſiæ eſt ad ipm̃ deuolutũ.Pet. de Anc. per tex.hic. Fõ.

† De dictione dũtaxat, vide Arc. in c.ſtatutũ.§. ĩ nullo.s̃.de reſcr.&Bar. &Ale.in l.j. ff.ſi quis ius di.non obt.

p ¶ *Prædictæ conſuetudini.*] quia.ſ.antiquior ſeruato gradu mutare non poterit.

q ¶ *Prouiſiones.*] præbendarum:quia canonicatus collatus erat per Papam, vel per executorem auctoritate Papæ conferri poteſt..

r ¶ *Prouiſionibus.*] Erant ergo dati ad prouidendum, vel forte ad compellendum tantum, vt j̃.dicam.

s ¶ *Viginti dies.*] ſimilis dilatio temporis.j̃.de ele.c.j.& c.cupientes. & credo hoc tempus currere à tempore ſententiæ. s̃. de conceſ.præb.quia diuerſitatem.cum ſi.

Additio. Viginti dies, alibi habes inducias & expectationes 5.dierum.85.diſt.perlatum.alibi duorum.5.q.2.præſenti.vbi ẽt dicitur de expectatione 7.dierum, & vnius diei. Archid.

*¶Gl.ſeq.recitetur per quæſtionem & ſolutionem, cui ſolutioni obiicit & reſpondet:Finis ſoluit aliam quæſtionem.*

t ¶ *Duntaxat.*] Credo ꝙ littera iſta loquatur de omnibus optare volentibus, ſicut in plurali probata eſt:Vnde non ſolum primus antiquior, ſed & ſecundus, tertius, & quartus, & ſic de ſingulis inter omnes, ſolos xx.dies habebunt.Si enim contrarium diceremus, iam ſequeretur, quòd ſi xx.eſſent canonici, & omnes deberent xx.dies habere, iam haberẽt annum & vltra: quod eſſet abſurdum, & contra mentem iſtius decr.quę in plurali dicit, Volentes : & dicit, Duntaxat.Et ſecundum hoc antiquior optare nolens, impediet alios : quia non optabit infra xx.dies, nec alij poterunt ante ipſum optare : & ſic erit caſus, quo quis punitur ſine culpa, ſed non ſine cauſa. j̃.de reg.iu.ſine culpa. Vel eſt in culpa, quia Capitulum poterat ipſi antiquiori ſtatuere terminum:puta duorum dierum ad mutãdum vel optandum, vt ſic locus daretur ſequentibus, & ſic de ſingulis : & ſi hoc non fecit, ſibi imputet, fiet enim prouiſio in non optata:& ſi de expreſſa voluntate canonicorum apparet, quòd mutare nolunt, non habebit neceſſe per hos dies expectare. In eorum enim fauorem eſt hæc dilatio inducta, vnde ei renunciare poſſunt, & facit quod dixi in gl.non enim.

Cõſuetudine de optãdo ſtãte, an poſſit Capitulũ pfigere certos dies ad optãdũ.

v ¶ *Mandata.*] vt ſi mandatum eſt quòd prouideant, debeant prouidere : ſi mandatum eſt quòd compellant, debeant compellere.j̃.de conceſ.præb.executor.& duobus cap.ſeq.

## TITVLVS V.

## De poſtulatione Prælatorum.

¶Bonifacius octauus.

*¶Si aliquis eligat poſtulando, vel poſtulandum, vel in poſtulandum : vel poſtulet eligendo, vel eligendum, vel in eligendum: ta-*

DE POSTVLATIONE PRAELATORVM.

*¶Dictum fuit s̃.tit.præceden.de iure ſcripto, & non ſcripto:verum quia parum eſſet iura eſſe condita, niſi eſſent Magiſtratus, qui ipſa iura tuerentur.l.2.§.poſt originem.ff.de orig.iur.c.vbi periculum. §.prætereà. j̃.de elect. ideo nunc videndum eſt de ipſis Magiſtratibus ſeu iudicibus:Verum quia iudices aſſumuntur altero de tribus modis ; videlicet, per poſtulationem, electionem vel tranſlationem: ideo de iſtis tribus modis eſt nunc videndum, & primo de poſtulatione,*

*¶Pro declaratione rub, quæritur, quid ſit poſtulatio:Vnde gl.poſita ſuper verbo, vera poſtulatio, deſcribit, quid ſit poſtulatio : & Pa-*

nor.ſup

*norm. ſuper rub.e.ti.in antiq. quòd poſtulatio eſt petitio gratiæ facta à ſuperiore.Electio vero,eſt alicuius perſonæ ad ſuperioritatem vel ſocietatem fraternam aſſumptio.Et eſt ſciendum,quòd cum aliquis eſt electus, & eſt capax electionis de ipſo factæ,ſuperior non poteſt eum refutare,ſed tenetur illũ confirmare:& ſi nolit confirmare,poteſt compelli per ſuum ſuperiorem,vel ei præfigi terminus ad faciendum confirmationem cum comminatione,ſiue intimatione,ꝙ niſi infra talem terminum confirmet, ſuperior iure deuoluto hoc faciet. Et idem eſt dicẽdum in præſentato,ſi ep̄s nolit inſtituere præſentatum, non ſit immediate deuolutio ad archiep̄m:ſed archiep̄s poteſt compellere ep̄m ad inſtituendum præſentatũ, vel ei p̄figere terminum certum, infra quem ipſe ep̄s habet facere inſtitutionem, cum comminatione : quòd ſi epiſcopus infra talem terminum non faciat inſtitutionem ipſe archiepiſcopus dicto termino elapſo inſtituet:vt tenet Panorm.in c.Oſius epiſcopus.e.ti.in antiq. licet vſus aliter obſeruet. Quia cum epiſcopus refutat præſentationem, ſit immediate deuolutio ad ipſum archiepiſcopum: Secus eſt in poſtulato:quia ſuperior non tenetur admittere poſtulationem,niſi velit:quia poſtulatio dependet à mera gratia,& poſtulatio ſit de eo , qui non eſt eligibilis propter aliquem defectum: puta,quia non eſt procreatus de legitimo matrimonio. c.innotuit. s̃.de elect.Vel quia non eſt perfectæ ætatis.s̃.de elec.cum in cunctis. puta,ſi ſit aſſumendus in epiſcopum, & nõ compleuit annum xxx. vt d.c.cum in cunctis. Vel ſit aſſumendus in abbatem, & non fecit expreſſam profeſſionem,vel alium defectum patitur,propter quem non eſt eligibilis:tunc ſi eligentes velint eum habere in prælatum, eſt poſtulandus:quæ poſtulatio ſit à ſolo Romano Pontifice qui diſpenſabit circa iſtos defectus : Quia ſi epiſcopus poſſet diſpenſare, tunc poſſet poſtulari ab epiſcopo,vel illo,qui poſſet diſpenſare circa illos defectus:& ſic poſtulatio eſt petitio gratiæ.*

*lis electio,vel poſtulatio eſt irrita ipſo iure. Si autem dicat:*Eligo *& poſtulo prout melius de iure valere poteſt,idem:niſi probabiliter dubitaretur, an eſſet eligendus, vel poſtulandus:& tunc conſenſus tempore eligat alteram viam electionis, ſcilicet,vel poſtulationis : qua electa , ad alteram redire non poterit.Ioan.And.*

## CAP. VNICVM.

PErpetuo [a] prohibemus edicto, ne ſub aliqua ex his formis , quas perniciosa [b] curioſitas adinuenit, Eligo [c] poſtulando,& † poſtulo eligendo:aut eligo [d] poſtulandum,ſeu poſtulo eligẽdum: cum nec vera electio [e] ,nec vera poſtulatio [f] reſultet ex ipſis, quin ſibi potius inuicem aduerſentur [g] : aut ſub illis verbis †: Eligo in poſtulandum, vel poſtulo in eligendum:cum rem imperfectam ſignificare noſcantur , ad faciendas electiones vel poſtulationes de cætero [h] ꝓcedatur:ſi ſecus actum

PErpetuo.] Primo damnat ſex formas cum appoſitione decreti : Secundo damnat ſeptimam etiam cum decreto , ſed ab hac excipit vnum caſum cum certa determinatione. Secunda : ibi,*Sub ea.* Ioan.Andr.

CASVS. Quidam conſtitutus in præſentia Romani Pontificis Bonifacij octaui,quæſiuit ab eodem:Sanctiſſime Pater,ſum in tit.de poſtul.prælat.occaſione cuius materiæ vellem informari,ſub qua forma ſit facienda poſtulatio:vtrum valeat ſub hac, vt eligentes dicant,& quilibet eorum in ſcrutinio :Ego eligo talem ipſum poſtulando , vel, poſtulo talem ipſum eligendo, vel eligo talem poſtulandum, vel , poſtulo talem eligendum? Reſpondet Romanus Pontifex,quòd non valet ſub illa forma, ſed debent dicere : Ego poſtulo talem, & non debent dicere: Ego poſtulo talem ipſum eligendo : Sed ſi probabiliter dubitant,vtrum ille,quem ipſi petunt in prælatum,ſit legitimus vel perfectæ ætatis,vel aliàs ſit capax:vtrum poterunt dicere: Ego eligo talem, & poſtulo, prout melius de iure poterit : an valeat talis poſtulatio ? Reſpondet Romanus Pontifex , quòd ſic,ſi illi de collegio vel capitulo veriſimiliter dubitant de incapacitate.Sed quid,ſi facta electione & poſtulatiõe ſub prædicta forma , eligentes præſentant electo vel poſtulato illam electionem vel poſtulationem:vtrum teneatur eligere præciſe poſtulationem vel electionem?Reſpondet Romanus Pontifex,quòd licet eligentes poſſint illo modo variare:tamen poſtulatus vel electus debet eligere vnam viam , & vna electa non poterit redire ad aliam : puta , ſi acceptauit electionem, non poterit redire ad poſtulationem:&ſi acceptauit poſtulationem,non poterit redire ad electionem,quia perdit ius quæſitum ex electione:quia ſi eſt impoſtulabilis,non poterit eligi ſi ſemel elegerit electionem. Econtra , ſi elegit viam poſtulationis,& reperiatur ineligibilis, non poterit venire ad electionem. Not.primo,quòd nimia curioſitas in iure reprobatur:vt ſunt quidam qui volunt eſſe curioſi,vbi non expedit.cap.& ſi quæſtiones.in prin.de ſimo.cum contingat.§.cęterum.de reſ-
Rom.12. cript.& per dictum Apoſtoli : Non plus ſapere quàm oportet ſapere.Not.non poteſt fieri poſtulatio ſub hac forma:Poſtulo talem eligendo:vel,Eligo talẽ poſtulando:quia iſta continent repugnantiam. Nam poſtulatio & electio ſunt contraria:quia poſtulatio dependet à gratia ſuperioris,electio vero nõ. Nam confirmatio eſt de iuſtitia,& debet ſequi electionem : Et allegans contraria,non eſt audiendus. Not.quòd poſtulatio facta cum aliqua de quinque vel ſex formis hic contentis, eſt nulla ipſo iure. No.ꝙ poſtulatio facta ſub hac forma:Poſtulo & eligo prout melius de iure fieri poterit:non valet, niſi probabiliter dubitetur,an poſtulandus ſit capax,vel non : & vtrum debeat eligi vel poſtulari.No.ꝙ in caſu prædicto,vbi probabiliter dubitatur,an eligẽdus ſit capax vel non:licet in eligentibus admittatur illa variatio, non tamen admittitur in ipſo poſtulato : ſed debet eligere vnam viam:ſ.viam electionis, aut viam poſtulationis. Not.ꝙ vbi datur alicui electio duorum contrariorum electo vno cõtrariorum , videtur renũciare alteri:ita ꝙ amplius non poteſt ad illud redire, ſicut hic vna eſt via gratiæ,alia iuſtitiæ, quę ſunt contrarię: & ideo electa vna, videtur alteri renunciare.

†Aliàs ita: vel poſtulo.

†Dictio,verbis,deeſt in manuſcriptis codicib.

¶ *Prima gl.ſummat,& dicit quid prouidet & quid declarat.*

a ¶ *Perpetuo.*] Si aliquis poſtulando , vel poſtulandum, vel in poſtulandum,vel poſtulet eligendo,vel eligendum,vel in eligendum : talis electio vel poſtulatio eſt irrita ipſo iure.Si autem dicat,eligo &poſtulo,prout melius de iure valere poteſt, idem:niſi probabiliter dubitaretur,an eſſet eligendus vel poſtulandus:& tunc conſenſus tempore eligat alteram viam,electionis,ſc.vel poſtulationis:qua electa, ad alteram redire non poterit. h.d. Prouidit iſta decretalis contra aduocatorum imperitias,qui his formis vtebantur:Et edita fuit ad declarationem eorum,quæ no.63.diſt.Valentinianus.& s̃.e.c.vlt.

b ¶ *Pernicioſa.*] Sunt quidam, qui volunt eſſe curioſi, vbi non expedit,& perniciem inducunt:ad hoc s̃.de reſcrip.cum contingat.§.fi.de ſimo,& ſi quæſtiones.C.de fi.inſtr.l.vlt.ad fi.

b ¶ *Pernicioſa.*] i.morboſa,vel perditioſa, calamitoſa,funeſta: ſic 18.q.2.pernicioſam.C.de probat.l.exemplo.ſicut is qui dat opem,vt aliquid perdat.Archid,

c ¶ *Eligo poſtulando.*]Sicut enim poſtulandus eligi non debet. s̃.eo.c.vlt,s̃.de elect,innotuit.ſic nec eligendus poſtulari:quia poſtulatio ſoli gratiæ innititur.s̃.e.bonæ.2.& c.pe. electio autem iuri communi. de elect.publicato. & matrimoniale contrahitur vinculum 1:de tranſla.inter.in prin.vnde olim indifferẽter vtebamur his vocabulis,Eligo & poſtulo,& eligebamus poſtulandum,& poſtulabamus eligẽdum.61.diſt.c.ſtatuimus. §.his omnibus,63.diſ.litteras,hodie non ſic propter rationem ſupradictam:& quia qui poſtulat,nõ conſentit vt in virum:ſed qui eligit,conſentit.Not.tamen Inn.s̃.e.tit.c.1.ꝙ ſi ſolemniter poſtuletur eligendus,nihil agitur ratione prædicta : ſed ſi minus ſolemniter : puta, quia clericus ſubditus epiſcopi petitur ab eo,non eſt malum:poſtea tamen ſolemnem electionem neceſſe eſt interuenire.

1Per conſenſum,ſ.illorũ ad quos ſpectat eligere quẽ eo animo exprimũt, & per conſenſum electi ſecutum.Io.An.

d ¶ *Eligo poſtulandum.*] Iſta forma approbata videbatur per decre.de renun.poſt tranſlationem.in prin. vel illa de qua ſequitur,Eligo in poſtulandum.

e ¶ *Vera electio.*]per quam habet matrimonium contrahi,quo ad conſenſum eligentiũ,ſubſecuto poſtmodũ electi conſenſu. ADDITIO. Illa eſt vera electio , quæ ſit ab his ſiue ex eorum conſenſibus , qui ius habent eligendi , & quaſi matrimoniale vinculum contrahendi cum illo , quem eligunt eo animo , vt ſit ſponſus ſuæ eccleſiæ viduatæ.s̃.de elect.cum inter canonicos.Archid.

f ¶ *Vera poſtulatio.*] per quam nullum ius acquiritur:quod tamen iſti tribuere intendebant dicendo,Poſtulo eligendo.Deſcribi enim ſolet ; Poſtulatio eſt petitio gratiæ à ſuperiore facta:Electio autem alicuius perſonę ad prælationem vel ſocietatem fraternam canonice facta vocatio.

g ¶ *Aduerſentur.*]Et ſic repellendę.74.diſt.geſta.23.q.7.quemadmodum.s̃.de appel.ſollicitudinem.C.de fur.l.1.

¶ *Gl.ſeq.recit.per q.alleg.pro,ſoluit contrarium,& contrariæ rationi reſpondet.*

h ¶ *De cætero.*] Licet iſta conſtitutio ſit iuris veteris declaratoria : puto tamen per hoc verbum,Papam præcedentes electiones ſic factas noluiſſe comprehendere. Et potuit eſſe ratio:quia omni communi iudicio ante iſtam decret.hæc forma bona eſſe putabatur:vnde iniiceretur laqueus ei,qui communi iudicio non peccauit:quod eſſe non debet.ff.ad Maced.Senatuſc.l.3.27.q.1.de viduis.&facit s̃.de tranſl.inter corporalia. verſi.fi.ibi,Maiorum ſecutus errorem,&c. & bene etiam facit s̃. de diuor.gaudemus.in fi.& de conſec.ecc.vel alt.aqua.in fi.

cõſtõ antiq iuris declaratoria, an trahatur ad præterita,ſi conſuetudo & cõis opi. prudẽtium erat in contrarium.

vnde ſecundum hoc ad id quod j.ſequitur, Si ſecus actum fuerit, &c. repete, de cætero.

¶ *Gl.ſeq.recitetur per quæſtionem.*

fuerit, eo ipſo irritum [a] decernentes. ¶ Sub ea etiam forma, Eligo & poſtulo, prout poteſt melius [b] de iure valere (cum incertitudinem [c] contineat) quemquam poſtulari vel eligi prohibemus: ſtatuentes, quod contra factum fuerit, viribus omnino carere: niſi quando probabiliter [d] dubitatur, vtrũ quis ſit eligendus, vel potius poſtulandus: quo caſu is, qui ſic [e] poſtulatus fuerit, aut† electus conſenſus [f] tempore viam electionis vel poſtulationis (ne in incerto [g] † vagetur) eligere neceſſario [h] teneatur, redeundi ad aliam [i], poſtquam vnam elegerit, ſibi licentia penitus interdicta [k].

a ¶ *Irritum.*] Licet igitur ſequatur admiſſio vel confirmatio talis electionis, vel poſtulationis, non propterea conualeſcit: quia à principio nullum erat. ſ. de elect. dudum. & c. auditis. 16. q.3. c. placuit. §. fi. verſi. quæ enim ab initio. j. de regu. iu. nõ firmatur, cum ſuis concor. & facit quod dicam j. titul. prox. quàm ſit, in fi.

b ¶ *Prout poteſt melius.*] Hanc formam approbat gl. ſ. eo. c. vlt. & Innoc. ſ. e. c. j. Ioan. And.

c ¶ *Incertitudinem.*] Vota autem incerta in electionibus & poſtulationibus, reprobata ſunt. j. ti. prox. c. 2.

†aliàs ita, & electus, quã lectioné agnoſcit gl. in ver. ſic. in fi.

¶ *Glo.ſeq.exemplificat.& declarat.*

† Vide c. vt quis duas. j. ti. prox. & l. eũ q duob. ff. de ac. hæ.

d ¶ *Probabiliter.*] In hoc igitur caſu intelligatur illa Bern. opin. ipſe etiam ſic intellexit, prout ex verbis ſuis ſatis apparet. Et poteſt poni exemplum, quando dubitatur, an quis in perſonatibus vel beneficiis cum cura aſſumendus attigerit xxv. annum: vel an aſſumendus in epiſcopum peregerit xxx. annum. ſ. de elect. cum in cunctis, vel dubitat de monacho aſſumendo ad prælaturam eiuſdem, vel alterius ordinis, an ſit expreſſe profeſſus. j. tit. prox. nullus. In his enim & ſimilibus caſibus poteſt eligi & poſtulari, prout melius de iure valere poterit. Sic enim videmus, quòd ratione dubij admittitur libellus diſiunctiuus, ff. quo. leg. l. j. §. qui autem. Et quod hic dicit, intelligo ſi dubitetur in facto: ſi autẽ dubitaretur ignorantia iuris, hic ſecus credo, tum quia peritiores conſulere debuerunt, & quia iuris ignoratia nec eſt probabilis, nec excuſat. ff. de iu. & fact. igno. l. regula. j. de reg. iu. ignorantia, eo. lib. cum ſuis concord.

Dubitatio ꝓbabilis. an quis ſit eligendus vel poſtulãdus.

fuerint præſentatæ [a]. ¶Inferiores autem iudices, quorũ erat ipſarum cauſarum cognitio, appellatiõe [b] ceſſante, an in hoc [c] prauitas interceſſerit, ante omnia diligenter inquirant [d]: & ſi eam interceſſiſſe repererint, ſe de cauſis ipſis nullatenus † intromittant: ſed prefigant dictis partibus terminum peremptorium [e] competentem, in quo cum omnibus actis & munimentis [f] ſuis, Apoſtolico ſe conſpectui repræſentent [g].

¶ Idem in eodem.

*¶Si inter reliqua, quæ obiiciuntur promouendo ad dignitatem, obiicitur euidens defectus ſcientiæ, vel perſonæ: illud ante omnia examinari debebit: Et ſi reperietur falſum, opponens à proſecutione negotij repelletur: & punietur perinde, ac ſi defeciſſet in probatione omnium obiectorum. Ioan, And,*

## CAP. XI.

SI† forte [h] inter cetera [i], quę obiiciuntur electo, aut poſtulato, ſeu aliàs promouẽdo [k] ad aliquam dignitatem [l], euidentem [m] ſcientiæ [n], vel alium perſonæ defectum [o] opponi contingat [p]: in diſcuſſione obiectorum, illum ſtatuimus ordinem incommutabiliter obſeruandum: vt promouendus ſuper defectu ipſo ante omnia [q] ſubiiciatur [r] examini †: cuius euentus examinandis aliis, aut dabit initium [s], aut negabit, ¶ Cæterũ ſi præmiſſi examinis exitus huiuſmodi oppoſitiones

a ¶ *Præſentatæ.*] ergo non poſtea. ad hoc ſ. de poſtul. præl. bonæ. 2. §. nec obſtabat. j. de off. leg. licet. Archid.
b ¶ *Appellatione ceſſante.*] i. ſi appellatio interpoſita nõ fuiſſet.
c ¶ *In hoc.*] in renunciatione appellationis.
d ¶ *Inquirant.*] quòd ſi huiuſmodi inquiſitione omiſſa, ad eoſdem confirmandos, vel cõſecrãdos proceſſerint: vel alios proceſſus in cauſa fecerint: confirmatio, vel conſecratio, vel pceſſus illi ſunt nulli: & confirmantes & conſecrantes ab epõrum cõfirmatione & cõſecratione per annum continuũ ſunt ſuſpenſi. j. e. ti. prouida. in fi.
e ¶ *Peremptorium.*] & adhuc locũ hẽbit expectatio xx. dierum, ſecundum formam decr. ſ. e. c. j. ſecundũ Gul. & Gar.
f ¶ *Munimentis.*] i. probationib. & inſtris: ſic dictis, quia cauſam muniunt: alias monimẽtis. Monent enim & informant iudicem quid facere debeat.

ADDITIO. Et eo reſpectu dñr ẽt documẽta: quia docent, & informant quid iudex facere debeat. 2. q. 7. plerũq;. in prin. de prob. qm̃. in fi. Io. And.

† Dom. & Phil. notant hic, ꝙ iudex pfigẽs parti terminũ ad comparẽdũ corã ſupiore, nõ ſe intromittit: vñ eps pt illũ præfigere exempto

¶ *Gl. ſeq. recitetur per quæſtionem.*

g ¶ *Repræſentent.*] quòd ſi non venerint, procedatur ad confirmandam electionem, ac ſi appellatum non eſſet: quia non appellare, & appellare, & appellationem non proſequi, ſunt paria 1. de off. deleg. gratum. de teſti. cum veniſſet. C. de temp. app. l. 2. in fi. licet non per omnia: vt j. de ſent. exc. licet. & ſ. de eo qui mit. in poſ. cum veniſſent.

; Vel illi renunciare, ſecundũ Gul, & Arc. I. An.

SI *forte inter.*] Prima dat ordinem: Secunda pœnam imponit: ibi, *Cæterum.* Ioan. And.

CASVS. Vacante aliqua eccleſia cathedrali vel collegiata, canonici vel clerici illius eccleſiæ conuenerunt in vnum tractaturi ſuper electione futuri prælati: & ordinauerunt, ꝙ procederẽt per viam ſcrutinij: facto & publicato ſcrutinio, fuit compertũ, ꝙ Titius fuerat electus à maiori parte: Vñ quidam ibi exiſtens appellauit, ne Titius nominatus eligeretur, ex eo ꝙ ipſe Titius non habeat ſcientiam ſufficientem requiſitã illi dignitati: & ꝙ erat homicida. Item oppugnabat formam ſcrutinij, & perſonas eligentiũ: an ſit admittendus ad probandũ oẽs iſtos defectus ſimul? Rñdet ꝙ nõ: ſed primo eſt admittendus ad probandum defectum oppoſitum contra perſonã electi: qui defectus ſi probatus fuerit, declarabitur ineligibilis: Si autem nõ poſſit probari defectus cõtra perſonam electi oppoſitus: ipſe appellans condemnabitur in expenſis: & punietur iuxta tenorem c. ſtatuimus, ſ. e. ac ſi in omnibus probationibus defeciſſet: nec vltra admittetur ad improbandum alia vitia. Heli, Reg,

¶ *Prima gl. ſummat.*

h ¶ *Si forte.*] Si inter reliqua, quę obiiciuntur promouendo ad dignitatem, obiicitur euidens defectus ſcientiæ, vel perſonæ: illud ante omnia examinari debebit: Et ſi reperietur falſum, opponens à proſecutione negotij repelletur: & punietur perinde, ac ſi defeciſſet in probatione omnium obiectorũ. Io. An.

i ¶ *Cætera.*] vtputa, ꝙ eſt homicida, periurus, excõicatus, vel his ſimilia: quæ ita de facili probari nõ poſſunt, ſicut euidens defectus ſcientiæ vel perſonæ: quæ per oculorum inſpectionem, vel examinationem de facili probari poſſunt,

k ¶ *promouendo.*] puta per ſuperiorem, ad quem deuoluta eſt poteſtas: vel quia plures nominati ſunt domino Papę: & petitur de altero prouideri. 85. diſt. Arch. & de hoc ſ. e. quòd ſicut, [idem Ioan. Mon.]

l ¶ *Dignitatem.*] nõ eſt ergo ad ſimplicia beneficia hoc extendendum: cum ſi de eis intelligi voluiſſet, vel expreſſiſſet, vel generaliter locutus fuiſſet, de deci. ad audientiam. ad hoc j. e. ab eo. & j. de ver. ſi. c. 2. vbi ſemper hoc repetitur.

¶ *Gl. ſeq. primo duo no, à vi litteræ, & à ſimili: ſecundo q̃rit, et ſol. diſtinguendo: tertio iterum quærit, & ſol. & ſolut. exemplificat.*

m ¶ *Euidentem.*] Si ergo defectum opponit, ſed nõ euidẽtem, nõ habet locum pœna: ſed ſi opponit manifeſtum, idem: cum hæc ſint ſynonyma. ſ. de ver. ſig. cum olim. & eſt expreſſum. j. de ver. ſi. c. 2. Sed pone: plures opponit euidentes defectus. alterum probat, alterum non: quid erit? Sol. Si deficit in primo, repellitur ipſe opponẽs: ſi probat primum, repellitur electus. Si aũt ſimul examinati fuerint, ſi ſufficiens eſt defectus, qui verus reperitur, repellitur electus: ſed opponẽs etiam de calumnia punietur: niſi iudex viderit ipſum probabili de cauſa à calumniæ vitio excuſari: vt in auth. de iud. §. oportet. coll. 6. ſ. de acc. accedens. & ſ. e. c. j. Si autem opponeret nõ euidentia, fateor ꝙ ſufficiat alterum probari, vt ſ. e. c. j. & ſ. e. vt circa. de re iud. cũ I. & A. Sed nunqd iudex ex ſuo officio talem dicuſſionem facere pt: ẽt parte non petente? Dic ꝙ ſic, ſecũdum Gar. quia laborare dẽt vt breuientur lites. ff. ſi cer. pe. l. quidam exiſtimauerũt. ff. de poſtul. l. quos prohibet. ff. de pc. l. filiusfamilias. §. inuitus. ſ. de excep. c. exceptioné. hoc idem poterit etiam ſi ambæ partes expreſſe renuncient per iura prędicta, & per l. C. de iureiu. prop. cal. dan. l. 2. §. ſed qa veremur. Si autem tacite. ſ. intrando iudicium & permixtim examinãdo 2 oppoſitiones tã euidentium defectuum q̃ alias, & aliæ reperiũtur veræ: oppoſitiones vero euidentium defectuum falſæ: nõ hẽt locum pœna huius canonis pp impoſſibilitatem ſui, ad idem j. e. indẽnitatib. in fi. Pœna enim eſt ꝙ repellantur à proſecutione: ſed iſti iam ſunt proſecuti: & ſic non pt habere locum pęna. Nec obſtat ꝙ non poſſunt renunciare expreſſe: quia multa poſſumus tacite, quę non poſſumus expreſſe. ff. de procu. filiusfamilias. §. veterani. C. de iureiu. pp. cal. dan. l. 2. §. ſed quia veremur. & j. de iu. cal. c. j. Et ſufficere debet ad repulſionem electi, quòd aliquid inuenitur probatum, quod eum repellat: quia vndecunque crimina claruerint, &c, 24. q. 3. ecce. & de iudi. exhibita.

† Hoc decr. d̃claratur p Rom. Põtiſi ces. j. hoc c. lib. c. ab eo. hoc ti. & c. conſtõnem, de ver. ſig.

† De examine eligẽdorũ ad bñficia, vide ſancita in cõci. Tridẽ. ſeſ. 24 d̃ refor. c. 18

2 Dom. & Phil. no. hic ſi recipiatur pbõ eius q admitti nõ d3, ex illa d; ſeq ſñia cle. conſtõnem. e. ti. & an teſtis examinatus q exa minari non debuit, probet, vid Hippo. in l. j. §. Cornelio. ff. de qõ. Font.

¶ *Gl. ſeq. reſpon. per obiectionem, & ſolutionem, et diſtinctionem.*

n ¶ *Scientiæ.*] qui ẽt in laicis intolerabilis eſt. 38. diſt. ſi in laicis. Sed no. ꝙ eſt quędam intrinſeca qualitas, cum qua homo naſcitur, ſ. ꝙ aliquis ſit caſtus, pacificus, ſobrius: & hanc quis prę- ſumitur habere, ſicut no. ff. qui ſat. co. ſi vero. §. j. donec contrarium probetur. ſic intelligitur, de præſump. dudum. de ſcru. c. vno. Eſt quædam extrinſeca, vt litteratura: & talis qualitas nõ pręſumitur, niſi probetur: & ideo ſuper hoc examinatur, & ſic intelligitur hic cum ſuis ſimilibus. [Dicit Io. vbi nil facere habeo cum homine, pręſumere debeo illum dignum. Sed vbi ſibi dare volo filiam meam, i. eccleſiam in ſponſam: debeo inquirere de dignitate ſponſi: ſaltem quo ad expreſſa. ſ. eo. cum in cunctis. & j. e. licet canon. Et quia eligens inuenire tenetur conditionem debitam filiæ. arg. ff. de rit. nup, qui liberos. ideo punitur hoc non faciens. Io. And.] De negatiua facti, iuris, & qualitatis, dic vt 6. q. vlt. accuſator. de elect. bonæ. 1.

o ¶ *Defectum.*] ſed ſi electo opponatur, ꝙ ſit illegitime natus, quis habet hoc probare? Dic ꝙ opponens probat per notata Inn. in c. ſuper his. de acc. & de do. & contum. cum olim.

Opponens contra electum, ꝙ eſt illegitime natus, hoc probare d3.

p ¶ *contingat.*] nec poterit poſtea reuocare. j. e. tit. ab eo.

q ¶ *Ante omnia.*] Nota quòd cum plura obiiciuntur, quorum quodlibet per ſe ſufficit: illud quod facilius probari poteſt, primo probandum eſt. facit de præſcrip. auditis.

q ¶ *Ante omnia.*] i. antequam examinent alia non euidentia, quæ ſunt oppoſita. Archid.

r ¶ *Subiiciatur.*] à iudice, cui fides debet fieri de his quæ coram eo aguntur. 4. q. 3. cap. ſi teſtes. §. ſæpe, in fi. vbi de hoc. ad hoc 30. q. vlt. iudicantem. Archidiac.

¶ *Gl. ſeq. obiicit per locum à diuiſione: et quadrupliciter ſoluit.*

s ¶ *Initium.*] videtur ꝙ hæc pars huius diſiunctiuæ locum habere non poſſit: quia aut electus inuenitur inſufficiens, & tunc penitus repelletur: aut ſufficiens, & tunc repelletur opponẽs: & ſic nullo caſu obiectorum diſcuſſio ſumet initium. Dic ꝙ vera eſt obiectio, ſi inſufficiens reperitur electus: ſed ſi ſufficiens reperitur, adhuc locum habebit aliorum obiectorũ diſcuſſio: quia ſuperior inquiret ex officio ſuo illo repulſo de aliis obiectis, ne per ſubreptionem 3, &c. ſ. e. cum nobis. & j. e. indemnitatibus. & c. vlt. Vel admittetur alius cuius interſit: licet iſte repellatur pp eandem rationem. Vel dic hoc tunc locũ hr̃e, cum defectus oppoſitus reperitur verus: ſed nõ ſufficiens ad repulſionem electi, & tunc alia examinabuntur, admitti tamen non debuiſſet ad opponendum talem defectum. Vel dic quarto, ꝙ

3 Placet Domi. Font.

oppon

opponens admittetur ad alia ꝓbanda, ſi ꝓbabilis & ſufficiens cauſa eum à calumnia excuſauerit. ſ. e. c. j. ad fi. vt qa tales fuerant veriſimilitudines de defectu illo, quòd dici vel credi poterat euidens: & ſic calumniatus non fuit, ſecundum Gar.

a ¶ *Opponentes.*] No. quòd dicit, opponentes repellendos: non alios, quorum intererit, ꝑ eo quod dixi ſ. gl. prox. in 2. fol.

†aliàs deeſt dictio, omnino.

b ¶ *Obiecerunt.*] & defecerunt.

c ¶ *Defeciſſent.*] vt ſ. eo. c. 1.

docuerit veritate deſtitui: opponentes [a] omnino† à proſecutione cauſæ, in qua talia obiecerũt [b] excludimus: & perinde puniri decernimus, ac ſi penitus in ꝓbatione omnium, quæ obiecerant, defeciſſent [c].

¶ Idem in eodem.

¶ *Qui grauauerit aliquam perſonam eccleſiaſticam, vel eius conſanguineos, vel eccleſias, ſeu bona, pro eo, quòd eum, pro quo rogabatur, eligere noluit: ipſo facto excommunicatus eſt. Ioan. And.*

## CAP. XII.

SCiant [d] †cuncti [e], qui clericos, vel quaſlibet alias perſonas eccleſiaſticas [f] (ad quos in aliquibus eccleſiis, monaſteriis, aut aliis piis locis ſpectat [g] electio) pro eo, ꝙ rogati [h], ſeu

SCiant.] Nõ diuiditur: quia totus textus vno conſtructu clauditur, ſecundum Gar.

Casvs. Vacante aliqua eccleſia, dominus tpalis in cuius territorio & iuriſdictione erat ſituata illa eccleſia, ſcripſit canonicis, & eos rogauit vt ſuum filiũ, vel aliquem eius familiarem eligerent in prælatum: Canonici vidẽtes illum filiũ, vel familiarem non eſſe ſufficientẽ, nec idoneũ ad dictã prælaturam: vel ex alia cauſa, noluerũt ipſum eligere, ſed alium in ſuum prælatũ elegerunt; Dominus tpalis hoc ægre ferens, cœpit moleſtare canonicos, & eorum conſanguineos: vel inuadere bona canonicorum, & conſanguineorum: queritur vtrum ipſe dñs tpalis incurrat aliquam pœnam, & quam? Reſp. quòd ipſo facto eſt excõicatus: nec ab ipſa excõicatione eſt abſoluendus, niſi præmiſſa debita ſatisfactione. No. primo ex hoc c. quòd vota debentium eligere aliquem prælatum, debent eſſe libera. Nota inſuper principalem effectum huius c. videlicet, ꝙ ſi quis moleſtauerit clericos, eccleſias, vel cõſanguineos clericorum pro eo, quòd eligentes clerici noluerunt eligere aliquem pro quo moleſtans ſcripſerat: ipſe moleſtans incurrit ipſo facto ſñiam excõicationis. Not. vlterius caſum, in quo iniiciens manus in laicos, incurrit ipſo facto ſñiam excõicationis: quia quantumcunque conſanguinei clericorum ſint laici: iniiciens manus in ipſos, vel eos moleſtans, ipſo facto eſt excommunicatus.

†vid B. Ant. in tra. de excõicatione. c. 22.

¶ *Prima gl. ſummat.*

d ¶ *Sciant.*] Qui grauauerit aliquam perſonam eccleſiaſticam, vel eius conſanguineos, vel eccleſias, ſeu bona, pro eo, quòd eum, pro quo rogabatur, eligere noluit: ipſo facto excommunicatus eſt. Ioan. And.

¶ *Gl. ſeq. ſoluit quæſtionem, & reſpondet contrario.*

e ¶ *Cuncti.*] etiam epiſcopi. Nec obſtat j. de ſen. exc. quia periculoſum. quia non de ſententia excommunicationis, ſed ſuſpenſionis & interdicti loquitur.

f ¶ *Eccleſiaſticas.*] vt Conuerſos 1, Templarios, vel Hoſpitalarios: qui licet non ſint clerici, ſunt tamen eccleſiaſticæ perſonæ. 17. q. 4. quiſquis. in gl. pe.

1 Cõuerſi q̃ dicãtur, tradũt doc. ĩ c. vt priuilegia. đ priui. &c. ñ dubiũ đ ſen. ex. ad de Couar. in c. alma mr̃. de ſen. ex. li. 6. par. 2. §. 2.

¶ *Gl. ſeq. recit. per quæſtionem.*

g ¶ *ſpectat.*] de iure communi in collegiata eccleſia ad collegium ſpectat electio, de iu. pat. nobis. 16. q. vlt. congregatio. Si non eſt collegium, ſpectat ad patronum. ſ. de iu. pa. poſtulaſti. & hoc de iure communi: niſi aliud inducatur de conſuetudine. de cau. poſ. cum eccleſia. Si autem non eſſet ibi collegium, vel patronus, per diœceſanum habet ordinari. 10. q. 1. regẽda. 16. q. 7. omnes baſilicę. & hæc vera quo ad electionem prælati. de inferioribus no. ſ. e. cum eccleſia Vulterana. dic vt ibi. Gar.

h ¶ *Rogati.*] An preces 2 inducant ſimoniam: dic vt no. 8. q. 2. *in* ſumma. & q. 1. Moyſes. & ſ. de æta. & qual. tuam.

2 đ hoc art. an ꝑces inducãt ſimoniã, vide B. Tho. 2. 2. q. 100. ar. 5. ad 3. argum̃.

i ¶ *Inducti.*] per promiſſiones, vel alio modo.

k ¶ *Conſanguineos.*] No. ſpecialem caſum, in quo laicum percutiens, vel aliàs offendens, excommunicatus eſt ipſo iure. ad idem j. de ſen. exc. quicunque. & de immu. eccl. quoniam.

Additio. Et vſque ad quem gradum dicantur hi conſanguinei, recurre ad no. ſ. de app. poſtremo. in j. gl. Et quia de affinibus non fit hic mentio, & conſtitutio eſt pœnalis: non includit illos. j. de reg. iu. in pœnis. Ioan. And.

¶ *Gl. ſeq. rationem reddit, quam declarat: ſecundo ſoluit quæſtionem: tertio quærit, arguit negatiue, ſoluit diſtinguendo.*

3 Vide Bar. ĩ l. ñ ſolũ. §. ſi mãdato. ff. đ iniur. Alex. cõſ. 65. vo. 4. & Iaſo. in §. pœnales. inſtit. de act.

l ¶ *Alios.*] quia qui per alium facit, &c. ff. de adm. tu. ita tamen. §. geſſiſſe. ſic & in maleficiis tenetur mandator 3, ac ſi per ſe faceret. ff. de vi & vi ar. l. j. §. deieciſſe. & §. quotiens. & hoc verum de his quæ per alios explicari poſſunt: ſecus in adulterio & ſimilibus, quæ non poſſunt per alios explicari. C. de ca. tol. l. vnica. §. ne autem. & mandatarius etiam excõicatus hic erit. de ſen. exc. mulieres. & c. vniuerſitatis. Sed nunquid huius decre. pœna locum habebit in pręſentãte patrono? Et vr̃ ꝙ non: quia de electione tñ loquitur, & non de præſentatione: & eſt pœnalis & reſtringenda. j. eo. ti. de ſen. exc. ſtatutum. Dic ꝙ ſi patron⁹ eſt cleric⁹, vel pſona eccleſiaſtica, locũ hẽbit cõſtitutio; nec eſt ob hoc odioſa, immo fauorabilis eccleſiarum fauore, qb. pp hoc melius ꝓuidebitur. & quia decre. indefinite loquitur, indefinite intelligitur. & dicit clericos, &c. Si aũt pr̃onus eſt laicus, pęna locũ nõ hẽbit: cum cõſtitutio dicat clericos, vel eccleſiaſticas perſonas.

aliàs inducti [i], eum, pro quo rogabantur, ſiue inducebãtur, eligere noluerint: vel cõſanguineos [k] eorũ, aut ipſas eccleſias, monaſteria, ſeu loca cætera, beneficiis, ſiue aliis bonis ſuis, per ſe, vel per alios [l] ſpoliando, ſeu aliàs iniuſte perſequendo†, grauare præſumpſerint [m], ſe ipſo facto excommunicationis ſententia [n] innodatos [o].

†Vide c. felicis. j. đ pœ. cum ibi no.

¶ Idem in eodem.

¶ *Primo punit vſurpantes de nouo cuſtodiam vacantium eccleſiarum: Secundo punit clericos & monachos hoc fieri procurãtes: Tertio punit clericos ſe talibus non opponentes: Quarto ponit, qualiter debeant ſe habere habentes talem cuſtodiam ab antiquo.*

## CAP. XIII.

GEnerali [p] † conſtitutione

m ¶ *Præſumpſerint.*] ſim. de exceſſ. præl. tanta. ſ. in antiq.

¶ *Gl. ſeq. ſol. qonem.*

n ¶ *Sententia.*] ſi. j. de ſen. exc. quicũq;. & ſecundũ Gul. epi bene poterunt abſoluere ab hac ſententia: ex quo conditor huius canonis ſibi abſolutionem non reſeruauit. de ſen. exc. nuper. & arg. præd. decret. quicunque. in fi.

†Pro intellectu h⁹ c. viđ hic pręaliis Gul. Du. cognomento Specul.

o ¶ *Innodatos.*] ergo eſt canon latæ ſententiæ, vt hic patet. Et cum Papa hic ſibi non retineat abſolutionem: ordinarius diœceſanus clerico delinquenti indulgere videtur, ſ. de ſent. exc. nuper, ad hoc facit quod no. e. tit. ſi quem. in gl. vlt. in fi. Arch.

GEnerali.] Diuiditur in iiij. partes. Secunda: ibi, *Clericos.* Tertia: ibi, *Illos vero.* Quarta: ibi, *Qui autem.* Ioan. And.

Additio. Clericus, & Ioan. Mon. diuidunt in tres tantum: coniungunt duas primas: & bene conuenit litteræ ſuſpenſiuæ. ſed gl. conuenit menti. Franc. autem iungens tres primas partes, diuidit in duas tantum.

¶ Pro intellectu huius c. præſupponendum eſt ſecundum veriorem intellectum ipſius, quid proprie iſte tex. appellet regalia. Quidam volebant dicere, quòd regalia accipiuntur pro iuribus imperialibus: de quibus in lib. feudo. c. quæ ſint regalia. vt ſi rex donauerit regalia eccleſiæ, & aliquis illa vſurpet: ipſo facto eſt excommunicatus. Alij dicunt, quòd regalia accipiuntur pro iuribus, quæ habet princeps in aliquibus eccleſiis: videlicet quòd vacante aliqua eccleſia rex percipiat fructus, & eccleſiam conferat.

Caſus lr̃alis dom. Helię.

¶ Hoc præſuppoſito ponamus ſic caſum: Vacante aliqua eccleſia, aliquis comes vel dux, qui dicebat ſe habere iura regalia in ipſa eccleſia, occupauit cuſtodiam eccleſiæ vacãtis: & dicebat ꝙ fructus ipſius eccleſię ad ipſum ſpectabant: licet non fuiſſet vſus ipſo iure, an ille comes vel dux vſurpãs illud ius in eccleſia vacante, ſit puniendus aliqua pœna? Reſpondet Romanus Pontifex quòd ſic: & dicit quòd incurrit ſententiam excõicationis, & clerici illius eccleſiæ ſibi non reſiſtentes puniuntur pœna hic contẽta. Sed ponamus quòd rex vel alius princeps non cognoſcens ſuperiorem in temporalibus, habet iſta iura regalia in aliquibus eccleſiis. Et ponamus ꝙ vacãte tali eccleſia eſt ſylua cædua: tamen nõdum venit tempus ipſam ſyluam cęduam ſcindendi, ſiue amputãdi, vtrum talis princeps poſſit illam ſcindere, ſiue ſcindi facere? Reſp. quòd nõ: ſed ſi tempus ſcindendi & colligendi adueniſſet, cum ſylua cędua ſit in fructu, poſſet talis rex vel princeps facere ſcindere huiuſmodi ſyluam cæduam. No. primo ex hoc tex. iuncta gl. quòd patronus laicus nõ habet cuſtodiam eccleſiæ vacantis: ſed ſuperior prælatus cui ſubeſt eccleſia: ſecus eſt đ patrono eccleſiaſtico: ideo patronus ecleſiaſticus poſſet colligere fructus eccleſiæ vacantis: non vt fructus ſuos faciat, ſed vt illos reſeruet futuro ſucceſſori. No. inſuper, ꝙ patronus eccleſiaſticus non p̃t prætendere ius aliquod in fructibus illius eccleſiæ vacantis: & hoc verum, niſi de auctoritate ſuperioris tempore fundationis retinuerit ſibi illud ius. No. vlterius, ꝙ vſurpans de nouo prædicta iura, vel procurans vſurpationem, eſt ipſo facto excõicatus. No. finaliter, ꝙ ille qui habet cuſtodiam eccleſiæ vacãtis, non poteſt capere fructus, qui nõdum venerunt ad maturitatem: Et iſtud facit pro archipresbyteris, qui durantibus xl. diebus percipiunt fructus eccleſiarum vacantium: ipſi enim non debent præuenire maturitatem fructuum.

¶ *Prima gl. diuidit, & ſummat.*

p ¶ *Generali.*] Decretal. iſta diuiditur in iiij. partes, in quarum

prima punit vſurpantes de nouo cuſtodiam vacantium eccleſiarum:& durat vſque ibi, *clericos*. In ſecunda, quę durat vſque ibi, *Illos vero*. punit clericos & monachos hoc fieri procurãtes. In tertia, quæ durat vſque ibi, *Qui autem*. punit clericos ſe talibus non opponentes. In quarta, quæ durat vſque in finem: ponit qualiter debeant ſe habere, habentes talem cuſtodiam ab antiquo.

Vide Rebufum in p[rax.] vacat. beneficiorum regalia ... de oblati ... nomine ... n. 88.

ſno.q̃dd.ſpõ emanãs cõtra vniuerſos, ñ includit ſingulos cõprehẽſos ſub vniuerſitate. vide Io.An. đ ex ce,p̃l, nimis

¶ *Gl.ſeq,rec,per quæſtionem: an includat fœminas:Et ſol.quod ſic:alle,tres leges, & vnam alle. in contrarium,et dat quatuor ſolutiones.*

ſancimus:vniuerſos a †& ſingulos, qui regalia b, cuſtodiam c, ſiue guardiã, aduocationis, ſeu defenſionis titulũ, in eccleſiis, monaſteriis, ſeu quibuſlibet aliis d piis locis de nouo e vſurpare conantes, bona f eccleſiarũ, monaſteriorum, aut locorum ipſorum vacãtium occupare g præſumunt, quantęcunque dignitatis honore pręfulgeant h: Clericos etiam eccleſiarũ, monachos monaſteriorum, & perſonas cæteras locorum eorundem, qui hoc fieri procurant i: eoipſo excõmunicationis ſententiæ decernimus† ſubiacerę. ¶Illos vero clericos, qui ſe† (vt deberent) talia facientibus non opponunt k: de prouentibus eccleſiarum, ſeu locorum ipſorum, pro tempore l, quo præmiſſa ſine debita contradictione permiſerint, aliquid percipere diſtrictius inhibemus m. ¶Qui autem ab ipſarum eccleſiarum, cæterorumque locorum fundatione n, vel ex antiqua o conſuetudine iura ſibi huiuſmodi p vendicant: ab illorum abuſu ſic prudenter abſtineant, & ſuos miniſtros q in eis ſollicite faciant abſtinere, q̃ ea, quæ non pertinent ad fructus, ſiue redditus r prouenientes vacationis tempore, non vſurpent: Nec bona cætera s, quorum ſe aſſerunt habere cuſtodiam, dilabi permittant, ſed in bono ſtatu conſeruent.

a ¶ *Vniuerſos.*] & vniuerſas: nam appellatione ſi quis, & ſi qua cõtinetur. ff. de ver. ſig. l. 1. ff. de pac, tres fratres 1. & de cõſt. pe, l. 1. §. 1. Arg, contra. quia ſi pater exhęredat filiũ naſciturum: ſi naſcitur filia, non erit exhæredata. ff. de ven. in poſ. mit. l. 1. §. ſed & ſi incertum. Communiter dici ſolet, quòd in fauorabilibus maſculinũ concipit fęmininum: in odioſis nõ. ſic ſoluitur. ff. de ver. ſig. l. 1. Alij dicunt, q̃ ſi maſculinum verbum proferatur ab homine, & eſt odioſum, non comprehendit fœminam: & ſic intelligitur præd, §, ſed & ſi incertum. ſed ſi à lege, ſiue ſit odioſum, ſiue non: fœmina continetur. ff. de iur. om. iu. ſi quis id. Odoff. dicebat, quòd ſi etiam à lege proferatur verbum odioſum, non comprehendit fœminã: niſi id lege caueatur. Dic ſecundum Gar. quòd verbum maſculinum prolatum à canone, comprehẽdit fœminas: quod probatur 16. q. 4. ſi quis ſuadente, coniuncto cum c. de ſent. exc. mulieres. quod eſt verum, niſi eadem vel alia conſtitutione excipiatur fœmina. j. e, indemnitatibus. §. ſed cum eas.

1 Vide ibi Angel.

†verbũ, decernimus, deeſt ĩ quodã vetuſtiſſi mo codice, & vr̃ abeſſe oportere, cũ tota hęc periodus regatur, à verbo, ſancim° initio capitis poſito.

†Dictio, clericos, q̃ vt plurimum deeſt in recentiorib. libris, repoſita ẽ ex oĩb° antiq. cod.

Addıtıo. Quæ excepta intelligitur in articulis, qui fœminis non congruunt. s̃. de ſta, reg, ea quæ, in fi, de hoc Spe. de diſpu, & all, §. poſt hæc. ver. vel in maſculinum. per Hoſt. de teſta. Raynaldus, in prin per Archid. plenius in præd. c. ſi quis ſuadente. per Cy, C. de ſer. fug. quicunque. Ioan. And.

b ¶ *Regalia.* 2] i. collectam, quæ fit Regis ratione, vel Imperatoris, vel tributum quod debetur Regi. 11. q. 1. ſi tributum. ſic ſolet exponi de iure patr. præterea. 2. Vel, ideſt, iura quæ ad Imperatorem pertinere conſueuerunt, vt portus & vectigalia: ſed illa erant eccleſiis conceſſa, & modo volebat ea de nouo aliquis occupare: vt in libr, feu, tit, quæ ſint regalia, aliàs eſt ſub l. Imperialem. Ioan. And.

2 vide Bertr. cõſ. 276. inc. viſa conceſſione. par. 3.

c ¶ *Cuſtodiam.*] & cætera quæ ſequuuntur, expone ſecundum Gar. i. iuris p̃ronatus, quod ſecundum diuerſas regiones diuerſa ſortitur vocabula. j. de iu. pa. quia clerici. & c. præterea. 2, de ſta. mo. in ſingulis. §. 1. 16. q. 7. piæ mentis. & c. Frigentius. quocunque ergo nomine cenſeatur, vſurpantes de nouo tale ius in eccleſiis, & aliis locis piis, & bona ipſorum locorum vacantium occupantes, excommunicati ſunt ipſo iure.

d ¶ *Aliis.*] vt hoſpitalibus, vel aliis quocunq; nomine vocatis,

e ¶ *De nouo.*] ſ. à xl. annis citra, ſecundum Gar, de conſue. c. vlt, de præſcrip. de quarta. 16. q. 3. c. placuit. §. quas actiones, & hoc per litteram quæ ſequitur, vel ex antiqua conſuetudine, &c. Chriſma tamen, matrimonium, mancipium, vinum, dicuntur noua, quę non excedunt annum: vetera quę excedunt. Probatur primum de conſec, diſt. 3. litteris. Secundum, 35. q. 8. c. 1. Tertium, ff. de pu. & vec. interdum. §. quotiens. Quartum, ff, de vi, tri. & ole. le. vetus. Alibi dicitur nouum, cuius extat memoria; & eius contrarium dicitur vetus 3. ff. de aqua plu. arc. l, 1. §. ſi, & l. in ſumma. §. 1. s̃. de ver, ſig. c. ſuper quibuſdam.

3 qđ dicatur antiquũ tp̃s vide p Mar. Soc. cõſ. 89. inci. in cauſa agitata.

Addıtıo. Dicit Arch. quòd hic, & s̃. e. auaritię. dicitur nouum, quod nunquam fuit, Io. And.

f ¶ *Bona,*] de quibus nulla eſt laicis attributa facultas. 96. diſt, bene quidem. de conſt. eccleſia.

g ¶ *Occupare.*] in mala parte ponitur, ſic s̃. e. vt præteritę. alibi in bona. 7. q. 1. factus eſt Cornelius. & s̃, de proc. non iniuſte. & j̃, de proc, ſi duo. & de conſec, diſt. 5. nunquam. & proprie mobilia dicuntur occupari vel rapi: immobilia dicuntur inuadi: ſæpe tamen ſumitur vnum pro reliquo. 47. diſt. ſicut. 2. 12. q. 2. quicunque. s̃. de reſtit. ſpol. ſæpe. C. vnde vi. ſi quis in tantam. Inſtit. vi bo. rap. §. quòd non ſolum.

Addıtıo. Dicit Arch. q̃ iſti tales rerum eccleſiaſticarum occupatores dicuntur committere furtum & ſacrilegium: & non qualecunque furtum, ſed peculatus, quod eſt furtum de re publica. 23. q. 4. quid ergo. gl. [Ioan. And.]

h ¶ *Præfulgeant.*] hic aſſume litteram in fi, ſeq. ver. eoipſo, &c. & maiori pęna ſunt digni: quibus cum plurimum honoris defertur, inueniuntur in crimine. 5. q. 6. c. quia iuxta. §. ſi forte presbyteri.

i ¶ *Procurant.*] forte occaſione diſcordiæ inter ipſos ſuſcitatæ. & dicuntur procurare ope, conſilio, perſuaſione, & operatione. de homi. ſicut dignum. de offic. deleg. c. 1. ff. de ſer. corru. l. 1. §. perſuadere.

p̃curare q̃s dr̃ quadrupliciter.

k ¶ *Opponunt.*] Nota clericos ſe debere opponere pro iuribus eccleſiæ defendendis. ad idem j̃. de re. eccl. non al. hoc conſultiſſimo.

l ¶ *Pro tempore.*] i. pro ea parte temporis. vel ideſt, ab eo tempore citra.

¶ *Glo. ſeq. quærit, & ſoluit diſtinguendo.*

m ¶ *Inhibemus.*] contrafaciens eſt tranſgreſſor canonis, qui canonem tranſgreditur prohibitionem continentem. 4. diſt. c. denique, in fi. ſecus ſi conſilium tantum, vt ibi. Sed quæro quæ ſit pęna tranſgreſſionis canonis? Dic ſecundum Gar. quòd qui tranſgreditur canonem, credens Romanam eccleſiam non habere poteſtatem condendi canones: de tali tranſgreſſione punitur vt hæreticus. 19. diſt. nulli fas. vbi de hoc. Si autem credit Romanam eccleſiam poteſtatem habere, ſed facit contrarium: quia ſic ei placet, eſt pœna depoſitionis 4. vt 4. diſt. §. vlt. & adde hoc quod no. s̃. de treug. & pac. c. 1.

Pœna tranſgredientis canones.

4 Vbi nõ eſt certa pœna ſtatuta. I. A.

n ¶ *Fundatione.*] fundans enim & dotans eccleſiam de diœceſani conſenſu poteſt 5 hoc ſtatuere, vt fructus ipſius eccleſiæ, cum vacabit, ſuos faciat. 18. q. 2. Eleutherius. de iu. patr. præterea. 2. & c. nobis.

5 Quantũ liceat hodie p̃ronis bñficiorum, rõe iurisp̃ronatus, ſanciuit cõcil. Tridẽ. ſeſſ. 25. de reformat. c. 9. quod omnino videas.

Addıtıo. Licet donationis tempore poſſit doti onus imponi: non tamen tempore traditionis, quæ fit ex interuallo. facit C. de pact. con. l. ex morte. in fi. & quod no. de rei vx. act. l. vna. §. accidit. facit de teſtib. cog. præterea. cum concor. in vlt, gl, Ioan. Andr.

¶ *Gl, ſeq. obiicit, & ſoluit,*

o ¶ *Antiqua.*] præſcripta. s̃. de conſue. c. vlt. videtur ergo quòd conſuetudo, qua vſurpari poſſint bona eccleſiarum, & ſic oneroſa præſcribi poſſit: contra id, s̃. de conſuetu, c. 1. Dic quòd in hoc quòd quis habeat ius patronatus, cuſtodiam, guardiam, vel ſimilia, bene valet conſuetudo: ſed in hoc quòd vſurpet, non valet: & ſic intelligitur contrarium.

p ¶ *Huiuſmodi.*] ſcilicet, guardiam, cuſtodiam, vel regalia.

q ¶ *Miniſtros.*] qui res alterius ſaluare tenentur: & de facto miniſtrorum tenentur. ff. nau. cau. ſta, l, fi. in prin. 86. diſt. an putatis. & culpæ reus eſt, qui malorum vtitur opera, Inſtit. de obli. quæ ex quaſi deli. §. ſed ſi alicuius. circa fi.

¶ *Gl. ſeq. quærit, arg. & ſoluit.*

r ¶ *Redditus.*] vt ſunt ſyluæ cæduæ: quæ tempore vacationis non ſunt in tali ſtatu, quod cædi debeant 6. Et nota quòd omnis fructus conſiſtit in redditu, ff. de vſuris. Paulus. §, 1. ſed non conuertitur: quia partus ancillæ eſt in redditu, ſed non in fructu. ff. de vſur. in pecudum. §. partus, Inſtit, de rer, diu, §. in pecudum. Sed quæro an fructus medio tempore perceptos faciant tales ſuos? Ita videtur per hanc litteram: quia non prohibet de fructibus, ſed de his quæ non pertinent ad fructus. Tu dic quòd fructus conſeruari debent futuro ſucceſſori. ſupra de offic. ordin, cum vos. s̃. eo. vbi periculum. §, prouiſionis, & j̃, eo, quia ſæpe, & de off. ord, præſenti. Qui enim cuſtodiam habet, cuſtodire debet, non conſumere. ff. vt in poſſeſſ. leg, l, is cui. §. qui legatorum. habebunt tamen ſecundum Gul. quamdiu cuſtodiæ operam dant, moderata cibaria. argumen. 12. q. 2. charitatem. ſupra de præbend. extirpandæ. ff. commod. in rebus. §. poſſunt. & ſic non habet locum hic. & argum. à contrario ſenſu. C. de epiſcop. & cler. conuenticulam. & ff. de condi. inſert. l. 1.

6 Vel ſunt ſtagna, vel viuaria, ñ in ſtatu quo piſcari dẽant. Ioan. And.

s ¶ *Cætera.*] ff. de ver. ſig. l. cæterorum. Ioan. And,

Licet

L*Icet canon.*] Summa & diuide, prout in prima gl.

Casvs. Quidam clericus conſtitutus in præſentia Romani Pontificis quæſiuit ab eo, Sanctiſſime Pater, vellem bene informari à vobis, quæ idoneitas requiritur in promouendo ad eccleſiam parochialem? Ad quod rñdet Romanus Pontifex, ꝙ in promouendo ad eccleſiam parochialem reqritur, ꝙ ipſe hēat ſcientiam ſufficientem: & ſit imbutus bonis virtutibꝰ: ac inſuper ſit alienꝰ à vitiis: & ꝙ compleuerit annum 24. & attigerit 25. quòd ſi non attigerit 25. nulla eſt collatio ipſo iure: Sed quid ſi promotus ad eccleſiam parochialē habeat omnia iſta: qa eſt ætatis perfectæ, idoneus ſcientia, & moribus: ſed tamen nō eſt ſacerdos? Reſpondet Romanus Pontifex, ꝙ ipſe dēt effici ſacerdos infra annū computādum à tpe adeptæ pacificæ poſſeſſionis ipſius eccleſiæ parochialis: aliàs ſi non promoueatur ad ſacerdotium infra illud tēpus: illo tempore elapſo priuatus eſt ipſo iure dicta eccleſia parochiali. c. commiſſa. j. e. & ſic correctum eſt c. cum in cunctis. e. ti. in ant. quod requirebat amotionem per ſententiam: ſed per iſtud c. ipſo facto eſt amotus abſque alia monitione, vel ſententia. Sed quid ſi promotus ad eccleſiam parochialem fuit effectus ſacerdos infra annū: vtrum teneatur reſidere perſonaliter in ipſa eccleſia: & eidem perſonaliter deſeruire in diuinis? Reſpondet quòd ſic: niſi ſuus prælatus cum ipſo diſpenſauerit, ne reſideret perſonalirer in ſua eccleſia: ſed vt poſſet in ipſa eccleſia deſeruire in diuinis per alium ſuum vicarium.

†vide cōcil. Laterañ. ſub Alexan. iij. c. 13. & cōci. Tridēt. ſeſ. 7 de refor. c. 3 vbi hoc decretum confirmatur.

¶ Idem in eodem.

*¶ Parochialis eccleſia nemini conferatur, qui non ſit idoneus ſcientia, moribus, & ætate: et ſi conferatur non attingenti xxv. annum, non valet collatio: Ille autem, cui talis eccleſia collata fuerit, tenetur perſonaliter reſidere, & infra annum ſacerdos fieri: ſi autem promotus non fuerit, elapſo anno priuatus eſt ipſo iure. Super reſidentia autem prælatus eius ad tempus poterit diſpenſare. Ioan. And.*

## CAP. XIIII.

L Icet [a] †canon [b] à felicis recordationis Alexandro Papa iij. prædeceſſore noſtro editus, inter cætera [c] ſtatuerit, vt nullus regimen eccleſiæ parochialis ſuſcipiat, niſi xxv. annū ætatis attigerit: ac ſcientia, & moribus commendandus exiſtat: quódque talis ad regimen aſſumptus huiuſmodi, ſi monitus non fuerit præfixo à canonibus tempore [d] in presbyterū ordinatus, à regiminis eiuſdem amoueatur officio, & alij [e] conferatur. Quia tamen in obſeruatione canonis memorati, ſe multi exhibent negligentes: Nos periculoſam [f] illorum negligentiam [g] volentes iuris executione [h] ſuppleri, præſenti decreto ſtatuimus: vt nullus ad regimen parochialis [i] eccleſiæ aſſumatur, niſi ſit idoneus† moribus, ſcientia [k], & ætate: Decernentes collationes de parochialibus [l] eccleſiis, his, qui nō attigerint [m] vigeſimumquintum annum, de cætero [n] faciendas viribus omnino carere [o].

¶ *Prima gl. ſummat, & diuidit.*

a ¶ *Licet.*] Parochialis eccleſia nemini conferatur, qui non ſit idoneus ſcientia, moribus, & ętate: & ſi conferatur non attingenti xxv. annum, non valet collatio: ille autem cui talis eccleſia collata fuerit, tenetur perſonaliter reſidere, & infra annum ſacerdos fieri: ſi aūt promotus non fuerit, elapſo anno priuatus eſt ipſo iure. Super reſidentia autem prælatus eius ad tempus poterit diſpenſare. Et p̄t diuidi in ſex partes. In hac prima ponit cōſtitutionem Alexandri: & ſtatuit cui debeat conferri parochialis eccleſia. In ſecunda: ibi, *Decernentes.* irritat collationem aliter factam. In tertia: ibi, *Is etiam*, ponit de reſidentia facienda. In quarta: ibi, *Et infra annum*, de promotione ad preſbyteratum. In quinta: ibi, *Quòd ſi infra.* pœnam non promoti. In ſexta: ibi, *ſuper reſidentia.* de diſpenſatione reſidentiæ.

Additio. Iſta diuiſio in ſex partes placet: licet Fran. diuidat in quatuor tantum: quia coniungebat tertiam & quartam: Item quintam & ſextam. Clericus diuidebat in quinque, coniungendo primas duas: Item Ioan. Monach. in quinque, ſubticendo tertiam. Ioan. And.

¶ *Gl. ſeq. ponit tria, quæ ſupplet ipſe canon.*

b ¶ *Canon.*] s̃. e. cum in cunctis. qui hic in tribus maxime ſuppletur: quia ibi collatio parochialis eccleſiæ minoribus fieri prohibebatur tantum: hic irrita decernitur: niſi dicere velis, ꝙ id ſatis erat irritum per ipſam conſtitutionem: quia ſufficit legiſlatorem aliquid prohibuiſſe: & ſi nō adiiciat contra factum non valere 1. C. de legib. non dubium. nec fuit hoc propterea ſuperfluum, cum clarius exprimat. ad idem s̃. de ſum. Tri. c. vni co. eo. lib. & ſic innouat & ſuſcitat illud ius, quaſi per abuſum abolitum. Item per canonem illum moneri debent ad ſuſcipiendos ordines: per iſtum non. Item per illum priuandus eſt per ſententiam: per iſtum priuatus eſt ipſo iure. Ioan. And.

1 Idē Dom. alleg. ſimilē gl. in cle. j. đ iu. pa. Font.

c ¶ *Cætera.*] quia multa alia ſtatuit præter iſta.

d ¶ *Tempore.*] quod erat in proximis quatuor temporibus. 75. diſt. quaſi per totum. vel dic præfixo ab homine.

e ¶ *Alij.*] Ergo non primo, ne fiant leges ludibrio: & dicatur ſolum verbis lex impoſita. j̃. eo. commiſſa. §. porro. & dic, alij, qui cum effectu faciat id in quo primus fuit negligens. s̃. de cler. non reſi. relatum. aliàs remouebitur, vt ibi.

f ¶ *Periculoſam.*] ſibi & illis, quos corrigere debebant: & ita cateruatim ſequebatur eos pereuntes multitudo pereuntium. 40. diſt. ſi Papa.

g ¶ *Negligentiam.*] Hæc omnia lædit. in Auth. col. 6. de quæſtore. §. hæc omnia. & nouerca eſt eruditionis. 83. diſt. c. nihil.

h ¶ *Executione.*] No. ꝙ quilibet canon qui eſt latæ ſñīæ p̄t dici executorius: & hoc eſt verum quo ad iuris executionem.

Additio. An neceſſaria ſit executio facti vel declaratio. no. j̃. e. commiſſa. §. 1. Archid. remittit. de præb. licet. 2. Ioan. And.

¶ *Gl. ſeq. quærit, arg. pro. ſoluit contrariū. Item quærit, & ſol.*

i ¶ *parochialis eccleſiæ.*] Sed nunquid erit idem in decanatu & aliis dignitatibus 2, de quibus loquitur §. inferiora. c. cum in cunctis. s̃. e. arguendo de ſimilibus ad ſimilia? Vr̃ ꝙ ſic, cū ſub eadem prohibitione manauerit. s̃. de conſtit. tranſlato. Dicas ſecūdum Gar. & Gul. ꝙ in illis per hanc cōſtitutionem nihil immutatur: quod enim non mutatur, &c. C. de app. præcipimus. & C. de teſtam. ſancimus. Habeat ergo tantū locum in eccleſia parochiali: nec recedā à verbis. ff. de leg. 3. non aliter. Seruabitur ergo in eis. §. inferiora. c. cum in cunctis. s̃. e. Item ſcias, ꝙ non habet locum hæc conſtitutio in parochialibus collegiatis, vel aſſumptis ad earum regimen. j̃. eo. ti. ſtatutum. Quid ſi eccleſia olim habuit parochianos, ſed nunc habere deſiit? Dic ſecundum Gar. ꝙ non habet locum conſtitutio: quia & deficientib. perſonis collegij, deſinit eſſe collegium, vt no. ff. quod cuiuſq. vni, l. ſicut municipij. §. 1. Si autem reinciperent ibi eſſe parochiani, extunc incipiet conſtitutio locum habere: quia facta eſt parochialis. & o. reuolauit ad a. 35. diſ. ab exordio. quemadmodum ſi de nouo fieret aliqua eccleſia parochialis, locum haberet conſtitutio, & concor. ad hoc Hoſt. s̃. de cler. non reſi. quia nonnulli.

2 Qualis ætas reqratur ī pmouēdis ad quaſlibet dignitates, & bñficia, ſāciuit Ale. iij. in conci. Laterañ. c. 3 & nouiſſim. cōcil. Tridē. ſeſ. 24. de reform. c. 12.

†Idem cauetur in cōcil. Laterañ. ſub Alex. iij, c. 3. & in concil. Laterañ. ſub Inno. 3. c. 30 & in conci. Tridēt. ſeſ. 7 de refor. c. 3 & ſeſ. 24. de refor. c. 12.

k ¶ *Scientia.*] quæ requiratur in eo, habes 38. diſt. quæ ipſis.

l ¶ *parochialibus.*] De talibus eccleſiis habetur 38. diſt. quando. in prin. 10. q. 1. regenda. 13. q. c. 1. Parochia Gręce, Latine dicitur partitio: & dicitur parochia, quaſi partitio curæ: quia rector ipſius habet curā animarū totius populi infra illos limites congregati: vnde dicitur populum regere. j̃. de cap. mo. c. 1. Arch.

m ¶ *Attigerint.*] Sufficit ergo in his ꝙ attingerint xxv. annum. ſecus ergo in epiſcopo. s̃. de elect. cum in cunctis. & in abbatiſſa. j̃. e. indemnitatibus. & in caſu. j̃. de æta. & qual. c. vno.

Additio. Et in caſu, de regularibus, ad noſtram. vbi vide cum ſuis remiſſis. Ad vtranque partem facit clem. de ſtat. mo. ne in agro. §. cæterum. Sol. vt ibi in gl. 4. Ioan. And.

¶ *Gl. ſeq. notat, & remittit: ſecundo quærit de pendentibus, opin. ponit, & ſoluit diſtinguendo.*

n ¶ *De cætero.* 3] Ad futura tantum extenditur: & habet hoc locum in qualibet conſtitutione, præterquam in caſibus. s̃. de conſtitut. c. vlt. dic vt ibi. Quid de pendentibus: nunquid ad illa conſtitutio extendatur? Et quidem ſi pendeat per appellationem, negotium decidi debet ſecundum ius quod erat tempore primæ ſententiæ: non ſecundum ius quod emanauit appellatione pendente. in Auth. vt cum, de ap. cog. in prin. & §. 1. Si autem principaliter pendet, dixit Hoſt. s̃. de conſtit. c. 2. decidi debere ſecundum ius quod emanauit. Goffr. ibi, & Accur. C. de legi. leges. ſecundum ius quod ante conſtitutionem erat. & vterque allegat præd. Auth. dic ſecundum Gar. quòd ſi conſtitutio loquatur de ordinatione negotij vel contractus: vt de numero teſtium, de ſcriptura vel alia ſolemnitate, vera eſt opi. Goff. Nō enim pars potuit diuinare. C. de teſti. teſtium. C. de teſta. iubemus. 82. diſt. propoſuiſti. Si autem conſtitutio loquatur circa ordinationem ſententiæ vel proceſſus: pone exemplum, de iu. cal. c. 1. §. vlt. de ſen. & re iud. c. vlt. poteſt vera eſſe opin. Hoſt. ita ꝙ proceſſum cauſę iam factum non tangat, ſed faciendum: & quòd aliàs conſtitutio de ſui natura non extendatur ad pendentia: probatur opti. j̃. de off. le. c. pe. in fi.

3 de mr̃ia gl. vide Pet. de Anc. late loquētē. Fon.

¶ *Gl. ſeq. de duobus ſimul quærit, & ſoluit. Iterum quærit: arg. pro. & ſoluit contrarium.*

o ¶ *Carere.*] ipſo iure. Si quæratur an epiſcopi poſſint in ætate diſpenſare ſecundum ꝙ olim à quibuſdam dicebatur per illam decre. de ęta. & qual. præterea. & c. indecorum. & vtrum diſpenſatiue poſſint annum prorogare? Dic quòd non: per decret. iſtam, quæ ſolum ſuper reſidentia eis poteſtatem diſpen-

ꝛIdem Dñicus. Font.

ſandi reſeruat: eo tamen ſaluo, quod habes j.e.ti.cum ex eo. De diſpenſatione autem ordinum nihil hic prohibetur: vnde antiquo iuri ſtabitur, ſ.illi decr.pręterea. Sed nunq̃d non conſtitutus in maioribus vel in minoribus de iure communi ad talem eccleſiam eligi poteſt? Et videtur ꝙ ſic: quia iſta decr. nihil exigit, niſi ꝙ promoueatur infra annum: ſed ad omnes ordines promoueri poterit infra annũ.

ꝛIdem Dñicus, Font.

Sed dic contra ꝛ: q̃a hæc decr. præterea. nihil per iſtam immutatur: immo per iſtam quodãmodo exponitur quod ibi dicit, infra breue tempus,

† Idẽ cauet cõcil. Tridẽ. ſeſ. 6. de reform. c. 2. q̃d omnino videas

poterit appellare: ſicut & tutor appellat ob excuſationem rationabilem non admiſſam. ff. quan. app. ſit. l. j. §. ſi quis tutor. ꝙ ſi voluntate ſua renuit ordinari, nil prætendens, niſi quia non vult: debet compelli appellatione remota per ſubtractionem beneficij & officij. 74. diſt. can. 3. & 4. De regularibus dic vt in cle. de ſta. reg. ne in agro. §. antep.

¶Is etiam [a], qui ad huiuſmodi regimen aſſumetur, vt gregis ſibi crediti diligentius curam gerere poſſit, in parochiali eccleſia, cuius rector [b] extiterit, reſidere [c] †perſonaliter [d] teneatur: Et infra annum [e] à ſibi commiſſi regiminis tempore numerandum, ſe faciat ad ſacerdotium promoueri. Quòd ſi infra idem tempus [f] promotus non fuerit: eccleſia ſibi commiſſa, nulla etiam præmiſſa monitione, ſit præſentis conſtitutionis auctoritate priuatus [g]. ¶Super reſidentia vero (vt premittitur) facienda, poſſit ordinarius [h] gratiam diſpenſationis ad tẽpus [i] facere, prout cauſa rationabilis id expoſcit.

¶ Idem in eodem.

*¶ Parochialis eccleſia non commendetur niſi conſtituto in ætate legitima, & ſacerdotio: & tali non niſi vna: & illa tunc demum, cum neceſſitas vel vtilitas exigit. Talis autem commẽda vltra ſex menſes non duret. Quod contra prædicta factum fuerit, eſt irritum ipſo iure. Ioan. And.*

## CAP. XV.

Nemo [k] †deinceps [l] paro-

a ¶ *Is etiam.*] Tertia pars, in qua ponit de reſidẽtia faciẽda.

b ¶ *Rector.*] vel perpetuus vicarius, in quo locum habet quod hic dr̃ circa ordinem & ætatẽ per cle. de off. vi. quæ de eccleſiis, cuius contrarium dicit hic Arch. per hanc litteram.

c ¶ *Reſidere.*] Ad hoc ẽt tenebatur olim. s̃. de cle. nõ reſi. relatũ.

c ¶ *Reſidere.*] Is dr̃ reſidere, qui continue ibi moratur. arg. C. de meta, l. deuotum. li. 12. niſi in caſibus à iure exceptis: in quibus is qui abeſt, fingitur eſſe præſens, & reſidere: vt j̃. de cler. non reſi. de cætero. c. ex parte. & c. cum dilectus. cum ſi. Archid.

d ¶ *Perſonaliter.*] Ergo nõ per vicarium: niſi in caſu s̃. de præb. extirpandæ. quam per hanc tolli non credo, ſecundum Gul.

e ¶ *Annum.*] impedimento ceſſante. s̃. e. ti. li. 6. quàm ſit. in ſi. & eſt expreſſum j̃. e. commiſſa. & currit iſte annus ex quo habuit poſſeſſionem pacificam: vel per eum ſtetit quo minus haberet: nec currit iuſte impedito, vt j̃. e. cõmiſſa. & j̃. de pręb. licet.

f ¶ *Idem tempus.*] niſi cum eis per epiſcopos ſuos fuerit diſpenſatum: vt litterarum ſtudio inſiſtentes, non teneantur vſque ad ſeptennium 3 promoueri: niſi ad ordinem ſubdiaconatus dumtaxat, ad quem ſub hac pœna infra annum promoueri tenentur. j̃. eo. tit. cum ex eo.

3 Vide cle. vt hi. de ęta. & qua. & cõci. Tridẽt. ſeſ. 7 d̃ refor. c. 12 & ſeſ. 22. de refor. c. 4. & ſeſ. 24. de reform. c. 12.

*¶ Gl. ſeq. quærit & ſoluit: demum ſoluit duo dubia: & de tertio remittit: vltimo diſtinguit circa compulſionem ad ordines.*

g ¶ *Priuatus.*] ipſo iure. olim vero per ſñiam. Sed nunquid poterit purgari mora anno elapſo per aliquot dies? Dic ꝙ non: arg. hic. & de ſup. ne. pręla. licet. quia commiſſa nõ p̃t purgari. C. de contrah. & com. ſti. l. magnam. & adde quod dixi j̃. de re. iur. mora. & licet tam modicum tp̃s reſtet de anno, ꝙ certum eſt eum non poſſe promoueri: non eſt priuatus. j̃. e. commiſſa, j. reſp. & dico ꝙ pœna illius conſti, cum in cunctis. non eſt remota per iſtam: quia ſi talis eccleſia collata fuerit diacono, & monitus promoueri nolit, etiam infra annum priuari poterit ſecundum tenorem ipſius decr. Et ſi quæratur qñ incipiat currere tp̃s illi, ad quem ſpectat collatio: dicam j̃. e. commiſſa. No. autem ex hac decr. ꝙ compellitur quis ad ordines per ſubtractionem beneficij. Sed q̃a iura 4 ſuper hoc variant: diſtinguas ſecundum Gar. Aut beneficium habet certum ordinem annexum, aut nõ. Si habet, aut iuſta cauſa excuſat illum, vtpote irregularitas, in quam poſtea incidit ſine culpa ſua, vt quia oculum vel manum amiſit: tunc nec compellẽdus eſt, nec priuandus. s̃. e. cum in cunctis. §. hoc ſane. Si autem incidit in talem irregularitatẽ culpa ſua, debet amittere beneficium: & ſic intelligitur de ætat. & qual. c. j. Idẽ ſi ante adeptum beneficium in illam irregularitatem incidit qualitercunque: quia id in promotione ſua tacere nõ debuit. 24. diſt. quando. & c. vlt. s̃. d̃ cor, vit. expoſuiſti, de renun. niſi cum pridem. §. perſonæ. Si autem iuſta cauſa eum nõ excuſat, aut eſt parochialis eccleſia: & tũc elapſo anno priuatus eſt ipſo iure, etiam ſi non moneatur, vt hic: aut eſt aliud beneficium: & tunc ſi monitus non vult promoueri, priuandus eſt, s̃. e. cum in cũctis. §. inferiora. In ep̃atu autem non req̃ritur monitio: ſed ſufficit negligentia electi per tp̃s à canone terminatum. 100. diſt. c. 1. circa ſi. Si vero beneficium non habet certum ordinem annexum: & eccleſię neceſſitas vel vtilitas non exigit: inuitus cogi non debet: & punitur qui eum compellit. 74. diſt. c. 1. & 2. & can. vbi iſta. Si autem neceſſitas vel vtilitas eccleſię requirit, vt promoueatur clericus, ſi ſe excuſat prætextu criminis, quod ſe commiſiſſe proponit: aut ſi proponit aliud impedimentũ in quod incidit culpa ſua: tunc ep̃s debet inferiores idoneos promouere, & ipſum clericum ab ipſo beneficio penitus amouere: niſi aliàs valde vtilis & neceſſarius eſſet illi eccleſiæ: de æta. & qual. quæris. vbi vero impedimendimentum tpale prætendit, puta infirmitatem, vel etiam perpetuum ex delicto ſuo non proueniens, non ſolum non cogitur: ſed etiam ſi eius excuſatio non admittitur,

4 Vide iura & cõci. Trident. paulo ante citatũ.

¶ *Gloſ. ſeq. recitetur per quæſtionem.*

h ¶ *Ordinarius.*] i. ſuperior, ſiue ſit epiſcopus, ſiue maior vel inferior epiſcopo. s̃. de cle. nõ reſi. relatum. & ſic illud intelligunt Inno. & Hoſt. diſpẽſationem aũt illius c. j̃. e. cum ex eo. non poſſunt inferiores epiſcopis facere. vt ibi dicam.

i ¶ *Ad tempus.*] Bene dicit: quia nec Papa ſuper reſidentia dat perpetuas indulgentias: & datas per prædeceſſores reuocat: vt s̃. eo. lib. de reſcrip. c. vlt.

† Vacantib. eccleſiis parochialibus q̃d agendũ, diligẽter p̃ſcribit cõci. Tridẽ. ſeſ. 24 d̃ refor. c. 18

Nemo.] Tria facit: Primo præmittit cui: & quãdo fiat commenda parochialis eccleſiæ: Secundo quantum duret: Tertio decretum apponit. Secunda: ibi, *Huiuſmodi autem.* Tertia: ibi, *Statuentes.*

Additio. Et Ioan. Monachus diuidebat in quatuor: Secunda: ibi, *Nec tali.* Ioan. And.

Casvs. Vacante aliqua eccleſia, epiſcopus non habens ad manus perſonam idoneam: vel forte patroni contendebant de iure patronatus: certum eſt ꝙ iſte epiſcopus poteſt ad tempus concedere alicui iſtam eccleſiam in commendam. Sed quæritur quæ ætas, & quæ aliæ qualitates requiruntur in commendatario? Reſpondet quòd requiritur, ꝙ commendatarius compleuerit annum 24. & attigerit 25. annum. Item requiritur, ꝙ ipſe ſit conſtitutus in ſacerdotio: Nam requiritur quòd exerceat ea quæ ſacerdos exercet. Item tertio requiritur ꝙ non habeat aliam eccleſiam in commendã. Sed vtrum in perpetuum poterit epiſcopus eccleſiam commendare? Certe non: ſed ſolum vſque ad ſex menſes: & in effectu poteſt epiſcopus eccleſiam commendare vſque ad illud tempus, quod habet in ſua collatione. *Nemo.*] Iſta conſtitutio non comprehendit Romanum Pontificẽ: quia Romanus Pontifex non poteſt ſibi legem imponere. Not. primo, quòd epiſcopus (idem eſt de alio ſuperiore) poteſt eccleſias ſpectantes ad ſuam collationem commendare, i. tradere in cuſtodiam, & alicui committere adminiſtrationem ad tempus: ſed talis commendatarius per hoc non habet titulum in eccleſia ſibi commendata. No. vlterius, quòd epiſcopus non poteſt eccleſiam commendare vltra ſex menſes: ideo elapſis ſex menſibus expirat commenda: ſed Romanus Pontifex poteſt in perpetuum commendare: Vnde ſciendum, ꝙ commendatarius in eccleſia ſibi commendata non dicitur habere titulum, & ideo non vacat per mortem commendatarij: Ex quo ſequitur, ꝙ ſi poſt mortem commendatarij impetraretur eccleſia commẽdata tãquam vacans per mortem: impetratio eſſet ſurreptitia: quia eſſet expreſſus falſus modus vacationis, & hoc verum, niſi in impetratione eſſet appoſita iſta clauſula, & hoc quocunq; modo vacet. No. inſuper, ꝙ commenda eccleſiæ parochialis non poteſt alicui fieri, niſi conſtituto in ſacerdotio: licet eccleſia parochialis poſſit alicui dari in titulum non conſtituto in ſacerdotio. Nota finaliter, quòd commendatarius tenetur reſidere in eccleſia ſibi commendata: ideo non poſſet ſibi dari alia commenda, quia nemo poteſt reſidere perſonaliter in duobus locis.

¶ *Prima gl. ſummat.*

k ¶ *Nemo.*] Parochialis eccleſia non commendetur niſi conſtituto in ætate legitimã & ſacerdotio; & tali non niſi vna: & illa tunc demum, cum neceſſitas vel vtilitas exigit. Talis autem commenda vltra ſex menſes non duret. Quod contra prædicta factum fuerit, eſt irritum ipſo iure, Ioan. And.

z ¶ *Similis pœna.*] inquantum eſſe poteſt: electus enim priuatus eſt iure iam ſibi acquiſito: poſtulatus autem ſolum ſpe gratiæ quam habebat. & idem dico in eligentibus.

a ¶ *Nec per hoc.*] Ne credat aliquis, quòd quia poſtulati coguntur ad veniendum, habeant maius ius, hoc hic remouet.

b ¶ *Pro celeri.*] Not. hic mentem & cauſam huius conſtitutionis. [ſecundum Gar. & Io. Mo.]

¶ *Gl. ſeq. recitetur per q. de qua gratia loquatur,*

c ¶ *Gratia.*] Scilicet illa generali, de qua dicitur ſ. de reſc. ſedes. & c. nonnulli, & c. vl. & ſ. de torne, c. 2. & hoc ſi poſtulatio concors fuit, vel ſaltem à duabus partibus facta: in quo caſu ſecundum quoſdam poteſt peti confirmatio. ſ. e. cum monaſterium. & c. officij, §. ſi. & ſi talem admiſerit ſuperior, dicetur facere gratiam: & ſi non admiſerit, facit iniuriam, ff. de aq. quot. & æſti. l. 1. §. pe. Si autem non ſit facta in concordia, vel à duabus partibus, & ex cauſa: depẽdet ex gratia ſpeciali. ſ. ti. prox. in anti. ca. poſtulationem. & ca. bonæ. 1. ſecundum Gar. qui hic proſecutus fuit quandam materiam extraneam de attentatis, quam videbimus j. de ap. non ſolum.

Poſtulatio ſi ñ admittatur à ſupiori, an ñ admittẽs dicatur inferre iniuriã poſtulato.

d ¶ *Porro.*] Septima, pars in qua quia ſ. dixerat, electos & eligentes, poſtulatos & poſtulantes teneri ad quaſdam expenſas faciendas; dubitaret aliquis, vtrum poſtea poſſent recuperare: ideo addit quod ſequitur. Gar.

e ¶ *Reddendis.*] Nec dabitur condictio ex hoc canone ad repetitionem ipſarum: quia nulla hic noua obligatio. ff. de con. ex lege, l. vnic. quod enim ſtatutum iã erat, hic obſeruari præcipitur: potius ergo dabitur, ſecundum Gul. & Gar. de condictione ex decr. vt præteritæ. ſ. e.

Additio. Idem Arch. qui remittit ad Spe. de expenſ. §. ſi ante litem. Ioan. And.

a ¶ Elig

a ¶ *Eligentium.*] ideſt, quas fecerunt eligentes in proſecutione electionis: & ſic expone ſequentia.

¶ *Gl. ſeq. quærit, & ſoluit diſtinguendo inter electionem vel poſtulationem concordem & diſcordem. & ſecundo aut maior pars proſequitur aut minor, ſubdens dictum Innoc. & facti obſeruantiam: & excipit caſum decr. nihil eſt. In opponëte diſtinguit, an proſequatur ius proprium vel commune. & ſecundo caſu, aut ſuccumbit aut obtinet. In fine diſtinguit regulares à ſecularib. Domin.*

eligentium[a], electorum, poſtulantium, & etiam poſtulati, illud ſeruari decernimus, quod iuſtum fuerit, ſeu æquitas canonum iudicabit[b].

¶ Idem.

¶ *Gloſſ. prima diuidit, & ſummat totum textum: vide eam. Dominicus.*

## CAP. XVII.

Fundamenta[c] militãtis Eccleſiæ in montibus ſanctis Propheta[d] rememorans, per Pſal.86. montes Apoſtolos & prędicatores patenter inſinuat, quibus tota huiuſmodi ędificij fabrica confidenter innititur[e]: qui firmæ baſes[f] Eccleſię, ſuper fun- 1.Cor.3.

b ¶ *Iudicabit.*] Sed quid eſt iuſtum, vel quid iudicat æqtas canonum? Rñdeo ſecundum Gar. ſi electio vel poſtulatio factę ſunt in cõcordia, poſſunt eligentes & poſtulantes expenſas facere de bonis pertinẽtibus ad prælatũ: & ſi de ſuo fecerint, recuperare poſſunt factas. s̃. e. vt præteritæ, & s̃. eo. c. §. ad hæc. vel iudicis officio: vel conditione præd. decr. & hoc intelligo ſiue obtineat ſiue non, ſiue dignum elegerint, ſiue indignum, dummodo ignoranter: ſufficit enim ꝙ nõ fuerunt in dolo. ff. de bo. au. iu. poſ. l. prætor. §. 2. ſi autem electio in diſcordia fuerit celebrata, & maior pars proſequatur negotium electionis, dummodo vtiliter incipiat proſequi, expenſas habebit: non tamen ſufficit ꝙ ſine dolo, vt in caſu pręced. ſed eſt neceſſe ꝙ vtiliter: vt ff. de ne. geſ. ſed an vltro. minor autem pars ita demum habebit expenſas, ſi obtinet: quia apparet ꝙ vtiliter cœpit iudicium proſequi. Inn. tamen dixit, ꝙ cũ facta eſt electio in diſcordia: illa pars habebit ab eccleſia expẽſas, de qua poſtea fuerit diffinitum per capitulum ſuper hoc conuocatũ iterum: hoc tamen quod de expenſis dictũ eſt, cum electio facta eſt in diſcordia, dicit Gar. non ſeruari: ſi enim obtinet electus, ſibi ſatisfaciat. s̃. de teſt. relatum. §. nomine. ſi vero ſuccumbit, non repetit expenſas: quia ſuum negotium egit. C. de neg. ge. l. j. & de ſta. & ima. l. vlt. Idem de poſtulato intelligas per eadem iura: & hoc non intelligas in caſu illius decret. s̃. e. nihil. quia ibi electus adminiſtrationem habet. Si autem aliquis ſe opponit, aut proſequitur ius proprium: puta dicens ſe contemptum: & tunc nil repetat, qa ſuum negotium egit: aut egit de iure tangente eccleſiam, dicẽdo perſonam non idoneam, vel formam non ſeruatam: & tunç ſi ſuccumbit, nil repetit: quia inutiliter excepiſſe præſumitur. ff. iu. ſol. iam tamen. §. antep. ſi obtinet, recuperat à capitulo. arg. s̃. de proc. cum pro cauſa. & s̃. de re. ecc. non al. ad noſtram. & ſic litis terminus declarat negotium expenſarum. arg. ad hoc. C. de iudi. rem non nouam. victus etiam condemnatur victori in expenſis: & ſi non eſt ſoluendo, reſtituitur actio aduerſus capitulum. Hæc autem vera inter ſeculares, qui proprium habent: ſi autem ſit regularis, qui non habet proprium, tunc etiam ad proſecutionem cauſæ expenſas habebit: aliàs cum ipſe nihil habeat, periret ius ſuum & eccleſiæ. s̃. de accuſ. ex parte. & c. pe. De his vide per Ber. Inn. & Hoſt. s̃. eod. vt præteritæ.

Helias. Fundamenta.] Romanus Pontifex in hac conſtitutione intendit ſolum dicere, quòd ad officium ſenatoris vel rectoris vrbis Romanæ, non ſunt vocandi principes & nobiles, vel alij, qui poſſent ſuperare Papam, & Cardinales: ꝙ ſi ciues ita ſint potẽtes, ſimiliter in eis habet locũ tenor huius conſtõnis. No. ibi, vniuerſo ſenatu: ꝙ licet olim eſſent centum ſenatores numero: tamen hodie in ciuitate Romana eſt vnus ſenator.

¶ *Prima gl. diuidit, & ponit caſum.*

1 Hæc eſt j. gloſ. in qua Io. An. diuidit, & ſummat totã decretalem.

c ¶ *Fundamenta.*] Decretalem 1 hanc, quæ localis eſt, in 4. partes diuido, quarum prima durat vſque ad §. *Proinde.* Secunda vſque ad §. *Quòd ſi ſecus.* Tertia vſque ad §. *Vt autem.* Quarta vſque ad finem. In prima autem parte ponitur conſtitutionis cauſa & origo: In ſecunda ponitur conſtitutio: In tertia pœna tranſgreſſorum: In quarta quædam conſtitutionis moderatio. Quarum prima ſubdiuiditur in alias quatuor partes: Prima durat vſque ad §. *Ne autem*, Secunda vſque ad §. *Decet.* Tertia vſque ad §. *Digne.* Quarta vſque ad finem ipſius partis. In prima autem particula dicit Nicolaus & probat auctoritate Pſalmiſtæ noſtram militantem Eccleſiam fundatam eſſe ſuper Apoſtolos & prædicatores: quorum fundamentum & ſolidatio eſt in Chriſto Ieſu: horum autem præcipuus fuit beatus Petrus: cui ſuperna Dei prouiſio beatum Paulum adiunxit: qui duo ſub vno perſecutore, eodem die, & loco, ciuitatem Romanam ſuo glorioſo cruore martyrij Chriſto Domino conſecrarunt. Secũdo dicit ipſam Eccleſiam diuino miraculo temporalibus adiutam auxiliis, dum ſcilicet Conſtantinus Imperator ipſi Eccleſiæ in perſona beati Silueſtri quarto die ſui baptiſmatis donauit ciuitatem Romanam: vt ibi collocati Petri ſedes gauderet plenaria libertate. Tertio dicit, decens eſſe omnem materiã & modum tolli, per quos metus vel terror aliqs imminere poſſit ipſi Pontifici Romano, vel ſuis fratribus in cõſiliis ibi exhibendis, & aliis negotiis Romanæ Eccleſiæ: quæ imminent pro tempore faciẽda in creatione Põtificis, & in promotione Cardinalium, cum occurrerent. Quarto dirigens mẽtem ſuam ad vrbem, ad memoriam reducit multa diſcrimina, magnaque pericula, quæ ſuſtinuit vniuerſalis Eccleſia propter peregrina regimina, & ſenatores incognitos, qui præfuerunt ipſi ciuitati Romanæ: & maxime tẽpore Corradini. In ij. parte principali volens circa futura pericula exhibere ſalubre remedium, ſtatuit, ꝙ nullus Imperator, Rex, Princeps, Marchio, Dux, Comes, aut Baro, vel aliquis alius, qui ſit notabilis præeminentiæ, dignitatis, poteſtatis, vel excellentiæ: frater, filius vel nepos ipſorum, poſſit aſſumi ad tempus, vel in perpetuum, in ſenatorem vel rectorem vrbis Romæ: quocunque nomine vocetur ipſa rectoria. Item nullus alius præter prædictos aſſumi poſſit ad ipſius ciuitatis regimen vltra annum. Hæc vera, niſi ſpecialis interueniret Apoſtolicæ ſedis licentia, per ipſius ſedis litteras exprimenda. Tertia contra facientibus pænam imponẽs ſtatuit, ꝙ nominantes, eligentes, vel aſſumentes, nominati, vel electi, vel aſſumpti ſi cõſenſerint, & eis obedientes, dãtes auxilium, conſilium, vel fauorẽ, ipſo facto ſint excõicati: & ipſi aſſumpti vel electi ex quo cõſenſerint vel ſe de regimine intromiſerint, ſint cum ſuis poſteris in perpetuum priuati omnibus feudis, priuilegiis, immunitatibus vel gratiis, & honoribus, quæ à Romana vel aliis habent eccleſiis: & hi ad quos illa pertinent, de ipſis diſponendi liberam habeant facultatẽ. Item ſtatuta, pręcepta, ſententiæ contractus, & omnia quæ fecerint tamquam ſenatores vel rectores vrbis, irrita decernit & vacua: iudices & tabelliones q patrocinantur talibus, vel inſtrumenta conſcribũt, iudicatus & tabellionatus priuat officiis: præcipit etiam, ꝙ à ſupradicta excõicationis ſnĩa prędicti non poſſint abſolui ſine licentia domini Papę ſpeciali. Quarto dicit, ꝙ Romani origine, vel ibi incolę ad vnum annũ, vel tempus breuius, bene poſſunt in ſenatores Romanos aſſumi, licet ſupradictorũ fratres ſint filij, nepotes, aut ſub comitatus vel baroniæ nomine extra territorium vrbis iuriſdictionem perpetuam, vel temporalem obtineant: dummodo non ſint tantę præeminentiæ, vel potentatus, quòd cum perſonis ſupra prohibitis merito debeant numerari. Ioan. And.

†Vide Turrecrema. in ſum. de eccleſ. li. 2. c. 5. & 6. vbi hęc proſequitur luculenter.

damento, præter quod nemo aliud ponere[g] poteſt, quod eſt Chriſtus Ieſus, veluti ſummo angulari lapide ſolidantur: vt veritas, quæ antea[h] legis & prophetarum præconio[i] vehebatur[k], per Apoſtolicam tubam[l] in ſalutem vniuerſitatis exiret: ſicut ſcriptum eſt[m]: In omnem terram exiuit ſonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum. Huius autem muneris[n] ſacramẽtum, ita Dominus ad omnium Apoſtolorum voluit officium pertinere, vt in beato Petro Apoſtolorum omnium ſummo[o] †, principali- Pſal.18. Rom.10.

d ¶ *Propheta.*] Dauid Pſal. 86. qui incipit: Fundamenta.

e ¶ *Innititur.*] eſt enim præcipuus in eccleſia prædicatorum & doctorum ordo. de hære. cum ex iniuncto.

f ¶ *Baſes.*] i. colũnæ: & dici ſolent columnæ ex petra duriſſima.

Additio. Dicitur baſis quod ſupponitur vel ſuperponitur columnæ, ſecundum Hug. Alij dicunt quòd eſt baſis, quod ſupponitur. Epiſtilium quod ſupra ponitur. Ioan. And.

g ¶ *Ponere pt.*] 1. Cor. 3. 1. q. 1. cũ Paulus. de presb. ñ bap. veniẽs.

h ¶ *Antea.*] in veteri teſtamento.

Additio. Et habes hæc verba vſque ibi. cui Saluatoris. 19. diſt. ita Dominus. Ioan. And.

i ¶ *Præconio.*] 43. diſt. ſit rector.

r ¶ *Vehebatur.*] i. quaſi vehiculo ducebatur, & transfundebatur in orbem.

l ¶ *Tubam.*] Eſa. 57. in fi. aliàs 58. in prin. Clama, ne ceſſes: quaſi tuba exalta vocem tuam. 43. diſt. ſit rector. Io. And.

m ¶ *Scriptum eſt.*] Pſal. 18. Cæli enarrant gloriam Dei.

n ¶ *Muneris.*] prædicandi.

o ¶ *Summo.*] adminiſtratione. 80. diſtin. in illis. in fi. ibi: inter Apoſtolos non fuit par inſtitutio, ſed vnus præfuit omnibus: non autem meritis. Nec obſtat j̃. vbi dicit, pro parili virtute, &c. 2. q. 7. Paulus. & 21. diſt. in nouo.

ter collocaret: vt ab ipſo quaſi quodam capite, dona ſua velut in corpus omne diffunderet: Hunc[a] enim in cõſortium indiuiduæ vnitatis[b] aſſumptum, id quod ipſe erat[c], Dominus voluit nominari, dicẽdo[d]: Tu es Petrus, & ſuper hanc petrã[e] ædificabo Eccleſiam meam: vt æterni templi ſtructura Deo ædificante conſtructa, mirabili munere gratiæ Dei, in Petri conſiſteret firmitate: cui[f] Saluatoris noſtri miranda[g] prouiſio beatum Paulum in Apoſtolatu gentium per dexteras[h] ſocietatis† adiũxit. Iſti[i] ſunt, per quos Euangelium Romæ reſplenduit[k]: Iſti ſunt eius patres, verique paſtores: Iſti ſunt, qui vna[l] die pro merito†, vno loco[m] pro gloria, ſub vno perſecutore[n], pro parili[o] virtute compaſſi, vrbem ipſam glorioſo cruore martyrij, Chriſto Domino conſecrarunt[p]: Iſti ſunt, qui illã[q] in hanc gloriã prouexerunt, vt ſit gens[r] ſancta, populus electus, ciuitas ſacerdotalis & regia: per ſacram beati Petri ſedem caput totius orbis effecta. ¶Ne autẽ ipſa mater[s] Eccleſia in congregatione & paſtura fidelium temporalibus careret auxiliis, quin potius ipſis adiuta, ſpiritualibus ſemper proficeret incrementis[t]: non abſq; miraculo factũ eſſe concipitur†, vt occaſionaliter Conſtantini monarchæ[u] à Deo[x] prouiſa, ſed curata[y] † baptiſmalibus fomẽtis infirmitas, quandam quaſi adiiceret ipſi eccleſię firmitatem[z]: qui quarto die ſui baptiſmatis, vnà cũ omnibus ſatrapis[a], & vniuerſo ſenatu, optimatibus[b] etiam, & cuncto populo, in perſona beati Silueſtri, ſibi Romanam concedendo † vrbem relinquens, ab eo, & ſucceſſoribus eius, per pragmaticum[c] conſtitutum diſponendam eſſe (decernens in ipſa vrbe vtriuſque poteſtatis monarchiam[d] Romanis Pontificibus) declararet[e]: non iuſtum arbitrans[f], vt vbi[g] ſacerdotij principatum, & Chriſtianæ religionis caput Imperator cæleſtis[h] inſtituit, illic[i] Imperator terrenus[k] habeat poteſtatem: quin magis ipſa Petri ſedes in Romano iam proprio ſolio collocata, libertate plena[l] in ſuis agendis, per omnia potiretur: Nec vlli ſubeſſet homini[m], quæ ore diuino cunctis dignoſcitur eſſe prælata.

¶Decet[n] nanque ipſi Romano Pontifici, per fratres[o] ſuos ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales (qui ſibi in executione officij ſacerdotalis coadiutores aſſiſtunt) libera prouenire conſilia: Decet ipſius[p] nullo modo vacillare[q] iudicia: vt fratres ipſos nullus ſecularis poteſtatis metus exterreat, nullus temporalis fauor abſorbeat, nullus eis terror immineat, nihil eos à veri conſilij ſoliditate remoueat: quin, cum per ipſum Romanũ Pontificem in quibuſcumque negotiis contingeret[r] eorum[s] peti conſilia, in cõſulendo per omnia liberi, eidem Romano Pontifici in omnibus, quæ pro tempore imminent, libere conſulant, & aſſiſtant: ipſaque Romani Pontificis vicarij[t] Dei, quæ ſuis temporibus occurre-

a ¶ *Hunc.*] beatum Petrum.

b ¶ *Vnitatis.*] ipſi Chriſto per vnionem charitatis & gratiæ. ſ. de ſum. Tri. damnamus. de conſe. diſt. 2, in Chriſto patri. Et no. quia vnitatem in militanti eccleſia eſſe voluit, dũ ſuper vnum fundauit. 24. q. 1. loquitur. Schiſmatici autem conantur hanc ſcindere. j. de ſchiſ. c. vnico.

c ¶ *Ipſe erat.*] ſ. Petrus, iuxta id, Petra autem erat Chriſtus. Additio. Et de conſec. di. 2. reuera. poſt princ. Hieron. ſuper Abdiam: Petra Petro donauit, vt petra ſit. Ioan. And.

d ¶ *Dicendo.*] Mat. 16. & 24. q. 1. loquitur. 21. diſt. in nouo.

Matth. 16. Anacle. Papa epiſt. 3.

e ¶ *Petram.*] à ſoliditate fidei ſic dictus. 50. diſt. fidelior.

f ¶ *Cui.*] Petro.

g ¶ *Miranda.*] vt in procœ. huius lib. & j. de rel. & ve. ſan. c. 1.

h ¶ *Dexteras.*] Per dexterã pignus pacis & teſtis fidei ſolet dari, aliàs dr manus dextera, quaſi dans extra: vnde illa manu ſolent porrigi dona.

† al. ſocietates.

Additio. Quòd per dexterã pignus pacis, & teſtis fidei ſoleat dari: vt tetigit hic gl. facit 1. Mach. 11. poſt med. vbi pluries de dextera repetitur: ibi, Dexteras dederunt mihi, & Barnabę ſocietatis. gl. ibi, coniungere dexteras ſolet eſſe ſignum concordiæ, qua ſe inuicem conferebant antiqui. Ioan. And.

† hęc ſcribit B. Ambr. ſermon. 66. de natali Petri & Pauli. refert Grat. in c. beati. 2. q. 7. vid B. Auguſt. tom. x. de ſanctis, ſerm. 3. in feſto Apoſtol. Pet. & Paul.

i ¶ *Iſti.*] ſcilicet Petrus & Paulus.

k ¶ *Reſplenduit.*] Sed per Euãgeliſtas eluxit. j. de reli. & ven. ſanct. Io. And.

l ¶ *Vna die.*] vt ad Chriſtum pariter peruenirent.

m ¶ *Vno loco.*] ne alteri Roma deeſſet.

† al. conſpicitur.

n ¶ *Vno perſecutore.*] vt æqualis crudelitas vtrũq; pſtringeret. 2. q. 7. beati. vbi ſunt hæc verba. & dic pſecutore, ſ. Cæſare Nerone. 21. diſt. quãuis. & adde hic quod ibi notatur.

† Vide Nicephor. lib. 7. hiſt. eccl. c. 33. 34. & 35.

o ¶ *Parili.*] Et ſic Petrus Paulo virtute non præfuit: vt ſ. dixi, & dic pro parili virtute, ſcilicet, vt perennem virtutem & conſtantiam contra perſecutionem in paſſione videantur habuiſſe.

p ¶ *Conſecrarunt.*] j. de reliq. glorioſus. 21. diſt. quis. 22. diſt. c. 2.

q ¶ *Illam.*] ciuitatem Romanam.

r ¶ *Gens ſancta.*] dic ſancta Apoſtolorum affectu. Ioan. And.

s ¶ *Mater.*] 2. q. 6. ad Romanam. de priuil. antiqua. & j. de pœ. felicis.

t ¶ *Incrementis.*] 23. q. 5. prodeſt.

v ¶ *Monarchæ.*] ideſt, principis.

x ¶ *A Deo.*] qui omnia quæ fiunt, aut iuſto iudicio facit, aut permiſſu ſuo ita fieri ſinit. 26. q. 5. nec mirum.

y ¶ *Curata.*] Medicum enim ſe vocat, Luc. 5. c. Sed non ſanis: ſed male habentibus opportunum. de pœ. diſt. 3. adhuc perfidi inſtant. Ioan. And.

z ¶ *Firmitatem.*] iuxta illud Pauli 2. ad Cor. 11. Cum infirmor, tunc fortior ſum. ſ. de renun. niſi cum pridem. §. alia. plerunq; enim infirmitas corporis fortitudinem cordis augmentat: vt ibi. & dic firmitatem per auxilia temporalium: vt ſ. patet.

a ¶ *Satrapis.* 1] i. ſapientibus: vnde ſolebant vocari ſatrapæ præfecti Perſarum, & ipſorum principes.

1 Satrape, dictio eſt Perſica, q̃ apud nos pfectũ ſignificat. vide Pli. li. 6. c. 20. & Suidã.

Additio. Vel iudices ſapientes, ſecundum Ioan. Monach. Ioan. And.

b ¶ *Optimatibus.*] quaſi melioribus & ditioribus de populo: vnde opes diuitiæ dicuntur.

† Vide Iacobatiũ tract. d̃ cõcil. li. x. art. 8. adde Couar. li. 4. c. 16. va. reſ.

c ¶ *Pragmaticum.*] Pragma idem eſt quod cauſa.

d ¶ *Monarchiam.*] Monarchia dicitur à monos, quod eſt vnus, vel ſingularis, & archos quod eſt princeps, vel principatus, quaſi vnus & ſingularis principatus. Additio. Et eſt idẽ verbum. 12. q. 1. futuram. Et ſecundum Iſidor. quatuor monarchiæ fuerũt: prima Aſſyriorum: ſecunda Perſarum & Medorũ: tertia Græcorum: quarta Romanorum. Et prima & vltima fuerunt feliciores aliis.

e ¶ *Declararet.*] Habes plenius in illa Palea. 96. diſt. Conſtantinus.

f ¶ *Arbitrans.*] Conſtantinus.

g ¶ *Vbi.*] Romæ ſcilicet.

h ¶ *Cæleſtis.*] 11. q. 3. Iulianus. in fine. alibi vocatur rex: vt in procem. decret.

i ¶ *Illic.*] Romæ.

k ¶ *Terrenus.*] quia de terreſtribus & ſecularibus tm̃ habet diſponere. 96. diſ. bene quidẽ. ſ. de conſtitut. eccleſia.

l ¶ *Libertate plena.*] ſim. ſ. de ſponſ. cum locum.

m ¶ *Homini.*] Et in hac parte Papa non eſt homo, ſed Dei 2 vicarius, vt j. ſequitur. 33. q. 2. quos Deus expreſſius. ſ. de trãſlat. quanto.

2 Vide Turrecr. ĩ ſum. de eccleſia, lib. 2. c. 37.

n ¶ *Decet.*] Not. inſpiciẽdum quid deceat. ſic ſ. de voto & vo. red. magnæ. circa prin. j. de immu. eccl. decet, & j. eod. cum deceat.

o ¶ *Fratres ſuos.*] Not. quòd quando Papa permixtim de Cardinalibus loquitur, vocat eos fratres: vt hic dicitur. & j. de offic. leg. c. 1. cum ſimil. Sed cum ſpecialiter, epiſcopos Cardinales vocat fratres: reliquos filios 3, ſ. de crim. fal. quàm graui.

3 Vide not. ĩ c. Raynal. d̃ teſta. ver. dilectus. f. n. O. vbi inuenies, q̃ ad hũc locum pertinent.

p ¶ *Ipſius.*] ſcilicet Romani Pontificis.

q ¶ *Vacillare.*] Vt 35. q. 9. Apoſtolicæ. & c. ſententiam. ſ. de priuileg. ex ore. in princ.

r ¶ *Contingeret.*] quia non compellitur. habet enim in ſe cæleſtis & terreni imperij iura. 22. diſt. c. 1. Additio. Vide quod dicam infra, de hæret. ſuper eo. & quod notatur infra, de re iudicata, ad Apoſtolicæ. in prima gloſſa. Ioan. Andr.

s ¶ *Eorum.*] Cardinalium.

t ¶ *Vicarij Dei.*] ſ. e. tit. vbi periculum. §. cæterum. vt eccl. ben. vt noſtrum. de tranſl. epiſc. quanto. cum ſimilibus.

a ¶ Elect

rit electio [a], & eorundem Cardinalium † (cum expedierit) facienda promotio, in omni libertate procedant. ¶Digne itaque ad vrbem ipſam eiuſque regimen, aciem noſtræ conſiderationis extendimus, vt felici ducta regimine [b], præſeruetur à noxiis, & optatis ſemper proficiat incrementis. Nunquid obduxit [c] obliuio [d], quæ vrbi, quæ incolis nota diſpendia intulerunt hactenus peregrina [e] regimina? Nunquid non hæc deſtructio mœnium [f], deformatio proueniens ex ruinis [g], luce clarius manifeſtant? Nunquid non hæc [h] fidelium contrectata † depoſita [i]? Nunquid non hæc ipſa veneranda Dei templa præſidentis manu ſacrilega diebus noſtris nefarie violata proclamant? Quid plura? Nonne ipſius vrbis retroactis temporibus incorrupta conſtantia, ſub † regentis eo tempore nefando ſubuerſa eſt regimine? ipſamque vrbem ſpeculum [k] fidei tanta reſperſit infamia, vt à matre ſua Romana Eccleſia filia prædilecta deuiare compulſa, quondam Corradinum, qui de venenoſa radice Frederici quondam Romani Imperatoris, colubri tortuoſi iuſto ipſius Eccleſiæ iudicio reprobati [l] prodiiſſe videbatur in regulum: quique ad exterminium Romanæ matris Eccleſiæ manifeſtis indiciis vnà cum ſuis fautoribus aſpirabat, & in contemptum Dei, & ſuæ matris, ac ipſius vrbis opprobrium patenter reciperet †, recepto faueret, conſtituens [m] ſe per hæc † tam patentis hoſtis ſuæ matris Eccleſiæ filiam adiutricem. Hoc ipſi Romæ præſtiterunt ſenatores incogniti, hoc præſides improuiſi, vt glorioſa ciuitas redderetur ingloria, ſua ſtabilitas vocaretur inſtabilis, ſuæque conſtātiæ antiquata ſoliditas, linguis hominum vocaretur infirma.

¶Proinde officij noſtri debitū [n] circa huiuſmodi tam periculoſos [o] euentus, ad libram moderaminis erigentes, tantæ ſubuerſionis occaſiones ita ſalubris remedij [p] appoſitione præcidimus: ne illorum (qui ipſam rempublicam laudabiliter hactenus gubernauerunt) videamur gloriam ſuggillare, vel merita: quæ illis apud infallibilem [q] & ſcientem [r] omnia retributorem, de iam perlatis quæſita laboribus ſalua perſiſtunt. Vt ergo circa regimen ipſum talis adhibeatur in omnibus cū diſcretione ſolertia, per quam ipſi Romanæ Eccleſiæ plena libertas (quæ in omnibus, & per omnia ſibi debetur) optata proueniat, vitentur iam experta pericula: & † Romanus populus ab opprimentium protectus incurſibus ſedeat, ſedendo quieſcat in pulchritudinem † pacis, in tabernaculis fiduciæ, & temporalium requie opulenta; de fratrum noſtrorum conſilio: hac irrefragabili, & in perpetuum valitura conſtitutione ſancimus; vt quandocunque, & quotienſcunque [s] ſenatoris electio, vel alterius quocunque nomine [t] cenſeatur, qui quocunque modo, vel quocunque titulo ipſius vrbis debeat præeſſe regimini, in poſterum imminebit: nullus Imperator, ſeu rex Romanorum, aut alius [v] Imperator, vel rex, princeps [x], marchio [y], dux, comes, aut baro, vel quicunq; alterius notabilis præeminentiæ, potentiæ, ſeu poteſtatis, excellentię, vel dignitatis exiſtat, frater, filius vel nepos † eorum, ad tempus, vel in perpetuum [z], ſeu quiuis alius, vltra annale ſpatium, quouis modo, colore, vel cauſa, per ſe, vel per aliam perſonam quomodolibet ſubmittendam, in ſenatorem, capitaneum, patricium, aut rectorem, vel ad eiuſdem vrbis regimen, ſeu officium nominetur, eligatur, ſeu aliàs etiam aſſumatur abſque licentia ſedis Apoſtolicæ ſpeciali, per ipſius ſedis litteras [a] conceſſionem licentiæ huiuſmodi ſpecialiter exprimentes [b]. Quòd ſi ſecus factum fuerit, nominationem, electionem, & aſſumptionem huiuſmodi decernimus eſſe nullas: ac carere omni robore firmitatis: & non ſolum nominatores, electores, & aſſumptores, verum etiam nominati, electi, & aſſumpti, ſi huiuſmodi nominationi, electioni, ſeu aſſumptioni conſenſerint, aut ſe de ipſis quolibet modo intromiſerint, intendentes, [c] & obedientes eiſdem, & in hoc omnes dantes ipſis nominatoribus, electoribus, aſſumptoribus, aut nominatis, electis, vel aſſumptis, auxilium, conſilium, vel fauorem, publice, vel occulte, cuiuſcunque dignitatis [d], vel præeminentiæ, conditionis, aut ſtatus extiterint, eo ipſo ſententiam excommunicationis incurrant [e]: ac nihilominus ipſos nominatos, electos, ſeu aſſumptos, ſi contra conſtitutionem præſentem prædictis nominationi, electioni, vel aſſumptioni conſenſerint, aut ſe quoquo modo illis ingeſſerint, & eorum † poſteros in perpetuum omnibus feudis, priuilegiis, libertatibus, immunitatibus, gratiis, & honoribus, quæ à prædicta ſeu aliis tenent Eccleſiis, cenſemus eſſe priuatos: Ita quòd illi, ad quos eorum collatio, conceſſio, ſeu diſpoſitio pertinet, reſumendi ea, aut retinendi, concedendi, ſeu conferendi aliis, ſeu de ipſis etiam diſponendi (prout ad eos pertinet) liberam [f] habeant poteſtatem: Et ne taliter nominati, electi, vel aſſumpti de ſua pertinacia, vel contēptu valeant

a ¶ *Electio.*] faciendaquod eſt j. & eo modo quo dicitur ſ. e. vbi periculum. Ioan. And.

b ¶ *Regimine.*] ſecularivt patet per ſequentia.

c ¶ *Obduxit.*] quaſi de mente ſubduxit.

d ¶ *Obliuio.*] quæ quandoque fallit. 23. diſt. præterea.

e ¶ *Peregrina.*] prohibita: 3. q. 6. peregrina. & c. ſeq.

f ¶ *Mœnium.*] ideſt, ædificiorum. [C. de ſum. Trini. l. 2. in fi.] Et proprie dicuntur mœnia ædificia murorum ciuitatis: dicta ab eo quòd ciuitatem muniant: & interdum abuſiue dicuntur omnia publica ædificia ciuitatum, & interdum priuata: à Mœnio mœnis, ideſt, ædifico, ædificas.

g ¶ *Ex ruinis.*] hoc maxime fuit tempore Brançaleonis de Andulo ciuis Bono. qui ciuitatem Romanam multis ruinis reddidit deformem, [cum eſſet ſenator Romanus. Io. Monac.]

h ¶ *Non hæc.*] proclamant: quod eſt j.

i ¶ *Depoſita.*] feruntur hæc fuiſſe tempore Henrici fratris regis Caſtellæ.

Additio. Tunc ſenatoris Romani cuius tempore templa vrbis fuerunt violata. Ioan. Mona.

k ¶ *Speculum.*] ciuitatem Romanam. 19. diſt. enimuero.

l ¶ *Reprobati.*] j. de re iu. ad Apoſtolicę.

m ¶ *conſtituens.*] ipſa ciuitas Romana.

n ¶ *Debitum.*] j. de off. deleg. c. 1.

o ¶ *Periculoſos.*] 24. diſt. in nomine Domini. & ſ. eo. tit. vbi periculum.

p ¶ *Remedij.*] huius noui. Ioan. And.

q ¶ *Infallibilem.*] de conſec. di. 2. panem.

r ¶ *Scientem omnia.*] 22. diſt. erubeſcant. 24. q. 3. Deus quādo.

s ¶ *Quotieſcunque.*] poſitum ne quis crederet ſolum in prima electione ſenatoris hanc conſtitutionem locum habere.

t ¶ *Nomine.*] ſ. eod. tit. auaritiæ. 14. q. 3. plerique. ſ. de ſimo. ea quæ.

v ¶ *Alius Imperator.*] puta Græcorum. Ioan. And.

x ¶ *Princeps.*] quaſi primum locum capiens: & poteſt eſſe dignitatis & ordinis hoc nomen.

Additio. Vide in Clem. præſenti. de baptiſ. in gl. ſimile. Ioan. And.

y ¶ *Marchio.*] in lib. feud. ti. qui dicatur marchio, comes, capitaneus, vel valuaſſor, habes ad litteram hæc verba: Qui à principe de ducatu aliquo inueſtitus eſt, dux ſolito more vocatur: qui vero de marchia, marchio dicitur: Dicitur autem marchia, quia cara, ideſt, collecta, & iuxta mare plerunque ſit poſita. Qui vero de comitatu aliquo inueſtitus eſt, comes appellatur. Qui verò à principe vel poteſtate aliqua de plebe aliqua, vel plebis parte fuerit inueſtitus, is capitane⁹ appellatur: q̧ proprie maior valuaſſor olim dicebatur. Qui vero à capitaneis antiquitus feudum tenent, valuaſſores ſunt. Qui à valuaſſoribus, valuaſſini: i. minores valuaſſores appellantur.

Marchio, comes, capitaneus, valuaſſor quis dicatur.

z ¶ *Perpetuum.*] i. vt ad hæredes trāſeat: vel ideſt, donec vixerit. Ad idem ſ. eo. lib. de reſcrip. ſi gratioſe, & ff. p ſoc. l. j.

a ¶ *Litteras.*] No. caſum, in quo ſcriptura requiritur. alios no. j. de cenſ. Romana. §. poſtquam.

b ¶ *Exprimentes.*] ſic j. de tem. ord. c. 1. & de appel. cordi. j. de ſen. exc. cum medicinalis.

c ¶ *Intendentes.*] idē verbum. ſ. eod. vbi periculum. §. cæterum. & §. ſeq.

d ¶ *Dignitatis.*] etiam ſi epiſcopi fuerint: nec obſtat j. de ſen. exc. quia periculoſum, quæ in ſententia excommunicationis nō loqtur.

e ¶ *Incurrant.*] & abſoluentur à ſolo Papa. j. e. §. contemptores. Ioan. And.

f ¶ *Liberam.*] etiam illis non vocatis, j. de præb. licet epiſcopus. & hoc intellige ſaluo eo quod dicitur j. de præſcr. c. 2. Ioan. And.

† qualis Cardinales eligi deāant, hr̄ in cōcil. Tridēt. ſeſ. 24. d̄ refor. c. j. circa fin.

† Alias, contracta.

† Hęc piod⁹ ī antiq. exēplarib. conſtāter legitur ita, ſub regentis eo tpe nefando ſubuerſa regimine, ipſam vrbem ſpeculum fidei tāta, &c

† al. excipet

† Al. p hoc. al. per hāc.

† Al. ita, & Romanorū popul⁹, &c.

† al. pulchritudine.

† Nepos eſt deſcendens ex filio. l. j. §. 2. ff. d̄ gra. ſ3 vſus q̧ ſequēd⁹ eſt, ēt in conſtōne reſtringibili, ſecūdùm Bar. in l. oēs populi. gl. ī c. nōnulli, d̄ reſcr. nepos eſt fili⁹ fr̄is vel ſororis ī vſi. feu: qui. mo. feu. am. §. itē ſi fratrē, ita capitur hic. Io. And. Dom. Phil. Font.

† Dicit Pe. d̄ An. niſi hoc fuiſſet exp̄ſſum, pœna priuationis feudi n̄ trāſiuiſſet ī filiū: Qd̄ tn̄ ipſe latius diſtinguit. Font.

a ¶ *Gloriari.*] s̃. de poſtul. c. 1..
b ¶ *Iudices.*] ideſt, aduocati. & loquitur ad modum vulgarium, per id quod dicit j̃. patrocinari: vel proprie ponitur.
c ¶ *Mortis.*] Iſte caſus ſemper excipitur. ſic 18. q. 3. ſi quis ſuadente. & s̃. de off. ord. paſtoralis. 2. reſp.

gloriari [a] : Nos quælibet mandata, præcepta, ordinationes, & ſtatuta, quæ fecerint, omneſque ſententias, quas tulerint, & quicquid penitus in contractibus, & obligationibus, ſeu quibuſcunque aliis vrbis nomine, vel tamquam ſenatores, capitanei, patricij, aut rectores, vel officiales ipſius egerint, irrita prorſus exnunc, & vacua nunciamus. ¶Iudices [b] vero & tabelliones, qui ſuper his, aut eorum aliquibus, contra præſentis conſtitutionis edictum patrocinari, vel inſtrumenta conficere forte preſumpſerint: iudicatus, & tabellionatus officiis ſe nouerint eſſe priuatos. ¶ Contemptores quoque, ſeu violatores præmiſſorum, vel aliquorum, vel alicuius eorum, ab huiuſmodi excommunicationis ſententia (præterquam in mortis [c] † articulo) abſolui nõ poſſint, niſi per Romanum Pontificem: vel de ipſius petita, & obtenta licentia ſpeciali: Non obſtantibus aliquibus priuilegiis, indulgentiis, conceſſionibus, conſtitutionibus, conſuetudinibus, & ſtatutis quacumque firmitate vallatis, quæ in præmiſſis omnibus nolumus aliquibus, vel alicui ſuffragari: ſed omnia, quo ad illa decernimus non tenere. ¶Vt† autem ciues Romanorum, qui ex ipſa vrbe naturalem duxiſſe noſcũtur originem, aut quiuis alij, qui in ipſa, eiuſve territorio non aduenæ, ſed continui habitatores extiterant †, quo ad honores ipſius vrbis, aut regimen, gratioſis functionibus potiantur [d] : non intendimus, quòd preſens conſtitutio tales excludat [e], quin ad vnum annum dumtaxat, vel ad aliud tempus breuius nominari ad ipſius regimen, & officium eligi valeant, ac aſſumi: etiam ſi prædictorum principum, & aliorum fratres, filij, vel nepotes exiſtant: aut etiam ſi extra vrbem, & ipſius territorium ſub nomine comitatus, baroniæ, ſeu cuiuſcumque alterius tituli, in hominibus †, vel locis aliquibus iuriſdictionem, ſeu poteſtatem aliquam temporalem, vel perpetuam obtinerent: dummodo prædicta iuriſdictio, vel poteſtas extra vrbem & territorium præfata conſiſtens, non tantæ præeminentiæ, vel notabilis potentatus exiſtat, quòd eam† obtinentes eius occaſione, vel cauſa, cum aliis excluſis à dicto vrbis regimine (vt præmittitur) præſentis conſtitutionis oraculo rationabiliter includantur.

¶Bonifacius octauus.

*¶Canonicis cathedralis eccleſiæ ipſo iure, vel per ſententiam (præter quam in caſu negligentiæ) eligendi poteſtate priuatis, ad Papam ius deuoluitur eligendi: in inferioribus eccleſiis ſemper ad proximum ſuperiorem deuoluitur. hoc dicit.*

## CAP. XVIII.

QVamquam [f] in caſu negligentiæ ſit ſtatutum à iure [g] †, vt eccleſia cathedrali [h] vacante, ſi per eos, ad quos ſpectat [i], non fuerit electio de

d ¶*Potiantur.*] Olim etiam Romani ſpecialia habebant priuilegia. Vnde Paulus aduerſus iniurioſos, ſe Romanum ciuem teſtabatur, Actuum 22. 10. diſt. ſi in adiutorium.
¶ *Gl. ſeq. ſoluit contrarium.*
e ¶*Excludat.*] Sicut ergo ciuis Romanus ſenator illius ciuitatis eſſe poteſt: ſic & prætor. C. de off. præt. l. 2. [facit l. 4. C. de incol. li. 10.] aliàs nõ poteſt quis præſidere, vel aſſidere in prouincia vel ciuitate ſua ſine principis licentia. C. de cri. ſacril. l. vlt. ff. ex quib. cau. ma. l. ſi cui. & l. ſeq. & C. de aſſeſſ. l. in conſiliariis.

QVamquam.] Diuiditur in duas partes principales: Prima loquitur de eccleſiis epiſcopalib. Secunda: ibi, *Secus.* de inferioribus. Dominicus.

†Quia tunc nulla eſt caſuũ reſeruõ. & ideo oẽs ſacerdotes, quoſlibet pœnitẽtes à quibuſuis peccatis, & cenſuris abſoluere pſſt. cõcil. Trident. ſeſſ. 14. c. 7. d caſuũ reſeruatione.

Additio. De quo cõquerebatur Hoſt. j̃. de ſup. negl. præl. c. Romana. vt ibi dicam ſuper ver. eorum. in fine. Ioann. Andr.

Casvs. Vacante eccleſia Pictauenſi, vel alia cathedrali, vel metropolitana eccleſia, omnes canonici peccauerunt in materia: quia ſcienter indignum elegerunt: vel ſcienter omnes peccauerũt in forma: certum eſt, quòd in primo caſu ſunt priuati ipſo facto poteſtate eligendi pro illa vice: in ſecundo vero caſu non ſunt priuati ipſo facto poteſtate eligendi pro illa vice: ſed veniunt priuandi per ſententiam: Ponamus, quòd fuerunt priuati poteſtate eligendi pro illa vice: quæritur quis habebit prouidere illi eccleſiæ de prælato: vtrum Papa vel ſuperior immediatus? Reſpondet, quòd licet propter negligentiam canonicorũ immediatus ſuperior poſſet illi eccleſiæ prouidere; tamen in caſu delicti in prædictis caſibus poteſtas prouidẽdi deuoluitur ad ſolum Papam; Quid in aliis eccleſiis inferiorib. puta monachi S. Cypriani ſcienter peccauerunt in materia, vel in forma; vtrum ſuperior immediatus, ſcilicet epiſcopus Pictauenſis, habebit prouidere ipſi abbatiæ ſancti Cypriani? Reſpondet quòd in eccleſiis inferioribus, in caſibus prædictis, prouiſio ſpectat ad proximum ſuperiorem: & ſic iſtud c. non immutat aliquid de iure antiquo, niſi in eccleſiis cathedralibus & metropolitanis. Nota primo illud, ad quod allegatur princ. huius c. videlicet, nos non debemus dicere jus antiquum eſſe correctum, niſi in caſibus, in quibus reperitur expreſſe correctum. concor. l. præcipimus, in fi. C. de app. ideo licet in c. ne pro defectu, e. ti. in ant. comparentur eccleſia cathedralis & regularis: & per hoc c. ſit receſſum à cathedralibus eccleſiis, non tamen per hoc eſt receſſum, ab eccleſiis regularibus. Nota inſuper principalem effectum, ad quem emanauit præſens c. videlicet, quòd ſi canonici eccleſiæ cathedralis vel metropolitanæ peccauerunt in materia: ſunt priuati in ipſo facto poteſtate eligendi pro illa vice: ſi in forma, per ſententiam: & poteſtas prouidendi deuoluitur ad Papam: Nam res de facili reuertitur ad ſuam naturam: Vnde in principio eccleſiæ ſolus Papa conferebat epiſcopatus, & alias dignitates maiores: & epiſcopi conferebant omnia alia inferiora beneficia: poſtea illud fuit immutatum, & fuit ordinatum, quòd canonici eligerẽt epiſcopum vel prælatum ſuperiorem. Ita ſimiliter in aliis inferioribus eccleſiis collegiatis, clerici ſimiliter haberent electionem. Item ſi eſſent alia beneficia, & aliqui ea fundarent, ꝙ ipſi haberent ius patronatus in illis beneficiis: & ad illa poſsẽt clericos præſentare: ideo ſi canonici eccleſię cathedralis, vel metropolitanæ, quibus facta fuit illa gratia, delinquant: poteſtas reuertitur ad Papam. Nota vlterius, quòd licet in ca. ne pro defectu. alleg. eccleſiæ cathedrales & regulares æquiparentur: quia in vtraque eſt electio facienda infra tres menſes, tamen diſcõueniunt. Nam in cathedralibus eccleſiis ſi peccatum fuerit in materia, vel forma, ſit deuolutio ad Papam, in aliis autem eccleſiis inferioribus ſit deuolutio ad proximum ſuperiorem.

† Al. ita, vt autẽ ciues Romani.

† Al. extiterint.

† Al. ita, in nominibus. al. ita, in omnibꝰ, ſed lectio impreſſa eſt vera.

†Dictio, eã, deeſt in manuſcriptis codicibus.

¶ *Prima gloſſa ſummat, & dicit quid declaret, & vnde ſumitur.*

f ¶ *Quamquam.*] Canonicis cathedralis eccleſiæ ipſo iure, vel per ſententiam (præterquam in caſu negligentiæ) eligendi poteſtate priuatis, ad Papam ius deuoluitur eligendi: In inferioribus eccleſiis ſemper ad proximum ſuperiorem deuoluitur. hoc dicit. Emanauit ad declarationem eorum, quæ not. Ber. ſupra eod. bonæ. 1. in vlt. gloſſa. & moderni ſupra eod. cum in cunctis, & cap. ne pro defectu, vt infra clarius dicam. Et primum dictum huius decretalis fuit ſumptum ex decretali Alexandri, dilecti, in fine, de qua facta fuit mentio. ſupra eod. quamuis.

† In gñali cõcil. Later. ſub Innoc. iij. c. 23.

g ¶ *A iure.*] s̃. eod. ne pro defectu.
h ¶ *Cathedrali.*] Et idem in hoc caſu ſtatutum eſt de regularibus, vt ibi: & de inferioribus omnibus. ſupra de conceſſione præbendar. cap. ſecundo. ſed licet quo ad caſum negligentiæ ſint hæc paria; non tamen quo ad alios caſus, vt infra in fine patebit.
Additio. Vt dixi s̃. eod. in antiquis. quia propter. in gloſſa 2. Ioan. And.
i ¶ *Spectat.*] Quocunque modo, ſiue iure communi, ſiue priuilegio, vel præſcripta conſuetudine. s̃. eo. cum eccleſia. de cau. poſſeſ. cum eccleſia. cum ſi. in antiq.

a ¶ Temp

v. ... 2. ... fol. 17.

a ¶ *Tempus debitum.*] Trium menſium.50.diſt.poſtquam.ſ. eo: ne pro defectu.ſaluo eo quod dicitur j.de præb.c.2.& 3.

Additio. Dic vt ibi,in gl.2.Ioan.And.

¶ *Gl.ſeq.dat tria ſimilia.*

b ¶ *Alium.*]à caſu negligentiæ:& ſic aliud eſt eſſe in negligentia, aliud in dolo. probatur idem j. e. ſi compromiſſarius. ſicut & aliud eſt remitti in vno, quàm in alio. ff.de his qui not.infa. l.1.& 2. ad idem, ff. de ſuſp.tu. l.hæ enim.ſ.e.ti.ſuper eo.in antiq.

prælato infra tẽpus [a] debitum celebrata, eligendi poteſtas ad ſuperiorem proximum deuoluatur:hoc tamen non eſt ad caſum alium [b] extendendum. Igitur ſi electores in huiuſmodi eccleſia, vel ipſo iure, cum eligũt [c] ſcienter [d] indignum [e], vel per ſententiam, cum formam traditam in generali [f] † concilio non obſeruant,eligendi poteſtate priuentur : non ad dictum [g] ſuperiorem , ſed ad Romanum Pontificem poteſtas eadem [h] deuoluetur [i] :Secus [k] autem in inferioribus [l] eccleſiis eſt cenſendum.

¶ Idem.

¶ *Conſtitutioni , vt circa. non ſatisfecit appellans , qui diſiunctiue iurauit ſe credere oppoſita eſſe vera, vel quæ ſufficere deberent ex eis.Ioan.And.*

CAP. XIX.

IS, QVI CON-

c ¶ *Eligunt.*]Hoc intellige,ſiue ſimul & ſemel eligant, ſiue ſeparatim.in antiq. ſ.eo.ti.bonæ.j.licet quidam olim dixerint contra. ſc.Lau. ſed hoc eſt tenendum, vt ibi no.in vl. glo.& idem ibi not. moderni omnes.

d ¶*Scienter.*]ſecus ſi ignoranter:quia tunc ad eos rediret electio, & à die ceſſationis tempus integrum haberent : vt j.e.ſi electio.

e ¶ *Indignum.*] ſ.e.cum in cunctis.in antiq.

f ¶ *Generali concilio.*] ſ.eo.quia propter.& idem dico in aliis caſibus quibus priuati ſunt,vel priuantur.ſ.e.quicquid.& ſ.e. lib.& tit.c.2.

g ¶ *Dictum ſuperiorem.*] ſcilicet proximum.

h ¶ *Poteſtas eadem.*] eligendi,vel prouidendi in ipſa cathedrali eccleſia.

¶*Gl.ſeq.primo ponit antiquam et nouam opi.Ber.ſecundo contra nouam allegat:tertio illam fortificat per ſimile:quarto illam probat per originariam huius iuris cauſam:quinto quærit,& ſoluit.*

i ¶ *Deuoluetur.*] Vt plene ſcias hanc materiam, & huius iuris originem, ſcire debes, ꝙ Ber.in quadam ſua antiqua gl.quam hodie non habemus per decr.ſ.e.ne pro defectu.notabat.ſ.e. bonæ.1.in vlt.gl. quòd quando canonici eligebant ſcienter indignum in cathedrali eccleſia,quòd eligendi poteſtas ad ſuperiorem proximum deuoluebatur:Reſpondens ad decre.bonæ.quòd ibi non erat alius ſuperior,quàm Papa : ſed poſtmodum cancellata illa gl,in ſui additione, quam ibi poſuit,dixit contra : & opin. eius hic approbatur:dixit enim quòd quia in decret. cum in cunctis. Papa in inferioribus expreſſit ad quos eligendi poteſtas deuoluatur:& in cathedralibus tacuit:dedit intelligere, quòd ad ipſum in prædictis eccleſiis eo caſu poteſtas deuolui deberet,& hoc ibi tenet Goffr.& Vin. In contrarium videbatur : quia quaſi paria videntur non eligere infra debitum tempus,vel non eligere idoneum:ad hoc de tranſla. inter corporalia,[& ibi vide concor.in verſic.ſed neque. & de cle.non reſi. tuæ.in gl.2.] ſed ſi illi non elegiſſent, ad illum ſuperiorem deuolueretur poteſtas : ergo,&c. & ſuper hoc vide quod no.Inn.ſ.de conceſ.præb.cum noſtris 1. Sed vt ſ.dixi. & j.patebit : aliud in vno, aliud in alio,& merito : Nam dicit lex, quòd ſi quis negligens fuerit in petenda bonorum poſſeſſione infra centum dies , locum facit ſequenti in gradu. ff.de ſuc.edict.l.1.§.decretalis.&§.quod dicimus.Si autem propter crimen vel indignitatem,bonorum poſſeſſionem amittit, applicatur fiſco, non ſequenti in gradu.ff.de his quib.vt indig.l. Claudius.& l. mulierem.& C.e.ti.l.hæreditas.Sicut ergo ſuccedit fiſcus propter delictum vel indignitatem,non pp negligentiam·ſic & curia in primo caſu, non in ſecundo ſuccedat. Vt igitur huius iuris originem ſcias, veritatem ſcire debes,ſcilicet de antiquo iure & diſpoſitione eccleſiæ,poteſtates conferendi epiſcopatus ad Papam pertinere. 22. diſt.c.1.conferendi autem inferiores eccleſias ad epiſcopos. Sed hæc regula fallit in caſibus , qui poſtmodum à iure fuerunt expreſſi : Voluerunt enim iura,quòd in cathedralibus ſibi eligerent canonici, ſ.e.cum eccleſia.in inferiobus etiam collegiatis canonici.21.q.vlt.congregatio. ſ.e.c.1. & ſtatuta fuerunt eis tempora.ſ.ne pro defectu. & de conceſſ.præb.c.2.50.diſt.poſtquam. Scias tamen quòd primo emanauit conſtitutio illa , nulla. de conceſſ.præb.quàm decretalis illa,ne pro defectu. Olim ergo etiam poſt decr.nulla. ſi canonici cathedralis eccleſiæ non eligebant epiſcopum debito tempore , deuoluebatur etiam in hoc caſu negligentię,poteſtas ad Papam.vt ſ.de conceſ.pręb. dilectus.ſed poſtmodum ſtatutum fuit,quòd in illo caſu,ſ.negligentiæ,bene deuoluatur ad ſuperiorem proximum:vt in c. ne pro defectu. in hoc caſu ergo ſeruabimus illud ius : ſed ad alios non extendemus:vt hic vides:ſed antiquo iuri ſtabimus. Refert tamen Compoſtellanus pluries ſuis temporibus tractatum fuiſſe per Papam , quòd hæc poteſtas archiepiſcopis conferretur, ẽt in his caſibus:ſed finaliter deliberatio in contrarium reſedit:vt hic vides:Et fuit rõ,quia prompti eſſent archiepi in caſſandis electionib.vt prouiſionum poteſtas rediret ad eos. Fuerat etiam olim iſta opi.Vin.ſ.e.innotuit.& ſequuntur eam Inn.& Hoſt.in decr. cum in cunctis.& ſic ſeruabat curia ante iſtam conſtitutionem. Et ſemper intelligas hæc vera, cum omnes ſciẽter eligũt indignũ, ſiue ſimul & ſemel, ſiue ſeparatim: vt ſ. dixi. Si autem aliqui eligunt, tunc deuoluitur poteſtas eligendi ad alios ipſo iure:vel per ſententiam cum peccant in formam, vt in decr. quia propter,facit ſ.e.c.2.Sed pone , pars eligentium peccauit eligendo ſcienter indignum:remanſit ergo iuriſdictio in alios:illi non elegerunt infra tẽpus debitum: quid erit in caſu iſto,nunquid deuoluetur electio ad archiepiſcopum vel ad Papam ? Dico ſecundum Ber.Compoſt.qui hoc no.ſ.eo.cum Vintonien.cum pars non peccans fungatur vice capituli,vt ibi.& ſ.e.dudum.ſi capitulum negligat:ad ſuperiorem deuoluitur electio per c.ne pro defectu. ſic & hic,cum finalis culpa fuerit negligentia.

Additio. Et finis eſt ponderandus. de no.oper.nun.c.2.in fi. Ioan.And.

¶ *Gloſ.ſeq.litteram declarat,& rationem reddit. ſignat contrarium & ſoluit.*

k ¶ *ſecus.*]in hoc ſecus:quia in inferioribus vtroq; caſu deuoluitur ad ſuperiorem:& eſt eadem ratio quam ſ.dixi.ad epiſcopum enim ex diſpoſitione antiqua pertinebat eccleſiarũ ſuæ diœceſis diſpoſitio:redit ergo res ad ſuam naturam.35.diſt.ab exordio. [Et ſi vacat etiã cathedralis,dicit Io.Mon.tenendum quod habetur j.ne ſe.vac.c.vno.Ioan.And.]No.ergo,ꝙ pœna decre.cum in cunctis. habet locum in inferiorib.dignitatibus ab epiſcopatibus : & eſt expreſſum ſ.e.dudum.1.Contra j.e.ſi compromiſſarius. §.huiuſmodi. Sol.ibi loquitur de pœna illa ſuſpenſionis à beneficiis per triennium, quæ nõ habet locum niſi in epiſcoporum & ſuperiorum electionibus : de qua loquitur decr.cum in cunctis. §.clerici ſane, ſed hic loquitur de alia pœna, ſcilicet priuationis poteſtate eligendi , de qua loquitur ipſa decre. cum in cunctis.in fi.Sed cum pœna ſuſpenſionis à beneficiis ibi repetita non ſit : in illis locum non habebit,vt in contrario dicitur.

¶ *Gl.ſeq.ponit contrariam obſeruantiam curiæ, cui reſpondet.*

l ¶ *In inferioribus.*] quibuſcunque ab epiſcopatibus,etiam in regularibus:olim tamen curia ſeruabat contrarium interdum in regularibus:quia cum decre.illa,ne pro defectu. æquiparet cathedrales & regulares, ſicut in cathedralibus ſ. dictum eſt: ita videbatur in regularibus dicendum, ſed non eſt ita,nec habet locum ratio reddita ſ.prox.reſp,quia ſufficit non denegari diœceſano hanc poteſtatem,cum in ſua diœceſi omnia poſſit : quod non eſt in archiepiſcopis, [In quibus ſatis eſt id eis non conceſſum.j.de ſup.negl.præl.Romana.cum ſuis cõcor.] Et ſuper hoc vide Compoſt.ſ.e.ne pro defectu.ad fi.Approbatur autem hic gl.Io.& Hug.17.q.2.c.1.qui ibi no.quòd epiſcopus alium inſtituet in abbatem, cum monachi indignum eligunt. & quod no.ipſe Ber.in prædicta decr, bonæ.in vlt.gl.[& de excep.ſignificauerunt.in j.gl.Ioan. And.]

IS *qui.*] Primo ſoluit caſum dubium : Secundo rationem ſubdit:ibi,*Cum non.*Ioan.And.

Additio. Dicit Arch.quòd in concilio Bituricen.idem fuerat interlocutus Innoc.v.Ioan.Mon.dicit de quarto.Ioan.And.

Casvs. Dictum fuit in c.vt circa.ſ.e.ti.in ant.quòd appellans ne aliquis eligatur, poſtuletur, aut prouideatur, debet exprimere in ſua appellatione omnia vitia, quæ opponit tam contra formam electionis vel poſtulationis , quàm contra perſonam electi,poſtulati,vel prouiſi. Item quòd debet ipſe appellans iurare,quòd omnia obiecta per ipſum credit eſſe vera, & ſe ea poſſe probare : Sed ponamus, ꝙ ipſe appellans à prouiſione,electione,vel poſtulatione iurauit ſub hac forma, quòd ipſe credit omnia propoſita in inſtrumento appellationis, vel aliqua ex eis, quæ debebunt ſufficere ad repellendũ electum, poſtulatum,vel prouiſum eſſe vera : vtrum per iſtam formam ſit ſatisfactum illi conſtitutioni , vt circa ? Reſpondet quòd non : immo debet ſimpliciter iurare,quòd omnia quæ oppoſuit in formam electionis , vel perſonam electi, poſtulati, vel prouiſi credit eſſe vera:& ea ſe poſſe probare:aliàs ſua appellatio non valet:nec poteſt impedire confirmationem electio-

† In gñali cõcil. Lateraũ. ſub Innoc.iij.c.24.

1 Et ibi ſcripſi ſup verb. poſſidebat. tenet tñ ibi ꝙ dũmõ taſe elegerint in quẽ cadere poſſit ius dignitatis, qualẽ dixit eſſe homicidã, ſi dicerẽtur negligẽtes, ſec⁹ ſi talẽ elegiſsẽt, ĩ quẽ tale i⁹ ñ cadit. exẽplificat ď oĩno illitterato, muliere, vel infante. ibi vid. I.A.

nis. Nota primo, quòd appellans in cauſa electionis ad Apoſtolicam ſedẽ obiiciendo aliqua in formam electionis & perſonam electi, poſtulati, vel prouiſi, debet iurare expreſſe, ꝙ omnia per eum obiecta credit eſſe vera: & ſe poſſe probare. Not. vlterius, quòd ſi appellans ab electione, poſtulatione, vel prouiſione, iurauerit omnia per eum poſita in inſtrumento appellationis ſe credere eſſe vera, & poſſe probare, vel aliqua ex his, quæ tamen ſufficient ad electum, poſtulatũ, vel prouiſum repellendum, non eſt per hoc ſatisfactum formæ ſubſtantiali appellationis, de qua in c. vt circa. iõ non eſt admittendus ad proſequẽdum ſuam appellationem. Heli. Reg.

¶ *Prima gloſſa ſummat, & dicit vnde ſumpta.*

a ¶ *Is, qui contra.*] Conſtitutioni, vt circa. non ſatisfacit appellans, qui diſiunctiue iurauit ſe credere oppoſita eſſe vera, vel quæ ſufficere deberẽt ex eis.

tra [a] electionis formam, vel electi [b] perſonam aliqua obiiciens [c], ad ſedem Apoſtolicam [d] appellauit, corporali à ſe præſtito iuramento, quòd illa, quæ in appellationi ſua expreſſerat, vel ea, quæ de ipſis deberent ſufficere, vera eſſe credebat, & ſe poſſe probare, non eſt ſuper obiectis, vel expreſſis huiuſmodi audiendus [e]. Cum non ſimpliciter [f], ſicut tenebatur iuxta conſtitutionem felicis recordationis Gregorij Papæ decimi prædeceſſoris noſtri, editam in concilio generali Lugdunenſi [g], iurauerit expreſſa eadem ſeu obiecta ſe credere vera eſſe: & ſe [h] poſſe probare: ſed indeterminate illa [i], vel ea, quæ debetent ſufficere de eiſdem [k].

Ortum habuit hæc decre. ex gl. Gar. poſita ſ̃. eo. vt circa. ſuper verb. probare. & gl. Gul. ibidem poſita, ſuper verb. ſe poſſe. & hic ipſorum approbatur opinio.

b ¶ *Vel electi.* 1] Ergo intelligo idem de poſtulato, vel eo in cuius perſonam facta eſt prouiſio: cum decre. illa, vt circa. hęc omnia æquiparet: vnde quod in vno dicitur, intelligatur in aliis repetitum: & idem etiam intelligas de eligendo, ſi contra certam perſonam appelletur. j̃. c. prox.

1 Ex hac gl. not. Phili. ꝙ noua diſpõ iuris antiq. declaratoria, hʒ locũ in caſu, quo ius antiquũ. Font,

c ¶ *Obiiciens.*] exempla de his quæ obiici poſſunt dixi ſ̃. eod, vt circa.

d ¶ *Ad ſedem Apoſtolicam.*] iſta littera videtur facere pro Gul. qui no. in decr. vt circa. quòd decre. ipſa non habet locum niſi in appellationib. interpoſitis ad Papam: ſed cõtrarium credo, vt ibi dixi, ſecundum Gar. cum decre. illa indiſtincte loquatur.

Additio. Pluries meditatus ſum, quòd forſan compoſitores huius libri in his opinionibus diſcordabant: certis volentibus, & aliis nolẽtibus Apoſtolicam ſedem exprimere. Et ideo non fecerunt de his quatuor capitulis declarantibus decr. vt circa, vnicam decre. diuiſam per §. ſicut fecerunt de decr. commiſſa. j̃. eo. quæ declarat decr. licet canon.

e ¶ *Audiendus.*] No. quòd iſta decr. declarat quæ ſit pœna non ſeruantis conſtitutionem illam, vt circa. ſcilicet, quòd non valet appellatio: dicebant enim quidam, quòd illa erat pœna non iurantis, quòd ſuper non expreſſis non audiretur, ſuper expreſſis vero bene: per illum ver. alioquin. qui eſt ibi. ſed hoc eſt falſum, vt hic patet: quia non iurans, vel iurans alio modo quàm debuerit, non auditur etiam ſuper expreſſis: & ille ver, alioquin. exponi debet vt ibi dixi.

f ¶ *Simpliciter.*] No. non recedendum à verbis legis. 6. q. 3. ſcriptum. de decim. ad audientiam. ff. de exercit. act. l. 1. §. ſi is qui nauem. ff. de leg. 3. non aliter.

g ¶ *Lugdunenſi.*] ſ̃. eod. vt circa.

h ¶ *Eſſe.*] repete, credere: conſtitutio enim illa non veritatem quærit, ſed calumniam excludit: vt ibi dixi in gl. ſi autem.

Additio. Licet quandoque credere ponatur pro ſcire, de re iud. cum olim. verſ. poſt hoc. Ioan. And.

d ¶ *Renunciat.*] an electus poſt conſenſum ſine ſuperioris auctoritate poſſit renunciare electioni de ſe factæ, fuit contẽtio inter doctores, & dixerunt Io.Ber.Inn.Pe.de Samp.& Abb.s. de tranſl.inter corporalia.ꝙ poteſt 2: Goffr.& Hoſt.ibi tenent contrarium 3. Dixit igitur Ber. & Inn.s. de reſt. in int.c.2.ꝙ poſt cõſenſum &ante confirmationem ſufficit renũciare in manib.eligentium. Tu dic ſecundùm Gul.qui hoc no.s.e. quamuis.ad fi.ꝙ nõ confirmatus, aut renunciat electioni priuſquã negotium ad ſuperioris deferatur examen, aut poſt: prĩo caſu hoc ei licet. s.e.cum inter canonicos. de tranſla. inter corporalia.de reſt.in inte. c.2.7.q.1.quàm periculoſum. Si delatũ eſt,aut proponitur tale quid cõtra electum quod electionem nullam reddet,&eligentes poteſtate priuat eligendi:aut non. In primo caſu licet teneat renunciatio quo ad ipſum,non tamen quo ad ſuperiorem, quin facta renunciatione poſſit ſuper propoſitis veritatem inquirere, & ſi de ipſis conſtiterit,eligere ac prouidere ac ſi pronunciatum eſſet.de ſup.neg.prçl. licet.aliàs ſibi poſſet illudi. s.in antiq.de poſtu.bonæ.2. §.nec nocebat.& crimina vndecunque,&c.24.q.3.ecce. de collu.ca. 1.Sicut quandoque de iure defuncti quæritur,vt ſciri poſſit de iure ſuperſtitis.s.de arb.ex parte. Item ſecundus accuſator de prioris præuaricatione docens,admittitur. ff.de præua.l.3.C. de accu.ſi quis homicidij. In ſecundo caſu tenet in totum renunciatio: in nullo enim præiudicatur ſuperiori coram quo quæſtio pendet, puta ſi dicatur, quòd electio facta ſit contra formam concilij,quia propter.Ego dico quòd etiam ſi non ſit delatum negotium ad ſuperiorem, vel etiam in ſecundo caſu diſtinctionis cum delatum eſt,ſcilicet &non opponitur id per quod ſint priuati,licet teneat renuntiatio quo ad electum,ſecundum opinionem Ber.& ſequacium,quam credo veram eſſe,tamẽ in nullo caſu tenebit quo ad ſuperioris præiudicium: nam etiam ſi peccatum ſit in forma,habet ſuperior tunc prouidere:vt s.eod.quanquam,Dico ergo breuiter,quòd in omni caſu ante confirmationem tenet renunciatio quo ad electum: quo ad ſuperiorem in nullo caſu fit ſibi præiudicium per iura pro hac parte inducta.& argum.j.e.ti.ab eo.Ioan.And.

SI electio [b] ex eo non ſortiatur effectum [c], quia electus conſentire recuſat, vel poſt cõſenſum renunciat [d] † iuri ſuo, aut forte diem claudit extremum, ſeu propter occultum [e] eius vitium irritatur: electores (qui iam fecerant quod † ſpectabat ad ipſos infra iuris terminum eligendo) habebunt à diſſenſu [f], renunciatione [g], morte, vel irritatione prædictis, ac ſi vacatio noua eſſet, tempus integrum [h] ad ele-

2 Et Arc.hic dicẽs, ꝙ lra hæc loqtur de renũciatiõe poſt cõſenſum, &đ nullius lcĩa mẽtionẽ facit. idẽ Io. Mo.j.vt lit. pen.c.1.I.A. †idẽ in electo ad ſeculare offĩ. l. hæc condõ. §.j.ff.đ cõd. &de.l.filio. §. j. illo tit. Philip.Fon. †Not.ꝙ diligẽtia in termino facta, & redacta ad nihilũ, termin⁹ iteratur.Bar.in l.&ideo. ff. de verb.ob. ergo ſi in ſine mẽſis dati acta pdãtur, iterandus eſt mẽſis. Philipp. Pet. Font.

3 Qui tamẽ. Hoſti. fatetur ꝙ cõtraria opi. hẽt æqtatẽ. Sed đt ꝙ id interpretari ñ eſt ſuũ, ſ3 Papę.q.fil.ſint leg.p venerabilẽ.§.rõibus. Io.An.

*¶Gl.ſeq.cauſam addit,litteram exponit,quærit,& ſoluit.*

e ¶ *Occultum.*]idem ſi propter ſuperueniens delictum, vel factum.Pone quòd peccauit in decre.s.e.quàm ſit.vel in decre. cupientes.vel in decre.j.e.ſi religioſus. redibit poteſtas ad electores, cùm in culpa non fuerint: & ideo dicit, de occulto: quia ſi ſcienter elegiſſent,poteſtas eligendi nõ rediret ad eos: ſed ad ſuperiorem deuolueretur ſecundum diſtinctionem decre.s.eod.quanquam. & ſic non procederet quæſtio quantum tempus deberent habere:quia nullum.Sed pone, quòd ſcienter elegerunt indignum, ita quòd priuati erant poteſtate eligendi:Papa de gratia eos reſtituit 4, nunquid habebunt integrum tempus, vel tantum quod ſupererat? Dico quòd integrum per hanc decret.& per decr.de ma.& obe. cum olim.in antiq.quia integre reſtitui intelliguntur.23.q.3.notandum. C. de ſen.paſ.l.1.& ita notat Vin.Inn.& Abb.in prædicta decr.de maio.& obe.cum olim.

4 Nõ fit hic reſtõ cõtra lapsũ tpis, & ſic ñ ob. ſi.vlt gl.I.A.

f ¶ *A diſſenſu.*]vt s.in primo caſu.

g ¶ *Renunciatione.*]ſcilicet poſt conſenſum,

*¶Gl.ſeq.litteram exponit & ampliat:ſecundo ponit duas opiniones,& primam approbat.*

h ¶ *Integrum.*]ſc.trium menſium in cathedralibus vel regularibus eccleſiis.s.eo.ne pro defectu.in minorib. ſex menſes.de conceſ.præb.c.2.Et idem intelligo repetitum in menſe qui datur Papæ ad electionem vel collationem beneficiorum in curia vacantium.j.de præb.ſtatutum 5.Et intellige hanc decr.in his qui de iure proprio habent eligere:quia ſecus ſi ex iure deuoluto:ſecundum ea quæ no.Ber.Tan.&Hoſt.s.eo.ne pro defectu. qui dicunt negligentes eſſe priuatos tantum in prima electione, quæ occurrit:vnde ſecũdum hoc ſi archiepiſcopus, ad quem ex iure deuoluto ſpectat eligere, eligit:&electus diſſentit vel renunciat, vel moritur:ad canonicos redibit electio. Sed Goff. intellexit negligentes priuatos in tota illa vacatione, ſed prior opinio verior videtur: quia ſi culpa ex delicto proueniens, ex prima electione tantum punitur. s. eod. cum Vintonien. multo fortius hic erit culpa, quæ prouenit ex negligen

5 Et idem in pſonis quo ad tp̃s quadrimeſtre, vel ſemeſtre de quo j.de iur.pa. c.vno.Io.An.

ctionem aliam [a] celebrandam: Dummodo nil fraudulenter [b] egerint in præmiſſis.

¶Idem.

*¶Si religioſus non obtenta licentia conſentit electioni de ſe factæ extra ſuum monaſterium, non valet conſenſus, & irrita eſt electio.*

## CAP. XXVII.

SI† religioſus [c] (cuius arbitrium [d] non ex ſua, cum velle vel nolle non habeat [e]: ſed ex illius, quem vice Dei ſupra caput ſuum poſuit, & cuius imperio ſe ſubiecit, voluntate dependet) electioni de ſe ad prælationem aliquam extra ſuum monaſterium, vel ſuam [f] eccleſiam celebratę, ſui ſuperioris [g], qui dare ipſam valeat, non petita licentia & obtenta [h], præſumpſerit conſentire: conſenſus ſic præſtitus non teneat [i]: & in pœnam præſumptionis illius, electio eadem ipſo facto viribus vacuetur omnino.

*¶Solus ſuperior ſine conuentu dare poteſt ſuo religioſo conſentiendi, & tranſeundi licentiam. hoc dicit.*

¶Quia vero vtrum religioſis [k] conſentiendi electionibus de ſe factis, & ad prælationes, ad quas electi fuerint, tranſeundi, à ſuis ſuperioribus ſine fratrũ† conſilio licentia dari poſſit (cũ iura ſuper hoc ſint varia [l]) dubitatur interdum: Nos ad huiuſmodi dubitationem tollendam [m]: & vt ordinationes eccleſiarum, ac monaſteriorum, in quibus tales [n] electi [o] extiterint, celerius & facilius valeant expediri: Decernimus, vt iidem ſuperiores (ſuis irrequiſitis conuentibus) electis [p] huiuſmodi conſentiendi, & tranſeundi liberam dare valeant facultatem.

¶Idem.

*¶Monachus in abbatem eligi non poteſt, niſi ſit expreſſe profeſſus. Ad dignitatem autem epiſcopalem, & in ſeculari, & in regulari eccleſia talis eligi poterit.*

## CAP. XXVIII.

NVLLVS† RELI-

gligentia, cum minus puniri debeat negligentia, quàm dolus. s̃.e.nihil eſt. de cri. fal. ad falſariorum.

*¶Gl.ſeq.tex.ampliat: ſecundo notat diuerſa tempora.*

a ¶ *Aliam.*] eadem ratione idem dico in tertia & quarta: ſi ſecundus, vel tertius diſſentit, renunciat, moritur, vel occulto ſuo vitio caſſatur: & idem in vlterioríb. No. igitur tempora quæ dantur in expeditionib. eccleſiarũ vacantium: Primo dantur tres 1 mẽſes electorib. ad eligendum, vel ſex mẽſes ſecũdum diſtinctionem. s̃.e.ne pro defectu. de conceſ. pb. c. 2. & ſeruata forma iſtius decre. Ad præſentandum datur tẽpus quam citius fieri poteſt, & adhuc octo dies. s̃.eo.ti. & li.quam ſit. & c.cupientes. in pr. & §. cæterum. Ad cõſentiendum datur vnus mẽſis electo, ſi libertatem habet cõſentiendi, aliàs quantũ iudex arbitratur. Ad petẽdam confirmationem dantur tres mẽſes. s̃.e.quàm ſit. Ad conſecrationem alij tres. 100.di. quoniam. & 72.di.c.2. Et ſi debet pallium petere, hoc faciat à tẽpore cõſecrationis infra alios tres mẽſes. 100.diſt.ca.1. In cauſis autem regularium, vel cathedralium, quæ ex immediata ſubiectione vel appellatione deuoluuntur ad Papam, ſerua decr. Nicolai. s̃.e.cupientes.

1 Idq; ex decreto cõcil. Lateraň. ſub Inn.iij.c.23.

† Vid cle. cũ conceſſa. de ele. & extrauag. Bened. inci. ſi religioſus. de el.

*¶Gl.ſeq. textum exponit, dubium ſoluit, & arguit.*

b ¶ *Fraudulenter.*] pone in vltima die trium menſium dixerũt canonici, eligamus talem qui diſſentiet, & ſic à die diſſenſus adhuc habemus tres menſes, & ſic fraudem faciendo reperiebantur ſex menſes habere in cathedralib. vel regularib. vel in inferiorib. annum: quod eſſe non debet. s̃.e.auaritiæ. Et dico ꝙ qui fraudem allegat, eam probare debet. ff. de prob. quotiens. §. qui dolo. Not. ergo hanc decr. quæ facit pro his quæ no. per Inn. & Hoſt. s̃.in ant. de app. ex ratione. qui ibi no. quòd ſi vna die quis fuerit impeditus de anno appellationis proſequẽdæ: habebit integrum annum 2 per prædictam decr. & eo.ti. cum ſit. 2.q.6. ei qui. & in Auth. de his qui ingre. ad appellan. in pr. §.1.2. & 3. col. 8. Sed ſi beneficio reſtitutionis ei ſubueniretur, tunc non habebit niſi tantum tempus, quantum amiſit. ff. ex qui. cau. ma. in integrum reſt. l. ab hoſtibus. §. fi. ibi de hoc per eos plenius videre poteris.

2 Ita ſi alia parte anni fuerit ſemp diligẽs, not. doct. in d. c. ex rõe. legiſtæ in auth. ij qui. C. de tẽp. ap. Fõt.

ADDITIO. Facit Clem. ab eccleſia. de reſt. in inte. Ioan. And.

SI *religioſus.*] Sunt duo dicta: Secundum: ibi, Quia vero.

CASVS. Vacante aliqua abbatia, forte abbatia monaſterij noui Pictauis, vel alio monaſterio: monachi illius monaſterij quẽdam monachum alterius monaſterij in ſuum abbatem elegerunt: & electione facta ſibi eam præſentauerunt, petendo, vt conſentiret aut diſſentiret: quæritur vtrum iſte monachus poſſit conſentire iſti electioni ſine licentia ſui abbatis, vel requiratur vt petat & obtineat licentiam à ſuo plato, ſiue abbate? Reſp. Romanus Pontifex, quòd cum monachus cenſeatur mortuus, & non habeat velle neque nolle, non poteſt conſentire electioni de ſe factæ, niſi petita & obtenta licentia à ſuo prælato: tamen ſi ipſius prælatus nollet ei dare licentiam, poſſet ipſe prælatus compelli per ſuum ſuperiorem. Sed quid? ponamus quòd abbas bene vult ei dare licentiam, ſed conuentus non vult cõſentire: vtrum ſolus abbas poſſit ei dare iſtam licentiam? Reſpondet quòd ſic, etiam inuito conuentu.

*¶Prima gl. ſummat.*

c ¶ *Si religioſus.*] Si religioſus non obtenta licentia conſentit electioni de ſe factæ extra ſuum monaſterium, non valet conſenſus, & irrita eſt electio. Secũdo dicitur, quòd ſolus ſuperior ſine capitulo dare poteſt conſentiendi & tranſeundi licẽtiam.

d ¶ *Arbitrium.*] depẽdet ex voluntate illius, cuius imperio, &c.

e ¶ *Non habeat.*] 12.q.1. non dicatis. & s̃.eo.tit. quorundam. j̃. de ſepul. c. vlt.

f ¶ *Suam eccleſiam.*] in aliis ergo non habet locum hæc conſtitutio.

g ¶ *Superioris.*] ſolius etiam ſine conuentu: vt j̃. proximo reſponſo.

*¶Gl.ſeq. litteram exponit, notat, quærit, & ſoluit: & opi. ponit.*

h ¶ *Obtenta.*] debito modo, & non per extorſionem: vt s̃.e. quorundam. ad idẽ j̃. de his quæ vi metusve cau. fi. ca. 1. Et nota caſum in quo non ſufficit petere licentiam, niſi & obtineatur, interdum ſufficit, vt s̃. de reg. licet 3. Sed quid ſi ſuperior licentiam dare nolit? Dixerũt Tanc. & Ber. s̃. in antiq. de renun. poſt tranſlationem. in pr. ipſum per ſuum ſuperiorem compellendum, niſi habeat iuſtam cauſam denegandi. s̃. de iure patr. nullus. ſi habeat iuſtam cauſam, non compelletur. 63. diſt. litteras. 71. diſt. ca. 2. & 3. Sed quia ſolius principis priuilegium videtur priuare aliquem re ſua, dicunt quidam per ſuperiorem, Papam intelligendum: & ſic loquitur illa decre. nullus. quæ in Papa loquitur. Dic vt ibi dixi. Ioan. And.

† Not. ꝙ monachi dñr fr̃es. c. cãm. s̃. d iud. Do. all. ibi. c. pe. j̃. e. de priui leg. Font.

3 dt Io. Mo. animus hõis gñoſus d ſe tẽdit ad alta. ſ. hõores & officia, quẽ animũ reprimũt iura, vt hic, & s̃. de teſt. c. 2 ſed ñ ſic homo aſpirat ad onera.

† Vid cle. cũ rõni. de ele.

ADDITIO. Per ſuperiorem, Papam intelligi dicit Hoſtien. in decret. nullus. de iure patro. & Abb. in decre. admonet. de renun. quod placet Ioan. Mona. & Arch. s̃.e. quam ſit. Nec obſtat decret. nullus. quia illud cum eſt aliquod ius quæſitum: hic de mera gratia: hoc ſemper ſaluo, quod habes in extrauagan. Benedicti, eod. titul. ſi religioſus. de qua ibi feci additionem. Ioan. And.

i ¶ *Non teneat.*] ſic s̃.e. quorundam.

k ¶ *Religioſis.*] Mendicantibus, vel non.

*¶Gl.ſeq. alleg. pro & contra, & ponit opinio.*

l ¶ *Sint varia.*] Quòd enim ſolus prælatus illam dare poſſet: videbatur per ca. 58. diſt. cap. 2. ibi, abbas loci, de capitulo nihil dixit. & s̃. de renunc. poſt tranſlationem. ibi, & ſancti Fridiani Priore. & s̃. eod. titu. quàm ſit 4. ibi, ſuperioris. nil de capitulo dixit. In contrarium videbatur s̃. de ver. ſig. abbate. ibi, abbati & conuentui placuit, &c. & eſt expreſſum de ſtat. mon. c. 2. in fi. & 19. q. 3. ſtatuimus. & hoc ſecundum litteram, quæ ibi eſt abbatis, ac totius congregationis: ſed ſecundum aliam q̃ eſt ſine actione, facit in contrarium. Et prælatus non poteſt alienare res eccleſiæ ſine cõſenſu capituli. 12. queſt. 2. ſine. ergo nec perſonas, cum maior ſit alienatio perſonæ, quàm rerum. ad idem 12. qu. 1. præcipimus. & hanc ſecundam partem tenebat Ioan. And. 58. diſt. ca. 2. & Ber. in prædicta decre. poſt tranſlationem. in 3. gloſſ. prima tamen hic approbatur non tam de iure antiquo, quàm de hoc nouo ob celerem eccleſiarum expeditionem.

4 Arc. alleg. 16. q. 1. mõachi. & c. cũ ꝓ vtilitate. & 18. q. 2. nullã ꝑtatẽ. 20. q. 4. monachũ. Io. An.

m ¶ *Tollendam.*] Interpretatio enim & declaratio iurium ad eum ſpectat. 11. quæſt. 1. cap. ſicut. §. ex his. s̃. de ſenten. excom. inter alia. C. de leg. l. vlt. Et habes etiam de hoc s̃. in antiq. de poſtu. ca. 1.

Iurium declarõ ad Papã ſpectat.

n ¶ *Tales.*] ſcilicet religioſi, qui non habent liberum arbitrium tranſeundi, vel conſentiendi.

o ¶ *Electi.*] ex multiplicatione huius verbi quod hic habes, no. quòd religioſi poſſunt eligi: & dicam j̃. c. prox.

p ¶ *Electis*] non dixit, eligendis: vnde non valet licentia data religioſo, vt conſentire poſſit electioni futuræ, vel prouiſioni, etiam cum conſenſu ſui ſuperioris: vt in conſtit. Clem. e. ti. cum conceſſa.

NVllus *religioſus.*] Primo ſtatuit: Secũdo decernit: ibi, *Quòd ſi.* Tertio excipit: ibi, *Ad dignitatem.* fortificationem interſerens: ibi, *Ad quam.* Ioan. And.

CASVS. Vacante monaſterio ſancti Cypriani Pictauis, in quo ſunt plures monachi: aliq ſunt tacite profeſſi, videlicet p delationem habitus, vel ſe immiſcendo actib. profeſſorum: alij aũt

ſunt

gioſus [a] ad Abbatiam, ſeu prælaturã [b] ſuæ vel alterius [c] religionis de cętero eligatur [d], niſi antea fuerit ordinẽ regularẽ expreſſe [e] profeſſus: Quòd ſi ſecus actum † fuerit, eo ipſo irritũ [f] habeatur. ¶Ad dignitatem vero epiſcopalem (ad † quam nouitij [g] eligũtur interdum) talem in ſecularibus vel regularibus [h] eccleſiis, eligi minime prohibemus.

† al. ita, ſcilicet fuerit.

† Aliàs, ita, ad q̃ ẽt nouitij, &c.

¶Idem.

*¶Forma electionis tradita per decr. ſupra eo. cum dilecti. non eſt ſublata per ſequens concilium, quia propter. hoc dicit. Ioan. And.*

## CAP. XXIX.

CVm expediat [i] cõcordare iura iuribus, & eorum correctiones † (ſi ſuſtineri [k] valeant) euitari: Decretalem [l] felicis recordationis Innocentij Papæ tertij prædeceſſoris noſtri, quæ innuit ſub ea forma poſſe in electionibus licite † compromitti: vt compromiſſarij ſecreto & ſigillatim volun-

ſunt expreſſe profeſſi: ipſi conuenerunt in vnum ſuper electione futuri abbatis, & quędam monachum tacite profeſſum, nõ autem expreſſe, in ſuum abbatem elegerunt: vtrum ad hoc ꝙ quis poſſit eligi in abbatem, requiratur exp̃ſſa profeſſio? Reſp. Romanus Pontifex, ꝙ ſic: ita quod tacita profeſſio non ſufficeret, & hodie iſtud capitulum extẽditur ad prioratus, & alias adminiſtrationes: vt in cle. ne ĩ agro. §. ſane. de ſta. reg. Ex quo dicunt Doctores, ꝙ monachus, qui fecit tacitam profeſſioné, poteſt inſtare, vt prælatus ſuus ipſum admittat ad profeſſionẽ expreſſam, quia ipſius monachi intereſt admitti ad profeſſionẽ expreſſam, vt poſſit vocari ad prioratus, & alias adminiſtrationes. Hoc dicunt iſta duo vltima capitula ad lõgum. No. primo ex ca. ſi religioſus. ꝙ religioſus per profeſſionem abdicat à ſe ſuum proprium velle, & illud ſupponit voluntati abbatis: & hoc verum in licitis & honeſtis: Nam ſi abbas ſibi præciperet aliqua, quæ eſſent contra Deum, non teneretur ei obedire, vel etiam ſi præciperet aliqua, quæ ſunt cõtra propriam conſcientiam: ad omnia autem alia tenetur ei obedire.

Not. inſuper ex dicto c. ſi religioſus. ꝙ religioſus poteſt conſentire electioni de ſe factæ cum licentia ſui prælati, & ſolus prælatus inuito conuentu poteſt dare religioſo licentiam ſe transferendi ad aliud monaſterium. Not. ex hoc c. nullus. ꝙ ad hoc vt poſſit religioſus ſe transferre ad aliud monaſterium, requiritur quòd fecerit profeſſionem expreſſam. Idem dicendum in quocunque prioratu: vt in cle. ne in agro. §. ſane. ſ. alle. Nota quòd religioſus poteſt vocari ad prælaturam epiſcopalem, poſito quòd eccleſia cathedralis ſit ſecularis: nec per hoc dicitur deſcendere, ſed potius aſcendere: quia epiſcopi dicuntur religioſiſſimi.

*¶Prima gl. ponit ſummam, & quid declaret.*

a ¶ *Nullus religioſus.*] Monachus in abbatem eligi non poteſt, niſi ſit expreſſe profeſſus: ad dignitatem autem epiſcopalem, & in ſeculari, & in regulari eccleſia talis eligi poterit. hoc dicit. Declarat in 1. parte decretalem ſ. e. cum cauſam. & reprobat quod no. Naſo & Compoſtel. ſ. e. cum in magiſtrum. & approbat quod ibi no. Hoſt. & Goffr. & Abbas in decretali, cum cauſam. in ſecunda approbat quod not. Ber. de ſtat. regu. quod Dei timorem. in magna gl. Compoſtellanus ſ. e. cum cauſam. & Hoſtienſis de voto. per tuas.

b ¶ *Prælaturam.*] puta Prioratum, Guardionatum 1, vel Magiſtratum, ſecundum quòd diuerſa ſunt nomina talium prælatorum, qui religioſis præſunt: vt ſ. e. ti. c. quorundam. ad idem ſ. e. fundamenta. Sed etiam hodie in adminiſtrationibus & prioratib. monaſteriorum habet hoc locum: vt in cle. de ſta. reg. ne in agro. §. ſane.

1 Hic not. Dom. ꝙ Gardianus frm Minorũ eſt ĩ dignitate, iõ datur delegatus, vid. Fel. in ca. olim. de ma. & ob. Font.

c ¶ *Alterius religionis.*] hodie religioſus eligi non p̃t ad prælaturam alterius religionis, vel habitus. per cle. eo. ti. cum rationi. Additio. Archidiaconus tenebat hic contrarium per hanc litteram, reſpondens ad ca. 16. q. 7. in nona actione. quòd non loquebatur de diſparitate habitus, ſed clericorum ad laicos. & ſic 19. q. 3. monaſteriis. loquebatur de laicis, qui ſunt in probatione. & c. officij. ſ. in ant. Sed loquitur ibi de nouitio non experto. Ioan. And.

*¶Gl. ſeq. oſtendit hic ſolui quæſtionem, de qua ponit duas opi.*

d ¶ *Eligatur.*] eligere tamen poteſt, ſi tacite ſit profeſſus, j. e. ex eo q. in fi. & in ca. indemnitatib. in pr. Not. expreſſe, ꝙ monachus vel religioſus eligi poteſt, nec habet poſtulari, ſed poſt electionem poſtulabitur: ſine ſuperioris enim licentia, q eam dare poſſit, non poterit conſentire. ſ. e. c. prox. per quod idem probatur, & per decr. ſ. e. quàm ſit. & ſ. e. quorundam. De hoc olim opiniones fuerunt: & tractabant de hoc Inn. & Hoſt. ſ. de renun. poſt tranſlationem. ſ. in anti. de vo. per tuas. Compoſt. ſ. in antiq. de poſtul. c. 1. Gar. ſ. e. quàm ſit. & dicebant quidam (quib. fauebat Inn. & Compoſtel.) monachum extra ſuum monaſterium debere poſtulari: non obſt. decr. per tuas. vbi dicebant abbatem electum in prælatum, aliàs in epiſcopum eligi poſſe. aliàs extra ſuum monaſterium poſtulari debebat. Alij dicebant indiſtincte eum eligendum. Ad decr. poſt tranſlationem. reſpondebant illum fuiſſe poſtulatum propter ordinem epiſcopalem: hodie tene eum eligendum per hæc iura.

e ¶ *Expreſſe.*] ergo non ſolum ſecularis eligi non poterit in abbatem: vt ſ. e. cum ad noſtram. ſed nec religioſus tacite profeſſus, vt hic, & j. e. indemnitatib. in pr. vbi in abbatiſſa, vel prioriſſa idem dr̃, & tñ per tacitam profeſſionẽ bene eſt quis monachus, & votum ſolemnizat. j. de vo. c. vno. non aũt ſolus habitus, ſed profeſſio facit monachum. ſ. de reg. porrectũ. talem aũt profeſſionem in ſcriptis 2 facere debent, vt obuiet illis (ſi poſtea reclamarent) ꝓpria ſcriptura. 27. q. 1. omnes fœminæ. 1. q. 7. ſaluberrimum.

2 Scriptũ tñ ñ eſt de neceſſitate profeſſionis, Francas hic.

f ¶ *Irritum.*] olim nõ erat irritũ ipſo iure, ſed irritandum per ſnĩam. ſ. eo. cũ cãm.

g ¶ *Nouitij.*] nedum tacite ꝓfeſſi. & minꝰ ſũt obligati nouitij, q̃ poſſũt ad ſeculũ remeare: niſi appareat eos abſolute voluiſſe vitã mutare: vt j. de reg. nõ ſolũ.

*¶Gl. ſe. q̃rit & ſoluit.*

h ¶ *Regularibus.*] quaſi dicat, interdũ cathedralis eccleſia ſecularis eſt, i. ſecularium canonicorũ, interdum regularis: vtroque caſu tacite profeſſus in epiſcopum eligi poterit. Sed quæ eſt ratio, quare in cathedrali regulari eligitur non profeſſus: in aliis nõ: prout dixerunt Lau. Tanc. Goff. & Compoſtel. in prædicta decr. cum cauſam. i. propter excellentiam epiſcopalis dignitatis & ordinis, vt epiſcopus etiam ſecularis immediate præſit monachis. & probatur idem ſ. de iud. cauſam. ſ. ne ſede vac. c. 1. vbi monaſterium erat vnitum cathedrali eccleſiæ, forte ſeculari. tamen Tanc. & Goff. ibi dixerunt, quòd Bathonien. cathedralis eccleſia ibi erat regularis: ſicut & multæ in Anglia. ſed Ber. videtur tenere contrarium in tertia gl. vnde in conſecratione religioſus dicitur etiam religioſior abbate, & epiſcopus monachos ad profeſſionem recipit, vt abbas. in Auth. de ſanct. epiſ. §. iubemus. col. 9. & facit ad hoc ſ. de vo. & vo. redempt. ex multa. & quod no. ſ. de capel. mona. c. 2.

† Correctio iuriũ eſt vitãda, & vbi apparet cõtrarietas, ꝑ diuiſionem actuũ dꝫ reduci ad cõcordiam, ad hoc ſ. d̃ teſt. c. cũ tu. & d̃ reſti. ſpol. c. litteras.

† Dictio, licite, deeſt hic in antiquis cod.

CVm expediat.] Præmittit declarationis cauſam generalem: Secundo declarat ibi, *Decretalem.* Ioan. And.

¶Pro intellectu huius c. præſupponitur primo illud quod habetur in c. cum dilectus. & c. quia propter. e. ti. in antiq. Dicitur in c. cum dilectus. quòd canonici alicuis eccleſię vacantis, poſſunt compromittere in aliquem ſub hac forma: videlicet vt ipſe exquirat vota ſingulorum canonicorum, & eligat illum, in quem conſenſerit maior pars totius capituli, & dicant illi hoc modo: Nos ſumus viginti canonici, qui damus & concedimus tibi poteſtatem, vt exquiras vota ſingulorum canonicorum ſigillatim & ſecreto, & ſi reperis aliquem, in quem maior pars totius capituli conſenſerit, illum eligas: ſed illa forma nõ eſt ſeruanda in electionib. aliarum dignitatum, ꝑ quas eccleſia non dicitur viduata. Dicitur in c. quia propter. alle. ꝙ canonici debẽt eligere prælatum altera de trib. viis, videlicet per viam Spiritus ſancti, vel cõpromiſſi, vel ſcrutinij: Per viam Spiritus ſancti, videlicet quando cõcorditer eligunt aliquem, nullo modo habito tractatu inter ſe. Per viam cõpromiſſi, quãdo eligentes compromittunt in aliquo: vt dictum eſt in c. perpetuæ. ſ. e. ti. & li. vnde forma ſcrutinij eſt multum difficilis, in qua etiam deficiunt periti, & maxime ſi nõ habeant praticam. & in hoc c. deciditur vtrum per c. q̃a propter. ſit correctum c. cũ dilectus. videlicet ꝙ ſi canonici velint transferre in aliquos poteſtatem eligendi, ꝙ debeant facere compromiſſum abſolutum, non determinatum: vel vtrum non ſit correctum illud c. cum dilectus. videlicet vt canonici poſſint facere compromiſſum cũ determinatione & reſtrictione? Reſp. ꝙ per c. quia propter. nõ eſt correctum. c. cum dilectus. Nam c. quia propter. nõ dicit, ꝙ illud compromiſſum ſit ſimplex, & nõ ſit determinatum & reſtrictum, ſed ſolum ponit vnam formam cõpromiſſi: quia dicit, ꝙ ex altero de trib. modis eſt procedendum, & ſi aliter proceſſum fuerit, non valet electio: Forma autem contenta in c. cum dilectus. continetur ſub forma compromiſſi.

*¶Prima gl. ſummat, & notat, & exponit.*

i ¶ *Cum expediat.*] forma electionis tradita per decretalem ſ. e. cum dilectus. non eſt ſublata per ſequens cõcilium, quia propter. hoc dicit. Et no. ex hoc principio inſpiciendum quid expedit. de pœ. diſt. 1. aliud. ſ. de vo. & vot. redem. magnæ. [Vide quod ibi dixi in gl. vt patet in fi.] & proprie expedientia vtilitatem reſpicit. vt ibi patet. Ioan. And.

k ¶ *Suſtineri valeant.*] reprehenduntur hic illi, qui volunt ſuſtinere iura, quæ penitus ſunt correcta: vbi ergo apparet de correctione, non ſuſtineantur: aliàs ſuſtineantur. ad idem C. de in of. teſt. ſi quando. & ſ. e. eccleſia veſtra. 2.

Additio. Vide quod ſ. de priui. accedentibus. dixi ſuper 1. gl. in fi. Ioan. And.

l ¶ *Decretalem.*] ſ. e. [cum dilecti, aliàs] cum dilectus.

¶Gl

tatibus omnium inquiſitis [a], illum in quem maior & ſanior pars capituli [b] conſenſerit, eligere teneantur: declaramus abrogatam non eſſe per ſubſecutum concilium [c] †generale: immo poteſt in ipſis electionibus, vt prius [d], procedi licite per eandem.

¶Idem.

*¶Accedens ad ſedem Apoſtolicam pro inſtruendo negotio electionis per decret. Cupientes. eundo hac de cauſa, ſtando, & redeundo integre (præter quotidianas diſtributiones) percipit fructus beneficiorum, quos percipere poſſet in ipſa eccleſia reſidendo. Ioan. And.*

## CAP. XXX.

CVm non deceat [e] alicui ſuum officium eſſe damnoſum: Statuimus, vt ij, qui iuxta [f] conſtitutionem [g] felicis recordationis Nicolai Papæ tertij prædeceſſoris noſtri ſuper hoc editam, ad Apoſtolicam ſedem venerint, eam circa imminentium electionum negotia inſtructuri (Cum tales eccleſiarum ſuarum † proſequentes vtilitatem, cenſeri debeant reſidentes [h]) fructus beneficiorũ ſuorum, quæ obtinent in illis eccleſiis, quarum negotia proſequuntur, & etiam aliorum, quos reciperent, vel poſſent recipere in† ipſis eccleſiis reſidẽdo [i], integre (quotidianis diſtributionib⁹ dũtaxat exceptis [k]) recipiãt ad ſedem propterea [l] veniendo eandem, ibidem hac de cauſa [m] morando, & ad ipſas eccleſias redeundo, ac ſi perſonaliter in eiſdem eccleſiis reſiderent: Non† obſtantibus quibuſlibet conſuetudinibus, vel ſtatutis eccleſiarum ipſarum contrariis, ſeu priuilegiis quibuſcunque, per quæ præmiſſorum effectus [n] poſſet quomodolibet impediri.

*¶Gl. ſeq. declarat, & commendat hanc formam.*

a ¶*Inquiſitis.*] Eſt ergo forma iſta partim ex ſcrutinio, & partim ex cõpromiſſo: vt hic patet 1, ſed principalius dicetur iſta forma cõpromiſſi, ſed determinati. Et ſi bñ aduertatur, iſta hodie eſt melior & expeditior forma iudicio meo q̃ hodie habemus: non.n. volunt canonici libere ius ſuum in alios trãsferre, & dare illis ptãtem ꝓficiendi p̃latum: per formã ſcrutinij graue eſt ꝓcedere, nec oẽs bñ ſciunt illam formã ſeruar̃: immo & boni iuriſtæ practicã ignorantes in ea deficiunt: expedientius ergo ſeruabitur iſta forma.

1 ideo noua: qa vbi ius ẽmanãs cõſurgit ex 2. capitulis iuris antiq, facit nouã ſpeciẽ. l.Gall⁹. §.ille caſus. ff.de libe.& poſt. c.q̃to. s.de iud. Pe. de An. Fõt.

† Cõcil. Laterañ. ſub Innoc. iij. c.24 refertur de elect. c.42.

b ¶*Capituli.*] No. qa ſecus ſi diceretur de maiori parte eligentium, & compromiſſarij illũ elegiſſent, quem maior pars numero, non maior capituli nominaſſet, qa tũc electio eſſet nulla. s.e.ſi cui. ADDITIO. Cum qua hæc deberet iũgi: vt ibi dixi, & hic Arch. & Ioan. And.

*¶Gl. ſe. ponit motiua opinionis hic reprobata, & alleg. reſp.*

c ¶ *Concilium.*] s.e. qa pp. dicebant.n.qdã, ꝙ forma illa ſublata erat p dec, quia pp. & hoc videbatur tenere Hoſt. in prædicta dec. in pr. qui dicebat diuerſas electionum formas: vt s.e. cum dilectus. & propterea ibi tres tantum formæ, vel ſecundum alios duæ approbari vidẽtur, & propterea ibi dr̃, aliter electio facta non valeat: ſed cõtrarium eſt verum, vt hic vides, & propterea iſta eſt forma compromiſſi 2: ſed cum certa determinatione, vt s. dixi.

2 Idẽ Domi. ſed Arch. & Anc. cõtra, ſed opi. gl. ẽ tutior. Font.

d ¶ *Vt prius.*] id eſt, ſicut poterat ante concilium: quia propter concilium tamen & decr. fuerunt eiuſdem auctoris.

CVm non.] Primo ponit cõſtitutionis cauſam generalem: Secundo ponit conſtitutionem, interſerens cauſam ſpecialem: Tertio tollit obſtantia. Secunda: ibi, *Statuimus.* Tertia: ibi, *Non obſtantibus.*

CASVS. Dicitur in c. cupientes. s.e.tit. & li. ꝙ ſi in cã electionis appelletur ad Apoſtolicam ſedem: eligentes debẽt mittere ad eandem ſedem duos ex ipſis inſtructos, ſimiliter ꝙ opponentes debent mittere duos ex ipſis: Sed quid ſi illi qui mittuntur ad Apoſtolicam ſedem ſunt de ipſis canonicis: vtrũ ipſi canonici debeant reputari reſidẽtes: hoc eſt, vtrum ipſi poſſint percipere fructus p̃bendarum ſuarum? Reſp. ꝙ cum ipſi canonici ſint abſentes pro vtilitate illius eccleſiæ, debeant cenſeri & reputari p̃ſentes: ita ꝙ ipſi percipiant fructus præbendarum ſuarum: exceptis fructib. diſtributionum ſuarum quotidianarum. Sed ponamus ꝙ tales canonici qñ erãt in eccleſia, cuius negotium tractatur, ꝑcipiebant fructus p̃bẽdæ, quã habebãt in alia eccleſia, ſicut in abbatia eccleſiæ Beatæ Mariæ maioris Pictauis non p̃t eſſe abbas illius eccleſiæ, niſi ſit canonicus in eccleſia Pictauen, & ꝑcipit fruct⁹ ipſius abbatiæ? Reſp. ꝙ tales canonici abſentes pro vtilitate eccleſiæ, fructus non ſolum ſuarum p̃bendarum, quas hẽnt in eccleſia cuius negotium ꝓſequuntur, ſed ẽt dẽnt percipere fructus, quos ꝑciperent, ſi nõ eſſent abſentes: ſed reſiderẽt in illa eccleſia. No. primo ex hoc c. illud ad quod allegatur principium c. ꝙ officium ſuum non dẽt alicui eſſe damnoſum, ſiue nociuum. No. vlterius, ꝙ abſentes pro vtilitate eccleſiæ cẽſentur reſidẽtes, quo ad perceptionẽ fructuum ſuarum præbẽdarum: exceptis quotidianis diſtributionib. q̃ tñ conceduntur interexiſtentib. diuinis officiis. hoc verũ, niſi talis canonicus eſſet infirmus, qa dẽt ẽt habere quotidianas diſtributiones, licet ſit abſens, vt in c.1. de cle. egr. in antiq. No. inſuper, ꝙ abſentes ab eccleſia, in qua ſunt p̃bẽdati, de iure communi nõ dẽnt ꝑcipere groſſos ſuarum p̃bendarũ. valet tñ contraria conſuetudo vel ſtatutum: vt ẽt in abſentia percipiant fructus ſuarũ p̃bẽdarum. c. cum oẽs. de conſt. in antiq. Nam pp officium. i. miniſterium, datur beneficium, i. fructus.

*¶Gl. prima ſummat, & notat, allegans quo ad hoc principium ſex concordantias.*

e ¶*Cum non deceat.*] Accedẽs ad ſedẽ Apoſtolicam pro inſtruendo negotio electionis per decr. cupientes. eundo hac de cã ſtando, & redeundo, integre, p̃ter quotidianas diſtributiones, ꝑcipit fructus beneficiorum, quos ꝑcipere poſſet in ipſa eccleſia reſidẽdo. Et not. ex hoc principio inſpici quid deceat: quod proprie honeſtatem reſpicit. s. de vot. & vot. redemp. magnæ. nec.n. honeſtum eſt officium ſuum alicui fore damnoſum. 4. q.3. §. item in criminali. ver. venturis. s. de reſc. ſtatutum. in fi. ff. de fur. l. ſi ſeru⁹ cõmunis. ff. ad Vell. l.2. §.1. C. de admin. tut. cum quidam. s. de fideiuſ. peruenit. cum ſimilibus.

† Not. ꝙ ſuũ põt dici id, qđ eſt ſuũ ĩ parte, & ñ ĩ toto: nã eccleſia ñ eſt tota canonici. vide gl. j. de p̃b. cum in illis.

*¶Gl. ſeq. ſoluit q.*

f ¶*Iuxta.*] Not. quia per hanc litterã dico, ꝙ ſi talis ẽ caſus quo inſtruens vadat non aſtrictus per decre. s. cupientes. puta quia non eſt eccleſia cathedralis, nec regularis: vel ſi eſt talis appellõ, vel ĩmediata ſubiectio, quæ non deuoluit, his caſib. cum non habeat locum decr. cupientes. ergo nec iſtius decr. priuilegium. per iſtam litteram: & concord. quod dixi j.e. ſi poſt quam. 2. reſp. ADDITIO. Et facit ad quæſtionem, quam Paduæ diſputaui de doctore diſputãte, qui diſputare nõ tenebatur. quam vide j. de reg. iu. acceſſorium. Ioan. And.

† al. ita, in dictis eccleſiis, &c.

† al. ita, ñ obſtãtib. qbuſlibet aliis conſuetudinibus, &c.

g ¶ *Conſtitutionem.*] s.e. cupientes.

h ¶ *Reſidentes.*] concor. s. de cle. non reſi. ex parte.

i ¶ *Reſidendo.*] pone: habet eccleſia Bonon. priuilegium, quòd canonici ipſius eccleſię percipiant fructus beneficiorum ſuorum, quos habent in aliis eccleſiis in Bonon. eccleſia reſidendo, vel habet ipſe qui vadit pro inſtruendo negotio priuilegium, quòd recipiat fructus tales. s. de reſcr. c. vlt. hos iſto caſu percipiet. hoc vult dicere littera iſta.

k ¶ *Exceptis.*] quæ nec dantur ſtudentibus 3 in theologia. s. de præb. licet, nec dantur præſentib. qui non interſunt horis canonicis. j. de cle. non reſid. c. vnico. Et licet iſta conſtitutio fingat ipſum præſentem: non fingit ipſum diuinis officiis intereſſentem. habeat ergo quod præſens haberet, qui diuinis officiis non intereſſet: vt in prædic. c. vnic. quod etiam eſt contra, cum dicat diſtributiones quotidianas concedi iis, qui proſequuntur eccleſiarum vtilitatem: & ibi ſoluitur.

3 vide cõcil. Tridẽt. ſeſ.5. de reforma. c.1. in fi.

l ¶*Propterea.*] No. legem pro inſtruendo negotio electionis iuxta prędictam conſtitutionem. & facit ad id quod dixi in gl.2.

*¶ Gl. ſeq. reci. per duas quæſtiones, & ſolutiones ipſarum.*

m ¶*Hac de cauſa.*] Si ergo facta inſtructione, & finito negotio, ſola voluntate, vel pro aliorum ſuorum negotiorũ expeditione maneret in curia: tunc ceſſabit priuilegium hoc. Et eſt huic ſimile quod dicit lex, quòd non vere reipublicæ cauſa abeſſe dicitur is, qui proprij commodi cauſa in legatione eſt. ff. ex q. cau. maio. l. non vere. ſed poſtea ex quo redire inciperet, competeret ei hoc priuilegiũ: redit enim de itinere quod ob hanc cauſam fecit, [Hoc eſt expreſſum. ff. ex qui. cau. maio. l. ſi cui. §. tandiu.] Et eſt ſimile huic, quod dicitur. de teſte. s.e.li. de reſc. ſtatutum. in fi. cum ſuis concor.

*¶ Gl. ſeq. exemplificat, quærit, ſoluit, ſolutioni opponit, & reſpondet: In fine arg. ad quæſtionem.*

n ¶*Effectus.*] puta quia eſt ſtatutum, conſuetudo, vel priuilegiũ in eccleſia, ꝙ quacũque de cauſa quis abſit, ẽt ſi vtilitatem eccleſiæ proſequatur, nihil percipiat. Quid ſi talem conſuetudinem vel ſtatutum iurauerit? Non credo ꝙ tunc locum habeat hoc priuilegium: quia iuramẽtum illud p̃t ſeruari ſine periculo animæ. s. de iureiu. ſi vero. & quia hic non diſpenſat contra iuramentum: vt de reſcriptis, cum aliquib. s.e.li. cum ſuis ſimilib. Nec obſt. ſi ſuſtulit ſtatutum vel conſuetudinem, quod eſt principale: ergo & iuramentum 4 de illo ſeruãdo, quod eſt acceſſorium, tolle enim inſtantiam. s. de iureiu. cum cõtingat. & quod ibi no.] Aliqui contra p id quod dicit, quibuſlibet: & ſubdit, quibuſcunque & quomodolibet, quæ multum vidẽtur pro eis facere.] Hæc decr. bene facit ad quæſtionem, de qua quærebat olim Gar. in decret. cupientes. s. eo. lib. an duæ perſonæ de opponentibus 5, quæ vadunt pro inſtruendo negotio

4 gl. fi. ĩ cle. dudum. ver. pacta. de ſepul. c. cõſtitutus. de reſcri. in anti. & procedit hæc gl. ſecũdũ Phil. ẽt ſi clauſula, nõ obſtãte, ponatur ĩ iure. vide Roma. cõſ.501. Fõt.

5 Idẽ de eligẽtib. eo caſu, quo tenẽtur ad expẽſas. Io. And.

ad cu

ad curiam, contribuere debeant ad expenſas: *fiat qđ inter eos* conuenit. ff. dep. l. 1. §. ſi conueniat. ſi nil erat conuentum, dicebat iudicis arbitrio relinquendũ, penſatis labore & facultatib. mittentium & miſſorum. [Idem Io. An.] cum iſta decr. priuilegiet eos in fructib. percipiendis: ſatis arbitratur iudex eos conferre debere.

Additio. Et facit ad quæſtionẽ de damnum paſſo, nũquid contribuat cũ aliis ciuib. ad emendam? Et dĩ ꝙ ſic: in Spe. đ cenſi. §. 2. ver. quid ſi damnum. facit ff. ad l. Rhod. de iac. l. nauis onuſtæ. §. cũ ãt. de hoc. ff. de le. 1. ab omnibus. §. ſi Titio. Ioan. And.

¶Idem.

*¶ Is qui opponit euidentẽ defectum ſcientiæ vel perſonæ, contra promouendum ad aliquam dignitatem, pœnitere nõ poteſt. cauſam reddit. Ioan. And.*

## CAP. XXXI.

AB eo [a], qui contra electũ, vel poſtulatum, ſeu promouendum [b] ad aliquam dignitatem, inter cætera quæ obiicit, euidentem† notorium, ſeu manifeſtum [c] ſciẽtiæ, vel alium perſonæ defectum opponit: ipſius defectꝰ oppoſitio, vel eius qualitas [d] nequeunt poſtea reuocari: Cum enim opponens (ſi quod de defectu oppoſuit huiuſmodi, deſtitui veritate cõtingat) à proſecutione cauſæ debeat omnino excludi [e], & puniri, perinde ac ſi in probatione omnium, quæ obiecerat, defeciſſet [f]: iuſtum eſt, vt (poſtquam ad oppoſitionem eandẽ procedit) nequeat in præiudicium eius, contra quem oppoſuit, vlterius pœnitere [g].

† Nota iſta æquiparari, euidẽs, notoriũ, & manifeſtum. & ſic vñr iſta ſynonyma, de quo vide tex. j̃. de ver. ſig. c. 2.

A*B eo qui contra electum.*] Diuiditur in duas part. Secunda: ibi, *Cum enim*. Dom.

Casvs. Vacante eccleſia Pictauenſi vel alia eccleſia, puta monaſterio ſancti Cypriani: Pictauenſes canonici, vel monachi, quendam Titium in prælatum elegerunt: fuerunt aliqui opponẽtes, qui oppoſuerunt contra electum defectum ſcientiæ vel morum, vel defectum ſuorum natalium, & cum qualificabant illos defectus, videlicet, quòd illi defectus erant manifeſti: opponenentes pœnitentia ducti voluerunt recedere ab illo defectu, vtrum poſſint? Reſp. ꝙ nõ: Nam ex quo appellauerunt ob illum defectum, ab illo defectu recedere non poſſunt. Sed ponamus ꝙ ipſi nolunt recedere à defectu, ſed ſolum à qualitate: vtrum ſit eis permiſſum? Reſp. ꝙ non: immo ſi recedant à qualitate defectus, ſunt puniendi, ac ſi defeciſſent in probatione defectuum: ideo debent perſiſtere & in defectu, & in qualitate defectus: tamẽ ſi dicti opponentes recedant ab ipſis defectib. vel qualitatibus, poterit ſuperior inquirere de ipſis defectibus vel qualitatibus: vel etiam opponentes, ſi ſint qui prætendant habere intereſſe.

*¶Prima gl. ſummat.*

a ¶ *Ab eo.*] Is qui opponit euidẽtem defectum ſcientiæ vel perſonæ contra promouendum ad aliquam dignitatem, pœnitere non poteſt. cauſam reddit.

*¶Secunda gl. quæſtionem ſoluit.*

b ¶ *Promouendum.*] iſta igitur tria ſunt paria. concor. s̃. e. tit. vt circa. Et nota quòd dicit, dignitatem: & idem dicit s̃. e. ſi forte. & idẽ j̃. de ver. ſi. conſtitutionem. per quod apparet, quòd decre. illa, ſi forte. non habet locum in aliis beneficiis, vt ibi dixi.

c ¶ *Manifeſtum.*] Iſta enim quo ad caſum noſtrum ſunt ſynonyma, & idem deſignant: vt j̃. de ver. ſig. conſtitutionem.

d ¶ *Vel eius qualitas.*] hoc vult dicere: is q oppoſuit, forte vult obiectum reuocare: vnde cum oppoſuiſſet euidentem defectum ſcientiæ vel perſonæ, dicit quòd vult inſtare aliis obiectis, & recedere ab illo, vel non reuocat obiectum, ſed qualitatem 1: vnde nunc vult ſimpliciter dicere, quòd patitur defectum: ſed reuocat id quod dixerat, quòd defectus erat euidẽs, iſtud eſt reuocare qualitatem tãtum, & neutrum poteſt; vt hic vides. Ioan. And.

1 Et ñ p̃t, qa detractio qualitatis mutaret actionẽ: quia iſtæ exceptiões ſapiũt actionem. Dom. Font.

e ¶ *Excludi.*] vt s̃. e. ſi forte.

f ¶ *Defeciſſet.*] vt s̃. e. tit. c. 1.

*¶Gl. ſeq. q̃rit, arg. negatiue & affirmatiue: & pro negatiua ſoluit.*

g ¶ *Pœnitere.*] vt ſic ſibi non liceat mutare conſilium in alterius detrimentum. j̃. de regu. iur. mutare. cum ſuis concord. ad idem s̃. de elect. c. publicato. nam & quod ſemel placuit, non poteſt amplius diſplicere, vbi verſatur alterius intereſſe. j̃. de re. iur. quod ſemel. niſi in caſibus, in quibus iura pœnitentiam & variationem admittunt, quorum aliquos ibi not. 2 & eſt ſimile huic s̃. e. vt quis duas. [Io. Mo. & Arch. alle. ff. de pact. l. ſi. depoſi. l. 1. §. ſi rem.] Quid dices, pone promouendus conſentit quòd opponens renunciet obiectui, vel qualitati obiectus: iudex non conſentit, nunquid hoc poterit opponens? Et videtur quòd non: q a quos prætor prohibet, &c. ff. de poſtu. l. quos prohibet prætor. & concor. s̃. de excep. ca. vlt. maxime cum in huiuſmodi electionib. exuberet iudicis officium. s̃. de electio. cum nobis olim. cum ſimilib. In contrarium videtur per hanc litteram, quæ dicit: in præiudicium eius, contra quem, &c. & quilibet poteſt renunciare iuri pro ſe introducto. s̃. de reg. ad Apoſtolicam. C. de legi. quod fauore. j̃. de reg. iu. quod ob gratiam. Satis videtur (per prima iura, & maxime ea ratione: quia ſi probetur talis obiectus: promouendus ſtatim debet repelli) quòd ipſe huic iuri renunciare non poſſit 3; cum iſtud ius licet ei faueat, ſi non probatur obiectus: tamẽ ei nocet, ſi fuerit probatum, & ſic videtur renunciare non poſſe huic iuri inuito iudice, & facit quod dixi s̃. e. ſi forte.

2 Adde qđ ibi dicã. vid̃ gl. c. ſi diligẽti. de for. com. Feli. c. cũ olim. co. 3. de re iu. in ant. Font.

3 Idẽ Arc. al. q̃ no. 2. q. 7. q̃rẽdũ, & c. alieni. I. An.

E*X eo.*] Sunt duæ partes, quæ patent: Et prima ponit dictũ, cuius rationem ſubdit: ibi, *Cum tam.* Secundo ponit duo dicta: ſecunda, ibi, *Vel conuerſi*, Ioan. And.

¶Idem.

*¶ Canonicus impubes ad electionem non vocatus, non agit de contemptu.*

## CAP. XXXII.

EX eo [h] quòd ad electionẽ epiſcopi [i], quæ te in pupillis ...

¶Pro intellectu huius c. præſupponendum eſt illud, quod habetur in ea, quod ſicut. e. ti. in ant. vbi dicitur, ꝙ omnes habentes vocem in electione, debent vocari ad electionem faciendam. Item ꝙ illi, qui ſunt præſentes die electionis faciendæ, non debent vocari: quia fruſtra vocarentur: ſed ſoli abſentes ſunt vocandi ad illã diem, qua debet electio celebrari: ſi ſint in loco propinquo vel remoto, ſecundum ſtatuta illius eccleſiæ: tamen ſi præſentes proceſſerunt in electione abſque vocando abſentes, valet electio de ſe: ſed abſentes poterunt poſtea facere caſſari illam electionem.

Casvs. Vacante eccleſia Pictauenſi, canonici illius eccleſiæ conuenerunt in vnum ad electionem futuri paſtoris faciendam: In eccleſia ipſa erat canonicus impubes de iure communi vel diſpenſatiue, qui erat tunc abſens: Vnde quando aſſignauerunt diem ad faciendam electionem, alij canonici non vocauerunt illum impuberem: ſed eo ſpreto ad illam electionem proceſſerunt, vult iſte impubes conqueri de contemptu, & caſſare electionem: vtrum poſſit? Reſpondet Romanus Pontifex quòd non: quia cum talis impubes non habeat vocem, fruſtra vocaretur ad electionem, quia ipſe impubes caret diſcretione, quę requiritur in electione: Sed hodie quantumcunque ſint puberes, non habent vocem, niſi ſint in ſacris conſtituti: ſed impubes non poteſt eſſe in ſacris: ideo non habet vocem in electione: Secundum vero hæc tempora non requirebatur, quòd quis eſſet conſtitutus in ſacris, quo ad electionem actiuam. Sed ſantiſſime Pater, ponamus quòd vacat aliqua eccleſia regularis: in qua ſunt monachi profeſſi, & alij non ſunt profeſſi: vtrum non profeſſi habeant vocem electiuam, & ſint vocandi ad electionem actiuam? Reſp. Romanus Pontifex, ꝙ non, quia ad electionem actiuam requiritur profeſſio: ſed tunc in iſto caſu, ſcilicet ad electionem actiuam, ſufficit tacita profeſſio: ſed ad electionem paſſiuam requiritur profeſſio expreſſa, vt in c. ſi religioſus. s̃. e. ti. & *in cle. ne* in agro. §. ſane. de ſta. reg. in clemen. Sed quid de conuerſis: vtrum habeant vocem in electione, vt communiter in religione Beati Franciſci ſunt laici conuerſi? *Reſpondet quòd tales conuerſi non* habent vocem in electione, quia illi ſoli habent vocem in electionibus, qui ſunt tacite vel expreſſe profeſſi religioſi: ideo conuerſi nõ habent *vocem*. Nota primo ex iſto textu, quòd impubes poteſt eſſe canonicus eccleſiæ cathedralis. Sed quæritur vtrum iſtud poſſit eſſe de iure communi, vel ex diſpenſatione? Quidam dicunt quòd de iure communi, quia in *ſimplici* beneficio & in canonia ſufficit ꝙ quis ſit egreſſus infantiam: Communis tamen opinio Doctorum tenet, quòd in beneficio requirente diſcretionem animi, requiritur quòd *quis ſit* pubes: & quòd perfecerit 14. annum, & attigerit 15. ſed in aliis ſimplicibus beneficiis, in quibus non requiritur diſcretio animi, ſufficit ætas ſeptem annorum. De hoc latius per Panor. in ca. ſuper inordinata. de præben. in antiquis. Nota inſuper quòd in electionibus prælatorum regularium ſoli veri religioſi profeſſi & clerici habent vocem electiuam: alij autem, vt conuerſi, vel non profeſſi, non habent vocem.

*¶Prima gl. ponit ſummam, & quid declaret.*

h ¶ *Ex eo.*] Canonicus impubes ad electionem non vocatus, non agit de cõtemptu: non profeſſi cum profeſſis, vel conuerſi laici cum clericis, electioni intereſſe non debent, Emanauit primum dictum ad declarationem eorum, quę notant Vincentius, Tancredus, Goffredus, Bernardus, & Moderni de ætat. & qualit. ex ratione. Secundum ad declarationem eorum, quæ notant Bernardus, Innocentius, & Hoſtienſis de inſtit. ca. 2. & Abbas s̃. e. ti. in Geneſi.

*¶Gl. ſeq. quærit, arg. negatiue, & contrarium ſoluit.*

i ¶ *Epiſcopi.*] quid de inferiorib. dignitatib. Ex his vulgarib. iurib. quib. arguimus à verbis. j̃. de priui. ſi Papa. 1. reſp. in fi. cum ſi. videretur ꝙ in inferiorib. ſecus: cum ſi de inferioribus idem voluiſſet intelligi, id expreſſiſſet. s̃. de deci. ad audiendam.

1 Rō gn̄alis extēdit legē. Do. Nic. Eucrard. in loco à rōne legis ampla. Font.

Contra puto, cum ratio c. quæ infra ſeqtur, ſit generalis 1: nec ibi repetatur de epiſcopo, cum dicitur, ad præſtandum in electione ſuffragium, &c. & hoc bene probatur. j. e. indemnitatibus, in prin. Ioan. And.

† Not. ꝙ ſuū ꝑt dici, qđ ē cōe cū aliis. ad hoc s̃. e. cū ñ deceat vide q̃ not. ad c. pe. j. e. de ſen. exc. Font.

† Not. arg. ꝙ ad ꝓbandū decisionem dubij, ſufficit validare decisionem duplici argumento, vel rōe. vid Io. An. in c. inqſitiōis. s̃. de ac. Dom.

2 vide cōcil. Tridē. ſeſ. 24 đ refor. c. 12

a ¶ *In pupillari.*] quæ eſt in mare minor 14. annis, in fœmina minor 12. nec diſtinguimus an malitia ſuppleatr ſicut nec in finienda tutela. C. qñ tu. vel cu. l. indecorā, inſt. qui. mo. finiatur tutę. in pr. licet ſec⁹ in matrimonio: vt s̃. de deſpon. imp. puberes. vbi đ hoc. ad idem j. e. indemnitatibus. in prin.

b ¶ *In tua eccleſia.*] No. ꝙ minor 14. annis dr̄ idone⁹ ad beneficium, etiam ad canonicatū 2 cathedralis eccleſiæ. de hoc s̃. de præbē. ſup ĩordinata. [Hoſt. ibi contra & de ętat. & qual. c. 2.] & s̃. e. li. de reſc. ſi eo tempore.

c ¶ *Contemptu.*] qđ aliàs caſſationē inducit, & plus in electione nocet, q̃ multorum cōtradictio. s̃. e. venerabilem. & c. bonæ. 2. in ant.

lari a conſtituto ætate, in tua† eccleſia b extitit celebrata, cũ cæteris eiuſdem eccleſię canonicis nõ fuiſti admiſſus: de contemptu c conqueri, aut electionem eandem impugnare non potes: Cum tam iuris d †, quàm rationis e exiſtat: vt tales (cum diſcretione f careant) ad pręſtãdum in electione ſuffragium g nullatenus admittantur.

*¶ Non profeßi cum profeßis, vel conuerſi laici cum clericis, electioni intereſſe non debent. hoc dicit.*

¶ In eccleſiis quoque regularibus, vel monaſteriis, hi, qui h nõ ſunt tacite i vel expſſe profeſſi, nõ debent cum profeſſis, vel conuerſi k laici cum clericis l electionibus m intereſſe.

d ¶ *Iuris.*] ſcripti.

Rō allegari ꝑt deficiēte iure ſcripto

e ¶ *Quàm rationis.*] quæ deficiente iure ſcripto allegari poteſt. 8. diſt. fruſtra, & 9. diſt. ſana quippe. s̃. e. ti. & li. vt quis. lex enim eſt omne quòd ratione conſiſtit. 1. diſt. conſuetudo. & Seneca in epiſtola 37. ad Lucillum. Si vis tibi omnia ſubiicere, te ſubiicias rationi.

Additio. Aug. dicit ratione vincendum. 23. q. 6. vides.

*¶ Gl. ſeq. quæſtionem ſoluit.*

3 An iſti ob maleficia puniãtur, vide doc. in l. excipiũtur. ad Silla. cui adde l. ſi arrogati. ff. de tu. & de malo, qđ faciũt iſti pueri in ludo, vide Pe. de Anc. cōſ. 283. Fōt.

f ¶ *Diſcretione.*] 3. q. 7. c. infamis. §. tria. & s̃. de corp. vi. ex parte. C. de fal. mo. l. 1. 3 [De reg. cum virum. in pr. & c. cum ſimus. in pr. ff. de iud. cum pretor. §. nõ autem.] Et per hanc litteram dico idem de furioſo per prędictum §. tria. & 15. q. 1. c. nec is. §. cũ itaque. de ſuc. ab inte. cum dilectus. ff. de iniu. l. illud. cum nec tales matrimonium carnale contrahere poſſint. s̃. de ſpon. dilectus. 32. q. 7. neque furioſus. nec religionē vouere. đ reg. ſicut. 1.

g ¶ *Suffragium.*] ff. de iu. immu. l. 2. §. impuberes. & dicit lex: Indignum nobis vr̃, eum qui ſtabilem mentem nõdum adeptus eſt, propter priuilegia militum, ſapientum hominum iura tractare. C. de teſt. mil. l. vlt. & minores ſportulas decurionum accipiunt: ſuffragium tamen inter alios non afferunt. ff. de decu. l. ſpurij. §. minores. & ſi princeps det veniam ætatis minorib. non videtur conceſſiſſe, quòd ſine decreto alienent: vel citra perfectam ætatem liberam adminiſtrationem habeant. C. de his qui ve. ęta. imp. l. eos. 2. iſti enim accuſare non poſſunt, nec teſtificari. 2. q. 1. ꝓhibētur. 4. q. 3. c. j. nec teſtamēta facere. 2. q. 6. c. ei qui. §. diſſinitiua. & talis ętas prona eſt ad malum. 12. q. 1. c. 1. & eſt hæc littera [Et decr. indemnitatib. in prin. j. eo.] contra Tan. & Bar. Brixienſem, qui dixerunt in quæſtione dominicali 77. quę incipit, Tutor cuiuſdam: quòd ſi pupillus patronus maior 7. annis pręſentat vnum, & tutor eius alium: præfertur pręſentatus à pupillo. pro eis facit. 16. q. 7. decernimus.

h ¶ *Hi qui.*] ſ. fratres vel monachi, nec diſtinguo in his, an ſint clerici, prout diſtinguit in conuerſis: vt j. dicam in gl. 2.

i ¶ *Tacite,*] in electis autem requiritur expreſſa profeſſio. s̃. eo. nullus. ſic j. e. indemnitatib. in pr. Nouitij ergo non admittuntur. & ſic tenebat Abbas in gl. in pr. alle. ad hoc ff. de ſtat. lib. l. ſtatu liberum. licet tales gaudeant priuilegio canonis, vt j. de ſen. exc. religioſo. tamen non ſunt veri religioſi, vt ibi.

k ¶ *Conuerſi laici.*] de conuerſis ergo hic loquitur: monachi ergo vel fratres profeſſi, indiſtincte admittũtur. ad hoc s̃. de arb. cũ olim. de ſen. exc. canonica. & 16. q. 1. generaliter. 93. di. à ſubdiacono, hodie ſecus, qđ dic vt in Clem. de ęta. & qual. vt hi, q.

l ¶ *Cum clericis.*] In plebib. ergo vbi ſunt clerici & laici cõuerſi, non admittuntur conuerſi laici: ergo in hoſpitalib, & locis huiuſmodi, vbi ſunt ſolum laici conuerſi: iſti bene eligunt ſibi priorem, rectorem, magiſtrum, vel maſſarium. s̃. de arbit. cum olim. nec hoc hic prohibetur. ad hoc. j. e. indemnitatib. §. pen.

*¶ Gl. ſeq. quærit & ſoluit, & contrario reſpondet.*

Cõuerſi an poſſint præſcribere ius eligendi.

Casvs. Vacante eccleſia Pictauenſi, canonici illius eccleſiæ ad quos ſpectat electio, conuenientes in vnum, tractauerunt de electione futuri prælati:poteſtatem eligendi compromiſerunt in aliquos compromiſſarios:qui compromiſſarij fuerunt negligentes in electione facienda per tres menſes:vtrum non ſolum compromiſſarij,ſed etiam ipſi canonici compromittentes ſint priuati poteſtate eligendi pro illa vice? Reſpondet ꝗ ſic:& ſibi imputent canonici,qui deſides tales elegerunt:ideo poteſtas prouidendi illi eccleſię deuoluitur ad proximum ſuperiorem.Sed ponamus quod compromiſſarij non fuerunt negligentes in electione facienda : ſed tamen in electione deliquerunt,quòd ſcienter elegerunt indignum:puta ſcienter elegerũt aliquem Titium patientẽ defectum in natalibus:vtrum delictum compromiſſariorum noceat canonicis, hoc eſt ꝗ canonici ſint priuati poteſtate eligendi pro illa vice:ac ſi ipſi indignum ſcienter elegiſſent? Reſpondet quòd non : immo electio reuertitur ad ipſos canonicos,ita quòd canonici poſſunt alium in ſuum prælatũ eligere:& iſtud verum quòd delictum compromiſſariorum non nocet canonicis : niſi ipſi ſcienter ratam habuerint electionem per cõpromiſſarios factam : puta quia compromiſſarij retulerunt canonicis, ꝗ Titium in ſuum epiſcopũ elegerũt: &canonici ſcientes illum indignum, approbauerũt electionem.Certe canonici in hoc caſu ſunt priuati poteſtate eligendi pro illa vice: ac ſi ſcienter indignũ elegiſſent. Sed quid ſanctiſſime Pater:cauetur ĩ c.cum in cunctis.e.ti.in ant.ꝗ eligentes ſcienter indignum,ſunt ſuſpenſi à perceptione fructuum ſuorum beneficiorum per triennium:vtrum non ſolum compromiſſarij ſint ſuſpenſi per triennium à perceptione fructuum ſuorũ beneficiorum:ſed etiam ipſi canonici? Reſpondet ꝗ non : niſi canonici electionem de indigno factã ſcienter ratificauerint:quia cũ ratificatio mandato comparetur : ipſi canonici ſunt ſuſpenſi per triennium à perceptione fructuum ſuorum beneficiorum, q̃ obtinẽt in illa eccleſia:ſecus eſt de beneficiis,quę ipſi obtinent in aliis eccleſiis:vt in fi.huius c.dicitur. Sed quid:ponamus quòd canonici compromiſerunt in aliquem epiſcopum,vel archiepiſcopum : qui epiſcopus vel archiepiſcopus ſcienter eligit indignum:an ipſe eligens ſit ſuſpenſus à perceptione fructuum dignitatis epiſcopalis, vel archiepiſcopalis ? Reſpondet ꝗ non: nam c.cum in cunctis.non facit mentionem de dignitate epiſcopali, vel archiepiſcopali,modo canones pœnales non comprehendunt epiſcopos,vel alios ſuperiores, niſi de eis faciant expreſſam mentionem:& ſic iſte verſ.Huiuſmodi quoque pœna,&c. eſt declaratiuus illius c.cum in cunctis.etiam illa pœna ſuſpẽſionis à perceptione fructuum beneficiorũ per triennium,non habet locum niſi cum peccatur in electione epiſcopi vel ſuperioris:& non intelligitur de electione abbatum,vel aliorum inferiorũ.Sed quid ſanctiſſime Pater : habuimus in c. vt circa. quòd ſe opponens electioni,& obiiciens aliqua contra formam electionis,vel perſonam electi : ſi deficiat in probatione illorum,quæ oppoſuit in formam electionis, condemnatur ſolum in expenſis : Si vero deficiat in probatione illorum,q̃ oppoſuit in perſonam electi, nõ ſolum cõdemnatur in expenſis,ſed etiam ſuſpẽditur à perceptione fructuum beneficiorum ſuorum : Vellem informari à vobis,de quibus beneficiis intelligatur? Reſpondet quòd intelligitur de illis beneficiis, quæ opponens habet in illa eccleſia, cuius voluit impugnare electionem, non autem intelligitur de illis beneficiis, quæ obtinet in aliis eccleſiis.Hel.Reg.No.optimum tex.quòd ille ad quem deuoluitur ius eligendi, non habet neceſſe eligere:ſed poteſt prouidere.de quo ſ̃.e.ne pro defectu.Dom.

¶ *Prima gloſſa ſummat,& dicit quid declaret.*

n ¶ *Si.*] Si compromiſſarius non eligit infra tempus iuris, ad ſuperiorem deuoluitur poteſtas prouidendi : Si eligit,ſed indignum,indiſtincte redit ad compromittentes:niſi id ſcienter ratum habuerint : Idem ſi electus idoneus non conſentit. Si compromiſſarius ſcienter eligit indignum,ipſe ſolus ab eccleſiaſticis beneficiis triennio eſt ſuſpenſus : niſi id compromittentes ſcienter ratum habuerint : Et pœna prædicta ſuſpenſionis non habet locum in epiſcopo compromiſſario, nec in electione inferiorum epiſcoporum : Et reſtringitur illa pœna ad beneficia,quæ obtinet in eccleſia offenſa:Et idem in beneficiis illius,qui deficit in probatione eius, quod obiicit in perſonam.Declarat hæc decretalis multa iura, & multas opiniones,& maxime ea,quæ notant Vinc.& Bern.ſ̃.de conceſ.præben.conſtitutus.in prima gl.& ipſe Bern.ſ̃.e.cauſam.& Innocent.& Hoſtien.ſ̃.eo.ne pro defectu. & Compoſtel.eod.tit.in cauſis.in fine.

¶ *Gl.ſeq.ſoluit quæſtionem.*

o ¶ *Compromiſſarius.*] vel compromiſſarij, cum eadem ratio ſit in pluribus:& in vnum,& in plures compromitti poteſt:vt hic,& ſ̃.e.cauſam.& c.in cauſis.& c.cum in iure.cum ſim.

1 Not.Phili. poſt Arc. ꝗ appellõe ſedis Apoſto. venit legatus de latere, niſi apponãtur dictiones,tm̃, dũtaxat, & ſimiles, aut materia ſoli Papæ conueniat.Fõt.

2 Reprobatur à doctorib. qa legatus p̃t diſpẽſare ſup his quæ priuilegio Papali p̃mittũtur, l3 cõtra priuilegiũ ip̃m tollẽdo nõ poſſet diſpẽſare. Font.

†al.cõceſsũ

†Not.ꝗ electio p̃t fieri añ q̃ ep̃s tradatur ſepulturæ:qa hic tm̃ d̃t, d̃functo, de quo aliqd ſ̃. c. ſi electio.&in c.bonæ.2.ſ̃. e.tit.

a ¶ *Epiſcopo.*] idem intelligas quoad pœnam priuationis de inferioribus dignitatibus, cum ſemper inferiores locum habeant rationes.

b ¶ *Eligendi.*] & tunc poterit etiam poſtulare:vt ſ̃. e.in cauſis. de renunc.poſt tranſlationem,

po[a] transfertur eligendi[b] poteſtas,negligenter[c] infra tempus[d] à iure ſtatutum[e] eligere prætermittat, ad ſuperiorem[f] proximum † poteſtas deuoluitur prouidendi †:ſibique compromittentes imputent[g], qui in talem[h] poteſtatem huiuſmodi[i] tranſtulerunt[k]. ¶Si vero eligat[l],ſed indignum:tũc ſiue ſcienter id fecerit (cum dolus ipſius eis, qui non ſunt in culpa,nõ debeat imputari[m]†)ſiue etiam ignoranter[n] (cum ſuo ſit functus[o] officio)eligendi poteſtas(niſi & ipſi ſcienter[p] electionem talẽ ratam[q] habuerint[r]) libere[s] reuertitur ad eoſdẽ[t]. Idem[u] fit cum eligit[x] idoneum[y], ſed electus renuit[z] conſentire[a]. ¶Porro eo caſu, cum ſcilicet indignus eligitur[b] ab eodem: compromittentes (quos illius odio nõ conuenit[c] prægrauari) nequaquam (niſi ſic vt præmittitur[d] ratum habuerint) puniuntur:ſed ipſe(vt pęna ſuum auctorem teneat[e]) à beneficiis eccleſiaſticis[f] triennio,iuxta Lateranenſe† concilium[g] ſuſpẽditur ipſo iure[h]. ¶Huiuſmodi[i] quoque pœna, nec in epõ,ſi ad eligendũ[k] fiat cõpromiſſarius[l] ſic peccãte[m]

c ¶ *Negligenter.*] aliàs non curret tempus.ſ̃.de cõceſ.præ. quia diuerſitatem. Quid ſi dolo neglexerit:nunquid habebit locum quod hic dicitur,an quod dicitur j̃.§.prox.Puto locum habere quod hic dicitur: ſufficit enim quòd non eligit. ad hoc j̃.de ap. ab eo.vbi ꝑtermittere facere quod quis debet infra debitũ tp̃s, ſiue dolo, ſiue negligẽtia id faciat, æquiparantur. ad idem de teſti.p tuas. in fi. &ſ̃.in antiq. de reſcrip.plerumque. Additio. Quidam reſiſtunt huic gl.dicentes, quòd quia negligentia fraudu loſa,fraus& dolus eſt:*iudicabitur* vt de dolo:& locus erit ver. ſeq.vt hoc caſu *redeat* poteſtas ad compromittentes: ſed hoc eſt abſurdum,vt ſtatim ſequitur in gl.poterant.Ioan.And.

†Dictio, ꝓximũ, deeſt ĩ antiq.cod. q̃ ex gl. fuit in text. trãſlata.

†al. eligẽdi.

† Rõ eſt,q̃a ꝓcurator ĩ committendo, domino ñ nocet.l.fi. C.d̃ ac.poſ. vbi eius de lictũ cõcernit ꝓceſsũ, & pœnam. Pet.deAnc. Font,

d ¶ *Tempus.*] trium menſium.

e ¶ *Statutum.*] 50.diſt, poſtquam.& ſ̃.eo.ne pro defectu.

f ¶ *Superiorem.*] proximum, vel ad capitulum in inferioribus in caſu.de conceſ.præb,c.2.ſ̃.in antiq,

g ¶ *Imputent.*] puniuntur enim ex proprio facto, non ex alieno:quia negligentem elegerunt.

Additio. ff.de minor,cum mandato.in fi,gl,Ioan,And,

h ¶ *In talem.*] negligentem ſcilicet.

i ¶ *Huiuſmodi.*] eligendi epiſcopum.

¶*Gl.ſeq.primo rationem reddit:notat, & remittit:ſecundo obiicit,& ſoluit:tertio quærit,& remittit.*

k ¶ *Tranſtulerunt.*] Poterant enim ſibi prouidere ſollicitum eligendo 1. Item alio modo,ſ.non dando ei totum tempus quod habebant. ad hoc de ele.cum in veteri.cum ſi.Et ſic no. quòd negligentia procuratoris nocet domino. de hoc ſ̃.vt lit. non cont.c.1.in gl.vlt. perdunt enim ius ex quo per ſe vel per alium debito tempore vſi non ſunt. ff.quemad.ſer,amit.l.vſu. Ad hanc primam partem contradicit expreſſe.C.de temp.ap. auth. ſi tamen. vbi dicitur, quòd ſi in cauſa appellationis eligantur arbitri, non currit biennium appellationis proſequendæ,pendente coram arbitris cauſa: etiam ſi mille anni tranſirent,ſed tunc currit, cum arbitrium deſertum fuerit. Solu.ibi compromiſſum factum eſt de voluntate præſcribentis,& eius cui præſcribitur:hic autem de volũtate eius cui præſcribitur, ſecundum Inn,qui hoc no.ſ̃.e.ne pro defectu,in prin. nec per omnia eſt idem in arbitris compromiſſariis: & compromiſſariis datis ad eligendum:vt patet ſ̃.eo.ſicut. & j̃.de re iud.cum ab vno. Si quæratur an compromittentes hoc mandatum reuocare poſſint?Dic vt no.ſ̃.e.in cauſis,in antep.gl.

1 qui mãdat alteri qđ ipſe facere d3 ñ excuſatur tex.eſt not. in l. ſi ꝓcuratorẽ. §. ſi tutor. ff.mã dati.Font.

l ¶ *Eligat.*] infra debitum tempus.

¶*Gloſſæ duæ ſeq.oſtendunt quid approbat,et quid reprobat,*

m ¶ *Imputari.*] In hoc concordabant ſupradicti Doctores in gl.ſ̃.in prin.allegatis.c.ſ̃.e. in cauſis. & Bart.Brix,in q,veneriali:quæ incipit,Canonici cuiuſdam eccleſię.peccata enim ſuos debent,&c. j̃.§.porro.cum ſuis concor.excepto Comp.qui tenebat in totum contra iſtum §.in decr,ſ̃.e. in cauſis.in fi, dicebat enim in hoc caſu ad ſuperiorem poteſtatem deuolui,cum vice capituli compromiſſarij prædicti fungantur,

n ¶ *ignoranter.*] Hic olim erant opiniones: Ber.tenebat hanc opin.quæ hic approbata eſt.ſ.eo.cauſam. & in prædicta decr, conſtitutus,ſ̃.de conceſ,præben.& eadem ratione Hoſt.ibi,& Comp.e.ti.in cauſis.in fi. dicebant contrarium per decr.ſ̃.eo. cum terra.quæ decr.nõ obſtat:& intellige eam vt ibi no, Item illa ratione hoc dicebant:quia iſti compromiſſarij funguntur vice capituli, ſed capitulum eo caſu iterum poſſet eligere:ergo & iſte compromiſſarius:ſed non eſt verum, vt hic vides.

Additio. Et de hoc 1. q.7,per illicitam.Ioan. And.

o ¶ *Functus.*] ſicut in iudice, ſiue bene, ſiue male ſemel iudicante.ſ̃.de off.deleg.in litteris. & c.venerabili. ff.de re iud.l.iudex.& l. Paulus.cum ſi.

p ¶ *Scienter.*] bene dicit: quia ſicut à principio ſi ignoranter elegiſſent,non haberet locum pœna concilij: ita nec ſi ignoranter ratificent,

q ¶ *Ratam.*] Trahitur enim ratihabitio retro, & comparatur mandato. ff.de reg.iu.hoc iure. §.deiecit. & l.ſemper.§.1.j̃.de ſen.exc.cum quis.& j̃.de reg.iu.ratihabitionem. cum ſuis concord.& bene poterant ratam habere:quia ſuo nomine id erat factum:aliàs ſecus,vt in præd.decret.cum quis.j̃.de reg.iu.ratum quis.

r ¶ *Habuerint.*] in quo caſu deuoluitur prouiſio ad Papam.ſ̃.e.quãquam.

s ¶*Libere.*] quia habebunt liberũ tempus, ac ſi noua eſſet vacatio:vt ſ̃.e.ſi electio. ſimile de ma. & obed.cum olim.

t ¶ *Ad eoſdem.*]probam⁹ hoc olim per decr.de renun. poſt tranſlationem.in fi. nam ibi non valuit electio vel poſtulatio facta per compromiſſarium:& nihilomin⁹ Papa mandat quòd compromittentes eligant.

†Hoc eſt cõcil.Laterañ. ſub Alexan. iij. c.3.

v ¶ *idem fit.*]ſcilicet ꝙ electio libere ad eoſdem reuertitur compromittentes.

x ¶ *Eligit.*] ſcilicet compromiſſarius.

y ¶ *Idoneum.*] ſ̃.eod.cum in cunctis.

z ¶ *Renuit.*] vel poſt conſenſum renunciat: vel diem claudit extremum.ſ̃.eod,ſi electio,

¶*Gloſſ.ſeq.ponit quid approbat, et quid reprobat:ſecundo caſum determinat:et ſubdit duas opiniones.*

a ¶*Conſentire.*] Approbantur hic ſupradictæ gl.Ber.& reprobatur opi.Hoſt.qui in hoc puncto dicebat contrarium in prędicta decr.cauſam.in fi.ratione per eum in ſuperiori caſu reddita:& quia verba cum effectu ſunt intelligenda. ſ̃.de cle.non reſ.relatum, & c.poſtquam.poſſet ergo &ille qui ipſius vicem gerit. 93.diſt.c.1.cum ſi. ſed hoc eſt falſum pp ſuperiorẽ rõem: quia functus eſt,&c. Et quod dicit iſte §.& §.proxi.quo ad ſecundum caſum, verum intelligas,niſi aliud caueretur in mandato:puta ꝙ poſſit eligere ſemel,& pluries,&c.& ita terminauit Bart.Brix,in q.dominicali ſua,quæ inc.quidã dederunt poteſtatem,vñ dicebat Damaſius ſ̃.in præd.decr.cauſam. vbi electio defertur à iure, p̃t ſæpius fieri & variari:ſed vbi ab homine,vnica electione conſumitur poteſtas. ff.de ver.ob.eum qui certarum.§.vlt.Non obſtat ſecundum eum,ff.de opt.le.l.2.vbi electio delata ab homine,vnica electione non conſumitur:q̃a ibi non fuit exhibita tota familia,in qua debebat fieri electio. Diſtinxerunt quidam 2, an detur poteſtas prouidendi, an eligendi:vt in primo caſu iterum poſſit eligere [quia adhuc non eſt prouiſum]& in ſecundo non: quæ diſtinctio ſatis æqua videtur: nec iſta decret.contradicit: quia de poteſtate eligendi loquitur:vt patet in ipſius principio.

2 Tancre.& Pet.de Sãp. ſ̃.e. cãm. & Abb.hoc recitat ſ̃.e. q̃a pp.Io.And.

b ¶ *Eligitur.*] ſcienter; quia aliàs pœna ſuſpenſionis locum non habet.

c ¶ *Non conuenit,*] 24.q.3.ſi habes. ff,de dolo.& eleganter.C. de inoff.teſt.ſi quis in ſuo.in fi.C.de pœn,ſancimus. j̃.de iniu. & damn.dat,& ſi pignorationes, & j̃.de reg.iur.non debet.& dic vt ibi,

d ¶ *Præmittitur,*] ſ̃.§.ſi vero,

e ¶ *Teneat.*] ſ̃.de his,quæ fi.à maio.par.cap.quæſiuit. cum ſuis concordant,

f ¶ *Eccleſiaſticis.*] quæ in ipſa eccleſia obtinentur: vt ſtatim ſequitur,

g ¶ *Concilium.*] ſ̃.eo.cum in cunctis.

h ¶ *Ipſo iure.*] Approbatur in hoc opinio Ber.& Hoſt.qui hoc not.ſ̃.eo. innotuit. [in gl.ſicut ergo.]Et opin.Innoc.ſ̃.eo.cum in cunctis. & reprobatur opinio Tancr.quam not.Ber, in decr. innotuit.qui dicebat, quòd requirebatur ſententia,per decre. ſ̃.eo.quiſquis.ſed non eſt verum: vt hic patet.& decret,illa in alio caſu loquitur.

Additio. Scilicet, in his qui eligunt per ſecularis poteſtatis abuſum,Ioan,And.

i ¶ *Huiuſmodi.*] quod hic dicitur, tenebat Hoſt.de elect.cum in cunctis,& ſ̃.e.ti.cauſam.in fi.&dic huiuſmodi,ſcilicet pœna ſuſpenſionis per triennium à beneficiis.

k ¶ *Ad eligendum,*] epiſcopum vel ſuperiorem:per id quod ſtatim ſequitur.

l ¶*Compromiſſarius.*] ſ̃.e.cauſam.& idem ſi epiſcopus eligeret proprio iure: vt quia habet vocem in electione patriarchæ, vel archiepiſcopi,vel alterius epiſcopi:quia eadem eſt ratio.

m ¶ *Sic peccante.*] ſ.in eligendo ſcienter indignum.

¶Gl.ſeq

¶*Seq. gl. recitetur per contrarium, & ſolutionem.*

a ¶ *De iure.* ] j̃. de ſent. exc. quia periculoſum. Not. quia licet hoc teneat Hoſt. in ſupradictis gl. & Gar. in decr. cupientes. s̃. e. §. cęterum. tamen olim dubitabatur ideo, quia decr. illa, quia periculoſum. videtur de ſui mente intelligenda de ſuſpenſionibus ab officio, vel cohærentibus officio, puta ingreſſu eccleſiæ, & ſimilib. ibi, propter executionem Pontificalis officij, &c. Sed laudetur Deus, & dominus Bonifacius, qui dubitationem illam mihi ſuſtulit p hanc litteram: & potuit eſſe ratio, quia ſpiritualia ſine temporalibus diu eſſe non poſſunt, quę habent ſe vt connexa. 1. q. 3. ſi quis obiecerit. & c. ſaluator. & eſſet verecundum epiſcopos mendicare. s̃. de renun. ad ſupplicationem.

(cum de iure [a] nullam ſententiam ſuſpenſionis incurrat, niſi de ipſo expreſſa mentio habeatur) † nec in aliorum quàm epiſcoporum & ſuperiorum ipſorum electionibus, cũ peccatur in ipſis, vendicat ſibi locum [b]. ¶ Reſtringitur [c] etiã dicta pœna ſolum ad ea beneficia, quæ ſic peccans, in illa obtinet eccleſia, quam taliter [d] eligendo, ſpecialiter [e] noſcitur offendiſſe [f]. ¶ Et idem in illius beneficiis [g] eſt cenſendum, qui alicuius electionem, poſtulationem, aut prouiſionem impugnans, in probatiõe deficit eius, quod obiicit in perſonam [h].

† Rõ ſecũdũ Pet. eſt in c. qa piculoſũ j. d ſen. exc. & punitur tũ arbitrarie, qa ſecũdũ gl. ſi. hic, vbi pœna ſtatuta imponi nõ p̃t, illa mutatur in aliã. l. hos accuſa ro. §. ĩ oĩb⁹. ff. d accu. c. ſiné litib. de dol. & con. Font.

¶ Idem.

¶ *Procurator ad appellandum ſecundum formam c. vt circa. non eſt idoneus, niſi omnia obiecta, & forma iuramenti in procuratorio exprimantur. h. d. ſecundum Pau.*

b ¶ *Locum.* ] contra s̃. eo. quamquam. in ſi. ibi ſoluitur.

¶ *Seq. gl. ſignat contrarium, & remittit.*

c ¶ *Reſtringitur.* ] dicebat Hoſt. in decr. cum in cũctis. quòd ſuper hoc puncto neceſſaria erat interpretatio: fouebat tamen contrariam opi. [idem Petr. de Samp. Ioan. Andr.] quia indefinite loquebatur concilium: & quia conſtitutio illa fauorabilis videbatur eccleſiis. Concordat autem ad hunc §. s̃. e. cupientes. §. cæterum. Et not. pœnas reſtringendas. infra de regul. iuris. in pœnis. vbi de hoc.

d ¶ *Taliter.* ] ſcilicet ſcienter indignum.

e ¶ *Specialiter.* ] quia & generalem offendit eccleſiam, quæ vna ſola eſt. 24. q. 1. loquitur.

Additio. 7. q. 1. Nouatianus. Ioan. And.

f ¶ *Offendiſſe.* ] quantum in eo fuit: licet conatus non habuerit effectum, non tamen fuit voluntas ſuis terminis contenta, & ideo punienda. de pœn. diſt. 1. c. cogitatio.

g ¶ *In illius beneficiis.* ] ſ. quæ in ipſa eccleſia obtinet, vt hic vides. & ſic declara decr. j. iſtius tit. circa ſi. & ſic aliquis eſt ſuſpenſus à beneficio in vna eccleſia, non in alia. ſic s̃. e. cupientes. §. cæterum. j̃. de off. ord. ſi canonici. & j̃. de reb. ec. hoc conſultiſſimo. Quid ſi in his caſibus eligens vel opponens non habet in illa eccleſia beneficium? Dic quòd pœna extraordinaria puniri poterit. s̃. de accu. ſuper his. de Iudę. ad liberandam. C. de ſepul. viol. l. vlt. in ſi. cum ſim.

Additio. Idem Ioan. Monach. alleg. ff. de pœn. l. j. ad fin. ff. de in ius vocand. l. fin. & facit s̃. de male. cap. 2. cum concordant. Ioan. And.

h ¶ *In perſonam.* ] quia à beneficiis eccleſiaſticis triennio eſt ſuſpenſus.

P*Rocurator.* ] Ponit duo quæ requiruntur in procuratorio ad appellandum, in caſu decr. vt circa. ſecundum ibi, *Habeatque.* Dominic.

Casvs. Habuimus in c. vt circa. & in c. cupientes. s̃. e. quòd appellans ab electione debet proponere omnes defectus, quos ipſe intendit opponere contra electionem, vel perſonam electi. Ponamus, quòd aliquis non eſt ſufficiens per ſeipſum, vult conſtituere procuratorem: vtrum procurator generaliter conſtitutus poſſit appellare ab electione, vel ſe electioni opponere, opponendo defectus tam contra formam electionis, quàm perſonam electi? Reſp. Rom. Pont. quòd non: ſed debet conſtitui ſpecialiter, ita quòd inſtrumento procurationis debent inſeri omnes cauſæ & defectus, quos ipſe conſtituens intendit proponere contra electum, vel electionem. Item debet conſtitui ſpecialiter ad iurandum in animam conſtituentis, quòd credit omnia per ipſum propoſita eſſe vera, & ſe poſſe illa probare, aliàs non admittetur procurator. Not. ex hoc textu arg. quòd obiiciens contra perſonas eligentium, non dicitur obiicere contra formam: hoc probat tex. hic, qui dicit, perſonas, in plurali numero.

i ¶ *Procurator ad appellandum.* ] extra iudicium. decr. enim iſta in his caſibus locum habet, in quibus decre. vt circa. ſed decr. illa locum non habet in appellationibus interpoſitis in iudiciis. j̃. e. conſtitutio. ergo nec iſta: licet aliàs dicamus, quòd procurator eſt qui de mandato domini aliena negotia in iudicio [1] adminiſtrat. ff. de proc. l. 1. ſed ad negotia conſtituitur. j̃. de procurat. qui generaliter. & quod dicit ad appellandum, intelligo ad quemcunque etiam inferiorem Papa, ſecundùm Gar. qui in omnibus appellationibus dixit illam decret. locum habere, licet Guli. contra. vt ibi dixi.

1 Iſtud ñ eſt in textu legis. Io. An.

## CAP. XXXVIII.

PRocurator ad appellandũ [i] contra electionem, poſtulationem, aut prouiſionem [k] alicuius † non aliter idoneus de cętero [l] reputetur, quàm ſi omnia quæ in formam [m] obiicere, vel perſonas [n], & propter quæ appellare intẽdit, ſingulariter [o] & clare in eius procuratorio ſint expreſſa. Habeatque ſpeciale [p] mandatum [q] iurandi corporaliter in eorum [r] animas, quorũ procurator exiſtit, quòd ipſi credunt expreſſa huiuſmodi vera eſſe, & ſe poſſe [s] probare.

† Dictio, alicuius, deeſt ĩ manuſcriptis cod.

k ¶ *Prouiſionem.* ] factã, vel etiam faciendam, ſi contra certam perſonam appellatur. s̃. eod. qui cõtra certam. [idem Archid.]

l ¶ *De cætero.* ] extenditur ergo ad futura. s̃. e. licet canon.

m ¶ *Formam.* ] s̃. eo. quia propter.

n ¶ *Perſonas.* ] in plurali dixit, vt comprehenderet electum & eligentes. s̃. e. vt circa. Ioan. And. [Idem Archid.]

o ¶ *Singulariter & clare.* ] per hoc ſatis reputo ſolutam quęſtionem, quam olim formabant Guli. & Gar. in decre. vt circa. s̃. eod. an ſcilicet ſufficiat opponenti dicere, oppono homicidium, periurium, & ſimoniam, & dico per hanc litteram quòd non: ad quid enim in procuratorio ſic ſingulariter & clare fieri deberet expreſſio, ſi in appellatione id idem fieri non deberet? & de hoc dixi in ipſa decret. vt circa. in gl. quid ergo.

p ¶ *Speciale.* ] Not. quòd non tantum valet genus quo ad ſpeciem, quantum ſpecies. de hoc vide 23. diſt. quamquam. & s̃. de off. ord. ſi ſacerdos.

¶*Seq. gl. reci. per quæſtionem & ſolutionem.*

q ¶ *Mandatum.* ] non credo [2] quòd in caſu iſto locum habeat decr. illa j̃. de proc. qui ad agendum. quia caſus iſte eſt ſpecialis, in quo ſemper requiritur expreſſio. Idem credo in matrimonio contrahendo, vt e. ti. c. vlt.

2 Placet doctorib. & rõ eſt, qa intereſt aduerſarij ſic fieri, ne dñs poſt ea dicat ſe ñ intellexiſſe ita. text. é ĩ l. q ita. §. 1. ff. ad Treb. cle. non p̃t. de proc.

¶*Seq. gl. reddit rationem.*

r ¶ *Eorum animas.* ] bene dicit, aliàs enim non prouideretur malitiæ: poſſet enim eſſe, quòd procurator credit ea vera eſſe, quæ non credit dominus: procurator ergo iurauit in animam domini, non in propriam. Super hoc dic vt 63. diſt. tibi domino. & de iur. cal. in pertractandis. De ſacramento autem calumniæ dicam infra de iuramen. calumn. capit. 2. ſecundo reſponſo.

s ¶ *Et ſe poſſe.* ] repete credunt.

¶ Idem.

¶*Caſſata confirmatione, vel caſſa nunciata propter defectum iuriſdictionis, vel ſolemnitatem omiſſam, non propter hoc electio caſſata dicetur. Ioan. And.*

## CAP. XXXIX.

SI confirmationem [t] ele-

S*I confirmationem.* ] Non diuiditur. Ioan. And.

Casvs. Dictum fuit in c. ſi poſtquam. s̃. eo. tit. quòd ſi ab electione fuerit appellatum ad Apoſtolicam ſedem, ſuperior immediatus non habet poteſtatem confirmandi electionem, pendente appellatione. Et dicitur, quòd ſi ſuperior electionem ipſam pendente appellatione confirmet, quòd non valet confirmatio. Sed nunquid confirmatio ſuperioris facta pendente appellatione præiudicet ipſi electo, ita vt accipiendo confirmationem à ſuperiore perdat ius ſibi quæſitum ex electione? Reſpondet quòd non: & ideo poterit petere confirmationem ſuæ electionis à ſuperiore. Nota primo, quòd electio & confirmatio ſunt partes totaliter ſeparatæ. vide not. per Innoc. de reſt. in integ. c. 2. Not. ſecundo in habentibus cauſam ſeparatam vtile per inutile non vitiari. ad hoc regula, vtile. j̃. de reg. iu. Dominic.

¶*Prima gl. ſummat, & allegat duo antiqua iura.*

t ¶ *Si confirmationem.* ] Caſſata confirmatione, vel caſſa nunciata propter defectum iuriſdictionis, vel ſolemnitatem omiſſam, non propter hoc electio caſſata dicetur: & probatur quod hic dicitur ſupra de præbend. cum iam dudum. maxime per integram: quia ibi confirmatus fuit electus, & caſſata confirmatio propter iuris ordinem non ſeruatum: & iterum Papa de electione mandat inquiri, per decretalem ſupra de re iudicata. ad probandum. vbi caſſata eſt confirmatio propter defectum iuriſdictionis, & iterum de electione quæritur.

Additio. Et eſt huius iuris ratio, ſecundùm Ioan. Mo. quia inſeparabile inutile adiectum, non vitiat quod erat vtile. de hoc j̃. de reg. iu. vtile.

ctionis [a] † propter debitam iuris [b] ſolemnitatem in confirmatione ipſa omiſſam: vel ex eo, quia ipſe, qui confirmauit, confirmandi non habuit poteſtatem [c], caſſari, ſeu caſſam & irritam nunciari contingat: non propter [d] hoc præcedens electio (ſi aliàs ſit canonica [e]) intelligitur infirmari [f],

¶ Idem.

*¶Si vacante cathedrali, regulari, vel collegiata eccleſia, ſingulares perſonæ capituli vel conuentus occupant bona à prælato dimiſſa, vel vacationis tempore obuenientia, donec plene reſtituant, ab officio, & quibuſcunque beneficiis ſunt ſuſpenſi, non obſtantibus priuilegiis, ſtatutis, & conſuetudinibus quacunque firmitate vallatis.*

## CAP. XL.

Quia [g] ſæpe [h] † contingit, quòd cathedralibus, & regularibus, ac collegiatis [i] eccleſiis vacantibus [k], capitula, conuentus, collegia†, & ſingulares earundem [l] perſonæ, bona à prelatis ipſarum dimiſſa [m], vel vacationis tempore obuenientia, quæ in vtilitatem dictarum eccleſiarum expendi [n], vel futuris deberent ſucceſſoribus fideliter reſeruari [o]: occupant, inter ſe diuidunt, ſubripiunt, dilapidant, diſſipant, & conſumunt in earum [p] graue diſpendium & iacturam. ¶Nos ipſorum auſus reprimere, ac eccleſiarum indemnitatibus precauere volentes: Decernimus, vt hi, qui præmiſſa de cætero præſumpſerint, eo ipſo ſint, & tamdiu maneant [q] ab officio [r], & beneficiis [s] quibuſcunque ſuſpenſi, donec [t] plene [u] reſtituerint [x] quicquid de bonis perceperint ſupradictis. Non obſtantibus quibuſlibet priuilegiis, vel indulgentiis, aut contrariis

a ¶ *Electionis.*] ſi autem caſſaretur electio, ſeruandum eſt quod dicitur ſupra eod, quamquam, & c. ſi electio.

b ¶ *Iuris ſolemnitatem.*] ſupra eod, quamuis, & ĩ. eo. prouida. §. verum, & ĩ. e. c. vlt.

c ¶ *poteſtatem.*] puta quia aliàs non erat iudex, vel legitime appellatum erat ab ipſo, vel Papa inhibuerat. ĩ. de appell. non ſolum, vel erat excõmunicatus publice iudex. ſupra, de re iu. ad probandum. vel ante confirmationem reſeruauerat Papa epiſcopatum. ĩ. eo. ſi eo tempore. vel his ſimilia: & ꝓpter hoc non valuit ipſo iure confirmatio,

† Secũdùm do. iſte tex. hꝫ locũ, ẽt ĩ aliis cõfirmõib⁹. vide Fel. in c. cõſtitutus. de reſcr. Font,

d ¶ *propter hoc.*] propter caſſationem. ſ. confirmationis.

e ¶ *Canonica.*] ex perſonis & forma. ſupra eo. quia propter. & c. cũm in cunctis.

*¶ Seq. gl. notat, quærit, & ſoluit.*

f ¶ *Infirmari.*] immo iterum petitur eiuſdem electionis confirmatio coram debito iudice, & ſeruabitur debitus ordo. Et ſic not. ex hac decret. quòd principale non ſequitur naturam acceſſorij, licet acceſſorium ſequatur principalis naturam. ĩ. de off. dele. ſi ſuper gratia. & de reg. iur. acceſſorium. cum ſuis concord. Sed quid dices, prout apparet ex decr. ſi iudex caſſat confirmationem vitio electionis? Clarum eſt ſi propter ſolemnitatem omiſſam: & hoc eſt clarum, vt hic. quid in dubio? Satis videtur dicendum, inſpici debere quod opponebatur: & ſi contra electionem erant obiecta, dicatur facta caſſatio vitio electionis: ſi de ſolemnitate omiſſa, tunc locum habet hęc decr. in dubio dicatur vitio ſolemnitatis facta caſſatio confirmationis. ad hoc ff. de ſuſp. tut. hæc enim. §. 1. & facit quod ibi not, ad idem ff. de exce. rei iud. ſi ex teſtamento. ff. de pœn. ſi præſes, & ĩ. de re. iu. in pœnis, & facit quod not. 50. diſt. c. 1. & de conſti. ex litteris. ſupra in antiq. Conſulte tamen facit iudex, ſi decernit ad inſtar eius qui remittitur de exercitu. ff. de his qui not. infa. l. 1. & 2. & facit ad hoc quod not. modern. ſupra eod. ſuper eo. & hæc vera dicantur, cum iudex caſſat confirmationem tantum; ſecus ſi confirmationem & electionem, quia tunc non eſt dubitabilis hæc quæſtio. Ioan. And.

† No. ꝙ iura debẽt adaptari iis q̃ ſæpe contingũt. vid̃ gl. de deſp. impu. litteras.

† Qũo puniuntur collegia, vide Bar. in l. aut fcã. ff. d̃ pœ. cap, ſi ciuitas, de ſent. exc. Petr. de Anc. Font.

Quia ſæpe.] Primo narrat factum reprobum. Secundo motiuum exprimens, illud punit, ibi, *Nos ipſorum.* Tertio tollit obſtantia, ibi, *Non obſtantibus.* Ioan. And.

Casus. Certum eſt quòd vacante ſede epali, capitulum ſuccedit, ita quòd poteſt exercere per ſe illa, quæ ſunt iuriſdictionis & ea quę ſunt ordinis, & facere exerceri per epm. Sed quid de bonis dimiſſis per prælatum: quia ponamus, quòd prælatus defunctus plura bona dimiſit, vel aliqua bona obuenerunt tempore vacationis, vtrum ſit permiſſum capitulo illa bona ſibi appropriare, & canonicis inter ſe diuidere? Reſp, quòd non; immo illa bona debent reſeruari futuro ſucceſſori, vel conuerti in vtilitatem eccleſiæ: Quòd ſi contrarium fecerint, puniuntur pœnis hic contentis: & quod hic dicitur de eccleſia cathedrali, idem dicendum eſt de eccleſiis collegiatis, vel regularibus. Not. quòd lex tollens ſtatuta, non tollit pacta, vel priuilegia, niſi de eis faceret mentionem: de quo ſupra eod, libr. de conſtit. c. 1, Dominic.

*¶Prima gl, ſummat, & dicit quid declaret.*

g ¶ *Quia.*] Si vacante cathedrali, regulari, vel collegiata eccleſia, ſingulares perſonæ capituli vel conuentus occupant bona à prælato dimiſſa, vel vacationis tempore obuenientia, donec plene reſtituant, ab officio, & quibuſcunque beneficiis ſunt ſuſpenſi, non obſtantibus priuilegiis, ſtatutis, & conſuetudinib. quacunque firmitate vallatis. Et aduerte, quòd decret. iſta non principaliter facit ad titulum 1, ſed quia vacante eccleſia, cum imminet electio facienda, ſi canonici videant bona vacantis dignitatis ſibi deberi, difficultates ingerunt, & tardius eliguntur: ideo hic prouidit, & ſic etiam electioni faciendæ prouidit. idem dico de decr. ſupra eod. ſciant. & c. generali. & facit ſupra eod, vbi periculum, §. prouiſionis. Ioan, And,

rqa ad nullã d̃ his par tib, quas diſtinxi ſuper rub. de ele. ĩ. Ioan, An,

h ¶ *Sæpe.*] Debuit igitur ius ſuper hoc prodire. ff. de legib. nam ad ea. ĩ. de reſt. ſpol, frequens, cum ſim. & eſt ſimile ĩ. de præb. quia ſæpe. & de hoc ſupra de deſp. imp. litteras. in gl. pen.

i ¶ *Collegiatis.*] in aliis non habet locum hæc decr. ſed illa ĩ. de off. ord. præſenti, & quæ dicuntur eccleſiæ collegiatæ, dixi ſupra eod. ſtatutum.

k ¶ *Vacantibus.*] principali prælato per cuius mortẽ dicuntur viduatę. ſupra e. ne pro defectu. & c. quia propter.

l ¶ *Earundem.*] Nota quòd ad extraneos, & qui non ſunt de collegio, non extenditur hæc conſtitutio, vt hic vides.

m ¶ *Dimiſſa.*] de quibus an teſtari potuiſſent, dicam ĩ. de off. ord. præſenti.

n *Expendi.*] vt s̃. e. cupientes. & de of. or. præſenti. §. porro.

*¶Seq. gl. in princip. recit. per quæſtionem, quam ſoluit, & remittit: ſecundo quærit, ſoluit, & ſolutionem reprobat.*

o ¶ *Reſeruari.*] 75. di. quoniam quidam. 12. q. 2. non licet. & ca. illud. Et fiet hæc reſeruatio per œconomum, ſi eum habeat, vt in prædictis iurib. vel per viſitatorem, vel adminiſtratorem eccleſiæ, ſi quem habet. ĩ. e. is cui, & de ſup. negl. præla. eccleſiæ, & ſuper hoc adde quod not. Io. in prædicto c. illud, 12. q. 2. Sed pone, vacante ſede, certum eſt, quod capitulum ſuccedit 2 in iuriſdictionem. s̃. de maio, & ob. cum olim. & ĩ. e. ti. c. vnic, & de inſti. c. 2. niſi eſſet viſitator datus à Papa. ĩ. e. is cui. ratione iſtius iuriſdictionis aliqua proueniunt: puta ex condemnatione, vel ſigillo, vel huiuſmodi, nunquid in his locum habet decret, puto quòd non, quia ex quo competit eis iuriſdictio, ergo & omnis iuriſdictionis fructus, qui acceſſorius eſt. de reg. iur. acceſſorium. cum ſuis concor. & hoc forte voluit dicere illud relatiuum, quæ 3 in vtilitatem, &c. Archid. contra. [Et Ioan. Monac. in addit. cum capitulum, vt adminiſtrator legitimus alieno nomine adminiſtret. quòd ſi ſuo facere vellet, malę fidei poſſeſſor eſſet, qui non preſcribit. ĩ, de reg. iu. poſſeſſor. Ioan. And.] quod eſt hodie approbatum per cle. e. ti. ſtatutum. & ibi vide in gl. hic patet.

2 d̃ hoc art, vid̃ plene p Hoſt. ĩ c. ad abolendam ext. de hær.

3 Gl. vult ſecũdũ Dom, & Philip. ꝙ iſtud relatiuũ ponatur hic reſtrictiue. vide gl. ĩ reg. contractus. ĩ. de regu. iur, Fon.

p ¶ *Earum.*] eccleſiarum cathedralium, regularium, & collegiatarum.

q ¶ *Maneant.*] quia non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum. ĩ. de reg. iu. peccatum. cum ſuis concor.

r ¶ *Officio.*] prouidebitur autem, quòd de ipſorum fructibus officietur eccleſia, s̃. e. ti. cum ex eo. §. porro, & s̃. de ap. peruenit, Ioan. And. [idem Ioan. Monac.]

*¶Seq. gl. alleg. duo iura diuerſa, de diuerſitatis ratione quærit, ſoluit, & ſolutionem iuſtificat.*

s ¶ *Beneficiis quibuſcunque.*] aliud in caſu s̃. e. cupientes. §. cæterum. & s̃. eo. ſi compromiſſarius. §. pen. & vlt. Si quæratur quæ eſt ratio, quare ibi ſolum à beneficiis ipſius eccleſiæ ſuſpenſus eſt, hic vero ab omnibus quæ etiam extra illam eccleſiam habet, Breuis eſt ſolutio, quia hic ab officio ſuſpenſus eſt, ibi vero non: cum ergo ab officio ſuſpenſus ſit, & ab omnib. beneficiis dicitur eſſe ſuſpenſus. 81. diſt. eos. de cler. exc. min. latores, & grauior pœna bene debuit hic apponi, cum poſſit ſtatim ſibi prouidere reſtituendo, ibi ſuſpenſus eſt vſq; ad triennium.

Additio. Si quæratur quare grauiori pœna punitur violans hoc c. quàm c, cupientes. §. cæterum. ſupra eod. Reſpondetur quòd hoc eſt propter latrocinium, ſecundùm Arc. qui allegat 87. di. irreligioſum. 23. q. 3. iuſtum. 25. q. 1. violatores. ff. de incen. rui. nau. l. 3. §. ſenatus. Io. Mona. dicit, quòd hic peccat vt iudex vel adminiſtrator legitimus, ibi peccat vt priuatus. Ioan. And.

t ¶ *Donec.*] ipſis igitur reſtituentibus ipſo iure ſine alia ſententia reſtituti erunt: vt no. Ioan. 81. diſt. ſi qui. 2. 17. q. 4. ſi quis deinceps. & Ber. s̃. de ma. cont. contra interd. eccl. de muliere.

v ¶ *plene.*] etiam vſque ad ouum. 3. q. 1. redintegranda.

x ¶ *Reſtituerint.*] non credo hic cautionem ſufficere 4. iam enim hoc fuiſſet expreſſum, ſicut ĩ. de vſu. c. 2. ad hoc s̃. de deci. ad audientiam. Sic etiam excõicato pro manifeſta offenſa vel contumacia, non ſufficit cauere. ĩ. de ſent. exc. venerabilibus.

4 nec poſſet ſecũdũ Arc. plat⁹ remittere. Itẽ iſta pœna eſt iuris, q̃ ñ tollitur niſi per imponẽtẽ. Dom, Font.

a ¶ *Conſuetudinibus.* ] Multum vigebant hæ conſuetudines in partibus Gallicanis. [Memor ſum ante hanc decr.illarum partium ſocios habuiſſe, qui dicebant canonicatuum ſuorum redditus triplicari cum vacabant ipſorum eccleſiæ. ] Et per hanc decr.& ſupra e.cum non deceat. potes exemplificare id quod dicitur ſupra e. li. de conſtit. c. j. vt ibi dixi. Ioan. And.

b ¶ *Firmitate.* ] puta confirmatione inferioris à Papa, vel appoſitione pœnæ, vel his ſimilibus.

c ¶ *Quæ omnia.* ] indulgentias, priuilegia, vel ſtatuta: in aliis autem eccleſiis non ſunt reuocata prędicta, ſeruari tamen debet quod dicitur j. de off. ordin. pręſenti. §. porro. & ideo ſtatim ſequitur, quo ad hoc.

consuetudinibus [a], conſtitutionibus, vel ſtatutis, iuramento, confirmatione ſedis Apoſtolicæ, aut alia quacunque firmitate [b] vallatis: quæ omnia [c] quo ad hoc auctoritate Apoſtolica reuocamus, caſſamus, & irritamus, ac nullius deinceps volumus eſſe firmitatis.

¶ Idem.

*¶ Decretalis, vt circa. ſolum in extraiudicialibus appellationibus locum habet: in iudicialibus autem antiqua iura ſeruanda ſunt. hoc dicit. Ioan. And.*

## CAP. XLI.

CONſtitutio [d] felicis recordationis Gregorij Papæ, prædeceſſoris noſtri, edita in concilio Lugdunenſi, formam exprimens, ſecundùm quam ab his, qui in† electionibus, poſtulationibus, aut prouiſionibus ſe opponunt, debeat appellari: locum ſibi non vendicat, niſi ſolum cum in eis extra iudicium appellatur. Quando vero in iudiciis†, in huiuſmodi negotiis [e] appellari contingit, anteriora [f] iura (cum per eam [g] immutata [h] non fuerint) obſeruari oportet.

†Dictio, in, deeſt in manuſcriptis.

†al. in iudicio.

¶ Idem.

*¶ Habens plenam adminiſtrationem cathedralis eccleſiæ in ſpiritualib. & tẽporalib. iuriſdictionalia exercere poteſt, ſacramentalia non, niſi epiſcopus fuerit. h. d. Dom.*

## CAP. XLII.

IS, cui procuratio ſeu adminiſtratio cathedralis eccleſiæ, plena & libera [i] in ſpiritualibus [k] & temporalibus à ſede Apoſtolica (cui ſoli [l] †hoc competit) eſt commiſſa: poteſt (alienatione bonorũ immobilium [m] duntaxat excepta) omnia, quæ iuriſdictionis epiſcopalis exiſtunt, & quæ poteſt electus exequi confirmatus [n], libere exercere. Illa quippe, quæ miniſterium cõſecrationis expoſcunt (niſi fuerit epiſcopus) per alios faciat epiſcopos expediri [o].

† Not. ſolũ Papã dare adminiſtratorẽ eccleſiæ vacanti cathedrali: alios caſus Papæ reſeruatos vid̃ p gl. s̃. de offi. leg. q̃ trãſlatione. Dom. Prælatus an habeat liberã adminiſtrationem.

C*Onſtitutio.* ] ſunt duę partes. Secunda, ibi, *Quando vero.* ibi, ponit ſecus in iudicialibus, & cauſam reddit, ibi, *Cum per eam.* Ioan. And.

Casvs. Dictum fuit in c. vt circa. allega. quòd appellans in cauſa electionis, debet in appellatione ſua inferere omnia, quæ intendit obiicere tam contra formam electionis, q̃ perſonam electi: & iurare ſe credere omnia eſſe vera, & illa poſſe probare: ſed vtrum illud ſit verum indiſtincte, etiam ſiue quis appellet in iudicio, ſiue extra iudicium? Reſp. quòd non: ſed tunc demum habet locum illud capitulum, cum quis appellat èxtra iudicium. Si autem appelletur in iudicio in cauſa electionis, debent obſeruari iura antiqua. Nam nos non debemus iura antiqua dicere correcta, niſi expreſſe in nouis iurib. correcta inueniantur. c. cum expediat. ſupra eod. & l. præcipimus. C. de appel.

*¶ Prima gl. ponit ſummam, & dicit quid declaret.*

d ¶ *Conſtitutio.* ] Declarat decr. vt circa. dicens, quòd ſolum in extraiudicialibus appellationibus locum habet. Habuit ortum hæc decr. ex his quæ not. Gul. ſupra eod. vt circa. in gl. nota ergo. & Gar. ibid. in gloſ. ſed nunquid. ibi dicebant contrarium eius quod hic dicitur, ſ. quòd vtrobique decre. illa locum habeat. allegabant decr. ſupra eod. quamuis. & generalem rationem 1 decretalis, ſc. vt via malitiis præcludatur. Sed magis habemus parata remedia in iudicio, quàm extra iudicium 2: & ideo maior fuit extra iudicium adhibenda cautela. & decret. quamuis, in alio caſu loquitur.

1 Not. Dom. & Philip. q̃ lex exorbitãs ſi extenditur ad incluſa ſub rõne in l. exp̃ſſa, ſed ad cõprehẽſa ſub verbis. Pe. de Anc. al. Bar. ĩ l. ſi res. ff. de ap. re. Font.

2 Simile j. de ſen. exc. ſolet. ĩ ſi. & qd̃ no. ĩ c. vno. de ſchiſma. in gl. I. An.

d ¶ *Conſtitutio.* ] ſupra eod. vt circa, aliàs conſtitutio, aliàs conſtitutum.

e ¶ *Negotiis.* ] electionum, poſtulationum, aut prouiſionum.

f ¶ *Anteriora.* ] ſupra de appel. vt debitus. & j. de appel. cordi. & ſupra eod. c. j. cum mille ſim.

Additio. Hoc intendit, quòd ſi in iudicio appellatur ab interlocutoria, exprimatur grauamen: ſi à diffinitiua, ſufficit dicere, appello ab iniqua ſententia. vt ibi. Ioan. And.

g ¶ *Cum per eam.* ] conſtitutionem, vt circa.

h ¶ *Immutata.* ] nota correctionem iurium euitandam. ſupra eod. cum expediat. cum ſuis concor.

I*S cui.* ] Primo tractat de his, quæ ſunt iuriſdictionis. Secundo de his, quæ ſunt ordinis, ibi, *Illa quippe.*

¶ Pro intellectu huius c. præſupponendum eſt, quòd electus in epiſcopum poſt confirmationem poteſt exercere illa, quę ſunt iuriſdictionis, vt in c. tranſmiſſam. e. tit. in antiq. ſicut ſunt excommunicare, iudicare, corrigere, &c. Illa vero quæ ſunt ordinis, non poteſt exercere, niſi poſt conſecrationem. c. quòd ſicut. §. præterea. e. ti. in antiq.

Casvs. Vacante eccleſia Pictauenſi, priuſquam canonici conueniſſent in vnum ſuper electione futuri prælati, peruenit ad notitiam Papæ, quòd illa eccleſia erat viduata paſtore: qui volens ipſi eccleſię prouidere, quendam Titium non epiſcopum conſtituit procuratorem, & adminiſtratorem illius eccleſiæ Pictauenſi, cum libera & plena adminiſtratione in ſpiritualibus & temporalibus, abſque aliter ſpecificando: quæritur vtrum iſte Titius deputatus à ſede Apoſtolica, cum plena & libera adminiſtratione, poſſit exercere omnia illa, quæ poſſet facere epiſcopus? Reſpondet quòd non: ſed iſte poterit expedire omnia illa, quæ facere poſſet electus poſt confirmationem ſuæ electionis: ita quòd ſicut electus poteſt per ſe exercere illa quæ ſunt iuriſdictionis, & illa quæ ſunt ordinis facere exerceri per epiſcopum: ſimiliter eſt dicendum de iſto adminiſtratore. fallit ſi iſte adminiſtrator vellet alienare res immobiles ipſius epiſcopatus, ſed bona mobilia etiam pretioſa poterit ipſe licite alienare. Sed quid ſi iſte adminiſtrator ſit epiſcopus, nunquid per ſe poterit exercere etiam ea quæ ſunt ordinis? Reſp. Romanus Pontifex quòd ſic.

*¶ Seq. glo. alleg. duas gl. contrarias, & quo ad certum caſum nõ curat.*

i ¶ *Et libera.* ] not. argum. quòd prçlatus habet liberam & generalem adminiſtrationem. & hoc not. Ioan. 5. q. 3. cap. vlt. in fin. mag. gloſ. alibi not. contrarium. 12. quæſt. 1. cap. vlt. pro prima parte facit 7. q. 1. c. j. 16. q. 1. & temporis. 21. q. 1. relatio. & ſupra eod. in antiq. cum nobis olim. in fin. Siue dicatur habere liberam & generalem, ſiue generalem & non liberam, ſiue econuerſo, donare non poteſt, niſi habeat conſuetudo, & modica. de don. cæterum.

*¶ Seq. gl. recitetur per quæſtionem.*

k ¶ *Spiritualibus.* ] Poſſunt igitur dare litteras commendatitias ad ordines. j. de temp. ord. cum nullus. §. pe. & puto quòd iſte adminiſtrator diſpenſationem decr. cum ex eo. ſupra eod. tit. & lib. facere poſſit per hanc decr.

Additio. Idem Arch. alleg. C. de off. eius qui vi. ali. iud. ob. l. 1. & 2. & ff. de tutel. quæſitam. Ioan. And.

l ¶ *Soli.* ] præterquam in caſu. j. de ſup. negl. præla. eccleſiæ cathedrali.

*¶ Seq. gl. recit. per quæſtionem & ſolutionem.*

m ¶ *Immobilium.* ] puto quòd mobilia etiam pretioſa poſſit in caſu licito alienare 3. De iis enim quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, non eſt dubium. C. de adminiſtrat. tut. lex quæ. ſi voluiſſet Papa quòd alia mobilia alienare non poſſet, hic generaliter locutus fuiſſet, ſicut fecit ſupra eod. titu. in antiq. nihil eſt. in fin. & ſupra de accuſ. c. vlt. j. c. prox. §. ſi vero. Aliquid enim debent verba operari. j. de priuil. ſi Papa. j. reſp. in ſi. & s̃. de deci. ad audientiam. C. de cod. ſi idem. ad hoc verbum iſtud quod infra ſequitur, duntaxat. Et ſic not. ex hac decr. & ex prędicta decr. nihil eſt. & j. c. prox. adminiſtratorem eccleſiæ vacantis, ſiue ſit datus à iure, ſiue ab homine, immobilia alienare non poſſe.

3 idẽ Pet. de Anc. Domi. Phil. l. lex q̃ tutores. C. de admi. tut. gl. ſi. ĩ c. j. de cle. ægr. procedunt vbi vniuerſalis prohibetur alienõ. Fon.

*¶ Seq. gloſſ. primo remittit, ſecundo quærit, & ponit opinionem Compoſt.*

n ¶ *Confirmatus.* ] quæ ſunt iſta, vide nota. ſupra eod. tranſmiſſam. Dubitari ſolet, an iſtius adminiſtratoris officium expiret mortuo Papa: & dixit Compoſtel. ſupra eod. cum nobis olim. ad fin. quòd non expirat: ordinariam enim poteſtatem habet. ad hoc ff. de iuriſdictio. omn. iudic. l. & quia. & infra de offic. legat. capit. ſecundo. Nota etiam ibi, quòd eoipſo quòd Papa dat adminiſtratorem vel viſitatorem eccleſiæ cathedrali, ſi poſtea canonici etiam ignoranter eligant epiſcopum, non tenet electio, quaſi Papa dando viſitatorem ad ſe prouiſionem reuocauerit: & ſic dicit pronunciatum in curia, ſed non bene probatur iure.

Additio. Alleg. tamen ibi de appel. vt noſtrum. ff. de acquir. poſſeſſio. qui abſenti. infra de conceſſio. præben. quia cunctis. Ioan. And.

o ¶ *Expediri.* ] concordat 7. quæſt. 1. pontifices, & ſic mandat quod per ſe non poteſt. quod dic vt ſupra eod. in antiq. ſuffraganeis. & ſupra de tranſlat. cap. 1.

Indem

¶ Idem.

*¶Monialis non eligit, niſi peregerit xij. annum, & ſit tacite, vel expreſſe profeſſa: nec eligitur niſi peregerit xxx. annum, & fuerit expreſſe profeſſa. hoc dicit prima pars vſque ibi, Sane. Ioan. And.*

## CAP. XLIII.

INdemnitatibus† [a] monaſteriorum Monialium, quę [b] frequenter propter electiones in diſcordia celebratas in ipſis grandia in ſpiritualibus & temporalibus diſpēdia [c] patiuntur, occurrere deſiderabiliter affectantes [d]: Statuimus, vt cum in eis fuerit electio facienda, nulla Monialis (niſi duodecimum [e] annum peregerit [f]: & profeſſa fuerit tacite [g], vel expreſſe) ad eligendum cum aliis [h] admittatur. Nec in Abbatiſſam, aut Prioriſſam [i] (vbi per Prioriſſam monaſteriū gubernatur [k]) decætero eligatur [l] aliqua, niſi triceſimum [m] annum comple-

† De mr̃ia huius j. §. vide qđ nouiſſime diffiniuit cōci. Trident. ſeſ. 25. tit. de Regularib. & Monialib. ca. 7. vide cōcil. Agathenſe, c. 19. Caſus lr̃alis Dom. Helię

*INdemnitatibus.*] Iſtud c. gratia breuitatis legitur vſque ad fi. ipſius. Primo pro intellectu eius præſupponendum eſt, quod habetur in c. quia propter. e. ti. in ant. videlicet quòd circa electiones celebrandas, ſiue ſint electiones virorū ſiue mulierum, proceditur vna de trib. viis. Aliquando enim proceditur per viam Spiritus ſancti, quādo eligentes eligunt aliquem inter ſe habito tractatu. Aliquando proceditur per viam ſcrutinij: & iſta eſt difficilior, đ qua vide in c. perpetuo. e. ti. & lib. Aliquando proceditur per viam compromiſſi, quando eligentes videntes ſe in diſcordia, transferunt poteſtatem in aliquos. Casvs. Vacante monaſterio ſanctæ Crucis Pictauen. in quo erant aliquæ moniales tacite profeſſæ, puta per delationē habitus profeſſarum, vel cum ſtant in religione poſt annum probationis: aliæ erant expreſſe profeſſæ, & etiam erant aliquæ impuberes minores xij. annorum: quæritur, quæ moniales habeant vocem electiuam, hoc eſt, quæ moniales ſunt vocandæ ad electionē faciendam? Reſp. quòd impuberes: item non profeſſæ, non ſunt admittendæ ad electionem, ſed ſi fuerint profeſſæ, admittuntur, & habent vocem electiuam, & tunc in iſto caſu ſufficit tacita profeſſio. Sed quid de electione paſſiua? Reſpon. quòd antequam aliqua monialis poſſit eligi in Abbatiſſam vel Prioriſſam, requiritur ꝙ ipſa fuerit expreſſe profeſſa, & inſuper requiritur, quòd ipſa compleuerit xxx. annos, & attigerit xxxj. Or ſanctiſſime Pater, ponamus eodem themate retento, quòd vacante monaſterio ſanctæ Crucis, moniales ipſius monaſterij ad quas ſpectat electio, conuenerunt in vnum tractaturæ de electione futuræ prioriſſæ, & inter ſe ordinauerunt, quòd ipſæ procederent per viam ſcrutinij: quæritur quæ debeant ſeruari in electione iſta, & etiam in confirmatione quid debeat obſeruare ſuperior confirmans? Reſp. Rom. Pont. cum diſtinctione, Aut electio fuit facta in diſcordia: nam cum eſſent xviij. monialex, xij. quandam Ludouicam elegerunt, alię ſex quandam Catharinam. ſex ſe oppoſuerunt electioni de Ludouica factæ, vel appellauerunt, dicēdo, quòd electa à xij. erat minus idonea, vel quòd eligentes proceſſerant affectionē carnali: an tunc iſtæ ſint admittendæ vel non ad proponendum iſta, & ſe opponendum vel appellandum? Reſp. quòd non: immo ſuperior, puta epſ Pictauen̄. non obſt. oppoſitione vel appellatione iſtarum vj. debet iſtam electionem à xij. factam confirmare, & electæ munus benedictionis impendere: veruntamen ſuperior confirmans, poterit & debebit ex officio ſuo inquirere circa defectus electionis vel perſonæ electæ: nam ſi electam à xij. inuenerit indignam (forte quia eſſet illegitime nata) non teneretur, immo non deberet electionē ipſam confirmare. Sed quid cum eſſent xviij. moniales, ix. elegerunt vnam, alię ix. aliam: poſtea publicato ſcrutinio aliquæ, puta tres pœnitentia ductæ, antequā ſe diuerterent ad alios actus, conſenſerunt in aliam: vtrum electio illius ſit confirmanda non obſt. oppoſitione vel appellatione alterius partis, ac ſi ab initio xij. illam elegiſſent? Reſp. quòd ſic; dum tamen non interuenerit prauitas ſimoniaca. Sed quid, ſi talis monialis electa patiatur aliquem defectum, nunquid poſt confirmationem & benedictionem, ſi ſit abbatiſſa, poterit apud ſuperiorem accuſari vel denunciari? Reſp. quòd ſic. Sed quid, ponamus ꝙ aliqua monialis fuit electa non à maiori parte in duplo, ſed tamen à maiori parte: quia cum eſſent xviij. moniales in dicto monaſterio, x. illā elegerunt in abbatiſſam ſuam, cui electioni aliæ viij. vel aliquæ earum ſe oppoſuerunt vel appellauerunt, vtrum ſint admittendæ ad hoc quòd poſſit differri confirmatio electionis? Reſp. quòd ſic: veruntamen pendente cauſa appellationis, ipſa electa adminiſtrabit in ſpiritualib. & temporalibus. Et iſtud eſt ſpeciale in electione monialium, vt ipſę adminiſtrent antequā confirmentur ſuæ electiones: tamen ipſa electa non poterit aliquid alienare de bonis ipſius monaſterij. Quid ſi aliqua fuit electa à minori parte, an valeat talis electio? Reſp. quòd nō. Sed ſanctiſſime Pater, ponamus quòd moniales nolunt procedere per viam ſcrutinij ad electionem, ſed per viam compromiſſi: quia cūm viderēt ſe in diſcordia, compromiſerunt in aliquas moniales, quæ haberent poteſtatem eligendi vice & nomine aliarum: iſtæ compromiſſariæ eligunt aliquam monialem, tamen minor pars conuentus ſe oppoſuit, vel appellauit, an ſit admittenda? reſp. quòd non: immo ſtatim fit confirmatio, contradictione vel appellatione ipſius minoris partis non obſtante: ſed poſt poſſeſſionem adeptam & confirmationem, admittetur accuſatio vel denunciatio. Sed quid ſi maior pars conuentus ſe opponit iſti electioni factæ per cōpromiſſarias, vtrū poſſit? Reſp. quòd ſic, & differtur confirmatio: ſed tamen pendente appellatione & oppoſitione, electa adminiſtrabit in ſpiritualib. & temporalib. & hæc ſunt vera, dum tamen pars quæ opponit vel appellat, ñ ſit maior pars in duplo totius conuentus: quia tūc electa non adminiſtraret, niſi finita cauſa appellatiōis vel oppoſitionis. Poſt Romanus Pont. oſtendit vtrum c. vt circa. & c. cupientes. e. ti. & lib. s̃. habeant locum in electionib. monialium. Conſequenter excōicat aduocatos, & alios vocatos in electionib. ipſarum monialium qui vocati ſeminauerint diſcordiam inter ipſas moniales, vel etiam qui inter ipſas nutriuerint diſcordiam. Conſequenter in fin. c. facit quandam proteſtationem, quòd cum in hoc caſu cōtineantur multa ſpecialia, quæ videtur diſcrepare à regulis iuris communis: quia electiones monialium confirmantur non obſt. oppoſitione vel appellatione. Item ſecundo, quia monialis electa miniſtrat ante confirmationem, & in multis aliis, vt p̄t videri per diſcurſum huius conſtitutionis: per hoc tamen Rom. Pont. non intendit ponere aliquas ſpecialitates in monaſteriis virorum circa electiones de prælatis ſuis faciendas, ſed vult iura antiqua circa eas diſponentia obſeruari. Heli. Reg. Not. primo, ꝙ iura debent fieri ſuper his quæ frequenter occurrunt, de quo s̃. de deſp. imp. litteras. Not. ſecundo duo requiſita ad hoc vt moniales habeant vocem in electione abbatiſſę, & ſic alterum ex eis non ſufficeret, vnde ſi feciſſet profeſſionem ante xij. annum, non eſſet habilis ad vocem dandam. Dominic.

*¶Prima gl. diuidit, & ſummat.*

a ¶ *Indemnitatibus.*] Diuide decr. in vij. partes 1. In prima ponitur conſtitutionis cauſa, & conſtitutio circa perſonas eligentes, & eligendas in monaſteriis monialiū. In ſecunda ibi, *Sane.* ponit quid iuris, cum in ipſis monaſteriis plures fuerint electę in diſcordia per formam ſcrutinij. In tertia q̄ inci. ibi, *cæterum.* ponit quid iuris, cum electæ per formam compromiſſi aliqua pars ſe opponit. In quarta ibi, *Porro.* declarat an decr. vt circa. & decr. cupientes. s̃. e. tit. habeant locum in cauſis ipſarum electionum. In quinta ibi, *Poſtremo.* excōicat aduocatos, & alios vocatos pro dictis electionibus, qui diſcordiam ſeminauerint, vel exortam nutriuerint. In ſexta ibi, *Supradicta.* fit ampliatio conſtitutionis ad canonicas non profeſſas, & quæ habent proprium. In ſeptima ibi, *Ad hoc.* fit quædam proteſtatio, & antiquorum iurium ſaluatio. Et j. pars hoc dicit: Monialis non eligit, niſi peregerit xij. annum, & ſit tacite vel expreſſe profeſſa: nec eligitur, niſi peregerit xxx. annū, & fuerit expreſſe ꝓfeſſa.

1 Idē Io. mo. aliq diuidūt in 8. faciendo duas partes de prima, aliq in duas, & ſecundā in 7. Poſſet ēt diuidi in tres. in conſtōis cām, cōſtōnē, & cōſtōnis declarōnē: & ſecunda tūc ſubdiuiditur in ſex, vel in 5. Ioan. And.

b ¶ *Quæ.*] ſcilicet monaſteria.

c ¶ *Diſpendia.*] s̃. e. in antiq. quia propter.

d ¶ *Affectantes.*] s̃. e. ti. cupientes.

e ¶ *Duodecimum.*] quia tunc dicitur pubes. s̃. de deſp. imp. puberes. & idem eſt in viro: quia ante pubertatem ad eligendum non admittitur. s̃. e. ex eo quòd.

f ¶ *Peregerit.*] ſic s̃. e. in antiq. cum in cunctis. j̃. de æta. & qual. c. vnic. s̃. de off. del. cum viceſimum.

g ¶ *Tacite.*] idem in monaſteriis virorum. s̃. e. ex eo quod. in fi.

h ¶ *Cum aliis.*] profeſſis.

i ¶ *Prioriſſam.*] idem ſi alio quocunque nomine vocetur 2. ad hoc s̃. e. ti. & lib. auaritiæ. & c. fundamenta. §. proinde.

2 Idem Phil. Font.

*¶Gl. duæ ſeq. ſoluunt duas quæſtiones.*

k ¶ *Gubernatur.*] j̃. de ſtat. reg. c. vnic. & per hanc litteram puto quòd in prioriſſam vel ſuperioriſſam clauſtralem bene poſſit aſſumi minor xxx. annis 3. Et de talibus s̃. de ſtat. mon. cum ad monaſterium. ver. prior autem.

Additio. Licet in ætate differant, in profeſſione conueniūnt hodie. Nam & in illis requiritur expreſſa: vt in cle. ne in agro. §. ſane. 2. de ſtat. mon. Ioan. Mona.

3 Vid̄ hodie qđ ſtatuit cōci. Tridē. initio c. citatum.

l ¶ *Eligatur.*] eligi prohibet, ſed non poſtulari: ſic in epiſcopo, qui infra idem tempus non eligitur. s̃. e. cum in cunctis. ſed bene poſtulatur. s̃. e. innotuit. in antiq. Et puto quòd debeat poſtulari à Papa. j̃. de æta. & qual. c. vnic.

m ¶ *Triceſimum.*] olim abbatiſſa debebat eſſe ſexagenaria. 20. q. 1. iuuenculas. Sed non vtebamur illo iure: ſed per decr. s̃. eo. cum in cunctis. §. inferiora. eligebatur quę attigerat 4 xxv. annum: nunc autem impoſita eſt certa meta, quam licet in abbatiſſis ſeruemus, in abbatibus locum habere nego, vt j̃. in fi. c.

4 Quicquid ſit đ antiqs iurib. hodie id eſt tenendū quod ſtatuit concil. Tridē. ſeſ. 25 de Regularib⁹ & Monialib. c. 7.

Additio. Idem Ioan. Mona. & Archid. Et ſit ratio ſpecialitatis

ſecun

ſecundum eum fragilitas ſexus.Nec ob.C.de iis qui ve.æt.l.2.& quod ibi no.vbi venia datur mulieri, 18.annorum, maſculo, 20.quia illud in adminiſtratione proprij patrimonij:hic in eccleſiaſtica dignitate.Dic quòd hęc depēdent à principum voluntate.Ioannes Andr.

uerit:& expreſſe [a] profeſſa fuerit ordinem regularem.

*¶Non obſtante contradictione,vel appellatione quacunque, electa à duabus partibus numero cum per ſcrutinium proceditur, examinatione præmiſſa per officium præſidentis confirmatur & benedicitur. Item publicato ſcrutinio, antequam ad actus extraneos ſe diuertant:eligentes poſſunt accedere ad illam,quæ maiorem partem conuentus numero habet,& ſi per acceſſum ad duas partes peruenerint (ſicut in primo caſu) confirmabitur & benedicetur:non tamen adimetur contradicentibus poteſtas denunciandi vel accuſandi, cum abbatiſſa fuerit benedicta, & poſſeſſionem adepta.Item de obiectis contra electam à maiori parte conuentus, quæ tamen duas partes nec à principio, nec per acceſſum habet:ante confirmationem ſine ſtrepitu & figura iudicij inquiretur: Ipſa tamen (alienatione bonorum & Monialium receptione ſibi interdictis) interim miniſtrabit. Item à minori parte electæ nullum ius acquiritur,nec aliæ poſſunt accedere ad eam:nec ibi ſit collatio, niſi numeri ad numerum.hoc dicit.*

¶Sane† [b] ſi ad electionem per formam ſcrutinij procedatur: & votis in diuerſa diuiſis [c], electiones † per plures in diſcordia celebrari contingat:ea,quę à duabus [d] partibus numero fuerit celebrata (exceptione, ſeu contradictione,aut appellatione quacunque partis alterius non obſtante [e]) per ſuperiorē (prius tamen ex officio [f], prout ſpectat ad ipſum diligenti [g] examinatione præmiſſa) ſi aliàs inuēta fuerit canonica [h], confirmetur:& confirmatæ electæ,ſi Abbatiſſa [i] †extiterit,benedictio impendatur.Si autem nulla earundem electionum [k] à partibus fuerit celebrata duabus : tunc non obſtante quòd ſit publicatum ſcrutinium, & ad electionem, proceſſum [l], poſſint Moniales, quæ in aliam,vel in alias direxerant vota ſua : licite per conſenſum, antequam ad actus diuertant [m]

a ¶*Expreſſe.*]Not.ꝙ in eligēte ſufficit ꝙ ſit tacite ꝓfeſſa : qđ ſit cum maior ſciēs & ſponte ſumit habitum profeſſorum infra annum, & triduo perſeuerat: vel cum ſtat in religiōe vltra annū, his modis ſit tacita profeſſio. & hoc verum in religionibus non mēdicantib.probatur hoc s.de reg. ad noſtram.& c.ex parte. & j.e.ti.conſtitutionem.In electa requiritur expreſſa ꝓfeſſio,vt hic.&idem per omnia in monaſteriis:vt s.e.nullus.& c.ex eo ꝙ.in fi.

b ¶ *Sane.*]ſcđa pars.

c ¶ *Diuiſis.*] quod ſi eſt, non eſt nouum, nec reprehenſibile. 63.di.noſſe.& c.vlt.&8.q.1.nec nouum.

† đ articulo hº §. & ſeq. vide qđ nouiſſime ſanciuit cōcil. Tridē. ſeſ.25 tit.de Regularib.& Monialib.c.6.

d¶*A duabus partib.*] ſim,s.e.ti.ſi quādo.

¶*Gl.ſequentis prima pars recitetur per q. an poßit opponi nullitas voti.& hæc pars tria facit. Primo ponit tres opi.Secundo defendit primam.Tertio illam impugnat, & vltimam impugnationem approbat.Secunda pars format,& ſoauit duas quæſtiones.*

e ¶*Non obſtante.*]hoc intelligo,niſi opponatur id,quod eligētis votum nullum reddat : ita ꝙ non remanerent duæ partes. arg.s.e.ſi quando. Pone enim ꝙ opponatur, ꝙ eligentes non ſunt tacite vel expreſſe profeſſæ:vel nō ſunt puberes. s.prox. reſp.vel quòd in monaſteriis non mendicantib.ſunt aliquæ receptæ,quarum non valet receptio.j.de ſtat.reg.c.vnic.§.ſane. Dico tales exceptiones admittendas.ad hoc s.de of. deleg.ex parte.2.& facit quod dixi.s.e.quorundam. Vbi ergo de duab. partib.cōſtat:nec opponitur aliquid quod illas minuat,aliqua non obſtabit exceptio, & ſic intelligas hanc litteram.Alij contra dicentes,hic ſpeciale in caſu noſtro, quòd excommunicatæ, ſuſpenſæ,& interdictæ,& ſimiles pſonæ, & eligentes ſcienter indignam, admittentur & computabuntur in numero:ſed quæ non ſunt profeſſæ vel minores,non:quia non faciunt numerum. Quidam vero dicunt exceptionem excommunicationis bene admitti contra eligentes:quia excommunicatio priuat voce & numero.2.q.1.nomen.ibi, de numero collegarum eius ſupprimere vel delere, &c. 1 Sed ſcienter eligens indignam,licet priuetur voce,non numero:& ideo non ob. talis exceptio:ſuperioris tamen officium his caſib.non deficiet, vt ſequitur.Ego iam bis in iudiciis conabar defendere, ꝙ eligētes ſcienter indignam:tanquam ſuſpenſæ & irregulares repellantur:& votorum ſuorum nō habeatur computatio:ita quòd ſecundum hoc electio à minori parte numero poſſit valere:quo enim ad illam electionem, dicam illas in numero non computādas,vt vitetur antiquorum iurium correctio.Si enim ita ſimpliciter ſtamus numero, quid dicemus ſi 12. ſunt moniales, 7. nolunt eligere : inſtat finis terminis,aliæ v.eligunt:quare non valebit electio facta ab ipſis v? Quid ſi Papa interdixit 7.Monialib.ne eligant, quare nō valebit electio facta à v. Si hoc eſt in interdicto hominis : quare non erit in interdicto iuris?Non video. Item pone quòd aliquæ Moniales elegerunt alternatiue, cōditionaliter vel incerte:ita quòd vota earum transferantur in alias.s.e.c.2.dicemus ne voces alterius partis, licet forte ſit minor numero,non valere?Ex his & ſimilib.rationib.videtur non haberi debere rationem votorum illarum,quę elegerunt ſcienter indignam.Sed contra hoc facit:quia ſi non ſit collatio in electionibus Monialium, vt j.e.c.§.vt autem. ergo pœna priuationis in eis locum non habet, ſed hoc non eſt verum, vt ibi infra dicam in gl.nota ex hoc. Item contra id facit finis ca. vbi dicuntur multa ſpecialia ſtatuta in his electionibus. Sed id non obſtat: quia præter illud ſunt ſpecialia multa, vt infra patebit.Item obſtabit quòd littera dicit, numero : Itē quia ſecundum hoc nihil eſſet quo ad hoc nouum in electionib.Monialium:quia id erat ſtatutum.s.e.ſi quando.s.alle. per quod c.ex prin.& fi.&per dec.s.e.in ant.ſcriptum,inquantum in illis dicitur, quòd contra duplo minorem partem numero poteſt obiici id quod votum annullat : probari videtur, quòd votum nullum computetur in numero.Et ſi dicamus vota talium computari,multo fortius vota cōtemptorum: Vnde iam in cauſis ſuccubui: & iudicio meo non ſolum vtilis, immo & neceſſaria eſſet declaratio, & idem dico circa decret. s. eo.quorundam. vbi hæc omnia intelligantur repetita. Recepi quod ſeruat curia, quòd in iſta decret. & decre. quorundam. præciſe ſtetur numero: ita ꝙ non habeatur ratio excommunicationis,ſuſpenſionis,irregularitatis, &aliorum, quæ reddunt votum nullum : & audiui Bononię Papam ſic in conſiſtorio dixiſſe. vide in cle.eo.tit.quod circa. & quod ibi not. Quid dicemus ſi in concordia vel à duplo maiori parte ſit facta electio:erit ne de neceſſitate, quòd fiat proclamatio ſecūdum formam decre.vlt.j.eo.titu.ita quòd aliter non valeat confirmatio? Et procedit dubitatio iſta : quia ex eo caſu nō admittitur aliqua exceptio:vt hic. Ad quid habet fieri proclamatio?Puto contrarium, cum illa decret.indiſtincte loquatur.Præterea poſſet eſſe,Moniales illas non eſſe profeſſas, vel non eſſe ætatis legitimæ: & iſtæ ſaltem exceptiones non poſſunt negari, quin admittantur, cum numerum diminuant,vt ſupra dixi.Item forte de conſuetudine præſcripta vel priuilegio non ad conuentum,ſed ad alios ſpectat eligere : fiat ergo citatio, vt &hoc ſciatur:vel forte tenentur eligere de certo loco.s.in ant. de conſue.cum dilectus.de verb.ſig. cum abbate. Item quid dicemus in monaſteriis, quæ per mares reguntur: Sunt enim quædam monaſteria Monialium, quæ per Priorem reguntur.[facit 8.q.2.qui religioſis. & c.in decima.]& Moniales eligunt ſibi illum Priorem: iſta talia monaſteria ſunt mihi nota, habebit nelocum iſta decret. in talibus electionibus.& per prin.huius ca.vbi dicit:ſtatuimus, vt cum in eis fuerit electio facienda,&per finem vbi dicit in §.vlt.in prin.in quibuſlibet mulierum monaſteriis,&c.Videtur quòd ſic:Satis credo quòd inquantum decret. iſta inſpicit eligentes, & factum earum:etiam in talibus electionibus haberet locum hæc decre. puta, quòd & tunc eligentes ſint profeſſæ, ſint ætatis legitimæ, poſſint accedere, collationem zeli & meriti omittere, & his ſimilia. Sed inquantum conſtitutio inſpicit electam, puta quòd ſit 30. annorum, quòd adminiſtret ante confirmationem electa à maiori parte, & his ſimilia : forte in illis locum non haberet. Et iudicio meo circa hoc etiam eſſet neceſſaria declaratio.

1Vide quod ibi nota.ſecundum qđ ibi dñt aliq, ꝓbari cōtrariū, ſi excōicati ſupprimātur, ꝗpoſiti deleantur. Sȝ ſatis ē huic opi. ꝙnomē ſupprimitur ꝗ numero, vt ſc. ꝓ eo tpe ſi dicatur ꝗ numero. Ioan.And.

† In antiq. cod. ita, electiones plures ĩ diſcordia,&c. abſque dictione, per.

†Nota opt. arg.ꝙelecta & cōfirmata appellatur abbatiſſa ēt añ bñdictionem.

Electio abbatiſſæ dēt confirmari ſecūdū formam c. fin. de elect.

f ¶ *Officio.*] ex quo examinare habet, & ſupplere in his caſib. etiam de facto.s.eo.cum nobis olim.in ant.& ibi de hoc.s.de poſtu.bonæ.1.in ant.& 28.diſt.priuſquam.

g ¶ *Diligenti.*] s.e.nihil.& s.de præb.graue.nemini enim citò debet manum imponere,vt 24.diſt.ca.1.§.de his ita ſcribit.88. diſt.quid eſt cito.s.e.cum nobis.& j.e.c.vlt.

h ¶*Canonica.*]ex forma debita,& perſona idonea:vnde ſi ſit illegitime 2 nata.s.eo.cum in cunctis. de fi.presbyt.per totum, vel corrupta.20.q.1.iuuenculas.vel aliàs indigna, non confirmabitur.

2 Quare illegitimi repellātur.late tradit hic Dominic.

i ¶ *Abbatiſſa.*]No.ꝙ Prioriſſæ nō benedicūtur,ſed abbatiſſę,& negligentibus recipere benedictionem infra annum à tempore confirmationis, imponitur pœna per concilium Vienen,s. de ſta.reg.c.recolentes.per totum.

k ¶ *Electionum.*]ad quas proceſſum fuit per formam ſcrutinij.

l ¶ *Proceſſum.*]hoc eſt contra iura.s.e.publicato.ſed eſt in hoc caſu ſpeciale, vt dicitur in fi.Idem in electione ſummi Pontificis.s.e.licet de vitanda.in antiq.

*¶Gl.ſeq.ponit diuerſitatem,& ipſius rationem.*

m ¶ *Diuertant.*] non ſic in electione Papæ:quia ēt poſtq̄ diuerterunt Cardinales ad alios actus,pñt 3 accedere. [Si pendeat

3de hoc viđ qđ not. per doc.s.e. c.licet. in prin.

ſcru

ſcrutinium,ſup quo vide quod dixi.ŝ.e.licet.in pr.]Sed hic ſecus.Et poteſt eſſe ratio,quia maior conſtantia eſt in viro, quã in muliere.ŝ.de ver.ſi.forus.in ſi.cum cõcor.Et quia in electio ne Papæ requiruntur neceſſariò duæ partes:ſed hic non neceſ ſariò:& adde rationem ipſius dec.licet de vitanda.in ſi.

a ¶ *Extraneos.*]ſic ŝ. e.qa pp.& c.cũ poſt petitam.in ant. Et ẽ ſimile quod de teſte dicitur.de teſtib. cog.præterea.

Additio. Secũdum illa iura, quia pp. & cum petitã.hic alle. intelligendũ eſt qđ hic dr̃ ſecũdũ Arch. vt ſic dicatur actus extraneus hic, q̃ eſt extrane⁹ ab electio ne, q̃ tũc ſit.Io.Mo. ꝑ intellectu huius verbi remittit. ff.de teſta. hæredes palã. §.fin.ff.de duo.re.l. duos. in ſi.ff.de ver. ob.cõtinuus.1.reſp. ad l.Iul.de adult.qđ ait. §. quod ait lex. C.de teſta.cum antiquitas.Ioan.And.

† al.ita,&cõfirmatur, & bñdicatur.

† al.expſsũ.

extraneos [a], omni prauitate [b] ceſſante ad illam accedere,quę ab aliis maiorem [c] partem conuentus numero facientibus,eſt electa.Et ſi per acceſſum huiuſmodi ad duas partes perueniri poterit:illis, quæ antea in eam conſenſerant, computatis [d] †, confirmetur, & benedicatur [e]: ac ſi duas partes ab initio [f] habuiſſet, vt in caſu proximo eſt præmiſſum [g] †. ¶Verum ſi quæ fuerint Moniales, quæ poſtquam in præmiſſis caſibus talis [h] confirmata & benedicta extiterit,ac poſſeſſionem [i] ſuæ adminiſtrationis fuerit aſſecuta, voluerint in modum denũciationis vel accuſationis, vt à dignitate deiiciatur adepta, proponere aliquid contra ipſam, eis per prædicta proponendi minime ſit ſublata facultas [k]. ¶Si vero ad illam,quæ à maiori parte ( vt præmittitur) eſt electa : noluerint aliæ accedere Moniales : vel ſi acceſſerint:non tot tamen quòd cum aliis prius in eam conſentientibus faciant duas† partes:tunc ſuper † obiectibus partis alterius [l], ſi qui fuerint,& ſuper aliis,quæ in tali negotio ſunt ex officio inquirẽda [m], plene ſine ſtrepitu [n] iudicij, & figura, per ſuperiorem inquiratur primitus,antequam confirmetur eadem electio:vel etiam infirmetur:ſed interim [o] præſentis conſtitutionis auctoritate [p],in ſpiritualibus& temporalibus libere [q] adminiſtret:ſic tamẽ, ꝙ de rebus [r] monaſterij nil penitus alienet:nec aliquam in Monialem recipiat [s] quoquo modo. ¶Si qua vero à minori parte [t] conuentus numero nominata fuerit, vel electa ex nominatione, vel electione huiuſmodi (quas eoipſo,ꝙ pars minor eas fecerit, vires aliquas nolumus obtinere [u]) ipſi [x] ius aliquod quomodolibet [y] nõ quæratur: nec ad eam ab aliis per conſenſum in hoc caſu valeat acceſſus haberi. ¶Vt autem cum per prædictam formã proceditur, facilius in huiuſmodi Monialium electionibus ad concordiam veniatur:Decernimus,vt non zeli ad zelum, nec meriti ad meritum,ſed ſolum numeri ad numerum fiat collatio [z] in eiſdem.

b¶*Omniprauitate.*] vt ſimonica datione:vel aliqua pactio ne illicita, vel coactione, vel extorſione.ſimile ŝ.e.quã uis.& j̃.c.prox.

c¶*Maiorẽ.*]ſec⁹đ minori.j̃.e.c.§.ſi qua.

d ¶*Computatis.*] Illi.n.diſſentire ñ poterunt, cum de illis cautum non ſit.

e ¶ *Benedicatur.*]ſi fuerit abbatiſſa, vt ŝ.§.prox.in ſi.

f ¶*Ab in tio.*] j̃.đ re. iu. ratihabitionem. cum ſuis concor.

g ¶*Præmiſſum.*] ſ.cõtradictione, exceptione, vel appellõe partis alterius non ob.præmiſſa tñ diligẽti inquiſitione ex officio ſuo hoc fuit præmiſſum.

† intellige ſicut vulgus, reſpectu totius,ſecũdũ docto.& ſic eſt hic text. contra Bar. ĩ l. interdũ. ff.đ hæ.inſt. dicẽtẽ, ꝙ iura loquẽtia de duabus partib.intelligũtur reſpectu xij. partis.Petr. & Dom.Fõ.

† al.ita, ſup obiectis partis alterius, ſi quæ,&c.

h ¶ *Talis.*] ſ.quæ ab initio, vel ꝑ acceſſum habuit duas partes.

i ¶ *Poſſeſſionem.*]à qua aliàs non impeditur quis poſt confirmationem,niſi crimẽ cum infamia opponatur.ŝ.de acc.accedẽs.

k ¶ *Facultas.*]ſic ŝ.de conceſ.præb.poſt electionem.in ſi.& de app.conſtitutus.in ſi.Et ſic not,quòd datur actio,cui denegatur exceptio.contra id ff.de re.iu.inuitus.§.cui damus.Sed eſt ſpeciale.Et adde quod dixi.j̃.de reg.iu.qui ad agendum.

Additio. Quod hic dicitur,eſt ſpeciale,ſc.ꝙ non auditur ante cõfirmationem, qui auditur poſt poſſeſſionem. hoc dico:quia poſt confirmationem regulariter non auditur excipiens,contra petentem poſſeſſionem : qui tamen poſtea auditur agens. quod dic vt in remiſſione quæ præcedit.Ioan.And.

l ¶*Alterius.*]ſcilicet minoris.

m¶*Inquirenda.*]ſcilicet de forma electionis,& perſona electa.

n ¶*Sine ſtrepitu.*]ſic ŝ.de accu.olim.vbi de hoc.Vtrum legatus vel iudex inferior poſſit committere cauſam decidendam ſine iudiciorum ſtrepitu : & quid importent verba iſta, vide quod dixi.j̃.de hær.c.vlt.

o ¶*Interim.*]hac cauſa pendente.

Electus in certis caſib. p̃t adminiſtrare ante cõfirmõnẽ.

p¶*Auctoritate.*]no.nouum caſum hic,& j̃. §.cæterũ.vbi electa ante confirmationem adminiſtrat.alium hẽs.ŝ.e.nihil eſt.aliũ ŝ.e.licet de vitanda.23.diſt.in nomine.alium ſecundum quoſdam in Imperatore:vt ſola electiõe adminiſtret.93.diſ.legim⁹.

q ¶*Libere.*]vt ŝ.e.cum nobis olim.in ſi.& ŝ.c.prox.

r ¶*Rebus.*]ſtrictius loquitur,quam ŝ.e.c.prox.

s ¶ *Recipiat.*]conuentus tamen recipere poterit ſecundum diſtinctionem.j̃.ne ſed.va.c.vnico.& de reg.c.vlt.

¶*Gl.ſeq.quærit,& ſoluit.*

t ¶ *A minori parte.*]aduerte,dec.iſta bene determinat quid iuris,qñ facta eſt electio à duplo maiori,&à maiori, & à minori. Quid dices in quarto gradu, cum electiões pares voces hẽant numero 1?Nunquid altera poterit per acceſſum ratificari? Credo ꝙ non accedat.ad hoc quod not.ŝ.e.eccleſia veſtra.2.ad ſi. in anti.Et hoc credo præcipue iſta ratione,electio facta à minori parte ad quãcunque dignitatem,nulla eſt ipſo iure de religioſo quocunque. ŝ.e.ti.quorũdam.& infra ſtatim ſeq̃tur. Hæc igitur ẽ ratio, quare per acceſſum ratificari non p̃t: qa quod à ſui pricipio ſic nullum fuit, tractu temporis nõ cõualeſcit.j̃.de re.iur. non firmatur. cum ſuis concord.& ŝ.e. auditis. ſed electio facta à media parte, ẽt nulla eſt.ŝ.e.quia ꝑpter. & c.eccleſia veſtra. 1.& 2.ergo ꝑ acceſſum ratificari non poterit: præter ea publicato ſcrutinio,&c.ŝ.e.c.publicato.ſed iurium correctio eſt vitanda.ŝ. e.ti.cũ expediat. ab illo igitur iure nõ recedam, niſi in q̃tum expreſſum inuenio: ſed in electione facta à maiori 2 parte inuenio expreſſum, ꝙ augetur per acceſſum: hunc igitur caſum non extendam ad hoc. j̃.in ſi.c.dicam ergo ſecũdum hoc minorem partẽ illam,quę ñ eſt maior: ita ꝙ acceſſus haberi non poſſit.

1 Quintus cũ electio ẽ cõcors non coaptatur, vt p3 ĩ prin. huius partis. Io.And.

2 Not.ꝙ appellõe maioris partis ñ venit dimidia : de quo ꝑ gl. in ver. aliqua. cle.j. de fo.com. ſ3 ſub minori parte bñ cõprehenderetur dimidia. l. domũ. ff.de contrahen. emp.Font.

v ¶ *Obtinere.*] ŝ.eo. quorundam.

x ¶ *Ipſi.*] electæ vel nominatæ à minori parte.Ioan.And.

y ¶ *Quomodolibet.*] vna dictio. ſic. j̃. de cler.ægr. paſtoralis. §.pen. Alibi dicitur quolibet modo. 50. di.de his clericis.& dicit Archidiacon⁹ quòd eſt diſtributiuum modorum.

*¶Electæ per compromiſſum benedictio impendetur,non obſtante minoris partis contradictione:ſed ſi maior ſe ei opponat, libere adminiſtrabit,nec confirmabitur:Si autem ei ſe opponat pars in duplo maior, nõ adminiſtrabit, nec confirmabitur:ſed expectabit litis euentum.hoc dicit.*

¶ Cæterum [a] ſi per formam cõpromiſſi [b] fuerit in electione

¶ *Gl.ſeq. primo docet reprobatam opinionem:ſecũdo ponit aliam opinionem,quam reprobat.*

z ¶*Collatio.*]No.ex hoc,&ſuperiorib.reprobatam opinionem illorum,qui dicebant.ŝ.e.quia propter.in prin.ꝙ decre.illa in mulieribus locum non habebat,quib.licebat ignorare iura.ff. de iu.& fac.ig.l.regula.Et per hanc litteram,quæ dicit,collationem zeli & meriti in huiuſmodi electionibus non habere locum:dicunt quidam, quòd Monialis eligens ſcienter indignam,non eſt priuata poteſtate eligendi,quaſi priuatio ex collatione procedat. Sed certum eſt,quòd tempore dec.ŝ.e.cum in cunctis.in electionib.nõ erat neceſſe collationes fieri : quia adhuc non emanauerat decr.quia propter.& tamen tunc ſine collationibus eligentes indignos, erant priuati poteſtate eligendi : ergo bene infertur,quòd ex collationibus priuatio nõ procedit,ſed ex electione, vt ŝ.e.tit.perpetuo.nam vt ibi dicitur, etiam ſi poſt collationem non ſequatur electio, nõ habet locum pœna.

Moniales eligẽtes ſcienter indignã, an ſint priuatę eligẽdi p̃tãte.

a ¶*Cæterum.*]tertia pars.

¶*Gl.ſeq.quærit,& ſoluit.*

b ¶*Compromiſſi.*]Quid ſi procedatur per formam.ŝ.e.cum dilectus.& c.cum expediat. habebit ne locum quod hic dr̃ : vel an qđ dicitur in ſuperiori proxima parte? Credo ꝙ locum habebit particula huius decr. quia forma illa potius compromiſſi eſt quàm ſcrutinij:vt probatur per ipſam dec.cum expediat. & dico ꝙ illa forma non eſt forma per ſe:ſed eſt quædam ſpecies formę compromiſſi. Quòd hoc ſit verum:probatur ex eo, quòd omnes aliæ formæ ſublatæ erant per decret. quia propter. Si ergo illa fuiſſet per ſe forma,neceſſariò eſſet concludere illam fuiſſe ſublatam, ſed non fuit : quia ſpecies eſt formæ

Electio monialium an poſſit fieri ſecũdũ formã c.cũ dilect⁹.de ele. ŝ.in antiq.

com

r Ex hac gl. notan. poſt Dñicú,ꝙ actus mixtus denominãdus eſt ab illo ſimplici, quẽ magis ĩtẽdit agẽs.

compromiſſi:vt dixi r.ſicut & cõpromittitur ad aliã certã metam.s̃.e.cũ ĩ veteri.in ant.& facit j.c.ꝓx.§.porro. & hoc ꝓbat tex.ipſius dec.cũ expediat.ibi,ĩ electionib.cõpromitti.Io.An.

*¶Gl.ſeq.quæſtionem ſoluit alternatiue.*

a ¶*Si minor.*]ſatis credo, vt dixi in ꝓxima parte:idẽ de media. & ſecundum hoc dicamus minorẽ partem illam, q̃ maior non eſt,vel neceſſaria eſſet in hoc pũcto declaratio, vel ſtandũ antiquo iuri.

b ¶*Vt in forma.*]infra exponit ibi, partis eiuſdem,&c.

c ¶*Statuitur.*]ſ.qñ à principio, vel ꝑ acceſſum electa eſt à duplo maiori parte. s̃.e.§.ſane. & §.ſeq.

*¶Gl.ſe.rec.ꝑq.& ſol.*

d ¶*Confirmetur.*]aduerte,qa ĩ iſto caſu, & ĩ caſu s̃.e. §.ſane. &§.ſeq.nõ credo ꝙ ante confirmationẽ adminiſtrare poſſit. Et eſt mirabile:qa ſi ẽ electa à duplo maiori parte:ergo à maiori. ergo vr̃ ꝙ ante confirmóem adminiſtrare poſſit.s̃.e.§.ſi vero. Itẽ ſi minor pars ſe oppõit: multo fortius vr̃, ꝙ adminiſtrare poſſit, q̃, qñ ſe maior pars opponit vt infra ſequitur. Sed nõ mireris, qa in iſtis caſib.non differtur cõfirmatio ꝑꝑ obiecta:&ideo ñ adminiſtrabit ante cõfirmationem, ſed in illis differtur, & ideo ante confirmationem adminiſtrabit iuris permiſſiõe: & ꝙ hoc ſit verum, probo:quia ꝙ electus ante confirmationẽ adminiſtret,eſt contra iura. s̃.e.qualiter.& c.noſti.in anti. à quo iure antiquo dico non recedendum, niſi inquantum permiſſum inueniam:in aliis ius antiquum ſeruabo, vt in fi.c.ad hoc.s̃.de tranſla.c.vlt. vbi ad maiorem tranſire permittitur,ſed non ad parem.

Additio. Vide quod ibi dixi ſuper gl.4.Ioan.And.

† al.obiectibus.

proceſſum, & electæ pars aliqua ſe opponat: Si minor [a], ipſius (vt in forma [b] ſcrutinij ſtatuitur [c]) confirmetur [d] electio, & eidem benedictio [e] impendatur: partis eiuſdem [f] contradictione,vel exceptione,aut appellatione qualibet nõ obſtante [g]:ſed per hoc denunciandi, vel accuſandi eam poſtmodũ ſibi via minime ſit præcluſa [h]: Si maior, eius(donec de obiectis † & aliis, vt in eadem forma ſcrutinij præmittitur [i], fuerit inquiſitum)confirmatio vel infirmatio differatur [k]: ſed interim [l] (vt prædicitur [m]) libere adminiſtret:niſi forſan pars opponentium extiterit duplo maior:tunc enim adminiſtrare ipſam nolumus, ſed litis euentum [n] potius expectare [o].

*¶Si ab opponentibus in caſibus præmiſſis appellatur, conſtitutio,vt circa. ſeruabitur:ſed Moniales ad ſedẽ Apoſtoliam perſonaliter non venient,ſed procuratores ſecundum conſtitutionem, cupientes. mittent.hoc dicit.Ioan.And.*

¶Porro [p] ſi in huiuſmodi electionum negotiis contigerit (in illis dũtaxat caſibus, in quibus oppoſitiones iuxta præmiſſa [q] fuerint admittendæ) ad ſedem Apoſtolicam [r] appellari: appellantes formam [s] conſtitutionis felicis recordationis Gregorij Papæ prædeceſſoris noſtri, editæ in concilio Lugdunenſi [t] diligẽtius ſeruare teneantur. ¶Sedcum eas [u] propter ſexus verecundiam [x] †, ſuæque conditionis ſtatum [y], non deceat [z], nec† ipſis expediat [a] publico cœtui demonſtrari,aut extra ſua monaſteria euagari [b]: nolumus quòd electæ vel etiam eligentes,aut appellantes, ſeu hæ contra quas appellatum [c] fuerit, ad eãdem ſedem perſonaliter [d] veniant quoquo modo. Sed procuratores ſufficienter [e] inſtructos, iuxta conſtitutionem [f] piæ memoriæ Nicolai Papæ tertij, prædeceſſoris noſtri, ad ſedem ipſam tranſmittant: per eos electionum, ac appellationum, & poſtulationum ſuarum proſecuturæ negotia, prout iuſtitia ſuadebit: pœnam [g] in dicta conſtitutione contentam ipſo iure, ſi hoc non fecerint [h], incurſuræ.

† De effectu verecundiæ vide hic ꝑ Anchar.

† In quodã manuſcripto ita, nec expediat,ipſis publicis demonſtrari ſpectaculis, aut,&c.

e ¶*Benedictio.*]ſi abbatiſſa fuerit.s̃.e.§.ſane.in fi.

f ¶*Eiuſdem.*]ſcilicet minoris numero.

g ¶*Non obſtante.*]expone vt ſupra.

h ¶*Præcluſa.*]s̃.e.§.verum.

i ¶*Præmittitur.*]s̃.e. §.ſi vero.[ſ.ſine ſtrepitu & figura iudicij.]

k ¶*Differatur.*]hæc eſt ergo ratio quare adminiſtrat,vt s̃.dixi. Ioan.And.

l ¶*Interim.*]nota pro his quæ ſupra dixi.

m ¶*Prædicitur.*]in d.§.ſi vero,ſcilicet,quòd bona non alienet: nec aliquam in Monialem recipiat quoquo modo.

n ¶*Litis euentum.*] qui dubius eſt.ff.de pecu.quod debetur.

*¶Gl.ſeq.facit duas æquiparationes:& ſoluit quare tertio caſu etiam non ſit æquiparatio.*

Electio per viam ſcrutinij, & electio ꝑ viam cõpromiſſi qñque parificantur.

o ¶*Expectare.*]No.ꝙ electio facta per formã ſcrutinij à duplo maiori parte, & electio facta per formam cõpromiſſi, cui minor pars conuentus ſe opponit, ſunt paria, qa in eis ſtatim fit confirmatio cõtradictione partis alterius:vel exceptione, vel appellatione non obſt.&poſt poſſeſſionem adeptam vtrobiq; admittitur accuſatio vel denũciatio.Item electio fcã à maiori parte ꝑ formam ſcrutinij,&facta ꝑ compromiſſum,cui maior pars ſe opponit,ſunt paria.qa vtrobiq; differtur confirmatio: & interim adminiſtrat,exceptis qbuſdam caſib.ſed electio facta ꝑ formam ſcrutinij à minori parte cõuentus,&facta ꝑ formam cõpromiſſi,cui duplo maior pars cõuẽtus ſe opponit,nõ ſunt paria: qa prima nõ valet ipſo iure:nec ratificatur ꝑ cõſenſum,ſecũda poſſet valere.[Etiam ſi oẽs diſſentirent.s̃.c.cãm.] ſed non adminiſtrat electus:ſed litis euentum expectat. Si q̃ratur quare ius diuerſum in forma ſcrutinij,& forma cõpromiſſi, ſatis patet per ſe ſolutio:quia in ſecundo caſu oẽs conſenſiſſe vñr, eo ꝙ compromiſſerunt:[s̃.e.in ant.in cauſis,ver.propter quod.]quod nõ eſt in primo. per formam.n.compromiſſi, etiam vno contradicente,procedi non potuit.s̃.e. in ant.quia propter.Aequa igitur fuit ratio in eis diuerſum ius ſtatuens.

p ¶ *Porro.*]quarta pars.

q ¶ *Præmiſſa.*]quia non in electione,quæ ꝑ formam ſcrutinij à principio,vel ꝑ acceſſum facta reperitur à duab.partib.nec in electione quæ facta fuit per formã compromiſſi, cui minor pars ſe opponit.

*¶Gl.ſeq.arg.pro opi.& reſpondet.*

r ¶*Ad ſedem Apoſtolicam.*]Not.arg.pro opinione Gul. Dur. ꝙ decr. vt circa.non habeat locum, niſi in appellationib. interpoſitis ad Papã. Sed contrarium dixi ſequendo Gar. in prædicta dec. vt circa.ſ. ꝙ in omnib. appellationib. locum habeat, &dico ꝙ decre. iſta hic reſpicit c.ſequens, quod loquitur de decre.cupientes. quæ locum non habet, niſi in appellationib. ad Papam interpoſitis.

s ¶*Formam.*]ſ.ꝙ exprimat omnia &ſingula, quæ in formã vel perſonam intendunt obiicere, &ſingulariter & clare. s̃.e.ꝓcurator. &quòd iuret ſecundum formam ibi contentã. Et eſt pœna quòd ſuper non expreſſis non audiantur, niſi ex certa cauſa, vt ibi patet.

t ¶*Lugdunenſi.*]vt s̃.e.vt circa,Io.An.

*¶Gl. ſe.dicit vnde ſũpta fuerit pars illa.*

u ¶ *Sed cum eas.*] §. iſte tractus fuit ex gl.Gar.poſita s̃.e.cupientes.circa prin. ſuper verb.regularium. vbi dicebat Gar.quòd ſatis credebat de mente conditoris non fuiſſe, quòd fœminæ irent ad curiam: videbatur tamen per verba, quòd ire tenerentur: quia in maſculino genere comprehenditur fœmininum. ff.de leg.2.ſi ita ſcriptum ſit,17,q.4. ſi quis ſuadente,coniuncto cum decr.s̃.de ſen.exc.mulieres. Item per iura antiqua in abbatiſſam electa, perſonaliter ſuam electionem proſequi poterat, s̃.de reſcr. in anti. cum dilecta. & quod fuerit illa mens conditoris, probat per decr.s̃.de ſen.exc.de Monialibus.18.q.2.pernicioſam, &de cohab.cle.per totum.de ſta.mon.c.vlt.§.fi.

x ¶ *Verecundiam.*] nota meliorem conditionem mulierum.ad idem j.de iud.mulieres. In quibuſdam vero deterior eſt, quod dic vt s̃.de pœ.& remi.c.noua quædam.

y ¶*Statum.*]regularem ſcilicet, & ſic duo concurrunt.

z ¶*Deceat.*]ſecundum honeſtatem.

a ¶*Expediat.*] ſecundum vtilitatem.s̃.de vot.&vo.red.magnæ.

b ¶*Euagari.*]j.de ſta.reg.c.vnico.& concor.C.de iis qui ve.ætа.impe.l.2.

c ¶ *Appellatum.*]quæ venire tenebantur ſecundum formam decre.cupientes.

d ¶*Perſonaliter.*]in hoc ergo ſolo,ſcilicet in perſonali aduentu locum non habet decr.cupientes aliàs vero bene.

e ¶*Sufficienter.*]ſ.cum omnib.actis iurib.& munimẽtis ad cauſam ſpectantib.s̃.e.ti.in decr.cupientes.§.quòd ſi per viginti.

f ¶ *Conſtitutionem.*]s̃.e.cupientes.

g ¶ *Pœnam.*] ſ.ꝙ electæ ſi infra tempus debitum procuratorẽ non miſerint,ſint priuatæ omni iure ſibi per electionem quæſito:ſi autem miſerint,ſed non cum actis, iurib, & munimentis ſufficienter inſtructũ:pro illis exhibendis alibi quàm apud ſedem Apoſtolicam, niſi ex iuſta cauſa, dilationem aliquam non habebunt:eligentes,appellantes,vel opponentes quo ad ſe à totali ſunt excluſæ proſecutione proceſſus : ita quòd per hoc electis nullum præiudicium generetur. Hæc & alia habes in prædicta decre.cupientes.

h ¶ *Hoc non fecerint.*] ſcilicet procuratorem non miſerint: vel non ſufficienter inſtructum.

a ¶ Poſt

a ¶*Poſtremo.*]quinta pars.

b ¶*Hi.*]puta religioſi viri.63.di.obeuntib.vel conſiliarij, vel diſcreti viri ad hoc vocati. Et quod dicit hi, dic vel hæ:q͂a ſi religioſas vel diſcretas mulieres ad hoc vocarẽt, ipſæ tenẽtur hac conſtitutione. & facit quod dixi s̃.§.prox.s̃.e.ti.generali.

mulier ſeminans diſcordiam inter moniales ſuper electione facienda excõicationẽ incurrit. †vide cõcil. Tridẽt.s̃.citatũ in hoc cap.

c ¶*Deinceps.*] reſpicit enim futura.

d ¶*Nutriri.*]no.iſta duo paria eſſe, ad idem de priuil. cum & plantare.in prin.

e ¶*Subiacere.*]no.nouum caſum: in quo q̃s excommunicat⁹ eſt ipſo iure, & credo ꝙ epiſcopi tales poſſunt abſoluere, cum Papa ſibi nõ reſeruauerit abſolutionem. s̃.de ſent. exc. nuper.&adde quod dixi s̃.e.ti. ſciant cũcti.Ioan.And.

*¶Ponentes vel nutrientes diſcordiam in electione Monialium, ipſo iure ſunt excõmunicati.hoc dicit.Ioan.And.*

¶Poſtremo [a] †hi [b], quos ad dirigendas in huiuſmodi electionibus Moniales eaſdem deinceps [c] cõtigerit euocari, ab his prorſus abſtineant, per quæ inter eas ſuper faciendis ipſis electionib⁹ oriri poſſit diſcordia, vel exorta nutriri [d]: aliàs eo ipſo excommunicationis ſententiæ ſe nouerint ſubiacere [e].

*¶Hæc conſtitutio locum habet in Monialibus regulariter viuentibus, & in canonicis ſecularibus: hoc excepto, quòd non debeant niſi profeſſæ eligere vel eligi, quod non poteſt ſibi vendicare locum in canonicis ſecularibus: per hoc tamẽ Papa non approbat ſtatum dictarum canonicarum ſecularium.hoc dicit.Ioan.And.*

¶Supradicta [f] ſiquidem nedũ in monaſteriis, in quibus ſunt Moniales viuentes ſub aliqua de religionibus approbatis [g] †: ſed etiam in illis, vbi ſunt iuxta quarundam prouinciarum [h] conſuetudinem mulieres, quæ nec propriis renunciant, nec profeſſionem faciũt regularẽ, ſed viuunt vt in ſecularibus eccleſiis canonici ſeculares, volumus per omnia obſeruari: eo, quod ſupra [i] dicitur, duntaxat excepto, vt non eligantur, nec eligant non profeſſæ: cum in ipſis hoc locum ſibi nequeat [k] vendicare: per hoc tamen earum ſtatum, ordinem, ſeu regulam nolumus, nec intendimus approbare.

† al.ita, ſed &in illis ẽt, vbi,&c.

*¶Iura de virorum electionibus tractantia, p̃ hoc capitulũ non ſunt mutata.hoc dicit.*

¶Ad hæc [l] licet præmiſſa, quæ in multis [m] à iure communi diſcrepare noſcũtur, circa electiones in quibuſlibet mulierum monaſteriis faciendas ex †certis cauſis rationabilibus ſpecialiter duxerimus ſtatuẽda: Intẽtionis tamen noſtræ nequaquã extitit [n] †, per illa, quo ad electiones in aliis virorum monaſteriis, vel q̃buſuis eccleſiis celebrandas, aliquid immutetur: ſed iura præcedẽtia in ſua omnino remaneant† firmitate [o].

† In manuſcriptis ita, ex certis cauſis&rõabilibus,&c.

†al. exiſtit.

†al.maneãt

f ¶*Supradicta.*] Hic ſexta pars.

g ¶*Approbatis.*]j̃.de reli.do.religionum.

h ¶*Prouinciarum.*] vt in Theutonia. & vide quod no.Io.12. q.vl.c.vl.&Ber.s̃.de ma.& ob.dilecta,in gl.pe.

i ¶*Supra dicitur.*] ſ. in 1. parte capituli.

k ¶*Nequeat.*]pp facti impoſſibilitatẽ: cũ non profiteãtur, neceſſe ẽꝙ eligãtur, & eligãt nõ p̃feſſæ.

l ¶*Ad hæc.*] ſeptima & vltima pars.

m ¶*In multis.*]vt in electione cõfirmanda, exceptiõe aliqua non obſt. in adminiſtrando ante confirmationem, in recedẽdo à cõſenſu poſt publicatũſcrutiniũ, & ſecutam electionẽ: &in multis aliis.

Additio. Dic plenius ꝙ ſpãlia huius conſtitutionis ſunt decem: Primum, de ætate illius, quæ in prælatã eligitur. Secundum, ꝙ appellatio duob.caſib. non deuoluit: nec impedit officium confirmatoris. Tertium, ꝙ poſt electionem accedunt eligentes ad electam ab aliis. Quartum, ꝙ duob. caſib. exceptio vel contradictio non recipitur: &poſt poſſeſſionem admittitur actio. In hoc vide quod dixi in hoc præſenti ca.§.verum. ſuper vl.gl. Quintum, quòd in duob.caſib. proceditur ſine ſtrepitu& figura iudicij: ſed hoc hodie in aliis electionib. commune per Clem.diſpendioſam.de iud. Sextum, quòd ante confirmationem electa in duob.caſib. adminiſtrat cum certa moderatiõe. Septimum, quòd electio per minorem partem numero facta ex fictione aliqua valere non poteſt. Sed hoc commune religioſis non Mendicantib.s̃.e.ti, & lib, quorundam.§.circa. Sed in hoc poſſet eſſe ſtrictior ſpecialitas: quia cum in religioſis Mendicantib, marib. non habeat locum ille §, circa. vt ibi dixi in prima gl. haberet tamen in fœminis locum iſte §. ſi qua. Octauum, quòd non ſit collatio zeli & numeri. Nonum, quòd quo ad perſonalem comparitionem non arctat decre.cupientes. electas, eligentes vel opponentes. Decimum, de pœna vocatorum ad inſtruendum, qui diſcordiam ſeminãt vel nutriũt. Et per prædicta coniuncta textui, videre potes, quomodo in aliquib. eſt deterior, & in aliquibus melior, & in aliis æqualis conditio marium & fœminarum. de quo ſatis in Spe.de proc. §.1.ver.addenda ſunt hæc.Ioan.And.

n ¶*Extitit.*]aliàs, exiſtit.

o ¶*Firmitate.*]ꝙfauorabile & expediẽs eſt.s̃.e.ti.cũ expediat.

PRouida.]Primo ponit ius antiquum: Secundo ipſius transgreſſionem: ibi, *Verum.* Tertio, prouiſionem pœnalem: ibi, *Nos.* Ioan. And.

¶Pro intellectu huius c. præſupponendum eſt quod habetur in c.quamuis. s̃. e.iſto volumine: videlicet, ꝙ ſi in cauſa electionis fuerit appellatum ad Papam, poteſt appellans renunciare ſuæ appellationi, & valet renũciatio: dum tamen renunciet ſine prauitate ſimoniaca. Inſuper dicitur, ꝙ ſi appellans receſſerit ab appellatione ſua, antequam ſuperior immediatus cõfirmet electionem: ipſe debet primo inquirere, an fuerit receſſum ab appellatione cum prauitate ſimoniaca.

¶Idem.

*¶Si ordinarius poſt receſſum appellationis interiectæ ad curiam, in cauſis electionũ epiſcopatuum, nõ inquiſito an prauitas interuenerit, procedit, confirmat, vel conſecrat: prædicta non tenent: & ipſe ab epiſcoporum confirmatione & conſecratione ſuſpenſus eſt per annum. Dominicus.*

## CAP. XLIIII.

PRouida conſideratione generale concilium Lugdunen. [p] conceſſit [q], vt ab appellationibus in iudicio, vel extra iudicium [r], ad ſedẽ [s] Apoſtolicam in electionum epiſcoporum, & eorum ſuperiorum [t] negotiis interiectis, per quas ad ſedem ipſam, eadem negotia deferuntur [u]: partes [x] (nulla interueniente prauitate) recedere valeant, antequam ipſi ſedi Apoſtolicæ † appellationes eædem fuerint præſentatæ: ſed inferiores iudices, quorum eſt (appellatione ceſſante) negotiorum cognitio eorundem: ſi† in hoc prauitas interceſſerit, ante omnia diligenter inquirant, & ſi eam interceſſiſſe repererint, ſe non intromittant vllatenus de eiſdem: ſed præfigant ipſis partibus peremptorium terminum competentem, quo cum actis & munimentis ſuis Apoſtolico ſe conſpectui repræſentent.

Casvs. Dicitur inter cætera in d.cap. quamuis. ꝙſuperior ad quem pertinet confirmatio electionis, à qua fuit appellatum ad Papam: ſi appellãs receſſit ab appellatione ſua, debet ſuperior inquirere, an fuerit receſſum ab appellatione ſine prauitate ſimoniaca: Ponamus, ꝙ ſuperior confirmat electionem ſine tali inquiſitione, an valeat conſecratio poſtea ſecuta? Reſp. ꝙ non: immo talis ordo eſt ſubſtãtialis ipſius confirmationis: videlicet quia requiritur ꝙ p̃mittatur illa inquiſitio. Sed vtrum confirmãs puniatur, eo ꝙ cõfirmauit &conſecrauit non præmiſſa tali inquiſitione? Dicit ꝙ ſic: nam ſi confirmauit &conſecrauit, eſt ſuſpenſus per annum continuum à confirmatione &cõſecratione epiſcoporum ſuorum ſuffraganeorum. *Verum cùm nonnulli.*] Hucuſq; ponitur tenor illius c.quamuis, nunc ponitur prouiſio & conſtitutio ſuper inquiſitione. *puniantur.*] Et ſic quis punitur in eo in quo deliquit. Heli, reg.

†Dictio, Apoſtolicæ, deeſt in antiquis cod.

† al. ita, an in hoc,&c.

p ¶*Lugdunen.*]s̃.e.ti.quamuis.Ioan.And.

q ¶*Conceßit.*] quia id prius per Alex. prohibitum fuerat: vt ibi dixi.

r ¶*Extra iudicium.*]latior eſt ergo iſta decre.& illa.s̃.eod.titu. quamuis, quàm illa.s̃.eo.titu.vt circa, quæ locum habet ſolum in appellationibus extra iudicium interpoſitis. s̃.eo.titu.conſtitutio.

s ¶*Ad ſedem Apoſtolicam.*] in aliis ſecus, cum cautum non reperiatur.

t ¶*Superiorum.*] archiepiſcoporum, patriarcharum, & primatum.

v ¶*Deferuntur.*]nam fruſtratorie non deferuntur.s̃.eo.quamuis. licet olim ſecus, vt ibi.

x ¶*Partes.*] ergo altera pars tantum hoc non poſſet: quod dic vt dixi s̃.e.quamuis.& ſequẽtia expone etiam, vt ibi expoſui.

a ¶ Ve

a ¶ *Verum.*] ſecunda pars.
b ¶ *Abutentes.*] & ſic priuilegium vel conceſſionem amittere debuerunt, vt ſ. de priui. tuarum. de ſen. exc. cum illorum. & c. contingit. 11. q. 3. priuilegium, cum ſim.
c ¶ *Inquiſitione.*] ſ. an i illo receſſu interuenerit prauitas necne.
d ¶ *Negotiis.*] ſ. epo-rum electiõe, & ſuorum ſuperiorum.
e ¶ *Expreßius.*] hoc dicit ex eo: qa ſatis erãt nulla, quæ per illos fiebãt p ipſam decr. quamuis. quia ſatis eſt legiſlatoré aliquid ꝓhibuiſſe: ſi nõ adiiciat, quod contra factũ fuerit, non valere. C. de legi. non dubiũ. & expreſſius etiam propter pœnam q̃ addit.

†Not. ꝙ vbi iudici datur iuriſdõ ſub certa forma exercẽda, ſi ꝓcedit illa forma omiſſa, ñ v; ꝓceſſus, vide gl. in cle. j. de iur. pat.

Additio. Vnde dicit Io. Mo. ꝙ licet infra dicatur, decætero, tñ ante hoc. c. ita fuerat diffinitum, vt hic dicitur in facto Ciuitaten. Io. And.

¶Verum [a], cum nonnulli conceſſione huiuſmodi abutentes [b] †, ſuam (inquiſitione [c] præfata omiſſa) cognitionem in eiſdem negotiis [d] interponant: ad cõfirmandas electiones, & conſecrandos electos temere procedẽdo: Nos ſuper hoc expreſſius [e] prouidere volentes, confirmationes & cõſecrationes [f] huiuſmodi, & quoſcunque proceſſus alios, quos inquiſitione præmiſſa non habita, contigerit decætero in talibus negotiis attentari: decernimus, nullius penit᷒ exiſtere firmitatis [g]: & confirmantes & conſecrantes eoſdem (vt in eo, in quo [h] peccauerint, puniantur [i] †) ab epiſcoporum cõfirmatione, ac conſecratione, per annum continuum [k] ipſo iure fore ſuſpenſos [l].

Cõfirmatio ꝑcedit cõſecrationem.

f ¶ *Conſecrationes.*] conſecrationem. n. præcedere debet cõfirmatio: aliàs nõ valet conſecratio. ſ. de do. & contum. cum olim D. hic añt confirmatio nõ præceſſit: quia idem eſt non eſſe, quod nullum eſſe. ſ. de tranſla. inter corporalia. patet ergo quòd non tenuit conſecratio.

†Vide l. j. ff. de diuor. in pr. & Bar. in l. ꝑtor ait. §. hocq; interdictũ. ff. de no. op. nun.

Cõſecratio nulla nõ viciat electionem prius factam.

*¶Glo. ſeq. primo ſoluit vnum dubium; ſecundo quærit. arg. pro, & contrarium ſoluit.*

g ¶ *Firmitatis.*] electio tamen propter hoc non vitiatur, ſed de nouo petetur confirmatio coram Papa: non coram illo, qui prius confirmauerat, quia ſuſpenſus eſt per annum cõtinuum à confirmationib. epiſcoporum, vt ſequitur. & ſ. e. ti. ſi confirmationem. quam explicare potes per iſtam: vt ibi dixi, ſed ſi reperietur electio canonica, de nouo confirmabitur, vt ſ. dixi. Sed nunquid de nouo conſecrabitur? Et videtur ꝙ ſic per iſtã litteram: Credo quòd cum character impreſſus fuerit 1 animæ ad inſtar epiſcopi ordinantis quem ordinare non poterat: puta nõ ſuum ſubditum, verus epiſcopalis ordo collatus fuerit, ſed non eius executio, & ſic intelligam conſecrationé eſſe nullius firmitatis quo ad executionem. ad idem 9. q. 1. c. 1. & c. ordinationes. & q. 2. c. 1. & c. epiſcopũ. ſ. de tem. ord. quod tranſlationem. ſecundum hoc ergo illius ordinis ſibi tradetur executio. facit quod no. de renun. poſt tranſlationem. ad ſi.

1 An in ordine epali imprimatur character, tradũt late doct. Theologi libr. 4. ſent. diſt. 24 adde Turrecrema. in c. cleros. 21. diſtin. & in c. eps. 23. diſt.

*¶Gl. ſeq. ſoluit dubium.*

h ¶ *In quo.*] propter hoc dico, quòd ſi ſolum confirmauit: à confirmatione tantum ſuſpẽſus eſt: ſi conſecrauit & confirmauit, ſuſpenſus erit ab vtraque.

Additio. Si vero neutrum fecit, licet proceſſerit: à neutro ſit ſuſpenſus. Ioan. And.

i ¶ *Puniantur.*] ſ. de temp. ord. litteras. cum ſim. Ioan. And.

*¶Gl. ſeq. ſoluit dub.*

k ¶ *Annum continuum.*] credo quòd à die confirmationis incipiet annus ſuſpenſionis à confirmatione, à die conſecrationis annus ſuſpenſionis à conſecrationibus.

Additio. Archidiaconus cautius loquitur, qui dicit ab hora. alle. ſ. de app. ſuper eo. 2. vide quod dicam j. de præb. ſtatutum. ſuper gl. eſt ergo. Ioan. And.

l ¶ *Suſpenſos.*] repete, decernimus. quod eſt ſupra.

Si *eo tempore.*] Fraudulenta renunciatio ſpectandi nocet. hoc dicit. Duo facit: Primo format caſum dubium, quem ſecundo ſoluit: ibi, *Præſenti.* Ioan. And.

Casvs. Vacante eccleſia Pictauenſi, canonici conuenientes in vnum ſuper electione futuri Prælati; quendam Titium elegerunt: Papa putans adhuc eccleſiam vacare, reſeruauit eccleſiá Pictauen. ſuę prouiſioni pro illa vice, & inhibuit canonicis cũ decreto irritante, ne ipſi procederent ad electionem: Vtrum per iſtam reſeruationem retractetur electio prius facta? Reſp. quòd non: Sed ſi electus adiuit ſuperiorem immediatum, & conſecutus eſt confirmationem ſuæ electionis, an teneat confirmatio? Dicit quòd non: nam licet electio non ſit nulla, tamé omnia quæ ſequuntur illam reſeruationem, ſunt nulla ipſo iure: Ideo ſi electus velit habere confirmationem & conſecrationem; opus eſt, quòd adeat Apoſtolicam ſedem pro habenda confirmatione & conſecratione.

*¶Prima glo. ponit ſummam, quid cauſam dedit, & quid declaret.*

m ¶ *Si eo tempore.*] Si Papa ſibi prouiſionem eccleſiæ cathedralis reſeruauit, inhibuit, & decreuit: non eſt vitiata electio, quæ præceſſerat: omnia tamẽ quæ reſeruationem ſequuntur, carẽt effectu. cauſam dedit huic decr. quia vacante eccleſia Bonon. per mortẽ bonæ memoriæ domini Octauiani ipſius eccleſiæ epi: infra biduũ canonici q̃ reſeruatione timentes, elegerũt bonæ memoriæ dominũ Sclatam 2 fratrem ſuum: poſtmodum Papa Bonifacius audiens de morte O. reſeruauit, inhibuit, & decreuit: poſt triduum audiuit de electiõe fcã de domino Sclata ꝑdicto: ſatis gratum habuit: ſed ab aſtantib. iuriſperitis q̃ſiuit, an ad ipſum, an ad archiepiſcopum ipſius electionis ſpectaret confirmatio: quod hic determinat, & d̃termi natur per hanc dec. quæ no. ſ. e. in anti. innotuit. in fi. Ioan. And. [& vide quod dixi ſuper gl. pe.]

2 al. Selatã.

## ¶Idem.

*¶Si Papa ſibi prouiſionem eccleſiæ cathedralis reſeruauit, inhibuit, & decreuit: non eſt vitiata electio, quæ præceſſerat: omnia tamen quæ reſeruationem ſequuntur carent effectu. Ioan. And.*

## CAP. XLV.

Si eo tempore [m], quo prouiſionem † alicuius eccleſiæ cathedralis [n], ex quauis cauſa [o], diſpoſitioni, ſeu ordinationi ſedis Apoſtolicæ reſeruamus [p], inhibentes, ne ad electionem vel prouiſionem [q] faciendam in ea quomodolibet procedatur, & decernentes ſi ſecus ſuper hoc à quoquam ſcienter vel ignorãter [r] attentatum extiterit, irritum

†Not. ꝙ verbũ, ꝓuiſio, inducit totalẽ ꝓuiſionẽ eccleſiæ: & ſic electionẽ & cõfirmationẽ. vid̃ gl. i cle. ſi. e. ti. Dom.

*¶Gl. ſe. q̃rit. arg. pro, & contra & ſoluit.*

n ¶ *Cathedralis.*] Quid de inferiorib. Videtur ꝙ in eis locum non habeat: quia ſi de eis voluiſſet intelligi: illud expreſſiſſet. ſ. de deci. ad audientiam. & ad hoc faciunt omnia argumenta quæ inducuntur à verbis: Contra videtur ꝙ idem ſit in aliis, cum eadem ſit in eis ratio: ergo idem ius. & eſt ſimile quod dixi ſ. e. tit. ex eo. quod ſatis poteſt dici, ꝙ eſſet ſtandum litteræ; vt in cathedralib. tantum locum habeat decr. nec eſt verum, ꝙ ſit eadem ratio: quia cauſæ epiſcopatuum ſunt merito cõnumerandæ maiorib. cauſis, ſ. e. quamuis. in prin. quod non eſt in aliis; & ideo licet iuriſdictio Papæ ſit præuenta: tamen propter maioritatem ſuam deferentur ad Papam: in inferiorib. vero, quæ non ſic connumerantur, maiorib. ſufficiet præuentio 3: vnde ex quo præceſſerat electio reſeruationem, poterit quicquid faciendum imminet per ordinarium expediri: aliàs graue eſſet ꝙ propter reſeruationem, quę electionem alicuius beneficiati ſequitur, neceſſe eſſet pro cõfirmatione Papam adire: nec hic æquiparabo regulares cathedralib. ſicut nec ſ. e. lib. quanquam. licet æquiparentur. ſ. eo. ſi poſtquam. vnde ſi poſt cõfirmationem abbatis fiet reſeruatio ante benedictionem, benedicet ordinarius: hæc vera, niſi Papa aliud in reſeruatione iuſſiſſet; & ſic non habilitabo verba, nec recedam à littera.

Reſeruatio dignitatis inferioris ab epo, interueniens poſt electionem, an afficiat ea quæ ſunt ipſius electiõis cõſecutiua.

3 Ita exꝑſſe d̃t Phil. Fõt.

o ¶ *Ex quauis cauſa.*] ex ſola etiam voluntate: ſibi enim ſola voluntas eſt pro rõne. de conc. præb. propoſuit. cum ſuis concor.

p ¶ *Reſeruamus.*] has reſeruationes legati etiam de latere facere non poſſent. j. de of. leg. deliberatione. in prin.

*¶Gl. ſeq. quærit, & ſoluit.*

q ¶ *Prouiſionem.*] puta faciendam ex iure deuoluto. ſ. e. quanquam. Nunquid ſola reſeruatio ſine inhibitione ſufficeret? Credo quòd non ad caſſationem. ſ. de præb. dilectus. puniendi tamen eſſent qui elegerunt, poſtquam reſeruationem ſciuerant eſſe factam, vt ibi. & j. de conceſ. præb. ſi ſoli. per quam decr. videtur, quòd inhibitio bene ſufficiat ſine decreto: hoc verum ad caſſandum ea, quæ ſcienter poſt inhibitionem ſunt facta: ſed ad hoc vt ab ignorantibus facta vitientur, neceſſarium videtur decretum, vt hic.

Additio. Non ſto præciſe huic dicto, ſ. quòd ſola reſeruatio ſine inhibitiõe ſufficiat ad caſſationem; nec credo ꝙ curia illud reciperet, vt reſeruatio aliquid operetur; facit quod not. j. de conceſ. præb. ſi capitulo. in tertia gl. Si tamen bene ponderatur illa decr. facit pro gl. ſcilicet, ꝙ ſaltem ante tempus ſcientiæ reſeruatio non afficiat: nam datio executoris ad prouidendum, ſatis vr̃ habere vim reſeruationis: nec tamẽ ſine decreto afficit ante præſentationem, vt ibi. & ſ. e. li. de reſcr. tibi qui. & plus afficere debet, cum quæritur de iure alterius, pro quo Papa ſcribit, quàm ex nuda reſeruatione, in qua ius non eſt alteri acquiſitum, j. de præb. dudum, facit pro gl. ſtylus curiæ ſemper ſubmittens hanc clauſulam, cum de reſeruatione ſit ſermo, & decr. j. de præb. ſi beneficia. in prin. Ioan. And.

Reſeruatio ſola ſine decreto an afficiat ignorantes.

r ¶ *Ignorãter.*] No. ꝙ decretũ ignorãtes afficit: ſed notare potes contrariũ: ſi. n. ignorãtes afficeret, quare hic additũ fuiſſet, vel ignorãter: ſuꝑflua ſecũdũ hoc videretur hęc littera. In decreto

Papæ

& inane: iam [a] ad electionē forſitan ſit proceſſum in ipſa: Præſenti conſtitutione ſancimus, ꝙ licet reſeruatio, inhibitio, & decretum [b] huiuſmodi non afficiant electionē vel alia [c], quæ præcedunt: afficiunt† tamen vt effectu [d] careant ea, quæ poſtmodum [e] ſubſequuntur.

†al. afficiāt.

¶Idem.

*¶Abſens plures procuratores ad actum electionis dare poteſt inſolidum, & non aliter: & in altero admittēdo ponit tres gradus. hoc dicit vſque ad §. porro. Dominic.*

## CAP. XLVI.

SI quis [f] †iuſto [g] impedimēto detentus [h] in electionis negotio nequeat commode intereſſe: poteſt nedum vni (prout dicitur in concilio [i] † generali) ſed & pluribus [k] committere vices ſuas: dum tamen eorum cuilibet det inſolidum [l] poteſtatem: & erit tunc [m] melior conditio occupantis [n]. ¶ Verum ſi ambo concurrant inſimul [o], & poſtulent ſe admitti, audiri eos non expedit: quia poſſent vota ſua dirigere in diuerſos, ſicque res non haberet exitum: & quod ab eis hoc caſu fieret, non valeret: ſed is admittatur duntaxat [p],

† In hoc c. declaratur cōcil. Laterañ. ſub Innoc. iij. c. 24 ī §. illud penitus. refertur in c. q̃a propter. extra de ele.

† In concil. gñali Laterañ. ſub Innoc. iij. c. 24

Papę dicimus, ꝙ ignorantes afficit. j. de conceſ. p̃b. q̃a cunctis.

*¶Gl. ſeq. quærit, & ſoluit.*

Reſeruatio & electio ſi fiāt eod. die quæ illarū ſit potior.

a ¶*Iam.*] ſ. ante tempus quo facta fuerit reſeruatio. Quid ſi eadem die facta fuerit reſeruatio & electio? Dico ꝙ ſi poteſt apparere quæ primo: puta per inſtrumenta electionis & reſeruationis, puta ſi in eis dicatur de die & hora, vel per teſtes qui p̃dictis interfuerūt: hic nullū dubium: Si autem hoc nullo modo p̃t apparere, dico negotiū ad Papam deferēdum, vt ſua voluntate determinet: per dec. ſ̃. de reſc. c. pe. e. li. cū. n. hic de iure Papæ q̃ratur, quod dubium eſt, non poterit inferior ipſo ratificare, & hoc cū reſeruauit tm̃: ſed ſi reſeruaſſet & cōtuliſſet, præfertur datus à Papa in eo caſu j. d̃ preb̃. ſi à ſede. Ioan. And.

b ¶*Et decretū.*] No. copulatiue, & non disiunctiue ponuntur: & facit pro his quæ ſupra dixi.

c ¶*Vel alia.*] ſi ergo confirmatio & conſecratio præceſſiſſent decretum, eſſet electi negotium expeditum: Si autem ſola electio, confirmatio, & conſecratio pertinebit ad Papam: Si autem præcedat electio & confirmatio: tunc ſola conſecratio ad ipſum pertinebit.

Additio. Cum enim ante conſecrationem non ſit prouiſum eccleſiæ, de tranſl. c. 2. Papa reſeruando prouiſionem, conſecrationem reſeruaſſe videtur, ſecundùm Arch. Ioan. And.

d ¶*Effectu careant.*] ſi ergo ante reſeruationem electus, & poſt reſeruationem confirmatus fuerit: non valet confirmatio, etiam ab ignorantibus exhibita & recepta. Electio tamen propter vitioſam confirmationem non vitiatur. ſ̃. e. ti. ſi confirmationem, quam per hāc exemplificare potes. & adde quod dixi ſ̃. e. c. prox.

*¶Gl. ſeq. colligit argumentum.*

e ¶ *Poſtmodum.*] ſ. poſt reſeruationem, inhibitionem, & decretum. Et argue ex hac decr. quòd ſi Papa prouidit alicui de epiſcopatu, alius quàm Papa ſine eius mandato illum non poterit conſecrare. arg. ad idem ſ̃. de accu. meminimus.

Additio. Niſi aliud habeat conſuetudo, vbi dixi per decr. ſ̃. e. in an. nihil eſt. ad finem. Ioan. And.

Caſus lr̃alis Do. Heliæ.

SI *quis iuſto.*] Casvs. Dicitur in c. quia propter. eo. ti. in ant. ꝙ ſi quis ex canonicis eccleſiæ vacantis ſit abſens, & non poteſt comparere in die aſſignationis pro electione facienda: poteſt vnum ex canonicis conſtituere nomine & vice abſentis: Sed ponamus ꝙ iſte abſens plures procuratores vult conſtituere: an poſſit? Reſp. quòd ſic, dum tamen iſtos plures procuratores conſtituat inſolidum: quia ſi illos conſtitueret ſimpliciter, ipſi conſtituti poſſent variare & eligere plures perſonas. Sed quæritur, vtrum omnes iſti cōſtituti inſolidum admittentur, vel ſit tantum vnus admittendus, & quis debeat præferri? Reſp. propter rationem prædictam: ne ipſi conſtituti poſſint eligere diuerſas perſonas nomine eiuſdem, nō ſunt plures admittēdi: ſed erit melior conditio primitus occupantis. Sed ponamus quòd omnes conſtitui ſe ſimul præſentant, quis erit præferendus? Reſp. quòd erit in optione capituli quem velit admittere, & ille quem admittet capitulum, præferetur aliis. Sed quid ſi vna pars capituli vult admittere vnum, alia pars alium, & ſunt in ęquali numero: quæritur quis ſit præferēdus? Reſp. quòd ille qui primo eſt nominatus in procuratorio. Sed ponamus quòd aliquis abſens conſtituit plures procuratores ſimpliciter: vtrum aliquis admittatur ad eligendum pro abſente? Reſp. quòd nullus debet admitti, quia nullus habet mandatum inſolidum: ſed ſolum vnus poſſet eligere ſimpliciter cum aliis, & ſic omnes poſſent variare & eligere diuerſas perſonas: ideo procuratorium non valet. Sed ponamus quòd iſte canonicus abſens conſtituit vnum canonicum, vtrum iſte conſtitutus poſſit vnum eligere nomine ſuo: & alium nomine magiſtri ſui? Reſp. quòd non: quia non poteſt habere vnam conſiderationem nomine ſuo, & aliam nomine alieno. Et iſtud verū, niſi in procuratorio caueretur, ꝙ iſte procurator eligeret talem nomine magiſtri ſui: tunc enim nomine ſuo poſſet vnum eligere, & nomine ſuo alium, ſi iſte videatur magis idoneus. Sed quid ſi null⁹ ex canonicis vult admittere procuratorium: nūquid poterit alium extraneum à collegio ſiue capitulo conſtituere? Reſp. quòd ſic, conſentiente capitulo vel collegio: ſed diſſentiente capitulo non poteſt. Sed nunquid ad minus poterit ipſe abſens mittere votū ſuum per litteras? Reſp. quòd ſic: ſed tamen non proderit tale votum: quia nullus debet exprimere votum ſuum ante ſcrutinium. No. primo ex nominatione ius acquiri, de quo remittit Arch. 93. diſt. dominus: & ſ̃. qui filij ſint legi. per tuas. No. ſecundo quòd paria ſunt, non conſtituere procuratorē, vel cōſtituere in forma prohibita à iure, & ſic comparens cum procuratorio minus legitimo, videtur contumax. ad hoc de ap. Nicolao. Dominicus.

*¶Prima glo. diuidit, caſum ponit, & dicit quid declaret.*

f ¶ *Si quis.*] Hanc decretalem diuido in tres partes: Prima durat vſq; ad §. *Porro.* Secunda vſque ad §. *Abſens.* Tertia vſque ad finem. Aliquis iuſto impedimento detentus, in electionis negotio commiſit pluribus vices ſuas: quæritur an valuerit commiſſio? Reſpondetur quòd ſic, dummodo inſolidum dati fuerint, & erit melior tunc occupantis conditio: ſi autem nullus occupat, ſed ambo ſimul concurrunt, admittetur ille quem capitulum vel maior pars elegerit: ſi autem capitulum non concordat, ille admittetur, qui primo in inſtrumento procurator extiterit nominatus. Et ratio quare alter ſolus admitti debet, eſt, quia poſſent vota dirigere in diuerſos. & ſic res non haberet exitum, & quod fieret, non valeret. ſi autem non fuerint dati inſolidum, tunc neuter admittetur propter ſuperiorem rationem, & ſibi imputet, qui ſic eos inſtituit. Secundo quæritur: aliquis dedit procuratorem in negotio electionis, ille procurator nomine ſuo eligit vnū, & nomine domini alium eligit: quæritur an poſſit? Reſpondetur quòd non, niſi de certa perſona eligenda habuerit ſpeciale mandatum. Tertio quæritur, pone canonicus abſens non inuenit aliquem procuratorem in collegio: quæritur an poſſit dare extraneum? Et reſpondetur quòd non inuito capitulo. Sed quæritur, an ſaltem votum ſuum poſſit exprimere per litteras? & reſpondetur quòd non: quia votum in ipſo ſcrutinio ſecreto & ſigillatim tantummodo eſt exprimendum, & non ante ſcrutinium. Emanauit hæc decr. ad declarationem decr. de ele. quia propter. §. pe. & eorum quæ ibi no.

g ¶*Iuſto.*] hoc relinquendum eſt iudici, quia nec numerari poſſent: exempla tamen habes ff. ſi quis cau. l. 2.

*¶Glo. ſeq. ſoluit duo dubia, an conſtituens habeat neceſſe iurare, & quibus verbis iuret procurator.*

h ¶ *Detentus.*] & in loco exiſtens de quo debeat euocari: aliàs locum non habet commiſſio. ſ̃. eo. in antiq. quia propter. §. penultimo ı. Et de hoc impedimento ſi opus fuerit, fidem facere debet iuramento, vt ibi: vnde non eſt de neceſſitate quod iuret in inſtrumento procuratoris ipſe dominus: ſed cautum eſt, quòd det mandatum ipſi procuratori iurandi in animam ſuam, quòd ipſe tali impedimento detentus eſt ſecundum omnes modernos, qui hoc notant in decretali, quia propter. & eſt ratio, quia ſi capitulum requireret iuramentum, procurator iurare non poſſet, nec præterea vlterius expectaretur: Fuit enim procurator minus ſufficiens, & ideo ſibi conſtituens imputet. ad hoc j. §. ſi autem. nec debet dicere procurator, dico dominum in loco in quo debet vocari, iuſto impedimento detentum, quia iſta ſunt verba iuris: ſed dicere debet verba facti, ſcilicet, dico dominum in tali loco & tali impedimento detentum, puta tali infirmitate, vel talibus inimicitiis, & tunc ſi non admittatur, appellet: ſecundùm Hoſtienſem, qui hoc ibi not.

ı de infirmo pn̄te tractat hic Arc. de quo ibi ſatis ſup glo. pe. in pr. t3 autē hic, ꝙ poſſit p̄curatorē cōſtituere. I. An.

i ¶*Concilio.*] ſ̃. e. in anti. quia propter. Iſta enim fuit dubitatio: quia ibi dicebatur, committat vni de collegio.

Additio. Sed effectiue vnus ſolus erit procurator. Ioan. And.

k ¶ *Pluribus.*] idem not. Vincent. & Compoſtella. ſ̃. eod. quia propter. & quod dicit, pluribus, intelligo ſiue duo fuerint, ſiue plures, dum tamen inſolidum, vt ſequitur: quia eadem ratio eſt.

l ¶*Inſolidum.*] Aliter neuter admitteretur. j. e. §. ſi autem.

m ¶ *Tunc.*] cum poteſtatem habent inſolidum.

n ¶*Occupantis.*] ſ̃. de proc. non iniuſtę. vbi de hoc.

o ¶*Inſimul.*] ita quòd non apparet quis primo.

p ¶*Duntaxat.*] i. tantummodo, vnde iſto electo alter omne ius amittit. & eſt ſim. ſ̃. in ant. de reſc. c. pe. quod verū credo: niſi in inſtrumēto diceretur, meliorē nō eſſe condōem occupātis, &

quod

quod vnus incepiſſet, alter finire poſſet. arg. ad hoc in prædicta decret. *in fi.* & j. de procur. *ſi duo.*

a ¶ *Pars maior.*] ſic ſ. e. lib. de reſcr. c. pe. ad idem 56. diſt. Apoſtolica. de elec. in ant. cũ inter canonicos. ff. ad mun. qđ maior.

b ¶ *Elegerit.*] Nec credo quòd variare poſſint: vt ſ. e. ti. vt quis duas. de poſtu. ſ. eo. libr. cap. vno. in fin. Ioan. And.

*Gl. ſeq. ſoluit vnum quare.*

†Et rõ, quia ex ordine verborũ p̃ſumitur ordo intellectus. de cõſ. di. 2. in Chriſto pr̃. l. ſi ſeruus cõis. de ſti. ſer. c. qm̃ abbas. đ of. del. Fõ.

c ¶ *Nequeant.*] quia nolunt eligere, vel pari numero diſcordant. Et nota quòd primo recurrẽdum eſt ad electionem capituli, ſecũdo ad ordinem ſcripturæ: Tabelliones enim prępomũt quos volunt in inſtrumentis: & ideo fuit æquus primo recurri ad electionem capituli, p quam magis idoneꝰ eligetur. ad hoc j. de proc. ſi duo. ff. de accuſa. ſi plures. ſecundo ad ſcripturæ ordinem in ſubſidium.

¶*Gl. ſeq. alle. concor. quærit, & ſoluit.*

d ¶*Nominatus.*] per ordinem ſcripturæ. concord. optime j. de præb. mãdatum. ad idem 43. diſt. ſit rector. in fi. cum ſuis concor. & ſ. de reſcrip. in ant. cum dilecta. cum ſuis concor. & facit ff. de le. 2. cum pater. §. pe. Quid ſi non apparet, puta quia duo ſunt inſtrumenta, nec apparet quod prius: Puto quòd mutuo ſe impediant. ff. de vſufru. l. quotiens. & imputet ſibi qui ſic eos conſtituit.

quem capitulum, vel pars maior[a] elegerit[b]: vel ſi concordare nequeant[c]: is, qui primo † in inſtrumento, vel litteris procurationis extiterit nominatus[d]. ¶Si autem nullus ipſorum inſolidum fuerit deputatus, tunc propter[e] rationem eandem, ipſorum aliquis non debebit admitti[f]: ſibique imputet, qui ſic eos conſtituit indiſcrete[g].

¶ *Procurator ad eligendum conſtitutus, vnum nomine ſuo, & vnum nomine domini ſui eligere non poteſt: niſi à domino de certa perſona ſpeciale mandatum habeat. hoc dicit.*

¶Porro[h] cum vnus eſt procurator ſimpliciter conſtitutus: ſi is vnum ſuo, & alium domini ſui nomine in ſcrutinio nominãdum duxerit, nihil agit[i]: niſi de certa[k] eligenda perſona ſibi dominus dederit ſpeciale mandatum: tunc enim in illam[l] eius, & in aliam ſuo nomine licite poterit conſentire[m].

¶ *Canonicus abſens (licet nullus de capitulo eius procurator eſſe velit, et ipſe procuratorem, qui non ſit de capitulo, nolente capitulo deputare non poßit) votum per litteras exprimere non poteſt: cum cuiuſlibet votum ſit ſecreto & ſigillatim in ſcrutinio exprimendum. hoc dicit.*

¶Abſens[n] † quoque (licet nullus de collegio velit eſſe procurator[o] eiuſdem, nec ipſe, nolente[p] capitulo, extraneum valeat deputare) non poterit aliquatenus per litteras exprimere votum ſuum[q]: quod non eſt ante ſcrutinium, ſed in ipſo ſcrutinio ſecrete & ſigillatim tantummodo exprimẽdum[r].

e ¶ *Propter rationem eandem.*] qui poſſent vota dirigere in diuerſos: & ſic res non haberet exitum.

¶*Gl. ſeq. quærit & ſoluit: ſecundo ſignat contrarium & ſoluit.*

Canonicus impeditus, q ad actum electiõis pcuratorẽ ñ legitime cõſtituit, an debeat iterũ citari.

f ¶*Admitti.*] Quid ergo? nunquid de nouo citabitur ipſe canonicus? Non: aliàs quid ſibi imputaret, vt ſequitur? Idem enim eſt non venire, quod non ſufficienter venire: contumax ergo fuit: & procedent ipſius ſocij ad electionem. contra j. de proc. ſi duo. vbi dicitur quòd ſi in cauſis electionum ſunt dati plures procuratores, ſed nõ inſolidum: iudex eliget idoneiorem. Sol. ibi loquitur de procuratore dato ad iudicia in cauſis electionum & poſtulationum vel prouiſionum: hic de procuratore dato ad negotium, ſ. ad ipſam electionem faciendam: & ibi de iure iam nato, hic de naſcituro, quod minus fauorabile eſt: & vtrobique vtilis prouiſio ob celerem expeditionem.

Additio. Dicebat ergo Ioan. Mona. ſi non aſſumatur vnus ex duobus, qui proſequatur electionem iam factam, hic imminet periculum: ſed nullum periculum, ſi vnus de collegio non mittatur ad electionem faciendam.

g ¶ *Indiſcrete.*] Non enim debent ſtulti melioris eſſe conditionis, quàm periti. j. de præb. eum qui beneficium.

h ¶ *Porro.*] Secunda pars: Hic approbatur opi. Vinc. & Comp. ſ. e. quia propter. & Abbatis. e. tit. in ant. c. congregato. tamen Goffr. & Hoſtien. ibi no. quòd ſatis poterat dici valere, cum in diuerſos conſentit: dummodo neuter ſit malus, quod falſum eſt, vt hic vides.

i ¶ *Nihil agit.*] Ratio: quia qua conſcientia tenetur meliorem eligere ſuo nomine: eadem ratione tenetur ad idem nomine domini ſui. ad hoc 46. diſtin. ſicut non ſuo. & j. de reg. iu. quòd alicui. & incerta videntur hæc vota. ſ. e. ti. c. 2. quod dicit, nihil agit: intellige, quia neutrum votum valet: & eſt ſimile quod dicimus in delegato, qui ſubdelegationem recipit à ſocio. ſ. de off. deleg. ſuper quæſtionum. §. ſi vero.

¶ *Gl. ſeq. dicit quid approbat, & quid reprobat: ſecundo quærit & ſoluit: ſolutioni obiicit & reſpondet: Iterum quærit & diſtinguendo reſpondet.*

k ¶ *De certa.*] No. approbatam opi. Compoſt. & Inn. & reprobatam opi. Vin. qui dicebat ſ. eo. congregato. quòd non poterat fieri compromiſſum vel mandatum procutarori de certa perſona: dicebat enim, quòd videbatur ſingularis electio: & ſic non valebat. ſ. e. in ant. in Geneſi. Item talis commiſſio eſt contra concilium, quod requirit, quòd committat vicem ſuam: ſed iſte non committit vices ſuas, qui dat mandatum de certo eligendo: ſed falſum eſt, vt hic patet: & de hoc per Abbatem. ſ. e. congregato. Sed nunquid procurator ad eligendum datus poterit alium ſubſtituere? Dic ſecundum Compoſt. quòd ſic 1: quia procurator eſt ad negotium: qui alium procuratorem dare poteſt. j. de proc. c. 1. §. procurator. ff. man. ſi procuratorem. §. ſi quis mandauerit. Eſt tamen arg. contra j. de of. dele. is cui. & ſ. de of. deleg. c. vlt. §. is autem cui. Sol. illa loquuntur in iudicibus, non in procuratore. Item quæro nunquid procurator datus ad eligẽdum, compromittere poterit? Dic ſecũdum Compoſt. quòd ſi liberum mandatum habuit, compromittere poterit: quia id poteſt quod dominus: ſi autem ad certam perſonam, tũc compromittere nõ poteſt: quia ſola neceſſitatis forma, ſcilicet ſcrutinij, tunc intelligitur demandata. arg. ff. de pœ. licet. §. ſi ſeruus.

1 Verũ eſt ſi hʒ mãdatũ đ certa pſona, ſecus ſi de incerta. Font.

l ¶ *Illam.*] certam perſonam, de qua habuit mandatum expreſſum. & nota illam, quia aliam eligere non poteſt: quia faceret contra formam mandati. ſ. de reſcri. cum dilecta. & ff. mand. diligenter. & j. de præben. cui de non.

†No. q offiñ pcuratoris à principio eſt voluntariũ, & ſic ñ cõpellitur qs illud recipe: ſecus ſi illud acceptaſſet. vide clẽ. j. de pc. Dominic.

¶*Gloſ. ſeq. arguit, & remittit.*

m ¶*Conſentire.*] Nota arg. quòd habens ſpeciale mandatum, id poteſt quod aliàs non poſſet: ad idem j. de procur. c. 1. & vlt. & facit ad quæſtionem, quam hoc anno diſputaui: an delegatus ab alio quàm à principe, habens ſpeciale mandatum ſubdelegandi, ſubdelegare poſſit: & de hoc dicam j. de off. deleg. is cui.

¶ *Gl. duæ ſeq. cum penul. dicunt quid approbat, & quid reprobat.*

n ¶ *Abſens.*] Hic in primo dicto approbatur gl. Ber. ſ. eo. quia propter. in gl. pen. & omnium modernorum idem ibi notantium: ſed in ſecundo puncto reprobatur eiuſdem Bern. opinio in eadem gl. & quaſi Hoſt. conſentiebat. ſed idem Inn. & Ber. & Comp. cõtra. & eorum approbatur hic opinio, & intelligas hanc litteram de ſupradicto abſente, qui compromittere poteſt, ſcilicet iuſte impedito, & exiſtente in loco, de quo, &c.

o ¶*Procurator.*] Dicebat Goſ. quòd putabat talem canonicum indirecte contemni: Alij dicebant quòd compelli debebat aliquis de capitulo, vt ab ipſo mandatum ſuſciperet: ſed non eſt verum: à principio enim nullus compellitur procurationem recipere. C. de proc. inuitus. Inſt. mand. §. mandatum. Io. And.

p ¶*Nolente capitulo.*] Si enim capitulum vellet: bene tunc poſſet extraneum deputare, ſed inuito capitulo non: & ſic debet intelligi decr. quia propter. extraneum enim etiam ſine mandato admittere poſſet, & ſibi præiudicare: & in extraneum etiam compromittere. ſ. eo. in ant. cauſam. cum ſi.

q ¶*Votum ſuum.*] Ber. contradicebat: ita tamen quòd publicatio ipſius voti fieret tãtum cum aliorum fiebat publicatio: ſed non inſpexit quòd non ſolum publicatio, ſed etiam expreſſio in ſcrutinio tantum fieri debet, vt ſequitur.

Additio. Et per hoc patet, quòd neque in littera aperta poſſit mitti ſchedula incluſa aperienda in ſcrutinio, continens nomen eius, in quem ille conſentit. & licet Io. Monach. hoc dicat ſub dubio forte, tu dicas aſſertiue. Ioan. And.

¶*Gl. ſeq. obiicit, & ſoluit.*

r ¶ *Exprimendum.*] Nota, non ſola publicatio inſpicitur: ſed etiam expreſſio. Sed contra ſ. prox. §. vbi exprimit votum conſenſus ante ſcrutinium, dando ſcilicet procuratori mandatum de certa perſona eligenda. Sol. falſum eſt, quòd tunc exprimat votum, ſed mandatum dat de voto exprimendo: ſicut aliud eſt inueſtire, aliud mãdare de inueſtiendo. de iis quæ fi. à ma. par. cap. ex ore. Vnde aduerte: pone quòd procurator, qui mandatum habuit de certa perſona eligenda, non eligit: ille electus fuit à quibuſdam aliis: nunquid vox illius abſentis & mandantis augebit numerum illius, vt poſſit dicere quòd electus ſit à decem: quia nouem elegerunt, & decimus mandauit de eo eligendo? Abſit: Dico ergo quòd aliud eſt dicere, conſentio in talem: & hoc debet fieri in ſcrutinio & ſecreto, & ſigillatim, vt hic: & tali modo conſentit in ſpirituale matrimonium: & aliud eſt dicere, do mandatum Titio de tali eligendo: quia iſtud non eſt votum, nec per hoc cõtrahitur matrimonium: & ideo ante ſcrutinium fieri poteſt: vt ibi. Sic vides in matrimonio carnali, aliud eſt contrahere, aliud eſt dare mandatũ de contrahendo:

hinc eſt, ꝙ qui contrahit, amplius non pœnitet: ſed qui mandatum dedit, pœnitet ante cõtractum. j. de proc. c. vlt. ſic ergo intelligas, nec ſimilitudinem dicas, vbi non eſt. Ioan. And.

Q*Voniam.*] Hæc eſt ſolemnis decret. & quotidie practicatur: Diuiditur autem in tres partes: Primo ponit confirmãtium abuſum, quem prohibet cum decreto: Secũdo ponit vocationis formam, ibi, *Vocationem.* Tertio ad electionem concordem hoc prorogat, ibi, *Quæ etiam.*

Additio. Quid autem corrigat, non dico reprobet, videbis in gl. dicebamus. & ſuper ea. Ioan. And.

† q̃ electio dicatur cõcors, & q̃ ñ, no. in c. quorũdam. ſ. e. vide glo. in c. j. ſ. de ma. & ob. Barb. cõſi. j. vol. j. & late Ale. cõſ. 48. inci. in cauſa vertente. vol. 7

Casvs. Vacante eccleſia Pictauen. canonici illius eccleſiæ conuenerunt in vnum, tractaturi de electione futuri prelati: tractatu inter ſe habito, quendam Titium elegerũt, & aliqui ſe oppoſuerũt iſti electioni: vel fuerunt duo electi: vnus iſtorum electorum acceſſit ad ſuperiorem, & declarauit, ꝙ ipſe fuerat electus in epiſcopum eccleſiæ Pictaueñ. vtrum ſuperior poterit illum confirmare abſque cauſæ cognitione, non vocato coelecto vel opponente? Reſpondet ꝙ non: Sed quid ſi electio fuit facta in concordia: vtrum ſuperior illam electionem ſine vocatione & citatione illorum, quorum intereſt, poſſit cõfirmare? Reſpondet ꝙ non: immo illi quorum intereſt, ſunt vocandi & citandi peremptorie. Sed quæritur qualiter ſunt ipſi citandi? Reſpondet Romanus Pontifex cum diſtinctione: quia aut ſunt aliqui opponentes, vel eſt competitor ſiue coelectus, & tales ſunt nominatim & peremptorie citandi, vt ad talem diem veniant dicturi cauſas propter quas electio non ſit confirmanda. Sed ponamus ꝙ electio fuit facta concorditer? Reſpondet ꝙ tunc citatio debet eſſe generalis; videlicet vt ſi ſint aliqui qui velint prætendere aliquas cauſas, quare electio non ſit confirmanda, ꝙ ipſi compareant peremptorie ad talem diem: & poni debet citatio iſta peremptoria in valuis illius eccleſiæ, de cuius electionis confirmatione tractatur, aliàs confirmatio non valeret. Hel. Regn. Nota primo quòd iudex non debet eſſe nimis feſtinus & celer ad ſententiam proferendam. Ad hoc ſ. de reſti. in inte. cum ex litteris. & j. de re iud. cum æterni. Nota ſecundo, quòd actus dicitur repentinus, qui fit ſine citatione & cognitione requiſita, vide tex. 48. diſt. c. 2. Dominicus.

¶ Idem.

¶ *Si apparet coelectus vel ſe opponens ei, qui confirmationem petit: ille vocabitur nominatim: aliàs fiet in eccleſia crida generalis, quòd ſe confirmationi volentes opponere, veniant peremptorio aſſignato: aliter confirmatio facta non tenet. Ioan. Andr.*

## CAP. XLVII.

QVoniam[a] electione[b] nõ in concordia[c] †celebrata, ſuperior, ad quem electionis ipſius confirmatio pertinet[d], conſueuit interdum ſuæ confirmationis celeritate[e], præferens[f] cupiditatem[g] propriam iuri[h], & inordinatum affectum etiam æquitati, competitorem aliquando, vbi alius, vel eos, qui ſe volunt opponere, quando electus eſt vnicus[i] ſupplantare: dum nullis vocatis, & non diſcuſſo negotio[k] per repẽtinam cõfirmationem cito (contra doctrinam Apoſtoli[l]) imponit manus[m] electo: Nos volentes huic morbo[n] & fraudibus[o] obuiare: præſenti conſtitutione ſancimus, confirmationes tales[p] viribus omnino carere, ipſaſq; decernimus irritas, & inanes[q]. ¶ Vocationem † aũt huiuſmodi nominatim[r], vbi eſt coelectus, vel apparet oppoſitor†, aliàs generaliter[s] in eccleſia, in qua electio facta eſt, vt ſi qui ſint, qui ſe velint opponere[t], cõpareant aſſignato peremptorio[u] termino competenti[x], faciendam eſſe

¶ *Prima gl. ſummat.*

a ¶ *Quoniam.*] Si apparet coelectus vel ſe opponens ei, q̃ confirmationem petit, ille vocabitur nominatim: aliàs fiet crida in eccleſia generalis: ꝙ ſe confirmationi volentes opponere, veniant peremptorio aſſignato: aliàs cõfirmatio facta nõ tenet.

¶ *Gl. ſeq. ſoluit duo dubia: de tertio remittit.*

b ¶ *Electione.*] idem dicam de poſtulatione, cum eadem ſit ratio: quod verum puto in admiſſione poſtulationis, quæ fit à ſuperiore illo, qui poſtulatum admittendo confirmat: ſecus in eo qui poſtulatur à prælato ſuo, vt monachus electus in epiſcopum ab abbate: quia in ea non fiet vocatio. Et idem puto in præſentatione: vt etiam ille cui fit præſentatio, ſeruare teneatur hanc decre. & ſic ſeruatur. De collationibus dicam in fi. c.

c ¶ *Non in concordia.*] idem ſi in concordia quo ad vocationem faciendam: vt dicitur in fi. Ioan. And.

Pertinere verbũ qualiter intelligatur.

d ¶ *Pertinet.*] verbum hoc late patet. ff. de verb. ſign. verbum pertinere. vnde intelligo ſiue pertineat iure communi, vt ad epiſcopum. 16. q. 7. nullus omnino. ſ. de hære. cum ex iniuncto. ſiue iure ſpãli: puta, ex priuilegio vel cõſuetudine præſcripta, ſiue iure delegato: quia omnes habebũt hãc formam ſeruare.

¶ *Gl. ſeq. de celeritate ponit quoſdam caſus, quibus approbatur: & quoſdam quibus reprobatur.*

celeritas in q̃buſdã caſibꝰ reprobatur, & ĩ aliis dſideratur.

e ¶ *Celeritate.*] Nota quòd hic reprobatur celeritas: & eſt generale in omnibus perſonis promouendis. 8. q. 2. dilectiſſimi. Item propter rei nouitaté, 23. diſt. communis filius. vbi de hoc per Archid. 43. diſt. c. 1. vnde Paulus. Item propter reuerentiam ſacramenti recipiendi. de conſecra. diſt. 4. Iudæi. Item propter metum incommoditatis emergentis. 12. q. 2. ſine exceptione. Item propter honeſtatem, vt res carior habeatur. 27. q. 2. inſtitutum. Item propter certitudinem habendam, vt 17. q. 2. ſi quis incognitus. Item propter reuocandi difficultatem, vt in dandis ſententiis. 2. q. 1. Deus omnipotens. & hic. vel in ipſarum executione. 11. q. 3. cum apud. idem in legibus condẽdis. 4. diſt. in iſtis. Item propter rei dignitaté. 61. diſt. miramur. Item propter periculoſam ſacramenti iterationem. de conſe. diſ. 4. cum itaq;. Interdum autem deſideratur acceleratio propter metum contaminationis. 8. diſt. mala. propter metum defectus. 5. diſt. baptizari. ꝓpter metum vſurpationis. 35. q. 9. loci. propter magnitudinem tranſgreſſionis. 27. q. 1. ſi cuſtos. propter inobedientiæ culpam. 12. q. 2. qui & humanis. propter debitũ obedientiæ. 93. diſt. c. 1. propter rectitudinem diſpẽſationis. 45. diſtin. diſciplina. propter periculum imminens: vt in vacatione eccleſiæ. ſ. eo. in ant. cum inter vniuerſas. vnde & cautio damni infecti celeritatem deſiderat. ff. de dam. infecto. l. 1. & idem in ſimilibus, vt ſ. de re iud. c. 2. de reſcrip. in ant. ad hoc. vbi ex certa cauſa idem eſt reperiri.

1. Tim. 5.

†vide Rom. conſ. 342. & Barb. conſi. vlt. vol. 4.

†not. tex. & vide Inn. in c. inter quatuor. ď ma. & ob. & do. in l. fi. C. de iur. del.

f ¶ *Præferens.*] ſic ſ. eo. tit. auaritiæ. & c. quorundam.

g ¶ *Cupiditatem.*] quæ omnium malorum radix eſt. 47. diſt. bonorum. de pœn. diſt. 2. quia radix.

h ¶ *Iuri.*] quod facere non debet. 7. q. 1. ſi quis epiſcopus. in fi.

i ¶ *Vnicus.*] ſim. ſ. eo. cupientes. §. ſi vero.

k ¶ *Non diſcuſſo negotio.*] male faciunt & puniuntur ſi promouent indignum, vt ſ. eo. nihil eſt. & ſ. de præben. graue.

l ¶ *Apoſtoli.*] Pauli 1. ad Timoth. 5. c. 24. diſt. §. 1. 78. diſt. quid eſt manus cito. ſ. eo. in ant. cum nobis olim.

m ¶ *Manus.*] confirmatorias, de quibus loquimur.

n ¶ *Morbo.*] nam quod medicamenta morbis exhibent, hoc iura negotiis: in authent. hæc conſtitutio innouat conſtitut. in princ. collat. 8.

o ¶ *Fraudibus obuiare.*] quod faciendum eſt ſ. eo. auaritiæ. & c. commiſſa, & j. tit. prox. c. 2.

p ¶ *Tales.*] ſcilicet factas non vocatis competitoribus: vel his qui ſe vellent opponere, ſi qui eſſent.

¶ *Gloſſa ſequens ponit quid prius tenebatur: quærit, & ſoluit diſtinguendo.*

q ¶ *Inanes.*] Dicebamus olim: & no. de hoc Inn. & Hoſt. de appel. conſtitutus. 2. de do. & contum. in antiq. c. cum olim. quòd confirmatio facta vocatis his, qui vocandi erant, & cum cauſæ cognitione, habet vim diffinitiuæ: hinc eſt quòd reuocari non poterit: & ſi appelletur, appellari poteſt vt à diffinitiua. Si autem fiat ſine cauſæ cognitione, & non vocatis vocandis, vim habet interlocutoriæ, ibi de hoc plenius per eos videre pores 1. Sed hodie nõ valet confirmatio ſine vocatione huius decret. vt hic vides. Quid ſi ſic confirmatus adminiſtrat? Satis crederem quòd ſi errauit in facto, quia credidit vocationem factam, quæ facta non erat, excuſetur à pœna decre. ſ. eo. auaritiæ. & c. qualiter. maxime cum vocatio & citatio iſta ſit ſuperioris officium, & non partis. Sed ſi errauit in iure, eum à dicta pœna non crederem excuſari. ad hoc j. de reg. iur. ignorantia. cum ſuis concord.

1 Ita enim tenebãt ꝓdicti doct. ibi, & ĩ decr. cũ dilecti. e. ti. ad fi. & c. nihil eſt. & vide qď ibi dixi in gl. dicebat. & Cõ poſt. e. ti. ꝙ ſicut. ꝙ non erat neceſſe vocationẽ fieri. & ſuo tpe verũ dicebat, & ſic ſeruabatur pp illa loca, q̃b. p ꝓuincialia vel ſynodalia ſtatuta erat ꝓuiſũ cõtrarium, vt Bono. Io. An.

r ¶ *Nominatim.*] ſim. j. de ſen. exc. ſtatuimus.

s ¶ *Generaliter.*] & publice: quia talia edicta in publico proponi debent. de poſtul. c. 1. & eſt contra illos qui adhuc fraudem faciunt conſtitutioni, faciendo hanc vocationem fieri coram certis amicis.

Additio. Concor. quod not. in cle. eo. tit. cauſam. §. verum. in 4. gl. Ioan. And.

t ¶ *Opponere.*] ne electus confirmetur.

¶ *Gl. ſeq. quærit & remittit.*

v ¶ *Peremptorio.*] nunquid poſt hunc terminum veniens audiretur? Super hoc dic vt ſ. qui matrim. accuſ. poſſ. cum in tua. [Vide ſecundam quæſtionem quam poſui ſuper regula, mora. j. de regul. iur. & ſcripſi in Spec. de citat. §. viſo. in princ. Ioan. And. Officium tamen iudicis in his non quieſcit, vt ſ. eo. cum nobis olim.

x ¶ *Competenti.*] ſecundum locorum diſtantiam, perſonarum, & negotij qualitatem. Ioan. And.

a ¶ Quæ

a ¶*Quæ*.]ſcilicet dicta de vocationibus faciendis:& quòd non valeat confirmatio aliter facta.

¶*Gl.ſeq.quærit & ſoluit.*

b ¶*Obſeruari.*] Quid in prouiſionibus vel collationibus:nunquid in eis habebit fieri hæc vocatio? tutũ puto & in his hæc fieri:non tamen credo de verbis vel mente huius iuris hoc eſſe. & facit ĵ. de præb. cum in illis.& optime.e.ti.licet epiſcopus.Ioannes Andr.

cenſemus.Quæ [a] etiam ſi electio in concordia celebrata fuerit, volumus obſeruari [b].

## TITVTVS VII.

### De renunciatione.

¶Bonifacius octauus.

*¶Romanus Pontifex poteſt libere papatui renunciare.hoc dicit ſecundum Zen.*

DE RENVNciatione.

*¶Dictum fuit ŝ.titu. prox.de elect.verum quia nihil eſt ſub ſole adeo tam firmum, quin rumpatur: & electio rumpitur per renunciationem:ideo ad nos informãdum qualiter rũpatur electio, annectitur præſens rubr.de renunc.*

†Vide Lud. Gom.ĩ reg. cancellariæ de infirmis reſignantibus.q.1.

### CAP. I.

Quoniam [c] †aliqui curioſi [d] diſceptãtes de his, quæ non multum expediunt [e], & plura ſapere,quàm oporteat, contra doctrinam Apoſtoli [f], temere appetẽtes, in dubitationem ſollicitam [g], an Romanus Pontifex (maxime [h] cum ſe inſufficientem [i] agnoſcit ad regendam [k] vniuerſalẽ Eccleſiam, & ſummi Pontificatus onera ſupportanda) renunciare valeat Papatui,eiuſq; oneri,& honori, deducere minus prouide videbantur [l]: Cęleſtinus Papa quintus prædeceſſor [m] noſter, dum eiuſdem [n] eccleſię regimini præſidebat,volens ſuper hoc hæſitationis cuiuſlibet materiam amputare, deliberatione habita cum ſuis fratribus [o] Eccleſiæ Romanæ Cardinalibus (de quorum numero tunc eramus) de noſtro, & ipſorum omnium concordi conſilio & aſſenſu, auctoritate Apoſtolica ſtatuit [p], & decreuit:Romanum Põtificem poſ-

*Voniam.*] Diuiditur in iij.partes ſecundum Ioan.Andr. In prima ponitur cauſa cõſtitutionis Cęleſtini: In ſecunda ipſius conſtitutionis mens, ibi,*Cæleſtinus.* In tertia ex duplici cauſa illam inter has conſtitutiones interſerit, ibi, *Nos igitur.* Ioan.And.

Rom.12.

Casvs. Papa videns ſe impotentem ad regendum vniuerſum orbem:vult renunciare Papatui: an poſſit? videtur quòd non: quia obtinens adminiſtrationem eccleſiaſticam, non poteſt illi renunciare & reſignare in manibus ſuperioris. c. admonet. & c.quod in dubiis.e.ti.in ant. modo Papa nullum habet ſuperiorem. Non obſtante tamen iſta ratione dubitandi,deciditur contrarium: videlicet quòd poteſt renunciare Papatui:& vacat ipſe Papatus, ita quòd Cardinales poſſunt alium eligere: Et iura loquentia quòd obtinens adminiſtrationem eccleſiaſticam non poteſt renunciare,niſi in manibus ſuperioris,intelligũtur quando talis renũcians habet ſuperiorẽ. *Statutum.*]i. tenorem: quia ipſum ſtatutum nõ inſeritur hic de verbo ad verbum:ſed ſolummodo tenor ipſius. Nota quòd nimia curioſitas eſt reprobata. 37.diſt. ſacerdos. Nota reprehenſibile eſſe ſapere vltra quàm expediat:& maxime in his quę ſunt fidei,in quibus ſimplicitas commẽdatur.de quo de ſum.Tri.c.1.in ant. Nota inſuper,quòd ſubſiſtente iuſta cauſa,poteſt Papa renunciare Papatui.Nota finaliter ex iſto tex.quòd beneficiatus habens ſuperiorem,non poteſt dimittere beneficium,& ſe exonerare ab obligatione, qua eſt aſtrictus:niſi in manibus ſui ſuperioris:& tunc requiritur conſenſus ſuperioris:ita quòd ſuperior acceptet renunciationem:Nam ſuperior poſſet ipſum cogere,vt reſideret:q̃a obligatio licet ab initio ſit voluntatis,tamen ex poſtfacto eſt neceſſitatis: & iſtud verum niſi ſubeſſet iuſta cauſa: nam tunc poſſet ſuperior compelli ad acceptandum renunciationem.c.niſi.de renun.e.tit.in ant.

¶ *Prima gl.ponit caſum.*

c ¶ *Quoniam.*] Quia quidam pluſquam expediret curioſi,referebant in dubium,an Papa poſſit renunciare Papatui:Cęleſtinus v.dum præſideret eccleſiæ Romanæ regimini,ſtatuit de conſilio &aſſenſu ſuorum fratrum,quòd ſummus Pontifex libere poſſit renunciare Papatui: Quod ſtatutum ne obliuioni daretur, & de prædicto caſu dubitaretur vlterius: inter alias huius ſexti libri conſtitutiones de fratrum ſuorum conſilio dominus Bonifacius hic redegit ad perpetuam rei memoriam. Ioan.And.

d ¶ *Curioſi.*] qui maiores curas exhibere volunt,quàm res exigat.ad hoc 4.diſt.denique.de conſec.diſt.5.quinque modis.

Additio.Et ff.de nouat.doli.in fi.49.diſt.c.1.ver.paruo autem naſo.& ŝ.eo.lib.de poſtul.c.1.in prin.Ioan.And.

e ¶ *Expediunt.*] quod faciendum non eſt.C.de ſum. Trin.l.nemo.ĵ.de hære.c.2.& ĵ.de re iud.abbate.ad fi.

f ¶ *Apoſtoli.*] Pauli in epiſtola ad Romanos. c.12. & habes eadem verba.43.diſt.ſit rector.

g ¶ *Sollicitam.*] vide ĵ.deducere minus prouide videbantur.

h ¶*Maxime.*]comparatiuum:vnde etiam ſi ſufficiens ſit,renunciare poterit,vt per inferiora patebit.

¶ *Gloſſa ſequens primo ponit dubium, ſecundo notat, dat ſimile, & exemplificat.*

i ¶ *Inſufficientem.*] propter hoc tamen nõ poſſet deponi,quia propter ſolã hæreſim 1 deponitur.40.diſt.ſi Papa.ſed alij pręlati propter inſufficientiam bene deponuntur, & eccleſiaſtici & ſeculares.18.q.2.ſi quis abbas.15.q.6.alius. & propter negligentiam.81.diſt.dictum.ŝ.de hæret.excommunicamus.in fi.Et nota quòd licet omnis ſufficientia eſſe dicatur in Papa: ita quòd omnia iura in pectoris ſcrinio habeat. ŝ.e.ti.de conſtit.c.1. tamen interdum inſufficiens eſſe poteſt: vt hic. & interdum eum fallit obliuio.23.diſt.pręterea.vbi de hoc.ſic ſedes ipſa aut ſanctum inuenit, aut ſanctum facit. quis enim ſanctum dubitet,quem apex tantæ,&c. 40.diſt. non nos.& tamen hęretic° poſſet eſſe 2: & pp hęreſim deponi. ea.diſtin. ſi Papa. & poſſet ex multis inſurgere inſufficientia hæc: vt ex defectu litteraturę,ex ſenectute, ex infirmitate, vel ſimilibus. Ioan.And.

ide hoc art. q̃ valde eſt cõtrouers°, conſulendi ſunt Doct. tũ theologi tũ canoniſt.

2 Vide Alb. Pighiũ Cãpẽſem lib.4 c.8.đ eccle. hierarc. vbi late de hoc.

k ¶ *Regendam.*] ad quod ex officio ſuo tenetur:vt in prooem.huius libri.

¶*Gl.ſeq.ponit rationes contrarias,& eis reſpondet.*

l ¶ *Videbantur.*] & erat ipſorum ratio motiua:quia qui renunciat,renunciare debet in manibus ſuperioris: & aliter matrimonium ſpirituale non diſſoluitur.ŝ.e.de renun.admonet.ſed Papa ſuperiorem non habet:ergo renunciare nõ poteſt. Item fungitur vice Dei,quas vices ſic videtur oſſibus habere annexas,ꝙ à ſe abdicare non poſſit.ad hoc de ſtat.mo.cum ad monaſterium.in fi.[*Multæ aliæ rationes inducũtur:vt ſcilicet q̃a Papatus à ſolo Deo eſt:& quæ à Deo ſunt vel committuntur, ab inferiori tolli nõ poſſunt:Ergo Papalis dignitas à Deo commiſſa, alicuius inferioris auctoritate dimitti vel tolli non poteſt. Item nullus poteſt auctoritatem vel poteſtatem auferre, quam conferre non poterit,ſed Papalem auctoritatem nullus conferre poteſt niſi Deus:ergo nec eam auferre:quòd fieret ſi valeret renũciatio. multas alias rationes vide hic per Io.And. in ſua nouella.*]Sed contrarium verum eſt,vt hic vides:& probatur ex eo,quia Marcellinus renunciauit Papatui, cui ſubſtitutus fuit Marcellus.21.diſt.nunc autem.Item Clemens renunciauit Papatui,cui ſucceſſit Linus:& eo mortuo,Cletus:& illo mortuo iterũ ſucceſſit Clemens:vt in chronicis.&vide de hoc 8,q.1.c.1. hinc diſputat hic mundus,&c. & hanc opin. approbauit Ioan.7.q.1. c.non autem, Ad id quod dicitur, quòd renunciatio fieri debet in manibus ſuperioris: fateor id verum vbi eſt ſuperior; Sed hic propter impoſſibilitatem ius illud ſeruari non poteſt.& facit optime ſupra tit.proxim.indemnitatibus. §.penul. & ſupra eod.licet de vitanda diſcordia.in fi. [Ioan.Monach.alleg.ff.de iis quæ in teſtamen.delent. l.proxime, melius facit tit.ſeq.de hær.inſtit.l.& hoc Tiberius.] Item inferiores prælati à ſuis prælatis confirmantur & inſtituuntur: vnde non eſt mirum ſi ſine ipſorum licentia renunciare non poſſunt: Sed Papa à nemine confirmatur:vnde ſicut ſine ſuperiore inſtituitur;ita ſine ſuperiore renunciet.ad hoc ſupra de reg.iur.c.1.Ioan. And.

Additio. Dicit Ioan.Mon.quòd ſicut populus Romanus penes quem erat ſumma poteſtas lege lata, illam tranſtulit in principem,Inſtit.de iu.nat.§.ſed & quod principi.Sic & Papa qui habet poteſtatis plenitudinem, hac lege lata cedere potuit oneri & honori.Ioan.And.

¶*Gl.ſeq.ponit differentiam.*

m ¶*Prædeceſſor.*]Cum dignitas vacat aliàs quàm per mortem, ſucceſſor non congrue dicitur prędeceſſor:ſed dicere deberet præceſſor. Prædeceſſor enim idem q̃d prædecedens:niſi dicere velis quòd quomodocumque vacet pręlatura,quo ad illam deceſſiſſe putatur. & eſt expreſſum 7.q.1. §.ecce in quibus. & 33.q.2.§.1.

n ¶ *Dum eiuſdem.*] poſtea enim ipſius conſtitutio non valuiſſet:quia Pontifex non erat,vt ĵ.patebit.

o ¶ *Fratribus.*] Cardinales ergo fratres vocat: cum de ipſis permixtim loquitur.ĵ.de off.leg.officij.

p ¶ *Statuit.*] credendum eſt Papæ hoc referenti. ŝ. de teſtib. cum à nobis.in fi.

a ¶*Reſignare.*] hoc expreſſe no.Io.7.q.1.non autem.in gl. mag. in fi.& facit quod no.79.diſt.ſi quis pecunia.18.q.2.quàm ſit.
b ¶*Temporis.*] hinc eſt quòd antiquorum memoria melius præſcripta tenetur,& de hoc vide quod no.ſ.de prob.tertio.
c ¶ *Obliuioni.*] omnium enim habere memoriam, & in nullo peccare,&c. vt ſ.vt ec.ben.vt noſtrum.
d ¶ *Recidiuam.*] qđ eſſe non debet,vt ſ. de ver.ſi.ex parte.2. cum ſuis concor.
e ¶ *Memoriam.*] facit j.đ re iu.ad Apoſtolicę.in ſuperſcriptione. & quod ibi dicam in j.gl.

ſe libere reſignare [a]. ¶Nos igitur ne ſtatutum huiuſmodi per tpis [b] curſum obliuioni [c] dari, aut dubitationem eandem in recidiuam [d] diſceptationem vlterius deduci contingat:ipſum inter conſtitutiones alias, ad perpetuam rei memoriam [e], de fratrum noſtrorum conſilio duximus redigendum.

¶ Idem.

¶ *Si in fraudem expectantis primam vacaturam, cum in proximò crederetur pinguis vacare, renunciet aliquis tenuem, quam habebat, non tenetur expectans illam recipere, immo illa dimiſſa expectabit aliam ſine fraude vacantem: Et ſi illi renuncianti illa pinguis poſtea conferatur: hoc ipſo probata ſit fraus,& carebit vtraque.*

## 2 .CAP. II.

SI te prębēdam [f] †vel dignitatē,in aliqua ecclesia proximò [g] vacaturam auctoritate Apoſtolica [h] expectāte,aliquis præbendam ſeu dignitatem [i] tenuem obtinens in eadem [k], fraudulenter ei renunciet, vt illa[m] primo ſic vacante,præcludatur tibi [n] via per conſequens ad obtinendum præbendam, vel dignitatem aliam pinguiorem,quæ per mortē alicuius [o], vel aliàs [p] in ipſa eccleſia creditur veriſimiliter in proximò [q] vacatura: per renunciationem huiuſmodi(dummodo de præmiſſa fraude appareat, ſaltem per aliquas probabiles coniecturas [r]: vt quia dictæ renunciationis tempore, is qui præbendam vel dignitatem pinguiorem habebat, infirmitate graui detinebatur: vel aliquid aliud imminebat, ꝓpter quod illius præbenda,ſeu dignitas vacare in proximo probabiliter credebatur)nullū tibi volumus obſtaculum interponi, quo minus(præbēda vel dignitate prædicta ſic fraudulenter renunciata,omiſſa [s])poſſis dictā pinguiorē, cum eam,vel aliam [t] ſi prius ipſam vacare contigerit, auctoritate præfata libere petere veluti tibi debitā [u],& habere. ¶Cæterū ſi prædicto renuncianti huiuſmodi præbēda vel dignitas pinguior forſitan conferatur:eoipſo † dicta fraus in-

SI te præbendam, Fraudulenta renunciatio nō nocet expectāti,hoc dicit, ſecundum Zen.Prima prouidet impetrantib. contra fraudes,de quarum coniecturis ponit exempla,ibi,*Vt quia,* Secūda,ibi, *Cæterum.* conuincit, & punit fraudulentos.

¶Preſupponendum eſt pro intellectu huius c.ꝙ Papa aliquando ſcribit pro aliquo ſub iſta forma:Mandamus quatenus tali ꝓuideas de præbenda vacante,ſi qua vacet in tali collatione,alioqn de prima vacatura: Aliquotiēs Papa ita ſcribit: Mandamus, quatenus tali prouideas de præbenda primo vacatura in tali collatione, ſi ipſam præbendam duxerit acceptandam: alioquin de illa quam ipſe acceptandam duxerit.In primo caſu iſte pro quo ſcribit Papa, non poterit petere niſi primo vacaturam:fallit in caſu huius c.videlicet quando vacat in fraudem impetrantis.

†Hodie grē ꝗ dnr expectatiuę,ſiue ad vacatura,oīno ſublatæ ſunt p cócil.Tridē. ſeſ.24. de reforma.c.19.

Casvs. Papa volens mihi facere gratiā in aliqua eccleſia, mandauit alicui epo,vt mihi prouideret de præbēda primo vacāte in tali eccleſia,ſi qua vacaret, alioqn de ꝓximo vacatura:Tractu tpis cum ſperaretur vacare quædam præbēda pinguis, qa forte canonicus erat ſenex,vel fecerat tractatū de intranda religione,vel volebat redire ad ſeculū, cū nōdum eſſet in ſacris: Quidam aduerſarius meus proſequens me odio, vt me fruſtraret illa præbenda, qa habebat vnam præbendam modici valoris, forte vnius floreni,fecit vacare ſuam præbendā per renunciationem:nolo illam acceptare:poſtea vacat pinguis præbenda, volo illam petere:an poſſim? Rñdet Romanus Pontifex, ꝙ ſi appareat per coniecturas,ꝙ illa renūciatio fuit facta in fraudem,poſſum illam præbendam modici valoris omittere,& acceptare præbendam pinguem.Sed ponamus ꝙ præbēda pinguis fuit collata illi canonico,qui renūciauit præbendæ modici valoris:vtrum eo ipſo ꝙ fuit ſibi collata,ſufficienter ſit probata fraus? Certe ſic,nec requiritir alia probatio fraudis:ideo debet ipſe priuari vtraque præbenda,ſ.illa cui renunciauit:& illa pingui,quæ fuit ei collata. Nota primo differentiam inter præbendam & dignitatem:& ſic patet ꝙ canonicus non dicitur habere dignitatem, ad hoc ſ.de reſcri.ſtatutum.in prin.de conſue.c.1.eo.lib.Nota ſecundo quòd habens gratiam ad proximum beneficium vacaturum, non poteſt acceptare aliud:niſi fraudulenter introducatur vacatio primi.Dominicus.

¶*Prima gl.ſummat,& dubium ſoluit.*

f ¶ *Si te præbendam.*] Si in fraudem expectantis primam vacaturam,cum in proximò crederetur pinguis vacare, renunciet aliquis tenuem quam habebat, non tenetur expectans illam recipere,immo illa dimiſſa expectabit aliā ſine fraude vacantem:Et ſi illi renuncianti illa pinguis poſtea conferatur:hoc ipſo probata ſit fraus,& carebit vtraque.Scire debes ꝙ quia nemo vř fraudare eos qui ſciunt & conſentiunt:vt ff. de reg.iur. nemo vř.j.e.ti.ſcienti.puto nec decre.iſtam,nec eius pœnam locum habere,vbi expectans conſentit:quia hoc ſciens voluit illam tenuem habere:pone enim quod plus ſibi placet:prouiſo tamen quòd non committatur ſimonia.

Additio. Et hæc qō inter qōes collatas in hoc ſtudio fuit prima in ordine diſputata per d.Henric.Anglicum:ponebant tamen terminos ꝙ renūciatio &collatio fuerāt factę clandeſtine: & ſuper hoc fundabat ſolutionē ſuam,quare dicebat illas non valere.Io.And.

g ¶ *Proximò vacaturam.*] debebatur enim ſibi primò vacans,vt j.de pręb.ſi clericus. & ſic per fraudes videbatur via ꝑcludi ad aliam. ſecus ſi haberet litteras ſup ea, quam duceret acceptandam:quia tūc fraus iſta ſibi non præcluſiſſet viam,quod eſt verum niſi acceptaſſet primam,quæ vacaret: quod poteſt, licet certā & nominatā talis acceptare non poſſit.j.de conceſ.præb.ne captandæ. quia tunc per omnia idem.

h ¶*Apoſtolica.*]quod eſt ēt in caſu decr.j. de præb.hi qui.& c. ſi eum. & ſ.e.de reſcri.cum aliquibus, cum ſi. Alius enim quàm Papa ad vacaturas contra Lateranenſ. concilium ius non tribuit: vt ſ.de conceſ.præb.c.2.

Additio. De legatis dic vt j.de of.le. c.3,& 4.Ioan.And.

i ¶*Dignitatem.*]ſingula ſingulis refert.

k ¶*In eadem.*] eccleſia ſcilicet, in qua expectans. & idē ſi expectabat in ciuitate vel prouincia,ſi in ea fieret talis fraus:cum eadē ſit ratio.

†Ex vicinitate tpis aliquid ꝑſumitur. not. l. poſt cōtractū.ff.đ do. Bal.in l.j.C. de ſer.fu.đt ꝑſumi contra illū, q ſecrete locutus eſt ei q ſtatim occidit. Ph.Fōt.

l ¶*Renunciet.*] de vacatione p renunciationem dicit:qa de illa ad titulum:ſed idem credo 1 ſi in fraudē occideretur, vel deponeretur,ſ.qui tenuem obtinebat:vt præcluderetur expectanti via ad pinguem.& ſecundum hoc dicam ꝙ expectās primam vacaturā,primam ſi vacat in eius fraudē,recipere nō tenetur.

1 Idem Philip.Fran.

m ¶ *Illa.*] tenui renunciata.
n ¶ *Tibi.*] cui debebatur prima,& non ſecunda.
o ¶ *Alicuius.*] quia valde ſenex eſt:vel infirmus valde.Io.And.
p ¶*Vel aliàs.*] puta quia tractat ille qui in ſacris non eſt,de matrimonio contrahendo: vel quia electus eſt, vel eligi ſperatur in epm: vel religionem vult profiteri: vel de crimine accuſatur,propter quod creditur deponendus:vel his ſimilia.

¶*Gl.ſeq.recit.per quæſtionem.*

q ¶*Proximò.*] idem credo ſi non in proximò:dūmodo fraudulenter fiat renunciatio talis, & poſſit id aliàs cōſtare:quia ſemper ratio remanet:pone enim quòd litteras habeo ad primam vacaturam, & Titius licet non ſperetur de prima vacatione:tamen quia odio me proſequitur,renunciat præbendæ,quæ valet vnum florenum, vt ſic me impediat in pinguibus, ſi vacarent:certe cum eadem ſit ratio,idem credo.
r ¶*Coniecturas.*] Nota quòd dolus probatur ex perſpicuis coniecturis [C.de dolo.l.dolum.cum concor. Ioan.Mon.remittit ad id quod plenē no.j.de re iu.] dolo.& qui eum allegat, probare illum debet.ff.de prob.l.quotiens.§.qui dolo.
s ¶ *Omiſſa.*] non enim debet acceptare ſi hoc ſciuit,ſed omittere:vt hic vides.
t ¶ *Aliam.*] puta,non vacauit illa,de qua ſperabatur,ſed alia 2 vnde ex quo non videtur acceptare illam quæ primo vacauit propter illam fraudem,debebitur ei & tenebitur acceptare ſecundam vacantem.de præb.ſi cui.& c.ſi clericus, eo.lib.

2 Quæ ſequuntur ab hoc loco vſque ad fi.h° gl. ñ repiuntur in antiquis cod.

v ¶ *Debitum.*] Licet enim iſta non ſit primo vacans,ſed ſecundo:tamen ratione fraudis primò vacans fingitur, & eſt ſi.ſ.de reſcr.ſi propter.e.lib.& in hoc præfertur æquitas rigori propter fraudem. ad idem C.de iu.l.placuit.C.de fur,& ſeru.cor,ſi quis ſeruo.& j.de rer.permu.c.vno. Et ſic nota caſum, in quo licet ſcribatur de prima vacatura:debetur ſecunda.alios caſus habes ad idem j.de præben.c.2.in ſi.eo.ti. & c.quia ſæpe.& c. cum in eccleſia.& c.ei cui.& j.de re.perm. c.vno.

a ¶ Hab

a ¶*Habita.*] cui ſemel renunciauit:& ſic repetere non poterit. 7.q.1.quàm periculoſum.cum ſim.

¶*Gl.ſeq.ſoluit dubium.*

b ¶ *Ambita.*]ſcilicet per cupiditatem & fraudem:& eſt ſi.ſ. de tranſla.licet.& c. quanto.7.q.1.ſi quis epiſcopus.[Bene facit ff. de diuor.ſi filia.ff.ſolut.ma.ſi filiæ.Ioan. Mo.] Suis ergo terminis ſit quiſq; contẽtus,nec vltra menſuras ſui iuris affectet augeri:vt ĩ prædicto c.ſi quis. in ſi. Ambita autem ideo carere debet: quia expectanti debetur: ſed etiam ſi non deberetur: puta quia vacauit alia ante illam,ob quam fiebat renunciatio: tamen non debebatur renuncianti, qui eam adeptus eſt:cum iſte finis nõ diſtinguat: & ad hoc faciunt prædicta iura.

† Huc ſpectãt tradita p Io. An. in c.nouit.&p Feli.in c.paſtoralis.ext. de of.leg.

telligatur eſſe probata:& idem renuncians habita [a] omnino careat,& ambita [b].

## TITVLVS VIII.

### De ſupplenda negligentia prælatorum.

¶Innocentius quartus.

¶ *Iuriſdictio ſuffraganei excommunicati ad metropolitanum non deuoluitur. Ioannes And.*

### CAP. I.

Romana [c] † Eccleſia [d]:& infra. ¶Edictum vero per Remenſem prouinciam publicatum [e],vt à ſubditis [f] epiſcoporum ipſius prouinciȩ,pro audiendis& terminãdis eorum cauſis [g] libere ad Remenſem curiã accedatur,penitus reuocamus:Quia etiam ſi tenerentur [h] iidem epiſcopi pro ſuis [i] culpis [k] vinculo excommunicationis aſtricti: non tamen ex culpis†ipſis (cum id non inueniatur à iure conceſſum [l]) ad Remenſem archiepiſcopum iuriſdictio deuolueretur eorum: Sed alia forte pro illis, pœna [m] ipſis canonica poſſet infligi.

¶Idem baronibus & comitibus regni Portugalliæ.

¶*Si ille,qui præeſt,eſt negligens & remiſſus, debet ſuperior illi dare idoneum coadiutorem.hoc dicit.Ioan.And.*

DE SVPPLENDA negligentia prælatorum.

¶ *Rubr.iſta poteſt dupliciter continuari: Vno modo ſic: viſum fuit ſ.tit.prox.qualiter quis perdat adminiſtrationem eccleſiaſticã per renunciationem: verum quia aliquotiens quis repellitur ab adminiſtratione propter ſuam negligentiam:ideo poſt rubric.præcedentem annectitur præſens rubr.de ſuppl.negl.prælat. Alio modo poteſt continuari ſic: Quia prælati quandoque ſunt negligentes in adminiſtratione ſuorum beneficiorum: poſſet dubitari, an aliquis poßit ſuplere defectum prælatorum negligentium:ideo ad nos informandum qualiter quis poßit ſupplere negligentiam prælati: annectit rubricam de ſupplenda negligentia prælatorum.*

Romana.]Sunt tres partes ſecundum Hoſt.&Ioan. Monac. primo reuocat edictum:Secundo cauſam reddit,ibi, *Quia etiam.* Tertio antipophorizat,ibi, *Sed alia.* Secundum d.Hel.Reg. hoc c.ſic ſummatur:Excommunicato epiſcopo,iuriſdictio ſua non deuoluitur ad ſuperiorem.hoc dicit.

Casvs.Cum archiepiſcopus Remenſis prouinciam ſuam viſitaret,non fuit receptus debito modo à ſuis ſuffraganeis,vnde eos excommunicauit: Et quia excommunicati non poterant exercere iuriſdictionem:fecit proponi edictum,vt ſubditi ſuorum ſuffraganeorum pro cauſis ſuis dirimendis adirent ſuum officialem:Vnde ſuffraganei archiepi Remenſis conqueſti fuerunt Romano Pontifici, ꝙ archieps Remenſis vſurpabat ſuas iuriſdictiones, quod facere nõ debebat,cum iſte caſus non ſit de caſibus enumeratis in c.paſtoralis.de off.or.in ant. vbi enumerantur caſus,in quib.metropolitanus poteſt exercere ſuam iuriſdictionem in ſubditos ſuorum ſuffraganeorum:Vnde Papa caſſauit illud edictum:quia iuriſdictio ſuffraganeorum non poterat deuolui ad ipſum archiepm:& ſi ſuffraganei deliquerant, poterat archiepiſcopus ipſos aliter punire: ſed per hoc non eſt auferenda eorum iuriſdictio. Nota primo ex hoc c.ꝙ metropolitanus poteſt totã ſuam prouinciam viſitare,& procurationem à ſuis ſuffraganeis petere;qui ſuffraganei ſi nolint eum procurare,vel eo modo quo debent;poterit illos excommunicare pro illa inobedientia.No.inſuper principalem effectum,ad quem emanauit præſens c.ꝙ ſi eps fuerit excommunicatus,iuriſdictio ſua propter hoc nõ deuoluitur ad ſuperiorem.concor.c.quia diuerſitatem.de conceſ.præb.in ant.vbi dicitur, quòd epiſcopo excommunicato metropolitanus vel capitulum non poteſt conferre beneficia ſpectantia ad collationem ſolius epiſcopi: quia deuolutio non fit ad metropolitanum, niſi negligenti epiſcopo per ſex menſes:modo ſi epiſcopus fuerit excommunicatus, non poteſt dici negligens: quia etiam ſi vellet, non poſſet conferre:ſed metropolitanus debet expectare quòd epiſcopus ſit abſolutus: & tunc poſt abſolutionem incipiunt currere illi ſex menſes: Et iſtud verum, niſi epiſcopus excommunicatus eſſet negligens in petenda abſolutione: quia tunc etiam illi ſex menſes incipiunt currere à tempore negligentiæ.

¶*Prima gl.ponit caſum litteralem,& ſummarium.*

c ¶*Romana.*] Casvs. 1 Dum archiepiſcopus Remenſis viſitaret prouinciam Remenſem, & non debito modo fuiſſet à ſuffraganeis receptus,excommunicauit eos,& fecit proponi edictum per totam prouinciam Remenſem, quòd omnes ſubditi ipſorum ſuffraganeorum adirẽt ipſum pro ſuis cauſis dirimendis:Papa Innocentius reuocat hoc edictum 2: & dicit,ꝙ licet ipſi ſuffraganei pro ſuis culpis excommunicati ſint,nõ tamen ad ipſum archiepm iuriſdictio ipſorum deuoluitur:cũ id cautum non reperiat in iure:licet aliàs pro culpis ipſos poſſit debita pœna punire. In ſumma hoc dicit:Iuriſdictio ſuffraganei excõicati ad metropolitanum non deuoluitur.

1 Hic caſus Io.And.eſt, & in antiq. cod.repitur

2Si reuocauit ad petitionẽ ſuffraganeorũ, ꝙ excõicati erãt: hoc fecit ex plenitudine ptãtis,ſecundũ Boati. vel ñ fuit exceptũ, vel fuerãt abſoluti vel forte erant in hoc rei cõueti, quia nõ parebant edicto.Io.An.

d ¶ *Romana eccleſia.*] multas decret. eiuſdem nominis& auctoris, & de eadem cauſa,quȩ erat inter Remenſem archiepm & ſuffraganeos ſuos, habebis in proceſſu huius libri.

Additio. Nouem ſunt prȩter iſtam.& Hoſt.& Io.Mon.hic illas enumerant. de of.vic.&de of.or.de fo.comp.de teſti.de app.de cenſ.de poe., de poe.& re. de ſen. excomm. Romana. Ioan.And.

† Not.ꝙ qs põt pluries pũiri ex eadẽ culpa,qñ pſiſtit ĩ eius cõtumacia. ad hoc,vt lite ñ cõt.qm̃ in fi.Dom.

e ¶ *Publicatum.*] ex parte archiepiſcopi Remenſis.

f ¶*Subditis.*]in quos archiepiſcopus iuriſdictionem nõ habet:niſi in certis caſibus expreſſis à iure.& no.ſ.de off.ord. paſtoralis. Et ideo edictum iſtud reuocari debuit,cum vergeret in præiudicium ſuffraganeorum, & aliorum inferiorum iuriſdictionem habentium:& ſuum ius abſorberet, quod eſſe non debet:cũ non niſi per appellationem ad ipſum quæſtiones tales deferantur: nec ipſe plus iuris ſibi poteſt vendicare, quàm ei per canones ſit conceſſum. de off.ord.c.duo ſimul.9.q.3.conqueſtus. & q.2.c.2.& 10.q.3.quia cognouimus.& 18.q.2.c.1.

Additio. Caſus in quibus archieps iuriſdictionem habet in ſubditos ſuffraganeorum,vide hic per Hoſt.& Ioan.Mona.qui etiam ponunt hic verſus, quos ipſe Hoſt.ponit & exponit in ſumma,de of.or.§.quid pertinet. quos quia ibi habes,hic decido proſecutionem ipſorum. Verſus autem ſunt hi,

*Officium varium,forus,appellatio,crimen:*
*Peccans,non parens,res,conſultatio,deſes:*
*Præſul,canonici tumidi,ſententia nequam:*
*Viſitat,indulget cuſtos, quia Papa dat vſus:*
*Permutat ſociis ſuſpectus:cumque remittit:*
*Caſibus his primas ſubiectos præſulis arcet.*

g ¶*cauſis.*] quas inter ſe habent ipſi ſubditi: non intelligas de cauſis, quas haberent ſubditi contra ſuffraganeos ipſos: quia tunc licitum eſſet edictum.11.q.1.peruenit.& c.ſi quis cum clerico.& c.ſi clericus.cum ſi.

h ¶*Tenerentur.*] hoc dicit quia forte non conſtabat an iuſte fuiſſent excommunicati.

i ¶ *Pro ſuis.*] pro alienis enim non debent excommunicari, vt 24.q.3.ſi habes.

¶*Gl.ſeq.ſignat,& ſoluit duo contraria.*

k ¶*Culpis.*]No.ꝙ licet ex ſua culpa excõicatus ſit eps,ita ꝙ iuriſdictionem exercere non poſſit: non tamen propter hoc ad metropolitanum ſuum trãſfertur iuriſdictio.ſ.de cõceſ.præb. quia diuerſitatem.ſed propter negligentiam bene transfertur iuriſdictio 3 & præbendarum donatio de epo ad archiepm:vt ibi,& ſ.e.ti.per totum. No.ergo ꝙ licet in negligentia epiſcopi archiepiſcopus ſuppleat vicem eius:non tamen in delicto. & concordat optime ſ.e.lib.de elect.quamquam.Sed contra. j.de temp.ord. c.2. vbi vicini epi ſupplent poteſtatem, quam perdidit epiſcopus propter delictum ſuum: & illud ſpeciale propter fauorem ordinum ſuſcipiendorum: in quorum dilatione poſſet eſſe periculum,& procedit ex cõceſſione expreſſa ipſius decr. Item contra,j.de off.deleg.ſi is cui.vbi propter delegati excommunicationem, de ſubdelegato appellatur ad primum delegantem.Sol.non ſic dependet iuriſdictio epiſcoporum ab archiepiſcopo,ſicut delegatorum Papæ ab ipſo Papa:ad hoc ſ.de re iu.duobus.& in appellatione quæ habet fieri infra certum tempus, & proſequi etiam immineret periculum,ſi primus delegans non ſuppleret:& ideo aliud ibi.

3Idẽ Philip. 9.q.3. ca.cũ ſcim⁹.Font.

Iuriſdõ epi ñ ita dependet ab archiepo, ſicut delegatorum Papæ ab ipſo Papa.

l ¶ *Conceſſum.*] ſim.j.de ſent.de excom.is qui. Et nota intelligi prohibitum quod non eſt conceſſum. de temp.or.dilectus. de tranſla.inter.in ant.vbi de hoc.Et facit ad ea quæ notantur de diſpenſatione epiſcoporum.ſ.de iud.at ſi clerici.& 50.diſt. in ſumma.& c.miror.

m ¶*pœna.*] ſecundum qualitatem delicti, vel cauſæ.ſ.de offic. deleg.ſane.1.

GRandi.] De hac decr. facit addit. Gul. in Spec. de feu. §. 2. in fi. Et primo ponit mãdatum: Secundo dat ipſius executores, ibi, *Alioquin*, Tertio proteſtatur, ibi, *Per hoc*. Et prima pars continet quatuor: nam præmiſſa coadiutoris commendatione, & ad quid detur: & ſublatis obſtantibus, mandat illum prius recipi: Secūdo ſibi pareri: Tertio ſibi ſuffragari: Quarto de redditibus illi reſponderi. Io. And. ¶Nota primo principalē effectū huius c. videlicet, ꝙ ſi ille q̨ præeſt alicui communitati ſit negligens & remiſſus, ꝑt ſuus ſupior ſibi dare coadiutorem, qui in iure vocatur curator. Nota vlterius conditiones requiſitas in coadiutore, & illo qui præeſt alicui cõitati: quia debet eſſe deuotus erga Deum, circumſpectus, plenus oculis, & bonus mūdanus. No. inſuper, ꝙ officium coadiutoris expirat per mortem illius, cui datus eſt coadiutor: Caueas tñ ne te fallat gl. finalis, quæ dicit, ꝙ ſi iſte cui datus eſt coadiutor, non habeat filios, ꝙ ipſe coadiutor ei ſuccedet in regnum: Si autem habeat filios, illi filij ſuccedunt. Ex quã gl. voluerũt quidam dicere, ꝙ qñ datur coadiutor alicui prælato in caſib. in quib. eſt dandus ſibi coadiutor, ꝙ prælato mortuo ſuccedit coadiutor in prælatura: Vt ſi eṗs Pictaueñ. eſſet affectus infirmitate lepræ vel alio morbo, & daretur ſibi coadiutor: mortuo eṗo Pictaueñ. coadiutor ſuccederet in epiſcopatu: ſed iſtud eſt falſum, quia officium coadiutoris expirat per mortem illius qui eſt datus coadiutor: ſed gl. iſta debet intelligi, quòd adiutor iſtius regis ſibi ſucceſſiſſet in regnum, ſi rex ipſe nullos habuiſſet filios: quia iſte comes de quo in textu datus coadiutor, erat proximior ipſi regi, & ei ſucceſſiſſet, ſi rex non habuiſſet filios etiam ſi non fuiſſet datus coadiutor ipſi regi.

## CAP. II.

GRandi [a] non immerito: & infra. ¶Mandamus, quatenus dilectum filium nobilem virum comitē Bolon. præfati [b] regis [c] Portugalliæ fratrem [d], de deuotione [e], probitate, ac circũſpectione [f] multipliciter commendatum [g], qui eidē regi (ſi abſq; legitimo [h] decederet filio) iure [i] regni ſuccederet: quique [k] examinatæ dilectionis [l] affectu, quo vos, & prædictum regnum proſequitur (magnanimitate, ac potentia [m] ſibi plurimum ſuffragantibus) regnum ipſum maturius reformaturus firma credulitate ſperatur: præſertim cum ad curam & adminiſtrationem generalem, & liberam [n] regni eiuſdem, tam † pro ſæpedicti regis, quàm ipſius regni vtilitate, (ſi prouide attendatur) ac ad defenſionem [o] eccleſiarum, monaſteriorum [p], aliorumque piorum locorum regni præfati, & perſonarum eccleſiaſticarum, tam religioſarũ, quàm ſecularium, necnon viduarum [q], orphanorum, & cæterorum ibidem degentium, ac deperditorum [r] inibi recuperationem ſalubriter, vt in Domino confidimus,

† al. ita, non minus pro ſæpedicti regis, q̃, &c. al. ita, tã pro ipſe dicti regis, q̃, &c.

¶Gl. prima ponit caſum litteralem, & ſummarium.

ɪ Hic caſus Io. And. eſt, & in antiqs cod. repitur

a ¶ *Grandi.*] Casvs. ɪ Rex Portugalliæ negligens erat & remiſſus circa regnum & ſubditos eius: prodigus & diſſipator erat: permittebat eccleſias, monaſteria, & pia loca regni ſui, & ipſas perſonas eccleſiaſticas aggrauari: viduas etiam & pupillos, & orphanos, & cæteros in regno ſuo degentes grauabat, vel grauari ſinebat: quare Papa ſupradicto regi & regno & omnibus ibi degentibus prouidere volens, dedit ipſi regi in coadiutorem nobilem virum comitem Bolon, fratrem prædicti regis, deuotum, circumſpectum, magnanimum, & potentem: & per quem ſperat futuram reformationem ipſius regni: Mandat ergo baronibus & comitibus ipſius regni Portugalliæ, quatenus dicto comiti & coadiutori, cum ad eos acceſſerit, non obſtantibus aliquibus fidelitatibus, homagiis, ſeu pactis vel iuramentis: ſi in aliquibus his ſunt regi aſtricti, debitum honorem exhibeant: & eum cum omnibus ſuis recipiant in ciuitatibus, & munitionibus, villis, caſtris, & ſingulis locis ipſius regni: & eius mandatis obediant, & ſibi auxilum contra quoſlibet violentos & repugnantes impendant: De redditibus & iuribus omnibus ipſius regni ſibi integre reſpondendo: vt dicto regi ſecundum quòd decet excellentiam ſuam, & ſibi & ſuis de prædictis, & neceſſitatibus regni prouidere valeat: Vult tamen quòd perſonam ipſius regis vel ſui legitimi filij (ſi quem illum habere contingeret debeat fideliter conſeruare. Notificat autem eis, quòd ſi ipſi prædicta non fecerint: ipſe mandauit duobus iudicibus, quòd eos ad id eccleſiaſtica cenſura, appellatione ceſſante, compellant. Proteſtatur in fine, quòd per hoc non intendit regi præfato, vel ſuo legitimo filio (ſi quem habuerit) prędictum adimere regnum, ſed ſolum per prouidentiam ipſius comitis conſulere ipſi regi, regno, & ſubditis. hoc dicit in ſumma hæc decr. Si ille, qui præeſt, eſt negligẽs, & remiſſus, dēt ſuperior illi dare idoneum coadiutorē,

b ¶ *præfati.*] in deciſione, ſub illo infra.

¶Gl. ſeq. obiicit & ſoluit.

c ¶ *Regis.*] Rex iſte diſſipator & negligens erat, vt patet per inferiora, & per vtrumque videtur ꝙ poterit remoueri: Primum probatur ſ. de ele. quòd ſicut. in fi. 12. q. 2. monemus. ſecundum ſ. de off. cuſt. c. 1. 1. q. 1. c. ſi q̨ epiſcopi. §. ecce cũ honoris. 81. diſt. dictum. vbi de hoc. & ſic non debuit ei curator dari: ſed potius debuit regno priuari: & ſic ad fratrem ordine geniture conuerti, cum filios non haberet. ſ. de voto, licet. Dic quòd rex 2, cui per ſucceſſionem regnum defertur, propter ſupradicta priuari non debuit: ſed curator dari: vt hic factum fuit, ad inſtar furioſi ſeu prodigi. ff. de cur. fur. l. 1. & cuſtodiet regnum & regem: ſicut ipſe curator furioſum & patrimonium. ff. eo. tit. l. conſilio. & ſatiſdat talis rem eius, cui datur, ſaluam fore. ff. e. ti. l. obſeruare. & l. ſeq. & C. de cur. fu. l. vlt. §. ſed cum antiquitas. Papa autem hic non curat cautionē requirere: Propter delictum autem bene priuatur rex regno per ſuperiorem ſuum, vel per eccleſiam cũ ſuperiorem non habet. de re iu. ad Apoſtolicæ. 15. q. 6. alius. & ſ. de vo. licet. & tunc vel ſuccedet proximus, ſc. cum per ſucceſſionem defertur: vel eligent illi, ad quos pertinet, alium. ſ. de elect. c. venerabilem.

Idē ī duce, comite & ſimilib. ſecũdũ Innoc.

Addɪtɪo. Arch. in materia, in princip. huius gl. tractat, an videlicet rex propter negligentiam remoueri poſſit: all. de off. arch. ea quæ. de re iu. quamuis. in ant. C. de fun. pa. l. 2. lib. 11. & remittit ad no. per Goffr. in ſumma huius ti. circa medium. Diſtinguit autem neglectum & negligentiam: de primo 11. q. 3. placuit. & illud poſt monitionem: ſecundum ante monitionem, in quo locum habet. 1. q. 1. quicquid. Ioan. Andr.

¶Gl. ſeq. ſignat contrarium.

d ¶ *Fratrem.*] contra. ff. vbi pu. mo. vel edu. de. l. 1. & pe. vbi dicitur, quòd pupillus apud illas perſonas educari non debet, quæ ad ipſius ſucceſſionem aſpirant: & facit ſ. de conuerſ. infi. c. vlt. ſed ſecundum Ber. rex iſte non educabitur apud fratrem: ſed per ſe & cum ſua honorabili familia & curia: nec erat iſte frater ſuſpecta perſona.

e ¶ *Deuotione.*] circa Deum ſcilicet, & Romanam eccleſiam.

Addɪtɪo. Dicunt Pet. & Arch. circa fidem catholicam. Io. And.

f ¶ *Circunſpectione.*] erat enim plenus oculis, ad hoc ſ. de elec. ſcriptũ. & tales debēt eſſe etiam archidiaconi. 93. diſt. diaconi.

g ¶ *Commendatum.*] multis modis ſumitur commendare: quod dic vt ſ. de acc. ſi conſtiterit. ſ. eo. lib. de elect. nemo.

h ¶ *Legitimo.*] illegitimus enim non ſuccedit, vt ſ. qui fil. ſint le. per venerabilē, in fi. nec educari vel ali debet: vt ibi. de quo dic vt ſ. de eo qui du. in ma. quam pol. per adul. cum haberet. nec ad ordines promoueri, vel ad beneficia eccleſiaſtica ſine diſpenſatione. quod dic vt ĩ. de fil. preſb. c. 1. Ioan. And.

i ¶ *Iure regni.*] quia debebatur ex ſucceſſione: hoc vult dicere.

Addɪtɪo. Remiſſiones dedi de elect. venerabilem, in fi. quæ eſt contra. ſed loquitur in imperio. Ioan. And.

k ¶ *Quique.*] tolle infra, regnum ipſum reformaturus, &c.

l ¶ *Dilectionis.*] quod enim quis non diligit, facile contemnit. 20. q. 3. præſens.

m ¶ *potentia.*] prodeſt potentia, vt hic. & de hoc in ant. de ap. conſtitutus. 2. interdum nocet. ſ. eo. libr. de elect. fundamenta. §. proinde. cum ſi. ſ. de loca. potuit. cum concor.

Potentia prodeſt, & nocet.

n ¶ *Liberam.*] licet liberam habeat donare non poteſt. ff. de pact. contra iuris ciuilis. ff. de don. l. filiusfamilias. ſi tamen iuſta ratione motus donauerit, valet donatio: vt in prædicta l. filius. Tenetur autem reuocare eã, quę male ſunt alienata: vt infra, ibi, de perditorum recuperatione: immo ipſe rex reuocare deberet, non obſtante iuramento de non reuocandis. ſ. de iureiur. intellecto. ſecundum Ber.

Liberã hñs adminiſtrōnē an poſſit donare.

Addɪtɪo. Liberam habens adminiſtrationem, de quo fit mentio in princ. huius gl. interdum donare poteſt: quod habet locum pręcipue in curatoribus regum ſecundum Innocen. cum regibus ſpeciale & proprium ſit donare ſecundum eum. ff. de admin. tut. cum plures. §. pen. Ioan. Mon. arg. contra. ſupra de iureiurand. intellecto. Illud in enormi præiudicio: vt ibi dixi, Ioan. Andr.

o ¶ *Defenſionem.*] ad quam tenentur ipſi principes ſeculares, vt 23. q. 5. principes. & c. regnum. & c. adminiſtratores. Io. And.

p ¶ *Monaſteriorum.*] Nota arg. nomine eccleſiarum monaſteria non comprehendi. ad idem ſ. de elect. ſciant. eo. lib. & ĩ. de ſen. exc. c. vlt. §. adiicimus 3. Contra. 54. diſt. §. hac autem auctoritate. Ioan. And.

3 Eſt verũ in mria ſtricta Dom. Font.

q ¶ *Viduarum.*] de quibus an pertineant ad iudicium eccleſiæ dic vt no. ſ. de for. comp. ex tenore. Ioan. And.

r ¶ *Deperditorum.*] propter regimen malum. ſ. eo. lib. de elect.

fundam

fundamenta.§.digne itaque.
a ¶ *Pacto.*] ad idem infra de off. ord.quia plerique.
b ¶ *Prohibitione.* ] non enim poteſt ſubditis prohibere,quin obediant & intendant curatori in his, quæ ad curam regni & ipſius regis honorem pertinent,cum ad hoc procurandum aſſumptus ſit: impediretur enim ipſius officium.

ſit aſſumptus : cum ad vos acceſſerit(fidelitate, homagio,iuramento,ſeu pacto a , ſi aliquibus forte præfato regi,vel cuicunque alij perſonæ tenemini, aut etiam ipſius regis prohibitione b : dummodo perſonam eius & vitam,ac legitimi ſui filij , ſi aliquem ipſum habere contigerit, fideliter conſeruetis c , debitum eis exhibentes honorem d , nequaquam obſtantibus) in ciuitatibus e , caſtris,villis,& munitionibus regni prædicti , cum omnibus ſuis recipere, ac eius diſpoſitioni, ordinationi,& mandatis vniuerſaliter ſinguli, & ſingulariter vniuerſi, per omnia, & in omnibus intendere abſque difficultate qualibet procuretis f : impendentes ſibi contra quoſlibet repugnantes,ac etiam violentos g , conſilium, auxilium, & fauorem : de redditibus h , prouentibus,omnibuſque præfati regni iuribus,ſine diminutione i aliqua,plenarie reſpondendo:vt de illis dicto regi, ſecundùm quòd ſuam decet excellentiam k ,ſibi ac ſuis,& pręfati regni neceſſitatibus pro tempore,ac negotiorum emergentium qualitate,valeat prouidere. Alioquin l venerabilibus fratribus noſtris Bracharenſi† archiepiſcopo, & epiſcopo Colimbrienſi, damus noſtris litteris in † præceptis : vt vos ad id monitione m præmiſſa, per cēſuram eccleſiaſticam, appellatione remota, compellant. ¶ Per hoc autem non intendimus memorato regi , vel ipſius legitimo † filio (ſi quem habuerit ) prædictum regnum adimere : ſed potius ſibi, & eidem regno deſtructioni expoſito , ac vobis ipſis in vita n ipſius † regis, per ſollicitudinem & prouidentiam comitis conſulere ſupradicti.

c ¶ *Conſeruetis.*] ad hoc ſupra de iureiuran.petitio.
d ¶ *Honorem.*] vt 7.q.1.quia frater.
e ¶ *Ciuitatibus.*] quæ murorum ambitu terminantur, vt infra de ſen.exc. ſi ciuitas.Ioan.And.
f ¶ *Procuretis.*] hucuſque eſt littera ſuſpenſiua.B.
g ¶ *Violentos.*] ſic enim iuſte bellabit ſe defendendo 1 1.23. q.2.c.j. & ſ̃.de iureiu.ſicut.3. & ſic obedire debent, ex quo conſtat iuſtum eſſe bellum: ſed & idem eſt cum dubitatur an ſit iuſtum , necne , vt 23. q. 1. quid culpatur. in fi. cum autem certum eſt bellum 2 iniuſtum, ſecus.11.q.3.Iulian°. & ca.ſi dominus. & c.non ſemper.cū ſi.
h ¶ *Redditus.* ] generale nomen eſt: plus enim eſt in redditu , quàm in fructu,vt partus ancillæ. ff.de vſu.in peculium.§.partus. ff.ad Treb.deducta. §.hæreditatem.& dixi ſ̃. de ele.generali.
i ¶ *Sine diminutione.*] ad idē ſ̃.de ver. ſig.cum inter vos.
k ¶ *Excellentiam.*] facit ſupra de præb. de multa.in fin.7.q.1.quamuis.ſed remoto pro crimine ſumptus non miniſtrantur, quia male meriti debent egeſtate laborare.ff.depoſi.bona fides.

1 Facit c.dilecto.đ ſen. exc.l.3.§.cū igitur. ff.de vi & vi ar. not. in l.hoſtes.ff.đ ca.ī c.olim.j.ſ̃.đ reſt.ſpo.Pe. de Anc.Fōt.

2 vide B.Th. 2.2.q.40.ar.1

l ¶ *Alioquin.* ] i.ſi eum recipere,mandatis parere,adiuuare,de redditib.integre prouidere prædicto comiti contempſeritis.
m ¶ *Monitione præmiſſa.*] quę ſemper excōicationem pręcedere debet.12.q.2.indigne.24.q.3.de illicita.ſ̃.de ſen.exc.ſacro.cū ſi.
n ¶ *In vita ipſius.*] Nota coadiutoris officium expirare morte eius cui adiutor datus eſt 3 : tunc enim poteſtas ad capitulum pertinet in eccleſia cathedrali. j̃.c.1.& 2. mortuo autem rege, aut reliquit filium,qui ex ſucceſſione rex erit,&ſic ceſſat iſtius coadiutoris officium,aut non:& ſic iſte rex erit, & deficiet eſſe coadiutor,& ideo dicit,in vita.

3 Tenet B.in l.q̄ſitū.ff.de tut. facit c. conſulti. ſ̃. de proc. Pet.Font.

SI *epiſcopus.*] Aliter non diuiditur,quia textus ſub vno conſtructu dependet.Dom.

Casvs. Eṗs Pictauen. fuit captus à Paganis, & ſic fuit effectus eorum ſeruus: vel fuit captus à ſchiſmaticis,i.diuiſis ab vnione eccleſię:puta quia duo gerebant ſe pro Romano Pontifice, Quæritur quis adminiſtrabit in eṗatu Pictauen. vtrum archieṗs Burdegalenſis,vel capitulum ipſius eccleſiæ Pictauen.Reſpon.Rom.Pont. quòd cum eṗs ipſe captus ab infidelibus,vel ſchiſmaticis, cenſeatur mortuus, capitulum adminiſtrabit, ac ſi eſſet mortuus naturaliter. Nam ſi mortuus eſſet naturaliter, capitulum, non archieṗs adminiſtraret. c.cum olim.de ma.& ob.in ant.Et iſtud verum,niſi Papa illi eccleſiæ alio modo prouideret:puta,ſi Papa illi eccleſiæ aliquem deputauit ad adminiſtrandum : tunc ille adminiſtraret quem Papa deputauit ad adminiſtrandum. Nam Papa poteſt illi eccleſiæ aliquem adminiſtratorem deputare, quia epiſcopus fingitur mortuus, licet re vera adhuc viuat. Nota primo quòd captus ab infidelibus dicitur ſeruus infidelium , & fingitur mortuus ciuiliter. Et ſic habes hic caſum, quo mors ciuilis æquiparatur morti naturali.vide gl.ſ̃.e.lib.de reſcr. ſuſceptum. Nota principalem effectum huius c. videlicet , quòd epiſcopo capto à Paganis vel ſchiſmaticis,metropolitanus non adminiſtrat,ſed capitulum, ac ſi per mortem naturalem epiſcopi ipſa eccleſia vacaret. Nota finaliter , quòd Papa poteſt dare eccleſiæ cathedrali vnum viſitatorem ſiue adminiſtratorem,& auferre adminiſtrationem ipſi capitulo.

¶Bonifacius octauus.

*¶Epiſcopo à Paganis,vel à ſchiſmaticis capto,non archiepiſcopus, ſed capitulum adminiſtrat:niſi Papa quamcito hoc fieri poterit ſuper hoc per capitulum conſulendus aliter ordinaret.Ioan.And.*

## CAP. III.

SI epiſcopus o à Paganis p †, aut ſchiſmaticis capiatur, non archiepiſcopus , ſed capitulum q , ac ſi ſedes per mortem r vacaret illius,in ſpiritualibus s & temporalibus t miniſtrare debebit u : donec eum

*¶Gl.prima ſummat, & dicit vnde orta.*
o ¶ *Si epiſcopus.*] Eṗo à Paganis vel à ſchiſmaticis capto , non archieṗs,ſed capitulum adminiſtrat,niſi Papa quācito hoc fieri poterit , ſuper hoc per capitulum conſulendus, aliter ordinaret. Habuit ortum hæc decr. ex his quæ not.Hoſt.ſ̃. de maio.& ob. cum olim.

† de his eṗatib. vide Io. Vaſcū in annalib.Hiſpaniæ,c.20.
† al. ita, in mandatis.

Additio. Et facit ad ea quę not.7.q.1. paſtoralis. in fi. vlt. gl. & 71.di.clericos. in gl.2.Ioan.And.
p ¶ *A paganis.*] vel hęreticis,de quib° idē iuris,vt ſ̃.de hære.ſi quis eṗs. & ſchiſmatici 4 dñr.24.q.3.inter hæreſim. Io.An.
q ¶ *Non archiepiſcopus.* ] cum hoc non reperiatur in iure expreſſum: vt ſupra eod.c.1.j̃.c.prox.
*¶ Gl.ſeq.notat & remittit.*
q ¶ *Sed capitulum.*] ipſius cathedralis eccleſiæ , cuius eṗs captus eſt. Et ſic nota, quòd ſicut capitulum cum vacat eccleſia ſupplet vicē eṗi in iuriſdictione, vt j̃.c.prox.de inſti. c.1. ſ̃. de ma.& obe. cum olim. & j̃. de ma.& obe.c.1. ſic & cum quaſi vacat, vt hic.Et ſic nota ciuilem mortem æquiparari naturali. & eſt ſimile C.de don.inter vir. & vxor. res vxoris. vbi donatio cauſa mortis confirmatur morte ciuili ſicut naturali.ad idem C.de epiſc.& cler.l.vlt. De hoc tamen dic vt not.Io.16.q.1.placuit.2.Ioan.And.

† p̄ter doct. hic viđ Cy. & Bal.in l.ſi viua matre. C.đ bo.ma. Are.cōſ.153. Bart. in l.cū antiqorib°. C. đ iu.del. &Gul. Monferra.in tra. ſucceſ.du.j.
† al.eiuſdē.
4 vide Eymericū in directorio inqſ. par.2. q.48. & Turrecr.ī ſum.đ eccl. lib.4. par.1. c.1.& ſeq.
† Sacrarū rerū ſcriptores, Pagãos vocant oēs idolorū cultores.

r ¶ *Mortem.* ] renunciationem,tranſlationem,depoſitionem, vel alio modo.
s ¶ *Spiritualibus.*] in his quæ requirunt ordinem,vocabunt vicinos eṗos cum cautelę ſtudio.7.q.1.pontifices.ſ̃.e.li.de ele.is cui.Beneficia aūt quæ ſpectant ad collationem ſolius eṗi,non conferent, vt ſ̃.ne ſed.vac.c.2. & j̃.e.ti.c.vnic.quia id non facerent,ſi per mortem naturalem vacarēt, vt ibi,nec dant clerico licentiam tranſeundi ad aliam diœceſim.71.di.fraternitatem.
Additio. Vide quod dixi j̃.c.prox.in fi.Ioan.And.
t ¶ *Temporalibus.*] ita quòd de immobilibus bonis nihil alienent.ſ̃.e.lib.de ele.is cui.
*¶ Gl.ſeq.quærit,arguit negatiue,ponit tres opiniones,& tertiam approbat.*
v ¶ *Debebit.*] Pone,archidiaconus poſt eṗm pręeſt capitulo:eṗs à ſchiſmaticis captus eſt , & poſtmodum archidiaconus mortuus,quem capitulum habet eligere,& eṗs confirmare : eligit capitulum T.in archidiaconum:Quęritur quis habeat confirmare?Et videtur quòd capitulum talem cōfirmare non poſſit: quamuis enim circa inferiores inueniamus permiſſum capitulo ſupplere eṗalem iuriſdictionem:circa ſuperiores non reperimus conceſſum,immo videtur prohibitum.ad hoc ſ̃.de ma.& ob.cum inferior.& 21.diſt.inferior.quidam dixerunt Papam & non alium hunc confirmare poſſe:ad hoc j̃.de of.vic.c.1.Alij de archieṗo dixerunt. ſed Hoſt.in hac q.not.de ma.& obe. cum olim.quòd capitulum talem confirmabit : licet enim canonici in eo quòd canonici, ſint inferiores, tamen in eo quòd capitulum,ſuperiores ſunt.ff.quis & à quo ap.ſit.l.fi.ad hoc ſ̃. de of.ord.irrefragabili.§.exceſſus. & maxime in eo quòd epiſcopi vices gerunt.ſ̃.de of.del.ſane.2.& 93.diſt.c.vlt.& 94.diſt. c.1.& hoc verum credo.arg.j̃.de ap.c.pen.

Capitulum ſede vacāte p̄t cōfirmare electionē archidiaconi per ipſum capitulum electi.

Aᴅᴅɪᴛɪᴏ. Aliàs ſequeretur quòd epiſcopus qui eſſet canonicus, vel canonicus vicarius, vel delegatus epiſcopi illum confirmare non poſſet. Ioan. And.

a ¶ *Libertati.* ] ſeruus enim factus erat. inſtit. de iur. perſ. §. vlt. ff. de capt. & poſtl. re. l. 5. & ff. de reg. iur. ſeruitutem, recuperat ergo iura ſua, quaſi iure poſtliminij, vt 16. q. 1. prima actione. 7. q. 1. paſtoralis. inſtit. quib. mod. ius pat. pot. §. ſi ab hoſtibus.

b ¶ *Conſulendam.* ] ad idem j. de cleric. ægr. c. vno.

c ¶ *Ordinari.* ] aliter prouidendo, vel forte viſitatorem dando, vt j. c. prox.

libertati [a] reſtitui, vel per ſedem Apoſtolicam (cuius intereſt eccleſiarũ prouidere neceſſitatibus) ſuper hoc per ipſum capitulum quamcito commode poterit conſulendam [b], aliud contigerit ordinari [c].

¶ Idem.

¶*Eccleſia cathedrali vacante, ſolus Papa viſitatorem deputat, niſi archiepiſcopus propter negligentiam, vel doloſam capituli adminiſtrationem cum cauſæ cognitione deputaret. hoc dicit. Dominicus.*

CAP. IIII.

Eccleſiæ † cathedrali [d] vacanti [e], viſitator [f] ab alio, quàm à Romano † Pontifice [g] deputari non poteſt [h]: Niſi forte capitulum in ſpiritualibus & † temporalibus negligenter [i], aut perperam [k] adminiſtret: Tunc enim archiepiſcopus ob negligentiam vel malitiam capituli (eo vocato [l], cauſæque ſuper hoc cognitione præmiſſa [m]) viſitatorem, ſeu adminiſtratorem eidem eccleſiæ licite poterit deputare.

Eccleſiæ. ] Sunt duo dicta, ſecundum, ibi, *Huiuſmodi quoque.* Et prima pars facit tria: Primo ponit dictũ, à quo duos caſus excipit, ibi, *Niſi.* quos ſtatim limitat, ibi, *Tunc enim.* Io. And.

†Vide Mar. Soc. tract. d̃ viſitatione.

† Nota vnũ caſum reſeruatũ Papæ: Alios vide ſ. de of. leg. & trãſlõem. Dom.

† Ecce iſta duo requirun tur copulatiue. Ph. Fõ.

Cᴀsᴠs. Dictum fuit ſ. c. prox. quòd ſi epiſcopus fuerit captus ab infidelibus, vel ſchiſmaticis, qui dicuntur hæretici, quia faciunt contra illum articulum, Vnam ſanctam eccleſiam catholicam, poteſt dari viſitator eccleſiæ vacanti, ac ſi epiſcopus eſſet mortuus naturaliter: Sed quæritur, quis poteſt dare iſtum viſitatorem? Reſpondet Romanus Pontifex, quòd ſolus Papa: Sed nunquid archiepiſcopus poterit dare viſitatorem eccleſiæ vacanti? Reſpondet quòd non regulariter: fallit ſi capitulum eſſet negligens, quia tunc vocato & audito capitulo, & ſic cum cauſæ cognitione poterit dare viſitatorem. Sed vtrum viſitator à Papa datus, vel ab archiepiſcopo, data negligentia capituli, poſſit conferre beneficia ſpectantia ad collationem epiſcopi? Reſpondet quòd ſic, ſi fuerit deputatus ab Apoſtolica ſede: ſi vero ab archiepiſcopo, tunc nullo modo poterit conferre, *Cognitione.* ] & ſic aliquid fieri cum cauſæ cognitione eſt vocare partem, & illam audire. Nota quòd vbi agitur de præiudicio alicuius, debet vocari quando ſuper illo actu iudex cognoſcit, ad hoc ſupra de maioritate & obedientia. capit. inter quatuor. & ſupra de electiõn. capit. fin. Dominicus.

¶*prima gl. ponit quid determinat, & vnde orta.*

d ¶ *Cathedrali.* ] Opiniones erant olim quis poſſit viſitatorem dare cathedrali eccleſiæ. Item an viſitator poſſet conferre beneficia, Vtrumque horum determinat hic Papa, Ortum habet primum dictum huius decretal. ex his quæ not. 61. diſt. quoniam Feſtus. & per Innocen. & Hoſtienſem ſupra vt eccl. benefic. vt noſtrum. Secundum ex his, quæ not. 61. diſtinctio. obitum.

e ¶ *Vacanti.* ] idem in quaſi vacante, vt ſupra c. prox. 1

1 Et ſi plat° eſt impotẽs & ſenex, dã d° eſt ei coadiutor. c. 3. de cle. ægr. Font.

f ¶ *Viſitator.* ] idem quod adminiſtrator. de quo 61. diſt. de Cathineñ. & c. quoniam Feſtus.

g ¶ *pontifice.* ] cuius intereſt eccleſiarum neceſſitatibus prouidere. ſupra c. prox.

h ¶ *Non poteſt.* ] hoc præciſe tenebat Ioan. in prædicto capit. quoniam Feſtus. Bart. Brixien. & Hug. ibi contra tenebant, ſcilicet quòd archiepiſcopus hoc poterat, ſicut & præſes dat curatorem. inſtit. de curat. §. vltim. & quia prohibitum non reperiebatur. Lau. idem dicebat, tamen dicebat clericorum requirendum conſenſum. Innocen. & Hoſtienſ. ſupra vt eccleſ. benefic. capit. vnico. diſtinguebant vt hic, ſcilicet quòd alius quàm Papa ſine cauſæ cognitione, & vocatis his qui vocandi erant, ſcilicet capitulo, non poterat viſitatorem dare. Et eſt ratio, quia archiepiſcopus non poteſt tollere capitulo ius ſuum ſine cauſa, quod eſt quòd ad ipſos vacante ſede pertinet adminiſtratio ſpiritualium & temporalium. ſupra capit. prox. cum concordant. ibi ſignatis. Papa autem ex poteſtatis ſuæ plenitudine hoc bene poteſt. de conceſſio. præbend. propoſuit. in antiq.

i ¶ *Negligenter.* ] ecce primum caſum.

k ¶ *Aut perperam.* ] ecce ſecundum. Nota hic æquiparari negligentiam & delictum 2. [Facit de conſecrat. diſtinct. j. nemo. 2. ] alibi differunt. ſupra eod. lib. de elect. ſi compromiſſarius. pro vtraque parte. eod. titu. quamquam. Io. An.

2 Quia hic opantur eũ dẽ effectũ. Dom. Font.

¶ *Viſitator eccleſiæ vacantis ab inferiore à Papa deputatus, temporalia & ſpiritualia adminiſtrat, excepta beneficiorum collatione ad epiſcopum pertinente, hoc dicit. Dominicus.*

¶Huiuſmodi [n] quoque viſitator, quamquam ſpiritualium & temporalium adminiſtrationem legitimam [o] cenſeatur habere: beneficia tamen, quæ ad collationem pertinent epiſcopi [p], conferre non poteſt [q], ſi ab alio [r], quàm à Romano Pontifice fuerit deputatus [s].

TITVLVS IX.

De temporibus † ordinationum, & qualitate ordinandorum.

†vide cõcil. Tridẽ. ſeſ. 23 de refor. c. 7 & 8. & Gelaſiũ Papam j. epiſtol. j. ad epos p Lucaniã, c. 13. refert Gratia. c. vlt. diſt. 75

¶Clemens quartus.

¶ *Epiſcopus Italiæ vltramontanum non ordinet, niſi de ſpeciali licentia Papæ, vel per patentes litteras epiſcopi ſui, continentes iuſtam cauſam quare nolit, vel non poſſit illum ordinare: ſi ſecus factum fuerit, ordinans punietur pœna condigna, & ordinatus manebit ſuſpenſus, ita quòd etiam à pœnitentiariis Papæ ſine ipſius ſpeciali licentia abſolui non poterit. Ioan. Andr.*

l ¶ *Eo vocato.* ] ſunt enim vocandi, quia eorum intereſt. ſupra de offic. archid. ad hęc. de temp. ordin. ſi archiepiſcopus. & quomodo interſit, ſupra dixi.

m ¶ *Cognitione præmiſſa.* ] quod ſi non fiat, dico viſitatoris dationem non valere. ad hoc ſupra eod. lib. de electio. quamuis. & capit. prouida. Sufficit enim legiſlatorem aliquid prohibuiſſe: & ſi non adiiciat, quod cõtra factum fuerit non valere. C. de legib. non dubium.

n ¶ *Huiuſmodi.* ] ſcilicet datus eccleſiæ cathedrali.

o ¶ *Legitimam.* ] 61. diſt. Cathinen. & c. quoniam. & ſupra de elect. cum nobis olim. in fi. non enim ſequitur, quis habet adminiſtrationẽ legitimam, ergo beneficia confert. vide inſtantiam in capit. illa. ibi, vacante ſede. ſupra ne ſede vacan. & ſufficit dare inſtantiam. vt 1. quæſtio. 1. ſicut vrgeri.

p ¶ *Epiſcopi.* ] ſolius, aliàs illa cum capitulo confert. quod dic vt j. ne ſed. vac. c. vno. & de reg. c. vlt.

¶*Seq. gl. ponit duas opiniones contrarias, quas concordat.*

q ¶ *Non poteſt.* ] ſuper hoc vide quod not. de maio. & obed. c. cum olim. in antiq. Scire debes, quòd Ioan. & Hug. tenebant contrarium: dicebant enim indiſtincte, quòd viſitator poterat beneficia conferre. & hoc not. 61. di. obitum. Lau. contra. Opi. ergo Lau. vera in viſitatore dato ab alio, q̃ à Papa: prima in viſitatore à Papa dato. Debet enim propter ampliorem dantis prærogatiuam ampliore fungi poteſtate. ad hoc j. de præb. ſi à ſede. ſicut & delegatus à Papa ſubdelegatũ dat, ab alio non. C. de iudi. à iudice. de off. del. paſtoralis. c. vlt. in ant. ad idem j. de præb. hi qui.

r ¶ *Ab alio.* ] puta, archiepiſcopo in caſibus ſupradictis, vel à capitulo, ſi alicui committerent vices, ille diceretur viſitator.

Aᴅᴅɪᴛɪᴏ. Vel etiam ſi ipſe viſitator eſſet deputatus à legato Cardinali, ſecundùm Arch. qui poteſt, quod poteſt archiepiſcopus. Nam in prouincia maius habet imperium. ſupra eod. de elect. ſi abbatem. Ioan. And.

s ¶ *Deputatus.* ] ille ergo bene hoc poterit: quia omnia poteſt, quæ electus confirmatus. ſupra eod. lib. de electio. is cui. Ioan. And.

DE TEMPORIBVS ORDINATIONVM, & qualitate ordinandorum.

Cõtinuatio dom. Helię.

¶*Superius dictum fuit de promouendis ad adminiſtrationes eccleſiaſticas: poſſet dubitare aliquis, vtrum omni tempore poſſint fieri promotiones, etiam vtrum omnes perſonæ indiſtincte poſſint promoueri: ideo ad nos informandum de iſtis annectitur rub. de temporibus ordinationum, & qualitate ordinandorum. Vnde ſciendum, quòd iſta rub. eſt generalior nigro: nam in nigro nihil dicitur de temporibus ordinationum. Pro quo notandum, quòd minores ordines poſſunt conferri etiam die feſto, ſed ſacri ordines non poſſunt conferri niſi certis diebus, videlicet diebus ſabbati quatuor temporum, ſabbato Paſchæ, & ſabbato ante Dominicam Lætare: & hoc verum loquendo de epiſcopis. Nam Papa poſſet ordinare omni tempore,*

Sæpe

S*Aepe contingit.*]Primo ſecundùm Ioan.Monach.ponit conſtitutionis cauſam impulſiuam. Secundo ſtatuit, ibi, *nos igitur.* Tertio tranſgreſſores punit, ibi, *eos vero.* Quarto pœnam inhibitoriam addit, ibi, *omnibus.* Ioan.And. Casvs. Aliquis citramontanus quantum ad nos forte de iſta diœceſi Pictauen.ſe tranſtulit vltra montes ad ciuitatem Bononieñ. vel aliam ciuitatem in Italia:voluit ordinari ab epiſcopo Italiæ, vtrum epiſcopus Italicus poſſit talem clericum Pictauenſ.ordinare impune? Reſp. quòd ſic, ſi talis clericus habeat litteras à ſede Apoſtolica, per quas mandatur vt talis clericus poſſit ad ſacros ordines per quē maluerit ep̄m ordinari. Quid ſi non habeat litteras à ſede Apoſtolica, an impune poſſit ordinari ab ep̄o Italico? Reſp. quòd ſic, ſi litteras habeat ab ep̄o Pictauen. in quib. declaretur, quòd ipſe clericus eſt idoneus & perfectæ ætatis: & contineatur cauſa propter quam non poteſt illum ordinare, tunc enim iſtis interuenientib. poterit Italicus ep̄s illum clericum Pictauen. ordinare:aliàs punietur clericus ordinatus, quia erit ſuſpenſus ab executione ſuorum ordinum:vnde ep̄s non debet talem ordinare, nec etiam conferre primam tonſuram, ſecundùm veriorem opin.gl.Sed quę ritur, quis poterit ipſi relaxare iſtam ſuſpenſionem, & dare executionem ordinum? Reſpond. quòd ſolus Papa, & ſui pœnitentiarij, qui habent ſpecialē poteſtatem à Papa:aliàs ſi non haberent ſpecialem poteſtatem, non poſſent cum eo diſpenſare, & reſtituere ſibi executionem ordinum, nec per ſe, nec per alios ſuo nomine. *Abſque ſpe.*]Hæc eſt quædam comminatio ad terrorem, aliàs textus eſſet contrarius, quia in fine dicitur, ſi pœnitentiarij Papę habeant ſpecialem poteſtatem à ſede Apoſtolica diſpēſandi cum iſtis, quòd poſſunt cum eiſdem diſpenſare. *pœnitentiariis.*]qui ſunt numero xij. qui ordinantur ſecundùm diuerſitates linguarum ibi affluentium. Not. quòd duo epiſcopi poſſunt dare clerico litteras commendatitias ad ordines, ſ. epiſcopus beneficij, &c. ad hoc j̃. c. prox. Dom.

## CAP. I.

SAepe[a] cōtingit[b], quòd nonnulli clerici[c] vinculo excōmunicationis[d] aſtricti, aut apoſtatæ[e], ſeu irregulares[f], vel aliàs ordinum ſacrorum ſuſceptione indigni, ſuam patriam[g], in qua de his habetur notitia[h], fugientes[i], ſe in remotis partibus faciunt ad huiuſmodi ordines[k] promoueri. ¶Nos igitur volentes animarū ipſorum periculis obuiare, ſtatuimus, vt nullus epiſcoporum[l] Italiæ[m], decætero aliquem vltramontanum, clericum[n] ordinare præſumat, niſi à nobis ſpecialem licentiam habeat, vel ab epiſcopo, de cuius diœceſi traxit originem ordinandus, vel in cuius diœceſi beneficiatus exiſtit[o] †: per eius patentes litteras[p] cauſam rationabilem continentes, quare ipſum nolit, aut nequeat ordinare. ¶Eos vero†, quos contra præmiſſa contigerit ordinari, manere volumus abſque ſpe[q] diſpenſationis, ſuper hoc à ſede Apoſtolica obtinendæ, ſuſpenſos[r], ac ordinantes pœnitentia condigna puniri. Omnibus noſtris pœnitentiariis inhibentes diſtricte, ne abſque licentia noſtra ſpeciali[s], cum taliter ordinatis diſpenſent, vel ſuas eis tradant litteras, per quas cum ipſis debeat diſpenſari[t].

¶*prima gl. ſummat.*

a ¶ *Sæpe.*] Ep̄s Italiæ vltramontanum non ordinet, niſi de ſpeciali licentia Papæ, vel per patentes litteras ep̄i ſui, continentes iuſtam cauſam quare nolit, vel non poſſit illum ordinare:ſi ſecus factum fuerit, ordinans punietur pœna condigna, & ordinatus manebit ſuſpenſus, ita quòd etiam à pœnitentiariis Papæ ſine ipſius ſpeciali licentia abſolui non poterit. Io. And.

1 accipe hoc dictū gl. ſano mō, vt p apoſtatas intelligamus clericos ſeculares, qui habitu clericali ñ vtebātur, q nō ſunt ipſo iure excōicati, ſed debēt ppea excōicari, niſi ſe emēdent. c. tuę. extr. de apoſt. cū aliis ī gl. cit.

b ¶ *Sæpe contingit.*]fuit igitur prouidendū. s̃. de ap. ſæpe. s̃. e. li. de ele. quia ſæpe. j̃. de reſt. ſpo. frequens. ff. de leg. nam ad ea.

c ¶ *Clerici.*] Nota pro his quæ infra dicam.

d ¶ *Excommunicationis.*]de talibus in excommunicatione maiori ordinatis dic vt ſupra de ſen. exc. cum illorum. & diſtingue inter regulares & ſeculares, & inter ſcientes & ignorantes ius vel factum, vt ibi.

e ¶ *Apoſtatæ.*] qui excommunicati non 1 ſunt. de hoc 23. diſt. ſi quis. ſupra de vi. & ho. cle. ſi quis. de apo. c. 3. niſi in caſu. c. vt periculoſa. infra ne cle. vel mo. Qui autem in apoſtaſia recipit ſacrum ordinem, etiam ſi religioſus ſit, non diſpenſatur cum eo per alium quàm per Papam. s̃. de apo. c. vlt. [& e. tit. c. j. de triplici apoſtaſia not.]quod intellige ſi vera erat apoſtaſia, per id quod habes ſupra eod. c. ex parte. & ibi not. apoſtatæ autem infames ſunt. 6. q. 1. infames. & 3. q. 4. ſi quis à ſuo. & ſic non promouendi. 24. diſt. quando. Ioan. And.

f ¶ *Irregulares.*]ſiue ex crimine, ſiue ex defectu, puta bigamia, illegitimitate, corporis vitio, vel alio defectu. Ioan. And.

¶*Seq. gl. ſignat contrarium, & ſoluit.*

2 Loqtur in adminiſtratore dignitatis, q p illa ad agendum admittitur. Font.

g ¶ *Patriam.*] de qua inquirere debet examinans ordinandos. 24. diſt. quando propter patriam etiam & natiuitatem carius vel vilius emi ſolet mancipium. ff. de ædil. edi. quod ſi nolit. §. qui mancipia. contra. s̃. de iudi. cum deputati. Sol. non loquitur in ordinando 2, qui ſubtiliter examinandus eſt, vt ſupra de purg. can. conſtitutus.

h ¶ *Notitia.*] & ideo in his fieri debet examinatio. ſupra de electio. poſtquam. cum ſuis concordantiis.

i ¶ *Fugientes.*] 19. q. 2. duæ ſunt.

k ¶ *Huiuſmodi ordines.*] ſcilicet ſacros.

l ¶ *Epiſcoporum.*]abbates 3 etiam ordines conferunt. 69. diſt. q̄m videmus. s̃. de æta. & qual. c. cum contingat. ſed talib. conferre non poſſunt. quod dic vt j̃. de priuil. abbates. in fi. Et preſbyteri cōferunt pſalmiſtatum, vt 23. diſt. pſalmiſta.

3 Vid hodie quid circa hoc decreuerit cōcil. Tridē. ſeſ. 23 d refor. c. x.

† al. extitit.

Additio. Quod verum eſt, ſi ipſi preſbyteri habent epiſcopalem iuriſdictionem, vel quaſi, vt in prędicto c. abbates. in fin. & vide quod ſcripſi in prædicto c. cum contingat. ſuper gl. Ioan. And.

† vide cōcil. Tridēt. ſeſ. 6 d refor. c. 5. & ſeſ. 7. c. x. & ſeſ. 23. c. 8

¶ *Seq. gl. quærit, arguit contra, & pro, & ſoluit.*

m ¶ *Italiæ.*] quid econuerſo, ſi ep̄s vltramontanus ordinet Italicum? non videtur hæc decr. locum habere, quia pœnalis eſt, & ſic reſtringenda: & ſic ꝓprium non excedit caſum. s̃. e. li. de ele. ſtatutum. de poe. di. j. pœnæ. In contrarium videtur, cum per omnia ſit eadem ratio vtrobique, ergo idem ius: nec videtur iſta ampliatio vel extenſio 4, ſecundùm ea quæ vides s̃. e. de elec. ſi poſtquam. vbi conſtitutio illa, cupientes. licet pœnalis locum habere declaratur in prouiſionib. & appellationib. & confirmationibus, de quib. ibi cautū non erat. Ad hoc ff. de ver. ob. à Titio. vbi enim eſt eadē ratio, & penitus omnimoda ſimilitudo, non proprie dicimus extendere. ff. ad l. Iul. de adul. ſi poſtulauerit. ff. de ed. quædam. §. nummularios. tunc enim pœnæ dicuntur extendi, quando ad caſum non omnino ſimilem extenduntur: & ſic intelliguntur contraria. Facit ad hanc q. quod not. mod. & Hoſt. præcipue s̃. de ele. nihil. & Cul. & Gar. e. ti. auaritiæ. dubitādo credo per primam rationem, quòd hæc decret. in Italicis vltra montes ordinatis, locum non habeat: & poteſt eſſe ratio, quia vltramontanus citra montes exiſtens, habet duo remedia, vt cito mittat ad proprium ep̄m, vel à Papa ſaltē, qui ſibi vicinus eſt, licentiam poſtulet, quod non ſic facile poteſt Italicus vltra montes exiſtens: habeant ergo in hoc caſu locum antiqua & moderna iura, iſtud autem ſuum ſcriptum caſum non excedat.

4 vide Iaſ. & doct. in aut. quas actiones. C. d ſacroſ. ecc. & Eucrard. in loco à rōne legis larga. & Fran. hic.

¶*Seq. gl. quærit, arg. negatiue & affirmatiue ſoluit, & contrario reſpondet, ponit opinionem contrariam.*

n ¶ *Clericum.*]quid dices ſi laicum ordinet in clericum? videtur quòd tunc locum non habeat per iura gl. prox. alleg. & ad hoc s̃. in prin. decr. Sed contra. j̃. c. vlt. cum ſuis concord. & eadem eſt ratio vtrobique, ergo idem ius erit. Sol. credo per vltimo dicta, & de laico in clericum ordinato hanc conſtitutionem intelligi: & facit quod dicam j̃. c. prox. & litteram lege punctando poſt vltramontanum, & non poſt clericum: & ſic tunc verum intellectum habebis, & licet prooemium de ſacris loquatur, conſtitutio generaliter loquitur, vel dicuntur hic ſacri ordines large, vt comprehendantur minores. ſic s̃. de biga. c. j. de hoc 32. diſt. in ſumma. Alij contra.

¶*Seq. gl. recit. per quæſtionem.*

o ¶ *Exiſtit.*]ſubaudi, vel vbi habet domicilium, licet alibi natus fuerit. j̃. eo. cum nullus. j. reſp. niſi dicere velis hoc ſpeciale in hoc caſu, quod credo verum 5. Et licet aliàs videam vnum ius ſuppleri per aliud, vt s̃. e. de ele. is cui. tamen iſtud non credo ſuppleri per illud, aliàs facillimum erit vltramontano infami ſe facere ordinari, quod vetat hæc conſtitutio.

5 Io. Mon. & Arch. cōtra p rōem ſeq. ad q̄ alleg. Io. Mo. C. d di. reſcri. l. j. ff. manda. l. fi. Ioan. An.

p ¶ *Litteras.*]hic not. duo ſpecialia: Primo caſum in quo ſcriptura requiritur, & habes de hoc s̃. de proba. c. 3. & dixi j̃. de cenſ. c. j. Secundo quòd non ſufficit licentia, niſi exprimatur cauſa. & eſt ſim. j̃. de ſen. exc. cum medicinalis.

q ¶ *Abſque ſpe.*]ſi. s̃. de ele. c. j. in fi. ep̄s ergo ſuper executione ſecum non poterit diſpenſare, vt olim poterat. 9. q. 2. Lugdunen.

r ¶ *Suſpenſos.*] in caſu iſto celebrans irregularitatem incurrit. & de hoc dicam j̃. c. prox. Ioan. And.

s ¶ *Speciali.*] ſic j̃. de of. vic. c. 2. & 3. & j̃. de pœn. & rem. c. 2. de reg. iu. in generali. Ioan. And.

t ¶ *Diſpenſari.*] quod enim per ſe non poſſunt, nec per alios poterunt, vt 46. diſt. ſicut. 23. q. vlt. his à quibus. ſicut econuerſo. j̃. de reg. iur. poteſt quis. & ibi plene dixi. Ioan. And.

Eos

EOs qui.]Tria facit.Primo punit ordinantem.Secundo ratificat pœnas ordinati,ibi,*His,quæ.*Tertio licentiat clericos ordinandos,ibi,*Clericis.*Ioan.And.

Casvs. Titius diœceſis Lemouiceñ. tempore ordinum celebrandorum ſe præſentauit epiſcopo Pictauen. & petiit ab eo ordinari: epiſcopus Pictauen. fuit incautus,& non petiit ab eo clerico Titio, an haberet licentiam à ſuo epiſcopo,quem clericũ ſciebat ipſe epiſcopus eſſe diœceſis Lemouicen.& ordinauit eum:verũ iſte Titius ordines receperit? Certũ eſt quòd ſic: ſed tamen eſt ſuſpenſus ab executione ſuorum ordinum. Sed vtrum epiſcopus Pictauen. ordinans puniatur? Reſp. quòd ſic:quia per vnum annum continuum eſt ſuſpenſus ab ordinum celebratione. Or ſanctiſſime Pater,quæritur,quid interim faciant clerici diœceſis Pictauen.qui durante illo anno volunt ordinari?Reſp.quòd ipſi ſine licentia proprij epiſcopi poterunt ordinari à proximis epiſcopis.*Alienæ.*]i.non ſuæ:nam clericus poteſt eſſe alienę parochię & ſuę,quia clericus reſpectu domicilij habet propriã diœceſim,licet ratione originis ſit alienæ diœceſis : ideo gl.exponit alienæ,i.non ſuæ, nec ratione domicilij,nec ratione originis,nec ratione beneficij:nam clericus quantum ad facultatem recipiendi ordines habere poteſt tres epiſcopos,ſ.epiſcopum domicilij,epiſcopum originis,& epiſcopum beneficij,vt j̃.c.prox.Hel.Regn. Not.primo,quòd ignorantia affectata æquiparatur ſcientiæ.concor.ſunt in gl.Not.ſecundo ex illo text.ibi,*Clericis quoque.*]quòd quis dicitur habere liberam facultatem exercendi actum, qui poteſt facere ſine licentia alterius:pro quo vide not.j̃.de præb.licet epiſcopus.Dominic.

†vide cōcil. Tridē.ſeſ.23 de refor.c.8

¶Gregorius x. in generali concil.Lugd.

¶*Qui ſcienter ordinauerint clericum alienum, per annum à collatione ordinum ſunt ſuſpenſi: & poſtquam ſuſpenſio fuerit manifeſta; poterunt ſubditi ſine ipſorum licentia à vicinis epiſcopis ordinari. Ioan.And.*

## CAP. II.

EOs [a] †, qui [b] clericos [c] parochię [d] alienæ [e] abſque ſuperioris ordinandorum licentia [f] ſcienter [g], ſeu affectata [h] ignorantia,vel quocunque alio figmento [i] quæſito præſumpſerint ordinare [k], per annum [l] à collatione ordinum [m] decernimus eſſe ſuſpẽſos.His,quę iura ſtatuunt [n] contra taliter ordinatos in ſuo robore duraturis. ¶Clericis quoque parochiæ taliter [o] ſuſpenſorum, poſtquam eorum ſuſpenſio fuerit manifeſta [p], abſque ipſorum etiam licentia [q] interim [r] recipiendi ordines ab aliis vicinis [s] epiſcopis,aliàs tamen canonice [t] liberam concedimus facultatem†.

† al. poteſtatem.

¶Bonifacius octauus.

¶*Epiſcopus originis,domicilij,vel eccleſiaſtici beneficij commendatitias ad ordines dare poteſt, inferiores Prælati non,niſi ex priuilegio : nec officiales epiſcoporum,ſed hi qui habent adminiſtrationem ſpiritualium illas bene concedunt.*

¶*Prima gl.ſummat.*

a ¶ *Eos.*]Qui ſcienter ordinauerint clericum alienum,per annum à collatione ordinum ſunt ſuſpenſi:& poſtquam ſuſpenſio fuerit manifeſta , poterunt ſubditi ſine ipſorum licentia à vicinis epiſcopis ordinari.Ioan.And.

b ¶*Eos qui.*]generaliter loquitur,vt comprehendat quib.competit ordinare.s̃.de priuil.quia circa.[placet Dom.Fon.]

c ¶ *Clericos.*] de laicis dic vt j̃.c.vlt.

d ¶ *Parochiæ.*] i.diœceſis.9.q.2.Lugduneñ. quandoque econuerſo.de pecu.cle.c.2.Ioan.And.

e ¶ *Alienæ.*] i.non ſuæ,ſiue ſit proxima, ſiue remota.9.q.2.c.1. & c.epiſcopum.71.diſt.per totum.s̃.e.quod tranſlationem.

f ¶ *Licentia.*] quam quis dare poſſit,dicitur j̃.c.prox.

¶*Gl.ſeq.quærit,arg.pro,& ſoluit.*

g ¶*Scienter.*]Sed nunquid ſcire præſumetur vel ignorare,videtur quod ignorare.ff.de prob.l.verius.j̃.de reg.iu.præſumitur. Dic quòd præſumetur ſciens , niſi probet ignorantiam 1. Ad hoc s̃.de ele.innotuit.ibi,nec probare cogimus,&c.quia quẽlibet ordinandum ſcrutari 2 tenetur:vt 23.diſt.qui epiſcopus. 34.diſt.quando.videtur autem ad eam probandam ſufficere iuramentum 3, vt s̃.e.de ele.vt circa,& c.nulli. Et licet per alios examinet , ex ſua negligentia eorum culpa ſibi imputabitur. ad hoc de ſim.intantum.

1 Idem Dominic. Fon.

2 vide cōcil. Trident.ſeſ.23.de refor.c.5.&7.

3 Eſt verum, niſi iusvltra pſumptionē ꝺ ſciā ēt ſtatueret: nã tunc per iurm ñ ꝓbaretur ignorantia.c.vidua.s̃.de regu.Bar.in l.ſi cui.ff.de accu.Ph.Fō.

¶*Gl.ſeq.alleg.vnam concord.& ſoluit duo dubia.*

h ¶ *Affectata.*]æquipollent ergo ſcientia & affectata ignorantia.de clan.deſp.cum inhibitio.& dicitur affectata;ex quo ſcire potuit, ſed noluit : immo diſſimulauit. C. de inceſt. & inut. nup.l.qui contra.Et dico quòd ſi iurauit ſe ignorare, vt dixi in prox.gl. altera pars habebit neceſſe probare ſcientiam vel affectatam ignorantiam:& probabitur hoc per argumenta, vel coniecturas probabiles.s̃.de renun.c.2.e.lib.

i ¶ *Figmento.*]ſic ſupra eod.de ele.auaritiæ.vel quia forte dicit ſcholaris eſt,quem bene ordinare poſſum,vel fingit licentiam datam fuiſſe,vel dicit epiſcopum ordinandi amicum ſuum,ita quòd bene habebit ratam. 9.q.2.Lugduneñ. vel ſcire diſſimulauit litteras dimiſſorias ſubreptitias eſſe, vt ibi not. Hug. vel in fraudem cōſtitutionis huius aliquem in ſuum familiarem 4 recepit,vel ei beneficiũ contulit:hæc & ſimilia ſunt figmenta.

4 Qualiter epi pñtſuos familiares ordinare,vide cōcil.Trident.ſeſ.23.ꝺ refor.c.9.

k ¶*Ordinare.*]etiam ad primam tonſuram.71.diſt.primatus.de æta.& qual.cum contingat.in antiq.quod dic vt j̃.e.c.vlt.

¶*Gl.ſeq.ponit duas opiniones.*

l ¶ *Per annum.*]continuum,ſupra de ele.prouida.nota ius nouum, quia olim certa pœna contra tales non fuerat ſtatuta ſecundum quoſdam ; ſed ſecundùm Guil. hic mitigatur pœna, quia olim per annum à celebratione Miſſæ ſuſpenſus erat , & deponi debebat,vt 9.q.2.nullum. [7.q.2.epiſcopus in diœceſi.] puniuntur ergo in quo peccauerunt. 1.q.1. ſi qui epiſcopi. ſupra de his quæ ſi.à ma.par.cap.quæſiuit.Ioan. And.

m ¶ *Ordinum.*] omnium ſecundùm Guil.& Gar.& per hanc litteram:& ſupra e. vel nō eſt compos. vbi punitur in collatione omnium ordinum, qui in diaconatu peccauit: & ſi Papa voluiſſet, eum tantum illo quem contulit priuari expreſſiſſet , vt ſupra eod. litteras. & c.vlt.Nec de iure frui debet maioribus, qui minoribus caret. ff. de ſer.exp. cui pacto. & de or. ab epi.c.j. 5

5 Gl.reprobat Dñicus: qa iura indefinite loquentia reſtringuntur ad caſũ culpabilē.ca.ſi cōpromiſſarius.s̃.de elect.Fon.

¶ *Gl.ſeq.quærit,alle. pro. & contra,& ſoluit.*

n ¶ *Statuunt.*]quòd ſcilicet ordinatio rata non habeatur quo ad executionem.9.quæſt.2.per totum. 71.diſt.cap.1. quædam iura dicunt eos deponendos.7.quęſt.j.epiſcopus in diœceſi. Sed nunquid ſuſpenſus eſt ſic ordinatus ab executione, vel an habeat executionem niſi interdicatur? & videtur quòd neceſſarium ſit interdictum.ſupra eo.tit.quòd tranſlationem. ibi,interdicenda eſt,&c. Ad idem de off.arch. ſignificaſti. Sed contra , ſicut non tenet ſententia data à non ſuo iudice , ſic nec 6 ordinatio,vt 70.diſt.neminem.71.diſt.per totum.Sol.dicas illum ſuſpenſum ipſo iure,ſed non illa ſuſpenſione,quę irregularitatem inducat : ſed ſuſpendẽdum illa,vt in decr.quod tranſlationem. ſecundùm Hoſt.Guil.& Gar. vnde & in forma diſpenſationis , quæ talibus datur ab Apoſtolica ſede dicitur, ipſo iure ab ordinum executione ſuſpenſo: licet igitur ſuſpenſi ſint à iure , nihilominus & ab homine ſuſpendentur : quod eſt verum,niſi in caſu s̃.c.prox.

6 Intellige quoad executionē, vt bñ notat.in prin.glo.nã ordinati à ñ ſuo epo reuera manēt ordinati,cũ recipiãt characterem.

¶*Gl.duæ ſeq.ſoluunt duo dubia.*

o ¶ *Taliter.*] quia ſcilicet ordinauerunt clericos alienæ diœceſis : & per hoc dico quòd ſecus erit in aliis caſibus , in quibus hoc non inuenitur expreſſum. ad hoc ſupra titul.proxim. cap.1.de conceſ.præbend.quia diuerſitatem.in ant. s̃.de elect. ſuffraganeis.

Additio. Habet autem æquitatem hæc pœna , vt ſicut alienos ſine licentia ordinauerunt, ſic & ſui ſine eorum licentia ordinentur.Ioan.And.

p ¶ *Manifeſta.*] per euidentiam facti.ſupra de cohab.cle.c.vlt. vel quia eſt iuris notorium,vt in eod.tit.veſtra.& s̃.de ver.ſig. cum olim. aliàs in dubio à proprio prælato non recedent.8.q. 4.nonne.Ioan.And.

q ¶ *Licentia.*] quod enim à iure conceſſum eſt vlterius non eſt neceſſe à iudice poſtulari.ff.de cond.inſti.l.quæ ſub conditione.§.vlt.C.de theſ.lib.x.l.vna.Ioan.And.

r ¶ *Interim.*] ſcilicet anno ſuſpenſionis durante.

¶*Gl.ſeq.ponit opinionem.*

s ¶ *Vicinis epiſcopis.*]in ſua diœceſi:quia non intrabunt abſque ſua licentia parochiam ſuſpenſi,vt credo ſecundùm Guil.

t ¶ *Canonice.*] ſcilicet præcedente debita examinatione, & ſcrutinio,& temporibus debitis,ſupra eod.tit.de eo. & modo debito, ſcilicet non furtiue, vel per ſaltum, vel per plures ſacros eodem die,vel duobus continuato ieiunio,ſupra eod.litteras.& c.dilectus.

CVm nullus.] Sunt quatuor partes , quæ patent per §. Et determinat notata per Hoſt. in ſumma huius §. à quo. in prin.& per Inn.de cler.peregr.ſuper rubr.aliàs ſupra cap.1. Ioan.And.

Casvs. Dictum fuit ſupra per diſcurſum huius tituli , quòd clericus promouendus ad ſacros ordines non poteſt promoueri ab alio, quàm à proprio epiſcopo, niſi de licentia proprij epiſcopi:dubitatur quis dicatur proprius epiſcopus quantum ad dandum facultatem recipiendi ordines ab alieno epiſcopo , & etiam quantum ad facultatem ordinandi : Reſpondet, quòd clericus maxime beneficiatus dicitur habere tres epiſcopos,ſcilicet epiſcopum originis,epiſcopum domicilij, & epiſcopum beneficij:Et omnes iſti poſſunt ordinare, & dare licentiam recipiendi ordines ab extraneo epiſcopo:& ideo quilibet iſtorum dicitur proprius epiſcopus. Sed quid de aliis prælatis inferioribus, vtrum poſſunt dare licentiam recipiendi ordines ab alio, quàm ab epiſcopo ? Reſpondet quòd non, niſi ſibi fuerit ſpecialiter conceſſum à ſede Apoſtolica , vt ipſi poſsēt facere ordinari clericos vel ſubditos ſuos à quo mallet

epiſc

epiſcopo, dummodo catholico:Sed quid de officiali epĩ, vtrũ poſſit dare facultatem recipiendi ordines ab alio epõ?Reſp. ꝙ nõ regulariter, eo ipſo ꝙ eſt officialis, niſi de hoc fieret expreſſa mentio in creatione officialis. Sed quid de vicario generali epĩ? Dicendum ꝙ ſi epiſcopus ſit abſens in remotis partib. vicarius ſuus generalis poterit dare illã facultatem. Sed qd? ponamus ꝙ in hac diœceſi eſt Priorat⁹ dependens à monaſterio Clunacen. abbas Clunacen. contulit Prioratum in hac diœceſi exiſtentem alicui de illis partib. & iſte prioratus eſt manualis: qa reuocabilis ad nutũ abbatis: vtrũ prior & ſuus cõſocius poſſint ſe facere ordinari ab epõ Pictauen. Reſp. ꝙ ſic: licet ille Prioratus ſit reuocabilis ad nutum abbatis Clunacen. No. primo ꝙ appellatione parochię cõprehenditur diœceſis. ſi. ſ. c. prox. No. ſecũdo quo ad poteſtatem ordinandi poteſt quis habere tres iudices ſuperiores. Dominicus.

†vide cõcil. Tridẽt. ſeſ.7 đ refor.c.10 & ſeſ.23.ib.

## CAP. III.

CVm a † null⁹ b clericum c parochiæ d alienæ, præter ſuperioris ipſius licentiam debeat ordinare e: ſuperior intelligitur in hoc f caſu epiſcopus g, de cuius diœceſi eſt is, qui ad ordines h promoueri deſiderat oriundus i: ſeu in cuius diœceſi beneficium obtinet eccleſiaſticum k: ſeu habet (licet alibi nat⁹ fuerit) domicilium l in eadem m. ¶Inferiores quoque Prælati n, religioſi vel alij, niſi eis quòd ſuos clericos, aut ſubditos o, poſſint à quo voluerint epiſcopo p facere ordinari, à ſede Apoſtolica ſpecialiter ſit indultum q, vel officialis epiſcopi (cum ad hoc ſe ipſius officium non extendat r) huiuſmodi nequeunt licentiam impartiri. ¶Epiſcopo s autem in remotis t agente, ipſius in ſpiritualibus vicarius generalis, vel ſede vacante, capitulum u, ſeu is x ad quem tunc temporis administratio ſpiritualium noſcitur pertinere, dare poſſunt licentiam ordinandi.

*¶Poſſunt epiſcopi ordinare Priores Prioratuum non exemptorum, & ipſorum ſocios, quandiu morantur in illis, licet inde non fuerint oriundi. Ioan. And.*

¶Religioſi y vero à ſuis ſuperioribus in non exemptis Prioratibus deputati Priores, & eorum ſocij z, poſſunt à locorum diœceſanis, quãdiu morantur in ipſis Prioratibus ordinari licite, licet non ſint de eorum † diœceſibus oriundi a.

† al. ipſorũ.

¶Idem.

*¶Epiſcopus ſeu alius inferior primam tonſuram infanti nõ confert, niſi religionem intret: nec homini illitterato, nec homini alterius diœceſis, abſque ſui Prælati licentia, nec etiam coniugato, niſi religionem intret, aut ad ſacros promoueatur legitime: aliàs contra faciens punitur vt hic. hoc dicit. Zen.*

## CAP. IIII.

NVllus † epiſcopus, vel quiuis alius b infanti c (niſi forte religionem intraret d) ſeu illitterato: ſed nec abſque ſui *

†vide cõcil. Tridẽ. ſeſ. 23 de refor. c. 4

¶*Prima gl. ſummat.*

a ¶*Cum nullus.*] Epĩs originis, domicilij, vel eccleſiaſtici beneficij commendatitias ad ordines dare poteſt, inferiores Prælati non, niſi ex priuilegio: nec officiales epiſcoporũ: ſed hi qui habẽt adminiſtrationem ſpiritualium, illas bene concedunt, & poſſunt epiſcopi ordinare priores prioratuum non exemptorum, & ipſorum ſocios quandiu morantur in illis, licet inde non fuerint oriundi.

b ¶*Nullus.*] generaliter loquitur, vt dixi ſ. c. prox.

c ¶*Clericum.*] vel laicum. j. c. prox.

d ¶*Parochiæ.*] id eſt diœceſis.

e ¶*Ordinare.*] ſ. c. prox. cum ſuis concor.

f ¶*Hoc caſu.*] ſ. in danda tali licentia, hoc dixi, quia multis aliis modis dicitur quis ſubditus alterius, & de eius foro: quod dic vt ſ. de fo. comp. c. vlt. & ff. de iud. hæres abſens. §. 1.

g ¶ *Epiſcopus.*] ergo non inferior. vt j. §. prox. & eſt ſi. ſ. eod. de ele. cum ex eo.

h ¶*Ordines.*] quoſcunque minores, vel ſacros.

i ¶ *Oriundus.*] dicitur enim quis ibi domicilium retinere, vnde oriundus eſt. ff. de ſena. l. pe.

¶*Gl. ſeq. ſoluit duo dubia.*

k ¶ *Eccleſiaſticum.*] ad differentiam alterius beneficij vel prouentus ſecularis 1: & talia eccleſiaſtica beneficia ſine inſtitutione canonica obtineri non poſſunt, vt j. de reg. iu. ca. 1. cum ſuis cõcor. & intelligo ſiue iſtud ſit beneficium propter quod ordinem recepit, ſiue non: cum generaliter & non diſtinguendo loquatur, vnde nec diſtinguere debeo. 2. q. 5. conſuluiſti. ſ. de tranſla. inter corporalia.

1. Idẽ tñ eẽt ĩ talib. c. qa nõnulli. de magi. Phili. Dom. Font.

l ¶ *Domicilium.*] poteſt quis habere domicilium in plurib. locis. ff. ad mun. l. aſſumptio. §. iuris prudentib. de fo. com. ex parte B. in ant. ſ. de reſcr. dilectus. 2. quod verum eſt, ſi in vtroque ſe æqualiter collocauit, vt ibi. & j. de ſepul. ca. 2. aliàs ibi dicetur habere domicilium, vbi maiorem partem rerum ſuarum habet. ff. ad munic. eius. §. vlt. C. vbi ſe. vel cla. ſenatores. aliàs ſola domus poſſeſſio, quæ in ciuitate alia comparatur, domicilium non facit. ff. ad munic. libertus. §. ſola.

m ¶ *In eadem.*] ſubaudi, vel dominus Papa. ſ. c. 1. & j. §. prox. ipſe enim ordinarius eſt ſingulorum. 9. q. 3. cuncta per mũdum. Et Roma communis eſt patria. ff. ad munic. Roma. & ibi poteſt quilibet conueniri, vt ſ. de fo. comp. c. vlt.

n ¶*Prælati.*] puta abbates, archipresbyteri, vel archidiaconi. & habes de his ſ. de of. arch. ſignificaſti. dicit enim canõ litteras epiſcopi neceſſarias, & non inferioris. 71. diſt. extraneo.

o ¶*Subditos.*] laicos.

p ¶ *Epiſcopo.*] dum tamẽ catholico: & habes de hoc priuilegio ſ. de præſcr. veniens.

¶*Gl. ſeq. recitetur per quæſtionem.*

q ¶*Indultum.*] ſubaudi, vel niſi hẽant ex cõſuetudine pſcripta, vt hoc facere poſſint: in hoc caſu bñ valet cõſuetudo ſecundũ Io. q hoc no. 9. q. 2. epm. & facit qđ no. Ber. ſ. de of. arch. ſignificaſti. nec. n. conſuetudo reuocatur per nouam cõſtitutionem. ſ. de conſt. c. 1. eo. li.

r ¶*Non extẽdat.*] niſi habeat ſpeciale mãdatum ad hoc, vt j. de of. vic. c. 2. & 3.

s ¶ *Epiſcopo.*] ſuper hoc vide qđ no. Ber. & moderni de off. arch. ſignificaſti.

¶*Gl. ſe. quærit, ponit opi. & ſoluit.*

t ¶*Remotis.*] quẽ locũ dicis remotũ? Dicunt qdã de citra & vltra mõtes, p decr. ſ. de elect. nihil. ſed hoc eſt falſum, ꝙ ſolũ talis loc⁹ dicatur remotus: qa aliud ẽ dicere valde remoti, vt ibi: & aliud, remoti: vt hic, ſicut aliud ẽ dicere cautio: qa tunc intelligitur nuda cautio, vt C. đ ver. ſig. ſancimus. & aliud ſufficiẽs cautio, & tũc intelligũtur pignora vel fideiuſſores. ff. mand. ſi mãdato. §. vl. Sed vř ꝙ remoti dicãtur extra prouinciam. ſ. đ ele. corã. C. de pſcr. x. vel xx. an. l. vlt. vel vltra duas dietas, ſ. de reſcr. nõnulli. vel vltra vnam, vt e. tit. ſtatutum. Satis crederem hoc arbitrarium iudici, quis locus dicatur remotus.

locus quando dicatur remotus.

Add 1 t i o. Concor. Hoſtienſis de ſen. exc. relatum. & Arch. j. de teſta. c. 2. 2. reſp. Hodie talibus vicariis datur ſuper hoc expreſſa poteſtas: ita quòd etiam epiſcopis præſentibus tales licentias concedunt. Ioan. And.

v ¶*Capitulum.*] quod tunc in ſpiritualibus adminiſtrat, vt ſ. ti. prox. c. vlt. & pe.

x ¶ *Is.*] puta viſitator, 61. diſt. qñ. ſ. tit. prox. c. vl. ſ. de ele. is cui.

y ¶ *Religioſi.*] etiam exempti, vt aliqua fuerit dubitatio, & per hoc quod dicit, in non exemptis: vel fuerit dubitatio, quia nõ erant perpetui. & hoc eſt verius.

Addit i o. Facit cle. de ſup. negl. præl. c. 1. §. pmiſſa. p quam reprobatur opinio dicentium, ꝙ in beneficiis eccleſiaſticis non perpetuis epĩs talis beneficij non dat commendatitias. Io. An.

z ¶*Socij.*] non enim ibi debent eſſe ſoli: quia, væ ſoli, &c. Eccleſiaſtici. 4. 7. q. 1. illud, & de ſta. mo. monachi. & probatur eo. tit. quod Dei timorem.

a ¶ *Oriundi.*] quia tunc poſſent ratione originis, vt ſ. 1. reſp. & ſicut poſſunt ordinare, ita dico quòd commendatitias ad ordines dare, vt ibi.

N*Vllus epiſcopus.*] Duo facit: Primo prohibet, ſecundo punit: ibi, *Qui vero.* Dominicus.

¶Dictum fuit in c. eos. ſ. e. ꝙ epiſcopus extraneus non poteſt ordinare extraneos clericos ſine licentia proprij epiſcopi: Sed quid de laico, vtrum extraneus epiſcopus poſſit laico conferre primam tonſuram impune? Reſp. ꝙ non: immo eſt ſuſpenſus per vnum annum à collatione primæ tonſuræ. *Diffinitum.*] vt ſi vir velit promoueri ad ſacerdotium, quòd fiat cum conſenſu vxoris ſuæ: quæ ſit antiqua, & voueat continentiam: nam ſi eſſet iuuenis, oporteret quòd intraret religionem.

b ¶*Alius.*] puta abbas 2 vel presbyter, qui pſalmiſtatum conferre poſſunt. 69. diſt. quoniam. 23. diſt. pſalmiſta.

2 Vide circa hoc qd hodie ſanciuerit cõcil. Tridẽt. ſeſ. 23. đ refor. c. 10.

Add i t i o. vide quod dixi. ſ. c. 1. ſuper gl. puta, abbates. Io. And.

c ¶ *Infanti.*] ſcilicet minori 7. annorum. ſeptenni ergo poteſt conferre tonſuram. 28. diſt. de his, & 77. diſt. in ſingulis. & facit ſ. de elect. ex eo, de præb. ſuper inordinata. & quod ibi no. Ioan. And.

d ¶ *Intraret.*] ergo minor 7. ann. poteſt religionem intrare 3: quod verum eſt, [Saltem per oblationem parentum vel tutorum.] ſed præciſe non obligatur: vt ſ. de regu. quia in inſulis. & cap. ad noſtram. & dic vt j. de regu. is qui. & ca. non ſolum, & c. ſeq. Ioan. And.

3 de mña hº gl. vide pleniſſime p B. Tho. 2. 2. q. 189. art. 5.

a ¶*Superioris.*] vt ſ.c.prox.1.reſponſo.Ioan.And.
b ¶*Homini.*]laico:quod apparet, quia confert primam tonſuram. Olim volebant quidam dicere, ꝙ clericum alterius epi qs non poteſt ordinare, ſed laicum ſic, & hoc dicebant per decr. ſ.e.eos qui. & hoc falſum erat, vt 71.di.primatus.vbi etiam de laico expſſum erat.

Additio. Intellige de laico, qui nõ tranſtulit domicilium, vt ibi no.Io.And.
c ¶*Alienæ.*]i.nõ ſuę: quia etiam ſi alienę eſſent, dummodo & ſuę, nihilominus poterit ordinare.
d ¶*Tonſuram.*] per quam immunitate gaudet, & clericalis ordo cõfertur. ſ. de ęta, & qual.cũ contingat.Ioan.And.
e ¶*Diffinitum.*] qđ dic vt no. ſ.de conuer.coniug. coniugatus.

Additio. Et hic terminantur quæ ibi no.Ioan.And.
f ¶ *Peccauerit.*] de his quę fi.à ma.par. ca.quæſiuit.

ſuperioris [a] licentia homini [b] diœceſis alienæ [c] clericalẽ pręſumat conferre tõſuram [d]: nec etiam coniugato, niſi volenti religionem intrare, aut ad ſacros ordines promoueri: prout eſt ſacris canonibus diffinitũ [e]. ¶Qui vero contra fecerit (vt in eo, in quo peccauerit [f], puniatur) per vnum annum [g] à collatione clericalis tonſuræ duntaxat [h] nouerit ſe ſuſpenſum [i].

## TITVLVS X.

### De ætate, & qualitate, & ordine præficiendorum.

¶*Gl.ſeq.quærit, & remittit.*
g ¶*Annum.*] integrum & continuum.ſ.de ele.prouida.eo.lib. Quid ſi ſit biſſextus? Dic vt no. Io.55.diſt.c.2. & Ber.ſ.de verb. ſig.quæſiuit.
h ¶*Duntaxat.*]ideſt, tantummodo. Et no.pro eo quod dixi ſ.e. ti. & li. eos qui.quia ſi ibi Papa voluiſſet ſolum illos eſſe priuatos à collatione ordinis, quem inique contulerunt, hoc expreſſiſſet, ſicut & hic fecit. Ad idem ſ.e.litteras. & c.dilectus. & ſ. de deci.ad audientiam. Et intelligo hoc verum quando ſolam clericalem tonſuram contulit: aliàs etiam in vlterioribus quos contulit, punietur per iura ſupradicta. & 1.q.1.ſi qui.
¶*Gl.ſeq.quærit, & ſoluit.*
i ¶*Suſpenſum.*]ipſo iure. ſed nunquid tonſuram licebit tunc ab alio epiſcopo ſubditis ſuis recipere? Dic quòd cum hoc non repenatur expreſſum, non videtur ſic licere.

DE AETATE, ET QVALITATE, ET ordine præficiendorum.

Cõtinuatio dom.Helię.

¶*Dictum fuit ſupra de qualitate & ætate promouendorum ad ſacros ordines: nunc eſt videndum de ætate, & qualitate. & ordine præficiendorum, id eſt, promouendorum ad beneficia eccleſiaſtica obtinenda: ideo competenti ordine annectitur hæc rubrica de ætate & qualitate, &c.*

P*Ermittimus.*]Non diuiditur, quia breue.
¶Pro intellectu huius cap. præſupponendum eſt primo quod habetur in c.cum in cunctis. §.inferiora.de elec.in ant. videlicet, ꝙ in promouendis ad beneficeia eccleſiaſtica etiam ſimplicia, requiritur quòd talis 24.annum compleuerit, & attigerit 25.

Casvs. Vacante aliqua dignitate ſimplici, i.ſine cura, quia obtinens eam non habebat iuriſdictionem in foro pœnitentiali nec contentioſo: epiſcopus illam dignitatem affectabat conferre Titio minori 24. annorum, quæritur an poſſit epiſcopus diſpenſare cum ipſo Titio minori, & ſibi conferre illam dignitatem? Reſpondet Romanus Pontifex quòd ſic: dumtamen nõ habeat ille Titius alium defectum, quia ſi eſſet illegitimus, habilitatio ſpectat ad Papam quo ad ſacros ordines & dignitates: licet epiſcopus poſſet diſpenſare in minoribus ordinibus, vel etiam ſi iſte Titius minor 24. annorum ſit legitimus filius, & in matrimonio natus, ſed pater eius habuerat illam dignitatem. No.primo ex hoc textu: quòd de lege communi minor 24.annorum nõ poteſt obtinere dignitatem vel perſonatum: etiam ſi ſit ſimplex, hoc eſt, non habeat iuriſdictionem in foro pœnitentiali vel contentioſo. No.vlterius, quòd epiſcopi poſſunt diſpenſare in ſimplici dignitate vel perſonatu ſuper defectu ætatis. No.finaliter, quòd ad hoc vt epiſcopus poſſit diſpenſare, requiritur quòd ille compleuerit annum xx. & attigerit xxj. Idem dicimus in promouendis ad abbatiam. c.indemnitatibus.ſ.de elect.eo.lib.
¶*Gl.prima ponit, quid determinet.*
k ¶*Permittimus.*] Determinantur per iſtud c.notata per Ber.ſ. de ele.cum in cunctis.§.inferiora, & e.ti.cum dilecti. & ſ.e.ti. indecorum. & c. præterea.per ipſum & modernos.

Additio. Et in Specu.titu.2.§.nunc de epiſcoporum. ver.53. Ioan.And.
¶*Gl.ſeq.tripliciter opponit, & reſpondet.*
k ¶*Permittimus.*]videbatur permiſſum etiam in citeriori ætate. arg.à contrario illius decret.ſ.c.indecorum. & arg.directo illius decre.e.tit. ex ratione. & arg.à pari illius eo.tit. præterea. nam in decret.ex ratione.diſpenſant cum decenni, in decr. præterea. diſpenſant in ordine: ergo pari ratione in ætate, vt ibi notat Hoſt. Sed ad primum dic quòd arg.à contrario non procedit vbi reperitur in iure contrarium, licet aliàs ſit fortiſſimum: de his quæ fiunt à præla. cum Apoſtolica. in fin. ſed contrarium reperitur ſ.de elec. cum in cunctis.§.inferiora. ergo non procedit argumentatio illa. Ad decre. ex ratione. dico illud fuiſſe ex ſpeciali mandato Papæ. Ad decret. præterea. dico valde maius eſſe pati defectum in ætate, quã in ordinibus, vt per te vides, & probatur de inſtit. cap. 2. j. eod. lib. & de præben. ſi pro clericis. noua ſit igitur hæc permiſſio.

¶Bonifacius octauus.

¶*Epiſcopus diſpenſat cum maiore xx. annis in dignitatibus & perſonatibus nõ curatis, ſi aliud non obſtet. hoc dicit. Dom.*

## CAP. VNICVM.

PErmittimus [k] †, vt epiſcopi [l] cũ his, qui vigeſimum annũ compleuerint [m], ꝙ dignitates, vel perſonatus, quibus animarum cura non imminet [n], valeant obtinere: poſſint (ſi † aliud non obſtat canonicum [o]) libere diſpenſare [p].

† vide cõcil. Tridẽ.ſeſ.24 đ refor.c.12

† In manuſcriptis ita: ſi aliud canonicum ñ obſiſtat.

l ¶*Epiſcopi.*]inferioribus credo vetitum. & facit ſ.ti.prox.c. 3. 1. & 2.reſp.ſ.de lect.cum ex eo.
¶*Gl.ſeq.inducit tria ſimilia. ſecunda pars reci.per quæſtionem.*
m ¶*Compleuerint.*]Nota non ſufficit attingere, ſicut in epiſcopo.ſ.de elect.cum in cunctis. & in abbatiſſa.ſ.de elect. indemnitatibus.1.reſponſo. & in delegato.ſ.de offi.deleg.cum vigeſimum. Et quod dixit hic Papa de 20.an.idem, ſi voluiſſet, dicere potuiſſet de citeriori vel vlteriori tempore: quia iſta talia, ſunt illa de quibus dicit lex, quòd non omnium quæ à Principibus fiunt, ratio reddi poteſt. ff.de legib.non omnium. & de hoc ſ.de reſcrip.ſi quando. tamen ſatis ęque concordando ad alia iura de 17.an. conſtituiſſet. ſicut in procuratore ad negotia dicimus j.de proc.qui generaliter.§.vlt. & ſicut de aduocato.ff.de poſtu.l.1. & 3.q.7.§.tria. ſed vt prædixi, ſic placuit principi, & ſufficit ſic ſcriptum eſſe.ff.qui & à qui.proſpexit.6.q.3. ſcriptum eſt in lege.ſ.de fe.c.2.in prin.

Rationẽ de arbitrariis reddere nõ cogimur.

n ¶*Non imminet.*] in illis ergo ſecus: ſicut & in parochialibus eccleſiis. ſ.eo.de elect.licet canon. & hoc forte voluit dicere Io. qui no.de elect. cum dilecti.in antiq.quòd in minoribus dignitatibus ſimplex epiſcopus dabit veniam ætatis: vel forte aliter intellexit.
o ¶*Canonicum.*]quia non ſunt illegitimi, non corpore vitiati, nec bigami, nec criminoſi.Ioan.And.
¶*Gl.ſeq.primo quærit & remittit: ſecundo quærit, & ponit duas opi, contrarias.*
p ¶*Diſpenſare.*] Sed nunquid promouendo diſpenſat? de hoc vide 51.diſt, qui in aliquo.54. diſt.ſi ſeruus.in prima glo.81.diſt. ſi quis ſine.16.q.1.eccleſia.in antiq.de conceſſ.præbend.litteras. de ſchiſ. fraternitatis. & per modernos de fil. presby. veniens. & de cleri.coniug.diuerſis. Et ſatis eſt euidens argum. quòd promouendo non diſpenſat 1: quia punitur promouens. ſ.de elect. nihil eſt. ſed hic determinatum eſt de patiente defectum in ætate. Quid de patiente defectum in ordinibus ſi eligatur ad tales perſonatus vel dignitaies ſine cura, nunquid neceſſaria eſt epiſcopi diſpenſatio, vel an de iure communi ad illa talis eligi poſſit? Tenent Inno.Ber. & Compoſtel.quòd de iure communi ad illa talis eligi poſſit 2: argu.à contrario decret.cum in cunctis.§.inferiora. & dicit idem eodem argu.per decret.ſ.eo.præterea. Ad c.60.diſt.per totum, reſpondent illa correcta, contraria conſuetudine: vel cum ibi dicatur in archidiaconum non debere quem aſſumi, niſi ſit diaconus, in præpoſitum niſi ſit presbyter; patet illa correctio per decret. cum in cunctis.§.inferiora.quæ de ordine nihil dixit, & per id quod ibi dixit: ſi moniti non fuerint, &c. & hoc notat Inno.in prædicto §.de re iud.cum olim. & Compoſt.eo.titu.dudum.1. Ad decret. dudum. 2. dicunt quòd idem iudicium eſt quo ad pluralitatem: vel allegatio fuit illa Hoſtienſis contra, in decre. prædicta, præterea. & in decret.cum in cunctis. pro quo facit quod notat Ber. de his, quæ fiunt à maio.par.cap.ex ore.in gl. quia erat. & hæc opinio expreſſa erat indeciſa ipſius decret. ex ore. & probatur optime de elect.dudum.1.in antiq. Ad id quod dicitur de capitulis.60.diſtinct.per totum.in quibus dicitur quòd archidiaconus, diaconus, & præpoſitus presbyter debet eſſe: dico ſecundùm Hoſtien.ibi ſubaudiendum, vel ſubdiaconus, cum in epiſcopum etiam poſſit eligi.de æta. & qualita.à multis.

1 Si nõ pcedat cãę cognitio.Phil.

2 Idẽ Archi.

DE FILIIS PRESBYTERORVM, ET aliis illegitime natis.

*¶Sub Bulla fuit,& aliis non legitime natis:& merito,quia nigrũ de primis expreſſe non loquitur,& propter plura infra dicenda in diſpenſationis formam quàm reſcripti. in Spe.e.ti.in fi.Io.And.*

Cõtinuatio dom.Helię.

*Dictum fuit ſupra titulis præcedentib. de promouendis ad ordines & beneficia eccleſiaſtica: verum quia poſſet dubitare aliquis, vtrum filij presbyterorum de lege communi ſine diſpẽſatione poſſint promoueri ad ordines vel beneficia eccleſiaſtica:ideo competenti ordine ponitur de filiis presbyterorum promouendis ad ordines vel beneficia, q̃d iuris ſit videamus.*

†In aliquot antiqs cod. deſunt hæc verba,& aliis illegitime natis.

† al.ita:patitur in natalibus.

# TITVLVS XI.

## De filiis presbyterorum, [& alis † illegitime natis.]

¶Bonifacius octauus.

*¶Cum illegitime natis diſpenſant epiſcopi in minoribus ordinibus, & beneficio ſine cura:dummodo ſit tale,in quo aliàs diſpenſare poſſint: in aliis diſpenſatio Papæ requiritur.Ioan.And.*

## CAP. I.

IS, qui [a] defectum [b] patitur† natalium ex diſpẽſatione [c] epiſcopi [d] licite poteſt(ſi ei aliud canonicum [e] nõ obſiſtat) ad ordines promoueri minores, & obtinere beneficium [f], cui cura non imminet animarum: dummodo ſit tale [g], ſuper quo per ipſum epiſcopum valeat diſpenſari: ¶Ad ordines quoq; maiores [h], vel † beneficia curam animarum habentia, ſuper quibus nequit epiſcopus diſpenſare, ſine diſpẽſatione ſedis Apoſtolicæ [i] promoueri non poteſt.

*¶Si diſpenſatum fuerit cum aliquo, quòd non obſtante vllo defectu poſſit ad curatũ beneficium promoueri:prætextu illius diſpenſationis non poterit duo beneficia inſimul obtinere.Ioan.And.*

¶Ille vero,cum quo per ſedẽ [k] diſpenſatur eãdem, vt præmiſſo non obſtante defectu [l], valeat ad beneficium,etiam ſi curam animarum habeat, promoueri: nequit prætextu diſpenſationis huiuſmodi (quã exorbi-

IS qui.] ſũt duo dicta ſecundũ: ibi, *Ille vero*.Dom.

¶Gloſſa intelligit iſtud c. q̃ diſpẽſatus vt poſſit obtinere (non obſtante defectu)beneficium curatum virtute diſpenſationis, non poſſit ſimul obtinere duo beneficia: ſed tunc iſtud c.nõ cõtineret difficultatem per ca.de multa. de præb.in ant.vbi dicitur, q̃ quis non poteſt ſimul tenere duo beneficia, etiam ſi eſſet legitime natus:ideo in hoc reprehenditur gl.noſtra.Sed dicunt moderni q̃ iſtud c.intelligitur, q̃ illegitimus diſpenſatus,vt poſſit obtinere quodcunque beneficium,non poteſt obtinere duo beneficia,etiam ſi vellet dimittere primum,ſi illud ſemel acceptauit, quia expirauit ſua diſpenſatio in primo beneficio acceptato, vt c.non poteſt.j̃.de præb.vbi ſi q̃s ſit diſpenſatus ad plura beneficia,eſt verificata ſua diſpẽſatio in primo beneficio accepto,vel duob.primis obtentis:ergo idem in caſib.huius c.

Casvs.Certum eſt quòd in promouẽdo ad beneficium, etiam ſimplex, requiritur quòd talis ſit procreatus ex legitimo matrimonio.c.cum in cunctis.de elec.in ant. idem eſt in promouendo ad primam tonſurãm: ita quòd illegitime natus ſine diſpenſatione non poteſt promoueri ad ordines, etiam ad primam tonſuram, vt dixi : Sed quæritur vtrum ſolus Papa poſſit diſpenſare?Reſp.quòd non:immo aliquotiens ſufficit diſpenſatio epiſcopi , ſcilicet quando talis illegitimus vult promoueri ad minores ordines, vel ſi vult promoueri ad beneficia ſimplicia:Si autem vellet promoueri ad ſacros ordines, vel ad beneficia ſuſtinentia adminiſtrationem, vt dignitatem,vel perſonatum, vel curata, requiritur diſpenſatio Papæ. Sed quid ſi Papa diſpenſat cum illegitime nato , vt poſſit acceptare quodcunque beneficium,etiam ſi illi immineret cura animarum?Accidit quòd illi illegitimo fuit collatum vnum beneficium, illud acceptauit: poſtea fuit ei collatũ aliud pinguius beneficium, vtrum poſſit licite accipere? Dicit Romanus Pontifex q̃ non, ſecundum veriorem intellectum, quia diſpenſatio ſua eſt verificata in primo beneficio obtẽto,licet gl.aliter intelligat. Sed Dominicus de S.Gem.& moderni doctores in hoc reprehendunt gl.quia tunc iſtud c.non contineret dubitationem, quia legitime natus nõ poteſt obtinere duo beneficia curata. c.de multa.alle.ergo multo minus illegitime natus, & hæc ſunt vera,niſi in diſpenſatione fuiſſe dictum,quòd obtẽto vno beneficio,poſſet aliud acceptare,& primum dimittere,vt ſit quotidie.Heli.Regnier. No.primo,quòd vbi ſubſunt plura impedimenta:per remotionem vnius non ſequitur remotio alterius, licet enim tollatur illegitimitas,non per hoc tolluntur alia canonica impedimenta: Ad hoc s̃. de vſu pallij.ex tuarum.& de priui.paſtoralis.No.ſecundo,quòd cum illegitimo, vt promoueatur ad ſacros ordines , vel obtineat beneficium curatum, ſolus Papa diſpenſat.Dominicus.

*¶Prima gl.ponit ſummam,& quid declaret.*

a ¶*Is qui.*] Cum illegitime natis diſpenſant epiſcopi in minorib. odinib. & beneficio ſine cura:dummodo ſit tale in quo aliàs diſpenſare poſſint:in aliis diſpenſatio Papæ requiritur. Si diſpenſatum fuerit cum aliquo quòd nõ obſtante illo defectu poſſit ad curatum beneficium promoueri : prætextu illius diſpenſationis,nõ poterit duo beneficia inſimul obtinere.Emanauit ad declarationem eorum quę notantur s̃.e.ti.c.pe.& vl. Additio. Et Gul.in Spec.ti.2.§.nunc de epiſcoporum.in vlt. col.qui tenere voluit, quòd ex cauſa epiſcopi diſpenſare poterant in ſacris: fatebatur tamen curiam tenere, quod hic dicitur.Ioan.And.

*¶Gl.ſeq.ſoluit dubium.*

b ¶*Defectum.*]indiſtincte intelligo,prout iacet de quocunque defectu,ſiue ſit ſpurius,ſiue adulterinus,vel naturalis 1, licet aliàs quo ad ſucceſſiones diſtinguatur: nec ita de facili diſpenſetur cum vno ſicut cum reliquo, & ſic intelligatur s̃. de renunc.niſi cum pridem. §. perſonæ vero,&c. Eſt enim dignus venia qui alieno vitio laborat. C.de nat.li.l.legem. Additio.Idẽ Arch. alle.28.q.1. idololatria. s̃.de cle.coniu. c.2. Idem Ioan.Mo. Ioan.And.

1Et rõ eſt ſecũdũ Phili. hic, q̃a ptãs diſpẽſãdi, cui⁹ effecti⁹ ñ ĩ epm, ſʒ ĩ aliũ deriuatur dẽt late interptari.

† in aliquot antiqs cod. ita, vel bñficia,ſup q̃b⁹ nequit,&c. abſque illis verbis,curã animarum habentia.

c ¶ *Diſpenſatione.*] nunquid promouẽdo diſpenſet? Vide remiſſiones,quas dedi s̃.c.prox.Io.An.

d ¶ *Epiſcopi.*] in contrarium videbatur s̃.e.litteras. vbi Papa cum talib. in clericatu diſpenſat:ſed ratio eſt, quia petitum fuit à Papa:nam & epiſcopus poterat,vt no.Ber.e.ti.c.vl.

e ¶*Canonicum.*]facit quod dixi s̃.c.prox.

f ¶ *Beneficium.*] intelligo ſimplex: [Etiam ſi ſit canonia eccleſiæ cathedralis,ſecundùm Arch.]quia in perſonatu, vel dignitate etiam ſine cura, vt s̃.ca.prox. non credo quòd diſpenſare poſſint.ca.ad hoc. 2 e.ti.& de præben.c.vlt. & de hoc de ele. dudum.2.

2Idem Dominic. Fon.

*¶Gl.ſeq.ponit tres lecturas,& opiniones circa primam.*

g ¶ *Tale.*] quia non paternum 3 immediate,ſuper quo non poteſt epiſcopus etiam cum legitimo diſpenſare ſecundùm Vincen.s̃.eo.ex tua.Goffre.in ſumma huius titu.§.circa aliud. Bart.Brixien.56.diſtinct.in ſumma.Ber.& Pet.de Samp.in prædicta decreta. ex tua.& Innoc.eo.titu. ca.vlt. ſecundùm Ioan. qui hoc notat 56.diſtin.in ſumma.& Tan.in dicta decreta.Sed dixit Vincen. quòd ſi tamen eſſet epiſcopus hoc facere non auderet. Goffr.s̃.de elect.innotuit. Ray.in ſumma huius titul. & Hoſtien.in dicta decretali tenent contrarium 4. Ad decret. pen.s̃.eod.titul. reſpondent, quòd de illegitimo loquitur : de tali forte beneficio loqui voluit hæc littera. Vel intelligas de beneficio quod habeat eccleſiam curatam annexam : ad hoc j̃.de præbend. ſuper eo. Vel de beneficio quod ex priuilegio, conſuetudine, vel ſtatuto requirat ſacrum ordinem:quia cum in ordine tali diſpenſare nõ poſſit:ergo nec in beneficio,quod illum ordinem requirit. de conſtit.tranſlata.1.q.3.ſi quis obiecerit.& c.ſi quis præbendas 5. Et eſt ſimi.quod dixi s̃.de reſcr. ſi eo tempore.

3 Vide oĩno cõcil.Tridẽ. ſeſ.25. de reform.c.15.

4Qui tñ fatetur, q̃ curia tẽt primũ.Io.An.

5 Idem Arc. q̃ all.ff.d̃ le. j.ſed&ſi res & j̃.d̃ pb. is cui. Et idẽ Io.Mo. q̃ d̃t idẽ vbi ſtatutũ iuratũ p ſed.apoſt. cõfirmatũ, ñ acq̃rit illegitimum. Ioan, And.

h ¶ *Maiores.*] hoc intellige de ſeculari clerico:nam in regulari ſecus eſt,quia de iure talis promouetur ad ſacros. s̃.eo. tit.ca. 1.56.diſt.cap.1.& ca.naſci.& hoc tenet Ioan.56.diſt. in ſumma Ber.s̃.eo.ca.vlt. Goff.in ſumma huius tit.§.circa filios.nec per hoc intelligitur diſpenſatum in epiſcopatu. arg.de ſenten.excom. quia periculoſum. de conceſſ.præben.dilectus.in antiq. vbi de hoc per Innoc.& Hoſt.12.diſtin.nos conſuetudinem. & j̃.ca.prox.

Additio. Idem hic Archidiaconus quòd idem Compoſtel. s̃.de elect.cum in cunctis.& Gulielm.in Specu.titul.2.§.final. verſi. quid & ſi diſpenſatum. Et de his quæſtionibus ad materiam,ibi vide in verſicu,ſi præcedentibus.& verſi.ſeq.Ioannes Andr.

*¶ Gl.ſeq.ſoluit dubium & remittit:ſecundo quærit,& dupliciter ſoluit.*

i ¶ *Sedis Apoſtolicæ.*]nec ſufficit diſpenſatio legati,vt s̃.eo.ti.c. pe.& dic vt ibi.Sed quæro quare epiſcopus diſpenſat in criminalibus ab adulterio citra,& non in defectu?Sol.6 Facilius deletur irregularitas proueniens ex crimine : purgatur enim per pœnientiam:non ſic in defectu.26.diſt. deinde. vel maior eſt irregularitas proueniẽs ex origine,quàm ex crimine, quia prima ex natura,ſecunda ex accidenti:ſed naturalia immutari non poſſunt.6.diſt.§.vlt.

6ſecundùm Gof.s̃.ca.fi. & in ſum.e. ti.verſ.pen. Ioan.And.

k ¶ *Per ſedem.*] eadem ratione dico idem de illo, cum quo diſpenſatur per epiſcopum, vt poſſit ad minores ordines, & ad beneficium ſine cura licite promoueri,cum eadem ſit ratio.

l ¶*Defectu.*]propter hoc à ſecularib.non repellitur honorib.ff. de decu.l.ſpurij.& l.generaliter.§.ſpurios.Ioan.And.

a ¶ Odio

a ¶ *Odioſam.*] j̃.de reg.iur.odia.cum ſuis concor.
b ¶ *Obtinere.*] Concor.j̃.de præb.non poteſt.2.reſp. cum ſuis concord.

S*I is cum quo.*]Decidit caſum, & rationẽ interſerit:ibi, *Cum non ſit veriſimile.* Io.And. Aliter autem diuidi non poteſt, quia totá littera pẽdet.Dominicus.

¶Diſpenſatio addita diſpenſationi nõ valet: niſi in diſpenſatione ſecũda fiat mentio de prima.

tantem à iure oportet veluti odioſam [a] reſtringi) niſi vnicũ beneficium obtinere [b].

¶Idem.

*¶Si ille, cum quo ſuper defectu originis in curato beneficio fuerit diſpenſatum, eo tacito ſuper pluralitate diſpenſationem obtineat, non valet diſpenſatio.Ioan.And.*

## CAP. II.

SI is [c], cum quo fuit per ſedem [d] Apoſtolicam diſpenſatum, vt non obſtante defectu [e] natalium, quem patitur, ad omnes [f] ordines promoueri valeat, & obtinere beneficium, etiam ſi curam habeat animarum, diſpenſationem aliam (tacito de p̃dicto defectu [g]) poſtmodum obtineat à ſede [h] præfata, vt duo [i] †, aut plura beneficia ſimilem curam [k] habentia poſſit recipere, ſi ei aliàs canonice conferantur, & ea ſimul licite retinere: talis diſpenſatio (cum non ſit veriſimile ſedem ipſam, cum illo prædictum patiente defectum, voluiſſe, ſi hoc fuiſſet expreſſum, eidem in pluralitate beneficiorum huiuſmodi diſpenſare) veluti per ſubreptionem obtenta, nullius penitus eſt momenti [l].

†vide cõcil. Tridẽt.ſeſ.7 de rẽfor.c.4 & ſeſ.24. de refor.ca.17. &cõcil.Laterañ. ſub Iim.iij.c.29

## TITVLVS XII.

## De bigamis.

¶Gregorius decimus in concilio generali Lugdunenſi.

*¶Bigamus nudatus eſt omni priuilegio clericali, & aſtrictus ſeculari foro:nec valet cõſuetudo in contrariũ: & prohibetur ſub anathemate, ne tonſurã deferat.Ioan.And.*

## CAPIT. vnicum.

ALTERCA-

Casvs. Titius illegitime nat⁹ à ſede Apoſtolica obtinuit diſpenſationem, vt poſſit promoueri ad ſacros ordines, & ad beneficium eccleſiaſticum etiam curatum: deinde aſſecuto beneficio curato, virtute ſuę diſpẽſationis videbat beneficium curatum aliud ſibi conferendum: vnde acceſſit ad Papam, vt poſſet obtinere duo beneficia curata, & in illa diſpenſatione nõ fecit mentionem, q̃ eſſet illegitime natus: Papa fecerat ei gratiam ad obtinendum beneficium curatum: an valeat iſta ſecunda diſpenſatio, ita vt poſſet obtinere plura beneficia virtute illius ſecundæ diſpenſationis? Reſpondet Romanus Pontifex quòd non: immo eſt ſubreptitia, quia tacuit id quod ſi expreſſiſſet, non obtinuiſſet ſecundam diſpenſationem Papæ, vel ſaltem cum maiori difficultate: quia veriſimile eſt, quòd Papa non voluiſſet eum proſequi tanta beneficiorum multitudine. Nota primo illud ad quod allegatur textus iſte, quòd diſpenſatio addita diſpenſationi non valet, niſi in ſecunda diſpenſatione fiat mentio de prima. Nota magis ſpecifice, quòd ſi ille cum quo fuit diſpenſatum ſuper illegitimitate ad beneficium curatum, velit obtinere ſecundam diſpenſationem ad pluralitatem beneficiorum obtinendorum in futurum tempus debet in ſecunda diſpenſatione ſuper pluralitate beneficiorum obtinendorum, in poſterum, facere mẽtionem de prima. Nota vlterius, quòd litteræ impetratæ ad plura beneficia obtinenda, ſi conſtiterit ipſas eſſe ſubreptitias, non valent ipſo iure. Sunt autem litteræ ſubreptitiæ, quæ ſunt impetratæ tacita veritate: Secus vero eſt in litteris iuſtitiæ: Nam valet proceſſus virtute illarum factus, ſi non excipiatur de ſubreptione: Nam tales litteræ non ſunt nullæ ipſo iure, c.ſi motu proprio. j̃. de præb. Sed quæritur quot beneficia poteſt obtinere ille, cum quo eſt diſpenſatum ſub hac forma, videlicet: Sixtus ſeruus, &c. diſpenſamus, vt duo, vel plura beneficia poſſis obtinere: Dicendum eſt, quòd cum diſpenſatio ſit odioſa & exorbitans à iure communi, debet reſtringi inquantum fieri poteſt: ideo dicendum eſt, quòd diſpenſatio ſub prædicta forma, ſolum extenditur ad tria beneficia. Sed quid ſi Papa diſpenſauit ſub hac forma, Diſpẽſamus, vt poſſis obtinere duo, vel plura beneficia? Dicendum quòd talis diſpenſatio ſolum extenditur ad quatuor beneficia, videlicet ad duo ratione dictionis, duo: & alia duo ratione verbi, plura.

*¶Prima gl.ſummat.*

c ¶*Si is.*]Si ille cum quo ſuper defectu originis in curato beneficio fuerit diſpenſatum, eo tacito ſuper pluralitate diſpenſationem obtineat: non valet diſpenſatio.Ioan.And.

*¶Gl.ſeq.ſoluit dubium.*

d ¶ *Sedem.*] quia alius non poterat, s̃.ca.prox.& eadem ratione idem credo in epiſcopo, quòd ſi diſpenſauerit cum tali, q̃ poſſit ad minores ordines & ſimplex beneficium promoueri, & poſtmodum tacito defectu impetretur diſpenſatio ſuper pluralitate talium beneficiorum, non valet diſpenſatio propter eandem rationem, quia non eſt veriſimile, &c.

*¶Gl.ſeq.ponit tres caſus prohibitionis.*

Illegitimus trib.rõ:b.ab ordinũ&bñficiorũ promotione repellitur.

e ¶ *Defectu.*]Iſte defectus tribus de cauſis ordinum & beneficiorum promotionem impedit: primo ob ordinis prærogatiuam.26.diſt.ca.pen.& vlt.de exceſſ.præla.in antiq. inter dilectos.C.de dign.neque famoſis.lib.12. Secundo ob deteſtationem paterni criminis, quod punitur in filio, vt per id puniatur pater.24.q.3.cum ergo. §.ſed qui.ff.de eo quod met.cau.l. iſti quidem. §.vlt. Tertio propter incontinentiam paternam, quæ timetur in filio.iuxta illud: Sæpe ſolet ſimilis filius, &c.6. q.1.c.ſunt plurimi.§.verum. & ideo ſtylus eſt curiæ: ſi paterne non ſit, &c. defectus autem eſt, ſed non culpa.56.diſt.naſci.& de purg.canonica, accedens.

Additio. Ex his tribus inſurgit quarta. ſcandalum ſcilicet illorũ, inter quos promouetur.Io.And.

f ¶ *Ad omnes ordines.*] caute ponitur hoc in diſpenſatione 1.& ſuper hoc vide quod not. Ber. & moderni. s̃.e.litteras.

1 Quia ſi nõ poneretur, venirent ſolũ minores. gl.in c.lr̃as. e.ti.Petr.de Anc.Font.

*¶Gloſſ.ſeq.obiicit, & ſoluit.*

g ¶ *Defectu.*] natalium ſuper quod diſpenſationem habuerunt. ſed nonne ſublatus erat ille defectus per primam diſpẽſationem: perinde igitur debet haberi ac ſi illegitimus non fuiſſet, & ſic eſt contra. ff. de ædil. edic. l.quod ita.50.diſt.ferrum.in antiq. de reſcr. eam te.in fin. ff.de nata. reſti.l.quæris.Littera j̃. cum non ſit veriſimile, &c. ſoluit contra. Nec obſtat l.quod ita. quia hic de originis naturali defectu loquitur, ibi de morbo accidentali, qui facilius tollitur, vt s̃.dixi.c.prox.Sed c.ferrum.loquitur quoad ſalutem animæ, & de peccatis quæ [per 2 pœnitentiam] purgantur. [A Deo, quem nil latet.Sed hic prima diſpenſatio latebat, ſecundùm Io.Mo.]Et ſic c.eam te. & l.quæris.loquũtur de quadam plena reſtitutione natalium.

2 Hæc duo verba, per pœnitẽtiã, deſunt in antiq.cod.

Additio. Non obſtat ſecundùm Ioan. Monachum. in Auth. quomod.nat.effi.ſui. §.tribus. & §.adoptionis. collat. 7. quia ibi de temporalium bonorum ſucceſſione: hic de ſpiritualibus, quæ ſunt digniora.de maior.& obed.ſolitæ.in antiq. Ioan.And.

*¶ Gl.ſeq.ponit duas opiniones.*

h ¶ *Sede præfata.*] Alius enim dare non poſſet: ad hoc facit j̃. de præbend. ſuper eo. & cap.nõ poteſt. & cap.cum ſingula. hoc tenet.Ber.de elec.dudum.2.in antiq.Bart.Brixien.70.diſt. ſanctorum. & Inno.s̃.de præbend.de multa.Hoſtienſis autem dixit, quòd in diſpenſatione, quæ habet fieri propter neceſſitatem vel vtilitatem eccleſiæ, eandem poteſtatem habent epiſcopi poſt decret. de multa. quam primo habebant per prædictum ca.ſanctorum. ſed illam, quæ habet fieri ob prærogatiuam perſonæ, facit ſolus Papa: & ſic intelligit ipſe Pet. de Sam.& Abdas dictam decre.de multa.in fi.ſed primam ſeruat curia, & de hoc in prædictis iuribus.21.q.2. ſi quis iam tranſlatus.

i ¶ *Duo.*] ex talis diſpenſationis virtute prima duo quæ habuit, ſolum retinere poterit, vt j̃. de præbend. non poteſt. 2. reſpon.

k ¶ *Curam.*] in curato enim & ſimplici, bene diſpenſant epiſcopi, ſecundum omnes, vt no.in decre.dudum.2.de elect.

l ¶*Momenti.*]Not.litteras ſubreptitias ipſo iure non valere.de hoc dic vt no.s̃.de reſcr.ad audientiam.2.

## DE BIGAMIS.

*¶Viſum eſt ſupra tit.prox.de fil.presby. qualiter non poſſunt promoueri ad ordines vel beneficia: verum quia dubitare poſſet aliq̃s de bigamis, an bigami poſſint promoueri ad ordines vel beneficia: ideo annectitur rubrica, de bigamis.*

A*Ltercationis.*] Tria facit: Primo declarat: Secundo reprobat: ibi, *Et correctioni.* Tertio prohibet: ibi, *Ipſis quoque.*

Additio. Quòd Lamech fuerit primus bigamus, habetur Gene. 4.& 31. q.1. quomodo virginibus. Ioan.And.

Casvs. Certum eſt quòd promoti ad primam tonſuram gaudent pluribus priuilegiis: nam non tenentur ſubire onera ſordida, nec perſonalia. l.placet. C.de ſacroſanct.eccle.capit. non minus. de immun. eccleſ. in antiq. Item ſi committant delictum, non puniuntur per iudicem laicum, ſed remittuntur ad iudicem eccleſiaſticum: Ponamus quòd aliquis clericus promotus ad primam tonſuram effectus eſt bigamus vere vel interpretatiue: quia contraxit cum duabus,

vel

vel cum vna corrupta:an talis ſit priuat⁹ omni priuilegio clericali? Reſp.Romanus Pontifex q ſic: Sed clerici vxorati retinent adhuc duo priuilegia,ſ.vt non poſſint diſtringi per laicū iudicem: Item retinent priuilegium c.ſi quis ſuadente.17.q.4. Sed vtrum bigamus poſſit portare inſignia clericalia? Reſp.q nō:ideo non poteſt deferre tonſurā,nec habitum clericalē: Et ſi deferat, poteſt moneri ſub pœna excommunicatiōis ne amplius deferat, & ſi non deſiſtat, eſt excōmunicādus:immo ſecundum l.cōmittit crimen falſi. l.eos q. §.q ſe p milite. ff.ad l.Corn.de falſis. Not.primo q ad Papā ſpectat declarare dubia iuris, q̄ ſūt īter doctores. ad hoc s̃.de reſc.ſuper litteris. & q fil. ſint le.per venerabilem.No.ſecundo, q quis poteſt dici nudus, q priuatur aliqua qualitate incorporali.ad hoc j.de reſt.ſpo.frequens.Dominicus.

†Vide Anc. cōſ.124. & de multiplici pœna bigamorū agit Ioan. Mōtaigne tract. de bigam.q.5.

tionis a † antiquæ b dubiū præſentis declarationis oraculo decidentes, bigamos c omni priuilegio d clericali declaramus eſſe nudatos: Et coërtioni fori ſecularis addictos e :conſuetudine f contraria non obſtante.Ipſis quoque ſub anathemate g prohibemus deferre tonſuram,vel habitum clericalem.

## TITVLVS XIII.

### ¶De officio vicarij.

¶Innocentius quartus.

¶*Succeſſor officialis excommunicati, excommunicatus nō eſt,niſi in crimine damnato communicet: illa autem quæ exercet illo excommunicato manente, nō valent,*

¶*Prima gl.ſummat.*

a ¶*Altercationis.*]Bigamusnudatus eſt omni priuilegio clericali,aſtrictus ſeculari foro:nec valet conſuetudo in contrarium: & prohibetur ſub anathemate,ne tonſuram deferat.Io.And.

¶*Gl.ſeq.ponit opi.quas decre.determinat.*

b ¶*Altercationis antiquæ.*] Hoc ideo dicit,quia olim ſuper hoc erant opiniones: Dicebat Hug.q bigamus gaudebat priuilegio clericali & canonis:quia tenebatur portare tōſuram. s̃.de vi.& ho.cle.clericus ſi tonſura, & erat de foro eccleſiæ.arg.31. di.dictum. & ad minores ordines aſcendere poterat.34.diſt. ſi quis viduam.2.in ſi.à contrario ſenſu.& c.lector.e.di.1 Io.& alij cōtra.per c.74.di.quiſquis.& ibi hæc altercatio,vbi dicitur, quiſquis clericus viduam aut ſecūdam vxorem duxerit: omni eccleſiaſticæ dignitatis priuilegio mox denudetur, laicali ſibi tantum communione cōceſſa:& per illud denudetur,videbatur non eſſe priuatus,ſed priuandus:præſens ergo conſtitutio declarat hoc.ſi.C.arb.tut.l.veteris.C.de poſth.hær.inſt,l.quod certatum.C. de fur.apud antiquos.

1 Vbi de hoc & pleni⁹ s̃. c.2. Fran.dt p hoc cōcil. epos ēt in minorib. diſpēſare non poſſe. I.A.

c ¶ *Bigamos.*] vere vel interpretatiue,vt quia duas vxores habuit,2 vel cum vidua vel corrupta contraxit,s̃. eo.de bigamis. 26.di.deinde. & hoc verum eſt de his,qui ſic in minorib.ordinibus contraxerunt:ſecus ſi in ſacris,s̃.e,nuper,à nobis.

2 Et pcedit hoc ēt ſi ſecūda ñ fuit vxor pp aliqd impedimētū, quod contrahens ignorabat: lȝ Arch. hic cōtra.de hoc dixi s̃. e.tit. nuper. ſup ver. qrū in ipſis.Io.An.

d ¶*Omni priuilegio.*]quod multiplex eſt.17.q.4.ſi quis ſuadente.s̃. de fo.comp.c.2.& hoc quo ad perſonam.Item quòd non vexentur aliquib.vexationib. in perſona vel reb. C.de epiſ.& cle.l.1.& 2.& l.generali.& s̃.de vi.& hon.cle.c.vlt,& ideo dicitur omni priuilegio, & comprehendit etiam priuilegium fori,& hoc ſequetur.

e ¶*Addictos.*]id eſt aſtrictos.C.de epiſ.aud.l.addictos.

f ¶*Conſuetudine.*]quæ erat in quibuſdam locis Franciæ:non ergo valet conſuetudo in hoc caſu ſicut nec in illis.s̃.de conſue. c.1.& 2.s̃.ti.de elect.quia ſæpe. de qua dic vt 8.diſt. fruſtra.de conſue.c.vlt.

g ¶ *Anathemate.*]interminatio eſt,non canon latę ſententiæ,3 quod probatur de iure pat.relatum,de quo dic,vt s̃.de ſagi.c. vno.de ſimo.ſicut tuis.& per Ioan.63.diſt.Salonitanæ.

3 Idem Anc. Font.

Additio. Poſſet ergo excommunicari,vt hi propter pœnam. 11.q.3.nemo epiſcoporum.Item extraordinarie puniri. in Authen.de ſan.epiſ.§.pen.col.9.C,de epiſ.aud,l.minime. Inſt.de iniu.§.1.Ioan.And.

### DE OFFICIO VICARII.

¶*Dictum fuit ſupra per diſcurſum titulorum præcedētium de promotione clericorum ad beneficia eccleſiaſtica: verum quia ſic promoti quandoque habent ſub ſe vicarios: ideo ad nos informādum annectitur rubrica de officio vicarij.*

R*omana.*]Sententia excommunicationis in aliquē promulgata ex propria culpa, nō eſt ad eius vicarium extendēda.hoc dic ſecūdum Zen.Et tria facit ſecundùm Io.Mon.Primo ſtatuit:Secundo rationem ponit:Tertio tacitæ quæſtioni reſp.Secunda ibi, *Cum non.* Tertia:ibi, *Et tamen.* Ioan.And.

Casvs. Cum archieps Burdegalenſis officialem Pictauen. excommunicat aliqua rōabili cauſa:officialis Pictauen. non poteſt exercere iuriſdōem epiſcopi Pictauen. Ponamus q officialis ipſe excommunicatus aliquē ſibi ſubſtituit: vtrum ipſe ſubſtitutus ſit excommunicat⁹ exercēdo iuriſdōem epi Pictauen. Reſp.q non,niſi ſit participans cum officiali in crimine damnato,c.ſi concubinæ.de ſen.exc.in ant.vbi dr̃, q participās in crimine pp quod aliqs fuit excommunicatus: incurrit maiorē excommunicationem.Sed quid,Ponamus q ſubſtitutus exercet iuriſdōem ipſius officialis,an valeant geſta per ipſum officialem? Reſp.Romanus Pontifex cum diſtinctione:qa aut iſte ſubſtitutus ſuſcepit iuriſdōem ab officiali excommunicato, & tunc nō valēt geſta per iſtum ſubſtitutum: qa ſi officialis nō valuit per ſe exercere iuriſdōem, nec ēt potuit aliis cōmittere: aut ſubſtitut⁹ ab alio ſuſcepit iuriſdōem,& nō ab officiali excōicato:tūc valebunt geſta p ipſum. Alij intelligunt q officialis excommunicatus de facto ſubſtituit aliū officialem,quod facere non pt. l. ptor. ff.de iu.om.iu.&talis ſubſtitutus de facto ab officiali excommunicato non [illegible] excommunicatus, ſed tamē non valēt geſta per ipſum. No. primo ex hoc c.q quis ſine cauſa rōnabili non debet excōicari:vnde excommunicatio non fertur ab homine, niſi pro inobedientia vel contumacia,& licet delictum pręcedens ſit cauſa mediata, tamen contumacia eſt cauſa immediata excommunicationis. No.inſuper ex hoc tex.iūcta gl.q officialis epi poteſt excommunicari ſub nomine dignitatis,& tamen excōicatio nō extenditur ad ſucceſſores,niſi participarent cum excommunicato in crimine damnato.vt d.ca.ſi concubinæ. alle. quia tunc incurrerent maiorem excommunicationem. Not.q epiſcopus excommunicatus non poteſt exercere ea quæ ſunt iuriſdictionis:& ſic non poteſt conferre beneficia, quia collatio beneficiorum eſt iuriſdictionis. c.tranſmiſſam. de elect.in ant.Sed vtrum capitulum vel ſuperior poſſit tunc cōferre beneficia vacantia?Certe nō.c.quia diuerſitatem.de conc.præb. in ant. quia collatio beneficiorum non deuoluitur ad capitulum vel ſuperiorem, niſi data negligentia: ſed modo epiſcopus excommunicatus non poteſt dici negligens,quia etiam ſi ipſe vellet conferre,non poſſet.

†vide cōcil. Tridē.ſeſ.25 de refor.c.3

*ſi iuriſdictione ſolum ab eo recepta.hoc facit.Ioan.And.*

### CAP. I.

Romana h Eccleſia:& infra.¶Cū Remēſis archiepiſcopus in officialem alicuius ſuffraganei ſui excommunicationis i ſententiam ex aliqua rationabili k † cauſa profert: illos,qui vices ipſius l gerunt,propter m hoc excommunicationis vinculo non aſtringit: Cum non communicent ob id n officiali eidem in cri-

¶*Prima gl.ſummat.*

h ¶*Romana.*]Succeſſor officialis excommunicati,excommunicatus non eſt,niſi in crimine damnato communicet : illa autē quæ exercet illo excommunicato manente, non valent, ſi iuriſdictione ſolum ab eo recepta hoc facit.Ioan.And.

i ¶*Excommunicationis.*]maioris:nam excōicat⁹ minori,ea quæ ſunt iuriſdictionis exercet,vt s̃.de cler.excom.mi. ſi celebrat.

¶*Gl.ſeq.recitetur per quæſtionem.*

k ¶*Rationabili cauſa.*]aliter non debet ferri excommunicationis ſententia. j.de ſen.exc.cum medicinalis.& potuit eſſe rationabilis cauſa, cum officialis epiſcopi peccat ī his quæ ſunt iuriſdōis: quia idem eſt conſiſtorium epiſcopi & ſui officialis, tunc archiepiſcopi eos ſicut epiſcopi punire poſſunt. j.de ap. Romana.1.reſp.Si vero officialis epi aliqd poſſideret vel faceret vt priuatus:tunc archieps eum plus punire non poſſet, niſi ſicut alios ſubditos epiſcoporum in caſib. not. s̃. de off.ord. paſtoralis.& hoc probatur j.de fo.comp.Romana.§.2.& vlt.

¶*Gl.ſeq.primo litteram exponit:ſecūdo format duas quæſtiones, & illas ſoluit.*

l ¶ *Ipſius.*] officialis vel officialatus,nec putes q officialis aliū officialem generalem dare poſſit4.Ad hoc s̃.e.clericos.vbi de hoc per Hoſt.&Gar.licet ſpecialem cauſam delegare poſſit,& etiam plures.ff.de iud.l. cum prætor. poſito tamen q generalem officialem dederit:ſicut interdum fit de facto:ille tamē excommunicatus non eſt,vt hic dicit. Vel hic non dicitur q officialis ipſe officialem dederit 5:ſed epiſcopus alium officialem dedit excōmunicato primo: quæritur an excommunicatus ſit ſecundus?&videbatur q ſic,cum lata eſſet ſententia in officialem:ad hoc reſp. Quæri ſolet,quid ſi quis delegauit cām,poſtea excommunicatur:nunquid expirauit delegati poteſtas?De hoc recurre s̃.de of.deleg.licet.& q non expiret,bene facit j. tit.prox.ſi is cui 6.ſi vero epiſcopus eſt excommunicatus,nec ipſe,nec ipſius officialis(cum eorum idem ſit conſiſtorium)de cauſis cognoſcent:quid ergo tunc fiet?adeatur Papa,vt prouideat.s̃.e.lib.de ſuppl.negl.præla.c.1.

4 Immo de cōſuetudine faciunt, cū cōſenſu epi ad tps. Phil.Font.

5 Immo hoc dr̃ hic. Phil.

6 Poſſet reſponderi, q res nō erat integra.Ph.

m ¶ *Propter hoc.*] ſcilicet quòd gerunt vices officialis ex commiſſione epiſcopi vel ipſius officialis facta ante excommunicationem.Vel dic vt s̃.

n ¶*Ob id.*]ſcilicet,quòd gerunt vices eius.

a ¶*In crimine.*] quia tunc eadem ſententia ſunt ligati. ſ. de ſen. excom. ſi concubinæ.

b ¶ *Qui.*] ita conſtrue: qui. ſ. officialis non arctatur diſtrictione cenſuræ eccleſiaſticæ, & pro eo ꝙ ſuum, &c. ergo ſi ideo eſſent excommunicati, tunc ſucceſſores eadem ſniā ligarentur. Pone in terminis: Excommunicauerat archiepiſcopus epm: monuerat officialem ꝙ de cauſis nō cognoſceret, q nō deſinebat: excommunicauit eū, ſucceſſor participauit in crimine dānato, vnde ligat⁹ eſt. [Idem ſecundū Inn. in illo q in officialatu ſibi deſeruit, vel ſtat iuri corā illo. Io. An.] Alia littera ē in plurali, exercent & arctantur: q. d. eo quòd vicegerentes exercēt officialis officium, nō ligantur ſententia.

mine [a], qui [b] eccleſiaſticæ cenſuræ diſtrictione, pro eo, quòd ſuum exercent officium, non arctantur. ¶Ea tamen, quæ ipſi [c] gerendo huiuſmodi vices [d] agunt, eo taliter [e] excommunicato manente (ſi iuriſdictionē tātum [f] recipiunt [g] ab eodem) nō poſſunt obtinere vigorē [h].

¶Bonifacius octauus.

¶*Ex generali commiſſione non poteſt officialis inquirere, corrigere, deponere, & punire ſubditorum exceſſus. Ioan. And.*

CAP. II.

LIcet [i] † in officialem [k] epiſcopi [l] per commiſſionem officij generaliter [m] ſibi factam causarum cognitio trāſferatur, poteſtatem tamen inquirendi, corrigēdi, aut puniendi aliquorum exceſſus, ſeu aliquos à ſuis beneficiis, officiis † vel adminiſtrationibus amouēdi, transferri nolumus in eūdem: Niſi ſibi ſpecialiter hæc cōmittantur [n].

¶Idem.

¶*Ex generali commiſſione officialis beneficia conferre non poteſt. Ioan. And.*

CAP. III.

CVm in generali [o] conceſſione nequaquam illa veniant, quæ non eſſet quis veriſimiliter [p] in ſpecie conceſſurus [q]: nec regulariter [r] donare

†No. ꝙ gen⁹ nō includit q̄libet ſpēm cōp̄henſam ſub illo, qñ ē dare aliq̄ rōem, quare nō includatur. ad hoc q̄d no. gl. j. ꝺ exce. pia.

c ¶*Ipſi.*] ſ. vicarij officialium.

d ¶ *Vices.*] officialis ſaltē nūc excōicati.

e ¶*Taliter.*] aliàs tū, aliàs tamen: & dic, taliter, i. etiam propter aliam cauſam, non propter officialitatem.

f ¶ *Tantum.*] ergo ſi ab epiſcopo, ſecus: quia officiali excommunicato, ſi epiſcopus alij committat, tenet commiſſio, vt ſuperius dixi.

g ¶*Recipiunt.*] 1 de facto: quia de iure ille iuriſdictionē demandare non poteſt, qui excommunicatus eſt. 24. q 1. audiuimus. de re iud. ad probandum.

1 Placet Dominico.

h ¶*Vigorem.*] non enim potuit excommunicatus quod non habebat, committere. 1. q. 7. Daibertum. de iur. pat. quod autem. In caſu tamen excommunicatus vtitur iuriſdictione. j. de hær. præſidentes. & eſt ſpecialis 2 caſus in odium hæreſis.

2 Vid Eymericū ī Directorio par. 3 q. 22. & Gondiſſaluū tracta. de hær. q. 19. nu. 8.

LIcet.] Primo ponit dictum: Secundo excipit: ibi, *Niſi*. Ioan. Andr.

Casvs. Epiſcopus Pictauen. fecit & creauit ſub terminis generalib. Titium ſuum officialem iuriſdictionis: vtrum Titius officialis virtute generalis commiſſionis recipiat poteſtatem ab epiſcopo inquirendi crimina, & puniendi exceſſus? Reſp. ꝙ nō, niſi in commiſſione habeat ſpecialem & liberam facultatem corrigendi crimina, & puniendi exceſſus: ſed pro iſtis criminibus eſſet recurrendum ad epiſcopum: ideo libellans in criminib. qui litigat coram officiali, debet dicere in ſuo libello: coram vobis officiali ſpecialiter conſtituto ad inquirendum exceſſus, puniendum, deponendum, &c. nam iſta tribuunt ſibi poteſtatem. Not. primo, quòd per commiſſionem officij generaliter factam ab epiſcopo, datur poteſtas cognoſcēdi de cauſis. Nota ſecundo, quòd in generali mandato non includitur poteſtas cognoſcendi de cauſis criminalibus: Ad hoc clem. nō poteſt. de procu. Dominicus.

¶*Prima gl. ponit ſummam: & vnde tracta, & quid approbat.*

i ¶ *Licet.*] Ex generali commiſſione non poteſt officialis inquirere, corrigere, deponere, & punire ſubditorum exceſſus. hoc dicit. & fuit hæc decretalis tracta de quadam extrauaganti Alexandri quarti quæ incipiebat, Dudum. vbi quidam officialis epiſcopi abbatem depoſuerat, qui appellauit ad archiepiſcopum, & officialis archiepiſcopi ſententiam confirmauit: appellatum fuit ad Papam, & Papa prædictas ſententias infirmauit 3. quod hic dicitur tenebat Hoſtienſis de inſt. ex frequētibus. in antiq.

3 p hanc gl. ſoleo ponere exēplū ī decr. cām. 2. de iudi. ꝙ ſimilitudo cāæ reddit iudicē ſuſpectū q̄nq; vt ibi ſcripſi ſup verb. poenæ. I. A.

Additio. Et Gul. in Spe. de inquiſi. ad ſi. 1. col. Ioan. And.

k ¶*Officialem.*] qui interdum miſſus dominicus appellatur. de reg. c. 2. de frig. & malef. c. 1. Officialis iſte ordinariam habet iuriſdictionem: interponit enim decretum in alienationib. rerū minorum, & emancipationib. & omnia, quę ad iuriſdictionem pertinent, expedit. C. de of. eius, qui vicem al. iu. ob. l. 2. & j. de iud. c. vlt. ſed talia cum cauſæ cognitionem requirant ſecundū leges, non delegantur. ff. de of. procon. l. nec quicquam. §. 1. ergo ſequitur quòd ex iuriſdictione ordinaria hoc facit, non ex delegata, ſecundùm Inn. & Hoſt. qui hoc no. ſ. e. ti. ſua. & Gul. in Spe. de ord. in prin. Gof. contra in ſumma iſtius tit. Primum tene: & adde rationem decr. ſ. e. li. de conſue. c. 2. & quod ibi dixi. licet autem negari nō poſſit eos iuriſdictionem habere ordinariam: tamen non in omnib. recurritur ad eos ſicut ad dantes: hinc eſt, quòd de caſib. hic & j. ca. 1. expreſſis, ſine ſpeciali mandato ſe non intromittunt, nec etiam de ſpiritualib. vnde litteras commendatitias ad ordines dare non poſſunt, vt ſ. e. li. de temp. ord. cum nullius. §. 1. 4 Nec officialis archiepiſcopi præſente, vel vicino archiepiſcopo ī ſuffraganeum excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti fert ſentētiam. j. de off. ord. c. 1. in ſi.

Officialis epi h; iuriſdictionē ordinariam.

4 Nec ēt ad eos recurritur, ſi appelletur à delegato epi, & alias fallēt. ponit hic Phil. Font.

l ¶*Epiſcopi.*] vel cuiuſcunque alterius, cum eadem ſit ratio.

m ¶*Generaliter.*] non ergo tātum valet genus quo ad ſingula, quātum ſpecies. de hoc 23. di. quamquā. de off. ord. ſi ſacerdos. in antiq.

¶ *Gl. ſeq. q̄rit, & ſol.*

n ¶*Committantur.*] Sed pone, epiſcop⁹ dedit vicariam generalem, & in mandato expreſſit aliq̄d de iſtis, quod requirit ſpeciale mandatum, ſecuta clauſula generali, & omnia alia, quæ p nos poſſumus, etiam ſi mādatum exigant ſpeciale, quæritur an talis omnia ſpecialia poſſit? Et dicit Hoſt. ſ. de of. ach. ſignificaſti. per ipſam dec. & per decr. ſedes. ſ. de reſcr. & per l. ff. ſi quis cautio. ſed & ſi. §. quæſitum. & per ea quæ no. de commo. ca. vno. quòd omnia poterit 5: quod ſatis videtur ad inſtar procuratoris, vt j. de procu. qui ad agendum. §. 1. ſecus ſi aliquod de ſpecialibus nō expreſſum fuiſſet, vt ibi 1. reſponſo.

†Dictio, officiis, deeſt ī antiq. cod.

5 Dic ſimilia vel minora expreſſis. Philippus.

CVm in generali.] Præmiſſa duplici ratione ponit dictum, à quo ſecundo excipit: ibi, *Niſi*. Ioan. And.

Casvs. Epiſcopus Pictauen. Titium ſuum officialem ſiue vicarium in ſpiritualibus & temporalibus conſtituit, creauit & ordinauit: Certum eſt quòd virtute generalis commiſſionis ipſe Titius officialis non recipit poteſtatem inquirendi, & puniendi exceſſus, vel deponendi, vt dicitur ſ. ca. prox. Sed nunquid virtute generalis commiſſionis recipit poteſtatem conferendi beneficia ſpectātia ad ſuam collationem? Reſpondet quòd non: niſi collatio beneficiorum ei ſpecialiter committatur: Nota primo quòd in officialem ex generali commiſſione tranſit iuriſdictio in cauſis ciuilibus: ſed virtute generalis commiſſionis non habet poteſtatem inquirendi, & corrigendi crimina, niſi ei ſpecialiter mandetur poteſtas inquirendi, & corrigendi, & puniendi exceſſus. Nota vlterius quòd collatio beneficiorum vocatur donatio: ſed contra hoc facit, quia donatio nullo cogente imperio ex mera liberalitate confertur: ſed collator compellitur conferre beneficium vacans intra ſex menſes: aliàs priuaretur poteſtate conferendi, igitur, &c. Dicendum quòd collatio beneficiorum vno reſpectu eſt donatio, videlicet in cui conferendo: puta mihi, vel tibi, vel illi: ſed alio reſpectu, ſcilicet in conferendo ſimpliciter, non dicitur donatio: cum iſta collatio fiat aliquo cogēte imperio, ne perdat poteſtatem conferendi elapſis ſex menſibus: ex quo ſequitur, ꝙ ſi ille in quem fit collatio, ſit ingratus, non poteſt repelli: licet ſecus ſit in meris donationibus ciuilibus. c. pe. j. de don. l. fin. C. de reuocan. don. Nota quòd procurator omnium bonorum cum libera adminiſtratione & generali poteſtate, vt poſſit facere ea, quæ conſtituens faceret, nō poteſt dare bona ſpectantia ad dominum: quia in tali generali commiſſione eſt intelligenda iſta clauſula: excepta alienatione bonorum noſtrorum gratuita. Nota principalem effectum huius ca. quòd vicarius epiſcopi non poteſt conferre beneficia, niſi ad hoc epiſcopus dederit ei ſpecialem poteſtatem. Vtrum epiſcopus poſſit alicui dare facultatem conferendi beneficia ad collationem ipſius ſpectantia? Dicendum quòd ſic, vt hic dicitur: ſed non intelligitur, ꝙ eps poſſit dare poteſtatem ad conferendum beneficia proximò vacatura, quia fieret fraus concilio generali, ne conferantur beneficia proxime vacatura, quod eſt contra vicariatus ſpeciales, qui communiter dantur.

¶*Gl. prima ponit ſummam, & quid declaret.*

o ¶*Cum in generali.*] Ex generali commiſſione officialis beneficia conferre non poteſt. Declarat notata per Goffr. Innoc. & Hoſt. de præb. dilecto.

p ¶ *Veriſimiliter.*] Nota inſpiciendum quod eſt veriſimile. concordat ſ. titul. 2. cap. vlt. & habet hoc locum etiam vbi eſt generalitas, vt hic. & vbi eſt obſcuritas, vt j. de regu. iur. inſpicimus.

q ¶*Conceſſurus.*] ad idem j. de poe. & remiſ. ſi epiſcopus. & j. de reg. iu. in generali. cum ſuis concor. & idem in obligatione. C. quæ res pig. ob. poſ. l. 1.

¶*Gl. ſeq. ponit tres caſus contra regulam.*

r ¶*Nec regulariter.*] ſecūda ratio huius dicti: & ideo dicit, regu

lariter

lariter:quia caſualiter ſecus:vt ſi iuſta ratione motus donauerit:vt puta magiſtro:vel ſi donare ei permiſſum ſit:vel ratione perſonæ ipſius, cui conceſſa eſt adminiſtratio:vt ſi ſit filius ſenatoris.ff.de admin.tu.cum plures.§.cum tutor,ff.de tu.& ra. diſt.l.j.§.j.& ff.de dona.l.filiusfamilias 1. j. reſp.2.& 3.de hoc no.ff.de pact.contra iuris.in fi.

1 Vide Bar.ĩ l.filius. alle. in gl.in ver. liberã.c.grã di.de ſuppl. negl. præla. e.lib.Font.

valeat is,cui bonorum adminiſtratio etiam libera [a] eſt conceſſa:officialis †,aut vicarius generalis epiſcopi beneficia conferre non poſſunt [b]: Niſi beneficiorum collatio ipſis ſpecialiter ſit commiſſa [c].

# TITVLVS XIIII.

## De officio & poteſtate iudicis delegati.

¶ Innocentius quartus †.

*¶ Conſeruator à manifeſtis defendit iniuriis,et iudicialem indaginem non exercet.*

a ¶ *Libera.*] in conferendis beneficiis eſt liberalitas in cui dando : ſed non in dando, ſecũdum ea quæ not.ſ̃.de præb. relatum. & c. inter cætera.

† No.arg.p & cõtra, q̄ idẽ eſt dicere officialis, q̄ vicarius: de quo hic p Dominic.

*¶ Glo.ſeq.opponit de duobus capitulis,quibus reſpondet.*

b ¶ *Non poſſunt.*] in contrarium videbatur per decret. ſ̃.de inſti. ex frequentib. & ſ̃.đ præb.dilecto. ſed illa iura non obſtant:quia in decre. ex frequẽtibus.non dicitur, q̄ officiales poſſint cõferre : ſed q̄ poſſint confirmare,& hæc ſunt diuerſa : vt patet in c.ſede vacante.quod bene confirmat ab ep̃o confirmandos.ſ̃.de ma.&ob.cum olim.j̃.de inſt.c.2.& tamen non confert beneficia ad ſolius ep̃i collationem ſpectantia.ſ̃.ne ſe.vac.illa.& j̃.e.ti.c.vnico. Ad idem j̃.de præb.cum in illis. Decret.dilecto. non dicit quòd approbatio ibi facta per generalem procuratorem valuerit.

† In quodã manuſcripto ita,Inno. iiij. in concil.Lugd.

c ¶ *Commiſſa.*] No.pro his quæ no.Io.Ber.& Hoſt.ſ̃.de conceſ. præb.conſtitutus.dixerunt enim,q̄ ep̃s non poteſt ſpecialiter conferre collationem alicuius præbendæ,quæ nondum 2 vacat:quia id poſſet fieri in fraudem vacaturarum:quia enim nõ poſſet mihi promittere primam vacaturam,daret fratri vel amico meo poteſtatem conferendi primam:& hoc eſſe non poteſt:& ſic intelligitur decr.præd.conſtitutus.in fi.Sed generaliter committere collationem beneficiorum ad ſe ſpectãtium bene poteſt: vt hic.& 16.q.1.ſtatuimus.[ſcilicet ei quem facit vicarium. ſuper quo vide quod no.j̃.ti.2.c.pe.in fi.antep.gl.& j̃.de pręb.ſtatutum.in gl.fi.]Et perpetuo etiam poſſet hoc ius committi alicui dignitati:vel in genere,vt ſ̃.de inſt.cum veniſſent. vel in ſpecie,vt ſ̃.de don.paſtoralis.16.q.2.viſis.

2 vide cõcil. Tridẽ.ſeſ.24 đ refor.c.19

Additio. Tene quod ſcripſi de cenſi.cum venerabilis.in ant. ſuper fi.2.gl.ver.tamen.hoc puto.Ioan.And.

DE OFFICIO ET POTESTATE iudicis delegati.

*¶ Superiori ti.dictum fuit de officio vicarij: verum quia iudex delegatus gerit vices iudicis delegantis,et quodammodo dicitur eius vicarius quantum ad cauſam ſibi commiſſam:ideo poſt rubricam præcedentem ponitur hæc rub.de officio & poteſtate iudic.deleg.*

S*Tatuimus.*]Sunt duæ partes ; In prima permiſſio: In ſecunda,ibi,*Nec ad alia.*prohibitio.Ioan.And.

Casvs. Romanus Pontifex aliquos religioſos vel alios exemit à poteſtate iudicis ordinarij, & eos recepit in ſua tutela,& cuſtodia dando eis conſeruatores : Quæritur de poteſtate illorum conſeruatorum?Reſpondetur,q̄ poteſtas eorum in hoc conſiſtit,vt illos quib.ſunt deputati,defendant à manifeſtis iniuriis.Sed q̄d ſi iniuria non ſit manifeſta : ſed requirit plenam cauſæ cognitionem, vtrum conſeruator poſſit ſe impedire?Reſp.q̄ non:ſed pro hoc eſt recurrendum ad ordinarium. Et iſta vera ſunt, niſi in priuilegiis iſtorum religioſorum,vel aliorum quibus dati ſunt conſueruatores,aliud diceretur:videlicet, vt poſſent cognoſcere de iniuriis & aliis cauſis:etiam ſi requirerent iudicialem indaginem, & communiter in priuilegiis apponitur illa clauſula. No.primo, quòd officium conſeruatorum eſt defendere illos, qui eis committuntur à manifeſtis iniuriis & violentiis.Not.inſuper, quòd conſeruatores ſimpliciter deputati nõ poſſunt ſe impedire de his,quæ ſunt occulta & dubia. Sed quid ſi offenſa manifeſta negetur,vtrũ conſeruator poſſit cognoſcere an ſit manifeſta?Reſp.gl.quòd ſic,aliàs quilibet poſſet impedire iuriſdictionem ipſorum conſeruatorum, quia quilibet conuentus ſemper negaret iniuriam manifeſtam ; Vnde quando dubitatur de iuriſdictione alicuius iudicis, ad eum iudicem ſpectat cognoſcere an cognitio ad eum ſpectet vel non. l.ſi quis. ff. ſi quis in iusvoc.non ierit.

*¶ Gl.prima ſummat.*

d ¶ *Statuimus.*] Conſeruator à manifeſtis defendit iniuriis: & iudicialem indaginem non exercet.

*¶ Gl.ſeq.recit.per ſex quæſtiones.*

e ¶ *Conſeruatores.*] Quia materia cõſeruatorum in tit.iſto hic

### CAP. I.

STatuimus [d] †,vt conſeruatores [e], quos plerunque concedimus , à manifeſtis iniuriis , & violentiis defendere [f] poſſint quos eis committimus defendendos:Nec ad alia, quæ iudicialem† indaginem [g] exigunt , ſuam poſſint extendere poteſtatem.

¶ Alexander quartus.

*¶ In coactionibus & pœnis pontificali dignitati defertur.*

### CAP. II.

QVIA PONTI-

& j̃.c.prox. & c.vlt. poſita eſt : nota conſeruatores delegatos eſſe 3. & vt dicebat Ber.de iſtis conſeruatoribus per iura antiqua parum vel nihil habebamus:Poſſunt tamen dici conſeruatores epiſcopi,qui habent conſeruare & defendere viduas, pupillos,& orphanos, & alias perſonas miſerabiles 4 ab oppreſſionibus & iniuriis. de for.comp.ex parte B.& c.ex tenore.in ant.87.diſt.c.1. & 2. 23.q.5. adminiſtratores, ſ̃.de cenſ. licet.ſ̃.eo. c.ſignificãtibus.Scire debes [ſecundum Inno.& Hoſt.]quòd iſti conſeruatores interdũ dantur, vt aliquos defendant cõtra latrones vel prædones, interdum contra eos qui eorum priuilegia infringunt, interdum latius, vt defendant ab iniuriis & offenſis : & in nullo dictorum caſuum habent iudicialem indaginem, vt hic, & j.[illegible].vlt. De manifeſtis ergo ſolummodo habent cognoſcere. Et intellige manifeſta illa, quæ notoria ſunt,& ita patentia,q̄ nulla probabili tergiuerſatione celari poſſunt:vt de ver.ſig.ex parte.in ant.de cohab.cle.& mu.c.vlt.Sed quid ſi negetur offenſa notoria? negatione videtur fieri res dubia. C.quib.ad li. procla.non li.l.3. Dic quòd bene probationes recipiet conſeruator an factum ſit notorium , vt ſic videat an ſit ſua iuriſdictio 5. ff.de iudic.ſi quis ex aliena.ſ̃.de reſcrip.ſuper litteris. aliàs enim iſtorum officium eſſet inutile: & ſi inueniet factum notorium, procedet : aliàs deſiſtet : non enim habet poteſtatem ſimpliciter defendendi iniuriam,ſed qualificatam, notoriam ſcilicet.habet ergo conſeruator reuocare reum:&ſi confiteatur factum, bene quidem:ſi neget , ſuper notorio probationes recipiat:ſi autem confiteatur factum,ſed dicit ſe id ſuo iure feciſſe:dicunt quidam,quòd vlterius ſe intromittere non debet. Alij contra dicentes quòd probationes recipit ſuper notoria offenſa 6. Ad hoc ſ̃.de elect. bonæ. aliàs facile eſſet conſeruatorum officium deludere:vnde ſi videatur conſeruatori probabilis negatio, non procedat:aliàs puniat ſicut notorium. Dicebat autem olim Ber. quòd ſicut delegatus recuſari poterat,ſic & conſeruator : poſtea mutauit dicens,quòd quia in notoriis non admittitur recuſatio vel appellatio:conſeruator autem non cognoſcit niſi de notoriis , ergo recuſari non poterit.ſ̃.de appell.propoſuit.& c.cum ſit. Dixit etiam talem conſeruatorem inuocare poſſe auxilium brachij ſecularis. ſ̃. de off.or.c.1.& c.quoniam.& 23.q.5.adminiſtratores.

3 Idẽ Io.An. & Pe.đ An. q̄a eorũ officiũ expirat quo ad non cœpta.

† Vide Pe.đ Anc.cõſ.87. inci. omiſſo j.dub.&cõſ. 132.incip.in j. dubio. & Iaſ.cõſi.145. incip. circa duo.vol.4.

†No. q̄ ptãs data alteriũ defendẽdi, neceſſariò nõ cõcludit cõceſſionẽ ptãtis defẽdẽdi,cũ indagine iudiciali.Domi.

4 Quæ dicãtur perſonę miſerabiles tradũt doc. ĩ c.j.đ poſt. pl.& ĩ c.ſup q̄buſdã. de verb.ſig. & Bart. in l.cũ aliæ.ff.đ le.

5 Idẽ Pet.de Anc.Font.

6 Idẽ Pet.de Anc.Font.

Additio. A tempore Inn.hoc tenentis:& hoc placet Hoſt.& Arch.& ex eadem ratione dicebat Inn.quòd procedere poterit parte per contumaciam abſente, remittit ad no. de cohab. cle. & mul.veſtra.Ioan.And.

*¶ Gl.ſeq.declarat an iniuria commiſſa & committenda, &c.*

f ¶ *Defendere.*] hoc intelligi poteſt de commiſſa & committenda : pone enim paratos ad exercitum & violentiam inferendam illis, quorum conſeruator eſt : prohibere poterit, excommunicare,& punire.de ſen.exc.ſacro.& j̃.e.ti.Romana.§. caueatur. In commiſſa defendent per diſtrictionem eccleſiaſticam,compellendo iniuriatores vt ſatisfaciant læſo:& etiam ſeculare brachium inuocando, vt ſuperius dixi.

Cõſeruator p̄t defendere, ñ tm̃ ab iniuria cõmiſſa,ſ3 ẽt à cõmittẽda.

t ¶ *Indaginem.*] i.cauſæ cognitionem , ſeu ipſius examinationem:quia dubia ſunt,& ſi de talibus ſe intromittant, pœnam incurrunt.de qua j̃.e.c.vlt.§.vt autem. nec valet quod agitur: vt ead.decr.§.vlt.quæ eſt gl.iſtius.

Q*Via pontificali.*] Præmiſſa cauſa ponit conſtitutionem in genere , quam ſecundo ſpecificat, ibi, *Quòd.* Tertio excipit,ibi,*Niſi.*Ioan.And.

¶ Iſtud c.emanauit ad declarationem c.ſane. & c.paſtoralis.e. tit.in antiq. vbi dicitur, quòd iudex delegatus poteſt rebelles comprimere,& coercere epiſcopos, ſi nõ obediant in eis quæ ſpectant ad ſuam iuriſdictionem:tamen deferre debet dignitati epiſcopali,& mitigare illas pęnas.iſtud c.ponit quo ordine debet mitigare illas pœnas.

Casvs. Delegatus Papæ cauſam ſubdelegauit epiſcopo Pictauen. epiſcopus non vult acceptare:Certum eſt quòd delegatus poteſt eum punire: ſed tamen debet mitigare pœnam. Sed quæritur quam mitigationem debet ipſe delegatus ſeruare ? Reſpondet quòd non debet ab initio epiſcopum excommunicare,ſed debet ei primo interdicere ingreſſum eccleſiæ: poſtea ſi illam pœnam contemnat, debet eum ſuſpendere ab

officio ſacerdotali, poſtea procedere ad pœnas grauiores:tamen ſi delegatus primo proceſſerit ad excommunicationem, tenet excommunicatio, licet non bene faciat:quia iſte tex.loquitur de honeſtate:verumtamen poſſet eſſe tanta contumacia, ꝙ delegatus inciperet ab excommunicatione.Hel.Reg.

ficali [a] dignitate præditis [b] ob reuerẽtiam ſacri officij [c], quod exercent, plurimũ deferri conuenit, & eos plus aliis honorari decet [d] : vt cum à iudicibus [e], vel cõſeruatoribus à ſede Apoſtolica deputatis contra eos, ad coactiones aliquas ſiue pœnas fuerit procedendum, gradus & modeſtia in huiuſmodi proceſſu ſeruetur : Ita ꝙ (eis quadam condigna reuerentia ſupportatis) ingreſſus [f] primo ipſis eccleſiæ, vel ſacerdotale [g] interdicatur miniſterium : ac deinde ab officio ſuſpendantur, & ſubſequenter aggrauetur cenſura eccleſiaſtica contra eos. Niſi forte aliter [h] fieri ſuaſerit nimia contumaciæ ꝓteruitas, ſiue culpa.

No. primo arg. ꝙ illa quæ exercet ep̃s ratione dignitatis ep̃alis, dicuntur competere ex officio, & nõ ex ordine: & ſic non videtur ep̃atus ordo: de quo per gl. & ibi dixi s̃. in proœ. huius libri. Nota ſecundo, ꝙ appellatione iudicis non cõprehẽduntur conſeruatores: quod nota pro iurib. loquentibus de iudicibus. Dominicus.

¶ *Prima gl. ſummat, & dicit quid exemplificet.*

a ¶ *Quia pontificali.*] In coactionibus & pœnis pontificali dignitati defertur. Exemplificat quod habetur s̃.e. ſane.2. & cap. paſtoralis. in princip.

Additio. Gul. hanc decre. allegabat ſub ti. de priu. in Spe. de ſen. prol. §. vt autẽ. ver. quandoq;. Io. And.

b ¶ *Præditis.*] ideſt, præ aliis dotatis.

Additio, Archid. exponit. i. ſublimatis & ornatis. Ioan. And.

c ¶ *Officij.*] concor. j̃. de ſen. exc. q̃a periculoſum. & 11. q. 3. abſit.

d ¶ *Decet.*] inſpicimus quid deceat, ſic s̃. eo. libr. de elect. cum non deceat. cum ſuis concor.

Additio. Et decentia proprie reſpicit honeſtatem. s̃. de vot. magnæ. Ioan. And.

e ¶ *Iudicibus.*] poteſt referri ad hoc quod j̃. ſequitur, deputatis. vel pũcta hic, & iudicibus quibuſcunq;. Io. And. [Idem Arch.]

f ¶ *Ingreſſus.*] & ſi durante tali interdicto in eccleſia ſolemniter celebrat, irregularis efficitur. j̃. de ſen. exc. is cui [1].

[1] Et ſi moritur, ñ eſt in cœmeterio ſepeliendus. Arch.

Additio. Et ibi dicam quod hic dicit Arch.

¶ *Gl. ſeq. obijcit, & dupliciter ſoluit.*

g ¶ *Sacerdotale.*] ſine quo Pontificale officium exerceri non poteſt. s̃. de exceſ. præl. ex litteris. [Scias quòd ſuſpenſus à Pontificalibus tantum, in illis celebrando non fit irregularis, ſecundum Gul. in Spe. de leg. §. iuſta. verſ. quid ſi q̃s epiſcopus.] Sed videtur ꝙ ab ipſo principio iſti arctius quàm reliqui puniri deberent. 5. q. vlt. c. quia iuxta. §. presbyteri. quæ eſt lex C. de epiſ. & cler. l. patri. vbi dicitur, quòd multo maiori pœna ſunt digni, quibus cum plurimum honoris per noſtram iuſſionem delatum eſt, occulto reperiuntur in crimine. lex illa loquitur de illo, qui deliquit in eo, in quo honorabatur, ſ. in ſacerdote: qui in teſtimonio dicendo honoratur, vt non torqueatur: & ideo verum tacuit, vel falſum dixit. Vel dic quòd minor pœna maior eſt in maiore, ſecundum ea quæ no. de cle. vena. c. 1.

h ¶ *Aliter.*] vt ſcilicet non ſupportetur tanta modeſtia: vt quia iniurias vel contumelioſa verba profert in iudicem. s̃. de pœ. dilectus. Quid ſi iudex non ſeruata forma huius decre. ſtatim excommunicet, vel ſuſpendat epiſcopum vel ſuperiorem, tenet ne ſententia? Dic quòd ſic: licet reprehendendus ſit iudex, ꝙ hanc modeſtiam non ſeruauit. 11. q. 3. c. 1. s̃. de ſen. exc. ſacro.

Additio. Vide quod dixi in decr. ſane. ſuper verbo, interdicat. Ioan. And.

SI *duo ex tribus.*] Non diuiditur: Præmitte quòd ſi delegatus Papæ ſubdelegat non in totum, facit gradum, ita ꝙ de eius ſubdelegato ad ipſum ſubdelegantem debeat appellari: vt j̃. eod. ſi delegatus. & s̃. eo. ſuper quæſtionum. Sed iſtud fallit in caſu huius decre. Dominicus.

¶ Secundum D. Heliam hoc c. ſic ſummatur: Si appellatum fuerit ab vno trium delegatorum, non appellatur ad duos delegatos, ſed ad Papam. hoc dicit.

Casvs. Papa commiſit cauſam tribus iudicibus delegatis, videlicet decano, archidiacono, & archipresbytero, duo fuerunt impediti: vnde ipſi vices ſuas ſubdelegauerunt, qui ſubdelegati proceſſerunt cum tertio delegato intantum, ꝙ deuentum fuit vſque ad ſententiam, quam contra te tulerunt: vis ab illa ſententia appellare, vtrum poſſis appellare ad delegatos? Videtur quòd ſic, quia appellare vis à ſubdelegato: ergo eſt appellandum ad delegatos, ſi in totum vices ſuas non commiſerunt, ſed aliquid ſibi retinuerunt? Reſpondet Romanus Pontifex, quòd licet delegati ſubdelegauerint vices ſuas, & non in totum: eo tamen quòd illi ſubdelegati non proceſſerunt ſoli, ſed cum tertio delegato, qui eſt par illis delegatis: ideo non poteſt appellari ad delegatos: Nam non appellatur à pari ad parem, & ideo à ſubdelegatis eſt appellandum ad Papam: ac ſi omnes delegati ſimul de cauſa cognouiſſent, & ſic ſi delegati in totum ſubdelegaſſent cauſam, non appellaretur ad delegatos. l. vnica. C. qui pro ſua iur. iu. da. vel nõ da. poſ. ſecundum litteram quæ habet, ad nos iure iudicia remeabunt, quæ eſt communis littera, licet aliqui habeant in littera, ad eos. & tunc ille tex. intelligitur quando delegati ſubdelegauerunt in parte, & non in toto. Nota primo ex hoc c. ꝙ delegatus Papæ poteſt ſubdelegare. l. à iudice. C. de iud. c. paſtoralis. all. s̃. e. l. & quia. ff. de iu. om. iu. Nota vlterius, quòd delegatus Papæ ſubdelegando poteſt retinere aliquid de iuriſdictione: ita quòd nõ deſinit omnino eſſe iudex ratione cuius eſt appellandum ad ipſum delegatum: & iſte eſt vnus caſus in quo non poteſt appellari ad Papam omiſſo medio: & illud procedit, ſiue delegatus reſeruauit ſibi ſententiam, ſiue tantum executionem. Nota inſuper principalem effectum huius c. quòd ſi aliqui delegati ſubdelegent, qui ſubdelegati procedunt cum vno ex principalibus delegatis, appellandum eſt non ad ſubdelegantes: ſed ad Papam propter mixturam paris reſpectu illorum ſubdelegatorum. Et ex hoc infertur aliud notabile, quòd vbi duo permiſcentur quorum vnum ſit potentius altero, potentius attrahit ad ſe naturam minus potentis, etiam ſi minus potens in numero excedat potentius. Ad hoc s̃. de conſ. ec. vel al. àqua. Dom.

† No. ꝙ plures diuerſã iuriſdõnem hñtes, ĩ vna cã iudicãt: & tũc ad appellationẽ interponendã inſpicitur dignior iuriſdõ. l. ꝓcipimus. ad fi. C. de ap. vbi aũt diſcordãt ĩ ſentẽtia, ſtatur numero. c. fi. s̃. đ re iu. l. fi. C. đ ca. larg. libr. 11. Anc. Fonta.

¶ Bonifacius octauus.

¶ *Delegato procedente cum duobus ſubdelegatis non in totum, ad Papam non ad condelegatos appellari debet, hoc dicit. Ioan. And.*

## CAP. III.

SI [i] duo ex tribus [k] à ſede Apoſtolica [l] delegatis, duobus [m] aliis non in totum [n] ſubdelegauerint vices ſuas, ipſiq; † ſubdelegati cum delegato [o] tertio in cauſa proceſſerint delegata: ſi appellatur ab ipſis [p], nõ ad condelegatos [q], ſed ad primum delegantem tantummodo appellari debebit.

¶ Idem.

¶ *Tres caſus ponit in quib. ſuſpicionis cauſa coram arbitris non tractatur: Primus, cũ recuſatur vnus ex delegatis datis cum clauſula, ꝙ ſi non omnes: Secundus, cum recuſatur delegatus epiſcopi: Tertius, cum recuſatur officialis. Ioan. And.*

¶ *Prima gl. dicit quid declaret.*

i ¶ *Si duo.*] Edita eſt hæc decret. ad declarationem eorum quæ no. Ber. Inn. & Hoſt. s̃. eo. ſuper quæſtionum. §. ſi vero. ad fi.

Additio. Hanc decr. prolixe gloſſauit Arch. de gloſſa decret. ſuper quæſtionum. & de expeditis j̃. e. ſi delegatus. quæ poſtea cancellauit Io. And. & Gul. in Spec. de app. §. nunc tractemus. verſ. quid ſi tres. Ioan. And.

k ¶ *Ex tribus.*] idem de vno, & multo fortius: quia maior dubitatio eſt quando duo ex trib. ſubdelegant, quàm quando vnus tantum: videbatur enim inſpici debere maiorem numerum: quia ergo duo erant ſubdelegati, & tertius delegatus: quia maior pars huius iuriſdictionis ſubdelegata erat, non videbatur appellandum ad primum delegantem: ſed ſecus eſt, vt hic vides: cum enim in hoc caſu diuerſis reſpectibus emergant aduerſa; eligere debemus quod minus in ſe habet captionis. ff. de re. iu. quotiens. captioſum enim eſſet ſi de pari ad parem appellaretur: ad primum ergo appellari delegantem debebit.

Additio. Dicit Io. Monachus, quòd cum hoc caſu ſimus extra. §. porro. c. cum plures. j̃. eo. qui eſt exceptio à regula illa. 2. q. 6. ad Romanam, tenenda eſt regula hoc caſu expreſſe non vitiata. Ioan. And.

l ¶ *A ſede Apoſtolica.*] ideo dictum, quia delegatus ab alio non delegat. s̃. e. paſtoralis. & c. vlt. C. de iud. à iudice.

m ¶ *Duobus aliis.*] idem ſi ſubdelegarent illi collegæ: ſed de hoc videbatur dictum s̃. e. ſuper eo. §. ſi vero. ſecundũ vnam lecturam, q̃ ibi amplectenda eſt: q̃a ſi ibi quæreretur de eo q̃ totum ſubdelegauerat, nõ erat q̃õ, quia per præcedentia deciſa erat.

n ¶ *Non in totum.*] bene dicit, quia ſi in totum ſubdelegaſſent, nõn eſſet quæſtio: quia tunc ſemper appellatur ad primum delegantem. s̃. e. ſuper quæſtionum. §. porro.

o ¶ *Cum delegato.*] Nota quia ſi in reſcripto eſſet clauſula, ꝙ ſi non omnes: & duo cõmitterent, tertius ſe excuſaret, nec committeret: in hoc caſu ab illis duobus ſubdelegatis ad delegatos ſubdelegantes appellaretur, & non ad primum delegantem: ceſſat enim ratio: & [2] hoc videtur voluiſſe hæc littera.

[2] In antiq̃s libris ita, & hoc voluit hæc littera.

p ¶ *Ab ipſis.*] delegato & ſubdelegatis.

q ¶ *Condelegatos.*] quia appellatio eſt de minori ad maiorem prouocatio, &c. hic autem partim appellaretur de pari ad parem: quod eſſe non ꝑt: & adde quod dixi s̃. e. lib. de conſue. c. 2.

Si con

SI *contra.*] Sunt tria dicta quæ patent:Secundum,ibi,*Cum autem.*Tertium,ibi,*Idem eſt.*Dominicus.

¶Illud c. emanauit ad limitationem iurium dicentium, quòd cum iudex recuſatur vt ſuſpectus, ſunt eligendi arbitri: fallit in tribus caſibus hic enumeratis.

## CAP. IIII.

SI contra [a] vnum ex duobus [b] iudicibus cum illa clauſula: quòd ſi ambo intereſſe non poſſunt [c], alter eorum in cauſa [d] procedat:à ſede Apoſtolica [e] delegatis, ſuſpicionis cauſa legitima [f] proponatur:cauſa ipſa ſuſpicionis coram non recuſato coniudice (ad quem ex vi prædictæ clauſulæ debet ipſius cauſæ cognitio pertinere) probari [g], & ab eo expediri debebit. Vbi vero non eſt dicta clauſula [h] in reſcripto:debet ſuper hoc ad arbitros recurſus haberi. ¶Cum autem [i] ipſe † delegatus epiſcopi [k] recuſatur: recuſationis cauſa coram epiſcopo eſt probanda. ¶Idem [l] eſt ſi officialis recuſetur eiuſdem: licet ad ipſum, ab eodem officiali nequeat appellari [m].

Casvs. In cauſa, quã eram tecum habiturus, impetraui à ſede Apoſtolica duos delegatos:videlicet decanum & archidiaconum eccleſiæ Pictauen.cum clauſula: quòd ſi ambo intereſſe non poteritis, alter veſtrum negotium exequatur:accidit quòd coram iſtis delegatis feci te citari & obtuli libellum,cui petij per te reſponderi: Tu comparens propoſuiſti, ꝙ habebas vnum iudicem tibi ſuſpectum: quia erat conſanguineus meus:vel cum conſultus fuerat cauſam & opinionem ſuam dixerat,illa cauſa eſt probabilis:quæritur coram quo iudice debeas illam cauſam ſuſpicionis probare:& vtrum ſint eligendi arbitri?Reſpondet quòd non:ſed illam cauſam ſuſpicionis debebis probare coram ſuo coniudice. Et hoc verum quando illi duo delegati ſunt dati cum clauſula,quòd ſi ambo:Si autem eſſent ſimpliciter dati, tunc aſſumendi eſſent arbitri ſecundum iura antiqua:quia ſi non poteſt condelegatus cognoſcere in principali,nec in acceſſorio. Sed quid ſi quis vellet recuſare officialem epiſcopi,vel delegatum epiſcopi:vtrum ſint eligendi arbitri? Certe non: ſed eſt cauſa ſuſpicionis probanda coram epiſcopo,qui officialem delegauit. Nota primo,quòd cum cauſa eſt delegata duobus ſimpliciter,neuter eorum ſine altero poteſt procedere,etiam in cauſis emergentibus ſiue incidentibus, ſicut nec poſſunt procedere in principali:vnde recuſatio eſt cauſa emergens:& tamen alter ſine altero non poteſt cognoſcere quando ſunt dati ſimpliciter. Si autem dati fuerint cum clauſula,quòd ſi non omnes,tunc tota iuriſdictio apud alium remanet:non ſolum quo ad principale,ſed quo ad emergentia & incidentia. Nota vlterius ex hoc c.caſus in quibus non recurritur ad arbitros pro cauſa ſuſpicionis probanda, videlicet cum recuſatur alter delegatorum,vel officialis epiſcopi, vel eius delegatus: & ſic officialis non eſt delegatus epiſcopi:ſed habet iuriſdictionem ordinariam. Nota finaliter, quòd cauſa recuſationis debet exprimi coram iudice qui recuſatur:probatio autem coram ipſo fieri non debet. ad hoc ſ.de app.cum ſpeciali.Dominicus.

¶*Gl.prima ponit ſummam,& quid prima pars declaret.*

a ¶*Si contra.*]Tres caſus ponit,in quibus ſuſpicionis cauſa coram arbitris non tractatur:Primus cum recuſatur vnus ex delegatis datis cum clauſula:quòd ſi non omnes.Secundus cum recuſatur delegatus epiſcopi.Tertius cum recuſatur officialis. Et reprobat prima pars,quod no.Inn.ſ.e.cum ſuper.&approbat quod ibi not.Hoſt.& Ab.Et probabatur olim per deciſam ipſius decre. & ipſe Hoſt.ſ.e.ſuper quæſtionum.§.qui vero.& j.de ap.legitima.& Gul.in Spe.de recuſ.§.vl.ver.quid ſi vnus.

b ¶*Ex duobus.*] idem ſi ex pluribus,cum eadem ſit ratio.

c ¶*Non poſſunt.*] eſt ergo neceſſe ꝙ de eius impotentia pateat antequam collega procedat.ſ.eod.in antiq.prudentiam.ſecus cum ſcribitur:vt j.eod,cum plures.1.reſp.

¶*Gl.ſeq.obiicit,& ſoluit.*

d ¶*In cauſa.*] principali:vnde non videbatur quòd de impedimento cognoſcere deberet,quod ſibi commiſſum non videbatur:ſed cognoſcit an ſua ſit iuriſdictio.ff.de iud.ſi quis ex aliena.ſ.in ant.de reſcr.ſup litteris.ſic & hic cognoſcit an collega ſuſpectus ſit:vt ſic videat,an ſit iudex ſine illo ex culpę vigore.

e ¶*A ſede Apoſtolica.*] idem videretur in delegatis ab alio:Nec obſtat j.§. proxi. quia ibi loquitur ſecundum hanc rationem, vbi vnus ſolus eſt delegatus:[Vel plures ſine clauſula.]

Additio. Quod hic dicitur in delegatis à Papa: idem eſt in delegatis ab alio: Nam & ordinarius & delegatus principis apponere poſſunt hanc clauſulam:ſecundum Goff. in ſumma huius tit.ver.item quid ſi ordinarius.Nam & in compromiſſo apponitur.ſ.e.vno delegatorum. ſecundum Archid.punctum tamen gl.non tangit.Ioan.And.

Suſpicio ſola iudicẽ recuſari facit.

f ¶*Cauſa legitima.*]recuſatur iudex propter vnicam cauſam,ſ. propter ſuſpicionẽ.j.c.proxi.ſed illa ex multis cauſis inſurgit. pone exemplum ſ.e.cauſam quæ.& c.cum R.& c.inſinuante. de iud.cauſam quæ.vt lit.non conteſt.accedens.1.& 2.de app. ad hæc ſi in vna.& c.poſtremo.cum ſi.Ioan.And.

Additio. De quibus vide in Spe.ti.1.§.ſupereſt.dicit hic Archid. quòd iuſta cauſa eſſet recuſandi, ſi procuraſſet ſibi cauſam committi:vel ſi prius per actorem conſultus,reſpondiſſet eum ius habere per l.Pretor.ff.de iu.om.iu.all.quod no.Inn.ſ. de of.or. irrefragabili. vt ibi ſcripſi ſuper gl.vel per decanum. & dicam poſt Hoſt.j.de app.legitima.Ioan:And.

¶*Gl.ſeq.quærit & ſoluit,& ponit opin.Inn. ſecundo quærit,arg. pro.et ſoluit contrarium: tertio obiicit, & ſoluit.*

g ¶*Probari.*] bene dicit coram quo habeat probari:& per quem habeat expediri:ſed nõ dicit corã quo habeat proponi:corã quo ergo ꝓponetur, an corã ambobus:an coram altero tantum?Satis videtur per iſtã decret.ꝙ coram omnibus ſit proponẽda: & corã collega probanda:olim dicebat Inn.ſ.e. cum ſuper. quòd licet bonum eſſet,quòd coram omnibus proponeretur: ſufficiebat tamen ſi proponeretur tantum recuſando:cum arbitri deberent cognoſcere, quòd hodie poſſet locum habere in delegatis datis ſine clauſula, vt j.ſequitur.[Vel cum clauſula,quod ſi non omnes,tu cum altero.& is ad quem ſermo dirigitur,recuſatur.Et idem in clauſula de qua ſ.e.coram Archid. quod placet.] Sed nunquid medio tempore pendente probatione coram collega,poterit ipſe collega in principali procedere? & videtur quòd ſic:quia medio tempore ille cognoſcere non poteſt:ergo ex vigore clauſulæ collega cognoſcere poterit. Sed dic contra:quia primo cõſtare debet de impotentia, antequam ſolus procedere poſſit.j.e.prudentia. ſed pendente cauſa ſuſpicionis ille vult intereſſe: nec adhuc apparet eum non poſſe: igitur collega in principali non procedet. Sed Io. Car.ſentit contra,& dicit, quòd medio tẽpore eſt locus dictæ electioni,quòd ſi non omnes,&c. ſed dic ꝙ expectari debet finis cauſę.ad hoc optime.ff.de exc.tu.l.diximus.circa prin.Sed nonne honor eſt iudicem eſſe:vt ſ.de app.vt debitus.& C.qñ prouo.non eſt ne.l.omnem honorem.& maior honor videtur ſolus iudex eſſe quàm cum alio.ad hoc j.de conceſ.pręb.c.vlt. videtur ergo collega ſuſpectus in pronũciando facilius illum ſuſpectum,vt ſolus iudex remaneat. Sed dic quòd licet iudici debeatur honor,tamen id eſt onus:vt ſ.eo.paſtoralis.ibi,exonerare,&c.& ff.de mu.& ho.l.vlt.§.iudicandi. vnde nõ eſt ibi tanta ſuſpicio 1: quia non præſumitur quis appetere onerosa: & ideo taciturnitas in his non habetur pro conſenſu. ff.de procu. filiusfam.§.inuitus.& dixi de hoc j.de reg.iu.is qui tacet.Præterea ſi male pronunciat in hoc caſu,non deeſt appellationis refugium.j.eo.ab arbitris.

Recuſatio alicuius delegatorum, an dẽat ꝓponi corã omnib⁹, an coram recuſando tm̃.

†dictio,ipſe deeſt in antiq.cod.

1No.gl.ꝙ in dubio iudex ñ pręſumitur ſe ꝓnunciaturũ iudicẽ,dum vere iudex non eſt. Domin.Font.

Additio. Et ſi non appellaret grauatus,tranſiret interlocutoria in rem iudicatam:vt ſcripſi poſt Inn.& Hoſt.in dec.prudentiam.poſt prin.ſuper ver.conſtare.Ioan.And.

h ¶*Clauſula.*] ex quo enim ſimpliciter dati ſunt:vnus ſine altero procedere non poteſt ſ.eo. cauſam matrimonij. & c.vno delegatorum.impedito ergo vno,ita quòd non poſſit committere,alij procedere nequeunt.Io.And.

2Idẽ Pet. de Anc. Font.

i ¶*Cum autem.*] hoc no.Ber.ſ.eo.ſuper quæſtionum.§.quem vero.in vlt.gl.& Hoſt.ibidem.

¶*Gl.ſeq.dat ſimile:quærit de ratione,& reſpondet.*

k ¶*Epiſcopi.*] idem in ſubdelegato delegati Papæ, qui delegauit non in totum: vt in prædicto §.quem vero. [Vide quod poſt Inn.dixi in præal.decr.ſuper quæſtionum.ad fi.ſuper ver. auditores.ibi tenet ꝙ etiam ſi totum delegauit,antequam ſubdelegatus citet, proponetur:& probabitur recuſationis cauſa coram delegato. bene fac.j.c.2. De materia vide quod ſcripſi ſ.de app.cum ſpeciali.in gl. proprium.& in Spec.de recu.§.fi. in fi.] Si autem ipſe epiſcopus recuſaretur,eligerẽtur arbitri. ſ.de app.cum ſpeciali. Sed quare tunc non aditur ſuperior ſicut & hic?Rõ,q̃a iuriſdictio ordinaria fauorabilis eſt.Item non ita de facili poteſt haberi ſuperior ordinarius, licet interdum poſſit 2: ſed ad ea quæ frequentius,&c.ff.de legib.nam ad ea. ſicut nec ſic de facili poteſt adiri Papa:& ideo ſi recuſatur delegatus ipſius,itur ad arbitros:omni ergo caſu Papa laboribus & expenſis partium voluit prouidere 3. Ioan.And.

3 p iſtã rõnẽ d̃t Pe.d̃ An. ſi ep̃s eſt ꝓcul abſens, eũdum eſſe ad arbitros. facit c.vltra 3.q.3.Font.

l ¶*Idem.*] ſcilicet,quòd coram epiſcopo probabitur cauſa recuſationis.& hoc no.Hoſt.j.de app.legitima.

¶*Gl.ſeq.notat,obiicit,& ſoluit.*

m ¶*Appellari.* 4] nec valet conſuetudo in contrarium:vt ſ.e. lib.de conſue.c.2. Et ſic nota,ꝙ licet quo ad quædam ſit idem conſiſtorium ep̃i & ſui officialis,non tamen quo ad omnia.ad idem ſ.ti.prox.c.2.& 3.Sed nonne appellatio & recuſatio ſunt paria?vt ſ.de app.ſuper eo.2.reſp.Dic ꝙ iſtud intelligitur quo ad modum:vt ibi not.ſicut non admittitur fruſtratoria appel-

4Ad hãc gl. d̃t Pe.d̃ An. rõem:q̃a appellatio cõcernit iuriſdictionẽ, q̃ ĩ ep̃o&vicario eadẽ eſt, ſ3 recuſatio adhæret pſonę recuſatæ: licet eñ vicari⁹ ſit ſuſpect⁹, ñ iõ principalis, nec ècõtra. Bal.in l.j.C. ſi quac.prę. poteſt.Fon.

ſatio,ita nec fruſtratoria recuſatio : vnde recuſo &ſi non grauer, tamen non appello,niſi grauer:appello à iudice, in quem conſenſi, quem tamen non recuſo. in multis aliis eſt diſſimile: & quo ad caſum noſtrum eſt ratio: quia licet de natura appellationis ſit,vt eatur ad maiorem:vt dixi ſ̃.c.prox.non ſic in recuſatione:vt patet ſ̃. 1.reſp.& in hoc itur ad arbitros,vt ſ̃.eo. ſuſpicionis.& de appel.cum ſpeciali.

IVdex.] Sunt tria dicta:ſecundum, ibi,*Poſt recuſationẽ.* tertium,ibi,*Extunc.* Dominicus.

Casvs. Cum eſſem habiturus tecum litem,à ſede Apoſtolica impetraui delegatum , coram quo feci te cõueniri:iſte delegatus erat tibi certa ratione ſuſpectus,antequam cauſa ſuſpicionis fuiſſet per te propoſita coram eo , ipſe iudex cauſam ſubdelegauit:an poſſit? Certe ſic. Sed quid ſi cauſa fuit propoſita, & fuerunt electi arbitri:ſed antequam arbitri cognoſcerent de cauſa ſuſpicionis,ipſe cauſam principalem commiſit cuidam iudici, &ipſum ſubdelegauit:vtrum poſſit?Reſpondet quòd ſic,ſi ſubdelegauit in totum te reo conſentiente. Sed ponamus quòd iudex recuſatus noluit ſubdelegare : ſed expectauit ſententiam arbitrorũ, qui pronunciauerunt cauſam ſuſpicionis eſſe ſufficienter probatam: vtrum poterit ſubdelegare poſt pronunciationem arbitrorum conſentiente recuſatore?Reſpondet quod non:quia deſinit eſſe iudex per pronunciationem arbitrorum : & ideo non poteſt ſubdelegare,etiam de conſenſu partium:qa priuatorum conſenſus non dat iuriſdictionem ei , qui nulli præeſt iudicio.l.priuatorum conſenſus.C.de iu.om.iu.Not.primo ex hoc textu practicam, quam debet obſeruare iudex delegatus, quando cognoſcit ſuſpectum : quia quamquam nollet facere iniuſtitiam, cautela eſt, quòd antequam de cauſa ſe intromittat, quòd cauſam ipſam in totum ſubdeleget : nam ſi ſemel ſe intromiſit de cauſa, non poterit amplius ſubdelegare, niſi de conſenſu recuſatoris.Nota inſuper, quòd cauſa ſuſpicionis ſemel propoſita,non poteſt delegatus cauſam ſubdelegare, niſi de conſenſu recuſatoris,Nota vlterius,quòd ſi arbitri pronuncient cauſam ſuſpicionis eſſe ſufficienter probatã, tunc iudex recuſatus deſinit omnino eſſe index:ideo de cauſa non poteſt amplius ſe intromittere,etiam ſubdelegando.No,pręterea,ꝙ plus impedit exercitium actus ſententiæ prolatio , quàm ſola probatio rei ſuper qua ferenda eſt ſententia. Nota finaliter,ꝙ etiam de conſenſu partium non poteſt fieri prorogatio iuriſdictionis,quæ non habetur in perſonam iudicis. vide ſ̃.eo.tit. ſignificantibus.Dominicus.

¶ Idem.

*¶ Diſtinguit tria tempora ad ſciendum, an iudex ſuſpectus committere poſſit:quia aut non eſt propoſita recuſatio,& tunc in totum per eum facta commiſſio tenet:Aut eſt propoſita , ſed nondum pronunciatum ſuper ea:& tunc volente recuſatore, committere poteſt, aliàs non:Aut iam pronunciatum eſt illum eſſe ſuſpectum : & tunc etiam volente recuſatore committere nequit.* Ioan.And.

## CAP. V.

IVdex [a] ab Apoſtolica [b] ſede datus,quanuis legitime [c] recuſari valeat vt ſuſpectus , poteſt licite vices ſuas committere, antequam recuſatio contra ipſum proponatur [d]:Et ſi in totum commiſerit,recuſari vlterius,aut facta per eum commiſſio impugnari nequibit [e]:quod poſſet [f], ſi ſibi de iuriſdictione aliquid [g] reſeruaſſet.¶Poſt recuſationem quoque propoſitam,committere (niſi de recuſatoris [h] procedat aſſenſu)non poteſt : ſed eo volente hoc poteſt , etiam ſi iam recuſatio eadem ſit probata:dũmodo pronunciatum non fuerit ſuper ea [i] .Extunc [k] enim(cum omnino iudex eſſe deſierit [l] ) nulla etiam cum illius aſſenſu [m] poteſt fieri cõmiſſio per eundem.

*¶Prima gl.ponit quid declaret,& ſummat.*

a ¶ *Iudex.*] Declarat notata per Ber.ſ̃.de app. ſecundo requiris.in gl.pen.& per modernos ibidem.&de app.cum ſpeciali. & per Goffr.in ſum.de app.§.dubitari.& eod.tit.poſtremo.& Gul.in Spe.de recuſ.§.vl.ver.ſed quid ſi is iudex. Et diſtinguit tria tẽpora ad ſciendum, an iudex ſuſpectus committere poſſit : quia aut non eſt propoſita recuſatio,& tunc in totum per eum facta commiſſio tenet:aut eſt propoſita,ſed nondum pronunciatum ſuper ea , & tunc volente recuſatore committere poteſt, aliàs non : aut iam pronunciatum eſt illum eſſe ſuſpectum:& tunc etiam volente recuſatore committere nequit.

b ¶ *Ab Apoſtolica ſede.*] ideo dictum , quia delegatus ab alio non delegat,vt dixi ſ̃.eo.tit.ſi duo.

c ¶ *Legitime.*] aliquas concordantias dedi ſ̃.c.prox.

*¶Gl.ſeq.obiicit quatuor modis,& tribus alle.pro.& dicit hæc per diſtinctionem concordari.*

d ¶ *Proponatur,*] in contrarium videbatur , quia inefficax eſt apud ipſum iuriſdictio, ex quo elidi poteſt:quia nihil refert an aliquid ipſo iure inefficax ſit,an per exceptionem.ff.de reg.iu. nihil intereſt.ff.qui.ex cau.in poſ.ea.l.Fulcinius.§.ſi in diem.ſi ergo inefficax eſt iuriſdictio in delegante , ergo & in delegato,qui vicibus eius fungitur.ff.de iur.om.iud.l.ſolet Prætor.& ff.de off.eius cui man.eſt iu.l.1.§.qui mandatam.Item pars iuriſdictionis eſt delegare.ff.de iu.om.iud.l.3.in fi. Cum ergo alias partes iuriſdictionis aggredi non poſſit , ergo nec iſtam: inſpicimus enim an delegans cognoſcere valuerit : vt ſic demum delegatio valeat.C.qui pro ſua iu.l.vna. hinc eſt quòd ſi Proconſul committat cauſam antequam ingrediatur prouinciam, quia tunc cognoſcere non poteſt : nec delegatus ab ipſo, niſi tunc demum cum ingreſſus fuerit. ff.de off.proconſul. obſeruare.§.vlt.Item delegatus præuenire non potuit diligentiam recuſantis.ad hoc ſ̃.de app.ſæpe.& c.oblatæ.Item exceptio quæ obſtat venditori &emptori.ff. de contrah.empt. l. dolia.§.1.[Facit cle. religioſus. §. 1. de proc.]Pro iſta parte facit, quia cauſa ſuſpicionis perſonam afficit:vnde contra ſubdelegatum non competit 1. ff.de di. & temp.præſcr.l.an vitium. & perſonales exceptiones perſonas nõ egrediuntur.ff.de except.exceptiones.vnde mutatione perſonæ vitium aboletur. 1. q. 1.cito. ſ̃.in antiq.de fil.presby. ex tranſmiſſa.ff. vti poſſid.ſi duo. §. non videor. Item videmus ꝙ ordinarius etiam recuſatus delegat. ſ̃. de fo.comp.ſi quis contra.& de app.cum ſpeciali.Item licet iudex ſit ſuſpectus,dum tamen non recuſetur:tenet eius proceſſus 2. vnde tria tempora diſtinguens hæc decret.altercationem determinat.

1 Idẽ Pet.de Anc.Font.

2 Not.à contrario, ꝙ ſi recuſetur,ſi t3.Bart.in l. qa poterat. ff. ad Treb. Phil.Domi. hic. fallit tñ ſi ꝓcedatur de cõſenſu. tex. hic,aut ſi recuſatio notorie eſt iniuſta.Phi. hic. Font.

e ¶ *Nequibit.*] intellige cum inceperit ſubdelegatus vti iuriſdictione.j̃.c.prox.

Additio. Idem Io.Mona.Et reſpicit gl.verbum,recuſari, non verbum,impugnari.vt ſit ſenſus,ꝙ ſi re integra ſubdelegatum reuocaret,quod poteſt vt ibi, adhuc recuſari poſſet. Item & ſi ſubdelegatus non recipit ſubdelegationem.Ioan.And.

f ¶ *Quod poſſet.*] ſcilicet recuſari,& facta commiſſio impugnari.Ioan.And.

g ¶ *Aliquid.*] quodcunque ſit illud.ad idem j̃.c.2.ex quo enim ſibi aliquid reſeruauit , ſaltem in reſeruato iudex remanet 3. Item de ſuſpicione ſubdelegati habet cognoſcere.Item reuocat ad ſe iuriſdictionem.ſ̃.e.ſuper quæſtionum. ff.de iudi.l.iudicium.vnde adhuc recuſari poteſt,& commiſſio impugnari.

h ¶ *Recuſatoris.*] non eſt ergo neceſſarius conſenſſus aduerſarij:habet enim delegatus hoc à lege,vt delegare poſſit:impeditur autem in hoc ex facto recuſantis 4: volente ergo illo, hoc poterit,etſi aduerſarius contradicat.ſ̃.e.ti.c.vlt.

3 Et ſic nocere poſſet, qđ cõſiderã dũ eſt.đ Anch.l.Labeo. ff. de ſtat.li. Font.

i ¶ *Super ea.*] ergo iſta non ſunt paria per omnia , aliquid eſſe probatum,& ſecundũm probata eſſe iudicatum.

Additio.Ad idem ff.de iis qui no.inf.athletas.§.calumniator. & §.ſeq.& l.non alia,1.reſp,Io.And.ſ̃.de ver.ſig.c.cum olim.

4 tex.Bar.in l.j.C.ſi qua. præ.po. Pe. de An.Fõt.

k ¶ *Extunc.*]i.ex quo pronunciatum fuerit illũ eſſe ſuſpectum.

l ¶ *Deſierit.*] ſ̃.eo,in litteris.& c.ſignificantibus. & c. venerabili.ff. de re iud.l.iudex.

m ¶ *Aſſenſu.*] cum enim ibi deſinat iuriſdictio , non eſt quid prorogetur 5. de quo dic vt ſ̃.eo.P.& G.

5 Et dicas idẽ,ſi iudex ſe ꝓnunciauit incõpetẽtẽ. c.ſignificãtib. ſ̃.e. Anc. Font.

¶ Idem.

*¶Delegatus ſubdelegans,etiam in totum, re integra cauſam reaſſumere poterit. hoc dicit.* Ioan.And.

## CAP. VI.

QVAMVIS ALI-

QVamuis.]Ponit dictum, cuius rationem reddit,ibi,*Cum iuriſdictio.*Ioan.And.

¶Delegatus Papæ, qui in totum ſubdelegauit,poteſt re integra cauſam illam reuocare , & alteri ſubdelegare: Idem ſi ſubdelegatus moritur. hoc dicit. Præſupponendum pro intellectu c.quòd delegatus Papæ ſubdelegans in totum, videtur à ſe abdicare iuriſdictionem cum limitatione huius c.ſi ſubdelegatus incœperit vti iuriſdictione:ita quòd res non eſt integra.

Casvs. Ego iudex delegatus inter te & Titium , vices meas Caio in totum commiſi , nihil retinendo de iuriſdictione , & iſta ſubdelegatio fuit præſentata Caio ſubdelegato:tamẽ non vſus eſt adhuc iuriſdictione:an potero ego reuocare illam ſubdelegationem?Reſpondet quòd ſic,ex quo res eſt omnino integra, & non incæpit vti iuriſdictione. Sed quid ſi ſubdelegatus re integra eſt mortuus,nunquid potero cauſam reaſſumere,vel alteri ſubdelegare?Reſpondet quòd ſic:quia non eſt abdicata à me iuriſdictio cum effectu : ex quo ſubdelegatus non incœpit vti iuriſdictione ſibi ſubdelegata:& res eſt adhuc integra. Nota primo ex hoc tex.arg.à contrario ſenſu,quòd delegatus qui ſubdelegauit in totum , poteſt commiſſionem reuocare:& reuocando extinguitur iuriſdictio ſubdelegati.l.iudicium ſoluitur.ff.de iudi.Nota vlterius effectum principalem huius cap.quòd ſi ſubdelegatus cœpit vti iuriſdictione,etiam per citationem decretam , licet reus non ſit citatus , ita quòd res deſiit eſſe integra, delegatus non poteſt reuocare commiſ

ſionem

ſionem:& in eo non habet locum.l. all.iudicium ſoluitur.ff.de iudi.Et ſic ſolus actus per quem inducitur vſus iuriſdictionis, perpetuat iuriſdictionem.de quo hic aliquid per Dominic.

¶*Gl.prima ponit quid declaret,& ſummat.*

a ¶ *Quamuis alicui.*] Declarat not.ſ.e.ſuper quæſtionum.§.ſi vero. in gl.patet. & ſ.e.venerabili.in gl. pen. & vlt. & ibi etiam no. per moder nos.& Gul.in Spec. titul.1.§.reſtat.vltra mediũ.& Hoſt.plene in ſumma e.ti.§. delegari. verſic. ſed nunquid poteſt reuocare. Et hoc dicit. Delegatus ſubdelegans, etiam in totum, re integra, cauſam reaſſumere poterit.

b ¶ *A ſede Apoſtolica.*] quia delegatus alius non poteſt.

c ¶ *In totum.*] quod ſi reſeruaſſet, iudex remanebat: vñ non erat ſic dubitãdum in eo caſu: videbatur enim in totum committendo ita eſſe officio ſuo functus, quòd reſumere nõ poſſet. ad hoc ſ.c.prox.in fin.cum ſuis concor. & hoc dixit Tanc. & Bern. olim ſecutus eſt eũ, ſed poſtea mutauit: vt patet per ſupradictas gloſſas.

d ¶*Vſus fuerit.*] qualitercunque 1. ad idem ſupra eod.c.licet vndique.

1 Dic tu per citationẽ. Phil.Font.

cui [a] vices tuas in cauſa tibi à ſede Apoſtolica [b] delegata, in totum [c] commiſiſſe noſcaris: ſi tamen antequam ille iuriſdictione vſus [d] fuerit, commiſſio huiuſmodi per te reuocetur ab ipſo: vel eum rebus eximi contingat humanis: cauſam ipſam reſumere poteris: Cum iuriſdictio (ex quo ipſa vſus non extitit) non cenſeatur in eum efficaciter [e] tranſiuiſſe.

¶ Idem.

¶ *Si delegatus ſubdelegauit quotiens abeſſet, vel donec reuocaret: & mortuus ſit, re non integra, ſubdelegatus procedit: Et ſemper de ſubdelegato ad delegatum, qui ſibi aliquid iuriſdictionis reſeruauit, appellari debet: etiam poſt ſententiam. hoc dicit.Ioan.And.*

## CAP. VII.

SI [f] delegatus [g], quotiens eum abeſſe [h] contigerit, tibi commiſerit vices ſuas, poteris eo rebus humanis exempto (cum & tunc cenſeatur abeſſe) commiſſum tibi negotium (dum tamen illo viuente iuriſdictione vti [i] cœperis) libere diffinire. Idem [k] poteris quando tibi vices etiam ſub ea forma commiſit, donec eas duceret reuocandas [l]: Nam talis commiſſio, per quam cenſetur etiam ſententiæ prolatio (niſi antea fuerit reuocata) committi [m], nequaquam morte [n] committentis expirat: ex quo res integra non exiſtit. ¶ Ad eum quoque, qui vices ſuas committit, donec reuocet: vel qui executionem ſententiæ † tantum [o], aut quicquid aliud de iuriſdictione ſibi reſeruat: non ad delegantem primum appellari debebit: Etiam ſi poſt ſententiam fuerit appellandum.

† No. q̄ executio eſt iuriſdõis: iõ ñ faciẽda die feriata. de fer.Do.Fõt.

¶ Idem.

¶*Plurium delegatorum inſolidum quilibet cognoſcit: Et vno cognoſcente, alij niſi ex cauſa, ſe non intromittunt: Et perpetuatio vnius, perpetuat quo ad omnes.hoc dicit.Zen.*

e ¶ *Efficaciter.*] vides enim in caſu conuerſo: pone quòd moritur ſubdelegans re integra: certum eſt quòd ſubdelegatus non procedet. ſ.e.licet. ergo patet, quòd adhuc efficaciter iuriſdictionem non habet: retinet delegatus etiam poteſtatem compellendi, niſi malitioſe ſeipſum, &c. ſ.eo.paſtoralis. Aliud ergo eſt in procuratore qui habet mãdatum ad ſubſtituendum: quia dando ſubſtitutum, qui mandatum ſuſcepit: amplius re integra nequit cauſam reaſſumere: aliud in delegato, vt hic vides: & eſt expreſſum j. de procur.is qui.& quæ ſit ratio diuerſitatis, ibi dicam.

AddITIO. Et addam quod hic dicit Ioan.Mon.Ioan.And.

SI *delegatus.*] Sunt tria dicta: Primo ponit primum dictum cum ſua determinatione, ibi, *Dum tamen.* Secundo ſecundum, ibi, *Idem.* cum cauſæ redditione, ibi, *Nam talis.* Tertium, ibi, *Ad eum quoque.* vbi tria coniungit: quæ in fi.fortificat, ibi, *Etiam ſi.*

Casvs. In cauſa quæ moueri ſperabatur inter te & me, impetraui iudicem delegatum forte decanum Pictauen. qui decanus conſiderans, quòd non poterat commode cauſam noſtram examinare, alteri vices ſuas commiſit ſub hac forma: Tibi in tali cauſa vices noſtras committimus, quotiens nos abeſſe contigerit, vel donec duxerimus reuocandas: iſte ſuddelegatus incœpit vti iuriſdictione, & cauſam examinare: poſtea delegatus eſt mortuus: vtrum ſubdelegatus poterit cauſam finire & terminare? Reſpond. quòd ſic, ſi ante mortem delegantis res deſierat eſſe integra: hoc eſt, quia ſubdelegatus incœperat procedere in cauſa. Sed quæritur ad quem eſt appellandum: vtrum ad ſubdelegantem, vel ad Papam? Reſpondet cum diſtinctione: quia vel ſubdelegatus ſubdelegauit in totum: tũc non eſt ad ipſum recurrendum, ſed eſt appellandum ad primum delegantem: aut iſte delegatus ſubdelegans ſibi aliquid reſeruauit de iuriſdictione, puta ſententiam vel executionem ipſius cauſæ: & tunc appellatur ad ipſum ſubdelegantem, & non ad Papam. Nota primo quòd delegatus Papæ poteſt vices ſuas committere, etiam ſub conditione: nã iſta verba, quotiens me abeſſe contigerit, habent vim cõditionis, id eſt, ſi me abeſſe contigerit aliquibus aſſignationibus. Nota quòd delegatus mortuus dicitur abeſſe. Et ſic patet quòd verbum, abeſſe, verificatur in abſentia temporali: & in abſentia perpetua & naturali, quod nota pro ſtatutis, quæ faciunt mentionem de abſentia. Nota vlterius, q̄ morte mandantis expirat mandatum.§.ſoluitur.inſt.de man.l.mandati.C.man.etiam ſi mandans alio reſpectu erat mandatarius. Nota quòd cum appellatur à ſubdelegato principis, appellatur ad ſubdelegantem, niſi ille delegatus ſubdelegaſſet in totum: nam tunc eſſet appellandum ad principem primum delegantem. l.vnica.C.qui pro ſua iuriſ.ſecundum lect.quæ habet, ad nos. Nota inſuper vnum, in quo non poteſt appellari ad Papam omiſſo medio: videlicet cum appellatur à ſubdelegato delegati Papę: qui nõ ſubdelegauit in totum vices ſuas.

¶ *Gloſſa prima ſummat, & dicit quid approbet.*

f ¶ *Si delegatus.*] Si delegatus ſubdelegauit quotiens abeſſet, vel donec reuocaret: & mortuus ſit re ñ integra, ſubdelegatus procedit: & ſemper de ſubdelegato ad delegatum, qui ſibi aliquid iuriſdictionis reſeruauit, appellari debet, etiam poſt ſententiam. hoc dicit. Approbat primum dictum notata per Inn.&Hoſt.ſ.e.licet vndique.in princ.

g ¶ *Delegatus.*] Apoſtolicæ ſedis: vt ſ. c. proxim.

h ¶ *Abeſſe.*] idem dicebant prædicti Doctores p l. ff.de ver. ſig.l.mulieris. §.fin. vbi dicitur, abeſt ea res, quæ in rebus humanis non eſt, ſed non conuertitur: eſt ergo de ſignificatione vocabuli, à qua recedendum non eſt, niſi vbi res aliter ſalua eſſe non poteſt. ff.de leg.3. l.non aliter. immo tunc vere & finaliter abeſt, ſ.non reuerſurus.

AddITIO. Per hunc modum ergo ſi in rebus humanis eſt, non abeſt: res enim quæ in rebus humanis eſt, poteſt abeſſe: Sed res quæ in rebus humanis non eſt, non poteſt non abeſſe: ponderatur enim diuerſus modus abeſſendi: vt not.ff.de procur.l. præſens.de quo hic etiam per Arch.Ioan.And.

i ¶ *Vti.*] qualitercunque: etiam citra litis conteſtat.ſ.eod.relatum.& c.licet.

k ¶ *Idem.*] ſcilicet commiſſum tibi negotium libere diffinire.

l ¶ *Reuocandus.*] reuocare iuriſdictionis eſt. ff.de iudic.l.iudicium ſoluitur. retinendo ergo reuocandi poteſtatem, aliquid de iuriſdictione retinuit.

¶ *Gl.ſeq.ponit contrariam opi.Inn.& rationem qua mouebatur: & ei reſpondet.*

m ¶ *Committi.*] reprobatur lectura Innoc.& Abb.qui no.ſ.e. ſi pro debilitate. quòd per talem commiſſionem non transferebatur ſententiæ prolatio: quia per illam clauſulam, donec duxero, &c. videbatur ſententiam retinuiſſe: vt illa clauſula aliquid operaretur: quod eſſe debet. de leg.1.ſi quando quis vxori.ad idem j.de priuil.ſi Papa.1.reſp.in fi. Contrarium tenebat ibi Hoſt.cuius opin.hic approbatur: nec obſtat quod dicitur, quòd clauſula debet aliquid operari: ſatis enim operatur: quia reuocare poterit delegans, quod ſimpliciter vel totum committendo non potuiſſet 2. Item quia ex vigore clauſulæ illius ad eum appellabitur: vt dicitur in fi.c.

2 Adde tu q̄ ſi delegatus aliq̃d faciat adhuc ñ vũ reuocare, dũmõ prĩ hoc ꝓteſtetur, neq; ꝓteſtõ illa eſt facto cõtraria. Io.An.ĩ reg. ĩ gñali. Phil.Font.

¶*Gl.ſeq.quærit arg.pro & contra: & ſoluit.*

n ¶ *Morte.*] Quid ſi delegatus vſque ad ſuæ voluntatis beneplacitum ſubdelegauerat? Videretur prima facie per decret.ſ. de reſcr.ſi gratioſe.quòd illo mortuo expiret iuriſdictio. Contrarium videtur per hanc decret. ad hoc ſ.de bap.maiores.C. de vſufr.l.ambiguitatem. Nec obſtat illa decr.quæ in odioſis. & reſtringendis loquitur: hic autem fauorabile puto, melius eſt enim hunc iudicem procedere, quàm nouo & incognito cauſam delegare 3. ff.de vac.mun.l.prætor.§.vlt. arg.19.q.3. monaſteriis. & ſ.de renunc.c.1. & licet hoc videatur æquum: primum videtur verius.ad idem ff.loc.l.4.

3 Not.Dñic. q̄ faciẽda ẽ benigna interpretatio ad cõſeruãdã delegõnẽ. Dom.& Phil. ꝓbant gl.ſi tñ clauſula ſonaret actũ poſitiuũ nouę volũtatis, per mortẽ ñ expiraret.Fõt.

¶*Gl.ſeq.oſtendit duas opiniones reprobatas.*

o ¶ *Tantum.*] hic reprobatur opinio Tan.qui dicebat delegatum ſibi reſeruare non poſſe tantum executionem ſententiæ: & reprobatur opi.Ber.& Inn. qui dixerunt, quòd licet executionem reſeruare poſſit: ſi tamen appelletur à ſententia, non appellabitur ad eum, ſed ad primum delegantem. Super hoc

vide quod not.ſ.eod.ſuper quæſtionum.§.porro.in gl.2.[& in Spec.de appel.§.nunc tractemus.ver.ſed quid ſi delegatus. & verſ.ſeq.] Approbatur autem opinio Hoſt.qui hoc quod dicitur,ibi not.& ſ.eod. quærenti.

C*Vm plures.*]Sunt tria dicta:Secundũ,ibi,*Porro.*Tertium, ibi,*Iuriſdictione.*Dominicus.

¶Cum cauſa eſt pluribus delegata cum clauſula: quatenus vos,vel duo,aut vnꝰ veſtrũ,quilibet delegatus recipit iuriſdictionẽ inſolidum: tamen ſi vnus cauſam occupauit, alij nõ poſſunt eum impedire,niſi occupãs differret procedere malitioſe.

¶Prȩſupponendum eſt pro intellectu huius c. ꝙ cum cauſa eſt delegata ſimpliciter pluribus iudicibus, licet iuriſdictio ſit indiuiſibilis : quia eſt apud quemlibet iudicium inſolidum: tamen exercitium iuriſdictionis eſt apud omnes ſimul. l. duo ex tribus.ff.de re iud. c.paſtoralis.e. ti.in ant. Verumtamen Papa conſueuit apponere iſtam clauſulam:ꝙ ſi omnes intereſſe nequiueritis,alter negotium exequatur:Aliquotiens etiam ponitur iſta clauſula:quatenus vos,vel duo, aut vnus veſtrum negotium exequatur.

## CAP. VIII.

CVm [a] plures ſub illa forma [b] : vt omnes,aut duo, vel vnus eorum mandatum Apoſtolicum exequantur, aut alia conſimili [c] iudices vel executores à ſede Apoſtolica [d] deputari contingit:ipſorum quilibet iniunctum poteſt libere [e] adimplere mandatum. ¶Porro vno [f] eorũ negotium inchoante [g] cõmiſſum,alij nequibunt [h] ſe vlterius intromittere de eodem [i] : niſi vel infirmitate,vel alia iuſta cauſa illum [k] contingeret impediri:aut ſi nollet,vel malitioſe in eo procedere recuſaret [l] . ¶Iuriſdictione vero perpetuata mãdatore viuente per vnum (eo caſu quo [m] poteſt) ex iudicibusdelegatis:perpetuata intelligitur quo ad omnes.

Casvs. Cũ prȩtenderem te debitorem meum,impetraui duos vel tres delegatos ſub iſta forma : Conqueſtus eſt nobis talis, ꝙ Titius ſuper tali re ei iniuriatur : quocirca mandamus,quatenus vos,vel duo,aut vnus veſtrum quod iuſtum fuerit decernatis:vnde præſentaui litteras meas vni delegatorum,vt mihi decerneret vnam citationem:vtrum iſte poſſit procedere aliis irrequiſitis?Reſpondet ꝙ ſic:quia forma ſuȩ iuriſdictionis hoc habet. Sed quid,ponamus ꝙ vnus iſtorum incœpit procedere in cauſa:vtrum alij poſtea poterũt implere?Reſpondet ꝙ non, niſi iſte qui cauſam occupauit,non vellet,vel non poſſet cauſam finire:quia forte mortuus eſt,vel eſt occupatus, vel ſi malitioſe differret procedere,volens fauere vni parti:tunc poteſt dimitti, & alij poterunt adiri, & de cauſa ſe intromittere. Sed quid ſi vnus ſolus incœpit vti iuriſdictione , deinde mortuus eſt Papa, & moritur iſte delegatus,volo adire alium pro parte tua, dr̃, ꝙ non poſſum:quia eſt res integra quantum ad iſtum, modo re integra mortuo mandante expirat mandatum? Reſpondet Papa,ꝙ iuriſdictione perpetuata per vnum delegatorum , perpetuata eſt etiam quo ad alios:licet non incœperint vti iuriſdictione. Nota primo quòd clauſulæ plurium delegatorum quandoque dantur diſiunctiue:ita vt ex propria voluntate quilibet ipſorum poſſit ſine alio procedere. Nota ſecundo quòd dictio,plures, includit vltra duo, quando ex ſequentibus illam dictionem apparet loquentem illud voluiſſe:limita regulam,pluralis.j.de reg.iu.Dominicus.

¶*Prima gl.dicit quid declaret.*

a ¶ *Cum plures.*] Declarat & approbat no.per Hoſt.ſ.eo.prudentiam.1. reſp.

¶*Gl.ſeq.diſtinguit inter formas:ponit,& probat opinionem contrariam,& reſpondet.*

b ¶ *Forma.*] iſta forma eſt bene aduertẽda:aliud enim eſt cum ſcribitur cum clauſula,ꝙ ſi non omnes:vel,ꝙ ſi ambo:qa tunc iuriſdictio datur conditionaliter:tunc igitur vnus vel duo iuriſdictione vti non poterunt, cum conſtiterit de conditione, & de impedimento tertij , vel collegæ : aliter non valet quod agitur.ſ.e.prudentiam.in prin. hic vero iuriſdictio datur alternatiue 1. vnde quilibet eſt iudex inſolidum vigore alternationis.j.de reg.iu.in alternatiuis.cum ſuis cõcor. Dicebãt tamen quidam in caſu noſtro cõtrarium,& tali ratione,cum dr̃ in litteris:vt omnes,vel duo,vel alter,&c. videtur Papa intellexiſſe: ꝙ ſi omnes volunt & poſſunt procedere,omnes procedant:& ſi non omnes,duo:& ſi non duo, vnus. ad hoc ff.de admi.tut.l. quidam decedens. §.Papinianus. & gradus diſiunctiue interdum conſiderantur ſecundum ordinem ſcripturæ. ff. ad Treb. l.heredes.§.fi.ibi tamen ex certis cõiecturis apparebat intentionem ſcribentis fuiſſe talem. ad idem ff.de le.2.cum pater.§. pe.& j.de præb.mandato,ſ.e.lib.de elect.c.pe.Et ſi dicatur,ꝙ ſecundũ hoc non erit differentia inter hanc clauſulam,& clauſulam,ꝙ ſi nõ omnes : Reſpondebant,immo erit:quia per hãc clauſulam,ſufficit requirere:ſed per clauſulam,ꝙ ſi nõ omnes, neceſſe eſt de impotentia conſtare:vt in decre.prudentiam.& pro eis facit,quia Papa libentius committit cauſas trib.quàm duobus:duobus,q̃ vni,vt ibi : ſed contrarium eſt verum,vt hic patet:vnde non ſunt iſtȩ alternatiuæ ordinis,ſed præſtationis: & eſt regulare : nec poteſt negari quin ſi alter ſolus procedat, mandatum Papæ ſit adimpletum. ff.de ſol.qui res,§,aream, in

1 vide not. l. cũ qdã. C.đ ver.ſi.& dic ꝙ diſiũctiua inter perſonas grauatas accipitur ꝓpne.l. ſi ex toto. đ lega.j. ſicut hic: nã iudicatura grauamẽ eſt.gl. inter ver. ꝓbari. c.ſi cõtra vnũ.ſ.e. ti. ſed inter honoratas capitur cõiũctim. d.l. cũ. niſi cõſtaret aliud đ mẽte diſponẽtis expreſſe. l.Titio aut Seio đ le.j.aut tacite.l.cũ pr̃. de le.j. Fõt.

ſi,& in prædicta regula,in alternatiuis.cum ſuis concord.

c ¶*Conſimili.*] vt ſi dicatur,quòd quilibet eorum inſolidum & per ſe iudicare & exequi poſſit.

Additio. Vel ſi dicatur,quòd alter alterum non expectet,vel non requirat.Ioan.And.

d¶*Apoſtolica.*]idem ſi ab alio : eſt enim quo ad hoc eadem ratio.

e¶*Libere.*]i.ẽt nõ requiſito collega:ſimili modo exponimus illud,libere,quod hr̃ ſ.de prȩb.de multa. vt patet j. de præb. licet epiſcopus.

f ¶*Vno eorum.*]idem credo de duob. vel de omnibus, qui ſimul inchoauerunt quo ad quid:ſc.ꝙ ſi omnes incȩperunt, omnes finiant, niſi ex cauſa:vt ſequitur.[Vide c.ſi duo.j.de proc.Font.]

g ¶*Inchoante.*] qualitercunque,etiam ſi lis nondum ſit conteſtata coram eo.ſ.eo.gratum.& c.licet.& ſ.eo.in ant.quamuis. & j.e.ſi à ſubdelegato. aliud in procuratore,qui dicitur occupaſſe per litis conteſt.vt ſit melior eius conditio. j.de procur. ſi duo.

h ¶ *Nequibunt.*] ecce aliam differentiam inter clauſulam:ꝙ ſi non omnes,& clauſulam:vos vel alter:quia primo caſu quando vno impedito procedit alter,ceſſante impedimento ſimul procedunt : ille enim impeditus poſtea veniens , & cum alio volens procedere,admittetur.

Additio. Vt no.ſ.e.quoniam abbas.in gl.2.& c.coram.in gl. pen.Ioan.And.

i ¶ *De eodem.*] ſic in pluribus procuratoribus datis inſolidum. ff.de procu.l.pluribus. ff.man.l.creditor.§.duobus. ſ.de proc. non iniuſte.j.e.lib.e.ti.ſi duo.aliàs ſequi poſſet perplexitas 2, ſi quilibet per ſe procedere vellet:quia eodem forte tempore ad diuerſa loca citarent.ſ.de reſcr.c.vlt.ibi vnus excõicaret, alter abſolueret.ſ.in ant.de reſcr.c.cum contingat. & ſic ſe impedirent : ſicut duo vſufructuarij.ff.de vſufr.l.quotiens.& neceſſe eſſet ad ſuperiorem habere recurſum.ſ.e.c.2.& ſic contra iura ſuperfluis fatigarentur laboribus & expenſis : tutior ergo & melior fuit hæc interpretatio:vt res valeret,& non periret.ſ.de ver.ſi.abbate.ad idem ff.de admi.tu.l.decreto.ad ſi.

k ¶ *Illum.*] ſcilicet inchoantem.

¶*Gl.ſeq.ponit vnam differentiam ad proc.& duas conuenientias.*

l ¶*Recuſaret.*]tunc ergo poterũt alius vel alij ꝓcedere:non ſic in procuratorib.datis inſolidum:quia vno occupãte,& poſtea impedito,alij nõ poſſunt procedere,niſi dictum fuiſſet in conſtitutione,ꝙ nõ fieret melior conditio occupantis. j.de proc. ſi duo.Et quod dixi delegato impedito,collegã hoc caſu ꝓcedere poſſe:verum intelligo, niſi ille qui inchoauit ſubdelegatum daret 3. Arg.præd.decr.ſi duo.Puto etiam ꝙ cum collega propter impedimẽtum inchoantis procedit:ipſe inchoans ceſſante impedimento ſuo,cauſam reſumere non poterit, niſi & ille impediretur , vel procedere nollet , ad inſtar eius quod de procuratore diximus in prædicta decret.ſi duo.

¶*Gl.ſeq. ſoluit quæſtionem, quam ſolutionem multipliciter probat:ponit opinionem contrariam,quam reprobat.*

m ¶ *Quo poteſt.*] vt quia ſcriptum erat cum clauſula : ꝙ ſi non omnes. & collega etiam actu perpetuationis impeditus non poterat intereſſe,vel ſcriptum erat cum clauſula:vos vel alter. Et patet per hãc litteram, quòd ſi iudex proceſſerat cum non poſſet per illum actum , non ſit perpetuata iuriſdictio : Vnde per hanc litteram,& per decret.prudentiam. terminaui quæſtionem de delegato dato in diem vel ſub conditione:qui forte volentibus partibus ante diem, vel cõditionem fuerat vſus iuriſdictione:deinde mortuus fuerat delegans,an per illum actum perpetuata eſſet iuriſdictio : Nonne iuriſdictio vni ſub conditione mandatur per clauſulam,quòd ſi ambo.& ſi antequã conditio ſuperueniat,procedit:nihil reputatur egiſſe.ſ.e. prudentiam.in princ. 4 Ergo ſi ille actus habetur pro nullo, non eſt perpetuata iuriſdictio:& ſic perpetuationem inducere non poterit , vnde ſatis eſt ibi caſus. Item ex conditionali demandatione nondum eſt attributa iuriſdictio, ſed ſpes iuriſdictionis:ſicut ex conditionali obligatione ſola ſpes eſt debitum iri, Inſti.de verb, oblig.§.ex conditionali.ergo quod ante conditionem facit:vt priuatus facit,non vt iudex.Item ſi prorogatur iuriſdictio poſt tempus , requiritur quòd actor, reus, & iudex conſentiant.ff.de iudic.l.2.& facit quod no.ſ.eo.P.& G.in prin.vlt.gl.& quod recitatur,ſ.e.de cauſis. ita arguendo de poſteriore ad prius in præuentione requiretur conſenſus iudicis,ſed iſte iudex non erat, conditione vel die non veniente, vt dixi : Sicut ſtatuliber, quæ agit medio tempore, facit vt

2 Immo licet alter hꝫ iuriſdõem ĩ habitu:ſi tñ ꝓcedat, nõ vꝫ actꝰ ipſo iure. l.j.ff.đ of.cõſ.p ꝓrogõem tñ poſſẽt ꝑuẽti vna ꝓcedere.Anch. Font.

3 Tũc ille ꝑcederet collegam , niſi collega eũ ꝑueniret. Philipp. & Dom.Font.

4 Fa.qđ not. ĩ Spe. đ cit. §.j. verſ.ſed pone Papa. vbi đt Gul. ꝓnũciatũ p Papã ꝙ ille cui mandatur ꝙ Titiũ moneat vt infra x.dies dimittat bñficiũ, aliàs citet illũ ad curiã : ſi ſimul moneat & citet,ñ vꝫ citatio.& fa.qđ no. in cle. attẽdentes. ĩ gl.pe. đ ſta.reg. & vid qđ dixi ſ.e.li. đ ele. commiſſa.j. reſp. Et faciũt hæc ad formã illã moneatis: & ſi neceſſe fuerit p cenſuram,&c. Ioan. Andr.

ſeruus

ſeruus, non vt liber. ff. de ſtatulib. l. ſtatuliberum. Item video quòd terminus hominis non præuenitur. ſ. de appell. oblatæ. & forma mandati exacta diligentia ſeruanda eſt, ita quòd ei renunciare non poteſt. j. de præb. cui de non. Item pendente dilatione, iudicis officium quieſcit. ſ. de appel. ſignificantibus. C. de dila. ſiue pars. ad quæſtionem bene facit ff. de verb. obl. cum filius. ff. de cond. & dem. l. multum. ff. de cond. ind. l. ſub conditione. Item bene facit j. de ſponſ. c. vno. nam vides ibi, quòd ſponſalia nulla inducunt publicę honeſtatis ı iuſtitiam: & tamen ſponſalia conditionalia non: quia ante conditionem conſenſum non habēt: à ſimili dicam adhuc minus eſſe de iuriſdictione ſub cōditione delata ante conditionem, quàm in alias nulla: verū eſt tamen, quod Hoſtien. no. ſ. e. licet. quòd ad perpetuationem iuriſdictionis non requiritur, quòd ille actus de iure teneat: quod non eſt verum, præcipue in caſu noſtro, cum non poſſit perpetuari quod nondum eſt, ſicut nec renaſci quod nondum eſt natum. de conſ. diſtin. 4. qui in maternis. nec relabi qui nondum eſt lapſus. j. de hæret. accuſatus.

ı vide cōcil. Tridē. ſeſ. 24 de refor. c. 3

¶ Idem.

*¶ Executor ſuper gratia facta datus à Papa: mortuo Papa etiam re integra gratiam exequitur. Ioan. And.*

## CAP. IX.

SI ſuper gratia [a] cuiquam ab Apoſtolica ſede facta [b] executores fuerint deputati: æquū eſſe cenſemus, vt ſicut ipſa gratia (licet nondum ſit in eius executione proceſſum) morte non perimitur concedentis, ſic nec etiam re integra perimatur executoribus data poteſtas, quam [c] veluti gratiæ prædictæ acceſſoriam, naturam ſequi congruit principalis [d]. Ne gratiam eandem vel reddi quandoque omnino inutilem [e], vel ipſius effectum in tempus longius [f] (cum illius † diſpendio, cui facta extitit) differri contingat.

† al. ipſius.

¶ Idem.

*¶ Duos caſus ponit, quibus de ſubdelegato non in totum appellatur ad primum delegantem, ſcilicet cum delegatus excommunicatus vel mortuus eſt. alios caſus ponit j. eod. ſi à ſubdelegato. Ioan. And.*

## CAP. X.

SI is [g], cui cauſa (licet proprio nomine nō expreſſo [h]) à ſede fuerat Apoſtolica delegata, ſubdelegauerit non in totum [i] vices ſuas alicui: à ſubde-

SI *ſuper.*] Ponit dictum, quod primo probat per regulam: ſecundo per euitationem abſurditatis. Secunda, ibi, *Ne gratiam.*

Casvs. Papa contulit mihi canonicatum in eccleſia Pictauen. quia creauit me canonicum eccleſiæ Pictauenſis: & mandauit canonicis, vt de facto me inſtallarent, & ponerent me in poſſeſſionem canonicatus, præbendamq; mihi aſſignarent, ſi qua vacaret, alioquin proximo vacaturam, & dedit mihi executorem ad compellendum canonicos: antequam meus executor exequeretur mandatum, Papa mortuus eſt, poſtea in contumaciam canonicorum imploraui officium mei executoris, vt exequeretur mandatum: pro parte canonicorum fuit mihi oppoſitum, quòd poteſtas ipſius executoris expirauerat per mortem Papæ: ego dico contrarium, quia mea gratia non expirauerat, & executio eſt acceſſoria ad gratiam. Conſultus Papa reſpondet, quòd executor poterit facere executionem, licet Papa mandans ſit mortuus, & hoc propter rationem textus: quia executio eſt acceſſoria ad gratiam iamque factam: ideo ſecus ſi gratia non eſſet iamque facta, ſed facienda: tunc enim executor mortuo Papa non poſſet vti ſua executione, ſi res ſit integra, & non inceperit vti ſua iuriſdictione. c. ſi cui. j. de p̄b. Nota primo, quòd Papa poteſt alicui conferre canonicatum ſine prębenda: & ſic canonia poteſt eſſe ſine prębenda: tamen non debet eſſe diu, & tamen præbenda poteſt eſſe ſine canonia, vt in notabilibus eccleſiis paruuli habent vnam præbendam, non tamen per hoc ſunt canonici: & laicus poteſt eſſe præbendatus in eccleſia, non tamen per hoc eſt canonicus. de hoc in c. cum M. de conſtit. in antiq. Not. quòd ſi Papa poſtquam mihi contulerit canonicatum, mandat canonicis, vt me inducerent in poſſeſſionem actualem, & prębendam ſi qua vacaret mihi conferrent, alioquin proxime vacaturam: datis ad hoc certis executoribus, & accidit quòd Papa moritur antequam executor in negotio proceſſerit, non propter hoc expirauit poteſtas executoris propter rationem textus. Nota inſuper id ad quod allegatur præſens c. quòd ſi quis fuerit creatus canonicus per Papam, mortuo Papa non expirat creatio canonicatus, & ſic per mortem Papę non expirant gratiæ per eum ad beneficia conceſſę. tamen Papa in craſtinum ſuę confirmationis conſueuit reuocare omnes gratias per ſuum prædeceſſorem conceſſas, ne detur materia captandi mortem. Not. deinde quòd poteſtas executoris non dicitur principalis quo ad gratiam, ſed potius acceſſoria. Not. finaliter, quòd aliud eſt rem reddi inutilem, aliud eius effectum elongari: & ſic patet quòd dilatans executionem rei, non ſemper dicitur facere rem inutilem. Dominicus.

*¶ Prima gl. ponit ſummam, & quid declaret.*

a ¶ *Si ſuper gratia.*] Executor ſuper gratia facta datus à Papa, mortuo Papa etiam re integra, gratiam exequitur. Et declarat hęc conſtitutio quod not. Goff. & Hoſt. de reſcr. conſtitutus. in prin. & Hoſt. ſ. e. quoniam. & c. licet.

*¶ Gl. ſeq. ſoluit contrarium, & remittit.*

b ¶ *Facta.*] iſtud eſt quod ſoluit contra. de decret. infra de præbend. ſi cui. vt ibi dixi in vltima gloſſa.

Additio. Item Ioan. Monac. & Arch. qui alleg. facilius impediri faciendum, quàm tolli iam factum. 15. q. 1. §. vlt. ſ. de iureiu. quemadmodum. Ioan. And.

c ¶ *Quam.*] ſcilicet poteſtatem datam executoribus ſuper ipſa gratia ſibi facta.

*¶ Gl. ſeq. alle. concor. obiicit, & ſoluit.*

d ¶ *principalis.*] ad idem j. de regu. iur. acceſſorium. cum ſuis concord. huius contrarium videtur, quia iura inducta ſ. eo. indiſtincte dicebant poteſtatem delegati periſe re integra morte mandatoris. ſ. e. relatum. gratum. licet. cum ſim. ſed executor habet delegatam: quod patet, quia tractatus ipſorum ponitur ſub iſto titulo, vt dixi ſ. eo. lib. de reſcri. tibi qui. ergo eorum poteſtas expirare videbatur. Et non obſtat ſi dicatur illud reſcriptum eſſe executorium gratiæ: quia ſi reſcripta, quæ cauſę cognitionem committunt, pereunt re integra morte committentis: multo fortius videbatur in executoriis gratiarum, cum facilius via extraordinaria, quàm via iuris communis tolli debeat. [in auth. de reb. eccl. non alien. §. quia vero veriſimile. coll. 2. Ioan. Monach. Ad idem C. ad Vell. antiquæ. 2. reſp. ff. de milit. teſt. l. eius militis. §. 1.] Et ſi dicatur quòd gratia poſſet eſſe inutilis, recurretur ad ordinarium, ſicut in caſu j. de præb. ſi clericus. §. verum. ſed contrarium eſt verum, & ratio ſequitur.

e ¶ *Inutilem.*] puta quia gratiam habebat contra ordinarium, & nouos executores non impetrat.

f ¶ *Longius.*] quia neceſſe habet adire Papam pro conſequenda iuſtitia, vel pro nouis executoribus impetrandis.

SI *is cui.*] Ponit dictum, cuius cauſam interſerit, ibi, *Ne abſolutionem.* Ioan. And.

¶ Præſupponendum primo, quòd cum appellatur à ſubdelegato Papæ, eſt appellandum ad ſubdelegantem, quando non ſubdelegauit in totum: fallit in caſu huius c.

Casvs. Papa cauſam moueri ſperatam inter te & me delegauit alicui, puta decano Pictauenſi, qui ſubdelegauit aliquem reſeruando ſibi ſententiam: ſubdelegatus incœpit cognoſcere de cauſa: tractu temporis ſubdelegans fuit excommunicatus ex aliqua cauſa rationabili, vel eſt mortuus: poſtea ſubdelegatus tulit ſententiam contra te: tu vis appellare, quæritur ad quem eſt appellandum? Reſpondet quòd in hoc caſu, quando ſubdelegatus eſt mortuus, eſt appellandum ad Papam primum delegantem omiſſo medio. Nota quòd delegatus Papę poteſt ſubdelegare in totum nihil ſibi reſeruando de iuriſdictione, vel non in totum, ſed reſeruando ſibi ſententiam vel executionem. In primo caſu non poteſt reuocare ſubdelegationem, niſi re exiſtente integra. Item eſt appellandum tunc ad Papam, & non ad ipſum ſubdelegantem. In ſecundo vero caſu poteſt commiſſionem ſuam reuocare, etiam re non exiſtente integra. Item appellatur ad ipſum ſubdelegantem, & non ad Papam, niſi in caſu huius c. quando delegatus eſt excommunicatus vel mortuus. Nota vlterius ius commune mutari propter præiudicium quod veriſimiliter litigantibus imminet. j. de re iud. abbate. ad fi. ſecundùm Ioan. Monach. Not. finaliter, quòd litigantes grauari non debent ex alieno facto. ad hoc 23. q. 4. ſi quis à catholica. & c. forte. & c. nimium. in fin. ſecundùm Arch. Dominic.

*¶ Prima gl. dicit quid declaret, & ſummat.*

g ¶ *Si is.*] declara not. per Inn. & Hoſt. ſupra eod. licet. in fin. & duos caſus ponit, quibus de ſubdelegato non in totum appellatur ad primum delegantem, ſcilicet cum delegatus excommunicatus vel mortuus eſt. Alios caſus ponit infra eod. ſi à ſubdelegato.

h ¶ *Non expreſſo.*] aliàs non erat dubitatio: ſi enim nomen fuiſſet expreſſum, ſucceſſor non ſuccederet in delegatione. ſupra eod. quoniam Abbas.

Additio. Quæ cum iſta per §. iungi debuiſſet. Ioan. And.

i ¶ *Non in totum.*] hoc dicit, quia aliàs non eſſet dubitatio quo ad ſecundum membrum. Si enim delegatus ſubdelegaſſet in totum, indiſtincte appellaretur ad primum delegantem. ſupra eod. ſuper quæſtionum. Sed quando aliquid reſeruat, appellari debet ad ipſum delegatum ſubdelegantem, vt ibi, & ſupra eod. ſi delegatus.

Additio. Et quod ibi dixi poſt Hoſt.ſuper j.gl.hic ponit Arc, ſcilicet, quòd quando ſcribitur dignitati, ſucceſſor cognoſcit, etiam ſi prædeceſſori, qui erat tempore datæ, reſcriptum præſentatum non fuerit. Ioan. And.

legato huiuſmodi, ſi delegatum ipſum excommunicari [a], aut de medio [b] tolli contingat, impedimento tali durante [c] ad ſedem ipſam (ne abſolutionem vel ſucceſſorem expectando † illius, præiudicari litigantibus, vel cauſa plus debito prorogari [d] valeat) volumus appellari.

¶ Idem.

*¶ Ab arbitris iuris appellatur ad Papam, Ioan. And.*

## CAP. XI.

Ab arbitris [e], qui ſecũdum formam iuris [f], vt de propoſita contra iudicem [g] ſuſpi-

a ¶ *Excommunicari.*] maiori excommunicatione: minori enim excõmunicatus bene exercet ea quæ ſunt iuriſdictionis. ſ. de cler. exc. min. ſi celebrat.

b ¶ *De medio.*] id eſt, de hoc mũdo: quod quare dicatur medium, vide 23. q. 4. hæc autem vita.

† Vide Anc. j. 2. not. de cuius mẽte vr̃, ꝙ ceſſante iſta rõe, appelletur ad ꝓximũ, põdero pro eo ver, durãte, ſignificans longũ tp̃s, Font.

*¶ Gl. ſeq. primo arg. à contrario, ſecundo quæſtionem ſoluit, et ponit opinio. contrariam: tertio arguit ad aliam quæſtion.*

c ¶ *Durante.*] Nota quia ſublato impedimento, id eſt, illo abſoluto vel confirmato ſucceſſore, ad primum delegãtem appellari nõ debet. Et ſi dubitaretur, an ipſe delegatus eſſet abſolutus, credo quòd teneret appellatio alternatiua propter probabile dubium 1. Ad hoc ſ. e. lib. de poſtul. c. vno, ſicut etiam propter dubitationem probabilem format actor libellum alternatiuum. ff. quor. leg. l. j. §. qui autem. aliàs non credo, maxime ſecundùm canones, quòd liceat alternatiue appellari, ne liceat vagari, &c. ſ. eo. lib. de elect. vt quis duas. ad idem bene facit e. ti. c. 2. vbi non tenent vota alternatiua, ſecundùm canones dixi: quia ſecundùm leges non appellatur ad Imperatorem omiſſo medio: & ſi appellaretur, Imperator remittit ad eum, ad quem debuerat appellari. ff. de app. Imperatores. vnde ſi appelletur ad Imperatorem, vel ad præſidem, tenere poſſet appellatio ad præſidem prædicta ratione, ſed ſecundùm nos appellari poteſt ad Papam omiſſo medio. ſ. de app. dilecti. vlt. & ad legatum. ſ. de of. leg. c. 1. vnde ſi appellans de epiſcopo dicat, appello ad archiepiſcopum vel ad Papam, non puto appellationem tenere 2, niſi alterum eligat infra id tempus, infra quod poterat appellari. Arg. ſ. de poſtul. c. j. §. fi. ne cum diſcrimine appellati liceat ſic vagari. ff. de iniur. prætor. licet Gul. foueat contrarium in Spe. de ap. §. nunc tractemus. verſ. ſed pone aliquis. & verſ. quid ſi dicat. Bene autem facit hæc decr. & illa j. e. ſi à ſubdelegato. ad quæſtionem not. ſ. de for. compet. ſi quis contra clericum. in gl. 2. ſcilicet ad quem appelletur de delegato epiſcopi recuſati. Et dicebant Vin. & Tan. quòd appellari poteſt ad archiepiſcopum, non obſtat decret. dilecti. cum hic iam per recuſationem ſublatum ſit medium pro quibus in arg. faciunt iſta iura.

1 idẽ ſi dubitatur an ſubdelegauerit totũ vel partẽ, & ſtat ꝑ iudicem vel aduerſariũ, ꝙ certificare ñ p̃t. I. A.

2 Idẽ Phil. & Ang. Are. in l. j. §. ſi qs. ff. de ap. Font.

d ¶ *Prorogari.*] circa quod debent iudices prouidere. ſ. de dol. & cont. finem. j. de of. ord. vt litigantes.

Ab *arbitris.* 3] Non diuiditur: quia tota littera vno conſtructu clauditur. Dominicus.

3 Not. hic ꝙ iſti arbitri iudicant de oĩb. emergẽtib⁹. Anc. & Dom. Font.

Casvs. Cauſam, quę inter te & me mouebatur, vel moueri ſperabatur, Papa ad mei inſtantiam delegauit archidiacono Pictauenſi, tu voluiſti recuſare iudicem, quia inimicus tuus capitalis: fuerunt electi arbitri ad cognoſcendum de iſta cauſa ſuſpicionis, & tulerunt ſuam ſententiam interlocutoriam vel diffinitiuam (quia iſtud capitulum habet locum etiam ſi arbitri aſſignauerunt terminum nimis arctum) ab iſta ſententia interlocutoria vel diffinitiua appellauiſti: Quæritur ad quem debes appellare, vtrum ad iudicem recuſatum poſſis appellare? Reſpondet quòd non: nam cum ſit ſuſpectus in cauſa principali, eſſet ſimiliter ſuſpectus in cauſa appellationis: ſed eſt appellandum ad Papam. Sed quid ſanctiſſime Pater, habemus in c. paſtoralis, de reſcr. in ant. quòd quando ſunt plures & diuerſi iudices impetrati, ſi dubitetur vtrum prima commiſſio reuocetur: vel quid, dicitur ibi, quòd ſi iudices nolint deferre, debent inter ſe conuenire: qui ſi non poſſint conuenire, debent eligere arbitros ad ſopiendum illam quæſtionem, an prima commiſſio fuerit reuocata vel non. Sed quæritur, iſti arbitri tulerunt ſuam ſententiam, ad quem erit appellandum? vtrum appelletur ad ipſos iudices? Reſpondet quòd non; ſed eſt appellandum ad Papam. Not. primo, quòd cauſa ſuſpicionis eſt proponenda coram iudice, qui recuſatur, ad hoc ſ. e. ſuſpicionis, & ſ. e. tit. & lib. ſi contra vnum. & c. iudex. Nota ſecundò arg. quòd iſti arbitri non poſſunt cognoſcere de cauſa principali, probat text. quòd dicit de cauſa ſuſpicionis; de quo in d. c. ſuſpicionis. Dominicus.

*¶ Prima gl. ponit quid approbet, & ſummat.*

e ¶ *Ab arbitris.*] approbat, quod not. Ber. ſ. e. ſuſpicionis. circa princ, in gl. & Gul. in Spe. de appel. §. nunc tractemus. ver. ſed ad quem. Et breuiter dicit, quòd ab arbitris iuris appellatur ad Papam.

cionis cauſa cognoſcant: vel qui cum de reuocatione ambigitur litterarum, iudicibus nequeuntibus in vnam ſententiam concordare [h], ad concertationem huiuſmodi ſopiendam à partibus eliguntur: eſt (ſi grauauerint [i]) ad ſedem Apoſtolicam appellandum [k].

¶ Idem.

*¶ Executor datus à Papa, vt prouideat perſonæ, ſubdelegat: ſi detur vt prouideat eccleſiæ non expreſſa perſona, non ſubdelegat, niſi habeat ſpeciale mandatum. & cauſam reddit. Ioan. And.*

## CAP. XII.

Is cvi [l] ab apo-

f ¶ *Iuris.* 4] vbi ſunt iura, videbis j. & iſta eſt ratio quare debet appellari ad Papam: quia cum iſti arbitri ſecundùm iuris formam ſint electi ad ipſum ius, à quo poteſtatem habent, oportet appellari: & ſic ad Papam, qui eſt lex animata in terris.

4 Iſta gl. facit ꝙ dẽat appellare ad ſtatuentes, qñ ꝑ ſtatuta dẽat in arbitros cõpromitti. Phil. Font.

Additio. In auth. de conſulib. ad fin. coll. 4. Ioan. And.

g ¶ *Iudicem.*] delegatum Papæ. ſ. e. ſuſpicionis. quod intellige vt ſ. eo. lib. ſi contra vnum. & idẽ ſi recuſetur ordinarius. ſ. de appellat. cum ſpeciali.

h ¶ *Concordare.*] nec ſibi inuicem deferentibus. ſ. in antiq. de reſcri. paſtoralis. in prin.

i ¶ *Grauauerint.*] ſiue in ſententia, puta quia inique pronunciant illũ ſuſpectum: quia ſuſpectus probatus non eſt, vel econuerſo, vel ante ſententiam, puta nimis breuem dilationem dando. ſ. de dilat. c. j. quod eſt ipſorum officium. ſ. e. ſuſpicionis.

*¶ Gl. ſeq. obiicit & ſoluit, caſum addit, ſolutionem per ſimile fortificat.*

k ¶ *Appellandum.*] contra. C. de recep. arb. l. 1. 2. q. 6. à iudicibus. in quibus dicitur, quòd non appellatur ab arbitris. Sol. ſunt quidam arbitri, qui compromiſſarij vocantur, & voluntate adeuntur: & ab iſtis non appellatur 5. Et ſic loquuntur contraria. Sunt alij, qui de neceſſitate iuris habent aſſumi, de quibus loquitur hæc decr. & à talibus bene appellatur, vt hic: & ſic etiam poſſet intelligi lex illa C. de iud. l. vlt. Et hac ratione puto hanc decr. locum habere in arbitris electis ad audiendam cauſam, quam mouet epiſcopus contra ſuum ſubditum, cum etiam illo caſu de neceſſitate eligantur arbitri. 11. q. 1. ſi clericus. & de hoc ſ. de of. or. irrefragabili. in gl. pen. ſic etiam magis fauet lex ei qui neceſſariam ſatiſdationem præſtare debet, quàm ei, qui voluntariam: quia primum ſi ibi ſatiſdare non poteſt, alio loco ſatiſdare permittit, ſecundum non. ff. qui ſa. cog. fideiuſſor. ad idem C. de reb. cred. generaliter. in fi. 1. reſp.

5 Supplicari tñ põt. ſ. de arbi. ñ fine. & no. 2. q. 6. c. à iudicib. §. ꝙ de arbitris. in fi. pe. gl. Arch.

Is *cui.*] Sunt duæ partes. ſecunda, ibi, *Sed ſi.* quæ facit tria. Primo ponit dictum. Secundo rationem interſerit, ibi, *Quia circa.* Tertio, ibi, *Niſi.* excipit. Ioan. And.

Casvs. Papa mandauit epiſcopo Pictauen. vt prouideret perſonæ idoneæ de tali præbenda, quæ vacabat: quia forte vacauit in curia, & Papa non habebat notitiam perſonarum huius patriæ: vtrum talis executor ſic deputatus à Papa, poſſit vices ſuas committere alij? Reſpondet quòd non, niſi Papa daret ſibi ſpecialem poteſtatem, vt prouideret per ſe vel alium. c. vlt. e. ti. in ant. Sed quid ſi Papa mandauit, vt de illa præbenda prouideret certæ perſonæ, puta Titio, vtrum poſſit ſubdelegare? Reſpondet quòd ſic: nam tunc non eſt electa induſtria perſonæ, ideo poteſt alij committere: ſecus eſt in primo caſu, cum eſt electa induſtria perſonæ circa perſonam eligendam: tunc enim non poteſt alij committere, niſi ad hoc habeat ſpecialem poteſtatem à Romano Pontifice, vt d. c. præalleg. Not. primo quòd cum Papa mandat alicui, vt ipſe prouideat de tali beneficio certæ perſonæ; puta Titio, non videtur electa induſtria perſonæ executoris: ſecus ſi committitur prouiſio incertæ perſonæ. Not. inſuper, quòd in eligenda perſona idonea magnum periculum verſatur: & ideo talis executor cui mandatur, vt eligat perſonam idoneam, non poteſt ſubdelegare, quia induſtria eius electa eſt. Not. hic gl. not. quæ limitat iura dicentia, quòd delegatus alius à principe non poteſt ſubdelegare: verum eſt, niſi detur ſibi poteſtas ſpecialis ſubdelegandi: nam delegans dando poteſtatem ſubdelegandi, videtur ipſemet delegans ſubdelegare, ſicut etiam dominus dando procuratori ſuo facultatem ſubſtituendi, & procurator ſubſtituit, videtur ipſemet dominus ſubſtituere. Hel. Regn.

*¶ Prima gl. tria dicit, vnde ſumpta, quid declaret, & ſummat.*

l ¶ *Is, cui.*] Sumpta fuit de extrauaganti, quæ incipiebat, quæſiuit à nobis. Et declarat iſta decr. & ſeq. decr. vlt. ſ. e. ti. §. is autem. Et in ſumma dicit, quòd executor datus à Papa vt prouideat perſonæ, ſubdelegat. Si detur vt prouideat eccleſiæ non expreſſa perſona, non ſubdelegat, niſi habeat ſpeciale mandatum, & cauſam reddit.

Additio. Et approbat quod ibi dixit Pet. de Anc. & reprobat

quod

quod ibi dixit Inn. in gl. ſi. qui diſtinxit, an dicatur, prouideas vel exequaris, & tunc non committit: an prouideri facias vel compellas, & tunc committit.

a ¶ *Ab apoſtolica ſede.* ] ſpeciale enim eſt delegati à principe, quòd ſubdelegare poteſt. C. de iudi. à iudice. ſ. eo. c. paſtoralis. & c. vlt.

ſtolica [a] ſede committitur certæ perſonæ prouiſio [b] de beneficio in certa eccleſia, diœceſi, vel prouincia [c] facienda: poteſt alij committere licite vices ſuas. ¶ Sed ſi non expreſſa certa perſona committatur eidem, vt alicui perſonæ idoneæ de certa eccleſia, vel beneficio debeat prouidere: (Quia circa eligendam perſonam eius induſtria † tunc videtur electa) prouiſionem ſibi commiſſam alteri demandare non poteſt [d]: Niſi forma commiſſionis habeat, vt per ſe vel per alium [e] id valeat expedire.

b ¶ *Prouiſio.* ] etiam ſi committatur ei, quòd inquirat de illius vita & conuerſatione, vt in cle. e. tit. iudices.

Additio. Et hoc eſt quod dixit Ioann. Monach. ita ſeruari in forma pauperũ. Ioan. And.

c ¶ *Prouincia.* ] ergo non requirimus, ꝙ beneficium ſit certum: ſufficit quòd ſit certa perſona, licet incertum beneficium, vt ſubdelegare poſſit: in hoc caſu non habet locum decr. vlt. ſ. e. ti.

† Dic ꝙ illa cẽſetur electa in magnis in cõcernẽtib. publicã vtilitatẽ, & qñ vltra factũ aliqd amplius requiritur, puta examinatio. Bar. in l. inter artifices. ff. de ſo. Io. An. ĩ Re. q. p aliũ. vide Anc. Fõt.

d ¶ *Non poteſt.* ] & ſic intelligatur ſ. eo. c. vlt. is enim cuius induſtria eligitur, non ſubdelegat, & ibi plene de hoc.

¶ *Gl. ſeq. alleg. vnam concordantiam, & per illam & iſtam quæſtionem ſoluit, ad quam ſol. adducit x. decr. & duas leges.*

¶ Idem.

¶ *Is, cui aliquid certo loco expediendum committitur, ex iuſta cauſa illud expedire poterit extra locum. hoc dicit. Io. An.*

CAP. XIII.

STatuimus [f], vt is, per quem ab Apoſtolica [g] ſede certo loco inquiſitio fieri, vel quicquid aliud [h] expediri mandatur: ſi propter potentiam, vel malitiam illius, contra [i] quem inquiri debet, ſiue procedi, ſeu fautorum † eiuſdem, non poſſit hoc exequi eo loco ſecure [k], (ne ipſe commodum ex dolo, vel fraude reportet) ad id exequendum locum alium eligat idoneum, & ſecurum. ¶ Idem faciat ſi alia rationabilis cauſa [l] ſubſit, propter quam in loco decreto perfici nequeat commode [m], quod mandatur: ne tali prætextu impediri contingat mandatum Apoſtolicum, vel differri [n].

¶ Idem.

¶ *Quando à ſubdelegato non in totum appellatur, quia non admittit exceptionem, per quam denegatur etiam delegatum habere iuriſdictionem, ad primum delegantem appellabitur. hoc dicit. Ioan. And.*

e ¶ *Per alium.* ] ergo quod de iure communi non poteſt, ex poteſtate commiſſionis poterit: ad idem infra c. vlt. §. vices. Et faciunt hæc ad quæſtionem quam diſputaui, an delegatus ab alio quàm à principe, habens ſpeciale mandatum ſubdelegandi, ſubdelegare poſſit: Et credo quòd ſic 1, quia ſicut iſti non habent à lege, quòd ſubdelegare poſſint, tamen ſi ad hoc haberent ſpeciale, hoc poſſent: ſic dicam quòd licet delegatus ab alio quàm à principe, non habeat hoc à lege, & ſic loquuntur contraria: tamen ſi habet hoc ab homine, ſubdelegare poterit. Ad hoc optime facit infra de proc. c. 1. 2. reſp. vbi procurator ad iudicia ante litem conteſtatam non ſubſtituit ex poteſtate legis, niſi eſſet datus in rem ſuam: tamen ſi habet ſpeciale mandatum, ſubſtituere poteſt. ad idem e. ti. c. vlt. vbi procurator datus ad matrimonium contrahẽdum non ſubſtituit, niſi habeat ſpeciale: & compromiſſarius datus ad eligendum, non eligit vnum nomine ſuo, & alium nomine domini ex poteſtate legis: tamen ſi habeat ſpeciale, hoc poteſt ex poteſtate hominis: ſupra eod. lib. de ele. c. pe. §. porro. ad hoc etiam facit infra tit. prox. c. 1. & ſupra tit. prox. c. 2. & 3. & infra de reg. iur. qui per alium. & in regula, poteſt quis. Stabo igitur regulæ, cum contrarium non reperiam. Et dicit lex, quòd non refert an ipſe ordo decurionum elegerit, an is cui ordo ipſum negotium dedit. ff. quod cuiuſq. vniuerſ. l. item eorum. §. ſi decuriones. ad hoc etiam facit ſupra eod. de reſcr. cum aliquibus. & j. de præbend. hi qui. 2. reſp. inſtit. de Attil. tuto. §. ſed quod iure veteri.

1 Ita practicatur, qa ordinarij delegãt cũ clauſula, per te, vel p aliũ, quẽ ex nũc. Phil. remittit ad Bart. ĩ l. more maiorum. ff. de iu. om. iu. & tꝫ Bal. p tex. ibi. l. non diſtinguemus §. queſitum ff. de recep. arb. Font.

STatuimus. ] Primo ponit ſpeciale ſtatutum cum ſua cauſa. Secundo illud generaliter prorogat, & cauſam reddit, ibi, *Idem.* Ioan. And. hic.

¶ Pro intellectu huius c. preſupponendum eſt, quòd mandatarius tenetur fines mandati obſeruare diligenter, ita quòd ſi fines ſui mãdati excedat, non valet, eo quòd exceſſit fines mandati. Secundo præſupponendum, quòd inquiſitor à ſede Apoſtolica deputatus ad inquirendum exceſſus, dicitur delegatus. Tertio eſt præſupponendum, quòd delegatus in certo loco, non poteſt cognoſcere extra illum locum. cap. ſtatutum. ſupra eod. lib. de reſcr.

Casvs. Peruenit ad notitiam Papæ, quòd in monaſterio ſancti Cypriani Pictauis erat magna diſſolutio tam in capite quàm in membris: mandauit Papa archidiacono Pictauenſ. vt ad dictum monaſterium accedens, inquireret de dictis exceſſibus, tam in capite, quàm in membris, & inquiſitione facta, totum proceſſum remitteret ad Papam: archidiaconus delegatus timet, quòd monachi eum male tractent: Quæritur vtrum inquiſitor deputatus ad certum locum, poſſit locum mutare ad faciendum inquiſitionem, ſecundùm quod fuit ſibi mandatum? Videtur quòd non, per c. ſtatutum. alleg. Hoc tamen non obſtante reſpondet Romanus Pontifex in contrarium, videlicet, quòd inquiſitor deputatus ad certum locum, ſi ſubſit cauſa rationabilis, poterit locum mutare: & illud c. ſtatutum. intelligitur, quando non ſubeſt rationabilis cauſa, & hoc ne monachi reportent lucrum ex ſuo dolo: nam neceſſitas non habet legem. c. conſilium. de obſer. ieiu. in antiq. Nota primo ex iſto text. quòd delegatus. à ſede Apoſtolica deputatus: (idem in delegato à quocunque alio, cui eſt iniunctum, vt mandatum certo loco exequatur) tenetur exequi in loco aſſignato, niſi ſub ſit iuſta cauſa, vt hic. Nota inſuper, quòd non ſolum iudex ordinarius poteſt mutare locum ſuorum maiorum. l. ſi vt proponis. C. quom. & quan. iud. ſed hoc etiam poteſt facere iudex delegatus cum iuſta cauſa, nec in hoc requiritur conſenſus partium: ſed ſi non ſubſit iuſta cauſa, non poteſt ſine conſenſu partium: ſed de conſenſu partium poteſt prorogari iuriſdictio. cap. ſtatutum. ſupra eo. lib. de reſcrip. Nota vlterius, quòd ſi Papa mandauit, vt delegatus aliquam inquiſitionem certo loco faciat, ſi executor timeat potentiam illius contra quem eſt facienda inquiſitio, poterit alium locum idoneum aſſignare, nec poterit excipi cõtra delegatum, quòd procedit extra locum ſibi deputatum.

† Not. ꝙ pa ria ſunt impediri p illũ cõtra quem dꝫ fieri act⁹ vel p alios ei⁹ fautores. vide ꝺ teſti. cõſtitut⁹. & de homi. Petrus. & 1. q. 4 qa preſulatus. Dom. Iudex ordinarius ñ tm̃ pt locũ maiorũ mutare, ſꝫ ẽt delegat⁹ cã ſubſiſtente.

¶ *Prima gl. ſummat, & dubium ſoluit.*

f ¶ *Statuimus.* ] Is, cui aliquid certo loco expediendum committitur, ex iuſta cauſa illud expedire poterit extra locum. hoc dicit. Et nota quòd dicit, ſtatuimus 2. quaſi innuat, quòd ante hanc decre. ex quo commiſſum erat expediendum in loco, extra locum expediri non poterat, vt forma mandati diligenter ſeruaretur. infra de præben. cui de non. ſit ergo hoc de iure nouo.

2 Not. ꝙ dictio, ſtatuimus, eſt noui iuris ſignum. gl. in cle. gñalẽ. ꝺ ęta. & qual. gl. in ver. ſtatuimus. in cle. ſi. ꝺ reſc.

Additio. Et per hoc patet falſam eſſe opinionem Vin. quam vide ſupra de re iudicata. cum I. & A. ſuper ver. ad eccleſiam. quam etiam hic reprobat Archid. qui dixerat valere proceſſum factum per delegatum, ex quo non opponebatur exceptio. Ioan. And.

¶ *Gl. ſeq. quærit, ſoluit, arg. pro. ſoluit contrarium.*

g ¶ *Apoſtolica ſede.* ] Quid ſi ab inferiori ordinario fiat talis commiſſio, cum eadem ſit ratio? Satis videretur idem. ff. de legi. non omnium. ſupra de tranſla. inter corporalia. Sed contrarium puto 3, vt iſtud verbum aliquid operetur. ad hoc ſupra de deci. ad audientiam. & j. de priuil. ſi Papa. nec eſt eadem ratio: quia non ſic de facili de delegato Papæ per vniuerſum orbem recurritur ad Papam, ſicut ad ordinarium de prouincia vel diœceſi ſua poteſt recurri. Hinc eſt etiam, quòd licet delegatus Papæ recuſetur coram arbitris: quia ibi difficile eſſet recurrere ad Papam, delegatus ordinarij non, ſed recuſatur coram ordinario. ſ. eo. tit. & lib. ſi contra vnum. §. cum autem. Si igitur delegatus ordinarij in loco exequi non poteſt, inſinuet ordinario, qui ſuper hoc ſua deliberatione prouideat, vel expreſſe committendo eidem, quòd extra locum ſtatutum id poſſit, vel alio modo.

Dom. & volentib. partibus nõ pcedetur extra locũ aſſignatũ: quia forma delegõnis alterãda ñ eſt. Pet. de Anc. Font.

3 Idẽ Arch. p eãdẽ rõem. Ioan. And.

Delegatus ordinarij locũ non mutet ſine nouo mãdato.

h ¶ *Aliud.* ] puta pronunciatio, monitio, denunciatio, vel his ſimilia.

i ¶ *Illius contra quem.* ] idem ſi propter aliam iuſtam cauſam, vt dicitur in ſi.

k ¶ *Secure.* ] Locus ergo non ſolum debet eſſe ſecurus partibus, ſ. de ap. ex parte. j. ſed etiam iudici vel inquiſitori, vt hic. debet etiam eſſe idoneus: quia non in taberna, vel in loco inhoneſto expediri id debet, vt hic.

Iudicij loc⁹ ſit tutus, & honeſtus.

l ¶ *Cauſa.* ] etiam ſine dolo & fraude eius, contra quem id imminet expediendum. Ioan. And.

m ¶ *Commode.* ] 22. quæſtio. 2. faciat. ff. de verb. ſignific. nepos Proculo.

n ¶ *Differri.* ] prouideri igitur debet non ſolum ne impediatur in totum, ſed etiam ne nimium differatur. & concor. ſupra eod. tit. ſi ſuper gratia. in fin. Ioan. And.

a ¶ Si à

S*I à ſubdelegato.* ] Ponit ſtatutum, quod ſecundo prorogat, ibi, *Idem.* Tertio cauſam reddit, ibi, *Aliàs.* Ioan. And.

¶Preſupponendum eſt, quòd cum delegatus Papę cauſam ſub delegauit non in totum, ſi appelletur à ſubdelegato, appellandum eſt ad delegatũ ſubdelegãtem: fallit in caſu hic expreſſo.

Casvs. Impetraui contra te delegatũ, cui mandatum fuit in communi forma, vt vocatis vocandis quod iuſtum eſſet decerneret: delegatus iſte, quia iſti cauſę examinandę non poterat commode vacare, quendã ſub delegauit non in totum, ſed reſeruata ſibi ſniã vel executione: accidit quòd coram iſto ſubdelegato feci te conuenire: in termino aſſignato comparuiſti, comparitione facta tu reus excepiſti, ꝙ non tenebaris procędere coram iudice ſubdelegato propter defectum iuriſdictionis: quia ſcilicet delegans fuerat mortuus, antequam ſubdelegatus decerneret citationem: ſubdelegatus interloquendo declarauit iſtam exceptionem non fore admittendam: tu ab iſta ſententia interlocutoria appellauiſti: quæritur ad quem debes appellare? Reſpõdet quòd in hoc caſu eſt appellandum ad Papam omiſſo delegato: nam appellãdo ad delegatum eſſes tibi ipſi contrarius: nam tu negas delegatum habere iuriſdictionem, quia per mortem Papæ non ſolum extinguitur poteſtas delegati, ſed etiam ſubdelegati, & appellando ad delegatum, fateris eum habere iuriſdictionem. Idem eſt in aliis caſibus, in quibus negas delegatum habere iuriſdictionem, vt in gl. puta ſi proponis reſcriptum nullum. Nota quòd allegans contraria non eſt audiendus, & ſic contrarietas in iudicio repellitur: & ad hoc quotidie allegatur iſtud c. & l. j. C. de furt. & ſer. cor. & c. ſollicitudinem. de appel. Not. vlterius, quòd per quemcunque actum iudex delegatus procedit, intelligitur perpetuata iuriſdictio: probat tex. per illud verbum, in aliquo. de quo ſupra eod. tit. & lib. quamuis.

Iuriſdõ perpetuatur p actũ ſubdelegationis.

## CAP. XIIII.

SI à ſubdelegato [a], cui delegatus non in totum [b] commiſerat vices ſuas, ex eo fuerit appellandũ, quia exceptionem coram ſe propoſitam, quòd antequam per eum, vel per ipſum delegatũ in aliquo proceſſum [c] fuiſſet, delegans viam fuerat vniuerſæ carnis ingreſſus, admittere recuſauit: non ad delegatum (cum iuriſdictionem negetur habere) ſed ad delegantem potius appellari debebit. ¶Idẽ fiet [d] in aliis caſibus [e], in quibus delegatus iuriſdictionem habere negatur: Aliàs ſi appellari deberet ad ipſum [f]: eſſet appellans (qui ſic [g] fateri videretur eundem iuriſdictionem habere, quod ante negauerat † ) contrarius [h] ſibi ipſi.

¶Prima gl. ſummat.

a ¶ *Si à ſubdelegato.* ] Quando à ſubdelegato non in totum appellatur, quia non admittit exceptionem, per quam denegatur etiam delegatum habere iuriſdictionem, ad primum delegantem appellabitur. hoc dicit. Ioan. And.

b ¶ *Non in totum.* ] aliàs non eſſet quæſtio, vt dixi ſupra eo. tit. ſi duo ex tribus. & c. ſi is cui. Ioan. And.

¶*Gl. ſeq. quærit, & ſoluit: ſecundo quærit, & remittit.*

c ¶*proceſſum.* ] quid dices? pone, Papa dedit delegatum, ille ſub delegauit non in totum: demum & antequam ſubdelegatus incipiat vti moritur delegans, ſcilicet Papa: nunquid delegatus vel ſubdelegatus procedere poterunt? ſatis credo: quia ſub delegare, eſt iuriſdictionẽ delegare, ex quo ſubdelegauit, perpetuata ſit iuriſdictio. & hoc ſonat hæc littera quæ dicit, in aliquo proceſſum 1. ſupra eod. ti. & lib. cum dicit, inchoante. & ſupra eod. licet. dum dicit, vti cœperit. [Et ibi hoc tenet Hoſt. quòd cœpiſſe dicatur, cõmittendo vices ſuas etiam in parte.] Sic & retinere poteſtatem reuocandi, eſt iuriſdictionis. ſupra eod. titul. & lib. ſi delegatus. 2. reſp. Sed pone quòd omiſſa hac exceptione cum competit procedatur, tenet ne proceſſus? De hoc vide ſ. de teſti. cum veniſſet.

1 Tñ littera hic p eũ facit in cõtrariũ: ſʒ eſt exceptio partis ſic loquẽtis. Io. And.

d ¶ *Idem fiet.* ] ſcilicet quòd non appellabitur ad delegatum ſubdelegantem, ſed ad primum delegantem. Ioan. And.

Delegatus multipliciter iuriſdõnẽ habere denegatur.

¶*Gl. ſeq. ponit 11. exempla.*

e ¶ *In aliis caſibus.* ] puta quia dicit reſcriptum impetratum ab excommunicato. ſupra eod. lib. de reſcr. c. j. Vel ipſum delegatum ſubdelegantem excommunicatum. ſupra de re iudica. ad probandum. Vel delegatum non eſſe talem, qualem requirit conſtitutio. ſupra eod. libr. de reſcri. ſtatutum. 2. reſp. Vel commiſſionem ad eum factam extra locum, de quibus ibi dicitur. Vel reſcriptum eſſe impetratum per ſubreptionem, ita quòd non valet ſeruata diſtinctione decr. ſupra in ant. de reſc. ſuper litteris. Vel quòd ipſe delegatus ſubdelegans eſt ſeruus vel infamis. de reſcr. in an. ſciſcitatus. Vel non eſt ætatis idoneæ. ſupra eod. cum vigeſimum. Vel quòd ipſe primus delegans reuocauerat delegatum ſubdelegantem. ff. de iudic. iudicium. Vel, quòd ipſe delegatus retulerat. ſupra de appel. intimaſti. Vel ab eo fuerat legitime appellatum. ſupra de appellat. vt debitus. Hæc & ſimilia coram ſubdelegato opponuntur, per quæ negatur delegatum iuriſdictionem habere.

Additio. Vltra prædictos caſus poteſt pars allegare delegatum iuriſdictionem non habere, quia dicit ipſum hæreticum. de hoc ſatis hic Arch. alleg. 11. q. 3. cui eſt. Vnde dicit Gar. quòd extra eccleſiam nulla 2 eſt iuriſdictio, & ideo ſententia per talem lata non tenet: ad hoc 24. q. 1. vbi ſana. & c. aperte. & c. ſeq. §. his auctoritatibus. in princip. Ioan. And.

2 Hoc dictũ ſi ad hæreticos referatur, vide Alfonſ. Caſtrũ lib. 2. c. 23. đ iuſt. hær. punit. ſi ad alios infideles, vide B. Tho. 2. 2. q. 10. art. 10.

f ¶ *Ad ipſum.* ] delegatum ſubdelegantem.

g ¶ *Sic.* ] ſcilicet appellando ad eum, quem negat iudicẽ.

¶*Gl. ſeq. recitetur ob iiciendo, & ſoluit.*

h ¶ *Contrarius ſibi ipſi.* ] & ſic non audiendus. de appell. ſollicitudinem. in fi. C. de fur. l. j. cum ſi. Et hoc eſt mirabile: quia ſi iſte delegatus non ſubdelegaſſet, coram ipſo potuiſſet proponi exceptio, per quam negaretur eum iuriſdictionem habere, & ſuper ipſa poſſet pronunciare 3. ſupra de reſcr. ſuper litteris. in fi. ff. de iudi. ſi quis ex aliena. tamen ſi coram ſubdelegato proponatur, & propter hoc appelletur, non appellabitur ad delegatum, ſed ad primum delegantem: appellando enim fungitur vice actoris 4, & in agendo non licet contraria proponere, quod tamen licet in excipiendo. ſupra de regu. iur. nullus. ad hoc j. de except. cum inter priorem.

† al. negauit al. denegaret.

3 Idẽ doct. gl. in l. ampliorẽ. C. đ tẽp. ap. cle. 1 de reſ. Fon.

4 idẽ Phil. & Domi. vide gl. magn. in cle. ſi appellationẽ. de ap. Doct. in l. hi q ad ciuilia. C. de appel. Fon.

¶Idem.

¶*Ponit hic qui poßint eſſe conſeruatores, & vbi cognoſcere, & an & quibus poßint delegare, & quantum duret eorum poteſtas, & de expenſis talium. hoc dicit. Zen.*

## CAP. XV.

HAC CONSTITV-

H*Ac conſtitutionẽ.* ] Prima pars circa qualitatem conſeruatorum ponit tres prohibitiones. Secunda prouidet circa proceſſus, loca, ſubdelegationes, & durabilitatem ipſorum prorogans aliàs prouiſa per decr. ſtatutum. Tertia decretum apponit. Ioan. And.

Casvs. Dictum fuit in c. ſtatutum, ſupra eod. lib. de reſcr. quòd ad hoc vt quis ſit capax iuriſdictionis Apoſtolicæ, requiritur quòd habeat dignitatem vel perſonatum, vel quòd ſit canonicus eccleſiæ cathedralis. Item dictum fuit in c. j. ſupra eod. tit. & lib. quòd conſeruatores religioſis vel aliis clericis à ſede Apoſtolica deputati, cognoſcunt de manifeſtis iniuriis. Sed quęritur qui poſſunt eſſe conſeruatores? Reſpondet quòd epiſcopi, archiepiſcopi, abbates, & alij habentes poteſtatem. canonici vero eccleſiæ cathedralis non poſſunt, licet poſſint eſſe delegati ad vnam cauſam. Et iſta eſt differentia inter conſeruatores & delegatos ad vnam cauſam. Sed quid, ponamus quòd Papa deputauit abbatem ſancti Cypriani conſeruatorem priuilegiorum conceſſorum monaſterio nouo Pictauis, & deputauit abbatem monaſterij noui Pictauis conſeruatorem priuilegiorum conceſſorum monaſterio ſancti Cypriani, vtrum hoc poſſit fieri? Certe non: nam præſumitur quòd ſibi inuicem fauerent. Sed quid, ponamus, aliquis vult impetrare conſeruatorem ſibi ſubditum, an poſſit? Certe non, ſed reges & reginæ poſſunt, alij non. Et hæc eſt alia differentia inter conſeruatores & delegatos, quia cauſæ poſſunt committi & mutuo. Item poteſt impetrari ſubditus in cauſa, & valet proceſſus ſi non fuit exceptum: ſecus eſt in conſeruatore, quia ipſo iure proceſſus conſeruatoris non valet. Sed quæritur, in quo loco cognoſcere debent conſeruatores de cauſis priuilegiorum? Reſpondet quòd in loco, in quo ſunt deputati, & non in alio, etiam de conſenſu partium; licet ſecus ſit in delegato, quia delegatus de conſenſu partium poteſt cognoſcere in alio loco, quàm in loco ſibi deputato. c. ſtatutum, allega. & hæc eſt alia differentia inter conſeruatores & delegatos. Sed vtrum conſeruator poſſit ſubdelegare cauſas ſibi ſpectantes? Reſpondet quòd non, niſi illud ſibi fuerit ſpecialiter conceſſum in ſua creatione: ſecus in delegato, quia abſque ſpeciali poteſtate poteſt ſubdelegare. Or ſanctiſſime Pater habemus, in c. j. ſupra eod. tit. & lib. quòd conſeruatores poſſunt ſolummodo ſe impedire de manifeſtis iniuriis, Sed quid ſi conſeruator de facto exceſſit fines ſuæ poteſtatis? Certum eſt quòd proceſſus eſt nullus. Sed vtrum puniatur aliqua pœna? Reſpondet quòd ſic; quia eſt ſuſpenſus per annum ab officio, delegatus vero non punitur, licet proceſſus ſuus non valeat. Et hæc eſt alia differentia inter conſeruatores & delegatos. Sed quid de parte, quia vna pars litigantium procurauit vt conſeruator excederet fines mandati, an puniatur? Reſpondet quòd ſic: nam ipſo facto incurrit ſententiam excommunicationis, à qua non debet abſolui, niſi prius ſatisfacto de expenſis factis ab aduerſa parte. Sed quid, vtrum per mortem Papæ expiret iuriſdictio conſeruatorum? Reſpondet quòd ſic, quo ad negotia non incœpta: & in hoc æquiparantur conſeruatores delegatis, c. gratum. eod. tit. in an. Sed quid ſanctiſſime pater, dictum fuit ſ. de

reſcr

reſcrip. ꝙ delegati non debēt aliquid accipere:vtrum idem ſit dicendum in conſeruatore?Reſp.ꝙ ſic:& in hoc ſimiliter ęqui paratur conſeruator delegato. Sed quid ſi conſeruator fecerit contrarium in omnib. caſibus præmiſſis, an valeat proceſſus? Reſp.ꝙ non:immo ſuus proceſſus eſt ipſo iure nullus.*Non poſ ſint.*]de poteſtate ordinaria,ſed bene de poteſtate abſoluta: nam Papa ſi vellet, poſſet derogare huic conſtitutioni.

Not.ꝙ qualitates requiſitæ in conſeruatore,requiruntur in ſubconſeruatore:ſicut etiam dicitur in c.ſtatutum.ſ.e.li.de reſcrip.ꝙqualitates requiſitę in delegato, requiruntur in ſubdelegato.

Not.vlterius cōſeruatores nō poſſe ſe intromittere niſi de manifeſtis, đ quo ſ. c.1.ſ.allegato.No.ſinaliter arg.ꝙ appellatione epiſcoporũ non cōprehenduntur habētes dignitates ſupiores,de quo j. de ſent. exc. quia periculoſum.Dom.

†Not.Pe.de An.ꝙdr̃ hic ēt de cōſeruatorib⁹ laicorũ,pōderādo iſtā exceptionem, qaexceptio de regula eſt.l.fi.§.cui dulcia. ff.de vi.tri. & ol. leg.Font.

† al.ita, vel reginis.

¶*Gloſſæ ſequētes huius cap.principaliter inſiſtunt in oſtendendis differentiis inter delegatos & conſeruatores:quas demum colligit pe.gl.*

tione [a] perpetuo valitura ſancimus : Vt conſeruatores , qui aliquibus ( vt à manifeſtis iniuriis , & violentiis tueantur [b] eoſdem)plerunque à ſede Apoſtolica conceduntur , de cætero deputari non poſſint , niſi epiſcopi , vel eorum ſuperiores , aut Abbates, ſeu dignitates,vel perſonatus in cathedralibus , vel collegiatis eccleſiis obtinentes [c] : nullusque deputati ſibi conſeruatoris eſſe valeat conſeruator [d]. ¶Nec aliquis(regibus† & reginis †, qui ſicut dignitatis altitudine præeminent : ſic prærogatiua gratiæ ipſos conuenit anteferri, duntaxat exceptis [e] ) deinceps conſeruatorem habeat eum, qui ſub ipſius iuriſdictione, dominio vel diſtrictu eccleſiaſtico [f] vel temporali [g] conſiſtat. ¶Conſeruatores autem huiuſmodi extra ciuitates, ſeu diœceſes , in quibus fuerint deputati , contra quoſcunque procedere, aut aliquos vltra vnam dietam à fine diœceſum eorundem trahere non pręſumant [h]. ¶Vices quoque ſuas (citationibus & ſententiarum denunciationibus duntaxat exceptis, quas per alios valeāt exercere) nulli committere [i] poſſint: niſi hoc eis competierit ex beneficio litterarum [k] : ſed nec tūc [l], niſi intra ciuitates, ſeu diœceſes,in quibus deputati fuerint, & perſonis tantum, quæ ſuperius [m] ſunt expreſſæ. ¶Vt autem conſeruatores limites ſibi traditæ poteſtatis ( quos frequenter excedunt)metu [n] pœnæ diligenter obſeruent : Decernimus , vt ſi de aliis , quàm de manifeſtis iniuriis & violentiis ſcienter [o] ſe intromiſerint: ſeu ad alia, quæ iudicialem indaginem exigunt,ſuam extenderint poteſtatem : eoipſo per vnum annum ab officio [p] ſint ſuſpenſi [q]. ¶Pars vero,quę hoc fieri procurabit,ſententiam excommunicationis incurrat [r] :à qua non poſſit abſolui, niſi ei, quem ſic fatigauit † indebite, primo ſatisfaciat integraliter de expenſis [s]. ¶Officium autem quorumcunque [t] conſeruatorum, ipſo iure [u] quo ad nō cœpta negotia per obitum cōcedentis volumus expirare [x]. ¶Circa munera vero & expenſas, aſſeſſores , ac notarios , & perſonas teſtimonij cauſa vocandas, illa præcipimus in huiuſmodi conſeruatoribus per omnia obſeruari : quæ in delegatis iudicibus conſtitutio à nobis ſuper his edita [y] obſeruanda decreuit†. ¶Quicquid autem contra præmiſſa,vel eorum aliquod attentari contigerit:omnino [z] decernimus irritum & inane.

†Al.fatigauerit.

†Al.ita, decernit.

a ¶*Hac conſtitutione.*] Quædã ex iſtis ſumpta fuerũt đ extrauaganti Alexandri, quæ incipiebat, Quia de conſeruatoribus.

Additio. De qua Spe.ponit e.ti.§.vl. prope fi.Io.And.

b¶*Tueantur.*]đ hoc ſ.c.1.in gl. 2.

c¶*Obtinentes.*]ecce vna differentia inter delegatũ & conſeruatorem:quia delegatus poteſt eſſe canonicus eccleſiæ cathedralis, conſeruator non,& in hoc conſtitutio Alex. immutatur,quæ id permittebat.

d ¶*Conſeruator.*]ecce alia differentia,quia eius qui eſt mihi iudex delegatus, poſſum eſſe delegatus,ſaluo iure recuſatiōis 1. ſed in conſeruatore ſecus , vt hic. quod intellige etiam ſi non opponatur exceptio per fi.huius c.

1 Quæ fieri p̃t eo caſu, ſecũdũ Gul. in Spe.tit.j. §. ſupereſt. verſ. item ſi vnus.&dicã poſt Hoſt.j. de ap.legitima.Io.An.

e ¶*Exceptis.*]eſt ſim.j.de priui.ne aliqui.

f ¶*Eccleſiaſtico.*]ſ.vt lit. non conte.accedens.1.

g ¶*Vel temporali.*]vt lit.non cont.accedens.2.& ecce tertium: quia(ſaluo iure recuſationis)ſubditum mihi bene poſſum impetrare delegatum,conſeruatorem non,vt hic.

h¶*Non præſumant.*]idem in delegato,eo ſaluo,quia delegatus de expreſſo cōſenſu partium hoc bñ poſſet.ſ.e.li.de reſc.ſtatutum.§.in nullo. quod in conſeruatore non credo , quia ſi hoc voluiſſet, hoc adidiſſet hic,ſicut ibi fecit, & hoc maxime per fi.huius ca.

i ¶*Nulli committere.*]Gul.no.contrarium in Spe.ti.1.ad fi.ver. ſed nunquid conſeruator.ibi dicebat,quòd conſeruator in eo, in quo iuriſdictionem habet , vices ſuas aliis committere poterat 2. Et ecce quarta differentia inter iſtum & delegatum à principe, qui poteſt in totum & in partem committere. ſ.eo. paſtoralis.& c.fi.

2 Ab.ſ.e.tit. & lib.c.j. dicebat, ꝙ cōſuetudo curię hēbat,ꝙ cōmittere ñ poterat. Io. Andr.

k ¶*Litterarum.*]ad idem ſ.e.ti.is cui.in fine.

l ¶ *Nec tunc.*]ſ.cum hoc competit eis ex beneficio litterarum.

m ¶*Superius.*] ſcilicet in primo reſponſo.& idem in delegato: quia ſubdelegatus talis eſſe debet,cui poſſit delegari.ſ.de reſcrip.ſtatutum.§.in nullo.in fi.

n ¶ *Metu pœnæ.*] ad idem ſ.de elec. cum in cunctis. de vi. & ho.cle. vt clericorum.

o ¶ *Scienter.*] ſi ignorantia eſſet iuris,vel craſſa, vel affectata, idem eſſet.j.de reg.iu.ignorantia.ſ.e.lib.de tempo.ord.eos.ſ. de clandeſt.deſpon.c.3.

Ignorãtia ē multiplex.

p ¶*Officio.*] & à beneficio,quod eſt eius ſequela.32.diſt.præter hoc.81. diſt.ſi qui.

Additio. Idem Io. Mona. & Arch.vide quod no. in cle.cupientes. de pœn.in gl.no. nouam. in fi. Ioan.And.

q ¶ *Suſpenſi.*] ecce quintum ſpeciale in conſeruatore, quod non eſt in delegato : quia dato quòd delegatus intromittat ſe de eo, quod non eſt ſuæ iuriſdictionis , non propterea locum habet pœna : cum in illo non inueniatur expreſſa.

ſuſpēſus ab offō eſt ſuſpenſus à beneficio.

r ¶*Incurrat.*]No.nouum caſum , quo quis excommunicatus eſt ipſo iure , alios no.j.de ſenten. excom. eos.

s¶*De expenſis.*]ad idem j. de immu. eccle. quoniam.in fi.

t¶*Quorumcunque.*] quaſi diceret, ſiue ſint dati ad conſeruationem priuilegiorum , vel ad defendendum à manifeſtis iniuriis, vel alio modo , vt dixi ſ. e.c.1.Ioan.And.

v ¶ *Ipſo iure.*] vnde ſi poſtea procederet in non cœptis, proceſſus eſſet nullus. ad idem j. in fi. c. & ſecundùm opi. Goff.Inno. & Bart. Brixi. hic eſt alia differentia. ſed ſecundùm Ber. & Hoſt.ſecus. de hoc ſ.de teſtib.cum veniſſet.

x ¶ *Expirare.*] ſaluo eo quod dicitur ſ. eodem titul. & lib. cum plures. in fin. ſcilicet, quòd ſi plures eſſent conſeruatores , quo ad negotium cœptum per vnum,perpetuata ſit iuriſdictio quo ad omnes 3. Et not. quòd licet poteſtas executoris dati ad gratiam , non pereat re integra mortuo Papa , vt ſupra eodem libr. ſi ſuper gratia. tamen poteſtas conſeruatoris priuilegiorum , in quibus continentur gratiæ,bene perit quo ad non cœpta morte concedentis,vt hic.

3 Nō in aliis nōdũ cœptis.Phil.Fōt.

y ¶*Edita.*]ſ.de reſc.ſtatutum.§.inſuper.cum.§.ſeq. In hoc ergo comparantur alij delegati & conſeruatores : licet diſcrepent in quinque ſuperius enarratis,ſcilicet quia canonicus eccleſiæ cathedralis poteſt eſſe delegatus, ſed non conſeruator. Secundo,quia eius qui eſt mihi conſeruator, conſeruator eſſe non poſſum 4. Tertio, quia eius cui ſum ſubiectus eccleſiaſtica vel temporali iuriſdictione , conſeruator eſſe non poſſum. Quarto quia conſeruator non ſubdelegat, niſi ſecundum formam hic poſitam. Quinto,quia conſeruator excedens metas poteſtatis ſuæ,ſuſpenſus eſt ab officio.hæc patēt ex textu.Sextum addidi.ſ.in gl,idem in delegato.Septimum,ſecundum opin.in gl.vnde ſi.

4 Quia iſta mutua defenſio eſt iuri ſuſpecta, tñ duo pñt ꝓ ſe inuicē teſtimoniũ dare.l.q teſtamēto. ff. de teſt. ſimiliter duo tutores ꝓ ſe ſi deiubere, Bar. in l.Romanꝰ Apulꝰ ff.đ tu.&cu. dat. ab his. Pe.đAn.Fō.

Additio.Octauum,quia conſeruatores dantur ad futura, delegati non,vt ſcripſi poſt Inno.ſ.de reſtit.ſpol.audita. in prin. Ioan.And.

z ¶*Omnino.*]ergo ſine aliqua ope exceptionis.& facit quod dixi ſ.e.lib.de reſcr.c.1.& e.ti.ſtatutum.in fi.

Additio. Ioan. Andr. circa materiam conſeruatorum ponit hic.16.quæſtiones per modum ſummæ:quas videas per te,ſi tibi corde ſedet.

# TITVLVS XV.

## De officio legati.

¶Innocentius quartus.

*¶Legati non Cardinales ſine ſpeciali mandato iure legationis beneficia conferre nō poſſunt: ſed legati Cardinales hoc bene poſſunt. Ioan. And.*

## CAP. I.

Officij noſtri[a] debitum remediis inuigilat ſubditorum: quia dum eorum excutimus onera, dum ſcandala remouemus, Nos in eorum quiete quieſcimus, & fouemur in pace[b]. ¶Proinde præſenti decreto ſtatuimus, vt Eccleſiæ Romanæ legati[c] quantumcunque plenam legationem obtineant, ſiue à nobis miſſi fuerint, ſiue ſuarum prætextu eccleſiarum[d] legationis[e] ſibi vēdicent dignitatem: ex ipſius legationis munere cōferendi beneficia nullam habeant poteſtatem[f]: niſi hoc alicui ſpecialiter duxerimus indulgendum. Quod in fratribus[g] noſtris legatione[h] fungētibus nolumus obſeruari: quia† ſicut honoris prærogatiua[i] lætantur, ſic eos auctoritate fungi volumus ampliori[k].

¶Clemens iiij. S. tit. Sanctæ Cæciliæ presbytero Cardinali Apoſtolicæ ſedis legato.

*¶Legatus habet ordinariam: vnde per mortem Papæ nō expirat eius officium. hoc dicit. Ioan. And.*

† In manuſcriptis ita, q ſicut, &c.

DE OFFICIO LEGATI.

*¶Dictum fuit ſupra de his qui gerunt vices aliorum in foro iudiciali, videlicet de delegato, qui gerit vices delegantis: verum quia legatus Papæ gerit ſimiliter vices Papæ: ideo, &c.*

Cōtinuatio dom. Heliç. Diuiſio.

Officij noſtri.] Præſupponitur pro intellectu iſtius c. illud qđ habetur i gloſſ. 3. huius ca. poſita ſuper verbo, legati, q tria ſunt genera legatorum: Quidam enim sūt legati Cardinales, qui dicuntur legati de latere, & hoc ideo, quia aſſumuntur de latere Papæ: nam ſicut Imperator & patritij ſiue conſiliarij faciunt vnum corpus, cuius Imperator eſt caput, & conſiliarij qui ſibi aſſiſtunt in ſecretis, dicuntur eſſe membra, ita q machinans in mortem ipſorum conſiliariorum committit crimen leſæ maieſtatis: ſicut ſi machinaretur in mortem Imperatoris. l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt. ita ſimiliter Papa & Cardinales faciunt vnum corpus, cuius Papa eſt caput, & Cardinales ſunt membra: Ideo quando aliquis aſſumitur de Cardinalib. vt mittatur legatus, dicitur ſumptus de latere, & appellatur legatus de latere. Alij ſunt legati nati, ſicut eſt archiepiſcopus Cantuarienſis, vt in c. 1. de of. leg. in ant. Alij ſunt legati miſſi, qui mittuntur ad aliquā prouinciam, vt in ea reformanda reforment, tamen non ſunt Cardinales.

Casvs. Eſt aliquis legatus ī his partibus à ſede Apoſtolica miſſus: durante ſua legatione vacant aliqua beneficia, vt ponamus archiepiſcopus Burdegalen. eſt legatus, vacant beneficia in ſua diœceſi particulari, quæ non ſpectant ad ſuam collationem: vel vacant beneficia extra ſuam diœceſim particularem, quæ non ſpectant ad ſuam collationem, vtrum poſſit illa conferre? Reſp. quòd non: niſi in creatione ſuę legationis fuerit ſibi à ſede Apoſtolica nominatim data poteſtas, vt poſſit conferre beneficia: Et iſta ſunt vera, tam in legatis natis, quàm in legatis miſſis ſimpliciter. Sed ponamus quòd eſt legat9 Cardinalis, vtrum poſſit conferre beneficia vacantia in ſua prouincia? Reſpondet quòd ſic: exceptis aliquibus beneficiis, de quibus in c. præſenti. j. eod. Et iſtud verum: quòd legatus Cardinalis poteſt conferre beneficia vacantia in ſua diœceſi, dum tamen præuenerit ordinarium, ad quem ſpectat collatio illorum beneficiorum vacantium. Nota primo ex principio c. quòd princeps ſuperior ex debito ſui officij debet laborare circa commoda ſuorum ſubditorum: nam ad hoc fuerunt ſibi conſtituta tributa fiſcalia. Nota ſecundo principalem effectum huius cap. quòd legatus non Cardinalis, non poteſt conferre beneficia in prouincia conceſſa, licet habet iuriſdictionem ordinariam in tota prouincia ſibi decreta: ita quòd in iuriſdictione concurrit cum ordinariis, & poteſt adiri à ſubditis ordinariorum in prima inſtantia, & iſtud faciebat rationem dubitandi: quia collatio beneficiorum eſt iuriſdictionis, ſed Papa voluit expreſſe iſtis remouere hanc facultatem. Nota tertio quòd legatus Cardinalis poteſt conferre beneficia vacantia in ſua prouincia, etiam poſſet reſeruare beneficia vacatura 1 certæ perſonæ, ſed non poteſt dare ius ad beneficium vacaturum. Ratio diuerſitatis eſt, quia licet reſeruans fecerit mentionem de certa perſona: tamen poteſt variare & conferre alteri, & ſic iſta perſona non habet certam & indubitatam ſpem: & ideo non cito machinabitur in mortem illius, qui tenet beneficium, ſed ſi haberet ſpem indubitatam: puta ſi ſibi eſt datum ius ad beneficium vacaturum: citius machinaretur in mortem illius qui tenet beneficium. No. quarto, quòd exiſtens in maiori dignitate debet magis honorari in conceſſione priuilegiorum. ad hoc de prēb. de multa. & s. ti. prox. c. fi. §. 1. Dominicus.

Legatus nō Cardinalis, lȝ hēat ordinariā iuriſdictionē tñ bñficia cōferre nō p̄t.

1 Hęc ceſſāt hodie p cōcil. Trident. ſeſ. 24. de reforma. c. 19.

*¶Gl. prima ſummat & diuidit.*

a ¶ *Officij noſtri.*] Legati non Cardinales ſine ſpeciali mandato iure legationis beneficia conferre non poſſunt: Sed legati Cardinales hoc bene poſſunt. Et primo ponit Innocentius procœmium ad dicenda vſque ibi: *Proinde.* Secundo ponit ſtatutum de legatis non Cardinalib. vſque ibi: *Quod in fratribus.* ibi ponit de Cardinalibus vſque in finem.

Additio. Scias quòd auctor huius decretalis Innocētius gloſſauit hanc decretalem. Ioan. And.

b ¶ *Pace.*] ad hoc procœmium concordat procœmium huius libri. & j. de reſt. ſpol. frequens.

*¶Gl. ſeq. de paritatibus legatorum remittit: & ponit quatuor imparia.*

c ¶ *Legati 2.*] Tria genera legatorum diſtinguit hęc decr. & licet quo ad quædam non ſit in illis imparitas, vt dixi. s. eo. lib. de reſcrip. ſtatutum. 1. reſponſo. in gloſſa, quia verbum. tamen quo ad alia eſt imparitas, ſcilicet in excommunicatos abſoluēdo, vt s. eod. c. pe. & in confirmationibus exemptorum. s. eod. lib. de elect. ſi abbatem. & in cognoſcendo de cauſis exemptorum, & illos puniendo. j. de verbo. ſign. cap. 1. & in collationibus beneficiorum, vt hic. Et qui dicantur eſſe legati de latere Papæ not. s. e. c. pe. Et quòd Cardinales dicantur eſſe de latere patet infra dum dicit: quòd in fratribus noſtris, &c.

Legatorum iij. ſunt ſpēs inter ſe differentes.

2 Vide Anc. hic. Font.

d ¶ *Eccleſiarum.*] ſuarum: ſicut Cantuarien. & Eboracen. j. e. c. 1. & de app. c. 1. cum ſi.

e ¶ *Legationis.*] quaſi dicat, ſi alio iure hoc eis competeret: legatio illud non priuat.

*¶Gl. ſeq. ſignat contrarium & ſoluit.*

f ¶ *Poteſtatem.*] contra. s. in ant. de ſupp. negl. præl. litteras. vbi legati qui Cardinales non erant (vt ibi patet ex ſubſcriptione) beneficia conferunt: Dic quòd illud fuit ex ſpeciali mandato, & ſic non contradicit, ſed concordat ei quod ſtatim ſequitur, niſi hoc, &c. multa ergo licent ex ſpeciali demandatione, quæ ex generali virtute legis non licent. de his vide s. ti. prox. is cui. in fine.

g ¶ *Fratribus noſtris.*] No. quia cum Papa promiſcue de Cardinalibus loquitur, vocat illos fratres 3. Si ſpecialiter, epiſcopos Cardinales vocat fratres: reliquos filios. s. de teſti. licet. 3.

Additio. De præb. dilecto. in prin. Ioan. And.

3 Et ſic hic intelligitur de Cardinalib. ēt ñ epis ſecūdū Fōt.

h ¶ *Legatione.*] repete eccleſiæ Romanæ, de qua s. tractauerat.

i ¶ *Prærogatiua.*] concor. s. titu. prox. c. vlt. §. 1. & j. de priui. ne aliqui.

*¶Gl. ſeq. litteram exponit, quærit, arg. pro. ponit duas opi. contrarias: in fine ponit duo dicta.*

k ¶ *Ampliori.*] vnde beneficia cōferre poterunt, cum reſtrictione tamen & determinatione, quam habes j. eo. præſenti. & c. ſeq. Sed quid dices: poteſt ne legatus Cardinalis conferre beneficia, quorum collatio deuoluta eſt ad Papam per Lateran. concilium. Videtur quòd ſic 4 per dec. s. de præb. c. pe. vbi legatus tale beneficium contulit. Dicebat ibi Vin. quòd talis legatus hoc non poterat ſine ſpeciali mandato: & ideo ibi inſtiterat ipſe legatus apud Papam, quòd illam collationē confirmaret: & ſic faceret illam valere. Gof. ibi reprehēdebat. Vin. & Inn. concor. ibi Goff. & Gul. in Spec. ti. de lega. §: nunc tractemus. circa prin. qui omnes dicūt, quòd legatus de latere bene poteſt conferre talia beneficia per prædictam decret. immo dixit Goff. quòd illa præcipue poteſt conferre, quæ ſunt ad Papā deuoluta: cuius vices gerit in prouincia: allegabat etiam decr. s. e. dilectus. & s. de iur. pat. cum dilectus. pro hoc etiam bene facit. s. e. li. de ele. ſi abbatem. 2. reſp. vbi confirmat electiones, quarum confirmatio ſpectat ad Papam. & j. de verb. ſig. ca. 1. j. reſp. Quod ergo petiit in prædicta decr. pe. ille legatus, quòd Papa collationem per eum factam proſequeretur benigno affectu: intelligatur quo ad facti executionem, quia legato non parebatur. Certum eſt 5 autem, quòd legatus etiam de latere non poteſt conferre beneficia vacantia in curia ſine ſpeciali mādato, vt j. de præb. licet. in fi. quod intelligo infra menſem, vt e. ti. ſtatutum. Et no. quòd vbi eſt legatus Cardinalis in prouincia: vel alius habens ſpeciale mandatum, poſſent tres concurrere in collatione beneficij: ſcilicet Papa, legatus, & ordinarius 6: & ſi apparet quis primo contulerit, non eſt dubium: ſi vero non apparet quis primo contulerit, tene quod habes j. de præb. ſi à ſede. Ioan. And.

4 trāſit Dominic. cum gl. Font.

5 Idem Doc. Font.

6 Idem Doc. Phi. vid Fel. in c. fi. s. de confir. Fon.

Lega

## CAP. II.

LEgatos [a], quibus in certis prouinciis committitur legationis officium, vt ibidem euellant & diſſipent [b], ædificent atque plantent [c]: prouinciarum ſibi commiſſarum, ad inſtar proconſulum [d], cæterorumque præſidum, quibus certæ ſunt decretæ prouinciæ moderandæ, ordinarios reputantes [e]: Præſenti declaramus [f] edicto, commiſſum tibi à prædeceſſore noſtro legationis officium, nequaquã per ipſius obitum † expiraſſe [g].

¶Bonifacius octauus.

*¶Finita legatione expirant reſeruationes legatorum, & omnis proceſſus habitus ſuper illis, niſi tunc illa beneficia iam vacantia ſint collata. Demum dicitur quòd pendente vna ſua reſeruatione in eccleſia collegiata, vel de beneficio ſpectãte ad collationem alicuius: legatus in eadem eccleſia, vel beneficio ſpectante ad collationem eiuſdem, aliam facere non poteſt: & quod ſit cõtra prædicta irritum decernit. Ioan. Andr.*

## CAP. III.

PRæſenti [h] declaramus edicto reſeruationes † quorũcunque beneficiorum ab Apoſtolicæ ſedis legato ſuæ [i] legationis auctoritate factas, & decreta interpoſita ſuper ipſis: necnon denunciationes, inhibitiones, & proceſſus quoſlibet per eum, vel per executores deputatos ab eo habitos circa ipſas (dummodo ad collatio-

† vide cõcil. Tridẽ. ſeſ. 24. đ refor. c. 19 vbi reſeruatiões qlibet ad vacatura beneficia tolluntur.

LEgatos.] Duo facit: præmittit & probat declarationis cauſam. ſecundo declarat: ibi, *Præſenti*. Ioan. And.

CASVS. Papa creauit aliquem legatum in aliqua prouincia, accidit ꝙ Papa mortuus eſt, vtrum ſit expirata poteſtas ipſius legati: ita ꝙ mortuo Papa non poſſit aliquid iure ſuæ legationis expedire? Reſp. Romanus Pontifex, ꝙ cum legatus habeat iuriſdictionem ordinariam: (nam ſi ſit legatus de latere, ęquiparatur proconſuli: Si vero ſit legatus natꝰ vel legatus miſſus ſimpliciter, æquiparatur præſidi prouinciæ) mortuo Papa poterit legatus expedire ea, quę incumbunt ſibi iure ſuæ legationis. No. primo, ꝙ legati mittuntur vt euellant vitia, & plantẽt viritutes: veruntamen plura alia poſſunt expedire. Not. ſecũdo, ꝙ legati Papæ habent iuriſdictionem ordinariã: & iſtud indubitanter verum de his, q̃ eis competunt iure ſuæ legationis: Sed quid de his, quæ eis competunt ex ſpeciali facultate? dicendum ꝙ communis opinio doctorum eſt, ꝙ ipſi legati habent delegatam iuriſdictionem: ideo illa expirat per mortem Papæ: ſed non alia quæ eis competunt iure ſimplicis legationis. Not. tertio ex ſupraſcriptione, quòd quando Papa ſcribit presbytero Cardinali, pręmittit titulum ſuum, quod tamen fallit in Cardinali Baſilicæ 12. Apoſtolorum, vt no. Hoſt. s̃. de priui. cum olim. Not. quarto quòd legatio dicitur eſſe officium. de quo, s̃. c. prox. vbi appellauit dignitatem. Dominicus.

† Intellige ſcilicet re ñ integra: re vero integra, an per mortẽ Papæ expiret legatio, diſtinguit hic Pe. de An. Fõt.

*¶Prima gl. dicit vnde ſumpta, & quid approbet, ponit ſummam, & ſoluit dubium.*

a ¶ *Legatos.*] Extrauagans fuit eiuſdem Clementis: & incipiebat, ex parte. & approbat hæc decr. quod no. Io. 7. q. 1. ſicut vir. & 25. q. 2. igitur. Ioan. de Deo. in quęſtionibus ſuis, in prin. Inn. de of. dele. in ant. licet. Hoſt. de reſt. in int. tum ex litteris. & s̃. e. c. vl. & Gul. in Spe. e. ti. §. ſupereſt. ver. quid de ſententia. & §. finitur. ver. pone ergo. & ver. ſeq. Et no. quia licet decr. dirigatur legato Cardinali: tamen indiſtincte loquitur de omnib. legatis [1]: Ex quo infert poſtea ſolutionem ad ipſum legatũ quęrentem, quod etiam patet ex eo quod j. dicit, cæterorumque præſidum. licet ergo quo ad quædam ſit differentia inter eos, vt dixi s̃. c. prox. non tamen quo ad hoc, vt hic vides.

1 Et ſic dixit Frã. s̃. c. px. fuiſſe ſeruatũ poſt mortẽ iſtius Clemẽtis in archiepõ Rauenn. I. An.

b ¶ *Diſſipent.*] vitia.

c ¶ *Plantent.*] virtutes, & iſta proprie ſunt ordinariorum. s̃. de of. ord. c. 1.

d ¶ *Proconſulum.*] Legatos Cardinales æquiparat proconſulib. reliquos præſidib. Nam proconſul eſt, qui ex conſulib. ab Imperatore ad regẽdam certam prouinciam mittitur. [Aliter dicitur proconſul ſuffectus loco cõſulis, ſic dictus: quia pro conſulibus fungeretur.] Præſides autem illi dicuntur, qui cum nõ eſſent prius conſules, mittebãtur ad regimina prouinciarum. ff. de of. præſi. l. 1. [2] vbi de hoc. & l. 2. & ff. de of. quæſto. l. 1. §. ex his. vnde arguendo à nomine legati: Cardinales qui ex latere Papæ, & ex conſulibus ſuis (aſſiſtunt enim ſibi in ſecretis conſiliis. s̃. e. li. de ele. fundamenta. §. decet.) mittuntur ad regendam prouinciam: æquiparantur proconſulib. s̃. de ſen. exc. ad eminentiam. ff. de off. proconſu. l. 2. Reliqui autem qui ſecretis conſiliis non aſſiſtunt, miſſi ad regendas prouincias ęquiparãtur præſidibus: ſed illi habent ordinariam, ergo & iſti.

2 ſic dicti qa pſunt, & eſt nomẽ gñale vt ibi, ſc. qñ ñ adiicitur cuius pꝓuinciæ. I. A.

e ¶ *Reputantes.*] hic incipe conſtructum: nos reputantes legatos, &c. & merito dicuntur ordinarij: nec expirat ęorum officium, faciunt enim ſtatuta perpetua. s̃. de loc. c. 1. & s̃. e. ti. c. vl. & adeuntur per querelam. s̃. e. ti. c. 1. & de hoc. 2. q. 6. c. 3. Item habent imperium, s̃. e. lib. de ele. ſi abbatem. ff. de of. proconſ. l. & ideo. ad idem eo. tit. l. 1. & 2. & C. de off. eius qui vic. alt. iu. ob. l. 1. & 2.

*¶Gl. ſeq. primo notat hoc ius declaratorium, & reſpondet contrario: rationem redit, & interſerit opinionem Goff. ſecundo tractat de nondum ingreſſo: tertio quærit an cœtus Cardinalium illum reuocet: ponit opi. & remittit.*

f ¶ *Declaramus.*] non eſt ergo iuris noui promulgatoria, ſed veteris declaratoria: quod ergo dicitur in prædicta decr. tum ex litteris, de reſti. in integ. in prin. cui etiam Alexander ſucceſſor ipſius Anaſtaſij officio legationis denuo in partibus illis fungenti, &c. illud, denuo, determinat verbum, commiſit, quod ſequitur: non enim morte Anaſtaſij expirauerat legatio. Notat tamen Goff. in ſumma iſtius titu. §. finitur. quòd morte Papæ licet expiret legatio: non tamen iuriſdictio quo ad excepta: ſed nec expirat legatio, vt infra ſequitur: nec mirum, legatus enim Papæ dicitur legatus ſedis Apoſtolicæ: ſed ſedes ipſa non moritur. 12. q. 2. liberti. 2. s̃. e. lib. de reſcr. ſi gratioſæ. Et nota quòd iſta decr. non diſtinguit an ille legatus tempore mortis ingreſſus fuerat prouinciam vel non: vnde ſicut in reliquis ordinariis non inſpicimus mortem conſtituentis, ita nec in iſto. An autem vacante ſede cœtus Cardinalium reuocare poſſit legatum forte communiter à Papa & Cardinalibus deputatum. not. Hoſt. in prædicta decr. tum ex litteris. & Gul. in prædicto §. finitur. verſ. ſed nunquid. ꝙ ex magna & euidenti cauſa hoc poſſent, aliàs hoc nõ debẽt [3]. De poteſtate tamen Cardinalium ſede vacante, vide quod dixi infra de ſchiſm. c. vnic.

3 Idẽ Philip. & Dom.

ADDITIO. Cle. ne Romani. de ele. & s̃. e. de ele. vbi periculum. §. idem quoque. in gl. 1. Fonta.

g ¶ *Expiraſſe.*] idem habes de inquiſitorib. hæreticæ prauitatis: j. de hær. ne aliquid.

PRæſenti.] Sunt tres partes: Prima in vno declarat: Secunda circa duo reſtringit: Tertia decernit. Secunda: ibi, *Cæterũ*. Tertia: ibi, *Quicquid*. Ioan. And.

CASVS. Legatus cardinalis in hac prouincia ſuæ collationi reſeruauit præbendam proximò vacaturam in eccleſia Pictauen. in fauorem certæ perſonæ, & illi perſonæ dedit executores ad prouidendum in defectum capituli: poſtea vacauit præbenda, executor tamen eam non contulit: accidit quòd finita eſt poteſtas legati, vtrum expirauerint omnes effectus reſeruationis: ita quòd executor non poſſit conferre illam præbendam? Reſpondet quòd ſic, ſi executor nondum proceſſerit ad collationem, ſed ſi proceſſiſſet, & illam præbendam contuliſſet, valeret collatio: licet perſona illa certa non apprehendiſſet poſſeſſionem illius. Sed vtrum ſit verum indiſtincte, quòd legatus poſſit reſeruare beneficia, & quot voluerit? Reſpondet quòd non: ſed in vna eccleſia vnicum poterit reſeruare beneficium: vel de beneficiis ſpectantibus ad vnum collatorem, & hoc pendente illa reſeruatione: ſed illa finita poſſet ſibi reſeruare vnicam aliam collationem, & hoc etiam verum de beneficiis ſpectantibus ad collationem vnius collatoris. Nota primo argum. quòd quando legatus facit actum pertinentem ad officium legationis, debet dicere quòd faciat auctoritate legationis, & non auctoritate Apoſtolica. Nota ſecundo quòd poteſtas data executori ſuper gratia fienda, expirat expirante gratia. ad hoc j. de præbend. ſi clericus. & ca. ſi cui. Dominicus.

*¶Prima gl. facit quatuor, dicit quid reſtringit, quæ pars ſit declaratoria, ſummat, & dicit quid determinet.*

h ¶ *Præſenti.*] Iſta decretalis & ſequẽs reſtringit generalem poteſtatem legatorum circa beneficia conferenda, de qua s̃. eo. ca. 1. verum eſt tamen, quòd primum dictum huius decretalis declaratoriũ eſt iuris veteris [4], vt in princ. patet. Et hoc dicit, finita legatione expirant reſeruationes legatorum: & omnis proceſſus habitus ſuper illis, niſi tũc illa beneficia iam vacantia ſint collata. Demum dicitur, quòd pendente vna ſua reſeruatione in eccleſia collegiata, vel de beneficio ſpectante ad collationem alicuius, legatus in eadem eccleſia, vel de beneficio ſpectante ad collationem eiuſdem, aliam facere non poteſt: & quod ſit contra prædicta, irritum decernitur. Et determinat hæc decretalis notata per Hoſtienſem s̃. e. ca. vlt. & per eum & per Ber. s̃. de iu. pat. cum dilectus. & Gul. in Spe. e. ti. §. nunc tractemus. ver. ſed ecce.

4 Vñ Gul. in ver. in ſi. all. & Arch. hic dñt, ꝙ curiales hoc tenebãt, dicẽtes, ꝙ ſæpe ſic fuerat declaratũ. Ioan. And.

i ¶ *Suæ legationis.*] quia ſi ex ſpeciali auctoritate ſibi tradita à Papa hoc faceret, tunc ſecus: ad hoc infra de præbend. hi qui. ſecundo reſponſo. Et nota quia ſi legatus non Cardinalis non poteſt conferre beneficia vacantia iure legationis. s̃. eod. titul. & lib. capitul. primo. multo minus ergo poſſet re-

ſerua

ſeruare:in Cardinalibus ergo habet locum hæc decretal. Additio. Idem Ioan.Mon.

a ¶ *Ad collationem.*]ergo non ſufficit q; vacauerint,niſi priorũ beneficiorum vacantium ſit facta collatio : & eſt ſi.j̃.de conc. præb. c.vl.vbi non ſufficit q; beneficia vacauerint:& q; ab executorib. fuit petitũ vt illa conferant , ſi ipſorum non fuerit factacollatio,immo habuit locum reuocatoria.

nem a eorundem beneficiorũ iam vacãtium† minime ſit proceſſum)eoipſo quòd illius finitur b legatio,viribus penitus vacuari : nec executores eoſdem poſſe vlterius beneficia taliter reſeruata cõferre†.¶Cæterum reſeruationes huiuſmodi ( per quas interdum prȩlati & eccleſiæ nimium onerantur)reſtringere c cupientes:Prohibemus, ne poſtquam legatus in aliqua cathedrali vel collegiata eccleſia reſeruationem aliquam duxerit faciendã : aliam(illa pendente d ) faciat aliquatenus in eadem e.Nec etiam poſtquam alibi reſeruauerit aliquod beneficium ad collationem pertinens cuiuſcũque:aliud f quod ad illius g collationem pertineat ( quandiu reſeruatio pendet alterius)ſibi quoquo modo reſeruet.Quicquid autem contra præmiſſa h contigerit attentari , eo ipſo viribus non ſubſiſtat.

†Anc.no.q; legat⁹ & vacatura &vacãtia reſeruat , finita tñ legatiõe, quo ad vtrũque reſeruatio expirat indiſtinctè: q̃a cũ perit legatio,decretũ &alia oĩa vt acceſſoria peũt. Itẽ reſeruatiões ex futuro dependẽt, ergo facilius tollũtur.Font.

† Fallit ſi legatus cõtulerit canonicatũ,& p̃bẽdã vacaturã reſeruauerit,dato executore:nam talis finita legõe cõferre poterit. Pe.đAn.Fõ.

¶*Gl. ſeq. ponit quatuor modos quibus finitur legatio.*

b ¶ *Finitur legatio.*] hoc poteſt eſſe multis modis,puta quia dat⁹ fuit legatus ad tempus:finito tempore finita eſt legatio. s̃.de of.dele. de cauſis.Item quando reuocatus eſt. ff. de iud.l.iudicium. Itẽ quãdo eſt egreſſus 1 legationem animo non redeundi,legationẽ ideo dixi : q̃a ſi eſſet egreſſus vnã prouinciam,is q̃ eſt legatus in pluri b. ex quo nõ eſt egreſſus legationem, adhuc non expirauit eius iuriſdictio.s̃.e.ti.nouit.ſic enim legatus in qualibet parte legationis exiſtens,iuriſdictionẽ exequitur ſicut epiſcopus in qualibet parte diœceſis.j̃.ti.prox.cum ep̃s.Item finitur legatio p̃ſonalis morte ipſius legati:non tamen morte conſtituentis s̃.c.prox. perſonalis ideo dixi:quia ſi eſſet realis, puta quæ competeret dignitati,non expiraſſet morte legati,vt s̃.e.c.1. & s̃.de of.deleg. quoniam abbas.Et quod ſupra dixi his modis legationem finiri, dic verum in ſui perſona, & quo ad non cœpta per delegatos:ſed ſi quas cauſas commiſiſſet, & res non eſſet integra,durat finito eius officio illius delegati poteſtas.s̃.e.c.vl.Et eſt mirabile:quia iuriſdictio delegati à legato bene perpetuatur per citationem,& alium iudicialem actum:ſed notificatio, inhibitio,& decretum non p̃petuant iuriſdictionem executoris hoc & alios proceſſus facientis. Sed reſeruationes beneficiorum ſunt odioſæ propter duo:quia per eas datur via ad vacaturas, & quia præiudicant ordinariæ poteſtati:igitur ſunt reſtringendæ, ſed poteſtas executorum datorum à Papa ſuper gratia facta, etiam re integra, & ſup facienda re non integra, bene perdurat poſt mortem Papæ 2: quia Papa poteſt ius ad vacaturas dare,ſed nõ ſic legatus.s̃.e.ti.prox.ſi ſuper gratia.& j̃.de prȩb. ſi cui.in ſi.bene ergo poteſt legatus donec durat in officio ſuo impedire ordinariũ in cõferendo:ſed finito officio nõ, vt hic.

1 Et reuocatus ſecũdũ Hoſti. ff. de of.p̃ſ.vr.l.ſi. hoc no.s̃. e. c. nouit. qđ hic pl; Arc. cũ ſit ordinarius. s̃. c. p̃xi.& aliàs exp̃ſſe renũciare ñ poſſet,ergo nec tacite.I.An.

2 Vide Speti.đ leg.§.5. nu.14.Fede. de Se.conſ. 297. & Gemin.hic.

c ¶ *Reſtringere.*] Cauſam huic edicto,& ei quod dicitur j̃.ca. prox.dare potuit Cardinalis ſanctæ Mariæ nouæ,[ſcilicet dominus Petrus de Biperno,de quo dixi s̃. c.1.in ſi.] qui in pluribus prouinciis legationis Papali fungens officio, omnes dignitates, perſonatus, & beneficia in legatione ſua vacantia ſuæ collationi reſeruauit: reſtricta eſt ergo hodie eorum poteſtas, vt j̃.patebit.

¶*Glo.ſeq.ponit quatuor exempla, quibus non pendet:ad duo quæ ſolutioni obſtant,reſpondet & remittit.*

d ¶ *Illa pendente.*].Illa igitur ſublata, puta mortuus,vel per ſententiam debito mõ excluſus eſt is p̃ quo facta erat reſeruatio: vel iam conſecutus eſt præbendam, vel reuocauit legatus reſeruationem 3. tunc bene poteſt in eccleſia eadem facere aliam 4:quia illa non pendet: ſi vero illa pendet,aliam non poteſt facere:Sic & pendẽte dilatione quieſcit officium iudicis. C.de dil,ſiue pars.s̃.de ap.ſignificãte, ſic & pendente lite contra vnum electum , non poteſt alius eligi, quod dic vt j̃.vt lite pend.c.1.& 2. & ſic attentata pendente appellatione reuocantur p̃ modum attentati:quod dic vt j̃.de ap.nõ ſolum. ſic & is qui contulit alicui beneficium, pendente termino acceptationis, non poteſt illud alij conferre, vt s̃.de præb.ſi tibi abſenti. & ſic pendente negotio reſeruationis, delegatus non ſubdelegat cauſam, niſi de recuſatoris aſſenſu, vt s̃.e.li.de of.dele.iudex.2.reſponſo, ſic & accuſatus pendente accuſatione nõ promouetur.s̃.de accuſat, omnipotens. nec teſtificatur. quod dic vt s̃.de teſti.c. vlt.

3 Qđ p̃t añ collõem, in dubio tñ ñ p̃ſumitur. Dom.Font.

4 nec tẽetur facere mentionẽ đ prima reſeruõne, vbi eſt clauſul. motu p̃prio. ſi illa ñ eſt certe d; maxiẽ cũ p̃ eadẽ p̃ſona reſeruetur.D.Fõ.

e ¶*In eadem.*]quia iſta littera nõ diſtinguit:non curo an illa beneficia ſpectent ad collõnem vnius, an diuerſorum:ex quo.n. ſunt in eadem eccleſia, ſiue iidem, ſiue diuerſi habeant conferre:pendente vna reſeruatione non fiet alia.[Idem Arch.]

f ¶*Aliud.* etiam in alia eccleſia:& ſic differt à proximo dicto.

¶Idem.

¶*Cathedrales, vel regulares, vel collegiatas eccleſias legati reſeruare vel conferre non poſſunt:Idem in dignitatibus eccleſiarum cathedralium, quæ ſunt maiores poſt epiſcopos, ſi ipſarum prælati per electionẽ debet aſſumi,& contra hoc factum eſt irritum.*

## CAP. IIII.

DEliberatione i p̃uida duximus inhibẽdum, ne aliquis Apoſtolicæ ſedis legatus, quantumcunque legationem obtinere plenariam dignoſcatur, cathedrales, vel regulares, aut collegiatas eccleſias k, ſeu ipſarum eccleſiarum cathedralium dignitates , ad quas hi , qui præficiuntur eiſdem, maiores in earum capitulis poſt epiſcopos exiſtentes, habent per viam electionis l aſſumi, ſuæ ordinatiõi, collationi,

g ¶ *Illius.*] pone,reſeruauit legatus beneficium qđ ſpectat ad collationem epiſcopi:hac reſeruatione pẽdẽte, reſeruat aliud quod ſpectat ad collationem ipſius ep̃i & alterius. nunquid valet reſeruatio ſecundi?Credo q; non 5:q̃a licet ſpectet ad collationem alterius , tñ & illius. Et eſt ſi.qđ dixi.s̃.e.li.de reſc.ſtatutum.§.cum vero. in gl.2. Et qui iurat non ſuum eſſe,iurat ẽt ſibi commune nõ eſſe. ff.de ver.ſi.pupill⁹.§.vl.Ad hoc ff. de le.3. ſi q̃s ſeruos. vbi teſtatore legãte ſeruos ſuos , & q̃ in totum & q̃ in parte ſui ſũt,legati eſſe videntur. Nec ob.j̃.đ prȩb.cum in illis.in ſi.quia illud induxit intẽtio Papȩ,qui illum ſolum grauare intendebat,vt ibi dixi in vlt.gl. Nec ob. quo dixi.s̃. e.lib. de reſc.cum aliquibus. quia ſimilitudo & identitas rationis illud inducit, vt ibi dixi.

5 Idẽ Doct. Phil. Fon.

h ¶ *Præmiſſa.*] omnia comprehendit.ad idem s̃.in ant.de reſc. olim.ſi igitur finita legõe executor cõferat, vel p̃ceſſus faciat, non tenet, vt in 1.reſp. & idẽ in ſequentib.caſib.vt in pr.dixi.

DEliberatione.] Prima pars facit duo:Primo ponit p̃hibitionẽ in quadruplici ſpẽ:Scđo decretũ:ibi,*Decernentes.* Casvs. Dictum fuit s̃.c.1.quòd legati Cardinales poſſunt beneficia cõferre,& reſeruare:vtrum ſit verum indiſtinctè, quòd poſſint conferre beneficia quæcunque, ſiue ſit eccleſia cathedralis, vel aliud beneficium?Certe non:Sed quid, vacat abbatia vel aliqua dignitas eccleſiȩ collegiatæ,vt decanatus beatiſſimi Hilarij maioris Pictauis , vel prioratus beatiſſimæ Radegundis Pictauis : an legatus Cardinalis poſſit illas conferre? Reſp. q; non:dum tamen ſit principalis dignitas illius eccleſiȩ: Aliæ autem dignitates minus principales illius eccleſiȩ cadũt ſub poteſtate legati Cardinalis : & hoc verum,niſi ad illas dignitates minus principales aliqui aſſumerentur per electionem : Nec poteſt legatus dare alicui poteſtatem , vt recipiat reſignationem alicuius beneficij , & ei committere collationem ſimul:ſed poteſt committere ſucceſſiue,vt dicit gloſſa. Not. primo, quòd iura communia debent fieri cum magna deliberatione:ad hoc procem.huius libri. Not.ſecundo argu. quòd in mandato generali , quibuſcunque verbis vtatur, non includuntur requirentia ſpeciale mãdatum.ad hoc j̃. de proc. c.2.Dominicus.

¶*Prima gl.ponit ſummam.*

i ¶ *Deliberatione.*] Cathedrales,vel regulares, vel collegiatas eccleſias legati reſeruare vel conferre non poſſunt: idem in dignitatib.eccleſiarũ cathedralium,quæ ſunt maiores poſt epiſcopos , ſi ipſarum prælati per electionem debent aſſumi , & contra hoc factum eſt irritum.Secundo dicitur, quòd legatus non poteſt alicui committere , quòd recipiat reſignationem beneficij,& poſtea illud conferat,& contra factum vel faciendum decernit irritum.

k ¶*Eccleſias.*] tolle quod eſt infra, ſuæ ordinationi, &c.Et conferre eccleſiam , eſt cõferre ipſam principalem dignitatem de eccleſia 6, puta epiſcopatum, plebaniam, abbatiam, prioratũ: vel his ſimilia.&has hic prohiber conferri:non prohibet canonicatus ipſarum eccleſiarum conferri per legatos:quod ex his patet, quæ ſequuntur.

6 vide quod no.in cle. đ p̃b.c.j.ĩ gl.đ iſto.Io.An.

¶*Gl.ſeq.quærit,opi.ponit.Iterum quærit,& ſoluit.*

l ¶ *Electionis.*] aduerte:iam vidi de facto hanc quæſtionem:legatus contulit plebaniam, quæ ad collationem epiſcopi ſpectabat : quærebatur, an collatio eius teneret,& dicebant quidam 7 quòd ſic per hanc litteram : ex quo non per viam electionis , ſed collationis aſſumitur ibi prælatus. Sed hoc

7 Arc. olim, ſed poſtea mutauit, & t; qđ ſeqtur in gl.Io.An.

non

prouiſioni, electioni aut diſpoſitioni, quomodocunque reſeruet: nec de ipſis ordinãdis, conferendis, vel diſponendis, ſe aliquatenus intromittat: neque aliquod quominus hi, ad quos pertinuerit eligere, aut poſtulare, libere valeant cum vacabunt, obſtaculum quomodolibet interponat [a]: Decernentes quicquid contra hoc actum extiterit, eoipſo irritum & inane.

*¶Legatus non poteſt alicui committere, ꝙ recipiat reſignationem beneficij, & poſtea illud conferat: & cõtra factum, vel faciendum decernit irritum. hoc dicit. Io. And.*

¶Prohibemus [b] inſuper, ne legatus ipſe in genere, aut in ſpecie [c] cuicunque [d] concedat, vt ab his qui beneficia infra legationem eiuſdem habentes, ea in illius manibus voluerint libere reſignare, ipſorum reſignatione recepta, illa valeat idoneis conferre perſonis. Cum per hoc aperiri poſſet via contra Lateranen. [e] †concilium ad beneficia vacatura. Nos enim

non eſt verum: quia iſta littera quæ de via electionis loquitur, tantum in prælaturis cathedralium eccleſiarum loquitur. [Aliàs ſequeretur, ꝙ ẽt cathedralem cõferre poſſet, cui ꝓuideretur ꝑ collationem, quod aliqui fatentur: ſed nõ eſt verum 1. Io. An.] quaſi diceret archidiaconatum ĩ eccleſia cathedrali legatus cõferre nõ poterit, ſi iſta duo concurrunt: ꝙ ille archidiaconat⁹ ſit maior dignitas poſt ep̃m, & ꝙ ꝑ viam electionis archidiacon⁹ ibi aſſumatur: ſed ſi vtrunq; vel alterũ deſit, tũc legatus illũ cõferre poterit 2: vñ non ſine myſterio ſic diuiſim ſummaui intellectũ: ad hoc facit quod ſequitur, ſuæ ordinatiõi, &c. nec ob. j. neque aliquod quomin⁹, &c. quia & ſine illa clauſula ſatis erat prohibitũ per præcedentia, & ibi ſic locutus eſt ꝓ eo ꝙ id vt plurimum obuenit, & poteſt ẽt reſpicere quod hic dicit de dignitatib. cathedralium eccleſiarũ maioribus poſt epiſcopos. Sed cũ maioritas conſideretur circa multa, vt circa ordinẽ ſecundum quẽ archipresbyter eſt maior archidiacono: circa adminiſtrationem ſecũdum q̃ e conuerſo, & circa alia quæ no. s̃. ĩ ant. de reſc. ſedes. d̃ qua maioritate intelligimus? Dic ꝙ de maioritate prælationis loquitur: in qua licet inſpicienda ſit conſuetudo: dicimus tamẽ de iure archidiaconum præeſſe. Is ergo qui præeſt poſt epiſcopum capitulo, & conuocat capitulum, & ſimilia facit, hac prohibitione incluſus eſt.

1 Idem Philip. Font.

2 Hoc eſt veriſſimũ Philip. & Domini. Font.

† Hoc eſt cõcil. Laterañ. ſub Alexan. iij. c. 8.

Additio. Idem concludit Philip. Fontanus.

a ¶*Interponat.*] No. quòd ordinarius ad quem collatio vel electio non ſpectat, non poteſt inhibere electorib. ne eligant, etiam ſi ſit legatus de latere: multo minus inferior. s̃. de reſt. in int. c. 2. vbi de hoc.

Additio. Et ſi id faciat videtur puniendus vt ſacrilegus. 1. q. 1. ſunt quidam. ad finem quæſtionis. Arch. Ioan. And.

b ¶*Prohibemus.* declarat notata per Innoc. & Hoſtien. s̃. de of. deleg. ex parte. 1.

Additio. Et Ioan. Mon. refert hic ſe prius ſic pronuntiaſſe de Papæ mandato. Ioan. And.

Additio. Iſta ſecunda pars facit quatuor: primo ponit prohibitionem: ſecundo eius cauſam: ibi, *Cum per hoc*: tertio decernit: ibi, *Nos enim*, quarto prorogat: ibi, *Volentes*. Ioan. And.

c ¶ *Specie.*] hic genus & ſpecies pariſicantur: interdum differunt: quod dic vt 23. diſtinct. quamquam. s̃. de offic. ord. ſi ſacerdos.

¶ *Gl. ſeq. ſoluit dubium de duobus delegatis: diſtinguens an ſimul, an ſucceſſiue dentur.*

d ¶ *Cuicunque.*] vel quibuſcunque, vt in vna perſona prohibitum, cenſeatur in pluribus repetitum, cum eadem ſubſit ratio: ad idem s̃. eod. libr. de elect. c. penult. in prin. & ad hoc de pœn. diſtinct. 3. adhuc perfidi inſtant. 96. diſtinct. cum ad verum. vnde non poterit reſignationem committere vni quòd recipiat, & alteri quòd demum conferat, quia qua ratione committendo hæc eidem, daretur via ad vacaturas: eadem ratione committendo hæc diuerſis. Et iſte eſt caſus ſpecialis, quòd poſſum per me quod non per alium: contra regulam j. de regu. iur. poteſt. vbi hunc & quoſdam alios numeraui. legatus enim bene poteſt reſignationem beneficij recipere, & poſtea illud beneficium vacans conferre, ſed hanc commiſſionem non poteſt facere: facilius enim per hunc modum fieret fraus ad vacaturas, quàm per illum. Et eſt ſim. expreſſum s̃. de conceſſ. præbend. conſtitutus. vbi non poteſt alicui epiſcopus ſpecialiter committere, quòd conferat certum beneficium cum vacabit: licet cum vacauerit, poſſet illud cõferre. Puto tamen quòd legatus bene poſſit committere alicui quòd recipiat reſignationem alicuius beneficij, & recepta reſignatione cum beneficium vacat, bene poſſet eidem vel alteri cõmittere, quòd illud beneficium conferat, & per hanc decreta. 3 [Maxime ponderato prin. huius §. ibi in genere.] attentari poſſet quòd licet epiſcopus poſſet generaliter tradere poteſtatem officiali vel vicario ſuo, conferendi beneficia vacatura, s̃. eod. lib. de offic. vicar. cap. vlt. non tamen alium quàm officialem cõſtitueret.

Poſſum per me quod ñ per alium.

Ep̃s an poſſit cõmittere alicui ſpecialiter vt cõferat certũ bñficiũ cũ vacabit.

3 Ita tenet Phil. & alle. Rot. deciſ. 397. tenere hic cum gl. Font.

Additio. Vid̃ quod no. j. de præb. ſtatutum. in vlt. gloſſ. Io. And.

e ¶ *Lateranenſe.*] s̃. de conceſſ. præben. nulla.

f ¶ *Pendentia.*] quaſi dicat, ſicut hæc conſtitutio non reſpiciebat præterita, ita nec pendentia: ſed prorogatione eam extendi voluit ad vtranque. de hoc vide s̃. de elect. licet canon.

Additio. In gl. ad futura, quam hic ponit. Archidiac. Ioan. And.

conceſſionem, quam contra hoc contigerit attentari: & quicquid ex ea, vel ob eam ſecutum extiterit, nullam prorſus habere ſtatuimus roboris firmitatem. Volentes non ſolum ad futura, ſed etiam ad præterita, & adhuc pendentia [f] negotia hoc extendi.

¶Idem.

*¶Collatio legati per taciturnitatem prioris beneficij vitiatur. hoc dicit. Zen.*

## CAP. V.

Collatio beneficij per legatum [g] ſedis Apoſtolicæ tibi facta, nullius momenti exiſtit: ſi in ea non fuerit† habita mẽtio [h] de alio beneficio, quod primitus obtinebas.

† Al. fuit.

## TITVLVS XVI.

## De officio ordinarij.

¶Innocentius quartus in concilio Lugdunenſi.

*¶Archiepiſcopus non poteſt ſibi conſtituere officiales in diœceſibus ſuffraganeorum ſuorum, etiam pro futuris cauſis per appellationem deuoluendis ad ipſum, niſi de conſuetudine hoc habeat: & tunc etiam tales officiales inhibere non poſſunt, priuſquam fuerit appellatum.*

Collatio.] Non diuiditur, qa breue eſt: Sicut taciturnitas beneficij obtenti vitiat collationem obtẽtam à ſede Apoſtolica: ita vitiat collationem obtentam à legato: Secus eſſet de collatione obtenta ab ordinario: quia illa taciturnitas non vitiat.

Casvs. Legatus Cardinalis in hac prouincia exiſtens, contulit mihi aliquod beneficium vacans, tacui ei aliud beneficium quod obtinebam: an valeat talis collatio? Certe non: nam taciturnitas beneficij obtẽti vitiat collationem legati à ſede Apoſtolica impetratam. Nota primo legatum poſſe conferre beneficia, de quo ſuprà eodem titul. & lib. capitul. primo. Nota ſecundo, quòd in litteris beneficialibus quæ impetrantur à legato, eadem mentio debet fieri qualitatum & circunſtantiarum, quæ requiruntur in litteris à Papa impetratis. Dominicus.

g ¶ *Legatum.*] Cardinalem: quia alius iure legationis conferre non poteſt. s̃. eod. cap. 1. in fin. niſi ex ſpeciali poteſtate, vt ibi.

h ¶ *Mentio.*] quid dices ſi legatus proprio motu (& hoc exprimitur in litteris conceſſionis) confert mihi beneficium habenti aliud, de illo mentionem non facta: nunquid valebit collatio ſicut & valet eo caſu ſi Papa contuliſſet. j. de præbend. ſi motu proprio? Videtur quod non: quia Papa non eſt ligatus 4 legibus ſicut legatus. C. de leg. digna vox. de conceſſ. præben. propoſuit. vnde aliud in Papa, aliud in legato. Sed contrarium credo: ſicut enim ſi ordinarius mihi habenti beneficium conferat aliud, bene tenet collatio hoc tacito: licet vtrunque retinere non poſſim, vt in cle. de offi. ordi. ca. 2. quæ in hoc reprobat quod hic not. Archidiac. ſic & ſi legatus conferat, tenebit collatio 5: non tamen vtrunque propter hoc potero retinere. & facit s̃. eod. lib. de reſcrip. gratia. hoc ergo intendit decreta. quòd ſicut impetrans beneficium à Papa tenetur de beneficio quod habet (quantumcunque modicum ſit illud) facere mentionem, ſic & impetrans a legato, aliàs non valebit collatio: quia impetratio 6 eſt ſubreptitia: Vbi vero non impetrauit, ſed legatus contulit, in quo peccauit ille cui facta eſt collatio? Certe in nullo: vnde credo tenere. Sic video, quòd impetrationem impedit facti poſſeſſio colorata, ſi de illa non ſit mentio. ſuprà de conceſſio. præbend. cum noſtris. collationem non impedit. infra de præbend. licet epiſcopus. Ioan. Andr.

Mot⁹ ꝓpri⁹ legati, an excludat ſubreptionẽ ſicut motus propri⁹ Papæ.

4 Vide Burchard. lib. 15 decret. c. 42. & B. Th. 1. 2. q. 96. art. 5.

5 Idẽ Pet. de Anc. Font.

6 Quæ proprie fit ab illo, ad quem primo iure non ſpectat collõ. I. An.

DE OFFICIO ORDINARII.

*¶Dictum fuit ſupra de officio legati, qui eſt maior quibuſcunque ordinariis in cauſa ſibi delegata: nunc reſtat videre generaliter de quibuſcunque ordinariis, ideo ponit titulum ſiue rubricam de officio ordinarij.*

Roma

R*Omana.*] Sunt quinque partes ſecundùm Io.Mo. Primo ponit prohibitionem. Secundo: ibi, *Nec pro eo.* ſoluit oppoſitionem illius ꝓhibitionis. Tertio: ibi, *Quia in cauſis.* rõnem ſolutionis ſubiicit. Quarto: ibi, *Officiales.* quandam moderationem officialib. Remenſib. iniũgit. Quinto: ibi, *Ex hoc.* illa ad alios officiales extendit. Plus mihi placet, vt ſint ſolum duæ partes. Ioan. And.

¶ Præſupponẽdũ ē, q̃ archiep̃s p̃t committere cãm ſuffraganeo, vel ſubditis ſuffraganei: ſed q̃ñ committit ſubditis ſuffraganei, nõ poteſt eos cõpellere.

CASVS. Archiepiſcopus Burdegalenſis vult officialem foraneũ ĩ diœceſi Pictauen. deputare ad cognoſcẽdum de futuris cauſis per appellationem ad ipſum deuoluẽdis in futurum: vtrum poſſit? Reſp. q̃ nõ: licet cauſas deuolutas committere ſiue delegare poſſit in diœceſi ſui ſuffraganei: ſed non cauſas in futurum deuoluendas. Ratio eſt: q̃a poſt appellationem iuriſdõ eſt ipſius archiep̃i, ideo cauſas p̃t cõmittere: ſed ante appellationem non habet iuriſdõnem: ideo non p̃t committere: quia nemo dat quod non habet. Sed ponamus q̃ archiep̃s per tempus ſufficiens ad introducendum conſuetudinem, conſtituit officiales ad cognoſcendum de cauſis in futurum per appellationem deuoluendis, vtrum valeat conſuetudo? Reſp. q̃ ſic. Sed ponamus q̃ illud ius ſibi competit ex conſuetudine, & ſic conſtituit officialem in diœceſi Pictauen. vtrũ poſſit inhibere officiali Pictauen. vt non attẽtet aliquid, anteq̃ ſibi competat iuriſdictio? Reſp. q̃ non, vt in c. Romana. j. de ap. & ibi latius. Sed vtrum officialis iſte deputatus ab archiepiſcopo Burdegalenſi poſſit excõmunicare, interdicere, vel ſuſpendere ep̃m Pictauen. vel alios ſuffraganeos? Dicit Rom. Pontifex q̃ non, ſi archiepiſcopus Burdegalen. ſit preſens vel prope locum: ne epiſcopo fiat quodammodo iniuria ab ipſo officiali deputato, qui eſt humilis perſona, tamen iſtud procedit de honeſtate: Nam ſi officialis archiepiſcopi ep̃m ſuffraganeum excommunicaret, teneret excommunicatio. No. primo, q̃ archiep̃s regulariter nõ poteſt intrare diœceſim ſui ſuffraganei, vt aliquid agat ex auctoritate ſua: fallit in aliquib. caſib. nam archiep̃s poteſt viſitare totam prouinciam ſuam. de cenſi. c. 1. e. li. No. ſecundo ibi, *Diſponant aliquidve.*] iuncta gl. q̃ archiepiſcopus in diœceſi ſuffraganei non poteſt ſibi ſedem conſtituere, nec ordines celebrare: multo minus poteſt ep̃s particularis in diœceſi alterius ep̃i. No. tertio principalem effectum huius ca. q̃ licet archiepiſcopus poſſit inhibere ſuffraganeis, ne procedat, vel aliquid attentent in cauſis ad ipſum per appellationem deuolutis, vt in c. Romana. j. de ap. nõ tamen poteſt conſtituere officialem ad id faciendum in cauſis, quæ nõdum ſunt deuolutæ: ſed ſi eſſent iam deuolutæ, poſſet: quia non tenetur facere inhibitiones perſonaliter, ſed poteſt alteri committere. No. quarto, q̃ archiep̃s poteſt committere cauſam ad ipſum p appellationem deuolutam alicui de ſuffraganeis ſuis. c. paſtoralis. eo. ti. in ant. ſed non poſſet compellere ſubditos ſuorum ſuffraganeorum: vt d. c. paſtoralis. Not. vlterius, q̃ conſuetudo dat iuriſdictionem. c. cum contingat. de fo. comp. in ant. l. 1. C. de eman. li. l. 1. iũcta l. more maiorũ. ff. đ iu. om. iu. No. inſuper, q̃ archiepiſcopus non poteſt per ſe vel per alium facere inhibitiones, antequam fiat deuolutio ad ipſum per appellationẽ: quia antè appellationem non habet aliquam iuriſdictionem. Not. vlterius, q̃ quandiu archiepiſcopus eſt præſens: ſuus officialis principalis nõ debet epiſcopos ſuffraganeos excommunicare: ſed illud reſeruare debet archiepiſcopo: ſi tamẽ faciat, tenet excommunicatio, quia licet officialis archiep̃i ſit minor q̃tum ad ordines: tamen q̃tum ad iuriſdictionem eſt maior: & ei eſt honor deferendus ſicut ſuo domino: tamen eſt puniendus, eo q̃ fecit contra canones. No. inſuper in §. *Nec pro eo.*] q̃ officialis dicitur actum facere nõ auctoritate propria, ſed vice & auctoritate illius, qui eum creauit. Not. finaliter eo. §. q̃ iudex qui in cauſis certam habet iuriſdictionem, non dicitur illam habere ante ortum cauſæ, in qua datur iuriſdictio.

Notabilia dom. Heliç.

## CAP. I.

R Omana Eccleſia [a]: & infra. ¶ Prohibemus quoque, ne Remenſis [b] archiepiſcopus in diœceſibus ſuffraganeorum ſuorum foraneos [c] officiales conſtituat: quia cum metropolitanis, ne ſuorum ſuffraganeorũ ingrediantur [d] diœceſes, vt in eis auctoritate propria iudicent [e], diſponant [f], aliquidve aliud agant [g] canonica [h] prohibeant inſtituta: nequaquam hoc poſſunt in illis per alios [i] exercere. ¶ Nec pro eo [k] quòd cauſas per appellationem delatas ad ipſos, poſſunt [l] in ſuffraganeorum ſuorum diœceſibus delegare [m]: ſimiliter licet eis tales officiales inſtituere in eiſdem: qui eorum vice (cum appellatur ad ipſos) citationes, vel inhibitiones [n] faciant, ſeu compeſcant in hac parte rebelles: Quia [o] in cauſis per appellationem deuolutis ad ipſos, iam iuriſdictionem obtinere noſcuntur [p]: propter quod licite poſſunt ſuper illis committere vices [q] ſuas. Non ſic autem in aliis†, in quibus nondum [r] extitit appellatum: & idcirco non debent aliquos cõſtituere pro citationi-

†Not. q̃ hñs iuriſdõnem ſolo habitu & ñ actu, ñ p̃t eam delegare. hac rõne reſcripta ñ cõceduntur ſup futuris cõtrouerſiis. c. ſi. đ reſcri. in anti. q̃a tractus tp̃is futuri ad iudicẽ ñ ſpectat. ſ̃. đ ꝑc. auditis. l. ñ quemadmodum. ff. de iud. Fon. 1 Cõtractus. quod ſequitur. Io. An. 2 Vide quod dixi ſ̃. e. lib. de temp. ordi. cum nullus. Io. And.

¶ *Prima gl. ſummat.*

a ¶ *Romana Eccleſia.*] Archiep̃s non poteſt ſibi conſtituere officiales in diœceſib. ſuffraganeorum ſuorum, et pro futuris cauſis per appellationem deuoluendis ad ipſum: niſi de cõſuetudine hoc habeat, & tunc etiam tales officiales inhibere non poſſunt priuſquam fuerit appellatum. Secundo dr̃, q̃ donec archiep̃s de facili poteſt haberi, officialis eius ſuffraganeum excommunicare, ſuſpẽdere, vel interdicere non poteſt pp ordinis epiſcopalis reuerentiam. hoc dicit in ſumma.

b ¶ *Remenſis.*] idem de aliis, vt in fi.

¶ *Glo. ſeq. tripliciter exponit foraneos.*

c ¶ *Foraneos.*] q̃a foris in diœceſi conſtituebantur: q̃d archiep̃s facere nõ poteſt; quia in diœceſi ſui ſuffraganei, &c. vt j. ſequitur: Vel, foraneos, i. qui forum teneant. ſ̃. de ver. ſi. c. for9. Vel foraneos: quia de foris veniũt vt aduenæ, vel peregrini dicantur, quorum ſunt reprobata iudicia. 3. q. 6. peregrina. & c. ſe. Io. An.

¶ *Gl. ſe. obiicit & ſol.*

d ¶ *Ingrediantur.*] Quomodo ergo viſitabunt & procurationem recipient? & ſic eſt contra ſ̃. de præſcr. cum ex officij. ſ̃. de cen. ſopitæ. & c. nuper. & j. e. ti. Romana. & c. vlt. cum ſuis ſim. Sol. hoc non poſſunt niſi in caſib. permiſſis, quorum iſte vnus eſt: & vide quod no. Io. 9. q. 3. ca. 1. & c. 2. & Ber. ſ̃. de off. or. paſtoralis.

e ¶ *Iudicent.*] pro tribunali ſedendo.

f ¶ *Diſponant.*] extra iudicium faciendo coram ſe celebrari 1, & ante ſe recognoſci contractus. j. de fo. comp. Romana. §. vl. De celebratione vero diuinorum, dic hodie vt in cle. de priui. archiepiſcopo.

g ¶ *Agant.*] conferẽdo ordines 2, ſacramẽta, & ſimilia faciendo. ADDITIO. Vt conſecrando eccleſias, vel altaria. Ioan. And.

h ¶ *Canonica.*] loquitur de his canonibus. 9. q. 2. c. 2. & q. 3. nullus primas. & c. conqueſtus. & concor. l. in Auth. de def. ciu. §. interim. col. 3. vbi præſes prouinciæ, qui poteſt comparari archiepiſcopo: non prohibet defenſorem ciuitatis, qui poteſt comparari epiſcopo, quo minus vtatur iuriſdictione ſua: non ſic autem in epiſcopo circa ſubditos ſuorum ſubditorum. de hoc. ſ̃. e. tit. cum ab eccleſiarum. & probatur in Auth. iam alle. in prin. vbi dicitur, quòd defenſor ciuitatis poteſt de cauſis inferiorum (prætermiſſis magiſtratibus municipalibus) cognoſcere. & de hoc 11. q. 1. de perſona.

¶ *Gl. ſeq. alleg. duas concor. duo contraria ſoluit, & remittit.*

i ¶ *Per alios.*] quod enim quis per ſe non poteſt, nec per alium. 46. diſt. ſicut. ff. de admin. re. ad ci. pert. l. 2. §. 1. Arg. contra. 86. diſtin. non liceat. j. ne cle. vel mo. ca. vlt. cum ſi. primum eſt generale: ſecunda ſunt ſpecialia, quod dic vt 88. diſtinct. epiſcopus gubernationem. quod etiam eſt contra. j. de reg. iur. poteſt quis.

k ¶ *Nec pro eo.*] olim hic erat duplex littera: ſcilicet hæc prout iacet: alia ſecundum cauſas per ap. &c. & hanc litteram communiter habebamus, & hanc ſecutus Ber. poſuerat gloſſam, quæ ſecundum hanc litteram nec pro eo, falſa eſt: dicẽs, quòd archiepiſcopus poterat tales officiales in cauſis appel. conſtituere, ſed de illis in quib. appellatum non eſt, nullam habebãt poteſtatem, niſi de conſuetudine, &c.

l ¶ *Poſſunt.*] & debent: quod dic vt ſ̃. e. vt litigantes.

m ¶ *Delegare.*] non tamen renitentem compellere ad delegationem ſuſcipiendam. ſ̃. e. paſtorali. 1. reſp. & ibi plene de hoc. & j. de for. comp. Romana. 2. reſp.

n ¶ *Inhibitiones faciant.*] ſcilicet iudici appella. ne vlterius in cauſis procedat, vt j. eo. cap. §. à quibus. & j. de appel. cap. Romana. §. ſi autem. & de effectu huius inhibitionis dic vt j. eo. non ſolum.

o ¶ *Quia in cauſis.*] ſimilitudinem improbat.

p ¶ *Noſcuntur.*] No. quòd eoipſo quòd appellatum eſt, iuriſdictionem habet in cauſa: vnde videtur quòd ſtatim poſſit inhibere. Sed de hoc dic vt dicam j. de ap. in decr. Romana. §. ſi autem. & in decretali non ſolum.

q ¶ *Vices ſuas.*] quia poſſunt per alium quod per ſe. j. de reg. iu. poteſt quis per alium. cum ſuis concordantiis.

r ¶ *Nondum.*] nemo dat quod non habet. 1. q. 7. Daibertum. de iur. pat. quod autem. & concor. de of. proconſul. obſeruare. §. vlt. de reſcr. c. paſtoralis. in fi.

a ¶ Fu

bus in futuris [a] cauſis appellationum, & inhibitionibus faciendis: niſi aliud Remenſis eccleſia circa talium officialium inſtitutionem de conſuetudine [b] † obtineat ſpeciali. A quibus [c] etiam ſi de conſuetudine huiuſmodi poſſint in Remenſi prouincia conſtitui: inhibitiones tamen ne procedatur in cauſis, priuſquam ad Remenſem curiam appelletur, fieri penitus inhibemus.

*¶ Donec archiepiſcopus de facili poteſt haberi, officialis eius ſuffraganeum excommunicare, ſuſpendere, aut interdicere non poteſt propter ordinis [melius dixiſſet, officij] epiſcopalis reuerentiam. hoc dicit in ſumma. Ioan. And.*

¶ Officiales autem Remenſis archiepiſcopi (quamdiu in ſua prouincia, vel circa illam [d] extiterit [e]) in ſuffraganeos interdicti, ſuſpenſionis, vel excommunicationis proferre ſententias non attentent [f]. Et hoc idem ab officialibus aliorum metropolitanorum [g], circa ipſorum ſuffraganeos (quibus ob reuerentiam [h] pōtificalis officij deferri volumus in hac parte) præcipimus obſeruari [i].

¶ Gregorius decimus in generali concilio Lugdunen.

*¶ Canonici, qui à diuinis ceſſare poſſunt conſuetudine vel alio iure, ſi ceſſare volunt, cauſam ſuæ ceſſationis exprimant in inſtrumento publico, vel patentibus litteris ſuo vel alio authentico ſigillo munitis: & exhibeant illud vel illas illi contra quē ceſſant. Hoc prætermiſſo, vel expreſſa cauſa non inuenta legitima, quicquid medio tēpore perceperint ab eccleſia, reſtituant: & quæ percipere debent, non percipiant, et ſatisfaciant de iniuriis illi, cōtra quem ceſſant. Cauſa legitima inuenta, tenetur ille ad intereſſe canonicis, & ad certam quantitatem eccleſiæ, ſuperioris taxādam arbitrio. Vltmo reprobatur conſuetudo, qua imagines Sanctorum in dicta ceſſatione ſpinis & vrticis ſupponebantur: Et ſtatuitur contrarium facientes grauiter puniendos. Ioan. And.*

## CAP. II.

SI [k] † canonici [l] à diuinis [m] ceſſare [n] voluerint, prout in eccleſiis [o] aliquibus ſibi ex conſuetudine [p] †, vel aliàs [q] vendicant: antequam ad ceſſationem huiuſmodi [r] quoquo modo procedant, in inſtrumento [s] publico, vel patentibus litteris [t] ſigillorum † ſuorum, aut alterius [u] authentici munimine roboratis, ceſſationis ipſius

a ¶ *Futuris.*] tractus futuri temporis, &c. ff. de vſur. l. 1. §. 1. & de hoc ſ. de procur. auditis. in vlt. gl.

Additio. Et ſ. de ſepul. in noſtra. j. de homic. c. 2. & de ſen. exc. Romana. §. caueant. Ioan. And.

b ¶ *Conſuetudine.*] præſcripta ſ. de conſuet. c. vlt. ad idem ſ. e. lib. e. tit. c. 3. & concordat ad hanc litteram j. e. ti. vt litigantes. in fi. Io. Au.

c ¶ *A quibus.*] ſ. officialibus, & idem dic de ipſis archiepiſcopis eadem ratione.

Additio. Et ſatis patet j. de appell. c. romana. §. ſi autem. & §. ſeq. Ioan. And.

*¶ Gl. ſeq. reci. per quæſtionem, quam dupliciter ſoluit, & remittit.*

d ¶ *Circa illam.*] puta in vicina prouincia infra duas dietas vulgares. ſ. de reſcr. nonnulli. vel legales, vt j. de præben. præſenti. §. loca. Vel dic arbitrariū, & adde qđ dixi ſ. e. li. de temp. ord. cum nullus. §. epiſcopo.

e ¶ *Extiterit.*] ſcilicet archiepiſcopus.

*¶ Gloſ. ſeq. recit. primo per obiect. ſecundo quærit: arg. negatiue. ſol. contrarium.*

f ¶ *Non attentent.*] licet de iure hoc poſſunt: quia licet ſint minores ordine, ſūt maiores iuriſdictione: propter eos quorum vices gerunt. 93. diſtin. c. vlt. & 94. diſt. c. 1. ſ. in anti. de off. deleg. ſane. 2. tamen inhoneſtum erat: & ideo Papa hoc prohibuit. Sed quid ſi excommunicet: nunquid tenet? videtur quòd non: quia ſufficit legiſlatorem aliquid prohibuiſſe: etiam ſi non adiiciat, &c. C. de legib. non dubium. Sol. dico cum Ber. quòd tenet: quia ſpeciale eſt in his ſententiis, quòd iniuſte 1 latæ ligant. 11. q. 3. c. 1. ſ. de ſent. exc. ſacro. punietur tamen qui hoc fecit, vt ibi.

g ¶ *Metropolitanorum.*] vni de iure ſcriptum, omnes inſtruit. 23. diſt. præterea. 61. diſt. miramur. de re iud. in cauſis. in ant.

h ¶ *Reuerentiam.*] ſ. de off. deleg. c. 2. eo. lib.

*¶ Gl. ſeq. quærit, & ſoluit.*

i ¶ *Obſeruari.*] dixi de officialibus: quid dices de delegatis ipſorum archiepiſcoporum? Credò quòd idem, cum eadem ſit ratio, immo multo fortius: quia magis eſt iuriſdictio officialis fauorabilis: cum idem ſit conſiſtorium. j. de appellat. Romana. 1. reſponſo.

SI *canonici.*] Sunt quatuor partes ſecundum Gar. & Ioann. Mon. & Clericū: Primo ponit ceſſationis formam: Secundo, ibi, *Sciturí.* ponit non ſeruantes illam. Tertio, ibi, *Si autem.* punit illos contra quos canonice ceſſatum eſt: Quarto, ibi, *Cæterum.* improbat quendam abuſum, quem facientes puniri decernit. Ioan. And.

Casvs. Canonici eccleſiæ Pictauen. habent ex priuilegio vel conſuetudine, quòd cum aliquis eos offendit, vel occupat res eccleſiæ: poſſunt ceſſare à diuinis: donec ſit eis ſatisfactum: Accidit quòd quidam offendit vnum ex canonicis, vel aliquod delictum commiſit, propter quod poſſunt ipſi canonici ceſſare à diuinis: Quæritur, quam formam teneantur ipſi obſeruare? Reſpondet, quòd in ſcriptis in inſtrumento publico, vel litteris ſigillatis ſigillo authentico, debent inſerere cauſam ſuæ ceſſationis: & notificare delinquenti, quòd propter illam cauſam intendunt ceſſare à diuinis. Quid ſi ipſi non obſeruant iſtam formam? Reſpondet quòd ipſi punientur: quia non percipient fructus ſuarum præbendarum, & ſi percipiant, tenentur reſtituere, & ſatisfacere de iniuriis illi, in odium cuius ceſſabant. Poſtea reprobatur quædam conſuetudo: quia ſi delinquens non curabat de ceſſatione, ipſi canonici remouebant imagines à ſuis locis, & ponebant inter ſpinas vel vrticas: Papa mandat quòd iſta cōſuetudo eſt irrationabilis: quia eſt decus Dei & ſanctorum: *Diuini cultus.*] Iſta emenda debet applicari ad augmentum diuini cultus: & non eſt applicanda epiſcopo. Nota primo, ꝙ canonici de conſuetudine poſſunt inducere ceſſationem à diuinis in eccleſia: ſecus ergo de iure communi. Nota ſecundo, ꝙ parem vim habet in probando inſtrumentum publicum, & litteræ authētico ſigillo ſigillatæ. ad hoc ſ. e. lib. de elec. vt circa. Dominicus.

*¶ Prima gloſſa ponit ſummam.*

k ¶ *Si canonici.*] Canonici, qui à diuinis ceſſare poſſunt conſuetudine vel alio iure, ſi ceſſare volūt, cauſam ſuæ ceſſationis exprimant in inſtrumento publico, vel patētibus litteris ſuo vel alio authentico ſigillo munitis: & exhibeāt illud vel illas illi cōtra quem ceſſant. Hoc prætermiſſo, vel expreſſa cauſa non inuenta legitima, quicquid medio tempore perceperint ab eccleſia, reſtituant: & quæ percipere debent, non percipiant, & ſatisfaciant de iniuriis illi, cōtra quem ceſſant. Cauſa legitima inuenta, tenetur ille ad intereſſe canonicis, & ad certam quātitatem eccleſiæ, ſuperioris taxandam arbitrio. Vltimo reprobatur cōſuetudo, qua imagines Sanctorum in dicta ceſſatione ſpinis & vrticis ſupponebantur: Et ſtatuitur contrarium facientes grauiter puniendos. Ioan. And.

*¶ Gl. ſeq. ponit opinionem, quam reprobat.*

l ¶ *Canonici.*] ſeculares: non enim in regularibus locum habet hæc conſtitutio ſecundum Gul. quod eſt falſum 2. j. e. quamuis. in prin. & dic canonici & capitulum: quia pauci hoc non poſſent facere. ſ. de his quæ fi. à ma. par. cap. quæſiuit.

m ¶ *A diuinis.*] ſcilicet, officiis.

*¶ Gl. ſeq. reci. per quæſtionem, an ſit interdicta eccleſia.*

n ¶ *Ceſſare.*] de iſta ceſſatione dicitur ſ. e. irrefragabili. §. cæterum. nec medio tempore dicitur talis ecleſia interdicta: ſed ſuſpendunt iſti organa ſua: vnde tali ceſſatione durante, poteſt ibi epiſcopus & alij celebrare ſine irregularitatis pœna 3, vt in præd. §. cæterum. quod non eſſet, ſi eſſet interdicta. de cler. exc. mi. poſtulaſtis. de exceſ. præl. tanta. ſecundum Gul. & Gar. Nec poſſent ipſi canonici ſine epiſcopo eccleſiam interdicere: de his quæ fi. à ma. par. cap. quæſiuit. de iure communi: quia de ſpeciali non loquor. & ſic poteſt intelligi. ſ. de app. dilectis. & vacante ſede de iure communi hoc poſſent. ſ. de hæret. ad abolendam. ſ. de ma. & obe. cum olim. j. e. lib. e. ti. c. 1.

o ¶ *Eccleſiis.*] vt Lugduneñ. Vieñ. Claremonteñ. Attrebateñ. & quibuſdam aliis ſecundum Gul. & Gar.

p ¶ *Ex conſuetudine.*] Nota quòd conſuetudo iuriſdictionem tribuit, vt 9. q. 3. conqueſtus. de fo. comp. cum contingat. de arbit. dilecti. C. de eman. l. 1. & fi.

q ¶ *Aliàs.*] vt ex priuilegio.

Additio. Arg. ſ. de ver. ſig. ex parte. vel conceſſione epiſcopi ſecundum Guliel. vel conſtitutione ſynodali ſecundum clericum, pro quo facit cle. 1. de ſen. exc. Arch. intelligit de priuilegio Papali. Ioan. And.

r ¶ *Huiuſmodi.*] ſcilicet poſſe à diuinis ceſſare.

s ¶ *Inſtrumēto publico.*] ad idē ſ. e. li. de ele. vt circa. & dic vt ibi.

t ¶ *Patentibus litteris.*] ad idem de temp. ord. c. 1. j. de ſen. exc. cum medicinalis.

*¶ Gl. ſeq. duo notat.*

v ¶ *Alterius.*] Nota ex vi relatiui ſigillum capituli authenticum 4. de hoc de prob. poſt ceſſionem. & plene per modernos de fi. inſtr. c. 2. & in Spec. de inſtr. edi. §. videndum. ver. 10.

† not. Dom. ꝙ delegare ñ ē iuriſdōnis, patet: nā añ appellationem regulariter archieþs delegare nō p̄t: q̄a iuriſdōnē vt d̄t hic gl. & doct. ñ h;: & tñ ſtāte conſuetudine p̄t, ergo. Font.

1 vide B. Th. libr. 4. ſent. diſt. 18. q. 2. Palud. ea. diſtin. q. j. art. 4. & Ricard. e. di. ar. 3. q. 5

Ex princip. iſtius c. not. ꝙ Papa pōt ſtatuere formā ſup ſtatutis, priuilegiis, conſuetudinib. ſeruādis. Pe. de Anc. Fōt.

† de mr̄ia h° c. vide citatos ī c. q̄uis j. e. ti. & lib.

† In quodā manuſcripto ita, cōſuetudine, ſeu cōceſſione, vel priuilegio Papæ, vel aliàs vē dicant, &c.

† Exponit Anc. ſingulorū. facit l. ad teſtiū. ff. de teſt. l. fi. ff. đ alb. ſcr. vide c. ſignificātib. j. de app. Fōnt.

2 Idē Dom. notās ex gl. ꝙ ſimplici vocabulo canonici veniunt et regulares, ſi mr̄ia hoc patiatur. Fon.

3 Saluo qđ hēs cle. de ſen. exc. c. j. Arch. no. de ſent. exc. is qui. 2. reſp. ꝙ irregularitas cōtrahitur, ſi ceſſatio facta erat auctoritate legati, ep̄i, & iudicis delegati. Ioan. An.

4 Io. Mona. fatetur hoc cōtra ſe. ff. đ ꝑc. ſi ꝑcuratorē. ñ ꝑ ſe. C. đ li. cauſ. cū precum. Ioan. And.

cauſam exprimant: & illud [a] vel illas [b] ei, conrra quem ceſſare intendunt, aſſignent. ¶Sciturі quòd ſi hoc [c] prætermiſſo ceſſauerint: vel cauſa [d], quam expreſſerint, non fuerit inuenta [e] canonica: omnia, quæ de quibuſcunque prouentibus illius eccleſiæ [f], in qua ceſſatum fuerit, ceſſationis tempore perceperint, reſtituent [g]. Illa vero, quæ pro eodem tempore debentur eiſdem, nullo modo percipient [h], ſed ipſi eccleſiæ cedere, ac nihilominus ei contra [i] quem ceſſauerant, de damnis [k] & iniuriis ſatisfacere tenebuntur [l]. ¶Si autem cauſa eadem canonica [m] fuerit iudicata, is qui occaſionem [n] ceſſationi dederat, ad omne intereſſe dictis canonicis, & eccleſiæ, cui debitum officium eius eſt culpa ſubtractum, ad certam quantitatem taxandam, & in diuini cultus augmentum conuertendam, ſuperioris arbitrio [o] condemnetur. ¶ Cæterum deteſtabilem abuſum horrendæ indeuotionis [p] illorum, qui Crucis, beatæ Mariæ Virginis: aliorumque ſanctorum imagines, ſeu ſtatuas irreuerenti auſu tractantes, eas in aggrauationem ceſſationis huiuſmodi proſternunt in terram [q], & vrticis ſpiniſque ſupponunt, penitus reprobantes, aliquid tale fieri de cætero diſtrictius prohibemus. Statuentes, vt in eos, qui cōtra fecerint, vltrix [r] procedat dura ſententia: quæ delinquentes ſic puniat grauiter, quòd alios à ſimilium præſumptione compeſcat [s].

¶Idem.

*¶Statuit Papa, quòd habentes plures dignitates, vel alia beneficia curam animarum habentia, per ordinarios compellantur oſtendere infra tempus competens ſuperioris arbitrio ſtatuendum, diſpenſationes: quas ſi non oſtenderint, perinde procedatur ac ſi nullas haberent: Et ſi oſtenderint, & ſufficientes, non amplius moleſtentur: prouiſo, ne in prædictis beneficiis cura negligatur animarum: Si autem dubitetur de diſpenſatione, ad ſedem Apoſtolicam recurratur: Talibus plura ſimilia beneficia obtinentibus, aliud non conferatur beneficium, niſi oſtenſa diſpenſatione ſufficienti: & tunc ita demum conferatur, ſi per diſpenſationem poſſunt illud cum aliis retinere: vel ſi prioribus renunciauerint, aliter collatio facta non teneat, Ioan. And.*

## CAP. III.

ORDINARII† LO-

---

Item nota quòd poteſt quis alieno ſigillo ſignare: ſicut in teſtamento. C. de teſta. ſi vnus, ad idem 73. diſt. in nomine. ad hoc ſ. de re iud. cum inter vos.

Additio. Vbi de hoc in quarta gl. dicit Arch. ꝙ ad hoc vt ſit cautum in litteris, vel inſtrumentis fiat mentio quomodo alieno ſigillo ſignatum eſt. arg. ff. de iis quæ in teſt. delen. l. j. §. & ideo. Ioan. And.

a ¶*Illud.*] inſtrumentum publicum.

b ¶*Illas.*] ſcilicet patentes litteras.

c ¶*Hoc prætermiſſo.*] ideſt, cauſa non expreſſa in patētibus litteris: vel inſtrumēto publico, & aſſignatione nō facta.

d ¶*Cauſa.*] quæ manifeſta, i. notoria & rationabilis debet eſſe. ſ. e, irrefragabili. §, cæterum, Et ſuper ea debet interuenire tractatus, & ſeruari forma decr. j. eod. quamuis. non enim pro penſione ſubtracta, vel minima offenſa fiet ceſſatio: ſed propter grauem iniuriam, puta fiunt ſtatuta contra libertatem [1], imponuntur talliæ vel collectæ clericis: detinetur clericus vel canonicus per ſecularem balliuum: vel his ſimilia.

1 Quæ ſtatuta ſint cōtra libertatē eccleſiæ, vide in cap. fi. de im. ec. lib. 6, de ſen. exc, c, grauē. Fō,

Additio. Dicit Archid. hæc diſcernenda arbitrio boni viri, i. iudicis, ff. de ver. ob. cōtinuus. §. cum ita. ſ. in ant. de offic. delegat. de cauſis. Ioan. And.

e ¶*Inuenta.*] per ſuperiorem. j. eo. quamuis. ſcilicet per Papam.

f ¶ *Illius eccleſiæ,*] ſic ſ. e. lib. de elect. cupientes, §. cæterum, & ſ. eo. ti. ſi compromiſſarius. in fi. & nota pœnas reſtringendas.

*¶Gl. ſeq. tractat quo iure agatur.*

Condictio ex lege qñ datur.

g ¶ *Reſtituent,*] cōdictione ex iſta decr. cum enim per nouam legem inducitur obligatio, datur cōdictio ex lege. ff. de cond. ex le. l. vna. ſic eſt & ſimiliter in canone, [vt no. ſ. de ſepul. cum liberum. in gloſſa 2.] licet ſecundum canones non intentetur actio. ſ. de iud. dilecti. Gar.

h ¶ *Percipient.*] aliàs participent, quia cum contra eos datur actio ad repetendum: multo fortius exceptio ad non ſoluendum. ff. de ſuperfi. l. 1. §. quòd ait. ff. de reg. iu. inuitus. §. cui damus. j. de reg. iu. qui ad agendum.

i ¶ *Ei contra quem.*] epiſcopo vel alteri cuicunque.

*¶Gl. ſeq. tractat tria, primo de taxatione: ſecundo an concurrant petitio damnorum & actio iniuriarum: tertio quomodo de ſuper iniuria iuretur.*

k ¶*Damnis & iniuriis,*] & hæc ſuperioris taxabuntur arbitrio, vt in caſu ſeq. ad hoc ſ. quod met. cauſ. ſuper eo. C. vnde vi. l. ſi quando. Et no. quòd petitio damnorum ſuper diminutione patrimonij competit. ff. de dam. infe. damnum. §. 1. Inſt. e. ti. §. pœna, actio vero iniuriarum datur ad vindictam. ff. de iniu. l. prætor. §. 1. & ideo vna non impedit aliam. ff. de cond. fur. ſi pro fure. §. cum furti. ſicut & aliud expenſæ, & aliud damna, ſ. de iniur. in noſtra. & dicit lex, quòd tutor debet reſarcire damnum pupillo, ſi ceſſauerit in diſtractione rerum, quæ tempore pereunt. ff. de admin. tu. l. tutor qui repertorium. §. ſi tutor. vel ſi ceſſauerit adminiſtrare. e. ti. quidā decedens. in fi. Dico autem ſecundum Gul. ꝙ ille contra quem ceſſatum eſt, iniuriam eſtimabit hoc modo: potius voluiſſem centum perdidiſſe de meo, quàm hanc iniuriam pati: ſed poſtea taxabit iudex, ne ille in infinitum iuret. ff. de iniur. l. conſtitutionibus. §. 1. Inſt. eo. ti. §. pœna. de hoc in Spec. de iniur. §. 1. ver. in hac autem.

Dāni & iniuriæ petitio diuerſa eſt.

Libellus in actione iniuriarū qualiter debeat concipi.

l ¶*Tenebuntur.*] In tribus ergo puniuntur: primo in perceptorum reſtitutione: ſecundo quia quod eis debetur, non percipient: tertio in damnorum & expenſarum refectione: cum enim nō ſeruierint altari, de altari viuere nō debuerāt. de preb. cum ſecundum. Item punientur per Papam. & quanta pœna? arbitraria. j. eo. quamuis.

m ¶ *Canonica.*] & vera ſupple: & ſic in exhæredatione pater, qui vult filium exhæredare, debet cauſam legitimam inſerere in teſtamento, & illa cauſa pronunciari dēt eſſe vera: vt exhæredatio ſit efficax. in Auth. vt cum de ap. eo. §. aliud. coll. 8. ſic & in appellatione ante ſententiam interpoſitam. 2. q. 6. c. ei qui. §. ab eo autē. in fin. & ſ. de app. vt debitus.

n ¶*Occaſionem.*] Nota arg. ꝙ qui occaſionē præbet interdicto ciuitatis vel alicuius caſtri, tenetur ad reſtitutionem damnorum, quę eccleſię, & religioſi, & hoſpitalia illius loci occaſione interdicti in eleemoſynis & oblationibus paſſa ſunt: quia qui occaſionem damni, &c. de iniur. c. vlt.

Additio. ſecūdum Gul. qui dicit ſe hoc induxiſſe in ciuitatibus Romandiolæ & patrimonij, dum ibi erat rector. Et Arch. dicit ſe de facto vidiſſe. Ioan. And.

o ¶ *Arbitrio.*] hic determinat taxationem, condemnationem, & conuerſionem.

Additio. ſecūdum Guli. Idem Arch. & Ioan. And.

p ¶*Indeuotionis.*] nā imagines pp reuerentiam illorū quos imago figurat [2], adorare debemus: qđ enim facit ſcriptura legentibus, hoc pictura cernentibus idiotis, vt de conſe. diſt. 3. perlatum. ita tñ adorare debemus, ne duliam [3] in latriam cōuertamus. de hoc de cōſe. di. 3. venerabiles.

Additio. Dulia eſt cultus vel ſeruit° q̄ debetur homini: Latria cultus vel ſeruitus quæ debetur Deo. dabat Gar. hūc verſum,

*Latria ſit Domino: debetur dulia ſeruo.* Ioan. And.

q ¶ *In terram.*] nam nec ſignum Saluatoris in ſolo, aut ſilice, vel marmoribus humi poſitis ſculpere vel pingere licet. C. ne. lic. ſig. ſal. l. vna.

*¶ Gl. ſeq. quærit, reſp. dupliciter: et qualibet in duas ſubdiuiditur.*

r ¶*Vltrix.*] hoc eſt verbum in l. C. de his qui ad ſta. confu. l. 1. in fi. Sed quæ erit pœna [4]? videtur quòd temporalis, vt ſcilicet, in vincula publica mittantur. ff. de pœn. capitalium. §. ad ſtatuas. vel quòd moriantur, vt no. C. nemin. lic. ſig. ſal. l. vna. Sed dic quòd ſpiritualiter punientur: quia niſi pœniteant & ſatiſfaciant, loci ſui dignitate & honore priuandi ſunt. 26. q. 5. quicunque. in princ. vel iudicis arbitrio. ff. de iu. delib. l. 1. de offic. deleg. de cauſis. in ant.

Additio. Alleg. Gul. C. de colo. illyr. l. vnica. lib. 11. ibi, multæ. cuius modum in auctoritate iudicis collocamus. Ioan. And.

s ¶ *Compeſcat.*] pœna enim vnius, metus eſt alterius, vt C. ad l. Iul. repe. l. 1.

O*rdinarij.*] Licet Gar. diuidat in ſex partes, & Boatinus in nouem: Tu dic ꝙ duæ ſunt partes principales. Prima prouidet circa collata beneficia: Secūda circa conferenda, ibi, *In conferendis.* Iterum prima tria facit, prouidet circa præceptum diſpenſationis exhibendæ, & ponit pœnam non exhibentis: ſecunda, ibi, *Cæterum cum exhibetur.* diſtinguit an ſit euidenter ſufficiens, an dubitetur. ſecundum membrum, ibi, *Si vero.* Secunda principalis facit duo: primo prohibet, ſecundo decernit.

Additio. Ibi aliter dicit Franc. quòd principaliter propter Theutonicos & Hiſpanos emanauit hęc conſtitutio: quia plus in talibus excedebant. Ioan. And.

Casus. Quidā Titius clericus poſſidet ſeu obtinet duo beneficia incompatibilia: puta duas dignitates, vel duas eccleſias parochiales; vtrum diœceſanus loci poſſit eum cogere, vt oſtēdat

†Hoc decr. exp̄ſſe innouat, & cōfirmat ſacrum cōcil. Tridē. ſeſ. 7. de reform. c. 5.

2 vide cōcil. Nicænū ij. actione 3. & cōcil. Tridē. ſeſ. 25. tit. de inuoc. veneratiōe, & reliq. ſanct. & ſacr. imag.

3 vide B. Th. 2. 2. q. 84. art. j. ad j. argu. & q. 103. art. 3. & Magiſt. & theolog. lib. 3. ſen. di. 9. vbi plene de materia huius gl.

4 vide Brun. de imag. c. 20. Ioan. de Ana. & alios in c. 2. extra de maled.

quo

quo iure teneat illa beneficia? videtur ꝙ non: quia non poteſt cogi dicere titulum ſuæ poſſeſſionis. l. cogi. C. de pe. hæ. hoc tamen nõ obſtante dicit Papa, ꝙ ordinarius loci poteſt eum cogere ad oſtendẽdum, quo iure tenet illa beneficia. Nec obſtat l. cogi. all. quia illa loquitur de reb. cõibus, in quib. nõ vertitur periculum animæ: ſed hic vertitur periculum animæ: ideo ordinarius p̃t cogere talẽ ad oſtendendum ſuam diſpenſationem. Sed quid ſi diœceſanus ipſi ſtatuit certum tempus ad exhibendum diſpenſationem: infra illud tẽpus non exhibuit, nec habuit impedimentũ: nunquid ep̃s poterit illa beneficia, vt vacantia conferre? Rñdet ꝙ lapſo illo termino poterit ep̃s conferre, ac ſi non haberet diſpẽſationem. Sed ponamus ꝙ iſte infra tempus exhibuit diſpenſationẽ: quæritur, quid debet facere ep̃s? Rñdet, ꝙ ipſe debet iſtum dimittere in quiete. Sed quid ſi non apparet ꝙ iſte ſit ſufficiens, ſed eſt dubium & taciturnitas in quo dubitant Doctores, pp aliqua verba ambigua poſita in diſpẽſatione: an illa verba faciant diſpenſationem ſubreptitiam? Reſp. ꝙ ep̃s debet referre Papæ, vt ipſe interpretetur illa verba. Or ſanctiſſime Pater, habemus in c. dudum. 2. de elect. in antiq. ꝙ qui obtinet plura beneficia incompatibilia ſine diſpenſatione eſt incapax quorumcũque beneficiorũ: Ponamus ꝙ vacat beneficium ſpectans ad collationem ep̃i Pictaueñ. qui ep̃s affectat cõferre illud beneficium Titio, q obtinet tria beneficia, tñ diſpenſato ad tria beneficia: vtrũ debeat ei conferre? Rñdet ꝙ nõ: niſi ep̃s prius videat ſuam diſpẽſationem validã: videlicet vtrum Titius ſit capax alterius beneficij. Sed quid ſi apparuit ep̃o de diſpenſatione legitima? poterit ei iſtud beneficium conferre: vt ſi videat quòd erat diſpenſatus ſolummodo ad tria beneficia, non poterit ei conferre niſi tria beneficia, niſi in diſpenſatione ſua dicatur, ꝙ loco illius vel illorum poſſet vnum dimittere, & aliud acceptare. Nota primo, ꝙ ep̃s poteſt cogere ſubditos ad oſtendendum quo iure ipſi teneant plura beneficia incompatibilia, cum ius commune eis reſiſtat: & ſic eſt caſus ſpecialis contra l. cogi. C. de pe. hæ. Ratio ſpecialitatis eſt fauor animarum. Not. inſuper modum quem debet obſeruare ep̃s, qñ vult cogere aliquem habentem plura beneficia: quia debet ei præfigere terminum ad oſtendendum diſpenſationem ad plura beneficia obtinenda. No. inſuper, ꝙ eius eſt interpretari, cuius eſt condere. Nota ꝙ beneficium tertium non debet alicui conferri, licet ſit diſpenſatus ad tria beneficia: niſi collatori primo conſtet, ꝙ licite duo prima obtinet. Sed vtrum ſit correctum c. de multa. de præb. in ant. Dicit gl. ꝙ ſic: quia ibi loquitur de illo, qui obtinet vnicum beneficium: & collatio ſecundi beneficij valet.

†Not. quaſi poſſeſſionẽ ñ ſufficere ĩ iis, quę ſine priuilegio, vel diſpẽſatione obtineri ñ p̃nt, vbi agitur cõtra ſuperiorẽ, vel parem. Dec. in l. fi. C. de fi. inſt. ſ3 inter tertios intereſſe p̃tẽdentes, ſufficit quaſi poſſeſſio.

corum [a] ſubditos ſuos plures [b] dignitates, vel eccleſias, quibus animarum [c] cura imminet, obtinentes: ſeu perſonatum [d], aut dignitatem cum alio beneficio, cui cura ſimilis [e] eſt annexa, diſtricte compellant diſpenſationes [f] †, auctoritate quarum huiuſmodi eccleſias, perſonatus, ſeu dignitates canonice tenere ſe aſſerunt, infra tempus pro facti qualitate [g] ipſorum ordinariorum [h] moderandum arbitrio, exhibere. ¶ Quòd ſi forte iuſto impedimento ceſſante, nullam [k] diſpenſationem infra idem † tempus [l] contigerit exhiberi [m]: eccleſiæ beneficia, perſonatus, ſeu dignitates, quæ ſine diſpenſatione aliqua eoipſo [n] illicite detineri conſtabit: per eos, ad quos eorum collatio pertinet, libere [o] perſonis idoneis conferantur.

¶ Cæterum ſi diſpenſatio exhibita ſufficiens euidenter [p] appareat: exhibẽs nequaquam in beneficiis huiuſmodi, q̃ canonice obtinet, moleſtetur [q]. Prouideat † tamen ordinarius, qualiter nec animarum cura [r] in eiſdem eccleſiis, perſonati-

¶*Prima gloſſa ſummat.*

a ¶*Ordinarij locorum.*] Statuit Papa, quòd habentes plures dignitates, vel alia beneficia curam animarum habentia, per ordinarios compellantur oſtendere infra tempus competens ſuperioris arbitrio ſtatuendũ, diſpenſationes: quas ſi non oſtenderint, perinde procedatur ac ſi nullas haberent: Et ſi oſtenderint, & ſufficientes, non amplius moleſtentur: prouiſio, ne in prædictis beneficiis cura negligatur animarum: Si autem dubitetur de diſpenſatione, ad ſedem Apoſtolicam recurratur: Talibus plura ſimilia beneficia obtinentibus, aliud non conferatur beneficium, niſi oſtenſa diſpenſatione ſufficienti: & tunc ita demum conferatur, ſi per diſpenſationem poſſunt illud cum aliis retinere, vel ſi prioribus renunciauerint: aliter collatio facta non teneat. Ioan. And.

¶*Gl. ſeq. rec͂i. per q. de quib. ordinariis loquatur, et duas opi. ponit.*

a ¶ *Locorum.*] per hoc quòd dicit, ordinarij locorum: videtur tantum de epiſcopis intelligere. ad hoc 11. q. 1. de perſona. tamen dic ſecundum Gul. & Gar. quòd etiam hanc compulſionem facere poſſunt quicunque inferiores, qui habent inſtitutionem. 63. diſt. ſi in plebibus. de of. dele. ſuper eo. de inſti. cum veniſſent. & deſtitutionem. de præb. referente. ipſi enim ordinarij ſunt: de off. or. in antiq. cum ab eccleſiarum. & probatur j. eo. §. in conferendis.

b ¶*Plures.*] hęc pluralitas, quia canonibus inimica, vt ſ. de cle. non reſi. quia nonnulli. 21. q. 1. per totum. ideò odioſa & reſtringenda. ff. de liber. & poſth. cum quidam. & j. de reg. iu. odia. & j. de præbend. non poteſt.

¶*Gl. ſeq. recit. per quæſtionem quid de non curatis.*

c ¶*Animarum cura.*] Licet ſpecialiter hic dicat de his: idem 1 in aliis: cum enim pluralitas 2 ſit reprobata in beneficiis, de iure communi poteſt etiam in minoribus ordinariis id petere. ſ. de procur. ex inſinuatione. niſi eſſent beneficia, quæ ſimul de iure teneri poſſent, quod dic vt ſ. e. libr. de reſcrip. gratia.

1 Quoad id qđ ſeq̃tur ĩ gl. ñ quoad alia dicta il li° c. Io. An.

2 vide cõcil. Tridẽt. ſeſ. 7 de refor. c. 4 & ſeſ. 24. c. 17

d ¶*Perſonatum.*] ergo idẽ iudicium de perſonatibus, quod de beneficiis curam animarum habentibus. ſ. de elect. dudum. 2. ſed non per omnia, vt ſ. de æta. & qual. c. 1.

e ¶*Cura ſimilis.*] animarum ſcilicet.

¶*Gloſſ. ſeq. rationem reddit: & obiectionem ſoluit.*

f ¶ *Diſpenſationes.*] in quibus velut ambitioſis ſtricta fieri debet interpretatio. vt ſ. de elect. dudum. 2. §. inſuper. ſ. de fil. presb. c. 1. & j. de præb. non poteſt. Nec obſtat ꝙ beneficium principis, &c. de ver. ſig. olim. quia ambitio & odium hoc inducunt. de conſang. & affi. quòd dilectio. de præb. c. vlt. illud autem de principis beneficio non odioſo intelligitur. j. de præb. quamuis. 1.

†not. Dom. vbi lex ipſo facto pœnã imponit, ſufficere ad pœnã, ꝙ iudex terminum p̃figat ad ſe defendẽdũ: q ſi ñ ſe defẽdat, abſq; omni alia ſñia pœna incurritur: qđ facit ad not. in c. cum ſecundum. j. de hær. Font.

† al. ita, p̃uideat tñ ordinari⁹ taliter, ne animarũ cura, &c.

g ¶ *Qualitates.*] hoc regulariter attenditur in quibuſlibet dilationib. ſ. de app. cum ſit. ſi ergo dicetur habere diſpenſationem in remotis partibus: maius tempus ei dabitur, quam ſi in propinquo habeat. ff. de eden. l. ſpatium.

¶*Gl. ſeq. quærit, ſoluit, & opi. ponit.*

h ¶*Ordinariorum.*] ad quos ſpectat animarum prouidere ſaluti. j. e. §. prouideat. Quid ſi talia beneficia in diuerſis epiſcopatibus obtinet? quilibet ordinarius in cuius diœceſi beneficium obtinet, ipſum compellere poterit ad hanc exhibitionem. 9. q. 3. c. 2. Ad hoc ſ. eo. lib. de temp. or. cum nullus. Quidam dicunt quòd ordinarius qui præuenit in compulſione exhibitionis, ſeruabit quod hic dicitur: & poſtea alter epiſcopus (in cuius diœceſi habet ſimile beneficium) quaſi ſit præuentus ab illo, non poterit eum ad hoc cogere. arg. ſ. de fo. comp. propoſuiſti. ff. de iu. om. iu. cum quædam. ſed primum verius ſecundum Gul. & probat pluralitas, dum dicit, ordinarij, in plurali.

i ¶ *Iuſto impedimento.*] iſtud excuſat ne tempus currat. ſ. de elect. ne pro defectu. & c. quam ſit. §. fi. & c. commiſſa. §. 1. [de elect. eod. lib.]

k ¶ *Nullam.*] vel minus ſufficientem. arg. de pœ. diſt. 1. ſcindite. de tranſla. inter corporalia. verſi. ſed neque. cum concor. ff. quod cuiuſque vniuer. l. 1. & ideo bene ſequitur, cæterum.

l ¶ *Tempus.*] ab ordinario moderatum.

¶*Gl. ſeq. ſignat contrarium, & ſoluit.*

m ¶ *Exhiberi.*] ſed contra nemo compellitur dicere titulum poſſeſſionis ſuæ. C. de pe. hær. l. cogi. 2. q. 5. §. 1. ad hoc dicas 3, ꝙ in his, quę poſſunt de iure communi poſſideri, verum eſt illud: ſed in aliis ſecus, vt hic. de præb. c. de multa. transfertur ergo propter hoc onus probandi in eum, vt hic. ſim. de deci. dudum. de procur. ex inſinuatione. vbi de hoc. & 100. diſt. contra morem. & dixi de hoc j. de reg. iu. c. 1.

3 ſecundum Gar. & Frã. idem Ioan. Mo. & Arc.

n ¶ *Eoipſo.*] quòd non oſtendit in termino: litteræ enim quæ non apparent, non ſunt. ff. de contrah. empt. l. in lege. & l. Rutilia Polla. de conſec. diſt. 1. ſolemnitates.

o ¶ *Libere.*] ideſt, non obſtante contradictione tenentis illud. Credo tamen quòd ſi præueniret ipſe clericus epiſcopum: vel eum ad quem pertinet collatio, diſpenſationem oſtendendo, quòd epiſcopus poſtea conferre non poſſet: quia video hoc in iure acquirendo: multo fortius eſſe debet in iure acquiſito, per decret. j. de præb. ſi tibi abſenti.

p ¶*Euidenter.*] ideſt, manifeſte. ſ. eod. lib. de elect. ſi forte. & j. de ver. ſig. conſtitutionem. ſi autem eſſet dubium, fiet quod dicitur in ver. ſi vero.

q ¶*Moleſtetur.*] ne locum habeat pœna temeritatis vel calumniæ. ff. de iud. eum quem. de calum. c. 1. & 2. de elect. eo. libr. vt circa. §. alioquin.

r ¶ *Cura.*] ad hoc eius ſpectat officium. 10. q. 1. regenda. ſ. e. irrefragabili. ſ. de elect. dudum. 2. prope prin. & concor. ſ. e. lib. de elect. cum ex eo.

Additio. §. porro. Ioan. Mon. alleg. ſ. de app. peruenit. Et dicit in addi. quòd licet ordinarius in principali poteſtatem non habeat propter diſpenſationem: in his tamen quæ hic dicuntur de cura & obſequio eccleſiæ, poteſtatem habet: quia diſpenſatio ſemper datur vel dari intelligitur, ſecundũ iſtas duas

modificationes:&ſic ſoluitur contrarium de reg.acceſſorium. j.de reg.iu.Ioan.And.

a ¶ *Dubitetur.*] probabiliter,de reſcr.cum contingat.prope fi. de appel.conſuluit.j.de ſent.exc.ſacro.

b ¶ *Aeſtimare.*] ſ.de iud.cum veniſſent.eius enim eſt interpretari,&c.11.q.1.c.clericum.3.§.ex his.de ſent. exc. inter alia. C.de leg.l.vlt.

bus, ſeu dignitatibus negligatur: nec beneficia ipſa debitis obſequiis defraudentur. ¶ Si vero de diſpenſationis exhibitæ ſufficientia dubitetur[a]: ſuper hoc erit ad ſedem Apoſtolicam recurrendum, cuius eſt æſtimare[b] quem modum ſui[c] beneficij eſſe velit[d]. ¶In conferendis[e] inſuper perſonatibus, dignitatibus, & aliis beneficiis curam habentibus animarum annexam: iidem ordinarij diligentiam illam obſeruent: vt perſonatum, dignitatem, vel aliud †beneficium ſimilem curam habens animarum†, alicui plura ſimilia obtinenti nõ ante conferre præſumant, quàm eis ſuper obtentis diſpenſatio euidenter ſufficiens oſtendatur[f]. Qua etiam oſtenſa, ita demum ad collationem procedi volumus, ſi appareat per eandem, quòd is, cui eſt collatio facienda, huiuſmodi perſonatum dignitatem, vel beneficium retinere libere valeat cum obtentis: vel ſi ea[g], quæ ſic obtinet, libere ac ſpõte reſignet. Aliter[h] autem de perſonatibus, dignitatibus, & beneficiis talibus[i] facta collatio nullius[k] penitus ſit momenti.

¶Bonifacius octauus.

*¶ Præcipit Papa, ne prælati ſubditis interdicant, ne ſtatum eccleſiarum & perſonarum ſuperioribus inquirentibus manifeſtent: nec eos ad id celandum iuramentis, promiſſionibus, obligationibus, aut aliis pœnis aſtringant; decernit autem quod contra factum fuerit, irritum & inane: & ſententias, iuramenta, promiſſiones, vel pœnas non ligare: & præſumptores præcipit pœna condigna à ſuperioribus eiſdem puniri. Ioan. And.*

c ¶*Sui beneficij.*] Nota ſolum Papam diſpenſare in pluribus curatis: Pro iis q̃ no. ſ.de preb.de multa.

d ¶ *Velit.*] ſumpta fuerunt hæc verba ex l.ff.de reg.iu. Neratius.in fi.

e ¶ *In conferendis.*] dixit de pluralitate beneficiorum, quæ obtinebant: hic dicit de his quæ obtinere volunt.

f ¶*Oſtẽdatur.*] quaſi propter iuris tranſgreſſionem ſit inhabilis ad beneficium obtinendum. ſ. de præben.cum iamdudum.

† al. aliquod

† dictio, animarũ, deeſt ĩ manuſcriptis aliquot

Additio. Et ſ.de elect.dudum.2. Et de hoc in Spe.de lega. §. nunc videndum. ver. ſed nunquid habens.& an eps cum tali diſpenſet: ibi in verſ.ſeq.Ioan.And.

g ¶ *Ea quæ.*] Not.ꝙ in plurali dicit, ea quæ: tenetur ergo omnia habita renunciare, ſi vult de nouo aliud obtinere: nec vnum poteſt in aliud pmutare: & licet potuerit duo vel tria quę diſpenſatiue habebat retinere, modo non poteſt de nouo habere niſi vnum: niſi aliud dicatur in diſpenſatione: & eſt ratio, qa odioſę ſunt tales diſpẽſationes: vt dixi, & probatur expreſſe hoc hodie j. de præb. nõ poteſt. 1.reſp.Ioan.And.

diſpenſatus ad duo, non põt vnũ vel ambo cum alio vel aliis permutare.

h ¶*Aliter.*] i.diſpenſatione non obtenta: vel obtenta ſi primo non renunciat habitis, cum non extendatur diſpenſatio ad tot beneficia.

i ¶ *Talibus.*] ideſt, habentibus plura beneficia cum cura, vel dignitates, vel perſonatus, vel alterum cum altero.

k ¶ *Nullius.*] eſt ne reuocata decr.de multa 1. vbi dicitur, ꝙ primum ſimile vacat ipſo iure; ſed tenet ſecundi collatio, hic dicitur ꝙ non tenet poſterioris collatio: quia promptũ eſt iura iuribus concordare, & expediens. ſ.eo.lib.de elect.cum expediat. Dic ſecundum Gar. ꝙ decre.de multa. loquitur in eo, qui vnum tantum beneficium obtinebat, quod erat de iure communi: hic loquitur de illo, qui ante obtinebat plura, quod erat contra ius commune: & qui non eſt habilis ad aliud obtinendum, niſi diſpenſationem habeat, cum ſit tranſgreſſor canonum, vt prædixi: adde in cle.de præb.ſi plures. & quod ibi no. in gl.ſi intelligas.Ioan.And.

† vide cõcil. Tridẽt.ſeſ.7 de refor.c.4 vbi fit mẽtio cap. de multa.

Q*Via plerique.*] Primo inhibet: Secundo decernit, ibi, *Decernentes*, Tertio præſumptores puniri præcipit, ibi, *Præſumptores.* Ioan. And.

Casvs. Epiſcopus Pictauẽ. ſciens quòd Papa mittebat legatum in hanc prouinciam pro reformatione morum, vocauit ſubditos ſuos, qui ei iurauerunt non reuelare ſua crimina; vel ſe ad hoc aſtrinxerunt ſub certis pœnis, vel epiſcopus illos excommunicauit caſu quo aliqua crimina reuelarent: vtrum valeant iſta? Reſpondet quòd non, immo excommunicatio eſt nulla ipſo iure: & ſi ſubditi ſoluere promiſerunt aliquas pœnas, pœnæ non poſſunt ab eis exigi: vel ſi iurauerunt non dicere aliquid, & poſtea dicant, non propter hoc ſunt periuri. No. primo, quòd iura debent adaptari ad id quod ſæpius fit. vide ſ.de deſp.impu.litteras. Nota ſecundo, arg. quòd appellatione eccleſiæ non comprehenditur monaſterium: de quo aliquid in gl.Domin.

*¶ Prima gl. ſummat, et dicit vnde ſumpta.*

## CAP. IIII.

QVia[l] plerique[m] prælati non † ſine multa temeritatis audacia[n], ſuis ſubditis aliquando interdicunt[o], ne ipſorum ſuperioribus[p], aut Apoſtolicæ ſedis legatis, vel inquiſitoribus[q] ad inquirendum, corrigendum[r], & reformãdum[s] in eorum eccleſiis[t], monaſteriis, ſiue locis, à ſede deputatis eadem, vel aliis quibuſcunque perſonis[u], per quas ad notitiã prędictorum valeat peruenire, ſtatum[x] eccleſiarum, monaſteriorum, ſeu locorum ſuorum, perſonarum & rerum ipſorum inſinuent, vel exponãt: in ipſos (ſi ſecus egerint) excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti ſententias proferẽtes: coſque ad hoc celandum iuramentis†, promiſſionibus, &† obligationibus aliiſque pœnis nihilominus aſtringentes. ¶ Nos huic malitiæ[y] (ne tali prætextu in eccleſiis, monaſteriis, & locis eiſdem inquiſitio, correctio, ſeu reformatio, cum faciẽdæ fuerint, valeant impediri) occurrere cupiẽtes: prędicta[z], & eorum quodlibet attẽtari de cętero diſtrictius inhibemus[a]: Decernentes auctoritate Apoſtolica, quicquid contra præſentem inhibitionem attentatum fuerit, irritum & inane: & ſententias, iuramenta, promiſſiones, vel pœnas non ligare: & præſumptores præcipit pœna condigna à ſuperioribus eiſdem puniri. Hæc decre. olim erat extrauagans: & incipiebat, ad audientiam noſtram.

l ¶ *Quia.*] Præcipit Papa, ne prælati ſubditis interdicant, ne ſtatum eccleſiarum & perſonarum ſuperioribus inquirentibus manifeſtẽt: nec eos ad id celandum iuramentis, promiſſionibus, obligationibus aliis, aut pœnis aſtringant: Decernit autem quod contra factum fuerit irritum & inane: & ſententias, iuramẽta, promiſſiones, vel pœnas non ligare: & præſumptores præcipit pœna condigna à ſuperiorib. eiſdem puniri. Hæc decre. olim erat extrauagans: & incipiebat, ad audientiam noſtram.

† In antiqs cod. ita, non ſine multæ temeritatis, &c.

Additio. De qua faciebat mentionem Gul. in Spec.de inquiſit.§.nunc tractemus, ſub ver.quid ſi ante. Illa tamen loquebatur ſolum in religioſis: hæc vero latius.Ioan.And.

*¶ Gloſſæ omnes ſeq. ſunt textuales.*

m ¶*Plerique.*] vt potes videre ſ. de acc. olim.

n ¶ *Audacia.*] ad hoc j.de ver.ſig. conſtitutionem, 2.reſp.& eſt audacia: quia tacere veritatem, peccatum mortale eſt. 11. q. 3, quiſquis. de cri.fal.c.1.

o ¶*Interdicunt.*] hoc ipſo ſe reddebant ſuſpectos.ſ.de teſti. conſtitutis. 2. & ſe oſtẽdit iniquam cauſam fouere; vt ibi, & ſ.de teſt.co.peruenit. & C.de poſtul. prouidendum, &2. q.7.§.verum.ver.ſi quis aũt.

† Vide Bart. in l.Seius & Augerius. ff.ad l.Falc. & c. venientes.de iureiu.& l.in cõcedendo.& l. ſeq. & ibi Bartol.ff.de aq.plu.arc.

† In antiqs exẽplarib. ita, & obligationibus aliis, atque pœnis nihilomin᷒, &c.

p ¶*Superioribus.*] pone gradus in archipresbytero circa epiſcopum, epiſcopo circa archiepiſcopum, & ſic de ſingulis.

q ¶ *Inquiſitoribus.*] qui non poſſunt aliis committere vices ſuas.ſ.de off.deleg.c.vlt.ſ.eo.lib.

r ¶ *Corrigendum.*] crimina, Ioan. And.

s ¶ *Reformandum.*] mores, Ioan, And.

t ¶ *Eccleſiis.*] quarum appellatione monaſteria comprehenduntur.54.diſt.c.abbati.§.hac autem auctoritate.

Eccleſiæ appellatione venit monaſterium.

Additio. Vide quod no.& dixi.ſ.eo.lib.de ſuppl.negl.præla. grandi.in gl.not.Ioan.And.

v ¶ *Perſonis.*] puta familiaribus ipſorum ſuperiorum legatorum, vel inquiſitorum.

x ¶Statum.] ad quod tales tenentur habita diſtinctione ſecundum duplicem formam iuramenti: de qua vel quibus habes ſ.de accuſ.cum dilecti.

y ¶*Malitiæ.*] ſi.ſ.eo.lib.de off.deleg.ſtatuimus.2.Ioan.And.

z ¶ *prædicta.*] interdictum, pœnales ſententias, iuramenta & promiſſiones, vel obligationes alias.

a ¶ *Inhibemus.*] ſimile eſt quod dicit lex, quòd domina accuſata de adulterio non poteſt manumittere ſeruos ſuos: & hoc ideo, vt per ipſos veritas inquiri poſſit. ff.qui & à quib. ma.li. non ſi.l.proſpexit.

a ¶Senten

a ¶ *Sententiis.*] dico hunc caſum ſpecialem, in quo non tenet ſententia excommunicationis ipſo iure:&addendum ad alios qui recitari ſolent.s̃.de ſeñ.exc.per tuas. & dicam j̃.eo.libr.& eo.tit.præſenti.

b ¶ *Aſtringi.*] ſi non tenuit principale nec acceſſorium. j̃. de reg.iu.acceſſorium. cum ſuis concor. & meritò hoc ligare nõ debet:ad hoc vt poſſit veritas reuelari.& concor.ad hoc s̃.de teſt.cog.c.vl. 1 Expedit enim peccata nocẽtium eſſe nota.ff.de iniu.eum qui.§.1.

1 Et j̃.de re. iur. non eſt obligatoriũ s̃. de ſim.ne mo.Io.Mo.

c ¶ *præſumptores.*] ipſos prælatos.

d ¶ *Impunita.*] quod eſſe non debet. s̃. e. ti.ſi canonici.in fi. Additio. ff. de fideiuſ.l.ſi à reo.ad fi. C.de pœn. l.ſi operis.Ioan.And.

e ¶ *Condigna.*] intelligamus arbitraria ex quo certa non exprimitur.s̃.in antiq. de off.del.de cauſis. ff.d̄ iu.deli.l.j.&dixi s̃.e.ſi canonici.in fi.

†vide nouiſſime ſancit. in cõcil. Trident.ſeſ.24. d̄ refor.c.20

tum extiterit, nullius penitus exiſtere firmitatis: nec quemquam ſententiis [a], iuramentis, promiſſionibus, obligationib[g], vel pœnis huiuſmodi obligari quomodolibet, vel aſtringi [b]. ¶Præſumptores [c] autem eoſdem (ne ipſorũ temeritas quoquo modo trãſeat impunita [d]) à ſuperioribus, vel legatis, ſeu inquiſitoribus memoratis, animaduerſione condigna [e] præcipimus [f] caſtigari.

¶Idem.

¶ *Iuriſdictio archiepiſcopo attributa in vna diœceſi, ſibi in aliis non prodeſt. hoc dicit. Zen.*

## CAP. V.

VT †litigantes [g] releuentur à laboribus & expenſis [h]:

f ¶ *Præcipimus.*]& ſi ipſe prælatus non facit hoc, peccat:quia quod præcipitur imperatur:quod imperatur, neceſſe eſt fieri. 14.q.1.quod præcipitur.de ver.ſig.in his.& ſunt culpæ,&c.28.diſt.quia ſunt.
Additio. Et obligat præceptum canonis, ſicut & iudicis. Remittit Arch.de app.cum ſpeciali.ver.ſciantque.Ioan.And.

VT *litigantes.*] Archiepiſcopus cauſas etiam appellationum iure metropolitico ad eum pertinẽtium in ꝓpria diœceſi, vel vnde ad eum deuoluuntur cognoſcere vel committere debet, niſi aliud habeat conſuetudo. hoc dicit. Tria facit:Primo ponit conſtitutionis cauſam: Secundo conſtitutionem, ibi, *Statuimus.* Tertio exceptionem, ibi, *Niſi.*

Casvs. Tu & ego litigabamus coram epiſcopo Pictaueñ. qui contra te tulit ſententiam diffinitiuam, à qua appellauiſti ad archiepiſcopum Burdegalenſem:archiepiſcopus vult cauſam iſtam appellationis examinare in diœceſi Xanctoneñ.an poſſit? Reſpondet quòd non:ſed debet cognoſcere per ſe, vel per alium in ſua diœceſi particulari:vel in diœceſi illius iudicis à quo fuit appellatum:& iſtud verum, niſi aliud haberet conſuetudo:nam conſuetudine poteſt induci, vt alibi poſſet cognoſcere vel committere cauſas appellationis. Nota primo, quòd proprie dicitur ſuum, quod eſt ſuum ratione iuriſdictionis tantum:quam habet in loco.gl.s̃.in ant.de poſtul.præla.c.1.Nota ſecundo, caſus in quibus archiepiſcopus poteſt locare ſedem: & de cauſa cognoſcere in diœceſibus ſuffraganeorum ſuorum.Dominicus.

¶*Gl.prima dicit quid declaret.*

g ¶ *Vt litigantes.*] Emanauit hæc decretalis ad declarationem illius verſ.s̃.e.c.1.ver.nec pro eo,&c.ibi dicebatur in genere, ſuffraganeorum ſuorum:&de quibus non dicebatur,& eorum quæ ibi not.Hoſtienſis.
Additio. Quod hic dicitur, fuerat olim hic diſputatum:& ſic terminatum per D.Altegradum de Lendenaria, demum epiſcopum Vicentinum:vltra iura quæ primo all.gl.inducebat. 9. q.3.nullus.& c.conqueſtus.s̃.e.ti.in ant.duo ſimul.per quæ patet metropolitanũ non plus poſſe in diœceſibus ſuffraganeorum, quàm alium epiſcopum, inquantum inuenitur conceſſum:ſed epiſcopus non poſſet.6.q.3.ſcriptum.13.q.1.c.1.16.q.5. c.1.ergo nec metropolitanus.Inducebat etiam decr.Romana. j̃.de for.comp.Ioan.And.

¶*Gl.ſeq.quærit & ſoluit.*

h ¶ *Expenſis.*]ad hoc intendere debet iudex, vt s̃.de dol.finem. cum ſuis concor.Sed pone, de conſenſu partium archiepiſcopus audit vel committit cauſam extra loca, de quibus dicitur infra: quæro, an quod agitur valeat? Et videtur quòd ſic: quia cum hoc ius ſit in fauorem litigantium introductum, illi renunciare poſſunt.de reg.ad Apoſtolicam.cum ſi. ad hoc s̃.eo. lib.de reſcrip.ſtatutum.§.in nullo.& hoc ſatis verum puto 2, dummodo ipſe vel delegatus eius habeat licentiam epiſcopi illius diœceſis, vt ibi pro tribunali ſedere poſſint:Iſta enim fuit prohibitionis ratio: quia archiepiſcopus non poteſt ingredi ſuffraganei ſui diœceſim, vt ibi aliquid agat vel iudicet, niſi in caſibus conceſſis.s̃.e.ti.& lib.c.1. Si autem cauſa Bononiæ deferatur:æquum non eſt, quòd propter illam poſſit Mutinæ ſedere:ſi autem Mutineñ.epiſcopus conſentit,& ipſę partes, ſatis credo quòd poſſit:aliàs non, vt 9.q.2.c.1.2.&3.ff.de of.pręſi. l.3.ff.de iu.om.iu.l.vlt.& facit de off.leg.nouit.& quæ ibi not.
Additio. Facit cle.quamuis.de fo.comp.in princ. & §.volumus. Ioan.And.

2 Idẽ Arc.ſine determinatiõe q̃ in gl.ponitur. alleg. 3.q.6. pulſatus. Ioan. And.

¶ *Gl.ſeq.recit.per quæſtionem, an edat ius nouum vel declaret:& per id infertur ad tẽpus præſcriptionis.*

Statuimus [i], ne archiepiſcopus cauſas, quę per appellationem, vel aliàs iure metropolitico [k] deferuntur ad ipſum, alibi quàm in ſua propria ciuitate vel diœceſi [l], aut in eis, in quibus appellatum [m] extitit, vel cauſæ ipſæ conſiſtere dignoſcuntur [n], audiat, vel etiam audiendas committat [o]: Niſi ſibi aliud de conſuetudine [p] †competat in hac parte [q].

¶Idem.

¶ *Si epiſcopus cum poteſt ſuam diœceſim viſitat per alium, habet illi in neceſſariis prouidere: viſitati autem in victualibus prouidebunt ipſi vicario viſitanti, & non epiſcopo. hoc dicit. Ioan.And.*

## CAP. VI.

SI † EPISCO-

i ¶ *Statuimus.*] videtur quòd noua ſit conſtitutio, aliàs dixiſſet, innouamus 3. s̃.de treu.& pa. c.2. vbi innouatur quod ſtatutum erat. 24.q. 3.ſi quis Romipetas. & c.paternarum. videbatur enim quòd ſicut legatus in qualibet parte prouincię poteſt ſedere:ſic & archieps̃ poſſet, ſed ꝓpter rationem quam dixi s̃. proxi. gloſ.ſatis videbatur eſſe conſtitutio ipſa, vel eius ratio antiqua 4: quæ idem eſt quod ius. 1. diſt. conſuetudo. ſecundum quod reſtaret quòd legitime deberet ipſa conſuetudo eſſe præſcripta, ſcilicet, ſpatio xl. annorum. vt s̃.in ant.de conſue.c.vlt.de cau.poſ. cum eccleſia. nec ſufficeret præſcriptio x.annorum. ſecundum quod eſt in his quæ ſunt præter ius, ſecundum id quod not.12. diſt.conſuetudo.& dixi s̃.eo.lib.de conſuet.c.vlt.

3 Not.ſignũ conſtõnum & declarationum.Domin.Font.

†Ergo conſuetudo tribuit iuriſdõnẽ.glo.in c. cõqueſtus. 9. q.4. gl.in c.dilecti. de arbi. Arc.in c.placuit. j. 16.q.1.

†de mr̃ia viſitatiõis ꝓut ad hunc locũſpectat vide cõcil. Toletanum iiij.ca.35. & nouiſſimũ cõcil.Tridẽ. ſeſ.24. de refor.c.3.

4 not.Dom. ꝙ ſicut conſuetudo cõtra ius exp̃ſſum d; induci xl. annis, ita cõſuetudo cõtra rõnem in iure expreſſam. Font.

k ¶ *Iure metropolitico.*] ſuper quo vide quod not.Io.9.q.3.in ſumma.& Ber.s̃.eo.ti.paſtoralis.&aduerte:quia interdum cognoſcit archiepiſcopus vt legatus Papæ: vt s̃. e. irrefragabili. §. cæterum. & in eo caſu forte poſſet dici, quòd eo modo & his perſonis poſſet delegare, quo & quib.delegati Papæ:quod dic vt no.s̃.e.lib.de reſcr.ſtatutum. & ideo non dixit ſimpliciter, deoluuntur:ſed dixit iure metropolitico.
Additio. Vide quod dixi de hær.ad abolendam.ſuper gl.fi.& quod dicam j̃.ti.prox.c.vno.ſuper gl.antep.Ioan.And.

l ¶ *Vel diœceſi.*] ſatis per hanc litteram terminatum erat quod dixi j̃.c.cum epiſcopus.

m ¶ *Appellatum extitit.*] hoc cum cauſa per appellationem defertur.

n ¶ *Dignoſcuntur.*] cum deferuntur cauſæ iure metropolitico, aliàs quàm per appellationem.

o ¶ *Committat.*] Nota quod non poteſt per ſe:nec per alium. s̃.e.ti.& lib.c.1.ſic econuerſo, quod poteſt per ſe,& per alium: vt ibi,& j̃.de reg.iu.poteſt.vbi de hoc.

¶ *Gl.ſeq.quærit, arguit, & ſoluit.*

p ¶ *De conſuetudine.*] ſic s̃.eo.c.1.ver.niſi aliud. Sicut ergo hic conſuetudo poteſt inducere, vt alibi poſſit committere & audire:ſic & conſenſus diœceſani loci, & partium conſenſus, vt s̃. dixi. ſicut æquiparantur pactum & conſuetudo in dote lucranda, vel donatione propter nuptias, vt s̃. de do.poſt diuor. reſt.c.vlt. Quid dices:clericus agit contra epiſcopum, ad metropolitanum debet quęſtio deferri.11.q.1.ſi quis cum clerico. non vult, vel non poteſt committere in ſua ciuitate: nunquid poterit audire vel committere extra ciuitatem ipſius epiſcopi, ſecundum id quod dicitur s̃.eo.lib.de reſc.ſtatutum.§.cum vero.& ſatis id videtur per prædictum §. quod verum puto, ſi de conſenſu procedat epiſcopi illius, in cuius diœceſi cauſa auditur:vt dixi s̃.in gl.1.

archieps̃ p̃t d̄legare cauſam inter ep̃m & clericum extra diœceſim ipſius ep̃i.

q ¶ *In hac parte.*] ſcilicet in audiendo, vel committendo extra loca prædicta. & ſic nota quòd cõſuetudo dat iuriſdictionem. 9.q.3.conqueſtus.de fo.comp.cum contingat. s̃.e.lib.de conſuet.c.3.C.de eman.lib.l.1.& fi.& s̃.eo.ti.c.1.

SI *epiſcopus.*] Primo prouidet:Secundo prohibet, ibi, *Idem.* Prima ſubdiuiditur:quia primo prouidet circa expẽſas vicariorum extra victualia:ſecundo, ibi, *Hi tamen.* circa expenſas victualium,& cauſam reddit.Dominicus.

Casvs. Epiſcopus Pictaueñ. vult ſuam diœceſim viſitare per alium in caſu permiſſo, puta quia eſt detentus infirmitate:vel quia illud habet ex priuilegio:Quæritur, quis tenebitur vicario miniſtrare neceſſaria? Reſpondet quòd vicario viſitanti tenebũtur viſitati procurare in victualibus:ſed ſi indiget equis, vel conducat famulos, hoc fiet expenſis epiſcopi: Verumtamen hodie epiſcopi habent ex priuilegio, vt poſſint viſitare per alios:& percipient integram procurationem, quæ eſt hodie taxata ad certam ſummam: vt in extrauag.Bened.quæ incipit, vas electionis.de cenſib.Nota primo, quòd delictum eſt

recipere temporalia pro adminiſtratione ſpiritualium: quod eſt verum in caſu à iure non permiſſo. No. ſecundo, quòd epiſcopus non viſitando perſonaliter, non debet habere procurationem reſpectu perſonæ ſuæ. Dominicus.

*¶Prima gl. ſummat, & dicit quid declaret.*

pus [a] ſuam diœceſim, vbi ei à iure permittitur [b], faciat per alium [c] viſitari: licet ipſe [d] illi [e] habeat in aliis neceſſariis prouidere [f]: Hi tamen, qui viſitantur, miniſtrare tenentur expenſas victualium [g] viſitanti [h]: Cum ſecundum Apoſtolum [i] non ſit magnum, ſi ab eo metantur temporalia, per quem ſpiritualia ſeminantur. ¶Idem tamen epiſcopus cum perſonaliter non viſitat †, nil prorſus ab his, qui per illum quem deputat, fuerint viſitati, exigere poterit, aut debebit [k].

1.Cor.9.

†al. viſitet.

¶ Idem.

*¶ In quolibet loco diœceſis non exempto, per ſe & per alium poteſt epiſcopus pro tribunali ſedere: & libere exequi quæ ad ipſius ſpectant officium. Ioan. Andr.*

a ¶ *Si epiſcopus.*] Si epiſcopus cum poteſt ſuam diœceſim viſitat per alium, habet illi i neceſſariis prouidere: viſitati autem in victualib' prouidebunt ipſi vicario viſitanti, & nō epiſcopo. Emanauit autem hæc decret. ad declarationē eorum, quæ not. Hoſt. ſ. e. inter cætera. ſuper verbo, ſubminiſtrēt. & Gul. & Gar. j. de cenſ. exigit. ſuper verb. impenſo. qui omnes tenebāt, quod hic dicitur.

b ¶*Permittitur.*] ſcilicet cum id perſonaliter exequi non poteſt. ſ. de off. ord. inter cętera. & 10. q. 1. epiſcopum. Et ſemel in anno. 10. q. 1. decernimus. & duobus c. ſeq. & ſ. de off. arch. mandamus. niſi ex cauſa. & tunc etiam pluries id poterit, vt ſ. de cenſi. cum venerabilis. & 18. q. 2. viſitandi. & c. non ſemel. cum ſim. Ioan. And.

*¶Gl. ſeq. obiicit, & ſoluit.*

c ¶ *Per alium.*] Sed viſitans prædicare debet. 10. q. 1. placuit. & j. de cenſi. c. 1. ſed officium prædicandi non delegatur, vt ſ. in antiq. de off. deleg. c. vlt. ergo viſitatio delegari vel demandari non poteſt, ſed dic ſecundum Inn. Goff. & modernos, qui hoc no. in decr. inter cætera. ſ. e. in ant. aut hoc pertinet iure ordinario: & tunc bene demandatur, vt ibi, & hic. aut iure delegato: & tunc non demandatur, vt in contrario, niſi haberet ad id ſpeciale mandatum, vt ſupra eodem libr. de offic. deleg. is cui. & c. vlt. §. vices.

d ¶ *Ipſe.*] ſcilicet epiſcopus.

e ¶ *Illi.*] vicario.

*¶Gl. ſeq. ponit opinionem.*

f ¶ *Prouidere* 1.] & ſic intelligi debet decr. illa, inter cætera. vbi dicitur: epiſcopi ipſis vicariis cum indiguerint, neceſſaria congrue ſubminiſtrent: ſcilicet vt parent ſibi equos, veſtes, familiam, & alia opportuna. [Sicut pararent ſibiipſis ſi perſonaliter viſitarent] præter victualia: & ſic intelligebat Hoſt. Inn. intelligebat etiam de victualibus: & tunc ſcilicet cum victualia ſine ſcandalo per vicarios à ſubditis haberi non poterant: prima vera, vt hic vides: nec per hoc ſecundam reprobo.

iſtæ expenſę ſunt taxatæ in extrauag. Bñdicti inci. vas electiōis. tit. de cenſ. Font.

g ¶ *Victualium.*] in victualibus enim tantum debet recipi procuratio. quod dic vt j. de cenſi. c. 1. 2. & 3.

h ¶ *Viſitanti.*] illi vicario. Ioan. And.

i ¶ *Apoſtolum.*] Paulum 1. ad Corint. 9. & habes hoc idem ſ. de præſcrip. cum ex officij. & j. de cenſi. c. 3. ad fi.

*¶Gl. ſeq. obiicit, & ſoluit.*

k ¶ *Debebit.*] de hoc quærebatur in gl. de quibus in prin. c. dixi. Et videbatur quòd ex quo iure concedente per alium ſoluere poterat debitum, ad quod ſubditis tenebatur: ſuum debitum recipere poſſet. arg. ſ. de elect. ſignificaſti. Sed prout dicebat decre. cum venerabilis. ſ. de cenſi. tunc demum epiſcopus procurationem habebit, cum acceſſerit, &c. ſi ergo non accedat, ſed mittat: nō habebit ipſe, ſed miſſus, vt hic vides 2. Non enim ferendus eſt qui lucrum amplectitur, &c. C. de cad. toll. l. vna. §. pro ſecundo. & ad quem ſpectat onus, &c. 12. q. 2. charitatem. & c. quicunque ſuffragio. & c. eccleſiaſticis. Ioan. And.

2 Nec debet eo q pl' expēdiſſet, ſi pſonaliter viſitaſſet, illd exceſſiuum exigere. ar. ff. man. ſi qs alicui. §. impēdia. ſecūdū Io. Mon. Ioan. And.

C*Vm epiſcopus.*] Ponit dictum, cuius rationem præmittit: Secunda, ibi, *Dubium*. Ioan. And.

Casvs. Epiſcopus Pictauen. vel eius officialis, vult ſedere pro tribunali, & cauſas examinare in alio loco quàm in ſua ciuitate: vtrum poſſit? Reſpondet quòd cum epiſcopus habeat ordinariam iuriſdictionem in tota ſua diœceſi, poteſt ſedere in quolibet loco ſuæ diœceſis pro tribunali: exceptis locis exemptis contra voluntatem exemptorum. Sed vtrum epiſcopus habeat capturam malefactorū in qualibet parte ſuę diœceſis? Reſpondet quòd ſic: nam ex quo habet iuriſdictionem in tota ſua diœceſi, videntur illi conceſſa illa ſine quibus, &c. Arguitur contra tex. de l. ancillę. C. de fur. vbi dicitur, quòd de caſu non dubitabili non eſt facienda lex. Sol. Iſte textus poſt iſtam conſtitutionem eſt de caſu indubitabili: ſed ante iſtam conſtitutionem erat dubium, an epiſcopus poſſet exercere ſuam iuriſdictionem in quolibet loco ſuæ diœceſis: & vtrum poſſet capere malefactores in quolibet loco. No. primo, quòd epiſcopus ſolus habet iuriſdictionem ordinariam generalem in tota ſua dięceſi: vnde territorium eſt ſolius epiſcopi & non archidiaconi, vel alterius inferioris pręlati. Et pdeſt iſtud: nam ſi quis extraneus commiſit delictum in archidiaconatu: archidiaconus non habet punitionem: quia territorium eſt ſolius epiſcopi, & non archidiaconi: Secus eſt ſi talis delinquens eſſet ſubditus archidiacono: quia tunc poſſet illum punire. Idem eſt dicendum in abbate: nam iſti tales non habent proprium territorium, vt dixi. Not. ſecundo, quòd epiſcopus poteſt ſedere pro tribunali in quacunque parte ſuæ diœceſis: & etiā mutato loco ſuorū maiorum: ſed tunc deberet illud notificare parti citatæ. Nota tertio, quòd epiſcopus habet captionem delinquentium: & illam captionem poteſt facere in qualibet parte ſuæ diœceſis. Nota vnum ſingulare ſecundum Dominicum, φ locus exemptus, dicitur de diœceſi: & ſic patet, φ diſpoſitiones & mandata quę fiunt in diœceſibus, includunt loca exempta: dum tamen fiant per habentem iuriſdictionem in exempto. vide no. ſ. de reſcri. abbatem. & gl. ſuper verbo, primo anno. in cle. frequens. de exceſ. præl.

†Vide limitationē ad hoc c. traditā p Dec. in c. cum te. de of. del.

†Is tñ locus tutus & ſecur' eſſe dz omnib. qui debēt in iudicio cōparere. Feli. in c. accedēs. 2 vt lit. ñ cōt. & in c. cum olim. in pr. de teſta.

## CAP. VII.

C*Vm* [l] †epiſcopus [m] in tota ſua [n] diœceſi iuriſdictionem ordinariam noſcatur habere [o]: Dubium non exiſtit, quin in quolibet loco [p] †ipſius diœceſis non exempto [q], per ſe, vel per alium [r] poſſit pro tribunali ſedere [s]: cauſas ad eccleſiaſticum forum ſpectātes [t] audire: perſonas eccleſiaſticas (cum earum exceſſus exegerint [u]) capere [x], ac carceri [y] deputare: necnō & cætera, quę ad ipſius ſpectant officium [z] libere [a] exercere.

*¶Gloſſa prima ſummat.*

l ¶ *Cum epiſcopus.*] In quolibet loco diœceſis non exempto, per ſe & per alium poteſt epiſcopus pro tribunali ſedere, & libere exequi quæ ad ipſius ſpectant officium.

*¶Gl. ſeq. dat duo ſimilia.*

m ¶ *Epiſcopus.*] idem eſt in legato circa ſuam legationem. ſ. in ant. de offic. leg. nouit. idem in archiepiſcopo circa ſuam propriam dięceſim. ſ. e. vt litigantes. ſed non quo ad prouinciam, vt ibi, & ſ. eo. c. 1. & 9. q. 2. c. 1. 2. & 3.

n ¶ *In tota ſua.*] ita quòd nullus alius in tota ſua diœceſi ſub eo iuriſdictionem habeat: in parte autem bene, quod dic vt not. 25. diſt. perlectis. & facit quod no. Hoſt. de offic. archipreſbyt. cap. vlt.

o ¶ *Habere.*] ita quòd intentio ſua fundata eſt de iure communi: ita quòd qui ſe dicit exemptum, habet hoc oſtendere. 100. diſt. contra morem. quod dic vt j. de priuil. cum perſonæ.

Eps quo ad iuriſdōnem epalem hēt intētionem fundatā de iure cōi.

p ¶*Loco.*] honeſto tamen, maxime cum tractat cauſas ſpirituales. ſ. de app. qua fronte.

p ¶ *Non exempto.*] ad cognoſcendum locum exemptum, vide j. de priuileg. ſi Papa. & bene dicit, non exempto: quia in loco exempto cathedram collocare non poteſt, vt iudicia exerceat: vt expreſſe probatur 18. q. 2. luminoſo.

Additio. De celebratione diuinorum, & benedictione populi: dic vt in cle. archiepiſcopo. de priuil. Ioan. And.

r ¶ *per alium.*] quod enim poteſt per ſe, & per alium. j. de reg. iu. poteſt. dic vt ibi.

s ¶ *Sedere.*] quod requiritur in cognitione & deciſione cauſarum. 3. q. 3. §. ſpatium. j. de re iud. c. vlt. Ioan. And.

t ¶ *Spectantes.*] vt ſ. de verb. ſig. ſuper quibuſdam. in fi. de foro comp. c. cum ſit. vbi de hoc.

v ¶*Exegerint.*] aliàs non debet eos detinere, ſi de parendo iuri dederint fideiuſſoriam cautionē. j. de ſent. exc. ſi clericos. in fi.

x ¶ *Capere.*] ideſt, capi facere: quia manus iniicere in aliquem non debet epiſcopus. 86. diſt. non liceat. C. de epiſ. & cle. auth. ſed neque. & de ipſius mandato capientes excommunicati non ſunt. ſupra de ſent. excom. vt famæ. & j. eo. lib. & eo. tit. ſi clericos. Ioan. And.

y ¶ *Carceri.*] qui licet inſtitutus fuerit ad eorum cuſtodiam, interdum eſt pœna. j. de pœn. quamuis. & ſupra de verb. ſign. nouimus. in fi.

Carcer eſt inſtitut' ad cuſtodiā, aliqñ ad pœnā

z ¶ *Officium:*] ordines celebrare, virgines & eccleſias conſecrare, & his ſimilia.

Additio. Arch. alle. 68. diſt. quamuis. quamplura ad officium ordinarij ſpectantia colligit breuiter Gul. in Spe. eo. tit. §. officium. Ioan. And.

a ¶ *Libere.*] ac ſi eſſet in propria eccleſia, vel palatio iuridico.

Addit

Additio. Archid. exponit, id eſt, abſque alicuius contradictione. Ioan. And.

Quamuis.]ſunt tres partes. Prima ponit in genere ius antiquum, & pro conſtitutione cauſæ ponit tranſgreſſionem ipſius. Secunda dat formam ceſſationibus ante factum, ibi, *nos.* Tertia ceſſationes aliter factas, iubet non ſeruari, ibi, *parte inſuper.* Domin.

Casus. Dictum fuit in c. ſi canonici. ſ. e. tit. quam ſolemnitatem debent obſeruare clerici in ceſſatione à diuinis indicenda propter iniuriam ſibi, vel eccleſiæ illatam. Sed ponamus quòd aliqui canonici ſunt abſentes, & ſunt in loco propinquo, in quo eſſent vocandi in electione facienda, nunquid etiam ſunt vocandi in facienda ceſſatiõe à diuinis? Reſpon. quòd ſic. Et iſte eſt vnus caſus, in quo canonici abſentes ſunt vocandi pro negotiis capitularibus: licet regulariter ſoli præſentes ſunt vocandi. Alius caſus eſt in negotio electionis. Alij caſus ponuntur in c. præſentium. j. de teſtib. ſed quid ſi abſentes legitime fuerint vocati, comparuerunt, & deliberauerunt, quòd offenſa erat ſufficiens ad inducẽdum ceſſationem à diuinis. Quæritur quid debent canonici facere ante ceſſationem? Reſpond. quòd cauſam ceſſationis debẽt in ſcriptis mittere illi iniurianti, & illum requirere, vt ſatisfaciat pro iniuria cõmiſſa. Si autem non velit ſatisfacere, poterunt ceſſare à diuinis. Sed tunc ipſi ceſſantes & delinquendes debent mittere ad Apoſtolicam ſedem. Not. caſum, in quo recipiuntur teſtes lite non conteſtata, & in abſentia partis. Nota primo arg. differentiam eſſe inter capitulum, conuentum, & collegium. de quo vide ſ. de reſcr. c. capitulum ſanctæ Crucis. Nota ſecundo, quòd paria ſunt non habere rem, vel per eum ſtare, quo minus illam habeat. ſ. e. lib. de elect. commiſſa. in prin. Nota tertio, quòd Papa referens ſe ad collegium Cardinalium, appellat eos fratres & non filios. de quo ſ. e. lib. de of. leg. c. j. §. quod in fratribus. vbi gl. Dominic.

¶ Idem.

*¶ Canonici qui à diuinis ceſſare poſſunt, cum ceſſare voluerint, vocabunt abſentes, ſicut ſi immineret electio facienda, cum quibus de ceſſatione deliberabunt: & ſi deliberant ceſſare, requirent prius eum, contra quem ceſſant, vt irrogatam offenſam emendet: quod ſi fecerit, non ceſſabunt: alioquin ceſſare poterunt, ita quòd à ceſſatione infra menſem vtraque pars, & ceſſans, & contra quem ceſſatur, iter arripiat eundi ad Papam, vel per ſe, vel per procuratores ſufficienter inſtructos, niſi interim interuenerit concordia inter ipſos. Et continuatis dietis quamcito poterunt ſe coram Papa præſentent, vt vtraque parte præſente, vel altera contumaciter abſente, Papa diffiniat negotium, & culpabiles puniat: et ſi pars ceſſans prædicta non ſeruet, ceſſatio non ſeruetur. I. An.*

## CAP. VIII.

Quamuis [a] †ſuper ceſſationibus à diuinis, quę à capitulis, conuentibus, ſiue collegiis ſecularium vel regularium eccleſiarũ multotiens ſine cauſa rationabili attentantur, manifeſta ſatis à felicis recordationis Innocentio† tertio [b], & Gregorio decimo [c], prædeceſſoribus noſtris manauerint inſtituta: Quia tamen poſt illa eſt plerunque compertum, ceſſationes eaſdem irrationabiliter [d] eſſe factas: Nos ad tam pernicioſum euitandum abuſum, eadem ſtatuta cum infraſcripta moderatione in ſuo volentes robore perdurare: de fratrum noſtrorum conſilio diſtrictius inhibemus, ne à ſeculari, vel regulari [e] capitulo, collegio, ſeu conuentu [f] eccleſiæ cuiuſcunque, ceſſationes [g] ipſæ, niſi vocatis omnibus (prout ſunt pro electionis negotio euocandi [h]) & deliberatione [i] habita diligenti, ac epiſcopo, aliove quocunque clerico ſiue laico (cuiuſcunque dignitatis, præeminentiæ, conditionis, aut ſtatus exiſtat) propter cuius iniuriam vel offenſam eadem videtur ceſſatio facienda, poſt prædictas vocationem, & deliberationem de ceſſando habitam requiſito, quòd irrogatam iniuriam vel offenſam emendet, aliquatenus attententur: neque tunc etiam, ſi emendam inde habuerint: vel per eos ſteterit [k], quominus habeant competentem.

¶ Si autem præmiſſis ſeruatis capitulum, collegium, vel conuentus alicuius eccleſię ad ceſſationem eandem duxerint procedendum: extunc [l] infra vnius menſis [m] ſpatium pars vtraque: videlicet ij qui ceſſant, & illi etiam propter quorum factum à diuinis ceſſatur (niſi ſuperueniente concordia inter eos ceſſatio illa ceſſet) iter [n] arripiant† per ſe, vel per procuratores idoneos, cum munimentis & actis ad negotium ipſum ſpectantibus, ad ſedem Apoſtolicam veniendi: & continuatis [o] dietis quamcito commode poterint,

¶ *Prima gl. ſummat.*

a ¶ *Quamuis.*] Canonici qui à diuinis ceſſare poſſunt, cum ceſſare voluerint, vocabunt abſentes, ſicut ſi immineret electio facienda, cum quibus de ceſſatione deliberabunt: & ſi deliberant ceſſare, requirent prius eum, contra quem ceſſant, vt irrogatam offenſam emendet: quod ſi fecerit, non ceſſabunt: alioquin ceſſare poterunt, ita quòd à ceſſatione infra menſem vtraque pars, & ceſſans, & contra quem ceſſatur, iter arripiat eundi ad Papam, vel per ſe, vel per procuratores ſufficienter inſtructos, niſi interim interuenerit concordia inter ipſos. Et cõtinuatis dietis quãcito poterunt ſe coram Papa præſentent, vt vtraque parte præſente, vel altera contumaciter abſente, Papa diffiniat negotium, & culpabiles puniat: & ſi pars ceſſans prædicta non ſeruet, ceſſatio non ſeruetur. Ioan. And.

b ¶ *Innocentio tertio.*] ſupra eod. irrefragabili. §. cæterum.

c ¶ *Gregorio decimo.*] ſupra eod. tit. & lib. ſi canonici.

d ¶ *Irrationabiliter.*] id eſt, ſine rationabili & manifeſta cauſa, & illorum iurium forma non ſeruata.

e ¶ *Regulari.*] Reprobata eſt igitur opin. dom. Gul. Durand. qui not. ſ. e. canonici. quòd decr. illa non habebat locum in regularibus, ſed ſolum in ſecularibus: quia dicebat, canonici, vt ibi dixi.

f ¶ *Conuentu.*] intelligas quòd ſibi vendicet ius ceſſandi ex conſuetudine, vel alio iure: vt ſupra eod. ſi canonici. in princ.

g ¶ *Ceſſationes ipſæ.*] aliquatenus attententur: quod eſt infra.

¶ *Gl. ſeq. ponit opin. quam partim reprobat: dubium ſoluit, arguit, & remittit.*

h ¶ *Euocandi.*] ſcilicet de prouincia. ſupra de elect. coram. vbi de hoc. & 7. quęſtio. 1. factus eſt Cornelius. In his autem vocationibus, de quam remoto loco fiant, ſtatur conſuetudini: vt in antiq. de elect. capit. cum inter vniuerſas. & cap. bonæ. 2. ſed an vocentur vel non, non ſtatur conſuetudini ſecundùm quoſdam: quod non eſt verum per decretalem, infra de præbend. cum in eccleſiis. vnde credo, quòd ſi in iſta eccleſia eſſet conſuetudo abſentes non vocari ad electionem, nec ad hanc ceſſationem vocari debebunt per hanc litteram, quæ dicit, prout ſunt, &c. Et not. ex hac littera, quòd in aliis tractatibus eccleſiarum quàm electionibus, non debent vocari abſentes [1]: aliàs quare dixiſſet, prout ſunt pro electionis, &c. facit ad ea quæ not. 10. quæſtio. 2. hoc ius porrectum. & infra de teſtibus. capit. præſentium.

i ¶ *Deliberatione.*] Nota caſum in quo præcedere debet tractatus: ſic & in alienatione perpetua rerum immobilium eccleſiæ. j. de reb. ec. non al. dudum.

k ¶ *Steterit.*] ſim. ſ. eod. lib. de elect. commiſſa. §. annus. & j. de præb. licet.

l ¶ *Extunc.*] ideſt, poſt ceſſationem.

m ¶ *Menſis.*] quot dies computentur in menſe, dic vt dixi ſ. e. lib. de elect. quàm ſit.

¶ *Gloſ. ſequens ponit couuenientiam & differentiam ad cap. cupientes.*

n ¶ *Iter arripiant.*] durat ergo dilatio ad iter arripiendum: & poſtea tempus arbitrarium ad ſe præſentandum. ſic ſupra eodem libro, de electio. cupientes. Sed vnum nota, quia in decretal. cupientes. ſiue arripuerit iter infra menſem, ſiue non, debet poſtea ire: & poſt tempus arbitrarium expectatur per viginti dies. Sed hic ex quo non arripuit iter infra menſem, habent locum pœnæ debitæ [2]: nec poſt arbitrarium tempus expectatur.

¶ *Gl. ſeq. ſoluit dubium & remittit.*

o ¶ *Continuatis.*] Non credo quòd propter hoc compellatur omni die proficiſci, & nunquam quieſcere [3]. Quis enim impius iudex arbitretur, quòd per quadraginta dietas deberet venire non quieſcendo? & hoc probatur dum dicit, quamcito poterunt. Et illud dicimur poſſe, quod poſſumus de iure & commode. 22. quæſtio. 2. faciat. ff. de verbor. ſignificat. nepos Proculo. & de hoc dixi ſupra de electio. cupientes. in prima particula. ſuper ver. commode.

† De mãria ceſſatiõis à diuinis vide Panor. & alios in c. dilectis. ext. de ap. Cald. tracta. de eccl. interdict. & Gõdiſſaluũ tract. de irregularit. c. de interdicto.

† Id cauit Innocẽt. iij. in cõcil. gñali Lateran. c. 7

† al. arripiat

1 Idẽ do. no. ex gl. q vbi cõſuetudo diſponit in altero duorũ caſuũ ęq paratorum, extenditur ad reliquũ. & p iſto dicto eſt text. hic, ibi: put ſũt, &c. Fõ.

2 Et nihilominꝰ ire tenetur, ſecũdũ Arc. all. ſ. de dol. & cõt. cũ dilecti. & qđ no. Hoſtiẽ. j. de ſent. exc. cũ medicinalis q̃tũ ergo ad deuolutionẽ partiũ, ñ nocet ſi nõ fuerint tpa obſeruata. Ioan. And.

3 Dr̃ enĩ aliqd cõtinuũ et ſi ſit interuallũ ibi d cõſ. diſt. 5. ſint tibi. alle. Arc. qđ d aqua quotidiana d lex in l. 1. §. 2. & 3. ff. de aqua quo. & not. de cau. poſ. cũ eccleſia. in gloſſ. ex hoc. Io. An.

a ¶ *Partibus.*]quarum aſſertione panduntur merita cauſarum. ſupra de in integ.reſt.tum ex litteris.
b¶*Pœna docente.*]38.diſt.qui ea.de of.leg.niſi ſpecialis.in ant.
c¶*Et manifeſta.*]ſupra eod.irrefragabili,
d¶*In ceſſando.*]ſcilicet vt vocentur abſentes, deliberent, & requirant priuſquam fiat ceſſatio.
¶*Seq. gl. colligit x. quæ præcedunt ceſſationem, & tria quæ ſequuntur.*
e ¶ *Mittendo.*] ſcilicet, iter arripiendo infra menſem, &dictas, prout congrue poterat continuando. Nota igitur in ſumma ad hoc quod fiat ceſſatio, neceſſe eſt hęc interuenire, Primò, quòd qui ceſſant, hoc habeat de conſuetudine, vel alio iure vt ceſſare poſſint. Secundo, ꝙ vocentur abſentes ad tractandum de ceſſatione, Tertio, quòd tractẽt. Quarto, quòd de ceſſando deliberẽt. Quinto, quòd ſit manifeſta offenſa propter quam ceſſant. Sexto, quòd ſit rationabilis. Septimo, quòd ante ceſſationem in ſtrumento publico, vel patentib. litteris authentico ſigillo munitis, cauſam ceſſationis exprimant, Octauo illud inſtrumẽtum, vel litteras tradãt ei cõtra quẽ ceſſant. Nono, quòd requirant illum qui emendet competenter iniuriam vel offenſam propter quã

† al. ſupradicta.

ſe Apoſtolico conſpectui repræſentent: vt partibus [a] præſentibus, aut vna præſente, altera non veniente vel mittente, examinato negotio apud ſedẽ eandem: pars quæ culpabilis inuenta fuerit in præmiſſis, præter alias pœnas à dictis canonibus inſtitutas, ſi Romano Pontifici videbitur expedire, pœna docente [b] cognoſcat quantum exceſſerit, quæ ceſſationi factæ rationabiliter cauſam dedit: vel quę ſine rationabili, & manifeſta [c] cauſa ceſſauit. Parte inſuper à diuinis ceſſante, ſupraſcripta † tam in ceſſando [d], quàm in veniendo ſiue mittendo [e] ad ſedem Apoſtolicam non ſeruante, non ſeruetur ceſſatio: ſed ea non obſtante (vt prius) in ipſa eccleſia celebretur.

¶ Idem.

¶*Primo ponit conſtitutionem de bonis dignitatum, vel eccleſiarum vacantium, non occupandis per eos, ad quos collatio, præſentatio vel cuſtodia pertinet, niſi de ſpeciali iure id eis competat, & contra facientibus pœnam imponit. Secundo oſtendit de quibus bonis intelligatur, cum de ſpeciali iure id alicui competit. Tertiò decret. quia ſæpe. ſupra eod. lib. de elect. dicit non eſſe correctam. Ioan. And.*

ceſſare volunt: quod ſi non fecerit 1, tunc locum habet ceſſatio. Poſt ceſſationem pars vtraque debet arripere iter ad ſedem Apoſtolicam infra menſem per ſe vel per procuratores ſufficienter inſtructos: extunc continuatis diebus, habet tempus arbitrarium, quo commodè poſſit ire. Omnibus his non ſeruatis, non ſeruetur ceſſatio: & habeant locum pœnę. ſ. e. ti. ſi canonici. & præter illas, arbitraria ſummi Pontificis, vt hic.

1 Ecce decimũ Io, An,

PRæſenti.2] Partes patent: Prima ſic diuiditur in prohibitionem, exceptionem, & pœnam, Secunda, ibi, *Niſi*. Tertia, ibi, *Alioquin*. Ioan. And.

2 Principiũ iſtius c. ꝓcedit ẽt ſi iſti ſucceſſores poſsẽt reuocari ad clauſtrum: quia nihilomin⁹ debent hẽre fructus ꝓceptos tꝑe vacatiõis quos cũ eꝑi nec abbates eis detinere pñt, multominus alij habẽtes ius in eccleſia. Phil. Fon.

Casvs. Aliquis obtinet beneficium in eccleſia, plura bona ex fructibus prouenientia ſui beneficij reſeruauit, & ipſe dimiſit ea bona: certum eſt quòd iure communi ſui conſanguinei non ſuccedunt ab inteſtato, nec etiam poteſt ipſe teſtari de huiuſmodi bonis. Sed vtrum fiſcus vel epiſcopus erit eius hæres? Reſp. quòd non: ſed in iſto caſu fiſcus erit ſua eccleſia, ideo illa bona debent cuſtodiri & reſeruari futuro ſucceſſori in illa eccleſia. Idem eſt in canonicis eccleſiarum cathedralium & collegiatarum: & iſtud verum, niſi aliud habeat conſuetudo. Not. primo, quòd appellatione rectorum comprehenduntur etiam habentes dignitatem, vel perſonatum, ſiue prioratum. Not. ſecundo, quòd conſuetudo poteſt diſponere quòd fructus obuenientes tempore vacationis beneficij, applicentur alteri vſui, quàm eccleſiæ: de quo in extrauag. Ioan. xxij, ſuſcepti. Dom.

¶*Gl. prima diuidendo ſummat.*

f ¶ *Præſenti.*] Primo ponit conſtitutionem de bonis dignitatum, vel eccleſiarum vacantium, non occupandis per eos, ad quos collatio, præſentatio vel cuſtodia pertinet, niſi de ſpeciali iure id eis competat, & contra facientibus pœnam imponit. Secundo oſtendit de quib. bonis intelligatur, cum de ſpeciali iure id alicui competit. Tertio decr. quia ſæpe. ſ. eo, lib, de elec. dicit non eſſe correctam. Ioan. And.
g ¶ *Superiores.*] archiepiſcopi, vel patriarchæ,
Additio. Dicit hic Arch. quòd inter archiepiſcopum & metropolitanum eſt differentia. alleg. 21. diſtin. c. j, poſt prin. & in auth. de priuileg. archiepiſcopi. coll. 9. in princ. ibi, non ſolum metropolitanus, ſed etiam archieps. Si autem habetur illa rubrica poſt tit. de ſan. epi. quæ non legitur, nec gloſſatur. Io. An,
h ¶*Eccleſiaſticæ.*]in ſecularibus non poſſet habere locum pœna inferius poſita. Ioan. And.
i ¶ *Vacantibus,*] vacare etiam dicuntur ſi ſint manualia non de menſa, ſed habentia bona diſcreta: & in his locum habet hæc cõſtitutio, vt in cle. de ſup. ne. pręl. quia regulares. quę determinat quod hic Archid. prolixe not.

Vacare dñr beneficia licet ſint manualia.

## CAP. IX.

PRæſenti [f] prohibemus edicto, ne epiſcopi, vel eorum ſuperiores [g], aut abbates; ſeu quiuis alij regulares, vel ſeculares prælati, aut eccleſiaſticæ [h] quæcunque perſonæ: vacantibus [i] dignitatibus, perſonatibus, prioratibus, vel eccleſiis quibuſcunque [k] ſibi ſubiectis, ſeu ad collationem [l], ordinationem, pręſentationem, vel cuſtodiam [m] pertinentibus eorũdem bona (morientibus eorum rectoribus, vel miniſtris) in ipſis inuenta, ſiue vacationis ipſorũ tempore obuenientia, quæ in vtilitatem eorundem expendi, vel futuris debent ſucceſſoribus fideliter reſeruari [n]: occupare, aut in vſus ſuos conuertere quoquo modo præſumant. Niſi de ſpeciali priuilegio [o], vel conſuetudine iam præſcripta legitime [p], ſeu alia cauſa [q] rationabili, hoc eiſdem competere dignoſcatur. Alioquin epiſcopi & eorum ſuperiores ab ingreſſu eccleſiæ [r]: cæteri [s] vero ab officio [t] & beneficio tandiu eoipſo nouerint ſe ſuſ-

k ¶ *Quibuſcunque.*] in hoc differt à dec. quia ſępe. ſ. e. lib. de ele. vt patet j. in fi.
l ¶ *Collationem.*]inter hæc & ſeq. magna eſt differentia. j. de pręb. cũ in illis.
m ¶*Cuſtodiam.*]ſ. e. li. de ele. gñali. & 63. di. ſi in plebibus. de inſti. cum veniſſent. de ap. bonæ. in ant.
¶*Seq. gl. primo dicit per quem ſeruentur, & remittit, ſecundo notat ad quæſtionem in qua diſtinguit cũ Hoſt. & Gar. inter clericum adminiſtratorem, & ſimpliciter beneficiatum.*
n ¶ *Reſeruari.*] per œconomũ ſi eſt in eccleſia, vel eum q cuſtodiã habet: qđ dic vt dixi ſ. de ele. quia ſæpe. [dic ꝙ ẽt in monaſterio vacãti dare poteſt eps, vt dicit hic Arc. per decret. cũ vos. ſ. e. & ꝑ ea q̃ no. Inn. & Hoſt. de ſta. mo. ea quę. §. ſi vero. verſ. quòd ſi abbas. & vide quod ibi dixi ſupér ver. ꝓuideatur.] Et not. ꝙ dicit, reſeruari: per hoc enim vř, ꝙ de illis non poſſint decedentes teſtari 3, de hoc no. Gar. de reb. ec. nõ al, hoc cõſultiſſimo. & diſtinguebat (prout diſtinxerat Hoſt. ſ. de pecu. cle. ſi quis ſane.) inter clericum habentem adminiſtrationem, & non habentem: nam clericus habens adminiſtrationem, quãdiu viuit & ſanus eſt, dare poteſt, moderate tamen. ſ. de don, cæterum. comparatur enim vſufructuario: quia eius ius morte finitur, ſicut vſufructuarij, vt in præd. decr. ſi qs ſane. & ſ. de don. conſultationibus. ſ. de pig. c. vlt. inſt. de vſuf. §. finitur. poteſt ergo dum viuit voluntatem ſuam facere, dummodo moderate donet. Cum incipit infirmari, cõparatur vſuario, & ita nihil habet niſi vſum tantum, eleemoſynam tamen facere poteſt. ſ. de teſta. ad hoc. teſtari non. e. ti. cum in officiis. cum ſi. Si vero ſit clericus non habens adminiſtrationem, ſed perſonaliter & ſimpliciter beneficiatus, & in morte cõparatur vſufructuario quantum ad faciendum fructus ſuos, & de ipſis poteſt teſtari; eccleſia tamen ſuccedit ei in iſtis, ſi decedat ab inteſtato, ſ. de teſta, relatum. probatur ſatis iſta diſt. ſ. de teſta, requiſiſti. §, illud. & conſuetudo generalis quaſi vbique eam approbat. Et quod dictum eſt de clerico ſimpliciter beneficiato, quòd facit fructus ſuos, intelligendum eſt de perceptis & reconditis; alij vero per iura alleg. ad eccleſiam pertinebunt.

3 Hic art. valde frequẽs eſt, & difficilis, de quo ꝓter docto. hic, viđ late doc. in c. cũ in officiis. ext. đ teſta. Panor. in repe. c. cũ eſſes. e. ti. Rot. deciſ. 87. in nouis. Barb. trac. de pſt. Card. par. 1. q. 3. & B. Th. 2. 2. q. 185. artic. 7.

o¶*Priuilegio.*]ſ. e, lib. de reſcr, ſi propter. j, de præb. ſi tibi conceſſo. & ſ. de ver, ſign, c, pen.
p¶*Legitime.*]xl. ann, ſpatio. ſ. de conſue. c. vlt.
Additio. Arch. remittit ad c, nullus. 2. q. 1. & 10. q. 3. quia cognouimus. 8. q. 2. ſeruiturum. & j, de præſcr. c. 1. & pro ſumma circa præſcriptionem remittit. 16. q. 3, in ſumma. Ioan. And,
q¶*Alia cauſa.*]puta onere impoſito in fundatione. 18. q. 2. Eleutherius. & c. ſeruitium. ſ. de iur. pat. præterea. vel ſtatuto, vt in præd. decr. quia ſæpe.
Additio. Quod dixi poſt Hoſt. vt ec, ben. c, vnic. ſuper ver, iuſta cauſa. quod hic ponit Arch. Ioan. And,
r ¶*Eccleſiæ.*]ad idem ſ. e, lib. de of. del. c, 2. & ſi ſic ſuſpenſus celebraret in eccleſia, irregularis eſſet, vt j. de ſent, exc. is cui, ſecus 4 ſi extra eccleſiam, vt ibi dicam,
s¶*Cæteri.*]inferiores epiſcopis.
t ¶ *Ab officio & beneficio.*]dic quibuſcunque, vt ſ. de elect. quia

4 Priusq̃ facile hoc dictũ gl. recipias, cõſule doct. tũ ĩ c. is cui. j. de ſen. tũ alibi.

ſæpe

ſæpe.non ſic in caſu ſ.e.lib.de ele.cupientes.§.cæterum. & c. ſi compromiſſarius.in fi. & eſt ratio,quia hic ab officio ſuſpenſus eſt,ibi non,vt dixi in prædicta decr.quia ſæpe.

a ¶ *Quouſque.*] facta ergo reſtitutione,non erit neceſſaria aliqua abſolutio 1, vt not.Io.81.diſt.ſi qui.& 16.q.7.ſi quis deinceps.& Ber.de mat.contract.cont.inter di.eccl.de muliere.

1 Immo vt̃ neceſſaria, vt ēt not.eſt in c.de muliere.ext.de mat. contr. cōtra inter. eccl. vide c. cũ deſideres.& cap.à nobis.2.extra d̃ ſen.ex.

Additio. vide quod not.in cle.j.de deci. in gloſ. ſic ſuſpenſi. Ioan.And.

b ¶ *Reſtitutionem.*]& ſic non ſufficit cautio. [idem Arc.]iam enim hic fuiſſet expreſſũ:ſic j̃. de vſur. c.2. ad hoc ſ.de deci.ad audientiam.ſi. ſ.de ver.ſig.ex parte.j̃.de ſent.exc.venerabilibus. §.ſane. & facit ſ.de re iudi. cum aliquibus.ff.de pign.act. non eſt.

c ¶ *Porro.*]ſumptum fuit hoc de eo quod not.Hoſt.ſ.de verb. ſign.c.pen.

d ¶ *Supradicta.*]ſc.dimiſſa tempore mortis, & obuenientia tempore vacationis.

e ¶ *Debitis.*] ad quæ remanet eccleſia obligata,& ſucceſſor, ſicut hæres filius ad paterna. vt ſ.de ſol. cap.1.ſic etiam dicit lex, quòd ſi mulier dedit bona ſua in dotem, dediſſe videtur quod ſupereſt deducto ære alieno.ff.de iur.dot. mulier. & bene debent prius ipſius eccleſiæ debita ſolui:quia agris eius ſitientibus alios irrigare non debet. C.de ſerui.præſes.

Additio. Et facit ad ea quæ ſcripſi poſt Hoſt.ſ.de arb.dilecti. in prin.& de ver.ſign.cum inter.ſuper 3.gl.Ioan.And.

f ¶ *Oneribus.*] fabricæ,hoſpitalitatis,receptionis legatorum, & nuntiorum ſedis Apoſtolicæ,& reliquis ſimilibus.21.q.1.c.1. & ſ.de præb.de monachis.de præſcr.accedentes.de cenſ.cum inſtantia.

g ¶ *Supereſſe.*] hodie dic vt in conſtitutione Ioan.xxij.incip. ſuſcepti regiminis.

h ¶ *Edidimus.*] ſupra eod.lib.de ele.quia ſæpe.

i ¶ *Singulares perſonas.*]ipſarum eccleſiarum:de quibus loquitur decr.quia ſæpe.

k ¶ *Vacantium.*] principali prælato,vt ibi dixi.

¶ *Gl.ſeq.quærit,& ſoluit.*

l ¶ *Derogari.*] ſed in quo poterat derogari?Sol.In eo quòd hic reſeruantur conſuetudines, ſtatuta, & priuilegia, ibi vero reprobãtur:& ex hoc forte crediſſet aliquis derogatum fuiſſe.

Additio. Et ideo tam varie, quia ibi læditur caput per membra: hic econuerſo,& capitis læſio grauior eſt.ſupra de accuſ. qualiter.ibi,ne concuſſis,&c. 2.q.7.ſicut.2.Ioan.Monach. Vel abſurdum eſt quòd filius in parentem, vel ſubditus in prælatum,vel ipſius res habeat poteſtatem, de maior.& obed.cum inferior.plus vrget ratio ibi not.in j.gl.Ioan.And.

DE MAIORITATE ET OBEDIENTIA.

Cōtinuatio dom.Heliç.

i ¶ *Veritatem.*] ff.eo.l.ſi actor.j.de iudic.c.1.

k ¶ *Accidat.*] puta quia vinculis detinetur,ſupra eo.cauſis.

l ¶ *Opportuna.*] pone procurator noñ habebat mandatum iurandi de calumnia, vnde oportuit venire dominum & iurare. infra de iu.cal.c.vlt.

¶ Idem.

¶ *Tria dicit : Primò , quòd procurator ad contrahendum matrimonium debet habere ſpeciale mandatum:Secundo, quòd talis procurator non ſubſtituit , niſi ad hoc mandatum habeat : Tertio , quòd ſi talis procurator reuocatus etiam ignoranter contrahit, non tenet matrimonium. Ioannes Andr.*

## CAP. IX.

PRocurator [m] † non aliter cenſetur idoneus [n] ad matrimonium [o] contrahendum, quàm ſi ad hoc mandatum ha-

†Vide Anc. cōſ.228.inc. A.duas filias habebat. & duob. conſ. ſeq.Ant.Bu. cōſ.64.inci. A.duas filias habuit. & conſ.ſeq. & Ale. cōſ.146 inc. in cā & lite. & cōſi. 149.inc.viſo pceſſu.lib.5

PRocurator.]Tria ſunt dicta:Secundum,ibi,*Et quamuis.*Tertium,ibi,*Sane.*Dominicus.

Casus. Titium feci & conſtitui meum procuratorem ad omnia negotia iudicialia & extraiudicialia : & ponamus , vt ſit maior dubitatio , quòd Titium meum procuratorem conſtitui ad omnia negotia iudicialia & extraiudicialia , cum poteſtate faciendi omnia & ſingula , quæ facerem & facere poſſem,ſi perſonaliter intereſſem ; quid fecit iſte Titius procurator meus?Contraxit matrimonium pro me cum Berta, &forte per verba de præſenti : an ſit matrimonium inter me & Bertam? Reſpondet quòd non : quia ad hoc non habebat mandatum ſpeciale, & iſta ſpecialitas attenditur etiā circa perſonā , cum qua eſt contrahendum : aliter non eſt mādatum ſufficiens ad contrahendum matrimonium,puta ſi dicam : conſtituo talem procuratorem meum ad contrahendum matrimonium nomine meo cum tali Berta: tunc eſt matrimonium inter nos.Sed ponamus quòd conſtitui procuratorem meum ad contrahendum matrimonium cum tali Berta:procurator meus fuit impeditus , & alium ſubſtituit:iſte ſubſtitutus protulit verba apta ad contrahendum matrimonium cum Berta : quia dixit nomine procuratorio meo talis, accipio te in vxorem : & econtra Berta dixit, accipio te in virum , vt procuratorem talis:an ſit matrimonium ? Certe non: nam procurator conſtitutus ad matrimonium contrahendum non poteſt ſubſtituere , cum agatur de maximo præiudicio. Sed ponamus quòd conſtitui Titium procuratorem meum ad contrahendum matrimonium cum tali Berta:reuocaui procuratorium,ſed non notificaui procuratori,nec Bertæ:ille procurator contraxit matrimonium cum Berta nomine meo, an teneat matrimonium? Reſpondet quòd non:licet dicamus regulariter, quòd reuocans procuratorem, debet notificare procuratori ſi fuerit procurator ad negotia:Vel debet notificare iudici & parti aduerſæ, ſi ſit procurator ad iudicia : fallit tamen in cauſa matrimonij : quia quamuis reuocatio notificata non fuerit procuratori:tamen non valet quod procurator egit,nec eſt matrimonium propter defectum conſenſus,qui requiritur in matrimonio. Nota primo caſum in quo requiritur ſpeciale mandatum:alios vide per gl.ſ.e.ti.& lib.qui ad agendum. Nota ſecundo,ibi §.&quamuis.quòd procurator datus ad matrimonium contrahendum,dicitur datus ad negotia.Dominic.

¶*Prima gl.diuidit,& ſummat.*

m ¶ *Procurator.*] Tria dicit : primo, quòd procurator ad contrahendum matrimonium debet habere ſpeciale mandatum: Secundo, ꝙ talis procurator non ſubſtituit , niſi ad hoc mandatum habeat : Tertio , quòd ſi talis procurator reuocatus etiam ignoranter contrahit, non tenet matrimonium.

¶*Gl.ſeq.oſtendit de iure veteri,&c.ſignat contrarium,& ſoluit.*

n ¶*Idoneus.*] an per procuratorē poſſit cōtrahi matrimonium? de hoc non dubitatur per canonem. 32.q.2. honorantur. ſ. de conuerſ.coniu.ex parte.2.& qui cle.vel vo.c.veniens. ad idem de mat. contract.c. 2.ff.de ſpon.ſufficit.& l.vlt.& ff.de rit.nup. l.mulierem.omnes enim contractus qui conſenſu contrahuntur, inter abſentes contrahuntur. ff.de contrah.empt.l.1.§.eſt autem. Sed contra.ſ.de ſpon.duo.c.1.ibi,corde tamen & ore, &c.Sed dic quòd ſatis dicitur ore conſentire, qui per procuratorem 2 conſentit.j.de reg.iur.qui per alium.Sed an procurator ille debeat ad hoc habere ſpeciale mandatum , dubitatur : Dicebamus autem quòd ſic, ſicut & in aliis caſibus quos no.ſ.eod.lib.& ti.qui ad agendum.§.vlt. & ad hoc facit ſupra de deſpon.impu.c.1.& Inſt.de nup.§.1.& expreſſum erat ff.de rit.nup.l.generali. & l.mulierem.

2 Qui eſt in hoc quaſi pica, miniſter & organum dñi. ad hoc ff.đ cōſt.pe. l.& licet. de acq.poſ. qđ meo. §.pcurator.& no. C. ſi qs alt. vel ſi. l.multū.in gl.pe.

Additio. Vnde dixit Phili.ſupra de reſt.in integr.coram.per ius aliquod non probari , quòd in matrimonio contrahendo per procuratorem interuenire debeat ſpeciale mandatum. Ioan.And.

¶ *Gl.ſeq.ponit dictum,cui ſignat contrarium,& remittit.*

o ¶ *Matrimonium contrahendum,*] nec ad cauſam matrimonialem agendam:vt dixi ſ.eo.tit.& lib.qui ad agendum. §.vlt.ſecundum Vincen.Sed ad hoc contra.ſupra eo.tit.accedens.ſed ſol.vt ibi no.Ber.in fi.vlt.gl.

¶*Gl.ſeq.quærit,arg.pro.ſoluit contrarium:Iterum quærit arg.negatiue.contrarium ſoluit.*

a ¶*Speciale.*] ſed nunquid ſi habet generale cum quibuſdam expreſſis,clauſula ſubſecuta,vt ſ.eo.lib.& ti.qui ad agendum. contrahere poterit? videtur quòd ſic per illud c. Sed contrarium credo, vt ibi dixi. Dico enim, quod illa clauſula generalis, quæ ſequitur, ſpecialia expreſſa ſimilia includit, ſed nō longe maiora 1: vt eſt in caſu noſtro, † notabiliter enim tali concedi debet:& hoc voluit hæc littera.Ad hoc 12.di.nos conſuetudinem. ſupra in ant.de reſcri, ſedes. C.de diuer.reſcri.l.1.ff.de vi.tri.& oleo leg.l.vl.in fi, & ad hoc facit finis huius c. maxime cum requiratur ſpeciale mandatum:& de expreſſa perſona 2, vt ſtatim dicam: & ſic dubitatio procedit. Sed quid dices:nunquid ſufficit ſpeciale mandatū ad contrahendum, vel requiritur ſpeciale de certa perſona & expreſſa?& videtur quòd non requiratur expreſſa perſona 3. arg.ſupra eo.ti.& lib.c.1.2.reſp. Sed dic contra per l.ff.de ritu nup.l. generali.ad hoc ſupra de arb.innotuit.cum ſuis concordan.& quæ not.29.q.1.in ſumma.

1 Vt in cle.ſ. pt.e.ti.I.A. † Et ideo nō deciditur iuro p iudicē delato. Bal.in l.admonēdi.Fō.

2 Idē Pet. de Anc.Phil.& Dom.Font.

3 Idem Pet. de Anch.

buerit ſpeciale [a]. Et quamuis aliàs is,qui cōſtituitur ad negotia procurator, alium dare poſſit [b]: in hoc tamē caſu (propter magnum, quod ex facto tam arduo † poſſet periculum imminere) non poterit deputare [c] alium, niſi hoc eidem ſpecialiter ſit commiſſum [d]. ¶Sane [e] ſi procurator antequam contraxerit [f], à domino fuerit reuocatus [g]: contractum poſtmodum matrimonium ab eodem (licet tam ipſe, quàm ea, cum qua contraxit, reuocationem huiuſmodi penitus ignorarent [h]) nullius momenti exiſtit [i]: cum illius conſenſus defecerit, ſine quo firmitatem habere nequiuit [k].

Additio. Idem Dom.Phil.hic Bar.in l.ſi.ff.de donat.ad quod facit gl.30.q.5.c.nec illud.quam vide. Font.

b ¶*Poſſit.*] libere & quandocunque.ſ.eo.ti.& lib.c.1.§.procurator.& ff.man.ſi procuratorem.

c ¶*Deputare.*] & ſic fallit illa regula. ad idem ff.de ri.nup.generali.in princ.

d ¶*Commiſſum.*] concor.ſ.eo.ti.& lib.c.1.2.reſp.ſ.de of.dele.is cui.& c.vlt.§.vices quoque.

e ¶*Sane.*] hoc quod dicitur hic notabat Io.63.diſt.tibi domino.& 30.q.5.nec illud.

Additio. De hoc ff.de ſpon.ſufficit.per Inn.de ſpon.ſub rub. quæ glo.communiter habetur in c.Iudæis.per Hoſt.in ſum.de ſpon.§.qualiter contrahatur.ver.quòd ſi pœniteat.Ioan.And.

¶*Gl.ſeq.ponit differentiam carnalis ad ſpiritale.*

Mſimoniū p quid cōtrahitur.

f ¶*Contraxerit*] matrimonium dicitur contrahi per mutuum conſenſum:& eſt verum in hoc caſu:ſecus in matrimonio ſpiritali:quia ex quo clerici elegerunt,licet adhuc non ſit per mutuum electi conſenſum matrimonium ſpiritale contractum, tamen pœnitere non poterunt. ſupra in antiq.de elect.publicato.& c.cum inter canonicos. & facit ad hoc de tranſla,inter corporalia.

Procurator reuocari pt, lʒ dñs iurauerit nō reuocare.

g ¶*Reuocatus.*] vel vetitus ne contraheret. Quid ſi iurauerat dominus non reuocare vel pœnitere? Idem,licet periurus ſit: & de eo debeat ſibi pœnitentia imponi.de ſpon.ſicut.& c.inter.in fine.defuit enim conſenſus:& ſic idem iuris cum eadem ſit ratio.

Additio. Firmitas ergo contractus nec per iuramentum,nec per pœnæ promiſſionem poteſt haberi:ſed ſæpius conſului, quòd poſt contractum procuratoris fiat ratificatio conſtituentis.Ioan.And.

h ¶*Ignorarent.*] ſpeciale in hoc caſu, cum aliàs reuocatio procuratoris ad negotia ad ipſum procuratorem venire debeat: de quo dic vt ſ.in ant.de reſcr.ex parte decani 4. De reuocatione procuratoris ad iudicia dixi ſ.eo.ti.& lib.c.2.

4 Ibi videas Feli. de iſta mãia. Font.

¶*Gl.ſeq.ſignat contrarium.*

i ¶*Exiſtit.*] arg.contra ff.de diuor.l.ſi pœnituit. Reuocatum eſt ergo mandatum, licet mandatarius hoc ignoret, quamquam agat, ne ſine culpa ſua damno afficiatur. ff.man. ſi vero non remunerandi,& l.ſi mandaſſem.

Additio. Lex ſi pœnituit:in princ.huius gloſ.allegata dicit, quòd ſi pœnituit me miſiſſe diuortium, tamen nuntius ignorans pœnitentiam meam, libellum dedit, durat matrimonium,in hoc pro,niſi is qui recipit,pœnitentia cognita,diuertere velit:in hoc contra.Sol.in contrahendo requiritur vtriuſque conſenſus: quod non eſt in diuertendo. C.de repud.conſenſus,Ioan.And.

k ¶*Nequiuit.*] 27.q.2.c.1.& 2.per totum.de ſpon.cum locum. & c.tua. & de deſp.impub.c.1. Et eſt ratio quare furioſus non contrahit: quia non poteſt conſentire. 32.q.7,neque furioſus, & 27.q.2.ſufficiat.& ſ.de ſpon.dilectus.

DE HIS, QVAE VI METVSVE cauſa fiunt.

¶*Viſum eſt ſ. de his, quæ geruntur ſpontanea voluntate agētium: & ſic valent & tenēt irretractabiliter:vt dicit Iuriſconſultus.l.1. ff.de pact. nihil enim eſt quod magis humanæ naturæ congruit, quam pacta ſeruari quando ſponte fiunt: Verum quia aliquando accidit, quòd talia fiunt per metum, & dubitari poſſet vtrū talia teneant irretractabiliter vel non: ideo poſt rubricas præcedentes ponit rubricam de his,quæ vi metuſve cauſa fiunt.*

Cōtinuatio dom.Heliç.

## TITVLVS XX.

### De his,quæ vi metuſve cauſa fiunt.

¶ Gregorius decimus in concilio generali Lugdunenſi.

¶*Excommunicationis,ſuſpenſionis,vel interdicti abſolutio, vel reuocatio per vim extorta non tenet:& extorquens excommunicatus eſt ipſo iure.Ioan.And.*

CAPIT. vnicum.

ABSOLVTIONIS beneficium...

A *Bſolutionis beneficium.*] Duę sūt partes: Secunda,ibi,*Ne autem.*

¶Abſolutio vel relaxatio ab excommunicatione, interdicto,vel ſuſpenſione per metum extorta, eſt nulla ipſo iure:& extorquens abſolutionem vel relaxationem, incidit in aliam ſententiam excommunicationis: & ſic eſt duabus ſententiis ligatus, licet prius non eſſet ligatus niſi vna ſententia:& ſic habet verum illud vulgare,ſępe iactorem ferit ſua ſagitta.

¶ Pro intellectu huius c. præſupponendum eſt, quòd illa quæ fiunt per metum iuſtum, qui poteſt cadere in conſtantem virum,tenent de mero iure:quia in eis interuenit conſenſus, licet coactus,modo coacta voluntas eſt voluntas: veruntamen probato iuſto metu, ille actus reſcindetur propoſita actione quod metus cauſa, quæ accipit denominationem à capite edicti.l.1.ff.e.nam dicit prætor:quod metus cauſa geſtum erit,ratum non habebo.Fallit in caſu noſtri cap.

Casvs. Meus competens iudex ordinarius vel delegatus(non refert) me excommunicauit iuſte vel iniuſte, vt ſit maior dubitatio.Iuſte,quia exigente contumacia & præcedente canonica monitione me excommunicauit: Iniuſte, quia non ſeruauit debitum ordinem in excommunicatione:hoc facto aliqua die ego inueni excommunicantem ſolum in loco in quo poteram ſibi inferre violentiam, & poſito gladio ad guttur, minabar eum occidere, niſi me abſolueret,vel relaxaret ab excommunicatione:Iſte iudex ſola vita contentus,videns meam deliberationem, fecit illud quod volui:quia me abſoluit à ſententia excommunicationis iuſte, vel relaxauit me ab excommunicatione iniuſta: quæritur vtrum ſim abſolutus vel relaxatus? Reſpondet quòd non: immo remaneo in priſtina excommunicatione, & nouam excommunicationem incurro, & ſum excommunicatus duplici excommunicatione. Si iſte caſus non eſſet caſus ſpecialis, abſolutio de mero iure teneret:ſed iudex poſſet agere contra me,vt ipſa abſolutio reſcinderetur, & poneret in priſtinam excommunicationem. Idem eſt dicendum de ſententia interdicti vel ſuſpenſionis. Nota primo ex cap. iſto caſum, in quo geſta per metum ſunt nulla ipſo iure:quod eſt contra communem regulam, quæ habetur in cap,abbas.ſupra eo.in antiq.nam ſi compellas me per metum, vt vendam tibi librum, tu es dominus libri, nec librum à te poſſum vendicare, niſi talis venditio reſcindatur per actionem quod metus cauſa: fallit in certis caſibus, in quibus requiritur conſenſus ſpontaneus & liber, vt in matrimonio:quia cum quis compellitur ad matrimonium contrahendum,matrimonium eſt nullum:quia licet ibi ſit voluntas,quia coacta voluntas eſt voluntas,non tamen eſt voluntas ſpontanea. Item fallit in abſolutione ab excommunicatione, vt hic: nam ſi excommunicator abſoluat per metum, nulla eſt abſolutio:nec eſt neceſſe quòd reſcindatur abſolutio,ſed poteſt publicari pro excommunicato, ac ſi nullo modo abſolutus fuiſſet. Quæritur quæ differentia eſt inter abſolutionem,& relaxationem:quia prima facie videretur quòd eſſent idem, & ſic iſte tex.eſſet ſuperfluus: quia in iure noſtro non debet eſſe aliqua ſuperfluitas?vt ſ.in procœ.decretal.ibi,reſecatis ſuperfluis.&in procœmio C. dicit gloſſa, quòd iſte text. non ponit ſuperfluitatem: nam verbum abſolutio,reſpicit ſecundum aliquos abſolutionem præſtitam cum ſolemnitate, ſcilicet, cum pſalmo pœnitentiali, Miſerere mei Deus:ſecundum quod ponit Gul. Durand.in Specul.in titul.de imaginib.ſed verbum, relaxatio,

reſpic

cium [a] ab excommunicationis [b] ſententia, vel quamcunq; reuocationem [c] ipſius, aut ſuſpenſionis [d], ſeu etiam interdicti [e] per vim [f] vel metum extorta [g]: præſentis conſtitutionis auctoritate omnino viribus vacuamus [h]. ¶Ne autem ſine vindicta violentiæ creſcat [i] audacia: eos, qui abſolutionem, ſeu reuocationem huiuſmodi vi vel metu metu extorſerint [k], excommunicationis [l] ſententiæ decernimus ſubiacere [m].

reſpicit abſolutionem non ſolemnem: vt dicit gloſſ. Abſolutio reſpicit iuſtam excommunicationem, & relaxatio reſpicit excommunicationem iniuſtam, quæ tamen tenet: ſed venit relaxanda, iuxta c. ſacro. s̄. de ſen. exc. in ant. Vel abſolutio reſpicit ſimplicem abſolutionem, & relaxatio reſpicit abſolutionem ad cautelam, quando quis negat ſe excōmunicatum: ſed tamen petit abſolutionem ad cautelam, vtrunque poteſt ſaluari ſecundū Doct. No. vlterius, ꝙ excommunicatus poteſt iterū excommunicari. Sed quæritur quomodo eſt hoc poſſibile: quia excōicatio ponit aliquem extra eccleſiam, hoc eſt extra communionem fidelium: & ſi ſit extra eccleſiam per primam excommunicationem, quomodo poteſt poni extra per ſecundam: Nam cum ſit extra eccleſiam, non poteſt amplius poni extra cap. cum frequens. de reſt. ſpol. eod. libro. Dicendum eſt, quòd excommunicatio habet duos effectus: vt dicit gl. notabilis. c. ita quorundam. de Iudæ. in antiq. Primus effectus eſt, vt ponat excommucicatum extra eccleſiam: Secundus effectus eſt, vt teneat eum extra eccleſiam donec fuerit abſolutus: Secunda excommunicatio non poteſt habere primum effectum, & ſic intelligitur contrarium, ſed habebit ſecundum effectum: quia retinebit excommunicatum extra eccleſiam: & quantum ad iſtum effectum excommunicatus poteſt iterum excommunicari. Nota inſuper, quòd abſolutio à ſententiis cenſuræ, appellatur beneficium. Nota finaliter textum, quòd canon loquens per verbum præſentis temporis cum adiectione huius verbi, omnino, inducit canonem latæ ſententiæ. vide gl. in c. quàm ſit. ſupra eo. lib. de elect. Dominicus.

Illud c. limitat regulā dicētē geſta p metū reſcindi p actionē quod metꝰ cā. alias lim. vid in c. abbas. s̄.e. Font.

*¶Prima gl. ſummat, & quod fuerit dubium declarat.*

a ¶ *Abſolutionis beneficium.*] Excommunicationis ſuſpenſionis, vel interdicti abſolutio, vel reuocatio pervim extorta, non tenet. Secundo dicitur, quòd extorquens excommunicatus eſt ipſo iure. Huius decretalis fuit dubitatio: quia regulariter quæ per metum fiunt, valent, & obligant. quod dic, vt no. 15. q. 6. auctoritatem. & ſupra eo. c. Abbas. fallit in caſibus ibi no. ad quos adde iſtum: & quia ſicut iniuſta excommunicatio ligat, ſic videbatur de iniuſta abſolutione. de pœn. diſt. 1. verſic. verbum.

Excōicatus iniuſte d; humiliter abſolutionem petere.

b ¶ *Excommunicationis.*] etiam iniuſtæ: humiliter enim debebat abſolutionem petere, non per metum compellere: quia *ſententia paſtoris ſiue iuſta, &c. 11. q. 3. cap. 1.* ſecundum Guliel. & Gar.

Additio. Idem Ioan. Monac. & Archid.

*¶Gl. ſeq. ponit triplicem differentiam.*

c ¶ *Reuocationem.*] differentiam facit inter abſolutionem & reuocationem: & poteſt dici abſolutio ſolemnis, quæ fit iuxta formam eccleſiæ. [De ſent. excommun. à nobis. 2. in fi. Gar. & Archid. remittunt ad no. per Hoſtien. in ſumma de ſent. exc. §. qualiter hæc abſolutio.] Reuocatio verbalis ſine ſolemnitate: Vel vbi tenuit excommunicatio, locum habet abſolutio, vbi non tenuit, reuocatio. Vel refertur reuocatio ad abſolutionem ad cautelam.

Additio. Facit de ſenten. excommunic. ſacro. veſic. caueant. Ioannes Andr.

d ¶ *Suſpenſionis.*] intelligo indiſtincte vt loquitur, ideſt, ab officio ſiue à beneficio, ſiue ab ingreſſu eccleſiæ. infra de ſent. excommun. is cui.

Additio. De variis ſpeciebus ſuſpenſionum not. in clem. de pœn. cupientes. in gl. no. nouam.

e ¶ *Interdicti.*] iſta tria ſunt paria: quia omnia ſub eccleſiaſtica cenſura continentur, & ſecum trahunt executionem: vnde ſequens appellatio non ſuſpendit earum effectum, s̄. de appell. paſtoralis. & cap. ad hæc quoniam. j̄. de ſen. excom. is cui. & in ſcriptis ferri debent. j̄. de ſenten. excom. cum medicinalis. §. & hæc eadem.

Vis quid dicatur.

f ¶ *Vim.*] vis eſt maioris rei impetus, cui non poteſt reſiſti. ff. eod. l. 1. in fi. & l. 2. & quot modis ſumatur, & quot actiones vel interdicta inducat, no. ſupra eo. ad audientiam. Metus autem eſt trepidatio menris, inſtantis vel futuri periculi cauſa. ff. e. l. 1. & exigitur quòd præſens ſit metus, licet futurum ſit periculum. ff. eodem. l. metum. 2. & quis metus excuſet, no. ſupra eo. cum dilectus.

Metus quid ſit.

g ¶ *Extorta.*] ſic nec ſubditi electi à prælatis debent tranſeundi licentiam extorquere. s̄. eo. lib. de elect. quorundam.

*¶Gl. ſeq. remittit, quærit. arg. pro, ſed contrarium ſoluit.*

h ¶ *Vacuamus.*] ipſo iure hic vacuatur quod fit per metum, alibi per actionem quod metus cauſa, aliàs per conſtitutionem principum, aliàs per iudicis officium: quod dic vt no. s̄. e. cum dilectus. Quid in excommunicatione per vim vel metum extorta? Videtur quòd idem, ſcilicet quòd ipſo iure non valeat: quia par ius ligandi & abſoluendi dominus eſſe voluit. de pœni. diſt. 1. verbum. ad hoc 11. quæſtio. 3. iniuſtum. Sed dic contra ſecundum [1] Gul. 11. q. 3. quatuor. poteſt tamen per exceptionem elidi, vt ibi no. arg. ff. de furt. interdum. §. 1.

Excōicatio extorta per vim vel metū an tēat.

1 Gl. ſeqtur Dñicus, ſed Philip. t3 j. opi. Font.

i ¶ *Creſcat.*] Nam ſi negligenter ea quæ male, &c. 35. quæſt. 9. loci. ſupra de vita & honeſt. cleric. vt clericorum.

*¶Gl. ſeq. reciteturper quæſtionem, & ſolutionem.*

k ¶ *Extorſerint.*] ſi ergo metum intulit, ſed iudex abſoluere nolit, non habet locum hæc pœna. [ſecundum Gar. Ioan. Mon. & Arch.] quia verba, &c. *ſupra de cler. non reſi. relatum.* cum concor. & optime facit ff. de in ius voc. l. quamuis. aliàs tamen punietur inferens pro qualitate delicti. ff. ad l. Aquil. ita vulneratus. Ioan. And.

Additio. Principium huius gl. non loquitur de pœna c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. quæ bene poſſet locum habere. Ioan. And.

*¶Gl. ſeq. arg. remittit, & arg. tollit: ſecundo quærit, & ſoluit: tertio ſoluit tres quæſtiones.*

l ¶ *Excommunicationis.*] Nota excommunicatum amplius excommunicari: quod dic vt not. 3. q. 4. Engeltrudam. & de Iudæ. ita quorundam. Si autem non ipſe excommunicatus, ſed alius metum hunc inferat, non excommunicatus erit: & tunc non ſumatur prædictum arg. Sed nunquid hoc caſu ipſe excommunicatus interdictus, vel ſuſpenſus incurrit hanc pœnam? dic ꝙ ſic: ſi mandauit vel eius nomine factum ratum habuit. s̄. e. lib. de elect. ſciant. j̄. de ſen. exc. cum quis. Nec dicam iſtos pęnam euadere: licet abſolutor poſtea ratum habeat illud quod ab initio coactus fecerat: quia ſtatim ab initio ligati fuerunt. [Facit s̄. de ſen. exc. cum deſideres.] Abſolui tamen poterunt per ſuum ordinarium: cū conditor canonis ſibi non retinuerit abſolutionem. ſupra de ſent. exc. nuper. & dixi s̄. eo. lib. de elect. ſciant. Et in hanc pœnam incidit, qui per pœnam amiſſionis rerum [2] ad hoc compellit ipſum excommunicatorem, vt s̄. eo. cap. Abbas.

2 Vel maioris partis d̄ rebꝰ. l. p li tē. ff. de excuſ. tu. Item ſubtractiōis magni lucri Cy. in l. interpoſitas. C. de trāſa. Philip. Anc. Font.

Additio. Secundum Gar. & Guil.

*¶Gl. ſeq. quærit & ſoluit.*

m ¶ *Subiacere.*] quid ſi compulit per vanum metum, de quo timere non debebat: nunquid tunc locum habet hæc pœna? Dic quòd non, ſecundum Gar. [& Gul. Fran. & Ioan. Monac.] quia talis metus non inducit reſtitutionem, nec proprie appellatur metus. ff. e. l. metum. cum legib. ſeq. & l. nec timorem. & quis ſit iuſtus metus, not. s̄. cum dilecti. Ille ergo metus, qui putatur iuſtus ad reuocandum ea quæ per illum fiunt, ille pœnam conſtitutionis inducit: alius non.

Additio. Gul. & Arch. dicunt hoc relinquendum arbitrio boni viri. Ioan. And.

## TITVLVS XXI.

### De reſtitutione in integrum.

¶Gregorius nonus.

*¶ Eccleſia poſt quadriennium non admittitur ad petendum reſtitutionem contra ſententiam, vel contractum, niſi rationabilis aliqua cauſa hoc ſuadeat. Ioannes Andr.*

DE RESTITVTIONE in integrum.

*¶ Dictum fuit s̄. ti. prox. de reſtitutione, quæ regulariter petitur iure actionis contra ea quæ per metum fiunt: nunc videndum eſt de reſtitutione, quæ fit officio iudicis nobili, ita ꝙ ad petendum illam reſtitutionem, non eſt introducta aliqua actio à iure: ſed ſolum pōt implorari officium iudicis nobile. Vnde ſciendū, ꝙ reſtitutiones petuntur duplici iure: ſ. iure actionis, ſicut in materia tituli præced. vt quando quis per metum compulit me ad aliquid faciendum, tu ne petam reſtitutionem per actionem quod metus cauſa: vel ſi dolo me induxiſti ad illud faciendum, habeo actionem de dolo: Aliæ ſunt reſtitutiones in integrum, quæ petuntur officio iudicis nobili: vt ſi minor xxv. annis paſſus fuit rem vſucapi: vel fuit in iudicio auctoritate curatoris, ſed per negligentiam omiſit facere aliquem actum: iura volunt, vt iudex reſcindat illum actum vel vſucapionem. Idem quando quis eſt abſens cauſa reipublicæ: nam tunc poteſt petere reſtitutionem officio iudicis nobili, & iſtud fundatur in quadam æquitate. Idem eſt in eccleſiā ſi fuerit læſa in aliquo contractu ex negligentia prælati vel canonicorum, iura volunt vt poſſit reſtitui. de hoc latius in c. ſi. de off. iud. in antiq.*

Cōtinuatio dom. Heliȩ.

## CAP. I.

Eccleſia [a], quæ ad retractandā ſententiam [b], vel cōtractū [c], per beneficiū [d] reſtitutionis in integrum, poſtulat ſe admitti: ſi quadriennij [e] ſpatium poſt ſit lapſum, & negligēter [f] omiſerit: non eſt ad beneficium huiuſmodi admittenda [g] †: Niſi præuaricationis [h], vel fraudis manifeſtæ [i] probetur [k] ſuper hoc interueniſſe commentū [l]: aut alia [m] rationabilis cauſa [n] ſubſit, quæ ſuperiorem mouere debeat ad idem beneficium concedendum.*

†Iſte ver. h3 ēt locum in aliis perſonis, qb⁹ iſta reſtō cōpetit. Phil. Fō.

¶Bonifacius octauus.

*¶ Eccleſia contra confeßionem, qua læſa fuit, admittitur infra quadriennium per beneficium reſtitutionis in integrum: poſtea non, niſi per viam iuris communis. Ioan. And.*

## CAP. II.

SI ADVER-

Eccleſia.] Primo ponit dictum: Secundo ponit exceptionem à dicto, ibi, *Niſi*. Ioan. Mon.

Casvs. Ego rector alicuius eccleſiæ parochialis feci quendam aduerſarium meum conueniri coram iudice competente ordinario vel delegato, pro iuribus meę eccleſiæ: in cauſa mea fui negligens: quia omiſi aliquos teſtes neceſſarios: & fui excluſus à productionibus, vel forte negligētia mea non produxi inſtrumentum, taliter q̄ reus fuit abſolutus, & ego ſuccubui in cauſa: non eſt dubium quin ego poſſim petere, vt omnes proceſſus & omnia acta reſcindantur vſque ad illum ſtatum, in quo erat tempore quo debebam facere iſtam productionem: Ponamus quòd ego fui negligens per quatuor annos ad petendum iſtam reſtitutionem: quia elapſum eſt quadriennium numerandum à tempore ſentētiæ contra quam volo reſtitui; vel forte eccleſia fuit data in emphyteuſim, certum eſt quòd eccleſia poteſt petere reſtitutionem infra iiij. annos. e ti. in ant. ſed vtrum poſſit elapſis illis iiij. annis? Reſpondet quòd non: quia reſtitutio ſolum durat per iiij. annos: de hoc text. in l. fi. C. de temp. in integ. reſt. & iſtud verum, quòd eccleſia poſt iiij. annos non debet audiri, niſi cauſa rationabilis allegaretur: quia forte aduerſarius qui obtinuit ſentētiam contra eccleſiam, fecit cum prælato eccleſiæ, quòd non peteret reſtitutionem infra quadriennium; nam dedit ei intelligere, quòd in perpetuo poſſit reſtitui: tunc ſi ſit cauſa rationabilis, quæ debeat mouere iudicem, deberet ſibi dare reſtitutionem: vnde iudices habētes merum imperium, poſſunt in integrum reſtituere. l. fi. C. vbi & apud quos in integr. reſti. pe. poſ. Nota primo, quòd eccleſia poteſt petere releuamentum aduerſus ſententiam: hoc etiam poteſt minor. C. ſi aduer. ſen. per totum. Nota vlterius, quòd iſta reſtitutio poteſt peti vſque ad iiij. annos, computando à tempore læſionis in maioribus & eccleſia: ſed in minorib. iſtud quadriennium non currit, niſi demum poſt xxv. annos, & à tempore perfectæ ætatis: vt ſi minor ſit læſus in xv. an. habebit xiiij. annos ad petēdum releuamētum: & ſic in minoribus durat vſque ad xxix. annum ætatis ipſorum, ſed in eccleſia currit à tempore læſionis: nam eccleſia ſemper eſt cenſenda minor factus maior. Nota quòd cum ſubeſt iuſta cauſa, quæ impediuit petere reſtitutionem infra quadriennium, poteſt peti poſt illud quadriennium. vnde no. gl. fi. in vno, quòd illud quadriennium non currit, durante vita illius prælati, qui male adminiſtrauit, & fuit cauſa illius læſionis: ſed eius ſucceſſor poterit petere reſtitutionē poſt mortem ſui prædeceſſoris infra iiij. annos. Nota vlterius, quòd appellatione eccleſiæ comprehenduntur prælati, & clerici de eccleſia: nam eccleſia cum ſit res inanimata, non poteſt petere reſtitutionem: & ſic quandoque ponitur continens pro contento. De iſto nomine qualiter multipliciter ſumatur, vide gl. ne prælati vices ſuas. c. ſi. No. inſuper, quòd fraus prælati non nocet eccleſiæ. ad hoc reg. delictum. j. de reg. iu. Dominicus.

*¶ Prima gloſſa tria facit, ſummat, dicit vnde ſumpta, & quid declaret.*

a ¶ *Eccleſia.*] Eccleſia poſt quadriennium non admittitur ad petendū reſtitutionem contra ſententiam vel contractum, niſi rationabilis aliqua cauſa hoc ſuadeat. Olim extrauagabatur decret. iſta: & quidam intitulabant eam Alexandro, alij Gregorio nono: & eius fuit, vt hic vides: excepto fine, qui ſuperadditus fuit, vt ibi dicam. Emanauit autem ad declarationem eorum, quæ no. in gl. & omnes antiqui & moderni. ſ. eo. c. 1.

Additio. Hoſt. hanc decret. vſque ad verſ. aut, poſuit & gloſſauit eo. ti. c. 1.

a ¶ *Eccleſia.*] quæ fungitur iure minoris facti maioris, & iure reipublicæ 1. quod dic vt no. ſ. eo. ti. c. 1.

Additio. Vide quod ibi dixi ſuper quarta gl. poſt Inn. & Hoſt. Ioan. And.

1 Vide qđ dixi ſ. d̄ rē iu. inter. ſuper vl. gl. d̄ quo hic Arc. I. A.

b ¶ *Sententiam.*] C. ſi aduer. rem iud. l. 1. ſ. e. tum ex litteris.

*¶ Gloſſa ſequens ſupplet tria, & de quarto remittit: ſecundo notat differentiam.*

c ¶ *Contractum.*] C. ſi aduer. vend. l. 1. C. ſi aduer. do. l. 1. Item ſi aduerſus confeſſionem. j. cap. prox. vel aduerſus probationem omiſſam. ſupra eo. cum veniſſent. & c. auditis. An autem contra præſcriptionem reſtituatur eccleſia? Dic vt no. ſupra eod. auditis. in gl. antepen. [Et de hoc C. de ſacroſ. eccl. Auth. quas actiones.] vel contra lapſum temporis, ex quo læſa eſt: & tunc reſtituitur infra quadriēnium à tempore læſionis: ſed ad idem tempus tantum quo læſa fuit, vt in clemen. eod. ti. ab eccleſia. Nota tamen, quòd quando eccleſia contra contractum reſtitutionem petit, maius eſt ſuum priuilegium, quàm minoris in hoc: quia ſi minor iurat non contrauenire, nō reſtituitur. C. ſi adu. ven. Aut. ſacramenta puberum. Si autē prælatus iurat nō repetere vel contrauenire in contractu damnoſo eccleſiæ: ſic iurando deierauit, & eccleſia eodem petente vel alio ex iudicis officio reſtituitur. 35. q. 9. qđ quis. de rebus eccl. non alien. ſi quis. de iureiur. ſicut. & c. intellecto. de inſt. cum veniſſent.

Minor contrahēs & iurās ñ cōtrauenire, pdit beneficium reſtitutiōis.

d ¶ *Per beneficium reſtitutionis.*] quia ſi per viā iuris communis, ſecus: vt ſi diceret ſententiam nullam, contractum nullum fuiſſe: vel in caſu infra cap. prox. Et ſcire debes, quòd ſi præſtetur reſtitutio: quilibet recuperat quod prius ſuum erat. ff. de min. quòd ſi minor. §. reſtitutio. & l. intra vtile. C. de repu. l. vnica. & C. ſi aduer. vſuc. l. vnica.

e ¶ *Quadriennij ſpatium.*] quod datur minori facto maiori, infra quod oportet quod aſſumat & finiat cauſam. Quod dic vt dicitur in clem. eo. ti. ab eccleſia. C. de temp. in integ. reſt. l. petendæ, & l. fi. 2 ff. de min. l. Papinianus exuli. niſi per iudicem vel reum ſteterit, vt in d. l. petendæ. in fi. & ſic poſſent intelligi ſupra eod. tum ex litteris. & ſupra de reb. eccl. non alien. ad noſtram. vt infra dicam.

2 In illa l. fi. dicūt Doct. quemadmodū agēdo ñ q̄ritur reſtō poſt 4. ann. ita nec excipiēdo, quia actio & exceptio idē efficiētes, ſunt eiuſdē vitę. ſic limitatur l. licet. C. de excc. D. Fō.

f ¶ *Negligenter.*] Nota delictum prælati in omittendo præiudicare eccleſiæ, vt no. 16. q. 6. ſi epiſcopum. de hoc dicam j. de reg. iur. delictum.

Additio. Et qualiter quis agendo dicatur negligens, habetur ff. de diuer. & temp. præſ. l. 1. Ioan. And.

g ¶ *Admittenda.*] reprobata eſt ergo opi. Ala. Gul. Na. & Goff. qui no. ſ. eo. c. 1. & ipſe Goffr. in ſumma huius tit. §. ſit computatio. & §. quando autem. quòd etiam indiſtincte poſt quadriennium reſtituitur eccleſia: hoc probant per decret. præd. ſ. eo. c. 1. ibi, ſemper debeat illæſa, &c. & per c. ſ. e. ti. tum ex litteris. & ſ. de reb. eccl. non alien. c. ad noſtram. Approbata autem eſt opin. Vinc. Bern. Ioann. Inn. & Hoſt. & Abb. qui omnes dixerunt contra. ad iura in contrarium allegata Reſpon. vt in ipſis iuribus not.

h ¶ *Præuaricationis.*] præuaricator eſt qui corruptus in totum ab accuſatione deſiſtit. ff. ad Turpil. l. 1. 2. q. 3. c. ſi quem. §. notandum. ſed hic non proprie ponitur: quia de tali non loquitur, ſed præuaricator quaſi varicator, qui ex vtraque parte conſiſtit: quinimmo ex altera, ſic iſti fingunt exterius ſe bene adminiſtrare: & tamen ſpoliant, vel damna inferunt. Vel dic, præuaricationis, quo ad ſententiam: fraudis, quo ad contractum. Ioan. And.

p̄uaricator q̄s dicatur.

i ¶ *Manifeſta.*] ideſt, euidentis: & ſic eſt nomen & caſus genitiui. vel eſt aduerbium, & expone, manifeſte, ideſt, clare.

k ¶ *Probetur.*] quia qui dolum allegat, &c. ff. de probat. quotiens. §. qui dolo.

l ¶ *Commentum.*] ideſt deceptionem, vel occultum, vel malitioſum tractatum. [Vel confictum machinamentum. 87. diſt. c. 2. ſ. de teſt. cog. peruenit. 1. in fi.] Et hoc caſu licet petens ab eccleſia reſtitutionem fuerit in culpa; ille contra quem petitur fuit in dolo: ne beneficium illud peteretur infra quadriennium, & dolus culpæ præponderat. ff. ad l. Aquil. item ſi obſtetrix. in fi. in gl. tenebitur.

m ¶ *Aut alia.*] poſſibile eſt quòd iſta verba fuerunt Greg. tamen in extrauaganti ſua, qua vtebamur, non erant: vnde credo quòd addita fuerint per Bonifacium, & eſt ſim. de præben. dilectus filius G. in fin.

Additio. Et j. de reg. non ſolum. Ioan. And.

n ¶ *Cauſa.*] vt ſupra eodem titulo. tum ex litteris. vel vixit ille prælatus male contrahens tanto tempore: vnde tunc non currit præſcriptio 3. 16. quæſt. 3. ſi ſacerdotes. vt tenet Innocentius in dicto cap. tum ex litteris. vel multas nouas mutationes prælatorum habuit eccleſia: vel eminentiſſimum fuit damnum ipſius.

3 Gl. t3 Pe. d̄ Anc. p c. ad noſtram. de reb. ec. ñ al. l. ſi ex cā. ff. d̄ mi. Ph. Fō.

SI *aduerſus.*] Sunt duo dicta principalia: Secundum, ibi, *Vbi vero.*

Casvs. Ponamus q̄ ego litigabam cum epō Pictauen. de & ſuper iurib. eccleſię: in qua cauſa prælatus aliqua confeſſus fuit, quæ vergebant in læſionem eccleſię ſuæ: non eſt dubium quin eccleſia poſſit petere releuamentū aduerſus illā cōfeſſionem:

Sed

Sed quęritur vſque ad quod tempus poterit petere iſtud releuamentum aduerſus illam confeſſionem? Dicit Romanus Pontifex, aut illa eccleſia vult petere releuamentum iure ſpeciali, allegando ſolam confeſſionem, & tunc poteſt petere vſque ad iiij. annos: aut eccleſia petit iſtam reſtitutionem iure communi, ſicut alius priuatus, tunc admittitur quandocunque vſque ad finem cauſę, puta quia prælatus allegat, quòd per errorem aliqua confeſſus fuit, tunc admittitur etiam poſt quadriennium, probãdo errorem: quia quilibet priuatus allegans errorem, admitteretur: ſed ſi prælatus ſolum fundet ſe in eo quòd eccleſia eſt læſa, & non allegat errorem, tunc ſolum debet petere reſtitutionem infra quatuor annos.

ſus [a] confeſſionem [b] in iudicio [c] à ſe [d] factam, læſa [e] eccleſia beneficium reſtitutionis in integrum [f] infra quadriennium ab ipſius confeſſionis tẽpore computandum [g], petere negligenter [h] omittat: non eſt (niſi aliquid rationabile [i] appareat, quod aliud [k] ſuaſerit faciendũ) ad hoc petendum vlterius admittenda. ¶ Vbi vero per viam communem reuocationis erroris, quem in facto [l] prætendit, vult aduerſus ſuam confeſſionem eccleſia ſe iuuare [m]: hoc quandocunque poterit [n], donec negotium ſit finitum [o].

Nota primo, quòd quadriennium reſtitutionis petendę incipit currere à tempore confeſſionis: & *ſic facit pro opin. Ioan. And. ſ. c. prox.* Nota ſecundo, quòd confeſſio reuocatur, quando errore facti quis fuit inductus ad confitendum: ſecus ergo videtur ſi facta fuit *errore iuris*. Dominicus.

¶*Prima gl. ponit ſummam, & quid declaret.*

a ¶ *Si aduerſus.* ] Eccleſia contra confeſſionem, qua læſa fuit, admittitur infra quadriennium per beneficium reſtitutionis in integrum: poſtea non, niſi per viam iuris communis. Declarat quod not. Innocent. Hoſtienſ. & modern. ſupra eod. titul. auditis.

Additio. Vide clemen. eod. titul. cap. vnic. in 3. gloſſ. & Gul. in Specul. 2. part. eod. titul. §. 2. ad finem. verſicul. ſed nunquid. Ioan. And.

¶*Gl. ſeq. allegat vnam concord. obiicit, & ſoluit.*

b ¶ *Confeſſionem.* 1 ] Ergo contra confeſſionem datur reſtitutio. ff. de confeſ. certum. §. penultim. Sed contra, aut confeſſa eſt veritatem contra quam non datur reſtitutio, aut falſitatem: & hoc probato non nocet confeſſio, vt j. ſequitur. Non eſt ergo recurrendum ad extraordinarium, ex quo ordinarium competit. ff. de minorib. in cauſæ. 2. Sol. dixit Hoſt. quòd poſſet eſſe, quòd falſitas confeſſa probari non poſſet, vnde expedit reſtitutionem dare. Vel dic quòd fuit confeſſa per errorem, vel non poteſt error probari, ſed læſio. Vel fuit confeſſa tempore quo non debuit, vel lata eſt ſententia: tamen eſt adhuc infra quadriennium à die confeſſionis, vt infra dicam. Idem ſi contra ſententiam vel contractum, vel aliam læſionem, vt dixi ſupra cap. prox.

1 Dom. Phil. vix attingũt gl. Pe. de Anc. ſeqtur eam ibi (vel dic, ꝙ fuit cõfeſſa) & ibi latet priuilegiũ eccleſiæ: nã ſi deberet errorẽ ſuũ ꝓbare añ ſentẽtiã, vel infra quadriẽniũ, nullum hʒ priuilegiũ, neqʒ dicas ſicut Sp. ti. de reſt. in int. §. j. verſ. ſed nũquid eccleſia. ibi priuilegiũ cõſiſtere, ꝙ ꝓbat errorẽ ſuũ poſt ſñiam: quia hoc ẽt facit maior ex clauſula generali, & voluit Io. An. c. ſi. de confeſ. Font.

c ¶ *In iudicio.* ] ideo dicit, quia extra iudicium facta non nocet. quod dic vt ſ. de confeſ. c. vlt. Ioan. And.

d ¶ *A ſe.* ] vel à procuratore. ſupra de re iud. ſuborta. de confeſ. c. vlt. vel ab aduocato parte abſente. ſ. de appel. cum cauſam. de cenſ. olim.

Additio. Idem Ioan. Monach. & Arch.

e ¶ *Læſa.* ] enormiter: quia pro leui læſione non datur reſtitutio, vt ſ. de reb. eccl. non al. c. pen. ff. de in int. reſt. ſcio illud. ff. de min. ſi ex cauſa. j. reſp. in fi.

f ¶ *In integrum.* ] quid operetur, dixi ſ. c. prox.

g ¶ *Computandum.* ] in hoc differt minor à maiore: quia etiam poſt ſententiam infra quadriennium reſtituitur minor contra confeſſionem, maior non, niſi ante ſententiam, & oſtenſo de errore.

h ¶ *Negligenter.* ] ſecus ſi præuaricatione vel aduerſarij fraude, vt ſ. c. prox.

i ¶ *Rationabile.* ] vt dixi ſ. c. prox.

k ¶ *Aliud.* ] ſcilicet contrarium.

l ¶ *In facto.* ] qui nemini nocet. ff. de iur. & fact. ignoran. error. dummodo probetur negotio nondum finito, ſupra de confeſ. capit. vltim. & hic. error autem iuris non excuſat. C. de iur. & fact. ignorant. l. 2. & l. cum quis. & de hoc infra de regul. iur. ignorantia. Ioan. And.

m ¶ *Iuuare.* ] poteſt ergo aliquis contra factum ſuum venire: hoc eſt ratione erroris: quia nil tam contrarium conſenſui, quàm error. ff. de iu. om. iud. ſi per errorem. ſic & in matrimonio. de coniug. ſer. c. vlt.

Error eſt conſenſui contrarius.

¶*Gl. ſeq. ſignat contrarium, & remittit.*

n ¶ *Poterit.* ] & ſic vna via admittitur ad id, à quo alia prohibetur: quia per formam iuris communis admittitur ad id à quo prohibetur per reſtitutionis beneficium. Sic interdum e conuerſo per formam iuris communis repellitur, & per beneficium reſtitutionis admittitur. ſupra eod. titul. coram. vbi de hoc. Ad hoc contra. j. de reg. iur. cum quid. cum ſuis concord. ſed ſolue, vt ibi dixi.

Additio. Dicit Ioan. Monach. quòd vbi via generalis contineret viam ſpecialem actu, & à ſpeciali quis eſſet excluſus, per conſequens & à generali. ff. de dol. except. l. 2. §. item quęritur. & §. ſequenti. Ioan. And.

o ¶ *Finitum.* ] quocunque modo, puta ſentẽtia, vel tranſactione: quod dic vt dicam infra de litis conteſta. cap. exceptionis. & huic decret. concord. infra de appella. concertationi.

Finitum qñ dicatur negotium.

Additio. Poteſt etiam negotium dici finitum, ſecundùm Ioan. Monach. ſi eſt concluſum. alleg. ſupra de procur. auditis. de cau. poſ. paſtoralis. & quod not. C. de adult. quamuis. j. & quia poſt concluſionem non eſt cognoſcere, ſed cognitum eſſe: & ſic non eſt probatio recipienda, quæ neceſſaria eſt circa errorem. Arch. hoc recitans alleg. de fid. inſtr. cum dilectus. ff. de euict. ſi rem, in fi. Tractat etiam hic, an ſit idem renunciare & concludere: de quo ſcripſi in præd. decr. paſtoralis. Ioan. And.

## TITVLVS XXII.

### De arbitris.

¶ Bonifacius octauus.

¶ *Si ex tribus arbitris duo concordant in ſumma, tenet illorum ſententia: ſi omnes diſcordant, tenet ſententia de ſumma minori.*

### CAP. I.

SI ex tribus [p] arbitris, te duo in decem, & tertius in quinque condemnent, debet ſententia præualere duo-

### DE ARBITRIS.

¶*Dictum fuit ſupra de iudicibus tam ordinariis, quàm delegatis, qui cauſas diſcutiunt & examinant: verum quia arbitri à partibus electi procedunt ad inſtar iudicum, tam examinando, quàm diffiniendo: ideo poſt rubricas præcedentes ponit rubr. de arbitris. Alij aliter continuant. Dictum fuit ſupra de iudicibus, nunc eſſet dicendum de iudiciis: verum quia arbitria ſunt redacta ad inſtar iudiciorum, ideo ponit rub. de arbitr. Sed ſecundum modern. doctores iſta continuatio non eſt bona: nam iſta rub. deberet ſequi rubricam de iudiciis.*

Cõtinuatio dom. Helię.

S*I ex tribus.* 2 ] Sunt duo dicta, ſecundum, ibi, *Licet.* quo ad mentem decret. quamuis quo ad litteralem intellectum, diuiſionem non recipiat. Dom.

2 Bal. in l. cõuẽticulã. C. de epi. & cl. hic alleg. ꝑ Phil. dt iſtũ tex. ꝓcedere in teſtib. ſʒ Dom. hic dt ſi peto 15 & vnᵒ teſtis dicat de 10. alius de 5. ꝗ ñ ꝓbãt: vid ad materiã iſtã Aret. in l. j. §. ſi ſtipulanti. ff. de ver. ob. Fõt.

Casvs. Petebam à Titio xl. aureos: tractantibus communibus amicis, Titius & ego compromiſimus in tres arbitros, qui de cauſa cognouerunt: & fuit taliter proceſſum in cauſa, quòd fuit deuentum vſque ad ſententiam diffinitiuam excluſiue, quam ſententiam dicti arbitri pronunciauerunt hoc modo: Nam duo ex ipſis condemnauerunt Titium ad ſoluendum ſummam xl. aureorum quam petebam: alius autem condemnauit ſolum in x. aureos: quęritur quę iſtarum ſententiarum præualeat? Reſpondet quòd ſententia lata à duobus, & ſic à maiori parte arbitrorum. Sed ponamus quòd iſti tres arbitri fuerunt diſcordes in ſententia: nam vnus condemnauit Titium in lx. alius in xl. alius in xxx. quæritur quæ iſtarum ſententiarum præualeat, vel vtrum neutra valeat, attento quòd in nulla iſtarum ſententiarum concurrit maior pars arbitrorum? Reſpondet quòd valebit ſententia quæ lata fuit ab arbitro, qui condemnauit *in minori ſumma*, quia omnes concurrunt in minori ſumma. Nam ex quo condemnauerunt in maiori ſumma, bene condemnauerunt in minori, quia *in maiori ſumma ſemper eſt minor.* Not. primo, quòd etiam in pluribus arbitris communi conſenſu partium aſſumptis, habet locum illa reg. quod fit à maiori parte, valet. Not. magis ſpecifice, quòd ſi fuit *compromiſſum in tres arbitros*, & duo conueniant in eandem ſententiam, & alius diſcordet, valet ſententia duorum. Not. vlterius, quòd in maiori ſumma ineſt & minor. Not. vlterius, quòd ſi omnes arbitri diſcordant in ſumma, valet ſententia illius arbitri qui condemnauit in minori ſumma: quia in illa ſumma minori omnes alij ſunt concordes. Not. inſuper arg. quòd ſi compromiſſum fiat ſimpliciter, intelligitur etiam factum vt ſtetur iudicio maioris partis. vide Doct. de elect. in cauſis. & c. cum in iure, in antiq.

¶*Prima gl. ſummat.*

p ¶ *Si ex tribus.* ] Si ex tribus arbitris duo concordant in ſumma, tenet illorum ſententia: ſi omnes diſcordant, tenet ſententia de ſumma minori.

¶*Gl. ſeq. ponit opin. reprobatam, reſiduum reci. per duas quæſtiones, & prima trimembris.*

a ¶ *Duorum.*] ſ. qui condemnauerunt in x. Et quidam dicebant contrarium. arg. eius quod ſtatim ſequitur:&hoc tenebat Gul, in Spe. e. tit. §. vlt. in prin. cuius hic reprobatur opinio:quia illud verum, cum omnes dicunt de diſpari ſumma. Et ſic reprobatur quod not. Accur. ff. e. ti. l. diem. §. ſi plures, & reprobatur opin. Placent. quæ placuit Gul. quando duo proteſtantur, quòd non conſentiunt in minori ſumma. Et quod dicitur hic de tertio, qui condemnat in minori ſumma, dicas idem & multo fortius ſi condemnaret in maiori:quia tunc minor eſt dubitatio vt ſupra dixi. idem ſi abſolueret 1, vel non pronunciaret, vt j. ca. proxi. Et per hoc dicemus idem in termino ſolutionis faciendæ, vt ſi duo aſſignant tres menſes, alius vnum, tenet dilatio duorum:ſi omnes diſcordant, tenet minor.

1 Vñ vt dicit Io. Mo. ſi tũc v3 ſnia duorũ cũ terti9 cõtradiceret, fortius valere d3 cũ in aliquo concordat.

rum a: licet b cum vnus in xv. alius in x. tertius vero in v. pronunciant, illius, qui dixit de ſumma minori c (cum in illa omnes concordes exiſtant) ſententia efficax cenſeatur.

¶ Idem.

*¶ Si ex tribus arbitris vnus nolit examinando vel diffiniendo negotio intereſſe, duo procedere poterunt, ac ſi ille præſens eſſet; Circa iudices autem antiqua iura ſeruentur. Ioan. And.*

## CAP. II.

VT quæſtionibus d (quæ plerumque propter arbitrorum voluntariam ſeu malitioſam e abſentiam remanent indeciſæ) finis celerius imponatur f: Statuimus, vt ſi ex tribus arbitris à partibus electis g eorum aliquis ab aliis legitime h requiſitus ad examinandum vel diffiniendum i vnà cum eis negotium, ſuper quo in ipſos extitit compromiſſum non curauerit (ceſſante impedimento k legitimo) conuenire:duo præſentes, penes l quos (licet lex ciuilis m aliud innuere

Additio. De vnico qui condemnat in v. cum x. peterentur, vide Spe, de ſent, prol. §, qualiter. verſ. quid ſi peto. Et vide quod plene ſcripſi de re iud. cum inter, in vlt. gl. Ioan. And,

b ¶ *Licet cum vnus.*] hoc ſumitur ff. e. ti. diem. §, ſi plures,

*¶ Gl. ſeq. rationem reddit, quærit, & ſoluit.*

c ¶ *De ſumma minori.* ] ſ. de v. & eſt ratio quæ ſequitur:plus enim ſemper in ſe continet quod eſt minus. Ad hoc 24. q. 1. ſi quis dederit. & j. de regul. iur. plus ſemper. vbi de hoc. & ff. de reg. iur. in eo quod plus. & in obſcuris minimum ſequimur. j. de reg. iur. in obſcuris. quod dic vt ibi. Quid ſi ille qui condemnat in xv. proteſtatur quòd ita condemnat in xv. quòd non conſentit in minorem ſummam? licet quidam contrarium dicant, ſatis credo adhuc tenere ſententiam in v, cum illa proteſtatio impoſſibilis videatur, & videtur ſibi contrarius, de conſtit. cum M. in antiq.

Proteſtatio impoſſibilis vel cõtraria actui nihil operatur.

VT *quæſtionibus.*] Tria facit, ſecundùm Ioan. Monach. Primo ponit prooemium, Secundo ſtatutum. Tertio tacite quæſtioni reſpondet, Secunda, ibi, *Statuimus.* Tertia, ibi, *Circa.* Additio. Et determinat ſecundùm Arc. not. per Inn. & Hoſt. s. de teſta, Raynaldus. in prin. & quod no. Gul. in Spe. de arb. §. ſi. in pr, ver, & not. & plenius ibi in ver. quid igitur ſi ſc. & ver. ſeq. dixit Inn. in præd. decr. Raynaldus. & Hoſt. poſuit eius gl. quòd quando omnes arbitri ſunt præſentes, & vnus non vult cum aliis concordare, etiam ſi dicat ſe non inſtructum:alij qui concordant, pronunciare poſſunt. ff. de re iud. duo ex tribus. & l. Pomponius. aliàs incipit, ſi vni. Idem ſi opinionem ſuam dixit, & receſſit audita opinione aliorum:ceſſat enim ratio legis, qua dicitur, quòd alios in ſuam opinionem contrahere poſſet, vt j. not. ſecus ſi illorum opinionem non audiuiſſet, dato quòd malitioſe recederet:licet quidam dicunt, quòd ex quo conuenerunt ad ſententiam ferendam, qualitercunque vnus poſtea recedat, alij præſentes ſententiare poſſunt:quia verum eſt omnes affuiſſe ad ſententiam ferendam, i. ad diem ferendæ aſſignatum:bona ergo fuit hæc conſtitutio, quæ has perplexitates tollit. Ioan. And.

Additio domini Heliç.

¶ Pro intellectu huius c. præſupponitur illud quod habetur in l. ſi in tres, ff. e. tit. vbi dicitur, quòd ſi fuit factum compromiſſum in tres arbitros ſimpliciter, non adiecto quòd duo ipſorum arbitrorum poſſent procedere ſine tertio: ſi duo procedant ſine tertio, non valet eorum ſententia, & licet ſi tertius eſſet præſens, & contradiceret duobus, ſua contradictio non noceret:tamen eius contemptus & contumacia nocet, & reddit proceſſum nullum; ſicut dicitur, quòd vnius canonici abſentia nocet quominus valeat electio per alios canonicos facta. c. j. de his quæ fi. à ma, par, cap.

Caſus Italis dom. Heliç.

Casvs. Tu & ego de cauſa noſtra compromiſimus in tres arbitros, qui acceptauerunt compromiſſum, licet non compellantur acceptare niſi velint: licet ſit ſecus in iudicibus etiam delegatis, quia munus iudicandi eſt munus publicum:facta acceptatione, duo ex ipſis arbitris erant parati in cauſa procedere, requiſierunt tertium, vt cum eis conueniret ad procedendum in cauſa:ille tertius licet requiſitus noluit venire, vel non potuit venire; vtrum tota poteſtas illius tertij ſit apud duos, qui volunt procedere in iſta cauſa? reſpondet quòd ſic, licet lex ciuilis alleg. aliter dicat:videlicet quòd duo arbitri, abſente tertio, licet fuerit requiſitus, non poſſunt procedere, niſi dictum fuiſſet in compromiſſo, quòd ſi vnus eorum intereſſe non poſſet, alij duo in cauſa procedere poſſent:ſed de iure canonico eſt aliud, quia duo arbitri poſſunt procedere requiſito tertio, & nolente venire, vt hic eſt text. Sed vtrum iſtud c. debeat ſeruari in foro ſeculari? Reſpondet gloſſ. quòd non: nam quando eſt diſconuenientia inter ius ciuile & canonicum, & vtrunque poteſt ſeruari ſine periculo animæ: tunc ius canonicum ſeruatur in foro ſuo, & ius ciuile in ſuo, niſi laicus eſſet de terris Papę, & ſibi ſubiectus: nam tunc etiam in foro ciuili ſeruaretur ius canonicum, vt tenet Bar. in l. priuilegia. C. de ſacroſ. ec. & doct. in c. j. de no. ope. nun. in antiq. & c. at ſi clerici. de iu. in antiq. Secus ſi ius ciuile non poſſet ſeruari ſine periculo animæ, vt in præſcriptione xxx. vel xl. annorum cum mala fide, quæ procedit de iure ciuili, ſed non de iure canonico. c. poſſeſſor. de reg. iur. j. c. ſi. de præſcr. in antiq. Sed quid in iudicibus, vt ponamus quòd cauſa aliqua fuit à ſede Apoſtolica delegata ſimpliciter tribus iudicibus, non adiecto quòd ſi vnus nollet comparere, vel etiam non poſſet, quòd alij duo in cauſa poſſent procedere:litteræ fuerunt præſentatæ duobus iudicib. qui requiſierunt tertium vt conueniret cum eis:iſte tertius non vult venire, vel non poteſt venire, quia aliis negotiis occupatus:vtrum iſti duo poſſunt procedere, tertio requiſito & nolente venire? Reſpondet Romanus Pontifex quòd non, ſed in ipſis antiqua iura ſeruantur: nam iura antiqua per iſtud c. ſolum ſunt correcta in tribus arbitris. Nota primo vnam differentiam inter ius canonicum & ciuile: nam quando eſt factum compromiſſum in tres arbitros ſimpliciter de iure ciuili, duo ſine tertio etiam ſi fuerit requiſitus, non poſſunt procedere: ſecus eſt de iure canonico, videlicet quòd duo ſine tertio poterunt procedere, vt hic. Not. quòd lex fingit abſentem præſentem:& in hoc fictio præfertur veritati, licet regulariter dicamus, quòd veritas præfertur fictioni. No. vlterius, quòd ad eſſe vniuerſitatis requiritur maior pars, & quòd conueniant duæ partes ad aliquid exercendum: & quod fit à maiori parte illarum duarum partium, valet. l. plane. & l. nulli. ff. quod cu, vniuer. & ſecundùm Doct. in cap. cum omnes. de conſtit. in ant. Et iſtud verum, niſi eorum conuocatio pertineret ad aliquem actum: quia tunc ſi fuerunt conuocati, & non veniant, eorum contumacia facit eos extraneos ab vniuerſitate pro illa vice, & hoc de iure canonico. Not. finaliter, quòd eſt differentia inter voluntariam abſentiam, & malitioſam: & ſic probans quem abeſſe voluntarie, non concluderet abſentiam malitioſam.

*¶ Prima gl. ſummat.*

d ¶ *Vt quæſtionibus.*] Si ex tribus arbitris vnus nolit examinando vel diffiniendo negotio intereſſe, duo procedere poterunt ac ſi ille præſens eſſet: circa iudices autem antiqua iura ſeruentur.

e ¶ *Malitioſam.* ] vt ſeruirent ſcilicet parti quæ eos elegerat, quam videbant ſuccumbere.

f ¶ *Imponatur.*] ad quod prouidere debet iudex. ſupra de dolo & cont. finem. ff. ſi cert, pet. quidam. & not. quòd hic deſideratur acceleratio:quod dic vt dixi s. de ele. c. vlt.

g ¶ *Electis.* ] ſimpliciter: quia ſi eſſet ibi clauſula, vos vel alter veſtrum, vel, quòd ſi non omnes, non procederet decretalis dubitatio, ſicut nec in iudicibus, ſicut dicam in fi. Ioan. And.

h ¶ *Legitime.*] per litteras ſuas, vel nuntium litteratorie deſtinatum, vel per iuratum nuntium: quod dic vt ſupra in antiq. de off. del. prudentiam.

i ¶ *Diffiniendum,*] cum ſcilicet concluſum eſt, quòd non reſtat niſi ferre ſententiam, ſupra de fid. inſtr. cum dilectus.

k ¶ *Impedimento.* ] ergo tunc ſtabimus legi, cum habet impedimentum legitimum: quod reſcribere debet collegis, vt in præd. decre. prudentiam, de delegato diximus. vel pars id coram eis probare debet.

l ¶ *Penes quos.*] decernimus totalem poteſtatem, &c. quod ſequitur.

*¶ Gl. ſeq, dicit quæ fuerit legis & contrarij canonis conſideratio, remittit ad ſimile, quærit & ſoluit.*

m ¶ *Lex ciuilis.* ] ff. e. tit. ſi in tres. aliàs eſt. §. ſub l. item ſi vnus. & bona etiam fuit legis conſideratio, quæ voluit quòd præſentia, & contradictio non noceret, ſed ſic abſentia; quia forſitan ſi ille præſens fuiſſet, traxiſſet alios in partem ſuam. [facit 36. diſt. Nicæna.] Et eſt ſimile cum dicimus, quòd aliàs tenetur conſilium requirere, & non ſequi, vt not. ſupra eod. tit. cum olim

lim. Sic dicit decr. quòd in electionibus plus nocet contemptus, quàm contradictio. ſupra de elect. venerabilem. & c. bonę. 2. Sed decr. iſta voluit illum fingere præſentem & contradicentem, vt infra ſequitur 1 ex conſideratione æquitatis, quæ ponitur in princ. & ſic diuerſo reſpectu vtriuſque bona fuit conſideratio, &c. & eſt ſimil. quod not. ſupra de iureiur. cum contingat. ſupra de præſcr. cap. vlt. Sed quid dices, nunquid ſeruabitur hæc decret. in foro ſeculari? Dic quòd non, 2 in locis quæ non ſunt in temporali iuriſdictione eccleſiæ; quod dic vt dixi infra de regul. iur. capit. 2.

1 Concor. ff. man. ſi pręcedente. §. Lucius. I. A.

2 Idem Pet. d An. Dom. & Phil. ponēs hic 6. li mit. ad dcm gl. Font.

videatur) totalem eo caſu remanere decernimus poteſtatem [a], poſſint (malitioſa ſeu voluntaria illius abſentia non obſtante) dictum examinare negotium, & libere [b] diffinire, ſicut poſſent illo præſente, nec volente cum eis in vnam ſententiam concordare†: vt ſic ipſius abſentia præſentia repleta diuina [c], eum reputari faciat pro præſente [d]. ¶ Circa [e] iudices vero antiqua iura nolumus immutari.

a ¶ *Poteſtatem.*] ſi compromittentes dixiſſent, quòd ſi non omnes, &c. hoc poſſent duo: & hæc decr. ſupplet 3 ac ſi ipſi dixiſſent; & eſt ſim. C. de rei vxo. act. l. vna. circa prin. Ioan. And.

3 In caſu abſentiæ malitioſæ, vel voluntariæ.

b ¶ *Libero.*] vnde ſi nolit intereſſe examinationi, non tenentur ipſum in ſententiam vocare per hanc litteram. arg. ad hoc infra de dol. & cont. eum qui. ſed dic eum ad omnia citandum. arg. eius quod ibi dicam.

c ¶ *Diuina.*] ad hoc C. de iudic. properandum. §. cum autem eremodicium. ſupra de dol. & cont. veritatis. cum ſimil. infra de eo qui mit. in poſ. c. vno.

d ¶ *Pro præſente.*] per hoc dico quòd non eſt idem in duobus arbitris, quod hic dicitur in tribus: quia ſi ex duobus vnus ſe abſentat malitioſe, alter non poteſt procedere: quia in tribus duo ſunt maior pars. ſupra c. prox. Præterea ille abſens habetur pro præſente & contradicente, vt hic vides, ergo neutrius valet ſententia. ſupra de re iud. c. vlt. nam tunc valet ſententia præſentium in hoc caſu, quando valeret eo contradicente, aliàs non 4. & per hoc dico etiam, quòd ſi in compromiſſo hoc actum eſt, quòd non valeat ipſorum trium arbitrorum ſententia, niſi omnes concordent, quòd non habebit locum decr. iſta eadem ratione 5. [infra de teſta. capit. 2. in fin.] vnde tunc locum habet hæc decr. cum ſimpliciter ſunt aſſumpti, vt ſ. dixi.

4 Idē Phil. & Dom. Font.

5 Idē Dom. & Phil. fallit tñ in iā electis: item in arbitris iuris, q cōtra ius ñ pnunciant. Font.

¶ *Gl. ſeq. diſtinguit, demum quærit, & ſoluit.*

e ¶ *Circa iudices.*] proteſtatio quædam, vel tacitæ quæſtionis reſponſio. Circa eos ergo dic, quòd aut ſunt ordinarij, aut delegati. Si ordinarij, aut quilibet per ſe & inſolidum iuriſdictionem habet: & tunc poteſt alter alterum præuenire. ſupra de foro compet. c. pen. & not. ſupra de app. vt debitus. aut non inſolidum, & per ſe, ſicut in capitulo vel ſyndico, vel his qui audiunt cauſam preſbyteri, diaconi, & *ſubdiaconi: in his caſibus omnes citare debent: & ſi duæ partes ſunt præſentes, ſufficit.* [Vide ff. de re iudicat. Pomponius. ff. ad municipal. l. magiſtratus. & quod ibi not. & quod not. in Specul. de ſent. prolat. §. ſequitur. verſ. quid ſi ſunt. & §. iuxta. poſt princip.] ff. quod cuiuſque vniuer. plane. de decret. ab ord. faciend. l. 3. niſi in prædictis caſibus, vbi certus requiritur numerus. 15. quæſt. 7. ſi autem. & capit. felix. ſupra de re iudicat. non poteſt. Aut ſunt delegati: & tunc ſubdiſtingue, aut ſunt dati ſimpliciter, & tunc vnus ſine alio non procedit. ſupra de off. delegat. cauſam matrimonij. aut cum clauſula: & tunc iterum ſubdiſtingue, quia aut cum clauſula iſta, vos vel alter veſtrum, aut cum illa, quòd ſi non omnes. In primo caſu tene quod habes ſupra eodem libr. de off. delegat. cum plures. In ſecundo quod habes ſupra de off. delegat. prudentiam. Sed quæres quare ius diuerſum inter arbitros ſimpliciter datos, & delegatos ſimpliciter datos, vt per ſuperiora patuit? Dic 6 quòd ius quod minus dictum eſt à partibus, ſupplet lex, ſic aliàs ff. eod. ti. item ſi vnus. §. principaliter. Iudices autem maiori maturitate creantur, vt ſupra eod. libr. de reſcript. ſtatutum. & ideo ius in eis ſupplere non vult. Item in iudicibus rigor attenditur, quia clementiores lege eſſe non debent. in auth. de iudi. §. oportet. coll. 6. Arbitri autem prout viſum eis eſt, pronunciant, & plerunque eliguntur amici, & poſſunt viles eſſe: & ideo ius magis circa illos prouidere & conſiderare voluit, vt ſupra in prin. decr.

† Adde, aut Io. Petr. de An. & Dom. & t3 Bar. in l. itē ſi vnus. §. itē ſi plures. ff. e. ti. & Phi. hic. Fōt.

6 Idē Io. Mo. & eſt ſi. qđ not. de off. del. cū vice ſimū. in fin. vlt. gl.

FINIS LIBRI PRIMI.

LIBER SECVNDVS.
DE IVDICIIS.

*¶Dictum fuit ſupra de magiſtratib. & iudicib. & de arbitris, nunc videndum eſt de iudiciis, quæ exercentur per illos magiſtratus.*

Additio. Quindecim ſignificationes iudiciorum notat hic Io. Monach. quas vide infra de reg. iur. in iudiciis. Ioan. And.

*Iuris eſſe.*] Primo ponit dictum. Secundo caſus excipit, ibi, *Niſi cauſa.*

¶Pro intellectu huius c. habemus præſupponere duo, vnũ pro ratione dubitandi, & alterum pro ratione decidendi. Et primo pro ratione dubitandi, quòd Papa poteſt compellere partes

# LIBER SECVNDVS.

## TITVLVS I.

## De iudiciis.

¶ Innocentius quartus in generali concilio Lugdunenſi.

*¶ Iudex delegatus non habens ad hoc ſpeciale mandatum à Papa, non poteſt compellere partem, vt perſonaliter coram eo compareat, niſi ex rationabili cauſa. Ioan. Andr.*

### CAP. I.

IVris eſſe [a] ambiguum [b] non videtur [c], iudicẽ delegatũ [d] (qui à ſede Apoſtolica mãdatũ ad hoc nõ receperit ſpeciale [e]) iubere non poſſe alterutram partium coram ſe perſonaliter in iudicio [f] comparere: niſi cauſa fuerit criminalis [g],

ad comparendum coram ſe perſonaliter, licet cauſa ſit ciuilis & pecuniaria. Item quòd delegatus Papæ gerit vices Papæ, & regulariter in cauſa ſibi delegata poteſt illud quod Papa poſſet facere. Aliud pro ratione dubitandi: videlicet, quòd à iuris beneficio partes habent, vt in cauſis pecuniariis poſſint comparere per ſe, vel per procuratorem. l. in pecuniariis. C. de procurat. Item quòd beneficium iuris nemini eſt auferendum ſine cauſa.

Casvs. Prætendebam Titium debitorem meum in aliqua pecuniæ ſumma, quia habebam ordinarium loci certa ratione mihi ſuſpectum: à ſede Apoſtolica impetraui delegatum, cui præſentaui litteras delegatorias: delegatus iſte mandauit reo, vt compareret perſonaliter coram ipſo, & tamen cauſa erat pecuniaria ſiue ciuilis: & in citatione non exprimitur cauſa, quare debeat comparere in propria perſona, vtrum Titius teneatur comparere perſonaliter? Reſpondet Romanus Pontifex, quòd non, & dicit quòd delegatus ſuus non poteſt cogere partes ad comparendum perſonaliter coram ſe in cauſis ciuilibus, quia non poteſt partibus auferre beneficium iuris: licet Papa hoc poſſet, niſi eſſet talis cauſa, quæ requireret præſentiam perſonæ, & eſſet cauſa expreſſa in citatione, vt in l. 1. ff. de fer. vbi dicitur, quòd ſi tempore feriarum, vindemiarum, vel meſſium quis citetur, in citatione debet contineri cauſa, quæ illo tempore poſſit & debeat expediri. Sic in propoſito, quando reus eſt citatus, vt veniat perſonaliter, debet in citatione exprimi cauſa, quare debeat venire perſonaliter: puta quòd veniat perſonaliter iuraturus de calumnia, vel reſponſurus poſitionibus partis aduerſæ, vel ad exequendum alium actum, qui requirit præſentiam perſonæ, & tunc reus citatus tenetur perſonaliter comparere: & ſi mittat procuratorem, nihilominus reputabitur contumax, ac ſi nullum procuratorem miſiſſet. Sed quæritur cum iſtud non eſſet ambiguum, quare fuit factum iſtud c. vt in c. cum in iure. de off. del. & l. ancillæ. C. de furt. Dicendum, quòd poſtquam emanauit præſens cap. iſtud non erat ambiguum, ſed ante bene erat ambiguum: nam cum Papa poſſit hoc facere, ſcilicet compellere partes in cauſa pecuniaria, vt compareant perſonaliter coram ſe, videbatur quòd etiam ſuus delegatus hoc poſſet facere, vt dictum fuit in ratione dubitandi. Nota primo, quòd per verbum, videtur, reſpondetur de iure, quod not. pro doctore vel conſultore, qui dicit, mihi videtur, & vide text. de appel. præterea requiſiſti. Not. ſecundo, quòd in cauſa criminali iudex poteſt compellere partes, vt perſonaliter coram ſe compareant. Dominicus.

*¶Prima gl. ſummat.*

a ¶ *Iuris eſſe.*] Iudex delegatus non habens ad hoc ſpeciale mandatum à Papa, non poteſt compellere partem, vt perſonaliter coram eo compareat, niſi ex rationabili cauſa.

Ambiguum quid ſit, & vnde dr.

b ¶ *Ambiguum.*] ambiguum eſt, vbi opiniones ſunt, & iura varia videntur. ſupra de ſent. exc. inter alia.

Additio. 50. diſt. quia ſanctitas tua. ſupra de reſt. ſpol. litteras. de ætat. & qual. quæris. & c. à multis. ſupra eod. lib. de ele. ſi religioſus. & j. de præb. quia ſæpe. Deriuatur autem ambiguum ab ambigo, quod componitur ab am, quod eſt circum, & ago, interpoſito b, quaſi circum agor & voluor, ſecundùm Io. Monac. & de triplici ambiguitate not. 33. diſt. c. ſi. in gl. in ambiguis. Ioan. And.

c ¶ *Non videtur.*] nec eſt. ff. de arb. l. non diſtinguemus. §. quæſitum.

*¶ Gl. ſeq. recitetur per quæſtionem quid de ordinario, ſecundo ſignat contrarium & ſoluit, tertio textum determinat.*

d ¶ *Iudicem delegatum.*] à contrario ſenſu videtur ſecus de ordinario. 25. diſt. qualis. in gl. pen. de iis quæ fiunt à prælat. cum Apoſtolica. Sed idem in ordinario, ſecundùm Ber. non enim poteſt compellere partes coram ſe venire perſonaliter, niſi in ſequentibus caſibus. C. de procurat. l. vltim. & ideo de ipſo dictum non fuit: quia de ipſo non dubitabatur per prædictam legem: ſed de delegato Papæ dubitabatur, qui videbatur poſſe idẽ quod Papa quo ad illam cauſam [1]. Liberum enim eſt cuilibet per ſe, vel per procuratorem reſpondere. C. de his qui ad eccl. confugiunt. l. præſenti. §. cum autem. ff. de procur. l. 1. j. de iuram. cal. c. vlt. ſupra de procurat. querelam. beneficium autem iuris nemini auferendum eſt. 28. diſtinct. de his. infra de reg. iuris. indultum. cum ſuis concordantiis. argumentum contra, quòd perſonaliter citatus, perſonaliter venire teneatur. ſupra de dolo & contumacia. cum dilecti. Dic quòd illud obtinet in Papa, vt ibi notat. & ſic etiam ſupra de maioritate & obedien. humilis. de dilationibus. capit. vltimo. Et habent hæc locum in cauſis priuatorum. In cauſis vero eccleſiæ, collegij, vel vniuerſitatis [2] de neceſſitate interuenit ſyndicus. ſupra de iuramento calumniæ. in pertractandis. & capit. ſequenti, ſecundùm Ber.

[1] Hoc verũ quo ad illa, ſine qb' cã ñ pt expediri. ſ. d of. de. c. j. & c. pter ea. ſecundũ Inn. & Arc. ſed ſine hoc expediri pt p pcuratoré. ergo, &c. ſicut ergo ñ poſſem illi præcipere q iret ad S. Iacobum, ſic nec q ad ipſum pſonaliter veniat, ſecũdũ I. A.

[2] Etiã ſi ipſi' cã eſſet criminalis, vel de crimine. & vide qđ no. & dixi đ ſim. dilect'. 2. Ioan. An.

Additio. Licet hæc gloſſ. dixerit in principio, ſecundùm Ber. ordinarium non poſſe compellere partes coram ſe venire, non tamen vetat quin extra iudicium poſſit ipſe ordinarius ex cauſa cogere ſubditos coram ſe perſonaliter comparere: vt ſi eget ipſorum conſilio vel perſonali auxilio, ſecundùm Hoſtienſ. alleg. 22. quæſtio. 5. de forma. de off. deleg. capit. vltim. Vel vult quòd promoueantur ad ordines. de ætat. & qualitat. capit. 1. Et ſecundùm eum de conſuetudine hoc in diuerſis caſibus experimur. Conſtat etiam eis in dubio ſemper obediendum. 23. quæſtio. 1. quid culpatur. in gloſſ. fin. Addit Ioan. Monach. quòd vocat abbates, presbyteros, & clericos perſonaliter ad ſynodum. 18. diſtinctio. capit. vltim. Item clerum & populum congregat ad ſermonem. ſupra eod. lib. de electio. vbi periculum. §. quia vero. & ad curiam mittit clericum. 16. quæſt. 1. vos autem. in authen. de ſanct. epiſc. §. reuerendiſſimi. coll. 9. Ioan. And.

e ¶ *Speciale.*] quia tunc ſicut Papa id poteſt, & ipſe ſimiliter. ſupra de proc. c. pen. cum ſuis concord.

f ¶ *In iudicio.*] de extra iudicium non dubitabatur. & eſt ſimil. ſupra eod. lib. de reſt. in integ. c. 2.

*¶Gl. ſeq. textum exponit. ſecundo quærit. arg. pro & contra: ponit opin. Ber.* Hic colligitur, quod in causa criminali [illegible]

g ¶ *Criminalis.*] intelligas criminaliter intentata. Si enim de crimine agitur ciuiliter, bene interuenit procurator. ſupra de procuratoribus. tuæ. de accuſationibus. ſuper his. vnde tunc perſonaliter venire compelli non poterit. Si autem criminaliter intentatur procurator non interuenit, niſi in caſibus notat. 2. quæſtio. 6. ſi quando. in gloſſ. fin. & ſupra de accuſationibus. veniens. Sed quærebat hic Ber. ſi admittatur procurator [1] in cauſa criminali, an valeant quæ facta ſunt cum eo? Et videtur quòd ſic, ſi non opponitur exceptio. C. de procuratoribus. l. ita demum. ff. de procuratoribus. l. filiusfamilias. §. veterani. & ea quæ fiunt cum falſo procuratore valent per conſenſum. ff. de iudiciis. l. licet. ff. rem ratam haberi. l. 3. §. falſus. Sed contra videtur: quia contra legem actum eſt. ff. de public. iudic. l. penultim. §. ad crimen. & 5. quæſtio. 3. capit. in criminalibus. Dicebat Ber. quòd valet quod cum eo actum eſt per prima iura, ex quo non fuit obiectum: iudex tamen talem procuratorem ex officio ſuo poteſt & debet repellere. ſupra de exceptionibus. exceptionem. cum ſuis concordant. & ſupra de accuſa. cum P. Nec obſtat ſi iudex debet repellere, ergo non valuit iudicium: vide inſtantiam in excommunicato per prædictam decretal. exceptionem. infra de except. pia. & cum hoc concord. Gul. in Spec. de procur. §. 1. verſ. ſed pone quòd in caſu tali.

[1] pcurator in cã criminali an debeat admitti, & an valeat pceſſus agitatus cũ illo. 3 idẽ t; Dñic. all. c. qa fruſtra. de vſu. iuncto ſi. cũ prin. & cle. conſtõné. in ſi. de ele. tñ Pe. de Anc. alleg. Bar. in d. §. ad crimẽ. t3 cõtrarium. Font.

Additio. Et Ioan. Monach. hic, & Archid. eod. libr. ſupra de procuratoribus. qui generaliter. & facit quòd not. C. de adulter. l. quamuis indubitati. Sed vt ibi not. Cyn. Fran. Accur. reſiſtebat illi gloſ. quæ innuit hanc exceptionem dilatoriam hac ratione, verba ſententiæ referenda ſunt ad perſonam domini. C. de iniur. l. ſi. & abſens damnari non poteſt. ff. de poe. abſen-

tem

[illegible] a Papa potest per procuratorem respondere [illegible] prima [illegible] cap. [illegible] fol. [illegible]

tem. In procuratorem autem ſententia ferri non poteſt:quia nocens non eſt. C.de ſen.& interloc.l.1.ergo ſemper opponi poterit.C. de proc.licet.ſecundum eum,per quod dici poteſt, quòd quo ad fienda repellitur, valebunt tamen prius cum eo geſta per iura præallegata.Ioan.And.

1 Et ad reſpõdendũ ꝑ illud ad poſitiones vel interrogata & ꝑ id poſſet dici idẽ de ꝓpoſitione facti per decr.paſtoralis.eo.tit. quod dic vt ibi.Io.And.

a ¶*Dicenda.*]ſ.ad p̃ſtandum iuramentũ de veritate 1: qđ ſolum olim præſtabatur in ſpiritualib.hodie ſecus.j.đ iu.cal. c.1.in fi.& differt in eo à iuramento calumniæ,q̃a per illud reſp.de eo quod credit & æſtimat. C.de iurei.ꝑ calum.dan. l.2.§.ſin autem.& ꝑ iſtud iuramẽtum de veritate reſpondetur, vt littera ſonat. s̃.de ele.dudum.2.

¶*Gl.ſeq.recit.per q.*

b ¶ *Iuramẽto calumniæ.*] quod principales pſonę p̃ſtare debent. C.de iurei.ꝑ calumn.dan. Auth. principales.s̃.de iu.cal. in pertractãdis, quod verum eſt niſi procurator habeat ad hoc ſpeciale mãdatum. j̃.de iur.cal. c.vl. in quo caſu dicã ꝙ delegatus principalem ad iurandũ compellere nõ poterit,cum ibi tunc non ſit iuris neceſſitas,de qua ſequitur,niſi forte principalis iuſtior ſit quàm procurator, & natura cauſæ hoc requirat:vel ſcit melius veritatem,vt C.de proc.l.vl.Et facit ad hoc.s̃.de proc.ſi quem.in fi.e.lib.Ioan.And.

† Vide l.fœminę.đ ꝓc. l.ſeruus. C. de iudi.& l. fœminæ. ff. de reg.iur.

vel niſi pro veritate dicenda [a], vel pro iuramento [b] calumniæ faciendo, vel aliàs iuris neceſſitas partes corã eo exegerit [c] perſonaliter præſentari.

¶Bonifacius octauus.

¶*Mulieres perſonaliter ad iudicium(quacunque cauſa in iure non expreſſa)inuitæ trahendæ non ſunt: ſed ſi neceſſarium ſit ipſarum teſtimonium in cauſa, iudex expenſis producentis interdum ibit, interdum mittet: & iudex fraudulenter vadens, excommunicatus eſt.Mulieres religioſæ etiam volentes extra monaſterium ſuum ex aliqua cauſa perſonaliter ad iudicium trahi non poſſunt:quod cõtra prædicta ſit, eſt irritum.Ioan.And.*

## CAP. II.

MVlieres [d] † (quas vagari non cõuenit, nec virorũ cœtibus immiſceri [e]) auctoritate litterarum [f] ſedis Apoſtolicæ, vel legatorum [g] ipſius, aut alia [h] quacunque, ad iudicium perſonaliter euocari, vel trahi inuitas [i] cauſa ferendi teſtimonium, aut alia qualibet (quę in iure non exprimitur [k]) prohibemus [l]. Sed cum neceſſarium [m] fuerit teſtimonium earundem: iudex (in expenſis partis producentis [n] eaſdem) tabellionem, aut aliam perſonam idoneam [o], ad eas tranſmittat: vel ſi forte talis caſus occurrerit, quo iure prohibente [p], receptio teſtium alteri cõmitti non poſſit: iudex † tunc propter hoc perſonaliter ad illas accedat [q] †: aut (ſi talis ſit perſonæ [r] iudicantis conditio, quòd id per ipſum non deceat fieri, vel nõ poſſit [s]) mittat [t] ad eas†: prouiſo quod caſus huiuſmodi (videlicet vt iudex vadat perſonaliter) nõ fingatur [u]:

d ¶ *Mulieres.*] Mulieres perſonaliter ad iudicium (quacunque *cauſa in iure non expreſſa*)*inuitæ trahendæ non ſunt*:ſed ſi neceſſarium ſit ipſarum teſtimonium in cauſa,iudex expẽſis producentis interdum ibit,interdum mittet,& iudex fraudulẽter *vadens,excommunicatus eſt.Mulieres religioſę* etiam volentes extra monaſteriũ ſuum ex aliqua cauſa pſonaliter ad iudicium trahi non poſſunt: quod contra prædicta ſit, eſt irritum.Iſta decretalis Bonifacij extrauagans erat,quia edita ante compilationem huius Sexti libri.Ioan.And.

¶*Gl.omnes ſe. recitã tur in textu.Io.And.*

e ¶*Immiſcere.*]periculoſa eſt.n.ſexuum cõmiſtio.18.q.2.diffinimus.

Additio. Archid. alleg. C.de arb.l. vl. Ioan.And.

f ¶ *Litterarum.*]generalium intelligas: puta quibus cauſa committitur: ſi eñ ſpecialiter expreſſum eſſet in litteris, quòd mulier trahi poſſet, ſecus.ad hoc c.prox.

g ¶ *Legatorum.*] vel delegatorum multo magis, ad hoc s̃. de reſcript.ſtatutum.

†al.ita, p̃ſat⁹ iudex pp hoc,&c.
†Not.Pe.de Anc.ꝙcuiq; priuilegia ſua ſeruãda ſũnt,& potius lædẽdã cãæ naturã, q̃ priuilegia partiũ. Fõt.
† Vide Bal. cõſ.165. li.2. & Tiraq. de leg. connubialib.leg.9

h ¶*Alia.*]puta ordinaria,vel delegata ab eo.

i ¶ *Inuitas.*]volentes ergo poſſunt:& in hoc differunt religioſæ:vt j̃.ſequitur.

Additio.Idem Ioan.Mon.& Archid.

k ¶*Non exprimitur.*]s̃.c. prox.

l ¶ *Prohibemus.*] No.meliorem conditionem mulierum quàm marium:ad idem s̃.de ſent.exc. mulieres.& c.ea noſcitur.s̃.de pig.ex litteris. Interdum eſt deterior:quod dic vt no.s̃.de pœ. & remiſ. noua quædam. ad hoc ff.de reg.iur.*l.2. Interdum* par vtriuſque cauſa:& de his not.in Spe.de proc.§.1.

m ¶ *Neceſſarium,*] quia non ſunt alij qui veritatem ſciant, vel non ita bene ſciunt,14.q.2.quamquam.

n ¶ *Producentis.*] 4.q.3.ſi teſtes.§.liberi.verſicul.venturis.s̃.eo. lib.de reſcr.ſtatutum.in fin.in gloſ.à producente.& C.de teſti. quoniam. ſicut ergo *producens tenetur* expenſas miniſtrare teſti producto: ita & tabellioni vel iudici, qui ad eas vadit,vt hic vides.

o ¶ *Idoneam.*]presbyterum,vel alium virum honeſtum coram quo iurent,&ibi etiam erit tabellio,& citabitur pars aduerſa, vt vadat viſura eas iurare,vt s̃.de teſti.c.2.

Additio. *Dicit Arch.*quòd faceret illum presbyterum vel virum honeſtum iurare, quòd ſuum officium fideliter adimpleret, vt ſic maior & plena fides illi adhiberetur. alleg. de præſump.illud.de præſcript.ad audientiam.1.q.7.ſancimus. Aliquando tamen talis perſona nuncius appellatur. s̃. de teſtib. cog.c.1.aliquando executor vel auditor,s̃.de offic.deleg.ſuper quæſtionum,

Additio. Vnde dicebat Io.Mon. quòd melius diceret,perſonas.alleg.s̃.de prob.quoniam contra.Ioan.And.

p ¶*Iure prohibente.*]vt in criminali criminaliter intẽtata, vt in Auth.de teſti.§.& quoniam. & §.hæc omnia.& C.de fid.inſtr. Auth.apud eloquentiſſimum.

Additio. Quod dicit hic gl.in criminali criminaliter intentata:intellige vt no.de verbo.ſign.forus.ad fin,& 15.q.3.ex eo. Ioan.And.

q ¶ *Accedat.*] expenſis producentis,vt not.s̃.non enim in hoc caſu credo locum habere decret.s̃.eo.lib.de reſcr.ſtatutum.§. inſuper.

r ¶*Perſonæ.*]puta epiſcopus vel ſuperior,propter reuerentiam ipſius põtificalis officij ad mulierculam eos ire non decet: ad hoc s̃.de of.ord. c.1.e.lib.

Additio.Vel aliàs religioſus,& magnæ famæ. Arch.

s ¶ *Non poſſit.*] puta ratione infirmitatis, vel forte loci in quo moratur mulier,vel alia ſimili.

t ¶ *Mittat.*] tabellionem vel perſonam idoneam,vt dictum eſt ſupra.Ioan.And.

v ¶ *Non fingatur.*] vt iudex poſſet dominam viſitare, faciebat eam nominari in teſtem.

2 Hæc gl.ex lect. Io.An. huc eſt trãſfuſa,ea ñ hr̃ ĩ antiq.cod.

c ¶ *Exegerit.*] quaſi 2 coegerit.Et tractat hic Io.Mo.quomodo exigere ponitur pro complere,pro petere,pro cogere,pro diuidere,pro expellere:ponens verſum:

*Exigo perficio,peto,diuido,cogo,repello.*

MVlieres.]Primo ponitur prohibitio mulierib.in genere: Secundo:ibi,*Sed cum.*prouiſio bimembris circa ipſarũ teſtimonia, cum certa prohibitione & pœna;Tertio prohibitio circa religioſas:ibi,*Cæterum.*Quarto decernit.in fi.

Casus. Tu & ego litigabamus coram aliquo iudice:fuit taliter proceſſum, ꝙ lis fuit conte. volo probare intentionem meam per teſtes,& dico ꝙ teſtimonium aliquarum mulierum eſt mihi neceſſarium: & peto ꝙ ipſæ mulieres citentur, vt compareant coram iudice perſonaliter perhibituræ teſtimonium veritatis:vtrum iudex poterit compellere mulieres, vt coram ſe perſonaliter compareant,& ſe exhibeant in publico pro ferẽdo teſtimonio in aliqua cauſa?Reſp.ꝙ non; nam non poſſunt exire domum ſuam vt ſe immiſceant cœtib.virorum;Quid ergo fiet,celabitur veritas?Reſp.ꝙ iudex ibit ad ipſarum domũ: & ab eis recipiet iuramentum,& in domib.ipſarum illas examinabit vocata parte & citata. Sed ponamus ꝙ iudex eſt grauis perſona:quia eſt conſtitutus in dignitate,&non eſt decens vt iudex accedat ad domos illarum mulierum baſſæ conditionis? Reſp.ꝙ tunc iudex vices ſuas committet alicui commiſſario ad illas mulieres examinãdas.Et iſta ſũt vera,niſi mulieres iſtæ vellent venire ad iudicium, & renunciare huic beneficio: nam iſtud capitulum intelligitur ꝙ nõ poſſint compelli,vt veniant ad iudicium,fallit in religioſis & Monialib.quę etiam ſi vellent venire ad iudicium, & renunciare huic beneficio,non ſunt admittẽdæ.*Non fingatur.*]vnde ſi eſt talis cauſa,in qua debẽt produci teſtes & examinari, debet mittere commiſſarios, & non debet ire perſonaliter fingendo ꝙ eius pręſentia requiratur, & ſi in fraudem faciat,incidit in excommunicationem: puta quia iudex appetit amplexus mulieris, & fingit ꝙ teſtimonium mulieris eſt neceſſarium in cauſa,&facit cũ parte vt pars nominet aliq̃ mulierem inter ſuos teſtes, vt poſſit hr̃e acceſſum ad illam mulierem. *Religioſæ.*]vnde religioſæ hic accipiuntur ſpecialiter pro illis, quæ fecerunt profeſſionem: non ſicut in l.1.C.de ſum.tri.& fide cath. ibi, in tali volumus religione verſari.& s̃.de conſt.eccleſia.vbi dicitur,ꝙ laici etiã religioſi non habent poteſtatem diſponendi in reb.eccleſiaſticis. Not.primo quòd vagatio eſt prohibita mulieribus:&ſimiliter permiſtio earum in cõgregatione virorum.No.ſecundo,quòd mulieres non poſſunt trahi ad iudicium inuitæ perſonaliter, & ſic videtur ſecus à contrario de aliis,de quo s̃.prox.c.Dom.

¶*Prima.gl.ſummat,*

a ¶Inc

a ¶*Incurrat.*]non reſeruat abſolutionem, ergo aliis concedit. de ſen.exc.nuper.
b ¶*Morari.*]vt j.de ſta.reg.c.vno.
c ¶ *Cauſa.*] vnde nec ſeruare tenẽtur decr. Nicolai quo ad perſonalem comparitionem, vt ſ. e. lib. de ele. indemnitatib. §. ſed cum eas.
d ¶ *Earundem.*] No. ꝙ non poteſt quis renunciare iuri ſuo: ad idem ſ. de foro compe. ſi diligenti. & quod ibi not. de ſen.excom. contingit. multos tales caſus quære p Accurſium.C. de pac. ſi qs in conſcriben. & ff. de pact. l. pactum inter hæredes. & per Goff. de regu. ad Apoſtolicã. Sæpe enim procurarẽt Moniales ſe ad iudiciũ euocari, vt clauſtrũ exirent: ad idem ſ. de ſen.exc.relatum.

† Aliàs, acceſſerit.

nec fraus interueniat in hac parte: Alioquin fictor huiuſmodi vel fraudator, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrat [a]. ¶Cæterum fœminę religioſæ, præſertim quæ debẽt ſub clauſura morari [b], extra ſuum monaſterium vel clauſuram non vocẽtur ad iudicium vel trahantur ex quauis cauſa [c] perſonaliter: etiam ſi ad hoc voluntas accederet†earundem [d]. Decernimus quoque, vt ipſo iure ſit irritum & inane, ſi quid contra præmiſſa contigerit attentari.

¶Idem.

*¶Maior xiiij. annis, per ſe & per procuratorem poteſt agere & defendere cauſam ſpiritualem: minor xiiij. per ſe non agit, ſed per procuratorem vel per curatorem datum auctoritate ordinarij eccleſiaſtici iudicis: & etiam delegati dati ad cauſas illas: Filiusfamilias ſine patris aſſenſu agit cauſam ſpiritualem. hoc dicit. Ioannes And.*

SI annum.]Prima pars tractat de minore: Secũda de filiofamilias: ibi, *In huiuſmodi.* Prima iterum ſubdiuiditur: quia primo tractat de minore xxv. qui eſt maior 14. Secũdo: ibi, *Si vero.* de minore 14. qui eſt minor vel maior ſeptennio. Ioan. And.

¶Pro intellectu capituli præſupponendum eſt illud quod habetur C. qui leg. perſo. ſtandi in iud. habeant vel non. in l. 1. & 2. videlicet quòd minor 25. an. non habet perſonam idoneam in qua poſſit fundari & ſubſiſtere iudicium: ſed ſi habet curatorem generalẽ, debet ingredi iudicium cum auctoritate ſui curatoris: ſi non habet curatorem generalem, debet ei dari curator auctoritate iudicis.

Casvs. Quidam Titius contraxit matrimonium cum Berta: cõtracto matrimonio per verba de præſenti, Berta non vult ſibi adhærere tanq̃ marito: certum eſt ꝙ p̃t agere contra ipſam, & petere iudicem, vt iudex compellat illam Bertam ad ſibi adhęrendum tanquam marito: Sed ponamus ꝙ Titius erat minor 25. an. vtrum poſſit eſſe in iudicio in iſta cauſa ſpirituali ſine auctoritate curatoris? Reſp. Romanus Põtifex, cum diſtinctione: aut iſte minor habet 14. annum completum, ita ꝙ eſt pubes, & in iſto caſu poteſt eſſe ĩ iudicio ſine auctoritate tutoris, & agere per ſe ſine auctoritate curatoris: & poteſt conſtituere ſuum procuratorem abſque curatore: Si autem nondum compleuit annum 14. non poteſt agere ſine auctoritate curatoris: & ſi velit conſtituere procuratorem: debet conſtituere cum auctoritate iudicis, coram quo ventilatur cauſa, ſiue ſit iudex ordinarius, ſiue delegatus. Idem dicendum eſt in cauſis dependẽtib. à cauſis ſpiritualib. verbi gratia, Titius minor 25. an. contraxit matrimonium cum Berta: pater Bertæ promiſit ei centum in dotem, certum eſt ꝙ iſte Titius minor 25. an. dummodo ſit pubes, poteſt ſine auctoritate curatoris petere iſtam Bertam in vxorem: Sed vtrum poſſit petere dotẽ ſibi promiſſam ſine auctoritate curatoris, licet ſit minor? Reſp. ꝙ ſic. Sed ponamus ꝙ aliquis qui vult tractare cauſam ſpiritualem, eſt filiusfamilias, qui non p̃t eſſe in iudicio ſine auctoritate patris, vt in gl. mag. inſt. de pat. pot. Ponamus ꝙ filiusfamilias contraxit cum Berta: pater Bertæ non vult dotem ſoluere, vtrum poſſit iſte filiusfamilias tractare cauſam ſine auctoritate patris? Vel filiusfamilias beneficiatus vult agere in cauſis beneficij ſui; vtrum poſſit ſine auctoritate patris? Reſp. Romanus Pontifex, ꝙ ſic: nam in cauſis iſtis ſpiritualib. non curatur de auctoritate patris: Et ſic filiusfamilias in cauſis ſpiritualib. poteſt agere ſine auctoritate patris, *Infante,*] qui non habet poteſtatem agẽdi, nec conſtituendi procuratorem: quia non intelligit illa ætas quid videat. l. 1. C. de fal. mo. No. primo ex iſto cap. ꝙ minor 25. an. regulariter non poteſt eſſe in iudicio per ſe, nec conſtituere procuratorem abſque auctoritate curatoris ſui, vt l. 1. & 2. allegatis. No. ꝙ quaſcunque cauſas ſpirituales vel deſcẽdẽtes à ſpiritualib. minor 25. an. ſine auctoritate curatoris poteſt tractare, & cenſetur quantũ ad illas cauſas maior. No. ꝙ idem eſt iudicium de cauſis ſpiritualib. & deſcendentib. ab eiſdem: ſicut dicim⁹ ꝙ de cauſis ſpiritualib. & de cauſis annexis ſpiritualib. idem eſt iudicium in c. quanto. de iudi. in ant. vt ius patronatus non eſt merum ius ſpirituale, ſed eſt annexum iuri ſpirituali, puta inſtitutioni, vt hic dicitur. Not. ꝙ impubes non poteſt cauſas ſpirituales tractare per ſe, nec in eis conſtituere procuratorem abſque auctoritate ſui curatoris. Poteſt poni exemplum in beneficiis dummodo ſint præbendæ: vel ex diſpenſatione Apoſtolica: quia in pupillari ætate poſſet obtinere beneficium ex diſpenſatione Apoſtolica: ſed tunc debet habere curatorem ad illas lites, vel ſi velit conſtituere procuratorẽ, hoc debet eſſe auctoritate iudicis. No. ꝙ iudex delegatus poteſt dare curatorem minori 25. ann. ad lites ventilandas coram ipſo: ſed nõ ad cauſas, quę non ventilãtur coram ſe: ſed ordinarius poteſt dare curatorem ad omnes cauſas tam coram ſe mouendas, q̃ alibi. No. vnum caſum in quo filiusfamilias poteſt eſſe in iudicio ſine auctoritate patris: quod eſt contra l. nõ ſolum. C. de bo. quæ li. puta in cauſis ſpiritualib. poteſt filiusfamilias eſſe in iudicio ſine auctoritate patris: nam iſta cenſentur peculium caſtrenſe, vel quaſi. No. vlterius illud ad quod allegatur iſte text. ꝙ clericus etiam ſacerdos & beneficiatus non liberatur à patria poteſtate: nam nos non legimus ꝙ clericatus ſit modus tollendi patriam poteſtatem: legimus tamen de dignitate epiſcopali. in Auth. ſed epiſcopalis dignitas. C. de epi. & cle.

Minor p ſe p̃t cãs ſp̃ũales, aut ab illis dependentes tractare.

†Nota vbicũq; minor legitime p̃t intereſſe iudiciis, ibi p̃t cõſtituere p curatorẽ. c. ex parte. de reſti. ſpol. ſi tñ lædatur, reſtituetur. gl. in d. c. ex parte. & l. j. C. ſi de mo. poſ. Font.

CAP. III.

SI annum [e] quartumdecimum [f] tuæ peregiſti ętatis: in beneficialibus, & aliis cauſis ſpiritualibus [g], necnon & dependentibus [h] ab eiſdem, ac ſi maior [i] xxv. annis exiſteres: ad agẽdum & defendendum, per te vel per procuratorem†(quẽ ad hoc conſtituendum decreueris) admitti debebis [k]. ¶Si vero infra quartumdecimum annum exiſtas, per te agere, aut defendere non poteris [l] ſuper ipſis: ſed vel p tuum epiſcopũ, vel per officialem eiuſdem [m],

*¶Prima gl. ſummat, & dicit quid declaret.*

e ¶ *Si annum.*]Maior 14. annis, per ſe & per procuratorem poteſt agere & defendere cauſam ſpiritualem: minor 14. per ſe nõ agit, ſed per procuratorem, vel per curatorem datum auctoritate ordinarij eccleſiaſtici iudicis: & etiã delegati dati ad cauſas illas: Filiusfamilias ſine patris aſſenſu agit cauſam ſpiritualem. hoc dicit. Emanauit hæc decretalis ad declarationem eorum, q̃ no. Ber. ſ. de reſt. ſpol. ex parte. & de æt. & qual. ex ratione. Goff. Inn. & Hoſt. eo. tit. indecorum. & ſ. de proc. accedens. Additio. Et Ioan. 15. q. 3. in certis. & Accurſius ff. de mino. l. ait prætor. in prin. & principium corrigit quod not. Gul. in Spe. de ſta. mo. ver. 31. Ioan. And.

f ¶ *Quartumdecimum.*]in mare hoc intellige, in muliere xij. & ſic intellige prædictam decr. de reſt. ſpol. ex parte. & probatur ſ. e. li. de ele. indemnitatib. 1. reſp. ſ. de deſpon. impub. continebatur. Ioan. And.

g ¶*Spiritualibus.*]puta matrimonio & ſimilibus.

h ¶ *Dependentibus.*] vt dote, quæ dependet à matrimonio. de don. inter vi. & vx. & de dote poſt diuor. reſt. c. 3.

i ¶*Ac ſi maior.*]ſine curatore ſicut maior.

*¶Gl. ſeq. ponit quatuor opi.*

k ¶ *Debebis.*] in matrimonio hoc erat expreſſum in prædicta decr. ex parte. [Per quam patet in q. Io. de Deo, de qua dicam j. de ſen. exc. c. licet. in vl. gl. etiam ſuo tempore non ponderandam ætatem 25. annorum in defendente cauſam matrimonialem.] Sed quia quidam dicebãt id ſpeciale in carnali matrimonio: ideo emanauit hæc lata cõſtitutio. Sed ꝙ idem eſſet in ſpirituali, probatur per dec. de ele. dudum. 1. & de reg. poſtulaſti. ad hoc facit quia huius voluminis compilatores [1] de tutelis & curis non poſuerunt tanquam de materia nobis non multum neceſſaria. & aduerte, quia quod hic dicitur, quidam tenebãt indiſtincte. Inn. dicebat, ꝙ debebat dari curator ſecundum qđ in ver. ſeq. de minore 14. dicitur. Hoſt. autem ſuo capite & quadam ſimilitudine diſtinguebat inter maiores 17. an. vt tunc haberet locum prima opi. quia talis prodire poteſt in publicum. 3. q. 7. c. 1. §. tria. ad hoc ſ. e. lib. de proc. qui generaliter. in fi. vel 18. ſecundum ea quę no. de of. del. cum viceſimum. & minores 17. vt tunc habeat locum opi. Inn. & hanc viam mediam dicebat tenendam. Arg. de of. dele. quærenti. hæc no. de æt. & qual. indecorum. & in ſumma eiuſdẽ ti. §. ætas. ſed reprobatur hæc opinio, vt hic vides. Ioan. And.

1 Quos vide ſ. in pœ. §. nos ad apicem. Io. An.

l ¶*Non poteris.*]hoc tenet Ber. de æt. & qual. ex ratione. in gl. vl.

*¶Gl. ſeq. reci. per obiectionem.*

m ¶*Eiuſdem* [2].] Non enim ſufficit: immo nec requiritur patris auctoritas, non enim de patrimonialib. tractamus, in quib. id locum habet. C. de bo. quæ li. cum oportet. & l. cum non ſolũ. & j. in fi. c. nec Imperatoris vel alterius iudicis ſecularis: cum ſpiritualis & eccleſiaſtica ſit cauſa. 96. di. bene quidẽ. ſ. de iud. at ſi. & de arb. contingit. arg. ff. ad Treb. ille à quo. §. fi. & l. ſeq.

2 Gl. ſeq. D. Pe. de An. & Phil. not. ꝙ tutor teſtamẽtari⁹ dati⁹ ñ poſſet litigare pro bñficiis ſui pupilli: qđ not. bñ: q Pet. đt ꝙ nõ eſt alibi. Fõ.

a ¶ Ad

a ¶*Ad lites.*] ad hoc C. de in lit. dan. tut. vel cu. per totum. C. de cura. fu. l. ſi. in prin.

b ¶*Huiuſmodi.*] ſ. ſpirituales, quaſi de temporalib. non dependentib. ſe intromittere non debeat. arg. j. prox. reſp. niſi forte ratione perſonæ: puta ſi clericus eſſet.

¶*Gl. ſeq. quærit obiiciendo, & ſoluit.*

c ¶*Maior infante.*] i. ſeptẽnio. ſ̃. de deſp. impu. litteras. & c. acceſſit. minor enim ętas ignorat quid videat. C. de fal. mo. l. 1. in fin. Sed dices, q̃ cãm ſpiritualem p̃t tractare minor infãte: m̃rimoniũ. n. vel ſponſalia cõtrahere non p̃t, vt in p̃dictis iuribus. Saluo eo qđ habetur de ſpon. iuuenis. beneficiũ eccleſiaſticum habere non p̃t, vt not. ſ̃. de præb. ſup inordinata. qualis ergo erit hæc cã? Forte diſpẽſatione Papæ adeptus eſt beneficiũ de quo agit vel defendit: vel forte repetit: vel ab eo repetuntur vſuræ 1. Vel dicitur natus de illegitimo matrimonio: de ordine cognitio. tuam vel his ſimilia.

tibi curator dabitur ad lites [a] huiuſmodi [b] exercendas: aut tuipſe (ſi maior infante [c] fueris) cum auctoritate alterius [d] eorundem procuratorem ad eas poteris deputare. Delegat⁹ etiam Apoſtolicę ſedis, & ſubdelegatus ab eo [e], tibi (ſi non habeas) curatorem [f] dare valeant, vel auctoritatem cõſtituendi procuratorem [g] præſtare ad illas cauſas, vel lites duntaxat, quæ coram ipſis fuerint ventilandæ [h]. ¶In huiuſmodi [i] quoque litibus ſiue cauſis, quamquam in poteſtate patris exiſtas†, nec aliàs abſque ipſius aſſenſu, in iudicio regulariter [k] eſſe poſſis: eius (cum de his ſe intromittere non habeat [l]) nequaquam requiri debebit aſſenſus.

¶Not. Pe. de Anc. q̃ ſimplex clericatus ñ liberat à patria p̃tãte. vide Hoſt. c. inde corũ. d̃ æta. & qual. liberat tñ quo ad pſonã, vt pcuti ñ poſſit: & ad bona aduentitia & acq̃ſita poſt clericatũ: adeo vt dixerit Bart. cõſ. 65. q̃ filius ſacerdotis notari⁹ poſſet in teſtimonio p̃ri adſcribere. Fõ.

1 Large dr̃ hęc cã ſpiritalis. i. eccleſiaſtici fori, vt in cle. diſpẽdioſam. e. ti. de quo dic vt ibi no. & dicã j. de vſu. c. j. Ioan. And.

Filiusfamil. in q̃b. caſib. poſſit eſſe ĩ iudicio ſine cõſẽſu p̃ris.

d ¶*Alterius.*] epiſcopi ſcilicet vel officialis.

Additio. Vel curatoris ſic deputati, ſecundùm Archidiaconum.

e ¶*Ab eo.*] delegato ordinarij. non dicit: quaſi ordinarius hoc delegare non poſſit. ad hoc ff. de of. proconſ. l. nec quicquam. §. vbi decreto. & ſuper hoc vide quod no. ſ̃. de reſt. in integ. c. pe. & quod dixi ſ̃. e. lib. de of. vic. licet.

Additio. Nec etiam dicit, legati, ſecundùm Archidia. non enim emanat à ſede, quod emanat à delegato: allegat de ſi. preſ by. dilectus. Graue videtur hoc dicere, q̃ delegatus legati non poteſt quod poſſit ſubdelegatus delegati: procederet autem eius dictum, ſi intellexiſſet quòd delegatus legati id non ſubdeleget. Ioan. And.

f ¶*Curatorem.*] forte generaliter, vel ſpecialiter ab ordinario datum.

g ¶*Procuratorem.*] cum eſt maior ſeptennio, vt ſ̃. ver. prox.

h ¶*Ventilandæ.*] delegata enim eis cauſa, & omnia delegata videntur, ſine quibus cauſa, &c. de off. dele. præterea.

Additio. Et c. prudentia. §. ſexta. ad cauſam vero pertinet, q̃ perſona legitima ſit in cauſa. C. qui da. tut. & cu. l. in vniuerſis. ergo poſſunt per quod peruenitur ad illud. ff. de proc. l. ad legatum. Ioan. And.

i ¶*Huiuſmodi.*] ſcilicet ſpiritualibus & dependentibus.

¶*Gl. ſeq. declarat tex. & ponit 7. caſus exceptos.*

k ¶*Regulariter.*] & hoc habet locum etiam in maiore. C. de bon. quæ lib. cum oportet. & l. cum non ſolum. Et eſt hoc verum ſuo nomine: ſecus ſi ſit alterius procurator. ſ̃. e. lib. de procurat. qui generaliter. ſecundo reſpon. & ff. de min. cum mandato. Ideo autem dixit, regulariter: quia caſualiter contra, ſicut in caſtrenſi peculio: in quo etiam contra patrem agit, ff. de iud. lis nulla. Item cum impetrat veniam ætatis: dummodo ſit maior viginti annis. C. de his qui veniam æta. impetrauerunt. l. 2. Et in momentanea poſſeſſione, C. qui legit. perſon. l. vlt. Item cum agit de thoro violato, ff. de adulte. ſi maritus. ſecunda. §. lex Iulia. & l. inter liberas. §. pen. Et in interdicto de libero homine exhibendo. ff. de libero homine exhibendo. l. 3. §. ſi mulier. Item ſecundum canones videtur quòd indiſtincte cõqueratur filius de patre. ſ̃. de ſponſ. capitu. non eſt. 2. q. 7. quæritur. vbi de hoc. & 23. q. 4. ſi eccleſia. Item in caſu ff. de iudic. ſi longius. In his & ſimilibus minor & in poteſtate conſtitutus agit.

Additio. Materiam glo. vide plene in Spe. de actore. §. 1. ver. item quòd eſt filius. & duabus chartis ſequentib. & ſpecialiter de clericis in ver. ſed cum clericorum dicto, & per hoc decido quamplures quæſtiones huius materiæ ibi poſitas. & in l. vlt. C. de bo. quæ lib. Ioan. And.

l ¶*Non habeat.*] habet enim locum illa regula in patrimonialibus, vt ſ̃. dixi.

DE FORO COMPETENTI.

Cõtinuatio dom. Helię.

¶*Dictum fuit titulo prox. de iudiciis: verum quia multotiens accidit, quòd vocati ad iudicium excipiunt de incompetentia fori: & poſſet aliquis dubitare quod dicatur forum competens, & quid incompetentia: ideo annectitur rubrica iſta de foro competenti.*

## TITVLVS II.

## De foro competenti.

¶Innocentius quartus†.

† In quodã manuſcripto tribuitur Innoc. iij.

¶*Archiepiſcopus omiſſo appellationis articulo, vel per viam querelæ, de cauſa ſubditorum, ſuffraganeis etiam ipſis conſentientibus, non cognoſcit. hoc dicit vſque ad §. neque.*

### CAP. I.

ROmana [m] eccleſia: & infra. ¶Nec appellationis articulo

m ROmana.] Hæc ſolennis decr. habet vndecim dicta circa forum competens vel incompetẽs ſecundùm Hoſt. Boatinum & Io. Mo. Primo enim ponit duo dicta: Secundo: ibi, *Neque.* tria. Tertio: ibi, *Nec etiam.* duo. Quarto: ibi, *Contrahentes.* vnum. Quinto: ibi, *Nec clericos.* ponit alia tria.

¶Pro intellectu huius ca. habemus aliqua præſupponere, & primo illud quod dicitur in c. paſtoralis. de of. or. in an. q̃ regulariter archiepiſcopus non eſt cõpetens iudex inter ſubditos ſuorum ſuffraganeorum in prima inſtantia. Item præſupponẽdũ eſt, q̃ quando appellatur ab epiſcopo ad archiepiſcopum, ſi appellatio fuerit legitima, cauſa deuoluitur ad archiepiſcopum: & archiepiſcopus poteſt retinere cognitionem cauſæ principalis, ſi dictum fuerit bene appellatum & male iudicatum. c. vt debitus. de appel. in ant.

Casvs. Tu & ego litigabamus coram epiſcopo Pictauen. qui contra te tulit aliquam interlocutoriam, à qua appellauiſti ad metropolitanum: videlicet ad archiepiſcopum Burdegal. fui citatus ad procedendum in cauſa appellationis: in termino mihi aſſignato comparui: tu & ego conuenimus mutuo conſenſu, quòd archiepiſcopus non cognoſceret de articulo appellationis, ſed tantum de principali cauſa: an archiepiſcopus poſſit cognoſcere de cauſa principali omittẽdo articulum appellationis? Reſpondet Romanus Pontifex, quòd nõ: quia partes poſſent adhibere fraudem, vt priuarent primum iudicem ſua iuriſdictione. Sed ponamus quòd in aliqua cauſa quæ vertebatur inter te & me, & coram epiſcopo Pictauen. fuit ad archiepiſcopum Burdegal. appellatum: archiepiſcopus eſt contentus cauſam appellationis committere: non eſt dubium q̃ poteſt, dummodo faciat in diœceſi illius epiſcopi à quo eſt appellatum: Sed quid, delegatus non vult acceptare delegationem: an poſſit compelli? Reſpondet quòd non. Sed ponamus quòd archiepiſcopus cognoſcit inter partes in prima inſtãtia: altera partium vult producere aliquos teſtes, qui ſunt de iſto epiſcopatu Pictauen. vtrum poterit illos facere conueniri coram ſe? Reſp. quòd non: Qualiter ergo prouidebitur parti? Reſpondet quòd archiepiſcopus poterit vices ſuas committere alicui commiſſario in diœceſi Pictauen. & poterit archiepiſcopus epiſcopum Pictauen. requirere vt compellat commiſſarium ad ſuſcipiendum delegationem, & teſtes ad ferendum teſtimonium veritatis coram ipſo commiſſario. Sed quid, habuimus in principio huius capituli, quòd archiepiſcopus non habet iuriſdictionem in ſubditos ſuorum ſuffraganeorum: ſed nunquid ad minus habebit in officialem & alios officiarios ſuorum ſuffraganeorum, puta archipresbyteros, decanos, & alios? Reſpondet Romanus Pontifex, quòd non, niſi ſit contraria conſuetudo. Et ponamus quòd tu & ego qui ſumus de iſta diœceſi, litigabamus in curia archiepiſcopi Burdegalenſis: accepimus in cauſa noſtra peroranda procuratores & aduocatos, & conuenimus cum aduocatis & procuratoribus de certo ſalario pro conductione cauſæ in ciuitate Burdegalen. iſte aduocatus meus conuenit me pro ſuo ſalario: vtrum tenear comparere? Reſpõdet quòd non: nam pro ſalariis non poſſum in dicta curia archiepiſcopi in prima inſtantia conueniri, l. hæres abſens. ff. de iud. vbi dicitur, quòd ſi quis tanquam viator contrahat in aliquo loco, licet ratione contractus ſortiatur forum, tamen non poteſt conueniri in illo loco, quia eſſet abſurdum quòd quilibet viator poſſet conueniri in omnibus locis, in quibus contraxit, vt dicta l. hæres abſens. alleg. modo iſti erant ibi tanquam viatores. Nota primo, quòd iudex qui non poteſt adiri niſi per viam appellationis, non poteſt de cauſa principali cognoſcere, niſi prius diſcutiat de viribus appellationis: etiam ſi partes conſentiant: & ſic patet quòd iudex qui habet iuriſdictionem limitatam ad certum caſum, primo debet cognoſcere an ſit in caſu quo iuriſdictionem habeat. Ad hoc ſ̃. de electio. prouida. Nota ſecundo ex §. neque. quòd quis non poteſt compellere vt recipiatur eius delegatio, niſi illum quem vult compellere vt recipiatur eius delegatio, habeat

Caſus §. Neque.

caſus §. nec etiam.

Iudex appellationis de principali nõ cognoſcit ante appellationis diſcuſſionẽ.

ratione

ratione illius iuriſdictionis ſubiectum. No. tertio ex §. nec etiam. quòd quis non poteſt conueniri in loco cõtractus, quando fuit factus per aliquem viatorem. de quo in gl.

*¶Gl. ſeq. determinans textum, ponit contrarium.*

prætermiſſo [a]: nec aliàs etiam (cum minime appellatum extiterit [b]) Remen. [c] archiepiſcopus vel eius officialis†, de cauſis clericorum [d] tanquam iudices [e] (licet in ipſos iidem clerici de facto [f] conſentiant) abſque diœceſanorum ſuorum voluntate cognoſcant.

*¶Archiepiſcopus ſubditos ſuffraganei non poteſt compellere cauſas delegatas ab eo ſuſcipere, ſuas ſententias, & præcepta exequi, vel teſtimonia in cauſis ad eos deuolutis ferre: niſi conſuetudo aliud diſponat. hoc dicit.* Dominicus.

¶Neque ſuffraganeorum Remenſis eccleſiæ ſubditos ipſorum delegationem ſuſcipere [g]: vel ſententias & præcepta [h] exequi: aut in cauſis per appellationem deuolutis ad eos teſtimonium (niſi aliud in his tribus de conſuetudine [i] obtineant) perhibere compellant.

*¶Archiepiſcopus contra officiales, vel prælatos ſuffraganeorum (cõſuetudine aliud non diſponente) & contra ſubditos ipſorum, pro ſalariis aduocatorum, & procuratorum cauſarum fori achiepiſcopi, iudex competens non eſt. hoc dicit.*

a ¶*Prætermiſſo.*] licet per appellationem ad archiepiſcopum cauſa deuoluatur: & de ea cognoſcere poſſit, tamẽ de principali quæſtione cognoſcere nõ poteſt, niſi prius de appellatione cognoſcat (etiam partib. conſentientib.) ſine voluntate ſuffraganei: quia ĩ hoc caſu perinde eſſet, ac ſi ſine voluntate ſuffranei per ſimplicem querelam cognoſceret: quod non poteſt facere. eo. li. de of. or. ca. 1. & ſic fraus fieret illi conſtitutioni. Et hoc intellige, cum appellatur ante ſententiam: nam quando appellatur à ſententia: iudex appellationis ſtatim de principali cognoſcat 1. de hoc s̃. de app. vt debitus. in gl. pe. & per hoc probatur opi. Hoſt. qui not. j. eo. lib. de app. cordi. quòd illa decre. locum habet ſpecialiter in Papa: in archiepiſcopo enim locum non habet, vt hic vides. ſic etiam ſoluitur contrarium illius decr. ad iſtam. Satis tamen videtur. [ſecundùm Hoſt. Petr. de Samp. & Arch.] ꝙ in quolibet inferiori à Papa locum etiam habeat decret. illa, qui per ſimplicem querelam poſſit adiri 2: & ſic poſſet intelligi opinio Inno. vt ibi dicam.

b ¶*Extiterit.*] & ſic aditur per ſimplicem querelam.

c ¶*Remen.*] vel alius quilibet. de of. ord. c. 1. s̃. e. lib.

d ¶*Clericorum.*] in laicis ſecus: quia priuatorum cõſenſus, &c. C. de iuriſ. om. iud. priuatorum.

Additio. Idem Ioan. Mon. & Archid. quod eſt verum quo ad temporalia: ſecus in ſpiritualibus ſecundùm Hoſt. alleg. s̃. de pœni. & remiſ. omnis. & remittit ad id quod not. de deſpon. impub. c. 2. & de hoc dixi de offic. delegat. P. & G. ſuper gl. fin. Ioan. And.

e ¶*Iudices.*] bene dicit: quia tãquam arbitri hoc poſſent etiam ſine epiſcoporum conſenſu: ſicut quilibet alij: cum hoc prohibitum non ſit 3. ad hoc de arb. cum tempore. & c. dilecti.

Additio. Et de hoc s̃. eod. in antiq. ſi diligenti. in fin. 1. gloſſ. Ioan. And.

f ¶*De facto.*] quia de iure non poſſunt in iudicem non ſuum, etiam eccleſiaſticam perſonam: & ſi alias præſit iuriſdictioni, ſine proprij epiſcopi conſentire licentia. s̃. e. in antiq. ſignificaſti. vbi de hoc.

Additio. Et quod ibi ſcripſi poſt Hoſt. ſuper prima gl. hic no. Hoſt. & Io. Mo. de nouem, ſcilicet quæ requiruntur in iuriſdictionis prorogatione, quam facit clericus. Ioan. And.

*¶Gl. ſeq. quærit, ſoluit, dat ſimile, in fi. ſoluit obiectionem.*

g ¶*Suſcipere.*] bene poteſt archiepiſcopus cauſam vel executionem ſententiæ delegare ſubditis ſuffraganeorum ſuorum: ſed ad illa ſuſcipienda illos inuitos compellere non poteſt, nec poteſt compellere illos vt ferant teſtimonium in cauſis ad ipſum per appellationem deuolutis: niſi in his caſibus aliud inducat conſuetudo. Quid ergo fiet? mandabit ſuffraganeo, vt ſubditum compellat ad teſtimonium ferendum in cauſa illa 4, ſicut in aliis caſibus. & de hoc ſupra de offic. ord. paſtoralis. Idem eſt in quolibet iudice, vt ſi de alia ciuitate petantur teſtes, iudex cauſæ ad iudicem loci mittat, vt teſtes recipiat, & ad iudicem atteſtationes remittat. C. de fide inſtrum. l. iudices. Et not. quòd non eandem iuriſdictionem habet iudex in acceſſorio, quam in principali: ſed illud quia in ſubditos ſuffraganeorum iuriſdictionem non habet, vt in prin. decre. paſtoralis.

Additio. Et ſic non obſtat s̃. de of. del. prudentiam. §. pe. & vl. quæ loquitur in delegato Papæ. Ioan. And.

h ¶*Præcepta.*] vt quia aliquem citari mandat, vel his ſimilia.

† al. officiales.

1 Placet Do.

2 Vt eſt lega t°. c. j. de of. leg. tñ Dom. t; ꝙ illa decre. ñ h3 locũ. c. puenit 11. q. 2. idẽ t3 Phil. Font.

3 Idẽ Pet. de Anc. ex qua gl. no. Dom. & Phil. ꝙ appellõe iudicũ ñ veniũt arbitri. & intellige glo. qñ compromittitur de pĩmonialibus: q͂a đ eccleſiaſticis ñ poſsẽt ſine lcĩa epi. gl. fi. c. puenit. s̃. de arb. Io. An. Phil. & Dom. Font.

4 Quid ſi intra terminũ ad hoc aſſignatũ id nõ fecerit? Archieps id faciet ſecũdũ Hoſt. alleg. qđ no. s̃. e. đ ſup. neg. pl. Romana. hoc ñ pl; Archi. dicenti, ꝙ l3 tũc ſuffraganeum cogere poſſit, ſubditũ ipſi° ñ. I. A.

i ¶*De conſuetudine.*] conſuetudo ergo in his iuriſdictionem tribuit, ad idem s̃. e. li. de of. ord. c. 1. de for. com. cum contingat. iñ antiquis. s̃. e. lib. de conſue. c. 3. cum ſimilibus.

k ¶*Officiales.*] licet enim in epiſcopum iuriſdictionem habeat: non tamen in officialem, vt infra in fi. c. dicitur.

Casvs. Dictum fuit ſupra eod.c.prox. quòd iuramentum de calumnia debet ab vtraq; parte præſtari in exordio litis,ideſt, ſtatim poſt litem conteſtatam : Sed ponamus quòd in prima inſtantia iuratum fuit per partes de calumnia : vtrum in cauſa appellationis ſit de calumnia iterum iurandum?Videtur quòd non:quia eadem eſt cauſa appellationis cum prima inſtantia, ſed in prima inſtantia iuratum fuit de calumnia:igitur non eſt amplius de calumnia iurandum in cauſa appellationis : aliàs in eadem inſtantia ſiue cauſa bis iuraretur de calumnia : hoc tamen non obſtante reſpondet Romanus Pontifex, quòd in cauſa appellationis iurandum eſt de calumnia : licet in prima inſtantia fuerit iuratum.Sed ponamus quòd partes principales litigantes iurauerint de calumnia, poſtea conſtituerunt procuratores ſuos : vtrum iſti procuratores ſuperuenientes debeant iurare de calumnia ? Reſpondet quòd ſic, licet interueniant poſt iuramentum præſtitum à principalibus partibus, aliàs ipſi procuratores in cauſa poſſent de facili committere calumniam. Sed Sanctiſſime Pater, vellem informari à ſanctitate veſtra, vtrum iudex poſſit pluries exigere iuramentum de malitia, licet fuerit prȩſtitum iuramentum de calumnia ? Videtur ꝙ non:quia iuramentum de malitia continetur ſub iuramento de calumnia.Hoc tamen non obſtante reſpondet Romanus Pontifex dicens,ꝙ licet generaliter in iuramento calumniæ contineatur iuramentum de malitia:tamen quia ſolet plus timeri illud quod in ſpecie exigitur, quàm illud ꝙ ſolum in genere exigitur : poterit iudex quotiens ſibi videbitur exigere à partibus iuramentum de malitia, licet in cauſa ipſa iuratum fuit de calumnia. Nota primo arg.quòd aliud eſt cauſa principalis,aliud eſt cauſa appellationis. de quo per gl. j.de teſt.c.ſi.Nota ſecundo iſta duo iuramenta quo ad prȩſtationem æquipararari,vnum iuramentum calumniæ & veritatis: vt vbi vnum præſtatur, ibi etiam aliud ſit præſtandum.ad hoc ſ.c.prox.§.ſi.Dominicus.

† An iurm̃ de calũnia pſtari poſſit p ꝓcuratorẽ, vi de Fel. in c. licet ex quadã.extra de teſtibus.

*¶ Prima gl.ſummat,& diuidit:ſecundo dicit quid declaret.*

l ¶ *In appellationis cauſa.*] In cauſa appellationis iurari debet de calumnia, & veritate dicenda. hoc primo. ſecundo dicit, quòd procurator deputatus poſt iuramentum calumniæ, iurabit de calumnia. Tertio, quòd iudex quotiens ſibi videtur exigit iuramentum malitiæ:etiam ſi de calumnia,vel veritate iuratum ſit. Per primum dictum determinantur quæ not. per Accurſ.C.eo.l.2.in prin. & per Inn.& Hoſt.Pet.& Abb.ſ.eo.c. 1.ſuper verſ.quæcunque cauſa.Gul.in Spec.eo.ti.§.2.ver.quid de cauſa. Bar.Brix.in q.venereali,quæ incipit,quæritur vtrum in cauſa. Et per prædicta videre potes, quòd hic reprobatur opin.Pla.& Azon. qui dicebant, quòd ex quo iuratum erat in principali,non iurabitur in cauſa appellationis.in Auth.de iis qui ingred.ad ap.§.ſi.coll.8. & pro eis faciunt omnia iura,per quȩ probatur quòd eadem ſit cauſa appellationis cum prima. 16.diſt.habeo.2.q.6.c.ſi autem.§.ſi quis in quacunque. C.vt in vna & eadem cauſa.l.1.ff.de iud.proponebatur Io.Crem.Hoſt. Goffr.& ſupradicti doctores contra : quorum hic approbatur opinio,pro eis 6.q.4.Oſius.in glo.1.& 2.q.6.ſi quis epiſcopus. in gl.1. C.de iud.properandum. in Authen.vt lit.iur.in princ. ibi tamen Accurſ.tenet primam. ff.de dam.infect.qui bona.§. penul.Ioan.And.

m ¶ *Iuratum fuerit.*] propter hoc erat dubitatio : quia non videbatur tunc debere iurari : & quia bis iurandum non eſt: & quia tunc ſuperfluum videbatur iuramentum, quod faciendum non eſt.de iureiu.& ſi Chriſtus.de prob.c.2.

Additio. Et hic notat Archidiaconus quod ibi dixi. Ioannes Andr.

n ¶ *Iuramentum.*] ſed de calumnia iurari debet ſtatim poſt litis conteſtationem,vt ſ.prox. Nota ergo arg.quòd facienda eſt litis conteſtatio in cauſa appellationis 3. de hoc no.ſ.de teſt.c.Raynaldus.ver.dilectus.Ioan.And.

3 Idem Phil. Io. Andr. & Bart.in cap. Raynaldus. de teſt. Fõt.

o ¶ *De veritate dicenda.*] ſi talis eſt cauſa in qua iuretur de veritate,vt in ſi.c.dicitur.

p ¶ *Procuratores.*] Emanauit iſte ver.ad declarationem gloſſarum prædictarum.Inn.Hoſt.& Gul.in Spe.eo.ti.§.ſequitur.in fin. & eius hic approbatur opinio:& reprobatur opinio Hoſt. qui tenebat contrarium.

Additio. Vide Accur.in Authen.principales.C.eod.ti.in gl. Ioan.And.

q ¶ *Poſt.*] hæc erat dubitatio : quia non videbatur bis iurandum.C.eo.ti.Auth.hoc ſacramentum.

r ¶ *Deputantur.*] ab ipſis principalibus,vel à procuratoribus, qui poſt litem conteſtatam ſubſtituere poterunt.ſupra eo.lib. de procur.c.1.

*¶ Gloſſa ſequens recit.per quæſtionem & ſolutionem.*

a ¶*Ab ipſis.*] Nota quòd licet procurator iuret in animam domini.17.q.4.metuentes.in gl.pe.& 100.di.optatum.in gl.2.63. di.tibi domino.vbi de hoc.& ſ.e.lib.de elc.procurator,ſacramentum tamen calumniæ & in animam domini,& propriam præbet,vt hic vides: aliàs autem quare iuraret, ex quo dominus iurauerat: & in hoc caſu non eſt neceſſarium ſpeciale mandatum. de ſyndico vero dic vt ſ.e. in pertractandis,

Iurã calũniæ in cuiꝰ animã p ꝑcuratorem præſtatur.

Additio. De hoc in Spe.e.ti.§.2.verſ. ſed nunquid hæres. & ibi in ver.ſed nũquid ſi iudex mutetur, & per Accur.in l.2.C.eo.ti.in princ. Ioan.And.

¶ *Gl.ſeq. ſoluit quæſtionem:& ponit opi. contrariam.*

b ¶*Iuramentum.*] Not.ad quęſtionem qua q̃ritur,an hęres vel ſucceſſor teneatur iurare, ex quo defunctꝰ iurauerat? Et dic quòd ſic 1, p hanc litteram &per auth.C.e.ti. principales. & per l.ff. de dam.infe.qui bona. §.pen. potuit enim defunctus habere bonam fidem:& hæres vel ſucceſſor malam.ff.de acc.ſi cui. C.de reb.cre.generaliter.1.reſp. licet quidam contra: quia hæres & ſucceſſor eadem perſona cum defuncto cenſetur 2. in Auth.iuſiuran.quod à mor.præſt.§.2.

1Idẽ Phil.& rõ, q̃a iurã ñ tranſit de pſona in pſonã,ió notari dʒ.Fõt.

†De intellectu vide Matthę.ſing.149 inci.nota ꝙ ſi dñs. adde Im.&Alc.in l. q bona.§. ſi alieno. ff. de dam.inf.

2Hæc rõ nõ ꝓcedit, q̃a ĩ veritate ſũt duæ pſonæ, & hñt duas animas. Philip. Font.

(vt calumnia vitetur ab ipſis [a]) ad ſubeundum huiuſmodi iuramentum [b]:etiam ſi à ſuis dominis quid ponere,aut reſpondere,ſeu agere debeant,ſint inſtructi [c].

¶*Iudex quotiens ſibi videtur,exigit iuramentum malitiæ:etiamſi de calumnia,vel veritate iuratum ſit.Ioan.And.*

¶ In omnibus [d] autem cauſis, nedum ante, ſed etiam poſtquam lis fuerit conteſtata,ſiue de veritate, ſiue de calumnia ſit iuratum in ipſis: poteſt iudex à partibus exigere iuramentum malitiæ [e], quotiens viderit expedire.

¶Idem.

¶*Procurator habens ſpeciale mandatum, iurat de calumnia.Ioan.And.*

CAP. III.

NVllam † tibi [f] iudex iniuriam [g] feciſſe cẽſetur,qui procuratorem tui aduerſarij [h] conſtitutum ad cauſam,habentem ſuper hoc ſpeciale mandatum,admiſit ad pręſtandum in ea calumniæ iuramentum [i].

c ¶ *Inſtructi.*] In hoc caſu recitabant prædicti Doctores non debere procuratorem iurare: quia qui facit per alium,&c. de reg.iu.qui facit per alium,

d ¶ *In omnibus.*] declaratur per hoc quod no.ſ.de reſt.ſpol.litteras.in gl.antep.& de prob.c.2. & probatur quod no.de teſt. præſentium.in gl.iuramentum.in fi.

Additio. Et quod no.Gul.in Spec.eo.ti.§.1.verſi.ſecundum. Ioan.And.

e ¶ *Malitiæ.*] licet ergo ex quo iuratum eſt de calumnia,amplius in eadem cauſa de calumnia iurandum nõ ſit ab eodem, vt C.eo.Auth.hoc ſacramentum.& ſ.prox.reſp.de malitia tamen bene iuratur: puta cum ſuſpicatur iudex quòd malitioſe proponatur exceptio 3, petatur dilatio. Ad hoc de except. paſtoralis.de teſtib.vltra tertiam. C.de fi.inſtrum.l.vlt.30.q.5. iudicantem.

3alia exẽpla vide in Spe. e.ti.pal.ver. ſecũdũ.I.A,

NVllam.] Quia breue eſt,non diuiditur.Dominicus.

¶ Præſupponendum eſt pro intellectu c. quod habetur in c.1.eo.tit.in ant. videlicet, quòd partes principales debent perſonaliter præſtare iuramentum de calumnia, niſi eſſent egregiæ perſonæ.l.ad perſonas.ff.de iureiur.

Casvs. Prætendebam te debitorem meum:feci te conueniri coram iudice competenti, ad cauſam meam tractandam conſtitui meum procuratorem ſpecialiter ad iurandum de calumnia in tali cauſa: nam requiritur quòd cauſa exprimatur, nec ſufficit dicere, conſtituo meum procuratorem in omnibus & ſingulis cauſis ad iurandum de calumnia, licet contrarium ſeruetur in pleriſque curiis: lite conteſtata procurator meus voluit iurare de calumnia pro me domino ſuo: Tu aduerſarius meus propoponis, quòd ipſe procurator non eſt admittendus ad iurandum de calumnia pro me,ſed quòd teneor illud præſtare perſonaliter:vt in c.1.e.tit.in ant.an bene dicas? Reſpondet quòd non, immo iudex poteſt &debet procuratorem ad hoc ſpecialiter conſtitutum admittere ad iurandum de calumnia:& in hoc non facit iudex iniuriam partibus.Nota primo vnum caſum, in quo requiritur ſpeciale mandatum, alios caſus gl.enumerat in c.qui ad agendum.de proc.ſ.e.lib. Nota ſecundo,quòd aduerſarius dicitur,qui habet litem contra alium: quod nota pro ſtatutis facientibus mentionem de aduerſario.Dominicus.

¶*Prima gl.ſummat,& dicit quid declaret.*

f ¶ *Nullam tibi.*] Procurator habens ſpeciale mandatum iurat de calumnia.Emanauit ad declarationem eorum quæ legũtur & no.C.e.ti.l.2.§.ſi autem abfuerit.& per Ber.ſ.e.c.2.& c.cæterum.&per Inn.& Hoſt.ſ.eo.cum cauſam.& per Gul.in Spe. eo.ti.§.reſtat.verſ.quid ergo.

g ¶ *Iniuriam.*] quam ſi inferret,iudex non eſſet,ſupra de ver. ſignific.forus.in fine,

Additio. Quod exponas vt ibi no.ſ.Ioan.And.

h ¶ *Aduerſarij.*] & ſic erat procurator ſingularis perſonæ,de ſyndico enim vniuerſitatis, vel collegij non dubitamus quin iuret.ſ.eo.in pertractandis.& c.ſeq.

i ¶*Iuramentum.*] dicunt quidam,quòd olim procuratores indifferenter iurabãt. ff.de damn.infe.qui bona.§.pen.ſed fuit poſtea ſtatutum, ꝙ ſolum principales perſonę iurent.C.e. tit.l.2.§.ſi autem.& ſ.e.ti.c.1.quod verũ eſt, niſi procuratores habeant ſpeciale mandatum 4: vt hic.& ff.de iureiu.l. iuſiurandum, & ad pecunias. Alij dicebant, quòd procurator priuati etiam cũ ſpeciali mãdato ad iurandum non admittitur per prima iura: ſed quia non expedit iura corrigi, vt ſ.eo.de elect. cum expediat.dic l. qui bona. non eſſe correctam,ſed loqui in caſu decre.iſtius, ſcilicet,cum habeat procurator ſpeciale mandatum. Alij dicebant, quòd cum procurator per litis conteſtationem factus ſit dominus litis,poterat de calumnia iurare:quod verum eſt 5, niſi habeat ad hoc ſpeciale,vt hic vides.

4 Nõ requiritur tñ ꝙ cã ſit ſpecificata: vñ ꝓcurator ad lites pſentes&futuras hñs in ꝓcuratorio ꝙ poſſit iurare d calũnia certe poterit in quacũ q; cã, lʒ dñs illã cãm ſpãliter ei ñ cõmiſerit: & ſic practicatur.Phil.Fõ.

†vide Matt. de Affli.deciſ.19.

5Supple inquantũ contingit dñiũ.

# TITVLVS V.

## De reſtitutione ſpoliatorum.

¶ Innocentius quartus in còncilio Lugdunenſi.

¶ *In ciuilibus non admittitur ſpoliationis exceptio facta ab alio,quàm ab actore: In criminalibus admittitur facta à tertio: dummodo ſit de tota ſubſtantia, vel maiori parte. Exceptio probari debet infra xv. dies,aliàs ſit condemnatio expenſarum. Ioan.And.*

CAP. I.

FRequens † & ...

DE RESTITVTIONE ſpoliatorum.

¶*Dictum fuit ſupra per diſcurſum titulorum præcedentium de armis actorum contra reos: verum quia ipſi rei conuenti aliquotiens excipiunt de ſpoliatione facta ab actore:quandoque à tertio: ideo ad nos informandum de huiuſmodi ſpoliationibus quid iuris ſit:annectit rubricam de reſtitutione ſpoliatorum.*

FRequens,&c.] Hæc eſt notabilis decretal. Et duæ ſunt partes:In prima procœmium & conſtitutionis cauſa: In ſecunda conſtitutio, ibi,*Statuimus.* quæ tria facit.Primo prouidet quando obſtat exceptio ſpoliationis in ciuilibus & criminalibus: & ponit tempus probandi, & pœnam non probantis:Secundo ſoluit ſcholaſticam dubitationem, ibi, *Solet.* Tertio certo caſu prohibet exceptionem,ibi,*Ad hoc.*Ioan.And.

¶ Pro intellectu huius c.habemus præſupponere,quòd ſi quis intulerit mihi violentiam ſpoliando me re,quam poſſidebam: ipſe ſpoliator non poteſt aliqua actione contra me agere,niſi primitus redintegret me in ſtatu, in quo eram tempore illatæ violentiæ. de hoc in l.2.C.vnde vi.de ord.cog.in antiq. maxime in cap.ſi.

Casvs,Titius vi & violentia te expulit à poſſeſſione vineæ vel prati: poſtea feci te conueniri coram tuo iudice competenti ſuper mutuo vel alia re, tibi obtuli libellum meum, cui petij per te reſponderi:tu in die qua eras reſponſurus libello, excipis, quòd fueras ſpoliatus à poſſeſſione vineæ tuæ, vel prati per quendam Titium,& quòd non tenebaris reſponde libello meo, niſi primo eſſes redintegratus: vtrum illo medio poſſis me repellere ab agendo?Certe non,niſi ego te ſpoliaſſem. Sed ponamus quòd ago contra te criminaliter:tu excipis,quòd talis te ſpoliauit omnibus bonis tuis,ſine quibus non potes defendere & proſequi cauſam criminalem, an ſis audiendus: & vtrum iſta ſpoliatio à tertio facta differat proceſſum quouſq; ſis reſtitutus?Reſpondet Romanus Pontifex cum diſtinctione: quia vel Titius ſpoliauit te aliqua re, aut omnibus bonis tuis: Primo modo, videlicet quando Titius ſpoliauit te aliqua re: tunc illa ſpoliatio non differt proceſſum meum in cauſa criminali:Si autem ſpoliauit te omnibus bonis, vel maiori parte bonorum, tunc differtur proceſſus vſque ad reſtitutionem. Sed nunquid à iure eſt limitatum tempus ad probãdum iſtam ſpoliationem? Reſpondet quòd ſic: videlicet tempus xv.dierum,& ſi infra illos xv.dies non probes ſpoliationem, illis xv. diebus elapſis iudex compellet te ad procedendum mecum. Sed ponamus quòd infra xv. dies tu reus probaſti ſpoliationem: quæritur vſque ad quod tempus erit differendum, ſiue prorogandum iſtud iudicium ſuper crimine:quia tu reus poſ-

ſes diff

aſſidua [a] nos querela circũſtrepit [b], quòd ſpoliationis exceptio nonnunquam in iudiciis calumnioſe [c] propoſita, cauſas eccleſiaſticas impedit & perturbat †: dum enim exceptioni [d] inſiſtitur: appellationes interponi contingit: & ſic intermittitur [e], & plerunq; perimitur [f] cauſæ cognitio principalis: Et propterea nos, qui voluntarios labores [g] appetimus, vt quietem aliis præparemus, finem litibus cupientes imponi, & calumniæ materiam amputare: Statuimus [h], vt in ciuilib⁹ negotiis, ſpoliationis obiectu (quæ ab alio, quàm ab actore [i] facta proponitur) iudex in principali procedere nõ poſtponat. Sed ſi in ciuilibus ab actore, in criminalibus autem ſe ſpoliatum reus aſſerat à quocunque [k], infra quindecim [l] dierũ ſpatium (poſt diẽ, in quo proponitur [m]) quod aſſerit [n] †, comprobabit: alioquin [o] in expenſis, quas interim actor ob hoc fecerit, iudiciali taxatione [p] præhabita, condemnetur: aliàs (ſi iudici æquum viſum fuerit) puniendus [q]. ¶Illum autem ſpoliatum intelligi volumus in hoc caſu, cum criminaliter accuſatur, qui tota ſua ſubſtantia [r], vel maiori parte ipſius ſe per violentiam deſtitutum affirmat: & ſecundum hoc loqui canones, ſano credendum eſt intellectu: quia nec nudi contendere, nec inermes inimicis opponere nos debemus: habet enim ſpoliatus priuilegium, vt non poſſit exui iam nudatus.

† Aliàs, conturbat.

ſes differe reſtitutionem ſpoliationis vt impunitus remaneres de crimine? Reſpondet Romanus Põtifex, quòd iudex poterit tibi præfigere terminum, & debebit, infra quem tu ages contra Titium ſpoliatorem: quo termino elapſo iudex compellet te procedere mecum in cauſa criminali: & hoc ſiue à ſpoliatione fueris redintegratus, ſiue non: & hoc ne reus de crimine remaneat impunitus. Sed ponamus quòd ego actor te ſpoliaui à poſſeſſione tuæ vineæ: non facta reſtitutione poſſeſſionis tuæ vineæ, volui agere contra te pro iurib. eccleſiæ meæ: quia dicebam quòd eccleſiæ meæ debebas legatum, vel aliquod aliud deuerium, vtrum poſſis me repellere ab agendo, & excipere de ſpoliatione per me facta, vt differatur proceſſus donec fueris reſtitut⁹? Certe non obſtat mihi iſta exceptio ſpoliationis. Idem eſt dicendum econtra, vt puta ſi nomine eccleſiæ meæ te ſpoliaui: poſtea ago nomine meo priuato, non obſtat mihi exceptio ſpoliationis. Nota primo ex iſto tex. quòd ſpoliatio ab actore facta, ipſum repellit ab agendo, per quamcunque actionem agat contra me: licet aliqui dicant, quòd ſolum illum repellit ab agendo contra me ſuper illa re qua ſpoliaui: nec teneris mecum procedere donec ſis reſtitutus. Nota inſuper, ꝙ violentia alterius non debet aliis nocere: ideo violentia tertij ſuper ſpoliatione non repellit me ab agendo. Nota vlterius, quòd exceptio ſpoliationis à tertio facta, poteſt opponi agenti criminaliter quando reus eſt ſpoliatus omnibus bonis, vel maiori parte bonorum: Nam reus pro illa ſpoliatione eſt turbatus, & non poteſt meditari in defenſione ſua: ideo iura voluerunt, vt proceſſus ſuper cauſa criminali differatur vſque ad redintegrationem. Nota quòd ſpoliatio à tertio facta debet probari infra quindecim dies: tamen non computatur dies propoſitæ exceptionis. Idem dicitur in exceptione excommunicationis, quæ debet probari infra octo dies. j. de except. c. pia. ibi enim ſimiliter non computatur dies propoſitæ exceptionis, ſecus eſt in decem diebus datis ad appellandum: nam illi decem dies currunt appellanti de momento in momentum, ſecundum communem opin. Doctorum. Nota quòd exceptio dilatoria debet primo diſcuti & terminari, quàm ſuper negotio principali procedatur, ad hoc de iudic. prohibita. Nota argu. quòd condemnatio expenſarum eſt pœna. de quo per gl. in c. 1. de elect. ſ. eo. lib. Dominicus.

¶*Prima gl. ſummat, & ponit antiquam intitulationem.*

a ¶ *Frequens & aßidua.*] In ciuilibus non admittitur ſpoliationis exceptio facta ab alio, quàm ab actore. In criminalibus admittitur facta à tertio, dũmodo ſit de tota ſubſtantia, vel maiori parte. Exceptio probari debet infra xv. dies: aliàs ſit condemnatio expenſarum. Excipiens de ſpoliatione facta à tertio, infra certum tempus à iudice ſtatuendum, debet reſtitutionem petere, aliàs accuſabitur exceptione non obſtante. Vltimo dicitur, quòd agenti ſuper rebus eccleſiaſticis, non obſtat exceptio ſpoliationis priuatarum rerum, vel econuerſo. Hanc decretalem quidam intitulabant olim ſub ti. de excep. alij ſub ti. de reſtit. ſpol. & bene, vt hic vides.

a ¶ *Frequens & aßidua.*] æquum fuit ergo ſuper hoc ius prouiſorium emanaſſe. ff. de legi. l. nam ad ea.

b ¶ *Circunſtrepit.*] ideſt, pulſat, vel lædit. [Moleſtat, vel ex clamoſa poſtulatione currentium venit hoc: vel circum circa ſtrepitum facit, ſecundum Ioan. Mon.] Et ſumpta ſunt hæc verba ex canone 54. diſt. frequens.

c ¶ *Calumnioſe.*] ſic ſ. de dolo & contu. finem.

Additio. Ibi tamen peremptoria malitioſe proponitur: hic dilatoria. Ioan. Mon. & Arch.

d ¶ *Exceptionis.*] ſpoliationis: de qua ſupra dictum eſt.

e ¶ *Intermittitur.*] ideſt, differtur.

¶ *Gl. ſeq. recit. per obiect. & ſol. cui ſolutioni obiicit, & reſpondet.*

f ¶ *Perimitur.*] de facto intelligas, non de iure: quia multi propter tot impedimenta & timore expenſarum litem dimittũt. Et ſic exponunt ſecundum Ber. quia exceptio ſpoliationis dilatoria eſt, non peremptoria. ſ. de or. cog. c. 2. & vlt. Non obſtat l. C. vnde vi. ſi quis in tantam. quia licet priuatio dominij inſurgat condictione ex illa lege: non tamen ex interdicto vel exceptione, vt no. ſ. de cau. poſ. paſtoralis.

Additio. Propter hoc ꝙ exceptio ſpoliationis eſt dilatoria: dicitur ꝙ ſi ante lit. conteſt. propoſita non fuerit, poſtea proponi non poterit: quod quidam intelligunt, ēt ſi nouiter euenerit, vel ad notitiam deuenerit. Sup hoc vide quod poſt Inno. ſcripſi de or. cog. c. 2. in gl. id eſt ante. & gl. hanc exceptionem. verſi. eſt autem dilatoria. Ioan. And.

†Not. hic ꝙ ſunt multi caſus in qb. ſpoliato de negatur reſtõ, vt vides per not. ſ. e. ex trãſmiſſa in illis ergo caſib. in qb. ñ agit, ēt ñ excipit, & illi cui interdictũ vñ vi, vel vi bo. ra. negatur, nõ competit ēt exceptio, đ qua in text. Pe. de Anc.

g ¶ *Labores.*] Hæc verba fuerũt ſumpta de corpore auth. vt diu. iuſ. ſubſc. ha. gl. quæſto. in princ. coll. 9. & ꝓ re publica Impator noctes ducit inſomnes. in auth. vt iu. ſine quo quo ſuf. in prin. col. 2. & Papa idem đ ſe dicit ſ. in ꝓœ. huius libri. Ioan. And.

h ¶ *Statuimus.*] Hic ſit interpretatio canonum antiquorum de hac materia loquentium.

i ¶ *Ab actore.*] Hoc erat iniquum ꝙ reus exciperet contra actorem de ſpoliatione facta à tertio: cum in hoc non deliquerit actor: & ideo factum alterius ſibi non debebat obeſſe. C. de in of. teſt. ſi quis ſuo. verſus finẽ. & j. de reg. iu. non debet. & peccata ſuos teneant auctores. C. de pœ. ſancimus. ſ. de his quę ſi. à ma. part. cap. c. quæſiuit. & recitat hic Ber. ſe non meminiſſe vidiſſe aliquem excipientem ſic in ciuilibus.

k ¶ *A quocunque.*] Ecce differentiam inter criminalem cauſam & ciuilem, vt in ciuili non opponatur ſpoliatio facta ab alio, quàm ab actore. In criminali ſic, cum moderatione quę ſequitur: & rationes j. ſequentur.

l ¶ *Quindecim dierum.*] Arctatur tempus probandi: quia malitioſe ſæpius proponebatur talis exceptio, vt ſ. dixit. ſic in exceptione excommunicationis 8. dies ſunt dati. j. de excé. pia.

Additio. Hic adde quod ibi not. in gl. licet enim. in prin. tamen hic Ioan. Mon. & Arch. tenent quod ibi probaui. Dicunt enim terminum prorogari poſſe. Ioan. And.

1 Placet Doctorib. idẽ ſi 15. dies ſimpliciter aſſignarentur: qa intelligitur de ꝓximis. l. eũ q calẽdis. ff. đ ver. ob. j. de ꝓb. ñ poteſt. in dubio tñ dies termini cõputatur. Bar. ĩ l. 3 ff. ſi qs cau. in gl. c. anteriorũ. 2. q. 6. Phil. Font.

¶*Gl. ſeq. dat tria ſimilia, & vnum dißimile. ſi. recitetur per qõem.*

m ¶ *Proponitur.*] quia dies illa non computabitur in xv. 1 ſic dies in quo proponitur excõicationis exceptio j. de exce. pia. ſic dies in quo cautum promittitur, & in quo ſiſtere in iudicio oportet, non computatur in vicena millia paſſuum. ff. ſi quis cau. l. 1. & ſic dies pręſentationis litterarum, cum committitur cauſa infra certum tempus decidẽda. ſ. de app. ſuper eo. 2. vbi de hoc. Secus in decem diebus, qui dantur ad appellandum, in quibus tempus ſententiæ prolationis computatur. 2. q. 6. biduum. vbi de hoc. ſ. de re iud. quod ad conſultationẽ. [Arch. all. ſ. e. ti. audita. verſ. mandamus. ſ. de cle. non reſi. qualiter. 18. q. 2. pridem. ver. admonemus. 2. q. 6. pp. 88. diſt. perlatum. 4. q. 5. c. 1. 31. diſt. tenere. 82. diſt. propoſuiſti.] Et vltimo iſtorũ xv. dierum 2 probari poterit exceptio, ſic ff. ad l. Iul. de adul. l. pater. §. ſexaginta. & l. is cuius. §. ex ſenatuſcõſulto. Et poteſt peti bonorum poſſeſſio infra centeſimum diem: & centeſimus in eo numero computatur. ff. de ſuc. edi. l. 1. §. ſi intra. ver. quod dicimus. ſimile ff. de ver. obl. qui ante calendas. Ioan. And.

2 Sed qd ſi ille vltimus eſt feriatus? certe tũc in 14. debebas: qñ. n. vltim⁹ dies termini ꝑfixi eſt feriatus, dẽs illũ ꝑuenire. l. 2. in ſi. đ tẽp. ap. Pe. đ Anc. Phil. vide ꝑ doc. in c. cũ dilecti. de dolo & cont. Font.

n ¶ *Quod aſſerit.*] ſcilicet ſe ſpoliatum in ciuilibus ab actore, in criminalibus à quocunque.

o ¶ *Alioquin.*] ideſt, ſi infra illud tempus non probauerit.

p ¶ *Taxatione.*] de qua dic vt ſ. quod met. cau. c. vlt. in gl. quæ incipit, vltra quam. Ber.

q ¶ *Puniendus.*] pœna arbitraria, ex quo non ſtatuitur hic certa pœna. de of. deleg. de cauſis. §. 1. ff. de iu. delib. l. 1.

Additio. Idem Hoſt. & Ioan. Mon. & Arch.

¶*Gl. ſeq. reddit cauſam, & dat ſimile.*

r ¶ *Subſtantia.*] Interpretatur & exponit hic Papa canones illos. 3. q. 2. oportet. & 2. q. 2. nullus. vbi ſunt hæc verba: Ridiculum enim videbatur ꝙ criminaliter accuſatus accuſatorem

ſuum per exceptionem ſpoliationis rei modicæ & vilis ab accuſatione repelleret: Et eſt ſimile quod dicit lex, quòd tutor à tutela excuſari non poteſt ratione controuerſiæ, quæ eſt inter ipſum & pupillum ſuum, niſi forte de omnib. bonis aut plurima parte bonorum ſit cōtrouerſia. ff. de exc. tu. propter litem. Inſt. e. ti. §. item ꝓpter litem. licet illud iure Authen. immutatum videatur in Auth. vt hi qui obl. ſe ha. perhi. res mihi. §. 2. 3. & 4. coll. 6.

† In antiq. cod. ita, ſolet enim.

Additio. Vnde ſumpta eſt Auth. minoris. C. qui da. tu. poſ. tamen vt dicit Hoſt. ratio legis abrogatæ durat, & allegari poteſt: de hoc de iu dic. nouit. verſi. nec ſit illud. in 1. gl. Dicit autem Io. Mon. quòd æqua fuit hęc interpretatio: cum accidentia ſubiecta nō denominent, niſi aſſint in toto vel in maiori parte. alle. ff. de le. 3. l. legatis ſeruis. §. ſi vnus. & remittit j. de ver. ſign. ſicut. Ioan. And.

† extimamꝰ

† al. inducat

*¶ Excipiens de ſpoliatione facta à tertio, infra certum tempus à iudice ſtatuēdum, debet reſtitutionem petere: aliàs accuſabitur exceptione non obſtante. Ioan. And.*

¶ Solet autem † inter ſcholaſticos dubitari, ſi ſpoliatus à tertio [a], de ſpoliatione contra ſuum accuſatorem excipiat: an ei tempus [b] à iudice debeat indulgeri, infra quod reſtitutionem imploret: ne forte ſic [c] velit exiſtere, vt omnem accuſationem eludat [d]: quod [e] ſatis æquitati & iuri conſonum æſtimamus [f] †. Quòd ſi infra tempus indultum reſtitutionem non petierit, & cauſam cum potuerit [g] non ducat † ad finem: non obſtante ſpoliationis exceptione deinceps poterit accuſari.

a ¶ *A tertio.*] ideſt ab alio quàm ab accuſatore. 3. q. 1. epiſcopi. & quæſt. 2. cum eccleſia.
b ¶ *Tempus.*] arbitrarium: ex quo certum nō ſtatuitur, vt dixi ſ.
c ¶ *Sic.*] ſcilicet, ſpoliatus.
d ¶ *Eludat.*] malitiis autem indulgendum non eſt. ſ. qui matr. acc. poſ. ſignificante. cum ſuis concor.
e ¶ *Quod.*] ſcilicet quòd iudex terminum ſtatuat.
f ¶ *Aeſtimamus.*] & alij æſtimare debent. ſ. de re iud. in cauſis. Et ſic compellitur aliquis agere. Ad idem C. de inge. ma. l. diffamari. ſed non præciſe, ſed hoc vt excipere poſſit, vt hic vides. Ioan. And.

*Agere quis compellitur in multis caſibus.*

Additio. xvij. caſus in quibus compellitur quis agere no. hic Hoſt. quorum aliquos no. Accur. C. vt ne. inui. l. vnica. & ponit primo quatuor in perſonis quibus periculum imminet, ſi non agant: vt tutorib. & curatorib. C. arb. tut. l. nomina. & de admi. tu. l. debitoribus. Secundo negotiorum geſtores, ſi ſint cognati domini abſentis: & facile ſit eis ſatiſdare. ff. de neg. geſt. ſi autem. Tertio procuratores. C. man. procuratorem. & l. à procuratore. Quarto, adminiſtratores ciuitatum. ff. de adm. re. ad ci. perti. l. vlt. §. 4. & §. pe. Quinto, hæres qui habet neceſſe vindicare mortē defuncti accuſando interfectores ipſius. C. ad Syl. l. 1. Sexto, quicunque litem conteſtatus fuerit, vel libellum obtulerit inſtante reo, in Auth. de liti. §. omnem. col. 8. Septimo, venditor, qui excepit habitationem domus venditę quam alij locauerat: Vnde ſi inquilinus domum dederit, cogitur agere contra ipſum, & emptori reddere quæ fuerit conſecutus. ff. de act. emp. Iulianus. aliàs incipit, inter eum. §. pe. Octauo, magiſter nauis qui inſolidum reddit vectoribus non detracto damno proportionabiliter. ff. ad l. Rhod. de iact. l. 2. Nono, cogitur colonus in dominum agere in caſu quem habes. ff. loc. cum in plures. §. meſſem. Decimo, in caſu ff. ne quid in loc. pub. l. 2. §. ſi quis in ſuo. verſ. idem Nerua ſcribit. Vndecimo, in caſu ff. de leg. 1. ſi ſit legatum. §. ſi. Duodecimo, ſ. de off. ord. ſignificauit. Tertiodecimo, in matre quæ neceſſe habet petere filio tutorem. C. qui pe. tu. l. matris. & l. cum à matribus. Quartodecimo, in appellatione. de app. oblatæ. Quintodecimo, in impediente matrimonium. ſ. de clan. deſp. cum inhibitio. Sextodecimo, in nunciante nouum opus. de no. ope. nunc. c. ſi. Decimoſeptimo, cum actor malitioſe tardat reum conuenire: pone in ſcholari, de quo no. in præal. l. vnica. C. vt ne. inui. quem conuenire intendit actor, cum paratus fuerit ad receſſum, vt ſic ſe redimat. ſ. de reſcri. nonnulli. hoc ergo præcaueri debet. de ſer. non ord. c. 1. Ad inſtantiam ergo ſcholaris bonus iudex aſſignabit terminum ciui, infra quem agat: & poſt quem ciuem illum non audiet. arg. hic, & l. diffamari. quam all. gl. ſ. de prob. licet. j. de app. legitima. C. de re. pig. ſi eo. ff. de op. le. mancipiorum. ff. de cur. bo. dan. l. 1. ff. de bo. auct. iu. poſ. ſi ſeruus. ff. de car. edi. l. 3. §. cauſæ. Ioan. And.
g ¶ *Potuerit.*] aliàs non debet ſibi imputari. ſ. eo. lib. de elect. commiſſa. ſ. de app. ex inſinuatione. cum ſimil.
*¶ Gl. ſeq. obiectionem dupliciter ſol. & duplicem rationem ſubdit.*
h ¶ *Opponatur.*] intelligit Ber. hoc quando inter eccleſiaſticas perſonas cauſa vertitur, ne ſit cōtra. ſ. de or. cog. cum dilectus. Vel dic quòd ibi de temporalibus contēdebatur, quæ proprie priuata dicuntur: quia poſſunt à priuato poſſideri. res autem eccleſiaſticæ vocantur hic, quę non cadunt in laicum, vt decimæ & alia ſpiritalia. ff. de le. 3. l. hoc legatum. & eſt ratio huius dicti: qa agens nomine eccleſiaſtico, non agit ſuo iure, ſed nomine eccleſiæ: vnde ſicut procurator agēs nomine alieno, de iure ſuo non excipit, ſic nec hic. Ad hoc ff. de do. exce. ſi ꝓcurator. Itē res eccleſiaſticæ ſunt publici iuris: ſed de publico ad priuatum non fit compenſatio. C. de compenſ. l. 1. & 3.

*¶ Agenti ſuper rebus eccleſiaſticis, non obſtat exceptio ſpoliationis priuatarum rerum, vel econuerſo. Ioan. And.*

¶ Ad hoc ſancimus, vt rerum priuatarum ſpoliatio agenti ſuper eccleſiaſticis, vel econtrario, nullatenus opponatur [h].

¶ Bonifacius octauus.

*¶ Eccleſia quæ petit reſtitutionem decimarum (quas ſe dicit infra parochiam alterius poſſediſſe) non auditur, niſi probet poſſeſſionem legitimam. Ioan. And.*

## CAP. II.

AD decimas [i] †, quas canonici [k] † ſancti Nicolai ſe aſſerunt [l] infra parochiam eccleſiæ B. clerici poſſediſſe aliquandiu, & eis per eundē [m] clericum ſpoliatos fuiſſe, nequa-

Additio. Hoſt. remittit ad ſummam eo. tit. §. quando facienda. verſi. quid ſi vir. vbi tenet Hoſt. & idem Spe. de pet. & poſ. §. 1. verſ. quid ſi ago. quòd agenti de matrimonio petitorio vel poſſeſſorio, nō opponit coniunx ſpoliationem rerum. Ioan. And.

† vide Matt. de Afflict. deciſ. 326.

† Not. ꝙ iſto verbo, canonici, venit capitulū in actu, in quo reqritur capitulū, vel maior pars. Dñic. & Phi. An tūc deſcribi debēt nomina ſingulorū, vid gl. 2. c. ſi. ſ. d proc. Font.

AD *decimas.*] Primo caſum ſoluit rationem ſubdens, ibi, *Quia eas.* Et duos alios modos ſummandi generalius dicam ſuper 4. gl. Et dicitur decr. hæc ſumpta fuiſſe de extraua. Clemen. iiij. quę incipiebat, cum inter canonicos. ſed illam non vidi. Ioan. And. Casvs. Canonici S. Nicolai percipiebant decimas de prædiis, quæ prædia erant infra meam eccleſiam parochialem: & conſtat ꝙ ipſi excedebant fines parochiæ ſuæ, & ſic poſſederunt decimas per magna tempora: hoc facto ego rector illius eccleſiæ parochialis anticipaui canonicos, & percepi fructus illorum prædiorum: Canonici voluerunt contra me intentare interdictum vnde vi, pro recuperāda poſſeſſione: quæritur quid debeant probare iſti canonici pro obtinendo in poſſeſſorio? Reſp. Rom. Pontifex, ꝙ cum ius cōe ſit contra canonicos: nam ius cōe dictat, ꝙ decimæ prædiales ſoluantur illi parochię, infra cuius limites ſunt ſita prædia. Item cum ius cōe ſit pro me rectore: quia cōſtat illa ꝑdia eſſe in parochia mea, certe anteꝗ̃ canonici poſſint obtinere in poſſeſſorio vltra ſuam poſſeſſionē debēt probare titulum medio cuius habuerunt poſſeſſionem: videlicet ꝙ dicant, ꝙ decimæ illæ pertinent ad ipſos ex donatione epi cum conſenſu capituli, vel ex donatione laici, qui habebat illas decimas infeudatas de auctoritate epi. No. primo, ꝙ licet vna eccleſia vel perſona eccleſiaſtica ſit capax iuris decimarum: tamen non poteſt decimas percipere, niſi mediante titulo: nec etiam poſſidere, quod plus eſt, niſi cum titulo, & titulus legitimus poterit eſſe donatio epi de conſenſu ſui capituli: vel legitima præſcriptio per xl. annos, tam de iure ciuili, quàm de iure canonico. De iure ciuili habemus text. in Auth. quas actiones. C. de ſacroſ. eccl. De iure canonico in c. de quarta. de præſc. in añt. Et ideo dicit gl. quòd laicus quantocunque tempore perceperit decimas in aliqua eccleſia parochiali, ſi rector illius eccleſiæ ſpoliauerit laicum: laicus cōtra rectorem non poteſt intētare interdictum vnde vi, niſi alleget titulum, ideſt, infeudationem ante concilium Lateraň. non autem auditur, ſi alleget præſcriptionem: quia non poteſt præſcribere, cum non poſſit poſſidere. Nota vlterius, quòd poſſidens aliquid contra iuris diſpoſitionem, præſumitur malæ fidei poſſeſſor. Nota finaliter expreſſum tex. quòd decimæ prædiales de iure cōi ſpectant ad eccleſiam ſimplicem parochialem: licet non ſit baptiſmalis, de quo ſ. de deci. cum contingat. Domin.
*¶ Prima gl. ſummat.*
i ¶ *Ad decimas.*] Eccleſia, quæ petit reſtitutionem decimarum, quas ſe dicit infra parochiam alterius poſſediſſe: non auditur, niſi probet poſſeſſionem legitimam.
k ¶ *Canonici.*] nomine ipſius eccleſiæ agētes: quod poſſunt, vt ſ. de prob. ex litteris. de cōceſ. præb. ex parte. vbi de hoc, cū ſi.
l ¶ *Aſſerunt.*] ex hoc inſultat præſumptio contra eos, quæ eis veriſimiliter obſtat: ſecus ſi hoc non conſtaret, quòd illæ decimæ eſſent in alterius parochia: & facit ad ea quæ dicam j. eo. lib. de præſcrip. c. 1.
m ¶ *Eundem clericum.*] No. litteram: quia hoc ius facit pro reo, & contra actorem: Si aũt ſpoliati eſſent à tertio, ius cōe licet faceret contra actorem, non tamen pro reo: vnde tunc decre. locum habere non puto: & facit quod dixi j. de præſcr. c. 1.

Addit io.Vnde dicebat hic Ioan.Mon.hic patere,quòd agens reſtitutorio iudicio contra eum, qui iure communi iuuatur, debet docere de titulo:vel dicatur quòd ſpoliatus petens reſtitui contra illum,qui iure communi probato iuuatur,ſuccumbit:ſi aliud non oſtendat.Ioan.And.

quam debent reſtitui, niſi euidenter docuerint,quòd earum poſſeſſionem legitime aſſecuti fuiſſent: Quia eas occupaſſe [a] iniuſte veriſimiliter præſumuntur [b], cum proueniant ex prædiis infra alienam parochiam conſtitutis: Sitque manifeſtum (niſi aliud oſtendatur [c])eas de iure communi ad eandem eccleſiam [d] pertinere.

a ¶*Occupaſſe.*]in mala parte:alibi in bona.7.q.1.factus.& s. e.li.de proc.ſi duo.

¶*Gl.ſeq.arg.ad opin. Ioan.contra Brixien. et fortificat textum.*

b ¶ *Præſumuntur.*] Not.ſecundum opi. Ioan. qui no.14.q.1. c.1.in glo.poſſideri. ꝙ laicus reſtitutionem decimarum petere nõ poterat,per decret. s.de præſcr. cauſam. Bart. Brixi. no.cõtrarium, cum laici decimas interdum poſſideant de facto.Ad decr.illam cauſam reſpondebat,ꝙ decr.ipſa dicit,detinere:nõ dicit poſſidere. Satis puto hanc decr.facere pro Ioan.vt *niſi laicus* probet ſe legitime aſſecutum, cum ſit contra eum præſumptio, non auditur: qui enim reſtitutionem petit,habet duo probare: ſe poſſediſſe,& ſpoliatum fuiſſe.s.e.c.olim.1.& 3.Et aliud eſt poſſidere,& aliud eſt in poſſeſſione eſſe.ff.de acq.poſſ.ſi quis aũt. Et eſt ſim.s.eo.ex tranſmiſſa.& quod ibi no. Hic ergo eſt præſumptio contra actorem,& ius commune pro reo:poſſeſſio ergo & ſpoliatio probatæ non aduocant vt fiat reſtitutio,petitorio probato pro reo,ad hoc de cau.poſ.cum eccleſia.& c.cum dilectus.ff.de rei ven.officium. & idem videtur vbicunque factum eſt pro reo notorium.de diuor.ſignificaſti. [& hoc tenet Ioan.Monac.] Proprietas igitur pro reo probata,ipſum in poſſeſſione defendat. ad hoc ff.de ſuperfic.l.1.§.quod ait.ff.depo. l.bona fides.in fi.

Poſſidere & in poſſeſſione eſſe ſunt diuerſa.

Spoliatus contra quẽ notorie cõſtat de non iure,non debet reſtitui.

Addit io. Dicit etiam Arch.hic,quòd propter fatuam allegationem actorum quaſi ſuper notorio, Papa ſic debuit iudicare. ad hoc ff.de dolo.l.dolo. ff.vt in poſſ. l.ſi is à quo. ff.de act. empt.& ven.l.emptorem.in prin.ff.de probat.circa.in fi.Facit quod dixi poſt Inn.& Comp.de conſuet.cum inter.de priuile. ex tenore.Ioan.And.

c ¶ *Aliud oſtendatur.*] Vt compoſitio,titulus præſcriptionis, priuilegium,vel aliud ſimile. de don.Apoſtolicæ.j.de his quæ fiunt à præla.cũm Apoſtolica.cum ſim.

d ¶ *Eccleſiam.*] ſcilicet B.clerici.Ioan.And.

## DE DOLO ET CONTVMACIA.

¶ *Dictum fuit s.tit.proxi.de fatigatis vi ſeu potentia aduerſariorum: nunc vero eſt videndum de fatigatis aduerſariorum dolo & contumacia:ideo annectit rubricam de dolo & contumacia.*

A *Ctor.*] Duplex eſt prouiſio contra actoris contumaciam:ſecunda prouiſio,ibi, *Ad citationem.*

Additio. Et vt dicit Ioan. Monac. prima repetit ius antiquum: alleg.de proc.auditis.C.quomo.& quan.iud.Auth.qui ſemel.C.de fruct.& lit.expen. non ignoret.Secunda adiicit ius nouum,quod vt dixit Innoc. alio iure non cauebatur.Sed Hoſt.dicit,quòd ſatis eſt ꝙ cauebatur alio caſu quo minus hoc videretur fieri debere, ſcilicet in Auth.libellum. quæ habetur 3.q.3.c.induciæ.§.libellum. & C.de lit.conteſt. Auth.libellum. & exponit eam hic totaliter, quod propoſito congruit: ſcilicet quòd ſit mens eius, ex quo actor fuit contumax,nec ad libellũ porrigendum, nec ad porrectum proſequendum, nec ad aduerſarium citandum admittitur,niſi caueatur reo vel iudici:vt ibi de conteſtãda lite infra duos menſes: ſupplet etiam quòd in terminis comparebit, vt hic:vel omne damnum reſtituet. Multum violenta eſt hæc expoſitio. Inducit etiam ipſe Auth.generaliter.C.de epiſ.& cle. ex quibus dicit ſumptam hanc decr.quaſi per modum innouationis illorum iurium,q̃ non ſeruabantur:vt etiam no.in præall.Auth.libellum.3.q.3.c.induciæ.§.libellum.in fi.1.gl. Quicquid dicat Hoſt. verum dixit Innoc. hoc alio iure non caueri: vnde dicit hic Arch.illas Auth. loqui etiam nulla contumacia præcedente.Ioan.And.

Casvs. Titius prætendebat me ſuum debitorem in decem:fecit me conueniri coram iudice meo competenti: ego reus in termino mihi aſſignato comparui:ipſe vero actor non comparet, quæritur qua pœna veniat actor non comparens pro ſua contumacia puniendus? Reſpondet Romanus Pontifex,quòd ipſe actor primo eſt mihi condemnandus in legitimis expenſis, quas propter hoc ego feci:Item eſt puniendus alia pœna, quoniam ſi velit denuo me conuenire per aliam citationem nouam, quia prima eſt perempta (l.& poſt peremptorium. ff. de iud.in fi.l.vbi edictum circunducitur:i.citatio extinguitur) & eſt expirata, neceſſaria eſt alia citatio: Et ideo ſi actor velit impetrare nouam citationẽ,debet mihi cauere ſub certa pœna,ꝙ in ſingulis terminis comparebit:& ſi actor nolit præſtare illam cautionem,iudex debet ei denegare citationẽ:& hoc verum, ſi requiſitus fuerit iudex, vt ei denegaret citationem, niſi præſtet illã cautionem de comparendo in ſingulis aſſignationibus:Nam iudex non debet interponere officium ſuum ad priuatam vtilitatẽ, niſi requiratur à partibus.l.4. ff.de dam.infec.c.1. de iudic.*in ant. ibi*, quem cum petiiſſet aduerſarius introduci.No.primo ex iſto c. ꝙ cum reus ad inſtantiam actoris citatur,vt coram iudice cõpareat ad certum terminum, actori ſimiliter videtur ille terminus aſſignari, licet iudex non dicat actori, ꝙ ſibi talem terminum aſſignat, *in tantum* ꝙ actor non comparens eſt tanquam contumax puniendus.Nota vlterius,ꝙ actor non comparens eſt condemnandus in expenſis, quas reus propter hoc fecit.Quæritur de quibus expenſis intelligatur iſtud?Quidam dicunt vt Dominic.de S.Gemi.ꝙ verbum, propter hoc factis, poſitum in hoc text.refertur ad verbum, veniendo:ita ꝙ reus petat expenſas ab actore, quas ipſe reus fecit veniendo, ſtando,& redeundo: ſed ſi fecerit alias expenſas, puta,pro conſilio aduocatorum,illas non poterit petere per modum præiudicij:ſed tamen illas poterit poſtea petere in fine cauſæ ſi obtineat.Contra tamen hanc opi.videtur tex.in l.eum quem temere.ff.de iud.vbi dicitur,quòd faciens aliquem temere vocari ad iudicium,debet ſoluere viatica & ſumptus litis. Item facit l.ſancimus.C.de iud.vbi dicitur,quòd contumax debet ſoluere omnes expenſas & damna, quæ fecit ipſe reus vel actor comparens. Nota inſuper,quòd actor contumax in primo termino nõ debet à iudice obtinere aliam citationem pro faciendo citari reum,niſi præſtita prius cautione ſufficienti,quòd fideliter comparebit in omnibus & ſingulis aſſignationibus.Et oneratur tali cautione propter præcedentem contumaciam ſuam: quia præſumptio eſt contra eum, quòd ipſe actor non comparebit ſicut non comparuit in primo termino. Sed pro intellectu huius cap.& totius materię,quęritur primo,vtrum tex. iſte procedat vt quis condemnetur in expenſis pro ſimplici citatione? Iſtam quæſtionem formauit gl.in c.querelam. de proc.in ant.& dicit ibi glo.quòd debet fieri condemnatio expenſarum poſt citationem peremptoriam: ideo pro ſimplici citatione non eſt quis condemnandus in expenſis: Nam dicit illa glo.condemnatio expenſarum eſt pro contumacia:modo quis non dicitur contumax pro ſimplici & prima citatione. Docto.dicunt contrarium, quòd etiam pro ſimplici citatione quantum ad condemnationem expẽſarum eſt quis cenſendus contumax, etiam virtute vnius citationis:ſed nõ quantum ad ſententiam diffinitiuam,vel miſſionem in poſſeſſionem.Quęritur ſecũdo,quid ſi reus ſimiliter non comparuit:vtrum actor non ſit admittendus ad nouam citationem contra reum, niſi mediante citatione,de qua hic? Reſpondet gl.quòd tunc non habet locum diſpoſitio huius c.immo cõtumacia contra contumaciam compenſatur:& iſtud facit contra gl.l.pe.de eo per quem fact.erit.ff.l.1.vel 2.ff.ſi quis in ius. quæ tenet,quòd licet neuter compareat:tamen iudex debet condemnare partes in mulcta pro intereſſe publico, & hanc opi.tenent domini temporales. Pro quo ſciendum, quòd contumax non comparens coram iudice, offendit iudicem & rempublicam, pro quo venit condẽnandus in emenda,quę emenda eſt arbitraria.l.vnica.§.ſi.ff.ſi quis ius dic.non ob. Item contumax offendit ſuam partem aduerſam:& ratione illius debet contumax erga ſuam partem aduerſam condemnari in expenſis & intereſſe.l.ſancimus.C.de iudi.Sed tunc ad quęſtionem quando neuter comparet:certum eſt ꝙ contumacia compenſatur,quantũ ad partem.Sed quid quantum ad rempublicam:vtrum debeat compenſari?Gl.all.dicit ꝙ non:Sed dicunt Doct.quòd cum impoſitio mulctæ ſit regulanda ſecundum intereſſe,& damnũ partis aduerſæ:vt de hoc eſt text.not.in l.2.ff.ſi quis in ius voc. & modo quando neutra pars comparet, fit compenſatio:& poſtquam parti non intereſt,nec reipublicæ debetur mulcta.

# TITVLVS VI.

## De dolo & contumacia.

¶Innocentius quartus †.

† Al.ita,Innoc. iiij. in cõcil. Lugdunen.

¶ *Actor contumax condemnatur in expenſis: nec citatur vlterius ad ſui petitionem reus, niſi caueat de veniendo & comparendo.*

### CAP. I.

A Ctor [e], qui ad terminum [f] ve-

¶*Prima gl.ſummat.*

e ¶ *Actor.*] Actor contumax condemnatur in expenſis:nec citatur vlterius ad ſui petitionem reus, niſi caueat de veniendo & comparendo.

¶ *Gl.ſeq.recit.per quæſtionem.*

f ¶ *Ad terminum.*]Cum indiſtincte loquatur,de quolibet termino,ſiue peremptorio ſiue non [1], intelligendum videtur:

1 Et ſiue in principio cãæ, ſiue in progreſſu. Fran. Hoſt. all.19.di.c.j. de priuil.qa circa.ad idẽ ff. de pu.de ptio.Io.An.

Sicut & in reo dici ſolet, quòd pro qualibet contumacia etiam ante peremptorium condemnatur in expẽſis: licet ſolum poſt peremptorium poſſit excommunicari, vel miſſionem pati. De hoc 74. diſt. honoratus, in glo. tot ſcriptis. 4. q. 5. in ſumma. & ſ. de procu. querelam. maior autem eſt contumacia actoris non venientis, quàm rei. 4. q. 4. c. 1.

nire, ad quem citari aduerſarium fecerat, non curauit ᵃ, venienti ᵇ reo in expenſis† (propter hoc ᶜ factis legitime ᵈ) condemnetur: Ad citationẽ aliam minime admittendus ᵉ, niſi ſufficienter ᶠ cauerit, quòd in termino ᵍ fideliter ʰ debeat comparere.

¶ Bonifacius octauus.

*¶ Iudex appellantem & recedentem citare vlterius non tenetur, ſi vult in cauſa procedere, niſi forſitan appellationi renunciet. Ioan. And.*

## CAP. II.

Eum, qui ⁱ à tua interlocutoria, vel grauamine ᵏ, quod per te ˡ ſibi proponit illatum, à tua præſentia recedit appellans ᵐ: Cum proteſtari ⁿ videatur hoc ipſo ᵒ, ſe nolle coram te de cætero litigare: citare ad alia, quæ poſtea in iudicio facienda incumbunt ᵖ, vel etiam ad ſententiam ᵠ audiendam ʳ: Niſi ſponte appellationi ſuæ renunciet ˢ, non teneris ᵗ. Nec ideo minus quòd in eius abſentia proceſſeris ᵘ, tuus proceſſus validus ˣ reputari debebit.

a ¶ *Non curauit.*] cũ potuiſſet: vnde nota negligentiam vel contemptum. ff. de re iud. contumacia. ad idem ſ. tit. prox. c. 1. §. ſolet.

† intellige d expẽſ. quas fecit cõparens ex ſua cõparitiõe. Cy. Bal. in l. ſancim⁹. C. de iud. de lucro qđ comparens amiſit, dic vt no. in c. finẽ litib⁹. de dolo & contu. Phil. Font.

*¶ Gloſ. ſeq. vnum dubium ſoluit, de alio remittit.*

b ¶ *Venienti.*] ergo non venienti non condemnabitur: ſed compenſetur contumacia contumaciæ. ff. de dolo, ſi duo. ff. de compen. l. ſi ambo. Si autem actor non venit: & iudex fuit abſens vel præſens, ſed procedere non poterat: an fieri debeat condemnatio? dic vt not. in reo. ſ. eod. tit. c. vlt.

c ¶ *Propter hoc.*] ſcilicet ratione contumaciæ. de proc. auditis. j. de excep. pia, ſ. eo. cum dilecti. & c. finem. Et qualiter contra contumaces procedi debeat, dic vt no. ſ. e. prout. & c. cauſam.

d ¶ *Legitime.*] quod dic vt no. 2. q. 1. in primis. ſ. e. ti. finem.

e ¶ *Admittendus.*] & ſic punietur in quo peccauit. ſ. de temp. ord. litteras. in fi.

*¶ Gl. ſeq. recit. per quæſtionem.*

Cautio ſufficiens dr̃, qñ dantur pignora vel fideiuſſores.

f ¶ *Sufficienter.*] vt ſic pignora vel fideiuſſores dentur. ff. man. ſi mandato. §. vlt. ſi autẽ hanc dare non poſſet, det iuratoriam. ſ. de do. poſt diuor. reſtit. per veſtras. vbi de hoc. ad idem. C. de epi. & cle. l. generaliter. Dicit autem Inn. ꝙ ſufficit verbo cauere, quod poteſt verum eſſe ſeruata prædicta diſtinctione. Ber.

g ¶ *Termino.*] primo ſcilicet, ad hoc ff. de ver. obl. eum qui calendis. & j. de preb. non poteſt. §. 1. cũ ſuis concor. Vel dic termino quocunque quo ad eius petitionem citabitur reus. hæc eſt enim indefinita legis quæ æquipollet vniuerſali, vt dixi ſ. e. lib. de elect. vt circa. ſic & cautio præſtatur de perſeuerantia litis vſque ad fi. C. de epiſ. & cle. Auth. generaliter.

Additio. Dicit Hoſt. quòd ideo loquitur ſingulariter, vt det intelligere, quòd pro defectu cuiuſlibet termini locus eſt pœnæ. Ioan. And.

h ¶ *Fideliter.*] præſumitur autem malitioſe abeſſe, niſi contrarium probetur: ſcilicet, quòd impeditus fuerit. de re iud. cum Bertholdus. de proc. querelam. vbi de hoc.

1 In iſto c. ibi, videatur. not. Philip. ꝙ iudex nõ tenetur amplius citare, quẽ p̃ſumit nolle comparere corã ſe, & p̃ceſſus ſine citatiõe v3. cle. j. e. tit. Fon.

Eum qui 1.] Soluit caſum dubium, & rationem interſerit, ratio, ibi, *Cum proteſtari.* Et vnum caſum excipit, ibi, *Niſi.* Ioan. And.

¶ Præſupponendum eſt quod habetur in gl. videlicet, ꝙ iudex non poteſt articulum in cauſa expedire, niſi pars fuerit citata: aliàs ſi expediret illũ articulũ, proceſſus eſſet nullus ipſo iure.

Casvs. Tu & ego litigabamus coram iudice competenti ordinario vel delegato, (non refert:) qui iudex tulit contra te aliquam ſentẽtiam interlocutoriam: quia cum lis eſſet inter nos conteſtata, & vellem producere meos teſtes contra te; tu oppoſuiſti exceptionem, quæ teſtes repellebat ab examinatione & receptione: vnde non obſtante tua exceptione, iudex interlocutus eſt meos teſtes recipiendos & examinandos: à qua interlocutoria appellaſti, & petiiſti Apoſtolos tibi dari, q iudex dedit tibi Apoſtolos refutatorios; iudex vult procedere in cauſa, & examinare meos teſtes: vtrum poſſit te nõ vocato & non citato? Reſpondet quòd ſic: nam cum recedendo ab ipſo per appellationem videaris proteſtari, quòd non intendis coram eo comparere, fruſtra te citaret: & ideo te non vocato & non citato, poterit iudex in cauſa procedere, & omnes alios articulos expedire: immo poterit ferre ſententiam diffinitiuam te non vocato ad audiendam ſententiam. Sed ponamus quòd interpoſita appellatione renunciaſti ſponte appellationi: iudex proceſſit ad alios articulos contra te non vocatum, nec citatum forte ad ſententiam diffinitiuam, vtrum valeant tales proceſſus? Reſp. quòd non: quia ex quo renunciaſti appellationi tuæ, videris confiteri, quòd coram iudice comparebis. Not. primo, ꝙ recedens à iudice appellando, videtur nolle coram illo iudice litigare. Nota ſecundo, ꝙ quando fit citatio ad ſententiam, debet in ea exprimi quòd ad ſententiam audiendam citatur. vide tex. & gl. in cle. ſæpe. de ver. ſig. Dominicus.

*¶ Prima gl. ſummat, & dicit quid determinat.*

i ¶ *Eum, qui.*] Iudex appellãtem & recedentem citare vlterius non tenetur, ſi vult in cauſa procedere, niſi forſitan appellationi renunciet. Et determinat not. per Inn. de acc. ad petitionem. per Gul. in Spe. de citat. §. viſo de temporum. verſ. quid ſi quis receſſerit.

*¶ Gl. ſeq. recitetur per quæſtionem: quia de diffinitiua.*

k ¶ *Grauamine.*] hoc dicit ex eo: quia ſi appellaretur à diffinitiua, iam functus ẽ iudex officio ſuo. de off. deleg. in litteris. ff. de re iu. iudex. Sed & idem in illo videtur quo ad executionem, quæ poſt ſententiam imminet facienda eadem ratione.

Additio. Hoc intellige in caſib. in quibus appellatio non impedit executionem, quod dic vt j. de app. Romana. §. ſi autem.

l ¶ *Per te.*] loquitur iudici. ſic ſ. de iureiur. c. vlt.

m ¶ *Appellans.*] fruſtratorie; quia ſi bene appellaret ex cauſa & forma, tunc ille à quo appellauerit, iudex non eſſet: & ſic appellans contumax non eſſet. De reuocatione attentatorũ poſt appellationem habebis j. de app. non ſolum.

n ¶ *Proteſtari.*] Nota quòd ius fingit proteſtationem.

Additio. De proteſtatione iuris & hominis remittit Ioan. Monac. j. de reg. iu. in generali. Ioan. And.

o ¶ *Hoc ipſo.*] appellando, & recedendo.

p ¶ *Incumbunt.*] conſiderato eo ſtatu, in quo tunc erat cauſa.

q ¶ *Ad ſententiam.*] puta quia lis erat conteſtata, & liquet de cauſa: vel talis eſt cauſa, in qua ſententiari poteſt lite non conteſtata, quod dic vt ſ. vt lit. non conteſt. quoniam. & ſ. e. prout.

r ¶ *Audiendam.*] ſi non eſſet contumax, expreſſe citari debet ad ſententiam audiendam: aliàs non valeret ſententia parte abſente. ff. quæ ſent. ſine app. reſc. l. 1. §. item cum ex edicto. & de hoc no. ſ. de off. deleg. conſuluit.

s ¶ *Renunciet.*] expreſſe 2, quod poteſt. 2. q. 6. c. ei qui. §. ſi quis libellos. C. de app. ſi quis, & tacite etiam litigando coram iudice à quo appellauit, appellationi renunciat. ſ. de off. dele. gratum. de teſtib. cum veniſſet. ſi tamen intereſt aduerſarij, ad ipſius intereſſe tenetur: quod dic vt not. ſ. de app. interpoſita. §. ille denique.

2 Dictio, expreſſe, quã hic habent recentiores codices, deeſt in antiq. exẽplarib⁹.

*¶ Gl. ſeq. obiicit de tribus decretalibus, ad quas reſpondet: demum quærit, & ſoluit: & huic decretali reſpondet.*

t ¶ *Non teneris.*] Videbatur contrarium per decr. ſ. de of. dele. cum olim. 1, vbi iudices citauerunt appellantem, quem putabant fruſtratorie appellaſſe: ad idem ſ. vt lit. non conteſt. accedens. 1. vbi etiam iudices citauerunt, quem putabant fruſtratorie appellaſſe: ad idem ſ. e. prout. vbi Papa mandat citari eum qui fruſtratorie appellarat. Sed dic quòd de neceſſitate citari non debet, vt hic. Ad decr. cum olim. & decre. accedens. dic ꝙ ibi factum narratur, non ius ponitur 3. Ad decr. prout. dico, quòd pro iſta parte facit, cum ibi Papa mandat citari ad malitiam conuincendam: ergo id de neceſſitate non erat, quòd ſcilicet citaretur, & de hoc conſueuit recitari de accu. accedens. & c. ad petitionem. Sed quid dicemus de cõtumace: nunquid qui in vno actu iudicij fuit cõtumax, ad alios actus citabitur? Dic ꝙ ſic, vt ſ. de teſti. cum olim. in fi. vbi citatur contumax ad ſententiam audiendam: quia licet in vno actu contumax ſit, nõ propterea proteſtari videtur ꝙ in aliis cõtumax eſſe velit, ſed hoc malum contumaciæ ſub colore boni, ſcilicet remedij, appellationis defendit: quod ſimpliciter contumax non facit.

3 Not. gl. & vide glo. in ver. collationẽ. j. de rer. permut. c. j. Dom. Font. Contumax in vno actu iudicij, an ſit citãd⁹ ad alios actus.

Additio. Nota quòd quando ad certum actum vel articulum facta eſt citatio, indiſtincte verum eſt quod dicit gl. Sed ſi citatus eſſet ad totam cauſam, Placet Innoc. (de proc. auditis. vbi ſcripſi ſuper verſic. concluſum. & in decret. conſuluit. de offic. deleg. ad fi. ſuper ver. incumbit.) quòd ſine alia citatione ad vlteriora, & ad ſententiam procedi poſsit: quod intellexit Hoſt. quando in citatione comminatus fuit ſe etiam diffiniturum. ibi videas. Ioan. And.

v ¶ *Proceſſeris.*] aliàs de iure.

*¶ Gl. ſeq. quærit: arguit pro, ſoluit contrarium.*

x ¶ *Validus.*] quid de iudicibus datis cum clauſula, quòd ſi non omnes? Omnes ſimul non pronunciauerunt, ſed duo vnum: tertius vero aliud, illi duo volunt procedere ad executionem ſuæ ſententiæ: quæritur an poſsint tertio non vocato? Et videtur tertium ipſum non debere vocari. arg. huius decret. & ſupra hoc lib. de arbitr. c. 1. & ff. de re iud. duo ex tribus, cum ergo ipſorum valeat ſententia: ergo & executio. Sed

dic

1 Verũ ſi in executione ſnīæ ſit cognitio cāæ: ſi aũt ſit nuda executio gl. falſa. Philip. Font.

dic, [ſecundùm Io. Mo.] quòd vocandus eſt 1: nam licet ſententia duorum teneat, tamen alius articulus qui emergit, eſt omnibus communis: ita quòd ad illam duo (tertio nõ vocato) procedere non poſſunt. ſ. de of. dele. cauſam. & ca. prudentiam. §. adiicimus. aliàs ſequeretur, quòd ſi in aliqua termini aſſignatione vnus ab aliis diſcordaret: illi duo, illo non requiſito, poſtea procedere poſſent: quod eſt abſurdum.

re non citato eo, qui appellauit. Nota argum. quòd perſonatus non eſt dignitas. de quo plene Arch. ſ. de conſue. c. 1. e. lib. Nota inſuper, quòd iudex debet ſupplere pro abſente, quando procedi poteſt in cauſa contra eum: ſimilis tex. ſ. de arb. c. 2. eod. libr. Dominicus.

† Al. ita, Innoc. iiij. in cõcil. Lugd.

DE EO QVI mittitur in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ.

# TITVLVS VII.

## De eo qui mittitur in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ.

¶Innocentius quartus †.

*¶Quando agitur de beneficio eccleſiaſtico, ob contumaciam rei, non fit miſſio in poſſeſſionem: ſed ad ſententiam lite non conteſtata proceditur.*

## CAP. VNICVM.

† Amplia iſtud cap. ad fructus bñficiorũ, nec fiet eorũ ſequeſtrõ, niſi in cle. j. de ſeq. poſ. Philip. Font.

EVm †, qui [a] ſuper dignitate, perſonatu, vel beneficio [b] eccleſiaſtico [c] obtinendis [d] cum aliquo litigat poſſeſſore [e]: ob partis aduerſæ contumaciam, cauſa rei ſeruandæ in ipſorum poſſeſſionem ſtatuimus non mittendum: ne per [f] hoc ad ea ingreſſus patere valeat vitioſus [g]. Sed liceat in hoc caſu, contumacis abſentiam diuina replente præſentia [h], etiam lite non conteſtata †, diligenter [i] examinato negotio, ipſum fine debito [k] terminare.

*¶Dictum fuit ſupra, ti. prox. de dolo & cõtumacia: verumquia propter cõtumaciam rei actor regulariter mittitur in poſſeſſionem: ideo poſt rubricam de dolo & contumacia, annectit rubricam de eo qui mittitur in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ.*

*¶Gl. prima ſummat, & oſtendit hic infringi duas regulas: & dicit quid declaret.*

a ¶*Eum qui.*] quando agitur de beneficio eccleſiaſtico, ob cõtumaciam rei non fit miſſio in poſſeſſionem, ſed ad ſententiam lite non conteſtata proceditur. Ponit hæc decr. duos caſus ſpeciales contra duas regulas: Regularirer enim qñ agitur reali ob contumaciam rei, fit miſſio in poſſeſſionem cã rei ſeruandæ. fallit in hoc caſu. Item regulariter nõ proceditur ad teſtium receptionem vel diffinitiuam ſententiam lite non conteſtata. Fallit in hoc caſu, & eſt ad declarationem eorum quæ no. ſ. de do. & contu. contingit.

† Not. ꝙ vbi cõtra cõtumacẽ ñ mittitur in poſſeſſionẽ, & mora eſt piculoſa, ꝓcedit ad diffinitiuã, dixi de mora piculoſa ꝑ c. tuæ. vt lit. non cont. Dom. Font.

Additio. Et approbat hæc decr. quæ notauit Vin. ſ. vt lit. non conte. tuæ. item decr. iſta vt dixit Boatinus non ſuperfluit propter decre. quoniam. §. porro. vt lit. non conte. quia ille §. ſpecialiter tractet de electione. iſta decr. generaliter. de cauſa beneficij. Item illa nõ expreſſe prohibebat fieri miſſionem: quod facit iſta. Ioan. And.

b ¶*Beneficio.*] quocunque. [Maximo, medio, & minimo ſecundùm Hoſtien.] Ad hoc de præbend. maioribus. de verbor. ſig. cap. pen.

c ¶*Eccleſiaſtico.*] ſecus ergo ſi ſuper tẽporali præbẽda, vel temporali beneficio agatur, quia cum talia poſſint ſine inſtitutione canonica poſſideri, non habebit locum decretal.

*¶Gl. ſeq. quærit, arg. & ſoluit: & ſolutionem impugnat.*

d ¶ *Obtinendis.*] quid dicemus de obtentis? pone confirmatus eſt qui agit, & in poſſeſſionem inductus: & tandem ſpoliatus eſt, vt ſ. de cau. poſſ. cum olim. & ca. cum ſuper. vel petit quòd confirmatio de eo facta, vel collatio ſibi facta ſortiatur effectum. de conceſſio. præbend. poſt electionem. de appel. conſtitutis. 2. vel petit poſſeſſionem condictione ex canone, redintegranda. vt ſ. de reſtitu. ſpol. ſæpe. Nunquid in his caſibus ob contumaciam rei fiet miſſio? videtur quòd ſic, per hanc litteram, quæ dicit ſolum de obtinendis. Sed dic quòd non fiet hæc miſſio: tum quia decreta. huius ratio adhuc locum habet, tum quia ago de obtinendo quod non habeo, ſcilicet detentionem, ſaltem quæ apud alium eſt. ff. de rei vendic. officium. Item miſſio in poſſeſſionem eſt quoddam auxilium extraordinarium, quod habet locum ſolum vbi deficit ordinarium. ff. de mino. in cauſæ. 2. in princ. ſed hic procedi poteſt ordinario iuris ordine, lite non conteſtata, vt ſquitur: & apertius hodie probatur per cle. de iud. diſpendioſam. ergo non habet locum miſſio. Et licet doctores 3 ſic teneant, tamen obſtat littera hic poſita, quæ dicit, ingreſſus: non dicit, regreſſus. quaſi per id detur intelligi, & per verbum, obtinendis, quòd in recuperandis non habet locum decretalis.

3 recitat hic Inn. & tñ Hoſti. & Gul. in Spe. đ cõtu. §. ſequitur. ver. illud autẽ. & ibi refert in hoc cõcordaſſe Cle. iiij. & oẽs auditores. Idẽ Io. Mo. & Cõp. ſ. de reſc. capitulũ. in fi. vl. gl. vbi đt ſic iudicatũ fatetur tñ ꝓbabile qđ ſeqtur in glo. & illud etiã qđ ſeqtur, tenuit hic Fran. Ver.

*¶Gl. ſeq. quærit, & ſoluit.*

e ¶ *Poſſeſſore.*] Quid ſi nullus poſſidet: ſed duo, pone coelecti petunt? Dic idem propter eandem rationem. ſ. de reſcr. inter cæteras.

f ¶*Ne per hoc.*] Ratio ſuperioris dicti.

*¶Gl. ſeq. reci. per quæſtionem.*

g ¶ *Vitioſus.*] non enim poſſunt ex poſſeſſione haberi: ſed ſolum ex canonica inſtitutione, 2. q. 1. legum. de inſtit. ex frequentibus. j. de regu. iur. ca. 1. ff. de decur. Herennius. Si vero non ageretur de eccleſia tanquam de beneficio, ſed tãquam de proprietate. tũc bene haberet locum miſſio, vt probatur ſuprà vt lit. non conteſta. cap. 2. de eo qui mit. cap. 1. ſuprà de verb. ſig. dilecto.

h ¶*Præſentia.*] C. de iud. properandum. §. cum autem. ſ. e. li. de arb. c. 2. in fi.

i ¶ *Diligenter.*] hoc ſemper eſt faciendum. 30. q. vltim. iudicantem.

*¶Gl. ſeq. reci. per quæſtionem.*

k ¶ *Fine debito.*] vt ſi liqueat vel liquere poſſit de cauſa, procedatur ad ſententiam: ſecundum ea quæ no. ſ. de dol. & contu. prout. & eſt neceſſe, quòd cõſtet de iure actoris, ad hoc vt ſibi adiudicetur: nec ſufficit quòd conſtet poſſidentem ius non habere, vt ſ. de reſcr. olim. C. de rei ven. l. vlt.

EVm qui ſuper.] Primo ponit dictum: ſecũdo ipſius rationem: tertio contumacis punitionẽ: ſecunda, ibi, *Ne per hoc.* tertia: ibi, *Sed liceat.*

Casvs. Secundum intellectum gloſſæ qui approbatur per doct. Ego exiſtens in præſentia domini Papæ, ipſi Papæ expoſui, ꝙ Titius erat intruſus in beneficio ſine titulo, & ſic vacabat, & tanto tempore quòd collatio ipſius beneficij erat deuoluta ad Papam; petebam vt Papa illud beneficium tanquam vacans mihi conferret: vnde Papa mandauit iudicib. vt ſi conſtaret quòd talis Titius fuit intruſus in tali beneficio, quòd illud beneficium mihi conferrent: Titius citatus coram iudicib. licet fuerit citatus peremptorie, non comparuit: vtrum iudices poſſint me mittere in poſſeſſionem illius beneficij? Reſp. quòd non, quia cum non habeam titulum, nec inſtitutionem, ſi mitterer in poſſeſſionem ipſius beneficij, haberem ingreſſum vitioſum: Sed iudices non obſtante contumacia Titij intruſi, poterunt cognoſcere de defectu ſui iuris, & examinare teſtes, & procedere vſque ad diffinitiuam ſententiam, & mihi conferre illud beneficium, ſi eis cõſtet, quòd Titius intruſus non habeat ius in beneficio. Alij intelligunt quòd iſtud capitulum loquitur in beneficio iam obtento, ſed à poſſeſſione ipſius aliquis fuit ſpoliatus, & ſecundum iſtum intellectum caſus ſic figuratur: Cum eſſem in poſſeſſione alicuius beneficij Titius me ſpoliauit: ago contra eum interdicto vnde vi: Titius citatus eſt contumax, non comparet, peto me mitti in poſſeſſionem beneficij ex primo decreto, certe non ſum audiendus, ſed non obſtante abſentia Titij citati (lite non conteſtata) potero informare iudicem, & docere de iure meo: & iudex proferet ſententiam diffinitiuam lite non conteſtata, non obſtante abſentia ipſius Titij citati, & ſi docuero de meo iure, & iudici conſtiterit, mittar in poſſeſſionem: vel aliàs iudex procedet ſecundum quod ſibi videbitur. Nota quòd gl. pro ſua opinione ponderat verbum, obtinendis, & verbum, ingreſſus: quæ faciunt contra opinionem illorum qui dicunt, quòd iſtud capitulum habet locum in beneficiis iam obtentis. Nota vlterius, quòd cum agitur de beneficio eccleſiaſtico obtinendo, quia de iſto non eſt difficultas, data contumacia poſſeſſoris, non fit miſſio in poſſeſſionem ex primo decreto: ſed debet executor datus cognoſcere de iure abſentis, & facere ius iſti præſenti, & accuſanti contumaciam abſentis, aliàs ſi iſte accuſans mitteretur in poſſeſſionem ex primo decreto haberet vitioſum ingreſſum: nam adhuc iſte non habebit titulum ſine inſtitutione, ideo iudex debet cognoſcere de iure abſentis, & proferre ſententiam diffinitiuam lite non conteſtata, & iſte eſt vnus caſus, in quo poteſt ferri ſententia diffinitiua lite non conteſtata: contra illam regulam poſitam in capitulo, quoniam frequenter. vt lite non conteſta. in anti. Nota 2 vlterius ex primo intellectu huius capituli, quòd regulariter iudex non poteſt articulum expedire contra abſentem non citatum legitime, & ſi aliquem proceſſum expediat, ille proceſſus erit nullus. l. 1. ff. quæ ſent. ſine appel. reſcind.

2 Iſtud not. cũ trib. ſeq. debuit ſcribi in c. proxim. ſ. e.

Nota quòd vbi conſtat de intentione abſentis, quòd eſt deliberatus non venire, non eſt citandus: nam citatio fit ad iſtum finem, videlicet, ad explorandum animum citati, an velit venire vel non venire. Nota vlterius, quòd iudex dicitur eſſe certus de intentione abſentis, quòd non vult venire ſi appellet, & à iudice recedat: quia videtur proteſtari, quòd non intendit amplius coram illo iudice à quo appellat comparere: ſed coram ſuperiore. Nota vlterius magis ſpecifice, quòd ſi quis appellet ab interlocutoria, iudex à quo, poteſt procede-

VT

VT LITE PENDENTE NIHIL innouetur.

*¶Superiori titulo fuit dictum de quadam innouatione, quæ ſit circa poſſeſſionem propter contumaciam rei: verum quia poſſet dubitare aliquis, an lite pendente aliqua poſſint innouari: vel vtrum omnia debeant remanere in eodem ſtatu: ideo ad nos informãdum de iſtis, ponitur præſens rubr. vt lite pen. nihil innouetur. Ex qua rubr. colligitur, ꝙ lite pendente regulariter nihil debet innouari: nã rub. quæ habet ordinationem integram, ſolet facere ius, vt notant. doc. ſuper rub. vt lite non conte. in antiq.*

# TITVLVS VIII.

## Vt lite pendente nihil innouetur.

¶Bonifacius octauus.

*¶Si ex duobus litigantibus electis alter decedat, renunciet, vel à proſecutione cauſæ excludatur: ſi lite pendente cum reliquo fuerit alia electio facta, non tenet.*

## CAP. I.

Diſpẽdiis [a], q̃ [b] propter electiones diuerſas eccleſiæ patiuntur interdum, occurrere cupientes: Statuimus [c], vt ſi aliquibus apud ſedem Apoſtolicam, vel alibi [d] litigantibus [e], ſuper electionibus de ſe in diſcordia celebratis; aliquẽ ipſorum mori [f], vel ſuo iuri renunciare [g], aut à proſecutione ipſius contigerit quoquo modo excludi [h]: ad electionem aliam (lite ſuper electione ſuperſtitis electi [i] pendente) nullatenus procedatur: Aliàs attentata contra hoc electio ipſo iure viribus non ſubſiſtat [k].

¶Idem.

*¶Si beneficiatus, contra quem ſuper beneficio litigatur, cedit vel decedit: ſi alius lite pendente cum ſuperſtite fuerit electus, non valet electio: Si vero aliqui (quorum interſit) ad defenſionem litis velint admitti: in eo ſtatu, in quo erat cauſa, admittentur. Ioan. And.*

## CAP. II.

SI HI CONTRA

Y Amplia iſtud cap. ad poſtulõnes, pſẽtatiões. Phil. & not. ꝙ ſuperſtes in iſto caſu nõ poterit ab alia parte eligi. Do. Font.

Diſpẽdiis. 1 Tria facit: primo ponit cõſtitutionis cauſam: ſecundo conſtitutionẽ prohibitoriam: ibi, *Statuimus.* tertio decretum: ibi, *Aliàs.*

Casvs. Vacante aliqua eccleſia collegiata vel regulari per mortem prȩlati, canonici vel religioſi cõuenerunt in vnum tractaturi de electione prælati, & diuiſerũt vota ſua in duos: nam vna pars canonicorum vel religioſorũ vnum elegit, alia pars alium, quilibet electorum dicebat electionem ſuam prȩualere: nam licet vnus eſſet electus à maiori parte, alius à minori: tamen iſte qui fuerat electus à minori parte, dicebat ꝙ plures ex alia parte erãt excommunicati: & ſic inter iſtos duos electos erat controuerſia de præualiditate electionis: pendente proceſſu, vnus iſtorum electorum mortuus eſt: vtrum pars canonicorum vel religioſorum, quæ mortuum elegerat, poſſit alium ſurrogare in locũ iſtius mortui, & facere nouam electionẽ? Reſp. Romanus Pontifex, ꝙ iſti canonici vel religioſi non debent procedere ad nouam electionem, niſi prius conſtiterit, an electus ſuperſtes habeat ius in electione vel non habeat, ſed tamen ipſi canonici vel religioſi, qui mortuum elegerunt, poterũt aſſiſtere proceſſui: & conſtito ꝙ iſte ſuperſtes non habet ius in electione: ipſi canonici vel religioſi poterunt licite procedere ad nouã electionem. Not. primo ex iſto caſu, ꝙ propter diuerſas electiões in diſcordia celebratas, eccleſiæ ſæpenumero patiuntur damna & incommoda, quia non ſit confirmatio alicuius, & pẽdente proceſſu nullus poſſet adminiſtrare: modo lõgæua vacatio ſolet afferre damnum eccleſiæ. c. quoniam. vt lit. non conte. in ant. No. ꝙ principes debẽt obuiare indemnitatib. ſuorum ſubditorum, & maxime eccleſiarum. No. vlterius principalem effectum huius c. videlicet, ꝙ ſi duo ſint electi in diſcordia, & ſe opponant ne alia fiat electio, ſi pendente controuerſia alter moritur, illi qui elegerunt talem defunctum non poſſunt aliũ eligere donec lis fuerit finita cum ſuperſtite, & ſi cõſtet quòd ſuperſtes non habeat ius, ipſi poſſunt procedere ad aliam electionem. Quæritur quæ differentia eſt inter præſens c. & c. ſequens? Reſp. gl. quòd in iſto c. nullus iſtorum litigãtium adhuc obtinebat beneficium ſeu dignitatem, de qua litigabatur. in c. vero ſequẽti alter litigantium habebat poſſeſſionem beneficij, poſtea alius mouit ſibi quæſtionem ſuper poſſeſſorio, & pendente lite mortuus eſt.

*¶Prima gl. ſummat, & dicit quid declaret.*

a ¶ *Diſpendiis.*] ſi ex duob. litigantib. electis alter decedat, renuntiet vel à proſecutione cauſæ excludatur, ſi lite pendente cum reliquo, fuerit alia electio facta, non tenet. Emanauit ad declarationem eorum, quæ no. Inn. & Hoſt. s̃. de arb. ex parte. & de ele. dudum. 2. & de reſt. in int. c. 2. & Compoſt. de conſti. cum M. ad finem.

Additio. Et Gul. in Spe. de ap. §. pe. ver. verum. Ioan. And.

b ¶*Diſpendiis quæ.*] dr̃ diſpendium longum & inutile: Compendium breue & vtile. de hoc de reſcr. c. diſpendia. [s̃. hoc lib.]

*¶Gl. ſeq. dicit hoc ius nouum: obiicit & ſoluit.*

c ¶*Statuimus.*] conſtitutio iſta noua eſt ſaltem inquantum dicit electionem nullam: maxime nõ interueniente aliqua inhibitione, vt s̃. de arb. ex parte. Sed dices, nonne ſecunda electio facta, prima non caſſata, caſſatur. s̃. de ele. conſiderauimus? Itẽ nonne ſecunda electio facta prima non caſſata, valet interdũ: ſecundum ea quæ no. s̃. de elect. auditis. ſcilicet quando prima nulla erat, & eligentes erant priuati poteſtate eligendi: Sol. illa iura & quæ in illis not. locum habent quando ſecunda electio ſit prima non caſſata, & nondum in litigium deducta, & ſic intelligantur no. in d. c. auditis. Iſtud c. & ſequens loquuntur quando in litigium erat res deducta, & tunc ſecunda electio ipſo iure ſit nulla.

d ¶*Alibi.*] Videbatur Hoſt. differentiam facere s̃. de ele. dudum. 2. in glo. nunquid in hoc caſu. inter cauſas quæ pendebant in curia, & extra curiam. Arg. decre. de maior. & obed. per tuas. de app. ſi duobus. ſed quo ad caſum noſtrum nulla ſit differentia, vt hic vides.

*¶Gl. ſeq. reſpondet ꝙ, quomodo: duas ſolutiones ponit: primam approbat: in fi. remittit.*

e ¶*Litigantibus.*] Litigioſa eſt res de cuius dominio quȩſtio vertitur inter petitorem & poſſeſſorem conuentione iudiciaria, vel precibus principi oblatis, & iudici inſinuatis, & per eum futuro reo cognitis. C. de litig. Auth. litigioſa. Dicunt tamen rem litigioſam non eſſe niſi per litis cõteſtationem. facit pro eis s̃. de of. dele. relatum. in Auth. de litigioſis. §. omnem. col. 3. & optime. s̃. de verb. ſig. ex parte. 2. Litis conteſtatio dicitur litis exordium. s̃. de offi. de lega. ſuper quæſtionum. §. intentionis. Sed dic contra 2 per ſupradictam Authen. litigioſa. & probatur s̃. de offic. delega. gratum. vt lite penden. ca. 1. & ex iis quæ ibi not. Hoſtien. s̃. de teſtib. cauſam quæ. 2. C. quando libel. l. 1. & 2. Quid autem quo ad hunc tit. inducat litis pendentia, habes in cle. eo. tit. c. vno. Ioan. And.

2 Idẽ Dom. Phil. vid gl. 11. q. 1. c. ſi. Font.

f ¶*Mori.*] s̃. de arb. ex parte.

g ¶*Renunciare.*] s̃. de reſt. in int. c. 2.

h ¶ *Excludi.*] vt s̃. e. li. de ele. ſi forte. & c. quamuis. & c. cupientes. §. quòd ſi per viginti. & §. ſeq.

i ¶ *Electi.*] & in caſu iſto quærimus de iure ipſius defuncti, vt ſciatur de iure ſuperſtitis coelecti. Ad hoc. 2. q. 1. in primis. licet enim appareat defuncto amplius non deberi, non propter hoc ſequitur ſuperſtiti viuenti deberi. ad idem s̃. de reſcrip. olim.

Additio. Dicit Archidiaconus quòd etiam propter eligentes ferenda eſt ſententia, vt ſciatur an penes ipſos, vel quos ex ipſis remaneat electio: an vero ſit ad ſuperiorem deuoluta. ſupra de electio. cum Vintonien. in antiq. & ſupra eodem lib. & titul. quamquam. Sic & mortuo homine fertur ſententia propter bona. C. ſi reus vel accuſa. mor. fue. l. ſecunda. Ioan. And.

*¶Gl. ſeq. format duas quæſtiones quas ſoluit.*

k ¶ *Non ſubſiſtat.*] Quid ſi poſtea appareat illum ſuperſtitem ius non habere: nunquid conualeſcit dignitas vel beneficium in iſto? Dic quòd nõ: quia quod ab initio, &c. 16. q. 3. c. placuit. §. poteſt. s̃. de elect. auditis. j̃. de reg. iur. non firmatur. Sed nunquid de nouo poterit eligi? Credo quòd ſic per decr. s̃. de elec. ſuper eo.

Additio. Hoc intelligitur vbi non eſt vitium perſonæ, vt quia electus non acceptauit ſciens caſum, & ſe liti non immiſcuit: licet enim non ſit in cauſa caſſationis primæ electionis, quæ à principio fuerat nulla, hic tamen culpa incidens in facto, iuſte faciet caſſari ſecundam. s̃. de except. cap. primo. in fine. de conceſſ. præbend. cap. 1. & j̃. de præben. ſi beneficia. Ioan. And.

SI *hi contra quos.*] Primo ponit ſtatutum prohibitorium interſerens cauſam: ſecundo decretum; ibi, *Quòd ſi.* Tertio proſiuionem illius cuius intereſt, ibi, *Sane.*

Casvs. Titius poſſidebat beneficium, quod dicebã ad me pertinere, & ſpectare mediante iuſto titulo & canonica inſtitutione, & dicebant Titium eſſe intruſum in illo beneficio: vnde fecit eum citari, & conueniri ſuper petitorio vel poſſeſſorio (non refert) ſecundùm Dominicum de ſancto Gem. forte intentaui interdictum vti poſſidetis, vel vnde vi, & ſic poſſeſſorium, vel intentaui petitorium: lite pendẽte ipſe Titius poſſeſſor mortuus eſt, vel renunciauit iuri ſuo in manib. ſuperioris: Quæritur vtrum ille ad quem ſpectat collatio illius beneficij poſſit illud conferre, vel ad illud præſentare idoneam perſonam, ſi ſit patronus nõdum finita lite: qa collator vult cõferre alteri illud ius quod defunctus habebat: an poſſit? Reſp. ꝙ non,

lite

lite pendente, & ſi fiat, non valet collatio, nec preſentatio, nec electio ſi beneficium ſit electiuum: ſecus ſi petitor eſſet mortuus, quia alius poſſet ſubrogari loco mortui: Ratio eſt, quia ſuperſtitis petitoris intereſt, vt non fiat ſubrogatio in locum alterius: nam ſi faciat docere de iure ſuo, ipſe facilius obtinebit poſſeſſionem beneficij, quàm ſi alius eſſet ſubrogatus loco illi⁹ qui poſſidebat: Sed iſta ratio ceſſat in petitore mortuo: nam poſſeſſor propter hoc nõ amittet poſſeſſionem, & ipſius poſſeſſoris non intereſt: quia paria ſunt quòd ſubrogatus litiget cum ipſo, vel ipſe ordinarius: iuxta c. ordinarij. ſ. de of. ord. iſtometlibro. Sed quid, ponamusq́ mortuo poſſeſſore ordinari⁹ vult ſuſcipere defenſionem loco defuncti: nunquid ordinarius vel alij quorum intereſt, poſſunt, adeſſe cauſæ, & ipſius cauſæ ſuſcipere defenſionem? Reſp. ꝙ ſic dum tamen ſuſcipiant defenſionem in eodem ſtatu, in quo defunctus eam dimiſit. Not. primo ex iſto tex. ibi: dignitatib. & perſonatib. ꝙ perſonatus non eſt dignitas: aliàs fruſtra diuerſis nominib. appellaretur. l. ſi idem. C. de codic. tamen iura vtuntur iſtis nominibus promiſcue, vt in c. cum acceſſiſſent. de conſt. in ant. vbi primiceriatus vocatur dignitas, perſonatus, & officium. Qualiter autem differant, tractat Panor. in ca. de multa. de præb. in antiquis. Not. principalem effectum huius cap. quòd lite pendente inter aliquos ſuper beneficio: ſi moritur conuentus, non poteſt ordinarius alium ſubrogare loco illius defuncti, niſi mortuo prius ſuperſtite: Sed hodie impetratur à principe, vt poſſit fieri ſubrogatio, non obſtante iſto c. & hoc quando poſſeſſor moritur: ſecus ſi petitor, vt dictum eſt in poſitione caſus. No. ꝙ ordinarius licet non poſſit aliquem ſubrogare loco defuncti poſſeſſoris: pt tamẽ adeſſe cauſæ, & tunc ſummarie debet probare quod ſua intereſt: quo probato admittetur ad defenſionem cauſæ, & tunc debet aſſumere cauſam in eodem ſtatu, in quo defunctus eam reliquit: non autem poteſt petere, vt cauſa de nouo inchoetur.

† Not. Phil. & Pe. de An. ꝙ in bñficia lib⁹ eſt vera poſſeſſio, & illa eſt cã quare in ta lib. fiũt poſſeſſoria ſicut in pfanis: & limitãt iſtũ tex. Anc. & Dñi. ſi pcedere ĩ petitore decedẽte, neq; obſt. cle. j. §. ſi vero. j. e. q̃a illa intelligiturq̃ñ nulla lis pẽdet mortuo petitore. Itẽ liitatur tex. qñ lis eſt inter puiſum à Papa, & eũ ad quẽ ſpectat puidere. Phil. hic. Font.

† Iſte ver. eſt not. & rõ h⁹ ver. eſt, quia iſti venirẽt ex perſona ſui auctoris ſecus ĩ ignorante & iſto exiſtẽte extra curiam. Pe. & Dom. Font.

quos [a] ſuper dignitatibus, perſonatibus, vel aliis eccleſiaſticis beneficiis, quæ poſſidẽt [b] †, litigatur [c], lite pendẽte cedãt, vel forte decedant: ne propter nouos aduerſarios, qui malitioſe [d] interdum petitoribus ſubrogãtur, litigia in eccleſiarum diſpendium prorogari contingat: Statuimus, vt dignitates, perſonatus, vel beneficia huiuſmodi [e], donec contra ſuperſtites lis finita [f] fuerit, aliis nullatenus conferantur, nec ad ea eligatur quiſpiam, vel etiam præſentetur [g]. Quòd ſi ſecus actum fuerit, eoipſo irritum habeatur. ¶ Sane † ſi ad defenſionem ipſius litis, aliqui quorum intererit [h], petierint ſe admitti: eos in illo ſtatu [i], in quo ipſam inuenerint, decernimus admittendos.

¶*Prima gl. ſummat, & dicit quid declaret.*

a ¶*Si hi contra quos.*] Si beneficiatus, contra quem ſuper beneficio litigatur, cedit, vel decedit: ſi alius lite pendente cum ſuperſtite fuerit electus, non valet electio: Si vero aliqui quorum interſit, ad defenſionem litis velint admitti: in eo ſtatu, in quo erat cauſa, admittentur. Emanauit hæc decretalis propter ea, quæ ſ. prox.

¶*Gl. ſeq. diuerſitatem præcedentis caſus declarat.*

b ¶*Poßident.*] Iſta ergo eſt diuerſitas inter iſtum caſum & præcedentem: quia in præcedenti nondum erant beneficia adepti: ſed de electione litigabant, hic beneficia iam erant adepti.

c ¶*Litigatur.*] Expone vt dixi ſ. c. prox.

d ¶*Malitioſe.*] hoc fiebat iſto modo: litigabatur contra me ſuper beneficio meo: cum ego nõ poſſem cõtra aduerſarium me defendere: renunciabam, vt beneficium conferretur alicui potenti: qui litigantem iniuria & iure vexaret.

e ¶*Huiuſmodi.*] Poſſeſſa ſcilicet per illũ cedẽtem vel decedentem, contra quem litigabatur.

¶*Gl. ſeq. primo exponit per locum à diuiſione: ſecundo quæſtionem ſoluit.*

f ¶*Finita.*] ſi apparuerit illos ius habere, nulla fiat electio: aliàs fiat electio vel præſentatio poſt ſententiam 1, per eos, ad quos pertinet. Et intelligo decretalem iſtam, cum illi qui contra illos cedentes vel decedentes litigabant, ex eo litigabant: quia dicebant illas dignitates vel beneficia ad ſe ſpectare: aliàs nulla fieri haberet dilatio: Pone enim quòd clericus contra clericum agit, petens ipſum ab eccleſia remoueri, quia criminoſus vel concubinarius: moritur clericus accuſatus lite pendente, cedit, vel decedit: nunquid per hoc impedientur illi ad quos electio vel præſentatio pertinet eligere vel præſentare? Dic ꝙ non: quia ſtatim illo cedente vel decedente finita eſt lis, & ſic non habet locum hæc decretalis, quæ dicit expectandum finẽ litis cum ſuperſtite, & crimina extinguuntur morte. 23. di. quorundam. cum ſuis concordan. 2 Si autem petit illum ab eccleſia remoueri, & illam ſibi aſſignari, quam dicit ad ſe ſpectare: tunc locum habet decretalis. ad hoc ſ. de reſc. olim.

1 q̃ trãſiuit ĩ rẽ iud. tunc ẽm eſt finita lis. l. j. ff. de re iudic. Phil. Font.

2 Quid autẽ ſi cleric⁹ depoſitus appellet, vide not. in c. nõ ſolũ. in fi. vl. gl. j. de ap. Font.

g ¶*Præſentetur.*] No. differentiam eſſe inter collationẽ, electionem, & præſentationem: quia hæc tria hic ponũtur pro diuerſis: habes hoc expreſſum. j. de præb. cum in illis. §. cum autem.

h ¶*Intererit.*] puta qui eligunt cedentem: vel præſentauerunt, vel contulerunt, vel forte quia expectabant primam vacaturam: & ſic iſtud beneficium velut modo ceſſione vel morte vacans, ſibi dicit deberi: vel ſimiles perſonæ.

¶*Gl. ſe. dicit quid declaret: & exprimit fraudem antiquam.*

i ¶*In illo ſtatu.*] optima fuit prouiſio: & declarat quæ notãt Inn. & Hoſt. de iud. quia V. ducebant enim cauſam illi beneficiati vſque ad finem: tempore ſententię cedebãt: ſubrogabantur aduerſarij, quos oportebat de nouo citari, & iudicium incipi 3, qui iterum producebãt cauſam vſque ad concluſionem, & poſtea cedebant: Iterum veniebant alij, & idem faciebant: & ſic non erat litium finis, & idem fiebat olim de nouitiis electis vel preſentatis, ſed de illis hodie ſublata eſt dubitatio per hæc verba. Et cõtra hoc non dabat Hoſt. aliud remedium, niſi quòd interpellata ſedes Apoſtolica ſuper his prouideret, & veritatem inquireret: ſed hic optimum datum eſt remedium, vt in eo ſtatu admittantur, &c. & ſic erit finis litium. & concor. ad hoc ſ. e. lib. de electio. vbi periculum. §. ſane. & j. de excep. pia.

Addition. Et optime facit ff. de nox. ſi quis à multis. §. fi. cum l. ſeq. in principio.

3 Non enim ex iure primi, ſʒ ex noua collõne ſecũdus ſibi ius vẽdicat: vñ l; in bñficiis ſit ſucceſſio, nõ tñ hr̃ditaria. 8. q. 1. Moyſes. & c. ſeq. Et ſic ñ ob. ff. d̃ iud. tã ex cõtractib⁹. cũ ſim. ſecũdũ Io. Mo. I. A.

## TITVLVS IX.

## De confeſſis.

¶Innocentius quartus in concilio Lugdunenſi.

¶*Super facto negatiuo per partem improbabili (ſi iudici videbitur) eſt admittẽda poſitio. Dominicus.*

### CAP. I.

STATVIMUS, &c.

DE CONFESSIS.

¶*Dictum fuit ſupra per diſcurſum titulorum præcedentium de actis reſpicientibus ordinationem litis: Nunc vero eſt dicendum de actis: quæ reſpiciunt merita & defenſiones cauſæ, vt ſunt confeſſiones, pbationes: quare recto ordine annectitur rubrica de confeſſis.*

Additio. Dicit Io. Mo. ideo melius intitulatam rubricam de confeſſis, quàm de poſitionibus: quia poſitiones non curamus in ſe, ſed propter finem: propter reſponſionem ſcilicet ex qua habetur confeſſio: hunc enim finem reſpicit moralis philoſophus, & hęc ſcientia ſupponitur ethicæ, id eſt, morali ſcientię, vt ſatis dixi in prooe. decr. ſuper 1. gl. Ioan. And.

STatuimus.] Hęc decre. non diuiditur propter breuitatem: Determinat autem notata per Hoſt. in ſum. de prob. §. quis debet probare. ver. nunquid ergo. & in Spe. de poſi. §. ſeptimo videndum. ver. 8. Quæ dat intelligere, quòd dubium non procedebat in negatiua iuris, qualitatis, vel facti prægnantis: vel facti determinati, quæ veniunt in probatione, & per conſequens in poſitione: Remiſſiones ponit gloſſ. non poſſunt. Ioan. And.

¶Decretalis iſta ſecundùm dominum Heliam ſic ſummatur: Licet poſitio negatiua non poſſit probari niſi per confeſſionẽ aduerſarij, eſt tamen ipſa poſitio admittẽda de æquitate: licet non eſſet admittenda de iuris rigore: quia de iuris rigore illud poteſt poni, quod poteſt probari.

Summariũ & caſus domin. Heliæ.

¶Pro intellectu huius ca. præſupponendum eſt quæ dicantur poſitiones: vnde eſt ſciendum, quòd cum actor libellum cui petiit per reum reſponderi, & reus reſpondit eidem libello facto in proſa: poſtea lite ſuper eodem libello conteſtata, actor deducit ſuum factum quod continetur in libello per articulos: & illi articuli vocãtur poſitiones: eo quia ſic incipiunt, ponit in iure & iudicio, &c. ſicut dictum eſt de articulis probatiuis à libello agentis extractis, qui appellantur, intendit: quia ſic incipiunt, intendit talis actor coram vobis. Et fuerunt inuentæ poſitiones vt ponens releuetur ab onere probandi per confeſſionem aduerſarij: & iſtis poſitionibus tenetur pars aduerſa perſonaliter reſpondere per verbum credit vel non credit mediante ſuo iuramento. c. 2. j. e. Item præſupponendum, quòd iudex non debet indiſtincte admittere omnes poſitiones, ſed debet videre an ſint aliquæ captioſæ & impertinentes, & ſuper illis ferre interlocutoriam ſententiam, quòd tales poſitiones, ſunt admittendæ: & tales ſunt impertinentes & reiiciendæ.

Casvs. Tu & ego litigabamus coram iudice competẽti: lite inter nos cõteſtata feci meas poſitiões, inter quas erat aliqua poſitio negatiua: ita ꝙ illa poſitio cõtinebat merũ & purũ fcm̃,

quod

quod non poteram probare:vtrum iudex debeat admittere talem poſitionem negatiuam? Reſp.Romanus Pontifex,ꝙ ſic:& licet de rigore iuris talis poſitio non ſit admittenda:tamen de æq̃tate poterit iudex illam admittere:immo ſecũdùm Hoſt.iudex debet illam admittere, & ſi nõ admittat, ab eo poterit appellari:q̃a licet talis ſit mere negatiua, & ſic non poſſit probari: tñ pars aduerſa forte cõfitebitur iſtud factum negatiuum.

†Vide Paul. dCa.cõſ.167 inci. ad primũ.vol.2.& Cy.in l.2.§. ſed quia.C. de iur.cal.

> **mus† a, vt poſitiones negatiuas b (quæ probari non poſſunt c niſi per confeſſionem aduerſarij d) iudices e admittere poſſint f, ſi æquitate ſuadente viderint expedire.**

No.primo,ꝙ litigantes in cã poſſunt facere poſitiones: & ante litem conte.& poſt:licet aliq̃ dicant ꝙ debẽt fieri poſt litem cont.& non ante:q̃a bene verum eſt,ꝙ in principali negotio debẽt fieri poſt litem cont.vt in c.prox.j̃.e.ſed in emergentib.& exceptionib.q̃ opponuntur ante litis conte.poſſunt fieri poſitiones lite non conte. No.vlterius principalem effectum huius ca.videlicet,ꝙ licet mere factum negatiuum non poſſit probari per teſtes,tamen illud factum negatium p̃t poni adeo ꝙ talis poſitio eſt admiſſibilis: &eidem poſitioni tenebitur pars aduerſa reſpondere : aliàs ſi nolit reſp, talis poſitio habebitur pro confeſſata,vt in c.ſeq. Not.vlterius gl.quæ ponit decem per modum ſummæ in materia poſitionis.

Poſitiones p̃nt fieri añ lit.conteſta. & poſt.

Negatiuum factũ, licet ſit improbabile, eſt tñ ponibile.

¶*Gl.ſe.per modum ſummæ recitetur ſic: Circa materiam poſitionum quærit de decem:Primo quid ſit poſitio:Secũdo, vnde ortum habuit:Tertio,ad quid fiat:Quarto,in quo differat ab interrogatione:Quinto,quis reſpondeat poſitioni:Sexto, quando fiat:Septimo qualiter fiat:Octauo,ſuper quo:Nono,de cautela ponentis:Decimo,de poſitionis effectu.*

a ¶*Statuimus.*]Circa poſitionum materiam,quæ nõ habentib. practicam noua & ignota vr̃,ſcire debes primo, ꝙ poſitio ſecundùm Goſ.eſt dictum loco interrogõnis poſitiuum,vt quod olim inrerrogatiue fiebat, fiat hodie poſitiue, pone in terminis.dicebat olim actor,q̃rite dñe iudex an ſit hæres, & ex qua parte? hodie dr̃:pono te eſſe talem hæredem.Item pono te hęredem ex aſſe. Sed hodie ẽt fiunt interrogationes,& ante litẽ conte.quod dic vt no.de iu.cal.c.pe.& etiam poſt lit.conte.ff. de inter.ac.vbicunque. etiam ſi ſit concluſum in cauſa,vt s̃.de fid.inſt.cum Ioannes.Vnde p̃t deſcribi,ꝙ depoſitio eſt breuis verborum formula, mentem proponentis continens ad veritatem eliciendam concepta. [Vincent. dixit, ꝙ poſitio eſt aſſertio alicuius dicti vel facti,vt ad ipſum reſpõdeamus.Io.Mo. dicit,ꝙ eſt narratio facti nondum ꝓbati ad experientis intentum directe vel indirecte ſpectantis, quod intendit ꝓbari per rñſionem aduerſantis.Cy.in l.2.de iurei.pp cal.dan.ponit diffinitionem.Io.de Aret.q̃ dixit,ꝙpoſitio eſt alicuius ſubſtantialis vel adminicularis articuli cauſæ in iure facta expreſſio ſeu aſſertio.Iac.vero de Rauenna diffinit, ꝙ eſt credulitas aſſerta, habens annexam interrogationem, vel iudicis ſuppletionem conferẽs ad ꝓbationem:vel vt ipſum,vel adminiculans.Arch. dicit hic , ꝙ poſitio eſt aſſertio alicuius facti, quo p rñſionem ad ipſam ptinentem obligatur reus,&actor ꝓbandi onere releuatur:Cum poſitio etiam fiat p reum, incaute exp̃ſſit de reo & actore in deſcriptione.] Habuit autem hoc verbum ortum non ſolum ex vſu hominum diu in cauſis inolito : ſed ex antiqua lege.ff.de leg.3.Oſſidius. §.ex diuerſo.ibi, pone(inquit)in credito,&c.ad idem s̃.de lit.cõt.c.vno.de ele.dudum.2.&j̃.de teſti.c.p̃ſentium.Fiunt autem poſitiones,vt p cõfeſſionem aduerſarij releuetur ponẽs ab onere ꝓbandi,vt hic,&ff.de iurei. eum qui.1.reſp.nam & ad hoc fiunt interrogationes. ff.de inter.ac.l.2.3.& 4.Differũt autem poſitiones & interrogationes: quia poſitiones aſſertiue fiunt,illæ interrogatiue:poſitiones à parte, illæ à iudice. Et dicunt quidam , ꝙ poſitiones tm̃ fiunt poſt litem cont.interrogationes ante tantum;quorum vtrunque falſum eſt, de interrogationib.s̃.dixi : de poſitionib.infra dicam.Ad poſitiones ãt reſpondere debet pars,non autem aduocatus:immo ſolent cauti iudices tunc reſpõdentes aduocatos expellere 1.Scire tamen debes, ꝙ aduocatus q̃ docet clientulũ falſum rñdere, tenetur aduerſario illius dãna reſarcire,q̃ ob hoc pertulit:puta ex onere probandi vel amiſſione cauſæ. 50.di.ſæpe.s̃.de iniur.c.vl,ff.ad l.Aq.qui occidit.§.vl.vnde ſolent aduocati dicere clientulis,ſi hoc confitearis, cauſam perdes:nec dicunt,ſi negaueris, animam pdes.de ſim.Matthæus. in ſi.Scire debes quòd poſitiones fiunt in cauſa,& ad eas reſp. p iuramẽtum calumniæ vel veritatis in cauſa p̃ſtitum: vnde videtur,ꝙ ſolum poſt litem conte.fieri habeant,cum poſt litem conte.iuretur.s̃.e.li.de iur.cal.c.1.Sed dic,ꝙ quandocũque faciendæ ſunt ꝓbationes, fieri poſſunt poſitiones ſiue ante litis cont.ſiue poſt.Nec obſt.quod de iuramento dictum eſt s̃.quia iudex ponentem ante litis cont.faciet iurare ſe credere &æſtimare verum eſſe quod ponit:& aduerſarium ꝙ verum reſpondebit:poſſunt enim ante litis cont.exceptiones opponi,ſuper quib.facienda eſt ꝓbatio, ad cuius releuationem fiant poſitiones,pone.n.excipitur ꝙ actor excõicatus eſt, q̃a pcuſſit clericum,& ſic ab agẽdo repellendus : ponet ipſe reus, & hoc modo:Pono ꝙpcuſſiſti talem.Item ꝙ in tali parte corporis.Itemꝙ cum gladio. Item ꝙ in tali loco. Item ꝙ tali die. Item ꝙ talib. præſentib.Item ꝙ turbatus ex tali cauſa percuſſiſti illum.Item quòd animo iniuriandi.Item quòd ille tunc erat clericus.Item quòd erat in poſſeſſione clericatus.Item ꝙ ſciebas illum clericum eſſe. Item quòd vidiſti eum tonſuram & habitum clericalem deferentem.his per auctorem confeſſatis,probata eſt excommunicatio : aliàs reus hoc ꝓbet mutãdo verba & dicendo,intẽdit probare,&c. Poſt litis conte.pone ꝙ peto ab eccleſia aliquem,quem contra iura retinet remoueri:dicã, pono ego talis iuramẽto meo, quòd talis habet & poſſidet eccleſiam ſancti Petri.Item ꝙ habet & poſſidet eccleſiam ſancti Marci.Item quòd quęlibet earum habet curam animarum.Itẽ quòd eas poſt concilium acquiſiuit.hoc confeſſato ſuccumbit reus:niſi diſpenſationem vel iuſtam cauſam oſtendat, & idem in ſimilib.Scias autem quòd poſitiones fieri debent ſuper cõtentis in libello: & ad ea pertinentib.vel pertinere valẽtib.ex parte actoris ad intentionem fundandam,ex parte rei ad extenuandam.4.q.4.c.1.Fieri autem debent de facto rei,quia ad factũ alterius nõ cogitur rñdere.ff.pro ſuo.l.ſi.Et ſunt in ſcriptis offerendæ iudici,vt videat an ſint impertinẽtes, impoſſibiles, captioſæ,negatiuæ,ſaluo eo quod hic dicitur,& ſic eas repellat.& de hoc dicam.j̃.prox.quas ſi admittẽdas viderit, in actis curiæ ſuæ ſcribi faciet.de prob.quoniam.s̃.e.li.de reſc.cum in multis.ff.de re iu.l.acta.ad illas poſtmodũ faciat aduerſarium reſpondere:vel de veritate,vel credulitate 2 habita diſtinctione,an de veritate vel calumnia tantum ſit iuratum.j̃.tit.prox. ca.2.& reſponſiones ſcribi faciet ſic, fatetur,vel negat:credit, vel non credit.Cum autem ex iuramento de calumnia, vel de veritate rñdet,an poſſit dicere,dubito.not.s̃.de iu.cal.cũ cauſam.in 1.gl. Caueat autem ponens à poſitionib. ſuæ intẽtioni contrariis,vt ſi agat petitione hæreditatis,vel quorũ bonorũ, non dicat ſe poſt mortem poſſediſſe defuncti:Si agat Publiciana,non ponat ſe emiſſe à vero domino:Si agat,Vti poſſidetis, non dicat aduerſarium poſſidere,& idem in ſimilib.Eſt autem poſitionis effectus,vt is q̃ ponit,quod ponit,cõfiteri dicatur 3: vt j̃.de iureiu.c.vlt.vbi dicam de hoc:& an poſitio vel reſponſio ad eam reuocari poſſit.

Poſitiõis deſcriptiones.

Poſitiones vñ habuerũt ortum.

Poſitiones quare fuerunt introductæ.

Poſitio & interrogatio qualiter differant.

1 Verum qñ cõſtat ꝙ ſis admittẽdꝰ: ſecus ſi hoc non conſtaret.Font.

Poſitiones quando poſſint fieri.

2 Et hoc ſolũ not. hic Inn.ſ.q̃d ſufficit q̃nq; rñdere de credulitate.remittit j̃.ti.j. c.2.Io.An.

3 Sic vt aduerſarius ſi dẽat ꝓbare q̃d pars ponit, ñ tñ poterit ex illa poſitiõe tãq̃ ex cõfeſſione cõdẽnari. Dom. hic obſtat c.ſi. hic all. ſed illa poſitio fuit per partẽ acceptata: q̃ ſi ñ fuiſſet acceptata,poterat reuocari.c.mulieri de iurei.vid̃ Do.in c.abbate ſane.j̃. e.de re iud. col.2.Font.

b ¶*Negatiuas.*]quæ eſt ratio,quare poſitio de negatiua,quæ aliter probari non poteſt , fieri non poterat 4. Breuis eſt ſolutio,negatiuæ quædam probari non poſſunt.ſuper quod dic vt no.Io.6.q.vl.accuſator.Bern.s̃.de elect.bonæ.1.§.contra vero. Accur.ff.de proba.l.2.ſed poſitio in locum probationis venit: illud ergo in poſitione debet admitti , quod admitteretur in probatione.de hoc no.Goff.s̃.de elect.dudum.2. Item poſitio negatiua probari debet,ſed negatiua non probatur, vt ſupra, ergo,&c.Item negatiua poſitio nõ ponit:ſed remouet.Et hoc ſiue ſit negatiua explicata , puta quòd non cognoui Bertam. de frig.ca.1.vel non fui citatus.de electio.bonæ.ſiue implicita, vt pono quòd in electione tantum quatuor canonici præſentes fuerunt:de cauſa poſ.cum eccleſia.poſitiones ergo has negatiuas iuris rigor repellit,ſed æquitas eas admittit,ſi iudici videbitur,vt hic.

AddITIO. Dicit Ioan.Monac.negatiua dicit carentiam, & ſic non exiſtentiam , & non entis non ſunt ſpecies nec differentiæ, ſecundùm Philoſophum, Cum ergo probatio habeat fieri per principia, ſicut cauſatum habet oſtendi per cauſam, & principiatum,vt ſpecies per genus & differẽtiam,& quia hoc habet affirmatiua & non negatiua : ideo affirmatiua probari poteſt per rerum naturam, id eſt,per principia,quæ ſunt inducẽtia naturam rei.propter hoc dixerat Pet.de Bellap.quòd ius ciuile talem probationem non nouit, vt ponit Cy.vt C.de nõ nu.pec.l.3.in ſi.Ioan.And.

4 dicit Hoſt. hoc inductũ pp timorẽ piurij:videñs.n.rñdẽs ꝙꝓbare nõ poterat, facile deieraret.Io.An.

c ¶ *Non poſſunt.*] Pone nego litteras ad lites de mandato domini impetratas 5. Vel nego pecuniam numeratam , quam promiſeram inſtrumento ſolenni,& ſpe futurę numerationis. [Vel ſi pono quòd non fuiſti inſtitutus de auctoritate diœceſani. de cler.peregrin.capit.fina.de inſtitu. capit.3. ſecundùm Hoſt.] Hæc & ſimilia non poſſunt probari niſi per confeſſionem aduerſarij.

5 Hãc ponit per iurm̃ de credulitate, ſequẽtẽ, bñ p̃t ponere p iurm̃ veritatis.Io.An.

AddITIO.Et ideo cum nõ ſit niſi vna ſpecies probationis,magis ſuccurrendum eſt ponenti.arg.s̃.de teſti.c.vlt.& j̃.de teſti. cog.dilectorum.de proba.c.2.& c.ad noſtram.ff.de teſti.l. current.C.de reb.cre.generaliter.1.reſp.C.de hær.l.pe.ſecundùm Hoſt.Ioan.And.

d ¶*Aduerſarij.*]Dicebant quidam doctores antiqui negatiuam poſitionem admittẽdam indiſtincte.Et quod dicitur, quòd negatiua probari non poteſt,verum eſt per teſtes,per confeſſionem autem aduerſarij bene,&probatur hoc s̃.de temp.ord.dilectus.de æta.& qual.c.vlt.Ioan.And.

e ¶*Iudices.*]ordinarij,delegati,vel arbitri.s̃.de prob.quoniam. ff.de arb.l.1.

AddITIO.Et C.de arb.l.pe.§.vlt.Hoſt.

f ¶*Poſsint.*]non quicq̃d iudicis poteſtati pmittitur,iuris neceſſitati ſubiicitur.ff.de iud.l.non quicq̃d.ad hoc.ff.de of.præſi.l.

ſæpe

ſæpe.& l.ſe.Per quę videtur ꝙ optioni iudicis relinquatur:pec cat tamẽ iudex reiiciens,ex quo poſitio facit ad cauſam,& æq tas ſuadet:cum æquitas ſcripta rigori iuris ꝑfGratur.C.de iud. placuit.de fur.& ſer.cor.l.ſi qs ſeruo.& æquitatem ſemper ha bere debet præ oculis, vt 4.q.3.c.1.& j.de re.perm.c.vno.ff.de eo quod cer.lo.l.ꝙſi Epheſi. in fi. nec ſit arctanda probandi copia.14.q.2.quamquam. C.de prob.l. vlt.ſecundùm Hoſt. tenetur 1: & ſi non admittat, poterit ap pellari.Ioan.And.

1Idẽ Io.Mo. & Arc. ñ tñ dñt Hoſt. & alijꝑdicti id qd ſeqtur d̃ appellõne. Ioan.And.

¶Bonifacius octauus.

*¶Si reus iuſſus,poſitionibus reſpondere recuſat:vel ſi cõtumaciter recedit: habebuntur pro confeſſatis: ſecus ſi prius quam ſic iuſſus eſſet, contumax fuerat:nã tunc procedetur contra eum,tanquam contra contumacem.Ioan.And.*

## CAP. II.

SI poſt præſtitum [a] veritatis aut [b] calumniæ iuramentum [c], reus [d] vel ꝓcurator [e] ipſius, poſitionibus ab aduerſario ſibi factis, interrogatus iuſſuſque [f] à iudice † reſpondere abſque rationabili [g] cauſa recuſet, aut nolit, ſeu contumaciter ſe abſentet: haberi debet ſuper his, de quibus in eiſdẽ [h] poſitionibus interrogatus extitit, pro confeſſo [i]. ¶Verum ſi

SI poſt.] Sũt duo dicta: Secũdum ibi, *Verum*. Dom.

Casvs. Tu & ego litigabamꝰ coram iudice ordinario vel delegato: lite conte.ſuper meo libello,dedi meas poſitiones, & aſſerui eas medio meo iuramento:dicẽdo,credo illud quod pono eſſe verum:hoc facto petij, vt tu reſponderes meis poſi tionib.vnde iudex tibi præcepit,vt tu reſponderes meis poſitionib.per verbum credit,vel non credit:tu autem recuſas reſpondere:quęritur qua pœna venis puniendus? Reſpõdetur ꝙ meæ poſitiones habebuntur pro confeſſatis: Et iudex poterit & debebit te condemnare in petitis: nam de petitis conſtat ꝑ tuam confeſſionem interpretatiuam,i.inductam ex interpretatione iuris, & iſtud verum, niſi proponas aliquam exceptionem. Sed quid ſi non cõparuiſti in die tibi aſſignato ad reſpõdendum meis poſitionib. an poſitiones habeantur pro cõfeſſatis? Reſp.ꝙ non:ſed contra te poterit iudex procedere tanq̃ contra contumacem: nam ſi nõ liquet de cã,iudex te excommunicabit,vel mittet me in poſſeſſionem.No.primo ex iſto c. ꝙ facta litis conteſt.antequã fiant poſitiones, debet præcedere iuramentum de calumnia : hoc tamẽ non eſt de ſubſtantia, vt dictum fuit s.de iur.cal.c.1.No.ꝙ ſi iurato de calumnia ponens fecit iuſſum fieri aduerſario, vt poſitionib.reſpõderet:& aduerſarius nolit reſpõdere, tunc poſitiones habẽtur pro con feſſatis:& ſic tacens habetur pro confeſſato, ſi cõfeſſio vergat in detrimentum & præiudicium ſuum: Et ſi negatio tenderet ad ſuum pręiudicium & incommodũ:ſimiliter poſitiones haberentur pro negatis.No.vlterius,ꝙ quis poteſt reſpõdere po ſitionib.ſuæ partis aduerſę per procuratorem:dum tamen ille procurator habeat ad hoc ſpeciale mãdatum, & ꝙ poſitiones ſint inſertæ in procuratorio,& detur mandatum procuratori, vt fateatur talem poſitionem & talem:aliàs non haberet man datum ſufficiens.No.ꝙ paria ſunt,non venire ad iudicium,vel venire,ſed contumaciter recedere. concor.ca.1.de iud.in ant. No. ꝙ maior eſt contumacia illius qui comparuit,& non vult facere illud quod ſibi facere incumbit,quam illius q non com paruit. hoc habet præſens c.nam maior pœna imponitur ei, qui comparuit & contumaciter receſſit,quàm ei qui nõ comparuit. Not. etiam ꝙ taciturnitas habetur pro confeſſione.Ad hoc de poſtul.præl.c.1.& de ord.cog.c.cum dilectus.No.finaliter quòd recedens à iudicio ſine iudicis licentia,punitur tanquam contumax.ad hoc de iud.c.1.11.q.3.certum. & de elec.ſi poſtquam.s.e.lib.Dominicus.

*¶Prima gl.ſummat, & dicit vnde ſumpta.*

a ¶*Si poſt præſtitum.*]Si reus iuſſus poſitionib.reſpondere recuſat,vel ſi contumaciter recedit,habebuntur pro confeſſatis:ſecus ſi priuſquam ſic iuſſus eſſet, contumax fuerat, ſed tũc procedetur contra eum,tanquam contra cõtumacem.Tracta fuit hæc decretalis de extrauaganti Ale.quæ incipiebat, Retuliſti. aliàs,Dilecto filio.Ioan.And.

b ¶*Aut.*]quo ad ſpiritales cauſas exponimus ꝓ &, in eis enim in vtroque iuratur, vt s.de iur.cal.c.1.§.vlt.& ſic eſt ſimi.C. de ver.ſig. cum quidam.

c ¶*Iuramentum.*]Not.pro opinione illa quæ habet, quòd ſolũ poſt litem conteſt.fiant poſitiones: Sed dic vt dixi s.c.prox.& reſpicit quod communiter fieri ſolet.

*¶Gl.ſeq.quærit,opin.ponit,& ſoluit contrarium.*

d ¶*Reus.*] Quid de actore vel eius procuratore? Dicunt quidã quòd cadit ab inſtituta actione.s.de iur.cal.c.vl. C.de iur.cal. l.2.§.quòd ſi actor.Ad poſitiones enim reſpondetur ex vi iuramenti,& ideo pœna iurare nolẽtis hic locũ habeat, quod non credo:ſed dic vt dixi s.in prox.gl.quòd hic reſpicit,quod communiter accidere ſolet,ſiue poteſt,ſcilicet, quòd actores probare habent,& ſic poſitiones facere:ſed idem econuerſo,ſcilicet vt habeatur pro confeſſo:cum actoris & rei ſit æqua conditio.j.de reg.iur.non licet.cum ſim.

e ¶*Procurator ipſius.*] Not.procuratoris contumaciam poſt litem conte.domino nocere.de hoc s.vt lit.non conte.c.1.in fi. Additio. Hoc etiam probatur de taciturnitate: & facit ff.de proc.non ſolum.in prin.vbi de hoc.& aliquid dixit Inn.de poſtul.præl.c.1.& Gul.in Spe.de poſi.§.nono.poſt prin.Io.An.

*¶Gl.ſeq.dicit quæſtionem ſolui.*

f ¶*Iuſſuſque à iudice.*] Per hanc litteram bene vr̃ determinata illa antiqua altercatio,qua q̃ritur:ſi iudex citat partem, etiam poſt iuramentum ꝑſtitum, vt veniat reſpondere poſitionib.& citata venire non vult:an poſitiones habeantur pro confeſſatis? Et licet q̃dam 2 dixerunt ꝙſic, puto ꝙ nõ 3:Ecce enim ꝙ tex.dicit, iuſſus à iudice:& ne credat aliqs ꝙ talis iuſſus factus ꝑ nuntium ſufficeret,pręmittit,interrogatꝰ:ille igitur licet ſit iuſſus ꝑ nũtium, non per iudicem. (& hoc cõceſſo)non tamen eſt interrogatus à iudice, quod requirit hæc conſtitutio:vnde & infra ſubmittitur(verum ſi anteq̃ reſpõdere ſic iuſſus fuerit)ſc. ab ipſo iudice interrogatione præmiſſa. Maiorem ergo reputauit contumaciam illius qui interrogatur à iudice,& ab eo iuſſus reſpõ.non vult:q̃ illius qui citatus per nuntium vel litteras:etiam hoc expreſſo venire non vult. Additio. Opinionem gl.tenet Arc.&Dy.videtur concordare in regula,contra eum.j.de reg.iur.

*¶Gl.ſeq.recit.per quæſtionem,quæ ſit rationabilis cauſa:& ponit 12.exempla.*

Casus. Epiſcopus Pictaueñ. in ſuo ingreſſu iurat obſeruare conſuetudines & ſtatuta eccleſiæ Pictaueñ. Ponamus quòd in libro ſtatutorum eccleſiæ Pictaueñ. ſunt aliqua ſtatuta impoſſibilia de iure: quia illa obſeruare eſſet peccatum mortale, vel ſunt ſtatuta, quæ obuiant libertati eccleſiæ: Poſtea epiſcopus vult facere aliqua ſtatuta contraria illis ſtatutis impoſſibilibus, & obuiantibus eccleſiaſticæ libertati. Obiicitur pro parte canonicorum, quòd non poteſt, aliàs incurreret periurium? Reſp. epiſcopus, quòd in iuramento ſuo non intendebat ſeruare illa ſtatuta illicita & obuiantia libertati eccleſiæ: an bene dicat? Reſp. Romanus Pontifex, quòd ſic. Sed ponamus quòd eps Pictauenſ. iurauit expreſſe ſeruare illa ſtatuta impoſſibilia & contra libertatem eccleſiæ: vtrum teneatur ſeruare iuramentum ſuum? Certe nō: aliàs grauiter peccaret: ideo vigore iuramēti ſui non eſt aſtrictus ad ſeruandum illa ſtatuta: verumtamen iurando temere peccauit mortaliter, & pro illo peccato tenetur agere pœnitentiam: tamen cautela eſt, quòd epiſcopus in ingreſſu ſuo iuret ſeruare ſtatuta eccleſiæ, dummodo non ſint illicita, vel irrationabilia. Nota primo, vnum in quo iuramentum eſt ꝑmiſſum: quia regulariter non eſt permiſſum iurare ſine cauſa: aliàs eſſet iurare temere & in vanum, ſed cum iuſta cauſa eſt iurandum: ſicut prælatus in receptione ſua iurat ſeruare ſtatuta illius eccleſiæ ad quam promouetur: & iurando non peccat, etiam ſi illa ſtatuta ſint irrationabilia: dum tamen nō habeat animū ſeruandi ſtatuta irrationabilia, aliàs enim ratione deprauati animi peccaret mortaliter. No. vlterius, ꝙ iuramentum ſcholaris vel canonici, vel prę̄lati ſeruādi ſtatuta, intelligitur de ſtatutis rationabilib. & licitis: nā iuramētum refertur ad licita & rationabilia: tamen ſi quis referat intētionem ſuam ad illicita, non tenetur illa obſeruare: tamen peccauit mortaliter temere iurando, & propter intentionem deprauatam. No. quòd appellatiōe rectorum, cōprehenduntur ēt illi qui præficiuntur adminiſtrationibus laicorū. ad hoc tex. j. de hær. vt inquiſitionis. Nota finaliter arg. ꝙ poteſtates & officiales dignitatum temporalium non confirmantur: ſed adminiſtrationem habēt ex ſola admiſſione ad talia officia. probat tex. ibi, admittatur. de quo aliquid per doc. ŝ. de iud. c. fi. Dom.

† An ſit dña iurař ſimpliciter obſeruare ſtatuta vel cōtēta ī ſtatutis, vel ꝓut in ſtatutis, vide Fel. ī c. cū acceſſiſsēt. đ cōſt.

† Quæ ſtatuta obuient eccleſiaſticæ libertati vide in c. fi. de im. eccl. j. e. & c. graué. de ſent. exc. Font.

¶ *Prima gloſſa ſummat.*

e ¶ *Contingit.*] Prælati, canonici, rectores, & officiales locorum, qui iurant ſtatuta, & conſuetudines loci vel eccleſiæ ſeruare: prætextu talis iuramenti non obligantur ad illicita, impoſſibilia, vel obuiantia eccleſiaſticę libertati: nec ad ea debet intentio ſua referri. Ioan. And.

f ¶ *Conſuetudine.*] ad hoc ŝ. eod. clericus.

g ¶ *Accedunt.*] in quo acceſſu antiquas eccleſiæ conſuetudines ſeruare debent, vt ŝ. de præb. dilecto.

h ¶ *Recipiendis.*] ad hoc vocari debēt abſentes. j. de præb. cum in eccleſiis. niſi conſuetudo eſſet in contrarium, vt ibi. Io. An.

i ¶ *Scripta* 2.] potes ſingula ſingulis referre.

k ¶ *Ciuitatibus.*] quæ murorum ambitu terminantur. j. de ſen. excom. ſi ciuitas.

l ¶ *Poteſtatibus.*] qui gladio vtuntur ad malefactorum vindictam & laudem bonorum. de homic. poſtulaſti. & de maior. & obed. ſolitæ. & tunc miniſter eſt Dei, vt 23. q. 5. miles. & cap. ſequentibus.

m ¶ *Clauſa* 3.] in hoc erat morbus. & ſi iurant ſolum ſeruare ſtatuta edita, ad edenda ſacramēta non tenētur, vt ŝ. e. ti. c. pe.

n ¶ *Libertati.*] & ideo ſtatutarij excommunicati ſunt ſi infra duos menſes ea de ſtatutis deleri non fecerint, vt & qui tales conſuetudines vel ſtatuta ſeruare faciunt, vt ſupra de ſen. exc. nouerit. Ad hoc j. de immu. eccl. c. 3. 4. & 5.

Additio. In quibus conſiſtat libertas eccleſiæ, remittit Arch. ad ibi no. per Inn. Ioan. And.

o ¶ *Vinculum.*] ŝ. e. quanto. 22. q. 4. inter cætera. ad hoc j. de re. iu. in malis. & c. non eſt obligatorium. Sed de appellationibus dicitur ŝ. de app. ad noſtram. & c. cum ſpeciali.

Additio. Prædicta regula, in malis. probat cum ſuis concor. ꝙ promiſſio in malis non obligat: ergo nec iuramentum adiectum, vt in regula ſeq. ſecundum Io. Mon. remittit Arch. de fo. comp. ſi diligenti. ad finem. ŝ. eo. cum contingat. Ioan. And.

2 Dom. reprobat glo. qa ſic referēdo eēt incōgruitas: vñ not. ipſe ꝙ ſcriptura ñ eſt đ eſſentia legis. Fō.

3 Phil. ſequitur gl. idē ſi ſimpliciter iuraſſet ſeruare ſtatuta: qa eſt ſtricti iur. iurm fac. c. veniēs & c. quinta uallis. ŝ. eo. Font.

a ¶ Obſiſt

periculis obſiſtere [a] cupientes, præcipimus à quibuſcunque ſcientibus contineri in prædictis conſuetudinibus & ſtatutis illicita, impoſſibilia, vel libertati eccleſiaſticę obuiantia, iuramenta huiuſmodi aliquatenus non præſtari. Et talia iuramenta ea intentione [b] facienda vel facta, vt etiam illicita vel impoſſibilia [c], ſeu eccleſiaſticæ libertati obuiantia obſeruentur (cum etiam ſub tali intentione præſtari non poſſint abſque diuinæ maieſtatis [d] offenſa) decernimus in huiuſmodi illicitis, impoſſibilibus, ſeu libertati eccleſiaſticæ obuiantibus, non ſeruanda: quin potius pro animarum ſalute, ſi ſub forma prædicta vel ſimili aliquos ignorantes prædicta illicita ſeu impoſſibilia, vel libertati eccleſiaſticę obuiantia iurare contigerit, ad obſeruanda duntaxat licita, poſſibilia, & non obuiantia libertati eccleſiaſticæ, iurantium referri debet intẽtio.

¶Declaramus [e] †quoque iuramenta ſub huiuſmodi generalitate qualitercunque, & ſub qualicũque † verborum forma præſtita vel præſtanda, ad licita, poſſibilia, & libertati eccleſiaſticę non obuiantia†tantum extendi: ipſoſque iurantes ad alia per præſtationem iuramenti huiuſmodi non teneri.

¶ Bonifacius octauus.

*¶ Per eccleſiaſticum iudicem ordinarium loci, compellitur iudex ſecularis eccleſiaſtica cenſura ius canonicum, quod ad prouiſionem animarum ſtatutũ eſt, ſeruare.*

## CAP. II.

Licet mulieres [f], quæ alienationibus dotium & donationum [g] propter nuptias conſentiunt non contrauenire, proprio [h] iuramento firmantes ſeruare iuramentum huiuſmodi non [i] vi nec dolo [k] præſtitum, de iure canonico [l] teneantur: quia tamen quidam iudices ſeculares [m] eas contra præfatas alienationes audiunt, quamuis eis conſtet legitime de huiuſmodi iuramẽto †: Nos animarum periculis obuiare [n] volentes, eoſdem iudices ad ſeruandum hoc ius canonicum [o], per locorum ordinarios cenſura eccleſiaſtica [p] decernimus compellendos [q].

¶ Idem.

*¶Electus poſt ſacramentum ponens vel reſpondens contraria directe, (niſi rationabiliter excuſetur) velut periurus à confirmatione repellitur. Idem ſi hoc fecerit procurator ipſo mandante, vel ratum habente, vel non reuocante. hoc dicit. Ioan. And.*

a ¶*Obſiſtere.*] ad hoc ſ. e. lib. de conſt. c. 1. j. de ſepul. c. 1. cum ſi.
b ¶ *Ea intentione.*] dicitur ergo iuramentum illicitum ex animo. ſic & ſentẽtia excommunicationis. ſ. de ſent. exc. per tuas. & c. ſacro. vbi de hoc. 11. q. 3. c. non ſolum. §. cum ergo. Io. And.
c ¶ *Impoſſibilia.*] ad hoc nullus poteſt ſe obligare. ſ. de pact. c. vlt. de cond. ap. c. vl. ff. de reg. iu. impoſſibilium. j. de reg. iur. nemo poteſt. Et intelligo impoſſibilia de iure vel de facto, vt dixi in prædicta regul. nemo poteſt.
d ¶ *Diuinæ maieſtatis.*] quam peius eſt offẽdere quàm temporalem, vt ſ. de hæret. vergẽtis. & j. de immu. eccl. clericis. C. de hæreti. Manichæos.
e ¶ *Declaramus.*] declaratio igitur antiqui iuris eſt, & hoc ius not. Ber. ſ. de his quæ fi. à ma. par. ca. c. 1. in gl. vlt. & Hoſt. eo. c. in gl. pe. vnde dabat ibi conſilium Hoſt. quòd iurãs ſic diceret, iuro ſeruare ſtatuta & conſuetudines iuſtas, poſſibiles & honeſtas, quæ de facto & iure ſeruari poterũt. Et multiplex eſt impotentia, vt not. ſ. de reſcri. ſciſcitatus. Poſito tamen quòd in genere iuret, fit tamen ſecundum ius commune interpretatio iuramenti. & probatur hoc ſatis per decr. ſ. eo. ad noſtram. 3. & ſ. de ver. ſign. ſuper quibuſdam 1. Dic ergo breuiter, ꝙ aut quis expreſſe iurat ſtatuta illicita, impoſſibilia, inhoneſta: & tũc eo ipſo largo modo periurus eſt. ſic ſ. eo. ſicut noſtris. aut generaliter iurat ſeruare conſuetudines & ſtatuta: & tunc diſtingue, aut tũc ſciebat ibi ſtatuta eſſe illicita, & illa ſe obligaturum ſeruare in mente gerebat: & tũc idem quod ſ. aut neſciebat, nec id in mente gerebat: & tũc non peccauit, & ſolum ad licita obligatur, vt hic & in præd. iurib. ad idem. ff. de tranſa. qui cum tutorib. §. vlt. ff. de cõd. ind. ſi ꝓcurator. quaſi in fi. ff. de cõd. inſt. condões. & l. ſeq.

† Vide Alb. de Roſ. tra. đ ſtat. par. 1. q. 25. vbi late

†al. quacũq; Ibi patetꝙ gñalis ꝓhibitio ſolũ illicita reſpicit. aliàs dicimus ꝙ genus ñ includat, niſi licita, ꝑ iura q̃ all. ſi. gl. & ꝑ l. ff. de cõdi. ind. ſi ꝓcurator. §. pe. ff. ad exhi. l. pe. ff. q̃ in fr. cre. ſi pater. ſecũdũ Arc. q remittit ad not. ſ. e. veniẽs. & 13. diſt. nerui. ĩ gl. ſi ſubditus. Io. An.

Licet.] Primo ponit factum reprehenſibile: contra quod prouidet. Secunda, ibi, *Nos animarum.* Dominicus.

¶Iudex ſecularis poteſt compelli per iudicem eccleſiaſticum, vt compellat mulierem ſeruare iuramentum, quæ iurauit non venire contra alienationem rei dotalis. h. d. Præſupponendum ꝙ de iure ciuili ſi mulier milleſies conſentiat, & iuret non venire contra alienationem rei dotalis, tamen ſoluto matrimonio poterit vendicare illas res dotales alienatas. l. nõ dubium. C. de leg. ſecus de iure can. c. cum contingat. e. tit. in ant. nunc emanauit iſtud c. pro obſeruatione illius c. cum contingat.

Casvs. Titius vxoratus vendidit domum, vel aliam rem quam ab vxore in dotem acceperat, & iſti alienationi conſenſit ſua vxor, & iurauit ad ſancta Dei Euangelia non venire contra huiuſmodi alienationem. poſtea tractu temporis Titius maritus viam eſt vniuerſæ carnis ingreſſus. certum eſt, quòd dos debet redire ad vxorem regulariter, niſi pater feciſſet pactum quòd dos ad eum rediret. nũc mulier vult vendicare iſtam rem alienatam à poſſeſſore, qui excipiendo allegat venditionem illius rei in qua conſenſit ipſa mulier: & quod iurauit nõ venire contra: mulier vero replicat in contrarium, & allegat nullitatem venditionis, & vlterius ꝙ iuramentum non valuit: quia contra legem fuit præſtitum. Poſſeſſor rei dicit, quòd licet non valeret de iure ciuili, tamen valet ſecundum canones: Iudex vero ſecularis ſuper iſta cauſa aditus, vult ſequi ius ciuile, & nõ ius canonicum: vtrum ſit poſſeſſori prouiſum de remedio? Reſp. Romanus Pontifex, quòd ſic: nam adibit epiſcopum qui monebit iudicem ſecularẽ ſub pœna excõicationis, vt obſeruet ius canonicum & non ius ciuile, quod ſi nolit facere, poterit eps iudicem ſecularem excõicare. Nota primo ex iſto c. vnam differentiam inter ius canonicum & ius ciuile: nam de iure canonico mulier compellitur ſeruare iurm̃ præſtitum in alienatione fundi dotalis. ca. cum contigat. e. tit. in ant. ſecus ſecundum leges: vt d. l. nõ dubium. C. de legi. cum ſim. Not. ꝙ vbi vertitur periculum animæ, laicus tenetur iudicare ſecũdũ canones, & ñ ſecundum leges. ſed iſtud nõ facit prohibitio iuris canonici: ſed obligatio acq̃ſita đ d. c. cum contingat. ſi. in c. fi. de pręſc. in ant. No. ꝙ in materia concernente animam ſi iudex laicus velit ſeruare leges: recurritur ad iudicẽ eccleſiaſticũ, vt eum compellat ad iudicandum ſecundum canones, & non ſecundum leges. No. ꝙ in obſeruantia iuramenti attenditur diſpoſitio iuris canonici, & non ciuilis. ratio hic aſſignatur propter peccatum. Nota finaliter, ꝙ quis præciſe compellitur ſeruare iuramentum licitum & obligatoriũ. ad hoc d. c. cum contingat. ne præla. vic. ſuas. c. querelam. Domin.

†nec gñalis principiscõ firmatio trahitur ad illicita, & alia de qb. ĩ tex. Ale. cõſi. 59. vol. 1. & Deci. conſ. 172.

†vide not. ꝑ Rom. ſingu. 498. inc. vbi iurm̃. & 499 inci. tu ſcis. & ꝑ Io. An. in c. cũ laicus. de foro comp. adde Feli. in ca. 1. ext. đ iu. iu.

¶*Prima gl. ſummat, et dicit vnde ſumpta.*

f ¶ *Licet mulieres.*] Per eccleſiaſticũ iudicem ordinarium loci compelitur iudex ſecularis eccleſiaſtica cenſura ius canonicũ, quod ad prouiſionem animarum ſtatutũ eſt, ſeruare. Et fuit tracta hæc decret. per compoſitores huius libr. de extrauag. quæ incipiebat: Quia vero contingit.

Additio. Communiter erat verſiculus ſub decret. quia nonnulli. Alex. quarti, quam habes j. de immun. eccl. & vide quod ibi dicam in princ. Ioan. And.

g ¶ *Donationum.*] de his dic vt ſ. de do. inter vi. & vx. & de dote poſt diuor. reſt. c. nuper.

h ¶*Proprio.*] intelligo ſiue iurẽt per ſe, ſiue per procuratorem, cui ad hoc ſpeciale mandatum dederint. ad hoc 63. diſt. tibi. & ibi de hoc in gl. 2. de iu. cal. c. vlt. & de proc. c. vlt. cum ſi.

Additio. Vide quod no. ſ. eo. lib. de elect. vt circa. in gl. pe. & quod ſuper ea dixi. Ioan. And.

i ¶ *Non vi.*] ergo iuramentum metu extortum non obligat. de quo dic vt ſ. de his quæ vi me. ve cau. ſi. abbas. & ſ. e. ſi vero.

Additio. Tene quod dicitur eo. ti. verum. Ioan. And.

k ¶*Dolo.*] quem q allegat, ꝓbare dẽt, ſaltẽ ex ꝑſpicuis indiciis. ff. de ꝓb. quotiẽs. §. q dolo. C. đ dol. l. dolũ. ſ. e. li. de renun. c. 2.

l ¶*De iure canonico.*] vt ſ. e. c. cum cõtingat. vbi de hoc: ſecus [2] videtur de iure ciuili. ff. de fun. do. l. lex Iulia. Inſt. quib. alie. lic. vel non. in prin. C. de rei vx. act. l. vnica. §. fi.

2 đ hac dñia vide Bapt. đ S. Blaſ. in repe. rub. dec. q. 25. diff. 14.

m ¶*Iudices ſeculares.*] q in hac parte rõe periurij cui cãm dant, ſunt de foro eccleſiæ. ſ. de iud. nouit. ſ. e. lib. de fo. comp. c. vlt.

n ¶ *Obuiare.*] ſ. c. prox. cum ſuis concord.

o ¶*Ius canonicum.*] ſi. j. ti. prox. c. 2. j. de ſen. exc. decernimus. facit ſ. e. li. de pac. c. 2. & de fo. comp. c. 2. & ſic Papa tollit legẽ ẽt quo ad forũ ſeculare. de quo dic vt dixi j. de reg. iu. c. 2. Io. An.

p ¶ *Cenſura eccleſiaſtica.*] quid contineatur eius nomine, habes ſ. de ver. ſig. quærenti.

¶*Gl. ſeq. rationem reddit, quærit & ſoluit. ſolutioni ſignat contrarium, cui reſpondet.*

q ¶ *Compellendos.*] eſt enim ſuperior eccleſiaſtica poteſtas: & ideo coercet ſecularem, vt 23. q. 5. adminiſtratores. ſ. de ma. &

obed.ſolitę.qui ſi.ſint le.per venerabilem.cum ſi.[Dicit Arch. hoc procedere vbi agitur de periculo animę:vel vbi eſt de ſua temporali iuriſdictione, & vbi mandat ſuas ſententias obſeruari:remittit ad no.per Inn.de of.or.c.1.]Quid dices ſi mulier iurauit non alienare dotem vel donationem propter nuptias, nec alienationi conſentire niſi ex rationabili cauſa, & auctorizante iudice:& ſi conſenſerit,reuocabit pro poſſe,poſtea iudice non auctorizãte conſenſit, & iurauit non contrauenire,quid erit? Dic ſecundũ Hoſt. 1 qui hoc no.ſ.e.cum contingat.quod primum ſeruabitur. ad hoc ſ.e.eam te.& c. intellecto.& in aut. de non alien.§.ſanctiſſimas.coll.9.Sed contra ſ. e. tua nos. Solut. ibi primum iſum illicitũ:&ideo ſecundum primo præiudicat. hic primum licitũ:& ideo derogat ſecundo.

1 Idẽ Io.Mo. & Archi. & Gul.in Spe. de empt. & vend.§.tertio loco.verſi. & not.generale.& vide quod ibi dicam. Et ꝗ mĩa huius decre. & an teat obligõ pœnalis ibi vi. verſ. ſed pone vxor. cũ verſ.ſeq. De obligõe fideiuſſoris dixi ĩ decr. cũ cõtingat 2.gl. Io.An.

## CAP. III.

CVm in poſitionibus [a] ſuper electionis [b] tuæ negotio(poſt iuramentum [c] in cauſa præſtitum) à te datis [d], ſeu reſponſionibus, quas ad poſitiones tui aduerſarij feciſſe dignoſceris,reperiatur contrarietas manifeſta [e]: tibi tamquam periuro [f] (niſi iuſta [g] cauſa & rationabilis † te excuſet) ſuper ipſa electione perpetuum ſilentium imponi debebit [h].

¶Idẽ [i] fiet ſi(te expreſſe [k] mandante, vel etiam ex poſtfacto ſciente,ac ratum [l] habente,ſeu non reuocante) poſitiones,aut reſponſiones huiuſmodi contrarias tuo nomine [m] tuus fecerit procurator.

CVm in poſitionibus.] Sunt duæ partes. Secunda, ibi, *Idem fiet*. & prima loquitur de domino.ſecunda de procuratore.Ioan.And.

† Approbata à iure,vñ not.Anc. & Phi.ꝙ cõtra manifeſtam cõtrarietatẽ admittitur accuſatio,vt euitetur piuriũ& ei⁹ pœna.c. cũ dilecti.ſ. de accuſ. c. cũ olim. de cenſ.Font.

¶ Præſupponendum eſt pro intellectu huius c. quod habetur in c.querelam.eo.ti.in ant. videlicet,quòd periurium eſt ſufficiens cauſa vt quis repellatur à beneficio iam obtento,& multo magis à beneficio obtinendo.

Casvs. Aliquis fuit electus ad prælaturã,antequam eſſet confirmatus,aliqui ſe oppoſuerunt. orta lite inter electum & opponentes iurato de calum. electus fecit duas poſitiones contrarias directe:& ſic oportet dicere,quòd altera ſit falſa:& per conſequens, quòd ipſe electus in vna ipſarum deierauit,nunquid iſtud periurium eſt ſufficiens ad ipſum repellendum, ne electio ſua confirmetur? Reſpondet Romanus Pontifex,ꝙ ſic. Idem ſi pars aduerſa dedit poſitiones de directo contrarias,& electus eas negauit,vel ambas confeſſus eſt.Certe eſt ipſe periurus:qđ piurium eſt ſufficiens ad ipſum electũ repellẽdum à confirmatione & pręlatura:qa ẽt repelleretur à beneficio iam obtento,vt in d.c.querelam.ſ.e.ti.No.primo,quòd poſitiones ſunt faciendæ poſt iuramentum.& vide ſ.de confeſ.e.lib.c.2. Not.ſecundo arg.ꝙ ponens dicitur confiteri id quod ponit.& ſic facit iſte tex.pro gl.mag.in fi.ſ.de confeſ.c.1.e.lib.Domin.

¶*Prima gl.ſummat, & dicit quid declaret.*

a ¶ *Cum in poſitionibus.*] Electus poſt ſacramentum ponens vel reſpondẽs contraria directe(niſi rationabiliter excuſetur) velut periurus à confirmatione repellitur. idem ſi hoc fecerit procurator ipſo mandante,vel ratum habente, vel non reuocante.hoc dicit. Habuit ortum hæc decretalis ex his quæ not. Hoſt.ſupra de fid.inſtru.cum Ioannes. ſuper verbo,vnica tantum venditio.

Additio. Et quæ no. Gul.de elect.vt circa.in gl,patet ex hoc, per quas gl.patent exempla.Ioan.And.

b ¶ *Electionis.*] idem videtur ſi agatur de iam obtento, cum periurium nõ ſolum impediat,ſed etiam deiiciat. ſ.e.tua nos. & c.querelam.& de fideiuſ.peruenit.

Additio. Item Ioan.Mon.& idem Arch.qui alleg.24.q.3.ecce. Ioan.And.

c ¶*Poſt iuramentum.*] quia tunc faciendę ſunt poſitiones.ſ.de confeſſ.c.2.& ibi dixi.& eo.tit.c.1.

¶*Gl.ſeq.arguit ad quæſtionem.*

2 De hac q. vide Feli.in c. cũ ĩ eccleſiis. de ma. & obed.

d ¶ *Datis.*] Not.ad quæſtionem quam diſputaui 2, an per inſtrumentum probetur crimen: quod ſic probatur, hic enim per ſcripturas actorum apparet eum poſuiſſe contraria: & ſic periurum.de hoc ſ.de ma.& obe.cum in eccleſiis. & per modernos de accuſ.ſuper his.ad idem ĩ.de ver.ſig.c.2.

Additio. Vbi de hoc,& omnino vide quod ibi dicam.Io.And.

e ¶ *Manifeſta.*] euidens vel notoria.ĩ.de verb.ſign.conſtitutionem.

f ¶ *Periuro.*] periuri ſunt infãmes.6.q.1.infames.& eccleſias regere non merentur.ſ.eo.querelam.nec ad teſtimonium admittuntur etiam 3 poſt pœnitentiam.22.q.5.paruuli.in gl.fi. de teſtib.teſtimonium.

3 Fallit hoc in caſu not. vt p Fel. ĩ c. veniens. ĩ. de teſtib.

¶ *Gloſ.ſeq.ponit duo exempla:ſecundo quærit.arg pro & contra, ponit duas opiniones, & ſoluit.*

g ¶ *Iuſta cauſa.*] vt vnum ex contrariis dictis multipliciter poteſt intelligi.ſupra de accuſ.cum dilecti.Vel probare vult ſe errasse 4 in altero de contrariis:maxime vbi poneretur vel reſponderetur de facto alieno:vbi tolerabilis eſt error.ff.pro ſuo. l.vlt.ſupra de confeſ.ex parte.ſupra eod.lib.de reſt.in integ.c. vlt.in fi.[In facto etiam alieno eſt ignorantia excuſabilis. ad hoc ff. de interr. act. de ætate. §.vlt. ff.de coll.bon.nonnunquam. ad idem 2.q.3.Paulum.& ſupra eod.lib.de elec. c.1.in fi. in Auth.de exec. & his qui conue.in princ.colla.7. ſecundum Archid. qui ponit exẽplum quando electus eſt de aliena eccleſia: contra quem opponitur cuius vita poteſt ꝓbabiliter ignorari. Ipſe etiam poteſt ꝓbabiliter ignorare numerum canonicorum eccleſiæ, & his ſimilia.] Sed quid dices:nunquid poſitio vel reſponſio ad ipſam reuocari poterit?Et videtur ꝙ non. Nam volat emiſſum ſemel irreuocabile verbũ.43.diſt.§.vlt.in fi.de prob. per tuas.C. de non num.pec.generaliter. Econtra videtur, quòd reuocari poſſit.32.q.1.apud.de pœnit.diſt.1.diuortium.de verb.ſig.nam & ego.ff.de diuort.ſi pœnituit 5. Dixit Io.de Deo,ſi data ſit poſitio in ſcriptis,non poteſt reuocari: aliàs poteſt.ad hoc de elect.ſcriptum. de confeſ.ex parte.quod Gulielm.abhorret in Specul.titul.de poſitionibus.§.vltim.verſicul.item ſi ponens. dicens quòd ex quo in iudicio propoſita eſt, ſiue in ſcriptis ſiue non, reuocari non poterit per prædictam decret.ex parte.de lit.conteſtat. cap. vno.de elect.dudum.2. niſi doceret de errore,vt ſupra dixi. Satis videtur quòd ſicut teſtis à periurio excuſatur,ſi incontinenti ſe corrigat, vt ſupra de teſtib.cogendis, præterea. ſic & ponens vel reſpondens eadem ratione. Ioan.Andr.

4 Hoc ñ facile ꝓbatur ĩ cõfeſſiõe deliberata.vide qđ no.de diuor. ex lřis. ĩ gl.2. vt ec. be. vt nřm. in gl. cũ primæ.Io.An.

5 An & qñ qs poſſit poſitiones reuocare,docet Ale.cõſ. 92.vol.3.

## TITVLVS XII.

## De exceptionibus.

¶ Innocentius quartus in concilio Lugdunenſi.

¶*Sex ſunt dicta huius decret. Primo ponit arengam,& ius antiquum, & conſtitutionis cauſam. Secundo dicit, quòd reus qui contra actorem de excommunicatione excipit, vt ipſum repellat ab agendo, debet ipſius excommunicationis ſpeciem & nomen excõmunicatoris exprimere, & eam infra octo dies probare:aliàs iudex procedet in cauſa,& illum in expenſis condemnabit. Tertio ſtatuit, quòd ſi iterum obiiciatur & probetur eadem vel alia excommunicatio, actor repellitur: ſed quæ acta ſunt, valebunt. Quarto, quòd vltra duas vices hæc exceptio non opponatur: niſi ex cauſa. Quinto,quòd ſi opponitur poſt rem iudicatam, impeditur executio,ſententia nihilominus valet. Sexto dicitur, quòd iudex publice excommunicatum reo non opponente ex ſuo officio debet ab agendo repellere.Ioan.And.*

Additio. Idem Io.Monac.& Arch.qui remittit ad no. de app. cum cauſam.in 5.gl.facit quod no.de elect.ſcriptum.in 1.gl.& quod dixi poſt Hoſt.de diuort.ex litteris.ſuper gl.2.quod facit pro Io.de Deo.Ioan.And.

h ¶ *Debebit.*] nec propter hoc coelectus confirmabitur.2.q.1. in primis.ſupra de reſcrip.olim.ſupra eod.lib.vt lit.pen.c.1.& 2.C.de rei vend.l.vlt.Et ſic no.quòd non inſpicitur hic principium.de quo no.ſupra de elect.dudum.1.Nam non ſolum antiqua crimina repellunt electos. ſupra de temp. ord. c.vlt. ſed etiam noua 6. Probatur hoc idem ſupra de reſcrip.olim.ſupra eo.lib.de elect.vt circa.ſicut & noua cauſa non ſolum antiqua iudicem repellit.de off.deleg.inſinuante.

6 Nec mirũ ſecundũ Io. Mo. & Arc. qa res ante ſui cõpletionẽ ꝑuenit ad eũ caſũ à quo ñ poterat hẽre principiũ. ff.ad l.aq.qa in eũ.&fac. qđ dicã ĩ. ꝺ re.iu. factũ. ſup ĩ.gl. Io. Mo.all.ff.de ſer. pro parte.Io.An.

Additio. Dicebat ergo Ioan.Mon.quòd ſicut quis agendo ius agendi non recte inchoatum conſequitur.ff.de pignor.act.l.ſi rem. §.ſi. & facit ĩ.de re iud.abbate. ſic agendo perdit ius recte inchoatum, vt hic.Ioan.And.

i ¶ *Idem.*] ſcilicet quia tibi ſilentium imponitur.

k ¶ *Expreſſe.*] ſi ergo dedit mandatum ponendi & reſpondendi poſitionibus generale: ſed non expreſſum, vt ſic & ſic reſponderet vel poneret, vt ſupra eo.lib.de iu.cal.c.2.2.reſp.in fi. tunc licet procurator ponat vel reſpondeat contraria, dominus non deierat niſi in caſibus ſequentibus,& concord.ſupra eo.lib. de elect,ſi compromiſſarius.

l ¶ *Ratum habente.*] & ſic in maleficiis locum habet ratihabitio expreſſa, & tacita. ĩ.de ſent.exc.cum quis. & de reg.iu.ratihabitionem.vbi de hoc.

m ¶ *Tuo nomine.*] aliàs ratum non poſſet habere quod ſuo nomine factum non eſt. infra de reg.iur.ratum quis, vbi de hoc. Ioan.Andr.

## DE EXCEPTIONIBVS.

¶*Sicut in bello naturali requiritur quòd bellantes ſint armati, armis ſibi neceſſariis, ſic in bello ciuili. Et in ſuperioribus titulis viſum fuit de armis actorum: nunc videndum eſt de armis reorum. & quia exceptiones dicuntur eſſe arma reorum: ideo poſt rubricas præcedentes ponit rubricam de exceptionibus.*

Cõtinuatio dom.Helię.

Pia

P*Ia conſideratione.*] Hæc eſt notab. decr. & quotidie practicabilis. [Commendat Abbas hoc exordium vel arengã.] Diuiditur in ſex partes. Secũda, ibi, *Si quis igitur*. Tertia, ibi, *Si vero*. Quarta, ibi, *Prouiſio*. Quinta, ibi, *Sed ſi poſt*. Sexta, ibi, *Eo tamen*. Dom.

¶ Pro intellectu huius c. eſt præſupponendum illud, quod habetur in c. intelleximus. de iud. i anti. videlicet, q; regulariter excommunicatus maiori excõicatione, nõ poteſt eſſe in iudicio agẽdo: ne ex malitia ſua reportet commodum. vlterius eſt præſupponendũ, q; exceptiones dilatoriæ, q pro ponuntur cauſa differendi proceſſum, debent proponi regulariter ante litis conteſt. c. i. ſupra de lit. conteſt. iſtomet lib.

†De intellectu vide Couar. in c. quãuis. de pact. li. 6. i 3. par. relectio. §. 3 & Lu. Gom. in reg. cãcellariæ de annali poſſeſſore. q. 44.

## CAP. I.

P Ia† conſideratione [b] ſtatuit [c] mater Eccleſia, q; maioris [d] excommunicationis exceptio in quacunque parte iudiciorum oppoſita [e], lites differat [f], & repellat agentes [g]: vt ex hoc [h] magis cenſura eccleſiaſtica timeatur [i], communionis† periculum [k] euitetur, cõtumaciæ [l] vitium reprimatur, & excommunicati (dum à communibus [m] actibus excluduntur) rubore ſuffuſi ad humilitatis gratiam, & reconciliationis affectum facilius inclinentur: ſed

†Al. & communionis.

Casvs. Titius prætendebat me debitorem ſuum in aliqua pecuniæ ſumma. fecit me conueniri coram meo iudice competenti. obtulit mihi libellum, cui rñdi negatiue. lite conteſtata & iurato de calumnia, cum ipſe Titius actor peteret admitti ad probandum contenta in ſuo libello: oppoſui ei q; ipſe erat excommunicatus maiori excommunicatione: & ſic non erat admittendus quouſque ipſe eſſet abſolutus: an bene dicam? Videtur q; non: quia cum iſta exceptio excommunicationis opponatur ad differendũ proceſſum, debebat opponi ante litem conteſt. per c. 1. de lit. conteſt. ſ. Hoc tamen non obſtante, reſp. Romanus Pontifex in contrarium, dicens, q; iſta exceptio excommunicationis poteſt opponi contra actorem ad differendum proceſſum in quacunque parte litis, propter periculum communionis: ne ego reus compellar communicare cum excommunicato, & ſic incidam in minorem excommunicationem. Item propter alias rationes poſitas in princ. Sed ponamus q; cum haberem litem cum aliquo: ipſe malitioſe, vt proceſſus meus differretur, oppoſuit mihi ſimpliciter q; eram excommunicatus maiori excõicatione, nihil aliud exprimendo, vtrum iſtud ſufficiat ad repellendum me agendo? Reſp. q; non: immo ipſe reus debet exprimere ſpeciem excõicationis, & nomen excommunicatoris: puta, dicet reus, quod non teneor tecum litigare, q͂m tu es excommunicatus maiori excõicatione pro tali cauſa, videlicet pro manifeſta offenſa, vel pro contumacia, per talem iudicẽ ordinarium vel delegatum. Sed quid ſi actor negat ſe excommunicatum maiori excommunicatione? Rñdet q; reus tenebitur probare illã excõicationem infra 8. dies per litteras vel teſtes, vel per alia manifeſta documẽta: alioquin ſi non fuerit probata iſta excõicatio infra 8. dies, iudex procedet in cauſa, & reum condemnabit in expenſis erga actorẽ, & compelletur procedere in principali. Sed ponamus q; reus oppoſuit actori maiorem excõicationem: ipſe non potuit illam probare infra 8. dies, & ſic fuit condemnatus in expenſis, & compulſus litigare in principali: poſtea factis aliquibus proceſſibus in cauſa, vult probare excommunicationem: an ſit admittendus? Certe ſic, vt actorem repellat à procedendo in futurum: ſed proceſſus prius facti valebunt, & habita abſolutione actor reaſſumet proceſſum in illo ſtatu in quo erat tempore quo reus fuit admiſſus ad probandum excommunicationem: nam excommunicatio non facit proceſſum nullum. Sed ponamus quòd in ſecũda oppoſitione reus non probauit excommunicationem, ſed fuit condemnatus in expẽſis: vult nunc tertio opponere exceptionem, an ſit admittendus? Rñdet q; non, niſi allegaret cauſam rationabilem: puta ſi dicat reus q; actor contraxit excommunicationem de nouo, vel probationes de nouo venerunt ad notitiam ipſius rei: in his enim & ſimilibus caſibus poſſet reus opponere tertio excommunicationem cõtra actorem. Sed quid, ponamus q; cum haberem tecum litem & eſſem excommunicatus: non oppoſuiſti mihi excommunicationem: nec ſimiliter iudex mihi oppoſuit, & ſic non fui repulſus ab agendo. fuit lata ſentẽtia contra te reum, quam cum vellem executioni demãdari facere, oppoſuiſti mihi q; eram excommunicatus, & eam probaſti infra 8. dies iuxta tenorem huius c. vtrum iudex debebit differre executionem ſententiæ donec ſim abſolutus? Rñdet q; ſic: tamen proceſſus facti & ſententia pro me lata valebunt, ſed differetur ſolum executio ſentẽtiæ vſq; poſt abſolutionem. Sed ponamus quod tu reus nõn excipis de excommunicatione: nunquid iudex ex officio ſuo poterit mihi obiicere excommunicationem abſq; requiſitione partis? Certe ſic: & denegabit mihi audientiam donec fuero abſolutus. No. primo, ex iſto tex. quod excommunicatus maiori excommunicatione non poteſt eſſe in iudicio agendo, ſed bene defendendo, ne ex malitia ſua reportet commodum, vt in c. intelleximus. de iudi. in ant. qđ eſt fundamentum in hac materia. dicunt tamen aliqui, q; adhuc reus excõicatus tenetur conſtituere procuratorem, cõis tamen opin. eſt, q; reus excõicatus poterit ſe defendere perſonaliter: nec communicantes cum eo incurrũt excommunicationem: quia communicant cum eo in ſuum præiudicium, & non in ſuum commodum. No. ex iſto c. cauſas propter quas fuit inuenta ab eccleſia excommunicatio. No. q; reus excipiens de excõicatione, non debet excipere i genere, ſed debet exprimere excommunicationem in ſpecie: & dicere nomen excommunicatoris. No. q; illa exceptio debet probari apertiſſimis documentis infra octo dies, & dicuntur apertiſſima documẽta, ſcriptura vel teſtes. Et licet in ſententia excommunicationis ab homine, ſit de ſubſtantia excõicationis ſcriptura: tamen illa poterit probari per teſtes. No. q; retardans proceſſum, ratione proceſſus retardati debet condemnari in expenſis, l. non ignoret. C. de fruct. & lit. exp. quę condemnatio & taxatio expenſarum fit ſtatim, ita q; parti condemnatæ in expenſis rõne proceſſus retardati denegatur audientia, donec fuerint huiuſmodi expenſæ ſolutæ. nam ſunt præiudiciales, & ideo debent ſolui ante litis ingreſſum. l. ſancimus. C. de iudic. & iſtud verũ, quòd denegabitur ei audientia ſi fuerit actor: ſed ſi ſit reus, reputabitur contumax ac ſi non compareret. No. caſum in quo deficiens in probatione exceptionis, poſtea admittitur ad probandum illam exceptionem in alia parte proceſſus. No. q; exceptio excommunicationis poteſt opponi poſt ſententiam ad impediendum executionem ſententiæ. No. quòd iudex poteſt interponere officium ſuum ad priuatam vtilitatem ſine requiſitione partis, licet ſecus regulariter. l. 4. ff. de dam. infec. c. 1. de iud. c. 1. de off. iud. in antiq.

¶ *Prima gloſſa & diuidit, & ſummat.*

a ¶ *Pia.*] Sex ſunt dicta huius decret. Primo ponit arengam & ius antiquum, & conſtitutionis cauſam. Secundo dicit, q; reus qui contra actorem de excommunicatione excipit, vt ipſum repellat ab agẽdo, debet ipſius excommunicationis ſpeciem & nomen excommunicatoris exprimere, & eam infra 8. dies probare: aliàs iudex procedet in cauſa, & illum in expenſis condemnabit. Tertio ſtatuit, quòd ſi iterum obiiciatur & probetur eadem vel alia excommunicatio, actor repellitur: ſed quæ acta ſunt, valebunt. Quarto, quòd vltra duas vices hæc exceptio non opponatur, niſi ex cauſa. Quinto, quòd ſi opponitur poſt rem iudicatam, impeditur executio, ſententia nihilominus valet. Sexto dĩ, quòd iudex publice excõicatum reo nõ opponente ex ſuo officio debet ab agendo repellere. Io. And.

b ¶ *Conſideratione.*] quadruplici, vt j. ſeqtur, ibi, vt ex hoc, &c.

c ¶ *Statuit.*] ſ. eo. exceptionem. Io. And.

d ¶ *Maioris.*] exprimatur ergo ipſius ſpecies, vt j. ſtatuitur.

e ¶ *Oppoſita.*] quod fieri poteſt, non obſtante lapſu peremptorij ad proponendas dilatorias aſſignati. vt in clem. e. ti. excommunicationis.

f ¶ *Differat.*] Nota quòd iſta decr. locum habet ſolum cum opponitur excommunicatio in vim dilatoriæ, vt j. dicam.

g ¶ *Agentes.*] ſed non defendentes. ſ. de iud. intelleximus. & ſ. eo. tit. cum inter. cum ſimilibus.

Additio. Qui ſunt rei neceſſarij & voluntarij, hic not. Arch. tene quod dixi ſ. eo. dilecti.

h ¶ *Vt ex hoc.*] aſſignat quatuor conſiderationes illius iuris.

i ¶ *Timeatur.*] ligatur enim quis magis ex contemptu. 11. q. 3. c. non ſolum. §. cum ergo. in gl. fi. ſ. de ſen. exc. per tuas. in gl. pe.

k ¶ *periculum.*] quod eſt tam in excommunicato quàm in communicante. de cle. exc. mi. illud. & c. ſi celebrat. e. tit. cum ſi.

l ¶ *Contumaciæ.*] ob quam ſolam excommunicatur quis ab homine. 11. q. 3. nemo epiſcoporum. in gl. fi.

Additio. De hoc ead. q. epiſcopus. & 17. q. 4. de presbyterorum. Archid.

m ¶ *Communibus.*] olim erat duplex littera, alia ciuilibus, alia communibus, [Et hęc eſt melior ſecundum Hoſtien. qui dicit, quòd quidam actus ſunt publici, vt tutela & cura. Inſt. de tute. circa princ. quidam ciuiles: vt iudicare & arbitrari. ff. de iudic. cum prætor. 2. q. 7. c. 1. §. tria. ſ. de arbi. dilecti. quidam communes, vt officium procuratorum & teſtium, &c.] Et intelligas communibus, non ſolum iudicialibus ſed etiam extraiudicialibus, vbi de ipſorum vtilitate agatur: erunt igitur inter homines, & eorum carebunt ſuffragiis. C. de apoſtat. hi qui ad ſanctam. In ſpiritualibus autem non eſt dubium eos repelli: quia talium capaces non ſunt. de ætat. & qualit. cum bonæ. de cler. exc. mi. poſtulaſtis. cum ſi. & hoc ſecundum Hoſt. innuit littera hæc communibus: quaſi dicat omnes actus qui aliis hominibus ſunt communes, excommunicatis ſint interdicti vbi de

ipſorum quæritur vtilitate, & adde quod dicam j. de ſent. exc, decernimus,

a ¶ *Malitia.*] quæ ſemper creſcit. 12. q. 1. omnis ætas, 20. q. 3. procliuus,

Additio. Et in Auth. de nup. §. mitiores. coll. 4. Hoſt.

b ¶ *Prouiſum.*] 45. diſt. licet,

c ¶ *Noxam.*] i. delictum, de hoc ſupra de regula. conſulti, in gl. 2.

d ¶ *Eccleſiaſticis.*] & tamen etiam per ciuilem iudicẽ debet admitti talis exceptio 1, & ſeruari forma quæ ſequitur, vt j. de ſen. exc, decernimus,

e ¶ *Differri.*] contra id eſt s. de do. & contum. finem. ff. ſi cer. pet. l. quidam æſtimauerunt.

f ¶ *Fatigari.*] contra id s. de app. vt debitus. s. e. lib. dẽ of. or. vt litigantes,

g ¶ *Irrepſit.*] id eſt latenter inuaſit. C. de epiſcop. & cleric. repetita.

Additio. Io. Mo. all. ff. de conſt. pe. qui autem. §. 1. Arch. all. 48. diſt. c. vlt. 50. diſt. quicunque pœnitens. 3. q. 1. c. Deus ergo. §. patet. j. eo. lib. de pœ. felicis. 1. reſp. Ioan. And,

h ¶ *Medelam.*] Nota quòd medicamina morbis, &c. ad hoc 50. diſt. vt conſtitueretur. s. de iu. cal. cæterum. in Auth. hæc conſtitutio Inno. conſt. quæ in princ.

i ¶ *Si quis.*] vel ſi qua. ff. de ver. ſig. l. 1. & dixi s. e. li. de ele. gñali.

¶ *Gl. ſeq. ſoluit tria dubia.*

k ¶ *Opponit.*] intelligas in vim dilatoriæ 2, quod per ſuperiora & inferiora probatur. Si enim in vim peremptoriæ proponatur, vt ſi dicatur electus excommunicatus excommunicatione maiori, vel ab excommunicatis electus, tunc dabitur competens dilatio: quia hic perit ius opponentis oppoſitione non probata, & econuerſo, vbi autem differtur, non perit. ad hoc s. de proc. ex inſinuatione. Et dic opponat coram quocunque iudice ordinario, vel delegato, eccleſiaſtico, vel ſeculari, vt s. dixi. Nec intelligo dilationem huius decr. locum habere vbi negatur iuriſdictio, vt ſi dicatur impetratum reſcriptum per excommunicatum. s. e. lib. de reſcr. c. 1. ibi enim non principaliter de actoris perſona, vt hic quæritur: ſed de iudicis iuriſdictione. & ſic decre. dilatio locum non habet. [Item nec locum habet quando excipitur de excommunicatione iudicis vel teſtis: tunc enim aſſignabitur dilatio congrua ponderatis circunſtantiis, ſecundum Arch. alleg. not. de procur. dilectus.] Ioan. And.

Additio. Quæ dicta ſunt locum habent vbicunque opponatur excommunicatio: etiam ſi in curia Romana, ſecundũ Hoſt. Io. Mon. & Arch. & Gul. in præal. ver. ſed & ſi. vbi. & in ver. pone. inuenies hoc generale in omnib. dilatoriis cauſarum, quæ ibi vertuntur, quòd non datur in illis dilatio extra curiam ad probandum. Et vide etiam quod ſcripſi s. de app. c. 1. in princ, alle. Hoſt. s. de priuil. cum olim eſſemus. vel ſecundum eum de hoc non eſt nobis quærẽdum: quia ſuum ſibi conſilium in hoc ſufficit. de ſen. exc. mulieres. §. 1. & c. cum illorum. Ioan. And.

¶ *Gl. ſeq. cauſam reddit & notat.*

l ¶ *Speciem.*] hoc ideo dixit: quia duplex eſt excommunicatio, altera autem ab agendo repellit, ſcilicet maior: altera non, ſcilicet minor. 3. q. 4. Engeltrudam. in gl. 1. s. de ſent. exc. ſi quem. vbi de hoc. Nõ ergo ſufficit in genere aliquid ꝓponere, quando quælibet ſpecies generis illum non ſequitur effectum ad quem proponitur, quia non licet cum alterius damno in incerto vagari. s. e. lib. de reſcr. c. 2. de elect. vt quis duas. ff. de iniur. prætor edixit. [& ſic dicit lex quòd in tanto crimine (de dolo ſcilicet) non oportet vagari. ff. de dol. ſed & ex dolo. §. fi. & l. ſeq.] ſecus videtur quando quælibet generis ſpecies ſufficit. ff. de pe. hær. item veniunt. §. à quo. ff. de admin. tu. quidam decedens. §. fi.

¶ *Gl. ſeq. exponit, reddit cauſam, arg. ad quæſtionem. ponit opinionem, & remittit.*

m ¶ *Nomen.*] proprium & appellatiuum, vel ſaltem nomen dignitatis. Nomen autem ideo debet exprimi, ſecundum Ber. vt ſciatur an ſit ordinarius an delegatus: quia ſi eſt delegatus, & excommunicatio illius exhibeatur ſine iuriſdictionis delegatione, non ſtaretur tali excommunicationi. de off. dele. cum in iure. ſed in ordinario hoc non requiritur. Et per hanc litteram videtur quòd non ſufficiat opponẽti probare quòd actor ſit denunciatus excommunicatus. Tamen no. Hoſt. s. de offic. deleg. prudentiam. quòd credit ſufficere ad excommunicationem probandam denunciationem probari 3. Sed contra hoc eſt littera infra apertiſſimis documentis. & adde quod dicam j. de ſen. exc. licet in gl. not.

n ¶ *Eam rem.*] ideſt, excommunicationem.

o ¶ *Notionem.*] i. iudicialem notitiam. nomen autem notionis ad eos pertinet qui iuriſdictionem non habent: ſed habẽt de quauis cauſa notionem. ff. de re iu. ait prætor. in prin. tamen nomine notionis accipere poſſumus & cognitionem & iuriſdictionem. ff. de ver. ſig. notionem. vnde expone, notionem, ideſt, cognitionem. & ſumptũ fuit hoc verbum C. de prob. ſciant cuncti. Ber. 2. q. 8. ſciant cuncti.

¶ *Gl. ſeq. reci. per obiect. quòd probationis copia, &c. ſecũdo per q. an maior dilatio dari poſſit: tertio quærit, & dupliciter ſoluit: & incidit ex hoc quæſtio, quam etiam ſoluit dupliciter.*

p ¶ *Octo dierum.*] licet enim probationum copia non debeat anguſtari. 14. q. 2. quamquam, quia tamẽ iſta exceptio malitioſe frequenter opponebatur, & eſt odioſa, ideo reſtringenda fuit potius quàm laxanda. s. de deci. tua. in fi. j. de reg. iu. odia. cum ſuis concor. ad idem s. eo. lib. de reſt. ſpo. frequens. & j. de ſen. exc. ſolet. Si ergo non habet probationes, taceat 4. 2. q. 7. plerique. etiam ſi ſit epiſcopus. 6. q. 2. ſi tantum. & c. placuit. Notat tamen Ber. j. de ſen. exc. ſolet. [& hic Ioan. Mo.] quòd licet ſine cauſa maior dilatio non debeat dari: in hoc caſu tamen cauſa cognita maior dari poterit, ex illa clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa, &c. ff. ex quib. cau. ma. l. 1. in fi. Sed primum verius videtur 5, cum non pereat ius aduerſarij. arg. s. de procu. ex inſinuatione. [Pro hoc facit quia iterato poteſt opponi vt ſequitur, & hoc tenet Franc. inducens etiam rationem: q̃a iſtud eſt priuilegium actoris, quòd ſibi reus infra 8. dies non probãs condemnetur in expẽſis. quod priuilegium iudex auferre non poteſt. alleg. 28. diſt. de his. in fi. Simile quod dicam ſecundum eum de ſen. exc. Romana. ſuper gl. antep. & vide quod dixi s. e. lib. de off. ord. Romana, ad fi. ſuper gl. licet.] Sed quæres, quare non dantur hic xv. dies ſicut s. eo. lib. de reſt. ſpo. frequens? Dic quòd in dilationibus quæ dantur à iure, voluntas eſt pro ratione, ſic enim poterat xv. vel x. vel etiam minus dare. & facit qđ recitari ſolet s. de reſcr. c. ſi quando. ff. de leg. l. non omnium 6. Vel dic ſecundum Hoſt. hoc ideo ſtatutum fuiſſe: quia de excommunicatione hominis ſolet & debet fieri inſtrumentum. j. de ſen. exc. cum medicinalis. ſed de ſpoliatione nõ: ideo non eſt mirum ſi longior ibi data eſt dilatio. ad hoc ff. de pig. l. contrahitur. in fi. Sed quare ſaltẽ in excommunicatione iuris non ſtatuebantur xv. dies, de qua non ſit inſtrumentum: immo eſt neceſſe probare factum? Dic ſecundum eum, quòd idem factum diuerſis menſuris metiri non debet. Et quod de vno dicitur, de alio intelligi debet. s. de conſt. tranſlato. maxime cum circa principale non fiat præiudicium actori. Vel dic verius, vt primo dixi.

q ¶ *Computato.*] ſic s. eo. lib. de reſt. ſpol. frequens. & ibi vide concor. de hoc.

Additio. In gl. quia dies. Et hic repetas quod no. ibi ſcilicet, vltima die termini probationem fieri poſſe. quod hic not. Inn. Hoſt. Ioan. And.

r ¶ *Apertiſſimis.*] ideſt, indubitatis & claris 7. C. de prob. ſciant. 2. q. 8. quiſquis. & c. ſciant.

s ¶ *Documentis.*] ideſt, inſtrumentis vel teſtibus. s. de teſt. cog. peruenit. ff. de fi. inſtr. l. 1.

t ¶ *Quod.*] ideſt, quam excommunicationem.

v ¶ *Actor.*] originalis.

x ¶ *Diebus illis.*] quibus propoſita fuit exceptio quouſque proceditur in principali. de procur. auditis.

Additio. De dolo & contu. cum dilecti. in fi. Hoſt.

y ¶ *Taxatione.*] iuramento præmiſſo, [ſcilicet ante condemnationem.] De hoc de his quæ vi metuſve cauſa fiunt. c. vlt.

z ¶ *Condemnans.*] intelligas hoc, niſi errore probabili excuſaretur, vt s. de ſen. exc. ſacro. s. eo. lib. de elect. c. 1. in fi.

a ¶ *Iudicij.*] per ſententiam non finiti 8. Ad differentiam eius quod ſequitur j. ſed ſi poſt.

b ¶ *Probetur.*] infra octo dies, vt s. Ioan. And.

¶ *Gloſ. ſeq. ponit dictum caſum diuerſum, & ius antiquum, ſignat*

contr

hominum ſuccreſcente malitia [a] †, quod prouiſum [b] eſt ad remedium, tendit ad noxam [c]. Dum enim in cauſis eccleſiaſticis [d] frequentius hæc exceptio per malitiam † opponitur, contingit interdum differri [e] negotia, & partes fatigari [f] laboribus & expenſis: proinde (quia morbus iſte quaſi communis irrepſit [g]) dignũ duximus communem adhibere medelam [h], Si quis [i] igitur excommunicationem opponit [k], ſpeciem [l] illius & nomen [m] excommunicatoris exprimat, ſciturus eam rem [n] ſe deferre debere in publicam notionem [o], quam infra octo dierum [p] ſpatium † (die in quo proponitur minime computato [q]) probare valeat apertiſſimis [r] documẽtis [s]. Quod [t] ſi non probauerit, iudex in cauſa procedere nõ omittat: reum in expẽſis, quas actor [u] ob hoc diebus [x] illis ſe feciſſe docuerit, præhabita taxatione [y] condemnans [z]. ¶ Si vero poſtmodũ inſtantia durãte iudicij [a], & probationis copia ſuccedente, de eadem excõicatione vel alia excipiatur iterum, & probetur [b]:

† Pe. de An. not. legẽ neceſſariam ñ reuocãdam ſi illa abuti contingat, aliter malitiis occurrẽdum. Font.

† An & qñ malitioſe excipiẽs admittatur, vel repellatur, docent Ab. & Dec. in ca. licet. de prob.

1 Seqtur Pe. de Anc. & ꝑ iſtã gl. limitatur gl. in ver. vſuris. i cle. diſpendioſam. de iudi. Font.

2 Idem Inn. Petr. Abb. Boa. & Io. Mo. & Gul. in Spec. de dil. §. 1. verſ. ſed & ſi, ſub verb. illud quoque. & dicebat Ab. hoc patere ex eo q̃a in vim peremptorie ñ ꝑt q̃ſq; ꝓponi.

3 De hac q. vid Ab. Fel. & Dec. in c. prudẽtiã. §. ſexta. de of. del. & deciſ. Rot. 400. in nouis.

† Sed ſi vltimus dies eſſet feriatus, an talis inter octo eẽt cõputãdus, docet Fel. in c. fi. đ exce.

4 tũc donec videat ſe habere ꝓbões ſic prõptas, ꝙ huic termino ſatiſfieri poſſit, cũ in qualibet parte litis hoc poſſit, vt i prin. c. Io. An.

5 Idẽ Phil. ſimiles caſus vide ꝑ doc. in c. cũ ſit. s. de app. & ꝑ Im. in l. 2. ff. de re iu. Fõ.

6 Idẽ voluit glo. in l. j. §. pueritiã. ff. de poſt. Fõt.

7 an ſufficiat iurm, docẽt Ab. in c. licet. de ꝓb. & Deci. in rub. de ꝓb.

8 Non enim loquitur de inſtãtia, q̃ ſecũdũ leges perit curſu triẽnij, qđ ñ hʒ locũ ſecundũ can. s. de iud. c. pe. & đt hic Hoſti. ꝙ rõ iuris diuerſi ſumitur ex decr. ſup eo 2. de app. vt dixi in ꝑdi. dec. pe. I. A.

*contrarium.ponit opi. Hoſt.cui reſpondet.*

a ¶ *Duraturis.*] etiam ſi cum publice excommunicato fuerit actum : licet ſecus in iudice.s̃.de re iud.ad probandum. Olim proceſſus habitus cum actore excommunicato non valebat, vt s̃.e.exceptionem.aliàs quare fieret ibi condemnatio expenſarum,& ibi de hoc.

actor in ſequentibus excludatur, donec meruerit abſolutionis gratiam obtinere : his quæ præceſſerunt nihilominus in ſuo robore† duraturis[a]. Prouiſo quòd vltra duas[b] vices hæc non opponatur exceptio: præterquam ſi excommunicatio noua emerſerit[c] : vel euidens & prompta[d] probatio ſuperuenerit[e] de antiqua[f]. ¶ Sed ſi poſt rem iudicatam talis exceptio proponatur, executioné[g] impediet : ſed ſententia quæ præceſſit non minus robur debitum obtinebit[h]. Eo tamen ſaluo, vt ſi actor excommunicatus[i] ſit publice,& hoc iudex nouerit †, quandocunque(etſi de hoc reus non excipiat[k]) iudex ex officio† ſuo actorem repellere[l] non poſtponat.

Contra s̃.eo.libr.de reſcr.c.1.ibi proceſſus habitus cũ actore excommunicato ipſo iure pręter aliquod exceptionis auxilium nõ tenet. Hoſt. intellexit decret.iſtam in occulto excommunicato. Sed tu ſolue, (vt ibi plene dixi.) ſcilicet quòd decre.hæc locum habet in proceſſu habito coram ordinario, vel coram delegato,quando excommunicatusfuerat actor poſt impetrationem:illa autem quãdo actor erat excommunicatus tempore impetrati reſcripti.

†De hâc re vidẽdus Fel. in c.exceptionem. de except.

b ¶*Duas vices.*] ſic 1 in reprobationibus teſtium. s̃.de teſtib. licet.3.in appellationibus & dilationib. s̃.de app.ſua nobis. ff.de dilat.l.vlt.

1 de mr̃ia gl. vide Ab. in c.paſtoralis de cau. poſ. & propr.

†Not.q̃ ſi ſeq̃tur,iſte eſt publice excõicatus: ergo iudex ſcit.§.notãdum. 2. q.1. Pe. de Anc. Font.

Addition. Bene facit ff.de bon.auct.iud.poſſ.l.vlt.in fi.Ioan.Andr.

c ¶ *Emerſerit.*] ſupra de off.deleg.inſinuante.& facit quod dixi ſupra tit.prox.c.vlt.

d ¶ *Prompta.*] ſupra de teſti.veniens.2.ſupra de reſt.ſpol.litteras.§.præterea. vnde dicitur,hodie conſtat, hodie agamus.ff. vt in poſ.leg.ſi is à quo.1.reſp.

†Vide Dec. in c. parati. de appel.

Additio. Nec dilationem petit.& idem Hoſt.& Arch.Io.And.

e ¶ *Superuenerit.*] & ſi opus fuerit, de hoc fidem faciet iuramento.s̃.eo.lib.de elect.vt circa.§.ſuper huiuſmodi.&s̃.e.paſtoralis.vel dic quòd non eſt neceſſarium iuramentum:ex quo probationem offert.Hoſt.

Additio. Qui alleg.s̃.eo.exceptionem.& idem Ioan.Monac. & Archid.

f ¶ *Antiqua.*] iam bis propoſita.vel dic,etiam non propoſita.

g ¶ *Executionem impediet.*] Nota quòd merus executor debet admittere exceptionem excommunicationis. Idem de aliis quæ no.ſupra de re iud.quòd ad conſultationem.

Additio. Quas hic no.Hoſt.& Ioan.Mon.

h ¶*Obtinebit.*] ſcilicet ac ſi ille tempore ſententiæ excommunicatus non fuiſſet.

i ¶ *Excommunicatus ſit publice.*] Hoſt.all.hanc litteram pro ſe, ad probandum quòd decr.iſta loquitur de occulto excommunicato. Sed ego dico quòd littera iſta facit ſolum diuiſionem inter occultum & publicum quo ad officium iudicis,non quo ad alia ſupradicta. Supplet enim iudex de iure,& de facto 2 notorio non occulto.2.q.1.c.Deus omnipotens.§.quando autem.C.qui & aduer.quos in integ.reſtit.l.1.de hoc s̃.de poſtu. bonæ.2.in gl.1.In cauſis autem electionum ſupplet indiſtincte de facto,vt 28.diſtin.priuſquam. vbi de hoc. & ſupra de elect. cum nobis olim.

2 De hoc dicto gl. vide Ale.cõſ.186 incip. viſis. vol.2.

k ¶*Non excipiat.*] hoc forte timore condemnationis expenſarum, de qua hic dictum eſt ſupra.

Additio. Propter quem timorem condemnationis expenſarum forte non excipit:ſed proteſtatur, vel omnino ſilet,ſecundum Hoſt.

l ¶*Repellere.*] ſi duret iudicium.ſi autem eſt finitum, ab executione poterit abſtinere.s̃.prox.reſp.

Additio. Idem Ioan.Mon. ſed Hoſt,qui tenet proceſſum habitum cum actore publice excommunicato & notorio non valere, dicit,quòd etiam ſi executus eſſet iudex reuocaret executionem.Hoc non placet,vt no.s̃.in gl.etiam ſi.Ioan.And.

C*Vm quidam ſeculares.*] Primo ponit factum reprehenſibile ſecularium iudicum, contra quos prouidet,ibi, *Decernimus*. Secunda, ibi, *Similiter.* prouidet ad caſum conuerſum.Et prima pars fuit ſumpta ex decr.Alexandri quarti,quia nonnulli.quam all.Spe.eo.ti.§.2.verſ.& not.ſub verſ.*Porro.* & vide no.j̃.de immu.eccl.c.1.in prin.Ioan.And.

p ¶*Remittere.*] quid de attentatis? videbis j. eo. non ſolum. [de quo hic Inno. & breuius. Hoſt.]

† Dictio, nullatenus, qd importet, vide ꝑ gl. in cle. j. de ſeq. poſ. & ꝑ Grāmat. conſ. 3.

VT *ſuper.*] Pro intellectu huius eſt præſupponēdum illud quod dicitur in ca. non ſolum. j. e. ti. videlicet quòd validitas geſtorum poſt appellationem ab interlocutoria pendet ab exitu appellationis: ita quòd geſta per iudicem à quo, inter appellationem & prohibitionem non retractantur, niſi in fine appellationis, poſtquam fuit dictum bene appellatum, & male iudicatum.

Casvs. Prætendebā te debitorē meum, feci te conueniri coram iudice competenti, qui tulit contra me aliquam interlocutoriā, à qua appellaui, & eum requiſiui, vt daret mihi apoſtolos, id eſt reſpōſionem: iudex

† Hæc decr. vt ſup. olim incipiebat, vt ꝓbatio. Et not. cām quare iudex dʒ dare apoſtolos, qa ꝑ illos facili⁹ inſtruitur cā appellōis cōcord. tex. C. de ap. eos §. ſuper his.

a ¶ Cau

a ¶*Cauſa.*] debet enim apoſtolis cauſa appellationis exprimi. & cauſa delationis vel repenſionis.s̃.e.c.1.
b ¶*Facilior.*]concord.s̃.e.lib.de ele.cupientes.§.ad hæc.
c ¶ *Ille.*] Iudex.ſ.quãdo extra iudicium 1 appellatur,conſueuit appellans dicere:& apoſtolos peto, ſi ſit qui. ipſos dare poſſit & debeat.

1 Non à iudice.&vid̄ qd̄ no.s̃.e. cordi. in 4.glo. Io.An.

d ¶ *Conſtitutionis.*] s̃.e.ti.cordi.
e ¶ *Requiſitus.*] cum debita inſtantia,loco & tempore congruo:aliàs pœna ſequens locum non habet. j̃.e.tit.ab eo.2.reſp.
f¶*Ex tunc.*]i.ex quo negauit exp̃ſſe, vel infra tempus debitum negligẽter vel malitioſe non tradidit.j̃.eod.tit. ab eo. in fin.
Additio. Hoſt.s̃.e. cordi. dicit, ꝙ ſi ex quo petiti ſunt apoſtoli, iudex ĩ aliquo procedat antequã ſint exhibiti, irritus eſt ꝓceſſus : allegat hanc decr. &ſecundũ hoc deberet exponi, ex tũc:ex quo requiſitus fuerit:qd̄ non placet.& iſtud, ex tũc, reperitur in decr.ab eo.Io.An.
g¶*Renunciatum.*]tacite vel expreſſe. s̃. de of.dele. gratum. de teſt.cum veniſſent.Ioan.And.[Idem Archidiaconus.

†Añ ꝓceſsũ iudicis, qa ſi poſt renũciaret,illa ñ validaret. Io.An.Petr. de Anc.Fõt.

†Vid̄ Peruſ. in c.de priore.ext.d̄ ap. & Cæp.cautel.45.

ac eius cauſa [a] inſtructio facilior [b] valeat in proceſſu haberi: diſtricte præcipimus , ꝙ ille [c] à quo appellatur, apoſtolos appellanti(iuxta tenorem conſtitutionis [d] noſtrę ſuper hoc editæ) tribuat requiſitus. [e] Si vero non exhibuerit: extunc [f] ſi forte in cauſa procedat(niſi appellationi renunciatum [g] fuerit)† eius inualidus & irritus [h] ſit proceſſus.

¶Clemens quartus.

¶*Iudex appellationis iniquæ appellantem ante ſententiam remittere debet ad iudicem principalem, & in expenſis condemnare,& hoc ſi principalis iudex non detulerat appellationi:ſed ſi detulit,non fiet remiſsio de neceßitate.In appellationibus interpoſitis à diffinitiua, antiqua iura ſeruentur.Ioan.And.*

## CAP. V.

CVm†appellationibus [i] friuolis nec iuſtitia deferat, nec ſit à iudice deferendum [k]: ſi iudex inferior [l] appellationẽ minus legitimam non admittat [m], eam appellatore nihilominus proſequente , ſuperior de ipſa cognoſcens cauſam ad priorem iudicẽ (iuxta ſanctiones canonicas [n] )ſine difficultate remittat , eadem die [o] condemnationem faciens expenſarum. ¶Si vero iudex admittat eãdem [p], licet tam appellatio, quàm ipſius iudicis delatio à ſuperiore valeant refutari [q] †: quia tamen iudex ipſe quantum in ſe [r] fuit, à ſe iuriſdictionem abdicauit eandem , appellationi deferens [s] minus iuſte , totius cauſæ deciſio in ſuperioris eſt poteſtatem transfuſa : nec eſt illi cauſa de neceſſitate vlterius remittenda [t] : Saluis iis, quæ ſuper appellationibus poſt ſententiam in-

¶*Gl.ſeq.ſoluit dubium.*
h ¶ *Irritus.*] 2 poſito,quòd aliàs valeret de iure:puta quia fruſtratoria eſſet appellatio cui deferendum non eſt.j̃.c.proxim. [Arch.tenet idem.]

2 Et ita tã ĩ arrẽtatũ d₃ reuocari,ita t₃ Rot. e.ti. deciſ.3. ĩ nouis: ſed limita prout in deciſ.Rotæ. 18.e.tit.etiã in nouis.

CVm appellationibus.]Prima pars loquitur de appellatione cui nõ defertur:Secunda ibi:*Si vero.*de illa cui defertur:Tertia proteſtatur:ibi,*Saluis.*Ioan.And.
¶Emanauit iſtud c.ad declarationem c. vt debitus honor. s̃.e. ti.in ant.& c.Romana.s̃.e.ti.iſtomet lib.in fi.c.vbi dicitur,ꝙſi iudex appellationis dicat bene iudicatum,& male appellatũ, debet partes remittere ad iudicem à quo:& appellantem condemnare in expenſis.Iſtud ca.limitat illa iura : videlicet quòd intelliguntur quando iudex à quo , non detulit appellationi: quia ſi detulerit,non tenetur iudex appellationis facere remiſſionem,niſi velit.
Casvs. Tu & ego litigabamus coram aliquo iudice, qui tulit contra te aliquam interlocutoriam, à qua appellauiſti inſerta cauſa in tua appellatiõe, quam iudex à quo,ſciebat falſam:vel forte illa cã expreſſa non erat falſa:ſed tamẽ non erat rationabilis:Certum eſt, ꝙ iudex à quo, nõ deferet huic appellationi: nec debet timere,ꝙiudex ad quem,retineat cognitionem cauſę principalis. Sed ponamus,ꝙiudex à quo,dedit apoſtolos reuerentiales vel dimiſſorios,& ſic admiſit appellationẽ,poſtea iudex applõis pronunciauit male appellatum,&bene iudicatum,certum eſt, ꝙ debet te appellantẽ condemnare in expenſis:Sed vtrum teneatur remittere cauſam principalem ad iudicem à quo?Reſp.ꝙnon:nam ex quo iudex à quo,detulit appellationi friuolæ,vr̃ abdicaſſe à ſe cognitionem cauſæ principalis,ideo iudex appellationis poterit retinere cauſam principalem:tamen ſi velit, remittet ad iudicem à quo.Quãdo iudex à quo, præſumit appellationem friuolam:nõ deferat appellationi, ſed det appellanti apoſtolos refutatorios.*Faciens expenſarum.*]quæ condemnatio expenſarum eadem die fieri debet,in l.Paulus.alle,in gl.vel etiam poteſt fieri condemnatio expenſarum,ſicut profertur ſententia:nam condemnatio expenſarũ fit officio iudicis mercenario, quod inheret actioni,ideo finita actione non durat.No.primo,ꝙ iudex à quo, non debet deferre appellationi friuolæ,q̃ interponitur ſine cã, vel cã eſt irrõabilis, aut eſt falſa,imo ſi deferat,peccat mortaliter.No.ꝙcum iudex appellationis ꝓnunciat bene iudicatum & male appellatum, debet remittere negotium principale ad iudicẽ à quo, qd̄ eſt verũ in alio iudice à Papa:nã Papa poſſet retinere negotium principale,licet ꝓnunciet bñ iudicatum, & male appellatum.No.vlterius,ꝙ iudex appellationis q ꝓnunciauit male appellatum & bene iudicatum,debet appellantem in expenſis cõdẽnare,ſed condẽnatio debet fieri tpe ꝓlationis ſnię:vel ad minus eadem die,qa expenſę non petuntur,niſi officio iudicis mercenario:quod non p̃t implorari, niſi durante cã. Et ſi fiet condẽnatio expẽſarum eadẽ die , dr̃ fieri durante inſtãtia. Nam q̃ incontinenti fiunt,ineſſe vñr.l.lecta.ff.ſi cer. pet.ſecus de expenſis, quæ petuntur rõe contumaciæ:nam illæ petũtur iure actionis in factum deſcẽdente ex edicto, ſi qs in ius vocatus nõ ierit.de quo in l.ſancimus. C.de iud.c.2.d̄ ꝓc.in ant. No. quòd ſi iudex à quo,ĩiuſte admittat appellationẽ,p̃t iudex appellatiõis ẽt ab initio anteq̃ cognoſcat de meritis cauſæ appellationis retinere cãm principalẽ:& ſibi imputet iudex à quo , quare detulit appellõi friuolæ : multo magis ſi iudex appellationis cognouerit d̄ articulo applõis poterit retinere cognitionem cauſæ principalis. Not. finaliter,ꝙad iudicem ad quem ꝑtinet cognoſcere de legitimitate appellationis. ad hoc s̃.de reſcr. dilectus.ſecundo.in pr. Dominicus.

†Et rõ,quia culpa alicuius non d₃ alium plus grauare, q̃ velit. ar.no. in l.ſi qs pluriũ.ff.d̄ le.j. Anch. ſicut periuris nõ ꝓſtat iurm honoris ſed oneris , ne culpa ſua alios grauet.Font.

¶ *Prima gl.ſummat.*
i ¶*Cum appellationibus.*]Iudex appellationis iniquæ appellantem ante ſententiam remittere debet ad iudicem principalem,& in expenſis condẽnare, & hoc ſi principalis iudex non detulerat appellationi: ſed ſi detulit, non fiet remiſſio de neceſſitate. In appellationibus interpoſitis à diffinitiua,antiqua iura ſeruentur.Ioan And.
¶*Gl.ſeq.reddit cauſam,& dat ſimile.*
k ¶*Deferendum.*]habet enim iudex iuſtitiam imitari.de ver.ſi. forus.in fi. & merito non eſt deferẽdum appellationi friuolæ: non enim fuit inuenta,vt eſſet iniquitatis defenſio, ſed innocentiæ præſidium.s̃.e.ad noſtram.& ca.cum ſpeciali.§.porro. ſic & iuramentum , non fuit inuentum vt eſſet vinculum iniquitatis.s̃.e.lib.de iureiu.c.1.cum ſuis concor.
l ¶*Iudex inferior.*]à quo appellatum fuit ante ſententiam.
m¶*Non admittat.*]tradere tamen apoſtolos non eſt deferre: vt dixi s̃.e.cordi.
n ¶ *Canonicas.*] s̃.e.vt debitus.& e.ti.& li.c.Romana.in fi.hoc verum niſi iudex deferat, vt j̃.e.c.2.in fi.
o ¶*Eadem die.*]ea enim quæ ſententiam concomitantur, eadẽ die qua principale expediri debent : ſicut fructus & expenſæ. ff.de re iu.l.Paulus.de hoc 35.q.9.c.loci.§.quia ergo.aliàs incipit,his ita.& dicam j̃.de re.iu.contra eum.
p ¶*Eandem.*]ſcilicet friuolam appellationem.
¶*Gl.ſeq.recit.per quæſtionem, & ſolutionem diſtinguentem.*
q ¶ *Refutari.*]per hanc litteram dico,quòd ſi iudex detulit appellationi fruſtratoriæ, & ſuperior ad quem appellatum fuit, remiſit:eo non ob,quòd detulerat, ꝙ ipſe cognoſcit ex priori iuriſdictione ordinaria,vel delegata quam habebat,& non ex noua demandatione,Si enim ille refutat delationem:ergo ille remanet iudex qualis erat.3Hæc vera, niſi ſuperior hoc expreſſe ageret,ſcilicet, quòd delegatũ eum ad cauſam daret : quod poſſet,cum ipſius cauſæ ſit iudex, vt ſequitur.

3 Idem Arc. alleg. not.ꝑ Inn. d̄ reſcr. ab excõicato. in glo.2. Inducit etiã lr̃am, remittẽda, q̃ ſeqtur.cũ enim poſſit voluntarie remitti , ergo remãſit iuriſdictio apud eũ. ad hoc s̃.e.ti.de of. del.q̃uis. de ꝓc.is q. ſecũdùm hoc ergo intelligẽda eſt lr̃a, transfuſa, q̃ ſeqtur.I.A.

r ¶ *In ſe.*] Nota pro iis quæ not.s̃.de ren.quod in dubiis.& ca. vlt.in gl.2.
s ¶ *Deferens.*] & male.& talis reatus merito debuit ab ipſo honorem excludere iudicandi.C.vbi ſena. vel cla.l.1.de neceſſitate ergo non fiet ad ipſum remiſſio.ff.ſo.mat.ſi ab hoſtib.§.1.ff. de pac.l.tres fratres.
Additio. Facit j̃.de hær.vt commiſſi.in fi.& c.2. §.ad hoc.Io. Monachus.
¶*Gl.ſeq.litteram exponit.& dat ſimile,ſecũdo quæſtionem ſoluit quatuor rationes inducens,ſed primam impugnat.*
t ¶ *Remittenda.*] ad ipſum iudicem qui detulit , voluntarie autem poſſet ipſe iudex ſuperior remittere ſi vellet. & eſt ſimi. de renun. ca. vlt. Et nota 4. per hanc litteram terminatam quæſtionem, qua quæritur, an termini aſſignatio, quam facit iudex à quo appellatum eſt, habeat vim delationis , vides enim quòd ſi detulit, non reaſſumit iuriſdictionem , etiam ſi fruſtratoria fuerit appellatio, ſed elapſo termino aſſignato, & appellatore negligente , reaſſumit iudex iuriſdictionem.

4 Idem hic Arc.Io.An.

s̃.co

ſ.e.ſæpe. Vel ſatis poſſet dici, quod dec. iſta locum habet cum appellans proſequitur: ſi.n. non proſequeretur, tunc non ob. delatione reaſſumet iudex iuriſdõnem per iura prędicta: & p hanc litteram q̃ dicit ſupra, appellatore nihilominus, &c. ad hoc facit, quod no. Bern. de ma. contrac. contra inter. ecc. c.2. in 4. gl. ſed probatur id optime p decr. ſ.e. oblatæ. ĩ pr. vbi deferre, & terminum ad proſequendũ aſſignare, ponũtur vt diuerſa. [In dicto c. oblatæ. remiſi ad Spe. eo. ti. §. nunc dicamus. in fi. vbi no. qd iuris, ſi notarius ſcripſit, quod iudex benigne recepit.] Itẽ vr̃, quòd aliter debeat mittere appellans, qñ delatum eſt, & aliter qñ ſol⁹ terminus eſt p̃ſixus, qđ dic vt no. ſ. de ren. veniẽs. in gl. ſed non vr̃, & patet ſ.e. ſępe. Item ſi cõtrarium diceretur, iam ſequeretur, quod oĩ applõi deferretur à iure: cũ ab ipſo iure ipſi pſequẽti ſtatut⁹ ſit termin⁹. 2.q.6. ei q. ſ. eo. cũ ſit. & c. ex rõne. ſicut ergo ius terminum ſimpliciter ſtatuendo nõ detulit, & ſic de iudice eadem ratione eſt dicendum. vide Arch. 2.q.6. appellatore.

†Præſumptione iuris & đ iure, đt Phil. cõtra, q̃ ñ auditur gl. in c. is q. de ſpõſ. niſi fuiſſet impeditus. ar. c. ſi. ſ. q ma. ac. poſ. Fõt.

Additio. Item iudex pro refręnãda malitia appellãtis reſtringit ſibi terminum iuris quod poteſt. ſ.e. cum ſit. ergo non poteſt dici, quòd per id illi faueat, eum à ſua iuriſdictione laxando. ſ. de tranſla. c.2. ver. nec quòd. & facit quod hic dixi in tex. in gl. dubitatur. ad fi. 2. quæſtionis. Ioan. And.

¶*Gl. ſeq. reddit rationem diuerſitatis, & in fi. quærit, & remittit.*

a ¶ *Statuta.*] eſt autem ratio quare illud in appellationib. à diffinitiua interpoſitis, quia iuſte potuit iudicare iudex, ſ. ſecundum allegata & probata, & iuſte poſſet ipſius contrarium iudex appellationis pronũciare propter nouas probationes, C. de temp. repa. ap. per hanc de teſtib. fraternitatis. ſ. de fi. inſtr. cum Ioannes. & ideo deferendo appellationi à diffinitiua interiectæ, non potuit increpari iudex: Sed ſecus in appellatione ante diffinitiuam interpoſita: quia ibi fit querela tantum de iniquitate iudicantis, ad hoc ſ.e. interpoſita. §. vlt. An autem ſi iudex appellationis pronunciet bene iudicatum, & male appellatum: ipſe idem vel primus iudex habeat exequi ſententiam. no. ſ. de of. dele. paſtoralis. §. præterea. in gl. vlt.

Additio. Et vide ſ.e. Romana. §. fi. ſuper 1. gl. Ioan. And.

AB eo.] Primo ponit tempus petendorum apoſtolorum: Secundo declarat capitulum, vt ſuper. ſ.e. Secunda ibi, *Illud autem.* Dominicus.

Casus. Tu & ego litigabamus coram aliquo iudice: q tulit aliquam ſententiam contra te, à qua appellauiſti in ſcriptis, inſerta cauſa rationabili in tua appellatiõe, certum eſt, quòd teneris petere apoſtolos iudicis à quo. c.1. ſ.e. Sed vtrum teneris petere ſtatim? Reſp. quòd non: ſed illos debes petere inſtanter & ſæpius infra xxx. dies: qui xxx. numerantur à tempore ſententiæ latæ, quando fuit appellatum infra x. dies: ſi autem appellatum fuit poſt x. dies: tunc iſti xxx. dies currunt à tempore ſecutę ſententiæ. l.2. & 3. C. quo. & quan. iu. & nõ à tempore notitię, puta ſi fuerit lata ſententia contra abſentem, & appellauit forte à die ſententiæ poſt xv. dies. Sed ponamus, quòd appellans non petiit apoſtolos? Reſp. Romanus Pontifex, quòd habetur pro non appellante, & videtur renunciare appellationi: ita quòd iudex à quo, procedat ad vlteriora ac ſi non eſſet appellatum. Sed quid, appellãs petiit apoſtolos, ſed iudex noluit dare? Dictum fuit ſupra, quòd non valet proceſſus. Sed vtrum illud ſit verũ indiſtincte, poſito quòd ſemel requiſiti fuerint apoſtoli? Reſp. quòd non; ſed debet iudex requiri inſtanter iteratis vicib. congruo loco & tempore, aliàs perinde eſt ac ſi non eſſet requiſitus. Nota primo, quòd apoſtoli ſunt petendi per appellantem, non per appellatum. No. ſecundo quòd non eſt neceſſe, quòd apoſtoli petantur eodem momento temporis quo appellatio interponitur: ſed poſſunt peti ex interuallo: dum tamen infra xxx. dies. & idem not. gl. in clemen. 2. e. ti. quæ incipit, lex dicit, in fi. Dominicus.

¶*Prima gl. ſummat.*

b ¶*Ab eo.* Si appellãs infra triginta dies inſtãter non petit apoſtolos, appellationi renũciat. Si iudex modo debito requiſitus illos non tradit, ſed poſtea procedit, non valet eius proceſſus.

terpoſitis ſunt ſtatuta [a].

¶Bonifacius octauus.

¶*Si appellans infra xxx. dies inſtanter nõ petit apoſtolos: appellationi renunciat. Si iudex modo debito requiſitus illos non tradit, ſed poſtea procedit, non valet eius proceſſus. Ioan. And.*

## CAP. VI.

AB eo [b] qui appellat infra tringinta dies [c] inſtãter [d] apoſtoli peti debent, & eidem infra dictum tempus à iudice exhiberi: aliàs præſumitur† appellationi ſuæ renunciare appellans, ſi eos infra idem tempus petere prætermittat, etiam ſi vadat [e] aut mittat ad appellationem huiuſmodi proſequendam. ¶Illud autem quod felicis recordationis Innocentius Papa iiij. prædeceſſor noſter ſtatuendum decreuit [f], vt ſi is à quo appellatur, apoſtolos appellanti nõ tribuat requiſitus, extunc ſi forte in cauſa procedat (niſi appellationi renunciatum fuerit) eius inualidus ſit proceſſus: tunc demum obtinet, cum iudex ſuper hoc cum debita inſtantia loco [g], & tempore congruo requiſitus, eos expreſſe [h] denegat, vel infra præmiſſum tempus malitioſe aut negligẽter [i] illi tradere prętermittit.

¶Idem.

¶*Innouata per iudicem poſt diffinitiuam ſententiam à qua appellatum extitit, reuocantur ſtatim per iudicem appellationis, etiam ſi ante appellationem fuerint innouata. Attẽtata vero poſt appellationem ante diffinitiuam, non reuocantur niſi primo de veritate conſtiterit: niſi poſt inhibitionem debito modo factam attẽtata fuiſſent. Ioan. And.*

## CAP. VII.

NON † SO-

¶*Gl. ſeq. allegat concordantias, dicit quid de iure veteri. ſoluit dubium, & ſolutionem declarat.*

c ¶ *Xxx. dies.*] 2.q.6. c. ei qui. §. iudicib. & C. de ap. iudicib. olim dabantur ſolum quinque dies. 2. q. 6. ab eo. Et currunt iſti dies à die ſentẽtiæ, vt in prędicto §. iudicib. & prædicta l. iudicib. quod verũ intelligo quãdo eſt appellatum infra x. dies, cum enim non teneatur quis appellare niſi à tempore ſententiæ. ad hoc ĩ. e. concertationi. pone, quòd poſt xxx. dies appelletur: tũc impoſſibile fuit tẽpora à die ſentẽtiæ computari, & tunc puto illos xxx. dies à die ſentẽtiæ computari. ad hoc. C. de temp. ap. l.1.

Additio. Determinat ĩ. & determinatio hoc intendit, quod tempora petendorum apoſtolorũ currere incipiunt vna cum tẽpore appellationis interponendæ, & ſic à tempore ſententiæ. Et ſimiliter quod no. ff. de excu. tut. l. quinquaginta. Sic etiam no. in clem. e. tit. c.2. in 3. gl. Ioan. And.

†De intellectu viđ Alc. cõſ. 89. vo. j. & Im. in cle. j. đ cau. poſ. & pro. verſ. nota bonũ dictum.

¶*Glo. ſeq. allegat duo ſimilia, ſecundo quærit, arg. pro. & pro hac parte opinionem recitat, & ſoluit contrarium.*

d ¶ *Inſtanter.*] ſic 100. diſt. priſca. ſ. de renun. quidam. Quid ſi quis dicat, apoſtolos peto, & iterum [1] peto, & cum inſtantia peto, nunquid dicetur inſtanter petiuiſſe? Videtur quòd iterationes illæ habeantur ſolum pro vna petitione: ſicut cum quis dicat, appello, appello: vnica eſt appellatio. 31.q.3. Lotharius. §. præterea [2]. Conſuetudo quæ eſt optima legum interpres. ſ. de conſue. cum dilectus. interpretatur talem petitionem inſtantem dici. quod tenet Gul. in Specu. titu. de appel. §. ſequitur. ad fin. dicens, quòd hoc nunquam vidit opponi: & quòd ſatisfacit, qui inſtanter in ipſo actu appellandi illos petit. Tu dic [cum Archidiac.] quòd debet illos iterum petere, cum textus dicat eos inſtanter & ſæpius petendos. [2.q.7. ſi quis erga. exponitur ſæpiſſime. id eſt tertio] 2.q.6. poſt appellationem. & ĩ. dicit, cum debita inſtantia. & ad hoc ĩ. de ſentent. excom. conſtitutionem. in fin. hodie dic, vt in clemen. eod. titu. quamuis. 1. reſponſo. Iudex tamen etiam non petenti apoſtolos dare debet, C. de appel. quoniam. & melius. l. eos. in fin. 2. q. 6. ab eo, Sed licet tunc non det, non habet locum pœna de qua ĩ. ſecundo reſponſo.

1 Iterata petitio hr̃ pro vna ſola. vide Fel. in c. ſi cautio. & c. ex litteris ext. đ fi. inſt.

2 Et facit quod not. đ illo q vno inſtantiter dicit ſolue. ff. de pig. ac. ſi cõuenerit. in gl. fi. Io. An.

Additio. Vide quod dixi poſt Hoſt. ſ. e. cordi. ſuper ver. præcipimus. Ioan. And.

¶*Gl. ſeq. obiicit, & dupliciter ſoluit.*

e ¶*Vadat.*] ſed nonne iter arreptum habetur pro appellatione. ſ. e. dilecti filij. 1. Forte illud hodie correctum eſt per decret. vt debitus. de appella. Vel licet habeatur pro appellatione, cum tamen appellatum eſt verbo, non habetur pro apoſtolorum petitione, vt hic. [Idem Archidiaconus.] Et fuit hoc ſtatutum, vt facilior inſtructio per apoſtolos habeatur. ſ. e. vt ſuper. ſimile eſt vbi non ſufficiat factum: quia requiritur verbum. ſ. de elect. eccleſia veſtra.

Additio. Cum concordantis quas ibi dedi ſuper gloſſ. 2. Ioannes Andr.

f ¶*Decreuit.*] ſ. e. tit. & lib. vt ſuper. Ioan. And.

g ¶*Loco* [3].] quia non cum equitat, vel per viam pergit. & quod dicit, tempore, id eſt infra dictos triginta dies: vel non de nocte: vel cum eſt in prandio, vel miſſa.

3 Adđ ad gl. l. j. §. adeũdi ff. qñ ap. ſit. Pe. đ An. Fõ.

h ¶ *Expréſſe.*] hoc eſt aperta vel manifeſta rebellio. ad idem ĩ. de ſen. exc. venerabilibus. §. ſecus.

i ¶ *Negligenter.*] hic dolus & negligentia æquiparantur. & facit ad ea quæ dixi. ſ. eod. lib. de elect. ſi compromiſſarius. Ioan. And.

NOn ſolum.] Hęc eſt ſolemnis dec. & habet materiam vtilem & quotidianã. Sunt duæ partes. prima loqtur de appellatiõe interiecta à diffinitiua, ſecũda de interiecta poſt: ibi, *Illa.* In qualibet harum à ſuo gñali dicto vnus caſus excipitur, In prima: ibi, *Exceptis.* In ſecũda: ibi, *Niſi.* Premittet qđ ſit remedium

lum [a] innouata poſt appellationem à diffinitiua [b] ſententia interiectam, debent ſemper (exceptis caſibus [c], in quibus iura poſt ſentētiam prohibent appellare) ante [d] omnia per appellationis iudicem penitus reuocari: ſed etiam ea omnia, quæ medio tempore inter ſententiam & appellationem (quæ poſtmodum infra decēdium [e] interponitur ab eadem) contingit † innouari [f], ac ſi poſt appellationem eandem innouata [g] fuiſſent. ¶ Illa vero quæ poſt appellationem interpoſitam ante diffinitiuam [h] ſententiam innouantur, donec appellationis cauſam veram eſſe conſtiterit, reuocari non debent: niſi iudex [i] appellationis (poſtquam ſibi conſtiterit per appellationem emiſſam, ex cauſa probabili fore ad ſe negotiū deuolutum [k]) inhibeat canonice iudici à quo appellatū extitit, ne procedat: tūc enim quicquid [l] poſt inhibitionem huiuſmodi fuerit innouatū, eſt (licet cauſa [m] eadem non ſit vera)

† aliàs, contigerit.

dium attentati, & in quo differat ab interdicto vnde vi: cuius differentiam habes per Inn. in c. ex parte. s̃. de reſc. de maio. & obe. dilecti. per gl. in cle. 2. vt lite pend. Dominicus.

¶ Præſupponendum eſt quod habetur in l. quæ incipit, præſes. C. e. ti. videlicet, ꝙ cum appellatur à diffinitiua, ſi iudex à quo, aliqua attentauerit, forte exequēdo ſententiam, vel aliquid innouādo poſt ſentētiam: iudex appellationis ante oīa debet illa caſſare & reducere ad primū ſtatum. Iſtud ca. declarat de quib. attentatis intelligitur.

Casvs. Tu & ego litigabamus corā ordinario iudice vel delegato, q tulit aliquam ſnīam contra me, à qua appellaui non illico, ſed forte die decima: iudex à quo, aliqua innouauit poſt ſnīam, ante appellōnem, & poſt appellaui, releuaui, & petij vt iudex appellationis reuocaret illa attētata ante appellōnem meam: vtrum poſſit & debeat hoc facere iudex appellationis? Reſp. ꝙ ſic: nam ad iudicem appellationis ſpectat reuocare attentata: etiam ante appellationē poſt ſententiam, & non ſolum poſt appellationem. Sed quid de attentatis poſt appellationem ab interlocutoria: vtrum iudex ad quem, dēat illa reuocare vt attētata, anteq̄ cognoſcat de meritis cauſæ appellationis? Dicit ꝙ non, ſed cognito de meritis cauſę appellationis, & pronunciato bene appellatum, & ꝙ male fuit interlocutum: reuocabit attentata, & hoc verum, niſi attentata de quorum reuocatione quæritur, fuiſſent attentata poſt inhibitiones debito modo factas, quia iudex ad quem, decreuit citationem per quam inhibitum fuit iudici à quo, ne procederet in cauſa, & ſi hoc non ob, iudex à quo proceſſit, tunc illa attentata debēt reuocari antequam cognoſcatur de meritis cauſæ. No. primo ꝙ ad officium iudicis ad quem, ſpectat caſſare, reuocare, annullare attentata poſt ſententiam diffinitiuam, etiam poſt appellationem, & hoc priuſquam incipiat cognoſcere de meritis cauſæ appellationis, an bene vel male iudicatum fuerit. No. ꝙ geſta per iudicem à quo, poſt appellationem ab interlocutoria non reuocātur: ſed remanent in eodem ſtatu, donec ſit recognitum de meritis cauſæ appellationis, videlicet, ꝙ probatum ſit, ꝙ cauſa inſerta in appellatione ſit vera. No. ꝙ iudex appellationis non pōt inhibere iudici à quo, ne in principali procedat: quouſque conſtiterit iudici appellationis, ꝙ negotium ſit ad ipſum deuolutum: & hoc per inſtrumentum appellatorium, & hoc verum, loquendo de interlocutoria. ca. Romana. s̃. e. tit. & lib.

¶ *Prima gl. ſummat, & dicit quid declaret.*

a ¶ *Non ſolum.*] Innouata per iudicem poſt diffinitiuam ſententiam, à qua appellatum extitit, reuocātur ſtatim per iudicem appellationis, etiam ſi ante appellationem fuerint innouata. Attentata vero poſt appellationem ante diffinitiuam, non reuocātur, niſi primo de veritate cōſtiterit, niſi poſt inhibitionē debito modo factam attentata fuiſſent. Ortum habuit iſta decretalis ex his quæ no. Inn. & Hoſt. s̃. e. bonæ. de of. dele. paſtoralis. §. præterea. de exce. dilecti. de ele. dudum, 2. & plene per Gar. de ele. cupientes. §. pe. in fi.

b ¶ *A diffinitiua.*] diſtinguit igitur hæc decr. inter appellationē à diffinitiua & ab interlocutoria interpoſitam: vt etiam prædicti doctores dicebant: & ratio infra patebit.

¶ *Gl. ſeq. exemplificat, & rationem redit, ſecundo quærit, & diſtinguendo ſoluit.*

c ¶ *Caſibus.* 1] vt quia contumax fuit in non veniendo: vel inſignis latro: vel criminoſus notorius, ad hoc. s̃. e. ti. & li. Romana. §. ſi autem. s̃. e. propoſuiſti. 24. q. 3. de illicita. & idem in aliis caſib. quos habes 2. q. 6. ei q. §. ſunt ēt quorū. C. quo. ap. non rec. l. 1. 2. 3. 4. 5. & 6. ff. de ap. reci. vel non. l. pe. & vl. s̃. e. conſtitutis. 2. in his caſib. eſſet iniquum, ꝙ appellatio executionem ſententiæ impediret: cum tali appellationi non ſit deferendum, vt in prædictis iurib. Sed quid dices: pars appellata dicit caſum talem eſſe in quo appellari non potuit: & ideo talis appellationis obtentu reuocationem fieri non debere per modū attentati: appellans contradicit: pone in terminis, dicit enim fuiſſe vere contumacem in non veniendo, appellās negat: quid erit in dubio? fietne reuocatio? Dixit in hac quæſtione Gar. [& Io. Mo.] fore diſtinguendum, vtrum pars appellata velit incontinenti probare illam contumaciam: dicens, hodie conſtat, &c. an dilationes longiores expetat. In primo caſu non fiat reuocatio: in ſecundo ſic. Ad hoc ff. ad exhi. l. 3. §. ibidē. de reſt. ſpo. litteras. s̃. e. lib. de exce. pia. s̃. de teſti. veniens. 2. ff. vt in poſ. le. ſi is à quo. cum ſi. aliàs ſemper contumax negaret ſe contumacem: & idem in ſimilibus.

1 Ad hāc gl. ꝑter Frāch. hic vid Old. cōſ. 18. & no. ꝑ Bal. in l. ad dictos. C. d epi. au. & l. fi. C. ſi à nō comp. iud.

¶ *Gl. ſeq. ſignat contrarium, & ſoluit.*

d ¶ *Ante omnia.*] & ſic nō expectabitur euētus litis, vt in ꝓximo caſu. Scias tn̄, ꝙ de hoc primo cōſtare neceſſe eſt, ſ. ꝙ fuerit diffinitum & appellatum, & poſt attentatum: vnde vides ꝙ ſupra ponit pro conſtanti: ſc. ꝙ ſint innouata. Sed contra vr̄ dicere lex ff. de ap. cum ex cauſa. quæ dicit, ꝙ extūc reuocabitur qđ factum eſt ꝑ appellationē, cum appellans meliorem ſentētiam meruerit obtinere: ergo non ante. Sol. Ibi non negatur quinetiam ante reuocari poſſit 2, quod conceditur per alias leges. ff. nil in. ap. pen. in rubr. & nigro. & ſic vacat ibi arg. à contrario, ſicut & C. de epiſ. & cle. l. conuenticulam.

2 Idē dn̄t Io. An. Dom. & Phi. tenētes ꝙ iſta attentatorū reuocatio peti pt ſp añ cōcluſionē in cā. & vide Feli. de iſtis attētatis in c. dilecti. de ma. & obe. Font.

e ¶ *Infra decendium.*] ſecus ſi poſt, quia tunc non teneret appellatio, nec ipſius prætextu fieret attētatorum reuocatio. s̃. e. ti. & lib. Romana. §. ſi vero. Sunt autem iſti dies vtiles à principio, & in progreſſu continui, & fit ipſorum computatio de momento ad momentum. quod dic vt plene no. 2. q. 6. anteriorum. in gl. 1. & 2.

f ¶ *Innouari.*] hic repete, debent ante omnia per appellationis iudicem penitus reuocari, ac ſi, &c.

¶ *Gl. ſeq. reddit rationem textus.*

g ¶ *Innouata fuiſſent.*] Et eſt ratio, quia ſicut poſt appellationē à diffinitiua nil attentari debet, vt s̃. 1. reſp. ſic nec pendente iure, quod competit condemnato ad appellandum, ſc. vſque ad decem dies. Indultum enim à iure beneficium, &c. j̃. de re. iu. indultum. 28. di. de his. in fi. [Vnde ſicut ius alicui nō debet auferri, ita nec ſpes ad ius. ff. vſuf. quemadmodum caue. l. ſi vſuſfructus mihi, in prin. ff. de adul. ſi vxor. §. j.] Tūc enim proprie dicitur iudicatum, quādo infra illud appellari non poteſt. s̃. de re iu. quod ad conſultationem. Et an hoc habeat locum in ſententia excommunicationis, vide quod dixi j̃. de ſen. exc. venerabilib. §. porro. & notabatur quod hic dicitur. ff. nil inno. ap. pen. l. 1. in prin. in gl. ff. de ver. ſi. ſi qua pœna. circa medium.

Additio. ff. de ap. conſtitutiones. & per Gof. de accu. ad petitionem. Ioan. And.

h ¶ *Ante diffinitiuam.*] ſ. ab interlocutoria vel grauamine. huiuſmodi autem dicti ē ratio: quia in caſu iſto appellatio debet interponi expreſſa cauſa probabili. [Et ex alia cauſa, vel ex nouis, vel nouiter probandis proceſſus impugnari non poteſt, vt in clem. e. ti. appellanti.] Nec ſufficit cauſam eſſe probabilem, niſi ſit vera. s̃. e. interpoſita, in prin. Eſt igitur neceſſe, ꝙ prius conſtet de veritate 3. In euentum ergo litis ſcietur an attētata veniant reuocanda nec ne. & eſt ſimile s̃. de frig. fraternitatis. Nec eſt hoc ius nouum: immo probatur expreſſe per antiqua iura, non enim ſemper Papa in appellationib. ante ſententiam interiectis mandat, ſi eſt ita, reuocato in irritum, &c. s̃. de reſc. ſignificante. & duobus c. ſeq. s̃. de iud. exhibita. s̃. e. ſignificantibus. cum multis ſimilibus.

3 Gl. ſequuntur doct. & ꝓcedit ēt ſi iudex à quo ſciret, ꝙ iudex ad quē incœpiſſet cognoſcere & ei hoc intimaſſet: qa intimō ſine expſſa ꝓhibitiōe eū ñ ligat. Font.

Additio. Alleg. Arch. de dilat. c. 1. s̃. e. ſæpe. ver. quòd ſi. & c. ex parte. 2. & quod no. 54. diſt. quis autem. Ioan. And.

¶ *Gl. ſeq. addit alium caſum.*

i ¶ *Niſi iudex.*] ponit vnum caſum exceptum à primo generali dicto. Alium caſum poſſes addere, quando ſcilicet iudex ipſe detulerat appellationi. s̃. e. ti. & lib. cum appellationib. Io. An. [idem Io. Monac.

k ¶ *Deuolutum.*] Aliàs inhibere non poſſet. s̃. e. ti. & lib. Romana. §. ſi vero. & §. ſeq.

¶ *Gl. ſeq. recit. per q.*

l ¶ *Quicquid.*] intellige, quòd per ipſum iudicem attentari nō poſſit. hoc dico, quia quædam poſſunt iudices à quibus appellatum eſt, ſicut eſt reformare poſſeſſionem appellanti cum ſibi turbata fuit: omittere tamen debet articulum ſuper quo appellatum eſt. s̃. eo. ti. cum teneamur. [Vide quod ibi dixi, remittendo etiam ad xvj. tales caſus, quos colligit Gul. in Spec. 2. par. eod. ti. §. pen.] Item ſi appellans nimis prolixum terminum aſſignauit, poteſt moderari. s̃. e. cum ſit Romana. & c. conſuluit. in fi.

m ¶ *Cauſa.*] propter quam appellatum extitit.

¶ Gl

*¶Gl.ſeq.tractat quid de attentatis à tertio: & quid de attentatis à parte. In primo membro collige bimembrem diſtinctionem. ad primum membrum obiicit, & dupliciter ſoluit. In ſecundo diſtinguit hac membra: aut attentatum eſt irreuocabile, aut reuocabile, & ſi reuocabile, aut illicitum, aut licitum. & ſi licitum, aut appellatio eſt extraiudicialis, aut iudicialis, in fi. quærit, & ſol.*

per eundem appellationis iudicem, ante omnia in ſtatum priſtinum reducendum [a].

¶Idem.

*¶ Qui appellat extra iudicium, infra decem dies (ex quo ſciuit grauamen) appellare debet: poſtea per remedium iuris communis audietur, ſed non per appellationis remedium. Ioan. And.*

a ¶*Reducendum.*] decretalis iſta loqtur in iis, quę ſunt attẽtata per iudicem, & hoc apparet ex eo, ꝙ dicit, inhibeat canonice iudici, &c. Si autem aliquid attẽtaretur à tertio, i. q non fuit pars vel iudex in cã illa: attẽtata non reuocãtur p modum attentati à iudice ad quem fuit appellatum, ſed p ſuum proprium iudicem cognito de cauſa, ſeruato iuris ordine. s̃. e. ti. & li. Romana. §. in alium. ff. de rei ven. is à quo. non enim præiudicat aliis res inter alios acta. s̃. de re iu. quamuis. quod eſt verum: niſi ille tertius per attentationem illam iuriſdictionem iudicis impediret. s̃. de of. del. c. 1. Non obſtat s̃. e. bonæ. vbi videtur attẽtatum à tertio, reuocari per modum attentati: ibi enim fuit generaliter appellatum nequis ſuper poſſeſſione, &c. & ideo moleſtãs non potuit dici tertius, ſed potius pars 1 appellata. Alij dicunt, ꝙ illud reducitur in priſtinum ſtatum per interdictum vnde vi, non per modum attentati, & ſecundum hoc non ob. Idem & per eadem iura intellige ſi tertius aliquid attentat lite, relatione, vel conſultatione pendente. Hæc tamẽ omnia de tali tertio intelligas, qui cum parte vel iudice nihil attentat illicitum, nec ab eis cauſam cœpit hr̃e. [Ad hoc ff. de excep. rei iu. ſi à te. §. fi. in prin. & l. exceptio. Ioan.] aliàs ſecus. s̃. de cõſt. cum M. in fi. vt lit. pend. eccleſia. 2. Si autem aliquid attentetur à parte, aut illud de natura ſua eſt irreuocabile, aut reuocabile. Si irreuocabile, puta pendente appellatione, vel lite inter duos ſuper ſponſa: alius eorum cum ea per verba de præſenti contraxit, etiam poſt inhibitionem non fiet reuocatio: quia ex futuro euentu patebit an valeat matrimonium vel non, ſ. cum perpetuum impedimentum præceſſit necne, ſed bene fiet ad tempus ſeparatio, & alia pœnitentia vel pœna imponitur. s̃. de matr. contract. contra interd. ecc. c. 1. & vl. Si vero reuocabile ſit, diſtinguo an ſit licitum vel illicitum. Si illicitum, vt quia ap. pen. pars ſpoliat partem, reuocatur per modum attentati, de appellatio. bonę. ff. de ędi. edi. ędiles. §. itẽ ſciendũ. [Et ff. de aq. plu. arc. l. ſupra iter. §. officium.] Et fit talis reuocõ & reſtitutio ex ſolo iudicis officio: vt lite pend. c. 1. & per totum. [Fit inquam de plano, & ſine libello. facit quod no. ff. de inter. act. ſuper rubricam.] Tenetur tamen duo probare, quòd innouatũ fuerit, & quòd lite pend. vel appellatione, vt lite pend. per totum. Si vero aliquid attentetur, quod aliàs eſſet licitum, vt ſi quis facit quæ de iure communi ſibi competunt, puta ap. pen. collegiũ eligit, vel ſimilia. Si extraiudicialis fuit appellatio 2, talia attentata non reuocantur per modum attentati, ſed pendent ex euentu futuro. s̃. de ele. cum inter. & c. cõſiderauimus. C. de rei ven. ſi fundum. Si autem in iudicio fuerat interpoſita: hic fuerunt opiniones not. de in int. reſt. c. 2. de iu. pat. ex litteris. Dic tamen ſecundùm Gar. quòd ſi lite vel appellatione pend. qs vtitur poſſeſſione eo modo quo ante, nil innouans illicitum vel doloſum in præiudicium partis, non habet locum reuocatio per modum attentati: cum nil innouari videatur. 8. q. 4. nonne. immo circa ipſum fieret innouatio, quod prohibitum eſt, vt in prædictis iurib. Si autẽ dicit aduerſarius aliquid immutatum illicite, probet hoc s̃. e. bonæ. de iur. pat. ex litteris. aliàs pendẽt ex futuro euentu. de reſt. in int. c. 2. niſi prohibitio iudicis ex cauſa interpoſita aliud inducat s̃. de præb. inter cætera. s̃. de deſpon. impub. ad diſſoluendum. ff. ne quid in loc. pub. l. vlt. Vnde vnum ſcias, quòd ſi pars appellans aliquid illicitum attentat: eo ipſo ſe indignam facit appellationis beneficio, & procedit iudex à quo appellatum eſt, perinde ac ſi non fuiſſet appellatum. s̃. e. an ſit. ſecundum caſum Inn. Sed redeundo ad textum quæro, ſi iudex appellationis ſtatim reuocat attentata: poſtea pronunciet male appellatum, nunquid illa reuocata reſumunt vigorem ipſo iure? Reſpõ. non: quia illa reuocatio legitime facta eſt ad tuitionem appellationis, cum proceſſus in ipſius appellationis cõtemptum factus fuerit, & ideo tanquam legitime facta, firma & ſtabillis perſeueret. C. de adul. Gracchus. Item illa reuocatio fuit quaſi interlocutoria, & ſic cum ab ea non fuerit appellatum, tranſiuit in rem iudicatam. s̃. de ele. cum dilectus. de re iud. quod ad conſultationem. Cum igitur talis reuocatio non pendeat ex euentu appellationis: ſed ſola dependentia appellationis 3 ad reuocationem ſufficiat, vt hic, & s̃. de iureiu. veniẽtes, q cquid de appellatione contingat factum, ipſa pendente fuit legitime reuocatum. pronunciata igitur appellatione legitima, de nouo iterũ procedetur. de accuſationibus, qualiter & quando. 1.

1 vt apparet hic ex doct. moleſtãs: pt dici pars qñ h3 cãm à iudice, vt ſi bãnitus appellet, & ego eũ offendi, ſundo me ſup bãno iudicis à quo: iõ iudex ad quẽ me cõpeſcet, Bar. in l. j. ff. nil no. Phi. Fõt.

2 de hac plene ſcripſi d ma. & obe. dilecti. ĩ gl. ſ3 qđ pdeſt. cũ remiſ. q̃ ibi sũt in fi. gl. Io. An.

3 Sim. s̃. e. li. vt lit. pẽ. c. j. & 2. & qđ dixi s̃. de ord. co. c. fi. I. A.

Addĭtio. Nam vt dicit Inno. de exceptionib. dilecte. nulla eſt abſurditas, ſi quod male factum eſt, reuocatur, & illud idem legitime repetatur. facit s̃. de ele. dudũ. 2. ver. tãdem. de re iu. ad probandum. s̃. e. li. de ele. ſi confirmationem. Ioan. And.

## CAP. VIII.

CONcertationi [b] † antiquæ finem imponere præſenti conſtitutione volentes: Statuimus, vt ab electionib⁹, poſtulationibus, prouiſionibus, & quibuſlibet extraiudicialib⁹ [c] actibus (in quibus poteſt appellatio interponi) quiſquis ex eis grauatum [d] ſe reputans, per ap-

† Vide Dec. in c. cum ſit Romana. & Peruſ. in ca. cõſuluit. extra de ap.

C*Oncertatiõi.*] Primo ponit motiuum cõſtituentis. Secundo ibi, *Statuimus.* conſtitutionem, quæ diſtinguit an p appellationem vel aliter petatur reuocari grauamẽ. Et ſecũdum membrũ: ibi, *Sed ſi. cui* determinationem interſerit: ibi, *dummodo.*

Casvs. *Peruenit ad notitiam meam,* ꝙ *epiſcopus Pictauenſis* cõtulit alicui beneficium tanq̃ vacans, quod dicebam meum, & non vacans, & *ſic dico,* ꝙ collatio eſt facta in præiudicium *meum. volo appellare ab illa collatione,* an poſſim? Certe ſic, dum tamen appellem infra decem dies numerandos à tempore notitiæ meæ: poſtea non poſſum appellare. Sed per hoc *tamen nõ videor renunciare iuri meo, quin via iuris cõis poſſim* proſequi ius meum, videlicet interdicto vnde vi, vel alia actione, vel etiam manutentionem ipſius beneficij petere, vel poteſt poni caſus in electiõe hoc modo, *Canonici eccleſiæ Pictauenſis* vno excepto elegerũt quendã ſimoniacum. certum eſt, ꝙ vnus poterit appellare: & pro cã appellationis dicere, ꝙ ille *eſt incapax,* dummodo *appellet infra decem dies. ſi vero* non appellauerit infra decem dies, poterit ſe opponere, ne talis ſimoniacus confirmetur, ſed amplius non audietur p viam appellationis. No. primo ex principio capituli, ꝙ altercatio quæ eſt inter aliquos doctores ſuper deciſione alicuius dubij, pt dici concertatio, quia ſimul pugnãt iaciendo iacula & rationes: & de hac concertatione loquitur pręſens capitu. Nam de hoc fuit cõcertatio inter doctores antiquos, vtrum ab actib. extraiudicialib. debeat appellari infra decem dies. Not. vlterius, ꝙ ab actib. extraiudicialib. poteſt quis appellare, ſed tamen proprie loquendo dicitur prouocare & non appellare. ca. cum ſit Romana. e. ti. in antiq. No. ꝙ ab actib. extraiudicialib. debet appellari infra x. dies, qui currunt à die notitię grauaminis, & nõ à die notitiæ actus, vt hic tenet Dominicus de ſancto Geminiano, & ponit epemplum. Ponamus, ꝙ epiſcopus Pictauenſis contulit tibi beneficium quod erat mihi debitum, & ignorabam, quòd eſſet mihi debitum, cum ſciebam collationem eſſe tibi factam, poſt ſciui ꝙ illa collatio fuit facta in meum præiudicium. certum eſt, quòd poſſum appellare infra decem dies, qui numerãtur à die notitiæ grauaminis, quo ſciui, quòd collatio fuerat facta in meum præiudicium.

Cõcertatio qñq; eſt inter docto.

Appellãdũ eſt j. 10. dies ab actib. extraiudicial.

*¶Prima gl. ſummat, & dicit quid declaret.*

b ¶ *Concertationi.*] Qui appellat extra iudicium, infra decem dies, ex quo ſciuit grauamẽ, appellare debet: poſtea per remedium iuris communis audietur, ſed non per appellationis remedium. Emanauit hæc decret. ad declarationem eius quod notat Ioannes 2. q. 6. biduum, & Hoſt. de ap. vt debitus. & Inn. s̃. e. bonæ.

Addĭtio. Et Gul. in Spe. de ap. §. reſtat. verſ. ſed quid dices. 2. Ioan. And.

c ¶ *Extraiudicialibus.*] ſiue fiant à iudice, ſiue à priuato. s̃. eod. cap. 1.

*¶Gl. ſeq. fortificat textum, & ponit opi. Hoſt.*

d ¶*Grauatum.*] Not. ꝙ decretal. iſta locum habet appellatione interpoſita à grauamine iam illato: ſecus ſi ab inferendo, cum ex pbabili cauſa timetur, & interponitur appellatio. Vnde aduerte, ꝙ infra decem dies appellandum ſit à grauamine extra iudicium, allegabatur talis ratio: ſi appellari poſſit vndecimo die, eadem ratione & centeſimo, quod eſſet abſurdum. Præterea ſi quis velit dicere decurionem legitime non creatum, non auditur, niſi infra legitimum tempus contradicat. ff. de decur. Imperatores. §. fi. & infra id tempus infra quod appellandum eſt. argumentum C. eod. hi qui ad ciuilia. & l. nominationes. 2. q. 6. ca. ei qui. §. nominationes, quod enim tempus in ſententiis attenditur, attendi debet & in iis quibus non profertur ſententia. ff. quan. app. ſit. l. 1. §. quod in ſententiis, & 2. q. 6. biduum. Dicebat autem Hoſt in decret. vt debitus, ad finem de appellatio. quòd in electionibus ante & poſt, etiam poſt decem dies poterit appellari; ſed hoc modo, quia ſi ex legitima cauſa interponitur appellatio, ne fiat electio, valet: & cauſa probata irritabitur electio poſtea ſecuta. s̃. de ele. conſiderauimus. & s̃. e. conſtitutis, 2. aliàs non reuocabitur: vt ſupra dixi. & prox. poſt electionem & ante confirmõnem, appellatur etiam

poſt decem dies ne fiat cõfirmatio, & ſic poſſet intelligi quod no. Inn. in decr. bonæ. ꝙ extra iudicium appellatur poſt decem dies 1. cum enim extraiudicialis appellatio non ſit aliud quàm ad cauſam prouocatio. s̃. e. cum ſit. ſicut læſus quandocunque poteſt lędẽtem ad iudicium vocari facere; ſic eum poteſt prouocare ad cauſã extraiudicium appellando: nõ enim trãſit grauamẽ in rem iudicatam ſicut ſententia, vt s̃. e. ti. & li. Romana. §. ſi vero. In iudicialib. autem actib. vel quaſi, neceſſe eſt infra decẽ dies appellari. 2 & ſic intelliguntur leges priꝰ inductæ: loquũtur. n. in electionib. in quibus decretum decurionum, quod ẽ quaſi iudiciale vel præſidis, interponitur. ad hoc ff. quando appellãdum ſit. l. 1. Sed decretum canonicorum eligentium nõ eſt iudiciale vel quaſi: immo omnino extraiudiciale. Expeditum ergo ſit per hanc decretalem ꝙ à grauamine, extra iudicium illato, neceſſe eſt infra decẽ dies appellari, & ſic intelligatur s̃. de ele. c. 1. & ca. vt circa. & c. cupientes. aliàs appellatio non deuolueret. s̃. e. Romana. §. ſi vero. Iuris autem alia remedia propter hoc non tolluntur, vt ſequitur.

1 Docto. dñt verum ſi iudex extra iudiciũ iubendo vel faciẽdo me grauet, dicã ei ꝙ reuocet: ſi nolit, tũc appellabo. j. e. c. ſi à iudice Itẽ ſi præcipiat ſoluere x. dicã ei ꝙ hoc reuocet offerendo me iuri: ſi nolit, appellabo. Io. And. Font.

2 Et ẽt infra illos dies d3 fieri adhæſio ratihabitio. gl. ĩ ver, adhærẽtes. c. vt circa, s̃. e. li. Phi, Fõ.

† Pe. de An. not. hic cõueniẽtiã inter appellationẽ iudicialẽ & extraiudicialẽ & ponit ſex pulchras differẽt. Fon, † al. aſſẽſerit

pellationis beneficium grauamen illatum deſiderauit reuocari, infra decem dies † (poſtquam ſciuerit [a]) ſi velit, appellet: poſt decendium vero eidẽ aditus non pateat appellandi. ¶Sed ſi per contradictionem debitam [b], vel alia iuris remedia petierit reuocari grauamẽ: ei (dummodo medio tempore his non conſenſerit [c] †) lapſus decendij non obſiſtat [d].

¶Idem.

*¶Valet appellatio in ſcriptis porrecta, licet coram iudice non legatur. hoc dicit. Zẽze.*

a ¶*Sciuerit.*] eſt enim tempus vtile à principio, licet continuũ in progreſſu. & de hoc plene no. 2. q. 6. anteriorũ. & fit de momento ad momẽtum computatio, vt ibi. Et intelligo ſciuerit, non ſolum actum illum factum: ſed per illum ſe grauatum. Quid enim ſi ſciui te electum: & poſt decem dies ſciui quòd prius mihi de illo beneficio Papa prouiderat? adhuc infra decem dies à die ſcientiæ prouocabo: quia modo ſcio me grauatum. & hoc ſonat hæc littera.

Additio. Ad hoc s̃. e. li. de reſcr. c. gratia. Ioan. And.

b ¶ *Debitam.*] vt ſi coram ſuperiore excipiatur, vel caſſatio petatur: vel his ſimil.

Additio. Ioannes Monachus ponit exemplum per decretal. licet epiſcopus. j. de præb. quãdo ſcilicet prouiſum eſt tibi de beneficio quod poſſidebam, poſſum appellare. Item expectare quòd vocer propter poſſeſſionem quam habeo. Sit autem ſecundum eum huius iuris ratio, quia habens plures vias, licet ſit ſibi præſcriptum in vna, vt in via appellandi, non propter hoc præſcriptum eſt in alia: vt in via cõtradicendi. ff. de ap. ſi expreſſim. Ioan. And.

c ¶ *Non conſenſerit.*] ſcienter 3 propter ea quæ s̃. dixi; nil enim tam contrarium conſenſui, ſicut error. ff. de iur. omn. iud. ſi per errorem. & intellige ſi aſſenſerit etiam tacite. de off. dele. gratum. de his quæ fiunt à ma. part. cap. ex ore. cum ſuis concordantiis.

3 Et ſponte ſecũdũ Arc, all, 33. q. 5, notificaſti. & quod ibi notat, Io. And,

d ¶ *Non obſiſtat.*] optime concordat s̃. e. li. de reſt. in integ. c. 2. [Idem Archidiaconus.]

A*ppellatio.*] Quia breue eſt, non ſummatur, neque diuiditur.

¶Appellans in ſcriptis non tenetur legere appellationem iudici à quo: ſed ſufficit quòd appellet, vt in littera continetur. hoc dicit. Et ſecundum aliquos non eſt neceſſe exprimere verbum, appello: ſed ſufficit oſtendere chartam iudici à quo.

Casvs. Tu & ego litigabamus coram aliquo iudice competenti, qui tulit aliquam interlocutoriam contra me, à qua appellaui in ſcriptis ex cauſa rationabili, & appellationem meam redegi in ſcriptis, quam infra decem dies exhibui & præſentaui iudici à quo, ſed tamen eam non legi: vtrum vitietur mea appellatio? Videtur quòd ſic: nam iudex tenetur legere ſententiam ſuam, aliàs ſententia ſua non valet. c. ſi. s̃. e. li. de re iu. ita videtur, quòd in appellatione requiratur recitatio, & vt appellans legat ſuam appellationam iudici. Hac tamen ratione dubitandi nõ ob, dicit Romanus Pontifex, ꝙ ego appellans non teneor legere appellationem iudici à quo, ſed ſi petat duplũ appel. debeo ei tradere; ſi autem non petat, non teneor illi tradere, Ex quo patet, quòd nõ ſunt neceſſaria iſta verba, quæ ponunt communiter notarij in inſtrumentis appellationis, quòd ipſe appellãs fecit lecturã. Not. primo, quòd licet iudex à quo, teneatur ſententiam diffinitiuam legere partib. ita quòd non ſufficit ſi eam tradat partib, tamen ſecus eſt in appellatione, vt eſt hic textus. No. quòd appellatio eſt interponenda coram iudice à quo: non autem ſufficeret ſi interponeretur corã aduerſario, & hoc verum, ſi poſſit haberi tutus acceſſus, ad iudicem: nam ſecus ſi quis commode non habeat tutum acceſſum, vt in c. ſi. e. ti. in ant. No. vlterius, quòd appellatio eſt porrigenda iudici, non appellato quantum ad validãdum appellationem: ſed quantum ad deuoluendum cauſam, an ſit porrigenda appellatio? Dic vt in clem. cauſam. de ele. Nota finaliter quòd impugnatio & exceptio, quæ non eſt rationabilis, non eſt admittenda. Dominicus.

## CAP. IX.

A Ppellatio [e] † quã in ſcriptis [f] iudici [g] (à quo appellare volebas) te porrexiſſe proponis [h]: non poteſt ex eo quòd coram ipſo lecta [i] nõ fuerit, rationabiliter impugnari.

¶Idem.

*¶ Iudex à quo compellere non poteſt appellantem à grauamine ipſius veritatem probare, licet citare poteſt ad ipſius reuocationem audiendam: qua facta in cauſa procedere poterit, eius contumacia nõ obſtante, ac ſi nunquã appellaſſet. hoc dicit. Zenze.*

## CAP. X.

S I † A IVDI-

*¶Prima glo. dicit qd approbet.*

e ¶ *Appellatio.*] Hoc notat Gul. in Spe. e. ti. §. qualiter autem. in prin.

†De intimatione appellatiõis vide Lap. alle. 39, incip. an valeat. & alle. 119. inc. q̃tũ.

f ¶ *In ſcriptis.*] ſic enim eſt appellandũ ante ſententiam: & à ſententia ex interuallo. quod dic vt not. s̃. e. ti. & lib. c. 1.

*¶ Gl. ſeq. recit. per q. an coram iudice neceſſe ſit appellare.*

g ¶ *Iudici.*] Nota appellandum coram iudice, de hoc per Ioan. 2. q. 6. biduum. §. adeundi. in glo. 1. & per Bern. s̃. e. ſuggeſtum. indiſtincte teneas (cum in iudiciis, vel extra à iudice appellatur) coram iudice appellandum, s̃. e. li. cordi. s̃. e. vt debitus. ibi, coram eodem iudice, &c, & hoc ſi poteſt ipſius haberi copia & in publico: non in hortis vel villa ſuburbana. 2. q. 6. biduum. §. adeundi. vel niſi iuſtus metus appellantem excuſet. s̃. ẽ. ti. c. vlt. Si vero ſunt plures iudices: dic vt in clemen. eod. tit. ſi à iudicibus. Ioan. And.

† Vide Rot. deciſ. 7. & 74 in nouis.

Additio. Hanc opi. gl. de appellando coram iudice, &c. tenet Arch. qui etiam alle. ff. quan. appel. ſit. l. 1. §. dies. & §. ſi quis. C. e. tit. in offerendis. in Auth. de appel. §. 1. col. 4. Recitat tamen opi. Goff. qui dixit quòd appellatio emiſſa in abſentia iudicis bene excuſat ſi non fiat fraudulenter, vt dixi in decre. ſuggeſtum. s̃. e. quod videtur placere Inno. in decre. dilectis. eod. tit. ad fin. vbi dicit quòd per appellationem etiam factam in abſentia iudicis, appellans eſt exemptus ab ipſius iuriſdictione. tamen ipſi Inn. placet in decr. ſi iuſtus. quod ſequitur in gl. Dicit etiam Arch. quòd ſi bene videatur decr. ſi duobus 1. reſp. in fi. ſatis demonſtrat quòd appellatio non protegit appellãtem à iudice ſuo, donec ad ipſius iudicis notitiam perducatur. & idem ibi Pet. de Samp. Ioan. And.

h ¶*Proponis.*] & probas s̃. de conceſ. præb. cum ſuper quæſtione. ergo vt dixi s̃. e. c. 1. non eſt neceſſe quòd ſcriptura appellationis ſit authentica 4. dummodo poſſit probari: tutum eſt tamen quòd per notarium de hoc fiat ſcriptura publica: quia quod continetur in charta difficile eſt probare.

4 quia fit ſolũmõ ad intimãdũ actũ p̃ſentẽ. Si ãt ſcriberetur ad p̃bandũ actũ p̃teritũ, illa ſcriptura d3 eſſe authentica. cle. cãm. de ele. Anc. Fõ.

*¶Gl. ſeq. ſignat contrarium, & ſoluit.*

i ¶*Lecta.*] Videbatur contra arg. eius quod dicitur. s̃. ti. prox. c. vlt. in fine cum ſuis concord. ſicut enim requiritur quòd ſententia legatur per iudicem, nec ſufficit quòd in ſcriptis edatur vt ibi; ſic etiam videtur non ſufficere quòd appellatio in ſcriptis edatur, niſi etiam legatur. Sed non tanta ſolennitas requiritur in appellando, quanta in diffiniendo: aliàs ſequeretur quòd die feriato non poſſet appellari, ſicut nec diffinitiua proferri: & quod appellans haberet ſedere & non ſtare, & hæc ſunt falſa. cum ergo decretal. vt debitus. & decretal. cordi. hoc ſolum requirant, quòd aſſignetur vel exponatur cauſa probabilis, & in ſcriptis: aſſignare autem fit verbis, nutu, teſtamento vel codicillis. ff. de ver, ſig, aſſignare. [Et inſt. de aſſig. li. per totum. Io. Mon.] ff. de aſſigna. lib. l. 1. §. aſſignare. ergo & in ſcriptis aſſignando & porrigendo iudici, ſatisfactum eſt iuri. Et facit ad hoc. s̃. eod. lib. de offic. ordin. ſi canonici 5. Sicut enim ibi ſufficit cauſam ceſſationis ſcribere, & ſcripturam aſſignare ei contra quem ceſſatur: ſic & hic in appellatione. Sic & olim dabat maritus vxori ſuæ libellum repudij, quod ſufficiebat: licet non legeret, de quo dicitur in prooemio decret. probatur hoc etiam 2. q. 6. ca. ei qui. verſi. ſi quis libellos appellatorios ingeſſerit. & l. biduum. §. adeundi. verſicu, ſi quis ipſius, ibi, vt ei libellos daret. Et quod hic de appellationibus dicitur, de exceptionibus intelligo, vt ſufficiat illas dari in ſcriptis: licet non legantur. ad hoc s̃. de probat. quoniam contra. Ioan. And.

5 d̃t Io. Mo. ꝙ iſta decr. & illa p̃bãt ꝙ aſſignare & porrigere idẽ eſt qđ p̃ſentare. p̃ſẽtatio vero ñ reqrit lectũrã. hoc poſuit Arc. in decr. cordi.

S*I à iudice.*] Gl. non ſummat. Diuiditur autẽ iſtud c. in duas particulas. Prima ponit thema, cuius duo dubia ſoluit: vtriuſque reddens rationem: ibi, *Nec coram.* Secunda particula quæ eſt ibi, *Niſi ad hoc ſolum*: ſecundum dubium terminat, & declarat. Ioan. And.

¶Pro intellectu iſtius c. habemus præſupponere, ꝙ licet iudex non poſſit reuocare ſuam ſentẽtiam diffinitiuam. l. 2. C. de ſen. ex breuic. recit. poteſt tamen reuocare interlocutoriam ſententiam. l. quod iuſſit. ff. de re iu. c. cum ceſſante. eo. ti. in antiq.

Secun

Secundo habemus præſupponere, quòd appellans per appellationem eximitur à iuriſdictione iudicis à quo appellauit, quantum ad illam cauſam. c. Romana. s̃. e. tit.

Casvs. Tu & ego litigabamus coram officiali Pictauen. qui tulit aliquam interlocutoriam contra me, à qua appellaui ſolemniter, & in ſcriptis, iuxta tenoré ca. 1. s̃. e. tit. Officialis fecit me citari vt coram eo comparerem, facturus fidem de grauamine: an tenear comparere? Reſpondet quòd non: nam iudex debet eſſe certus, an me grauauerit vel ne. Sed ponamus quòd iudex citauit me ad reuocandum interlocutoriam ſuam, an debeam comparere? Certe ſic: & ſi non compaream, & iudex reuocet ſuam interlocutoriam, poterit contra me procedere tamquam contra contamacem: quia reuocato grauamine eſt extincta appellatio mea. *Reuocauerit cum effectu.*] & realiter, nõ verbo: & hoc ſi grauamen ſit realiter illatum. Nota primo, quòd iudex à quo poteſt ſuam interlocutoriam reuocare, & ſic eſt vna differentia inter ſententia diffinitiuam & interlocutoriam. Nota quòd ſi iudex à quo citauit appellãtem ad faciendum fidem de ſuo grauamine, non tenetur appellans comparere: quia iudex debet cognoſcere vtrum appellantem grauauerit, ſecus ſi appellans eſſet citatus ad videndum reuocari grauamen: quia tunc teneretur comparere coram iudice à quo. Et ſi citatio ſit facta ad edocendum de grauamine, & videndum reuocare grauamen, tenetur comparere, non ad omnes fines, ſed ad videndum fieri reuocationem grauaminis. Nota quòd ceſſante cauſa finali, ceſſat effectus: ſecus eſt de cauſa impulſiua. l. 1. §. ſexũ. ff. de poſtulan. vbi turpitudo Calphurniæ fuit cauſa impulſiua prohibitionis mulierum à poſtulando. Item illud intelligitur, quòd ceſſante cauſa finali ceſſat effectus, quando eſt vnica cauſa finalis: ſecus ſi eſſent plures, quia tũc requiritur ceſſatio omnium cauſarum. Inſt. de nup. §. affinitatis. de hoc per Doct. in c. etſi Chriſtus, de iureiur. in antiq. in fi. c.

ce[a] à quo (propter grauamen[b] quod tibi proponis illatum) appellas, ad docendum te fore grauatum, & ad audiendam reuocationem eiuſdem grauaminis (ſi de ipſo docueris) tibi terminus præfigatur. Nec coram eo (cum ipſe per ſe[e] id videre habeat) hoc docere, nec etiam tamquam coram iudice (cum per appellationem ſit ſuſpenſa ipſius iuriſdictio) comparere teneris[d]: Niſi ad hoc ſolum, vt reuocationem ipſam audias, ſi eam duxerit faciendam: aliàs ſi non comparueris, & ipſe in termino grauamen reuocauerit cum effectu[c]: poterit extunc libere in cauſa procedere, ac ſi appellatio interpoſita non fuiſſet[f].

¶ Idem.

¶ *A collatione capituli ad epiſcopum appellatur, ſi vt canonicus interfuit: ſecus ſi vt prælatus. hoc dicit. Dominicus.*

## CAP. XI.

A COLLATIONE

¶ *Prima gl. dicit quid declaret & exponit.*

a ¶ *Si à iudice.*] Emanauit ad declarationem eorum, quæ not. Ber. & Mod. s̃. e. cum ceſſante. Et dic, iudice ordinario, vel delegato: & idem ſi eſſet arbiter iuris à quo poteſt appellari. s̃. e. lib. de off. deleg. ab arbitris.

Additio. Et Gul. de except. §. viſo. verſ. ſed ſi iudex. & ſeq. & corrigit quod not. Ber. s̃. e. lib. de re iud. ad Apoſtolicæ. verſic. eratque parata.

b ¶ *Grauamen.*] ſecus enim ſi à ſententia diffinitiua, quam iudex reuocare non poteſt: functus eſt enim officio ſuo ſemel iudicando, ſiue bene, ſiue male. ff. de re iud. iudex. s̃. de off. deleg. in litteris. & c. venerabilis. intellige igitur grauamen, ſiue per interlocutoriam, ſiue præter interlocutoriam inferatur.

e ¶ *Per ſe.*] Debet enim eſſe de facto ſuo certus. s̃. de reſcri. ab excommunicato. C. de reſc. vend. quiſquis. veritas enim cauſæ appellationis probanda eſt coram iudice appellationis, vt s̃. eo. tit. & lib. Romana. & c. cum appellationibus. ergo non coram iudice à quo appellatur: ſaluo eo quod dicitur s̃. eo. tit. interpoſita.

¶ *Gl. ſeq. quærit. arg. pro & contra. ſoluit, & certis allegatis in contrarium reſpondet.*

d ¶ *Teneris.*] Quid ſi compareat, & coram iudice ipſo à quo appellauit, de grauamine doceat, nunquid ab appellatione videtur 1 receſſiſſe? Videtur primo quòd ſic, per decre. s̃. de off. deleg. gratum. s̃. de teſti. cum veniſſet. in quibus dicitur, quòd ſi appellans poſt appellationem probationes inducit coram illo à quo appellauerat, appellationi renunciat. Item hæc littera dicit, quòd per appellationem ſuſpenſa ſit iuriſdictio iudicis. ſi ergo aliquid facit coram ipſo, vt coram iudice, allegat cõtraria, & ſic nõ auditur. ad hoc s̃. e. ſollicitudinem. cum ſuis concord. contra s̃. eo. interpoſita. vbi dicitur, quòd appellans poteſt probare, ſi vult veritatem cauſæ coram iudice à quo appellat. Sed reſponderi poteſt decret. illam locum habere ante appellationem 2. *Satis credo cum per actum iſtum ſemper* intendat ad iudicis iuriſdictionem declinandam 3, quod per hoc appellationi non renunciat. & hoc ſonat littera quæ dixit hic, non teneris: non dixit, nõ potes: & ſic etiam ſoluitur quod dicitur de allegãte contraria, cum iſta non ſint contraria, quæ ad vnum finem tendunt. Et facit quod dixi j. de reg. iur. nullus pluribus. Ad decretal. gratum, & c. cum veniſſet. reſpondetur, quòd illę probationes fiebãt ſuper principali negotio: & ideo bene renunciabat appellationi: quia contrarius ſibi, ſed hic ſecus. facit pro hac parte quòd iſte prouocatus eſt. ad hoc ff. de cond. fur. & ideo. in prin. s̃. de excep. cum inter priorem. & accedant quæ no. 3. q. 3. c. induciæ. 2. §. offeratur. s̃. de re iud. c. inter monaſterium. & vtilius videtur negotia tali expediri compendio, quàm per exactam ſubtilitatem longo prorogari diſpendio. ſupra tit. prox. abbate ſane. in fi. preterea legitime tenetur comparere ad id quod ſequitur, & tamen comparendo nõ renũciat appellationi.

1 Vide Alex. cõſ. 130. vol. 4. & Dec. in c. gratũ. no. 4. ext. de of. del.

2 Hic colligit Dom. q licet p actũ corã iudice à quo renũcietur appellõi interpoſitæ, ñ tñ interponendæ. Font.

3 Hoc eſt verũ ſi per viã ſimplicis informatiõis agat: ſec⁹ ſi agat tãq̃ corã iudice cõſtitut⁹, vt iuribus cõtrariis. Do. Fõ.

e ¶ *Cum effectu.*] effectualiter enim intelligenda ſunt verba, vt s̃. de cler. non reſid. relatum. cum ſuis concor. Hinc enim eſt, quòd non ſufficit dicere ſe paratum reuocare, niſi & reuocet. ad hoc s̃. de eo qui mit. in poſſ. cau. rei ſer. c. 1. & ad hoc ſupra ti. prox. ad Apoſtolicæ. verſ. erantque parata. Item ſi grauamen fuit verbale, reuocatio ſufficiat verbalis, ſi reale, non ſufficit verbalis, niſi re etiam reuocetur.

Additio. Idem Archid. qui etiam alleg. Ioan. de Deo in ſuis cauillationibus, rubrica de generalibus exceptionib. vbi not. quòd non ſufficit quòd iudex dicat, ergo reuoco, niſi recedat à grauamine interlocutionis. Ioan. And.

f ¶ *Non fuiſſet.*] quia ceſſante grauamine ceſſare debet appellatio. s̃. eo. cum ceſſante. Io. And.

A *Collatione.*] Duo facit, quia circa vnũ thema diſtinguit: Primum, ibi, *Non ad ipſum*: Secundum, ibi, *Aliàs ſi.*

¶ Appellans à collatione facta per epiſcopum & capitulum, debet appellare ad archiepiſcopum, ſi epiſcopus interfuit vt prælatus, ſecus ſi vt canonicus: quia tunc appellatur ad epiſcopum.

¶ Præſupponendum eſt pro intellectu huius c. quòd quis poteſt appellare etiam collatione continuata in prędiudicium alterius. c. 1. eo. tit. in antiq. Item habemus ſecundo præmittere, quòd quis poteſt appellare poſt collationem factam, dum tamen appellet infra decem dies numerandos à tempore notitiæ ſuæ. c. concertationi. s̃. e. tit. & lib. Item eſt præſupponendum quod habetur in c. 2. vt lit. pend. iſtomet lib. vbi dicitur, ſi duo litigent ſuper beneficio, & moritur poſſeſſor, non debet alius ſubrogari in locum defuncti, donec ſit cognitum de iure ſuperſtitis, & ſi fiat collatio, poſſet ſuperſtes appellare ab illa collatione, vel etiam continuata, ſed ordinarius poterit defendere ius defuncti.

Casvs. Tu poſſidebas beneficium quod dicebam ad me ſpectare, vel eſſe mihi debitum, vnde feci te conuenire coram iudice competenti: pendente controuerſia iſta, tu es mortuus: Epiſcopus Pictauen. & capitulum ad quos communiter ſpectat collatio illius beneficij cum vacabat, volebant illud conferre: ego hoc videns me oppoſui ne facerent collationem de illo beneficio: non obſtante mea oppoſitione ipſi contulerunt beneficiũ, volo appellare ab illa collatione, quæritur ad quem debeam appellare, vtrum ad archiepiſcopum, vel ad ipſum epiſcopum? Reſpondet cum diſtinctione, aut epiſcopus interfuit collationi vt prelatus, aut interfuit vt ſimplex canonicus: ſi interfuit vt prælatus, debeo appellare ad archiepiſcopũ, vel ad Papam, & non ad epiſcopum: quia tunc appellarem ab eodem ad eundem: ſi vero epiſcopus interfuit vt canonicus, & non vt prælatus, tunc poſſum appellare ad ipſum epiſcopum tamquam ad ſuperiorem capituli. Nota primo, quòd à collatione facta vel facienda in præiudicium alicuius, poteſt appellari, ſed proprie dicitur prouocatio. c. cum ſit Romana. e. tit. in ant. No. quòd epiſcopus poteſt interuenire in capitulo vt canonicus, & tunc habet vocem, & ſua vox auget numerum. Item poteſt eſſe in cap. vt prælatus, & tunc non habet vocem. licet Hoſti. dicat, quòd repræſentat mediam partem capituli, & quòd ipſe & vnus canonicus faciunt maiorem partem capituli. de hoc in c. propoſuit. de conceſ. præb. in antiq. Communis autem opinio doctorum eſt in contrarium, videlicet quòd non habet vocem quando eſt in capitulo vt prælatus, ſed ſolum habet poteſtatem concludendi ſecundum maiorem partem capituli. Nota vlterius illud ad quod emanauit præſens capitulum, videlicet quòd cum appellatur à collatione facta communiter per epiſcopum & capitulum, poteſt appellari ad ipſum epiſcopum ſi interfuit vt canonicus, quia tunc cenſetur ſimplex canonicus, modo capitulum ſubeſt epiſcopo, & appellandum eſt ab inferiori ad ſuperiorem. Sed quomodo cognoſcemus, quòd epiſcopus eſt in capitulo vt prælatus: vel vt

ſimplex canonicus? Doctores hanc materiam tractant in c.poſtulaſtis.de conceſ.præb.Et dicunt quòd ſi in eccleſia ſit ſtatutum, quòd ordinet, vt ſit in capitulo vt prælatus, vel vt ſimplex canonicus, ſtandum eſt illi ſtatuto: ſi vero non ſit ſtatutum, tunc cognoſcetur ex coniecturis: nam ſi epiſcopus non tenet primum locum & honorabiliorem, cenſetur eſſe in capitulo vt canonicus: ſi autem præſideat & teneat honorabiliorem locum cenſetur eſſe in capitulo vt prælatus.

beneficij [a], quam communiter per epiſcopum & capitulum in tuum præiudicium [b] factam eſſe proponis: Non † ad ipſum epiſcopum (ſi in ea vt prælatus [c] interfuerit†) ſed ad ſuperiorem [d] te oportuit appellare. Aliàs ſi vt canonicus [e] interfuiſſet in ea, potuiſti [f] appellare licite ad eundem.

† Inducunt Io.An.&Pe. de Anch.ad cānonem an donata ambaſiatoribꝰ acqrātur ſibi, vel illis à qbꝰ mittuntur. vid Bar. in l.vero.ff. ſol.ma. & l. ſociū q.§.ſi. ff.p ſo.Fon.

† Al.interfuit.

¶Prima gl.dicit quid approbat.

a ¶ *A collatione beneficij.*] Hoc no.Hoſtienſis de exceſſib. prælat.c.1. Additio.In c.poſtulaſtis.de conceſ.præben.& forte corrigitur quod ibi no. Innoc.qui dicit de electione epiſcopi & capituli ad epiſcopum appellandum: qui licet conſtituunt vnum capitulum in electione, non tamen in exercenda iuriſdictione, forte dixi: quia ſaluatur, ſi intellexit iuxta ſecundum membrum huius diſtinctionis.Ioan.And.

¶ Idem.

*¶ Per appellationem interpoſitam à diffinitiua, reuocari poteſt interlocutoria principali negotio præiudicans: aliàs non. Ioannes Andr.*

b ¶ *Præiudicium.*] Aliàs appellare non licet.2.q.6.non ſolent. s.de elect.cum inter R.ff.de app.l.1.

*¶Gl.ſeq.ſoluit dubium.& quærit & ſoluit.*

qualiter cognoſcatur an eps ſit in eccleſia vt eps, an vero vt canonicus.

c ¶ *Prelatus.*] quod præſumitur, niſi aliud appareat.Et ſi quæratur, quomodo conſtabit an ſit ibi vt prælatus, & an ſit ibi vt canonicus? Recitari ſolet s.de conceſ.preb.poſtulaſtis.Si eſt in primo loco, & ei primo ſcribitur, tunc apparet eum eſſe vt epiſcopum, vel vt caput.Sed quando ſedet, & ſubſcribit poſt archidiaconum, vel alium, qui ibidem præſit capitulo, tunc patet ipſum ibi eſſe vt canonicum. ad hoc 17.diſt. c.vlt.de maio. & obed.ſtatuimus.

d ¶ *Superiorem.*] Papam vel proximum.s.eo.ti.dilecti.vlt.

e ¶*Vt canonicus.*] s.de conceſ.præb.poſtulaſtis.j.de præb.cum in eccleſia.ne ſede vac.c.1.cum ſimil.

*¶Gl.ſeq.alleg.duo ſimilia:& ſoluit duo dubia.*

f ¶ *Potuiſti.*] ſim.17.diſt.multis. vbi de archiepiſcopo appellatur ad ſynodum, cui tamen præeſt archiepiſcopus. ad idem ff. quan.ap.ſit.l.1.§.ſolent.vbi de ordinario & preſide appellatur ad præſidem. Et quod dicit, potuiſti: intelligo & debuiſti, niſi appellaret ad Papam, cum gradatim ſit appellandum. s.e.dilecti.Puto tamē ꝙ ſi appellans hoc petit, ipſe epiſcopus habeat cauſam delegare 1, cum ſatis ſit ſuſpectus 2: ne velit venire cōtra factum ſuum, licet id fecerit vt alius, ad inſtar eius quod dicimus de iudice à quo fuit appellatum, qui efficitur iuriſdictionis eius, ad quem fuerat appellatum. de hoc 3.q.7.c.infames.§.item ſi contra partem.s.de elect.querelam.in j.gl.& C. de app.eos.in princ.

1 Cōcor.In. & Hoſti. de of.or.irrefragabili.I.A.

2 Vide in ſimili Aret.in ca. inſuper. ext.de teſti. & Gemi. in c. auaritiæ. oppoſ. 2. de ele.lib.6.

Licet.] Sunt duo dicta, ſecundum, ibi, *Vbi vero.*

Casvs. Tu & ego litigabamus coram iudice ordinario, vel delegato: lite inter nos negatiue conteſtata, tu actor fuiſti admiſſus ad faciendum tuas probationes de & ſuper tuo libello: probationibus factis ego reus propoſui exceptionem peremptoriam: puta exceptionem de non petendo, vel aliquam exceptionem peremptoriam, iudex noluit admittere iſtam exceptionem peremptoriam, & ſic me grauauit, ego non appellaui ab iſta interlocutoria: hoc facto ipſe iudex poſt renunciationem & concluſionem tulit ſententiam diffinitiuam contra me, à qua appellaui. Quæritur nunc, vtrum in cauſa appellationis poſſim repetere illā exceptionem peremptoriam, quæ à iudice à quo fuit mihi repulſa? Videtur quòd non: quia tranſiuit in rem iudicatam: & mihi imputetur quare non appellaui. Hoc tamen non obſtante reſp. Romanus Pontifex, quòd illas perēptorias exceptiones poſſum repetere in negotio principali, & ipſis probatis obtinebo: quia per appellationem fuit cauſa reducta ad illum ſtatum, in quo erat immediate poſt litem conteſtat. ſed non ante.l.ita demum.C. de proc. Sed quid, ponamus quòd in cauſa principali propoſui aliquam exceptionem dilatoriam, quæ fuit repulſa, volo illam repetere in cauſa appellationis, vtrum poſſim? Reſp. ꝙ non, quia in cauſa appellationis non poſſunt proponi ea quę erant proponenda ante litis conteſtat. vt d.l. ita demum, ſed ſolum illa quæ erant proponenda poſt litem conteſtatam. Et ſic intelligitur illud dictum, In cauſa appellationis non propoſita proponam, & non probata probabo. Nota primo ex iſto c. bonum arg. ꝙ ſi actor dicat exceptionem pro parte rei propoſitam eſſe impertinentem, iudex ſuper hoc habet interloqui, an illa exceptio peremptoria ſit admiſſibilis vel inadmiſſibilis: Et ideo eſt cautela aduocatorum peritorum, dum volunt appellare ab interlocutoria, quòd petant interloqui ſuper admiſſibilitate. Sed cauti iudices obuiant iſti cautelæ dicendo, admittimus iſtam exceptionem inquantum de iure eſt admiſſibilis. Hanc cautelam ponit gl. in c.cum contingat.de of.dele.in ant. Nota quòd ſi iudex non admiſit exceptionem peremptoriam: & pars ñ appellet ab illa interlocutoria, ſed poſtea appellet à diffinitiua, in cauſa appellationis poterit illam exceptionem peremptoriam repetere: nec dicitur repulſio tranſire in rem iudicatam, vt hic eſt tex. No. ꝙ exceptionem dilatoriam repulſam in principali cauſa nō pt appellans repetere in cauſa appellationis.

## CAP. XII.

Licet [g] ab interlocutoria (per quam pacti [h], vel præſcriptionis, aut alia, principali negotio præiudicans [i], vel iudicium nullum reddens [k], exceptio eſt repulſa) non [l] fuerit appellatum [m]: ſi tamen à diffinitiua (quæ poſtmodum, etiam vltra [n] decendium promulgatur) appellari [o] contingat, poteſt † in appellationis cauſa ipſum grauamen per interlocutoriam eandem illatum licite

†Habes hic dictū Lap.limitatū, q dixit in c. j. s. e. ť reſcri. ꝙ ſi iudex interloquatur reſcriptū ñ eſſe impetratū poſt excōicationē, vꝫ iudiciū; qa hoc ñ ꝓcedit ſi appelletur à diffinitiua Dom.Font.

*¶ Prima gl.ſummat, & dicit quid determinat.*

g ¶*Licet.*] per appellationem interpoſitam à diffinitiua, reuocari poteſt interlocutoria principali negotio præiudicans, aliàs non. Et determinatur hic alteratio Inn.& Hoſt.no.per eos s.de re iud.quod ad conſultationem.& s. quod met.cau.c.vlt. & Innoc.opinio approbatur.

h ¶ *Pacti.*] de perpetuo non petendo, vel ſimilis.

i ¶ *Præiudicans.*] quod in peremptoriis regulariter eſt videre. Additio.De quibus vide ſatis s.e.lib.de lit.conteſt.exceptionis.Ioan.And.

k ¶ *Reddens.*] ſicut exceptio falſi.ff.de iud.licet.s.de exce.cum venerabilis.s.de procur.in noſtra.vel exceptio contra reſcriptum quod ab excommunicato fuerit impetratum.s.eo.lib.de reſcr.c.1.cum ſimil.

l ¶ *Non fuerit.*] ſecus ſi à repulſione fuiſſet appellatum ſecundo, & ſuccubuiſſet appellans: quòd dic, vt in clem.eo.tit.cum à repulſione.

m ¶ *Appellatum.*] Et ſic videatur tranſiſſe in rem iudicatam.s. de elect.cum dilectus.in ſi.de teſti.ſignificauerunt.cum ſi.

*¶Gl.ſeq.quatuor opi.recitat, quarum tertia hic approbatur.*

n ¶*Vltra decendium.*] Hoc dicit vt maior ſit dubitatio. Dicebāt enim quidam, ꝙ ſi non fluxerat decendium cum appellauit à die interlocutoriæ, tunc reuocari poterat interlocutoria, & repeti exceptio per ipſam reprobata, quaſi intelligatur ſuper diffinitiua & interlocutoria appellatū. Et impugnabatur hæc opi.tali modo: Certum eſt, quòd aliter appellatur ab intelocutoria, quàm à diffinitiua, & etiam à diffinitiua continente plures articulos in vno poteſt appellari, in alio non: de teſta.Raynaldus.cum ſi.Et ob hoc dicebant ſecundi, quòd ex quo appellatum erat à diffinitiua indiſtincte, omnes exceptiones admiſſas & non admiſſas, ſiue fuerit interlocutum ſiue non, ſiue decem dies fluxerint ſiue non repetere licebit. Et videtur hoc ſatis expreſſum.ff.de app.l.1.§.1.& vlt.& l.2.& 3.& ff.quan.ap.ſit.l.1. Ex quo enim admittitur ad decendium ſuper principali, quod eſt maius, igitur contra interlocutoriam, quod minus eſt, veritas enim ſemper eſt iuuanda. s.de iureiur.ex litteris.& in cle. ſæpe.de verb.ſig. præterea iudex appellationis ſuccedit in locum principalis. l.cum apud.ff.iud.ſol. ſed interlocutoria non tranſit in rem iudicatam quo ad iudicem principalis cauſæ: ergo nec quo ad iudicem appellationis, quin dare poſſit licentiam exceptionem repetendi. Innoc.vero tenebat opi.hic approbatam.Hoſt.[Qui hoc proſequitur ſatis in ſum.de ſent. §.qualiter proferri debeant. ſub §.1.ver.veruntamen ſi appelletur.Ioan.And.] dicebat, quòd cum ſecundum leges 3 regulariter ante ſententiam non appelletur. [s.eod.ſuper eo.2.C. quor.ap.non rec.l.ante.Ioan.And.] omnia grauamina illata in cauſa habent releuari per appellationem interpoſitam à diffinitiua. Sed ſecundum canones à qualibet interlocutoria, & quolibet grauamine poteſt appellari, & ideo quantumcunque à diffinitiua appellatur, firma manet interlocutoria, à qua infra decem dies non fuit appellatum.

3 Per quas qs deciperetur ſi grauamē añ diffinitiuā illatū p appellōnē à diffinitiua reuocari ñ poſſet, qđ eſſe ñ dꝫ. C. de iis qui ven.æta. l.j. Ioan.Mon.

Additio. Circa ſecundam opi.prius tactam, dicebat Io.Mon. ante ſententiam non eſt quis læſus, ſed in ſententiando, cum totus proceſſus ordinetur ad diffinitiuam, & ideo cum læſio conſumetur per diffinitiuam, appellatio ab illa interpoſita ſuſpendit non ſolum illam, ſed etiam ordinata ad illam. Arg.ff. vt leg.no.ca.l.j.§.ſi quis ſub conditione.ff.ſi quis cau.l.ſi eum.§. qui iniuriarum.ff.de tu.& ra.diſt.ſi cum.Ioan.And.

o ¶ *Appellari.*] infra decem dies à die ſententiæ, vel ex quo ſciuit.s.eod, concertationi.

per appellationis iudicem emendari [a]. Vbi vero interlocutoria ſuper eo profertur, quod non parat [b] præiudicium negotio principali, vel [c] iudicium nullum reddit: niſi fuerit appellatum [d] ab ipſa: per appellationem à diffinitiua poſtea interiectam [e], grauamen illatum nequaquam poterit reuocari [f].

a ¶*Emendari.*] ſicut enim concluſio facta in principali non parat præiudicium, quo minus noua iura poſſint in appellationis cauſa produci. ſupra de teſtib. fraternitatis. & de fide inſtr. inter dilectos. C. de temp. ap. per hanc. ita nec interlocutoria præiudicium parat, quo minus vetera iura repeti poſſint, vt hic. aliàs enim quid prodeſſet ſuper diffinitiua appellaſſe?

b ¶*Non parat.*] ſicut eſt videre in dilatoriis, vel in condemnationibus expenſarum ſuper eo, quòd in exceptione ſuccubuit: vel propter aliam cauſam ſimilem.

c ¶ *Vel,*] repete ſuper eo quod non.

d ¶ *Appellatnm ab ipſa.*] quid ſi lata tali interlocutoria iudex ſtatim vult procedere in cauſa: petit pars contra quam lata eſt interlocutoria, non procedi infra decem dies, vt deliberet an ab ipſa interlocutoria appellare velit necne, quæritur 1, an ſit audienda? & videtur quòd ſic: quia beneficium, &c. 28. diſt. de his. ad fi. ȷ̃. de reg. iu. indultum. cum ſuis concor. ad hoc optime facit. 2. q. 6. anteriorum. vbi dicitur quòd decem dies dantur ad appellandum, vt liceat infra ipſum ſpatium pleniſſime deliberare an appellandum ei ſit, vel quieſcendum: ſed iſte litigando & procedendo ſuper principali, ſic pleniſſime deliberare non poteſt. Sol. dico quòd non eſt audienda 2. & hoc no. Gul. in Spec. ti. de app. §. reſtat videre. in fi. & eſt eius ratio: quia quò ad iudicem non tranſit in rem iudicatam ſententia, & ideo cum poſſit eam reuocare, non omittat proceſſum. Et in hoc dicit in priuata ſua examinatione omnes doctores Bononiæ concordaſſe. & vide euidẽtem rationem, ſi contrarium diceres, nunquam eſſet litium finis, in qualibet enim interlocutoria, termini aſſignatione, vel iudicis actu, diceret pars, quieſcatis per decem dies, vt deliberem an velim appellare: quòd eſſet abſurdum.

1 ď hoc art. vide Ab. in c. ſolicitudinem. in fin. ext. de ap.

2 Idem dñt Dom. Phili. & Anc. neq; p actũ partis vr̃ ipſa pars renunciare appellatiõi interponẽdæ, & bonũ eſſet ꝙ ꝓteſtaretur. Font.

e ¶ *Interiectam.*] Intelligo etiam ſi infra decem dies à die ipſius interlocutoriæ à diffinitiua fuerit appellatum propter rationes quas dixi ſ̃. in gl. hoc dicit. in principio. Ioan. And.

f ¶ *Reuocari.*] iudex ergo in quem ex appellationis virtute principale negotium tranſit, de iis quæ principale non impediunt, intromittere ſe non debet.

Additio. Multum ergo eſt præiudiciale impedire appellationes interponendas ante ſententiam. Ioan. And.

FINIS LIBRI SECVNDI.

# LIBER TERTIVS.

## DE VITA ET HONESTATE clericorum.

¶ *Superiobus libris dictum fuit de clericis & perſonis clericorum: nunc videndum eſt de eorum vita et honeſtate: ideo annectit rubricam de vita & honeſtate clericorũ.*

*¶ Opponitur quòd rubrica de vita & honeſtate clericorum non fuerit bene formata: quia ſufficiebat alterum ex iſtis, dicendo, de vita clericorum: vel de honeſtate clericorum; quia quidquid attribuitur vitæ, ſpectat ad honeſtatem, & quicquid honeſtati attribuitur, pertinet ad vitam: quia honeſte viuere, reſpicit etiam vitam. argu. in proœ. compil. Gregor. & ſic habet rubrica ſuperfluitatem, contra. id quod Papa proteſtatur in proœ. huius libri. Sol. dicit Io. And. quòd Hoſt. in ſumma huius ti. diuiſit iſtam rubricam, per quod intendit docere duo. Primum, qualiter clerici viuere debeant: Secundum, in quibus conſiſtit eorum honeſtas. Dominicus.*

† Ideo dñt doc. q̃oés & ſinguli clerici pñt tales accuſare. & extendunt iſtud ca. ad monachos. c. duo ſunt genera. 12. q. 1. Font.

# LIBER TERTIVS.

## TITVLVS I.

### De vita & honeſtate clericorum.

¶ Bonifacius octauus.

¶ *Clericus ioculatoriam artem per annum excercens, ſi tertio monitus non deſiſtat, ipſo iure perdit priuilegium clericale. Ioan. And.*

### CAP. I.

Clerici [a], qui clericalis ordinis dignitati [b] non modicum detrahentes †, ſe ioculatores [c] ſeu goliardos [d] faciunt, aut bufones [e], ſi per annum [f] artem [g] illam ignominioſam [h] exercuerint, ipſo iure †: ſi autem tempore breuiori [i], & tertio moniti [k] non reſipuerint, careant [l] omni [m] priuilegio clericali.

† Iſtud verbũ põderando dt Phil. cõtrarius aliis, q̃ deſiſtẽtes ab iſtis artib. recuperãt priuilegiũ. facit tex. in auth. de ſan. ep. §. interdicim᷑.

Clerici.] Duo membra diſtinguit: Secundum membrum proſequitur, ibi, *Si autem*. Ioan. And.

¶ Pro intellectu huius c. eſt præſupponendum, q̃ clerici dicuntur habere multa priuilegia, de quibus in gl. ſ. de biga. c. vnico.

Casvs. Certum eſt quòd clerici non debent intendere artibus ignominioſis, vt ſunt artes mimorum, ioculatorum, & hiſtrionum. c. clerici. ſ. eo. in ant. Sed ponamus quòd aliqui exercuerunt illas artes: puta quia fecerunt in publico ſpectaculum ſui corporis, an ſint puniendi aliqua pœna? Reſpondet Romanus Pontifex, quòd ſi clerici exercuerint illas artes per vnum annum: ſunt ipſo iure, id eſt, ipſo facto abſque declaratione iudicis priuati omni priuilegio clericali. Sed ponamus, quòd iſti clerici non exercuerunt iſtas artes per vnum annum integrũ: ſed per minus tempus, forte per ſpatium ſex menſium, an ipſo iure perdant priuilegia clericalia? Reſpondet quòd non, ſed requiritur quòd epiſcopus illos monuerit primo, ſecundo, & tertio, & ſic canonice & competenter, & ſi moniti non deſiſtant ab exercitio illarum artium, epiſcopus per ſuam ſententiam debebit & poterit illos declarare priuatos omni priuilegio clericali. Nota primo iuncta glo. quòd clericatus dicitur eſſe dignitas. hoc verum, accipiendo dignitatem large pro quadam preeminentia: nam dignitas proprie dicitur quando quis habet præeminentiam ſupra aliquos, & cum hoc iuriſdictionem. Nota vlterius, quòd clerici exercentes artes iſtas de quibus in tex. priuantur omni priuilegio clericali, etiam priuilegio canonis, ſi q̃s ſuadente diabolo. 17. q. 4. & in hoc ſunt ponderanda iſta verba, omni priuilegio. Nota inſuper, quòd clericatus dicitur dignitas. concor. ſunt in gl. Nota finaliter caſum, in quo clericus priuatur priuilegio clericali abſque aliqua monitione. Dominicus de ſancto Geminiano.

¶ *Prima gl. ſummat, & dicit quid declaret.*

a ¶ *Clerici.*] Clericus ioculator anno, vel tertio monitus non deſiſtens, ipſo iure perdit priuilegium clericale. Emanauit ad declarationem, & approbationem eorum, quæ de quadam æquitate dicebat Hoſt. ſ. de ſen. excom. perpendimus. in ſumma eo. ti. §. quis poſſit. ver. quid. & dicebat bonum eſſe ſi Papa hoc determinaret, & tempora limitaret.

b ¶ *Dignitati.*] Nota q̃ clericatus eſt dignitas. ad idem 4. diſt. denique. vbi de hoc. & de cle. non reſid. c. 3. Si ergo detrahunt dignitati, merito priuilegium perdere debent, quod non perſonæ, ſed dignitati confertur: vt ſ. de foro comp. ſi diligenti. & de ſen. exc. contingit.

Additio. Idem Arch. qui etiam contra tales allegat c. ſi apud. 23. q. 5. Ioan. And.

c ¶ *Ioculatores.*] quaſi ioci latores in publicum. ſ. eod. tit. cum decorem. faciunt enim ſpectaculum proprij corporis. ad hoc ff. de iis qui not. infam. l. 2. §. fi. in occulto tamen vel infirmitatis, vel alterius honeſtæ rei cauſa aliquid ioci facere non reprobatur. & facit quod no. Ioan. de Cithariſtis, & iis qui variis vtuntur inſtrumentis. 86. diſt. donare. in 1. gl.

Additio. Et Accur. in præalleg. l. 2. §. fi. ff. de infam.

d ¶ *Goliardos.*] vulgare Gallicorum.

Additio. A gula forte ſic dicti: ſolent enim eſſe guloſi, & leccatores. Ioan. And.

e ¶ *Bufones.*] vulgare Tuſcorum.

Additio. Canon tales vocat hiſtriones. 4. q. 1. c. 1. de conſec. diſt. 2. pro dilectione. & vnde ſumpſerit originem illud nomen, ponit Valerius libr. 2. c. 1. circa medium. verſic. verum. & vide quòd dixi ſupra eod. clerici. in princip. aliàs bufo idem eſt quod rana terreſtris. Ioannes Andr.

f ¶ *Annum.*] ad hoc j. de here. cum contumacia. ſupra de regular. ſtatuimus. in Authen. de ſanctiſſ. epiſcop. §. interdicimus. colla. 9. & hoc eſt ius nouum: cum aliàs niſi monitione trina præmiſſa fuerint incorrigibiles inuenti, non perdant priuilegium clericale: vt ſ. de ſen. excom. in audientia. & c. contingit. 2.

## TITVLVS II.

### De clericis coniugatis.

¶ Bonifacius octauus.

¶ *Si clericus coniugatus ferat habitum & tonſuram, clericali priuilegio gaudet: aliàs non. Ioan. And.*

g ¶ *Artem.* 1] Nota actum damnatum appellari artem. ſic vſura ars appellatur. 47. diſtinct. ſicut. 2. & cura animarum. ſupra de ætate, & qualitat. cum ſit. in princip. 39. diſtinct. Petrus. & C. de maleficis. artem. ſic etiam officium procuratoris ars nuncupatur. 5. quæſtione 3. quia epiſcopus. in fine, & magicam artem exercentes. 1. quæſt. 1. Petrus. & C. de malefic. & mathematic. l. 2. & 4. & multis aliis legibus ſequentibus. eod. titul. & coqui dicuntur habere artem. de conſecrat. diſtinct. 5. ne tales. Archidiaconus.

1 Et tales de lucris hmõi artiũ gabellam ſoluẽt. Do. Anc. tñ tex. in l. q̃ſitũ. de fund. inſtr. in fin. eſt cõtrari᷑ huic additioni. Font.

h ¶ *Ignominioſam.*] ff. de iis qui not. infam. l. 2. §. ignominioſe. & §. fi. cum ergo talibus ignominioſis artibus clerici intendere non debeant, & mimis, ioculatoribus, & hiſtrionibus. ſupra eo. clerici. j. reſpon. [34. diſtinct. presbyteri. de conſec. diſtin. 5. non oportet. 1. C. de epiſc. & cler. Authen. interdicimus. ſecundum Archid. Ioan. Andr.] Multominus ea exercere debent. ad hoc 44. diſtinct. non liceat. vbi dicitur, quòd non licet clerico tabernam ingredi: multominus tenere 2. vilitas ergo vitæ tales non patitur priuilegio gaudere. C. de adult. quæ adulterium. in fine. ſ. de apoſtat. c. 1. 46. diſtinct. clericum ſcurrilem. ne cler. vel monac. c. 2.

2 Qualiter hoc poſſit p̃cedere, vide late hic per Phil. Fran.

i ¶ *Breuiori.*] Nota infra annum dici breue tempus: poſt annum longum, vel vetus. ad hoc 35. q. 8. c. 1. vbi de hoc. & ſupra de ver. ſig. quid per nouale.

k ¶ *Moniti.*] hoc de veteri iure: ſed per quem monebuntur? Dic, quòd per ſuum prælatum vel indicem, vt ſ. de ſen. exc. in audientia. ibi, ſi à prælatis ſuis, &c. & c. contingit. ſecunda ibi, ſi à tertio.

l ¶ *Careant.*] repete, ipſo iure.

m ¶ *Omni.*] hoc dicit: quia multiplex eſt clericorum priuilegium. quod dic, vt dixi ſupra eodem libr. de bigam. altercationis, vbi idem eſt verbum.

Additio. Vnde non tenent immunitatem canonis: licet etiam ſint in ſacris. ſecundum Archidiac. alleg. quòd littera indiſtincte loquitur, & quòd illi plus peccant. 5. quæſt. 6. presbyteri. 40. diſtinct. homo. de iureiurando. cum quidam. Sed Ioan. Monach. hic contra, dicens conſtitutos in ſacris non perdere priuilegium, licet plus peccent: non enim deſinunt eſſe clerici, & clericaliter viuere tenentur propter caracterem impreſſum. alleg. ſupra qui cler. vel vouen. c. 1. & 2. & ſupra de cleric. coniug. ſane. 2. prima placet. Ioan. Andr.

## DE CLERICIS coniugatis.

¶ *Dictum fuit ſ. tit. prox. de clericis & eorum vita, verum quia aliqui ſunt clerici coniugati, dubitaret aliquis, vtrum amittant priuilegia clericalia: ideo ad nos informandum Romanus Pontifex ponit rubricam de clericis coniugatis.*

Clerici

Clerici.] Prima pars reſeruat clericis cõiugatis duo priuilegia cum certa moderatione. Secũdum, ibi, *Et cum.* Secunda reliqua tollit, & etiam prædicta duo, ſi moderatio non ſeruetur, ibi, *In cæteris.*

Casus. Aliquis Titius clericus contraxit matrimonium cum quadam Bertavirgine, q̃ non fuerat corrupta, & prius nõ cõtraxerat matrimonium cum aliqua, q̃ritur, vtrũ amittat priuilegia clericalia? Rñdet q̃ ſic, exceptis duob⁹: videlicet q̃a adhuc retinet priuilegium c. ſi quis ſuadẽte. 17. q. 4. Nam ſi quis verberaret talem clericũm, manus violentas iniiciẽdo, incurreret ſnĩam excõicationis: à qua nõ poſſet abſolui niſi à Papa, ſi iniuria eſſet grauis. Item aliud priuilegiũ retinet, vt nõ poſſit conueniri coram iudice ſeculari. Sed vtrum iſta ſint vera indiſtinctè, vt quilibet clericus coniugatus gaudeat iſtis duobus priuilegiis: dum tamen cõtraxerit cum vnica & virgine? Rñdet q̃ nõ, ſed præmiſſa ſunt intelligenda, ſi iſte clericus coniugatus deferat veſtes clericales & tonſuram: nam ſi non deferret, priuaretur iſtis duobus priuilegiis, videlicet c. ſi quis ſuadente. & pro ſuis exceſſibus puniri poſſet per iudicem ſecularem. Sed quid, habemus in l. 2. C. de epiſ. & cle. & c. ſi. ſ. de vi. & ho. cle. in ant. q̃ clerici nõ debent vexari collectis, talliis, nec aliis exactionibus, & multa alia priuilegia habent, vt dicit gl. in c. vnico. ſ. de biga. Vtrũ clericus coniugatus gaudeat iſtis priuilegiis? Rñdet q̃ nõ: ẽt poſito caſu, q̃ deferat habitus clericales: ſed iſtis omnibus eſt nudatus. Et ſic clericus cõiugatus ſolum retinet duo priuilegia, ſ. priuilegium c. ſi quis ſuadente. & priuilegium ne conueniatur coram iudice ſeculari p̃ delictis. Not. q̃ clericus coniugatus amittit omnia priuilegia clericalia, exceptis duobus, de quib. in littera. No. q̃ clericus in minorib. ordinib. conſtitutus p̃t contrahere matrimonium: ſecus ſi eſſet in ſacris ordinib. poſitus. De hoc habemus rub. ſpecialem, qui cle. vel vo. ma. contrah. poſ. in ant. No. q̃ clericus coniugatus dẽt deferre habitum clericalem, qui conſiſtit in duob. ſ. in habitu & tonſura: & ſi nõ deferat, oĩa priuilegia clericalia p̃dit, ẽt iſta duo poſita in textu: nam tunc reputatur laicus, & vt laicus p̃t puniri. No. ibi, *Veſtes*: q̃ coniugatus clericus nõ ſolũ debet deferre habitum clericalem in veſte ſuperiori, ſed ẽt in inferiori, & aliis. & iſtud verum, niſi illa veſtis ſit latens, & non appareat, & in hoc ponderatur verbũ, veſtes: aliàs ſi ſit indecẽtia in veſte inferiori, cenſetur laicus, & tanq̃ laicus p̃t puniri, idõ Tholoſæ quidam clericus coniugatus eo q̃ habebat caligas bibertitas, reputatus fuit laicus: & p̃ crimine tanq̃ laicus fuit cõdemnatus: nam fuit laqueo ſuſpenſus. Not. q̃ clericus coniugatus in aliis omnib. priuilegiis reputatur laicus: ideo vt laicus vocatur ad tallias, tributa, exactiones, & alia munera, à quib. eximũtur clerici. Sed vtrum ẽt talis clericus coniugatus poſſit eſſe vicarius epĩ? Reſp. q̃ non: nam iuriſdictio eccleſiaſtica non cadit in laicum. c. 2. de iud. in ant. & iſte clericus cõiugatus, exceptis duobus priuilegiis reputatur laicus. Nota arg. à contrario ſenſu (quod eſt fortiſſimum in iure. c. cum Apoſtolica. §. pen. in gl. 1. de his quæ ſi. à præl. in ant. l. 1. ff. de of. eius cui man. eſt iur.) q̃ bigamus eſt priuatus omni priuilegio clericali, etiam iſtis duobus priuilegiis. Nota quòd tonſura hic accipitur pro clericia: nam propriè tonſura eſt illa abſciſſio capillorum, quæ eſt in parte inferiori, vt aures pateant: ſed clerica eſt abſciſſio capillorum in parte ſuperiori, & circuitus abſciſſionis illorum capillorum vocatur corona.

†vide cõcil. Tridẽ. ſeſ. 23 de refor. c. 6

†al. retinẽt.

† Vide Ale. cõſ. 8. vol. j. & Rot. deci. 202. in nouis.

## CAP. I.

Clerici [a] †, qui cũ vnicis [b] & virginibus [c] contraxerunt [d], ſi tonſurã & veſtes [e] deferant clericales, priuilegium retineãt† canonis [f] †ab Innocentio Papa ij. prędeceſſore noſtro editi in fauorem totius ordinis clericalis [g]. ¶Et cum (iuxta Pariſienſe concilium [h]) nullus clericus [i] diſtringi, aut condemnari debeat à iudice ſeculari: Præſenti declaramus [k] edicto, huiuſmodi clericos coniugatos [l] pro cõmiſſis ab eis exceſſibus vel delictis, trahi non poſſe criminaliter aut ciuiliter ad iudicium ſeculare: nec ab ipſis ſecularib. iudicib. eos debere perſonaliter, vel etiam pecuniariter (ne per vnam viam concedatur eiſdẽ iudicibus, quod per aliam denegatur [m]) vllatenus cõdemnari. ¶In cæteris [n] autem, vel niſi (vt præmittitur) tonſurã, vel† veſtes deferant clericales: etiam in præmiſſis [o] eos gaudere nolumus priuilegio clericali [p].

¶*Prima gl. ſummat: dicit vnde ſumpta, & quid declaret.*

a ¶*Clerici.*] Si clericus coniugatus ferat habitum & tonſuram, clericali priuilegio gaudet: aliàs non. Et fuit tracta de fine cuiuſdam extrauagantis, quæ incipiebat, ad quorundam. Et emanauit ad declarationem eorum, quæ not. 23. diſt. clerici. in 1. gl. & eo. ti. c. Ioannes.

b ¶*Vnicis,*] quia ſi bigami eſſent, omni priuilegio clericali exuti eſſent; nec poſſent etiam portare tonſuram. ſ. eo. lib. de bigamis. altercationis.

c ¶*Virginibus,*] ſecus ſi cum corruptis 1, vel viduis contraxiſſent, & eas cognouiſſent, vt 33. diſtinct. Valentino. & rationem quare virginitas in mulieribus requiratur quo ad hoc potius quàm in viro, quære de big. debitum. in gl. pe.

1 Etiã quas credebant virgines, vt no. 32. di. ne mo. Io. An.

¶*Gl. ſeq. arg. pro opi. recit. contrariam, quam approbat.*

d ¶*Contraxerunt.*] No. pro opi. Hug. & Hoſt. quòd mulier debeat eſſe deſponſata in virginitate, vnde ſi primo deflorauit quis mulierem, & poſtea cum illa contraxit, non videtur quòd promoueri poſſit. ad hoc 30. q. 5. qualis. vbi de hoc [in gl. 2.] & 32. diſt. nemo. Præterea carnis commiſtio conformitatem deſignat humanæ diuinæque naturæ quæ per incarnationis myſteriũ fuit in vtero virginali contracta: oportet ergo q̃ conſummatio, quæ illud deſignat, fuerit facta in vtero virginali: q̃ ſi ante illam corrupit, eſſe nõ p̃t. & bene facit ad hoc 33. diſt. maritum. ſed contrarium credo 2 & ſecũdũ Tan. & Goff. debitũ. de qui hoc not. in ſum. biga. & Sic. huius tit. de biga. §. ibi. & in c. ſa item quid ſi quis. Li ne. j. de cle. cet Ber. contrarium coniu. vide no. de cle. coniu. ſa- Thol. deciſ. ne 3. Bar. Brix. in q. q. 119. Font. dominicali, quæ in- †Aliâs, &. cipit: quis cognouit virginem. Ber. ſ. de biga. debitum. in gl. vlt. tum quia non diuiſit carnem ſuam in plures, vt ibi: tum quia ſequens matrimonium fingitur præceſſiſſe, vt ſ. qui fil. ſint leg. tanta.

2 Et bñ gl. c.

3 Et ibi plenius ſcripſi ſuper vl. gl. rõnes, quas inducit Hoſti. Io. An.

Additio. Quomodo hanc rationem Hoſt. impugnat, ibi dixi in gl. per hanc.

e ¶*Veſtes.*] 21. q. 4. omnis iactantia. [in tex. & gl. 1.] & per totam quæſtionem. & ſ. de vit. & hon. cler. clerici.

f ¶*Canonis.*] 17. q. 4. ſi quis ſuadente.

¶*Gl. ſeq. quærit, & ſoluit.*

g ¶*Clericalis.*] huic ergo fauori clericus renũciare nõ poteſt. de ſen. exc. contingit. j. de fo. compet. ſi diligenti. Sed nunquid talis clericus ſi habebat reſcriptum ad vacaturam antequam contraheret, mortua tali vxore, ſi poſtea vacat illa præbenda, poteſt illam petere? Terminauit Bar. Brix. in prin. quæſtionum ſuarum, q. quę incipit, quidam impetrauit. [& eſt 9. dominicalis,] q̃ non: quia contrahendo matrimonium renunciauit per ipſum factum 4, & animum depoſuit. [Quaſi diceret, habuit pro derelicto. ff. pro derel. l. 1. & vl.] Et hoc eſt verum. Nam tũc etiam perdidiſſet ius in re: multo fortius ergo ad rem, ſecundum ea quæ not. ſ. eo. c. 1. ad hoc j. de concel. præb. c. vlt. [& in cle. de reſcr. gratiæ.] Item contrahendo voluit perpetuò adhærere vxori. 32. q. 2. ſolet. ibi, & poteſt quidem. ſ. de cond. appoſ. c. vlt. & eligendo alterum de contrariis, alteri renunciauit. ſ. e. lib. de poſtu. præl. c. vnico. in fi. de elect. vt quis duas. ad hoc j. eo. c. vbi dicit: in cæteris, &c.

4 Et facto renũciat quis iuri ſuo. de iis quæ ſi. à ma. part. ca. ex ore. C. de iu. do. im. l. 2.

h ¶*Concilium.*] ſ. de fo. comp. c. 2. quod habetur pro palea. 9. q. 1. c. 2. Ioan. And.

i ¶*Clericus.*] cuiuſcunque ordinis 5. ſ. de iud. cum non ab homine, & patet in c. de quo ſit mentio ſ. de for. comp. c. nullus. Archidiaconus.

5 Etiã primę tonſurę aut ſeruitio eccleſiæ deputati. c. 2. 11. q. de Anc. Fõt.

¶*Gl. ſeq. not. opin. Ioan. approbatam, & contrariam reprobatam ob. & tripliciter ſoluit.*

k ¶*Declaramus.*] Ex hoc & ſuperioribus no. approbatam opi. Ioan. no. 23. diſt. clerici. & reprobatam opi. Bar. Brix. ibi no. qui dicebat, quòd clericus coniugatus in nullo poterat priuilegio gaudere quantumcunque in habitu & tonſura incederet: quo modo ergo reſpondebitur ad decr. ſ. e. Ioannes? Triplex eſt ſolutio: Prima eſt, quòd ex ſola delatione tonſuræ ſine habitu [ſupple, & econuerſo] non retinet priuilegium. Vel ibi cum vidua vel corrupta contraxerat, vel aliam vxorem habuerat. Vel quia hoc eſt diuinare, dic tertio & verius, quòd de alio priuilegio loquitur, & ſic concordat, vt j. e. §. in cæteris autem.

Additio. Si Ioannes (cuius opinionem glo. iſta in princ. dixit approbatam) intellexiſſet quòd gauderet omnibus priuilegiis, partim approbatur eius opinio, & partim reprobatur in §. cæteris. Triplicem ergo opi. in hoc not. & media hic approbatur, quòd in omnibus gaudeat incedens vt clericus: & hoc placuit Guil. in Spec. eo. tit. poſt prin. Secunda, quòd in nullo. Tertia, quòd in quibuſdam. Ioan. And.

l ¶*Coniugatos.*] deferentes tonſuram vel habitum, vt infra dicitur.

m ¶*Denegatur.*] j. de reg. iur. cum quid. vnà cum ſuis concor. ibi vide de hoc. Ioan. And.

n ¶*In cæteris.*] vt in priuilegio quod habent, ne vexentur exactionibus vel collectis. C. de epiſ. & cle. l. 2. ſ. de vit. & ho. cler. c. vlt. Ioan. And.

o ¶*In præmiſſis.*] priuilegio ſcilicet canonis, Innocentij, & priuilegio concilij Pariſien. Ioan. And.

p ¶*Clericali.*] & ſic intelligatur decret. ſ. eo. Ioannes.

DE CLERICIS NON RESIDENTIBVS in eccleſia, vel præbenda.

*¶Dictum fuit s̃. de clericis & eorum vita: verum quia clericis dantur ſtipendia, vt melius vacent diuinis: quæ ſtipendia dicuntur beneficia clericorum: dubitaret aliquis, vtrum clerici teneantur reſidere in ſuis beneficiis: ideo ad nos informandum ponit rubricam de clericis non reſidentibus in eccleſia vel præbenda.*

† vide cõcil. Tridẽt. ſeſ. 6 de refor. c. 1 & ſeſ. 21. c. 3. & ſeſ. 24. c. 12

# TITVLVS III.

## De clericis † non reſidentibus in eccleſia vel præbenda.

¶ Bonifacius octauus.

*¶Diſtributiones quotidianæ ſolum præſentibus, qui interſunt diuinis dari debent, conſuetudine non obſtante. Et qui aliter illas receperint, non faciunt illas ſuas: & idem de diſtributionibus, quæ dantur pro anniuerſariis defunctorum. Ioan. And.*

## CAP. VNICVM.

Consuetudinẽ [a], quæ in quibuſdam partib. inoleuit, qua canonici, & alij beneficiati ſeu clerici cathedraliũ, & aliarum collegiatarum eccleſiarum, diſtributiones [b] † quotidianas (quæ aliàs manualia [c] beneficia ſeu victualia [d] nuncupantur, & tantum reſidentibus tribuuntur) qualitercunque in ciuitatibus ſeu aliis locis (in quibus ipſæ conſiſtunt eccleſiæ) ſint præſentes [e], licet diuinis officiis non interſint, ex integro percipiunt †, ac ſi continue ipſis eccleſiis in eiſdem officiis deſeruirent, penitus improbantes [f]: Statuimus, vt diſtributiones ipſæ quotidianæ, in quibuſcunque rebus conſiſtant, canonicis ac aliis beneficiatis & clericis eccleſiarum ipſarum [g], qui eiſdem officiis in ipſis eccleſiis adfuerint [h], tribuantur iuxta eccleſiæ cuiuſlibet ordinationem [i] rationabilem iam factam, ſeu etiam faciendam. ¶Qui vero aliter de diſtributionib9 ipſis quicquam receperit (exceptis illis, quos infirmitas [k] † ſeu iuſta & rationabilis corporalis neceſſitas, aut euidens eccleſiæ vtilitas [l] excuſaret) rerum ſic receptarum dominium non acquirat, nec faciat eas ſuas [m], immo ad omnium reſtitutionem, quæ contra huiuſmodi noſtram conſtitutionem receperit [n], te-

† Aliàs, participant.

† Vide Dec. cõſ. 280. vbi late de his quotidianis diſtributionibus.

C onſuetudinẽ. Primo recitat conſuetudinem, quam reprobat: Secũdo ſtatuit, ibi, *Statuimus.* Tertio pœnam apponit, à qua duos caſus excipit, ibi, *Qui vero.* vltimo prorogat, ibi, *De diſtributionibus.*

¶Præſupponendum eſt pro intellectu iſtius c. quòd fructus præbendarum conſiſtunt in duobus, ſ. in corpore ipſi9 præbendæ: quod in aliquib. locis vocatur groſſum, puta cum præbẽdæ ſunt inter ſe diſtinctæ, quilibet canonic9 habet certas poſſeſſiones pro ſua præbẽda. Secundo conſiſtit præbenda in quotidianis diſtributionibus, quæ dantur intereſſentibus horis diuinis, & dicuntur manualia beneficia. Vlterius eſt præſupponendum, quòd iſtæ quotidianæ diſtributiones fuerunt introductæ, vt canonici melius vacarent horis diuinis, videlicet, vt ſi non amore Dei, ſaltem cupiditate pecuniæ intereſſent diuinis ſeruitiis.

Casvs. Canonici eccleſiæ cathedralis Pictauen. per longũ tps ſufficiens ad introducendum conſuetudinem (ſi aliàs eſſet rationabilis) conſueuerunt, vt canonici non ſolum intereſſentes diuinis horis, ſed ẽt abſentes haberent & perciperent quotidianas diſtributiones, ac ſi interfuiſſẽt diuinis horis: an valeat talis conſuetudo, & ſit rationabilis? Reſp. ꝙ non: nam canonici etiam ſi ſint in eodem loco, dum tñ nõ interſint horis diuinis, non debent habere quotidianas diſtributiones, quæ aliàs vocantur manualia beneficia clericorum, eo quia dantur ad manum: puta ꝙ intereſſentes Miſſæ, habebunt xij. denarios: in aliquibus eccleſiis non dantur iſtæ quotidianæ diſtributiones in pecuniis, ſed dantur in cibariis, puta pane & vino. No. primo, ꝙ quandoq; alij clerici, quã canonici recipiuntur quotidianas diſtributiones in eccleſia. Item quandoq; etiam diſtributiones dantur in aliis eccleſiis inferiorib. cathedralib. & pro his vide tex. in cle. vt hi qui. de æta. & qual. No. ſecundo, ꝙ illi dñr præſentes qui ſunt in ciuitate vel caſtro: ſed tñ tales non dicuntur intereſſentes diuinis, niſi perſonaliter interſint. Dominicus.

*¶Prima gl. ſummat, & dicit quod iure veteri hoc probetur.*

a ¶*Conſuetudinem.*] diſtributiones quotidianæ ſolum præſentibus, qui interſunt diuinis, dari debent, conſuetudine non obſtante. Et qui aliter illas receperint non faciunt illas ſuas: & idem de diſtributionibus, quę dantur pro anniuerſariis defunctorum. Et probatur huius decretalis dictum in fine per decretal. s̃. de præb. licet.

b ¶*Diſtributiones.*] s̃. de præben. licet.

d ¶*Manualia.*] vt s̃. de ver. ſig. olim.

d *Victualia.*] s̃. eod. de cætero.

e ¶*Præſentes.*] Quid enim prodeſt præſentia in loco, ex quo diuinis non adſunt propter quæ ſunt beneficia conſtituta.

f ¶*Improbantes.*] Licet igitur de cõſuetudine corpus præbendæ deberi poſſit abſentibus, qui diuinis non interſunt, s̃. de cõſt. cum omnes. ſecus in diſtributionibus quotidianis, vt hic.

† Hoc ñ aduertit Be. s̃. e. cum dilectus. in gl. 2. itẽ nec Hoſt. in c. ad liberandam. de iude. Io. An.

g ¶*Eccleſiarum ipſarum.*] cathedralium, vel collegiatarum.

h ¶*Adfuerint.*] No. ꝙ ſi quis impetrat ꝙ in abſentia percipiat prouentus ſuos ac ſi præſens eſſet, diſpenſatio hęc faciet eum reputari pro præſente, ſed non pro intereſſente diuinis officiis 1. ſed ſi præſens eſſet, & officiis non intereſſet, has diſtributiones non perciperet, vt hic: ergo nec diſpenſationis vigore perciperet. Sed ſi diceretur in gratia quòd reciperet ac ſi præſens eſſet, & diuinis officiis intereſſet, tunc ſecus ratione prædicta. Sit igitur impetrans in hoc cautus, vt ſecundum hanc formam impetret, ſi poteſt.

Additio. Non tamen memini vidiſſe talem formam ab Apoſtolica ſede manaſſe: ſi tamen daretur, tunc hr̃emus quartum caſum exceptum, ſcilicet quãdo per apoſtolicũ priuilegium illa perciperet. Exiſtens tamen in ſeruitio Papæ illas non percipit, vt not. s̃. e. cũ dilectus, fructus tamen præbẽdæ percipiunt, vt ibi. Et quis intelligatur eſſe in ſeruitio Papæ, & quid de illo qui reſidet cũ Cardinali, dixi poſt Hoſt. ſuper ver. circa nos. & ſuper gl. vlt. quod hic ponit Arc. Ioan. Andr.

i ¶ *Ordinationem.*] vt puta, ꝙ tantum detur ei qui intererit in Miſſa, & tantum ei qui intererit in matutino. & ſic de ſingulis horis.

Additio. vide quod not. in cle. vt hi qui. de æta. & qual. in gl. nota pro conſuetudine, & in clem. 1. de reliq. in fi. Io. And.

k ¶*Infirmitas.* 2] quæ à celebratione diuinorum excuſat, vt s̃. de præb. ſignificatum. aliàs clerici ad omnes tenentur, quod dic, vt s̃. de celeb. Miſſ. c. 1.

† Not. hic Dom. & Phi. ꝙ infirmitas ñ priuat ſtipẽdio debito, ſic famulus ægrotus hẽbit ſalariũ. alle. gl. in l. arborib. §. de illo. ff. de vſufr. Bar. in l. ſi cũ dotẽ. §. ſi nautẽ. ff. ſol. ma. vide deciſ. Thol. q. 359. Font. 2 vide Dñic. cõſ. j. Bonif. in cle. cupiẽtes. de pœ. & Io. Mo. in c. vlt. de verbo. ſig. lib. 6

*¶Gl. ſeq. ſignat contrarium, & ſoluit.*

l ¶*Vtilitas.*] hæc duo ſolent diſpenſationẽ inducere. s̃. de præb. expoſuiſti. Et ſignatur huic contra. s̃. eo. lib. de elect. cum non deceat. vbi illi qui proſequuntur vtilitatem eccleſiæ, diſtributiones non percipiunt. Sol. canonici non tenentur eas talibus concedere, vt ibi, tñ ſi conceſſerint, illi non tenentur ad reſtitutionem, vt hic. Alij dicunt hoc loqui in præſentibus, illud in abſentibus: vt præſentes qui proſequũtur vtilitatem eccleſiæ, diſtributiones percipiant, abſentes non, vt ibi. Primum credo.

Additio. Arch. dicit hanc loqui in eccleſiis, in quibus eſt conſuetudo, quòd abſentes iſta percipiant, quæ toleratur in caſibus hic expreſſis: contrarium in eccleſiis in quibus non eſt talis conſuetudo. Si intelligitur de abſente à diuinis, poteſt conuenire litteræ, aliàs non. Ioan. And.

*¶Gl. ſeq. ſoluit dubium, & remittit; ſecundo quærit & ſoluit.*

m ¶ *Suas.*] de his ergo non poteſt fieri eleemoſyna. quod dic, vt no. 14. q. 5. in ſum. & s̃. de deci. ex tranſmiſſa. Quid ſi illi quorum lucro prædicta cedebant, remittant, nunquid eſt canonicus abſolutus? Satis videtur, quòd ſic. Inſt. de re. di. §. per traditionem. cum hic non ſit additum remiſſionem non prodeſſe, s̃. eo. lib. de reſcr. ſtatutum. §. antep. & j. de cenſi. exigit. in fi.

Additio. Archid. dicit, ꝙ forte contrarium eſt verum: nam ex quo non poteſt illas recipere, vt hic, nullo modo ſuæ fieri poterunt, quin ad reſtitutionem teneatur, cum illas recipiat contra mentem, & prohibitionem huius conſtitutionis.

*¶ Gl. ſeq. ponit opin. quam reprobat quadruplici ratione: ſecundo quærit & ſoluit, & ſolutionem fortificat; Tertio quærit, arg. pro, & contra, & ſoluit.*

n ¶ *Receperit.*] dicunt quidam etiam in præteritum: vt ſic conſtitutio iſta præterita comprehendat, maxime cum videatur ius antiquum. s̃. de præb. licet. Sed contrarium credo. [Idem Arch.] tum ex eo quod s̃. dicit, ſtatuimus, tum ex eo quod dicit hic, contra huiuſmodi noſtram cõſtitutionem, &c. Sed qui ante hanc conſtitutionẽ recepit, contra hanc conſtitutionem non recepit, qa pęna legis ex tempore legis. 32. q. 4. dixit Sara. Præterea licet ſtatutum eſſet has diſtributiones ſolum iis qui diuinis interſunt officiis dari: non tamen erat expreſſe ſtatutũ, conſuetudinem contrariam non valere. Item nec pœna addita, quod facit conſtitutio hæc. Sed quid dices de eccleſiis, quæ non habent aliquo modo diſtinctas præbendas, ſed tantũ ſingulis diebus dãtur cuilibet pro victu tot libræ panis, tot menſuræ vini, & ſic de ſingulis? Credo quòd de illis non loquitur

decret

decret.cum illę potius ſint præbendę, quàm diſtributiones, aliàs eſſet canonia ſine præbenda in talibus eccleſiis: quòd eſſe nō debet 1. 1.q.3.ſi quis obiecerit.ſ̃.de præb.relatum. Et hoc optime probat iudicio meo decr.ſ̃.de ver.ſi.olim. certū enim eſt, quòd quotidianæ diſtributiones non dantur abſentibus, etiam in theologia ſtudentibus, vel priuilegiatis, vt in prædicta decre.licet. & tamen in talibus eccleſiis dantur tales priuilegiatis abſentibus, vt in prędicta decr. olim. qui verus eſt decr. intellectus, aliàs nulla eſſet ibi decr. ratio, niſi quia ita placuit Papæ. Et ad hoc facit quod no.Ber. in præd.decret. licet. de præb. plus dico quòd in eccleſiis in quibus ſunt diſtinctæ præbendæ, & poſtea eſt menſa communis groſſa, & poſtea diſtributiones, ſolum in his diſtributionibus, & non in illa mēſa groſſa locum habeat hæc decr. & ita fuit conſultum in eccleſia Bonon. Et hoc ſonat verbū quotidianæ. & ſ̃.dū dixit, quæ tantum reſidentib.&c.[Hoc ergo tenendum, ꝙ priuilegiati ſuper percipiendis fructibus (vt nunc ſtudentes Bononiæ, virtute priuilegij, quod facit illos cenſeri reſidentes) totum illud percipient, quod perciperent in eccleſia reſidendo, nō intereſſendo horis, & facit quod no.ſ̃.in gl.no.quòd.] Sed quid dices, ordinatio eſt in eccleſia, qui vadit ad talem horam tantum habebit, &c. vadit canonicus ad horam principaliter pro denario 2 nunquid ſimoniam committit? Videtur quòd ſic, arg. de ſim.ſuam nobis.& c.ſicut pro certo. Contra.ſ̃.de præb.ſignificatum. Sol.dic ſecundum Hoſt.qui hoc no.ſ̃.de ver.ſig.olim.quòd tales nō committunt veram ſimoniam: cum nulla expreſſa pactio intercedat, peccant tamen grauiter & mentalem ſimoniam committunt, & per pœnitentiam ſatisfaciunt.ſ̃.de ſimon.tua nos.& c.vlt.

a ¶ *Idem.*] ſcilicet quòd hi, qui non interſunt, nil habeant, & conſuetudo contraria non valeat, & recipientes ſine iuſta cauſa ad reſtitutionem teneantur.

1 Vñ dt Arc. ſecūdū Bonagui.curiā tenere, ꝙ literæ impetratæ ſuper habēdis diſtributiōib. ñ extēdūtur ad illas. I. A.

† in vetuſtiorib.cod.cōſtanter legitur, Clemēs quartus.

† al. per quę

2 De hac q. videB. Tho. quodlibeto 8.q.6. Deci. in c.ex parte. j. de off. del. & Summiſtas verb. ſimonia.

neatur. ¶De diſtributionibus etiam pro defunctorum anniuerſariis largiendis, idem [a] decernimus obſeruandum.

## TITVLVS IIII.

### De præbendis & dignitatibus.

¶Clemens tertius, aliàs quartus †.

*¶ Ad præſentationem religioſorum etiam exemptorum, non debent in eccleſiis ipſorum rectores inſtitui, niſi primo tantum eiſdem aſſignetur, vnde incumbentia onera ſubire poſſint, & congrue ſuſtentari: nec valet contraria conſuetudo. Io. And.*

### CAP. I.

SVſcepti regiminis [b] nos cura ſolicitat, vt vtilitatibus ſubiectorum in illis præcipue, per † quas animarum [c] ſaluti conſulitur, nunc nouorum editione iurium, nunc antiquorum innouatione [d] ſolicite prouidere curemus. ¶ Sane fuit olim per ſedem Apoſtolicam prouide conſtitutum, vt diœceſani locorum ad præſentationem religioſorum [e] nullum ad aliquam eccleſiam recipiant, niſi tantum ei de prouentibus ipſius eccleſiæ coram eis fuerit aſſignatum [f], vnde iura epiſcopalia poſſint ſoluere [g], & congruā ſuſtētationem habere. ¶ Verum (ſicut nobis querela multorum frequens inſinuat) religioſi exempti [h] de prouentibus parochialium eccleſiarum, in quibus ius obtinent patronatus, ſeu rectorum præſentatio pertinet ad eoſdem, tantum percipiunt annuatim, quòd rectores eccleſiarum ipſarum non poſſunt de reſiduo commode ſuſtentari [i], & epiſcopalia iura perſoluere,

DE PRAEBENDIS ET DIGNITATIBVS.

Cōtinuatio dom.Helię. *¶ Dictum fuit ſ̃.de clericis, & eorum vita: verum quia præbendæ & dignitates & alia ſtipendia dantur clericis, vt melius vacent diuinis ſeruitiis, dubitaret aliquis de huiuſmodi præbendis & dignitatibus, ideo annectitur rub.de præben.& dignitatibus.*

S*Vſcepti.*] Diuiditur in quatuor partes. Secūda, ibi, *Sane*. Tertia, ibi, *Verū*. Quarta, ibi, *Nos itaq;*. Io. An. CASVS. Dicitur in c.de monachis.ſ̃.e.quòd religioſi habentes aliquas eccleſias parochiales, puta ex donatione epiſcopi cum cōſenſu ſui capituli, poſſunt ad illas præſentare perſonas idoneas, & tenentur ipſi religioſi aſſignare dictis perſonis, quas ad eccleſias illas præſentant congruam portionem vnde poſſint ſuſtentari, & onera eccleſiis incumbentia ſupportare, & hoſpitalitatem tenere, & iura epiſcopalia ſoluere, qui religioſi ſi nolint iſta facere, poterit epiſcopus loci tales religioſos ad hoc cōpellere. Sed quid, vtrum illud c.de monachis. ſit verum indiſtincte, etiam ſi illi religioſi ſint exempti, & ſubſint immediate eccleſię Romanę? Reſp. quòd ſic, & hoc vt poſſint reperiri perſonæ idoneæ, quæ ad illas eccleſias valeant aſſumi pro ſeruiendo in diuinis: nec valet contraria conſuetudo. Nota primo, quòd prelatus ſuperior ex neceſſitate ſui officij tenetur prouidere neceſſitatibus ſuorum ſubditorum: nā ſibi ſunt aſſignati redditus, vt liberius vacet vtilitatibus ſuorum ſubditorum. Nota quòd differentia eſt inter recipere præſentatum, & admittere. Hoc colligit Dominicus de S.Geminiano ibi, nullum recipiant, & ex hoc deciditur quæſtio in facto: Nam quidam patronus præſentauit quendam clericum ad aliquam eccleſiam: & rogauit epiſcopum vt illum admitteret; Reſpondet epiſcopus, & bene, notarius vero in inſtrumento ſuo poſuit qualiter epiſcopus talem inſtituerat, vtrum notarius commiſerit crimen falſi? Videtur quòd ſic, quia ſi verbum, admittere, non ſit idem quòd recipere, talis eſt falſarius: ſi autem admittere ſit idem quod recipere, non eſt falſarius, cum recipere ſit idem quòd inſtituere. Dicendum quòd aliud eſt admittere, aliud recipere: & ſic verbum, bene, quod reſpōdit epiſcopus, ſolum operabatur approbationē perſonæ p̄ſentatæ, non antē inſtitutionem, & ideo inſtrumentum illud eſt falſum. No. principalem effectum huius cap. quòd diœceſanus nō tenetur aliquem inſtituere, immo, nec admittere ad præſentationem religioſorū, niſi prius fuerit aſſignata certa portio perſonæ præſentatæ, vnde viuere & ſuſtētari poſſit, ſoluere epiſcopalia iura, & tenere hoſpitalitatem: tamen communiter religioſi ſuſtinent onera, & aſſignant præſentato certam portionem pro victu & veſtitu. clem. 1.j̃.de iu.pat. in cle. Nota quòd epiſcopus non tenetur recipere præſentatū, niſi prius facta aſſignatione congruæ portionis. Quid ſi religioſi nolint aſſignare portionem? Dicendum quòd epiſcopus poterit illos compellere ad aſſignandum congruam portionem, vt d.clem.1.etiam ſi ſint religioſi exempti. & in hoc religioſus exemptus ſubeſt iuriſdictioni epiſcopi, quod verum eſt, dummodo illa eccleſia & populus ſint ſub poteſtate epiſcopi. Nota quòd ratione paupertatis eccleſia quandoque confertur non idoneo. facit c.extirpandæ.ſ̃.e.cum ſi. Nota finaliter caſum in quo exempti ſubiiciuntur ordinariis. alios caſus vide enumeratos per gl.in clem.2.de pœnis.

*¶Prima gl.ſummat & diuidit.*

b ¶ *Suſcepti regiminis.*] Ad præſentationem religioſorum etiam exemptorum non debent in eccleſiis ipſorū rectores inſtitui, niſi primo tantum eiſdem aſſignetur, vnde incumbentia onera ſubire poſſint, & cōgrue ſuſtentari, nec valet contraria conſuetudo. Et diuide in quatuor partes: in prima arengat: in ſecūda antiquam conſtitutionē recitat: in tertia ipſius tranſgreſſionem. in quarta ponit renouationem, & extenſionem ipſius, & contrariam conſuetudinem damnat.

c ¶ *Animarum.*] ſ̃.eo.lib.de conſt.c.2.j̃.de ſepult.c.1.

d ¶ *Innouatione.*] nunc antiquorum declaratione.ſ̃.in proœ. huius libri ad finem exordij.

e ¶ *Religioſorū.*] de monachis ſtatutū fuerat.ſ̃.e.de monachis. de aliis religioſis eadem ratione idem dicemus, per decr.ſ̃.eo. auaritiæ.& c.in Lateranen.

f ¶ *Aſſignatum.*] quod per eos augeri vel diminui non poterit: dicit Arch.ſupra eod.auaritiæ. & habent circa hæc prouidere diœceſani etiam quo ad exemptos, vt in cle.de ſup.neg.præl. quia regulares.

g ¶ *Soluere.*] hoſpitalitatem tenere, vt in præd.decr.de monachis. & dic, vt ibi. & 21.q.1.c.1.& 16.q.1.quoniam quicquid.

h ¶ *Exempti.*] eccleſia tamen cum populo non erat ibi exempta. 3 aliàs non intromitteret ſe epiſcopus.ſupra de priuile. quoniam.& de ſup.neg.præl.ſicut. hodie ſecus: vt in clem.eo. tit.quia regulares. 3 Idē Io.Mo. & Arc.

*¶Gl.ſeq.exponit.ponit opin.& declarationes iuris noui.*

i ¶ *Suſtentari.*] forte dimittebant quartam quartæ, id eſt, ſextamdecimam decimarum.ſ̃.eo.tit.extirpandæ.in princ. nolebant quòd eis generarentur podagræ. de conſecra.diſt.5.legimus quoſdam. Notauerunt autem Tan.& Goffr.& Ber.ſupra eod.de monachis.quòd ſi monachi hanc portionem aſſignare nollent, elapſis ſex menſibus epiſcopus ordinaret eccleſiam. all.decret.de ſup.neg.præl.in ant.ſicut. Idem notauerunt Inn. & Hoſt. Sed Arch.hic reprehendit: dicens quòd decr.ſicut.loquitur de defectu perſonę præſentatæ, non de defectu rerum, de quo loquimur hic. Dicit ergo quòd hoc caſu epiſcopus non

ordinabit,ſed coget illos ad portionem aſſignandam. Dic vt ĩ.dicam in additione. Hodie diœceſanus ad hanc aſſignationem faciendam ſtatuet eis terminum, infra quem ſi non fiat, præſentatum admittet:& poſtea faciet hanc aſſignationem:in qua taxam in pluri vel minori non debet excedere. quod dic vt in cle.de iu.pa.vt conſtitutio.

a ¶ *Onera.*] hoſpitũ receptionis nuntiorum Apoſtol.ſedis, & ſimil.

b ¶*Animarum.*] quarum regimen eſt ars artium. ſ̃.de ætat.& qual.cum ſit.in ant. eſt enim anima pretioſior corpore. 12. q.1.præcipimus. Io. Andr.

c ¶ *Alios.*] clericos intelligo 1: quia laici nihil percipiunt. ſ̃.in ant. de iu. patr. præterea. & ſic etiã intelligitur ſ̃.e.ti.extirpandæ.in princ. Additio. Intellige clericos patronos: ſcilicet de quib. hic loquitur ſecundum Arc.per decr.ſtatim alleg.hic autem intelligit de habentibus ius inſtituendi. ſed ſalua pace non adaptatur litteræ,niſi dicatur per eos fieri præſentatio ſolũ ad curam populi de iam inſtituto per ipſos ad regimen Eccleſiæ; vt ſcripſi de præb.de monachis. ſuper ſi.2.gl.Io.An.

1 Not.Dom. ꝙ dictio alius nõ includit diuerſa. vid Fel. in c.ſedes.de reſc. in ant.Font. † alios caſus qb⁹ exẽpti ſubſunt ordinariis,vid ĩ.eo.c.2. de pœn. & re. ꝑ gl. ibi Ph. Font.

2 Vide Gonzalez in reg. 8. Cancellariæ § 7. proœmial. n. 76.

d ¶ *Conſuetudine.*] cum enim animab. ſit periculoſa, vt ſ̃. probatum eſt, ergo extirpanda.ſ̃.e.ti.extirpandæ. de conſuet.in ant.c.vlt.& de hoc ibi plene.Io.And.

Licet.] Dicit Clericus, quòd ſecundo anno Pontificatus Clementis emanauit hoc c. & ſimul cum hac decr.legere ſoleo decre.ſequentem,& decr.ſi Apoſtolica. quæ hanc reſtringunt,& decre.præſenti.quæ hanc exponit, vt patet in gl. Io.And. Facit tria:Primo recitat antiquam conſuetudinem:Secũdo ibi,*Nos itaque.* illam approbat & inhibet:Tertio ibi,*Nos enim.*decernit.Ioan.And.

Casvs. Titius tenens beneficium canonice, quod ſpectat ad collationem epiſcopi Pictauen.mortuus eſt in curia Romana: epiſcopus Pictauen,ad quem ſpectabat collatio huius bñficij, ſciuit iſtam vacationem : quia forte erat in curia, vtrum poterit cõferre iſtud beneficium ac ſi vacaſſet extra curiam? Reſp. quòd non:&dicit quòd licet prouiſio quorumcunque beneficiorum ſpectet ad Papam:ſpecialius tamen antiqua conſuetudo voluit ad ipſum ſpectare collationem beneficiorum vacantium in curia:quam cõſuetudinem approbat hic Papa,& conſtituit vt nullus talia beneficia vacantia in curia audeat conferre.Et iſtud verum, dummodo Papa conferat infra menſem: quo elapſo poterunt epiſcopi ad quos ſpectat electio, conferre per ſe vel per vicarios ſuos generales in ſpiritualib.& temporalibus in ſua diœceſi dimiſſos.Tamen ſi Papa inuenit illud beneficium vacans,etiam elapſo menſe poterit cõferre:ſi non fuerit facta collatio per epiſcopum,vel ſuum vicarium dimiſſum in partibus. Hoc dicit præſens c. Nota primo,quòd Papa habet plenam diſpoſitionem beneficiorum in quacunque parte orbis ſitorum:nam ipſe fuit vocatus in plenitudinem poteſtatis,vt ipſe concurrat cum omnibus aliis prælatis:ideo inter ipſos eſt locus præuentioni. Nota quòd beneficia vacantia in curia ſunt reſeruata diſpoſitioni Papæ.Nota vlterius quòd ius commune poteſt diſponere illud quod antea diſponebat conſuetudo, & ſic de conſuetudine fit ius commune : vnde Papa ponderat hic conſuetudinem ad ſe excuſandum ; videlicet ne videretur ordinariis collatoribus, quòd eſſet cauſa auferendi ab eis collationem iſtorum beneficiorum:tamen ceſſante conſuetudine iſtud idem potuiſſet ordinare. Nota caſum in quo beneficium debet cõferri per Papam infra menſem, aliàs perdit qualitatẽ collationis:Nã ante nullus alius poterit conferre niſi Papa, poſt menſem vero alij concurrunt cum Papa, & eſt locus præuentioni. Nota quòd iſte menſis currit à die vacationis,nec computatur dies vacationis : & ideo iſtud non ſtatuitur in odium negligentiæ Papæ, quia tunc non curret menſis iſte niſi à die notitiæ,ſed ſtatuitur iſtud tempus in fauorem eccleſiarum, ne diu maneant ſine prælato : ideo currit iſte menſis, à die vacationis, vt dictũ eſt: ſecus in aliis temporibus relictis cæteris prælatis ĩ odium negligentię eorum: quia illud tempus currit à die notitiæ ipſorum.

ac alia incumbentia eis onera [a] ſupportare:propter quod ſæpe contingit, quòd non inueniuntur perſonæ idoneæ,quæ huiuſmodi eccleſias velint recipere: ſicque frequenter minus idoneis conferuntur, ex quo pericula imminent animarum [b].

¶Nos itaq; volentes ſuper hoc ſalubre remedium adhiberi: Præſenti decreto ſtatuimus & mandamus,cõſtitutionem huiuſmodi quo ad omnes patronos † eccleſiarũ religioſos tam exemptos, quàm non exemptos,& alios [c] inuiolabiliter obſeruari,conſuetudine [d] contraria non obſtante,

¶ Idem.

*¶ Beneficia vacantia in curia alius quàm Papa conferre non poteſt : quod ſi fecerit, irrita eſt collatio.Ioan.And.*

2 CAP. II.

Licet eccleſiarum [e], perſonatuum, dignatum [f], aliorumque beneficiorum eccleſiaſticorum plenaria diſpoſitio ad Romanũ noſcatur Pontificem pertinere [g], ita quòd nõ ſolum ipſa cum vacant poteſt de iure conferre, verum † etiam ius in ipſis tribuere vacaturis [h] : collationem tamen eccleſiarum, perſonatuum, dignitatum & beneficiorum apud ſedem [i] Apoſtolicam vacantium, ſpecialius cæteris antiqua conſuetudo [k] †Romanis Pontificibus reſeruauit.¶Nos itaque laudabilem reputantes huiuſmodi conſuetudinem, & eam auctoritate Apoſtolica approbantes, ac nihilominus volentes ipſam inuiolabiliter obſeruari : eadem auctoritate ſtatuimus [l], vt eccleſias, dignitates, perſonatus & beneficia,quę apud ſedem [m] ipſam deinceps vacare [n] contigerit,aliquis pręter Romanum Pontificem quacunque ſuper hoc ſit auctoritate munit⁹, ſiue iure ordinariæ poteſtatis ipſorum electio, prouiſio ſeu collatio [o] ad eum pertineat, ſiue litteras ſuper aliquorum prouiſione generales vel etiam ſpeciales ſub quacunque forma† verborum receperit, (niſi ei ſit ſuper conferẽdis eiſdem in curia Romana vacantibus ſpecialis

† al. ita,verũ etiã ius ad ea tribuere vacatura.

¶ *Prima gl.ſummat.*

e ¶*Licet eccleſiarũ.*] Beneficia vacantia in curia alius quàm Papa conferre non poteſt:quòd ſi fecerit,irrita ẽ collatio.

¶*Gloſſ.ſeq.quærit & ſoluit.*

f ¶ *Dignitatum.*] q̃d de epiſcopatib.nunquid comprehẽduntur hac conſtitutione?[Cleri.Py.ĩ.cap. proxi. tenuit quòd ſic propter verbum, eccleſias, quòd hic ponitur quod cathedrales comprehendit. ſ̃.de ver.ſi. cum clerici.Io.An.]Satis videtur quòd non: quia ea quæ ſpeciali nota ſunt digna, niſi ſpecialiter notentur, neglecta intelliguntur.ff.de iniu.item apud.§.hoc edictum.ĩ.eod.titu. quamuis. ĩ.de ſent. exc. quia periculoſum.cum ſi. & facit ſ̃.de proc.c.vlt.&quod ibi dixi ſ̃.de fil.presb.c.1.Eſt enim non dignitas,ſed dignitatum culmen. ſ̃.eod.venerabilis. & c.cum olim.& hoc ſeruat curia 2, quæ reſeruationes in his cum vacant facere conſueuit:quod etiam interdum in abbatiis facit, vt ſic per iſtam comprehendantur ſolum prouiſa per concilium Lateraneñ. non per generale. ſ̃.de elect.ne pro defectu. ad hoc ſ̃.de conceſ.præb.dilectus.

Additio. No.Io.Mo.ĩ.de hær.inquiſitores.quòd declarari vidit appellatione dignitatis abbatiam non contineri. facit 16. q.7.ſi quis deinceps. Et ſecundum hoc dicit Arc.idem de prioratibus per quos principaliter reguntur monaſteria:ſicut ſunt prioratus de Boſco, & ſancti Ioannis in monte, in quibus eadem eſt ratio, nec per variationem nominis ius immutatur: ſed quantum percipio curia hoc non recepit.Ioan.And.

† Quæ facit ne Papæ noceat ordinarij ꝓuentio, vñ inferunt Dom.&Pe. de An.conſuetudinẽ fortificare ius cõe:& hæc fortificatio ſumit ſibi nomẽ à cõſuetudine, ñ à iure cõi, ꝑ l. ius ciuile. ff. de iuſt.& iu.& hic.Font.

† Procedit ẽt ſi hẽatur clauſula,nõ obſtante, ꝙ oporteret expſsã mentionẽ de verbo adverbũ fieri in lrĩs Apoſtolicis Pe. de Anc. Dom.&Philip.Font.

2 Facit cle.d̃ ren. c. vno. &d̃t Gar. ĩ. c.ꝓx.hoc ꝓbari ꝑ lrãm ibi, conferre valeãt.de ep̃atib⁹ eñ ñ ſic loqueretur, & d̃t Nic. iij. ſic interꝑtatus eſt in eccleſia Bracharen.Io.An.

g ¶ *Pertinere.*] 32. diſt.omnes. & vide quod dixi ſ̃.eod,lib. de elect, quamquam.Ioan.And.

h ¶*Vacaturis.*] quod alius non poteſt,vt ſ̃.de conceſ.præb.c.2. etiam legatus de latere Papæ,vt ſ̃.eo.tit.dilectus filius T.

i ¶ *Apud ſedem.*] quæ dicantur apud ſedem ipſam vacare,dicetur ĩ.eod.præſenti.

k ¶ *Conſuetudo.*] patet ex facto.ſ̃.de acc.accedens.

l ¶ *Statuimus.*] fit ergo de ſpeciali conſuetudine ius commune.ſic ſ̃. de clan.deſpon.cum inhibitio.&eſt ſi.de fideiuſ.quod quibuſdam.de priuil.quòd nonnullis.Allegatur tamen Romanæ eccleſiæ conſuetudo pro iure in ant.ſ̃.de conſti.ex litteris.

m ¶ *Sedem ipſam.*] non vacantem,aliàs parochiales eccleſiæ conferuntur per illos ad quos collatio pertinet:quod dic vt ĩ. eo.ſi Apoſtolica.

n ¶ *Vacare.*] an beneficium dicatur in curia vacare cum duobus ibi ſuper eo ſibi collato litigantibus alter moritur, vel vterque?Dic vt in clem.vt lit.pen.ſi duobus.

¶*Gl.ſeq.tractat quid de præſentatione.*

o ¶ *Collatio.*] nihil dixit de præſentatione:vnde ſæpius reperitur receptum in curia 3 Papam per hoc non conferre beneficia, quæ pertinent ad præſentationem laicorum. Sed eadem ratione non conferret quę pertinent ad pręſentationem eccleſiarum,vel monaſteriorum,vel monachorum, ſ̃.c.proxi. pro hac parte facit ĩ.e.tit.cum in illis.§.cum autem.ad hoc ſ̃.

3 Idẽ Io.Mo. d̃t tñ Arc.ꝙ Papa illa reſeruare potuiſſet,ſi voluiſſet.I.A.

de iu.pat.cum dilectus. Sed per litteram quæ ſupra dicit,quacunq; auctoritate:& per id quod dicit,prouiſio.[Et quia præſentatio Patroni clerici habet vim electionis, vt no.Inn.de iu. patronat.cum autem.ſecundum Archidiacon.] ſatis videntur comprehendi prædicta.

Additio. Comprehenduntur etiam illa quæ poſſent laici conferre ex priuilegio Papali: ſecundum Arch.

a ¶ *Expreſſa.*] Nota vnum caſum,in quo vacat præbenda in eccleſia, & ille ad quem ſpectat prima vacatura, non conſequitur illam. alium habes j.de rerum perm.c.vnico.

Additio. Adde qđ no.j.e.quia ſæpe.in vlt.gl.Ioan.And.

b ¶ *Conferre.*] infra menſem à die vacationis numerādum: qa poſt illū poſſunt ea conferre, quod dic vt j.c.prox.

†Vide extra uag.Bonifa. viij.inci.Pię ſollicitudinis,hr inter cōes tit. de pb.& dig.

STatutum.] Ponit conſtitutionem Clementis,cuius moderationem ſubdit ibi, *vt ij.* quā poſtea reſtringit ibi, *Tantummodo.* Dominicus.

& expreſſa [a] ab ipſo Pontifice ſummo auctoritas attributa) conferre [b] alicui,ſeu aliquibus non præſumat. ¶Nos enim ſi ſecus actum ſeu attentatum fuerit, decernimus irritum & inane.

¶Gregorius decimus in concilio generali Lugdunenſi.

¶ *Si Papa beneficia vacantia in curia non conferat infra menſem à die vacationis, illi ad quos collatio pertinebat, poterunt illa conferre. Ioan. And.*

## CAP. III.

STatutum [c] †felicis [d] recordationis Clementis Papæ prædeceſſoris noſtri de dignitatibus,& beneficiis in curia [e] Romana vacantibus nequaquam per alium,quàm per Romanum Pontificem conferendis, decernimus taliter moderandum [f]. ¶Vt ij,ad quos eorundem beneficiorum & dignitatum ſpectat collatio† (ſtatuto non obſtante prædicto) demum poſt menſem [g] à die quo dignitates ſeu beneficia ipſa vacauerint numerandum [h], ea conferre valeant tantummodo per ſcipſos [i], vel (ipſis agentibus in remotis [k]) per ſuos vicarios generales in eorum diœceſibus exiſtentes, quibus id canonice [l] ſit commiſſum.

¶Bonifacius octauus.

¶ *In beneficiis, vel in impetrationibus ad beneficia per prouiſionem vſque ad certam ſummam penſio non debetur. Per eccleſias ciuitatis vel diœceſis non comprehenditur cathedralis: Sed per eccleſias prouinciæ metropolitana & cathedrales reliquæ includuntur. Ioan. And.*

Casus. Pro intellectu huius c.præſupponēdum eſt illud quod habetur in c,præcedenti, videlicet, quòd eccleſiæ, dignitates, perſonatus,& beneficia quando vacant in curia,conferri non poſſunt per alium,quàm per Romanum Pontificem. Hoc præmiſſo dicit c.præſens, quòd ſi Romanus Pontifex beneficia in curia vacantia infra menſem à tempore vacationis numerandum,non conferat, illi prælati ad quos huiuſmodi beneficiorum collatio ſpectat, menſe elapſo illa conferre poterunt ſtatuto Clementis j. c.immediate proximo nō obſtante,dummodo ipſi collatores per ſeipſos illorum collationem faciant. Sed quid ſi ipſi à ſuis diœceſibus ſint remoti, quis tunc conferet? Reſpondetur, quòd eorum vicarij generales qui erunt in ipſis diœceſibus collationem facere poterunt,dummodo habeant ſpeciale mandatum beneficia conferendi. Nota primo, quòd appellatione Romanæ curiæ venit ſedes Apoſtolica:hic enim dicit,in curia Romana.& ſ.c,prox,dixerat, apud ſedē Apoſtolicam. Nota ſecundo,quòd iſta decret.modificat c.præcedens. Sed quæſtio eſt an habeat locum in beneficiis electiuis? Vr ꝙ nō:qa tex,dicit,collatio:ſed collatio & electio diuerſa ſunt,vt c.cum in illis.j.e. appellatione igitur vnius alterum non comprehenditur. Aliqui iſta ratione moti, tenent iſtam partem. Dominicus tamen tenet contrarium; quia iſtud c, venit ad limitationem præcedentis:ergo debet habere locum in illis,in quibus c.ſ. proximum. Sed præcedens c.habet locum in electiuis, vt patuit ibi, electio, prouiſio,ſeu collatio; igitur iſtud in illis locum habere debet. Nota finaliter effectum huius c.ꝙ niſi Papa prouiderit infra menſem de beneficio in curia vacante: tunc ordinarius poterit conferre. & ex hoc elice quatuor ſpecialia,quæ hic ponit gl.eſt ergo expreſſum,&c.

¶*Prima gl.ſummat.*

c ¶*Statutum.*] Si Papa beneficia vacantia in curia non conferat infra menſem à die vacationis, illi ad quos collatio pertinebat,poterunt illa conferre.

d ¶ *Statutnm felicis.*] ſupra c.proximo.

e ¶ *In curia.*] & ſic idem eſt dicere in curia, quod apud ſedem Apoſtolicam,vt ſ.c.prox.& quando ibi vacare dicantur, videbis.j.c.præſenti.

f ¶ *Moderandum.*] hoc arctationem reſpicit,non augmentum. ſ.de verb.ſig.c.vlt.

Additio. Interdum ponitur pro gubernatione:vt ibi dixi ſuper gl.pen.Ioan.And.

g ¶ *Menſem.*] De huiuſmodi computatione dicitur ſ.e.lib.de elect.quàm ſit.

¶*Gl.ſeq.alleg.contrarium, & op, ad illud ponit opin.contrariam, quam approbat:& reſpondet ad contrarium: ſecundo tractat an tempus currat ſede vacante:tertio notat quatuor ſpecialia.*

h ¶ *Numerandum.*] eſt ergo expreſſum iſtud tempus non à tempore ſcientiæ,ſed vacationis currere; licet videatur cōtra. ſ.de conceſ.præb.quia diuerſitatem.ad fi.ſ.de ſupp.neg.præl. licet.is enim qui neſcit poteſtatem experiendi non habet,2.q. 6.biduum.ff.de cal.l.annus.&hoc tenuit hic Gul.Sed contrarium credo ſecundum [1] Gar.quia hoc ſtatutum fuit in fauorem eccleſiarum,ne contingeret beneficia diu vacare,non autem in odium ſummi Pontificis negligentis:quia tūc non niſi à tpe ſcientiæ curreret præſcriptio, vt in contrariis. Item per hanc reditur ad ius cōe: extendenda eſt igitur, vt de facili ad ſuam naturā redeat. 35. diſt. ab exordio. ff.de pactis. ſi vnus. ꝑſertim, vbi ſtatuēs cōtra ſe ſtatuit:aliàs enim quare non ſic expreſſiſſet à tēpore ſcientiæ. de deci. ad audiētiā. ad hoc j.de re.iu.contra eū qui. Vnū ſcias,licet iſtud tempus currat ignoranti,non tū ſedi vacanti [2], quod ſatis probatur.j.e.ſi Apoſtolica. ſi enim ibi ſpecialis eſt caſus:ergo ipſius contrarium eſt regulare. & eſt ratio: quia hoc reperimus expreſsū:ſed illud nō. Et ſic not. ſpecialia in hoc caſu: Primū, ꝙ cum in aliis detur maius tꝑs:de conc. præb. c.2. hic datur ſolū menſis. Secundum, ꝙ iſtud tēpus currit ignorāti. Tertium,ꝙ nō fit computatio de momēto ad momētum:ſed dies vacationis nō cōputatur in menſe [3]. vt hic patet,dum dicit,à die,&c.& ſi.ſ.de except.pia.de reſt.ſpol.frequens.Et cle.ſicut appellationē.de ap.& vide quod dixi ſ.e.lib.de elect,prouida. in gl.pe. Quartum ꝙ cū aliàs cōiter ptās deferatur ad ſuperiorem,hic redit ad inferiorē:& hoc facit impoſſibilitas caſus,ad hoc ſ.de elect.licet.in fi.& ſ.e.lib.& eo.ti.indemnitatib,in fi.

Additio. Tenuit Gul.tꝑs iſtud de quo fit mētio in prin.huius gl.currere à tempore ſciētiæ:qui etiam dicebat,ꝙ nouo Papæ currebat à tempore electionis vel immutationis, non à tempore coronationis,cum ex electione competat illi plena iuriſdictio.ſ.de elect.licet.& de facto patet,ꝙ ante coronationem beneficia confert,&quandoque ſi non vult conferre,reſeruat. Et quomodo ſcribat ante coronationem, & qualem bullam det,no.in fi.huius libri ſuper data.Ioan.And.

¶*Gl.ſeq.dicit quid dedit cauſam conſtitutioni,ſecundo quærit,& ſoluit.*

i ¶ *Per ſeipſos.*] habebant epi ante conſtitutionem Clementis procuratores in curia.qui ſtatim cum vacabāt beneficia, conferebant illa, & ſic præueniebant Papam:vñ motus Clemens promulgauit cōſtitutionem.ſ.c.prox.demum Gregorius quia multum præiudicialis erat conſtitutio illa [4], in concilio Lugduneñ.moderatus eſt eam.Sed ne adhuc exercerent illas malitias, ſcilicet quòd haberent procuratores in curia, qui ſtatim menſe elapſo illa conferrent, idcirco hoc addidit, Papa enim etiam poſt menſem poſſet conferre ſi vellet, dummodo præuentus non eſſet [5]. ſ.c.prox.in prin. Sed littera iſta dicit,per ſeipſos. Nunquid ſi præſentes ſunt per alios conferre poterunt? Dic quòd per alios conferre non poterunt, niſi in caſu qui ſequitur: potuit enim Papa rei ſuæ conditionem & modum apponere:& legem quam voluit [6]. 18.q.2. Eleutherius. ff.de pact.in traditionibus.de cond.ap.verum.

Additio. Inquantū hæc gl.dicit ꝙ ēt præſentes per alios conferre non poterunt tria ſpecialia no.ſecundum Gar.& Arch,ſ. ꝙ poſſum per me,quod nō poſſum per alium. Item ꝙ poſſum per alium, quod non per me,cum horum contrarium ſit regulare.j.de reg.iu.poteſt.vbi de hoc.Item quòd poteſtas conferendi redit non libera,ſed onerata,vt hic patet.Ioan.And.

¶*Gl.ſeq.ponit opinionem,quam reprobat.*

k ¶*In remotis.*] ſic ſ.e.lib.de temp.or.cum nullus,§.epiſcopo. Et dixerunt quidam per hanc litteram,ꝙ quis extra ſuam diœceſim exiſtens beneficia conferre non poterat,ſed hoc eſt falſum [7], licet in hoc caſu poſſet concedi: & probatur hoc olim.ſ.de conceſ.præb.poſt electionem.in parte deciſa. & hoc no.Ioan.& Ber.ſ.in ant.de off.leg.c.nouit.

¶*Gl.ſeq.ponit duas lecturas,& primam approbat.*

l ¶*Id canonice.*] dicebant olim quidam,id,ſcilicet vicaria:nam eo ipſo quòd vicarius generalis erat,beneficia conferre poterat. ſed hoc eſt falſum, vt ſ.eo.lib,de off.vic. cum in generali. In talium ergo collatione per ordinarium facienda,requiritur quòd menſis elapſus ſit: quòd per ſeipſos conferant, ſi præſentes ſint: vel quòd per generales vicarios non ſpeciales: & quòd

1 Idē Pet.de Anc. Dom. ꝓ rationem gl.Font.

† Large capiūt. Doct. hic.h; enim locū ī omni caſu quo ꝓcedēs. facit §.fi.in auth. đ fil. añ do. inſtr.Font.

2 Placet Domi.Font.

3 Idē dñtPe. de Anc. Domi. late ſcribētes đ iſta ꝓpoſitione. à Font.

4 Qđ patuit ex diutina vacatiōe eccleſię Rom. poſt obitū Clem.iij. ſecundū Gul.

5 Placet Phi. & Domi. in reſeruatis,đ qb⁹ ordinarij ñ diſpōit glo.in cle.ſi de bñficio. de pb.Font.

6 Sequitur Dom.Font.

7 Idem Gul. & Gar.

vicarius epi an&qñ poſſit conferre bñficia vacātia in curia Romana

& quòd habeant ſpeciale mandatum beneficia conferendi,& ſic expone,id,ſcilicet,beneficia conferre.
Additio. Arch.(cuius dictum vt tutius conſulo ante factum, poſt factum ſto gl.)exponit,id eſt collatio beneficiorum ſic in curia vacantium. Adde quintum,quòd infra diœceſim conferant.Ioan And.

## CAP. IIII.

Qvamuis [a] † pleniſſima [b] ſit aliàs in beneficiis interpretatio facienda:litterę tamen ſuper obtinendis beneficiis impetratæ,debẽt(cum ſint ambitioſæ) reſtringi [c]. Et ideo ſi alicui vſque [d] ad certam ſummam prouideri mandamus:ei non in penſione [e] ,ſed in beneficiis eccleſiaſticis tantum volumus prouideri : niſi de penſione in noſtris litteris mentio habeatur expreſſa. ¶ Quamquam ſub nomine eccleſiarum ciuitatis cõprehendatur aliàs [f] eccleſia cathedralis : cũ tamen alicui de beneficio mandamus in aliqua eccleſiarum ciuitatis vel diœceſis prouideri , ad cathedralem eccleſiam ( quam propter ipſius honorem , ſub hac generalitate nolumus hoc caſu includi [g] ) ſe mandatum huiuſmodi non extendit [h]. Secus† autem cum mandamus in aliqua eccleſiarum prouincię [i] prouideri:tunc enim & metropolitana , & cæteræ cathedrales eccleſiæ includuntur ſub tali mandato : cum vberiorem [k] hoc caſu,quàm alio impetranti gratiam facerere videamur.

† In antiqs cod.ita: Secus eſt cum mandamus.

¶ Idem.

*¶ Impetranti beneficium ſeculare prouidetur de beneficio per ſeculares clericos vſque ad præſcriptionem legitimam poſſeſſo. hoc primo. Clerico ſeculari prioratum impetranti ſimpliciter, non prouidetur de conſueto per religioſos gubernari. hoc dicit ſecundo. Dominicus.*

†Vide Old. conſ.168.

Qvamuis.]Primo ponit regulam, Secũdo inſtantiam, ibi,*Et ideo.*Tertia,ibi,*Quamquam.*decidit ſecundũ dictam inſtantiam, & duos caſus ſubiicit. Quarta,ibi,*Secus.* contra inſtantiam alium caſum ſubiicit:ſecundum Io.Mo.Io.An.

Casvs. Papa voluit mihi facere gratiã: & mandauit epiſcopo Pictauen. vt pro ſuſtentatione meæ vitæ mihi prouideretvſq; ad ſummam 50. librarum:vtrum virtute iſtius gratiæ poſſit aſſignare vſque ad iſtam ſummam in penſione ſuper aliquo beneficio? Reſpõdet quod non , niſi in litteris meæ gratiæ fiat expreſſa mentio de penſione, ſed virtute illius gratiæ ſolum mihi fiat prouiſio vſque ad ſummam 50. librarum in beneficiis eccleſiaſticis, & nõ in pẽſione,& rationem ponit:nam litteræ iſtæ ſunt odioſæ & ambitioſæ : & ideo ſunt reſtringendæ. Sed quid, ponamus quòd Papa mandauit ſub hac forma , vt mihi prouideretur de beneficio vel præbẽda vacante, vel proximò vacatura in aliqua eccleſiarum ciuitatis Pictauen. vacauit aliqua præbenda in eccleſia cathedrali Pictauen.an virtute meæ gratiæ poſſim illam petere? Certe nõ:Et dicit Papa, quòd non intendit quòd mea gratia extendatur ad eccleſiam cathedralem : licet in fauorabilibus ſub nomine eccleſiarum ciuitatis Pictauenſis contineatur cathedralis eccleſia. Sed quid ſi Papa mandauit mihi prouideri in aliqua eccleſiarũ prouinciæ Burdegalenſis:vtrum eccleſię cathedrales comprehenduntur ſub mea gratia, adeo ꝙ poſſit mihi prouideri de beneficiis eccleſiæ cathedralis Pictauen. vel aliarũ eccleſiarum cathedralium prouincię Burdegalenſis?Reſp,quòd ſic:Et non ſolum eccleſię cathedrales ſuffraganeorum continentur ſub mea gratia , ſed etiam eccleſia metropolitana : nam videtur mihi feciſſe vberiorem & pleniorem gratiam,quàm quũ mandat mihi prouideri in eccleſiis alicuius ciuitatis : & ideo appellatione eccleſiarum in hoc caſu continentur eccleſiæ cathedrales. No.primo, quòd verba inſerta in diſpoſitionibus beneficialibus titulum beneficialem concernentibus ſunt interpretanda largiſſime: ad hoc de don.cum dilecti.Nota ſecundo quòd verba reſcriptorum beneficialium ſunt interpretanda ſtricte.Dominicus.

*¶Prima gl. tria facit,ſummat,dicit vnde ſumptũ,& quã declaret.*

a ¶ *Quamuis.*] In beneficiis vel impetrationibus ad beneficia per prouiſionem vſque ad certam ſummam penſio non debetur. per eccleſias ciuitatis vel diœceſis non comprehenditur cathedralis, ſed per eccleſias prouinciæ metropolitana & cathedrales reliquæ includuntur. Fuit tracta de extrauaganti [Innocentij iiij.]breui reſponſo.& c.licet in beneficiis.Et emanauit ad declarationem eorum, quæ not.Tan.Ber.& moderni s.in ant.de æta.& qual.accepimus.in fi. de præb.pro illorum. in princ.Ber.& Compoſt.de reſcrip.c.ſanctæ crucis.in gl.quia quæſtiones.§.item quæritur.de hac forma.& §.ſeq.
Additio.Et per Inn. & Hoſt.s.de iurepa.cum dilectus.Io.An.

b ¶ *Pleniſſima.*] s.de don.cum dilecti.in fi.s.de ver.ſig.olim.ff. de conſt.prin.beneficium.[vide quod plene dixi.d.c.olim.ſuper vl.gl.Arch.remittit ad no.de conſan.& aff.quod dilectio.] Et debent eſſe menſura.j.de reg.iu.decet.cum ſuis concord.

c ¶ *Reſtringi*] ſic s.eo.lib.de fi.presb.c.1.& 2.

d ¶ *Vſque ad certam.*] aliud puto cum Papa ſcribit vt prouideatur impetranti vſque ad talem ſummam : aliud dum Papa ſcribit vt prouideatur ei de præbẽda tanti valoris vel ſummę: quia in primo caſu poteſt ꝓuideri de minori,ſed non de maiori:in ſecundo vero de maiori,ſed nõ de minori, quia forma mandati eſt ſeruanda 1, j.e.ti.cui de non.Et cum iſtud, vſque, ponitur in litteris, intelligo ꝙ veniat aſcenſiue : quaſi Papa ſcribendo quòd prouideatur vſque ad ſummam cẽtum librarum, velit quòd prouideatur de ſumma à lx. vſque ad centum : ſed non vltra id s.eo.lib. de arbit.c.1.cum ſuis concord.

1 ꝑ iſtã rõnẽ Dom.& alij reprobant gl. quia ꝓuideri ñ pt niſi d expſſa.Fon.

Additio. Arch.alleg.ff.de ver.ob.l.1.§.ſi ſtipulanti. & l.inter ſtipulantem.ff.de leg.1.ſi ſeruus legatus.§.qui quinque.Io.An.

*¶Gl.ſeq.rationem reddit.*

e ¶*In penſione.*]Papa videtur mãdaſſe ei prouideri de eo quod prouidens p ſe non poterit retinere ſicut beneficia:Quia licet ibi ſit liberalitas , non tamen eſt in collatione:ſed in eo quòd magis iſti quàm illi confertur. qđ dic vt s.de prę b. relatum. probatur hoc j.de inſti. c.vlt. Et licet in fauorem eius hoc dictum videatur , non tamen illi fauori renunciat propter intentionem Papę,quę talis fuit:& propter formam mandati, quæ ſeruanda eſt j.eo.ti. cui de non.
Additio.Per beneficia quis intitulatur & obligatur eccleſiæ,& tenetur ad continuam reſidentiam. s.de cler. non reſi.c.fi.ſed per penſionem non intitulatur,nec ad reſidentiam tenetur.16.q.1.poſſeſſiones.& q.6.illud.cum illa poſſit etiam laico concedi,vt ibi.Ioan.And.

Penſio non obligat ad reſidẽtiam.

f ¶*Aliis.*] vt 100.diſt.palliũ.de aut.& vſu pal.c.1.[vbi de hoc p Hoſt.] s.de teſta.requiſiti.ad hoc de ver.ſi.cũ tibi.imo ẽt interdum ſolũ cathedralis comprehẽditur,vt s.de ver.ſi.cũ clerici.
Additio. Quod eſt ſpeciale propter periculum,quod imminere poteſt ex periurio,vt ibi dixi.Ioan.And.

*¶Gl. ſeq.alleg.vnam concord.& ponit opi.pro ſecundo ponit opin. contrariam,quam ſoluit.*

g ¶*includi.*] ſic j.de ſen.exc.quia periculoſum.& hoc tenebat Cõp.in ſupradicta gl. [Et fac.C.de aquæd.l.eos.li.11.Io.Mo.& Arch.Ibi dr ꝙ habentes aquæductum,non attentent matrices fiſtulas.]Sed Ber.& Tan.videbantur tenere contrarium in prædicta decr.accepimus.in ant.in gl.pe.Sed forte bonum habuerunt intellectum ſi ad caſum decr. ſe retulerunt.ſ.in iis qui primo erant obligati prouidere : obligauerat enim ſe epiſcopus ordines conferendo,vt s.c.in ant.cum ſecundum Apoſtolum. ad fi.prouidere vel in cathedrali vel alia. litteræ igitur ibi impetratæ fuerũt litteræ iuſtitiæ:ſed hic de litteris gratiæ loquimur:vnde in hoc caſu per cõem formam in cathedrali vel aliis prouidere tenebitur 2.& ſic decr.illa loquatur in ſuo caſu:nec ſit correcta per iſtam.ad hoc s.e.lib.de elect.cum expediat.

2 Tranſit Domin. cũ gl. Font.

*¶ Gl.ſeq.quærit.arg.pro,ſoluit contrarium:ſecundo quærit et ſol.*

h ¶*Non extendit.*] quid ſi mandetur ſub hac forma:nũquid in capellania vel manſionaria maioris eccleſiæ cathedralis poterit prouideri?Et vr Papa ſolum canonicos & ipſorum excepiſſe præbendas.ad hoc s.in text.vbi dicit,propter ipſius honorem,ad hoc s.e.lib.de reſcr.ſtatutum.& s.de ver.ſi.cum clerici.Satis credo,cũ hęc littera ſic indiſtincte loquatur:ꝙ in nullo beneficio cathedralis eccleſiæ poterit prouideri:non enim dicit,ꝙ non includatur canonicatus eccleſiæ cathedralis : ſed ꝙ non includatur eccleſia:ergo nullum ipſius eccleſiæ beneficium includetur.ad hoc optime.j.de priuile.per exẽptionem. & s.1.reſp.[Hanc opi.tenet Arch.qui refert ſic pronunciatum per archiepm Rauen. de mandato Papæ in forma pauperum. inducit etiam ad hoc j.de ſen.exc.c.vlt.§.adiicimus.]Sed pone,impetraui prouideri mihi in eccleſia S.Petri Bononieñ.nõ eſt alia S.Petri eccleſia quam cathedralis:nunquid in ea prouidebitur mihi?Videtur propter ſtylum curiæ 3 gratia ſurreptitia:quia in cathedralib. eccleſiis nõ ſolet exprimi nomen ſancti : ſed in inferioribus ſic. quòd credo , niſi aliter per litteras appareret Papam de cathedrali intellexiſſe per iſtud c.

3 Qui patet d ele. i ant. dudũ. 1.&2. & c.Cumana. & c.Sacroſancta. cũ fi.Io.An.

i ¶ *Prouinciæ.*] & in hoc caſu loquitur decret.s.eo.ti.pro illorum,vnde non aduertebant qui decre.iſtam allegabant,ꝙ per litteras quibus prouideri mandabatur in aliqua eccleſia ciuitatis, poteſt prouidere in cathedrali , cum ibi archiepiſcopo de eccleſiis ſuæ prouinciæ ſcriberetur.

k ¶*Vberiorem,*] ſi ergo quæratur diuerſitatis ratio, ſufficiat iſta: licet quo ad metropolitanam eccleſiam non multum efficax videatur : ſed ſufficit ſic per Papam declaratum in antiq.de re iud.in cauſis.

Additio. Vide quod not.Hoſt.s.e.pro illorum.poſt prin.& in

ſum

ſinn, de ver. ſig. §. à quo fieri. poſt prin. ver. quid ſi præcipiatur. vbi dicit, ꝙ ciuitas & diœceſis ſunt correlatiua, ſicut pater & filius: & ſic vnum non eſt reliquum: ſed prouincia non eſt correlatiua ad ciuitates, ſed illarum collectiua vel concluſiua, ita ꝙ etiam ciuitatem propriam concludit. facit 6. q. 3. ſcitote. 3. q. 6. non liceat. & ſeq.

c. Ioan. And.

## CAP. V.

CVm† de beneficio eccleſiaſtico conſueto clericis ſecularibus aſſignari, prouideri mandatur, de illo debet intelligi, quod tanto tēpore ab vno[a] vel pluribus ſecularibus clericis inſtitutis[b] in eo rectoribus extitit continue ac pacifice gubernatum, vt præſcriptio legitima[c] ſit completa, etiam ſi ante[d] vel poſt[e] † religioſi quandoque† miniſtrauerint in eodē. ¶ Quando vero ſcribitur, vt prouideatur de aliquo prioratu[f] alicui clerico ſeculari[g] prouideri non poteſt de prioratu, qui per religioſos (iuxta modum[h] præmiſſum) eſt ſolitus gubernari: Niſi hoc in litteris caueatur expreſſe.

†Vide cle. j. ti. ð ſup. ne. pl. ver. prioratus. & late Feli. in c. in noſtra. extr. de reſcr.

CVm.] Duæ ſūt partes: Secunda, ibi, *Quando.*] Et hæc ſecunda ponit dictū à quo caſum excipit, ibi, *Niſi.* & hoc verbum, beneficio, large ponitur, ſiue de parochiali eccleſia, vel de prælatura: vel de præbenda tractetur. Io. Andr.

†Tene mēti iſtū text. cū ſua gl. tñ ſi varie per diuerſos bñficium ſit gubernatū, attenditur ſtatus vltimus. Dom. & Ph. Font.

Casvs. Papa mandauit epiſcopo Pictauen. vt mihi prouideret de beneficio, quod conſueuit aſſignari clerico ſeculari: Erat aliquod beneficium quod fuerat regulare, tamen fuerat poſſeſſum p ſeculares clericos p ſpatium xl. annorū, ſufficiens ad inducendum præſcriptionem: vtrū videatur mutatum beneficium? Reſp. ꝙ ſic: nam ex ſpatio tanti temporis præſumitur mutatio ſtatus talis beneficij, ideo cōtinetur in gratia mea, ac ſi ſemper fuiſſet ſeculare, & non regulare. Sed qd, pone ꝙ Papa mandauit vt mihi ꝓuideretur de prioratu: quæritur de quo prioratu intelligatur? Reſp. quòd de prioratu ſeculari cōgruo meo ſtatui, niſi in gratia mea contineretur expreſſe, vt mihi prouideretur de prioratu, etiam ſi illud eſſet regulare. No. primo ꝙ appellatione cōſuetudinis intelligitur de præſcripta: vt not. in c. Cumana. de elect. in ant. Nota ſecundo quæ poſſeſſio inducat præſcriptionem: quia requiritur quòd ſit continua & pacifica. ad hoc de præſump. illud. Dominicus.

†ergo ſi tpe impetrōnis religioſi bona fide illd bñficiū poſſideāt, ñ valent lrę, niſi mētio fiat ð poſſeſſione. c. ſi. de deci. Phil. Pet. de Anc. Font.

a ¶ *Ab vno.*] Nota pro iis quæ no. Ber. ſ. de cau. poſſeſ. & prop. cum eccleſia Sutrina. in gl. ex hoc videtur [facit ſ. in ant. de fil. presb. conſtitutus.

b ¶ *Inſtitutis.*] ergo ſi de facto tantum occupatū eſſet per eos, non haberet locum præſcriptio: vel ſi ibi non vt rectores, ſed vicarij vel conductitij ſeculares clerici rexiſſent.

Additio. Idem Io. Mon. & Arc. qui ponderat, quòd hic requiritur præſcriptio, non conſuetudo tantum: propter ea quæ dixi ſ. e. lib. de conſue. c. ſi. in 3. gl. Ioan. And.

c ¶ *Legitima.*] ſcilicet xl. annorum in ant. de præſcr. de quarta. de cau. poſ. cum eccleſia. de conſue. c. vlt. [idem Arch.]

d ¶ *Ante.*] inceptam præſcriptionem: ſed ſecus ſi poſt inceptam, & ante completam: & ideo dixit ſ. in tex. continue.

e ¶ *Poſt.* 1] non tamen continue & pacifice ſpatio xl. annorū. & ideo dicit, quandoque. illa igitur adminiſtratio precedentis temporis tollitur per præſcriptionem ſequentem. adminiſtratio autem præſcriptionem ſequens illam non tollit, niſi alia interuenirent, quæ ius aliorum haberent perimere.

1 Placet Phi. quē vid. Fō.

Additio. Idem Archid.

f ¶ *Prioratu.*] Prioratus eſt generale verbū, quod ad prioratum ſecularem, vel regularem poteſt extendi: ſed ratione perſonæ impetrantis, qui clericus ſecularis eſt, ſibi regularis prioratus conferri non potuit, vt arctetur id ſolum ad ſeculares: nam graue eſt inexpertos, &c. 19. q. 3. monaſteriis. in antiq. de elect. cum ad noſtram. & c. officij.

Prioratus eſt duplex.

g ¶ *Seculari.*] quid ſi tempore impetrationis ſecularis erat impetrans, modo factus eſt regularis: nunquid de tali prioratu ſibi poterit prouideri? Credo quòd non 2 per decret. ſ. e. lib. de reſcrip. ſi eo tempore.

2 Phil. trāſit cū gl. Font.

h ¶ *Iuxta modum præmiſſum.*] ſ. prox. reſp. ſcilicet per xl. annos continue & pacifice ab vno vel pluribus inſtitutis in ipſo.

SVper eo.] ¶ Non diuiditur: dici tamen poteſt, quòd decidit caſum, & rationem interſerit, ibi, Cum hoc. Io. And. Præmitte, quòd pluralitas beneficiorum curatorum eſt prohibita. ſ. eo. de multa. Dominic.

¶ Præſupponendum eſt pro intellectu huius c. illud quod hr̄ in c. de multa. e. ti. in ant. videlicet, ꝙ ſi quis obtineat dignitatem vel perſonatum, & ei conferatur aliud beneficium ſimile, vel eccleſia parochialis: primum vacat habita poſſeſſione ſecundi beneficij: & ſi contendat retinere primum, vacat vtrunque.

Casvs. Cum obtinerē dignitatē vel perſonatū, eþs Pictauen. mihi contulit præbendam, cui erat annexa eccleſia parochialis: acceptaui præbēdam cū ſua annexa, & apprehendi poſſeſſionem, an vacet mea dignitas vel perſonatus? Reſp. ꝙ non: qa eccleſia parochialis eſt ſimplex beneficium & cōpatibile cum dignitate vel perſonatu: ideo poſſum illa duo obtinere ſine diſpenſatione Apoſtolica: ſecus ſi eccleſia parochialis eſſet per ſe: qa tunc eſſet neceſſaria diſpenſatio à ſede Apoſtolica. Ratio diuerſitatis eſt: qa qñ eccleſia parochialis eſt annexa præbēdæ, dr̄ eſſe ſuppreſſa & extincta: nō cenſetur ſimplex beneficiū. *Perſonatibus.*] nō intelligatis ꝙ vnus & idem poſſit obtinere plures perſonatus: ſed loquitur iſte tex. de plurib. beneficijs. ex plurib. pſonis quib. conferūtur. No. primo, ꝙ magis dignū ꝑt annecti minus digno: Nam magis eſt digna animarū cura ꝙ̃ canonicatus. de çta. & qual. cū ſit. in ant. No. ſecundo ꝙ eſt poſſibile ex conſuetudine eccleſiæ retinere in eodem corpore perſonatus curam & præbendam; etiam ſi præbendæ ſit annexa eccleſia parochialis. de conſue. c. 1. eo. lib. Domin.

†vide qđ de iſta vnione no. cle. ſi vna. de re. ec. nō al. & c. ſi vnire. ð exc. pl. Pe. ð An. Font.

¶ Idem.

*¶ Habere perſonatum cum cura, & præbendam, cui annexa eſt parochialis eccleſia, nō eſt contra cōcilium generale. Io. An.*

## CAP. VI.

SVper eo quod[i] præbendas, quibus parochiales eccleſiæ ſunt annexæ[k] †, in quibus ſpiritalem iuriſdictionem ſecundum eccleſiæ veſtræ conſuetudinem approbatam, & ſic ſecundum aliquorum interpretationem curam animarum habetis, ſimul cum perſonatibꝰ[l] (quorum aliquibus cura imminet animarum) in eadem[m] eccleſia obtinetis, vobis (cum hoc generali concilio[n] † non obuiet[o]) diſpenſatio[p] neceſſaria non exiſtit.

†Hoc eſt generale cōci. Lateranē. ſub Inn. iij. c. 29.

¶ Idem.

*¶ In impetratione beneficiorum inſpicitur data, non præſentatio vel receptio. Io. An.*

*¶ Prima gl. ſummat, & dicit quid declaret.*

i ¶ *Super eo quod.*] Habere perſonatum cū cura, & præbēdam, cui annexa eſt parochialis eccleſia, non eſt contra concilium generale. Et reprobatur per iſtam decret. opi. Ber. ſ. e. ti. extirpandæ. §. qui vero. cui fauet Gul. in Spe. ti. de legato. §. videndum. ver. quid ſi habeo. & approbatur opi. Inn. & Hoſt.

Additio. Et dicit Arch. quòd hoc dicebat conſtitutio extrauagans Inn. iiij. ſalubriter. & dicit, quòd audiuit à Spec. quòd vidit illam ſub bulla. In verſ. tamen præall. dicit, quòd nunquam vidit hoc diffiniri, quod tamen vidit ſæpius agitari; nec ego vidi illam conſtitutionem. Ioan. And.

k ¶ *Annexæ.*] in quibus deſeruire debet per vicarium perpetuum, vt in præd. §. ſed an ipſe vicarius, vel ipſe præbendarius curam animarum illius parochiæ habeat, de hoc fuerūt opin. diuerſæ, vt ſequitur: vicarius enim curam animarum habet 3. quod probatur ſ. in ant. de off. vica. ex parte. ſed vt vicarius: t ibi no. Ber. cum ergo rector ſpiritualem iuriſdictionem ibi habeat, & ſuper vicarium exiſtat: quia excommunicare poteſt, & ſimilia facere: ergo quin curam habeat negari non poteſt 4. ſ. de elect. dudum. 2.

3 ī actu, quo ad forū pœnitentiale. Domi. Phil. Font.

4 verū eſt in habitu. Do. Phil. Font.

l ¶ *Perſonatibus.*] & ſic videtur quòd vnus poſſit plures perſonatus, & præbendam etiam cum parochiali annexam in eccleſia obtinere ſine diſpenſatione Papæ: vnde contradicit aperte ſ. eo. lib. de conſuet. c. j. Sed hic Papa pluribus loquitur, vt vides j. vbi dicit, obtinetis. vnde pluribus canonicis eiuſdem eccleſiæ de hoc quærentibus conſultus Papa reſpondit: & ſic non eſt contra.

m ¶ *In eadem eccleſia.*] idem & multo fortius in diuerſis. ad hoc ſ. de conceſ. præb. litteras.

n ¶ *Concilio.*] ſ. e. de multa.

o ¶ *Non obuiet.*] cum enim acceſſorium habeat ſequi naturam principalis, ſ. e. lib. de off. deleg. ſi ſuper gratia. j. de reg. iu. acceſſorium. cum ſuis concord. & de præbenda non eſt cantum quòd vacet, ergo nec vacabit capella acceſſoria ad præbendam. ad hoc ff. de ſer. ruſt. præd. l. vna eſt via. ff. quemad. ſer. amit. ſi communem. ad hoc j. eo. quia ſæpe. præterea ceſſat ratio prohibitionis. quia in eccleſia annexa præbendæ non tenetur reſidere, vt ſ. eo. c. extirpandæ. ergo conſtitutio, de multa. hic locum non habeat.

p ¶ *Diſpenſatio.*] intelligo Papæ, de qua loquitur concilium, de quo mentionem fecit: aliàs in præbenda & dignitate bene requiritur diſpenſatio epiſcopi, niſi conſuetudo eccleſiæ aliud induceret, vt illa ſine diſpenſatione ſimul poſſint de iure teneri 5. ad hoc ſ. eo. lib. de reſcrip. gratia. & quod ibi dixi. Dicebant ergo Inn. & Hoſt. ſ. eo. extirpandæ. hunc eſſe caſum, in quo de iure communi, vel ſaltem de cuiuſlibet ſuperioris diſpenſatione ſecundum diuerſas opiniones, quas no. ſ. e. ti. cum iam dudum. quis plures curas habebat.

5 Placet docto. Font.

Eum

E*Vm cui.*]Decidit caſum,cuius dubium fortificat,ibi,*Licet iſti.*Ioan. And.

&dictę poteſtatis prętextu eos idẽ epiſcopus (collationis, prouiſionis, reſeruationis, & decreti prędictorum forſan ignarus) Guilielmo vaſalli presbytero contuliſſet, dicti executores (collatione non obſtãte prædicta [a]) literarũ noſtrarũ auctoritate, prębendam eandem dicto camerario velut ſibi debitam contulerunt, quem dictus presbyter [b] (prętextu † collationis per dictum epiſcopum ſibi factæ) quod p̃bendã ipſam pacifice [c] poſſidere valeat, non permittit: propter quod idem camerari⁹ nobis ſupplicauit humiliter, vt prouidere ſibi ſuper hoc de opportuno remedio dignaremur. ¶ Nos igitur attendentes, ꝙ etſi memorato epiſcopo prædictã cõceſſimus poteſtatẽ; penes nos tamen nihilominus remãſit maior, licet eadem [d] poteſtas etiã in prædictis, propter quod noſtra, ꝗ eãdem præoccupauimus [e] poteſtatem, potior debet eſſe cõditio: præſertim † ꝙ ſecundum canonicas & legitimas ſanctiones [f] per ſpeciẽ generi derogatur, quamquã de genere in derogãte ſpecie mẽtio nulla fiat. Conſiderantes quoque, quòd nos expoſito nobis de poteſtate prædicta, nihilominus litteras gratioſas daremus in dictis partibus, non habita mentione de ipſa: [g] † quia foret abſurdũ [h] ſi tam lata † noſtra [i] impediretur poteſtas: & ſi in omnibus prouiſionũ noſtrarum litteris, quas concederemus in partibus ſupradictis, oporteret nos de ſæpedicta poteſtate ſpecialem facere mentionẽ: Et quòd decretum noſtrum prædictum (maxime hic, vbi iam dictus camerarius ante dictã renuntiationem per nos erat Lexonieñ. effectus canonicus) ſtatim ignorantes ligauerat, cum ſuper incerto [k] non eſſet editũ; nec ex alieno pẽderet arbitrio, vel voluntate cuiuſuis, qui acceptandi [l] poteſtatẽ haberet: & idcirco per illud etiã expreſſiſſe videmur, ne alius poſſet cõferre: & poteſtatẽ prędictam quantũ ad pręſentẽ ſpeciẽ reuocaſſe [m], q̃ in hoc caſu, vbi de lucro [n] dicti G. tantũ agitur, & nõ de pręiudicio epiſcopi memorati, ab ignorante potuit reuocari: nec poſt reuocationem huiuſmodi ius per eum in alium etiã ignorantẽ, in re reuocata trãsferri. Ad inſtar [o] etiam ſerui [p] kalendario [q] præpoſiti, qui poſt mortem domini præponentis mutuatas pecunias accipiẽtis nõ [r] facit, licet inter contrahentes mors domini præpoſitum reuocans [s] fuerit ignorata. Et domini [t], qui peculiũ quod proprio ſeruo conceſſerat ſtatim perimit, cum in eo ſuam mutauerit voluntatem. Diſcretioni veſtræ mandamus, quatenus præfatum presbyterum monitione præmiſſa [v], per cenſuram eccleſiaſticam compellatis, vt collatione de canonicatu & præbẽda prædictis per dictum epiſcopum ſibi facta (quæ nulla extitit) nõ obſtãte dicto camerario præbendã ipſam omnino dimittat, & eum ſuper ea deinceps nullatenus inquietet.

i ¶ *Noſtra.*] Papa non debet iuſtitiam ſuam negligere, qui alios in ſua iuſtitia fouet: vt ĩ de immu.eccle.quoniam.

K ¶ *Incerto.*] ſicut cum ſcribitur alicui prouideri de beneficio quod primo vacabit in ciuitate, vel quod primo vacabit in prouincia, vt ſ̃ eod. titu. & libro, quamuis incertum eſt quod beneficium impetrans ſit habiturus, ſed hic certum eſt de canonia Lexoñ.

† Aliàs late.

l ¶ *Acceptandi.*]vt ĩ. de conceſ. præb. quia cunctis.& cap.ne captandæ,&c.

m ¶ *Reuocaſſe.*]licet enim eandem retinuerit poteſtatem: & tamẽ maiorem ſcilicet reuocandi etiam tacite, vt hic vides.

n ¶ *Lucro*] de damno enim eius non agitur quia ſi dimiſit priora beneficia, recuperat illa ſecundum formã decre.ĩ.eo.ſi beneficia.

o ¶ *Ad inſtar.*] coadiuuat proximam rationẽ per duo legalia argumenta.ſic ĩ. de conceſ.præben.quia cunctis.de ſenten.excom.ſi iudex.

p ¶ *Serui.*]habes hoc ff.ſi cert.pet.l.eius qui in prouincia. hic enim non agitur de damno ſerui: & ſic ab ignorante ſeruo poteſtas reuocatur. ſic inducit ad propoſitum.

q ¶ *Kalendario.*] id eſt, nominibus faciendis.ff. de leg. 3.qui filiũ. ADDITIO. Et l. vxorem. §.legauerat. Archidiaconus.

r ¶ *Non facit.*]debitorem tamen ſoluentem ſibi, & hoc ignorantem liberat: vt in prædicta l. eius qui. & ff. de ſol. ſi quis ſeruo. & l. cum quis.§.1.

s ¶ *Reuocans.*]ſic ſ̃.eo. lib. de reſcr. ſi gratioſe. 1. reſponſo. vbi de hoc ĩ.ne ſede va,c. vnico.in fi.ff.loc.l.4.Inſti.man.§. recte.

t ¶ *Et domini.*] repete ad inſtar. & habes hoc ff.de pecu.l. non ſtatim. ff.de opt.leg. apud Aufidium. [& ff. de manu. vin.ſi pater. Archid.] & eſt hoc caſu quoddam ſpeciale contra regulã. ſ̃.de reg.iur.c. 1. ff. eod. nihil. quia peculium re non tantum verbis conſtituitur.ff.de pecul.peculium 1. §. ſi vero nomina. & tamen verbis tollitur: vt hic, & in prędicta l.non ſtatim. Ioa. And.

u ¶ *Præmiſſa.*] ſemper enim præcedere debet. 12.q.2.indigne.ſ̃. de ſenten. excom. ſacro. cum ſimilibus.

¶ Idem.

¶ *Secundus qui impetrauit dignitatem & præbendam, præfertur priori qui ſolum præbendam impetrauerat, ſi præbenda dignitati eſt annexa: alias non. hoc dicit. Ioan. And.*

CAP. XV.

QVIA SAE-

*QVia ſæpe.*] Primo ponit dubium, q̃d ſecundo diſtinguendo declarat: ibi, *Nos dubitationem.* Et ſecundum membrum: ibi, *Niſi.*

¶ Præſupponẽdum eſt pro intellectu huius c. ꝙ quando ſunt plures expectantes in eadem eccleſia, & habent ſimilem gratiam, habet locum illa regula, qui prior eſt tempore, potior eſt iure.

CASVS. Papa creauit me canonicum eccleſiæ Pictaueñ. & mandauit canonicis ipſius eccleſiæ, vt me de facto reciperent & inſtallarent cum aſsignatione præbendæ vacantis, ſi qua vacaret: alioquin mihi conferrent præbendam proximo vacaturã: Anno ſequenti Papa fecit tibi ſimilem gratiã, videlicet quia contulit tibi ius canoniæ in eccleſia Pictaueñ. & mandauit canonicis, vt de facto te reciperẽt in fratrem & canonicum: & præbendam ſi qua vacaret, tibi aſſignarent: aliàs præbendam proximo vacaturam: & ſi ipſi non conferrent tibi primam vacantem, ꝙ ipſi conferrent dignitatem cum præbenda: poſtea vacauit præbenda & dignitas: quæritur quis noſtrum habebit præbendam? Reſpondet Romanus Pontifex cum diſtinctione: quia vel prebenda eſt annexa dignitati, & tibi debetur præbenda & dignitas, aut non eſt annexa: & tunc mihi debetur & non tibi, licet tua gratia poſſit nunc in totum impleri. Et iſta fuit ratio dubitandi ad iſtud cap. nam cum tua gratia poſſit nunc in totum impleri, videbatur ꝙ tibi deberetur præbenda & dignitas: Sed ratio decidendi in contrarium fuit: quia cum præbenda ſit ſeparata à dignitate, mihi priori impetranti debetur, & non tibi.

Not. primo ꝙ iura fiunt de iis quæ ſæpe accidunt: vt glo. de deſpon.impu.in antiq.c.litteras. in principio. Nota ſecundo quod de

iure annexionis conſequitur quis id quod principaliter obtinere non poſſet, ad hoc facit ſ. eod. tit. & lib. ſuper eo. Dominicus.

¶ *Prima gloſſa ſummat, & dicit quid declaret.*

a ¶ *Quia ſæpe.*] Secundus qui impetrauit dignitatem & præbendam, præfertur priori: qui ſolū præbendā impetrauerat, ſi præbēda dignitati eſt annexa, aliàs non. Emanauit autem hæc decretalis ad declarationem & correctionem eorū, quæ not. Innocentius & Hoſt. ſ. eod. tit. cap. vlt. & ſupra de maio. & obe. ſtatuimus. & Compoſtel. de reſcrip. capitulum. in gloſ. magna. §. vnum caſum. Et reprobata eſt opinio Innocentij, & Compoſtel. qui dicebāt licet præbenda non eſſet annexa, dignitatem habentem præferri: & ſic dicebat Compoſtel. ſe de mādato Papæ pronuntiaſſe in Bonoñ. eccleſia, in dignitate archipresbyterali: approbata eſt autem opinio Hoſtienſis.

† Cuius officij laicus capax non eſt: quia p̄cedētia minuūt ſignificatio nē ſequētiū. l. ſi. §. cui dulcia. de vi. tri. & oleo leg. l. Scię. §. Caio. de fūd inſt. vel inſtr leg. Pet. de Anc. Fon.

pe [a] dubitatur [b] à multis, ſi canonicatus alicuius eccleſiæ ſit collatus à ſede Apoſtolica ſucceſſiue duobus, fueritque mandatum primo de præbenda [c], ſecundo vero de præbenda, & dignitate, perſonatu, vel officio [d] † (cum ſe facultas obtulerit) prouideri: quis ipſorum in præbenda, quæ cum dignitate, perſonatu, vel officio vacat [e] ibi poſtmodū debeat de iure præferri. Nos dubitationem huiuſmodi ſopire volentes, præſenti declaramus [f] edicto, primum (cum ſit tempore anterior [g]) cui per mandatum ſecundum præiudicari [h], aut ius ipſius abſorberi non debet, ex quo de intentione mandātis contraria non apparet [i] præferendū eſſe in dicta prębenda: Niſi vacanti dignitati, perſonatui, vel officio ſit annexa [k]: nam ſi eſſet annexa, ſecundus cui debetur dignitas, perſonatus, vel officium, præferetur in ipſa.

¶ Idem.

¶ *Mandatum prouideri de dignitatibus vel beneficiis aliis eccleſiaſticis, curata non includit, non expreſſa cura. hoc dicit vſque ad §. Illis.*

CAP. XVI.

CVm † in illis [l], quibus beneficia curam animarum habentia cōmittuntur, maior, quàm in iis, qui ad alia promouentur idoneitas requiratur [m]:

ADDITIO. Quo ad not. in prædicta decret. ſtatuimus. facit hæc decret. pro Innoc. & contra Hoſt. tenuit enim Inno. de duobus impetrantibus primum præferri ſecundo, qui eſt maior in ordine, per rationem quam ponit hæc littera. Sed Hoſt. ſ. & ibi ſcripſi in gl. loquitur. Ioan. And.

b ¶ *Dubitatur.*] & merito fuit declaratio eorum facienda. ſic ſ. eo. lib. de elect. quia ſæpe. ſ. vt lit. non conteſt. quoniam. Dubitabatur autem propter varias opiniones, quas ſupra vidiſti. & fuit etiā hæc dubitatio noſtris temporibus in Bonoñ. eccleſia.

c ¶ *Præbenda.*] tantum.

d ¶ *Officio.*] perpetuo in eccleſia: vt ſ. eo. lib. de conſue. c. 1. [Et vide quod ibi ſcripſi ſuper ver. perſonatus. Ioan. And.]

e ¶ *Vacat.*] morte, renuntiatione, vel promotione illius qui dignitatem habebat & præbendam.

f ¶ *Declaramus.*] Nota: quia ius nouum non facit, ſed vetus declarat. Facit quod dixi ſ. tit. proxi. c. vnico.

g ¶ *Anterior.*] & ſic eſt iure potior: quia ex quo præbenda non eſt annexa, vtriuſque quo ad hoc eſt par cauſa: ſecus cum eſt annexa. & facit quod dixi ſ. eod. tit. & lib. hi qui.

h ¶ *Præiudicari.*] gratia enim ſecundo facta, intelligitur fieri ſine alieni iuris præiudicio. ſ. eo. lib. de reſcri. quamuis.

i ¶ *Apparet.*] quia tūc ſecus. j. eod. c. penult. & de conceſ. præb. auctoritate.

¶ *Gloſ. ſeq. ponit rationem inducens duo iura: demum ponit decē caſus, quibus ſecundo impetrans primo impetranti præfertur: & quinque caſus quibus primam expectans, illam non conſequitur.*

k ¶ *Annexa.*] ex quo enim habet vnum cōnexorum, & reliquū habere debet. de conſtitu. [in antiq.] c. tranſlato. ad hoc ſ. eod. tit. ſuper eo. Habes igitur vnum caſum in quo ſecundus impetrans primo impetranti præfertur. Alium habuiſti ſ. eo. ſi clericus. Aliū j. eod. c. penult. Alium j. de conceſ. præbend. cap. penult. Interdum habes quòd vacat præbenda, & ille qui expectat primā, illā non conſequitur. vnum caſum habes ſ. eod. tit. cap. 2. in fine. Alium j. eod. cum in eccleſia. Tertium j. eod. tit. ei cui. Quartum j. de rerū permu. cap. vnico. Quintū ſ. eod. lib. de renun. cap. 3. Et alium habes in clem. gratiæ. de reſcript.

Impetrans ſecundus præfertur primo impetrāti in multis caſibus.

CVm in.] Hæc eſt notabilis decret. Sunt quatuor dicta: & partes patent. Ioan. And.

¶ In gratiis Apoſtolicis appellatione beneficiorū & etiam dignitatū non includuntur beneficia curata. hoc dicit primo. Itē appellatione dignitatum vel perſonatuum, non veniūnt dignitates, ad quas quis conſueuit per electionem aſſumi. h. d. ſecundo. Item electio, præſentatio, & inſtitutio ſunt diuerſa: ideo vnum appellatione alterius non venit. h. d. tertio. Item ſi mandetur aliquibus prouideri de beneficio ſpectante ad eius collationem & alterius, nō poterit prouideri de beneficio ſpectante ad alterius collationem tantum, niſi dicatur communiter vel diuiſim. h. d. quarto.

CASVS. Papa fecit mihi gratiam ſub hac forma: quia mandauit epiſcopo Pictaueñ. vt mihi prouideret de beneficio ſpectante ad eius collationem, ſiue illud eſſet ſimplex beneficium, ſiue dignitas aut perſonatus: vacauit beneficiū curatū: vtrum ſit comprehēſum ſub mea gratia? Reſpōdet q̄ non, niſi in mea gratia fuerit facta expreſſa mentio de beneficio curato. Et ratio eſt, quia maior idoneitas requiritur in promouendo ad beneficiū curatū: ideo nō venit appellatione ſimplicis beneficij vel dignitatis, vel perſonatus: niſi diceretur expreſſe in illis, q̄ mihi prouideretur de beneficio ſimplici, vel dignitate, aut perſonatu, etiāſi illi beneficio immineat cura animarum. ¶ Sed quid? ponamus q̄ Papa mandauit ep̄o Pictaueñ. vt mihi prouideret de dignitate vel perſonatu vel officio i eccleſia Pictaueñ. vacauit dignitas ad quam quis cōſueuit aſſumi per electionem: vtrum comprehendatur ſub mea gratia: Reſpōdet q̄ nō, niſi fiat expreſſa mentio in mea gratia de dignitate electiua: puta quia dixit Papa vt mihi cōferretur dignitas, vel perſonatus, vel officiū: etiam ſi ad illam dignitatem, perſonatum, vel officium quis conſueuerit per electionē aſſumi. ¶ Sed quid? ponamus q̄ Papa ſcripſit ep̄o Pictaueñ. vt mihi conferret beneficium ſpectans ad ſuam præſentationem; vacauit beneficium ſpectās ad ſuam collationem: Nam ipſe epiſcopus conferebat illud beneficium pleno iure: vtrum virtute meæ gratiæ poſſim petere? Reſpōdet q̄ nō: Nā differunt collatio, præſentatio, & inſtitutio: ideo appellatione prēſentationis nō venit collatio, nec inſtitutio. ¶ Sed q̄d? ponamus q̄ Papa mandauit epiſcopo Pictaueñ. vt mihi conferret beneficiū ſpectans ad collationem decani & capituli eccleſiæ Pictaueñ. vacat nunc beneficium ſpectans ad collationem alterius tantum, puta ad collationē decani vel ſolius capituli: vtrum poſſit epiſcopus Pictaueñ de illo beneficio mihi prouidere? Certe non, niſi in litteris gratiæ meæ fuerit additum, communiter vel diuiſim. Sed quid? ponamus q̄ Papa mandauit prouideri de beneficio ſpectante ad collationem epiſcopi Pictaueñ. vacauit beneficium quod ſpectabat ad collationem epiſcopi, decani, & capituli eccleſiæ Pictaueñ. vtrū de illo beneficio poſſit mihi prouideri? Certe non: Ratio dubitandi potuit eſſe; quia quod commune eſt, meum eſt. ideo videbatur q̄ de beneficio ſpectante communiter ad collationem ep̄i, decani, & bapituli poſſet mihi prouideri. Sed ratio decidendi eſt, quia Papa non intendit per meā gratiā grauare niſi ſolum epiſcopum Pictaueñ. Not. primo q̄ in promouendo ad eccleſiam parochialem maior idoneitas requiritur, quam in promouēdo ad alia beneficia eccleſiæ: Nam in hac maiora committuntur, & pericuſioſiora, quia non ſolum ei cōmittuntur corpora, ſed animæ. Not. vlterius, q̄ in gratiis expectatiuis non includuntur beneficia curata, niſi in gratia dicatur expreſſe de beneficio curato, quantumcunque ponantur verba generalia: & hoc propter rationem poſitam in principio huius cap. Not. ibi, *Illis vero.* q̄ appellatione dignitatis comprehenduntur ſolum dignitates, quibus aliquis præficitur per collationem: non autem comprehenduntur illæ dignitates, ad quas quis conſueuit aſſumi per electionem: niſi in litteris expectatiuis fiat expreſſa mentio de illis dignitatibus ellectiuis. Nota inſuper, q̄ differūt prēſentatio, collatio, & inſtitutio: q̄ verum eſt in materia ſtricta & odioſa, niſi aliter conſtaret de mente ſuperioris: quia tunc nō eſſet curandum de verbis. cap. petitio. de procu. in antiq. Pro quo ſciendum, q̄ preſentatio dr̄ electio p̄ſonæ, vt præſentetur ſuperiori: & inſtituatur: & iſta præſentatio computatur inter iura patronatus: & per iſtam præſentationem nō acquiritur ius in beneficio: ſed ſolum acquiritur ius in hoc, vt patronus nō poſſit variare ſi ſit patronus eccleſiaſticus vel laicus, niſi accumulatiue. Inſtitutio autē dicitur, quæ fit ad præſentationē patroni, quæ alio modo dr̄ confirmatio. Sed collatio dr̄ quādo prouiſio alicuius beneficij ſpectat pleno iure ad diœceſanum: tū communiter in iure vnum ponitur pro reliquo. Not. quod ſi Papa mādat alicui prouideri de beneficio ſpectancte ad collationē duorum non poterit virtute illius gratiæ prouideri de beneficio ſpectante ad collationem alterius tantū niſi in litteris gratię dicatur, communiter vel diuiſim. Not. q̄ Papa non intendit grauare niſi illum de quo fecit mentionem in gratia.

Caſus §. Illis vero.

Caſus §. Cum autem.

† vide cōcilium Tridēt. ſeſſio. 7. de reformat. ca. 3. & B. Thomā 2. 2. q. 2 art. 6.

Caſus §. Si vero.

¶ *Prima gloſſa dicit quid declaret.*

l ¶ *Cum in illis.*] Declarantur hic, quæ not. per Ber. Innocentiū, & Hoſtienſem ſ. eod. c. vlt. per Compoſtel. ſupra de reſcrip. capitulum, in gloſ. magna. §. ſed quid in his.

m ¶ *Requiratur.*] eſt enim ars artiū, regimē animarū. ſ. de ætate & quali.

quali. cap. penult. ad hoc.ſ. eod.graue.& c.ſeq.in antiq. & ſupra eodem titu.& libro c.1.

ADDITIO. Dicit Archi.quod quia iſti habent alios regere & paſcere,ideo paſtores dicuntur.63.diſtin.ſi in plebibus.95. diſtin. ecce ego.Ioan And.

a ¶ *Intentionis.*] ad quã recurrendum eſt, vt ſ. eo.c. vlt.1 & ſ. de deci. ex multiplici. vbi de hoc. Illa autem intẽtio & ratio quæ fuit delegantis,debet eſſe & delegati.ſ. [in an.] de reſcr.ſuper literis.in fin.

1 Hic ponit Archid.q̃d ibi dixi de ſẽtentia,vel ꝑ ceſſu delegati contra intentionem delegantis. Ioan. And.

b ¶ *Cura.*]etiam ſi in literis prouideri mandetur,quod animarum cura nõ negligatur,ſi qua imminet dignitati. q̃d dic vt in clemen. eo tit. ſi dignitatẽ.1.reſponſo.

¶ *Gloſ. ſequens fortificat textum per ſimile, & per rationẽ; ſecundo quærit. arg. negatiue, contrarium ſoluit.*

c ¶ *Prouideri.*] hinc eſt ꝙ cum patientibus defectum in ætate diſpenſant epi in dignitatibus non curatis:ſed in curatis non: ſ.eod. libr. de æta.& qual. c.vnico. & eſt etiam ſimile de fil. presby. c. 1.ſ.eo. lib. & eſt hoc propter beneficiorum impetrationẽ, quæ dr̃ ambitioſa & reſtringenda.ſ.eod.tit. & libr.quamuis 2. cum alias nomine beneficij dignitates & beneficia includãtur,vt ſ.de ver. ſig. c.penult. Quid ſi Papa ſimpliciter mandat prouideri de beneficio. nunquid poterit executor de tali bñficio prouidere quod requirat ſacrum ordinem? Vr̃ ꝙ non. arg.huius cap. Ad hoc ſ.eo.lib.de fil.preſby.c.Sed dic contra.j.eo.ei cui.Ad idem ſ.eo.ſi pro clericis 3. niſi pateretur in ætate defectũ, ita ꝙ ad illum ordinem promoueri non poſſet: vt ibi,& ſ.eo. lib.de reſcrip.ſi eo tempore.Ioan.And.

† Hic comprehenditur etiam vniuerſitas.Ioã. And. Per. de Ancha. cum enĩ iſta iura in vniuerſitatem cadũt: ergo ipſa cõprehẽditur. facit l. 1. §. ſin autem.& l. omnibus. ff. ad Treb. Fonta.

2 Et ſic reſpõdetur ad id quod dicitur nil excellẽtius dignitate C. de conſul. l. 1. lib. 12. Ioan.And.

intẽtionis [a] noſtræ nequaquã exiſtit, vt cum aliquibus de eccleſiis,perſonatibus, dignitatibus,vel aliis beneficiis quibuſcunque (de animarum cura [b] mentione nõ habita)prouideri mandamus ipſis de iis,quibus huiuſmodi cura imminet, poſſit aut debeat prouideri [c].

¶ *In beneficij prouiſione modus electiuus non includitur, ſi alij modi prouidendi exprimantur.hoc dicit.*

¶ Illis vero pro quibus ſcribimus,vt prouideatur eiſdem de perſonatibus vel dignitatibus, etiam ſi curam habeant animarum, ad collationem, prouiſionem,præſentationem, vel diſpoſitionem ſpectantibus quorumcunque † prouideri nequibit de prelaturis,perſonatibus, vel dignitatibus, ad quos ſeu quas per electionẽ [d] ij,qui eis [e] habent præfici,aſſumuntur [f].

¶ *Beneficiales literæ vnum modum exprimentes,alios non includũt. hoc dicit.*

¶ Cum autẽ inter collationẽ, præſentationem, & inſtitutionem,differentia magna eſſe noſcatur [g]: ſi cui de beneficio ad alicuius collationem ſpectante prouideri mandetur, de illo quod ad eius præſentationem vel inſtitutionem pertinet, prouideri non poterit †,nec etiam econuerſo: expreſſo enim vno caſuum prædictorum, mandatũ ſuper hoc factum (quod debet de ſui natura reſtringi) ad alios extendi non debet.

¶ *Mandatum ſimpliciter duos includẽs, alterum ſolum non adſtringit: & econuerſo directum vni duos non afficit. hoc dicit Dominus.*

¶ Si vero de beneficio ad aliquorũ collationẽ vel præſentationem ſpectante (non adiecto [h] communiter vel diuiſim)prouiſio iniungitur faciendo:in beneficia quod ad collationem vel præſentationem alterius ipſorum tantũ pertinet, adimpleri non poteſt. Sicuti ſi de beneficio ſpectante ad collationem vnius prouiſio iniuncta fuiſſet, impleri non poſſet in beneficio, cuius collatio ad eum ſimul cum alio [i] pertineret.

¶ Idem.

¶ *Beneficium mihi collatum ante diſſenſum meum alteri conferri non poteſt, niſi terminus mihi datus ad conſentiendum eſſet elapſus: & tunc etiam poſt terminum antequam alteri conferatur, potero conſentire. Ioan. And.*

## CAP. XVII.

SI tibi [k] abſenti per tuum

3 Vide q̃d ibi dixi poſt Ioan.Mo. & idẽ Archidi. cum hic ab illa generalitate excipiat ſolum beneficia curata.Ioa.And.

d ¶ *Electionem.*]electio igitur non concluditur ſub verbo prouiſionis vel diſpoſitionis: cum inter iſta tria ſit differentia. & facit quod ſtatim ſequitur.& eſt ſi.ſ.eo.lib.de offic. leg.deliberatione. 1.reſponſo.& facit quod dixi ſ.eod.lib.de elect.c.vlt.& j.c.proxi. 2.reſponſo.in glo.ſed nonne.

e ¶ *Eis.*]ſcilicet prælaturis,perſonatibus,vel dignitatibus.

f ¶ *Aſſumuntur.*]etiã ſi inhibeatur in litteris,ne electores eligãt. vt in clemen.eo.tit.ſi dignitatem.2.reſponſo.

g ¶ *Noſcatur.*] hinc eſt ꝙ capitulũ vacante ſede non cõfert beneficia, quæ ſpectant ad collationem epiſcopi. ſ.ne ſe,va.c.2. & j. eod.li.eod.tit.c.vnico.& tamen tunc inſtituit inſtituẽdos ab epiſcopo.j.eo.lib.de inſti.c. 1. de maio. & obe. cum olim. [in antiq.] & idem vides in generali vicario.ſ.de inſti.ex frequentibus.ſ.eo. lib.de offic.vica cap.vlt.

h ¶ *Non adiecto.*]ex quo Papa hoc non adiicit,alterũ tantũ grauare non intendit: & hoc intellige ſecundum determinationem, quam habebis j.eo.tit.c.vlt.& fuit hoc ſumptum ex quadam extrauanganti,quæ incipiebat,Cõtingit interdum ſicut te,& cetera.

¶ *Gloſſa ſequens obiicit, & ſoluit.*

i ¶ *Cum alio.*] abſurdum enim eſſet illũ grauari, de quo Papa nõ intellexit.In contrarium videbatur: quia ad collationem ſuã ſpectat,licet & alterius:nam,& qui iurat ſuũ nõ eſſe,iurat & ſibi cõmune non eſſe.ff. de ver. ſig. pupillus. §. vlt. [cum ſua gl. & vide quod dr̃.j.de verbo.ſig.c.vlt.]Et qui legat ſeruos ſuos,& qui in totum, & qui ꝑ parte ſui ſunt, vr̃ legaſſe.ff.de leg.3.l.ſi quis ſeruos. Sed hoc facit contraria intentio Papæ.idẽ eſt ergo dicere ad collationem talis,& ſolius talis.

ADDITIO. Bene facit ff.de leg.2.legatis. vbi legatum factum vxori de iis,quæ ſunt parata ad ipſius vſum, nõ intelligitur de paratis ad communem vſum ipſius & viri. Dicebat Io.Mo. quod eſt commune mihi & alteri,proprie non eſt meum.ff.de rit.nup.illud. & verba generalia proprie non improprie ſumi debent. alleg. ſ. eod.titu.& libr.cum de beneficio. in fine. & remittit ad regulam in generali. j. de regu. iur.Ioan.And.

SI tibi abſenti.] Circa beneficiũ collatũ abſenti nondum acceptatum ſoluit quinque dubia:Primum, an ſit illius:ibi, *Licet.* Secundũ an poſſit alteri conferri:ibi, *Ipſe tamen.* Tertiũ,an ſi conferatur,valeat collatio: bi, *Quod ſi.* Quartum,quid ſi lapſus ſit terminus datus ad acceptandum: ibi, *Sed ſi.* Quintum, quid ſi prouiſus poſt terminum præueniat collatorem:ibi, *Antequam.* Ioan.And.

† Si autem ad ſuam collationẽ ſpectet,& ſimul ad præſentationem alterius patroni clerici, res eſt dubia:quia Papa non videtur cogitaſſe de beneficio in quo cõmunicat cum altero: vt in fine iſtius c.& cap. fin. infra eo. ſi autẽ alter eſſet laicus patronus, clarum eſt quod nõ poſſet. de offi. deleg. dilectus. Io. An. de Ancha. Fonta.

CASVS. Epiſcopus Pictauen. alicui Titio abſenti & ignoranti contulit aliquod beneficiũ: non fuit ibi aliquis,qui acceptaret collationem pro Titio abſente: an valeat collatio? Certe ſic, adeo ꝙ collator nõ poterit amplius variare,nec illud beneficium alteri cõferre. Sed vtrũ Titio abſenti & ignoranti per illam collationem ſit acquiſitum ius in beneficio? Reſpondet ꝙ non, niſi Titius illud beneficium acceptauerit:ſed facta acceptatione eſt ſibi ius acquiſitũ ſine corporali apprehenſione, licet ſit ſecus in rebus profanis.l.traditionibus. C. de pact. Sed ponamus ꝙ Titius poſtquam ſciuit illud beneficium ſibi collatũ, differt acceptare collationẽ:an epiſcopus collator poſſit illud beneficium alteri conferre? Reſpondet ꝙ nõ ſtatim:ſed poterit Titio aſſignare certum terminum;intra quem tenebitur ſuam declarare voluntatem an velit illud beneficium acceptare:quo termino elapſo poterit collator illud beneficium alteri conferre. Sed ponamus ꝙ collator elapſo termino illud beneficium non contulit: verum poſſit Titius tale beneficiũ acceptare antequam verus collator alteri contulerit: ita ꝙ per illam acceptationem acquiratur ſibi ius in beneficio: Certe ſic. Not.primo, ꝙ beneficium poteſt conferri abſenti & ignoranti; nec requiritur ad hoc vt valeat collatio, ꝙ ille cui confertur beneficium, illud acceptet. Not. ſtatim ꝙ ſi abſens ſciuit beneficium ſibi fuiſſe collatum, & acceptauit: ſtatim ſibi ius eſt acquiſitum in beneficio: & poteſt lato modo dicere illud beneficium ſuum: ratione cuius poteſt agere rei vendicatione lata.Et ſic etiam ſolo titulo acquiritur ius in beneficio & dominium:ſecus in rebus profanis:quia in illis ex ſolo titulo non acquiritur dominium.Ideo l.quotiens. C.de rei ven. non habet locum in beneficiis. Not. vlterius, quod in iure non eſt aliquod certum tempus præfixum ad acceptãdum beneficium collatũ,ſecus in acceptatione vel repudiatione electionis:& ideo collator poteſt præfigere tempus ad acceptandum beneficium collatum.Not.inſuper,quod non eſt neceſſe eſſe per præſentem cui beneficium confertur: nec etiam alia perſona quę collationem eius nomine recipiat.Ad hoc ſ.eod.lib. de reſcrip.gratia. Not. finaliter caſum in quo vacat beneficium, tamen conferri non poteſt: Nam non dr̃ beneficium hic iſtius, & tñ dicit ꝙ nõ valet collatio. Alios caſus vide de conſti.cum acceſſiſſent.Dominicus.

¶ *Gloſa prima ſummat, & dicit quid declaret,& quod erat dubium,& ſoluit quæſtionem.*

k ¶ *Si tibi.*] Beneficium mihi collatum ante diſſenſum meũ,alteri conferri non poteſt:niſi terminus mihi datus ad conſentiendum

eſſet elapſus:& tunc etiam poſt terminum:antequam alteri confeſatur potero conſentire.Emanauit hæc decr.ad declarationẽ & approbationem eorum quæ not.Inno.& Hoſt.& moderni s̃.eo.accedens.& Hoſt.in ſum.de inſtit.§.quis inſtitui.ſciebamus enim quod abſenti poterat beneficium conferri, & abſens inueſtiri, vt ibi:ſed dubitabatur an medio tempore poſſet collatio reuocari: quod hic terminatur & quod dicit, abſenti.idẽ & multo fortius ſi præſenti, qui forte deliberare velle ſe dixit.Ioan.And.

† Quod poteſt etiã nullo mediante. Pet. de Anchara. ſecus in aliis contractib⁹, qui inter abſẽtes fiunt: nã ibi intermediat aliquid.not. in l. conſenſu.ff.de acti. & obli. Fõt.

epiſcopum [a] conferatur † beneficium, licet per collationẽ huiuſmodi (donec eam ratam habueris [b]) ius in ipſo beneficio vt tuum dici valeat,non acquiras [c]: ipſe tamẽ epiſcopus, vel quicũque alius [d] de ipſo beneficio(niſi cõſentire recuſes) in perſonam [e] alterius ordinare nequibit. Quod ſi fecerit, eius ordinatio facta de beneficio nõ libero, viribus nõ ſubſiſtet.¶ Sed ſi epiſcopus( notificata tibi collatione )ad conſentiendum terminum [f] competentem aſsignet, niſi cõſenſeris,poterit eo lapſo [g] beneficium libere ( cui viderit expedire ) conferre. Antequam tamen ipſum contulerit, tuũ poteris (non obſtante quod lapſus ſit terminus) preſtare conſenſum [h]:& ex tunc de ipſo nõ poterit aliter ordinari.

a ¶ *Epiſcopum.*]factum ponit non ius : quia idem ſi per alium [idem Ioannes Monachus , & Archid.]

Beneficium non acquiritur mihi per conſanguineũ ante acceptationem.

b ¶ *Habueris.*] acceptãdo,vel conſentiẽdo,vel ratumhabendo,ſi negotiorum geſtor vel procurator generalis fuerat inueſtitus de ipſo: ſed ſi ſpecialis , ſtatim dici debuit ſuum, quod dic vt not. s̃. eod. accedens. Ad hoc ff. de negot.geſt.ſi ego.ff.de ſolut. ratum. ff.de acquiren. poſſeſsio. qui abſenti.Ioan.And.

ADDITIO.Poteſt etiam conſanguineus inueſtiri de beneficio: ſed per eum etiam ante acceptationem non acquiritur dominium beneficij vel canonicatus , qui conſenſu eligẽtium & electi acquiritur.s̃.in ant.de elect.cum inter canonicos.s̃.de ſpon.cum locum. licet talis pro tali agere poſsit.ff.de procurat.ſed & hæ.vnde dicit Hoſt. licet lex talem perſonam agere permittat : non tamen facit illum procuratorem. ff.iud. ſol. l.3.§.1.ff.de procur.non ſolum.§.ſi de dote.Ioan.And.

¶ *Gloſ.ſeq.ponit tres opi.quæ olim erant de materia.*

c ¶ *Non acquiras.*]ſecus in legato ſpeciei:quia tũc acquiritur dominium legatario ignoranti : licet commutabiliter 1. ff. de leg. 2. cum pater.§.ſurdo.facit ff. de cond.& demõſt.l.legata.per quæ iura dicebãt quidã quod hic dr̄.Item per id quod habes s̃. de elect. cum inter canonicos.&c.publicato.Ad hoc j.de reg. iur. quod ſemel.cum ſuis concor.Alij dicebant ꝙ ſi ſecundo prius fieret traditio,vel prius cõſentiret:bene tenebat collatio per.l.C.de rei ven. l.quotiens.in prin.& in fi.vbi dr̄, ſi res vendita fuerit duobus, ille potior eſt,cui prius fuerit tradita.& vide quod dixi j.de reg.iu. q prior.Tertia opinio erat ꝙ aut ſecundus ſcienter recipiebat beneficium,aut ignoranter:in primo caſu non tenebat collatio : in ſecundo ſic:tenetur tamen conferens prouidere primo in æquiualenti beneficio.ad hoc s̃.eod.inter cætera.j.de iure pat. paſtoralis. Facit ad hanc diſtinctionem.j.de conceſ.præben. quia cunctis. ff. de vſufr.l.ſi.Sticho.

℣ Scilicet, quia priuſquam agnoſcat , poteſt repudiare. quod autem dicit acquiri dominiũ, dic re vera adita hæred. Ex fictione tamen dicitur acquiſitũ poſt mortẽ. ff. de furt. ſi iuſſu . §. vlt. & l. à Titio. & ff.qui.mo. ſer. ami. ſi partẽ. §. vlt. ff.de condit. inſtit. l. ſi quis ita hæreditatem.

ADDITIO. Archid.attribuit hanc tertiam opinionẽ Hoſtiẽſi, & verum eſt ꝙ Hoſti. ponit illam in decre. accedens.tñ recedit ab illa inhærendo Innocentio,qui ſimpliciter dixerat collatorem nõ poſſe à proprio facto recedere.Ioan.And.

d ¶ *Alius.*] puta legatus de latere,qui confert beneficia vacãtia. s̃.de off.leg.c.2.iſtud autem conferre non poterit:quia licet vacet, non tamen eſt liberum,vt j.ſequitur.

¶ *Gloſſa ſequens format, & ſoluit duas quæſtiones.*

Beneficium collatum abſenti an poſſit alteri conferri ſub conditione, ſi ille non acceptauerit.

e ¶ *Perſonam.*] Sed nũquid poterit alteri ſub cõditione conferre:ſcilicet ſi ille non acceptauerit?Not.s̃.eo.lib.de elect. c. 2. & j. de reg.iur.actus.ſicut beneficium non vacans non confertur cum conditione quando vacabit.s̃.de conceſ.præben.c.2.ad hoc. s̃. de reſcr.paſtoralis. Sed nunquid poteſt de illo ordinare nõ cõferendo perſonæ.ſed aliàs puta vniendo , vel religioſum locum conſtituendo ? Non,niſi ſicut poſſet poſt acceptationem,cum eadem ſit rõ. s̃.de eccl.ædi.ad audientiam 2.s̃.eo.expoſuiſti.12.q.2.c. antepenult.& etiam tunc ſecundario ſit ordinatio in perſonam.

¶ *Gloſſa ſequens obiicit & ſoluit.*

f ¶ *Terminum.*] ſed nonne ſtatutus eſt terminus à iure infra quẽ conſentire debet,ſcilicet vnus menſis.s̃.eod.lib. de electio. quàm ſit.nec vr̄ ꝙ de beneficio iuris poſsit epiſcopus diminuere.j.de regulis iuris indultũ.cum ſuis concordantiis ? Dic decret.illã loqui in electis,qui adhuc habent cõfirmationem petere:iſtam in iis quibus ſit collatio;in his autem non eſt ſtatutum certum tempus.& facit ſupra , cap. proximo. Probatur & hoc per id quod ſequitur: nam in decret.quàm ſit.lapſo termino priuatus eſt ipſo iure , nec poteſt vlterius conſentire: hic autem etiam poſt terminum cõſentit, dummodo res ſit integra:vt ſequitur.

¶ *Gloſſa ſequens ſoluit quæſtionem.*

g ¶ *Eo lapſo.*]quaſi diſſenſiſſe videatur. ſic s̃.eod. lib. de apel. ab eo.vbi etiam iſta ponuntur vt paria. Et per hanc litteram vr̄ idem dicendum ſi diſſenſerit,ſcilicet ꝙ adhuc re integra poſsit conſentire.quod verum eſt conferente in eadem voluntate manente. Ad hoc s̃.eo.lib.de procur.licet.vbi de hoc dixi.

ADDITIO. Ibi tñ glo. loquitur de electo, hic loquitur de prouiſo. Ioan.And.

h ¶ *Conſenſum.*]ad hoc ff.de opti. leg.l. mancipiorum.

¶ Idem.

¶ *Qui vi vel iniuſte occupat ſecundum beneficium curatum , priuatus eſt primo. Qui autem vi beneficium aliquod occupat , eſt ipſo iure priuatus iure, quod in illo, vel ad illud habebat. hoc dicit.Ioan.And.*

## CAP. XVIII.

EVM † 

EVm qui.] Sunt duæ partes,quæ ſatis patent. ſecunda:ibi , *Inſuper*. Et prima ſubdiuiditur : quia ponit primo dictũ:cuius poſtea duas rationes ſubdit:ibi, *Nõ enim*.Io.Mo.dicit,ꝙ primum dictum ponit peccatũ in facto, & in modo:ſecundum in modo tantũ. Io.And. Præmitte qđ habes in c.de multa.s̃. eod. in ant. Domi.

¶ Præſupponitur illud quod habetur in c. de multa.eod.tit.in ant.& hodie in extraua.Io.xxij.quæ incipit, execrabilis.vbi dr̄, ꝙ ſi alicui obtinenti beneficium curatum dignitatem , perſonatum, vel officium,conferatur aliud ſimile beneficiũ: puta ſi alicui obtinenti eccleſiam parochialem conferatur alia eccleſia parochialis,vel dignitas, vel perſonatus , aliudq; beneficiũ acceptauerit & apprehenderit poſſeſsionem, ipſo iure vacat primum beneficium:& ſi contendat habere,caret vtroque.

† Vide extrauagan.Ioan. xxij.incip. Execrabilis. eod. tit. & concilium Tridẽt. ſeſſio. 1. de reforma. cap.2.& ſeq. & ſeſſio. 2. de reforma. cap.17.

CASVS. Secundum cõmunem intellectum huius cap. mihi obtinenti eccleſiam parochialem epiſcopus Pictauẽ. contulit aliam eccleſiã parochialem : quidã tertius intrauit in poſſeſsionẽ ipſius beneficij collati:ego non expectaui ꝙ epiſcopus me induceret in poſſeſsionem ipſius beneficij:ſed mea temeritate iſtum tertium à poſſeſsione beneficij mihi collati expuli:vtrum per iſtam violentam expulſionem à poſſeſsione ſecundi beneficij vacet primũ, ac ſi auctoritate Apoſtolica fuiſſet apprehenſa poſſeſsio huius ſecundi beneficij?Reſpondet ꝙ ſic:aliàs ſequeretur, ꝙ vir ſtultus eſſet melioris cõditionis quã ſapiens.Sed quid, ſanctiſsime pater,ego ſciens nõ habere ius in aliquo beneficio,me intruſi ſcienter in eo: vtrum per iſtam intruſionem vacet primum beneficium quod obtineo?Reſpondet ꝙ ſic, ac ſi habuiſſem titulũ in ſecundo beneficio:& adeptus fuiſſem pacificam poſſeſsionem:ſecus ſi credebam habere ius in beneficio , & tñ nullum habebam. c. ſi beneficia.j. eod.tit.Sed nunquid per iſtam violentiam vel intruſionem debeo carere iure,quod mihi competebat in primo beneficio ? Certe ſic ipſo facto ſecundum communem opinionem, & hoc probant iſta verba,eo ipſo. Not.primo ꝙ non eſt alicui licitum intrare beneficium per violentiam,in quo vel ad quod habet ius:ſed debet expectare inductionem ſuperioris,quæ inductio in poſſeſsionem beneficiorũ de iure communi ſpectat ad archidiaconum,qui hoc faciet auctoritate epiſcopi:tamen hodie Arch. iſtud non obſeruant niſi in magnis dignitatibus , & non in paruis beneficiis. Not. ꝙ quis ſua auctoritate non debet ingredi poſſeſsionem beneficij ſibi collati:ſed auctoritate ſui ſuperioris,niſi eſſet inueſtitus. Pro quo ſciendum eſt,ꝙ inſtitutio eſt tituli collatiua : poſtquam dixit epiſcopus vel ſuperior inſtituens : inueſtio te per traditionem huius rei:& per illam inueſtituram non transfertur poſſeſsio:niſi fieret inueſtitura in præſentia beneficij : ſed ſolum per illã inueſtituram datur inſtituto facultas , vt poſsit ingredi beneficium auctoritate ſua.ſimile dr̄ in l. 1. ff. de acqu. vel amit. poſ. vbi emptor ſua propria auctoritate non debet ingredi poſſeſsionẽ rei venditæ. Et ſic intelligitur tex.tamen etiam poteſt intelligi ,ſi per violentiam fuit intruſus in beneficio,in quo non habebat aliquod ius. Not.ꝙ per adeptionem ſecundi beneficij incompatibilis vacat primum. Vnde ſciendum.ꝙ licet iſtud cap.non loquatur niſi in eccleſiis parochialibus:tamen communis opinio doctorum eſt, ꝙ etiam intelligitur in dignitatibus & perſonatibus:nam iſtud c. venit limitatiue ad illud c.de multa. alleg. ideo ſecundum illud c. debet intelligi: ideo dixit Dominicus de ſancto Gemi.ꝙ conſtitutio declaratoria debet intelligi ſecundum omnes clauſulas conſtitutionis declaratæ,niſi aliud dicatur in conſtitutione declaratoria.Not.vlterius ex hoc tex.ꝙ lex , ſi quis in tantum. C. vnde vi. & ſimilia iura etiam habent locum in eum,qui expulit à beneficio,videlicet quòd talis perdit ius quod habebat in beneficio. Nota inſuper quòd iſte textus in prima parte non habet locum niſi in beneficio curato. Not. finaliter quod ſicut non eſt poſsibile duo curata ſimul retinere quando

quando iuſto modo acquiruntur:ita etiam non eſt poſsibile quando iniuſte. Et ſic videtur quando iura ponunt pœnam exercenti actum:pœna committatur etiam ſi actus non tenet de iure.vide j. de ſentent.excom.ſtatutum.Dominicus.

¶ *Prima gloſ ſummat, & dicit quid declaret.*

qui [a] beneficium, cui animarũ cura [b] imminet, vi occupat, ſeu ſe ſcienter [c] iniuſte intrudit in eo, decernimus ipſo iure fore priuatum beneficio, quod cum cura ſimili primitus obtinebat [d]. Non enim decet vt ſtultus melioris, quàm peritus conditionis exiſtat [e], vel quòd inuaſor † eo, qui iuſte ingreditur, priuilegio gaudeat potiori. ¶ Inſuper vt violenti [f], qui auctoritate (vel verius temeritate) propria occupare dignitates, perſonatus, aut alia quæcũque eccleſiaſtica beneficia non verentur [g], & ſi non virtutis amore, pœnæ ſaltem formidine [h] à ſuæ temeritatis audacia refrænentur, eo ipſo ius, ſi quod in dignitatibus, perſonatibus, & beneficiis occupatis taliter [i], vel ad ea [k] ipſis forſitan competebat, amittant.

a ¶ *Eum qui.*] Qui vi, vel iniuſte occupat ſecundum beneficium curatum, priuatus eſt primo. Qui autem vi beneficium aliquod occupat eſt ipſo iure priuatus iure, quod in illo, vel ad illud habebat. Emanauit hæc decretalis ad approbationem & declarationem eorum, quæ not. Innocentius & Hoſtienſis ſupra eo. tit. de multa.

† Not hic ꝙ ad delictũ punitionem ſufficit aliqd fieri de facto. cap. cũ nuper. de biga. not. in c. plerũque. de don. inter virum & vxorem. & Hppol. in l diuus. ff. de ſic arg. tamẽ ad faciũ nõ ſufficeret aliquid fieri de facto. l. hęc cõditio. ff. de cõdit. & cemõſtra. det. Anchara.

ADDITIO. Quærebant enim de illo, qui propria auctoritate inuaſit ſecundum curatũ, & arguebant quod ipſo iure videatur renũtiaſſe primo. 21. q. 2. ſi quis. ſ. iam recitabant alios dicere contrarium, niſi auctoritatem ſuperioris habuerit. Ioannes Andr.

¶ *Gloſſa ſequens arg. à contrario: ſecundo quærit & ſoluit.*

b ¶ *Cura.*] aliàs non haberet locum pœna decre. ſ. eo. de multa. ſi ergo habet eccleſiam curatam, & poſtea violenter occupat ſimplex beneficium, non vacat primũ, ſed perdit ius ſi quod habebat in ſecundo: vt j. proxi. reſponſo. Sed quid ſi habet curatam eccleſiam, & vi occupat præbẽdam, vel ſimplex beneficium cui eſt annexa eccleſia curata: nunquid vacat prima? Dic ꝙ non: ſed locum habebit ſequens reſponſum. hoc dico per decre. ſ. eo. tit. & lib. ſuper eo. vbi ergo eſſet priuatus primo per iuſtam receptionem ſecundi, erit etiam priuatus per iniuſtam: aliàs non. Et eſt ſi. quod dicimus de bigamia [vel eius pœna] quæ inducitur per matrimonium: quod non tenet eo caſu quo incurreretur ſi matrimonium teneret: aliàs non [in ant.] de big. nuper. Io. And.

¶ *Gloſ. ſeq. ſoluit dubiũ per contrariũ litteræ, ſed cũ diſtinctione.*

c ¶ *Scienter.*] ignoranter igitur non tenebit pœna, ad hoc. j. eod. tit. ſi beneficia. [Idem Arch.] quod de ignorantia facti verum intelligo, ſecus in ignorantia iuris. j. de regu. iur. ignorantia. cũ ſuis concor.

¶ *Gloſ ſeq per hoc c. ſoluit tria dubia.*

d ¶ *Obtinebat.*] eadem ratione quæ hic ponitur in pœna decret. de multa, dicam idem de decre. cum in cunctis. ſ. de elect. ſcilicet quòd ſi aliquis ſcienter & iniuſte ſe faciat in epiſcopum conſecrari, puta, lite pendente: ꝙ vacẽt priora beneficia ſua, ac ſi canonice conſecratus fuiſſet: & ſic etiam iam audiui in curia fore factum 1 propter rationem quæ ſequitur. Et eadem ratione videtur, ꝙ ſi aliquis iniuſte detinens beneficium, impetrat aliud beneficium, non facta mentione de illo beneficio quod occupatum tenebat, ꝙ litteræ non valeant: ne ſit melioris conditionis, &c. vt hic. Ad hoc ſ. eo. tit. & lib. quamuis. & ſic intelligitur. j. eod. ſi motu. & idẽ etiã ſecundum id dici poteſt de decre. non poteſt. j. eo. ſcilicet, ꝙ ſi aliquis habebat plura beneficia, ex quibus vnũ erat occupatũ: & tacito de illo ſuper aliis impetrauit diſpẽſationẽ, diſpẽſatio nõ valet.

1 Sic refert Ioan Monachus Archidiaconus. Ioan. And.

ADDITIO. Hoc idem tenet Archid. Vnde ad propoſitum huius quod tangitur in prin. glo. dixit Inno. in decr. de multa. ꝙ cum interdictum erat regnum (vt puto) Siciliæ, & omnibus capitulis prohibitum eligere, multi tamẽ eligebantur in epiſcopos, & confirmabantur per Metropolitanos, & adminiſtrabant: arguebat tamen quòd elapſo tempore de conſecrandis, vacabant ipſorum priora beneficia per l. 3. §. videamus. ff. de don. inter virũ & vxo. in Authen. de reſtitu. & ea quæ pa. §. fin. j. de exceſ. præla. tanta. ſ. de transla. quanto. ſed Archidiaconus dicit illam gloſſam non fuiſſe in originali Innocentij. Ioan. And.

e ¶ *Exiſtat.*] 16. q. 1. legi epiſtolam. in prin. ff. quod vi aut clam. l. nã & ſi ſeruus. ff. de iur. & fac. igno. l. regula. §. antepen. Nec ex delicto quis facit conditionem ſuam meliorem. ff. de don. inter vir. & vxo. l. 3. §. 1. ſ. de ſenten. excomm ſi vere. Nec melior eſſe debet cõtumacium quàm obedientium conditio. ſ. de poſtul. ca. de dolo & contu. contingit.

ADDITIO. Interdum malæ fidei poſſeſſor eſt melioris conditionis quàm bonæ fidei: vt patet ex not. ff. de rei ven. rem. §. fin. Ioan. And.

Intruſus & violentus differunt.

f ¶ *Violenti.*] Not. ꝙ latius loquitur pars prima q̃ hęc ſecunda: qa loquitur hic ſolum in violento, non in alio ſe iniuſte intrudente: vt in prima parte. & innititur iſte §. rigori illius legis. C. vnde vi. l. ſi quis in tantam. & 16. q. 6. placuit.

ADDITIO. Et vt ibi not. in re violenter poſſeſſa non iuuaret littera confirmationis. C. vnde vi. auctoritatem. Io. And.

g ¶ *Non verentur.*] vereri deberet, cum ſine iuſto titulo illa detinere non poſsint: nec eos iuuat antiqua poſſeſſio, vt j. de reg. iur. c. 1. cum ſuis concordantiis.

¶ *Gloſ. ſequens tractat de triplici timore.*

h ¶ *Formidine.*] 62. diſt. docendus. de elec. cum in cunctis. de vi. & ho. cle. vel clericorum. Ad idẽ. C. de emen. ꝓpin. l. vna. accedat quod dr̃, Oderũt peccare, &c. 2 Et vocatur talis timor ſeruilis; qui ꝑ ſe præmiũ nõ habet, niſi quia ſolet inducere filialem. & eſt timor ſeruilis ſecundum Gregorium, in quo viuit peccandi voluntas, & ſequeretur opus ſi ſperaretur impunitas: & pertinet ad ſeruum. Initialis reſpicit amiſsionem præmij, & pertinet ad mercenarium. Filialis reſpicit offenſam: & proprie ad filium pertinet.

2 Vide hos verſus de offic. ordi. irrefragabili. in vlt. glo. Ioan. And.

3 Vide B. Thomam 2. 2. q. 22. art. 2. & ibi Caietanum.

ADDITIO. De hoc de pœ. diſt. 2. ſicut ſeta. Io. And.

i ¶ *Taliter.*] ſ. violenter. facit pro eo quod ſ. dixi, &c.

k ¶ *Ad ea.*] differentia eſt inter ius quod competit in re, & quod competit ad rem: vt videbis j. de conceſ. præben. c. vlt.

¶ Idem.

¶ *Habens poteſtatem Apoſtolicam perſonæ idoneæ de beneficio prouidedi, aliàs beneficiato ſufficienter prouidere non poterit, niſi in litteris hoc exprimatur, & tunc vnicum ſimplex obtinenti prouidebit. Si vero conceditur vt prouideat beneficia obtinenti, ad duo tantum refertur: & contra factum eſt nullum. hoc dicit. Domi.*

## CAP. XIX.

Is cui [l] conceditur, vt aucto-

IS cui.] Primo determinat duos caſus. Secundus: ibi, *Si vero.* Secundo decretum apponit: ibi, *Prouiſio quoque.* Iterũ prima ſubdiuiditur: quia primo ponit dictum, à quo duos caſus excipit: ibi, *Niſi.* & ſecundum determinat: ibi, *Tunc enim.* Io. And.

¶ Pro intellectu huius cap. eſt præſupponendum, ꝙ gratia de qua in hoc c. non fiebat fauore illius, cui erat prouidendum: ſed gratia illius ad quem dirigebatur: puta quia Papa fecit gratiam abbati ſancti Cypriani, vt poſſet prouidere de beneficio ſpectãte ad collationem vel præſentationẽ alterius prælati: tunc in iſta gratia non eſt neceſſe ꝙ fiat mentio de beneficio obtẽto. Item nõ mãdabatur ꝓuideri certæ ꝑſonæ: ſed idẽ ſi etiã certę ꝑſonę mãdaret ꝓuideri.

CASVS. Papa dedit alicui executori gratiam ſiue facultatem, vt poſſet vni certæ perſonæ idoneæ prouidere de beneficio exiſtente in ſua eccleſia vel alia: iſte executor voluit mihi prouidere de tali beneficio, qui tamen obtinebam beneficium aliquod ſimplex, quod erat ſufficiens, & ex quo poteram ſufficienter ſuſtentari: vtrum poſsit mihi prouideri de alio beneficio ſimplici? Reſpondet quòd non: quia in ſua gratia ſibi mandatur, vt prouideat perſonę idoneę: modo ex quo habeo beneficium ex quo poſſum ſufficienter ſuſtẽtari, non ſum idoneus ad aliud beneficium: quod verum eſt, niſi vellem primum beneficium dimittere: nam tunc poſſet mihi conferri aliud beneficium. Sed ponamus quod in gratia ipſius prælati ſiue executorum dicitur vt poſsit conferre beneficium in ſua eccleſia vel alia exiſtens: etiam obtinenti aliud beneficium? reſpondet quod mihi obtinenti beneficiũ ſimplex poterit prouidere: dũmodo beneficium quod obtineo non ſit curatum. Sed ponamus ꝙ obtinebam duo beneficia ſimplicia: iſte executor vult mihi conferre aliud beneficium compatibile: vtrum poſsit? Certe non: licet in gratia ſua dicatur, vt illud beneficium poſsit conferre etiam obtinenti aliud beneficium: nam gratia ſua intelligitur in obtinente vnicum beneficium dumtaxat. Sed ponamus ꝙ Papa dicit in litteris gratię ſuę, vt iſte executor poſsit prouidere de beneficio alicui etiã obtinẽti plura beneficia: aliquis obtinet tria beneficia, vtrũ poſsit ſibi conferre aliud beneficium? Reſpondet quod non: nã illa pluralitas verificatur in duobus beneficiis. Not. primo id ad quod allegatur præſens c. quod obtinens ſufficiẽs beneficiũ, nõ eſt idoneus ad obtinendum aliud beneficium: niſi expreſſe vt beneficiatæ perſonæ poſsit conferre, fiat conceſsio. Not. magis ſpecifice, ꝙ ſi Papa mandat alicui collatori, vt prouideat perſonæ idoneę de beneficio, virtute illius facultatis non prouidet perſonæ obtinenti beneficium ſufficiens, niſi illud primum beneficium dimittat. & hoc verum, niſi aliud diceretur in gratia. Not. ꝙ in litteris ad beneficia, pluralis locutio reſtringetur ad duo beneficia tantum, & adhuc requiritur quòd iſta duo beneficia non ſint curata.

¶ *Prima gloſſa dicit quid approbet, & reprobet.*

l ¶ *Is cui.*] Approbatur hic opinio Hoſtienſis, quam not. ſ. eod.

tit.cap.vlt.in fine.& reprobatur opinio Innocentij ibi not. & Cópoſtellani.not.ſupra de reſcript.cum adeo.in fine.Et fuit de facto in Mediolañ.archiepiſcopo hæc quæſtio primi dicti.

¶ *Gloſſa ſequens dubium ſoluit.*

a ¶ *Idoneæ.*] & ſi non apponatur:hoc idē intelligo š. de ele. cauſam quæ.š.de reſcri. cū adeo. Ad hoc de pręſum.c.vlt.

† Hęc dictio determinat ly ꝓuidere:ergo ſi nunc nil habet quam uis alias habuerit,videbitur etiā de curatis, cum hic ſit gratia prouidēti, ideo eſt in ſuum fauorem ampliãda. Pet. de Anchara. Fontanus.

ADDITIO. Ad hoc littera.j̃. ibi, vel niſi in conceſsione huiuſmodi ſit expreſſum. & idē Hoſt. in præalleg. decr. vlt.eo.tit.Ioan.And.

¶ *Gloſ. ſequens arg. à contrario, & remittit.*

b ¶ *Sufficiens.*] ergo ſi nō eſt ſufficiens, ſecus eſt.1 Ad hoc.š. de reſcr. poſtulaſti. [& cap.cum adeo.š.eod.cum teneamur.& c.dilectus.ff. de ven.inſpi.l.1.in fi.]Quid autē veniat in hac ſufficientia,not. per Io.21. q.1.c.1.& per Ber.š. eo. tit. de monachis. Ioan. And.

1 Idem Archid. dummodo in collatione faciat mentionem de primo ſupra eo.lib.de officio leg.collatio.

¶ *Gloſ.ſequēs ponit motiuum opi.contrariæ.*

c ¶ *Non poteſt.*] contrarium notabant dicti doctores,& mouebantur illa ratione:quia hoc caſu non fiebat gratia prouiſo, ſed prouidēti: nec poterat ſecundum eos prouiſus hoc caſu ambitioſus dici: cū ad ſui inſtantiam nihil fuerit obtentum.š. eod.tit. & lib.quamuis. j̃. eo. ſi motu proprio.Sed contrarium eſt verum:quia beneficiatus idone⁹ nō eſt.š. eo. ſuper inordinata.& iure cōmuni beneficiatus beneficiari non mãdatur. š. eo. tit. quia in tãtū.Ioan.And.

† Vide Dominicum conſil.78.in cip.formantur.& Lapū allegatione 120.

ADDITIO. Dicit Io.Mo.quòd genus facilius patitur debilitatē vel annihilationē quàm ſpecies:quia genera ſunt intelligenda ciuiliter.ff.de ſerui.ſi cui.ff. ad exhi.l.pe.vnde verbum, perſonæ idoneæ, debet intelligi ſecundum ius commune,de qua š.Ioan.And.

ritate Apoſtolica poſſit vni perſonæ idoneæ [a] † in ſua vel alia eccleſia prouidere:alicui aliud beneficium ſufficiens [b] obtinenti prouidere non poteſt [c]: Niſi primo ille beneficiū quod obtinet, omnino dimittat [d]. Vel niſi in conceſſione huiuſmodi ſit expreſſum, quòd aliàs beneficiatæ valeat prouidere perſonæ: Tunc enim [e] prouidere poterit vnicum duntaxat beneficium obtinenti:dum tamen illi cura nō immineat animarum. ¶ Si vero conceſſum fuerit: vt prouidere illi valeat, qui alia beneficia noſcitur obtinere,huiuſmodi pluralitas debet ſolum ad duo beneficia ſine [f] cura reſtringi.Prouiſio quoque facta contra præmiſſa eo ipſo viribus non ſubſiſtat [g].

¶ Idem.

*¶ Si quis ignorans recipiat beneficium prius reſeruatum vel alteri collatum per Papam:ſi ex quo ſciuit illud ſine difficultate dimittit,recuperat priora beneficia propter illud dimiſſa, aliàs non. Ioan. And.*

CAP. XX.

SI † beneficia [h], quæ per ſedem [i] Apoſtolicam conferuntur,aut decreto interpoſito reſeruantur,interdum contingat ab iis [k] ad quos aliàs pertinet collatio eorundem, aliquibus huiuſmodi collationē ſeu reſeruationem ignorãtibus de facto conferri,& beneficia quę illi tenebãt antea,& † poſt prędictorum adeptionē dimiſſa [l] per eos aliis aſſignari [m]:Ne talis ignorantia eis (cum ſint ſine culpa [n]) præiudicialis exiſtat: ſtatuimus,vt ſi ipſi de collatione ſeu reſeruatione prædicta poſtea certiores [o] effecti,ſublata difficultate quacunque omnino dimiſerint beneficia ſic ſibi de facto collata, ad beneficia ſua priora (collatione quibuſcunque perſonis facta de ipſis nequaquam obſtante) libere reuertantur: Alioquin redeundi ad ea (ſi difficultatem adhibuerint in aliis dimittēdis) ſit ipſis penitus interdicta facultas. ¶ Eundem quoque modū in dimittendo recepta,& recuperãdo dimiſſa quo ad omnes [p] alios, qui forſan occaſione prædicta ſua dimiſerint beneficia,& dimiſſa per alios fuerint aſſecuti, per omnia decernimus obſeruandum.

† Dictio,&, deeſt in antiquioribꝰ codicibus.

¶ Idem.

ADDITIO. Ad hoc ff.de leg.2.Caius.§.1.Ioan.And.

e ¶ *Prouideri.*] vide j. in tex.ibi, Non enim,&c.

f ¶ *De præbenda.*] & tunc de penſione prouideri non poterit, vt ſupra eo.tit.& lib. quamuis. 1.reſponſo.

g ¶ *Diligenter.*] ff.mã. diligenter. & s̄. de reſcrip.cum dilecta.

ADDITIO. Allega. Ioã. Mona.ff. de acqui. hær. l. ſi qs mihi bona. §. pater filio.Arc.alle. d̄ reſtit.ſpol.c.ſi.Ioa.And.

¶ Idem.

¶ *Secundo beneficio curato effectualiter adepto,primum conſimile eius poſſeſſore irrequiſito conferri poteſt: non autem eius poſſeßio dari,ſecundum Zen.*

## CAP. XXVIII.

LIcet [h] † epiſcop⁹ [i] beneficium, quod cum animarũ cura tenebas (poſtquam aliud recepiſti conſimile, ac ipſius poſſeſſionem pacificam habuiſti, vel per te ſtetit, quo minus haberes eandem [k]) poſſit alteri de iure conferre [l]:illum tamen cui contulerit, non debebit te non vocato [m] (cum tibi

LIcet epiſcopus.]Primo dicit beneficiũ de iure vacans conferri poſſe poſſeſſore non vocato.Secundo,in dãda poſſeſsione dicit illum vocandum:ibi, *Illum tamen.* Ioan. And.

† Vide Felinum in c.fin. extra de prę ſũp. & Hyppolitũ ſingulari.195.incip.nemo priuandus eſt.

¶ Præmitte ꝙ habens beneficium curatum, & obtinens ſecundũ,ipſo iure eſt priuatus primo,& libere poteſt cõferri. s̄. eod. de multa. hic declarat q̄d importat verbũ,libere. Dom.

¶ Iſtud c. venit limitatiue ad cap. de multa. eod.tit. [in anti.] vbi vr̃ ꝙ ſi alicui obtinenti beneficium curatum,vel dignitaté,vel perſonatum conferatur aliud ſimile beneficium incompatibile,& adeptus fuerit poſſeſsionem pacificam:vacat primum beneficium. dr̃ in cap.commiſſa.de elect.s̄.eod.iſto lib. ꝙ etiam ſi ſteterit per ipſum cui eſt collatum ſecundum beneficium, quo minus adipiſcatur poſſeſsionem pacificam:vacat primum beneficiũ ac ſi apprehẽdiſſet poſſeſsionẽ pacificã:& poterit eṗs primum beneficium conferre alteri idoneæ perſonæ:ſed vtrum eṗs poſsit iſtum,cui contulit primum beneficium quod vacat per adeptionem alterius beneficij incompatibilis inducere in poſſeſsionem realem abſque cognitione cauſæ?Rñdet ꝙ non,immo debet eṗs facere citari primũ poſſeſſorem,& ipſum audire ſuper iure ſuo quare retineat primũ beneficium, cum adeptus fuerit poſſeſsionem pacificam ſecundi beneficij: quia niſi alleget aliquam cauſam rationabilem, poterit eṗs inducere iſtum(cui ſecundo contulit illud beneficium)in poſſeſsionem realem ipſius beneficij.Not.primo,ꝙ per ſolam beneficij collationem non dr̃ quis acquirere ipſius poſſeſsionem.Not.ſecundo,ꝙ licet quis poſsideat prima facie contra ius rem, tamẽ nõ poteſt ab ipſo poſſeßio euelli illo non vocato.Domi.

¶ *Prima glo.dicit quid declaret.*

h ¶ *Licet epiſcopus.*] Edita fuit ad declarationem decretalis de multa.s̄.eod.tit.& ad probationem eorum,quę ibidem not.Innoc. & Hoſtien.quæ not.Guil.s̄.de elec.licet canon.

ADDITIO.& Compoſtel.de reſcript.capitulum.in glo magna. verſ.item quæritur,vtrum executor datus.& verſ.ſeq.Io.And.

i ¶ *Epiſcopus.*] vel quilibet alius ad quem collatio pertinet, cum eadem ſit ratio:& concilium indiſtincte loquitur.is quoq; ad quẽ prioris decret.&c.cui verbo declaratiue venit hæc decre.vt s̄.dixi.

k ¶ *Eandem.*] ſic s̄.eod.lib.de elect.commiſſa.§.1.

¶ *Gloſſa ſeq. dubium ſoluit,& rationem reddit.*

l ¶ *Conferre.*] Not.ex hoc tex.ꝙ decret.illa s̄.de ęlect. c. vlt. eod. lib.licet in confirmationibus locum ſibi vendicet, non tamen in collationibus:vnde vides ꝙ non facta aliqua vocatione,poteſt fieri collatio.ad idẽ facit s̄. eod.tit.& lib.cum in illis.§. cum autem. & bene dicit textus de iure cõferre:quia iſtud eſt regulare 4 ꝙ rẽ ad collationem meam ſpectantem,vel ius quod in ea habeo donare,vel quocunque alio titulo in alium transferre poſſum,detentione alterius non obſtante.ff. de reg.iur. qui poteſt. C. de hære. vel act.ven.per totum.ff.de contrahen.emp.qui tabernas.ad hoc s̄. eo. venerabilis. s̄. de feud.c. 2.de poſſeſsione autem fiet q̄d ſequitur.

4 Idem Do. facit gloſ. cap.cum noſtris.de conceſ.præb. Fonta.

¶ *Gloſ.ſeq.fortificat textum.*

m ¶ *Te nõ vocato.*]nõ ergo remouebitur poſſeſſor à ſua poſſeſsione vel quaſi ſine cauſæ cognitione 5: ex quo titulo poſsidet, licet iniuſto.16.q.4.volumus.& ſic intelligitur de conceſ.præb. cum noſtris. de reſtit. ſpol. in litteris.de cau.poſ.c.2. [in anti.] & expreſſum C.de rei vendica.l.fin.Hinc eſt ꝙ vſufructuarius vſufructu finito non poteſt à quaſi poſſeſsione expelli:immo contra eũ agetur negatoria:vel ex cautione de reſtituenda re præſtita.ff.ſi vſuſfruct. petat. l. vti frui.1. reſpon.ff. vſufru.quemadmodum caue.l.1. §. hoc autem agat. ergo is cui collata eſt eccleſia, vt ſibi tradatur poſſeſsio,in quo procedetur ſummarie poſſeſſore vocato. C.ſi per

5 Cognoſcere autem debet de canonica collatione petẽtis, & de iniuſta detentione poſſeſſoris ſecundum Archi. ſupra de reſcript. olim. & ſcripſi in prędi.decret. cum noſtris. ſuper gl. 2. Ioan. And.

vim

vim vel alio modo. l. vlt. [ Alleg. Archi.ſ.de reſt. in integ.cum ex litteris.ad fi.ff.de requir.reis.l.2.& 3.q. 9. indicas. Ioan. And.] Nemini enim licet rem etiam ſuam ſua auctoritate occupare. C. vnde vi.ſi quis intantā.16.q.6.placuit.ſ.eod.tit.& lib.cū qui.2. reſponſo.ad hoc ſ.de diuor.porro.Et quod hic dicitur, idem intelligo ſecundum prædictos doctores in omni eo caſu, in quo priuatus eſt quis ipſo iure. pone in terminis.ſ. de elect. licet canon. licet vtilis eſſet declaratio,vt ſ.dixi eo.tit. commiſſa.

ADDITIO. Vide qđ dixi per Inno. & Hoſt. de cōceſ.præb.cum noſtris. in antiq. ſuper gl. pen.ad fi. Ioan.And.

a ¶ *Retinendi.*] vt ſi ſufficienter ſecum diſpēſatum eſſet.ſ.eod. tit.& lib. non poteſt. vel ad tempus hoc conceſſum: vt.ſ.eod. lib. de reſcrip. ſi gratioſe. vel ex cauſa non percipit fructus ſecundi beneficij. ſ. eod. tit.& lib. ſi tibi cōceſſo. vel habet commendatam eam.ſ.de elect.nemo eo.lib.

† Mandata de prouidendo ſuſtulit concilium Trident. ſeſſio. 24. de refor.c.19.

† Hic eſt vnus caſus quo primus impetrans non obtinet primum vacans: alios vide per gloſſ. quia ſæpe. ſupra eod.tit. & li. Dom.Fōta.

forſan ius poſſit competere retinēdi a)in poſſeſſionem ipſius inducere corporalem.

¶ Idem.

¶ *Sacerdotalis præbenda per ſimplex mandatum de prouidendo,non niſi apto ad ſacerdotium eſt conferenda.hoc dicit ſecundum Zen. Et iſtud ſummarium poteſt adaptari vtrique lecturæ poſitæ in tertia gloſſa. Dominicus.*

CAP. XXIX.

EI cui prouideri mandatur † ſimpliciter b de præbenda proximo vacatura,ſacerdotalis c præbēda conferri nō poteſt†,ſi nondum d in ætate e tali exiſtat,2 quòd poſſit ad ſacerdotium promoueri:Sed aliam f expectare debebit.

¶ Idem.

¶ *Ex mandato ſedis Apoſtolicæ expectans ex certa cauſa,ea deficiente beneficiū petere impeditur.hoc dicit ſecundum Zen.*

CAP. XXX.

SI pauper† g clericus cui cū beneficium nullū haberet, mandabatur de beneficio(iuxta ſuæ probitatis merita ) per epiſcopum prouideri,aliud antequam ſit prouiſum eidem, beneficium fuerit aſſecutus: prouidere h ſibi epiſcopus ( cū

EI cui.] Decretalis tria facit:Primo ponit formam prouiſionis: Secundo ſoluit illius dubium:Tertio ſolutionem declarat:Secundum:ibi,*Sacerdotalis*.Tertium:ibi,*Sed aliam*.Ioan.And.

CASVS. Cū in eccleſia Pictaueñ.eſſent aliquæ præbendæ ſacerdotales,aliæ non;ſed erant diaconales,vel ſubdiaconales.Papa fecit mihi gratiā ſub hac forma:quia mandauit epō Pictaueñ. vt mihi prouideret de præbēda in eccleſia Pictaueñ. ſimpliciter abſque alia ſpecificatione:vacauit præbenda ſacerdotalis: vtrū eps illam mihi non promoto ad ſacerdotium poſsit conferre? Reſpondet ꝙ non.Sed quid ſi nondū fui promotus ad ſacerdotiū: ſed tamē ſum in ætate legitima,puta xxv.annorum, in qua potero promoueri ad ſacerdotium:an de illa præbenda ſacerdotali vacante poſsit mihi prouideri?Certe ſic.Et iſta ſunt vera:niſi aliàs conſtaret de mente Papæ,puta ſi in litteris Papæ diceretur, non obſtantibus quibuſcunque,per quę effectus litterarum noſtrarum poſſet impediri aut differri:nam tunc etiam de præbenda ſacerdotali poſſet mihi prouideri:licet nondum eſſem ætatis legitimæ, in qua poſſem promoueri ad ſacerdotium. Not.primo arg. quòd mandatum directum ſimpliciter ſuper præbenda,includit ſacerdotalem & non ſacerdotalem. Not ſecundo ſecundum Io. Mo. quòd genus quod in vno de indiuiduis non poteſt impleri , implebitur in alio. ſ. eod. tit.& lib.cū in eccleſia.& vi.concor.in diſt. c. quia ſæpe.in gl. fi. Domi.

¶ *Prima gloſſa ſoluit dubium.*

b ¶ *Simpliciter.*]Hoc non ſine myſterio dictum fuit:ſi enim in litteris contineretur,non obſtantibus aliquibus,&c. per quæ effectus gratiæ noſtræ impediri valeat, vel differri:hic ſecus: quia patet ꝙ Papa vult ſibi præbendam dari:ordinem autem recipiet cum ætatis erit ad hoc aptæ.& ſuper hoc vidi declarationem ſub bulla.

ADDITIO. Non intelligas per modū conſtitutionis:ſed in quadam cauſa,vt mihi videtur.Nouarieñ. præbēdæ obtinuit impetrās contra opponentem:quia ipſe nō habebat ętatem ad ſacerdotium, quam requirebat præbenda.Iſta ratione expreſſa in Papalibus litteris ſuper ſententia editis,ꝙ impetrans habebat in litteris gratiæ clauſulam,non obſtantibus iis per quæ effectus,&c.Ioan.And.

c ¶ *Sacerdotalis.*] ex priuilegio conſuetudine,vel ſtatuto eccleſię.

ADDITIO. Dicit Archid. vt in eccleſia Bonoñ.iamdudum in ipſa eccleſia contrariū conſului,ſcilicet in ea tunc non eſſe præbēdas ſacerdotales:vnde ex eo quiā non erat expreſſe onus ſacerdotij,vel alterius ordinis præbendis annexum:licet ibidem bene fuerat ſtatutum ꝙ eſſent tot diaconi,tot presbyteri,&c.Ioan.And.

¶ *Gloſ.ſeq.ſignat contrarium & ſoluit.*

d ¶ *Nondum.*] ergo nō inſpicimus tempus datæ, ſed tempus vacationis:vt ſi tunc eſt in ętate,bene quidē:aliàs ſequētem expectet. Sed contra ſ.eo.lib.de reſcrip.ſi eo tēmpore.vbi non inſpicitur tēpus, quo vacat beneficium cum cura: immo ſolum tempus datæ. Sol.In curatis beneficiis & in ipſorum impetratione maior idoneitas requiritur,quàm in ſacerdotalibus præbendis. ſ. eo. tit. & lib. cum in illis. ſ. de elect.iſto lib.ſtatutum. & ideo fauorabilior eſt hæc gratia quàm illa,præterea hic loquitur generaliter, quod genus ciuiliter eſt intelligendum 1 ff.de ſerui. l. ſi cui.præterea gratia illius decret. ſaltem in altera parte eſt duratura. hic autem poſſet gratia in totum extingui.Pone enim ꝙ omnes præbendæ ibi eſſent ſacerdotales:ſi ergo ille qui impetrauit ſibi prouideri de beneficio cum cura vel ſine cura,tunc non erat ætatis idoneæ: pro ea parte qua de curato expreſsit,ſunt litteræ vitioſæ:ſi autē ſimpliciter impetrauit ſuper primo beneficio,curatum non debebitur.ſ.eo.cum in illis,ſed ſecus cū impetro ꝓuideri de ꝑbenda:vt hic vides. Io.

1 Idem videtur ſentire Domi. examinans gloſ. & Panor. cap. cū dilectus. ſupra eod.quia hic non fuit ſurreptio. ſecus in d. cap.ſi eo tēpore. Fonta.

¶ *Gl.ſeq.quærit,arg.& ſoluit.Iterū quærit,arg.pro & ꝯ,& ſoluit.*

e ¶ *Aetate.*] quam dicis hic congruam ætatem 1? Dicendum videtur ꝙ ætas 30. annor. 78. diſt. c. 1. & 3. vbi eſt expreſſum. [ Et hoc tenet hic Archid.ſequens Hoſtien. cuius opinionem poſui in §. inferiora.ſuper glo.2.]Sed hodie ſi attigerit xxv. annum , ſatis eſt in ætate legitima : per decret. ſ. de elect. cum in cūctis. & 78. diſt. c.vlt. & hoc approbat clemē.de æta. & quali.generalem. & non dico hdie ſeruanda interſtitia temporū. de quibus habes 78.diſt. cap.2.& 3.&per totum. Sed quid dices ſi iam erat ſacerdos,licet non eſſet in ætate legitima: nunquid debebitur ſibi præbēda?Videtur quòd non:quia non eſt in legitima ætate quod requirit hæc littera:& nō debemus reſpicere quid factum ſit,&c.vt ſ.de elect.cum cauſam. cum ſuis concord. [ bene facit ff. quando dies lega. cedit.l.penultima.ff.qui ſatiſda. cogan. l.quotiens.cum ſuis cōcor. ] Contra videtur:ex quo enim promotus eſt iam,quid quęrimus ætatē ad promouendum?recepit enim verum ordinem.de tempo.ordi.vel non eſt compos [ in ant. ] Primum credo 3. cum tali interdicenda ſit executio ordinis ſic ſuſcepti:vt in prædi. decre.vel non eſt compos.& quia non debet eſſe melior conditio eius qui deliquit.ſ.eo. titu.& lib.eum qui.

2 De ætate ordinandorum vide quæ demum ſanciuit concilium Tridēt. ſeſſio.23. de refor.c. 12.

† Multis modis quis dicitur pauper. vide Alexandrum conſil.37. incip. cōſultus ſum.lib. 7 adde Bartolum in l. ſi conſtante.ff. ſolut.mat.

3 Idem hic Archid. qui etiam inducit quod talis cum velit vti falſo diplomate, puniendus eſt.ff. ad l.Cor.de fal.l.eos §. fi.Ioan.And.

f ¶ *Aliam.*] nō ſacerdotalem,vlt.etiam ſacerdotalem, ſi tunc peregerit ætatem idoneam,vt ſ.dixi.Ioan.And.

SI pauper.]Decidit caſum dubiū,rationē interſerēs:ibi *Cū ceſſet.*

ADDITIO. Et dicit Io.Mo.ꝙ hic datur inſtantia ad regulam factum,legitimæ,j.de reg.iur.& ibi remittit.Ioan.And.

CASVS. Papa mandauit epiſcopo Pictaueñ. in forma pauperū, vt Titio clerico prouideret de beneficio competenti ſecundū merita ipſius Titij,vt inde poſſet ſuſtentari:antequam epiſcopus Pictaueñ.illi prouideret de beneficio cōpetenti,ipſe Titius adeptus fuit aliquod beneficium,ex quo licite poterat ſuſtentari:poſtea vacauit beneficium in collatione epiſcopi Pictaueñ. vtrum de illo poſsit prouidere eidem Titio?videtur ꝙ ſic:aliàs ſua gratia ſibi de nihilo ſeruiret.Non obſtante iſta ratione dubitādi,decidit hic Romanus pontifex contrarium:videlicet ꝙ epiſcopus Pictauē.de beneficio vacāte non poterit Titio prouidere:& ratio huius eſt:quia cum modo habeat beneficium ex quo poteſt viuere : & ſic ceſſet cauſa ſuæ gratiæ,debet ceſſare effectus.Nota primo ꝙ pauper dicitur non habens beneficium eccleſiaſticum , nec bona patrimonialia:licet habeat virtutes:quod intellige vt ſit pauper reſpectu bonorum patrimonialium. Nota ſecundo ꝙ ceſſante cauſa mandati , ceſſat mandatum : etiam ſi non fuerit adimpletum. vide de appel.cum ceſſante.in anti.Domi.

¶ *Gloſ.prima reci.per quæſtionem,quam diſtinguendo ſoluit.*

g ¶ *Pauper.*] nota,quia non ſine myſterio dictum puto:ſi enim in gratia ſpeciali prouiſum ſit alicui:& poſtea ante vacationem adipiſcatur aliud beneficium,non expirat gratia.Hæc enim decretalis loquitur de forma,quæ prouidet neceſsitati pauperum,quę eſt iuſtitia 4,vel quaſi.in an.de pręben.cū ſecundū. Prouiſione igitur facta impetranti,ceſſat cauſa iuris : & ſic ipſius executio. & facit j. eod.ſi epiſcopus. 1. reſpon. in fi.ibi per eum vel aliū, &c. ius enim beneficiatum non beneficiat.ſ.eo.quia intantum. Et hoc verū puto,niſi adeptum beneficium ſe non compateretur 5. cū prima gratia , ſi iam haberet effectum:vt in duobus curatis.ſ.eod. de multa. cum enim in eo caſu periret ius in re : multo fortius ad rem. j. de conceſ.præben.c.vlt. & hoc approbat clemen.de reſcrip. gratiæ.

ADDITIO. Quòd gratia ſpecialis alicui facta nō expiret ſi poſtea ante vacationem adipiſcatur aliud beneficium, tenet Io.Mo. & Archid.& de hoc per Io.de Deo in ſua q.23. primi lib.vbi dicebat,ꝙ ſi in litteris continebatur eum nullum habere beneficium: & ſic erat tempore datæ rei veritas:iudex pronuntiabit illud beneficium ſibi deberi.Ego non curo de illa clauſula:& tene quod dictum eſt in glo.Ioan.And.

4 Iuſtum eſt clericum beneficiari in vico potiſſime de quo eſt.C. de epiſco. & cleri. in eccleſiis. Ioan.And.

5 Facit qđ de litigante dixi poſt Inno. ſupra de reſcrip. in noſtra.Io. And.

h ¶ *Prouidere.*] talis forma etiam in litteris gratiæ non extēditur ad hoſpitalia,vel loca ſimilia,vt in cle.eo.tit.per litteras.

¶ *Gloſ.ſeq.exponit,quærit,& ſoluit etiam diſtinguendo.*

a ¶ *Ceſſet*

a ¶ *Ceſſet cauſa mandati.*] & ſic ceſſabit effectus. Et quæ erat cauſa? qua nullum habebat beneficium 1: & ſic cauſa iuſtitiæ potius quàm gratiæ, vt ſ. dixi. cõcor. de ap. cum ceſſante. in ant. cum ſi. Sed quid dices. pone, eſt illi prouiſum de vicaria: nunquid per id expirabit mandatum? Sol. ſi vicaria eſt temporalis: pone in terminis. ſ. eod. lib. de elect. cum ex eo. in ſi. & j. de reg. beneficium. ſ. de appel. peruenit 2. [ſ. de vo. c. ſi. ſ. eod. lib. de elect. cũ ex eo, & conſti. Io. execrabilis. in ſi.] tunc non expirabit mandatum: quia beneficiatus non eſt: cum beneficia ſint perpetua. Sed ſi vicaria eſt perpetua, vt s. eo. extirpandæ. tunc ſecus. ſ. de reſcripti. poſtulaſti. [Idem Archidiacon⁹.]

1 Ergo ſi haberet penſionem in titulum, illa tacita gratia non valeret. Fon.

ceſſet cauſa [a] mandati) de cætero non tenetur.

¶ Idem.

*¶ Vbi de prioritate beneficij pluribus collati non conſtat: primo poſſeſſio, deinde maior prærogatiua præfertur. hoc dicit ſecundum Zen.*

CAP. XXXI.

SI † à ſede Apoſtolica, vel legato [b] ipſius vni, & ab ordinario alteri, eodẽ die idem beneficium conferatur, nec appareat [c] quę collatio fuerit primo facta: erit potior conditio poſſidẽtis [d] †. Si vero neuter [e] poſſideat: is, cui ſedes ipſa contulit, vel legatus (propter cõferentis ampliorem prærogatiuam [f]) erit alteri [g] præferendus.

SI à ſede.] Soluit caſum dubium diſtinguens duo membra: Secundum: ibi, *Si vero.* Ioan. And.

† Vide Alexandrum conſil. 19. in cip. admodũ. lib. 2. & late Philippum Probum in c. cum cui. ſupra hoc. eod. tit.

CASVS. Vacante aliqua eccleſia parochiali, vel aliquo alio beneficio: impetraui illud beneficiũ à Legato Cardinali tunc in his partibus exiſtenti: eadé die epiſcopus Pictaueñ. tibi contulit illud beneficiũ: quæritur quis noſtrum debeat habere illud beneficium: vtrũ ego qui habeo collationem à legato de latere, vel tu qui habes collationem ab epiſcopo Pictauenſi? Reſpondet Romanus pontifex cum diſtinctiõe: aut tu habes poſſeſſionem illius beneficij: & tũc es præferendus, licet habeam collationem à legato Papæ, & non tu: aut contra ego ſum poſſeſſor. & tunc ſine dubio ſum potior: ideo ſum tibi præferendus. Sed ponamus quòd neuter noſtrum eſt in poſſeſſione: quęritur quis ſit potior in collatione? Reſpondet ꝙ ego qui habeo collationem à legato, & non tu: & propter excellentiam & prærogatiuam ipſius legati de latere ſum tibi præferendus. Et iſta ſunt vera: dum tamen non poſſit apparere per teſtes vel alia probationũ genera, quæ collatio fuerit prior: nam licet iſtæ duæ collationes ſint factæ eadem die: tñ potuit eſſe quòd eps Pictaueñ. fecit tibi collationé iſtius beneficij tali die de mane: & quòd legatus fecit mihi collationé hora veſperarũ: tunc enim ſi de hoc poſſet cõſtare, tu eſſes potior, & ideo eſſes præferendus. Not. primo quòd legatus de latere poteſt conferre beneficia ex ſua generali commiſſione legationis: ſecus eſt in legatis natis & miſſis: nam tales non poſſunt beneficia conferre, niſi haberent ſuper hoc ſpecialem poteſtatem. Not. principalem effectum huius cap. videlicet quòd ſi eadem die Papa vel ſuus legatus contulerit mihi aliquod beneficium, & eadem die (ita quòd non poteſt conſtare quæ collatio ſit prior & poſterior) epiſcopus fecerit tibi collationem illius beneficij: qui primo adeptus fuit poſſeſſionem illius beneficij, eſt præferendus: ſi autem neuter poſſideat, tunc ego qui habeo collationem à Papa vel à ſuo legato, ſum potior in aſſignatione beneficij. Nota vlterius quòd factum legati non dĩ factũ Apoſtolicæ ſedis. probat tex. qui ponit iſta hio diuerſa. ad idé. ſ. eo. tit. & li. ſi eũ. & c. ſi Apoſtolicæ. Nota finaliter ꝙ in collatiõe beneficij eodé tpe poſſũt cõcurrere tres poteſtates conferendi. Domi.

† Not. bene beneficij titulum adiuuari à poſſeſſione: iuſta dico. l. vis eius. C. de proba. c. licet cauſã. de prob. & ſufficit poſſeſſori etiã ſemiplene probare ꝙ petitoris ius reddat dubium. not. in l. bonę fidei C. de reb. cre. Fonta.

*¶ Glo. prima ſoluit quatuor dubia.*

b ¶ *Legato.*] Intelligas de legato de latere 2: quia alij beneficia conferre non poſſunt: niſi haberent ſpecialem ſuper hoc poteſtatem. ſ. de offic. lega. c. 1. Quid dices ſi Papa contulit vni, & legatus alteri? Dic idem quod infra ſequitur in Papa: vel legato ex vna parte, & ordinario ex altera, quia eadem ratio. Idem dico ſi Papa vni, legatus alteri, ordinarius tertio contulerit. in archiepiſcopo autem & epiſcopo & ſuis ſubditis dubitatio non procedit: quia ad alterum ſolum pertinebat collatio: & illa ſola valuit.

2 Vide quod not. de offici. lega. cap. penul. ĩ glo. 2. Ioan. And

c ¶ *Nec appareat.*] ſi enim poſſet apparere quæ fuerit primo facta, ille obtinebit 3: vt ſi probet per teſtes de hora, vel in ipſis litteris dicitur de hora. & facit quod dixi ſupra eo. lib. de reſcrip. duobus. vbi idem verbum habes.

3 Vterque ergo probare poterit: & obtinebit, qui melius probauerit. de renu. ſuper hoc, de proba, ex litteris. Ioã. And.

d ¶ *Poſſidentis.*] magnum ergo eſt poſſeſſionis commodum. C. de rei ven. l. res alienas. Inſti. de interdi. §. retinendæ. j. de reg. iur. in pari. cum ſuis concor.

ADDITIO. Alleg. Archid. 16. q 4. volumus. vt lit. pen. per totũ. Ioan. Mo. alleg. vt eccle. be. c. vnico. poſt princip. optime facit ad caſum. ff. de pigno. ſi debitor. cuius caſum pono j. de reg. iur. cum ſunt. Ioan. And.

e ¶ *Neuter.*] vel vterque: nec apparet quis tunc primo: idem iuris. ſupra de reſcrip. duobus. 2. reſponſo. in princip.

f ¶ *Prærogatiuam.*] ſic ſ. de maio. & obe. per tuas.

g ¶ *Alteri.*] cui contulit ordinarius.

¶ Idem.

*¶ Religioſus habens prioratum vel eccleſiam curatam, ſi recipit ſecundum ſine licentia Papæ, ipſo iure vacat primũ: quod ſi ſtatim non dimiſerit, efficitur ineligibilis, & priuatur vtroque. Eadem eſt pœna in iis qui habebant ante hanc cõſtitutionem, niſi infra menſem alterum elegerint, & alterum dimiſerint. hoc dicit vſque ad §. prohibemus. Ioan. And.*

CAP. XXXII.

CVm † ſingula [h] officia ſint

CVm ſingula.] Primo ponit conſtitutionis cauſam: Secundo conſtitutionẽ circa religioſos: ibi, *Præſenti.* In qua tria facit: Primo prouidet circa futura: & pœnam apponit: Secundo: ibi, *Circa.* prouidet circa præterita ſub eadẽ pœna: Tertio: ibi, *Prohibemus.* prouidet circa adminiſtrationes vel officia vnius monaſterij nõ cõmittẽda monachis alterius monaſterij: & pœnam apponit committenti & recipienti.

CASVS. Abbas monaſterij ſancti Cypriani alicui ex ſuis monachis habenti prioratum vel aliquod beneficium curatum voluit conferre aliud beneficium curatum, vtrum talis monachus poſſit iſtud ſecũdum beneficium abſq; auctoritate Papæ obtinere? Reſpondet quòd nõ: aliàs ipſo iure vacat primum beneficium: & tenetur ipſe monachus dimittere primum beneficium ſtatim, vt conferatur alteri: quod ſi non fecerit, efficitur ipſe monachus ineligibilis: & tanquam ambitioſus debet vtroque priuari: quod verum eſt ſiue ipſi monachi deſeruiant illis prioatibus, & eccleſiis curatis per ſeipſos, ſiue per vicarios inſtitutos per epiſcopum ad præſentationem ipſorum: iuxta cap. de monachis. eod. titu. in ant. fallit ſi vnum iſtorum beneficiorum eſſet alteri annexũ: quia tũc nõ haberent locũ pœnæ ſupradictæ, cum iſta duo beneficia reputentur pro vno. cap. dudum. ſupra de elect. ¶ Sed quid ſi ſolita ſunt & conſueta conferri ſolis monachis illius monaſterij: vtrum poſſint conferri monachis monaſterij noui Pictaueñ. vel alterius monaſterij, quod non ſubeſt monaſterio ſancti Cypriani? Reſpondet Romanus Põtifex ꝙ nõ: niſi cũ auctoritate Apoſtolicæ ſedis, quod verũ eſt ſi in monaſterio ſancti Cypriani reperiantur perſonæ idoneæ ad obtinendũ illa beneficia: quia ſi non poſſent reperiri perſonæ idoneæ, poſſent aſſumi de monaſterio monaſterij noui, vel aterius monaſterij non ſubiecti monaſterio ſancti Cypriani, etiam abſque licẽtia Papæ: verũntamẽ ſecurius eſſet, ꝙ requireretur auctoritas Papæ. Sed quid, ponamus ꝙ de facto factum fuit contrarium: vtrũ cõtra facientes, & nõ obedientes huic cõſtitutioni debeant puniri aliqua pœna? Reſpondet Romanus Põtifex quòd ſic: nam prælatus qui cõtulit prioratus, vel alias adminiſtrationes monachis alterius monaſterij, eſt priuatus iure cõferendi illas adminiſtrationes pro illa vice: & poteſtas conferendi illa beneficia pro illa vice defertur diœceſano loci: niſi monaſteria ſint ſubiecta immediate Romano Pontifici: quia tũc poteſtas cõferendi defertur ad Papam. Quid de recipientibus & detinentib⁹ illa beneficia? Reſpondetur: ſunt ineligibiles ipſo iure: nec tenet collatio ſibi de dictis beneficiis facta. Nota ex principia cap. ꝙ ſingula officia debent committi ſingulis perſonis: & vna perſona non debet habere duo beneficia: ſicut in corpore humano quodlibet membrum habet ſuam propriam operationem: nec exercet actum alterius membri. 89. diſtin. c. 1. in principio. Nota inſuper quòd cap. de multa. eod. tit. in antiq. etiam habet locum in prioratibus, & non ſolum in eccleſiis parochialibus, vt hic dicitur: Nã monacho obtinenti vnum prioratum, non poteſt alius prioratus conferri: niſi ille eſſet annexus primo prioratui: ſed tunc nõ dicitur habere niſi vnicum beneficium: nam iſti duo pro vno reputantur. cap. dudum. de elect. Nota vlterius quòd religioſus vnius monaſterij non debet aſſumi ad beneficium vel prioratũ alterius monaſterij. Nota inſuper pœnam quæ imponitur illis, qui faciunt cõtra iſtam conſtitutionem. Nota etiam quòd pluralitas beneficiorum inducit diſſolutionem & vagationem in perſonam beneficiati. Nota finaliter quòd religioſis eſt prohibita vagatio. ad quod 16. quæſtione 1. placuit 1. Et cum hoc not. argumen. quòd appellatione monachorum non comprehenduntur alij religioſi. Domi.

† Vide concilium Trident. ſeſſio. 7. de reforma. cap. 2. & ſeſſio. 24. de reformat. c. 17.

Caſus §. prohibemus.

*¶ Glo. prima ſummat, & dicit quid declaret.*

h ¶ *Cum ſingula.*] Religioſus habens prioratum, vel eccleſiam curatam, ſi recipit ſecundum ſine licentia Papæ: ipſo iure vacat primum: quod ſi ſtatim non dimiſerit, efficitur ineligibilis: & priuat vtroque. Eadem eſt pœna in his, quæ habebant ante hanc conſtitutionem: niſi infra menſem alterum elegerint, & alterum dimiſerint. Prioratus eccleſię, vel adminiſtrationes vnius monaſterij ſolitę per ipſius monachos gubernari, abſque ſedis Apoſtolicę licentia

centia alterius monaſterij monachis non committantur, nec commiſſa dimittantur : qui contra fecerint ſint priuati poteſtate ordinandi prædicta ea vice: & defertur ad diœceſanum in non exemptis, & ad Papam in exemptis. Recipientes vel eligẽtes ſunt ineligibiles ipſo iure. Emanauit ad declarationẽ eorum, quę not. Hoſtienſis. ſ. eo. de multa.

ſingulis committenda perſonis [a], & diſſolutionis ac euagationis materia ſit religioſis pręcæteris auferenda [b] : præſenti prohibemus edicto, ne aliqui monachi vel religioſi alij† pluribus prioratib⁹ [c], vel eccleſiis curã habentibus animarũ, etiã ſi eadem cura nõ per ipſos, ſed per presbyteros ad eorum præſentationẽ per epiſcopos inſtitutos habeat exerceri, abſque [d] ſedis Apoſtolicę auctoritate p̃eſſe pręſumat: niſi† forte vnus ex eis ab alio dependeat, vel adinuicem ſint annexi [e] †. Statuentes, vt quicunque ipſorũ prioratum vel eccleſiã talẽ obtinens aliũ receperit: primum, quo ſit ipſo iure priuatus, ſtatĩ omnino dimittere teneatur [f], per eũ ad quẽ pertinuerit libere [g] alteri cõferendum. Quod niſi fecerit [h] : extũc eo ipſo efficiatur ineligibilis [i] †, & tãquã ambitioſus ab vtroque penitus repellatur. ¶ Circa eos autẽ, qui plures prioratus, vel eccleſias huiuſmodi nunc detinẽt: prouidemus, vt infra mẽſẽ [k] poſtquã pręſens conſtitutio peruenerit [l] ad eoſdem, vnum ex ipſis quem retinere voluerint (reliquis dimiſſis) eligere [m] teneãtur: alioquin extunc [n] pœnis ſubiaccant ſupradictis [o].

*¶ Prioratus eccleſiæ, vel adminiſtrationes vnius monaſterij ſolitæ per ipſius monachos gubernari, abſque ſedis Apoſtolicæ licentia alterius monaſterij monachis non committantur, nec commiſſa dimittantur. Qui contra fecerint, ſint priuati poteſtate ordinandi prædicta ea vice : & defertur ad diœceſanum in non exemptis, & ad Papam in exemptis. Recipientes vel detinentes (aliàs eligentes) ſunt ineligibiles ipſo iure. hoc dicit.*

ADDITIO. Dicebát Ioan. Mona. quòd hæc decretalis obuiat ambitioni Monachorum, & eam multiplicibus pœnis aſtringit. Ioa. And.

† Aliàs, aliis

a ¶ *Perſonis.* ] 89. diſt. c. 1. in prin. ſicut ſingula membra corporis ſingulos actus habent : vt ibi ad idem. 16. q. 1. presbyteros. ſ. eod. tit. quia intantum. C. de aſſeſ. l. nemo.

b ¶ *Auferenda.* ] ad hoc ſ. eod. lib. de elect. ſi religioſus. 1. reſponſo. & cap. quorundam. & c. indemnitatibus. §. ſed cum eas. j. de ſta. reg. c. vnico. ſ. ne cler. vel mo. c. 2. monaſterium enim eſt eis quaſi carcer. 16. q. 1. placuit 2. de ſenten. excom. vt famę [in ant.]

† In quodã manuſcripto codice ita: niſi forte vnus vel vna ex eis ab alio depẽdeat &c.

† Alios caſus quibus retinentur plura beneficia, dicit gl. 22. q. 1. in ſum. vide quæ dixi in c. gratia. ſupra c. de reſcrip. Fonta.

¶ *Glo. ſeq. ſol. dubium.*

c ¶ *Prioratibus.* ] poteſt dici etiam non curatis. & quod j. dicitur de curatis, referatur ad proxime dictum de eccleſiis : per decre. ſ. eod. de multa. ſ. de elect. dudũ 2. & hoc approbat conciliũ vienñ. de ſuplen. neg. præl. quia regulares. in fine. In cauſa autem eſt diſſimilitudo inter perſonatus & parochiales eccleſias : quam habes j. ne cle. vel mo. cap. 1.

† Ergo pri⁹ erat eligibilis. vide glo. 16. q. 1. in ſum. & cle. 1 de ele. Philip. Font.

ADDITIO. Idem Ioã. Monac. & Archidiacon⁹

d ¶ *Abſque ſedis Apoſtolicæ.* ] Nota. argu. pro illa opinione, ꝙ in duobus curatis [1] ſolus Papa diſpenſet. ad idem ſ. eod. titul. & lib. non poteſt.

1 Vide quid de hoc articulo ſancitũ ſit nouiſſime in cõcilio Trident. ſeſſio. 7. de reformat. c. 2. & ſeq.

e ¶ *Annexi.* ] in his caſibus nullius diſpenſatio eſt neceſſaria : cum hæc duo pro vno reputentur. ſ. de elect. dudum 2. vbi de hoc. ſ. eo. tit. ſuper eo. &c. extirpandæ. § qui vero.

f ¶ *Teneatur.* ] inquãtũ poſſidet de facto: quia de iure priuatus eſt.

g ¶ *Libere.* ] ſ. eo. tit. & lib. licet epiſcopus.

h ¶ *Quod niſi fecerit.* ] id eſt ſi ſtatim omnino non dimiſerit.

¶ *Gloſ. ſequens obiicit, & ſoluit.*

i ¶ *Ineligibilis.* ] ad idem ſ. de elect. quiſquis. & j. in fi. cap. exageratur igitur pœna in religioſis & merito, vt ſ. in princ. ad hoc 16. q. 1. alia eſt cauſa. Sed nunquid hoc [ſcilicet ꝙ vacaret primum] erat ſtatutũ per decretalẽ, de multa. Dicebat ibi Hoſtiẽ. ꝙ in prioratibus conuẽtualibus vel curatis bene habebat locum decretal. de multa. vt religioſos reſpiceret in iis à quibus ad voluntatem abbatis remouentur [2]: vñ ꝙ plures poſſent habere: cum potius quaſi cuſtodes eſſent, quàm priores. Indiſtincte autẽ intelligo hanc decretalem. etiam in omnibus prioratibus prout indiſtincte loquitur: & approbatũ eſt hoc hodie per concilium Vienñ. de ſupplen. neglig. præla. quia regulares. in fine. & hoc non erat ita clare ſtatutũ per decreta. de multa. & pœnæ etiam ſunt additæ: vt hic vides.

2 Idem not. ſupra. de ſtatu mo. cap. 2. in gl. pen. & quæ ſcripſi ſupra. eo. li. de offic. or. præſenti. in 1. gloſſ. ver. quęrit demũ Ioan. And.

K ¶ *Menſem.* ] quomodo huiuſmodi menſis fiet computatio: dixi de elect. quam ſit. ſ. eod. lib.

l ¶ *Peruenit.* ] & ſic ſi perueniat ante duos menſes à tempore publicationis. ſtatim incipit eis tempus currere: & ſi nõ peruenerit infra duos menſes, adhuc tempus non currit. & ſic placuit Papæ in hoc caſu religioſos adſtringi: cum aliàs cõſtitutio principis ex quo fuerit publicata poſt duos menſes omnes adſtringat [3] in Auth. vt factæ nouæ conſti. circa princip. ad hoc ſ. de poſtu. cap. 1. & dicam in fi. huius libri ſuper data. Ioan. And.

3 Vide B. Thomam 1. 2. q. 90. art. 4. Sotum lib. 1. de Iuſt. & iure. q. 1. art. 4. Deciũ & alios in cap. cognoſcentes. extra de conſtit.

¶ Prohibemus inſuper, ne prioratus, vel eccleſiæ, aut adminiſtrationes, ſeu officia vnius monaſterij conſueta per eiuſdem monachos gubernari, committantur deinceps abſque auctoritate ſedis eiuſdem alterius monaſterij monachis gubernanda [p], nec hactenus commiſſa dimittantur eiſdem : ſed per eos ad quos pertinent, libere ordinentur : Cum illis non liceat habere locum in diuerſis monaſteriis [q], quorum vnum ab alio non dependet [r], nec aliorum monaſteriorum (niſi canonice [s] transferantur ad ipſa) prioratus, eccleſias, adminiſtrationes, vel officia gubernare. Qui vero contra prohibitionẽ præſentem prædicta de cætero alienis monachis cõmiſerint, vel dimiſerint iam commiſſa: ea vice [t] ordinandi de ipſis ſint poteſtate priuati, &† de eis per diœceſanos (ſi exempta non fuerit) alioquin per ſedem [v] Apoſtolicam ordinentur †. Ii †autem qui ea ſuſcipere vel ſuſcepta præſumpſerint detinere, reddantur ineligibiles ipſo iure [x].

¶ Idem.

*¶ Contemptum poſſunt proſequi, ſi ad receptionem vel collationem abſentes monachi vel canonici non vocentur, niſi conſuetudo habeat eos non vocari. hoc dicit ſecundum Zen.*

## CAP. XXXIII.

CVM IN ECCLE-

m ¶ *Eligere.* ] ad idem. ſ. eod. referente. & cap. præterea.

n ¶ *Extunc.* ] id eſt, poſt menſem.

o ¶ *Supradictis.* ] vt ſcilicet fiant ineligibiles : & tanquam ambitioſi repellantur ab vtroque. Ioan. And.

¶ *Glo. ſequens quærit, & ſoluit.*

p ¶ *Gubernanda.* ] quid ſi in ipſo monaſterio nõ eſt aliquis idoneus? Tũc ſatis credo ꝙ aliunde [4] poſſet aſſumi. ad hoc ſ. de elec. ne pro defectu. & cap. indemnitatibus. eod. lib. de elect. ſ in fi. & ſ. de verb. ſig. c. abbate, in fin. ſatis tamen tutum eſſet auctoritatẽ Papæ requiri per ſuperiorem litteram.

4 Vide concilium Trident. ſeſſio. 25. tit. de Regularibus & Monialib⁹. c. 7.

q ¶ *Monaſteriis.* ] ſ. de relig. do. c. vlti. in fi. ſicut nec diuerſorum monaſteriorum abbas eſſe, vt ibi. & 20. q. 4. monachũ. vel p̃eſſe monaſterio & eccleſiæ ſeculari. 16. q. 1. presbyteros.

r ¶ *Non dependet.* ] nec adinuicem ſunt connexa, vt ſ.

¶ *Gloſ. ſeq. reci. per quæſtionem & ſolutionem, cui ſignat contrarium, & reſpondet*

† Alias ita, & de ipſis.

ſ ¶ *Canonice.* ] vt ſi tranſeat ad ſtrictiorem [5] religionem, ſufficiat licentiam ſui prælati requirere: etiam ſi nõ obtineatur. ſ. de regul. licet. Sed ſi tranſiret ad laxiorem ſine cauſa, ſolus Papa diſpenſat: cum ſit contra iura. ſ. de conceſ. præben. propoſuit. Si ad parem, ex cauſa tranſire poterit de licentia abbatis & conuentus 19. q. 3. ſtatuimus. & non obſtat ſupra de electio. eo. lib. ſi religioſus. 2. reſpõſo. quia illud locum habet cum tranſit ad rectoriam : & ibi de filio fit pater. & ideo ibi ſufficiat abbatis licentia.

† Aliàs, ordinetur.

† In manuſcriptis exẽplaribus ita: Hi autem qui ea ſuſceperint vel ſuſcepta pręſũpſerint, &c.

5 Vide B. Thomam 2. 2. q. 189. art. 8. & Hoſtiẽſem in ſumma titu. de Regularib⁹. §. & qualiter

ADDITIO. Innocen. ſupra de renun. c. filio. dicit quòd quando vult religioſus tranſire ad parem, requiritur diſpenſatio & auctoritas epi. quod placet hic Ioan. Mona. & Archid. in decret. ſi religioſus. in fi. vide quod nota. in Specu. titulo 2. §. ſunt quoque. verſi. 24. & quod dixi de regu. non eſt. ſuper 1. gloſſa. Ioan. And.

t ¶ *Ea vice.* ] id eſt, in prima ordinatione. ſupra de elect. cum in cunctis. & cap. cum Vuintoñ.

u ¶ *Per ſedem Apoſtolicam.* ] vel legatum de latere. ſi ſit in prouincia. ad hoc ſ. eo. lib. de elect. ſi abbatem. 1. & 2. reſponſo. Io. An.

x ¶ *Ipſo iure.* ] & collatio non tenet, vt ſ. eod. ibi. & per eos ad quos pertinent, &c.

ADDITIO. Et facit ad not. in clement. eo. tit. ſi plures. in glo. ſi intelligas. Ioan. And.

C*Vm in eccleſiis.* ] Primo ponit dictum : Secundo : ibi, *Niſi.* exceptionẽ: Tertio: ibi, *Alioquin.* pœnã. partes patẽt. Io. An.

CASVS. Vacante ſuccentoria, vel alia dignitate electiua in eccleſia Pictaueñ. canonici conuenerunt in vnũ, & ad ſuccentoriã vel aliam dignitatem quendam Titiũ elegerunt : veruntamẽ erãt aliqui abſentes : quæritur, nunquid debebant ipſi abſentes vocari

ad ele

ad electionem?Reſpondet Romanus pontifex ꝙ ſic:ſi ipſi commode poterant vocari:& hoc ſiue ſint in prouincia, ſiue extra,dummodo commode poſſint vocari. Sed ponamus ꝙ per longũ tempus & ſufficiens ad inducendum conſuetudinem fuit obſeruatũ, ꝙ in electionibus faciendis de ſuccentoria & aliis dignitatibus eccleſiæ Pictauẽ. ſoli præſentes eligebãt:nec erat neceſſe vocare abſentes: an valeat talis conſuetudo? Reſpõdet Romanus pontifex, ꝙ ſic:ſecus ſi non eſſet talis conſuetudo: Nã tũc canonici abſentes poſſent allegare & dicere ꝙ fuerũt neglecti,occaſione cuius ipſi poſſent per iudicem competentem facere caſſari electiones iſtas:veruntñ ſi ipſi abſentes nihil opponerent contra iſtas electiones, nec perſonas electorũ: ipſo iure valerent electiones factæ per pręſentes:Nam vocatio abſentium non eſt de ſubſtãtia electionis.c.eccleſia 2.de elec. in antiq.Not.arg.ꝙ quãdoque collatio beneficiorum vel canonicatuum ſpectat ad ſolos canonicos, de quo ſupra de elect.cum eccleſia Vulterana.Dom.

† Not.hic eſſe differentiam inter receptionẽ canonicorũ, & collationem canonicatus vel prębendę.Et ſic videtur ꝙ ſola receptio non inducat collationẽ. de reſcript. eam te.

¶ *Prima gloſſa dicit, quid declaret.*

a ¶ *Cum in eccleſiis.*] Emanauit ad declarationem eorum, quæ not.Ber.& moderni ſupra de re iudic.cum olim.in fine.

¶ *Gloſ.ſeq.ponit opinionẽ contrariã,& eius motiuũ,cui reſpõdet.*

b ¶ *Facienda.*] de electione eorum per quorum mortem eſt eccleſia viduata tantum habebamus in decr. quia propter. in antiq. Sed per prædictam decr.cum olim.in fi.ibi,plena omniũ qui pręſentes fuerint,&c.dicebant quidam in minoribus beneficiis non vocandos abſentes: quod hic reprobatur 1.vnde intelligimus ibi præſentes, qui ſunt in loco, vnde debent vocari.C. de præſcrip. long.temp.l.vlt.ſ.de ma.& obe.c.vlt. vel ibi conſuetudo erat abſentes ad talia non vocari,vt ſequitur.

1 Tamẽ fallit in receptione facienda ad præceptum ſuperioris, quã do maior pars, aut duæ partes præſentes ſunt.ſcito tamẽ quòd in caſu quo iſti non ſunt vocandi, poterunt contra reſcriptũ & perſonã obiicere. Phili.Fon.

ADDITIO. Et ſic dicit Archid. ſe habuiſſe à canonico illius eccleſiæ.Ioan.And.

¶ *Gloſ.ſeq.ponit dictum,& opinionem illi contrariam, quã improbat per hãc decr.adiũgit tres rationes:demũ quærit,& ſoluit.*

c ¶ *Si commode.*] ſic ſ.de elect.quia propter.ſiue ergo ſint in prouincia,ſiue extra prouinciam,ſi commode vocari poſſunt, vocabuntur:aliàs non.de hoc ſ.de elect.coram. [hæc fuit opinio Hoſt. quæ placet Archid.] Sed de quàm remoto loco vocentur, ſtatur conſuetudini.de elect.in antiq.in Geneſi.& dicebant quidam, ꝙ an vocarentur vel non,non ſtabitur conſuetudini:quod nõ eſt verum,vt hic patet.Sed poſſes dicere ꝙ hic non loquitur de electione prælatorum:& dicit littera;ad talia,&c.Sed dico ꝙ conſuetudo dat ius eligendi, & ita poteſt intelligi de cauſa poſſeſſionis, cum eccleſia.Item dat iuriſdictionem iudicandi:ergo & ſine abſentibus eligendi.de fo.compe.cum contingat.[in antiq.] cum ſimilibus. Item vocatio abſentium non eſt de ſubſtantialibus formæ.ſ.de elect.eccleſia 2.Sed nunquid in alienatione & aliis tractatibus vocari debẽt abſentes?Credo ꝙ non.10.q.2.§.hoc ius porrectum.vbi de hoc.per decretra.ſ.eod.lib.de offic.ordina. quamuis.vbi dixi de hoc.& ſ.de teſti.cap.præſentium.

d ¶ *Eis inſtantibus.*] poterunt ergo contemptum 2 proſequi, & collationem illam facere caſſari:ratificari etiam poterunt, ſi volent.ſ.de elect.quòd ſicut.

2 Facit l. ſi filio præterito. cum notatis ibi in glo. in verbo, tuebitur.ff. de iniuſto.rup. & irri. fac. teſta.

PRæſenti.] Diuiſio patet:quia ſunt quinque dicta, & tertiũ reſpicit prima duo.Secundum:ibi,*Idem eſt.* Tertium:ibi, *Loca.* Quartum:ibi,*Sane.*Quintum:ibi,*Porro.*Dominicus.

Iſtud cap.venit limitatiue ad cap.licet.ſ.eod.tit.iſto libro.

CASVS. Dicitur in c.licet.alleg.ſ.ꝙ ſolus Papa poteſt conferre beneficia vacantia in curia Romana:Sed ponamus ꝙ nuntij ſedis Apoſtolicæ vel legati Papæ cum mitterentur ad aliquam prouinciam,in ſua legatione mortui ſunt in locis proximis curię Romanæ,non tamen deceſſerunt in curia:vtrum comprehendantur ſub c.licet.ita ꝙ ſolus Papa poſſit beneficia eorum vacantia conferre perſonis idoneis?Rñdet ꝙ ſic:& ideo Papa poterit illa beneficia conferre, ac ſi ipſi obiiſſent in illo loco vbi reſidet curia. Idẽ dicendum eſt in curialibus, qui proficiſcuntur ad peregrinationem,& moriuntur in locis proximis ipſi curiæ:vt etiã ſolus Papa poſſit ſua beneficia cõferre ſecundum tenorẽ illius capit. licet. videlicet dummodo Papa huiuſmodi beneficia conferat infra menſem:nã ipſo menſe elapſo poſſent collatores huiuſmodi beneficiorum dicta beneficia conferre. Sed ſanctiſsime pater, vellem informari à vobis, qualiter cognoſcã ego ꝙ aliquis ſit mortuus in loco vicino curiæ Romanæ? Reſpõdet Romanus pontifex, ꝙ in iſto caſu illa loca appellamus vicina curiæ Romanæ,quæ diſtant à loco vbi eſt Papa cum ſua curia per duas dietas legales: hoc eſt per xx.leucas:nam dieta in iure accipitur pro decẽ leucis. l. vicena millia. ff. ſi quis cautionibus. Sed ponamus ꝙ aliquis clericus habens domicilium Pariſius, eũ curia ibi eſſet reſidens, mortuus eſt:vtrum beneficia ſua dicãtur vacare in curia?Reſpõdet ꝙ non:& ideo ſolus Papa nõ poſſet illa beneficia conferre:ſed ſi ordinarius præueniat Papam, valebit collatio.Sed ponamus ꝙ curia Romana cum eſſet Pariſius vult ſe trãsferre ad ciuitatem Romanam: poſtea aliquis curialis non potuit inſequi curiam,ſed remanſit infirmus Pariſius, & poſtmodũ mortuus eſt:vtrum beneficia ſua cenſeantur vacare in curia Romana? Reſpondet ꝙ ſic:& per conſequens ſolus Papa illa beneficia poterit conferre:dum tñ conferat infra vnum menſem, vt dictũ eſt. Not.primo appellatione prædeceſſoris comprehẽditur prædeceſſor etiam per aliquos mediatos:Nam inter Bonifacium auctorem huius c.interpoſitus fuit Greg.x.vt patet in c.ſtatutum.ſ.eod.tit. & lib.& Innoc.iiij.Not.ſecundo arg. differentiam eſſe inter nũtium ſedis Apoſtolicæ,& eius legatum.ad hoc ſ. de præſcrip. accedens. de cenſi.in antiq.cum inſtantia.Dominicus.

† Not. ex loci vicinitate contrahi cõmunionem quandam etiam quo ad prẹmium, pœnã mores de pœnit. diſtin.1.§. ſed continuo. l. non tantum. § Ilienſibus. ff. de excu. tuto. & qui dicuntur vicini, vide l. ſi tertius. de aqua.ſi pluuia.arc. l. 4. §.ſi tam viciuum.ff. de dã. infec. de Pet. Anch. Fonta.

ſiis a canonicorum receptio,† aut præbendarum vel beneficiorum collatio imminet faciẽda b,abſentes canonici (ſi commode c fieri valeat) ſunt vocãdi:Niſi conſuetudo habeat eos ad talia non vocari. Alioquin quod in eorum abſentia fieri contigerit:eis inſtantibus d irritari debebit.

¶ Idem.

¶ *Beneficia morientium etiam in loco vicino curiæ Romanæ per duas dietas legales,vel ſede ipſa vacante ibi cauſam, domicilium vel originem nõ habentium, vel etiam habentium ſed curialium, & ibi cauſa Romanæ curiæ morantium,vel translata curia eam ſequentium, & in itinere decedentium,vel in loco vnde receßit curia in quo remanſerant infirmi: conferri nequeunt per alium quàm per Papam.hoc dicit ſecundum Zen.*

## CAP. XXXIIII.

PRæſenti e declaramus edicto ſtatutum f felicis recordationis Clementis Papæ prædeceſſoris noſtri, de beneficiis apud ſedem Apoſtolicam vacantibus per alium, quàm per Romanum Pontificem minime cõferendis, locum habere in beneficiis:quæ legati aut nũtij ſedis eiuſdẽ,vel quiuis alij g ad Romanam curiam venientes, vel etiam recedentes h ab ipſa obtinere noſcuntur:ſi eos in locis vicinis i † ipſi curiæ mori cõtingat: quemadmodũ ſi in loco vbi eadem curia reſidet, morerentur. ¶ Idem eſt ſi aliquis curialis (etiam Eccleſia Romana vacante) peregrinationis,infirmitatis, aut recreationis,ſeu alia quauis cauſa ad locum curiæ vicinum ſecedẽs, in huiuſmodi loco vicino decedat k: dummodo ibi (etiam ſi erat ad ipſam curiam reuerſurus) eius domicilium l ſeu domus m propria non exiſtat. ¶ Loca vero intelligantur vicina eidem curiæ in præmiſſis, quæ remota vltra duas dietas

¶ *Prima gloſſa dicit quid declaret.*

e ¶ *Præſenti.*]Emanauit ad declarationem eorum,quę not.Guil. & Gar.ſ.eod.tit.ſtatutum.Ioan.And.

f ¶ *Statutum.*] ſ. eod.tit.c.2.

g ¶ *Alij.*] curiales vel non.

h ¶ *Recedentes.*]dicebat Gar.ꝙ cum appellatione vrbis vrbs tãtum & ſuburbia intelligantur.ff.de verb.ſigni.l.2.ſic & nomine curiæ,tantum locum vbi curia habitat cum ſuis ſuburbiis intelligere debeamus in iis qui nondum curiam intrauerant: vel illicentiati receſſerant:in aliis ſecus.Ioan.And.

i ¶ *Vicinis.*] dicitur præſens ille qui eſt in hortis. ff. de procur.l. præſens.vel qui eſt in prouincia.C.de præſcript.long.temp.l. vlt.]. determinabit quæ intelliguntur loca vicina.

k ¶ *Decedat.*] hoc dicebat Guli.ſi receſſerat animo cito redeũdi vt de pœn.diſt.1.diuortium.

l ¶ *Domicilium.*]quod in pluribus locis haberi poteſt.ff.ad muni. aſſumptio.ſupra,de reſcript.dilectus 2.de fo.compe. ex parte.

ADDITIO.Et quod ibi not.in 3.gloſſ.& de parochi. c. fin.in 1. gloſ.hic ponit Archid. Ioan.And.

¶ *Gloſſa ſequens notat,quærit,ſolutioni obiicit dupliciter,& primæ reſpondet,in ſecunda remittit.*

m ¶ *Domus propria.*] ergo licet ſola domus poſſeſsio in ciuitate comparata non faciat quem municipem.ff.ad muni.libertus.§. ſola.tñ quantum ad hoc æquiparantur domus & domicilium. Quid dices ſi eſt in domo ſibi & aliis communis? Idem credo ac ſi eſſet in domo ſolum propria. ad hoc ſ. de poſtu. c. 1. Et res communis omnium illorum eſt.ff. de ritu. nup. illud 3. Et qui iurat ſuum non eſſe,iurat & ſibi commune non eſſe.ff.de verb.ſig.pupillus. §. vlt. Et cũ quis legat ſeruos:&qui in toto,& qui in parte ſui ſunt,legati intel-

3 Facit ff.de iudic.l.Iulianus ait ſi alter.vbi æquiparatur iudicem fieri litigatoris hæredem in totũ vel pro parte.Ioan. And.

intelliguntur.ff.de leg.3.ſi quis ſeruos. Nec obſtat 12.q.2.c.epiſcop' §.qui manumittitur. & ff. de in ius vocan.l.ſed & ſi hac.§.qui manumittitur.quia ibi erat commune pluribus, vt collegio. probatur hæc ſolutio ff.eod.tit.communis libertus.non obſtat 12. q. 1. §.vlt. quia ibi ſoluitur.Ioan.And.

legales [a] (quas hoc caſu ſic ſpecialiter [b] volumus computari) à loco vbi moratur ipſa curia non exiſtunt. ¶ Sane ſi quis in loco vbi † degit curia, ſuæ originis [c] domũ habẽs, diem claudat extremum in ea: ipſius beneficia ſub prędicto non aliter includantur † ſtatuto, quàm ſi curialis eſſet antea, & ibidem occaſione curiæ moraretur [d]. ¶ Porro cum curiã de loco ad locum transferri contingit: ſi curiales in itinere (dum curiã ſequuntur eandem) vel in loco vnde recedit ipſa curia forſitan remanentes infirmi rebus inibi eximantur humanis, pręmiſſum ſtatutum (quantuncũque locus vbi decedũt, ab ipſa curia ſit remotus) ad illorum beneficia ſe extendit.

† Aliàs ita: vbi degit ipſa curia, &c.

† Aliàs, includuntur.

¶ Idem.

¶ *Mors Papæ tollit ne parochiales eccleſiæ in curia vacare dicãtur. hoc dicit ſecundum Zen.*

CAP. XXXV.

SI Apoſtolica ſede vacante aliquas parochiales [e] eccleſias vacare de cætero contigerit apud ipſam: Statuim', vt de eis (ne ipſarum [f] vacatio diutina periculum valeat animab' afferre [g]) per eos ad quos pertinet †, poſsit libere ordinari: conſtitutione felicis recordationis Clementis Papæ prædeceſſoris noſtri de beneficiis apud ſedẽ ipſam vacãtibus, per alium quàm per Romanum Pontificem minime conferendis, vel alia [h] quauis contraria ſuper hoc edita non obſtante. ¶ Idẽ volumus & de illis, quę ibidem ipſo Romano Pontifice viuente vacabunt: ſi de ipſis per eum ante ipſius obitũ [i] nõ fuerit ordinatum.

a ¶ *Legales.*] ſecundũ quas xx. miliaria computantur pro die. ff. ſi quis cautio.l. vicena milia. & ſi modicum etiã ſupereſſet, non includeretur ſub loco. ff. de verb.ſign.l.3.Ioan.And.

b ¶ *Specialiter.*] ſi hoc eſt ſpeciale: ergo ipſius contrarium eſt generale. & facit ad ea q̃ not. s̃.de reſcrip.nonnulli.& quæ dixi eod.lib.de reſcript. ſtatutum. §. cum autem.de elect. cupientes. 1. reſponſo.Ioa.An.

¶ *Glo.ſeq.ſoluit duo dubia.*

c ¶ *Originis.*] certe ſatis idem puto ſi ibi habet continuum domicilium: licet inde non ſit oriundus. ad hoc 10. diſ. ſi in adiutorium. & optime s̃. de elect. eod. lib.fundaméta.§. vlt. s̃. eo. lib. de temp. or.c.3. 1. reſpon. ff. ad munic. eius. §. vlt. C.vbi ſenato. vel clariſ. l. ſenatores. nec rationem diuerſitatis video. Et idem dico in oriundo, qui ibi propriam non haberet domum, ſed forte conductam: cum eadem ſit ratio.ad hoc ff.de legib. non poſſunt.vnde quod dicit, originis ſuæ domum, & de domo propria, & de domo habitationis poteſt intelligi.Io.An.

d ¶ *Moraretur.*] aliàs enim graue præiudicium inferretur loco vbi degit curia, ſi omnia beneficia tunc ibi vacantia haberent ſolũ conferri per Papam.

ADDITIO. Eſt ſimi.quod ſcripſi poſt Vin.s̃.de offi.deleg. eo. lib c.ſi.ſuper verbo, non poſsint.ſcilicet quòd multum præiudiciale eſſet clericis prouinciæ, ſi percuſſores ipſorũ poſſent abſolui per legatos perpetuos, ſ. ratione eccleſiarum habentes officiũ.Ioa. An.

SI *Apoſtolica.*] Ponit duo dicta. ſecundum: ibi, *Idem.* & rationem interſerit: ibi, *Ne ipſarum.*

ADDITIO. Multum æquitatis habet hæc conſtitutio circa parochiales eccleſias vacantes in curia

CASVS. Dicitur in c.2.eo.tit.quòd ſolus Papa poteſt cõferre beneficia vacantia in curia Romana: dum tamen illa beneficia conferat intra vnũ mẽſem.Sed ponamus ꝙ Apoſtolica ſede vacãte aliquis clericus habens eccleſiam parochialem, vel aliud beneficium curatum deceſsit in curia: vtrum ad eccleſiam Romanam ſpectet ſolum collatio huiuſmodi beneficij curati: ita ꝙ prouiſio huiuſmodi eccleſiæ parochialis ſeu beneficij curati debeat differri vſque ad futurum ſucceſſorem, qui eligetur in Romanum Pontificem? Reſpondet Romanus Pontifex ꝙ cum vacatio eccleſiæ parochialis, & beneficij curati ſit periculoſa animabus ſubditis: præcipit Papa, ꝙ ſi ſede Apoſtolica vacante vacet huiuſmodi beneficiũ curatũ in curia Romana, vel in locis proximis curiæ, quòd ordinari' poſsit huiuſmodi beneficium conferre: nó obſtante dicto cap.licet. & ſic iſtud capitulum ponit ſpeciale in beneficiis curatis. Sed ponamus ꝙ vacauit iſtud beneficium curatũ adhuc viuente & ſuperſtite Romano Põtifice, accidit quòd Papa eſt mortuus antequã prouideret alicui de iſto beneficio curato: vtrũ ordinarius poſsit illud cõferre, etiã ſi nondum ſit elapſus menſis intra quem ſolus Papa debeat prouidere? Reſpondet quòd ſic: quòd verum eſt ſi Papa non contulerit iſtud beneficium curatum ante ipſius mortẽ.

Nota primo quòd Apoſtolica ſede vacãte poſſunt ordinarij cõferre eccleſias parochiales etiam ſi vacauerint in curia: nõ obſtante c.2.s̃. eod. & iſtud eſt ſpeciale in eccleſiis parochialibus. Ratio ſpecialitatis eſt fauor animarũ: vt dicit principium textus. Et quod ſequitur, quòd cũ iſtud ſit ſpeciale in eccleſiis parochialibus, ꝙ ius commune ſeruatur in aliis beneficiis eccleſiaſticis.l.1.ff.ad municipal. Nota quod menſis qui conceditur Papæ ad conferendum beneficia vacantia in curia Romana, non currit ſede Apoſtolica vacante.

¶ *Prima gloſſa arguit à contrario.*

e ¶ *Parochiales.*] ſpeciale ſit in eis propter curam: in aliis ergo ius antiquũ remanet. Ad idem s̃.eo.lib.de elect.nemo. Et per hoc ſatis patet, quòd in aliis non currit menſis ſede vacante, currit tamen ignoranti: vt s̃.eod. tit. & lib.ſtatutum.dixi [in gloſ.eſt ergo.]

ADDITIO. Quòd ſpeciale ſit in parochialibus eccleſiis quod hic dicitur, tenet Archid. vñ licet poſſet vrgere eadẽ rõ in aliis eccleſiis curatis non parochialibus: detractio iuris veteris non habet locum in illis: ſuper qua vide infra de verbor. ſignifi. cõſtitutionem. & quod ibi not.in quarta gloſſa. Ioan.And.

† Vide Decium in cap. bonæ. in principio, extra de appellat.

f ¶ *Ne ipſarum.*] rationem hic ponit.& eſt ſimi.s̃.eo.lib.de offic.deleg.ſi is cui. & j̃.ne ſede vacan.ca.vnico. in fine.

g ¶ *Afferre.*] ſupra eo. tit.c.1.

h ¶ *Alia.*] vt s̃.eod.tit, ſtatutum. & s̃.ca.proxi.

i ¶ *Obitum.*] ſcilicet cum deceſsit infra menſem: aliàs non eſſet quęſtio. s̃. eod. ſtatutum.

ADDITIO. Quia ſcilicet etiã Papa viuẽte poſſet ordinarius illa conferre. Ioan. And.

¶ Idem.

¶ *Gratia alicui cõceſſa, vt prouidere poſſit perſonis idoneis in certa eccleſia perſonis nõ expreſsis, nõ expirat re integra obitu cõcedentis: ſecus ſi perſonæ eſſent expreſſæ. Ioan. And.*

CAP. XXXVI.

SI cui [k] (nulla perſonarũ facta expreſsione [l]) ſit gratio-

SI *cui.*] Sunt duæ partes. ſecũda: ibi, *Secus.* Prima ſubdiuiditur: quia primo ponit dictum: ſecundo reddit cauſam ſui dicti: ibi, *Quam cum.*

CASVS. Papa conceſsit epiſcopo Pictaueñ.facultatem, vt forte in eccleſia ſua cum ad ipſum non ſpectaret collatio præbendæ, ſed ad decanum & capitulum: vel etiam in alia, eccleſia, poſſet ꝓuidere perſonis idoneis: Antequam epiſcopus Pictaueñ. prouidiſſet illis perſonis, Papa mortuus eſt: vtrum illo mortuo expirauit gratia data epiſcopo Pictaueñ. vel vtrum non obſtante morte Papæ poſsit dictus epiſcopus prouidere perſonis idoneis? Reſpondet quòd ſi antequã epiſcopus Pictaueñ.prouideret perſonis idoneis: & ſic reipſa exiſtente integra Papa mortuus ſit, non expirat mandatum: ideo non obſtante morte Papæ poterit prouidere perſonis idoneis: quod verum eſt quando in gratia nõ fuerunt expreſſæ certæ perſonæ. Sed quid ſi gratia prouidendi in aliqua eccleſia reſpiciebat fauorem certæ perſonæ: & antequã epiſcopus prouideret, mortuus eſt Papa: vtrum expirauerit gratia? Reſpõdet ꝙ quòd tũc per mortẽ cõcedentis expirata eſt gratia.Nota primo ex principio capitu.ꝙ gratia iam facta per mortem concedentis non expirat antequam ille cui facta eſt gratia, illa gratia vteretur: & iſta fuit ratio dubitandi ad iſtud capitu.ſecus eſt in gratia alicui conceſſa: & ſic ceſſat contrarium gloſſæ.de cap.ſi ſuper gratia.de offi.deleg. eo.lib.quod videtur contradicere ſecundo dicto huius cap.Dicitur enim in dicto cap.ſi ſuper gratia. quòd mortuo Papa antequam vacet præbenda, non expirat poteſtas executoris: quia non expirat gratia: ergo nec poteſtas executoris, quæ eſt acceſſoria ad gratiã. Sed ibi iam iamque erat facta gratia: hæc autem in ſecundo dicto huius cap.non erat facta, ſed mandabatur fieri. ſed in primo dicto gratia erat facta: quia reſpiciebat fauorem illius cui mandabatur, vt faceret gratiam: & ideo quantum ad ipſum dicitur facta gratia.

Nota argu.ꝙ inferior à Papa non poteſt conferre beneficia ad Apoſtolicam ſedem deuoluta: vt in clemen.ſi de beneficio. eo. tit.

Nota quòd gratia facta non expirat per mortem concedentis: etiam ſi nondum eius effectus ſit adimpletus.Dominicus.

¶ *Prima gloſſa ſummat.*

k ¶ *Si cui.*] Gratia alicui conceſſa, vt prouidere poſsit perſonis idoneis in certa eccleſia, perſonis non expreſsis, non expirat re integra obitu concedentis: ſecus ſi perſonæ eſſent expreſſæ.Ioan. An.

l ¶ *Expreſsione.*] multum ergo operatur expreſsio perſonæ: & facit infra cap.proxi.& ſupra de offic.deleg.ſi is cui.eod.lib.

a ¶ *Idoneis.*]

a ¶ *Idoneis.*] vt s̃.eod.tit.ſuper inordinata.& c.is cui.eo.lib.

1 Vide præ alios Philippum Franců hic.

b ¶ *Legi ime.*] ſcilicet ſecundum ſtatuta Lateranenſis 1 vel generalis concilij.s̃.de conceſſ.præbend.c.2.& de elect.ne pro defectu. Et talia beneficia legati de latere,qui ſunt in prouincia, conferre poſſunt.s̃.eod.venerabilis.

ſe conceſſa facultas,vt auctoritate Apoſtolica poſſit aliquibus perſonis idoneis[a] in certa eccleſia prouidere, vel beneficia,(quorum collatio eſt ad ſedem Apoſtolicam legitime[b] deuoluta) conferre, contradictores† eadem auctoritate,per cenſuram eccleſiaſticam compeſcendo: huiuſmodi cōceſſio (quam cum ſpecialem gratiam contineat,decet[c] eſſe manſuram) non expirat etiã re integra per obitum concedentis: Secus ſi ſuper prouiſione certæ perſonæ facienda ſit data poteſtas eidem, non ob ſuam[d], ſed eius, cui prouideri mandatur gratiam, vel fauorem: illa quidẽ expirat omnino, ſi concedens re integra moriatur[e].

¶ Idem.

¶ *Qui ex licentia circa incertos conceſſa abſque titulo ad ſacros ordines clericos promouet., eis tenetur prouidere. Dans licentiam promouenti, vel etiam promouendis: eis promotis ad ſacros ſine titulo, prouidere tenebitur. hoc dicit. Zen.*

CAP. XXXVII.

SI † epiſcopus[f], cui nullis perſonis expreſſis in genere commiſiſti[g], vt vice tua ordines in tua diœceſi celebraret, ad ſacros[h] ordines promouerit quempiam titulum[i] non habentem:ei(cum in culpa[k] fuerit taliter[l] ordinãdo eundem) tenebitur vitæ neceſſaria miniſtrare[m],donec ſibi per eum vel alium[n] de competenti beneficio ſit prouiſum. ¶ Si vero certas[o] commiſiſti† eidẽ ordinare perſonas, tu (qui præuidere hoc caſu an haberẽt titulum debuiſti) taliter ordinato

† Vide concilium Trid. ſeſſio. 21. de reformat. cap. 2.

† Aliàs commiſiſſes.

ADDITIO.Et not.s̃. eo.lib.de offic.leg. cap. 1.in vlt. glo. & vide qđ ibi dixi.Ioan.And.

c ¶ *Decet.*] j.de reg.iur. decet.cum ſuis concor.

d ¶ *Suam.*] quando ergo eſt gr̃a eius cui ſcribitur,non expirat, vt s̃. ſecus qñ alterius, puta pro quo ſcribit, vt hic.

† De hac clauſula vide Zabarellã in clemen. 2. §. contradictores.de re iug. dom. & Felin. in c. ſuper eo. extra de offic. deleg.

¶ *Glo. ſeq. amplificat tex.obiicit, & ſoluit: ſolutioni opponit,& reſpondet.*

e ¶ *Moriatur.*] vel renũtiet.s̃.de renũ.c.1. eo. lib.Ad hũc finẽ expreſſe cõtradicit s̃.eod.lib. de offi.deleg. ſi ſuper gratia.vbi dicitur,ꝙ executorũ poteſtas datorũ ſuper gratia alicuius non expirat re integra:ſicut nec gratia, cũ ſit acceſſoria ad gratiã:hic cõtrariũ dr̃.Solutio 2. Facti diuerſitas ſoluit cõtrariũ:ibi loquit̃ de gratia iam facta:hic de faciẽda per executores: vnde ibi dixit text.gratia facta,&c.hic dicit prouiſione facienda. ſi ergo Papa concedat canonicatum & præbendam ſi vacat, vel quæ primo vacauerit,nulli alij de iure debitam,& ſuper hac gratia per ſe facta dat executores,habet locum decretalis illa: quia cum iam ſit canonicus,& iam ſit facta gratia: poteſtas executorũ velut acceſſoria,non expirat 3.ſi Papa non facit gratiam,ſed mandat fieri:puta prouideri mihi de beneficio: hic poteſtas executoris principalis eſt,& expirat re integra.Sed quare nõ expirat in s̃. proximo caſu, cum etiam adhuc ſit prouiſio facienda? Solu. ibi etiã iam erat facta gratia, cum reſpiceret eum qui prouidere debebat,non eum cui debebat prouideri.

2 Idem ibi Ioa. Mona. & Archid.

3 Vide tex. not. in cap. auctoritate. infra de cõceſ.præb. de materia iſtius gloſ.vide Phil.hic remiſſiue.Fonta.

SI *epiſcopus.*] Sunt tres partes quarum prima decidit quid iuris cum per proprium epiſcopum data eſt alteri epiſcopo ordinandi licentia:Secunda & tertia decidunt quando de perſonis data eſt prædicta licentia.Secunda:ibi,*Si vero.*Tertia:ibi, *Eis autem.*harum quælibet exprimit ſuã cauſam.Prima:ibi, *Cum in culpa.*Secunda:ibi,*Tu qui.*Tertia:ibi,*Cum eam.*Ioan.And.

¶ Si epiſcopus alteri epiſcopo dederit poteſtatem, vt vice ſua in ſua diœceſi clericos poſſet ordinare, & fuerunt clerici ſine titulo ordinati:ordinans,& non dans poteſtatẽ,incurrit pœnam. c.cum ſecũdum Apoſtolum.eod.tit.in antiq.niſi dans poteſtatem nominauerit ſibi certos clericos ordinandos:nam tunc dans poteſtatẽ, & non ordinans,pœnam incurrit.hoc dicit.

¶ Præſupponendum eſt quòd habetur in c. alleg.cum ſecundum Apoſtolum. videlicet ꝙ epiſcopus non debet aliquem clericũ ordinare ad ſacros ordines, niſi conſtet ſibi ꝙ talis clericus habeat ſufficientem titulum vnde viuere poſſit: & ſi contrarium fecerit, tenetur ep̃s illi dare neceſſaria vnde poſſit viuere, donec fuerit aſſecutus ſufficiens beneficium,ne cogatur mendicare.

CASVS.Epiſcopus Pictaueñ.dedit epiſcopo Angolimeñ. poteſtatẽ,vt poſſet ordines celebrare in diœceſi Pictaueñ.ep̃s Angolimeñ. aliquos clericos promouit ad ſacros ordines ſine titulo eccleſiaſtico:quæritur, quis ep̃orum tenebitur ordinato miniſtrare neceſſaria vitæ donec habeat vnde poſſit ſuſtẽtari?Rñdet Romanus Põtifex cum diſtinctione:aut ep̃s Pictaueñ. dedit poteſtatem ep̃o Angolimeñ.celebrãdi ordines in diœceſi Pictaueñ. non facta expreſſione perſonarum:& tũc ep̃s Angolimeñ.tenebitur præſtare neceſſaria vitę tali ordinato,donec fuerit beneficium aſſecutus.Si autem dedit poteſtatem ordinandi certam perſonam expreſſam: tunc per ſe ep̃s Pictaueñ. illi tenetur miniſtrare neceſſaria: quia tunc vr̃ dediſſe poteſtatem epiſcopo Angolimeñ.vt iſtum ordinet: ſiue fuerit idoneus,ſiue non:ſed in primo caſu vr̃ dediſſe poteſtatem,vt clericos ordinet ſi fuerint idonei:non autem dicũtur idonei abſque titulo eccleſiaſtico.Sed quid,Sanctiſſime pater,ponamus ꝙ ep̃s Pictaueñ. dedit mihi licentiam recipiendi ordines à quocunque mallem ep̃o(quia de iure communi non poſſum recipere ordines niſi à proprio ep̃o)non habebã aliquem titulum eccleſiaſticũ:vnde cum iſtis litteris acceſſi ad ep̃m proximum,& ab eo recepti ordines:quis iſtorum tenebitur mihi miniſtrare neceſſaria?Reſpondet ꝙ meus proprius ep̃s: quia non debet dare iſtas litteras,niſi prius ſibi conſtiterit de titulo eccleſiaſtico. Hodie tñ ep̃i dant iſtas litteras licẽtiæ nõ facta fide de titulo eccleſiaſtico, ſed ipſi in litteris ſuis faciunt mentionẽ:dum tñ vobis conſtiterit de titulo eccleſiaſtico ſufficienti conſcientiã noſtram exonerando.

Nota primo iuncta gloſ. ꝙ quis non poteſt ordines celebrare in aliena diœceſi ſine licentia proprij ep̃i: nec poſſet in ſua diœceſi ordinare clericos alterius diœceſis: tñ teneret ordinatio ſi fieret de facto:ſed ordinãs eſſet ſuſpenſus,& ordinatus non haberet executionem ordinum. Nota principalem effectum huius cap. ꝙ ordinans debet diligenter inquirere an promouendi habeant titulum eccleſiaſticum: nam ſi ordinet abſque titulo, incurrit pœnam c.cum ſecundũ Apoſtolum.alleg.

Nota ꝙ cũ proprius ep̃s cõmittit alteri ep̃o ordinationem certorũ clericorum & nominatorum:ep̃s cui facta eſt commiſſio,non tenetur inquirere an nominati ſint idonei vel nõ: ſed debet præſumere ꝙ cõmittẽs præſentauit ſibi idoneos:& ſi tales ordinati reperiantur ſine titulo,eſt imputandũ cõmittenti, & non ordinanti.

Not. vlterius ꝙ ep̃s non debet dare licentiam recipiẽdi ordines ab alio ep̃o:niſi conſtet ſibi ꝙ tales habeant titulum.

¶ *Prima gloſ.dicit quid declaret.*

f ¶ *Si epiſcopus.*] Emanauit ad declarationem decretalis s̃. eod. non liceat.& c.epiſcopus ſi.& c.cum ſecundum Apoſtolum.

ADDITIO.Et eorum quæ not.Inno.& Hoſt.de ætat. & qualit. c.antepenult.& penult.

g ¶ *Commiſiſti.*] quod aliàs ſine pœna facere nõ poſſet,vt s̃.eod. lib.de temp.ordi.c.2.

h ¶ *Ad ſacros.*] ideo dicit quia pro ordinatis ad minores non ſcribit eccleſia,vt ordinatores compellat,vt not.s̃.eo.tit.c.2.

¶ *Gloſ.ſeq.ponit duas opi.contrarias,& ſecundam approbat.*

i ¶ *Titulum.*] ſaltem patrimonij 4. Vnum ſcias quod Ioan. Gof. & Inno.tenent s̃.eod.ep̃s.ꝙ quantuncũque clericus habeat patrimonium,niſi expreſſe ordinetur ad titulum patrimonij ſui, habet actionem ꝯ ordinantem ad ea quæ dicuntur j.Tan & Hoſt.ꝯ: dicentes eum ſi patrimonium habet tacite ad titulum pratrimonij ordinatum, ita ꝙ deficiet actio: quibus ego conſentio per prædictam decre. ep̃s ſi.aliàs illud, niſi, quod ibi ponitur, nec proprie nec exceptiue veniret: & per decre. tuis. eod. tit.in antiq. Et de hoc habes per Hoſt.s̃.de reſcrip.poſtulaſti.

4 Circa hoc vide quid ſanciuit concilium Trid. ſeſſio. 21.de refor.c.1.§. patrimoniũ vero.

ADDITIO. Vide quod dixi in dicto c.tuis.ſuper ſi.vlt.gloſſ. per quod videbis ꝙ licet quo ad obligationem de qua hic loquimur,ſequar Tan.& Hoſt.non tamẽ dico patrimonium eſſe titulũ, niſi expreſſe fuerit ſic actum.Ioan.And.

k ¶ *In culpa fuerit.*]& ſic eſſe debet in pœna,vt 38.diſt.qui ea.& 28.diſt.quia ſunt.Ioan.And.

l ¶ *Taliter.*] ſcilicet ſine certo titulo.

¶ *Glo.ſeq.obiicit,& ſoluit.*

m ¶ *Miniſtrare.*]Videbatur quòd puniri deberet ille qui mandauit:& imputare ſibi debuit ꝙ talẽ elegit,& per aliũ fecit,vnde idẽ ac ſi p ſeipſum elegiſſet.de re.iur.q per aliũ.ſed hæc vera,vbi mãdauit de certo,vt ſtatim ſequit̃.& facit s̃.de elec.ſi cõpromiſſarius.

ADDITIO. §.1.Alleg.Ioan. Mo.ff. de cond.indeb.ſi procurator.in princip.vbi generali mandato non committo procuratori, quòd ſoluat indebitum.Ioan.And.

n ¶ *Alium.*] Not.pro iis quæ dixi s̃.eod.tit.& lib.ſi pauper.

o ¶ *Certas.*] & expreſſas intelligo: quia ſi commiſiſſet ei ordinare clericos talis villæ vel loci: adhuc eſt hic genus & nõ ſpecies, vnde locum habebunt ſuperiora: aliud eſt enim certum,aliud certum & expreſſum 5. facit j.de conceſ.præben.ne captandæ.

5 Phlip. & Dom.not.ꝙ vbi requiritur certa & expreſſa mẽtio,debet fieri per verba ſpecialia nõ generalia. Fonta.

ADDITIO. Per quod patet,ꝙ aliter ſumitur hic expreſſio. & s̃. eod. lib.de reſcrip.c.2.quàm s̃.eo.lib.& tit.c.2.ad fin.Ioan.And.

a ¶ *Ad prædicta.*] ſ i icet vitæ neceſſ ria.
b ¶ *Per te.*] vel per alium. ſ. proxi.reſponſo, nec poterit ſibi indignitatem ad beneficium obiicere, ex quo illum dignum ad ordines reputauit, ſ. de æta. & qua. accepimus. quod dic vt ibi.
c ¶ *A quo voluerint.*] dum tamen catholico, & in aperta ſedis Apoſtolicæ rebellione non fuerit. ſ. de præſcript. veniens.

¶ *Gloſ. ſeq. exponit, quærit, arg. negatiue & affirmatiue, & duas opin. ponit.*

d ¶ *Ad præmiſſa.*] ſcilicet vitæ neceſſaria, donec eis de competenti beneficio ſit prouiſum: & tráſit talis obligatio ad ſucceſſoré, vt ſ. eod. tit. cũ ſecundũ Apoſtolum. Quid dices ſi clericus ordinatus ſine titulo ad ſacros, promiſit epo ꝙ eũ ſuper his non inquietaret: nũquid tali renuntiatione non obſtãte agere poterit? Vĩ ꝙ non, ex quo renũtiauit. 7. q. 1. quàm periculoſum. de elect. cum inter R. in ant. Econtra: quia iſtud vĩ ius publicum, quod remitti non poteſt. de fo. compet. ſi diligẽti. de ſent. excom. cõtigit. [etiã in antiq.] Et beneficio quod nondum habebat, renũtiare non potuit: ſicut nec hæreditati nondum delatæ. ff. de acqui. hære. l. qui ſuperſtitis. & alimenta 1. pacto alimentarij non tolluntur 2. ff. de tranſact. cum hi. dixit Da. ꝙ valet pactum. Bart. Brixieñ. dixit hoc verum, ſi poſt ordinationem interuenerit: ſed in ordinatione vterque ſimoniacus eſſet & deponendus. ſupra de ſimo. cap. penult. in quæſtione veneriali, quæ incipit: Eſto quòd epiſcopus ordinet.

† Vide Decium in c. 1. de reſcrip. ſuper 1. gl. & eundé cõſil. 147.

1 Futura: ſecus in præteritis. C. de tranſact. l. de alimentis. Ioan. And.

2 Sine prætoris auctoritate: & intelligitur de relictis teſtamẽto, vel cauſa mortis, aliâs ſecus: vt ibi: §. plane. & de hoc in Specul. qui fil. ſint leg. verſic. ſed quæritur vtrum.

ad prædicta [a], donec per te [b] beneficiatus fuerit, obligatus exiſtis. ¶ Eis autem quibus à diœceſanis datur licentia vt poſsint à quo voluerint [c] epiſcopo ad omnes ſacros ordines promoueri: non qui ordinant, ſed qui tribuunt licentiam (cum eam dare non debeant titulum non habenti) ad præmiſſa [d], ſi titulum non habeant, obligantur.

¶ Idem.

*¶ Si primo loco Papa dat licentiam conferendi beneficia certo modo vacantia, vel ad Papam deuoluta, ſecundo ali quod de his conferat ſpecialiter, vel conferri mandet: ſpecies generi derogat, ita quòd ſecundo beneficium debetur. hoc dicit. Ioan. And.*

## CAP. XXXVIII.

QVáuis †tibi [e] nuper in genere [f] poteſtatem dedemus beneficia ſex clericorum tuorum [g] cedentium [h] vel decedentium auctoritate noſtra perſonis idoneis [i] cõferendi: canonicatum tamen & præbendam, quos in tua eccleſia (in qua poſt [k] prædictam gratiam tibi factam mandauimus cuidam ſpecialiter prouideri) obtinebat quidam ex eiſdem tuis clericis nũc defunctus, cõferre non potes, cũ illi, pro quo ſcripſimus, debeantur. Nam primæ generali gratiæ tibi factæ derogat [l] poſterior ſpecialis, licet de illa nõ fecerit mentionem. ¶ Simili ratione ſi poſt facultatẽ tibi conceſſam a nobis conferendi beneficia tuæ diœceſis (quorum collatio eſt ad ſedem Apoſtolicam deuoluta) nos eorum aliquod antequã tu conferas, conferamus [m] ſpecialiter alicui, vel conferri mandemus, de conceſsione tibi facta non habita mentione: facta per nos collatio canonica eſt cenſenda.

QVamuis.] Sunt duo dicta. ſecũdum: ibi, *Simili.* Et in fine primi reddit rationem vtriuſque: ibi, *Nam primæ.* Ioan. And.

CASVS. Papa dedit epo Pictaueñ. facultatem conferendi beneficia ſex clericorum cedentium vel decedẽtium: & iſti clerici poſsidebant beneficia ſpectantia ad collationem alterius epiſcopi quam epi Pictaueñ. data iſta facultate vacauit beneficiũ comprehenſum ſub tali facultate: forte per deceſſum vel renuntiationem illorum clericorum; vnde poſtea Papa fecit collationẽ de vno illorum beneficiorum, vel dedit facultatem conferendi ſpeciale beneficium: licet non fieret mentio de generali poteſtate epi, an valeat iſta ſpecialis collatio? Reſpondet Romanus Pontifex ꝙ cum generi derogetur per ſpeciem, valet illa ſpecialis collatio: licet non fuerit facta mentio de generali facultate. Not. primo quòd in beneficiis conferendis Papa habet plenã poteſtatem: & ideo poteſt conferre beneficia in quacunque parte orbis ſita: nam concurrit cum quibuſlibet ordinariis: immo poſſet reſeruare diſpoſitioni ſuæ beneficia ad alios ſpectãtia cum decreto irritante. Not. ad quod allegatur præſens capitulũ quòd generi per ſpeciem derogatur. cõcordat cap. 1. de reſcrip. in antiq. Not. principalem effectum huius cap. quòd ſi Papa alicui dederit generalẽ facultatem conferendi beneficia: poſtea alteri dederit ſpecialem poteſtatem conferendi certum beneficium ſub generali facultate conceſſum: valet collatio ſpecialiter facta.

*¶ Prima gloſſa ſummat, & dat concorda.*

e ¶ *Quamuis tibi.*] Si primo loco Papa dat licentiam conferendi beneficia certo modo vacantia, vel ad Papam deuoluta: ſecundo aliquod de his conferat ſpecialiter, vel cõferri mandet ſpecies generi derogat, ita quòd ſecundo beneficiũ debetur. Ad hanc decretal. concordat eod. tit. dudum.

f ¶ *In genere.*] ſi autem in ſpecie dediſſet licentiam, puta Archidiacon. Bonoñ. cum vacabit, tunc ſecus: quia vtrumque ſpeciale; & ſic valeret primum, niſi de primo fieret mentio in ſecundo. & idem eſt ſi ante ſecundam ſpecialem gratiam iam erat deſcenſum ad ſpeciem ex virtute primæ generalis. 3. Ad hoc ſ. de fi. preſby. ex tua. de offic. dele. ex parte 3.

3 Idem Ioãnes Monachus. Ioan. And.

g ¶ *Tuorum.*] qui dicantur ſui clerici hoc caſu & ſimilibus, habes j. de verbo. ſignifi. cap. vlt.

*¶ Gloſſa ſequens notat, quærit, & ſoluit: ſecundo quærit, arg. pro, ſoluit contrarium: tertio ſoluit, & ſolutionem declarat.*

h ¶ *Cedentium vel decedentium.*] iſta duo ſunt diuerſa, maxime in impetrationibus vel gratiis: vt probatur ſ. de reſcript. ſuſceptum. 2. reſponſo. Sed nunquid ſi clericus ſuus cedit vel decedit in curia Romana: poterit eius beneficium conferre? Dic ꝙ non 4, niſi haberet ad hoc mandatum expreſſum: vt ſ. eo. c. 1. & 2. in fine. Sed quid dices? ille cui facta eſt talis gratia vult conferre beneficia, quæ vacant per vxorationẽ clerici ſui: vel per adeptionẽ epiſcopatus, vel ſecũdi beneficij curati: nunquid poterit? Et videtur ꝙ ſic: iam enim tacite ipſo facto renuntiaſſe videtur. ad hoc ſ. de iis quæ fiunt à maio. parte cap. ex ore. de offic deleg. gratum. Credo [Idem Archid.] ꝙ cum tales indulgentiæ reſtringantur. ſ. eod. tit. & lib. is cui. & c. quamuis. ꝙ talia beneficia conferre non poterit 5, cum potius priuatione iuris, quàm renuntiatione vacent. quod patet ex eo ꝙ compelluntur ad illa dimittenda: vt ſ. de cleric. cõiug. c. 1. ſ. eod. de multa. & c. licet epiſcopus. & cap. cum ſingula. ſ. eod. tit. & lib. Ad hoc facit prædicta decretalis ſuſceptum. nam ſimiliter poſſet dici, quod cedens eſſet mortuus quo ad beneficium cui ceſsit. 7. q. 1. cap. in apibus. §. ecce in quibus. 33. q. 2. §. 1. Sed pone, iam contulit beneficia quinque clericorum, moriuntur duo ſui clerici ſimul, quorum alter habebat pinguius beneficium altero, vult pinguius conferre, nunquid poterit? Videtur diſtinguendum, aut Papa proprio motu dedit hanc gratiam, aut non: vt primo caſu poſsit pinguius conferre, ſecundo non 6. vt ſ. eod. titul. & lib. ſi pluribus. Sed dic quod illud poſſet locum habere ſi poſſet conferre beneficia ſex primorum clericorum ſuorum decedentium: ſed hoc de primis clericis non eſt dictum 7: vnde quod beneficium voluerit conferre, poterit, dominus Ioan. And.

4 Idem Arch. de verbo. ſigni. c. ſi. Io. And.

5 Verum, ſi ordinario præiudicatur c. ſane. ſuprà de priui leg. Si ſoli concedenti. ſecus Inno. c. cum dilecti. ſupra. de donat. Phili. Font.

6 Immo poteſt, ſi conferendo ſoli Papæ præiudicetur. Philip. poſt Dom. Font.

i ¶ *Idoneis.*] ſupra eod. lib. & tit. is cui.

k ¶ *Poſt.*] aliàs non fuiſſet tanta quæſtio ex quo primum mandatum ſpeciale genus præceſsiſſet. Ioan. And.

l ¶ *Derogat.*] vt infra de regulis iur. generi cum ſuis concordan. Ioan. And.

m ¶ *Conferamus.*] penes Papam enim remanſit eadem poteſtas, & maior etiam in prædictis: vnde ex quo ipſe preocupauit, melior eſt ipſius conditio, vt ſ. eod. dudum.

7 Immo de rigore ſic intelligendum eſt. c. poteſt. §. 1. ſupra eod. l. nec cõditio. ff. de cond. & demõ. aliud de æquitate, vbi de paruo agitur præiudicio. Font.

¶ Idem.

*¶ Reuocatio gratiæ non tollit ius quæſitum, ſed quærendum, niſi ius annexionis aliud inducat: nec tamen tollit ius quærẽdum annexum iuri digniori iam quæſito. hoc dicit ſecundum Zenze.*

## CAP. XXXIX.

SI

SIis cui.] Circa reuocatoriam gratiarum decidit tres caſus dubios: Primum, contra expectantem in eo ſolum quod expectat ſecundum & tertium, pro expectante: ibi, *Non ſic.* & ibi, *Sed & ſi.* vtriuſque rationem ponit. Ioan. And.

¶ Pro intellectu iſtius cap. eſt præſupponendum quod habetur in gloſ. poſita ſuper verbo, verba: videlicet quòd Bonifacius viij. cõditor huius voluminis ſtatim poſt ſuam promotionem, reuocauit gratias factas per duos ſuos prædeceſſores, videlicet Nicolaum & Cæleſtinum; & verba illius conſtitutionis erant iſta: Gratias factas per tales, & per quas ius non eſt acquiſitum in re, caſſamus & adnihilamus, decernentes in irritum.

CASVS. Nicolaus quartus vel Celeſtinus quintus contulerat Titio canonicatũ: & mãdabat canonicis, vt ſibi prouiderẽt de præbẽda, canonicatu, dignitate, vel officio: virtute ſuæ gratiæ Titius aſſecutus fuit præbendã, & expectat dignitatẽ vel officium: Pendente illo tẽpore Nicolaus quartus mortuus eſt: & ei ſucceſsit Bonifacius octauus, qui reuocauit gratias factas p prædeceſſores ſuos: poſtea vacauit dignitas: illã petebat Titius virtute gratiæ ſibi factæ p Nicolaum

is [a], cui de canonicatu, præbenda, & dignitate, perſonatu, vel officio per felicis recordationis Nicolai [b] vel Cęleſtini [c] prædeceſſorũ noſtrorum litteras, gratia in aliqua eccleſia facta erat, conſtitutionis noſtræ reuocatoriæ tẽpore canonicatum & præbendam, dignitati, perſonatui, vel officio alicui non annexam [d] erat adeptus, licet dignitatẽ, perſonatum, ſeu officium inibi expectaret: propter expectationem huiuſmodi priuatus nõ intelligitur iure, quod in canonicatu & prębenda fuerat canonice aſſecutus: ius tamen quod ad dignitatem, perſonatum, vol officium competebat eidẽ, iuxta verba [e] dictæ reuocationis intelligitur rẹuocatum. ¶ Non ſic autẽ ſi canonicatum cum dignitate, perſonatu aut officio conferri tantũ canonico conſuetis [f] †, fuerat aſſecutus ſub expectatione prębendæ: cum ius magis dignũ [g], quod iſte in dignitate, perſonatu, ſeu officio huiuſmodi iam habebat, ius minus dignum canonicatus retineat, cuius canonicatus ratione ius eidẽ ſaluũ remanet ad præbendam nulli alij debitã, Apoſtolica ante ipſum auctoritate recepto. ¶ Sed & ſi [h] ex epiſcopi vel alterius cuiuſcũque [i] collatione vel prouiſione, adeptus fuerat in eadẽ eccleſia dignitatem, perſonatum, ſiue officium conferri tantum canonico conſueta, præfatus, qui canonicatum auctoritate Apoſtolica iam habebat: idem [k] erit cenſendum.

¶ Idem.

*¶ Obeſt reuocatio gratiæ præbendam expectãti, & decreti interpoſitio, etiam ignoranti. hoc dicit. Zen.*

CAP. XL.

Qvodam [l] per litteras felicis recordationis Nicolai Papæ prædeceſſoris noſtri canonicatum ſub expectatione † vacaturæ præbendæ in certa eccleſia obtinente, ſucceſſor eius Cæleſtinus cuidam alteri ſimilem in eadem eccleſia gratiam fecit, quem omnibus etiã ante ipſum auctoritate Apoſtolica, vel quauis alia in eccleſia ipſa receptis voluit anteferri [m] †, cum interpoſitione decreti: priuſquam tamen ad primum & eius executores ſecundæ gratiæ notitia perueniſſet, vacans præbenda eidem primo per ſuos fuit executores collata: poſt huiuſmodi autem & ante factam ſecundo collationem ipſius præbendæ, noſtra cõſtitutio [n] reuocatoria emanauit: & quoniam quis eorum ius habeat in præbenda huiuſmodi dubitatur: Nos neutrum illorum habere ius decernimus in eadem. Prima

colaum quartum: dicebat capitulum ꝙ non tenebatur ſibi illã dignitatem conferre: quia gratia ſua fuerat reuocata per Bonifaciũ octauum: Dicit Titius ꝙ cõſtitutio reuocatoria intelligitur dumtñ non fuiſſet ſibi acquiſitum ius in re: & quia fuerat præbendam aſſecutus, ideo dicebat ſuam gratiam non eſſe reuocatam: Ecõtra allegabat capitulum, ꝙ cum iſta dignitas eſſet ſeparabilis à canonicatu: & licet Titius conſecutus fuiſſet præbendam, tñ nõ habebat ius in re quantum ad dignitatem: nunquid capitulum bene dicat? Reſpõdet quòd ſic. & ideo dicit Romanus põtifex, ꝙ ſua gratia erat extincta quantũ ad dignitatem, perſonatum, vel officium. Sed pone ꝙ Papa creauit me canonicum, mandauit mihi conferri præbendam, & etiam vt conferretur mihi dignitas vel officium: vacauit præbẽda, quæ cõſueuit aſsignari ſoli canonico: aſſecutus fui dignitatẽ, ſed adhuc ſum ſub expectatione præbendę: pendente tempore fuit reuocata mea gratia, poſtea vacauit præbenda: nunquid illã poſſum petere? Reſpõdet, ꝙ ſic: licet gratia mea fuerit effectum ſortita quantum ad canonicatum & dignitatem. Sed quid ſi Papa creauit me canonicum, & mandauit prouideri de præbenda cum vacaret: poſtea vacauit dignitas quæ conſueuit aſsignari ſimplici canonico: & fuerunt reuocatæ gratiæ: vtrum iſta videatur reuocata, ex quo non ſum adhuc adeptus præbendam? Reſpõdet Romanus Pontifex quòd non. Nota primo quòd per mortem Papæ concedentis gratiam, non extinguitur gratia etiam re exiſtente integra: ideo eſt opus reuocatione. Nota ꝙ ſi in eccleſia ſit ſtatutum quòd dignitas non conferatur niſi canonico: ſufficit ꝙ talis habeat ius canoniæ, licet non habeat præbendam. Et hoc niſi ſtatutũ magis ſpecifice loqueretur: quia diceret, niſi canonico præbẽdato: nam tunc eſſent obſeruanda verba ſtatuti: vt hic eſt textus.

Nota ꝙ ius reuocatorium ſuperueniẽs, tollit ea quæ ſunt in fieri: non autẽ illa quæ ſunt in perfecto eſſe. Nota in §. non ſic. quòd conſuetudine induci poteſt in eccleſia, quòd quis habeat dignitatem & canonicatum in eadem. ad hoc ſ. eo. cum in eccleſia. & de conſuetud. c. 1. eod. lib. Dominicus.

*¶ Prima gloſſa dicit vnde habuit ortum.*

a ¶ *Si is.*] Habuit ortum ex conſtitutionibus reuocatoriis, quas fecit Bonifacius ſtatim poſt promotionem ſuam, de gratiis factis à Nicolao iiij. & Cæleſtino v. per quas ius quæſitum erat ad rem, non in re. Reuocatoria gratiarum Nicolai incipiebat: Pridem ad apicem. illa vero Cæleſtini incipit: Dudum circa promotionis, & de his etiam conſtitutionibus tractat j. cap. proxi. & j. de conceſ. præben. cap. vlt. plenius.

b ¶ *Nicolai.*] quarti.

c ¶ *Cæleſtini.*] quinti.

d ¶ *Non annexam.*] quaſi in annexis. ſecus ſ. eod. tit. & lib. ſuper eo. & c. quia ſæpe. & j. proxi. reſponſo.

*¶ Gloſſa ſequens ponit verba reuocatoria.*

e ¶ *Verba.*] quorum mentem habes j. de conceſ. præben. c. vlt. ſed ad litterã erat hæc: Omnes collationes, prouiſiones, reſeruationes ſuper canonicatibus, dignitatibus, perſonatibus, præbẽdis, officiis, portionibus, pręſtimoniis, eccleſiis parochialibus, ruralibus, vel aliis: nec non ſuper quibuſcunque beneficiis eccleſiaſticis vacaturis cũ cura vel ſine cura, in quibus non ſit ius quæſitum in re, licet ad rem per dictum anteceſſorem noſtrũ ſeu eius auctoritate factas, conceſſas, ſeu commiſſas: & ea quæ ab ipſo ſuper his, vel circa ea quomodolibet proceſſerunt, Apoſtolica auctoritate in fratrũ noſtrorũ præſentia vj. Kalẽdas Ianuarij cũ adhuc (ſicut prę mittitur) eſſemus Neapoli, omnino caſſauimus, irritauimus, & vacuauimus; caſſas, irritas, & vacuas nũtiauimus, nullius etiam decreuimus fore firmitatis: & quod extunc ſecus a quoquam ſcienter vel ignoranter contigerit attentari: & cętera. ideo igitur dixit iſta verba: quia per verba illa caſſatur ius quęſitum ad rem: ſed ius in re non ſic intelligitur reuocatum.

ADDITIO. De reuocatione aliorũ priuilegiorum Cæleſtini vide in cõſtitutione Ioannis: ſancta Romana. & dicam j. tit. 2. cap. vlt.

f ¶ *Conſuetis.*] per hoc non reuocatur gratia: eſt enim æquius, ꝙ ꝑpter ius in re ſeruetur ius ad rem in hoc caſu, quàm propter ius ad rẽ extingueretur ius in re contra mentem conſtitutionis.

ADDITIO. Eſt ſi. ff. de lib. & poſthu. ſi ita. §. regula. cuius caſum vide de offi. deleg. præterea. ſuper gloſſ. vlti. Ioan. And.

g ¶ *Magis dignum.*] ſ. de conſecrat. eccle. vel alta. quod in dubiis. cũ ſuis concor.

ADDITIO. Pro & cõ de offic. delega. ſuper quæſtionum. §. ſi vero. in antiq. vbi de hoc. Ioan. And.

h ¶ *Sed & ſi.*] tolle, quod eſt infra: præfatus qui canonicatum auctoritate Apoſtolica iam habebat, adeptus fuerat in eadem eccleſia ex epiſcopi, &c. Ioan. And.

i ¶ *Cuiuſcunque.*] ad quem pertinebat collatio: vel forte legati.

k ¶ *Idem.*] ſcilicet quod canonicatum retineat: & canonicatus ratione præbendam.

Qvodam.] Decidit dubiũ exortũ ex duabus gratiis Nicolai & Cæleſtini: & proceſſu facto per primã ſecuta poſt reuocatoria, & deciſionis cauſam exprimit: ibi, *Prima enim.* Ioan. And.

CASVS. Papa fecit mihi gratiã in eccleſia Pictauenſi: quia cõtulit mihi ius canoniæ, & mãdauit canonicis, vt mihi cõferrẽt ꝓbẽdã ſi qua vacaret, alioquin proximo vacaturã, cũ decreto irritãte: datis mihi executoribus: poſtea Papa fecit tibi ſimilẽ gratiã cũ clauſula, anteferri: quia voluit te præferri quibuſcũque prioribus, quibus facta erat ſimilis gratia: vacauit præbẽda: certũ eſt ꝙ tibi debebatur virtute clauſulæ, anteferri: tñ meus executor cõtulit mihi præbendã vacantẽ: quia forte ignorabat tuã gratiã: poſtea fuerũt reuocatæ gratiæ, & tuus executor tibi cõtulit iſtã præbendã; quæritur cui debeatur præbẽda? Rñdet ꝙ nulli noſtrũ debetur: primũ nõ mihi debetur, ꝑꝑ clauſulã de anteferri. Itẽ nec tibi: quia tẽpore quo fuit tibi collata ꝓbẽda, iãque tua gratia fuerat reuocata: ideo nullus noſtrũ habet ius in illa præbenda. Not. primo limitationẽ ad regulã illã, ꝙ in gratiis expectatiuis habet locũ illa regula, Qui prior eſt tẽpore, potior eſt iure: fallit illud quãdo apparet de cõtraria volũtate ipſius mandãtis: quia voluit ꝙ ſecũdo receptus omnibus prioribus præferretur. ſed quando aliter non apparet de volũtate Papæ, habet locũ illa regula: Qui prior eſt tẽpore, potior eſt iure.

l ¶ *Quodam.*] aliàs hoc erat de iure cõmuni. ſ. eo. tit. & lib. hi qui.

m ¶ *Anteferri.*] ad idem j. de conceſ. præben. auctoritate.

n ¶ *Conſtitutio reuocatoria.*] de qua vidiſti ſ. proxi. cap.

† Dicunt Pet. de Ancha. & Archid. quod reſcriptum impetrantis à Papa dignitatem, non facta mentione conſuetudinis, de qua non obtineret per l. honores. §. 2. ff. de decu. eſt ſubreptitium. Fonta.

† Expectatiuas ad vacatura, omnino ſuſtulit conciliũ Triden. ſeſſio. 24. de reformat. cap. 19.

† De clauſula, anteferri, vide late per Felinum in ca. capitulum. extra de reſcriptis.

a ¶ *Ignoranti.*] ſ.eo.tit.& lib.ſi poſtquam. & c.dudum.& c.ſi beneficia,&c.

ADDITIO. Hæc iura aperte probant decretum Papæ ligare ignorantes. ad idem j. de conceſ. præbend. quia cunctis. & vide quod dixi ſ.eod.tit.& lib.ſi Apoſtolicæ.Ioan.And.

b ¶ *Collatio.*] quia ſi præceſsiſſet collatio,ius habuiſſet non ad rem, ſed in re: & ſic nõ fuiſſet reuocatum per conſtitutionem reuocatoriam.c.proxi. de cõceſ. præb. c. vlt. Et ſic nota ꝙ quis impedit alium in eo quod per ſe non conſequitur.ad idem j. de conceſ. præben. auctoritate.ſed ibi aliquid conſequitur,quia habet ſecundam præbendam: aliàs ſolum habiturus eſſet tertiam. Ioã. And.

enim collatio poſt & contra decretum à dicto Cæleſtino interpoſitum facta(licet ab ignorantibus & etiam ignoranti [a]) non obtinet firmitatem. Ius vero quod ſecundo ad præbendam, non in præbenda huiuſmodi competebat(cum noſtrã reuocationem eius collatio [b] non præceſſerit) per eam penitus eſt ſublatum.

¶ Idem.

*¶ Mandatum de prouidendo de beneficio ad collationem capituli pertinente, non tangit ius ſingularis canonici. hoc dicit ſecundum Zenze.*

MAndatum.] Tres caſus dubios cum ſcribitur ad collationẽ capituli, hic decidit, & in vltimo excipit. Secũdus: ibi, *Ad beneficia.* Tertius:ibi,*Idem.*exceptio:ibi,*Niſi.*

CASVS. Papa mãdauit epiſcopo. Pictaueñ. vt mihi prouideret de beneficio proxime vacaturo in eccleſia Pictaueñ. cuius collatio ſpectat ad eccleſiã Pictaueñ. vacauit nunc beneficium, cuius collationem habet canonicus ſolus,& non omnes canonici ſimul: vtrum illud beneficium comprehendatur ſub gratia mihi facta? Rñdet Romanus Pontifex cum diſtinctione:aut iſte canonicus fecit collationem illius beneficij vice & nomine totius capituli: quia forte propter diſcordias euitandas fuit factũ ſtatutum, vt vnus ſolus canonic⁹, puta antiquior cõferret beneficia vacantia in prima hebdomada: & alius in alia hebdomada:& ſic de aliis:& tunc comprehẽditur ſub gratia mea:quia tunc idẽ eſt ac ſi totum capitulũ conferret.Si autẽ iſte ſolus canonicus non habet facere collationẽ vice & nomine capituli,ſed ratione ſuæ præbendæ:tunc non cõprehenditur ſub gratia mea,niſi diceretur in litteris meis aliud: puta quia apponeretur clauſula iſta:de bñficiis ſpectantibus ad eccleſiam Pictaueñ cõiter vel diuiſim.Et ſic eſt intelligendũ capitulũ, cũ in illis.alleg.videlicet, ꝙ cũ mãdatur alicui prouideri de bñficio ſpectãte ad capitulũ alicuius eccleſiæ,nõ poteſt prouideri de bñficio ſpectãte ad collationẽ ſingularis canonici:Nã hoc intelligit̃ verũ, niſi ſingularis conferret vice & nomine capituli. Nota primo ꝙ qñq; collatio bñficiorũ põt ſpectare ad ſolũ capitulum. Not.ſcđo ꝙ mandatũ factũ vniuerſitati cõiter vel diuiſim,cõprehẽdit materiã ſpectãtem ad eos vt collegium:vel ad eos vt ſingulares.Domi.

† Petrus de Anchara. notat mandatum etiã adſtringere gerentem vices eius cui mandat̃. ſimiliter mãdatum factũ vicẽ gerenti: quia deficit principalis, debet poſtea per principalem commoda recipientem impleri. l. ſecundum naturam.ff. de reg. iur. neque poterit per vicem gerentem impleri. in his enim mandatis intelligitur reſtante in eodem ſtatu. l. 1. ff. ſi ex noxa.cau. aga.Fonta.

## CAP. XLI.

MAndatum [c] Apoſtolicũ tibi directum,vt T.clerico de beneficio [d] ſpectante ad collationem [e] Narboñ. capituli prouideres,beneficia eiuſdem capituli [f], ſiue dentur in communi per ipſum, ſiue per canonicos eiuſdẽ eccleſiæ ſingulares vice ac auctoritate capituli, aut ex iure ipſius de cõſuetudine vel ſtatuto [g] merito comprehendit †. Ad beneficia tamẽ ratione dignitatum, perſonatuũ, vel officiorum, quæ nonnulli ex eiſdem canonicis obtinent in ipſa eccleſia,ad eorundem collationem ſpectantia, mandatum huiuſmodi minime ſe extẽdit [h]. ¶ Idem eſſe cenſemus, ſi ratione præbẽdarum ſuarum ad ipſos canonicos collatio dictorum beneficiorum ſingulariter [i] pertinere noſcatur. Niſi contineatur forſitan in mandato, quòd eidem clerico prouideas de beneficio ad collationẽ Narboñ. capituli pertinente communiter vel diuiſim: tunc enim de beneficiis, quæ ad ipſorum collationem pertinent, ratione huiuſmodi præbendarum [k] poteris prouidere.

¶ *Prima gloſſa dicit quid declaret.*

c ¶ *Mandatum.*]Decretalis iſta venit declaratiue ad decretalem ſ.eod.tit.& lib.cum in illis.in fi.

ADDITIO. Tolle litterã j.merito cõprehẽdit bñficia.Io.And.

d ¶ *Beneficio.*] de curato non prouidebitur.ſ.eod.tit.cum in illis. in fine,nec de dignitate.ſ.eod.tit.cap.vlt.

e ¶ *Collationem.*]de ſpectante ad præſentationẽ,inſtitutionẽ,vel electionem,non poterit prouideri.ſ.eod.cum in illis.§. cum autẽ.

f ¶ *Capituli.*] idẽ enim eſt facere per aliud quod per ſe. j. de reg. iur.qui per alium.cum ſuis concord.ff.quod cuiuſque vniuer.item eorum.§.ſi decuriones. [Vbi dicitur quòd nõ refert an ordo elegerit,an deputatus ab ordine.Ioan.And.]

g ¶ *Statuto.*] eſt forte conſuetudo vel ſtatutum,ꝙ beneficia vacãtia primo menſe pertinentia ad collationem capituli cõferat primus canonicus:vacantia ſecundo,ſecundus:tertio tertius:& ſic de ſingulis.Vel ꝙ beneficia familiarium ſuorum ſpectantia ad collationem capituli vacantia canonici conferant.tales conſuetudines & ſtatuta ſunt in multis eccleſiis Gallicanis.

ADDITIO. Idem ſecũdum Archid.ſic capitulum communiter ordinat: ꝙ quiſque canonicus dum viuit,conferat certa beneficia:ſicut ſuo tẽpore dicit factum in eccleſia Bononieñ.Ioan.And.

h ¶ *Extendit.*] quia Papa non intendebat grauare alteram dignitatẽ capituli, ſed totum capitulum. ſ. eod. cum in illis.ad fin.

i ¶ *Singulariter.* 1] quaſi non vice capituli, vt in primo reſpõſo.Io. And.

1 Et an mandatum generale extendatur ad ſingulos.vide Abbatem & alios in c. eam te. extra de reſcriptis.

k ¶ *Præbendarum.*]vel dignitatum,vel officiorum ipſius eccleſiæ, vt in ſecundo reſponſo.Et nota ꝙ dicit,ratiõe huiuſmodi præbendarum: quaſi dicat,ſi pertineret ob aliam cauſam, puta propter alia beneficia, quæ habent in alia eccleſia mandatum, tunc non comprehendit illa.

# TITVLVS V.

## De clerico ægrotante, [vel † debilitato.]

† Hæc duo verba: vel debilitato, deſunt in vetuſtiorib⁹ exempplaribus etiam impreſſis.

¶ Bonifacius octauus.

*¶ Datio coadiutorum epiſcoporum, & ſuorum ſuperiorum eſt de maioribus cauſis, & ſpectat ad ſolum Papam:poteſt tamen epiſcopus ſenio vel infirmitate perpetua impeditus,de conſenſu capituli ſui vel maioris partis ſibi auctoritate Apoſtolica vnum vel duos coadiutores aſſumere:& ſi demens fuerit,capitulum aut duæ partes ipſius hoc facient. Sed ſi epiſcopus contradicit:tunc nil innouabit capitulum, ſed epiſcopi & Eccleſiæ conditionem quam cito poterit, intimabit Papæ.Et coadiutores illi ſumptus moderatos habebunt de prouentibus prælatorum ipſorum.Ioan.And.*

DE CLERICO 2 ægrotante,&c.

2 Iſta rubrica eſt nigro generalior: tamen huiuſmodi rubricæ non reſtringuntur a ſpecialiori nigro. Iaſon in l. 1. ff.ſi cert.pet. Docto. ſupra eod. de ſum trini. Fonta.

*¶ Viſum eſt de clericis non reſidentibus,& de præbendis non cõferendis eiſdem.Sed quia dubitari poterat,nunquid eis ægrotãtibus vel debilitatis ſint prouentus eccleſiæ ſubtrahendi: ideo poſt præcedentia ſubiicit iſtam rubricã.*

## CAP. VNICVM.

PASTORA--

PAſtoralis.] Primo declarat cuius ſit dare coadiutores epõrum & ſuperiorum. Secũdo prouidet, cum epiſcopus coadiutorem vult: ibi, *Verum.* Tertio:ibi, *Si vero.*cum eſt demens.Quarto:ibi,*Si autem.*cum epẽs coadiutorem non vult.Quinto:ibi, *Præſenti.* de coadiutorum expenſis & poteſtate.Sexto:ibi,*Cæterum.*ad ſuperiores prorogatur, quod de epiſcopis dixerat.Ioan.And.

CASVS.Iure cautum reperitur,ꝙ ſi epẽs ſit taliter impeditus, vt nõ poſsit exequi officium paſtorale: eſt ſibi de coadiutore prouidendũ:Sed quæritur ad quẽ ſpectat prouidere de iſto coadiutore: vtrũ ad metropolitanũ,vel legatum,vel ſolũ Papã? Rñdet Romanus Põtifex,ꝙ datio coadiutoris epõrum,archiepõrum, & aliorũ ſuperiorũ,eſt de maioribus cauſis reſeruatis Papæ:ideo ſolus Papa poterit ejs dare coadiutores.Et dicit Romanus Põtifex,ꝙ ipſis prælatis inuitis poterit ꝓuidere de coadiutore.Sed quæritur,nũqd epẽs vel ſuperior alius ſenio confectus, vel alio morbo impeditus, poſsit ſibi aſſumere coadiutores? Rñdetur ꝙ ſic:de cõſenſu tñ ſui capituli,vel maioris partis capituli:ſed non poſſet accipere coadiutores diſſentiẽte capitulo vel maiore parte.Sed ponamus,ꝙ epẽs eſt demens vel furioſus,certum eſt ꝙ non poteſt ſibi eligere coadiutores. Sed nũquid ſuum capitulum poterit coadiutorem aut coadiutores eligere? Reſpõdetur ꝙ ſic: dumtñ totum capitulũ conſentiat:vel ſaltem duæ partes capituli.Sed ponamus ꝙ epẽs dicit ꝙ nõ indiget coadiutore:nũquid capitulũ ſuũ eo inuito poterit dare coadiutorẽ? Rñdet̃ ꝙ nõ:ſed Papæ debebit capitulũ notificare ſtatũ epi & eccleſiæ:qui Papa ꝓuidebit eccleſiæ,& dabit coadiutorẽ, ſi videat id fieri debere. Sed vtrũ coadiutor tenebit pſtare officiũ coadiutoris expẽſis ſuis,vel plati cui eſt dat⁹ coadiutor? Rñdet Romanus Põtifex, ꝙ coadiutor accipiet ſumptus moderatos de ꝓuẽtibus ipſius plati,cui eſt dat⁹ coadiutor:nec poterit alienare bona eccleſiæ,q̃ ſeruãdo ſeruari poſsũt;licet poſsit alienare bona mobilia,q̃ ſeruãdo ſeruari nõ poſsũt:ad ſimilitudinẽ tutoris dati pupillo vel

vel curatoris adulto. Sed nũquid coadiutor qui legauit fructus eccleſiæ, tenebitur reddere rationem ſiue computum bonorum per eum adminiſtratorum? Reſpondet ꝙ ſic: non ſolum in foro pœnitentiali, ſed etiam in foro contentioſo: & poterit compelli ad reddendum rationem ſiue computũ ipſi prælato, cui eſt datus coadiutor, vel ſucceſſoribus ſuis. Nota primo quòd datio coadiutoris epiſcoporum vel aliorum prælatorum ſuperiorum eſt de maioribus cauſis, quæ ſpectant ſolum ad Papam. Ex quo ſequitur, ꝙ legatus Cardinalis non poteſt dare coadiutores, niſi haberet ad hoc ſpecialem poteſtatem à Papa. c. quod tranſlationem. ŝ. de offic. leg. in antiq. Nota vlterius, ꝙ contra Romanam Eccleſiã nõ currit preſcriptio in his quæ ſibi reſeruauit in ſignum generalis dominij. Nota inſuper ꝙ eps ſenio confectus, vel alio impedimento perpetuo detentus, poteſt ſibi aſſumere vnũ coadiutorem, vel plures: dummodo conſenſerit ſuũ capitulum, vel maior pars. Nota quòd ſi epiſcopus non poſsit eligere coadiutoré: tũc capitulum ſuum poterit pro ipſo eligere: & hoc auctoritate Apoſtolica ſibi data per iſtud cap. ſed tunc requiritur quòd omnes de capitulo cõſentiant, vel duæ partes capituli.

† Quam auctoritatem habeant coadiutores dati epiſcopis ſenibus, vel infirmis, late docet Oldradus conſilio 44.

lis [a] officij debitũ exequentes; Declaramus, atque ſtatuimus, coadiutorũ † epiſcoporũ & ſuperiorũ prælatorũ dationẽ intelligendã eſſe de cauſis maioribus [b], & referendã ad ſedem Apoſtolicã, ac ab ea (cõſuetudine non obſtãte [c] cõtraria) tãtummodo [d] poſtulandã. ¶ Verum ne hoc prætextu eccleſiæ (exiſtentes præcipue in remotis [e]) diſpendia patiantur: nos earũ in hac parte indemnitatibus præcauere volẽtes, hac generali conſtitutione ſancimus, vt epiſcopus ſenio aut valetudine corporali grauatus, vel etiã aliàs adeo impeditus perpetuo [f], vt officium ſuum nequeat exercere: poſſit de ſui cõſilio & aſſenſu capituli, vel maioris [g] partis ipſius, vnum, vel duos auctoritate [h] Apoſtolica coadiutores aſſumere, ad dictũ officiũ exequendũ. ¶ Si vero epiſcopus demens [i] fuerit, & quid velit aut nolit exprimere neſciat, vel non poſſit: tũc eius capitulũ, vel duæ ipſius partes [k] eadem auctoritate, vnũ aut duos [l] coadiutores aſſumãt idoneos, qui eius officiũ [m] † exequãtur. ¶ Si autẽ epiſcopus ſenio aut incurabili morbo grauatus, vel perpetuo impedimẽto detẽtus, ad ſui executionẽ officij reddatur inutilis: & coadiutorẽ aſſumere vel habere noluerit [n], licet à capitulo requiſitus proprio, ſe illius non indigere ſuffragio forſitã aſſerẽdo: tũc nil per capitulũ innouetur, ſed hoc caſu, & etiã proximo [o] idẽ capitulũ epiſcopi & eccleſiæ ſuæ cõditionem, & ſtatum, ac facti circunſtantias [p] vniuerſas, quam cito poterit fideliter & explicite referat ad notitiam dictæ ſedis, recepturi humiliter & efficaciter imple-

† Generaliter in omnibus quæ ſũt iuriſdictionis diœceſanç & dignitatis epiſcopalis: item beneficia conferet. itẽ cognoſcet de cauſis delegatis ſub nomine dignitatis. Dõ not. in c. fi. ſupra eod. Pet. de Ancha. Font.

Nota quòd alius à Papa nõ poteſt epiſcopo inuito dare coadiutorem. Not. ad quod allegatur præſens c. quod quis non tenetur militare ſuis propriis expenſis: Nam hic dĩ quòd coadiutor debet habere expẽſas moderatas de ꝓuentibus epi cui eſt datus coadiutor. Nota quòd coadiutor non poteſt alienare bona eccleſiæ. & hoc verum de immobilibus vel mobilibus pretioſis: Nam bona mobilia, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, poſſet ipſe coadiutor alienare ad ſimilitudinem tutoris vel curatoris.

¶ *Prima gloſſa dicit quid declaret, & ſummat.*

a ¶ *Paſtoralis.*] Emanauit ad declarationem decretalis ŝ. eod. ex parte. in fine. & eorum quæ ibi not. Hoſtien. & eod. tit. de rectoribus. in fine. & hoc dicit: Datio coadiutorum epiſcoporum, & ſuorum ſuperiorum eſt de maioribus cauſis, & ſpectat ad ſolum Papã: poteſt tamen epiſcopus ſenio vel infirmitate perpetua impeditus, de conſenſu capituli ſui vel maioris partis ſibi auctoritate Apoſtolica vnum vel duos coadiutores aſſumere: & ſi demens fuerit, capitulum aut duæ partes ipſius hoc facient. Sed ſi epiſcopus cõtradicit, tunc nil innouabit capitulum, ſed epiſcopi & Eccleſiæ conditionem quam cito poterit, intimabit Papæ. Et coadiutores illi ſumptus moderatos habebunt de prouentibus prælatorum ipſorum. Ioan. And.

b ¶ *Maioribus.*] Connumeretur ergo inter alias, quas habes notatas ŝ. de tranſlat. c. 1. de offic. lega. quod tranſlationem. de exceſ. prælat. ſicut vnire.

c ¶ *Non obſtante.*] Nota per hanc litteram, ꝙ contra Romanã Eccleſiam non currit præſcriptio 1 in his, quæ ſibi in ſignum ſpecialis priuilegij reſeruauit 2 ſicut nec contra priuilegiũ prælationis. de hoc ſupra de præſcript. cum nobis.

1 Vide Felinum. in c. cũ dilectus. de fide inſtru. & Abbatem in c. cum contingat. de for. cõp.

¶ *Gloſſa ſequens dat ſimile: exponit, & contrarium ſoluit.*

d ¶ *Tantummodo.*] ſic ŝ. eod. lib. de ſupplen. neglig. præla. eccleſiæ. ergo non ab archiepiſcopo, vel patriarcha, vel legato: quia in generali legatione talia non tranſeunt. in prædicta decretali, qđ tranſlationem. Ad decretalem j. eod. ex parte. in fine reſpondetur, ꝙ illud fuit de ſpeciali auctoritate vel mandato domini Papæ. & ꝙ ita eſſet per antiqua iura, probatur per cano. 7. q. 1. c. 1. & c. quamuis ſit triſte. cum multis capitulis eiuſdem quæſtionis. ad idem decret. ſuperius allegatæ. & in antiq. de regul. licet. verſicul. illa ſemper. de renuntiatio. niſi ad finem.

2 Quæ ſint Romanæ ſedi ſpecialiter reſeruata tradit Hoſtienſis in ſumma tit. de offi. legat. §. quod pertinet. & Turrecremata in c. huic ſoli. 17. diſt.

ADDITIO. Archiepiſcopus, vt tetigit hic gloſ. in princ, talem coadiutorem dare nequit, qui id ſolum poteſt in prouincia ſibi decreta, quod à iure reperitur conceſſum, vel ex priſca cõſuetudine introductum. 9. q. 3. conqueſtus. ŝ. eod. lib. de ſupplen. negligen. præla. cap. Romana. Iſta ergo poteſtas conceſſa epo & capitulo vel maiori parti, ſeu ſoli capitulo, metropolitano non competeret epiſcopo viuente: licet datio viſitatoris quandoque competat eo mortuo. ŝ. eod. lib. de ſupplen. negligen. præla. eccleſiæ. Ioan. And.

e ¶ *In remotis.*] his enim præcipue prouidendum fuit. Ad hoc ŝ. de elect. nihil eſt. ad finem.

f ¶ *Perpetuo.*] & ſic nota ꝙ licet ægrotans laboret infirmitate incurabili, non remouetur, ſed datur coadiutor. ad idem ŝ. eod. tit. ex parte. & ſic reprobatur opin. Bernard. de qua not. ŝ. eod. tua.

ADDITIO. Dicit Archid. reſponderi poſſe ꝙ hic in epo loquitur. Ioan. And.

g ¶ *Maioris.*] regulariter enim tenet quod facit maior pars. de iis q̃ fi. à maio. par. cap. c. 1. & dĩ totum capitulum feciſſe. 56. diſt. Apoſtolica, cum ſimili. ſed hoc fallit j. proxi. caſu.

h ¶ *Auctoritate Apoſtolica.*] ſunt igitur iſti delegati Papæ in hac parte. & cõcor. ŝ. de offi. ordi. irrefragabilis. ŝ. de hære. ad abolendã. in fine. & j. de ſtatu reg. c. vnico. & in cle. de ſup. neglig. prælat. quia regulares. cum concord.

i ¶ *Demens.*] de ſuc. ab inteſt. cum dilectus. 3. q. 9. indicas. & eſt ſimi. qđ dicit lex, ꝙ quando pater eſt furioſus, filius datur curator patri. C. de curat. furio. l. ſi pater. ff. eod. tit. l. 2. aliàs autem erubeſcit lex filios eſſe caſtigatores 3 parẽtum. in Authen. de nup. §. ſi qđ ſanctũ. colla. 3. de maior. & obed. cum inferior. hinc eſt ꝙ ipſi inuito coadiutorem non dabũt, vt in ſeq. reſponſo.

3 Vide B. Thomam 2. 2. q. 33. art. 4.

¶ *Gloſſa ſequens dat quatuor ſimilia, & ponit regulam.*

k ¶ *Duæ ipſius partes.*] ſic non ſufficit maior pars, & eſt ſpeciale: ad idem in antiq. de elect. licet. vbi in electione Romani Pontificis requiruntur ad minus duæ partes. ad idem ŝ. eod. tit. alleg. cap. ſcriptum. vbi in poſtulatione quæ concurrit cũ electione, duæ partes etiã requiruntur. ad idẽ ŝ. eo. lib. de elect. ſi qñ. & cap. indẽnitatibus. §. 1. licet autem hoc ſit ſpeciale, ꝙ duæ partes debent conſentire: regulare eſt ꝙ duæ partes collegij vel vniuerſitatis debẽt eſſe pſentes. ff. qđ cuiuſque vniuer. l. plane. ff. de decret. ab ord. fac. l. 3.

ADDITIO. Vide qđ not. de maior. & obe. c. fi. in 3. glo. & de iis quæ fi. à maio. par. cap. in gloſ. penul. & qđ ſup ea dixi. Ioan. And.

ni [a] Papę prędeceſſoris noſtri, quodam ad præbendam primo in Parmēſi eccleſia vacaturam nulli alij de iure debitã in eiuſdem eccleſiæ canonicum recepto, & alio à nobis in eadem eccleſia ſimilem [b] † gratiam adepto ſecundo, tertius deinde auctoritate noſtra in ipſa Parmēſi eccleſia in canonicum & in fratrem recipitur cum prærogatiua gratiæ, quòd omnibus prædeceſſorum noſtrorum auctoritate, non autem noſtra receptis in aſſecutione præbēdæ debeat anteferri †: poſt hæc autem quædam vacauit † præbēda in eccleſia memorata: quæritur quis eorum alteri præferatur [c], & ſecundum quem ordinē præbendas aſſequi debeant tres prædicti? ¶ Cum igitur ex tenore † gratiæ, tertio a nobis conceſſæ appareat euidenter nos voluiſſe [d] primo tertium, & ſecūdū tertio anteferri: Decernimus ꝙ primã [e] ſecūdus, ſecundã tertius, & tertiã prim⁹ debet obtinere ꝑbendam: aliàs forma mãdati minime ſeruaret [f]. Licet enim ex perſona ſua, ſecundus primam obtinere non poſſet: ex perſona tamen tertij, qui primum ſuperat, illam habet: Sicut cõtingit [g] in ſucceſſione illius, qui ab inteſtato relictis patre [h] (in adoptiua familia cõſtituto) matre [i] atq; fratre decedit, in qua ſucceſſione pater [k] ex ſe matrem excludit: ſed quoniam talem patrem agnatus [l], materque vīcit agnatum: mater patri non ex ſemetipſa, ſed agnati perſona in ſucceſſione huiuſmodi antefertur.

¶ Idem.

*¶ Reuocatoria gratiarum includit receptos in canonicos præbendam diſtinctam expectantes: etiã ſi percipiebant diſtributiones quotidianas, ſecus ſi præbendã diſtinctam non expectant, ſed augmentū portionis: Includit habentes ius ad vacaturam, ſi nondum eſt deuentum ad collationem. hoc dicit ſecundum Dominicum.*

CAP. VIII.

QVO-

† Alias: ſimiliter.

† De clauſula anteferri, vide Felinū in c. capitulū extra de reſcriptis.

† vacat, legitur in antiquioribus libris.

† Nota, ꝙ mens & tenor gratiæ eſt obſeruãdus. ad hoc de pręben. cui de non. ſupra eo. lib. Dom. vnde ſi diceret clauſula, præferatur omnib⁹ auctoritate noſtra receptis: ex mente Papæ primus habebit primam, tertius ſecūdam, & ſecūdus tertiam. Philip. poſt Ioan. Andr. dicentē textum procedere in ſimilibus caſib⁹ vt ſi dicatur præferatur omnibus vltra tale tempus expectãtibus. Font.

CASVS. Papa Martinus fecerat Titio gratiam in eccleſia Pictauenſi antequam gratia eſſet effectū ſortita, Martinus mortuus eſt: ſucceſsit ei Bonifacius, qui non reuocauit gratias factas per Martinum: ſed Bonifacius Caio fecit ſimilem gratiam in ipſa eccleſia Pictauen̄. quo facto ille idem Bonifacius fecit gratiam Sempronio cum clauſula prælationis: quia volebat eū præferri omnibus receptis auctoritate ſuorum prædeceſſorū, non autē ſua: poſtea vacauit præbenda: quæritur cui debeatur, vtrū Titio primo expectanti? Reſpōdet Romanus Pontifex ꝙ nō: quia clauſula ꝑlationis facta tertio, Titiū excludit: nec debebitur tertio, puta Sempronio: quia Caius ipſum præcedit: & Bonifacius noluit Sempronium præferri receptis auctoritate ſua, ſed ſuorum prædeceſſorū: ideo Caius habebit primam præbendam, & tertius ſecundã, & primus habebit tertiã: Et ſic Caius conſequitur per alium, ſcilicet per tertiū, quod per ſe non poſſet cōſequi: quod probatur per ſimile: Nam ſi quis decedat, relictis patre, & matre, & fratre ſuis ſuperſtitibus: ſi pater tēpore mortis defuncti deſierat eſſe agnatus, quia ſe dederat alicui in adoptionē, tunc frater qui eſt agnatus, ſuccedet: cum pater amplius non ſit agnatus, ſed frater: Et quia remãſit mater quæ eſt cognata: ideo excludit fratrem agnatum: & hoc ſecundum iura antiqua: quia illud eſt immutatum per iura noua Codicis & Authenti. Et ſic ſi fuiſſet tãtum pater & mater, pater excluderet matrem, etiam ſi ſe dediſſet in adoptionem: ſed quia reperitur agnatus, ſcilicet frater: ideo pater excluditur, & mater præfertur, vt ponamus ꝙ moriar relictis mihi patre & matre & fratre, & pater meus dedit ſe in adoptionē: ſi dimiſiſſem ſolummodo patrem & matrē, pater mihi ſuccederet, non mater: Sed cum frater meus excludit patrem, ideo nūc mater mea excludet fratrem: & ſic mater per meum fratrem conſequitur, quod per ſe non fuiſſet cōſecuta. Similiter hic Caius ſecundus conſequitur per tertium, ſcilicet Sempronium, quod per ſe non poſſet conſequi. Not. primo: ꝙ cum in eadem eccleſia ſunt plures expectantes in ordine conſequendi præbendas: debet attendi & ſeruari voluntas Papæ. Not. magis ſpecifice, ꝙ ſi in eadem eccleſia ſunt plures expectantes, & vltimus habet prærogatiuam: ille præfertur primo, ſed non ſecundo, ſi ſecundus ſit receptus auctoritate eiuſdē Papæ. Not. ad quod allegatur iſte textus, ꝙ quis per alium conſequitur quod aliàs per ſe non poſſet conſequi. Not. ſi iſte ordo nō ſeruaretur, tūc intētio Papæ eſſet violata.

*¶ Prima gloſ. dicit quid declaret, & corrigat, & ſummat.*

a ¶ *Auctoritate Martini.*] Pulcher caſus iſtius decretalis ſimilis illi, quem habuiſti s̄. de præb. c. penul. & emanauit ad declarationem & correctionem eorum, quæ not. Compoſt. s̄. de reſcript. capitulum. in gloſ. magna. §. item ſi duo recepti ſunt. & breuiter dicit capitulum, quòd ſi tres expectantes ſunt in vna eccleſia: vnus auctoritate Martini, alter auctoritate Bonifacij, tertius eiuſdē auctoritate cum prærogatiua, vt præferatur omnibus receptis non auctoritate Bonifacij: præbendas hi conſequentur hoc ordine: quia primam habebit ſecūdus: ſecundam tertius: tertiam primus, quod probatur argumento legali.

a ¶ *Martini.*] ita forte fuerat de facto, vel ſtudioſe hoc dixit: quia in expectantibus auctoritate Nicolai vel Cæleſtini non procedebat dubitatio, propter reuocatoriam Bonifacij, de qua dicitur infra c. proxi. & s̄. de præben. c. penul. & antepenul. Ioan. And.

b ¶ *Similem.*] cum nulla prærogatiua, vt patet per inferiora.

c ¶ *Præferatur.*] in illa præbenda.

d ¶ *Voluiſſe.*] voluntas igitur ipſius ſeruanda eſt, & mandatum. s̄. eo. lib. de præben. cui de non. cum ſimilibus.

e ¶ *Primam ſecundus.*] cōtrarium dicebat Compoſt. in prædicto loco in ſimili, vel eadem quæſtione, quæ talis eſt, primus receptus fuit per litteras generales, ſecundus per ſpeciales, tertius per ſpeciales, cum hac clauſula, quòd deberet præferri omnibus receptis in eccleſia auctoritate generalium litterarū: quærebat ſecundum quē ordinē deberēt prædicti ꝑbendas aſſequi: & dicebat Cōpoſt. ꝙ tertius excludebat primū: ſed quia primus excludebat ſecundū, ꝗ ſecundus poſtponebat tertiū ex perſona ipſius ſecundi, & ſi nō ex ſua, primus debebat habere primã: ſecundus ſecundã: tertius tertiam: ſecundū regulam, ſi vinco vincentem [1] & c. ff. de diuer. & temp. ꝑſcr. l. de acceſsionibus, ibi, nam qui me. ad hoc s̄. de offic. lega. dilectus. ſed hoc eſt falſum, vt hic vides: & ſatis id patet per cōſiderationem intētionis Papæ, vt dicit littera: intētio enim eius fuit ſecundū præferri tertio [2]: & tertiū primo [3]: & ſic ſeruetur ordo: & ſic etiã fallit hic, nec locū habet regula illa, ſi vinco, &c. de qua not. 34. q. 1. rogamus. & fallit etiam illa regula in caſu l. j. poſitæ. ff. ad Tertul. æquiſſimum. §. ſi ex filio. C. de nat. lib. Auth. licet. in Auth. de æqua. do. §. is. ff. qui pot. in pig. ha. l. Claudius Felix.

ADDITIO. In dicta Auth. licet. C. de natu. lib. Cynus poſt Pet. ſic ſoluit Brocardicum: aut quæritur de diuerſis caſibus: & tunc licet vincam vincentem te, non propterea vinco te: vt in hac Authen. & l. s̄. & j. proxi alleg. Aut. de eodē: & tunc refert an ſit eadē cauſa vincendi te: qua vinco vincentem te, aut non: primo caſu vera eſt regula, vt in l. de acceſsionibus. ſecundo caſu non, vt in l. Claudius. infra alleg. Ioan. And.

f ¶ *Minime ſeruaretur.*] quæ tamen diligenter eſt ſeruanda. s̄. eo. lib. de præben. cui non. cum ſuis concord.

g ¶ *Contingit.*] ponit caſum l. ff. ad Tertul. l. 2. §. obiicitur. verſic. ſed ſi ſit agnatus. aliàs eſt ibi §.

h ¶ *Patre.*] carnali, ſed adoptato, vt ſequitur.

i ¶ *Matre atque fratre.*] non conſtitutis in adoptiua familia: & de carnalibus intellige.

k ¶ *Pater.*] carnalis, conſtitutus in adoptiua familia: vnde deſiit eſſe agnatus.

ADDITIO. Inſt. de leg. ag. tu. ad finem. & tit. ſeq. de cap. dimi. §. minima. vbi patet per minimam capitis diminutionem (quæ eſt cum is qui ſui iuris erat, alieno iuri ſubiicitur, ciuitate & libertate retenta) quem deſinere eſſe agnatam. Ioan. And.

*¶ Gl. ſe. exponit ponēdo tres regulas: ſecūdo notat, & dat ſimile.*

l ¶ *Agnatus.*] ſcilicet frater. Tres ergo ponit regulas: Prima, quòd pater carnalis adoptatus excludit matrē carnalem: Secunda, ꝙ mater excludit agnatum [4]. quod hodie ſecundū iura Cod. & Aut. locum nō habet [5]. C. ad Tertul. l. vlt. & Auth. cum ſolis. & Auth. de functo: Tertia, quòd agnatus excludit patrē carnalem in adoptiua familia conſtitutum. Pone ergo patrem primum impetrantem: matrem ſecundū, agnatū tertiū, cū prærogatiua: & ſic intelliges. Et ſic not. quòd in aſſecutione primæ præbendæ tertius nocet primo, & ſibi quo ad illam non prodeſt: tamen ſibi prodeſt in hoc, quia citius ſuam conſequitur. Et eſt ſimile, vxor legitima excludit naturales non legitimos: quia aliàs ſi nō eſſet proles vel vxor legitima, ſuccederent in duabus vnciis: & tamē ipſa vxor excluditur ab agnatis. C. vnde vir & vxor. l. 1. ſed ſi ipſa non ſupereſt, naturales excludūt agnatos in duabus vnciis. hæc probantur C. de natu. lib. Aut. licet. & in Aut. quib. mo. nat. effi. leg. §. ſi quis autem. coll. 6.

ADDITIO. Hoſt. in ſum. qui fil. ſint legi. §. an vtrumque genus ſuccedat. ver. quod autem dixi. Ioan. And.

QVoniam.] Primo ponit mentem reuocatoriæ: Secundo: ibi, *Præſenti.* declarat quinque dubia circa illam, primo, tertiū: ſecundo, quartum, ibi, *In illis.* tertio, quintum: ibi, *Sane.*

1 De qua regula Oldra. conſil. 198. in folio 63. poſt mediū. Fonta.

2 Quia prior in data ſecundum Domin. poſt Io. de Lig. Fon.

3 Quia in litteris tertij eſt clauſula derogãs primo, non ſecūdo. Domi. poſt Ioa. de Lig. Fonta.

4 Secūdum iura Digeſtorū, vt patet per ſequētia: quia tamen ſecundum iura illa in fratre præcedere non videtur, vt dixi in tex. Ioan. And.

5 Ne credas tamen illud antiquū ius per hanc decretalē renouatum etiã in terris eccleſię Pet. de Ancha. & alij poſt Archi. vnde notant ex iure correcto poſſe argu. vt not. in ca. nouit. ſupra de iud. glo. in l. 1. ff. de coniug. cum eman. lib. & tradit Doctores in §. 1. Inſtit. de teſtamen. ordinan.

¶ Et hic iunge litteram, quæ eſt infra per viginti tres lineas ibi, quoniam multæ dubitationes inſurgunt ex conſtitutione.]

¶ Iſtud capitulum emanauit ad declarationem conſtitutionũ reuocatoriarum, quas fecit Bonifacius: de quibus dictum fuit ſ. de præbend.cap. ſi is.& c.quodam.

CASVS. Paulus vltimo mortuus fecit gratias in aliquibus eccleſiis: cui ſucceſsit Sixtus, qui reuocauit & caſſauit gratias factas per ſuum prædeceſſorem, per quas ius in re non fuerat quæſitum, licet bene ius ad rem: vtrum per iſtam conſtitutioné ſint reuocatæ gratiæ ſui prædeceſſoris, etiam ſi expectantes erant recepti in canonicos, licet ſub expectatione præbendæ? Reſpondet Romanus Pontifex, q ſi ſolum erant recepti in canonicos: illę gratiæ ſunt reuocatæ. Sed quid? ponamus q fuerant recepti in eccleſia, in qua erat certus numerus canonicorum, ſed nõ erat certus numerus præbẽdarum: & ſic iſte ſupernumerarius recipiebat præbendas cum aliis: mortuo vno de numerariis canonicis, portio ſua erat augenda, ſicut portio aliorum canonicorum: vt ponamus q in illa eccleſia ſunt viginti canonici, & diuiſio præbendarum ſit in viginti partes: recipitur alius canonicus ſupernumerarius, tunc ſit diuiſio xx. & vnius præbendarũ: moritur vnus de numerariis: certũ eſt quòd augmẽtatur portio iſtius canonici ſupernumerarij: vtrum per conſtitutionẽ reuocatoriã caſſetur iſta gratia reuocatoria? Rñdet quòd nõ: Cauſa dubitãdi in iſto primo caſu fuit: qa præbendæ iam erant affectæ per adoptioné canonicatuum factã auctoritate Papæ. Ratio vero decidendi: quia de mẽte iuris & reuocatorũ eſt quòd tollãtur iura ad rem, ſicut hic erat ad pbẽdas vel portiones priuilegiatas ſecũdũ Io.de Lig. Dominicus.

† Vide Rotam deciſione 9. de cõceſſio. præben. innouiſſi. & deciſ. 244. in nouis. & Felinum in cap. cauſam quę. & in c. in noſtra. extra de reſcript.

[Quo]niam [a] ex conſtitutione [b] noſtra, per quam paulò poſt [c] promotionem noſtram ad ſummi pontificatus apicem [d] omnes collationes, prouiſiones, reſeruationes, & cõceſsiones ſuper canonicatibus, dignitatibus, perſonatibus, prębẽdis, officiis, portionibus, præſtimoniis, eccleſiis parochialibus, ruralibus, & aliis quibuſcũque beneficiis eccleſiaſticis vacaturis, quocũque nomine cenſerentur: ac etiam ſuper canonicatibus ſub expectatione dignitatum, vel aliorum quorumcunque beneficiorũ (in quibus ius non eſſet quæſitum in re, licet ad rẽ†) à felicis recordationis Nicolao Papa iiij. & Cęleſtino v. pdeceſſoribus noſtris factas, ſiue cõceſſas auctoritate Apoſtolica in fratrũ noſtrorũ pſentia omnino caſſauim⁹, irritauim⁹, & vacuauim⁹, caſſas, irritas & vacuas nũtiauimus, & nullius fore decreuimus firmitatis: multæ dubitationes inſurgũt, vt vnde pfatæ cõſtitutionis reuocatoriæ proceſsit editio, interpretatio eius quoque procedat [e]: Præſenti declarandũ duximus ſanctione, quòd in illis (qui editionis tẽpore ſupradictę vltra ſtatutum numerũ erant per eoſdẽ prędeceſſores canonici ſub expectatione præbẽdarũ, vel etiã portionum) eadem conſtitutio locum [f] habet. Si autem huiuſmodi [g] recepti vltra numerum diſtributiones, & alia, vt canonici de numero exiſtẽtes, ſic tẽpore dictæ reuocationis habebant, quòd per ceſſionem vel deceſſum [h] illorum, qui erant intra numerum ex vigore prioris gratiæ, nil amplius aſſequi expectabãt, niſi diſtributionũ ſeu partiũ ſuarum augmentum (cum forſan eſſet eccleſia, in qua canonicorum, non autẽ portionum numerus, vel præbendarũ diſtinctio [i] habebatur) quantoque inter pauciores, cuiuſuis eccleſiæ diuiduntur prouentus, tanto maiores fieri poſſunt ſingulorum percipientiũ portiones [k]: ad iſtos [l] vel eos [m], qui per litteras [n] facultatis† dictorum prædeceſſorum noſtrorũ in aliquarũ eccleſiarũ canonicos erãt recepti (licet præbẽdas vel alia beneficia expectarent) conſtitutionẽ cer[tam]

Not. primo, quòd ante collationẽ beneficij nõ dr̃ ius quæſitum in re, ſed ad rem. ad hoc tex. hic in fine. Not. ſecũdo, quòd in reuocatione priuilegiorum Põtificum Romanorum Papa non requirit conſilium Cardinalium: cum hic dicat tãtum de præſentia. Dom.

¶ *Prima gloſſa dicit quid declaret.*

a ¶ *Quoniam.*] Emanauit declaratorie ad reuocatorias; de quib⁹ dixi ſupra de præbend.c.penult.& antepenul.

b ¶ *Conſtitutione.*] à principio, dum erat Neapoli forte vnica fuit conſtitutio, poſtmodũ fuerunt duæ: vna ſuper gratiis Nicolai, alia ſuper gratiis Cæleſtini, vt dixi de præben. ſi is cui. ſ. eo. lib.

c ¶ *Paulo poſt.*] ſcilicet, ſexto calendas Ianuarij, vt ibi dixi, ideſt, quinto die exeunte Decembri. & ſuper hoc vide quod dixi in fin. huius lib. ſuper data.

d ¶ *Apicem.*] ſic ſ. in procemio huius lib. §. ſane. & 40. diſ. nõ nos.

ADDITIO. Vide qđ dixi in cle. Romani. de iure. in prin. Io. A.

e ¶ *Procedat.*] 11. q. 1. c. ſicut. §. ex his. de ſen. excom. inter alia. §. vt igitur. C. de legi. l. vlt. & de multiplici interpretatione habes in prædicto §. ex his. & de poſtu. c. 1. Ioan. And.

ADDITIO. Dicit Archid. quòd illa decre. 1. contradicit: ſed ibi de interpretatione iudicis, hic de interpretatione principis.

f ¶ *Locum habet.*] habes igitur primũ caſum declaratoriũ, ſcilicet in his receptis vltra numerũ expectãtibus portiones vel præbẽdas.

1 Ad hanc gloſſã vide not. Dom. Anton. & aliorum c. cõſtitutus. ſupra de reſcr. vbi vide caſum de hac glo. Font.

g ¶ *Huiuſmodi.*] ſcilicet auctoritate Nicolai vel Cæleſtini.

h ¶ *Deceſſum.*] vel depoſitionem, vel iuris priuationem. de elect. cum in cunctis. de dolo & contu. veritatis.

¶ *Glo. ſeq. quærit, & ponit tres opiniones, & quartam Hoſt. quam probat, & reſpondet quatuor obiectionibus.*

i ¶ *Diſtinctio 1.*] Nunquid impetrans in tali eccleſia, vt ſibi prouideatur de canonicatu & præbenda ſi vacat, vel quam primo vacauerit, vel ſe facultas obtulerit in tali eccleſia, recipietur per has litteras? Et dicunt quidam quòd non: quia cõditio nõ eſt extitura: qa ibi præbenda non vacat, nec vacare põt. de præb. dilecto. quia etiã talia reſcripta vt ambitioſa, ſunt reſtringenda. de elect. dudũ. ſ. eo. lib. de præben. quamuis. 1. Alij dicunt, quòd ſi ſimpliciter ſcribaẽ vt recipiatur, non obſtãte certo canonicorum numero, ſed nõ adiiciaẽ: quòd prouideatur ſibi de pbenda ſi vacat, vel q primo vacauerit, tũc ſtatim recipietur, etiã ſi numerus canonicorum ibi ſtatutus nõ eſſet, qa illud, nõ obſtãte, nõ minuit, ſed addit ſcilicet, quòd ſtatim recipiaẽ, licet ibi certus ſit numer⁹: ſed ex quo adiicitur, de pbenda ſi vacat, &c. patet quòd de tali eccleſia non põt intelligi, vt ſuperius dictũ eſt. Tertij dicũt, quòd ſi nõ eſt diſtinctus numerus canonicorũ, nec præbẽdarũ, tali impetranti non prouidebitur: ſed ſi numerus canonicorum ſtatutus eſt, vt in quæſtione propoſita, & in caſu noſtro: per cõſequẽs ſtatutus intelligitur certus numerus portionũ. ad hoc de conſti. trãslato. & idẽ dicunt ecõuerſo. hoc poteris videre per Inno. ſ. eo. tit. ex parte. & per Compoſt. de reſcr. capitulũ. in glo. magna. §. itẽ quid ſi Papa mãdat aliquẽ. & c. conſtitutus. in fi. Hoſt. autẽ in decr. prædi. ex parte. dicit indiſtincte, quòd etiã ſi non ſit certus numerus canonicorũ, nec præbendarum: etiam ſi reſcripto caueatur, quòd aſsignetur præbẽda vacãs, vel quãprimum ſe facultas obtulerit, & non obſtãte certo canonicorũ, &c. valet reſcriptũ. ſequitur enim ſecundũ eũ, quòd ſi Papa intendat prouidere in eccleſia, in qua cert⁹ numer⁹ eſt, qđ eſt minus impetrabile, quòd multo forti⁹ in eccleſia in qua nõ eſt certus, quod magis eſt impetrabile 2. allegat ſ. de deci. ex parte. 3. qui filij ſint legi. per venerabilem. de transla. c. vlt. 3 in cle. litteras. de reſcri. in glo. fin. nec obſtat quòd talis ſtatim canonicatum & præbendam habebit: quia & ſi hoc durum ſit, obediendum eſt. de reſcr. ſi qñ. nec obſtat quòd nõ extabit cõditio, ſi vacat: quia illud, ſi vacat, nõ fuit appoſitũ, vt receptionẽ cõditionalẽ reddat, vel vt impedimẽtũ inducat. facit ſ. de reſcri. cõſtitutus. ſed vt impedimẽtũ remoueat, ſi quod eſſet 4. Et quæ cauſa dubitationis tollendæ in reſcriptis inferũtur, ius eius nõ lædẽt, nec mãdatũ impediẽt. ff. manda. qui mutuã. in prin. ff. de mili. teſta. ſi miles. nec ambitioſum eſt pauperem clericum ſibi beneficium impetrare. de æta. & quali. tuam. de præb. cũ ſecundũ. Non obſtat decret. ex parte. & decr. dilecto. quia licet in tali eccleſia (in qua nullus eſt numerus) Lateranẽ. conciliũ locũ nõ habeat, vt ibi: prouiſio tamẽ Papalis locũ habet. ad hoc 9. q. 3. cuncta per mundum. & c. per principalem. fatetur tñ quòd obſtabit impetranti penuria eccleſiæ: 5, ſi tanta ſit quòd nõ ſufficiat pluribus, non qualitercũq;, ſed quòd quilibet honeſte de ſua portione viuere poſsit ſecundum conſuetudinẽ prouinciæ, vel in eadem eccleſia antiquitus obſeruatam. ſupra de inſti. cap. 1. & 2.

ADDITIO. Vide quod not. de vita & hone. cle. quoniam. in fi. 1. gloſ. & quod ibi dixi. Ioan. And.

k ¶ *Portiones.*] de conſti. cum M. in principio.

l ¶ *Iſtos.*] tales q p vacationẽ nil recipiũt, niſi portionũ augmẽtũ.

m ¶ *Vel eos.*] Tacite aggreditur alium caſum, quem reuocatoria non comprehendit.

¶ *Glo. ſeq. recitetur per obiectionem.*

n ¶ *Litteras facultatis.*] cõceſſas eis ad quos aliàs pertinebat receptio: nec cautũ erat in litteris illis, quòd auctoritate Apoſtolica id facere poſſent. hoc dico per decret. ſ. eod. lib. de reſcri. cum aliquibus. & per verba ipſius reuocatoriæ, quæ ſcripſi in prædicto capitulo, ſi is cui. vbi dicitur per dictum anteceſſorẽ noſtrum, ſeu

† Vide panormitanũ & Felinum in c. conſtitutus. extra de reſcript.

2 Quamuis doctores ſequantur Hoſt. tamen ſua ratio nõ videtur bona, quia non arguitur ſic in beneficialibus, vt not. de reſcrip. poſtulaſti. c. cui de non ſacerdotali. ſupra de præb. Fonta.

3 Facit. ff. de leg. 1. l. ſi. cui ſerui. vbi legatis ſeruis cum peculio, & hi debẽtur, qui non habent peculium. Ioan. And.

4 Sic quandoque ponũtur clauſulæ ad exequendam gratiã, & non ad augendam vt in clem. 1. in fi. de pręben. Ioan. And.

5 Idem domi. & Philippus. Fontanus.

eius auctoritate factas, conceſſas, ſeu commiſſas, & cætera.

a ¶ *Præfatam.*] ratio, quia non ſunt ipſorũ Pontificũ, ſed recipiẽtium auctoritate recepti, vt dixi in prædi. decret. cum aliquibus.

ADDITIO. Dicta ratio eſt huius tertij caſus: primos enim duos non reſpicit. Ioan. And.

tum eſt non extendi præfatã [a]. ¶ In illis vero, qui vltra numerum auctoritate præfata in aliquarum eccleſiarum canonicos iam recepti, quantum ad capitulum, & ad chorum, ac diſtributionum perceptionem quotidianarum, plenitudinem iuris canonici tunc habebant, ſed in eis dignitates, perſonatus, præbendas, portiones, vel alia beneficia, quæ dantur tantum exiſtentibus de numero, expectabant: conſtitutionem præfatam locum habere (ratione huiuſmodi expectationis) dubium non exiſtit [b]. ¶ Sane in iis, qui ſuper canonicatibus, præbẽdis, & dignitatibus, parochialibus vel aliis eccleſiis, ſeu beneficiis quibuſcunque, à dictis prædeceſſoribus noſtris litteras impetrauerunt, etiam ſi per executores illorũ factæ fuerint reſeruationes, decreti interpoſitiones, variique proceſſus, & etiam ſi eadem beneficia tunc vacabant, & per impetrantes petitum fuerat ab executoribus, quòd eis illa cõferrent, non tamen ipſorum beneficiorum vacantium collationes tunc temporis erant [c] factæ †: locum habet conſtitutio ſupradicta, vt omnes huiuſmodi gratiæ (quarum ratione tunc non erat ad collationem proceſſum, & ſic per cõſequẽs ius in re non fuerat ipſis impetrantibus acquiſitum) intelligãtur penitus reuocatæ.

b ¶ *Non exiſtit.*] iſta igitur eſt differẽtia inter hunc caſum & proxi. quia ibi expectabat tãtum augmentum portionis: hic certam præbendam vel portionem dandam ſolum iis, qui erãt de numero: ad illã igitur expectationẽ reuocatoria nõ extẽditur: ad iſtam ſic. Ioan. And.

c ¶ *Erant factæ.*] Nota ꝯ regulã, quod per me nõ ſtat, &c. ſ. de eo, qui mit. in poſ. cap. 2. vbi de hoc. nam per me nõ ſtetit, quin fieret mihi collatio, ſed per executorẽ, & tñ reuocatoria habet locũ. & eſt iſte excogitatus caſus propter reuocatoriam, quæ reuocauit omne ius ad rem: ſed per petitionẽ [1] ad rem, nõ in re ius habebam. & ſæpius habes ſimile, quòd nõ ſufficit quid petere, nisi obtineatur. ſ. de renun. quidam. & eo. lib. de elect. ſi religioſus. cum ſimilibus.

[1] Vnde per illã videor acceptaſſe: vt in clem. eod. tit. cum ei quem. §. pen. Ioan. Andr.

NE SEDE VACANTE ALIQUID, &c.

¶ *Viſum eſt de inſtitutionibus & collationibus beneficiorum: ſed quia poſſet dubitari, nũquid ſede vacãte capitulũ ſuccedat in ipſorũ collatione: merito hinc ſumpta occaſione cõpilator poſuit hic rubricam generalem, ne ſede vacante.*

SI ad.] Sunt tres partes: ſecunda: ibi, *Cum vero.* tertia: ibi, *Vbi vero.* Prima cum collatio eſt communis, ſoluit dubium quod fortificat: ibi, *Etiamſi.* Secundo conuertit: ibi, *Idem.* Secunda principalis (cum collatio eſt ſolius epiſcopi) ſoluit dubia, & à ſolutione excipit: ibi, *Niſi.* Tertia principalis ſoluit duo dubia: ſecundum: ibi, *Nec etiam.* & vtriuſque rationem ſubdit: ibi, *Quia.* Ioan. And.

¶ Præmitte quod habes eod. tit. illa. videlicet ꝙ non reperitur iure cautũ ꝙ ſede vacante capitulũ ſuccedat in collationibus beneficiorum. Item præmitte, ꝙ quandoque ad ſolum epm ſpectat collatio præbendarum, quandoque ad ſolum capitulũ, quandoque ſimul, quandoque cõi conſenſu, quandoque cum cõſilio. de quo de elect. cum eccleſia. Itẽ ꝙ ſuſpenſus, vel excõicatus non poteſt cõferre præbẽdas. de conceſ. præben. quia diuerſitatem. Dominicus.

CASVS. Collatio præbendarũ alicuius eccleſiæ pertinet ad epiſcopum & capitulum ſimul: moritur eps, vel eſt ſuſpenſus: & ſic vacat epalis dignitas: poſtea moritur aliquis canonicus, & ſic vacat præbenda & canonicatus: vtrum capitulum poterit conferre huiuſmodi canonicatum & præbendam? Reſpondet ꝙ ſic. Et idem viceuerſa impedito capitulo poteſt eps præbendas conferre, licet collatio ſpectet ad epm & capitulum ſimul. Sed ponamus ꝙ collatio præbẽdarum ſpectat ad ſolum epm, licet teneatur requirere conſenſum ſui capituli: vtrum impedito epo vel ſuſpẽſo poſsit capitulum præbendas conferre? Reſpondet ꝙ non, niſi epiſcopus eſſet in mora petendi abſolutionem vel relaxationem: quia tunc inciperet eſſe in negligentia, & tunc collatio inciperet cõpetere ad capitulum, vt in c. 2. de cõceſ. præben. in antiq. Sed ponamus quòd de conſuetudine, vel ex priuilegio Apoſtolicæ ſedis aliquis habet collationem præbendarum alicuius eccleſiæ cathedralis, tñ debet requirere conſilium epi: nunc vacat præbenda, tñ non eſt eps, cuius conſiliũ poſsit requiri: quia ſedes ipſa vacat, vel eps eſt abſens: vtrum iſte talis poſsit conferre præbẽdas non expectata cõfirmatione epi, vel non expectato ꝙ epiſcopus fuerit reuerſus? Reſpondet Romanus Pontifex quòd ſic: & rationem ponit, ne periculum immineat beneficio. Not. primo iuncta glo. quòd donatio præbendarum eccleſiæ cathedralis quandoque ſpectat ad epiſcopũ & capitulũ ſimul, & tunc vnꝰ ſine altero nihil põt facere: & ſic eps poſſet differre collationem ſi vellet: quandoque collatio ſpectat ad ſolũ epm, quãdoq; ad ſolum capitulum. Sed de iure cõi ſpectat ad epm & capitulũ ſimul. glo. tñ hic tenet, ꝙ ſpectat ad ſolum epm, de conſenſu tñ capituli. Sed in hoc eſt magna differentia: Nam primo modo quando collatio ſpectat ad epiſcopum & capitulum ſimul, poteſt capitulum conferre ſede vacante: ſed ſecũdo modo non poſſet. Not. vlterius ꝙ capitulum vel vniuerſitas non debet excõmunicari per modum vniuerſitatis: ſed ſi ſingulares delinquant, ſunt particulariter excommunicandi. Not. ꝙ ſede vacante capitulum non poteſt conferre beneficium ſpectans ad ſolum epiſcopum, licet collatio ad epm ſpectet cum conſenſu capituli. Idẽ ſi eps fuerit ſuſpenſus: quod verum eſt, niſi eps eſſet negligens in petenda abſolutione. Ratio eſt, quia quando eps eſt ſuſpenſus, non poteſt dici eſſe in negligẽtia: quia ſi vellet, conferre non poſſet: ideo ꝯ ipſum nõ currunt ſex menſes, niſi (vt dictum eſt) eſſet in negligentia ſe rehabilitandi: quia tunc inciperent currere ſex mẽſes: quibus elapſis poſſet capitulum illa conferre. Sed quæritur quo tẽpore incipiunt currere ſex menſes? Dicendũ quòd à tempore vacationis, & non à tempore negligentiæ. Aliqui tñ intelligunt, ꝙ ſi fuerit negligens per ſex menſes (licet à tempore negligentiæ non vacet beneficium) ꝙ lapſis ſex menſibus poteſt capitulum cõferre beneficia. Sed tñ dicendum eſt, ꝙ nõ dr̃ negligens quando beneficium nondum vacat: ideo ſex menſes ſolum computãtur a tẽpore vacationis. Not. quòd collatio aliorũ beneficiorũ ſpectat ad epm cũ conſenſu ſui capituli. c. quãto. & c. nouit. de iis quæ fiunt à ma. par. cap. & hoc de iure cõi: nam de iure ſpeciali poteſt ſpectare ad alium q̃ ad epiſcopũ. Not. ꝙ quando quis conferre debet beneficia cum conſilio epi: intelligitur ſi conſilium epiſcopi poſsit haberi.

† Domin. not. ꝙ ſola collatio tribuit ius in beneficio iõ reſeruato, non proceſſus inde ſecuti. Immo ait Ancha. nec ſententia. §. fin. Inſt. de offic. iudi. l. nepoti. ff. de fun. inſtr. ad hoc. ca. cum aliquibꝰ. de re iud. & Philip. aſſentit. Pet. de Ancha. ſi ſententia dicat beneficiũ eſſe debitũ per glo. in clem. audito. de reſcrip. ſecus ſi ſententia dicat beneficiũ eſſe ſuum. c. 1. ſupra eod. Fonta.

# TITVLVS VIII.

## Ne ſede vacãte aliquid innouetur.

¶ Bonifacius octauus.

¶ *Collatione communiter ad epiſcopum & capitulum pertinente, vnq ipſorum effecto inhabili, alter confert. hoc dicit vſque ad §. cum vero. ſecundum Domi.*

## CAP. VNICVM.

SI † ad epiſcopum [d] & capitulũ cõmuniter pertineat † collatio præbẽdarũ: mortuo [e] epiſcopo, vel à beneficiorum collatione ſuſpenſo [f], poterit capitulum vacantes conferre præbendas: etiamſi [g] epiſcopꝰ intereſſe habeat in collatione huiuſmodi vt prælatus [h].

† Ad intellectum huius cap. vide Panormitanũ in ca. ex parte. extra de conſtitut.

† Notá, illud dicitur communiter pertinere quãdo æquale ius quelibet pars habet in actu. Not. ſecundo iſtud dictum, ꝙ appellatione præbendarũ (late ſumpto vocabulo) cõprehenduntur alia beneficia eccleſiaſtica, quãdo ratio eſt eadem in omnibus. facit quod not. in ca. 1. de electio. eod. lib. vbi idem dicitur de canonia. Domi.

¶ *Prima gloſ. dicit quid declaret.*

d ¶ *Si ad epiſcopum.*] Emanauit ad declarationem decretal. ſ. eo. illa. & ad declarationem, & correctionẽ eorum, quæ ibi not. Goſ. Inno. & Hoſtienſis de conceſſ. præbend. quia diuerſitatem.

e ¶ *Mortuo.*] idem eſt ſi quocunque alio modo vacet ſedes: renũtiatione, & depoſitione, vel quouis modo. ad hoc 7. q. 1. cap. in apibus. §. ecce in quibus. 33. q. 2. in principio.

f ¶ *Suſpenſo.*] pone quòd peccauit. in decre. ſ. de præben. graue.

¶ *Glo. ſeq. exprimit opiniones.*

g ¶ *Etiamſi.*] hoc dicit propter dominum Inno [2]. & Hoſtien. qui dicebãt, quòd ſi epiſcopus intererat in capitulo vt canonicus, propter mortẽ eius non impediebatur capitulum conferre, niſi ſicut per mortem alterius canonici: ſi autem vt prælatus, eo mortuo cõferre non poterat: non eſt verum, vt hic vides.

[2] Aliàs, Vincentium. Et hæc eſt vera littera: vt patet in additione poſita in fine huius gloſſæ.

ADDITIO. Vincẽtiꝰ de quo ſ. in decr. 2. eo. tit. dicebat quòd ſiue ad ſolũ epm, ſiue ad eũ cõiter cum capitulo ſpectaret collatio: vacante ſede non conferebat capitulum. Littera quæ habet Inno. eſt corrupta: ipſe enim Inno. in decr. quia diuerſitatẽ. nõ diſtinguẽdo dicebat, ꝙ ſi ad epiſcopũ & capitulũ ſimul ſpectat electio, ſuſpenſo epo ſolum capitulum eliget. Sunt enim vnum corpus capitulum & eps quo ad illa, quæ eis communiter imminent facienda. Illud autem dictum Hoſti. determinabat in gloſ. Ioan. And.

h ¶ *Vt prælatus.*] Interdũ enim eſt vt canonicus. de conceſ. præb.

poſtula

poſtulaſtis.de præbend.cum in eccleſia.de appella. à collatione. ſupra eod.lib.

a ¶ *Singulariter.*] hoc dicit: quia capitulum, vel vniuerſitas, vel collegium excommunicari nõ debet.j̃.de ſent.excom.Romana.§. in vniuerſitatem.

ADDITIO. Io.Mo. & Archid alleg. ff. de admin. tut. quidam decedens. §. Papinianus. & l. Titium. in prin. & §.1.Ioan.And.

Idem poterit epiſcopus, ſi capitulum ab ipſa collatione ſuſpẽdi contingat, vel ſingulariter[a] omnes de capitulo maioris[b] excommunicationis vinculo innodari.

¶ *Collatione ſpectante ad epiſcopum de conſilio, vel aſſenſu capituli, illo exiſtẽte inhabili (niſi ſit in mora) non confert capitulum. hoc dicit.*

¶ Cum† vero ad ſolum epiſcopum præbendarum ſpectat collatio, cum conſilio ſui capituli vel aſſenſu[c]: defuncto epiſcopo vel ſuſpenſo (niſi[d] epiſcopus in petenda relaxatione ſuſpẽſionis huiuſmodi ſit in mora[e]) capitulum ſe non poteſt intromittere de eiſdem.

¶ *Habens conferre cum conſilio epiſcopi, ſine illo conferet, morte & remota abſentia interueniente. hoc dicit Domi.*

¶ Vbi[f] vero de ſpeciali alicuiꝰ eccleſiæ cõſuetudine vel ſtatuto, beneficiorũ collatio ad aliquem cum† conſilio epiſcopi[g] noſcitur pertinere; ſublato epiſcopo de medio[h] (cum conſilium nequeat tũc peti ab eo[i]) non erit propter hoc vacantis beneficij collatio differenda: nec etiã ſi egerit in remotis[k], ita quòd non poſsit ipſius præſentia in breui haberi: Quia in petendo vel expectando eius conſilio, poſſet vacanti beneficio periculum imminere[l].

b ¶ *Maioris.*] ſi enim minoris, eligere poſsẽt: de cleri. excom. mi. ſi celebrat. Suſpenſi autẽ vel maiori excommunicatione ligati, non eligunt, nec eliguntur, vt de elec. cum inter. & de conſue. cum dilectus. vbi de hoc.

c ¶ *Aſſenſu.*] hoc dixit Cõpo. eſſe de iure cõmuni in ipſis præbẽdis cathedralis eccleſiæ, vt not.s̃.de elect.cũ eccleſia Vulterana. Scire debes ꝙ cum eṗs habet conferre præbendã cum conſenſu capituli, ſi ſunt viginti canonici & decem conſentiant, non valet collatio: quia nõ habet maiorem partem capituli: ſed ſi haberet vocẽ in capitulo vt canonicus: tunc diceretur facta ab xj. & ſic à maiori parte capituli. de conceſ.præben. poſtulaſtis. Inter iſta autẽ duo, ſcilicet conſiliũ & aſſenſum eſt magna differẽtia. quod dic vt not.s̃.de arbi.cum olim.de elect.cum in veteri.

d ¶ *Niſi.*] iſtud niſi, venit exceptiue à ſuſpenſo.

ADDITIO. Ac ſi dicat, ꝙ ad partem, quæ loquitur de epiſcopo defuncto, non competit exceptio. Ioa.And.

¶ *Glo.ſeq.not.à contrario: quærit, arg.pro & contra: ſoluit: iterum quærit & ſoluit.*

e ¶ *In mora.*] ſi ergo ſit in mora, bene poterit ſe intromittere capitulum. Sed quæro nũquid capitulũ hoc caſu canonias ſtatim ex quo eṗs fuerit in mora, poſsit conferre: vel an poſt morã petendi ſex mẽſes habeat expectare? Et vr̃ ꝙ ex quo fuit in mora petẽdi abſolutionem, demũ poſt ſex mẽſes & nõ ante conferre poſsit 1: q̃a antequam fuerit in mora, non currit tempus: poſtea incipit currere. de conceſ.præben.quia diuerſitatem.de elec.c.vlt. ſi eṗs ſimpliciter ſine conſenſu capituli haberet conferre, locũ haberet quod s̃. dixi, ſed hic de conſenſu capituli habet conferre, vnde vr̃ à cõtrario ſenſu iſtius litteræ, ꝙ ſtatim ex quo fuit in mora, capitulũ poſſit conferre. Sed cũ hic æquiparet conſilium & conſenſum, verum puto quod prius dixi. Sed quando dicetur eſſe in mora? Hoc ipſo quod quàm cito potuit, licentiam non petiit.ff.ad Tertul.l.2.§.cõfeſtim.non tamen amara facienda eſt interpretatio.ff. de dona.inter virum & vxo.ſi id quod.§.ſi quis ſecundum operas.nec calumnioſa.s̃.de priui.in his.ff.ad exhi.l.pen. Arbitrabitur ergo hic bonꝰ iudex 2. ff.de iure deli.l.1. Si autẽ malitioſe impediatur ne petere poſsit, ſubuenietur ei: quia non eſt in mora.de conce.præben.poſtulaſtis.niſi ipſe hoc procuraret.ff.ſi quis cau.l.2.§.vlt.de offi. dele.paſtoralis.§.fin.

ADDITIO. Caſum vidẽ s̃.& concor. cle.multorum.de pœn. ver.illis pœnam.Ioan.And.

f ¶ *Vbi vero.*] facit ad ea quæ not.Hoſti.de elect.c.vlti.in fine. & Vincen.& Compoſt.de inſti.c.vlti.in fi.

¶ *Glo.ſeq.quærit, arg.pro: ſoluit contrarium.*

g ¶ *Cum conſilio 3 epiſcopi.*] quid ſi cũ conſenſu? Idẽ vr̃, cũ eadẽ ſit ratio vacationis diutinæ in hoc caſu.& ad hoc s̃.de præb.ſi Apoſtolicæ.& aliquando conſilium ponitur pro cõſenſu.s̃.de offic.dele.venerabili. de foro competẽ.c.1. Contrarium credo: quia cum habet eligere de conſenſu, non ſic liberam habet poteſtatem, ſicut de conſilio: vnde minus habet expectare hoc caſu, quàm in illo; dico tamen quòd non curret ſibi tempus, cũ non poſsit eligere: de conceſ.præben.quia diuerſitatem.de elec.c.vlt.prætęrea ponamus in requiſitione conſilij abſentiã pro contradictione. ad hoc ſupra de arbi.c.2.eod. lib. quod in conſenſu eſſe non poteſt. & facit pro hac parte qđ dixi s̃.eo.lib.de reſcript.pro te.in gloſ.ſed pone.

h ¶ *De medio.*] id eſt, de hac vita, & expone vt dicitur 23.q.4. hæc autem vita.in prin.& quare dicatur media, ibi not.in glo.1.

i ¶ *Ab eo.*] ſimile s̃.eo.lib.de reſcrip.ſi gratioſe.

ADDITIO. & de pœn.diſt.1.c.conuertimini.§.hoc idem. ver. item à mortuo. velut ab eo qui non eſt: perit confeſsio. Ioannes And.

k ¶ *In remotis.*] arbitrarium erit hoc terminare ſecundum conſiderationem temporis, quæ ſequitur infra.

¶ *Glo.ſeq. alleg.ſimile obiicit, & ſoluit.*

l ¶ *Imminere.*] habes ſimilẽ caſum s̃. de offic. deleg.ſi is cui.eo.lib.Et not.ꝙ difficultas prçſtationis reddit obligationẽ inutilem. ꝯ id. ff. de verb.oblig.l.2.§.1. Item nec ſeruatur forma, q̃ inerat collationi: ergo non valet quod agitur. ff. de arbi. l. parui. Sol. licet in ꝯctibus grauis vel impoſsibilis modus vel cõditio vitiet ꝯctũ, ſecus in ſpiritualibus.s̃. de cõdi.appoſ. cap.vlti. reiicitur ergo, nec rem inutilem reddit. Item periculum vacationis quæ imminet, immutat ius quod aliàs eſſet ſeruandũ.ſic j̃. de teſta. cap. 2. eod. lib. de offi. deleg. ſi is cui. eodem lib.

† Ad hunc textum vide Felinũ in ca. eam te.extra de reſcriptis.

† Aliàs ita, de conſilio epiſcopi. Et vide Bartolũ in l.1.§.ſi plures.ff. de exerci.& Albertinum citatum ſuper gloſ. in verſ. cum conſilio epiſcopi.

1 Idem Archid. dicens ꝙ Vinc. & Hoſti. hoc tenent in decret. vlt. de elect. quæ infra allegatur. Ioã. An.

2 Idem Archidi. poſt Hoſtien.

3 De materia huius gloſſæ vide pleniſſime per Albertinum tract. de agnoſcendis aſſert. catho.& hære. q.26.

## TITVLVS IX.

# De rebus eccleſiæ non alienandis.

¶ Innocentius quartus.

¶ *Perpetua alienatio facta de rebus eccleſiæ vacantis non præcedente tractatu, & ſine iuſta cauſa, non valet. Ioan. And.*

CAP. I.

DE REBVS ECCLESIAE. &c.

¶ *Dictum fuit ſupra de præbendis & aliis beneficiis eccleſiaſticis: verum quia poſſet dubitari, vtrũ res beneficiorũ deputatæ pro ſuſtentatione clericorũ beneficiorũ poſſent alienari: ſicut res aliorũ priuatorũ, cũ quilibet ſit legitimus adminiſtrator ſuarũ rerũ: ideo ad nos informãdũ ponitur rubrica, de rebus eccleſiæ nõ alienãdis.*

Cõtinuatio domini Heliæ.

D*Vdũ.*] In hoc cap. ſunt tres partes: In prima, actoris deciſa petitio: in ſecunda, rei defenſio: ibi, *Dictus vero.* In tertia: ibi, *Quia vero.* Papæ diffinitio tribus fulcita rationibus. Secunda: ibi, *Quia etiam.* Tertia: ibi, *Præſertim.* Ioan.And.

CASVS. Vacante aliqua eccleſia parochiali in diœceſi Pictauenſi, epiſcopus Pictaueñ. cum conſenſu ſui capituli donauit decimas illius eccleſiæ parochialis archidiaconatui ſuæ eccleſiæ: quia redditus archidiaconatus illius eccleſiæ erant ita tenues, quòd non poterat archidiaconus ex illis ſuſtentari: vnde illas decimas donauit archidiaconatui nullo præcedente tractatu: poſtea illa eccleſia parochialis fuit alicui collata, qui petiit decimas à dicto archidiacono: quas cum recuſaſſet ſoluere, fecit archidiaconum conueniri coram iudice competenti: & in ſuo libello petebat, vt iudex declararet illas decimas ſpectare ad rectorem illius eccleſiæ, & imponeret perpetuum ſilentium ipſi archidiacono: archidiaconus excipiendo propoſuit, quòd decimæ fuerant ſibi donatæ per epiſcopum cum conſenſu ſui capituli; Econtra replicabat rector illius eccleſiæ, quòd donatio huiuſmodi non valeret: eo quia tempore donationis eccleſia ipſa vacabat, & nullum habebat defenſorem. Item dicebat rector, quòd non ſuberat iuſta cauſa alienandi decimas. Item quòd dicta donatio non fuerat facta ſolemniter, id eſt, tractatu præcedente: Vnde Romanus Pontifex auditis allegationibus partium hincinde, declarauit decimas ſpectare ad ipſum rectorem: & impoſuit ſilentium archidiacono [*Et infra.*] Sub hoc infra, cõtinetur qualiter rector eccleſiæ parochialis fecit conueniri archadiaconum, qui detinebat decimas: & petiit ꝙ iudex declararet decimas ſpectare ad ſuam eccleſiam: quo facto imponeret ſilentium archidiacono. Dictus autem archidiaconus ex aduerſo propoſuit excipiendo, vt ſequitur. [*Conceſſit: & infra.*] Sub hoc infra, ponitur replicatio rectoris allegantis donationem factam Archidiacono per epiſcopum non valere, propter cauſas prædictas in poſitione caſus: Vnde Romanus Pontifex auditis allegationibus partium ſentẽtiauit vt ſequitur: Nam decimas ipſas adiudicauit dicto rectori: & perpetuũ ſilentiũ impoſuit ar-

chidiacono. Not. primo duos caſus, in quibus eſt præmiſſa alienatio rei eccleſiaſticæ, videlicet euidens neceſsitas, vel eccleſiæ vtilitas. vide 12.q.2.in ſumma. Nota ſecũdo optimum text. quòd licet in inſtrumento alienationis rei eccleſiaſticæ narretur vtilitas vel neceſsitas alienandi ſubeſſe: niſi aliter probetur, non adhiberetur fides: Nam ſupra dr̃, ꝙ in inſtrumento hoc cõtinebatur: & tñ Papa dicit, quòd non ſuberat. de quo hic in glo. Dominicus.

¶ *Prima glo. ſummat.*

a ¶ *Dudum.*] perpetua alienatio facta de reb⁹ eccleſiæ vacantis, & nõ præcedente tractatu, & ſine iuſta cauſa, non valet.

b ¶ *Et infra.*] Intelligas quòd quidã rector cuiuſdam eccleſiæ diœceſis Dulmeñ. petebat ſibi & eccleſiæ ſuæ reſtitui & adiudicari decimas, quas archidiaconus Dulmeñ. percipiebat in ſua parochia, q̃ de iure & conſuetudine antiqua pertinebant ad ipſam eccleſiam: dictus vero, &c.

¶ Petrus de Anchara. & Dom. not. in alienatione rerum inferioris eccleſiæ requiri cõſenſum capituli eccleſiæ cathedralis: quod nõ ſeruat dicit Phili conſuetudo valida. (ſecundum eum) arg. ca. 3. ſupra de cõſuetu. eo. lib. & gloſ. in verbo, cõſentiente, clem. 1. eod. tit. Fonta.

dum [a]: & infra [b]. ¶ Dictus vero archidiaconus ex aduerſo [c] reſpondit [d] illas decimas illi eccleſiæ reſtitui nõ debere [e]: proferens [f] in medium [g] ordinationem quãdam epiſcopi Dulmeñ. de conſenſu capituli [h] † ſui factam, inter alia continentem, quòd idem epiſcopus attendens prouentus archidiaconatus Dulmeñ. adeo fore tenues [i] & exiles, quòd non ſufficiebant ad eius onera [k] † ſupportanda, præfatas decimas archidiaconatui memorato conceſsit: & infra. ¶ Quia vero in conceſsione [l] huiuſmodi prædicta eccleſia [m] (cum vacaret) legitimo caruit defenſore [n], qui ſibi prius ab eodem epiſcopo debuerat deputari. Quia etiam tractat⁹ [o] ſolẽnis & diligẽs, q in talib⁹ cõceſsionib⁹ ꝑpetuis [p], & alienationib⁹ rerũ eccleſiaſticarũ exigitur, nõ fuit habit⁹ in eadẽ: ordinationẽ & conceſsionẽ ipſam (præſertim [q] cũ euidens neceſsitas quare fieri deberet, vel vtilias † nõ ſubeſſet) de fratrũ noſtrorũ cõſilio decernim⁹ non valere dictas decimas ipſi eccleſiæ [r] tamquam pertinentes [s] ad eam, ſententialiter adiudicare curantes.

¶ Gregorius x. in concilio generali Lugduñ.

¶ *Primo prohibet ſubmiſsionem eccleſiarum, ſuorum immobilium bonorum vel iurium fieri laicis, abſque*

c ¶ *Ex aduerſo.*] ad petitionem ipſius rectoris.

d ¶ *Reſpondit.*] conteſtando litem. & facit quod dixi de lit. conteſt. cap. 2.

† Vide Oldradũ in cõſil. 160. cum duobus ſequent. hoc eod. tit.

e ¶ *Non debere.*] nec adiudicari, vt in deciſione dixi: & patet in fine: nam ſententia, &c. de or. cog. cum dilectus.

f ¶ *Proferens.*] Archidiaconus excipiendo ꝯ intentioné actoris.

g ¶ *In medium.*] id eſt, in iudicium: vbi eſt medium inter actorem & reum.

h ¶ *Capituli.*] Per hoc videbatur valere. de his quæ fi. à præla. c. 2. & 3. ſed hoc non ſufficit, ex quo dirigens forma ſeruata non fuit: nec cauſa ſuberat, & vacabat eccleſia, vt ſequitur.

¶ *Glo. ſeq. quærit & ſoluit: ſolutioni obiicit & reſpondet.*

i ¶ *Tenues.*] Iuſta videbatur cauſa: ſed non apparuit vera, vt dr̃ in fine. Sed nunquid dices iſtam iuſtã cauſam indiſtincte, ſi aliàs fuiſſet tunc vera? Certe ſic. s̃. de præbẽ. expoſuiſti. nam etiam capellas. poſſet annectere ob hanc cauſam, vt ibi dr̃. eṕs enim de conſenſu capituli ſui poteſt eccleſiam & res ſuas ex iuſta & honeſta cauſa alteri dare. de his quæ fiunt à præla. c. 3. & c. paſtoralis. ſed contradicit expreſſe. 16. q. 1. eccleſiæ. vbi dicitur, quia antiquæ eccleſiæ decimis priuari non debent, vt nouis oratoriis tribuantur: per quod ca. indiſtincte dicebat Hug. ꝙ eṕs inuito ſacerdote non poterat de iure vnius eccleſiæ alteri dare. Sed non eſt verum, vt ibi notatur. & de hoc per Ber. de relig. domi. conſtitutus. in gloſ. à quocũque. Dic ergo quòd cap. illud loquitur quando iuſta cauſa non ſubeſt, vel poteſt loqui quando ipſa eccleſia in nullo ſibi abundat. ad hoc s̃. de præben. cum cauſam. pro iſta parte facit de eccl. ædifi. ad audientiam. 1. & c. tua nos.

k ¶ *Onera.*] ſcilicet congruæ ſuſtentationis archidiaconi, hoſpitalitatis, & epiſcopalium iurium. s̃. de præben. de monachis.

l ¶ *In conceſsione huiuſmodi.*] facta, ſcilicet de decimis eccleſiæ tunc vacantis: ſecus ſi concederetur vel vniretur ipſa eccleſia vacãs: quod dic vt in clemen. eod. tit. ſi vna.

m ¶ *Eccleſia.*] quæ agebat. Et not. quòd non ſolum in cathedrali eccleſia locum habet, ꝙ ſede vacante, &c. ſed etiam in minoribus eccleſiis. de offi. ordi. cum vos.

ADDITIO. Idem ſecundum Hoſt. in qualibet dignitate vel perſonatu, qui remittit ad ſum. ne ſede vacan. §. & de qua ſede. & vide quod not. s̃. de exceſ. prælato. cap. 2. in 1. glo. Ioa. And.

n ¶ *Defenſore.*] Si igitur eccleſia 1 caret prælato, debet epiſcopus ſibi alium deputare defenſorem vel œconomum, qui res eius colligat, conſeruet, & gubernet. 75. diſt. quoniam quidam. ibi, redditus vero. de offic. ord. cum vos. C. de epiſco. & cle. omnes. §. hoc nihilominus. & ad huius officium pertinet excutere & denuntiare iudici, quare fiat alienatio: & ſi fiat propter ſoluenda debita, an pecunia poſsit haberi aliũde, an de fructibus ſatisfieri poſſet, aut de mobilibus: & an potius expediat obligare, quàm diſtrahere: an de minus vtilis poſſeſsionis pretio liberari poſſet. & caueat iudex ne talis poſsit corrumpi. ff. de rebus eorum. magis. §. non paſsim. & §. ſeq. His omnibus conſideratis defenſor rem diſtrahere poterit: & nihilominus epiſcopus ſuam interponit auctoritatem. s̃. eo. tit. c. 1. de his quæ fiunt à præla. cum Apoſtolica. Si vero epiſcopus rem menſæ ſuæ alienet, hoc faciat de conſenſu capituli ſui, & archiepiſcopus auctoritatem interponat. ad hoc 9. q. 3. cap. 2. 96. diſt. bene quidem. circa fi. ſecundum Hoſt.

1 quę fungitur iure minoris ſupra [illegible] reſt. in integ. ca. 1. [illegible] ergo pupillo non habenti tutorẽ vel legitimũ defenſorem, debet bonus defenſor vel aduocatus dari per iudicem. ff. de reb. eorũ qui ſub tu. l. magis puto. §. non poſsim. in fi. ſic & eccleſiæ vacanti. Ioan. And.

ADDITIO. an hoc ſit neceſſariũ, vide quod dixi de his quæ fiũt à præl. c. 1. in fi. Inno. hic dicit hoc ſecundum quoſdam. & pro hoc not. facit quod ipſe Inno. notat. eo. tit. vt ſuper. in fin. & quod ibi ſcripſi, hic ponit Archid. Sed Hoſtien. ſimpliciter hoc ponit remittẽs ad not. per ſe. s̃. eod. lib. de ſup. negli. præla. Romana. quæ videas in ſum. de off. ord. §. quid pertinet. verſic. permutat. ad idem in ſum. hoc eod. tit. §. 3. verſic. res autem. Idem Ioa. Mona. Ioan. And.

¶ *Glo. ſeq. remittit & conſulit: ſecundo quærit: ponit duas opi. & ſoluit: tertio iterũ quærit: ponit ſolu. Ber. & contrariam Hoſti. demũ ponit diſtinctionẽ poſt Inno. & Hoſt.*

† Vide Hoſtienſem in ſumma hoc eo. tit. vbi aſſignat quinque cauſas alienationis rerum eccleſiaſticarum.

o ¶ *Tractatus.*] ſecundum quod not. de his quæ fiunt à præla. tua. & debet diligenter fieri, & vtile 2 eſt ſæpius id facere, ne decipi poſſit. de probat. tertio. ibi, quotiens, &c. Solet dubitari, Nunquid valeant conſenſus canonicorum non habiti in communi? Et dicit Lau. ꝙ non. ad l. ff. de ſerui. ruſt. prædi. per fundum. Reſpondetur illud verum in re cõmuni pluribus vt ſingulis. & idem tenet Hoſt. in dicta decret. tua. & approbare videntur Inno. & Compoſt. de conſuetu. cum conſuetudinis. Hoſti. de his quæ fiunt à præla. cum Apoſtolica. & in ſum. ipſius tit. circa princip. dicit contra. nam licet inueniatur in electione ꝙ requiratur communis conſenſus. de elect. in Geneſi. ſecus in alienatione. in anti. de offi. ord. cum vos. 12. q. 2. ſi qua de rebus. Et ad hoc concordat quod olim hic not. Ber. qui dixit, ꝙ ſpeciale erat in electione, quod à principio erat nullum, poſtea non cõualeſcebat. s̃. de elect. auditis. In alienatione tamen quod à principio non valet, conualeſcit ſubſequenti cõſenſu exnunc, non vt extunc. Dici poteſt, ꝙ vbi non præceſsit tractatus, vera ſit prima opinio, vt hic: ſed ſi præceſſerit, & deliberauerunt alienare, licet ſingulariter conſentiãt, valeat conſenſus: & locum habeat ſecunda opinio. Sed quærit hic Ber. nunquid ſolẽnitas authenticæ, hoc ius porrectum. C. de ſacroſan. eccl. in alienatione rerum eccleſiæ locum habet? Et dixit Ber. 3 ꝙ non de neceſsitate, dummodo ſeruetur forma. 12. q. 2. ſine. Non obſtat ꝙ ſit incorporatum in canonibus [id eſt, in volumine decretorum. vide quod dixi de reſcrip. c. 2. ſuper glo. penul.] Quia alij canones de eo non faciunt mentionem: & fuit poſitum vt ſciretur affectus principũ ad eccleſiam. Hoſt. contra propter rationem ſupradictam [Et quia ſecundum eum contraria opinio eſt eccleſiis onerosa: & ſic tollenda de conſuetud. c. 1.] Sed tanta ſolemnitas in deſuetudinem per vſum contrarium abiit. 4. diſt. c. in iſtis. §. leges. Diſtinxerunt autem hic Inno. & Hoſt. inter decretũ, auctoritatem, & conſenſum ſiue collaudationem. Decretum eſt ſententia qua iudex contractũ futurum iuſtum fore decernit, auctoritatem ſuam interponendo, vel aliquem in poſſeſsionem mittendo, vel mittendum declarando. ff. de dam. infect. ſi finita. §. Iulianus. & §. ſi forte. & interponitur ante contractum. ff. de rebus eorum. l. magis. §. non paſsim. & §. ſeq. Auctoritas autem eſt auctorizabilis conſenſus, qui cõpetit ſibi ex publico officio, vel legitima adminiſtratione, ſicut ſunt tutores & curatores. ff. de auctori. tu. in rubro & nigro. Conſenſus autem ſiue collaudatio, eſt multorum voluntas, ad quos res pertinet ſimul iuncta. Et dicunt quidam, ꝙ in alienatione rei eccleſiaſticæ non requiritur decretum, de quo s̃. dictum eſt, ſed cauſę cognitio, auctoritas epiſcopalis, & conſenſus cleri.

2 Non dicit neceſſariũ, quod patet hic per ſingulare: non enim dicit tractatus ſolemnes & diligentes: Sed ponit ſingulare: & eſt ſim. quod not. in clemen. de ele. cauſam. §. verũ. in glo. licet ergo. de hoc tractatu & eius forma vide in Specul. de locato. §. ſequitur. verſ. & ſcias. Io. An.

3 Et Inno. hic concor. Ioan. 12. q. 1. vidẽtes. in 1. glo. & facit quod not. 12. q. 2. § ꝙ ſi. 12. quæ. 2. in ſum. & 17. q. 1. null⁹. & Franc. hic dicit, quòd illa ſolẽnitas de facto non ſeruatur. Io. And.

p ¶ *Perpetuis.*] Nota quòd in temporalibus, in quibus non ita læditur eccleſia, ſufficit tacitus conſenſus. s̃. de his quæ fiunt à præl. c. 2. in perpetuis expreſſus, & tractatus ſecundum formam. 12. q. 2. ſine. ſecundum Ber.

q ¶ *Præſertim.*] Ecce tertium propter quod non valuit conceſsio.

r ¶ *Eccleſiæ.*] 4 Nota formari ſententiam in perſonam domini. de hoc s̃. de elect. querelam.

¶ *Gloſſa ſequens allegat duas concor. ſignat vnum contrarium, & remittit.*

s ¶ *Pertinentes.*] de iure communi. s̃. de deci. cum contingat. & c. in tua. contra eo. tit. dudum. dic vt ibi.

4 Alias, [illegible] gloſſula legitur ita: non formatur ſententia in perſonã domini, &c.

Hæc

HOc conſultiſsimo.] Diuiditur in quatuor partes: Secunda: ibi, *In §. contractus.* Tertia: ibi, *Et nihilominus.* Quarta: ibi, *Ex contractibus.* Garſias diuidit in quinque, faciens quartã: ibi, *Laici.* Boatinus diuidit in ſeptem, faciens ſecundam: ibi, *Non concedendo.* ſextam: ibi, *Laici.* ſeptimam: ibi, *Qui vero.*

ADDITIO. Allegat Arch. 2. q. 7. nullus 2. & 23. q. 2. c. 1. Io. And.
q ¶ *Officium.*] Hodie rationem huius officij ordinarius loci exigit à religioſis etiam exemptis: & ſi circa id deliquerint, illos punit, vt in cle. eod. tit. religioſus.
¶ *Glo. ſe. rationem reddit, per quã ſoluit contrariũ, & alle. pro.*
r ¶ *Obtenta.*] Ergo tunc poteſt 3: miſericordiæ eſt enim tale officium. 86. diſt. non ſatis. Sed videbatur ꝙ per c. 16. q. 1. monachi. de poſtu. c. 1. vbi dr̃ duo requiri, ſcilicet ꝙ expoſcat vtilitas monaſterij, & ꝙ abbas imperet, pro iſta parte faciebat decre. tua. ſ. eod. tit. & extrauagans Ioa. Frágiapani, de qua fuit tracta. proxi. decr. vbi quidam frater Prædicator fuit executor. hoc expeditum eſt.

3 Vide quod per hãc gloſſam notat hoc loco Philippus Francus.

s ¶ *Sane.*] Hoc tractabat idem Guli. in eod. §. ver. ſed ſi alter. cum verſ. ſeq. & verſic. quid ſi ſint plures. Ioan And.
t ¶ *Simpliciter.*] ſine clauſula, vt ipſi vel eorum alter: & ſi non omnes 4 aliàs non eſſet quæſtio.

4 Vide Ioannem Calderinum conſil. 45. hoc eod. tit.

¶ *Gloſ. ſeq. reci. per q. quam ſoluit: & duas opinio. ſubdit.*
u ¶ *Mortuo.*] Not. 5 ex littera ꝙ mortuo executore, eius officium non tranſit in hæredem [ Et de hoc in præallega. §. circa fi. verſ. in ſuper.] Vi enim induſtria & amicitia eius electa. Ad hoc ſ. de of. deleg. c. vlt. ff. pro ſocio. l. actione. §. morte. ff. mandati. l. mandatũ. in fi. [& ff. de tut. l. antepe. in fin. vbi idem not.] Quidam dicebant tale officium tranſire in hæredem executoris per l. ff. de aliment. & cib. leg. l. cum vnus. & l. à filio. in princ. & l. alimenta. in princ. [Vide quod ibi not. ꝙ nõ tranſeat officium, licet ibi tranſeat onus non perſonale] Alij diſtinguebant, an res eſſet integra vel non: ſicut ſ. de elect. in cauſis. C. mand. l. mandatum. Quod autem dixi non tranſire in hæredem, verum eſt, niſi teſtator expreſſerit, ſicut & de compromiſſo dicimus. ſ. de arbit. c. vlt. quid autem tunc fiet, dixi j. in glo. vt quia. Ioan. And.

5 Vide Bartol. in l. à filio. ff. de alimẽt. & ciba. leg.

6 Quod terminetur arbitrio boni viri, ſecundũ Archid. & facit qđ not. ſupra eo. lib de tem. ord. cum nullus. §. pen. in. propter. gloſ. 2.

x ¶ *In remotis.*] Si ergo non multum diſtat, vocabitur: & ſi in termino aſſignato non venerit, procedet ſocius ſine illo: ſi autem remotus eſt 6, nec vocabitur: ſic & in electionibus, de elect. quia

propter.& c.cum inter vniuerſas.& c.quod ſicut.
a ¶ *Contingat.* ] ſi.ſ.eo.lib.ne ſede va.c.vnico. ad fi.de offic. deleg.ſi is cui.
¶ *Gloſ.ſeq.exponit & notat:ſecũdo ponit & ſoluit duas quæſt.*
b ¶ *Expreſſerit.*] vt quia vetuit ne alter ſine altero procederet[Bene facit ff. de exer. l. 1. §. ſi plures.] Aliud eſt ergo tacere, aliud expreſſe vetare.ad hoc de bap. maiores. §.ſed adhuc. & §.ſeq. j. de reg. iur. is qui tacet [Ioan. Mo.allegat. C. d. nego. geſt. l. fin.] Quid ergo tũc fiet ex quo alter nõ vult exequi,vel mortuus eſt?Si teſtator ſibi prouidet, illud ſeruabitur: alioquin epſ exequatur.ſ. eo.ſi hæredes. & c. tua. Quid ſi abbas ſancti proculi datus eſt executor, & mortuus eſt: nunquid hoc officium tranſibit ad ſucceſſorẽ? vr̃ diſtinguendum, an fuerit propriũ nomen expreſſum, nec ne.ſ. de offi.deleg.quoniam. quod ſatis poſſet dici in extraneo: ſed in propinquo vr̃, ꝙ licet nomen non fuerit expreſſum, tñ affectione perſonæ hoc factũ fuerit: vnde non tranſeat ad ſucceſſorem. ad hoc 12. q. 3. Pontifices. de teſta. reqſiſti. [De hoc plenius in prædicto §. circa finem. ver. quid erit.Ioan.And.
c ¶ *Adimplere.*] eſt ſi. ſ. eod. lib. de procu. ſi duo.§.ſane.& ff. de admi. tut. decreto. §. vlt. & eſt in his ſpeciali fauore teſtantium,cauſarum,& pupillorum.

facto ſupponitur interdicto. Not.ꝙ Papa poteſt decernere iurantem non obligari iuramento, quando cauſa legitima ſubeſt. Ad hoc ſ.eod. lib.de reb.eccle. non alie. c. 2. de elect. vbi periculum. §.penult.Dominicus.
¶ *Prima gloſ.dicit quid ſuppleat,& declaret.*

exequi forte nolente: Ne volũtatem teſtatoris impediri, vel nimium differri contingat [a]: poterit alius (niſi teſtator aliud expreſſerit [b]) officiũ executionis iniũctæ libere adimplere [c].

# TITVLVS XII.

## De ſepulturis.

¶ Bonifacius octauus.

¶ *Hic prohibetur pactum de ſepultura eligenda. Non obſtante pacto de ſepultura eligenda, vel electa non mutanda, ſepeliendus eſt quis vbi aliàs erat de iure ſepeliendus: & aliàs ſepultus cum omnibus ſepulturæ obuentibus reſtituendus eſt: aliàs pœna incurritur hic contenta. hoc dicit ſecundum Zen.*

CAP. I.

ANimarũ periculis [d] & ſcãdalis, quę frequẽter ex his prouueniunt obuia revolẽtes [e], vniuerſis religioſis & ſæcularibus clericis, cuiuſcunque ſtatus vel conditionis exiſtant †, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub interminatione maledictionis æternæ [f], diſtrictiſſime prohibemus: ne aliquos ad vouendum, iurandum, vel fide interpoſita, ſeu aliàs promittendum [g] inducant, vt apud eorũ eccleſias ſepulturam [h] eligant, vel iam electam vlterius non immutent. Nos enim (ſi ſecus actum fuerit) electionem talẽ decernimus nullius penitus exiſtere firmitatis. Statuentes, vt hi, qui ſic elegerint, nec apud ſic electas eccleſias vllatenus ſepeliri, nec alibi (ne contra votum, iuramentum, aut promiſſum huiuſmodi à ſe factum, materiam habeant veniendi [i]) poſſint eligere [k] ſepulturam: ſed contradictione quacũque ceſſante ſepeliantur omnino apud illas eccleſias, apud quas [l] ſepeliendi de iure fuiſſent, ſi aliàs ſepultura non electa forſitan deceſſiſſent. ¶ Si vero iidem religioſi vel clerici, prædictos [m] in ſuis eccleſiis vel cœmeteriis præſumpſerint ſepelire: ad reſtitutionem tam ſe-

† Plures modos quibus Papa præcipit, ponunt Domi.& Ancha.& iſti p. ſenti contra faciens, licet non excommunicetur, grauiter peccat.c.2.de maiori.& obed. 8.q.3.ſciendum.Similiter ille modus, indignationem bea. Apo. Pet.& Pau. ſolũ arbitrariã pœnam.notat Bal.in l.1. C. de ſacroſan.eccle. Superantius allegat etiam Bal.in c.1.§. porro.q̃ fuit prima cauſa beneficij amittendi. Fon.

DE SEPVLTVRIS.

Cõtinuatio domini Heliæ.

¶ *Viſum eſt ſupra tit.proxi.de teſtamentis: verum quia teſtator in teſtamento quandoque eligit locum ſuæ ſepulturæ: ideo annectitur rubrica, de ſepulturis.*

ANimarum.] Prima pars ponit inhibitionẽ & decretum: ibi, *Nos enim*. Secunda punit eligentem: ibi, *Statuentes*. Tertia punit inducentem: ibi, *Si vero*. & pœnam aggrauat in non parentem: ibi, *Quam niſi*. Ioan.And.
¶ Pone caſum per te, quia textus clarus eſt. Nota primo ex princ. tex. quòd officium prælati eſt obuiare periculis animarum ſuorũ ſubditorũ. Not. ibi, ſub interminatione maledictionis æternæ, ꝙ veniens contra iſtam conſtitutionem, peccat mortaliter. Nota vlterius, quòd religioſi inducentes aliquem ad promittendum, iurandum, vel vouendum, quòd eligat ſepulturam penes ſe puniũtur pœna hic contenta, & in cle.cupientes. de pœnis.in cle. Sed quid ſi induxerunt ſolum ad eligendum: vtrum puniantur iſta pœna? Reſpondet quod non: nam licet per votum, iuramentum, vel promiſsionem tollatur libera facultas, non tamen per electionem: quia licet elegerit quis ſepulturam in vno loco, poteſt poſtea eligere in alio. Nota ſi quis induxerit aliquem ad vouendum, iurandum, vel promittendum, vt eligeret ſepulturam in tali loco, non valet electio: & ideo quantum ad electionem ſepulturæ decedit inteſtatus. Idem dicendum eſt, ſi nulla promiſsione, voto, vel iuramento præcedente elegerit ſepulturam in vno loco: & poſtea iuret vel promittat non mutare: quia tunc electio ſepulturæ caſſatur. Nota iuncta gloſ. quòd ſi quis non eligat ſepulturam, tunc eſt ſepeliendus in loco ſuorum maiorum, ſi habeant certum locum pro ſua ſepultura. Si autem certum locum non habeant, tunc eſt ſepeliẽdus in cœmeterio eccleſiæ parochialis, in qua recepit ſacramenta. Not. ꝙ ſepelientes aliquem indebite, tenentur reſtituere quicquid exinde receperunt, etiam ſi non fuerunt requiſiti. Not. quod tenentur reſtituere oſſa cadaueris, ſi fuerint requiſiti & moniti ab eccleſia: aliter non. Not. quod ſi requiſiti & moniti non reſtituant oſſa defuncti intra decem dies, eccleſia ipſa

d ¶ *Animarum periculis.*] Emanauit ad ſuppletionem decretal. ſ. de pacto. plærique. & propter ea quæ in fine not.Hoſtien. dicens, o, quot & quantorum animas conſtitutio hæc aſtringit, nam quaſi omnes ſibi talia attrahunt & tales alliciũt, vt infirmare contingat medicos, q ſanare debuerãt.
e ¶ *Volentes.*] ad hoc ſ.de offi.lega.officij.
f ¶ *Aeternæ.*] hodie trãſgreſſores excommunicati ſunt ipſo iure: nec abſoluuntur ab alio q̃ à Papa, niſi in mortis articulo, per cle.de pœnis.cupientes. in fi. quæ etiam reſeruat pœnas infra poſitas.
g ¶ *Promittendum.*] nõ enim facit Deus differentiam inter iſta. 22. q.5.iuramenti.
ADDITIO. Vide q̃d ſcripſi de iureiur.debitores.ſuper verb.cogendi.& quod not.eod. tit. c.vlt.in vlt.gl.Io.And.
h ¶ *Sepulturam.*] cum enim hoc ſit ſpeciale, pactio interueniri non debet. 1.q. 2. quàm pio. §.cauete ergo. de pact. pactiones. [quod intellige eum ſepeliẽdo. Inter duas enim eccleſias bene valeret pactum, quod dic vt ſupra eod.lib.de pact.c.1.Ioan. And.] Sumitur autem ſepultura multis modis. quod dic vt not. 13.q.2.cap.clerici.§.item quæritur.& ſ.eod.cap.penult.
i ¶ *Veniendi.*] licet non teneat principale, tenet acceſſorium quo ad quid: & eſt ſpeciale.ad idẽ de iureiuran.debitores. vbi de hoc. & eo.tit.cum contingat.Ioan.And.
k ¶ *Eligere.*] punitur ergo in quo deliquit.de tempo.ordi.litteras. de his quæ ſi.à mai.par.cap.quæſiuit.
¶ *Gloſ.ſeq.exponit, quærit, & ad vtranque partem arguit.*
l ¶ *Apud quas.*] ſcilicet vbi ſunt maiorum ſuorum ſepulchra.13. q.2.Ebron.cum c.ſeq.& ſ.eod. c.1.in prin.1 quod de inteſtato debet intelligi. Quid ſi eccleſia iſta 2 de qua promiſerat, ſit illa in qua ab inteſtato ſepeliri debebat? declarari debuiſſet: quia ſi dicamus quod ibi non debeat ſepeliri, vbi ergo ſepelietur: & littera dicit, non apud illlas, &c. vnde poſſet dici, ꝙ ibi ſepelietur non obligatione promiſsionis, ſed poteſtate iuris: ſicut cum ex duabus ſeruitutibus remittit̃ altera, altera remanet.adhoc de vſu.pal.ex tuarũ. ff.de ſerui.vrb.præd.ſi domus tua. In ꝯrium vr̃ quod ſ. dixit, nec apud electas eccleſias vllatenus ſepeliri. præterea ſecundum hoc ſemper illi apud quos eſt ſepulchrum maiorum etiã ex electione vel promiſsione, quia priuati erunt poteſtate eligendi, habebunt obtentum: quod eſſe non debet.33.q.5.hæc imago.ſ. de procu. tuæ. j.de reg.iur.cum quid.

1 Et ibi dixi quid iuris ſi de ſepulchro maiorũ non apparet, de quo hic Arch.Io.An.

2 Vide Felinum in c. nonnulli. col. 37. ver. ſed contra iſtam. extra de reſcript.

m ¶ *Prædictos.*] quos ſic induxerunt: non ergo prohibet decre. quin poſsint eligere: ſed prohibet inductiones & promiſsiones.
ADDITIO Et ſit ratio ſecundum Ioan.Mona. quare non poſsũ voto firmare id quod licet facere: quia electio ſepulturæ eſt pars vltimæ voluntatis, cuius libertas tolli non debet. C. de ſacroſanc. eccle.l.1.argum.de ſpon.Gemma. cum concord. Item cum prouiſum ſit à iure non eligenti: illa iuris prouiſio impediri non debet, niſi mera liberalitate teſtantis. Et adde quod not.ſuper 5. gloſ. Addebat ipſe Ioan. ꝙ electio ſepulturæ eſt ius ſpeciale inductũ ꝯ ius commune, vt ſ. verſi. prox. & tale ius ſolus princeps qui ſupra ius eſt, poteſt inducere: quare ſicut alius à principe non poteſt tollere ius commune: ſic nec ad ius ſpeciale adiicere, quo arctetur ius cõmune; & ex hoc dicit concludi quare hic punitur deceptus, ſicut attentans contra iura.Ioan.And.

a ¶ *Sepul-*

pultorum [a] corporum) ſi petantur) quàm etiam omnium, quæ occaſione ſepulturæ illorum, peruenerint quomodolibet ad eoſdẽ, infra decendiũ [b] integraliter faciendam [c], ipſos obligatos eſſe cenſemus. Quã niſi fecerint, eccleſiæ ipſæ, apud quas ſepulti fuerint, necnõ & cœmeteria earundẽ, extunc eo ipſo ſint, & tandiu maneant eccleſiaſtico ſuppoſita interdicto [d], donec ab eis facta fuerit reſtitutio plenaria omnium prædictorum.

¶ Idem.

*¶ Eccleſiæ dimiſſæ non debetur canonica portio, ſed parochiali: & pluribus, ſi ſunt plures.*

CAP. II.

CVm † quis [e], cuius maiores ſunt ſoliti ab antiquo in aliqua eccleſia ſepeliri [f], ea dimiſſa eligit alibi ſepulturã: canonica [g] portio dimiſſæ non debetur eccleſiæ, ſed illi duntaxat [h], in qua ille officia conſueuit audire diuina, & eccleſiaſtica recipere ſacramenta. Cum ab eo, qui duo habet domicilia [i] ſe collocãs æqualiter in vtroque, in loco tertio eligitur ſepultura: domiciliorum eccleſiæ habebunt inter ſe † diuidere [k] canonicam portionẽ.

*¶ In loco etiam minus religioſo poteſt noua eligi ſepultura. hoc dicit ſecundum Zenze.*

¶ Si quis [l] antiqua dimiſſa nouam etiam in loco minus religioſo elegerit ſepulturam, electionem huiuſmodi (licet iura ſuper hoc videantur eſſe diuerſa) nequaquam volumus impugnari.

¶ Idem.

*¶ Translatio perſonæ ad certum locum facta ad tempus, eccleſiæ ius ſepulturæ non aufert. hoc dicit ſecundum Zen.*

CAP. III.

IS †, qui habet domicilium in ciuitate vel caſtro, quan-

a ¶ *Sepultorum corporum.*] ſ. eo. ex parte. [ & c. fraternitati. & c. cum liberum. Ioan. And.]

¶ *Gloſſa ſequens recitetur per quæſtionem.*

b ¶ *Decendium.*] Iſtud decendium in reſtitutione corporis currit ex quo petitum fuerit: ſed in reſtitutione rerum credo ꝙ ſtatim [1] curratur: & ideo in rebus non fuit additum ſi petantur. Iſta enim conſtitutio nõ intẽdit minuere, ſed addere ad decre. plerique. ſ. de pact. Sed ibi ſine aliqua petitione dicebat eos obligatos ad reſtitutionẽ: iſta imponit tpˢ & pœnam.

1 Cõputato die perceptionis, ſecundũ Archid. & intelligo de momento ad momẽtum. Ipſe autem remittit ſupra de re. ſpoli. frequẽs. Io. An.

¶ *Gloſ. ſeq. recitetur per quæſtionem.*

c ¶ *Faciendam.*] non dicit cui eccleſiæ: credo ꝙ eccleſiæ cui facta eſt iniuria, videlicet apud quam ſepeliri debebat: parochialis eccleſia iã habuit ſuam canonicã, & ſic non obſtat ĩ. c. proxi. quæ in alio caſu loquitur. Si ergo ipſa eadem fuerat dimiſſa, cui ſoluetur pœna? vnde extincta vĩ actio, ſicut cum creditor ſuccedit debitori. ff. d' ſol. Stichus. §. à diuo.

† Vide concilium Trident. ſeſſio. 25. de refor ma. ca. 13. & Cardinalem conſi. 90. incip. epiſcopus Feltren.

¶ *Gloſſa ſeq. recitetur per quæſtionem.*

d ¶ *Interdicto.*] Ergo propter transgreſsionẽ vnius fratris eccleſia tota & cœmeterium punietur: ſufficit ita ſcriptum eſſe. & poteſt eſſe ratio: quia ex quo illũ ſciebant ſuũ non eſſe, inueſtigare debebant diligenter, qua ratione ad eos deuenerit. ad hoc C. vnde vi. cum quærebatur.

CVm.] Diuiſio patet per paragraphos: Præmitte ꝙ canonica debetur eccleſiæ, in qua defunctus cæleſti pabulo refici conſueuit. ſ. eod. c. 1. Et per hoc videbatur ꝙ parochiali. Item ei à qua corpus aſſumitur. ſ. eod. de his. & prouidebatur ꝙ ei in qua ſunt ſepulchra maiorum. Domin.

¶ Præſupponendum eſt pro intellectu huius c. illud quod habetur in cap. certificari. eo. tit. in antiq. videlicet. ꝙ quando quis eligit ſepulturam in aliqua eccleſia dimiſſa ſua parochiali eccleſia, illa eccleſia debet habere canonicã portionẽ, quæ ceſſante conſuetudine eſt quarta pars omnium illorũ, quæ obuenerũt occaſione funeris. CASVS. Prædeceſſores cuiuſdam Titij conſueuerunt ſepeliri in eccleſia fratrum Minorum: quia ab antiquo habẽt ibi ſepulturam: Titius autem elegit ſuam ſepulturam in quadam tertia eccleſia, non in propria eccleſia parochiali, nec in eccleſia ſuorum prædeceſſorum: vnde illi tertiæ eccleſiæ plura obuenerunt occaſione ſepulturæ ipſius Titij: Certum eſt, ꝙ illa tertia eccleſia debet canonicam portionem. Sed quæritur cui eccleſiæ: vtrum eccleſiæ parochiali Titij, vel eccleſiæ prædeceſſorum ſuorum? Rñdet Romanus Pontifex, quòd iſta portio canonica ſoluẽda eſt eccleſiæ parochiali ipſius Titij, in qua audiuit diuina, & non alteri eccleſiæ vbi ſunt ſepulti maiores: Nã iſta canonica portio datur in recõpenſationẽ laborum: quos ſuſtinuit rector eccleſiæ parochialis in celebrando diuina, & miniſtrando ſacramenta defuncto, tẽpore ſuæ vitæ. Sed quid ponamus quòd Titius habebat duo domicilia, in vtroque ſe collocabat pariter, puta in æſtate faciebat reſidentiam in vno domicilio, in hyeme in alio: quæ domicilia erãt in diuerſis parochiis: iſte Titius mortuus eſt electa ſua ſepultura in quadã tertia eccleſia: dictum fuit ſ. ꝙ eccleſia ſepulturæ debet canonicam portionẽ: ſed quæritur quæ iſtarum eccleſiarum habebit canonicam portionẽ: vtrũ illa eccleſia in cuius parochia eſt mortuus, vel alia? Quidã dicunt quòd illa eccleſia in cuius parochia eſt mortuus: Veruntñ Romanus Põtifex decidit hic ɔtrariũ, videlicet, quod illæ duæ eccleſiæ parochiales diuidant inter ſe illã canonicã portionẽ. Aliqui dicebant quòd quilibet poterit eligere ſepulturã dimiſſa parochiali eccleſia, dummodo eligeret in loco magis religioſo, hoc eſt, in loco vbi magis celebrantur diuina. Sed quid erit ſi aliquis eligit ſepulturam in loco minus religioſo, & dimiſit locum magis religioſum: puta quia elegit ſepulturam ſuam in vna capella. in qua forte ſemel in anno celebrantur diuina. Rñdet quòd quis poteſt eligere ſepulturam in loco minus religioſo dimiſſo loco magis religioſo, licet olim eſſet ɔrietas inter doctores. Nota primo, quòd quis poteſt eligere ſepulturam dimiſſa eccleſia parochiali, & etiam dimiſſa eccleſia, in qua ſepulti ſunt ſui maiores. Et canonica portio eſt ſoluenda eccleſiæ parochiali, in qua recepit ſacramenta, & nõ eccleſiæ in qua eſt ſepultura ſuorũ maiorum: & ſic non eſt ſoluenda canonica portio illi eccleſiæ, in qua fuiſſet ſepultus, ſi non eligiſſet ſepulturam: nam ſupulchrũ maiorum nõ præferẽ eccleſiæ parochiali. cap. proxi. ſ. eod. Not. quòd iſta canonica portio non ſoluitur eccleſiæ parochiali, eo quòd eccleſia eſt dimiſſa: ſed ſoluitur in recompenſationem laborum, quos ſuſtinuit rector eccleſiæ parochialis in celebrando diuina, & adminiſtrando ſacramenta ipſi defuncto: ideo ſolui debet eccleſiæ parochiali, & non eccleſiæ, in qua eſt ſepultura ſuorum maiorum. Nota vlterius, quod quis poteſt habere plura domicilia: & tunc ſi eligat ſepulturam in aliqua tertia eccleſia, debet ſolui canonica portio ambabus eccleſiis, in quibus ipſe defunctus habebat domicilia. Quid ſi haberet vnum domiciliũ ſolum quod partim eſſet de vna parochia, & partim de alia: cui eccleſiæ eſt ſoluenda canonica portio? Dicit gloſ. ꝙ idem, videlicet ꝙ ſoluatur duabus eccleſiis per mediũ. Cõiter tñ ſeruatur, ꝙ ille eſt cenſendus parochianus illius eccleſiæ in qua fouet larem. Nota quod quis poteſt eligere ſepulturam ſuam in loco minus religioſo: cautius tñ faciet ſi eligat locum magis religioſum: nam plus proficiũt ſpeciales orationes quàm cões. & licet in vniuerſo mundo fiant orationes communes pro omnibus defunctis, tñ ſpecialiter fiunt orationes pro benefactoribus illius eccleſiæ.

† Notãt Dominicus & Philip. quòd aſſignatis cẽtum pro certo actu faciẽdo, & plures faciunt actũ ſimul: diuidentur dicta centum inter eos. exẽplum primo intranti arcẽ ꝓmiſſa ſunt cẽtũ: tres intrãt ſimul inter ſe diuident illa centum. Imo. in cle. & ſi principalis. de reſcrip. Bart. in l. hoc art. ff. de hære. inſti. Ang. de ag. ſucceſ. §. proximus. Fonta.

† Vide Cõradum Brunũ lib. 4. de cæremoniis c. 4. circa finem.

¶ *Prima gloſſa dicit quid declaret.*

e ¶ *Cum quis.*] primum dictum huius decretalis emanauit ad declarationem eorum, quæ not. Ber. & moderni ſ. eod. de his. & approbatur opinio Innocentij, & reprobatur opinio Hug. & Ber.

f ¶ *Sepeliri.*] Vnde ſi inteſtatus deceſsiſſet, ibi ſepeliri debuiſſet, vt dixi ſ. c. proxi. & ſ. eod. tit. c. 1.

¶ *Gloſ. ſeq. recitetur per quæſtionem.*

g ¶ *Canonica.*] ſaltem quarta, vel ſtetur conſuetudini. ſ. eo. certificari. in iis qui eligunt ſepeliri apud Minores vel Prædicatores taxata eſt quarta per extrauag. Bonifacij, quæ incipit, ſup cathedrã. in tit. de ſepultu. quæ fuit reuocata per Benedictum: hodie innouata per clem. eod. tit. dudum.

ADDITIO. In quarta, vt in minori, omnes canones cõcordant. facit. ſ. eod. lib. de arbit. c. 1. & ibi concordantiæ. & vide quod not. eo. tit. certificari. in vlt. glo. & quod ſuper ea ſcripſi. Ioan. And.

h ¶ *Duntaxat.*] quia etiã ſi apud debitam ſepultus fuiſſet, habuiſſet parochialis eccleſia canonicam [2]. ſ. eod. c. 1.

i ¶ *Domicilia.*] quod eſſe poteſt. de reſcrip. dilectus. 2. ff. ad municip. l. aſſumptio. Item poſſet quis eſſe ſine domicilio, vt ſi relicto domicilio nauiget vel iter faciat, quærẽs quo ſe collocet. ff. ad munici. l. Labeo. in princ. & l. eius. & quod dicit hic de diuerſis domiciliis, ſatis putarem eſſe æquũ in vno, quod æqualiter eſſet in duabus parochiis, vt puta inhabitat quis domũ in confinio duarum parochiarum, vel duas domos coniunctas habitat, quæ ſunt in duabus parochiis, vt eadem ratione illæ duæ diuidant quartam.

2 Vide quæſtionẽ, quã hic diſputat Francus de decedẽte monaſterio infra annũ probationis; an tũc eccleſia parochialis debeat habere canonicam.

ADDITIO. Facit quod poſt Inno. ſcripſi. ſ. de parochiis. ſuper eo. in glo. limes. & quod not. 16. q. 3. licet. in glo. pone ꝙ. Ioan. And.

k ¶ *Diuidere.*] fi. ſ. de teſta. relatum. 2. ad fi.

l ¶ *Si quis.*] hic terminantur quæ not. 13. q. 2. c. 1. §. nunc autem quæritur. & ſ. eo. fraternitatem. & approbatur opinio Lau. Vin. Io. & Gof. reprobata opinione Hug. Ala. Tan. & Bernar. quam etiam Hoſti. magis dicebat iuri conſonam.

IS qui.] Partes patent: Secunda: ibi, *Mulier.* & prima ſoluit dubium, & ſolutionem moderatur: ibi, *Dummodo.* Ioan. And.

¶ Si ciuis alicuius ciuitatis tempore æſtiuo, vt fructus colligat, accedat

cedat ad ſuam coloniam, & ibi mortuus eſt:non ſepelietur in eccleſia, in cuius parochia mortuus eſt, ſed portandus eſt ad ſuam eccleſiam parochialem.hoc dicit.

doque ad villam ruralem ſe transfert recreationis cauſa vel vt ruralia exerceat in eadem:ſi non electa [a] ſepultura decedat ibidem,nō in eccleſia dictæ villæ,ſed in ſua parochiali, vel in ea potius, in qua maiorū ipſius ab antiquo.[b] ſepultura extitit, ſepeliri debebit:Dūmodo abſque periculo ad ipſam valeat deportari [c].

¶ *Mulier mortua, quæ pluribus nupſit, cum viro vltimo ſepelitur.*

¶ Mulier [d] † autē, quæ plures viros habuit ſucceſſiue,ſi ſepulturam non eligat [e],eſt cum viro [f] vltimo, cuius domicilium retinet & honorem [g] †, tumulanda.

¶ Idem [in eodem †.]

¶ E*x conſuetudine poteſt pater impuberi eligere ſepulturam:pubes autem eligit per ſeipſum. & hoc dicit ſecundum Zen.quo ad titulum:ſed nō quo ad textum.vnde poſſet addi, Et pro anima non legat ſine aſſenſu patris bona non caſtrēſia.Dominicus.*

CASVS. Titius huius ciuitatis ciuis,qui habebat mediatariam, vel coloniam,tempore æſtatis ad illam acceſsit pro recolligendis fructibus, vel forte ꝑ peſtem, & ibi mortuus eſt inteſtatus quantum ad ſepulturam: vtrum ſit ſepeliendus in eccleſia parochiali, in cuius parochia deceſsit?Certe non: ſed eſt portandus ad ſuam eccleſiam parochialem, ſi cōmode fieri poſsit:Sed quid ſanctiſsime pater,certū eſt ꝙ mulier vidua ſepelienda eſt cum ſuo marito:Ponamus ꝙ aliqua mulier habuit plures maritos: quæritur cum quo ſit ſepeliēda? Reſpondet cum vltimo marito: quia tenet honorem & dignitaté ex vltimo marito. l. fœmina. ff. de ſenatoribus. vbi mulier habet dignitaté experſona ſui mariti. Et ſi mulier q̄ nupſit ſenatori, poſtea nubat plebeio,perdit dignitatem primi mariti. Not. quòd in iure villa accipitur dupliciter, vt in gl.de re.diui. Inſtit. circa princ.Vno modo acipitur pro congregatione ædificiorum, nō fortificata muris:quia ſi eſſet fortificata muris, diceretur caſtrum vel ciuitas.Not.quod ex ſola mora facta in loco quis non cenſetur parochianus illius loci:ſed oportet ꝙ animo ſit perpetuæ moræ, vel ad minus per decem annos faciat ibi reſidentiam, niſi appareat de contraria voluntate,vt in ſcholaribus,qui licet moram faciant in vniuerſitate,non tñ cenſentur domiciliarij illius loci.

† Si vxor prius moriatur quā vir, vbi ſepeliri debeat, præter Francum hic, vide c. quis conuincit.& c. vnaquæque.13. q.2.& ca. de vxore.extra de ſepult.

† Vide abbatem in c. ſuper eo.extra de teſtib.

† Hæc duo verba:in eodem: deſunt in antiquioribus codicibus.

Nota ꝙ cum quis deceſsit non electa ſepultura, eſt ſepeliendus in loco ſuorum maiorum: aliàs mulier eſt ſepelienda cum viro ſuo;& ſi habeat plures viros,eſt ſepelienda cum viltimo.Not.differentiam inter ciuitatem,caſtrum,& villam, de qua ĩ.de ſenten. excom. ſi ciuitas. Nota finaliter ꝙ dictio,potius, ſtat correctiue, ſecundum Archid.Dominicus.

a ¶ *Non electa.*] aliàs nō eſſet quæſtio:quia apud illam ſepelietur.ſ̃.proxim.c.in fin.

¶ *Gloſſa ſecunda quærit,quæſtionem declarat:pro vtraque parte arguit & ſoluit.*

b ¶ *Ab antiquo.*] qd dices 1,auus proauus & alij ab antiquo ſunt ſepulti in aliqua eccleſia:pater elegit ſepulturam in alia, & ibi ſepultus eſt,filius decedēs inteſtatus ſepelietur in ſepulchro patris vel in ſepulchro aui & aliorum?& intelligo vt bene procedat dubitatio,ꝙ poteſt ſepeliri commode in vtroque:pro vtraque parte inuenies textum.13.q.2.c vnaquæque.§.Ioſeph.& ver.econtra, qui aliàs eſt §. Per iſtam litteram, quam etiam habemus ſ̃. c.proxi.in prin. ſatis videretur habendam rationem antiquæ ſepulturæ aui, proaui,& aliorū,potius quàm paternæ.Ad idem ſ̃.eo. c.1. in prin. & c. fraternitatem. vbi dicit patrum aliorūque parentum copulatiue dictum:quaſi non ſufficiat patrem ibi fore ſepultum. Item viuente patre ſepelietur in ſepulchro aui.ĩ.cap.proximo.

1 De hac quæſtione vide Abbatē in c.1. extra eodem tit.

c ¶ *Deportari.*] ſimile ĩ.eo,c.vlt.imminēs ergo periculū immutat ius cōmune,vt hic vides.Ad idem ſ̃.eo.lib.de procu.ſi duo.§.ſane.
ADDITIO.Archid.allegat.ff.ad munic.eius qui.§.penult.ff.de iudi.hæres abſens.ibi;nam vbi ſic venit, &c.& ſ̃.de eccle. ædi. ad audientiam.Ioan.And.

¶ *Gloſ.ſeq.dicit quid declaret pars vltima.*

d ¶ *Mulier.*] hic terminaĩ qđ not.Hug.& Io.14.q.2. vnaquæque.
ADDITIO.Et corrigit quod not.Vin.ſ̃.eod. de vxore.vbi dixit ſepulturam parentum potius quàm viri ſequendam:allegat quod de onere ſepulturæ dixi in textu,ſuper verſi.vlt.Ioan.And.

e ¶ *Eligat.*] eligere enim poteſt cum quo voluerit,vel cum nemine ſepeliri.ſ̃.eod.de vxore.

f ¶ *Viro.*] ſi verus vir fuit.ff ad mun.de iure.§ ſi. [Idem Io. Mo. & Archidiaconus.]

g ¶ *Honorem.*] ff.ad municip.l.filij.§.2.
ADDITIO. ad idem. l.vlti.eo.tit.§.3.qui §.dicit mulierē quandiu nupta eſt, incolam eſſe ciuitatis mariti. facit ff.de iudi. exigere.ff.de ſena.fœminæ.C. de nup.cum te.C. de dig.mulieres.& patet ſ̃.de foro compe.ex parte.C.de incolis,l.fi.Ioan.And.

L*Icet.*] Sunt duæ partes,quæ patent.
¶ Pater poteſt filio impuberi eligere ſepulturā, ſi hoc habeat cōſuetudo. Item filiusfamilias poteſt eligere ſepulturam ſine cōſenſu patris, licet non poſsit teſtari. hoc dicit.

## CAP. IIII.

LIcet [h] † pater minores filios, qui nequeūt antequā ad annos pubertatis [i] perueniant, eligere [k] ſepulturam, poſsit (ſi conſuetudo [l] terræ id habeat) quo voluerit ſepelire: hoc tamen non poteſt,vbi conſuetudo huiuſmodi non habetur, ſed ſunt cum ſuis maioribus, vel in parochiali [m] eccleſia tumulandi. ¶ Quamuis [n] autem filiusfamilias [o] abſque patris aſſenſu ſibi poſſit libere eligere ſepulturam [p], pro anima tamē ſua † præter ipſius aſſenſum (niſi peculium caſtrenſe [q], aut quaſi caſtrēſe [r] habeat) aliquid iudicare [s] nō poteſt [t].

CASVS. Certum eſt quòd impubes non habet rationem:ideo non poteſt eligere ſepulturam.Sed quid, mortuus eſt impubes, in quo loco erit ſepeliendus? & vtrum pater ꝑ filio ſuo impubere poſsit dimittere naturalem ſepulturam, & eligere aliam? Reſpondet quòd ſic: ſi hoc habeat cōſuetudo, aliàs nō. Sed quid, vtrū filiusfamilias poſsit eligere ſepulturam? Rñdet quòd licet filius familias non poſsit teſtari de peculio profectitio vel aduētitio,tñ poterit ſibi ſepulturam eligere ſine conſenſu patris. & ſic ꝑ anima pōt. teſtari ſine conſenſu patris:ſed non pro aliis rebus. l. fi.C. q teſta. fac. poſſunt. Nota primo quòd conſuetudo quandoque dat poteſtatem alteri ꝑ altero eligere ſepulturam. Nota ſecundo arg.quòd filius moriens ante patrē, neceſſario non eſt ſepeliendus in ſepulchro patris.probat tex.qui vult ꝙ pater non poſsit ſibi eligere ſepulturam.vnde dato ꝙ pater eligat alibi pro ſe,non tñ poteſt pro filiis.

† Vide Antoniū de Butrio in c. de vxore. extra de ſepulturis.

† De hoc articulo vide late Philippum Francū ſupra eodē lib. in rubri. tit. de teſta. nu. 46. ver. ſexto quæritur.& Bar.in l.qui in poteſtate.ff.de teſta.

*Prima gloſſa dicit quid declaret.*

h ¶ *Licet.*] Emanauit ad declarationē decr.ſ̃.eo.de vxore.2.rñſo.

i ¶ *Pubertatis.*] ſcilicet xij. in muliere. xiiij.in viro.quod dic vt̃ ſ̃.dixi de teſta.cap.1

k ¶ *Eligere.*] ſicut nec aliàs teſtari. ff. de teſta.qua ætate. aliàs,in qua.2.q.6.cap.ei qui. §.item ſi ſententia. C. quando prouoca.non eſt neceſ.l.2.

¶ *Gloſſa ſequens dat duo ſimilia.*

l ¶ *Conſuetudo.*] ſicut ergo conſuetudo dat iuriſdictionem & ius eligendi prælatum, de for. comp. cum contingat.de cau.poſ.cum. eccleſia. ſic etiam dat ius eligendi ſepulturam,vt hic vides.
ADDITIO.Et ſi dicas hanc conſuetudinem eſſe ꝯ ius cōe,per quod diffinita ſunt loca ſepulturarū:ſatis eſt ꝙ ius aſsiſtat. de quo plene dixi de conſue.c.fi.ſuper glo.penult.Ioan.And.

¶ *Gloſ.ſeq.quærit,alleg.pro & contra:ponit conſuetudinem.*

m ¶ *Vel in parochiali.*] hæc eſt diſiunctiua.Nunquid ergo datur electio?quod vr ĩ.de reg.iur.in alternatiuis.cum ſuis concor.Ecōtra vr̃ ordinem ſcripturę ſeruandum.43.diſt.ſit rector.ad fi.in glo. penul. ſ̃. eod.lib.de ele. ſi quis iuſto.§.1.& ſ̃.de præben. mandato. & hoc tutius 2.Ad hoc ſ̃. c. proxi. nec ſemper in alternatiuis eſt electio 3 vt dicam in prædicta regula ,in alternatiuis. conſuetudo tñ habet,ꝙ parentes vel amici tales ſepeliunt in altera quam volunt: & graue vr̃ puerum octo dierum ſemper in antiquis tumulis ſolenniter ſepeliri.

2 Et placet Archidiano.

3 In alternatiuis nō ſemper datur electio, de quo vide Felinum in ca. cum dilecta. extra de reſcript.

n ¶ *Quamuis.*] De hoc tractabat Hoſtien.in ſum.huius tit. §. & apud quam.ver.ſi vero is.

o ¶ *Filiusfamilias.*] maior tñ pubere.& eſt huic ſi.ſ̃.eo.lib.de ꝓcura.qui generaliter.§.1.

p ¶ *Sepulturam.*] quia electio refertur ad id tempus,quo ſolutus eſt à patria poteſtate.ad hoc ſ̃.eo.de vxore.1.reſponſo.

q ¶ *Caſtrenſe.*] ſcilicet quod à parentibus vel cognatis in militia gētibus donatū eſt,vel quod ipſe filiusfamilias in militia acquiſiuit qđ acquiſitur' nō fuiſſet,niſi militaſſet.ff.de caſtre.pec.l. caſtrenſe.

r ¶ *Quaſi Caſtrenſe.*] vt quod acquirit filiusfamilias aduocatus in poſtulando:Nam & ipſi aduocati militant.C. de aduo.diuer.iudicio.l.aduocati.
ADDITIO.Vide quod not.eo.tit.l.fori.& quod dicam in Spe. de actore.§.1.ver.ſuper.ſ̃.Item quod agit de peculio.Ioan.And.

s ¶ *Iudicare.*] id eſt,in vltima voluntate 4 relinquere: iudicium enim hic ſumitur pro vltima voluntate,& aliter multis modis.qđ dic vt dicam ĩ.de reg.iur.in iudiciis.

4 Non tamen in teſtamento ſuper quo vide quod ſcripſi ſupra eo.lib.de teſta. ſi pater. in principio.Io.And.

t ¶ *Non poteſt.*] ff.de dona.cau.mor.l.tam his.

Relig

R*Eligioſi.*]Ego ſequor intellectum Ioãnis And. ſecundũ quẽ poteſt ſic ſummari:Religioſi ſunt ſepeliendi in ſuo monaſterio,niſi in remotis moriantur.hoc dicit.Et ponit dictum,cuius rationẽ interſerit:ibi, *Cũ velle.*Et exceptionẽ ꝑmittit:ibi, *Niſi.*Do. CASVS.Aliquis religioſus ſub poteſtate abbatis exiſtens habebat deuotionem ad aliã eccleſiam : ipſe veniens ad mortem vult eligere ſepulturam in alia eccleſia,an poſsit?Reſpondet,nõ poteſt quamdiu eſt in monaſterio ſuo, vel alio loco ei propinquo,vbi commode poteſt apportari ad locũ monaſterij ſui:& ſepeliendus eſt cum ſuis fratribus : ſecus ſi eſſet in loco remoto. Not.primo, quod religioſus nõ põt eligere ſepulturã, niſi eſſet in loco remoto. Sed quid ſi moriatur non electa ſepultura? Reſpondet quidam ꝙ ſepeliendus eſt in monaſterio ſui ordinis, ſi in loco ſit monaſterium ſui ordinis.Communis opinio doctorũ eſt ꝙ ſepeliendus eſt in eccleſia parochiali,in cuius parochia mortuus eſt. Nec obſtant iura dicentia, ꝙ religioſi ſepeliendi ſunt in monaſterio vbi degunt: Nam iura intelliguntur quando religioſi moriuntur in loco proximo non multum diſtante à ſuo monaſterio : vel ſi fuerunt miſsi in aliquo monaſterio cauſa perpetuæ reſidentiæ:ſed aliàs,vbi moriũtur in locis remotis non electa ſepultura,certe ſunt ſepeliendi in eccleſia parochiali vbi moriuntur. Nota quòd eligere ſepulturam dependet ab habitu propriæ voluntatis. Dominicus.

† Hæc duo verba:in eodem, deſunt in manuſcriptis exẽplaribus.

† Aliàs,poſſunt.

† In antiquioribus codicibus deſunt hæc verba: primitiis,& oblationib⁹.

¶ Idem[in eodem †.]

¶ *Religioſi,niſi multũ remoti à monaſterio,nequeunt alibi eligere ſepulturam. hoc dicit ſecundum intellectum Zen.*

CAP. V.

RElIgioſi [a], niſi à propriis monaſteriis adeo forſitan ſint remoti, quod ad ea cum moriuntur commode [b] portari non poſsint †,nequeunt( cũ velle,vel nolle non habeant [c]) ſibi eligere ſepulturam [d]: ſed ſunt apud ſua monaſteria tumulandi.

# TITVLVS XIII.
## De decimis[primitiis, † & oblationibus.]

¶ *Prima gloſ.dicit quid declaret,approbet,vel reprobet.*

a ¶ *Religioſi.*]Emanauit ad declarationem eorum quæ not.Inno. & Hoſt.ſ.de exceſ.prælа.nimis iniqua.& Hoſt.ſupra eod.tit.de vxore.& approbatur opinio Inno.reprobata opinione Hoſtienſis.

ADDITIO.Dicit Archid.quòd per diſtinctionem hic concordãtur iſtæ opiniones:qđ nõ placet.qđ collige ex vlt.gloſ.Io. And.

b ¶ *Commode.*]Nota ratione incommoditatis id permitti, quod aliàs non permitteretur.ſic ſupra eo.lib.& tit.is qui.Item cauſa incommoditatis alienantur res eccleſiæ.12.q.2.terrulas.

c ¶ *Non habeant.*] ſic ſ.tit.proxi.c.vlt.cum ſuis concord.

ADDITIO.Et per hoc intellige de clauſtrali,vt ibi etiam dixi. Ioan.And.

d ¶ *Sepulturã.*]hoc tenebat Innocẽtius, ſed Hoſtiẽſis contra ꝑ decre.ſ.eod.tit.de vxore.ſcilicet ꝙ talis electio ad illud tempus,ſcilicet poſt mortem,refertur,quo ſolutus eſt monachus à iugo, vt ibi dicitur de vxore.Ad idẽ ſupra c.proxi.1.reſponſo.& hoc etiam probabat per decret. præced. de exceſ. præla. nimis iniqua.& per decr.de priuil. vt priuilegia.vbi dĩ,ꝙ illi fratres eligunt ſibi ſepulturas.Ad primũ reſpondeo,quòd licet vxor vel filiusfamilias ſint, in poteſtate viri vel patris,non tñ intantum, quin aliqud habeãt & velle & nolle:qđ non eſt in monacho.& facit ſupra eo.li.de ꝓcu.qui generaliter. §.1.Ad decret.nimis.&,vt priuilegia.dic quòd non loquuntur in veris religioſis,ſed in iis qui aſſumuntur in confraternitatem. vel intelligatur ſecundum iſtud, ſcilicet quando à monaſteriis ſunt remoti.Ioan.And.

DE DECIMIS, PRIMITIIS,&c.

Continuatio domini Heliæ.

¶ *Superiori tit.viſum eſt de iure ſepulturæ,quod eſt vnum de iuribus parochialibus:verum quia ius dicimandi computatur inter iura parochialia:ideo ad nos informandum,de iſto iure decimandi ſiue decimabili,annectitur rubrica de decimis,&c.*

D*Iſcretioni.*] Hic in ſupraſcriptione Prædicatores præmittuntur.de quo hic Archid.vt not.ſupra eo. li. de elect.quorundam. Et primo inhibet:ſecundo pręcipit:ibi, *Immo.*

CASVS. Epiſcopus & capitulum Piſanum expoſuerunt Romano Pontifici grauamen & querimoniam de prædicatoribus & Minoribus:Nam quidam eorum prædicabant publice in ſuis ſermonibus coram multitudine populi, quòd ſoluere decimam non erat in præcepto diuino: Alij autem dicebant, quòd ſoluere aliquam quotam quantumcunque modicam erat in præcepto: non autem illa quota quæ vocatur decima: vnde multi & fere omnes laici ſubtrahebantur, nec volebant ſoluere decimam : quare ſupplicatum fuit domino Papæ vt dignaretũ de remedio prouidere opportuno:Vnde Papa ſcribit Prædicatoribus & Minoribus, eis inhibendo,ne de cętero prædicent aliqua, per quæ populus retrahatur à ſolutione decimarum: ſed vt ſuadeant & moneant populum ad ſolutionem decimarum. Nota primo ex ſuperſcriptione, quòd Prædicatores præferuntur Minoribus, de quo hic Archid. vide quod not. eo.lib. de elect. quorundam.ſecundũ Ioa. And. Nota ſecundo prædicantem populo abſtinere debere ab his quæ inducũt corruptionem animarum.Dominicus.

¶ Gregorius nonus fratribus Prædicatoribus & Minoribus.

¶ *Populus vt eccleſiis iura debita perſoluat, eſt in prædicationibus & aliis exhortandus.hoc dicit ſecundum Zenzel.*

CAP. I.

DIſcretioni [e] † veſtræ mãdamus diſtrictius inhibẽtes, ne talia quæ audientes à decimarum [f], ſeu aliarum [g] rerum eccleſiis debitarum ſolutione retrahant,vel aliàs ani-

¶ *Prima gloſſ.dicit vnde deciſa: incboat caſum,& ponit ius nouiſſimum.*

e ¶ *Diſcretioni.*] Decr. eſt Gregor.ix. deciſa de extrauaganti ſua, quæ incipiebat. Grauamen nobis. Et prout ibi patet, ex querela archiepiſcopi & capituli Piſani peruenit ad Papã, quòd prædicatores & Minores prædicabant decimas ex præcepto non deberi. [ Ex quo contingebat ꝙ laici remiſsi fiebãt remiſsiores.]Scribit Gregor.vt ſequitur.Hodie prouiſum eſt contra omnes religioſos,quibus nõ competit recipere decimas,vt in clemen:de pœnis,cupientes.2.reſponſo.Ioan.And.

† Vide concilium Triden.ſeſsio. 25.de refor. c.12 & Bea. Thom. 2.2. q.87.art.1.

¶ *Gloſſa ſequens circa decimas ponit quinque opiniones,& ſecundam & vlteriorem improbat.*

f ¶ *Decimarum.*]In decimarũ ſolutione an debeantur ex præcepto,an conſuetudine tollantur,diuerſæ fuerunt antiquorum ſententiæ.Et dixerunt quidam quos ſecutus eſt Inno.in gloſ. quã poſuit ſuper iſta rubrica 1,quòd decimæ indiſtincte debẽtur & ꝑſonales & prædiales:probat per auctoritates veteris & noui teſtamenti,& per iura 16.q.1.reuertimini. & c.decimæ. & q. 7. quicunque. & c. omnes. & in multis capitulis. Dicunt 2 quidam theologi, & hoc ſcripſit Petrus Lombardus,ꝙ præceptorum alia moralia, & hæc ad litteram ſeruanda:vt non occides,&c. & quædã cæremonialia, &hæc non ſeruantur ad litteram,vt de purificatione poſt partum. c.vnico. quædã myſtica.& hæc ſunt ſacrificiorum præcepta,quorum non verba,ſed mens ſeruanda eſt.& ſic dicunt in decimis, vt ſcilicet ſint myſtica,vel partim moralia,vt ſufficiat aliquid dari,ꝓ decima ex vigore conſuetudinis : puta centeſimam:vel vlteriorẽ, vel citeriorem partem.ad hoc 5. diſt. in princ. 6. diſt. §.vlt.ſ.eod. commiſſum. & in c.in aliquibus. in fine. & c. ad Apoſtolicæ. cum ſimil.Sed hæc opinio eſt falſa & reprobata per omnia iura, & per conciliũ generale.ſ.eod.in aliquib⁹.vbi dicit integraliter decimas perſoluendas.Alij theologi dicunt ꝙ hodie decimæ nõ debentur: quia olim iuſſæ erant dari clericis,qui nihil aliud habebant,vt Numeri 19.vbi dicebatur clericos parte decimarum debere eſſe contentos:hodie vero habent prædia:vnde eis decimæ nõ debẽtur.& hæc opinio reprobatur ſ. eo.tua nobis.Alij dicũt ꝙ decimæ in illis regionibus, in quibus nõ eſt conſuetudo vt ſoluanť,nec exiguntť, nec prædicantur,non ſoluere non ſit peccatum:quaſi ex tolerantia Papa diſpenſet:quod vĩ poſſe ſecundum ea quæ not.ſ.eo. à nobis. vbi autem exiguntur & prædicantur,non ſoluere eſt peccatũ.quæ opinio per hanc decret.& per omnia concilia 3 & decreta ſ. eod. tit.reprobari videtur.in quibus ſatis patet ꝙ Papa non tolerat,ſed contradicit expreſſe. ad hoc Exod. 22. ibi, Decimas & primitias tuas non tardabis offerre.Hoſtien.not.ſ.eod.in aliquibus.& cap.à nobis.ꝙ prædiales decimæ debentur lege diuina,perſonales vero non:& ideo in primis non admittitur conſuetudo:In ſecundis vero ſic:vnde ſi conſuetudo eſt perſonales nõ præſtari,nõ debentur: & ſic intelligit finẽ ipſius decret.Sed hoc Innocent. execratur, vt dixi in princ.&eius in hoc opinio tutior eſt:& ideo tenenda eſſet. de pœn.diſt.7.nullus.

1 Aliàs, eſt glo. illa ſuper illa decret. vlti. de paroch. Ioa. And.

2 De materia huius gloſſæ, vide quæ pleniſsime ſcribit B. Thomas,& ibidẽ Caietanus 2.2.q.87. art.1.

3 Multos anctos patres & multa cõcilia hoc dicẽdo enumerat hic Archidiac. & poſt eũ Ioã. And. & vide B. Thomam paulo antea citatum.

ADDITIO. Et penitus vide quod dixi in quæſtione poſteriorũ in quarta parte.& quod ſcripſi ſ.eo.à nobis.in magna ſuppletione ante medium. ver. adueniente autem tempore gratiæ.Ioan.And.

ALIA ADDITIO, Dicit Archid.ꝙ opinio Hoſtienſis ſcilicet ꝙ prædiales decimæ debeãtur de lege diuina,perſonales vero nõ: fuit opinio fratris Hug.de ſincera magiſtri in theologia.

g ¶ *Aliarum rerum,*]puta primitiarum 4,oblationum,canonicarum portionum debitarum ex funeribus, & eorum quæ debentur propter ſuas laudabiles conſuetudines. de ſimo. ad Apoſtolicam. olim ſoluebantur quatuor genera decimarum.ſ. eod. c. 1. & ideo

4 De materia gloſſæ vide beatum Thomã, & ibidẽ Caietanũ 2.2.q.86. per totam quęſtionem

homines bonis omnibus abundabant. 16.q. 7. maiores. nunc nec vna bene ſoluitur:& ideo homines ad decimam conuertuntur.16. q 1. decimæ. & ideo dñs locuſtas non increpat, nec plagas amouet.16.q.1. reuertimini. & tollit fiſcus quod non accipit Chriſtus: vt in prædicto cap.maiores.

mas [a] corrumpant audientiũ, in ſermonibus [b] veſtris, vel [c] alibi proponere de cætero præſumatis.Immo verbo & opere informetis eoſdem, vt ad ſolutionem prædictorum promptę voluntatis [d] animo ſint intẽti.

¶ Alexander Quartus.

*¶ Priuilegium decimas noualium concedens, non includit decimas noualium per alios poſſeſſas tempore impetrationis:& loca tantum includit vbi percipiebantur antiquæ, & ad portionem antiquam. hoc dicit vſque ad §.ſtatuimus.ſecundum Dominicum.*

ADDITIO. Hæc tria per gloſſam tacta benè experiuntur Italici decimas nõ ſoluẽtes. Econtra quadruplex eſt remuneratio bene ſoluentium:fructum vbertas,corporis ſanitas,remiſsio peccatorum, & acquiſitio cæleſtiũ præmiorũ,vt in prædicto c. decimæ.Ioan.And.

a ¶ *Animas.*] alias animos.ad hoc ſ. eo. quãuis.de nat.ex lib. vent. c.vnico.

b ¶ *Sermonibus.*] tale officium priuilegiatum eſt de ſta.monac. quod Dei timorem [ad finẽ. & in glo penult.]

c ¶ *Vel alibi.*] puta in collationibus, diſputationibus,vel in cõfeſsionibus,in quibus iniũgere debent confitentibus, ꝙ aliena reſtituãt:quia non dimittitur peccatum,&c.ĩ.de regu.iur.peccatũ. cum ſuis concor. & hoc faciendo licite ab excommunicatis eleemoſynas recipiunt.de ſent. excom.cum voluntate.§.1.priuilegium ergo illud merentur amittere õrium ſuggerendo. 11. q.3. priuilegium. cum ſuis ſimilibus.

d ¶ *Voluntatis.*] Voluntarium militem ſibi eligit Chriſtus. 15. q.1. non eſt quod cuiquam.33.q.5.qui ſitit.in fin.

STatuto.]Ponebatur olim hęc decret.vt dicit Archid.ſub titu.de ſtatu mona.& incipiebat,*Cũ perſonæ.*Guli.alleg.*Quia perſonæ.* qui fere totam hanc decret.poſuit in Spec.de dec. ver.in ſumma. Scias quòd quæſtionem(quæ habet an priuilegiũ de decimis non ſoluendis certis religioſis conceſſum,extẽdatur ad decimas,quas laici per antiquum feudum poſsident)plene tractaui ſ.eod.cap.penult.vbi ad probandũ,ꝙ non extẽdãtur,per quinque modos,hanc. penult.vbi ad probandũ, ꝙ non extendatur, per quinque modos, hanc decr.induco.Ioa.And.

¶ Pro intellectu huius cap.eſt præſupponendum,ꝙ aliqui religioſi percipiunt decimas ex donatione laicorum,quas laici habebant infeudatas cum conſenſu epi,etiam ſine conſenſu capituli,cap.ad Apoſtolicam.de iis quæ fiunt à prælato ſine conſenſu capituli: & tunc religioſi qui ſolum habent iſtas decimas ex donatione laicorũ,non percipiunt decimas noualium, ſed ſolũ illas decimas percipiunt,quas laici percipiebant:vnde multi religioſi impetrabant à ſede Apoſtolica priuilegium, vt ipſi poſſent percipere decimas noualium pro illa portione, pro qua ipſi percipiebant decimas antiquas.

CASVS. Monaſterium S.Cypriani percipiebat decimas in mea parochia pro certa portione ex donatione laici ſibi facta ex cõſenſu epi:vnde abbas ipſius monaſterij impetrauit à ſede Apoſtolica priuilegium, vt in mea parochia poſſet percipere & leuare decimas pro illa portione,pro qua percipiebat decimas antiquas:& tamen ego rector eccleſiæ parochialis erã in poſſeſsione percipiendi decimas in tota mea parochia:vtrum virtute priuilegij ſui poſſit percipere decimas in quarum poſſeſsione eram tempore impetrationis priuilegij?Reſpondet Romanus Pontifex,ꝙ priuilegium ſuum non ſe extẽdit ad illas decimas,in quarum poſſeſsione alius erat tempore impetrationis. Sed ponamus ꝙ dictus abbas percipiebat decimas pro aliqua quota in quadam parte meæ parochiæ quæ erat circat flumen:poſtea à ſede Apoſtolica impetrauit priuilegium generaliter, vt perciperet decimas noualium in parochia mea:vtrũ poſsit virtute ſui priuilegij percipere decimas noualiũ in parochia mea, in illa parte parochiæ, in qua non percipiebat antiquas?Reſpondet ꝙ non:ſed priuilegium ſuum reſtringitur ad loca in quibus percipiebat antiquas. Sed quid ſanctiſsime pater, ponamus ꝙ abbas ſancti Cypriani non erat in poſſeſsione niſi percipiendi tertiam partem decimarum antiquarum, licet re vera ad ipſum ſpectaret media pars:acceſsit ad Papã,& impetrauit priuilegium, vt poſſet percipere decimas noualium in parochia mea. Pro illa parte,pro qua percipiebat antiquas, vtrum priuilegiũ ſuũ ſe extendat ad mediam partem quæ ſibi debetur: vel ſolũ ad tertiam partem,ſicut eſt in poſſeſsione percipere?Reſpondet ꝙ priuilegium ſe extendit ſolum ad tertiam partem quam poſsidet,& nõ ad aliam partem quæ ſibi debetur. Sed ponamus ꝙ abbas percipit omnes decimas ex donatione laici, & impetrauit reſcriptum, vt perciperet decimas noualium pro ea parte, pro qua percipiebat decimas antiquas:vtrum virtute priuilegij ſui percipiat omnes decimas noualium?Reſpondet ꝙ non:ſed priuilegium ſuum reſtringetur ad mediam partem noualium:quia non eſt veriſimile quòd Papa dediſſet illi iſtud priuilegium in grauamen eccleſiarum parochialium,ſi impetrans expreſsiſſet, ꝙ ipſe percipiebat integre omnes decimas integras. Vtrum ſit verum indiſtincte in omnireligioſis, vt nõ debeãt percipere niſi medietatem noualium? Rñdet ꝙ non:ſed fallit in religioſis Ciſterciẽſibus & Carthuſienſibus: nã iſti percipiũt integras decimas, ſecundũ ꝙ eſt eis indultum per Papã.Sed quid faciet eccleſia parochialis & rector illius eccleſiæ, ſi iſti Ciſtercieñ. & Carthuſieñ. percipiant decimas cũ integritate: quia rector eccleſiæ parochialis nõ poteſt ſupportare onera parochialia:& non habet vnde poſsit ſuſtẽtari?Reſpondet Romanus Pontifex, ꝙ epiſcopus loci poterit prouidere: nam ſi videat epiſcopus, ꝙ rector eccleſiæ parochialis non habet aliunde ex quo poſsit ſuſtentari,tunc compellit iſtos Ciſterciẽ.& Carthuſiẽ. ad faciẽdum rectori congruam portionem vnde poſsit ſuſtentari,& onera parochialia ſupportare.hoc dicit pręſens text. vſque ibi,*Sane quamuis.*Not.primo quòd ad ſolum Papam ſpectat declarare verba ambigua ſuorum priuilegiorum. Ad hoc ſ.de offic.ordin.Not.ſecundo,ꝙ quantum ad vim comprehenſiuam priuilegij, attendimus tempus datæ:& ſic priuilegium non extenditur a.i futura.Ad hoc de priuileg.cum capella.Domi.

† Pro materia vide Socinum conſil. 296. incip. in præſẽti cõſultatione.

† Nota ꝙ priuilegium mihi conceſſum vt percipiam decimas & ſimilia de aliquo loco, eſt ſubreptitiũ non facta mẽtione de alio exiſtente in poſſeſſione iſta percipiendi. l. impuberi. ff. de admi. tut. ſupra de priuile. dudum. ſecus ſi nemo iſta perciperet. Pet. Anchara. Fõtanus.

CAP. II.

STatuo [e] † perpetuo declaramus [f],quòd indultum illud Apoſtolicum (quod pleriſque conceditur) vt noualium decimas pro ea portione percipere valeant, qua veteres eos contingunt [g],ad illas noualiũ decimas(quas tempore [h] illo, quo impetratum vel obtentum extitit hoc indultum alij † poſſidebant [i], cum de hoc in ipſo mentio nulla fiat) nullatenus ſe extendit:nec ad alias [k] etiã, niſi in his tantum locis, vbi ve-

*¶ Prima gloſ diuidit & ſummat.*

e ¶ *Statuto.*] Hic Alexander in prima parte ponit quaſdam declarationes circa indulgentias, in quibus conceditur aliquibus, vt noualiũ percipiant decimas pro ea portione,qua percipiebant antiquas.Et à quibuſdã ex ipſis declarationibus duos excipit ordines hic vſque ad §.*Vbi.*ibi,*Prouidet parochiis pauperibus.*quarũ decimæ aliis debẽtur,vſq; ad §.*Sane.* Tertio prouidet circa decimas recipiendas vel non de manibus laicorum, vſque ad §.*Diœceſani.* Quarto prouidet circa decimas ſoluẽdas à religioſis,& circa diœceſanorum poteſtatẽ ſuper his,vſque ad §.*Nec pro eo.* vbi ſtatuit noualium decimas religioſis non accreſcere,qui antiqua de laicorum manibus habuerunt.

f ¶ *Declaramus.*] Not.quia hic Alexander non ſtatuit ius nouum, ſed antiquum declarat: vnde primum dictum habebamus in caſu ſupra de priuil.cap.antepenult. quod incipit,dudum.

Declarans non dicitur ius nouum edere,ſed antiquum declarare.

g ¶ *Contingunt.*] forte priuilegio,vel compoſitione,vel feudatione,vel præſcriptione,vel receptione de manibus laicorũ, vt dicit in fine: vel alio quocunque modo.iure communi non eſt reperire ſimpliciter,ꝙ debeatur certa pars,niſi forte in epiſcopo, qui iure communi petit quartam.ſupra de offic.ordin.conquerẽte.de præſcriptio.de quarta.

h ¶ *Tempore illo.*]ſic in his inſpicitur datæ tempus. Ad idem ſ.de reſcript. eam te,cap. ſi eo tempore. eod. libr.de elect.dudum 1.in antiq.vbi de hoc.

*¶ Gloſ.ſeq.recitetur per quæſtionem.*

i ¶ *Poſsidebant.*]iure ſuo tanquam ſibi debitas. [Idem Archidiaconus] tunc non debet illis obeſſe priuilegium hoc tacito impetratum. ſupra de priuile.dudum. Idem poteſt dici ſi bona fide poſſidebant,ſed proprietatem iuris non habebant, vt ſola bonæ fidei poſſeſsio vires priuilegij impediat. Si autem eſſet violenta, vel male fidei poſſeſsio, vires priuilegij non impediret 1, ſecundum Innoc.& Hoſtien.qui hoc not. in prædi. decre. dudum. allegant, de reſtitut. ſpoliat. grauis.de pręſcriptio. cap. vltimo.de donatio. inter virum & vxorem. & ſi neceſſe. ob hoc etiam ibi dicunt, quòd ſi abbas impetrat priuilegia exemptionis pro ſe & capellis ſibi ſubiectis:quòd ſi aliqua capella ſua ſub alio monaſterio bona fide poſsideatur,impedientur vires priuilegij,aliàs non per eadem iura.

Poſſeſſio ſola bonę fidei impedit vires priuilegij.vide Abbatem in ca. veniens. de præſcript.

1 Dic quo ad illam.Ioã. And.

ADDITIO. Sic vt ſola litis pendentia, (etiam ſi doloſe non taceatur), impedit vires priuilegij, vt lit.pendent. capitu. finali. Ioannes Andr.

k ¶ *Nec ad alias.*]Secũda declaratio.Pone,debebatur mihi medietas decimarum antiquorũ prædiorum certæ parochiæ: impetraui vt perciperem pro ea parte noualia,pro qua,&c.tẽpore impetrationis non in tota parochia, ſed ſolum in certa parte:pone citra riuum percipiebam partem illam decimarum: in illa ſolum parte recipiam noualia non in vlteriori.

a ¶ *Et pro*

teres tunc (quando dictum indultum impetratum fuit) ipſi impetratores habebant, & pro ea [a] ſolummodo portione qua ipſi tempore impetrationis huiuſmodi percipiebãt antiquas.

*¶ Priuilegium decimarum noualium limitatum ad menſuram antiquarum, nõ poteſt vltra dimidiam includere: fallit in Ciſtercienſibus & Carthuſienſibus. hoc dicit.*

¶ Statuimus [b] præterea, quòd idem indultum obtentum ab iis qui tẽpore impetrationis totaliter veteres percipiebãt decimas, vltra medietatẽ [c] decimarũ noualiũ nullatenus extẽdatur: quia [d] non eſt veriſimile, ſi tũc de plena & integra perceptione veterũ fuiſſet expreſsũ. quòd Apoſtolica ſedes pariter, & ſimiliter noualium decimas, in tã graue parochialiũ eccleſiarum diſpendium indulſiſſet, quódque ratione talis indulti ſiue impetrati iam, ſiue impetrandi deinceps, non poſſit in noualibus (quæ amodo fient) vendicari & acquiri vel percipi plus quàm medietas decimarum ipſorum noualium: etiam ſi amplius in veteribus habebatur: cum non ſit [e] dicendum aſperum, ſed pium potius & benignum, ſi ſuper decimis futurorum noualium contra parochialium eccleſiarum grauamen † (quod ex diſtinctione † indulti huiuſmodi poſſit accidere) taliter obuiatur. Religioſos tamẽ Ciſtercieñ. & Carthuſieñ. ordinum ſtatuto & declaratione huiuſmodi (quantum ad hos duos articulos, videlicet de medietate [f] decimarum noualium comprehendi nolumus vel conſtringi.

*¶ Priuilegiati ſuper decimis recipiendis eccleſiis parochialibus gratis aſsignare debent portionem pro debitis oneribus ſupportandis. hoc dicit. Dom.*

¶ Vbi autem per huiuſmodi conceſſiones decimarum parochiales eccleſias adeo grauari contingit, quòd earum rectores de ipſarũ redditibus congrue [g] ſuſtentari, & commode iura epiſcopalia exhibere non poſſunt: prouideatur per locorum ordinarios, & ordinetur taliter, quòd eiſdem rectoribus tantum de illarum [h] relinquatur prouentibus, quòd exinde competentem ſuſtentationem habere †, & epiſcopalia iura ſoluere valeãt, aliaque onera [i] debita ſupportare.

*¶ Decimæ per laicos ante Lateranen. concilium in feudum receptæ à religioſis per eos recognitæ in feudum, non poſſunt ipſis religioſis cõcedi ſine diœceſanorum conſenſu. hoc dicit.* Domi.

¶ Sane quamuis forte à religioſis exemptis & aliis, fiant infeudationes de decimis detentis à laicis, & iidẽ laici quod illas ab ipſis religioſis in feudũ teneãt, recognoſcant: non tamen licet religioſis eiſdem poſt talem infeudationem, vel recognitionẽ ſic de facto præſumptã, huiuſmodi decimas de manibus laicorũ ipſorũ acquirere vel recipere, abſque diœceſanorũ epiſcoporũ aſſenſu [k]: illas autem decimas intelligimus poſſe taliter a religioſis de manibus laicorum recipi vel acquiri, quæ ante Lateraneñ. [l] † concilium ipſis laicis in feudũ perpetuo [m] fuere conceſſæ.

a ¶ *Et pro ea.*] Tertia declaratio. Pone, debebatur mihi dimidia certæ parochiæ, ſed non dabatur niſi tertia: impetraui priuilegia de noualibus pro ea parte, &c. ſolam tertiã in noualibus habebo.

b ¶ *Statuimus.*] ſequentur adhuc duæ declarationes. Ad earum intelligentiam ſcias, quòd aut ille qui impetrabat tale indultum, percipiebat integras decimas, aut plus quàm dimidiam, aut dimidiam, aut minus: in primis duobus caſibus, ſcilicet cum integram vel plus quam dimidiam percipit in antiquis, prætextu priuilegij noualium ſolam habebit dimidiã ſi percipit dimidiã vel minus antiquorum, tantundem percipiet noualium.

c ¶ *Vltra medietatem.*] Nomine portionis dimidia † continetur. ff. de verbo. ſignific. nomen filiarum. §. portionis. ff. de vſufruct. etiam.

† Portionis appellatione media pars continetur. vide Deciũ conſilio, 69.

ADDITIO. Quandoque propter incertitudinẽ appellatio partis comprehẽdit totum. ff. de lega. 3. l. vxori. in princ. quid dicat Bern. vide de reſcript. nonnulli. ſuper 4. glo.

d ¶ *Quia nõ eſt.*] ratio.

e ¶ *Cum non ſit.*] diceret aliquis, quare fit tã ſtricta interpretatio & aſpera? Reſpondet.

f ¶ *De medietate.*] bene ergo comprehenduntur tribus declarationibus primæ partis: ſed iſtis duabus declarationibus iſtius §. ſtatuimus. non comprehenduntur: & hoc intendit. ſi ergo percipiant integrã vel plus quàm dimidiam in antiquis: & in noualibus prætextu talis indulti tantundem habebunt. Ioan. And.

† Aliàs, grauamina.

g ¶ *Congrue.*] quod dic vt ſ. de præbend. de monachis. 21. q. 1. cap. 1. in gloſſ. penult.

† In manuſcriptis, & aliis codicib' impreſsis paulo antiquioribus conſtanter legitur: diſtrictione. Et pro, poſſit, manuſcripti habent, poſſet.

h ¶ *Illarum.*] decimarum parochiæ ſuæ.

i ¶ *Onera.*] legatorum, nuntiorũ ſedis Apoſtolicæ, collectarum, & ſimilium. ad idem ſupra eodem lib. de præbend. cap. 1.

ADDITIO. Ioa. Monachus & Archid. allegant de ſupplen. negligen. prælat. ſicut. & de præbend. de monachis. & c. auaritiæ. Ioan. And.

¶ SANE. Pro intellectu iſtius §. eſt præſupponendum primo, quod ſi laicus teneat decimas infeudatas ab antiquo ante concilium: & ideo illas iuſte tenet ſecundum communem opinionem doctorũ, poteſt ipſe laicus iſtas decimas reſtituere eccleſiæ parochiali ſine conſenſu diœceſani: ſed ſi vellet dictas decimas alteri eccleſiæ donare, non poſſet ſine conſenſu epi. ſecundo eſt præſupponendũ, quod ſi laicus teneat decimas à religioſis, poſſet illas decimas donare religioſis abſque conſenſu epiſcopi.

¶ Caſus hoc præſuppoſito in iſto §. ſic figuratur: Quidam religioſus ab antiquo, ſcilicet ante concilium, habebat decimas infeudatas, illas decimas volebat dare alicui loco religioſo, à quo nõ tenebat dictas decimas: certũ eſt quòd illas decimas poſſet laicus donare eccleſiæ parochiali, à qua tenebat dictas decimas etiam ſine conſenſu epiſcopi: ſed alteri eccleſiæ vel loco religioſo non poſſet donare ſine conſenſu epiſcopi. Sed vtrum epiſcopus debeat immediate præbere conſenſum huic donationi? Reſpondet Romanus Pontifex quod non: immo antequam epiſcopus conſentiat donationi, debet inducere laicum ad reddendum decimas ſuæ eccleſiæ naturali & parochiali: qui epiſcopus ſi per monitionem ſuam non poſſit laicum inducere vt reddat decimas eccleſiæ ſuæ parochiali, poterit præbere conſenſum, vt illas donet alteri eccleſiæ parochiali, vel alicui loco religioſo. Sed quid? ponamus quod religioſi aliqui exempti timentes ne ad monitionem epiſcopi mutaretur laicus, & dictas decimas redderet eccleſiæ parochiali. faciebãt quòd ipſe laicus recognoſceret illas decimas tenere ab ipſis religioſis, licet re vera non teneret: vtrũ iſta ficta recognitio præſtet patrocinium ipſis religioſis, vt decimæ illæ poſsint eis donari ſine conſenſu epiſcopi? Reſpondet quòd non. Sed ponamus quòd religioſi monaſterij noui, qui ſunt exempti à iuriſdictione epiſcopi Pictauenſis acquirũt de nouo alias terras exiſtentes in mea parochia, ipſi recuſant ſoluere decimas ex illis terris: nunquid potero tales exemptos facere conueniri coram epiſcopo Pictauenſi, vt ipſe compellat eos ad ſoluendum decimas ex illis terris? Reſpondet quod ſic: & ſic iſte eſt vnus caſus in quo exempti poſſunt conueniri corã ordinariis, videlicet ſi exempti recuſent ſoluere decimas eccleſiæ parochiali: ſed tunc non poſſent conueniri per citationem communẽ, ſed oportet quod citatio fuerit formalis, & ſpecialiter faciat mẽtionẽ quòd veniant reſponſuri tali rectori eccleſiæ parochialis ſuper iure decimandi. Sed ponamus quòd de conſenſu epiſcopi laici donauerunt decimas aliquibus religioſis exẽptis, quas habebãt infeudatas ante concilium Lateranẽ. vtrũ dicti religioſi exẽpti poſsint percipere decimas noualiũ: quia aliqua terra erat in eremo: & per tantũ tẽpus de cuius initio memoria hominũ non extitit, de nouo fuit redacta ad agriculturã, fuerũt ſeminata aliqua noua ſemina in illa terra: vtrũ ex fructibus ſuperexcreſcẽtibus poſsint religioſi exempti percipere decimas virtute donationis à laici ſibi factæ? Reſpondet quòd non. Nota quòd laicis eſt prohibitum recipere decimas in feudum perpetuum poſt Lateraneñ. concilium: ergo videtur ſecus in temporali, vt not. in c. cum Apoſtolica. ſ. de iis quæ fiunt à præla. Dominicus.

† Pet. de Ancha. notat poſt Io. And. obſcurius tamen loquẽtẽ, quod ex donatione priuilegiata Papæ nõ aufertur eccleſiæ priuilegiũ, ne cõueniat vltra id quod facere põt. facit l. in cõdẽnatione. l. inter eos. ff. de reg. iur. Fontanus.

† Hoc eſt cõcilium Latera. ſub Alexãdro tertio. capite 9.

k ¶ *Aſſenſu.*] laicus habebat decimas quas religioſis donare volebat: fingebat ſe per inſtrumentum ab illis habere in feudum, vt ſic quaſi reſtitueret ipſas eiſdem ſine conſenſu epiſcopi: ſed talis fictio non proderit, vt hic vides.

l ¶ *Lateranenſe.*] de priuile. cum & plantare. 1. reſponſo.

m ¶ *Perpetuo.*] ſecus ſi ad tempus. & concor. de his quæ fiunt à prælat. cum Apoſtolica. in fine.

ADDITIO. Et ſi non apparet an ante vel poſt concilium quid iuris, ibi dixi in gloſſa finali. Ioannes Monachus & Archidiaconus hic tenent quod & Hoſt. Ioan. And.

a ¶ *Exem-*

a ¶ *Exemptis.*] id eſt, de ipſis decimis:vel decimis exemptorum prædiorum.

ADDITIO. Archidiaconus exponit, id eſt,de decimis pertinentibus ad eccleſias exemptas.Ioan.And.

b ¶ *Iure.*] ſup.eod.ex parte.1.

¶ *Glo. vltima ſignat contrarium,& ſoluit.*

c ¶ *Eorũdẽ.*] ſicut enim ipſi laico non acreſcebant noualia : vt ſupra eodem,tua.1.ſic nec ipſis religioſis, qui à laicis perceperunt. ad idẽ ſ. eod. cum contingat. Argum.contra infra de iure patro. cap. 1. Sol. ibi res à laico donata mutat naturam in nullius præiudicium : hic fieret præiudicium eccleſiæ parochiali, ad hoc ſupra §. 1.in fine.

¶ *Diœceſani compellunt religioſos exemptos ſoluere decimas parochialibus eccleſiis, ſi non agatur de rebus exemptis. hoc dicit. Domi.*

¶Diœceſani vero parochialiũ eccleſiarum ad requiſitionem rectorum earundem, de ipſis religioſis ſuper decimis, quas habent vel eos habere continget:quæ quidem alias ad ipſas ſpectauerunt eccleſias (niſi de rebus exemptis [a] agatur)exhibeant iuſtitiæ complemẽtum.

DE REGVLARIBVS, & tranſeuntibus ad religionem.

¶ *Religioſi etiam exempti, de poſſeßionibus acquiſitis & acquirendis, eccleſiis parochialibus ſoluere debent decimas, ſi priuilegiati non ſunt. hoc dicit. Dominicus.*

IS *qui.*] Prima pars tractat de impubere monaſterium ingreſſo. Secunda de pubere: ibi, *Qui vero.* Tertia declarat diſtinctionem habituũ: ibi, *Diſtinctos.* Prima diſtinguit, an egrediatur ante finem decimi quinti anni an poſt: & primum permittit, ſed tres caſus excipit. ſecundum prohibet: ibi, *Quod ſi ſi* ſint habitus in diſtincti, ſecus ſi indiſtinctiſsimi. Secunda principalis puberẽ profeſſum eſſe dicit, ſi per annum tulit habitum indiſtinctum: etiam ſi ſit indiſtinctiſsimus: & diuerſitatis rationẽ reddit:ibi, *Quoniam.* Ioan. And.

¶ Cæterum iidem religioſi, tã exempti, quàm non exempti, de terris & poſſeſsionibus acquiſitis hactenus,&amodo acquirendis,decimas integre ſoluant illis eccleſiis,quibus eædẽ poſſeſſiones & terræ prius fuerant decimales:niſi ſuper hoc ſpeciali iure [b] vel priuilegio ſint muniti.

¶ *Ex donatione laicorum habentes decimas antiquas, nouales ſuperuenientes in eodem loco non percipiunt. hoc dicit. Domi.*

¶ Nec pro eo quò d forte in aliquibus parochiis omnes maiores decimas, ſeu partem illarum acquirũt de manibus laicorum, poſſunt pro eadem vel ſimili portione(ſi de nouo poſt modum fiant noualia:in eiſdẽ petere vel percipere noualium decimas eorũndem [c]: niſi rationabilis,per quam hoc facere valeant cauſa ſubſit.

ADDITIO.Guli.in Spec.eod.tit.ver. & ſcias. dicebat hãc decre.fuiſſe Greg. ix.ſed fuit Innocentij,vt hic apparet.

CASVS.Aliquis minor.xiiij annis intrauit aliquam religionem, puta, religionem ſancti Benedicti:poſtea completo anno xiiij. & inchoato xv.anno aſſumpſit habitum profeſſorum:vtrum videatur feciſſe tacitam profeſsionem:Reſpõdet quòd ſic:quod verum eſt, ſecuto poſtea triduo:ideo non poteſt redire ad ſeculum.idem dicẽdum ſi fecerit profeſsionem expreſſam:vel ſi ante xiiij. annum fecit profeſsionẽ expreſſam:poſtea ipſo facto maiore xiiij.annis: quia inchoato xv.anno ratificauit illam primam profeſsionẽ. Sed quid,ponamus quòd nouitius non accepit profeſſorum:ſed alium habitum portauit per totum annum xv. quia incepit ſextumdecimum annum:an videatur feciſſe profeſsionem? Reſpondet quòd ſi in tali religione habitus nouitiorum ſunt diſtincti à profeſsis:& iſte nouitius portauit habitum nouitiorum & non profeſſorũ:non videtur feciſſe tacitam profeſsionem : Sed ſi habitus nouitiorum non ſunt diſtincti ab habitibus profeſſorum : tũc per delationem iſtius habitus per totum xv.annum videtur feciſſe profeſsionẽ tacitam : quod verum eſt:niſi conuerſi & donati portarent eundem habitum.Sed quid,ponamus ꝙ erat aliqua religio, in qua non ſolum erant nouitij, ſed etiam conuerſi & donati:aliquis poſt xiiij. annum accepit illum habitum, & portauit per vnum annum integrum ſine reclamatione: vtrum videatur feciſſe tacitam profeſsionem?Reſpondet ꝙ ſic: licet ſecus ſit ſi talem habitum accepiſſet ante xiiij.annum:& ſic ante diſcretionem animi.Sed ſanctiſsime pater, vellem informari à vobis qualiter dicantur habitus diſtincti?Reſpondet Romanus Pontifex,quòd intelliguntur habitus diſtincti,ſiue dictinctio ſit patẽs, ſiue non:quia habitus nouitiorũ non ſunt benedicti : & habitus profeſſorum ſic:& tunc eſt diſtinctio latẽs:multo magis ſi diſtinctio illa eſſet patẽs in ſciſſura,colore,vel aliàs. Not. primo ex principio cap. ꝙ durante anno probationis nouitius poteſt facere profeſsionem expreſſam vel tacitã. Sed ſciendum ꝙ quando facit profeſsionem expreſſam, obligatur illi monaſterio, in quo fecit profeſsionem:ſed quando fecit tacitam profeſsionem,ipſe ſolũ obligatur religioni in genere:ita ꝙ poteſt trãſire ad religionem laxiorem. Fallit iſtud in Mendicãtibus:quia qs non poteſt profiteri intra annum, & ſi faciat expreſſam profeſsionẽ, eſt ſolum obligatus in genere religioni. Not. vlterius ꝙ impubes nõ poteſt facere profeſsionem expreſſe.Et in hoc religio æquiparatur matrimonio carnali:quod non poteſt contrahi in ætate impuberi : quod verum eſt, niſi malitia & vigor naturalis ſuppleret ætatem : quia tunc ante xiiij. annum poſſet quis matrimonium contrahere : ſed in religione, hoc eſt in matrimonio ſpirituali, requiritur ꝙ quis compleuerit annum decimumquartum. Not. ꝙ ſi impubes non fecerit profeſsionem poſt xiiij. annum : non obligatur religioni,niſi fecerit expreſſam profeſsionem: vel ſi ſe ingeſſerit actibus cõuenientibus ꝓfeſsis,vel profeſsionem prius factam ratificauerit. Not. vlterius, ꝙ ex delatione habitus profeſſorum per annum, inducitur tacita profeſsio : & hoc quando in monaſterium non ſunt conuerſi:vel ſi ſint conuerſi habentes habitum diſtinctum. Not.ꝙ ſi habitus profeſſorum & nouitiorum ſint omnino diſtincti,ſi impubes ante xiiij. annum accipiat habitum profeſſorum, ex delatione habitus per annum non inducitur tacita profeſsio : ſecus ſi accipit poſt xiiij.annum:quia tunc ex delatione ipſius habitus per annum inducitur tacita profeſsio.Nota vlterius iuncta glo.ꝙ impubes maior ſeptennio dicitur habere intellectum,non tamẽ plenum:minor vero nullum dicitur habere intellectum:nam vt dixit l.1.C.de fal.mo.ignorat illa ætas quid videat. Not. inſuper, quòd quantum ad obligandum quem religioni, requiritur ꝙ annus pubertatis ſit completus:& ſic non ſufficit annus cœptus.Not.finaliter, ꝙ profeſsio ante annos diſcretionis, non ligat profitentem, ſed põt ex poſt facto ratificari.Et ſic vĩ ꝙ id qđ eſt à principio nullũ,poſsit ratificari:qđ eſt verũ virtute noui cõſenſus:& ratificatur vt exnunc,& nõ vt extunc. de quo ĩ.in regula,ratihabitionẽ. Do.

# TITVLVS XIIII.

## De regularibus, † & tranſeuntibus ad religionem.

† De materia huius tituli videq; nouiſſime ſanciuit concilium Trident. ſeſſio. 25.tit.de Regularibus & Monialibus.

¶ Innocentius Quartus.

¶ *Si minor xiiij. annis ingreditur religionem, in xv. anno liber exit: niſi in ipſo xv. anno profeßionem fecerit, vel habitum profeſſorum receperit, vel expreſſe ratam habuerit profeßionem prius à ſe factam. Si autem per totum xv. annum portauit habitum vbi non eſt diſtinctus, intelligitur profeſſus: niſi tanta ſit indiſtinctio, quòd viuentes cum eis ſimili habitu induantur. Si maior xiiij. annis ingreditur: ſi portat habitum per annum, quantumcunque ſit indiſtinctus, intelligitur profeſſus. Ioan. And.*

## CAP. I.

IS [d] † qui monaſterium ante xiiij. annum [e], vt monachus efficiatur, ingreditur [f] : niſi eo completo

† Vide concilium Triden. ſeſſio. 25. titu. de Regularibus & Monialibus. c. 15. vbi de tempore profeſsionis aliud quàm hic ſtatuitur.

¶ *Prima glo ſummat.*

d ¶ *Is qui.*] Si minor xiiij.annis ingreditur religionem, in xv. anno liber exit:niſi in ipſo xv.anno profeſsionem fecerit,vel habitũ ꝓfeſſorũ receperit,vel expreſſe ratã habuerit profeſsionẽ pri⁹ à ſe factam. Si autem per totum xv.annum portauit habitum vbi non eſt diſtinctus,intelligitur profeſſus:niſi tãta ſit indiſtinctio ꝙ viuẽtes cum eis ſimili habitu induantur. Si maior xiiij. annis ingreditur:ſi portat habitũ per annum, quantumcunque ſit indiſtinctus, intelligitur ꝓfeſſus.In fine declarat q̃ ſint habitus indiſtincti. I. A.

e ¶ *Annũ.*] cõſumatũ:qa nõ ſufficit incepiſſe.qđ dic vt ſ.e.ad nr̃am.

ADDITIO. Hoſtien.hic ponit quatuor caſus quibus pubes, & quatuor quibus impubes obligantur religioni.& poſt eũ hic.Io.A.

f ¶ *Ingreditur.*] hic tolle quod eſt. ĩ.in tex.in verſi. libere poteſt.

2 ¶ *Sequen-*

profeſſionem faciat in ſequẽti [a], vel [b] habitũ religionis ſuſcipiat, qui dari profitẽtibus cõſueuit, ſeu profeſſionem à ſe prius [c] factã ratam expreſſe [d] habeat: libere poteſt infra† ſequẽtem [e] annũ ad ſeculũ remeare. ¶ Quòd ſi per totum ſequentẽ annũ in monaſterio permanſerit, vbi profeſſorũ & nouitiorũ ſunt habitus indiſtincti, profeſſionẽ per hoc feciſſe, vel ſi quã prius fecerat, ratã habuiſſe videtur [f]: niſi tãta indiſtinctio ibi habitus habeatur, quòd & profeſſi, & nouitij, ac etiam alij cõmunem [g] vitam cum eis ducẽtes ſimili penitus habitu induãtur. ¶ Qui vero poſt quartumdecimum annũ [h] habitum religionis aſſumpſerit: ſi per annũ† illum geſtauerit, extunc religionẽ aſſumptam pręſumitur veraciter eſſe ꝓfeſſus: vbi profeſſi à nouitiis diſſimilitudine [i] habitus minime diſtinguuntur [k], etiam [l] ſi alij degentes cũ eis ſimilibus veſtibus coutantur: quoniam cũ iam hic ad diſcretionis annos peruenerit, quid agat agnoſcit [m]: & ideo ſuſceptum diſcretionis tempore ordinem (poſtquam hũc anni probauerit ſpatio) intelligitur firmiter approbaſſe. Secus autem in illo, qui ante diſcretionis annos habitum induit regularem: cum eorum, quæ tunc agit, plenum [n] nõ habeat intellectum.

¶ *Hic declarat qui ſunt habitus diſtincti. hoc dicit.*

¶ Diſtinctos† quoque ſeu diſſimiles intelligimus eſſe habitus, ſiue nouitiis ſiue profeſſis diſſimiles veſtes dentur: ſiue benedicantur cum profitentibus conceduntur: ſiue etiam aliquid aliud [o] fiat, per quod nouitiorum à profeſſorum habitu diſcernatur.

¶ Alexander† quartus fratribus Prædicatoribus & Minoribus.

¶ *Prædicatores & Minores infra annum probationis quemquam ad ſui ordinis profeßionem recipere non poſſunt: quod ſi fecerint, receptus alligatus non eſt eorum ordini: & ipſi à receptione profeßionis aliorum ſunt ſuſpenſi, & puniẽdi pœna, quæ pro grauioribus culpis eis conſueuit infligi. Ioan. And.*

## CAP. II.

NOn† ſolum [p]: &

a ¶ *Sequenti.*] ſcilicet in xv. anno. ſic 20. q. 1. illud.
b ¶ *Vel.*] repete eo completo, &c. Ioan. And.
c ¶ *Prius.*] ſcilicet ante xiiij. annum.
¶ *Gloſ. ſeq. oſtendit quid approbat, & quid reprobat.*
d ¶ *Expreſſe.*] & ſic reprobatum eſt quod Ioan. not. 20. q. 1. illud. & Ber. ſ. eod. ſignificatum. qui dicebant, ꝙ ſi profeſsionẽ fecerat ante xiiij. annũ: tacite ibi moram trahendo poſt xiiij. annũ, vr̃ eam ratã habere. argu. de deſpõ. impu. litteras. & c. acceſsit. in anti. Hoſtieñ. autẽ qui hanc vidit decret. [& gloſſauit vt patet ex ſuperioribus.] in decret. ſignificatum. tenebat quod hic dicitur.

† In antiquiorib⁹ codicib⁹ conſtanter legitur ita: infra ipſum ſequẽtem annum, &c.

e ¶ *Sequentem.*] ſcilicet xv. ætatis ſuæ.
¶ *Gloſ. ſeq. exemplificat, quærit & ſoluit.*
f ¶ *Videtur.*] ecce ergo quartũ caſum poſt xiiij. annum. ergo bene habet ratam profeſsionẽ factam ante illud: ſed tunc demũ cum lapſus fuerit annus xv. & in ipſo portauerit habitum diſtinctum.
g ¶ *Communem.*] vt ſeruientes capellani & ſeculares clerici: & ſi habitus ille religioſus non eſſet, ſed fortè ſecularium clericorum: id eſſet per epiſcopum corrigendum. de teſta. c. 2. in antiq. ſ. eo. ſicut nobis. Sed nunquid compellitur talis profiteri non præciſe, ſed cauſatiue, vt vel profiteatur, vel exeat, vt ſ. de elect. cũ cauſam. in fi. ad hoc ſ. eod. vt clerici.

† Continuũ ſcilicet, per not. in Rubrica. ff. de diuer. & tempo. præſcri. item prępoſitio, per, notat continuationem. l. vrbana. §. pernoctare. ff. de verbo. ſignifi.

h ¶ *Annum.*] ad idem ſ. eo. ex parte.
i ¶ *Diſsimilitudine.*] patenti in colore, ſciſſura vel forma: ſecus quo ad hunc caſum de alia latenti. de qua loquitur hic finis, vt in clem. eo. tit. eos qui. & vide quod ibi not. in gl. 2. & glo. licet ergo.
¶ *Gloſſa ſequens obiicit & ſoluit.*
K ¶ *Diſtinguuntur.*] ſed nonne ibi recipiendo habitum qui datur profeſsis videtur tacite profeſſus, vt ſ. Illud verum eſt quãdo diſtinctus eſt habitus: vbi vero non eſt diſtinctus, ſecus, vt hic vides. & ſic intelligas ſane quod not. Ber. ſ. eo. ex parte. in vlt. gloſ. ad fin. & probatur idem ſ. eod. ſtatuimus.
l ¶ *Etiamſi.*] propter hoc aduerſatur illud, qui vero: quod in principio §. poſitum eſt.
m ¶ *Agnoſcit.*] id eſt cognoſcere debet.
ADDITIO. Vel præſumitur. ſ. de ſentent. excom. cum illorum. in fin. Ioan. And.

Infans quid videat ignorat.

n ¶ *Plenum.*] maior ſeptennio impubes intellectum habet, ſed non plenum, vt hic vides. minor autem ſeptennio ignorat quid videat. C. de fal. mo. l. 1.
ADDITIO. C. de iu. deli. ſi infanti. ff. de alie. iudi. mu. cauſa fac. nam & ſi. de conſe. diſt. 4. eos. in fi. ſecundum Archid. qui dicit ꝙ §. quòd vero reprobi. de pœ. diſt. 2. vbi dicitur, quòd neque virtus neque vitium in nobis locum obtinet vſque ad certum tẽpus, quo grauat infirmitas. de tali tempore vel ætate intellige, quæ non eſt capax. 15. q. 1. firmiſsime. in fin. & cap. ſeq. Ioan. And.
o ¶ *Aliud.*] vt quia dentur à certis perſonis, vel in certis diebus, vel formis.
ADDITIO. Vel ſecundũ Hoſtien. & Ioan. Mona. non ponitur ſupra chorum, vel non habet vocem in capitulo, niſi ſit profeſſus. Sed iſta exempla non placent: quia non ſonant indiſtinctionem habitus, ſed actuum. & de hoc vide ſ. eod. vidua. Ioan. And.
¶ *Gloſ. ſeq. diuidit, & dicit hic poni exceptionem à regula.*
NOn ſolum.] Duo principaliter facit, Primo ponit prooemiũ ſiue cauſam conſtitutionis. Secundo: ibi, *Vobis.* ponit conſtitutionẽ, in qua primo inhibet. Tertio: ibi, *Quod ſi forte.* ponit triplicem pœnam. Præmitte ꝙ ingredienti religionem datur annus ad probandum regulam. 17. q. 1. Gonſaldus. Sed huic anno poteſt ingrediens & recipiens renunciare, & ſtatim profiteri. ſ. eod. tit. ad Apoſtolicam. Sed iſtud vltimum hic prohibetur in duabus religionibus. Dominicus.
ADDITIO. Et hæc ſupraſcriptio eſt talis qualis. ſ. eo. tit. prox. c. 1. ſed alterius auctoris. Iſta vero decret. nõ fuerat inter Innocẽtianas ſicut nec præcedẽs: ſed extrauagabatur, & qui gloſſauerunt Innocentianas, non gloſſauerũt iſtam partem: tamẽ eam poſuit & expoſuit Hoſtienſis in decret. ſtatuimus. ſupra eod. titu. Ioan. And.
CASVS. Dictum fuit ſupra capitu. proximo, quòd quis in anno xv. & ſic in anno probationis poteſt facere profeſſionem tacitam vel expreſſam; ſic quæritur an iſtud ſit verum indiſtincte in qualibet religione? Reſpondet Romanus Pontifex quòd non: ſed fallit in ordinibus Mendicantium: nam Prædicatores, & Minores intra annum probationis, non debent aliquem recipere ad profeſsionem. Sed quid ſanctiſsime pater, ponamus quòd ipſi fecerunt contrarium; puta quia intra annũ xv. & ſic intra annum probationis admiſerunt aliquem ad profeſsionem ſui ordinis: an ſint puniendi aliqua pœna, & qua pœna debent ipſi puniri? Reſpõdet, quòd ipſi puniuntur, quia ipſo facto ſunt ſuſpenſi à receptione aliorum religioſorum ad profeſsionem. Itẽ debent puniri aliqua pœna, quæ deberet illis imponi ꝓ grauiorib⁹ delictis ſecundũ conſuetudinẽ vel ordinationẽ ſuæ regulæ: & receptus ſic ad talem profeſsionẽ intra annum probationis, non eſt obligatus ipſi religioni in ſpecie, in qua fecit profeſsionẽ: eſt tñ bene obligatus religioni in genere, ita ꝙ tenetur profiteri aliquam religionem approbatã. Sed quid de Eremitis ſancti Auguſtini & Beatæ Mariæ de Carmelo: vtrum ſit idem dicendum, vt non debeant aliquẽ recipere ad profeſsionem intra annum probationis: & ꝙ ſi ɔ̃rium fecerint, puniantur dicta pœna? Reſpondeo ꝙ ſic: [ *Diſpendium.*] Erant nonnulli Mendicantes, qui quadam leuitate ducti faciebant profeſsionem: & cum ſentiebant duritias religionis, dimittebant religionem, & efficiebãtur apoſtatæ: & ideo ordinatũ fuit, ne de cætero Mendicantes reciperent aliquos ad profeſsionem ſuæ religionis intra annum probationis: qui annus probationis fuit introductus in fauorem vtriuſque, videlicet in fauorem monaſterij, vt monaſterium cognoſcat mores intrantis: & in fauorẽ intrantis, vt ipſe videat an poterit ſuſtinere duritias religionis. cap. ad Apoſtolicam. eod. tit. in antiq. Nota primo, ꝙ Mendicantes non poſſunt aliquem recipere ad profeſsionẽ durante anno probationis. Not. vlterius differentiam inter tacitam profeſsionẽ & expreſſam: quia expreſſa profeſsio in aliquo monaſterio facta obligat illi monaſterio in ſpecie. quod verum eſt, niſi quis vellet tranſire ad ſtrictiorẽ religionem: ſed ad laxiorem non poteſt, niſi petita & obtenta licẽtia: ſed tacita profeſsio obligat ſolum in genere: ſed tũc adhuc requiritur ꝙ ſit ætatis perfectæ: & ꝙ fecerit profeſsionem ſciẽter: & ꝙ perſeuerauerit per triduum. Nota inſuper, ꝙ ex profeſsione facta in religionibus, dr̃ anima ingrediẽtis lucrifieri Domino. quod eſt verum, ſi regula obſeruetur. Sed ſi nõ ſeruatur, perditur anima & corpus. ad hoc 47. diſt. quantũlibet. Not. finaliter ꝙ conſcientia non regulata ratione, inducit diſpendium ſalutis æternæ. quod facit ɔ̃ illos qui ex quolibet momento vel inſtinctu mouent conſcientiam ſuam ad aliquid agendum. vide de ſimo. per tuas. Dom.
¶ *Prima gloſſa ſummat, & dicit hic poni exceptionẽ à regula.*
p ¶ *Non ſolum.*] Prædicatores & Minores infra annum probationis

† De materia huius §. vide clemẽt. eos qui. tit. de regularibus. & ibi late Zabarellam Imolã, & alios.

† Alias ita: Idem ſcilicet Innocẽtius quartus, cuius eſt antecedẽs decretalis, & omnino videtur Innocentio adſcribẽda, vt indicat initium ſequentis decretalis ibi, cõſtitutionẽ Innocentianam.

† Vide omnino quod nouiſſime ſanciuit concilium Trident. circa profeſſionẽ emittendã. ſeſſio. 25. tit. de Regularibus & Monialibus. c. 15.

tionis quemquam ad ſui ordinis profeſsionem admittere non poſſunt:quod ſi fecerint,receptus alligatus non eſt eorum ordini, & ipſi à receptione profeſsionis aliorum ſunt ſuſpenſi,& puniendi pœna,quæ pro grauioribus culpis eis conſueuit infligi. Excipit decretalis iſta à regula quam habuiſti ſ.eod.ad Apoſtolicam.

infra [a]. ¶Licet zelū [b] animarū habentes, eas lucrari Domino ſollicite cupiatis:quia tñ decet & expedit [c], vt conſcientiæ puritati non deſit iudicium rationis [d], ne vnde ſpiritualis profectus quęritur,ſalutis diſpendiū ſubſequatur [e] : Vobis de fratrū noſtrorum conſilio in virtute obedientiæ,& ſub pœna [f] excōmunicationis auctoritate præſentium diſtrictius inhibemus, ne ante annū [g] probationis clapſum(qui eſt maxime in ſubſidiū fragilitatis humanæ regulariter inſtitutus) quemquā ad profeſſionē veſtri ordinis,ſeu† renuntiationem in ſeculo faciendam recipere [h], nec conſtitutum infra huiuſmodi annū aliquatenus impedire, quominus infra ipſum ad aliam religionem,quam maluerit, tranſeat [i]:vel(niſi maior tamē quatuordecim annis exiſtens,profeſſus ſit tacitevel expreſſe,aut euidenter conſtet illū vitā voluiſſe mutare:quod [k] tamē non præſumitur,niſi clara probatione,vel competētibus indiciis [l] oſtendatur) omnino ad ſeculū redeat, ſicut de ſua voluntate pceſſerit,præſumatis. ¶Quòd ſi forte contra hanc noſtram prohibitionem quemquā recipere [m] præſumpſeritis, decernimus eum, qui taliter receptus fuerit, nullatenus veſtro [n] eſſe ordini alligatū : voſque à receptione quorumlibet ad profeſſionē eiuſdem ordinis fore ipſo facto ſuſpenſos [o] : & inſuper [p] pœnæ ſubiiciendos,quę fratribus ipſius ordinis pro culpis infligi grauioribus cōſueuit [q].

¶ Bonifacius octauus.

*¶ Decretalis, Non ſolum. extenditur ad omnes Mendicantes:in alii vero profeſſio expreſſa,religioni cui ſit : tacita antē generaliter obligat intra annum. hoc dicit ſecundum Zenze.*

CAP. III.

CONſtitutionē [r] † Innocentianam,quæ prohibet cōuerſorum profeſſionem recipi ante annum probationis elapſum : piæ memoriæ Alexander Papa iiij. prædeceſſor noſter,ad fratrum Prædicatorum & Minorum ordines duntaxat declarauit [s] extendi:Vnde nos pari † ſimilitudine rationis inducti [t],declarationem eandem ad aliorum Mendicantium ordines prorogamus [v]. ¶In aliis autem religionibus [x] profeſſio expreſſevel tacite fieri poteſt licite [y] infra annū. Sed expreſſe emiſſa ( etiam ſeculari habitu non mutato [z])illi religioni præciſe obligat, quam profitēs eſt profeſſus:Tacite vero facta infra [a] probationis annū per ſuſceptionem habitus [b],qui profitentibus tantum datur, non illi ſpecialiter, cuius habitus eſt ſuſceptus, ſed generaliter religioni alicui recipientem obligat [c] : ſi ætatis [d] aptæ ſit:ſi

a ¶ *Et infra.*] deciſum hoc fuit : quia habebatur ſ. eod. ad Apoſtolicam.& c.ſtatuimus.

b ¶ *Zelum.*] quaſi dilectionis feruorē. ad idē ſ.eod. lib. de re iud. ad Apoſtolicæ.in princ.

c ¶ *Expedit.*] de baptiſmo. maiores. ſ. eo. lib. de elect. cum expediat. & c. cum non deceat. Ioan.And.

1 Vide B. Thomam 2. 2. q. 49.art. 5. vbi rationem numerat inter partes prudentiæ.

d ¶ *Rationis* 1. ] ratio enim quæ à diſcretione procedit,non debet deeſſe. eſt enim omnium virtutum mater diſcretio. 1. q. 5. præſentium. ſ.de offic. cuſto. cap. 1. Ioan.And.

† In manuſcriptis, & aliis etiam impreſſis ita ſeu renuntiationem ſeculo faciēdam, &c. abſque dictione,in.

e ¶ *Subſequatur.*] ad idē de deci.quamuis.de hære. cum ex iniuncto. in antiq.

¶ *Glo.ſeq.reci.per quæſtionem,ſolutionem,& remiſsionem.*

f ¶ *Sub pœna.*] contrafaciens nō erit propter hoc excommunicatus: vt ſ.de iure patrona. relatum. quod dic vt not. 63.diſtin.c.Salonitanæ. de ſimo.ſicut 2.de ſagit. cap.vnico.

g ¶ *Annum.*] Interdū inuenitur de biennio: interdum de triennio. & de hoc dic vt not. 17. q. 2. Gonſaldus. ſ. eod. ad Apoſtolicam.1.

h ¶ *Recipere.*] præſumatis,quod eſt in fine.

i ¶ *Tranſeat.*] ſequebatur in antiqua : ſicut de ſua volūtate,& c. quod eſt infra.iſte igitur verſiculus qui ſequitur vſque ibi : ſicut. additus eſt per cōpilatores huius libri : & hoc ne aliqui crederent, quòd talis non poſſet redire ad ſeculum:quia ſolum dicebatur,ad religionem,&c.

k ¶ *Quod tamen.*] ad declarationem eius quod habes ſ.eod.conſulti.& c.ſtatuimus.

2 Sine proteſtatione ꝙ non intēdit per id dimittere ſeculū: ne obſtet. ſupra de renuntia.ex tranſmiſſa. Ioan. And:

l ¶ *Indiciis.*] vt ſi beneficio renuntiauit 2, vel de bonis propriis verbō & re diſpoſuit:vel ſimilibus modis.

ADDITIO. Dominus Aluarus Hiſpanus decretorū doctor de bonis propriis re & verbo diſpoſuit, cum ingreſſus fuit ordinem Minorum:de quo ſic refert Archid.& mihi conſtat.Ioan.And.

m ¶ *Recipere.*] ſ. ad profeſsionem infra annum probationis.

n ¶ *Veſtro ordini.*] Nota quia profeſsio tacite vel expreſſe facta infra annum probationis non obligat ordini:tamen obligat 3 religioni.vt ſupra.

¶ *Glo.ſeq.recitetur per quæſtionem.*

3.Vide concilium Trident.initio cap citatum, cuius verba contrarium indicant.

o ¶ *Suſpenſos.*] dixit Hoſtienſis ꝙ ſuperior qui non peccauit, poteſt ipſum abſoluere.Arg.de ſent.excom.nuper.in antiq.

ADDITIO. Dicit Archid.ꝙ hoc vix credit,cū hoc non ſit conceſſum:& ideo abſolutionem reſeruat illi,qui ligauit. Ioan.Andr.

¶ *Glo.ſeq.recitetur per obiectionem & ſolutionem.*

p ¶ *Et inſuper.*] Nota quòd quis multiplici pœna punitur:ratio, quia altera per ſe nōn ſufficiebat, vt not.ſ.de iud.at ſi clerici.in fi.

q ¶ *Conſueuit.*] ipſa conſuetudine inſpecta, vel ordinationibus, quæ ſunt ſecundum regulam.

COnſtitutionem.] Pars prima de Mendicantibus : Secunda de nō Mendicantibus:ibi, *In aliis.* Iterū prima facit duo:Primo ponit declarationem.Secundo prorogationem:ibi, *Vnde.* Secunda etiam facit duo.Primo ponit regulam,quam diſtinguendo duo membra declarat.Primum:ibi,*Sed expreſſe.*Secundum:ibi, *Tacite.* Ioan.And.

Præmitte quod habes in c. præcedenti.Domi.

CASVS. Litteralis huius cap.patet in c.ſ.prox. quoniam caſus ibi poſitus hoc & illud comprehendit. Not. primo quòd appellatione cōuerſorum poſſunt comprehendi illi, qui ſunt in religione ad probationem regulæ. Nota ſecundo quòd ad ſolum Papam pertinet extendere legem exorbitantem ad alios caſus non expreſſos. Dominicus.

r ¶ *Conſtitutionem.*] ſ. cap.proxi.

ſ ¶ *Declarauit.*] eius declarationē hodie nō habemus.

ADDITIO. Idem Ioannes Monach. & Archidiaconus.

† Hic quoq; tenendū ꝙ ſanciuit conciliū Tridēt. ſeſſio. 25.de Regular. & Monialib' cap.15.

t ¶ *Inducti.*] ſ.de tranſla. inter corporalia. de reſcrip.inter cęteras.in antiq.C.ad l.Fal.l.vlti.

u ¶ *Prorogamus.*] prima facie iſta decret.videtur facere ad quæſtionem, qua quæritur an conſtitutio,Super cathedram : extrauagans Bonifacij : quæ habetur in cle.de ſepul. dudum. extendatur ad alios Mēdicantes, quàm prædicatores & Minores : & videtur ꝙ ſic, per hanc litteram. Sed contrariū pronuntiaui 4, vt dixi j.de regu.iur.quæ à iure.& ibi vide. & decre. iſta facit pro hac parte. Dico enim quòd hic Bonifacius non dixit, declaramus : ſed dixit, prorogamus:vnde licet eadē ratio eſſet in aliis Mendicantibus, quæ in Prædicatoribus & Minoribus : tamen conſtitutio illa non extenderetur ad illos, niſi hic per Bonifacium prorogata fuiſſet : vnde Alexander declarauit:ſed Bonifacius prorogauit,vt vides. Regulæ ergo & antiquo iuri ſtandum eſt, niſi inquantum reperimus receſſum:vt in prædicta regula dixi.

† Aliàs,ita; paris ſimilitudine rationis,&c.

4 Hodie prorogata eſt per Clementem ad Eremitas ſācti Aug. & per D. noſtrum Papā Io.ad Carmelitas. & hoc conſtat. Ioā. And.

ADDITIO. Facit j.de pœn.cap.Romana.de hære. ſtatutum.2. in fine.1.reſponſ.Et facit quæſtio canonici Mutin. in fin. argumentorum.& in principio ſolutionis,quam vide in regula, odia.infra de regu.iuris.Ioan.And.

x ¶ *Religionibus.*] ſcilicet non Mendicantium.

y *Licite.*] In Mendicantibus etiam poteſt fieri, ſed non licite : vt ſ.c.proxi.dixi.[Idem archidiaconus.]

z ¶ *Non mutato.*] ad idem ſ. eod. ſicut nobis. habitus enim non facit monachum,ſed profeſsio regulæ.ſ.eod.tit.porrectum.

a ¶ *Infra probationis.*] ergo de illa tacita quæ fit per lapſum anni non loquitur hic de qua.ſ.eod.c.1.§.qui vero. & ſ. eo. ex parte. in illa ergo non licebit infra triduum pœnitere, vt in iſta:quia nō reperitur de illa hic ſtatutum.

b ¶ *Habitus.*] hoc vbi diſtincti non ſunt habitus profeſſorum à nouitiis:vt ſ.eod.c.1.dixi.

ADDITIO. Hoc ſonat,quòd ſi habitus eſt communis & indifferens:tunc requiritur perſeuerantia animi tridui tantum : vt ſ.tit. proxi.poſt princ.Ioan.And.

c ¶ *Obligat.*] quo ad hanc obligationem ex tacita,non dicam differentiam inter Mendicantes & non Mendicantes:vt ſupra eodem cap.proxi.ſed ſic in expreſſa : quia illa obligat illi religioni in non Mendicantibus:in Mendicantibus ſolum religioni in genere:vt ibi & hic.

d ¶ *Aetatis.*] maior 14.in mare.12.in fœmina.

a ¶ Sciens.

a ¶ *Sciens.*] ſecus non intelligens, vt ſi furore laborat. ſ. eod. ſicut tenor.

ADDITIO. Niſi poſtea ratificet. & hic ponit Archid. obiectionem de ſimulante, quam poſt Inno. ſcripſi. ſ. eod. tit. in antiq. cap. 2. ſuper ver. per vim. quod ibi decido. Ioan. And.

b ¶ *Voluntarius.*] ſecus ſi inuitus. 20. q. 3. præſens. ſ. eo. cum virum.

¶ *Glo. ſeq. recitat tres opi. antiquas.*

ſciens [a], & voluntarius [b], ac triduo [c] perſeueret.

¶ Idem Pariſieñ. capitulo.

¶ *Beneficium ingredientis religionem infra annum probationis (exceptis caſibus hic expreſſis) non eſt alteri conferendum: interim tamen debebit per alium beneficio deſeruiri, aſſignata ei-*

c ¶ *Triduo.*] terminata ſunt varie notata ſ. eo. tit. ad noſtram. Quidã dicebant ꝙ iſtud diſpẽſatiue 1 loquebatur: alij, ꝙ illud ſpeciale propter electionem: alij, ꝙ quinque ibi concurrebant, propter quæ pœnitentia tridui locum habuit. Primum, quòd ſine deliberatione intrauit: Secũdum, quòd illectus: Tertium, quia ſine probatione ſuſcepit habitum profeſſorum: Quartum, quia prope pueritiam: Quintum, quia infra triduũ pœnituit. [Non perſeuerando in habitu: aliàs ſecus: vt hic in fin.] Et hoc tenet ibi Goff. & recitat Hoſtienſis. Vides quod hodie ius eſſe commune declaratur, ſcilicet quòd per profeſsionem tacitam factam per receptionem habitus profeſſorum infra annum probationis, quis non obligatur, niſi triduo perſeueret. ſimilis dilatio temporis. C. de erro. aduo. l. vlt.

1 Hug. plus dicebat, ꝙ non habebat illam pro decretali. hoc not. 27. diſtin. quod iterrogaſti. & Ioan. ponit eius dictum 20. q. 3. c. 2. Ioa. And.

BEneficium.] Poteſt diuidi in tres partes. Primo ponit regulam: Secundo: ibi, *Niſi.* quatuor caſus exceptos; Tertio: ibi, *Sed interim.* prouiſionem.

CASVS. Titius clericus obtinens beneficium eccleſiaſticum intrauit religionem, & accepit habitum, tñ nõ fecit adhuc profeſsionem tacitã vel expreſſam, ſed adhuc in anno probationis eſt: Eps ad quem ſpectat collatio illius beneficij vult illud conferre durãte anno probationis: an poſsit? Reſpõdet Romanus Pontifex ꝙ nõ. quod verum eſt niſi in caſibus certis: Primus caſus eſt, ſi intrãs religionem infra annum probationis cõſentiat, vt eps poſsit tale beneficium cõferre: quia tũc eps poſſet de illo beneficio diſponere: nam talis conſenſus habetur pro renuntiatione: Secundus caſus eſt, ſi intrans religionem durante anno probationis fecit profeſsionem tacitam vel expreſſam: quia tunc vacaret beneficium, etiam ſi illa profeſsio ſolum obligaret ad religionem in genere: Tertius caſus eſt, ſi appareat ꝙ intrans religionem voluerit omnino vitam mutare: & dimittere ſeculum: & tunc ſtatim ꝙ conſtaret de mutatione vitæ, poterit conferri beneficium. Sed ſanctiſsime pater, ſi pendente anno probationis non vacet beneficium, quid fiet de beneficio, quia nouitius illi beneficio deſeruire non poteſt? Reſpondet ꝙ illi beneficio erit prouidendum de vicario, qui deſeruiet in diuinis: & pro ſuſtentatione vitæ habebit congruã portionem ex redditibus beneficij. Not. primo principalem effectum, ad quem emanauit præſens cap. ꝙ pendẽte anno probationis non vacat beneficium intrantis religionem: ideo eps illud beneficium cõferre non poterit, niſi in caſibus hic expreſsis. Not. ꝙ ſi conſtet ingreſſum religionem voluiſſe vitam mutare; quia declarauit animum ſuum ꝙ nunquam rediret ad ſeculum: tunc beneficium cenſetur vacare. Not. vlterius, ꝙ cũ beneficiatus non poteſt deſeruire ſuo beneficio, diœceſanus debet prouidere cõſtituendo vicarium, qui illi beneficio prouideat: & illi vicario aſsignabitur cõgrua portio, & reſiduum reſeruabitur intranti vel ſucceſſori. Sed nunquid intrans religionem poteſt habere fructus ſui beneficij durãte anno probationis? Rñdet ꝙ non: ſed fructus conſeruabuntur: & ſi intrãs religionem reuertatur ad ſeculum, illos fructus recuperabit: non autem habebit illos fructus ipſe intrans durãte anno probationis. Ratio eſt: quia exiſtens in anno probationis, debet eſſe in ſumma paupertate: aliàs non poſſet experiri aſperitates religionis.

¶ *Prima gloſſa dicit quid declaret, & quid ponit.*

d ¶ *Beneficinm.*] Emanauit ad declarationem decre. ſ. de renun. ex tranſmiſſa. & eorum quæ not. Ber. & moderni. ſ. eod. ſtatuimus. & Ioan. 27. q. 2. deſponſatam. & 17. q. 2. Gonſaldus. Et ponit hæc decret. regulam & quatuor caſus exceptos.

ADDITIO. Et dirigitur capitulo Pariſieñ. quia ibi fuit caſus de facto in canonico ingreſſo ordinem Prędicatorũ, cuius præbenda fuerat infra annum collata: & fertur ꝙ prius eps per procuratorẽ vocato notario illum requiſiuerat, ꝙ expreſſe profiteretur, vel renuntiaret, aut exiret: qui reſpondit; in hoc ordine profiteri non licet, ſcilicet infra annum. ſ. c. 2. renuntiare non placet, exire nõ decet. Et iſta dictio, bñficium, ſumitur hic large, vt cõprehendat etiã maiora. facit ſ. de ver. ſig. c. pen. & de hoc j. de reg. iur. c. 1. Io. And.

¶ *Gloſ. ſeq. ſoluit quæſtionem.*

e ¶ *Probationis annum.*] per hanc litterã credo ꝙ ſi minor xiiij. annis ingrediatur religionem, ꝙ ante finem xv. anni beneficium ſuum non poterit 2 conferri: quia xv. annus eſt annus probationis illi. ſ. eod. tit. & lib. c. 1. quod verum eſt, niſi poſt annum xiiij. aliquod de iis quæ ſequuntur interueniat: beneficio autem nihil deperit cum de prouentibus illi deſeruiatur, vt dicitur in fine.

2 Idem hic Archidiaconus.

¶ *Gloſ. ſeq. primo ſignat contrariũ: quod dupliciter ſoluit: ſecũdo ſoluit dubiũ: tertio quærit & ſoluit: quarto quærit, ſoluit, & ſolutionẽ declarat: quinto quærit. arg. pro & contra, & ſoluit.*

*dem ſubſtituto congra portione, vnde viuere poſſit. hoc dicit. Ioan. de Fan.*

CAP. IIII.

BEneficium [d] † illius qui religionem ingreditur, non eſt infra probationis [e] annum alicui conferendum [f]: Niſi ad

† Vide concilium Trident. ſeſſio. 23. de reformatione, ca. 1.

f ¶ *Conferẽdum.*] ꝯ vt in prædicta decre. ſ. de renun. ex trãſmiſſa. vbi tenuit collatio facta infra annũ probationis. ſed dic ſecundũ Hoſt. ꝙ ibi cũ recuperauerat bona ſua, renuntiauerat 3 bñficio ſuo expreſſe in ingreſſu vel ante ingreſſum: quod ſatis vr̃: aliàs quare decr. illa poneretur ſub tit. de renunt. Vel dic, ꝙ illa intelligitur ſm̃ primum caſum inferius exceptum 4. Secundũ alios non poteſt intelligi: quia Papa non mandaſſet poſtea illũ de nouo recipi. Si igitur beneficiũ tale non eſt conferendũ: ergo tempus non currit ei ad quẽ ſpectat conferre. in antiq. de conceſ. præben. quia diuerſitatem. de elect. c. vlt. & merito, cum adhuc non vacet effectualiter, non currit tempus: cum nõniſi à vacatione currat. ſ. de elec. ne pro defectu. de cõceſ. præb. c. 2. Sed quid dices, ſi non habebat ius in re, ſed ad rem: nunquid perit infra probationis annũ ius illud? Credo eadẽ ratione ꝙ non 5: & in decr. de concẽſ. præb. c. vlt. illud fuit propter reuocatoriã & eius verba. ad idẽ de præb. cap. antepe. Sed nunquid conſtituto in probatione poterit conferri beneficium? Puto ꝙ nõ: quia dubius eſt ſtatus, & iam fingitur ibi religioſus quo ad priuilegium immunitatis. j. de ſent. excõm. religioſo. 2. reſponſo. & ſtatu dubius nõ promouetur ad militiam. ff. de re. mili. qui ſtatus. ff. de liber. cau. qui de libertate. & iã per hoc induceretur ad religionem dimittẽdã, quod eſſe non debet. ſ. de elect. quorundã. 12. q. 2. bonæ rei. nam plantare religionem, & plantatam fouere debemus. ſ. de priuileg. cum & plantare. & hoc intelligo de beneficio quod per regulares poſsideri nõ poſsit. ad epatum autẽ in ſeculari & regulari eccleſia talis eligi poteſt. ſ. eo. lib. de elect. nullus. Sed nunquid canonicus eccleſiæ cathedralis, qui eſt in probatione habitus & regulæ in aliquo monaſterio, vocari debet ad electionẽ epi, quæ tunc imminet facienda: & dicamus monaſteriũ eſſe in loco vicino, de quo aliàs vocari deberet: & quòd non apparet illũ vitam voluiſſe mutare? Et vr̃ ꝙ ſic 6 per iſtam decre. retinet enim beneficium ſuum: ergo & iura ex eo prouenientia, nec enim ex eo quòd ad bonũ aſpirat, & vitam religioſam probat, debet eius conditio fieri deterior. 15. q. 1. ſunt nonnulli. Item video ꝙ ꝯhit matrimonium carnale: ergo & ſpirituale cõtrahere poterit: licet enim de vno ad reliquũ arguere. 21. q. 2. ſicut de tranſlat. per totum. Item eligere prælatum eccleſiæ etiam epm, cadit in religioſum etiam profeſſum. ſ. de elect. Cumana. immo & religioſi ad talia ſunt vocandi. 63. diſt. obeuntibus. Itẽ video ꝙ in ſtatulibero inſpicimus ſtatum priſtinũ. ff. de ſtatuliber. l. ſtatuliberũ. & l. ſtatuliberi à cæteris. ſic & in nouitio priſtinum, & non ſtatum regularem, qui forte erit, & forte non erit, cõſiderare debemus, maxime cum pręcedẽs ſtatus certus ſit, & ſequẽs incertus. ad hoc de pe. diſt. 7. c. vlt. Itẽ iacens hæreditas obtinet vicem defuncti, qui certus fuit, non hæredis, qui eſt incertus: quia licet certus ſit inſtitutus, forte repudiabit. inſti. de hære. inſti. §. ſeruus alienus. Item appellatione, denuntiatione, & lite pẽdente nil debet innouari in præiudicium appellantis, denuntiantis, vel litigantis. 2. q. 6. c. poſt appellationem. §. appellatione. ff. nil no. in rubro & nigro. ſ. de no. oper. nunt. per totũ. ſ. vt lit. pend. c. 1. & 2. ſic & tempore probationis in præiudicium nouitij, eo abſente non fiet electio. Itẽ dato ꝙ nollet, vel non poſſet venire, procuratorẽ conſtituere poterit per conciliũ: quia pp. de elec. in antiq. pro hac parte facit. ff. de bo. poſſ. ex teſta. mili. l. vnica. in fi. & ff. de le. 3. l. quæſitũ. 1. rñſo. & ff. de fun. inſtr. & inſtru. leg. l. Seiæ. §. Pamphilæ. & l. prædia 7. In ꝯrium vr̃: quia in ſolitudine & ſilentio debet fieri probatio. ad id 16. q. 1. c. 1. & 2. de ſta. mona. cum ad monaſteriũ. & ex exitu clauſtri timetur periculum. de pœnit. diſt. 5. c. 1. ad fi. & qui ſimilem cum aliis vitam ſuſcipiunt, & c. de ſta. mon. recolentes. & talis quis eſſe putatur, qualem habitũ oſtendit. j. de ſent. excõ. ſi iudex laicus. & diſsimiliter viuere debet nouitius, ne videatur ſeculum mutare, non fugere. 53. diſt. legẽ. & pp ſimilitudinẽ cõputatur quis in eorũ numero; in quorum numero in veritate non eſt. ſ. de biga. nuper. Itẽ talis quo ad immunitatem religioſus cẽſetur. j. de ſent. excõ. religioſo. 2. rñſo. & bene facit littera ipſius decretalis, quę dicit talẽ nõ eſſe religioſum cũ effectu: quaſi diceret. eũ religioſum 8 ſed reuocabiliter, ad inſtar eius quod dr̃ de tacite profeſſo, qui pęnitet infra triduũ. ſ. eo. tit. & lib. cõſtitutionẽ. & in antiq. c. ad noſtrã. vñ iura ſ. eo. ſup eo. conſulti. poſtulaſti. ſtatuimus. & ſ. eo. lib. & tit. c. 1. & 2. dicunt talẽ redire vel remeare ad ſeculũ: patet igitur ꝙ ſeculũ exiuerat, aliàs redire nõ poſſet. & eſt ſimile de cõſec. diſt. 3. qui in maternis. & ſ. de hære. accuſatus debet. ergo iſte nouitius

3 Proteſtando tamen ꝙ per id nolebat obligari religioni ſẽ in genere. Dom. Fon.

4 Proteſtando, vt ſupra. Dom. Font.

5 Ita Do. qa non profeſſ⁹ illi non renuntiat. Fõt.

6 Archid. ſcilicet quem mihi videtur approbare Petr. de Anchar. & Phil. dum reprobat rationem Do. tenentis glo. Font.

7 Iſta motiua Arch. ptinentius allegarentur ſi quæreretur vtrum nouiti⁹ veniẽs ad electionem ſit admittendus. hoc voluit Ioan. And. in nouel. (ibi nota quia quęſtio) nõ autem voluit approbare Archid. ſicut Philip. credit. Fõt.

8 Pure Io. And. Do. al. leg. l. cum patet. §. 2. de leg. 2. ſed Anch. dicit. ꝙ talis tranſitus in religionem eſt cõditionalis: qa aliàs omnia ſua interim eſſent monaſterij. Authen. ingreſſi. cuius contrarium hic patet. vi de Feli. c. in præſentia. de proba. Font.

aut in totum dimittere, aut in totum amplecti, ſicut pupillus: aut omnia nomina tutoris debet rata habere, aut omnia reſpuere. ff. de adminiſt.tut.cum quæritur.ad idem de conſec.diſt.2. comperimus. Item dato ꝙ in aliis tractatibus capituli abſentes nõ debeant vocari ſecundũ ea quæ not.10.q.2.hoc ius.& dixi ſ. de teſti.præſentium. tamen non poteſt negari, quin debeant vocari ad receptiones canonicorum:& ad ceſſationes diuinorum faciendas. ſ. eod. libr. de præbend. cum in eccleſiis. & de offic. ordin. quamuis. Si igitur ad electioné prælati, & ad prædicta vocabitur, & ſic ſæpe diſcurret, quomodo monaſteriũ probabit mores eius? Forte tunc inhoneſte viuet cũ exibit clauſtrum: & ſic infrigentur decr. ad noſtram.ſ.eo. tit. in antiq. Item iſte incertus d̃ ſtatu ſuo, certam legem dicere non poteſt 1 ff. de teſta. l. qui in domini. & l. ſeq. & idem in eo qui ignorat an ſit captiuus, an à latrunculis

† Aliàs, conſenſus.

† Ab epiſcopo deputandũ.conciliũ. Trident. ſeſſio. 6. de reforma.c.2.

† Vide B. Thomam.2. 2. q. 88. art. 3. & q. 189. art.4.& 8.

id ipſius accedat aſſenſus [a] †, aut conſtet [b] quod vitam voluerit abſolute mutare, vel profeſſionem [c] expreſſam fecerit, ſeu [d] ſcienter [e] habitum receperit profeſſorum [f]. Sed interim [g] eidem beneficio per alium† deſeruiri debebit [h], aſſignata ſibi congrua de ipſius prouentibus portione [i].

¶ Idem.

*¶ Secundum votum ſolemne religionis derogat priori ſimplici. hoc dicit.* Ioan. *de Fan.*

CAP. V.

QVi † poſt [k] votum à ſe de certa religione intranda [l] emiſſum, religionem aliam

captus.ff.de leg.3.l.1. 1. reſponſo.ergo nec electionem facere, quæ debet eſſe certa.ſ.eod.lib.de elect.c.2. & bene facit pro hac parte: qui cleric. vel vouen.conſuluit.vbi dr̃ ꝙ habitus ſine profeſsione impedit ne contrahatur.ad idem ſ.de offi.dele.iudex. eod.lib. vbi per ſolam propoſitionem recuſationis etiam ante cauſam finitam impeditur delegatus Papæ facere qđ aliàs ſibi de iure cõpetit, ſcilicet delegare, niſi volente recuſatore. ſic dicã quòd ante pfeſsionem per ſolam probationẽ impediatur talis eligere, niſi de gratia per capitulum vocaretur 2. ad idem bene facit ſ. eod. lib. de tempo, ordin.cum nullus.in fi. & ĩ. de priuileg. cap. 1. in fi. vbi qui reuocabiliter manet in loco, naturam loci ſortitur. Ad idem optime ſ,eod.lib.de procurat.c.2.duobus modis: Primo, quia ibi ingreſſus religionis, intelligo etiam cauſa probationis, vt ibi dixi, & abſentia in loco remoto, æquiparãtur: ſed ſi in remoto loco iſte eſſet abſens, non deberet vocari: ergo nec ingreſſus religioné. Itẽ ibi procurator qui erat dominus litis per conteſtationem, per ingreſſum religionis amittit vſum litis: ſic dicam canonicum per ingreſſum amittere vſum vocis, quam in capitulo habebat: amittere dico quo ad actum, non quo ad habitum. ad idem. C. de curat. furio.cum aliis. & hoc verum credo: puto enim locum eſſe illi clauſulæ concilij: Quia propter. volunt & poſſunt; & c. quaſi iſte ſic in probatione manendo interim videatur nolle. Nec obſtat hæc decre. non enim ſimpliciter ex iure beneficij procedit ius eligendi: quod probatur ſ. de elect.cum in cunctis.& c.cum Vintonieñ.& ſ. eod.lib.eod.tit.ex eo quòd.cle.vt hi qui. de ætate & quali. cum ſi. Secus crederem in patrono, vel in eo ad quem non de iure collegij, ſed iure ſingulari ſpectaret electio.

1 Sequũtur. Ioan. And. Do. pet. l. 1. §. largius. ff. de ſucceſ. edi. l. 1. 2. reſpon. de leg. Font.

2 Iſtæ rationes pertinentes faciunt ad quęſtioné gloſ. Font.

ADDITIO. Et in his procedat dictum Archid. fortius enim eſt ius quod ſpectat ad aliquem iure ſingulari: quàm quod ſpectat iure collegij: & facilius euellitur ſecundum, quàm primum: vt patet per not. de conſti.cum omnes.in prima gloſ.in anti. hinc eſt etiam quòd ius collegij non tranſit in monaſterium per profeſsionem: ſed ius priuati bene tranſit. 19.q.3.ſi qua. Ioan. And.

a ¶ *Aſſenſus.*] tunc enim beneficio renuntiat: & ideo licite alteri confertur. & ſic intelligatur decr. ſ. de renunt. ex tranſmiſſa.

b ¶ *Aut conſtet.*] ſecundus caſus. dic, conſtet, clara probatione, vel competentibus indiciis. ſ. eo. tit. & lib. non ſolum.

c ¶ *Vel profeſsionem.*] tertius caſus intelligo alicui de approbatis religionibus: vt ĩ. tit. proxi. c. vnico.

d ¶ *Seu.*] quartus caſus.

e ¶ *Scienter.*] ſ. eod. ſicut tenor, & ſ. c. proxi.

f ¶ *Profeſſorum.*] vbi diſtinctus eſt, vt dixi ſ. eod. tit. & lib. c. 1.

¶ *Gloſ. ſeq. dubium & obiectionem ſoluit.*

g ¶ *Sed interim.*] prouidit perſonis: modo prouidet eccleſiis. ad idẽ ſ. de elect. cum nobis olim. & c. cum ex eo. eod. lib. & prouiſio executioni mandabitur per epm̃: vt in prædict. decre. cum ex eo. §. porro. ſed ſponſæ non ſic eſt per vicarium prouidendũ: & ideo ibi tempus arctatur. de conuer. coniug. ex publico. propter quod dicebant quidam idem in clerico beneficiato: & male.

h ¶ *Debebit.*] in officiis diuinis, etiam in cura, ſi curatum eſſet beneficium.

¶ *Gloſ. ſeq. recitetur per quæſtionem.*

i ¶ *Portione.*] & reliqua portio cõſeruabitur [ipſi eidẽ. Ioa. And.]

Vel in vtilitatem eccleſiæ expendetur. ſ. eod. lib. de elect. quia ſæpe. de offic. ord. præſenti. §. porro. eod. lib. 3 Nec credo ꝙ dari debeat ipſi qui eſt in probatione: iam enim non bene probaret, ſi tales redditus interim haberet. Barth. Brixi. contradicens ꝙ Tanc. ſic tenebat, ſcilicet ꝙ interim debeat habere fructus: q̃a adhuc nõ eſt monachus, & poteſt reuerti. hoc dixit in q̃ſtione, quidã clericus, circa finem quæſtionũ ſuarum [Et venerealis. 69.] Fatetur tñ ibi quòd conſuetudo ſe habet in contrarium.

3 Archidi, qui tenet cũ Tan. & Bartho. Brixiẽ. reſpondet ad hæc duo capitula, ꝙ loquuntur in eccleſiis vacantibus: iſtud autem non vacat, vt hic patet. Io. And.

etiam laxiorem [m] ingreditur, & profitetur in ipſa: poteſt (voto non obſtãte priori, cui tamquam ſimplici per ſecundum ſolemne noſcitur derogatum) manere licite in eadem. Pro voto tamen non completo, erit eidem pœnitentia [n] imponenda.

¶ Idem.

*¶ Vacante monaſterio conuentus nouum recipit monachum, ſi communiter ad abbatem & eos ſpectat: ſi ad abbatem ſolum, ſecus. hoc dicit. Dominicus.*

CAP. VI.

SI ad ſolum [o] abbatem pertineat [p] creatio monachorũ:

QVi.] Simplex votũ de certa religione intranda tollitur p̃ ſequens ſolemne alterius religionis & laxioris. hoc dicit. Et ponit dictũ, cuius rationẽ interſerit: ibi, *Cui tamquã.* & ſubdit de pœna: ibi, *Pro voto.* Præmitte qđ eſt dare votũ ſolemne, & votum ſimplex: de quibus. ĩ. titu. proxi. cap. 1.

CASVS. Ponamus ꝙ ego feci votum de intranda religione ſancti Benedicti: & ſteti in ſimplicibus finibus voti: poſtea voto non cõpleto intraui religionem laxiorem, puta religionem ſancti Auguſtini, & feci votum ſolemne: nunquid per iſtud votum ſolemne eſt ruptum primũ votũ ſimplex? Reſpondetur ꝙ ſic: tamẽ peccaui rumpendo primum votum ſimplex: & pro illo peccato debeo confiteri & agere pœnitentiam: Secus ſi primum votum eſſet ſolemne: tunc non rumperetur per ſequens votum etiam ſolemne.

Nota primo ꝙ vouens expreſſe intrare etiam certam religionẽ, dicitur vouere ſimpliciter, & non ſolemniter. Nota ſecundo quòd non adimplenti votum ſimplex, imponitur pœnitentia: licet alio ſimili voto ſe adſtrinxerit, minori tamen. Domi.

¶ *Prima gloſ dicit quid declaret.*

k ¶ *Qui poſt.*] Emanauit ad declarationem eius quod notat Ber. ſ. eod. porrectum.

ADDITIO. Et ſecundum Archid. eorum quæ not. 27. q. 1. in ſum. & cap. 1. Ioan. And.

l ¶ *Intranda.*] Nota verbum: quia aliud eſt religionem profiteri, aliud vouere de intrando vel profitendo. In primo caſu non loquitur hæc decre. quia talis etiam ſeculari habitu non mutato iã monachus illius religionis dicitur. ſ. eo. ſicut vobis. & c. conſtitutionẽ. [iſto titulo. & lib. ſupra] quia habitus. & c. ſ. eo. porrectum. In ſecundo caſu loquitur decret.

m ¶ *Laxiorem.*] quia de ſtrictiori non dubitatur: quia etiam ſi eſſet profeſſus, poſſet ad ſtrictiorem tranſire. ſ. eod. licet. ſed de pari & laxiori dubitabatur, & plus de laxiori: & ideo dixit etiam laxiorem.

ADDITIO. Profeſſus ſi ad ſtrictiorem tranſiret, non eſſet loc⁹ imponendę pœnitentiæ: de qua finis loquitur, ſecundum Archidiaco. qui allegat quòd votum vel propoſitum non infringit, qui commutat in melius. ſupra de iureiur. peruenit. ſupra de voto. ſcripturæ. ſupra de regula. licet. Ioan. And.

n ¶ *Pœnitentia.*] tanto durior, quanto manifeſtius fuit votum. ĩ. tit. proxi. cap. vnico in fine.

SI *ad ſolum abbatem.*] Diſtinguit duo membra: ſecundum ibi, *Alias.*

CASVS. Ponamus ꝙ de conſuetudine vel priuilegio creatio monachorum monaſterij ſancti Cypriani ſpectat ad ſolum abbatem: quia de iure communi ſpectat ad abbatem & conuentum ſimul: ita ꝙ ſolus abbas de iure communi non poſſet creare monachos ſine conſenſu ſui conuentus: Accidit ꝙ abbas eſt mortuus: vtrum mortuo abbate poſsit conuentus ſolus creare monachos? Reſpondet ꝙ non: Secus ſi creatio monachorum ſpectaret ad abbatem & conuentum ſimul: nam in iſto caſu mortuo abbate poſſet ſolus conuentus creare monachos de nouo. Not. primo quòd monachus ad monachatum non eligitur, ſed creatur. vide gloſ. quæ incipit, nunquid, in cle. diſpendioſam. de iudi. Not. ſecundo ꝙ congregatio monachorũ appellatur conuentus. vide in antiq. de reſcr. capitulum. Dominicus.

¶ *Prima glo. dicit quid declaret.*

o ¶ *Si ad ſolum.*] Emanauit ad declarationem decret. ſupra de elect. officij. & eorum quę ibi not. Monach. & Guil. in ſpecu. de ſtat. mona. verſ. 21.

p ¶ *Pertineat.*] de conſuetudine præſcripta vel priuilegio: aliàs

de iure

1 Idem Io. Mo. & Archi. Io.And.

de iure pertinet ſimul 1 ad vtrunque, ſupra de iis quæ fiunt à prælat.ea noſcitur.

¶ *Gloſſa ſequens dat ſimile.*

a ¶ *Creari.*] ſicut mortuo prælato ad quem pertinet beneficij collatio capitulum non confert. ſ.eod.libr.ne ſede vacan. cap. vnico. quod cum iſto concordat.

ADDITIO. Et ſecũdum illã intelligas iſtã, quòd ſcilicet vbi ſolus abbas hoc facit, licet de conſenſu vel conſilio monachorum: illo mortuo non tranſit in capitulum. Ioan. And.

† In antiquioribus codicibus. conſtantér legitur, ſpectet.

¶ *Gloſſa vltima ſoluit dubium.*

b ¶ *Ad vtrunque.*] multo fortius ſi ad conuentum tantum: & quia de hoc non dubitabatur, ideo fuit omiſſum.

† Aliàs, ita: epiſcopo Bituricenſi.

eo defuncto nequibit nouus monachus à cõuentu creari [a]: Aliàs poterit, ſi eorum creatio ſpectat† inſimul ad vtrũque [b].

# TITVLVS XV.

## De voto & voti redemptione.

¶ Bonifacius octauus Biterẽ. † epiſcopo.

¶ *Votum ſolennizatum per ſuſceptionem ſacri ordinis, vel per profeßionem factam alicui de religionibus per ſedem Apoſtolicam approbatis, dirimit matrimonium poſt contractum: aliàs ſolum impedit & non dirimit. hoc dicit ſecundũ Zenze.*

CAP. VNICVM.

QVod † votum [c] debeat dici ſolemne, ac ad dirimendum matrimonium efficax, nos cõſulere voluiſti: Nos igitur attendentes, quòd voti ſolemnitas ex ſola conſtitutione Eccleſiæ eſt inuenta: matrimonij vero vinculum ab ipſo Eccleſiæ capite rerum omnium conditore ipſum in paradiſo, & in ſtatu innocentiæ [d] inſtituente vnionem & indiſſolubilitatem acceperit: Præſentis declarandum duximus oraculo ſanctionis, illud ſolum votum debere dici ſolemne, quantum ad poſt contractum matrimonium dirimendum, quod ſolemnizatum fuerit per ſuſceptionem ſacri ordinis [e]: Aut per profeſſionem expreſſam, vel tacitam [f] factam alicui de religionibus per ſedem Apoſtoli-

DE VOTO ET voti redemptione.

Continuatio.

¶ *Dictũ fuit ſupra tit. proxi. de voto in ſpecie puta de voto religionis: nunc videndum eſt de voto in genere: ideo poſt rubricam præcedentem annectitur rubrica, de voto & voti redemptione.*

† Vide B. Thomam & ibidem Caietanum 2. 2. q. 88. art. 7.

QVod votum.] in prima ponitur conſultatio: In ſecunda reſponſio: ibi, *Nos igitur.* quæ præmittit motiuum. ſecunda: ibi, *Præſentis.* ponens ſolemnis voti duas ſpecies: ſecunda: ibi, *Aut.* tertia: ibi, *Reliqua.* ponit de non ſolemni, & pœna tranſgreſſoris.

¶ Præſupponendum eſt pro intellectu huius cap. illud quod habetur in gloſſ. magna, in cap. rurſus. qui cle. vel vo. in antiq. videlicet quòd votum caſtitatis ſolemne impedit matrimonium contrahendum, & etiam contractum dirimit. Si autem ſit votum ſimplex, impedit matrimonium contrahendum, ſed non dirimit iam contractum. Iſtud capitulum emanauit ad declarandum quod dicatur votum ſolemne, & quod dicatur votum ſimplex. Nam quidam dicebant quòd votum ſolemne dicitur, quando quis promittit ex nunc continentiam: Sed votum ſimplex dicitur quando quis exnunc vouet quòd poſt annum vouebit perpetuam continentiam.

¶ Caſus hoc præſuppoſito ſic figuratur: Epiſcopus Biterẽ. in præſentia Papæ conſtitutus quæſiuit ab eodem: Sanctiſsime pater, iure cautum reperio, ꝙ votum caſtitatis ſolemnizatum impedit matrimonium contrahẽdum, & dirimit iam contractum: Votum vero ſimplex non dirimit matrimoniũ iam contractum: licet veniẽs contra, peccet mortaliter. Item reperio altercationem inter doctores, quòd votum dicatur ſimplex, & quòd votũ dicatur ſolemnizatum: occaſione huius vellem informari quod votum appellatur ſimplex, & quod ſolemne? Reſpõdet Romanus Pontifex, ꝙ omne votum caſtitatis dicitur ſimplex, ſiue ſit de præſenti, ſiue de futuro: dummodo nõ ſit ſolemnizatum per profeſsionem tacitam vel expreſſam: quia tunc diceretur votum ſolemne, vt non teneat matrimonium contractum: vel ſi quis ſuſcepit ſacros ordines, puta ſubdiaconatus; dicitur votum ſolemne: aliàs autem dicitur votũ ſimplex, ſiue quis dicat, exnunc voueo caſtitatem: ſiue etiã dicat, promitto ꝙ poſt annum vouebo caſtitatem: & ſic patet ꝙ iſtud capitulum non facit ius nouum: ſed ſolum declarat illa quæ notantur in dict. cap. rurſus. qui clerici vel vouentes. Nota primo ex iſto cap. ꝙ ſolemnitas voti eſt inducta ex conſtitutione Eccleſiæ: & ſic non eſt ipſum votum quod impedit matrimonium vel dirimit: ſed eſt ipſa conſtitutio eccleſiæ. Ex quo patet, ꝙ conſtitutio eccleſiæ poteſt habiles ad contrahendum matrimonium inhabilitare: & contra poteſt inhabiles habilitare: Nam de lege diuina quãdo aliqui erant in diſpari gradu diſtante æqualiter à ſtipite, non poterãt contrahere, vt pro hoc eſt glo. not. in cap. litteras. de reſtit. ſpol. in antiq. Nota ꝙ matrimonium fuit inſtitutum in ſtatu innocentiæ: quia ſecundum doctores eſt duplex inſtitutio matrimonij. Prima eſt ad prolem procreandam: & illa fuit facta in ſtatu innocentiæ ante peccatum primi hominis. Alia eſt inſtitutio matrimonij ad euitãdum fornicationem: & illa fuit facta poſt peccatum Adæ: & ſic intelliguntur iura facientia pro contrario. Nõt. vlterius, ꝙ vinculum matrimonij eſt indiſſolubile: Sed vtrum iſtud intelligatur ꝙ vinculum matrimonij ſit indiſſolubile loquendo de matrimonio conſummato copula carnali, vel non conſummato: *Communis opinio doctorum eſt, ꝙ matrimonium non conſummatum* poteſt Papa rumpere: licet Panor. teneat contrarium in c. ex publico. de conuer. coniug. in antiq. & mouetur per iſtam rationem: quia quos Deus cõiunxit, homo non ſeparet. Sed ad iſtam rationem reſpondẽt doctores, dicendo, ꝙ illud intelligitur de copula carnali: ita vt ſit ſenſus, quos Deus coniunxit copula carnali, & poſt matrimonium cõſummatum homo non ſeparet.

Not. vlterius principalem effectum huius cap. videlicet, ꝙ votum caſtitatis dicitur ſolemnizatum quantum ad dirimendum matrimonium iam contractum per ſuſceptionem ſacri ordinis, vel per profeſſionem tacitam vel expreſſam. Ex quo patet, ꝙ ſacer ordo habet annexum votum continẽtiæ, licet expreſſe non dicatur in ſuſceptione ſacri ordinis quòd ipſe ſuſcipiens vouet caſtitatem. Nota quòd ad hoc vt votum religionis obliget profitentem, oportet quòd faciat profeſsionem alicui religioni approbatæ.

¶ *Prima gloſſa dicit quid declaret.*

c ¶ *Quod votum.*] Emanauit ad declarationem eorum, quæ not. Ioan. 27. q. 1. in principio. & cap. 1. & Bern. qui cler. vel vouentes rurſus.

ADDITIO. Et Innocen. de regular. porrectum. de frigid. fraternitatis. ſuper verſ. alioquin. Ioan. And.

d ¶ *In ſtatu innocentiæ.*] id eſt, ante peccatum. Et nota cõtra illos qui dicunt matrimonium fuiſſe inſtitutum per hæc verba 2 Creſcite & multiplicamini: ſed vt hic vides in paradiſo, & ante peccatum inſtitutum fuit: & per illa verba protoplaſti: Hoc nunc os ex oſsibus meis, &c. Geneſi 2. cap. in fin. & 27. q. 2. lex diuinæ.

2 Quando & quib⁹ verbis fuit matrimoniũ inſtitutum vide Magiſtrum lib. 4. ſent. diſ. 26 § coniugij autem. & §. ſeq. & ibi latiſſime doctores Scholaſticos. adde cõcilium Trident. ſeſſio. 24. de ſacramento matrimonij. in principio.

ADDITIO. Vide quod dixi ſupra de frigid. cap. fin. ſuper gloſ. ſimile. Ioan. And.

¶ *Gloſſa ſequens recitetur per quæſtionem ad quam arg. pro. & ſoluit contrarium per text. per euitationem abſurditatis, & per rationem addens illum approbatum: & huic decre. reſpondet.*

e ¶ *Sacri ordinis.*] vt ſ. qui cle. vel vo. c. 1. & 2. In minoribus autẽ licite contrahitur, vt ſ. in anti. de cler. coniug. cap. 1. Et ex eo quòd hic æquiparat profeſsionem religionis & ſacrum ordinem, videtur quòd ſicut per profeſsionem religionis ſoluuntur ſponſalia de præſenti: ſic per receptionem ſacri ordinis ante carnalem copulã diſſoluuntur: ſic & alibi æquiparantur iſta 20. q. 2. c. 1. & ſ. de vita & honeſta. cleri. clericus. Sed iam diſputaui & terminaui contrarium, quod eſt hodie approbatum per conſtitutionem Ioan. quæ incipit: Altercationis 3 antiquæ: ſcilicet ſponſalia de præſenti non diſſolui per receptionem ſacri ordinis: per decr. ex parte 2. de cõuer. coniug. vbi etiam de hoc [in gloſ. penul. ſuper qua ſcripſi opinionem Hoſt.] & 27. q. 2. deſponſatam. non enim recipiendo ſacrum ordinem vouet ſe caſtitatem ſeruaturum in ſeculo: & tamen tale votum caſtitatis in ſeculo ſeruandæ non diſſoluit ſponſalia de præſenti, vt ibi. Inducat ergo hoc fauor religionis & merito: quia alia eſt cauſa monachi, alia clerici. 16. q. 1. alia. in ſolo ergo caſu expreſſo dicamus ſeparari: quod enim non eſt ſanctorum patrum decretis, & c. ſ. de tranſla. inter. Et ſi diceremus ꝯrium, iam hic nõ eſſet æqualitas: quia iam duplici remedio poſſet vir ſponſalia diſſoluere, & mulier vnico: quia propter ſexus fragilitatem ordines recipere non poteſt. Eſt autem ratio quare hoc ſpeciale eſt in religioſis: quia mortui ſunt mundo. 16. q. 1. placuit. Vnde ſicut mors naturalis ſolueret ſponſalia: ſic & iſta ciuilis permittente canone: de conuerſio. coniuga. verum. & cap. ex publico. quæ ratio deficit in clerico ſeculari. Non obſtat hæc decret. immo potius concordat: quia æquiparat iſta quo ad dirimendum matrimonium poſt contractum, quaſi quo ad dirimendum prius contractum paria nõ ſint: immo diſparia rationibus prædictis: plura enim profitendo promittit monachus, quàm recipiendo ſacrum ordinem clericus.

3 Habetur hodie inter extrauagantes Ioã. xxij. eod. tit. & incipit: Antiquę cõcertationi.

f ¶ *Tacitam.*] quæ fit cum maior ſpõte & ſciens recipit habitũ ꝓ-

ſeſſorum, vbi eſt diſtinctus. ſ. tit. proxi. c. 1. & cap. conſtitutionem. vel cum habitum indiſtinctum 1 fert per annum, vt ſ. eod. tit. cap. ex parte. & cap. 1. eod. libro.

1 Vel diſtinctum diſtinctione latenti, vt in cle. de reg. eos qui. Io. And.

a ¶ *Per ſedem Apoſtolicam.*] aliàs enim non poteſt, vt ſ. de relig. domib. c. vlt. & eod. tit. cap. vnico. j. eod. lib. Ioan. And.

ligioni opprobrium. vide textum in capitulo, nec aliqua. 27. q. 1. Nota quòd etiam legitima cauſa ſubſiſtente, non eſt licitum ingredi monaſteria Monialium ſine ſpeciali licentia ſuperioris. Dominicus.

¶ *Prima gloſſa diuidit & ſummat.*

cā [a] approbatis [b]. ¶Reliqua vero vota & ſi quandoque matrimoniū impediant contrahendum [c]: & quanto manifeſtius ſunt emiſſa, tanto propter plurium ſcandalum & exemplum, durior pœnitentia tranſgreſſoribus debeatur [d]: non tamen reſcindere poſſunt matrimonia poſt contracta.

# TITVLVS XVI.

## De ſtatu regularium.

¶ Bonifacius octauus.

¶ *Moniales tacite vel expreſſe profeſſæ, clauſuras monaſterij exire non poſſunt, nec alij ad illas intrare: niſi cauſa legitima & ſuperioris licentia interueniat. hoc dicit.*

C. VNI.

Ericuloſo [e] † & deteſtabili quarundam Monialium ſtatui (quæ honeſtatis laxatis habenis [f] & monachali modeſtia ſexuſque verecundia [g] impudēter abiectis [h], extra ſua monaſteria nonnunquam per habitacula ſecularium perſonarum diſcurrūt, & frequenter intra† eadem monaſteria perſonas ſuſpectas admittunt, in illius, cui ſuam integritatem voluntate ſpontanea [i] deuouerunt graua men, offenſam [k], in † religionis opprobrium, & ſcandalum plurimorum) prouidere ſalubriter cupiētes [l]: Præſenti conſtitutione perpetuo irrefragabiliter valitura, ſancimus vniuerſas & ſingulas Moniales præſentes [m] atque futuras, cuiuſcūque religionis ſint vel ordinis, in quibuſlibet mūdi partibus [n] exiſtētes, ſub perpetua [o] in ſuis monaſteriis debere decætero permanere clauſura: ita quòd nulli earum religionem tacite vel expreſſe profeſſę [p], ſit vel eſſe valeat quacunque ratione vel cauſa niſi forte tanto & tali morbo euidenter earum

¶ *Gloſſa ſequens ſoluit duas quæſtiones.*

b ¶ *Approbatis.*] ergo ſi profitetur religionem non approbatam: ſi poſtea contrahit, tenet matrimonium: quod verum puto etiam ſi quādo profitebatur credebat illam approbatam. & eadem ratione dico quòd ſi recipit quis ſub diaconatum ab eo quē credebat epiſcopū, ſed non erat: ſi poſtea contrahat matrimoniū, bene tenet: & ita terminauit Barth. Brixienſis ſecundum Tanc. in quæſtionibus: Quidam ordinatus.

c ¶ *Contrahendum.*] vt ſupra qui cler. vel vouen. rurſus. Ioan. And.

d ¶ *Debeatur.*] ex manifeſtatione igitur grauius fit peccatum. ad hoc ſ. de pœnitent. & remiſ. c. 1. de hoc dic vt not. 32. quæſtio. 4. nemo. 81. diſtin. clericus ſolus. & ſupra de celebratione Miſſarum. de homine.

ADDITIO. Et 19. diſtinctio. Anaſtaſius. Archid.

† Hanc conſtitutionem renouat concilium Trident. ſeſſio. 25. titu. de Regularib⁹ & Monialib⁹ ca. 5.

e ¶ *Periculoſo.*] In quatuor partes diuido hāc decretalem. 2 In quarum prima quæ durat vſque ad §. ſanè. ponit cauſam conſtitutionis, & cōſtitutionē de clauſura monialium: In ſecunda præcipit vltra facultates monaſteriorū non Mendicantium nullam recipi: & contra factum irritum decernit, vſque ad §. verum. In tertia prouidet quid iuris quando Moniales habent facere fidelitatem vel homagiū temporalibus vel ſecularibus dominis: & quando in eccleſiaſtico, vel ſeculari foro cauſas habent: & hoc vſque ad §. & quoniam. In quarta facit ordinarios executores hui⁹ iuris de clauſura, etiam quo ad exēpta monaſteria, proteſtando quòd per hoc in ipſis exemptis quo ad alia nihil iuriſdictionis ſibi vendicent.

ADDITIO. Et vt infra dicit gloſ. præmitte hic litteram illam, cupientes ſalubriter prouidere. Et Archid. exponit, periculoſo, pernicioſo, deteſtabili, execrabili. Ioan. And.

2 Ioan Mo. diuidit in ſeptē. de prima, tertia, & quarta, qualibet ipſarū faciēs duas. Ioan. And.

† In antiqs legitur, infra.

† Dictio, in, deeſt in vno manuſcripto. in alio itera manuſcriptoita: & religionis opprobriū, & ſcandalū plurimorū.

DE STATV REGVLARIVM.

¶ *Dictum fuit ſupra de religioſis & monachis: verū quia poſſet aliquis dubitare de eorum ſtatu & vita: ideo ad nos informādū ponit Romanus pontifex rubricam de ſtatu monachorū. Helias.*

P*Ericuloſo.*] CASVS. Quidam conſtitutus in præſentia Bonifacij octaui quæſiuit ab eodem, Sāctiſsime pater, vellem à vobis informari in quo ſtatu debeant viuere Moniales? Reſpondet Romanus pontifex, quòd cum ſit inhoneſtum & multum periculoſum, quòd mulieres admittant in monaſteriis ſuis viros, ſtatuit ꝙ decætero Moniales maneant ſub perpetua clauſura, & non recipiant viros in ſuis monaſteriis, etiam ſi ſint viri religioſi, ꝯ quos nō eſt præſumptio, & deputat executores, & qua auctoritate fiat clauſura. Etiam ſtatuit ꝙ ſi Moniales debeant facere homagium, quòd illud faciant per procuratorem ſi poſsit fieri: ſed ſi dominus nolit eas recipere per procuratorem, debent ire ad ipſum dñm in decēti comitiua: & facto homagio debent redire ad monaſteria. [Bonis ſiue prouētibus.] ne Moniales habeāt occaſionē exeūdi monaſteria, nō debent in monaſterio ſuo recipi aliquæ Moniales, niſi quot poſsint viuere ex redditibus & prouētibus ipſius monaſterij: & ſi recipiantur vltra, non tenet receptio: licet ſit ſecus in monaſteriis virorum: quia licet etiam non deberent recipi viri: niſi quot poſſent viuere ex redditibus monaſterij, tamen ſi recipiantur, tenet receptio: quia in illis ceſſat ratio, de qua in hoc capitulo. [*Porro ne Moniales.*] In aliquibus partibus erat talis conſuetudo, ꝙ quis in cauſa ſua vel ſuæ eccleſiæ tenebatur litigare per ſe vel per procuratorem, conſtitutum apud acta coram iudice: & ꝙ veniret ſemel in cauſa perſonaliter coram iudice, vnde ne detur Monialibus occaſio vagandi, Papa deprecatur iudices laicos, & dominos temporales, vt ipſi admittant procuratores Monialium, licet non fuerint cōſtituti apud acta, ſed intra monaſteria. [*Diuini iudicij.*] Et ſic executores negligentes peccant mortaliter. hoc habent iſta verba, obteſtatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ. [*Ordinario iure ſubiectis.*] Nota quòd archiepiſcopi & Primates ſunt executores huius conſtitutionis: & ideo Moniales ſibi ſubiectas & non exemptas poterunt compellere ſub auctoritate ordinaria: ſed Moniales exemptas cōpellent auctoritate Apoſtolica ſibi commiſſa per iſtud capitulum. Nota quòd corrumpens Monialem profeſſam dicitur grauem offenſam inferre Deo, & re-

f ¶ *Laxatis habenis.*] ſimilitudinarie ad equum, qui laxatis habenis currit quo vult. de homicid. dilectus. in antiq.

g ¶ *Verecundia.*] 30. q. 5. nec illud. & 33. q. 5. hæc imago.

h ¶ *Abiectis.*] ſic ſ. eod. lib. de election. c. quorundam.

i ¶ *Spontanea.*] aliàs non obligarentur: vt 20. q. 3. prӕſens clericus. ſ. de regula. cum virum. in fine.

k ¶ *Offenſam.*] 27. q. 1. nec aliqua.

l ¶ *Cupientes.*] hic incipe constructum.

¶ *Gloſſa ſequens obijcit, & dupliciter ſoluit.*

m ¶ *Præſentes.*] ſed qūo præſentibus Monialibus diſtrictior 3 vita imponi potuit contra id. 15. q. 1. nec is. 32. q. 1. integritas. 20. q. 3. præſens. cum & nemo creſcere compellatur. 74. diſt. geſta. & ibi de hoc? Poteſt dici quòd illud verum de regula: ſed hic ad regulam nihil adiicitur: ſed modus habitandi ſecundum naturam rei taxatur. [Idem Ioannes Monachus.] Vel dic ſupradicta vera in clericis ſecularibus: In religioſis qui velle vel nolle non habent, ſecus: quia illis poteſt ſtrictior vita indici etiam ex regula ſecundum Innocentium, qui hoc notat de regular. ſuper eo. & hoc probat iſta decretalis & clementi. eo. tit. ne in agro. Et adde quod dixi infra de regulis iuris. quod omnes.

3 Religioſis an poſſit imponi aſperior ſtat⁹ p Papam, de quo vide Abbatē & alios in c. ad noſtram. extra de appellation.

ADDITIO. Et per hæc iura patet Papā circa profeſſos multū poſſe in cibis, veſtibus, modo manendi, & ſimilibus, quæ plus cadunt in bonis fortunæ: reſeruata tamen naturali ſuſtentatione & ſubſtantialibus regulæ, de quibus dicitur ſ. eod. cum ad monaſterium. in fine. In bonis autem naturæ, gratiæ, vel gloriæ, non eſt tanta Papæ potentia: quod per ſe patet: Illa enim Deus cuius vices gerit, non tranſtulit in eum. Ioan. And.

4 Vide Turrecrematam in ſumma de eccleſia lib. 2. c. 114.

n ¶ *Partibus.*] quia varietas locorum iuris varietatem regulariter nō inducit. C. de tempo. in integrū reſtitut. l. ſuperuacuā. Et nota quòd dicit mundi. totius enim orbis Papa tenet principatum 4: nona quæſtione tertia, cuncta per mundum. & in prooemio huius libri, cum ſuis concordantiis.

¶ *Gloſ. ſeq. ſoluit duo dubia.*

o ¶ *Perpetua.*] non credo [Idem Archidia.] quòd decretalis iſta tollat, quin poſſent ſi vellent ad ſtrictiorem religionem humilitatis & puritatis cauſa tranſire. ſ. de regu. licet. petita licentia, vt ibi. Item quin vna Monialis ad regimen alterius monaſterij poſsit aſſumi 5 ſ. eod. lib. de elect. nullus. cum ſuis concordan. ſemper enim erunt in clauſura.

5 Eiuſdem religionis & habitus: quod dic vt in cle. 1. de electio. Ioā. And. Et vide concilium Trident. ſeſſio. 25. titu. de Regularib⁹ & Monialib⁹ cap. 7.

p ¶ *Profeſſæ.*] quod dic vt ſ. tit. proxi. c. 1. & c. conſtitutionem, ſi

ergo

ergo profeſſa non erat huius conſtitutionis tempore, non tenetur.
a ¶ *Honeſtæ.*] vnde nec monachi ad eas accedere debent, vel cum eis colloqui: niſi in præſentia abbatiſſæ per modica verba. 18. q. 2. diffinimus. nec debent eſſe monaſteria duplicia, vt ibi. & in c. ſeq.
b ¶ *Cauſa.*] ſicut in medicis, barbitonſoribus, ſartoribus, carpentariis cum eguerint, & his ſimilibus.
c ¶ *Opportunitate.*] 18. q. 2. diffinimus.
¶ *Glo. ſeq. quæſtionē de facto ponit, & ſoluit.*
d ¶ *Abſque penuria.*] Nota nō dixit, commode: nam in quadā quæſtione ď facto opponebatur ꝯ quaſdam Moniales ꝙ earū receptio non tenebat. quia facultates non ſufficiebant: & formatus fuerat articulus in hæc verba: Intendit probare, ꝙ ex facultatibus monaſterij ſancti Petri nō poſſunt tot commode ſuſtentari. Oppoſui ꝙ intentio probata 1 non releuabat: quia poſſet eſſe ꝙ non poſſent commode: tñ poſſent abſque penuria. iam enim dico ꝙ canonicus Bononieñ. ď centū florenis non poſſet commode ſuſtentari: & tñ de xxv. ſuſtentaretur abſque penuria. Idem dico de meipſo: nam in illa commoditate inſpicitur conſuetudo regionis, & qualitas perſonæ: vnde licet non poſſum cōmode ſuſtentari, tñ poſſum ſine penuria. Penuria enim ſecundum deriuatores habet in ſe egeſtatem, indigentiam, & defectum neceſſariorum. Hoc ergo voluit conſtitutio, ꝙ conſtitutæ in monaſterio nō Mendicantium, non haberent neceſſe mendicare propter neceſſariorum defectum. Si autem conſiderato antiquo ſtatu monaſterij, vel aliis monaſteriis ciuitatis non poſſunt commode ſuſtentari, tamen poſſunt abſque penuria: tenebit receptio: hoc enim ius nouum quod receptionem vitiat, extendendum non eſt: & ſic obtinui.
ADDITIO. Sint ergo cauti qui articulos formant in ponderādo verba. & facit qď dicam j. de homi. c. 1. ſuper ver. Chriſtianorum. & c. 2. in prin. & de vſu. c. 2. in prin. Ioan. And.

1 Incautum enim eſſet hoc ante ꝓbationem opponere ad aduerſariū inſtituendū: & eſt ſi. qď dixi de lib. obla. c. vlt. in fi. Ioan. And.

† Vide concilium Trident. ſeſſio. 25. titu. de Regularib⁹ & Monialibus. cap. 5.

aliquam laborare conſtaret, quòd non poſſet cum aliis abſque graui periculo ſeu ſcandalo commorari) monaſteria ipſa deinceps egrediendi facultas: nullique aliquatenus inhoneſtæ perſonæ, nec etiam honeſtæ [a] (niſi rationabilis & manifeſta cauſa [b] exiſtat, ac de illius ad quem pertinuerit ſpeciali licentia) ingreſſus vel acceſſus pateat ad eaſdem: vt ſic à publicis & mundanis conſpectibus ſeparatæ, omnino ſeruire Deo valeant liberius, & laſciuiendi opportunitate [c] ſublata, eidem corda ſua & corpora, in omni ſanctimonia diligentius cuſtodire.

¶ *In monaſterio non Mendicantium tot ſorores debent recipi, quot poterunt ſine penuria ſuſtentari: & vltra non valet receptio. hoc dicit. Dominicus.*

¶ Sane † vt hoc ſalutare ſtatutum commodius valeat obſeruari, diſtrictius inhibemus, ne in monaſteriis ordinum non Mendicantiū aliquæ recipiantur decætero in ſorores, niſi quot poterunt de ipſorum monaſteriorum bonis ſiue prouētibus abſque penuria [d] ſuſtentari [e]: ſi ſecus actum fuerit, irritum [f] decernentes.

¶ *Abbatiſſæ principibus ſecularibus ad fidelitatis ſacramentum præſtandū aſtrictæ, ſi non poſſunt per procuratorem iurare, perſonaliter exeundo monaſterium iurabunt, abſque dilatione ad monaſterium rediture. Dominicus.*

¶ Verum quādo Abbatiſſa vel Prioriſſa cuiuſuis monaſterij, pro feudo, quod monaſterium ipſum tenet ab aliquo principe ſeu domino temporali [g], ſibi debebit homagium [h], vel fidelitatis ſacramentum præſtare (niſi quòd per procuratorem illud præſtet [i], poſſit efficere apud eum [k]) de monaſterio cum honeſta & decenti ſocietate [l] exire poterit eo caſu licenter: homagio facto, quamprimū commode poterit, ſeu fidelitatis præſtito ſacramento ad ipſum monaſterium è veſtigio [m] reuerſura: ſic quòd in fraudem [n] reſidentiæ, ſiue moræ clauſtralis, nihil fiat omnino.

¶ *Compelluntur domini temporales per cenſuram eccleſiaſticam, vt in ſuis curiis admittant abbatiſſas per procuratores litigare: Eccleſiaſtici vero in temporalibus & ſpiritalibus earum procuratores admittere debent. Domi.*

¶ Porro ne Moniales cauſam ſeu occaſionem habeant euagandi, principes ſeculares, ac alios dominos temporales rogamus, requirimus, & obſecramus † per viſcera miſericordię Ieſu Chriſti, eiſdem in remiſſionem peccaminum nihilominus ſuadentes, quòd Abbatiſſas ipſas, & Prioriſſas, ac Moniales quaſcunque monaſteriorum ſuorum curam, adminiſtrationem, negotiave gerentes, quibuſcunque nominibus cenſeantur, per procuratores in ſuis tribunalibus, ſeu curiis litigare permittant: ne pro cōſtituendis procuratoribus (qui atornati in aliquibus partibus [o] nuncupantur) ſeu aliis huiuſmodi, eaſdem oporteat euagari. Si qui vero cōtra præſumpſerint, exhortationi huiuſmodi rationabili atque ſanctæ obtemperare nolentes: cum ſit iuri contrarium, quòd mulieres (præſertim religioſæ) per ſe ipſas litigare cogantur, & à via deuiet honeſtatis, & periculum animarum inducat [p], ad hoc per ſuos ordinarios eccleſiaſticos cenſura eccleſiaſtica compellantur. Epiſcopis autē & aliis prælatis ſuperioribus & inferioribus quibuſcunque iniungimus, quod & ipſi cauſas, ſeu negotia, quæ præfatæ Moniales habebunt agere coram ipſis, aut in curiis eorundem: ſiue ſint homagia, fidelitatis ſa

e ¶ *Suſtentari.*] de inſtit. c. 1. & cap. auctoritatem. de vita & honeſt. cleric. quoniam vt ait. in antiq.
¶ *Gloſſa ſequens recitetur per quæſtionem, & ipſius ſolutionē.*
f ¶ *Irritum.*] hoc ſpeciale dictum videtur in talibus monaſteriis fœminarum: Secus puto in monaſteriis virorum. [Idem Ioan. Monac. & Archid.] licet enim & in illis vltra quàm ſuſtentari poſſunt recipi non debeant: ſi tamen fuerint recepti, tenebit: quia & hominum cœtibus ſe immiſcere, & ſibi vitæ neceſſaria acquirere poſſunt. de conſecra. diſt. 5. nunquam.

Receptio monachorū facta vltra facultates conuent⁹ an valeat.

ADDITIO. Bene facit qď not. 81. diſ. c. penul. Et facit iſte §. per Ioan. de Deo, qui libr. 3. q. 10. tenuit, ꝙ ſi virgines dicentes ſe meretrices ingrediuntur monaſterium inſtitutum ad recipiendas ſolas meretrices pœnitentes & non alias, non tenet receptio: nec poſſunt ibi ſaluari fraude durante: qua reuelata inde debent expelli. Ioan. And.
g ¶ *Domino tēporali.*] in eccleſiaſtico enim ſecus: quia ille de neceſſitate illas per procuratorem ad hoc faciendū admittere debet j. eod. §. epiſcopus.
¶ *Gloſſa ſequens ſignat contrarium, & ſoluit.*
h ¶ *Homagium.*] contra ſ. de regul. iur. c. vlt. Sol. ꝓ ſpiritalibus non præſtatur homagium: quia illud eſt ſimonia. ſ. de ſimonia. ex diligēti. ſed pro tēporalibus iuriſdictionibus vel ſimilibus bene præſtatur: & ſic intelligitur hoc. ad hoc 18. diſt. ſi epiſcopus. & ſ. eod. lib. de appel. Romana. §. debet. in Authenti. quomodo oport. epiſcopos. §. illud. collat. 1.
i ¶ *Præſtet.*] & ſic iuratur per procuratorē: vt 63. diſt. tibi domino. vbi de hoc.
k ¶ *Eum.*] dominum temporalem.
l ¶ *Societate.*] habebit ſecum duas vel plures ex antiquis monachabus, & capellanos ſuos, & incedat honeſte. Ioā. And.
ADDITIO. Abbatiſſa igitur non exeat ſine ſocietate: Valet enim ſocietas ad ſuſpicionē tollendam. 18. q. 2. diffinimus. in fine. & 34. diſt. fraternitatis. vide quod dixi poſt Hierony. de præſump. cum in iuuentute. poſt princip. Sicut & ad informationem morum. 12. q. 1. cap. 1. poterit & ſecum habere ſuum ſpiritalem patrem. 18. quæſt. 2. in decima. Archidiac.
m ¶ *E veſtigio.*] id eſt, ſtatim, vel continuo.
ADDITIO. Idē verbum ff. de nego. geſt. diuortio. poſt princip. Ioā. And.
¶ *Gloſſa ſequens recitetur per quæſtionem de ratione diuerſitatis quam ſoluit.*
n ¶ *Fraudem.*] ſic ſupra eod. lib. de iud. mulieres. Sed ibi pœna excommunicationis imponitur: hic non: forte ratio fuit iudicialis auctoritas, propter quam ibi magis delinquitur.
o ¶ *Partibus.*] Anglicorum & Normannorum. Et volebant forte ꝙ licet poſſent per procuratorem agere, tamen illos haberent cōſtituere in præſentia iudicis, & releuare & cauere. Ioan. And.
p ¶ *Inducat.*] merito igitur potuit Papa ſuper hoc legem dare. ad idem ſ. eod. lib. de foro competenti. cap. vlt. & de iureiuran. licet. j. de ſentent. excommunica. decernimus. Ioan. And.
¶ *Gloſſa ſequens obiicit, & ſoluit.*

† Nota Domin. & Phil. quòd verba rogatiua in materia pręcepti ſtāt præceptiue. glo. 11. q. 3. c. rogo. nor. in l. age. C. ď tranſact. de quo vide Tiraquellum tract. de pœnis temperādis aut remittē. cauſa. 35.

Societas tollit ſuſpicionem, & mores informat.

cramenta, lites, vel quicquid aliud, ipſi per procuratores earum fieri faciant, & tractari [a].

*¶ Ordinarij locorum in ſubiectis monaſteriis propria, in exemptis Apoſtolica auctoritate clauſuram procurare debēt: nec eſt propter hoc in aliis caſibus iuriſdictio in exemptos eis attributa. hoc dicit. Dominicus.*

¶ Et quoniam parum eſſet cōdere iura, niſi eſſent qui ea executioni debitæ demandarēt [b], Patriarchis [c], Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis vniuerſis diſtricte in virtute ſanctę obedientiæ, ſub obteſtatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ præcipiendo mandamus, quatenus eorum quilibet in ciuitate ac diœceſi propria, in monaſteriis Monialium ſibi ordinario iure ſubiectis ſua [d], in iis vero quæ ad Romanam immediate ſpectant Eccleſiam ſedis Apoſtolicæ auctoritate: Abbates vero & alij tam exempti quàm non exempti prælati eccleſiarū, monaſteriorum, & ordinum quoruncunque in monaſteriis huiuſmodi ſibi ſubiectis de clauſura [e] conuenienti vbi nō eſt, ipſorū monaſteriorum expenſis, & fideliū eleemoſynis, quas ad hoc procurent diligentius facienda, & de ipſis Monialibus includendis quam primū commode poterunt prouidere procurent: ſi diuinæ, ac noſtrę indignationis voluerint acrimoniam euitare: contradictores atque rebelles per cenſurā eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita compeſcendo: inuocato ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio brachij ſecularis [f]. Per hoc [g] autem in monaſteriis exemptis ordinarij locorum, quo ad alia nullam ſibi credant iuriſdictionem, vel poteſtatem aliquatenus attributam.

a ¶ *Tractari.*] ſed nonne hoc eſt ius commune omnium mulierū, quòd perſonaliter non trahantur ad iudicium. ſ. eod. lib. de iudic. mulieres. ſic quòd non trahantur inuitæ: Sed iſtæ non debēt etiam volentes trahi, vt ibi, in §. cæterum. & hic.

1 Not. glo. referendo ad tex. quod ordinarij locorum poſſunt facere ſtatuta ad obſeruantiā iuris communis, exaggerādo pœnas iuris cōmunis. no. c. vt ſingulæ. de offici. archipresby. c. adminiſtratores. 21. q. 5. Docto. Fonta.

b ¶ *Demandarent.*] 1 ſ. eo. lib. de elect. vbi periculum. §. præterea. & ff. de orig. iur. l. 2. §. poſt originem.

c ¶ *Patriarchis primatibus.*] iſta ſunt nomina diuerſa, tū idem eſt officium. 99. diſt. c. 1.

ADDITIO. Archid. ſatis hic inſtat in his, repetens quod legitur. & not. 21. diſt. cleros. poſt princ. dicit autem ꝙ de illis patriarchis loquitur hic, de quibus ſ. de priuileg. antiqua. de primatibus autem habetur 18. diſt. 1. c. 75. diſt. de perſona. 3. q. 6. hæc quippe. 6. q. 4. ſi inter. 24. q. 4. ſicut excellentiam. de maior. & obed. cap. fin. de dilat. cap. fin. in antiq. Ioan. And.

d ¶ *Sua,*] auctoritate. quod eſt j. Ioan. And.

e ¶ *Clauſura.*] facienda. quod eſt j. Ioā. And.

f ¶ *Secularis.*] 23. q. 5. prodeſt. & exhibebitur non ad præiudicandum ſed ad ea quę Deo ſunt placita exequendum. ſ. de offic. ord. c. 1. in antiq. & poſſunt ad hoc compelli. 24. q. 5. adminiſtratores.

g ¶ *Per hoc.*] proteſtatio quædam. ſimile ſ. eod. lib. de elect. vbi periculum. §. præterea. & ſ. de hære. ad abolendā. in fi. ſaluo eo quod habes in cle. eo. tit. attendentes. in prin. Io. And.

DE RELIGIOSIS domibus.

Continuatio domini Heliæ.

*¶ Dictū fuit ſupra per diſcurſum titulorū præcedentium de regularibus & religioſis, qualiter obligantur religioni per tacitam vel expreſſam profeßionem, & de eorum ſtatu. Nunc videndum eſt de ipſorum domibus: ideo ad nos informandum ponitur rubrica de religioſis domibus. vel ſic: Viſum fuit ſupra de perſonis & ſtatu religioſorum tamquam de dignioribus: nunc videndum eſt de ipſorum domibus, ideo ponitur rubrica, de religioſis domibus.*

R*Eligionum.*] Iſtud cap. diuiditur in quatuor partes: In prima parte Romanus Pontifex repetens ius antiquum & ordines Mendicantes non confirmatos per Papam inquantum proceſſerunt de facto, reuocat. In ſecunda parte: ibi, *Confirmatos*: prouidet de ordinibus approbatis ꝙ profeſſores eorum poſſunt remanere loca nō vēdendo, nec aliquid innouādo. Tertio: ibi, *Sane.* dicit ꝙ iſta cōſtitutio nō extēditur ad Mendicantes, qui præceſſerūt conciliū. In quarta parte quæ incipit: ibi, *Ad hæc.* concedit perſonis ad quas iſta cōſtitutio extenditur, vt poſsint trāſire ad ordines approbatos.

Caſus litteralis domini Heliæ.

CASVS. Cum ex multitudine & diuerſitate religionum, quæ diuerſitas erat tā in modo viuendi, quàm in diuerſis habitibus, emanauit concilium generale, quod approbauit certos ordines, & reliquos reprobauit: poſtea quidam de nouo inuenerunt nouos ordines, & quidam à Papa obtinuerunt approbationem illorum ordinum, alij non obtinuerūt: Vnde Papa ſtatuit, vt illi ordines qui habuerunt approbationem Apoſtolicā, ꝙ profeſſores in illis ordinibus remanerent quam diu viuerent, ſed ꝙ nullum de nouo reciperent ad profeſsionem: & ſic illis profeſſoribus mortuis eſſet extincta illa religio. Vlterius Papa ſtatuit, ꝙ iſti non poſſent noua loca acquirere, nec alienare loca acquiſita, ſed bona eorum reſeruauit Papa ſuæ diſpoſitioni. Circa vero alios ordines non approbatos & inuentos de nouo poſt concilium, ſtatuit Papa, ꝙ profeſsi non maneant in illo ordine: ſed Papa dat eis licentiam, vt poſsint tranſire ad aliam religionem etiam laxiorē, & voluit Papa, ꝙ iſta conſtitutio non comprehenderet Prędicatores, & Minores, Carmelitas, & Auguſtinenſes: ſed vult Papa, ꝙ illi poſſint noua loca acquirere: nam longe ante iſtā conſtitutionem Prædicatores, Minores, Eremitæ, & Carmelitæ obtinuerant confirmationes ſuarum religionū: ſed erant alij Mendicātes, qui de nouo inuenerant nouū ordinem, & nondum obtinuerāt approbationem à ſede Apoſtolica: vnde iſti qui erāt recepti ad iſtos nouos ordines, non habebant facultatem recipiendi aliquem ad ſepulturā, nec prædicandi publice. Not. primo, ꝙ diuerſitas religionum inducit confuſionem. Not. ſecundo, ꝙ propter importunitatem petentiū quādoque conceduntur nō concedenda. concord. ſunt in gloſ. & pondera text. quia talis conceſſio non videtur libera, ſed extorta: quod not. pro ſtatutis quæ requirunt liberam conceſſionem: quia iſta non videtur eſſe libera. Dominicus.

# TITVLVS XVII.

## De religioſis domibus.

¶ Gregorius decimus in concilio generali Lugduneñ.

*¶ Non licet nouum ordinem vel religionem aut habitum nouæ religionis creare & aſſumere. Et reuocati ſunt ordines Mendicantium per Papam non approbati, creati poſt concilium. Dominicus.*

CAP. VNICVM.

RELIGIOnum [h] diuerſitatem nimiam [i], ne cōfuſionem induceret, generale cōcilium [k] † conſulta prohibitione vetauit†. Sed quia non ſolū importuna [l] petentium inhiatio illarum poſtmodum multiplicationem extorſit, verumetiā aliquorū præſumptuoſa [m]

† Conciliū Lateranenſe ſub Innocētio tertio cap. 13.

† Alias, vitauit.

¶ *Prima gloſ. diuidit & ſummat.*

h ¶ *Religionum.*] In prima parte repetens ius antiquū 2 ordines Mendicantes inuentos poſt concilium non confirmatos per ipſum, inquantum proceſſerunt de facto, reuocat. In ſecunda parte quæ incipit: ibi, *Confirmatos*: de approbatis prouidet, ꝙ profeſſores illorum poſsint in ipſis remanere nullū ad profeſsionem recipiendo, loca noua non emendo, & vetera non vendendo ſine licentia Apoſtolicæ ſedis: irritans contra factū, & excommunicans facientes contrarium. In tertia parte quæ incipit: ibi, *Sane.* conſtitutionem dicit ad Prædicatores & Minores non extendi propter euidentem vtilitatem ipſorum: nec ad Carmelitas vel Eremitas: quia concilium præceſſerunt. In quarta parte quę incipit ibi, *Ad hæc.* cōcedit perſonis ſingularibus ordinū, ad quos conſtitutio extenditur, vt poſsint tranſire ad ordines approbatos, ſed non conuentus ad conuentum ſine licentia Papæ. Ioan. And.

2 Gar. faciēs ſex partes, hoc ſolum ponit ꝓ prima, & tertiā diuidit in duas. Sed clericus Piſanus & Ioan. Mona. faciunt quinque, & diuidunt ſolum tertiam in duas. in prima concor. cum glo. ſed Boat. facit ſeptem partes: de ſecunda enī facit tres: ibi, ſi vero. & ibi, perſonis. & duas de tertia, vt ſupra. Ioan. And.

i ¶ *Nimiam.*] pene nil immenſum bonum. Authen. vt determinatus ſit nu. cle. in princi. collat. 1. nec in multitudine ſacrificiorum propitiatur Deus. 14. q. 5. ſcriptum. de conſec. diſt. 5. non mediocriter. Et melius eſt paucos bonos, quàm multos malos habere miniſtros. ſ. de æta. & quali. c. penult. ad idem ſ. eod. lib. de reſcrip. c. 2. cum ſuis concordan. Ioan. And.

K ¶ *Concilium.*] ſ. eod. tit. c. vltimo.

l ¶ *Importuna.*] ſ. eod. lib. de reſcrip. c. vlt. de conceſ. præben. deteſtanda. de pœn. diſt. 1. importuna. in Authen. vt differ. iudic. in principio, &c.

m ¶ *Præſumptuoſa.*] reus enim violatæ legis habetur, qui contra legem auſus fuerit ſperare quod licitum nō eſt. C. de peti. bon. ſub. l. 1. in princip. lib. 10. contra legem autem eſt abſque licentia principis nouum ordinem vel collegium 3 inſtituere, vt in prædicto c. & ſ. eod. c. vlt. ff. de col. illic. l. 1. & 3.

3 An autem ſcribendo illi tanquam collegio videatur illud approbare, vide Felinū in Rubrica procemij Gregoriani.

a ¶ *Repetita.*]

temeritas diuerſorum ordinū præcipue Mendicantium (quorum nondum approbationis meruere principium) effrænatam quaſi multitudinē adinuenit: repetita [a] conſtitutione diſtrictius inhibentes, ne aliquis decætero nouū ordinem, aut religionem adinueniat, vel habitum [b] nouæ religionis aſſumat: Cunctas † affatim [c] religiones & ordines Mendicantes [d] poſt dictū concilium adinuentos, qui nullā confirmationē ſedis Apoſtolicæ meruerūt, perpetuæ prohibitioni ſubiicimus, & quatenus proceſſerant † [e], reuocamus.

*¶ Religioſi Mendicantes per Papam poſt concilium approbati & inſtituti, non poſſunt aliquem ad profeſſionem recipere, domum vel locum de nouo acquirere, nec acquiſita ſine licentia alienare, nec extraneis prædicare, confeſſiones eorum audire, vel ad ſepulturam admittere. Et contra factum non tenet: & contra faciens excommunicatus eſt. hoc dicit. Domin.*

¶ Confirmatos autem per ſedem eandem, poſt idem tamen concilium inſtitutos, quibus ad congruam ſuſtentationem redditus aut poſſeſſiones habere profeſſio [f] ſiue regula quælibet interdicunt, ſed per queſtū publicum [g] tribuere victum ſolet incerta mendicitas, modo decernimus ſubſiſtere [h] infraſcripto: vt videlicet profeſſoribus eorundem ordinum ita liceat in illis remanere ſi velint [i], quod nullum deinceps ad eorum profeſſionem [k] admittant [l], nec de nouo domum [m] vel aliquem locum acquirant, nec domos ſeu loca [n] quæ habent alienare valeant ſine ſedis eiuſdem licentia ſpeciali. Nos enim ea diſpoſitioni ſedis Apoſtolicæ reſeruamus in terræ ſanctæ ſubſidium, vel pauperum, vel alios pios vſus per locorum ordinarios [o], vel eos, quibus ſedes ipſa commiſerit, conuertenda. Si verò ſecus præſumptum fuerit: nec perſonarum receptio [p], nec domorum vel locorum acquiſitio, aut ipſorum, cæterorumque [q] bonorum alienatio valeat: & nihilominus contrariū facientes ſententiam excommunicationis incurrant. Perſonis quoque ipſorū ordinum omnino interdicimus quo ad extraneos prædicationis & audiendæ confeſſionis officium, aut † etiam ſepulturam [r].

*¶ Reuocatio ordinum Mendicantium, Prædicatores, Minores, Eremitanos, & Carmelitas non comprehendit. hoc dicit. Dominicus.*

¶ Sane ad prædicatorum, & Minorum ordines [s] (quos euidens ex eis vtilitas eccleſiæ vniuerſali proueniens perhibet approbatos) præſentem nō patimur cōſtitutionem extendi. Cæterum Eremitarum ſancti Auguſtini & Carmelitarum ordines, quorum inſtitutio dictū

a ¶ *Repetita.*] ſic C.de epiſ.& cleri.repetita.C.de emen. Iuſti. C. l.1. in medio.

b ¶ *Habitum.*] hoc intellige in pluribus ſimul in eodem collegio habitantibus, & eandem religionem profitentibus: aliàs ſingularis perſona ſectas non inueniens: & ſeorſum habitans, nouum habitum inducere ſibi poſſet. 41.diſt. parſimoniā.

c ¶ *Affatim.*] id eſt generaliter [Alleg. Guli. 23.diſt. præterea. in fin. & hymnum, Primo dierum omnium, & Summe Deus clementiæ. Eius ſignificatio patet in his verſibus.]

*Si dicas affatim, tūc ſignificabis abunde:*
*Affatim dicens, facunde ſignificabis.*

ADDITIO. Dicunt deriuatores, ꝙ primum debet ſcribi per vnum f. & vltima littera n. ſecundum per duplex ff. & vltima littera m. & addunt verſum:

*Eſt afatos primi caput, affatuſque ſecundi.* Ioan. And.

† In antiquioribus codicib⁹ vt plurimum legitur ita: Cūctos affatim religiones, & ordines, &c. quidam manuſcript⁹ habet ita: Cūctos affatim religioſos, & ordines Mendicātium, &c.

d ¶ *Mendicantes.*] reprobatur mendicitas. 93. diſtinctio. diaconi. vlti. licet paupertas [1] non ſit de genere malorum. 15.q.1.illa. in fiñ.

† Aliàs, pro ceſſerunt.

1 Qualiter paupertas ſit bona, vel mala, vide beatum Thomā li.2.contra Gētiles. cap. 133.

e ¶ *Proceſſerant.*] de facto.

f ¶ *Profeſſio.*] id eſt, religio vel regula quam profitentur. vnde quod ſequitur, venit expoſitiue: & hæc ſunt reperire in Minoribus & Prædicatoribus. ſ. de exceſ. præla. nimis 2.

g ¶ *Publicum.*] id eſt, publice faciendū. ad idē de men. vali. l. vnica. li. 11. habent igitur eleemoſynas quærere vnde viuant: quia certos redditus vel poſſeſsiones non habent, vnde ſequitur incerta mendicitās.

h ¶ *Subſiſtere.*] Aliàs ſubſidere.

i ¶ *Si velint.*] quaſi ad religionem aliam tranſire poterunt, vt in fin.c. dicitur, ad ſeculum non poterunt redire. ſecundum Guli. ad hoc ſ.tit.2.non ſolum.& c. conſtitutionem.

k ¶ *Profeſſionem.*] hic habes ꝙ Papa per ſuam prohibitionem poteſt inualidare profeſsionem factam in religione, vide Hoſti. de regular. quia in inſulis. in antiq. Domi.

l ¶ *Admittant.*] & ſic deſinent in ſe ipſis. in Auth. vt deter. ſit nu. cler. §. ſancimus igitur. colla.1.

ADDITIO. Alleg. etiam Guli. in Auth. coll.3. de menſu. ordi. cle. §. ſancimus. Qui dicit, ꝙ ne eccleſia videatur laqueum iniecisſe: ex quo fuerant confirmati, omnes in vnum ordinem conflari debuiſſent, vt ſic non exterminaret qđ fecerat: ſubdit ꝙ hoc aliàs factum fuit: puto ꝙ loquatur de ordine Eremitarum ſancti Auguſtini, qui ex pluribus ordinibus factus fuit. Ioa. And.

¶ *Glo. ſeq. ſoluit duo dubia.*

m ¶ *Domum.*] veterem eccleſiam bene poterunt reficere. ſ. de Iudæ. c. Iudæi. & c. conſuluit. & ſi legetur eis domus vt vendant, bene poterunt recipere [2]: ex eleemoſynis enim viuere debent: quia ex quo non debet apud eos remanere, nō dicitur ad eos veniſſe, quia non dicitur verſum, &c. ff. de in rem ver. ſi pro patre [§. verſum. ad idem ſ. de verbo. ſig. nam & ego] ſecundum Guli. & Gar.

2 Vide Alexandrum in l. apud Iulianum. §. cō ſtat. ff. de lega. l. Baldum in l. cōqueſtio. C. de legat. & Abbatē & Deciūin c. in pſentia. extra de probation.

ADDITIO. vide quod ipſe Guli. not. generaliter de Mendicātibus in Specu. eo. tit. §. 1. ver. 3. & verſi. 4. & quod ſcripſi poſt Innoc. & Hoſt. de proba. in præſentia. ſuper ver. minor annis. & de hoc per Cynum C. de epiſc. & cleri. Deo nobis. in vlti. q. de fratribus Minoribus dic vt in conſti. Nicolai. Exiit. §. ad hæc cum fratres. de ver. ſig. lib. 6. & in cle. exiui. eo. tit. §. cupientes. Ioan. And.

n ¶ *Loca.*] profana de aliis non erat dubium. ſ. de rerum permut. mancipia. Inſtit. de rerum diui. §. ſacra.

o ¶ *Ordinarios.*] nec ordinarij hoc poterūt ſine ſpeciali Papæ mādato vel licentia, per id quod ſ. dixi in text. ibi, diſpoſititioni ſedis Apoſtolicæ.

*¶ Viſitator recipere poteſt procurationem in pecunia, volentibus viſitatis: Sed vna die vltra vnam procurationem non recipiet, licet plura viſitauerit loca. hoc dicit. Dominicus.*

CAP. III.

a ¶ *Exigere.*] id eſt, ab inuito extorquere. ff. de leg. 3. fideicommiſſa. §, ſi rem.

b ¶ *Pecuniam.*] ſecundum Innoc. 1. Hoſt. Guil. & Gar. pro vecturis & ferratu is equorum pecuniam exigere poſſunt, ſi indigeant.

1 Bene tenuit hic Inno. in c. ꝓcurationes. eo. tit. vt ibi ſciā pſi ſup ver. ꝓcurationū ſed ipſe intẽdit de ea parte q̃ de delegatis & nūtiis loquitur. Io. And.

ADDITIO. Si intelligas de indigentia per quam impediretur viſitatio, vera ſit gloſſ. de regulis iuris. quod non eſt. in antiq. Ioan. And.

¶ *Glo. ſeq. recitetur per obiectionem.*

c ¶ *Volente.*] quod dic vt j. cap. proxi. Not. caſum ſpecialem in quo parificātur iſta duo exigere, & à volente recipere. ſic s̃. eod. lib. de reſcrip. ſtatutum. §. inſuper. cum §. ſeq. ſic C. lib. 12. publicæ lætitiæ vel conſulum nuntia. l. vnica. in fin. cum aliàs ſæpius ſit licitum recipere quod non licet exigere. 18. diſtin. de eulogiis. de ſimo. dilectus. ff. de va. & extraor. cog. l. 2. §. eſt quidem.

† In veteri exemplari deeſt, ſētiāt, Et abeſſe oportere indicat gloſſa. hic in verbo interdictū.

¶ *Glo. ſeq. recitetur per quæſtionẽ & opinionẽ.*

d ¶ *Munera.*] conſulte facit viſitans ſi ab omni munere ſe abſtinet. 1. q. 1. ſunt nonnulli. & s̃. eod. tit. c. proxi. §. pen. Credit tamen Gar. ꝙ ſi modicum eſculentum vel peculentum recipiat 2, ꝙ non ſit veriſimile quòd aliquem moueat: vel donantem pauperiorem faciat, non habet locum pœna. arg. de ſimo. & ſi quæſtiones. ff. de offi. præſi. l. plebiſcito. quia talia nō trahuntur ad munera. ff. de offi. procu. l. ſolent. ad finem. ad hoc. s̃ de dona. inter vir. & vxo. cap. vlt. s̃. eo. de reſcri. ſtatutū. §. inſuper.

2 Exportandū non tunc edendū, vel bibendum: quia nō eſſet dubitatio cū tunc procuretur, puta ſi portet aliquos capones, caſeos vel flaſcos vini bene facit, ſi etiā abſtinet, & vide qd̄ dixi ſupra c. proxi. §. caueāt. ſup verſ. qd̄ cunque Io. And.

e ¶ *Officio.*] quod qualiter exercere debeat, colligitur. 10. q. 1. placuit. s̃. cap. proxi. & §. ſane.

f ¶ *Non impenſo.*] ille, cui ex ordinaria poteſtate competit viſitare, impeditus per aliū viſitare poteſt: & ille viſitans procurabitur, non ille qui commiſit. quod dic vt s̃. de officio ord. ſi ep̄s. eod. lib.

g ¶ *Aliud.*] 14. q. 3. plerique. de ſimo. intantum.

h ¶ *Duplum.*] 23. q. 1. militare. 18. diſt. quoniam. 1. q. 1. concuſſionis. & c. ſequen.

i ¶ *Teneantur.*] ſaluo eo quod dicitur. j. proxi. [Et vide quod ibi not. in 1. glo.] & tenetur etiam familia de eo quod percepit: & ipſe epiſcopus tenetur de facto ipſorum. 76. diſt. an pi:atis. s̃. eod. li. de elect. generali. §. vlt.

k ¶ *Extunc.*] elapſo menſe.

¶ *Glo. ſeq. ſoluit duo dubia.*

l ¶ *Interdictum.*] nouerint: quod eſt. j. à tali pœna incipit cū iſtis maioribus: vt s̃. eo. lib. de offi. deleg. cap. 2. & ſi durante interdicto iſti moriantur, non ſepeliuntur in cœmiterio: & ſi interim celebrent in eccleſia in ſuo officio ſicut prius, irregulares efficiuntur: vt j. de ſent. excom. is cui.

m ¶ *Inferiores.*] & ſic magis punitur minor, quàm maior. de quo dic vt 40. diſt. homo chriſtianus. & s̃. de iureiur. cum quidam.

n ¶ *Suſpenſos.*] ſi interim celebrent vt prius, ſunt irregulares: nec poterunt ab alio quàm à Papa abſolui. s̃. de re iudi. cum æterni. j. de ſenten. excom. cum medicinalis.

o ¶ *Quouſque.*] ergo facta reſtitutione ſtatim ſunt abſoluti ſine alia ſententia abſolutionis. 81. diſt. ſi qui. cum ſuis concor. de ſponſa. non eſt. in antiq.

ADDITIO. Propter dubium ſatisdationis facienda eſſet declaratio. & vide quod not. in cle. de deci. capit. 1. ad fi. in glo. ſic ſuſpenſi. Ioan. And.

¶ *Glo. ſeq. recitetur per obiectionẽ, & ſolutionẽ, & remiſſionẽ.*

p ¶ *Valitura.*] Not. caſum vbi rem meam vel mihi debitam remittere non poſſum licet nil ſit tam naturale, quàm voluntate domini rem ſuam in alium transferri. inſti. de re. di. §. per traditionẽ. & de hoc dic vt dixi, s̃. eod. lib. de reſcrip. ſtatutum. §. ſi quid autẽ.

F*Elicis.*] Sunt quatuor dicta: Primo recitat ius antiquum: Secūdo: ibi, *Verum.* illud tẽperat in parte ſecunda: Tertio: ibi, *Adiicientes.* addit & declarat: Quarto: ibi, *Cætera.* in reliquis ius antiquum conſeruat. Ioan. And. procuratio poteſt licite recipi in pecunia, ſed non exigi. hoc dicit. Et ſic per iſtud cap. eſt correctum cap. præcedens.

FElicis [q] † recordatiōis Gregorius Papa x. prædeceſſor noſter prohibuit in concilio Lugduneñ. [r] ne aliqui [s] ob procurationem ſibi ratione viſitationis debitam exigere [t] pecuniam præſumerent, vel etiam recipere à volente [v]. Verū quoniam rerum experientia [x] nos inſtruxit, ex hoc tam perſonis viſitantibus, quàm locis & eccleſiis viſitatis multa incōmodorum diſpendia [y] prouenire: concedimus [z], vt Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & alij quibus ex officio [a] cōpetit viſitare, à volētibus eccleſiarum, & locorum viſitatorum rectoribus ſeu perſonis, pecuniam licite recipere valeant pro ſumptibus moderatis faciendis in victualibus, diebus quibus viſitationis officium perſonaliter exercebunt: Adiicientes, quod non liceat viſitanti niſi vnam procurationem recipere vna die, ſiue vnum locum ſolum viſitauerit ſiue plura †: etiam ſi locus quilibet viſitatus ab illo ſufficeret ad procurationẽ integram perſoluendam [b]: cum ci-

† Vide concilium Trident. ſeſſio. 24. de reformat. ca. 3. §. Sit tamen in optione eorum.

CASVS. Dictum fuit s̃. cap. proxi. quod habens viſitare, poteſt à locis viſitatis recipere procurationem in victualibus, ſed non in pecunia, etiam à volentibus ſoluere in pecunia: Sed vtrum iſtud ſit verum indiſtincte? Rñdet Romanus pontifex dicens, quòd illa conſtitutio vertebatur in grande detrimentum prælatorum; & etiam ſoluentium procurationem: ideo ſtatuit, vt ſiquis velit conuenire cum prælato, poterit vt pro procuratione recipiat aliquam certā pecuniam: ſed ſi velit procurare prælatum viſitantem, non tenebitur dare pecuniam. & quo ad cætera remanet cap. præcedēs incorrectum. Veruntamen dicit Romanus pōtifex, quòd ſi ep̄s velit viſitare vna die plura loca, poteſt: ſed non exiget niſi vnam ſolā procurationem: ſed hodie prælati habent diſpenſationem à Papa viſitādi plura loca vna die: & à qualibet recipere integrā procurationẽ; & iſta prohibitio cum ſit à iure poſitiuo, potuit tolli per contrariam diſpẽſationem: licet non deberet fieri ſine iuſta cauſa. Not. primo quòd Papa eſt ille, qui facit conſtitutiones in concilio. Not. ſecundo quòd quandoque ex antiqua conſtitutione inducitur incommodum: ſed illa cōſtitutio debet mutari. ad hoc de conſangui. & affi. non debet. in antiq. Dominicus.

† Per hunc textum nota prouiſionem ꝓ exercitio diei aſſignatam, non multiplicari, quāquam vno die facias ꝙ alius faciendo occuparet duos

¶ *Prima glo. dicit vnde ſit ſumpta.*

q ¶ *Felicis.*] Ortum habuit ab his, quæ not. Guil. ſupra cap. proxime; vbi dicebat ſe à domino Gregorio audiuiſſe, de mẽte ſua fuiſſe quod hic ſtatuitur.

ADDITIO. Et quomodo reuoluebat litteram, vt hunc ſaperet intellectum, vide ibi ſuper verbo, non impenſo.

r ¶ *Lugdunen.*] s̃. cap. proxi.

ſ ¶ *Aliqui.*] Inno. iij. 3 in archiepiſcopis prohibuerat principaliter: & demum ad omnes extenderat. s̃. c. 1.

3 Legendū hic videtur Innoc. iij. cuius eſt c. 1. hic citatū à gloſſa. in manuſcripto exemplari [illegible] legitur: [illegible]

t ¶ *Exigere.*] circa hoc nil corrigitur vel mutatur.

u ¶ *A volente.*] hoc eſt quod infra recipit mutationem.

x ¶ *Experientia.*] ſic s̃. eod. lib. de elect. quàm ſit. cum ſuis concor.

y ¶ *Diſpendia.*] presbyter ruralis, qui non habent niſi vnum garſ, ſæpe forte ſine manutergio, & vnicum lectulum: quomodo procurabit, & hoſpitabit ep̄m, cum nec forte domus ſufficiat, poſito ꝙ abundarent reliqua: & ep̄s quomodo in vili domo manebit 4? Vtilis ergo fuit hæc conſtitutio, quæ tollit hæc diſpendia.

4 Portatio etiā victualium ad locum, competentem eſſet oneroſa. Io. And.

¶ *Glo. ſeq. oſtendit quomodo ius antiquum renouatum eſt.*

z ¶ *Concedimus.*] hic O, releuauit ad A, id eſt, extremitas ad principium. 35. diſt. ab exordio. Olim enim ab iis qui procurationem victualium parare debebant inuitis procuratio in pecunia exigi non poterat. 10. q. 1. relata. ſed volentibus bene poterat in pecunia recipi, & certa ſumma taxari. 10. q. 3. relatum. idem eſt hodie per hanc decre. & eſt æquiſsimum, vt dixi in proxi. glo.

a ¶ *Officio.*] ſatis hoc puto locum habere non ſolum in ordinario officio, ſed etiam delegationis: cum vtrobique eadem ſit ratio. non obſtat quod j. dicitur, perſonaliter: quia intelligo ꝙ cūm perſonaliter viſitant, pro ſuis victualibus à viſitatis pecuniā recipiāt: cum autem per alios, non ipſi ſed illi victualia vel pecuniam pro eis recipient: vt s̃. eo. lib. de offi. ord. ſi epiſcopus.

b ¶ *Perſoluendam.*] aliàs enim poſſet totam ciuitatem vna die viſitare: & tot procurationes recipere quot ibi eſſent eccleſiæ, quod eſſet

eſſet abſurdum.[Et eſſet acceſſorium maius principali: vt dixi in text.] Numerus ergo procurationum non excedat numerum dierum.ſ.eod.procurationes.

a ¶ *Cætera vero.*] ſcilicet circa exactiones ſtatuta:& circa procurationes etiam in victualibus non recipiendis à locis non viſitatis: & circa munera nō recipiēda à viſitantibus, vel eorum famulis cum pœnis ſuperius ſtatutis.

dem ſufficere debeat, vt temporalia metat à locis perſonaliter viſitatis, pro diebus quibus eis ſpiritualia ſubminiſtrat. Cætera [a] vero in eiuſdem prædeceſſoris conſtitutione contenta, in ſuo volumus robore perdurare.

¶ Idem.

¶ *Si vniuerſitas vel ſingularis perſona eccleſias vel eccleſiaſticas perſonas compulerit ſoluere pedagia, vel guidagia, vel exactiones pro rebus ſuis quas cauſa negotiationis non deferunt, vel pro perſonis: ſingulares ſunt excommunicati, & vniuerſitas interdicta: nec prodeſt contraria conſuetudo. Clericus hoc addit, quòd diœceſani quibus conſtat aliquos has ſententias incidiſſe, illos publicare debent, & ipſas ſententias facere obſeruari. eod. tit. præſenti. Ioan. And.*

## CAP. IIII.

Qvamquam [b] † pedagiorum [c] exactiones tam iure canonico [d], quàm ciuili [e] regulariter merito ſint damnatæ †, tanto tamen diſtrictius ne ab eccleſiis & perſonis eccleſiaſticis talia exigantur, prohiberi oportet, quanto ſi id fiat, maioris [f] inde tranſgreſſionis reatus incurritur, & offenſa euidētior comprobatur. ¶ Cum igitur eccleſiæ, eccleſiaſticæque perſonæ, ac res † ipſarum [g] non ſolum iure humano [h], quinimo & diuino [i], à ſeculariū perſonarum exactionibus ſint immunes: conſtitutionem [k] felicis recordationis Alexādri Papæ quarti prædeceſſoris noſtri (qui ſtatuit eccleſias & perſonas eccleſiaſticas ad pedagia & guidagia penitus non teneri, nec ad exhibendum vel ſoluēdum talia pro rebus ſuis propriis, quas non cauſa negotiandi [l] deferunt, vel deferri faciūt ſeu tranſmittunt: Volētes propter multorum inſolentiam & abuſum pœnæ adminiculo adiuuare, [m] adiicimus diſtrictius inhibendo (contraria conſuetudine [n] quorumcunque, quæ dicenda eſt corruptela verius, nō obſtante) vt nec collegium [o], nec vniuerſitas: nec aliqua etiā ſingularis perſona cuiuſcūque ſit dignitatis, conditionis, aut ſtatus, à præfatis eccleſiis, aut perſonis, pro perſonis ipſis aut rebus prædictis [p] talia exigat, vel extorqueat, per ſe vel per alium [q], ſuo nomine vel etiam alieno [r], aut eas ad huiuſmodi perſoluenda compellat. ¶ Qui vero contra fecerint, ſi perſonę fuerint ſingulares [s], excommunicationis: ſi autem collegium, vel vniuerſitas [t] ciuitatis, caſtri, ſeu loci alterius cuiuſcunque, ipſa ciuitas, caſtrum, vel locus interdicti ſententias ipſo facto incurrant; nec ab excommunicatione huiuſmodi abſolutionem, vel interdicti relaxationē obtineant, donec exacta plenarie reſtituerint †, & de trāſgreſſione ſatisfecerint [v] competenter.

¶ Idem.

¶ *Archiepiſcopus viſitare poteſt prouinciam, ac etiam iterare, licet ſuffraganei non ſint negligentes: & tunc confeſſiones omnium audire, abſoluere, & pœnitentias imponere. hoc dicit. Dominicus.*

Qvamquam.] Primo ponit exordium: ſecundo prohibitionē: ibi, *Cum igitur.* Tertio pœnas trāſgreſſorum: ibi, *Qui vero.* Et hæc decret. plenius prouidet quàm Alexandrina. ca. quia nonnulli. infra de immunitate eccle. prouidiſſet: vt ibi dicam in princ. Ioan.

Pro intellectu huius cap. eſt præſupponendū quid ſit pedagium & guidagium: de quo in glo. in c. ſuper quibuſdam. de verborum ſigni fi. in anti. Vnde ſciendū ꝙ pedagium dicitur illud tributum, quod ſoluitur pro reb⁹ quæ trāſferuntur de vno loco ad alium: & in iure vocatur vectigal. Guidagium vero dicitur illud tributum, quod datur pro ſalariādis hominibus, qui ſecure conducunt trāſeuntes extra loca perículoſa.

CASVS. Certum eſt ꝙ tam conſtitutione diuina quàm humana clerici, eccleſiæ, & res clericorum ſunt exemptæ, & immunes à præſtatione exactionum, & tributorum, quæ conſueuerunt præſtari per homines ſeculares: Sed ponamus ꝙ aliquis fecit contrarium: quia contra talē prohibitionem, quæ eſt tam à iure diuino, ciuili, quàm canonico, fecit indebitam exactionem, & compulit clericos ad ſoluendū pedagia, guidagia, & alias exactiones pro ſe vel pro reb⁹ ſuis: quæritur, qua pœna veniat puniendus? Rñdet ꝙ ſi ſit perſona ſingularis, quæ fecit iſtas exactiones: tūc ipſo facto incurrit ſententiam excōicationis: ſi aūt ſit vniuerſitas vel collegium, puta cōitas vel vniuerſitas ſcabinorum alicuius ciuitatis, tunc illa vniuerſitas eſt ſuppoſita interdicto eccleſiaſtico: non autē incurrit excōicationem. Hodie autē emanauit cle. præſenti. eod. tit. quæ pręcipit epīs & aliis locorū ordinariis, vt ipſi publicent iſtas pœnas & ſentētias: & præcipit illis ſub pœna excōicationis, ne ſint remiſſi in publicādis iſtis pœnis. Not. ꝙ ſi clerici transferant perſonas ſuas de loco ad locum, licet faciant cauſa negotiationis: tñ pro perſona ſua nō tenētur ſoluere exactiones vel alia tributa: nec etiam ſi transferant res beneficiorum. Sed ſi transferant fructus patrimoniales cauſa negotiationis, tenentur ſoluere pedagia & alias exactiones: ſecus ſi neceſſitate ſua: quia tunc non tenerentur ſoluere pedagia neque alia tributa.

b ¶ *Quamquam.*] Si vniuerſitas vel ſingularis perſona eccleſias vel eccleſiaſticas perſonas compulerit ſoluere pedagia, vel guidagia, vel exactiones pro rebus ſuis quas cauſa negotiationis nō deferunt, vel pro perſonis: ſingulares ſunt excommunicati, & vniuerſitas interdicta: nec prodeſt contraria conſuetudo. Clericus hoc addit, quòd diœceſani quibus conſtat aliquos has ſententias incidiſſe, illos publicare debent, & ipſas ſententias facere obſeruari. eod. tit. præſenti. Ioan. And.

c ¶ *Pedagiorum.*] quid ſint guidagia, & quid pedagia, vide ſ. de verb. ſign. ſuper quibuſdam.

d ¶ *Canonico.*] prædicta decre. ſuper quibuſdam.

e ¶ *Ciuili.*] C. vect. noua inſtit. non poſ. l. non ſolent. C. de ſacroſanc. eccle. l. placet.

ADDITIO. 16. q. 1. c. generaliter. §. placet. aliàs ſub §. nouarum. Ioan. And.

f ¶ *Maioris.*] ſcilicet q̃ ſi exigantur à laicis [Idē Archidiaconus.]

g ¶ *Ipſarum.*] ſcilicet eccleſiarum & eccleſiaſticarum perſonarum: nā res clericorum eodem priuilegio gaudēt, quo res eccleſiarum: vt 16. q. 1. ſimiliter. & rationē ibi not. Ioan. & Ber. ſ. de pigno. ex litteris. in glo. penul. nec eſt illud vniuerſaliter verum: vt not. Ioa. 15. q. 4. cap. 1.

h ¶ *Humano.*] poſitiuo: vt dictum eſt ſ.

i ¶ *Diuino.*] legitur Ge. 47. vltra mediū. Subiecit Ioſeph omnē terrā Aegypti Pharaoni, & cūctos populos eius à nouiſsimis terminis Aegypti vſque ad fines eius præter terram ſacerdotum. & ſequitur ſic: ex eo tempore vſque in præſentem diem in vniuerſa terra Aegypti, quinta pars regib⁹ ſoluitur: & factum eſt quaſi in legem præter terram ſacerdotalem, quæ libera ab hac conditione fuit. Item Eſdræ 1. vij. vltra medium, vbi dixit rex Artaxerxes ſuis miniſtris: vobis quoque notum facimus de vniuerſis ſacerdotibus & Leuitis, cantorib⁹, & ianitoribus & miniſtris domus Dei: vt vectigal & tributū & annonas non habeatis poteſtatem imponendi ſuper eos. & concordat ad hoc ſ. de immu. eccl. non minus. 1 Eſdræ 1.

k ¶ *Conſtitutionē.*] quā habes. j. de immu. eccl. cap. 1. & pro parte eius mentē vide hic deciſā.

l ¶ *Negotiandi.*] ad hoc de vi. & ho. cle. c. vlti. Et not. in iis quæ negotiationis cauſa portātur, nō in propriis, vel in iis quę portāt, ad vtilitatē fiſci ſoluunt exactiones iſtæ. C. de vect. & cōmiſ. l. vniuerſi.

m ¶ *Adiuuare.*] ſ. eod. exigit. in princ.

n ¶ *Conſuetudine.*] ad idem. ſ. eo. tit. & lib. Romana. §. procurationes. ſ. de capel. mona. cap. vnico. cum ſimili.

o ¶ *Collegium.*] ex quibus hæc cognoſcantur: vt not. ſ. de exceſ. præla. dilecta.

p ¶ *Prædictis.*] propriis ſcilicet, quas cauſa negotiationis non deferunt.

q ¶ *Per Alium.*] j. de reg. iur. qui per alium.

r ¶ *Alieno.*] 47. diſt. ſicut non ſuo. j. de reg. iur. quod alicui.

¶ *Glo. duæ ſeq. recitari poſſunt per duas quæſtiones.*

ſ ¶ *Singulares.*] etiam epī: quia decre. quia periculoſum. de ſentētiis ſuſpenſionum & interdicti loquitur [Idem Archidiaconus.]

t ¶ *Vniuerſitas.*] in collegiū enim vel vniuerſitatē excōmunicationis ſententia proferri non debet. j. de ſententia excōicationis. Romana. §. in vniuerſitatem. vbi de hoc. & intelligo hoc etiā de vniuerſitate vel collegio eccleſiaſtico [Idem Io. Mo. & Archid.] vt ſ. de perſonis dixit in proxima. glo. & facit. ff. ſi ſer. vendi. l. altius. & de nat. ex lib. ven. c. vnico. de deci. quamuis. in antiq.

u ¶ *Satisfecerint.*] ad inſtar excōmunicati pro manifeſta offenſa. ſ. de

† Vide concilium Lateran. ſub Alexādro iij. c. 22. & concilium Tridēti. ſeſſio. 25. de reforma. c. 20.

† Ergo eas faciens probabit hoc ſibi licere. infra c. 2. de immu. eccle. l. 1. C. vecti. nor. Domin. & Philippus.

† Non patrimoniales Philip. cum glo. ipſarū. in fine, per glo. in d. l. 1. Lod. Ro. in l. ſi publicanus. §. de rebus. ff. de publ. Fonta.

† Per iſtam copulatiuā notant doctores non ſufficere reſtitutionem (quæ cui fieri debeat dic vt Domi. hic,) ſed requiritur etiam pœnitentia. c. ſicut dignum. de homi. ad hoc de hæret. quicunque. in fin. Fontanus.

s̃.de verbo.ſignifi.ex parte.1.& c.ſeq.j̃.de ſen.excom.ſolet.&c. venerabilibus.

PErpetuo declaramus.] Sũt duę partes.Sec̃da:ibi,*Poteſt etiã.* Et prima ponit dictũ de viſitatione,iteratione, & procuratione.Secunda vitiat conſuetudinem contrariam: ibi, *Conſuetudine.*

CAP. V.

PErpetuo [a] † declaramus edicto archiepiſcopũ poſſe ſecundum tenorem conſtitutionis [b] felicis recordationis Innocentij Papæ quarti prędeceſſoris noſtri ſuper hoc editæ, ſuam prouinciam viſitare libere, licet non ſint eius ſuffraganei neglıgentes [c],& iterare [d] viſitationem eãdem:ac procurationes à locis recipere viſitatis. Conſuetudine (ſi qua forſan ab ipſis ſuffraganeis, vel ab aliis [e] allegetur) præmiſſis [f] contraria non obſtante [g]. ¶Poteſt etiam idem archiepiſcopus dum viſitat, confeſsiones ſubditorum ſuffraganeorum audire, ac † abſoluere [h] confitentes, & ipſis pœnitentias iniungere ſalutares [i].

CASVS. Dictum fuit s̃. eod. tit. & lib. c. 1. ꝙ archiepiſcopus non ſolum poteſt viſitare totã ſuã diœceſim, ſed etiã ſuam prouinciam, id eſt, diœceſes ſuorum ſuffraganeorum: vtrum iſtud ſit indiſtincte verum, etiam ſi epiſcopi adhibeant diligentiam in viſitando ſuas diœceſes? Reſpõdet Romanus Pontifex ꝙ ſic: & dicit, ꝙ licet epiſcopi non ſint negligentes in viſitandis ſuis diœceſibus: tñ nihilominus poterit archiepiſcopus illas diœceſes ſuffraganeorum ſuorum viſitare: & non ſolum ſemel, ſed pluries, & iterare ſecundum quod dictum fuit s̃. eod. in c. 1. Sed vtrum archiepiſcopus viſitando prouinciam ſuam poſsit audire confeſsionem ſubditorum ſuorum ſuffraganeorum,& ipſis confeſsionibus auditis imponere pœnitentiam ſalutarem? Reſpondet ꝙ ſic. Et iſte eſt vnus caſus in quo archiepiſcopus habet iuriſdictionem in ſubditos ſuorum ſuffraganeorum: alios caſus habes in c.paſtoralis.de offi.ord.in anti. Not.primo ꝙ ille dicitur libere exercere actum, qui poteſt alterius negligentia non expectata.Nota ſecundo caſum,in quo archiepiſcopus habet iuriſdictionem in ſubditos ſuorum ſuffraganeorum, videlicet quo ad forum pœnitentiale:ſed tamẽ hæc poteſtas eſt limitata ad certum tempus.Domi.

† Vide concilium Trid. ſeſſio. 24.de reforma. ca. 3.§.A metropolitanis vero.vndeintelliges qualiter hodie ꝓcedat diſpoſitio huius cap.

† Notá argumentãdo ex ordine literę,ꝙ cõfeſſor debet abſoluere confitentem, & poſtea ſibi imponere pęnitentiã. Et ſic eſt hic text. contra glo.in verbo audire,ĩ clemen.dudum de ſepultu.

¶ *Prima gloſſ dicit quid declaret,& corrigit.*

a ¶ *Perpetuo.*] Emanauit ad declarationem decret.s̃.eod. Romanam.& correctionem eorum quæ ibi not. Ber. & s̃. eod. nuper. & ſupra dé accuſat.ſicut olim.

ADDITIO.Et Ioan.9. q.2. nullus primas. & facit eadem cauſa & q.vlt.§.vlt.Ioan.And.

b ¶ *Conſtitutionis.*] s̃.eod.c.1.

c ¶ *Negligentes.*] cõtrarium not.Ber.in prædictis locis: ſed aliud eſt viſitare,aliud de criminibus inquirere,vt dixi s̃.c.1.

d ¶ *Et iterare.*] repete,ſecundum conſtitutionem,&c.quod eſt s̃. & idem repetas in proxi.ver.

e ¶ *Ab alijs.*] puta ſubditis ſuffraganeorum.

f ¶ *Præmiſsis.*] viſitationi,iterationi,& procurationi.

g ¶ *Obſtante.*] ad idem.s̃.c.proxi.cum ſuis concor.

¶ *Gloſſa ſequens dat vnum ſimile;de alijs remittit.*

h ¶ *Abſoluere.*] Nota caſum in quo archiepiſcopus in ſubditos ſuffraganeorum iuriſdictionem habet. Item per totam prouinciam dat litteras indulgentiarum.s̃. de pœnit.& remiſ. noſtro. alios caſus habes 9.q.3.in ſumma.s̃.de offic.ordi.paſtoralis.

i ¶ *Salutares.*] non nimium auſteras.26.q.7. alligant. & in eis imponendis conſideret quæ leguntur de pœnit. diſt. 5. conſideret. & s̃.de homi.ſicut dignum.

DE CONSECRATIONE ECCLEſiæ vel altaris.

¶ *Viſum eſt ſupra de cenſibus; ſed quia in conſecratione eccleſiæ ſolent dari immunitates, & cenſus imponi: ideo poſt rubricam præcedentem ſubijcit iſtam.*

SI eccleſiam.] Determinat quatuor caſus. Secundus: ibi,*Secus.*Tertius:ibi,*Nõ ſic.*Quartus:ibi, *Non vnũ.* Ioan.And.

CASVS. Certum eſt quòd ſi quis per iniuriã alium verberet in eccleſia,& effundatur ſanguis in eccleſia: item ſi effundatur ſemen hominis: quòd eccleſia eſt cenſenda polluta. Sed quid dé cœmiterio, ponamus quòd eccleſia aliqua fuit polluta: eſt aliquod cœmiterium prope eccleſiam: vtrum fuerit cœmiterium pollutum? Reſpondet quòd ſic: quia eſt acceſſorium ad eccleſiam: & ideo antequam cœmiterium illud fuerit reconciliatum, non debet in eo aliquis ſepeliri. Sed quid econtra,cœmiterium aliquod fuit pollutum: vtrum eccleſia q̃ eſt iuxta cœmiterium eſt polluta? Rñdet quòd nõ: quia eccleſia nõ eſt acceſſorium ad cœmiterium: & maius dignum non trahitur ad minus dignum. Sed quid, ponamus retento priori themate, ꝙ aliquod cœmiterium fuit pollutum: eſt aliud cœmiterium illi cohærens, quia eſt ibi quidam paries diuidens vtrumque cœmiterium: vtrum iſtud cœmiteriũ cenſeatur eſſe pollutũ? Rñdet ꝙ nõ. [ *Sanguinis.* ] requiritur ꝙ ſit effuſio ſanguinis humani iniurioſi: ideo ſi me defendẽdo effundã ſanguinem in eccleſia: non propter hoc dr̃ eccleſia polluta: immo ſi quis ſe defendendo, ſuũ aggreſſorem in eccleſia occiderit,non eſt irregularis cenſendus. [ *Contiguum.* ] id eſt, ſine medio: quia contigua ſunt, quæ duobus extremis ſe contingunt. Nota primo quòd eccleſia vel cœmiterium polluitur effuſione ſanguinis humani: & hoc qñ effuſio illa ſanguinis eſt iniurioſa: ſecus ſi iuſte vel iocoſe fuerit facta: vel etiam ſi euenerit naturaliter ſine aliqua ꝑcuſsione. Item requiritur ꝙ illa effuſio ſanguinis fuerit facta in magna abundantia: ideo ſi ſolum eſſent effuſæ duæ vel tres guttæ non diceretur eccleſia polluta. Not. vlterius, ꝙ etiam cœmiteriũ vel eccleſia dr̃ pollui per effuſionẽ ſeminis humani. Et dicũt aliqui ꝙ requirit ꝙ illa effuſio fuerit adulterina: ſecus ſi matrimonialis. Hãc opinionẽ tenet Archidiaconus. Et rationẽ ponit ipſe Archid. quia reddere debitũ eſt meritoriũ: ſed gloſſa iſta concludit ꝯtrium: quia aliqua ſunt illicita ratione loci,quæ aliàs de ſe ſunt licita. nec obſtat ratio Archidiaconi, ꝙ reddere debitũ vxori eſt meritoriũ: quia bene ſequitur, reddere debitũ vxori eſt meritoriũ: ergo nõ meretur pœnã: ſed nõ ſequitur quin eccleſia ſit polluta. Itẽ dicit Dominicus de ſancto Geminiano quòd in omni loco nõ eſt reddendũ debitũ carnis. Nota ꝙ in cœmiterio polluto non ſunt ſepelienda corpora ante reconciliationem debito modo factã. Nota ꝙ polluta eccleſia etiã dr̃ pollutũ cœmiteriũ, ſi ſit contiguũ eccleſiæ: ideo aliquis non debet in eo ſepeliri: tñ nõ eſt neceſſe ꝙ recõcilietur cœmiteriũ: quia venit acceſſorie ad eccleſiã: ideo ꝑ reconciliationem eccleſiæ vr̃ cœmiteriũ eſſe reconciliatũ. Nota vlterius ꝙ paries intermedius diuidit res diuerſas, vt cenſeantur res diuerſæ. Nota ꝙ porta, ingreſſus, vel aditus non facit propter hoc contigua. Et iſtud facit ad quæſtionem: & ponamus ꝙ habeo vnum domicilium, porta domicilij eſt in vna parochia, & reſiduũ eſt in alia parochia, quantum ad iura parochialia non ſum parochian⁹ illius eccleſiæ in cuius parochia eſt porta domicilij: ſed ſum parochianus illius eccleſiæ in cuius parochia eſt reſiduum domus.

TITVLVS XXI.

# De conſecratione eccleſiæ vel altaris.

¶ Bonifacius octauus.

¶ *Polluta eccleſia pollutũ eſt cœmiterium illi contiguum, ſed non remotum. Pollutio cœmiterij eccleſiam non polluit, licet contigua exiſtat. Polluto vno cœmiterio aliud illi contiguum pollutum non eſt, licet per portam de vno in aliud detur ingreſſus. hoc dicit. Dominicus.*

CAP. VNIC.

SI † eccleſiam [k] pollui [l] ſangui-

† De materia huius decretalis vide plene Turrecrematam,& alios in c. eccleſiis. de conſecrat. diſt. 1.

¶ *Prima glo.dicit quid declaret,& ponit differentiam.*

k ¶ *Si Eccleſiam.*] Emanauit ad declarationem eorum, quæ not. Hoſtien.s̃.eod.tit.c.1. proprie eccleſia dicitur conſecrata: baſilica non conſecrata. de religio.dom.c.1. Sed cõtra non conſecrata polluitur,ſed aliter reconciliatur.s̃.eod.c.vlt.

ADDITIO.Quòd proprie eccleſia dr̃ conſecrata,patet hoc de conſe.diſt.1.non oportet.16. q.5. poſſeſsio. quandoque eccleſia vocatur oratoriũ.ea.q.lator.42.d.c.pen.& vlt. quãdoque vocatur domus orationis.16.q.7.& hoc diximus.& s̃.de immu.ecl.cum eccleſia.quandoque dr̃ templum,vt ibi,& 88.diſt.eiiciens.1.q.3. ex multis.2.q.7.accuſatio.2.reſponſo.Alibi tabernaculum.de conſe.diſt.1. c.1.36.diſt.c.vlt.quandoque domus Dei.1.q.3.non ſolum. & j̃. tit. 2. decet.& eſt ratio: quia ſpecialiter ibi Deus inhabitat: vnde ibi habitantes protegit: dr̃ enim domus eſſe tutiſsimum refugium. ff. de in ius vo.l.plerique.ſecundum Archid.And.

¶ *Glo.ſeq.recitetur per obiectionẽ & ſolutionem: ſecunda pars per quæſtionem & ſolutionem: & ſolutionis contrario reſpõdet.*

l ¶ *Pollui.*] quo ad opinionem hominum, qui eam polluũt quãtũ in eis eſt †: quæ enim ſunt ſancta coinquinari nõ poſſunt. 15. q. vlt. cap.vl.de coha.cle.& mu.veſtra. & quid firmum erit aut ſtabile, ſi ſanctitas incorrupta corrũpatur.C.de epiſc.& cle. ſi quẽquã. & ob hoc dico,ꝙ ſi pollutio fuerit occulta,nõ debet recõciliari. Dicunt enim theologi, ꝙ ideo recõciliatur eccleſia, vt vidẽtes laici eccleſiã ſic lauari quæ nõ peccauit, cogitẽt intra ſe quantũ ꝑ lauatione peccatorũ laborãdũ ſit. & probatur hoc iure: quia eccleſia nõ iudicat de occultis.32.diſ.erubeſcãt.de ſimo.tua.non obſtant de adult.

† Et eſt hoc expreſſum 1. q.1.ꝙ quidẽ, in ſi. Io. An.

ſignificaſti. quia dico ꝙ adulterium ibi publicum erat : quod pâtet ex eo ꝙ adultero indicta fuit purgatio.

¶ *Glo.ſeq.primo ſoluit 7.dubia:in fine q.arg.pro & ꝯ, & ſoluit.*

a ¶ *Sanguinis.*] humani & iniurioſi. [Facit de priuileg. tuarum.in princ.in antiq.]Vnde ſi ibi occidatur canis, vel humanus ſanguis caſu effundatur, vel ſi quis ibi minutionem faciat 1, eccleſia non eſt reconcilianda. & ſi ſine ſanguinis effuſione occidatur ibi homo, puta cũ terſorio ad collum:bene reconciliatur propter criminis horrorem, ſm Hug. qui not. hoc de conſec.diſt.1.eccleſiis 2. Et eſt caſus ꝰ. eod.propoſuiſti. vbi dicitur ꝙ propter homicidia & vulnera reconciliatur eccleſia : non dicit an in eis fuerit ſanguinis effuſio necne. ad hoc ff. ad legem Aquil. qua actione. §. 1. Et ſi extra eccleſiam vulneratus ad eccleſiam fugiat, & ibi ſanguinem ſpargat, non recõciliatur eccleſia. ſecus cõrio 3, vel cũ ſanguinem colligit in ſcutella. Si autem ſupra tectum, pone cum ſagita homo interficitur ; Dixit ibi Hug. ꝙ non eſt facienda reconciliatio : quia extra eccleſiam vĩ factum. [Eadem ratione dĩ idem, quando ſub eccleſia in cella, cauerna, vel ſpeluncula ibi ſita. ad vtrũque faciunt iura loquẽtia de ingreſſu eccleſiæ. ꝰ. eod. lib. de offi. dele. c. 2. & ĵ. de ſen. excom. is cui.] Sed quid ſi ſanctus vir ibi occidatur : nunquid reconciliatur eccleſia? Vĩ ꝙ ſic : quia iura indiſtincte loquuntur : & ſceleratius eſt iuſtum & ſanctum occidere quàm iniuſtum. 23.q. 5. ſi non licet. in ꝯrium vĩ cum eccleſia ſanctificata ſit, non polluta. [Ad hoc ꝰ. eod. lib. de elect.fundamenta.poſt.prin.verſ. iſti ſunt.& 21.diſt. quamuis.]. Sed hoc verum eſt ex ſanguis effuſi paſsione : ſed ex ipſius effuſi actione bene polluitur, iuxta illud : Actio diſplicuit, paſsio grata fuit.4.Vnde primum teneas:locum tamen ſanguinis non lauabunt

1 Idem ſi occidatur ſub lapide aut ligno cadente Phil.p c.ºeccleſiis dĩ con ſe.diſ.1.Fõr.

2 Et Idẽ Archi,hic& ibi vt remittit. Ioan. And.

3 Secundum Vincen. qui hoc not. ꝰ. eod. propoſuiſti. in 1. glo. alleg.ff.ad legem Aqui. huic ſcriptu ſæ.Ioã.And.

4 Senecã lib. 3. declama. etiam vbi remedium eſt mori : ſcelus eſt occidere. Ioan. And.

ADDITIO.Si vir ſanæ mentis ſeipſum occidat in eccleſia : vel vulneret irato animo ad ſanguinis effuſionem : ex quo publicum eſt reconciliabitur eccleſia. Ad hoc ſufficit quod ſcripſi ꝰ. de ſen. excom.contingit. ſuper verb.excommunicetur.in fi.Ioan.And.

¶ *Glo.ſeq.in ſeq.quæſtione duas contrarias opi.recitat:ſecundam approbat.*

nis [a] aut ſeminis [b] effuſione cõtingat, ipſius cœmiterium ſi contiguum [c] ſit eidem, cenſetur eſſe pollutum [d]:vnde antequam reconciliatum fuerit,nõ debet in eo aliquis ſepeliri:Secus ſi remotum fuerit ab eadem.¶Non ſic quoque in caſu conuerſo ſentimus, vt videlicet polluto [e] cœmiterio quamuis eccleſiæ contiguo, debeat eccleſia reputari polluta:ne minus dignum,maius [f], aut acceſſoriũ principale [g] ad ſe trahere videatur.¶ Nõ vnum, ſed plura cœmiteria eſſe noſcuntur, quæ quãuis ſibi cohærentia,pariete [h] tamen medio ſeiunguntur. Ideoque violato eorũ altero,alterũ (licet de vno ad aliud per portam intermediam habeatur acceſſus) non propter hoc reputabitur violatum [i].

# TITVLVS XXII.

## De reliquiis & veneratione ſanctorum.

¶ Bonifacius octauus.

¶ *Feſta xij. Apoſtolorum, quatuor* Euan*geliſtarum, & quatuor doctorum & confeſſorum eccleſiæ, ſcilicet Gregorij, Auguſtini, Ambroſii, & Hieronymi, ſub officio duplici debẽt ſolemniter celebrari. Ioannes And.*

b ¶ *Seminis.*]humani,non canum.Et intelligiunt hic quidam de ſemine fornicario:vnde ſi vir cognoſcit vxorem in eccleſia. non reconciliabitur.hoc tenet Hug. cuius gloſſas poſuit Ioannes de conſecra diſt.1.eccleſiis. Vin. & Gandolphus. Sed ipſe Ioannes ꝯ. qđ verũ puto.allegabat ff. de ſolu. l. quod dicimus.& hoc not.31.diſt. quoniam.68.diſt.eccleſiis. 33. q. 4. Apoſtolus.nam multa licita, ex loco ſunt illicita.2.q.7.accuſatio.de immu.eccle.c.1.

ADDITIO. Archidiaconus etiam tenuit, ꝙ coitus coniugalis non polluit eccleſiam : qui dicebat ꝙ licet in eccleſia non debeat regulariter debitum reddi vxori:ſi tamen petat & reddatur, non poteſt dici adulterium vel fornicatio. Facit de conſecra. diſt. 1. ſi motum.Ioan.And.

c ¶ *Contiguum.*]cõtingua dicuntur quorũ extrema ſe cõtingunt.

ADDITIO. Fuit dictum Ariſtotelis.5. Phyſi.qui ſubdit illa eſſe contigua,quorum terminus eſt vnus. & idem datur exemplum de aqua in vaſe:eſt.n.vaſi contigua,ſed in ſe cõtinua,&c.Io.And.

d ¶ *Pollutum.*]concor.ĵ.de ſent.excom.ſi ciuitas.vbi idem de eccleſia interdicta diſtinguitur.Ioan,And,

e ¶ *Polluto.*] ſanguinis vel ſeminis effuſione,vt ſupra, vel quia ibi fuit aliquis excommunicatus ſepultus. ꝰ. eod. conſuluiſti. [Idem hic Archidiaconus.

f ¶ *Maius,*] ad ſe trahere videatur:quod eſt infra; & hoc eſſe non debet.ꝰ.eod,quod in dubiis.vbi de hoc.ad idem ꝰ.eod.lib.de præben.c.antepenult.

g ¶ *Principale.*] quod eſſe non debet : immo potius econtrario. ĵ. de reg.iur. acceſſorium. cũ ſuis concord.

h ¶ *Pariete.*] paries igitur diuiſionem inducit. ad idem ꝰ. eod. lib. de electio. vbi periculum. §.in eodem.

† Vide Caſſaneũ in catalogo gloriæ mũdi par. 5. conſideratione 29.& multis ſequentibus.

i ¶ *Violatum.*] Nota ꝙ licet acceſſoriũ ſequatur principale contiguum : non tñ ſequitur acceſſorium etiam contiguum, vt hic : multo ergo minus principale ſequetur acceſſorium, vt ꝰ.proxi. reſponſo.

### CAP. VNICVM.

GLorioſus [k] † Deus in ſanctis ſuis, & in maieſtate mirabilis, cuius ineffabilis altitudo prudentiæ nullis incluſa limitibus, nullis terminis comprehenſa, recti cenſura iudicij cæleſtia pariter & terrena diſponit;& ſi cunctos eius miniſtros magnificet, altis decoret honoribus,& cæleſtis efficiat beatitudinis poſſeſſores: illos tamen(vt dignis digna rependat) potioribus attollit inſigniis dignitatum, & præmiorum vberiori retributione proſequitur, quos † digniores agnoſcit,& commendat ingentior excellentia meritorũ.¶Sic & alma mater Eccleſia eius ſacra veſtigia proſequens,& exẽplo ducta laudabili,licet vniuerſos in regnis cæleſtibus cõſtitutos ſtudiis honorare ſollicitis & ſonoris efferre præconiis nõ deſiſtat: glorioſiſsimos tamen Chriſtianę fidei principes,athletas Dei electos, iuſtos ſeculi iudices,lumina vera mundi,videlicet Chriſti redẽptoris Apoſtolos numero duodeno [l] cõtẽtos,qui viuẽtes in carne prædictam Eccleſiã ſuo pretioſo ſan-

DE RELIQVIIS & veneratione ſanctorum.

¶*Dictum fuit ſupra de conſecratione eccleſiæ vel altaris : verũ quia in eccleſiis conſecratis ſolẽt poni reliquiæ ſanctorum:ideo ad nos informandum ponit rubricam de reliquijs & veneratione ſanctorũ.*

Cõtinuatio.

† Not. hic Pet. de Ancha. ꝙ in paradiſo ſunt etiam ordines dignitatũ, Vide tex. 89.di. c. ad hoc.& Ioan. And. hic.Fõ.

GLorioſus.] Primo Bonifacius ponit exordiũ de diuina prouidẽtia, quæ digniores extollit. Secundo ponit imitationem eccleſiæ militantis:ibi,*Sic & alma.* vbi facit tria : Primo commendat Apoſtolos, Euangeliſtas, quatuor doctores Eccleſiæ diuiſim.Secundo:ibi, *Ideoque.* ponit præteritam prouiſionem Eccleſiæ circa ipſorum excellentiam. Tertio : ibi, *Nos itaque.*ponit ſuam additionem de feſtis illorum ſub officio duplici celebrandis. Ioan.Andr.

¶ Iſtud capitulũ ſolum habet quòd feſta principalia xij.Apoſtolorum,quatuor Euangeliſtarum,& quatuor doctorum, ſcilicet Gregorij,Auguſtini,Ambroſij,& Hieronymi debent celebrari ſub duplici ſolemnitate:Vnde dicunt aliqui, ꝙ feſtum alicuius ſancti dĩ celebrari ſub duplici ſolemnitate, quando in principio pſalmi dĩ tota antiphona, & iterum in fine pſalmi dĩ ſimiliter tota antiphona.Et dicitur celebrari ſub ſimplici officio & ſolemnitate quando antea pſalmũ dicitur ſolum principium antiphonæ.Et dicitur Miſſa celebrari ſub duplici officio,quando in Miſſa dicitur, Gloria in excelſis Deo,& Credo in vnum.Nota pulchrum exordium,in quo potes notare, ꝙ Deus in retributione meritorum magis amplificat illos qui plus meruerunt ex ipſorum operibus : & ſic patet, ꝙ in gloria paradiſi eſt differentia dignitatis quo ad maiorem & minorem gradum.

¶ *Prima gloſſa ſummat.*

k ¶ *Glorioſus.*] Feſta duodecim Apoſtolorum, quatuor Euangeliſtarum, & quatuor doctorum ; & confeſſorum eccleſiæ, ſcilicet Gregorij, Auguſtini, Ambroſij, & Hieronymi ſub officio duplici debent ſolemniter celebrari.

¶ *Gloſſa ſecunda ponit nomina xij. Apoſtolorum.*

l ¶ *Duodeno.*] hoc dicit propter Paulum, & illos qui non fuerunt de numero:Hi autem ſunt xij. Petrus,Ioannes, Iacobus Zebedæi, Andreas,Philippus,Thomas,Bartholomæus, Matthæus, Iacobus Alphæi,Simõ,Iudas Iacobi:Et Matthias ꝗ fuit in locum Iudę Iſcariotis.

ADDITIO.Matthæi 10. & Mar.3. Iudas Iacobi vocatur Thaddæus.Et de his omnibus habetur Lucæ 6.Ioan.And.

a ¶ *Quatuor.*]

guine plantauerunt, ipſam erigendo ſublimiter, & diſciplinis ſanctiſsimis dirigendo; Reuerẽdiſsimos etiam patres, viroſq; clariſsimos quatuor[a] Euangeliſtas Domini, per quorum diligentiſsima & fideliſsima ſtudia eidem eccleſiæ ſacra Euangelia illuxerũt: Egregios quoq; ipſius doctores Eccleſiæ beatos Gregorium, qui meritis inclytus ſedis[b] Apoſtolicæ curã geſſit, Auguſtinum & Ambroſium venerandos † antiſtites, ac Hieronymũ ſacerdotij prœditum titulo, eximios Confeſſores ſummis attollere vocibus, laudibus perſonare præcipuis, & ſpecialibus diſponit honoribus venerari. Horum quippe doctorum perlucida & ſalutaria documenta prædictam illuſtrarunt Eccleſiam, decorarunt virtutibus, & moribus informarunt: per ipſos præterea quaſi luminoſas ardenteſque lucernas ſuper candelabrũ in domo Domini poſitas, errorũ tenebris profugatis, totius corpus Eccleſiæ tamquam ſydus irradiat matutinum. Eorũ etiã fœcunda facundiá cęleſtis irrigui gratia influente ſcripturarum enigmata reſerat, ſoluit nodos, obſcura dilucidat, dubiaq; declarat: profundis quoque ac decoris illorum ſermonibus ampla ipſius Eccleſiæ fabrica velut gemmis vernantibus rutilat, & verborũ elegantia ſingulari † glorioſius ſublimata, coruſcat. ¶Ideoque circunſpecta prudentia dictæ ſedis (quæ actibus intẽta ſalubribus, & operibus expoſita pietatis, libenter & ſolerter exequitur quæ ſunt Dei) præmiſſa ſollicite digneque conſiderans, & debita meditatione perluſtrãs, ad diuini nominis honorem & gloriam, exaltationẽ catholicæ fidei, ſalutemq; fideliũ, merito cenſuit riteq; prouidit, Apoſtolos, Euangeliſtas, & Confeſſores eoſdem in vniuerſali Eccleſia honorificentiæ potioris impendiis attollẽdos, vt ab ea tanto propenſius honorari ſe ſentiant, quãto ipſam præ cæteris excellentius illuſtrarũt. ¶Nos itaq; piis ducti cõſiliis, digniſq; ſtudiis excitati, nonnullos † prædeceſſores noſtros Romanorum pontificum (qui ſpecialis deuotionis proſequẽtes affectum, aliquorum feſta ſanctorum ſub duplici ordinauerunt officio celebranda) imitari ſollicite intendentes: eorundem Apoſtolorum, Euãgeliſtarum, & Confeſſorũ feſtiuitates prǽcipuas (de fratrum noſtrorum conſilio & aſſenſu) ſub officio duplici[c] per vniuerſas orbis eccleſias volumus, ſtatuimus, & præcipimus annis ſingulis perpetuis futuris temporibus ſolemniter celebrari.

† Aliàs reuerendos.

† Aliàs, ſeculari.

† Aliàs ita: nõnullos p̃deceſſorũ noſtrorũ Romanorum Pontificum, &c.

a ¶ *Quatuor.*] Marcum, Matthæum, Lucam, & Ioannem.

¶ *Glo. ſeq primo probat quinque rationibus, quòd ſolus Papa canonizat: allegat duo iura in contrarium, & ſoluit: ſecundo tractat quid per canonizationem conſequitur ſanctus: & an prius poſſit ad eum orari? Tertio quid in canonizatione ſit inquirendum, ponens quatuor quæ in miraculo requiruntur.*

b ¶ *Sedis Apoſtolicæ.*] ſolus 1 Papa habet non ſolum certos de ſanctis præ aliis extollere: ſed etiam eos canonizare, multiplici ratione: Primo, quia iſta eſt vna de maioribus cauſis, quæ inter Chriſtianos proponi poſsit: & ſic eſt ad ſedem Apoſtolicam referenda. de baptiſ. maiores. Secundo, quia miracula attribuuntur fidei: hæc igitur quæſtio cũ ſit de fide, præcipue eſt ad ſedem Apoſtolicam referenda. 24. q.1. quotiens. Tertio, quia ad Papam ſpectat declarare dubia ſcripturarum. qui fil. ſint legi. per venerabilem. multo fortius dubia ſanctitatis: quia circa maiora maius periculum vertitur: ideo, &c. ſ̃. de elect. vbi periculum [eod. lib. ſ̃.] Quarto, ne propter multorum epiſcoporũ ſimplicitatem, populum decipi contingat. ſ̃. eo. tit. cap. 1. & 2. Quinto, ne in infinitum cõtingat ſanctos multiplicari: & ſic deuotionem refrigeſcere, & ſanctitatem vileſcere. 80. diſt. epiſcopi. videtur tamen ad id cõtra. ſ̃. de feriis. cap. vlti. de conſec. diſt. 3. c. 1. vbi videtur quòd epiſcopi hoc poſsint: ſed illud intelligitur de ſanctis iam canonizatis: non enim omnium feſta vbique coluntur. Hoc autẽ conſequitur ſanctus per canonizationem: quòd Eccleſia pro eo ſolemniter & pro aliquibus ſolemnius dicit officium, vt hic. Item inter alios ſanctos in litaniis nominatur & inuocatur: & ſi eccleſia in canonizatione erraret 2 (quod non eſt credendum, licet accidere poſſet. de ſenten. excommu. à nobis 2.) nihilominus preces in honorem talis, acceptæ & gratæ ſunt: per fidem enim Chriſti omnia purgantur. de coha. cleri. & muli. veſtra. & eſto, quòd veritas canonizationis deficiat: non deficit fides. de bapti. debitum. de presby. non bapti. cap. 2. & 3. Dicimus enim quòd cuilibet licet in ſecreto alicui defuncto quem ſanctum credit preces porrigere, vt pro ipſo ad Deũ intercedat: licet ſolemnes preces publice emittere, vel ſolemne officium publice dicere nequeat, vt dixerunt Innocen. & Hoſtien. ſ̃. eod. tit. c. 1. Ad canonizandum autem ſanctos inquirendum eſt 3; an illi de quo canonizando quæritur, prior vita teſtimonium præbeat pro laboribus multis, moribus caſtis, actibus ſtrenuis. 61. diſt. miramur. Oportet enim hoc præſenti teſtificatione prædicari: & bonæ famæ præconiis non taceri. 12. q. 2. quatuor. & maxime quæri debet de ſimplicitate & humilitate: quia ſuperbis Deus reſiſtit: humilibus autem dat gratiam. Item debet quæri, an in vita perſecutiones paſſus fuerit. 7. q. 1. omnis qui. &c. ibi, adunati. & an paſſus fuerit: ex charitate. 1. quæſt. 1. vide. Quærendum etiam eſt de miraculis factis in vita & poſt mortem. Et quantum ad hoc quòd ſit miraculum, quatuor requiruntur: Primo quòd ex Deo, non ex arte contingat, nec ex diabolo: nam miracula quandoque fiunt per malos 4 1. quæſt. 1. teneamus. & cap. prophetauit. neceſſe eſt enim martyres à Deo impetraſſe quæ mandant. 50. diſtinct. ſi quis præpoſtera. Secundo, ꝙ ſit contra 5 naturam: ſicut de virga Moyſis mutata in colubrum: & de aſina loquente ad Balaam. ſ̃. de hære. cum ex iniuncto. Tertio, q̃d non ex vi verborum, ſed hominis merito id contingat, nam panis & vinum poteſtate & virtute verborum tranſubſtantiantur in corpus & ſanguinem. ſ̃. de cele. Miſ. cum Marthæ. §. quæſiuiſti. Quarto, ꝙ ſit ad corroborationem fidei: herba enim miniſterio hominis tranſit in vitrum: ſed hoc nil ad corroborationem fidei. & ideo ad canonizationem (niſi hæc quatuor concurrant) miracula non prodeſſent, ſecundum ſummiſtas, qui hoc not. ſ̃. eod. tit. [per totum.] & moderni. ſupra de teſta. cap. venerabili.

1 Quod ad ſolum Papã ſpectet canonizatio ſanctorũ docet plene Turrecremata in c. 1. de conſecr. r. diſt. 3. q. vlt. & Troilus Maluetius in tractat. de canonizatione ſanctorũ dubio. 2.

2 Vide B. Thomam quodlibeto 9. art. vlti. & B. Antoninũ 3. par. tit. 12. c. 8. § 2. & Melciorem Canum lib. 5. de locis Theolog. c. 5.

3 De hoc articulo vide Troilũ Maluetiũ tract. de canonizatione ſãctorum dubio. 1. & Caſſaneum in catalogo gloriæ mũdi par. 3. conſide. 49. 50.

4 Vide oĩo B. Thomam par. 1. q. 11. art 4. & 2. 2. q. 178. art. 2.

5 Expone ſano modo, id eſt, ſ̃. naturã: vel prę ter ordinem toti' naturę B. Thomas parte 1. q. 110. art. 4. ad 2. argumẽtum.

ADDITIO. An ſit de neceſsitate miraculi, ꝙ fiat in inſtãti, & an ſit contra rationem miraculi liberatum in liberatione dolere: tractat Archid. 36. q. 5. nec mirum. verſic. nec ideo. Ioan. And.

c ¶ *Duplici.*] Dicunt quidam officium duplex cum tota antiphona dicitur ante pſalmũ, & tota poſt pſalmum: cum aliàs non tota, ſed ſolum principium dicatur ante pſalmum: alij aliter: clericis hoc relinquo.

ADDITIO. Remittit Archidia. ad Rational. Guliel. lib. 7. Rub. de feſtiuitatibus ſanctorum. ver. quædam autẽ feſta. Ioan. And.

# TITVLVS XXIII.

## De immunitate † Eccleſiarum, cœmiteriorũ, & aliorum locorũ religioſorum. 4

† Vide concilium Trident. ſeſsio. 25. de reforma. cap. 20. vbi priuilegia & ĩmunitates eccleſiarũ, & perſonarũ eccleſiaſticarũ, innouantur & confirmant.

¶ Alexander quartus.

¶ *Seculares Poteſtates ab eccleſiis vel eccleſiaſticis perſonis tallias vel exactiones pro rebus vel poſſeſsionibus acquiſitis vel acquirendis exigere non præſumant: nec eas compellere ad ipſas diſtrahendum, vel extra manum, ſuam ponendum. hoc dicit. Ioan. And.*

### CAP. I.

QVIA † NON-

DE IMMVNITATE eccleſiarum, &c.

† Vide conciliũ Lateranẽ ſub Alexãdro iij. c. 19. & cõciliũ Lateranẽ. ſub Leone x. ſeſſio. 9. ti. de rẽformatione curiæ §. Et cum à iure.

¶ *Dictum fuit ſupra de beneficiis & eccleſiis tam ſecularibus quàm regularibus, & etiam dictum fuit ſupra de cenſibus & exactionibus, & procura. in cap. quãquã. quòd eccleſiæ & eccleſiaſticæ perſonæ ſunt immunes à pedagiis, guidagiis, & aliis exactionibus ſecularibus: verũ quia poſſet dubitari an alia immunitate gaudeat eccleſia: ideo ad nos informandum annectitur rubrica generalis, de immunitate eccleſiarum. Vel ſic poteſt continuari: Dictum fuit ſupra de conſecratione eccleſiæ vel altaris: verum, quia eccleſia poſt conſecrationem gaudet immunitate: ideo ad nos informãdum, ponit rubricã de immunitate eccleſiæ.*

Continuatio dñi Heliæ.

Q*Via nonnulli.*] Tria facit ſecundum Ioannem Monachum. Primo recitat in genere tyrannidem ſecularis poteſtatis. Secundo: ibi, *Sane.* narrat in ſpecie. Tertio prouidet contra iſtam: ibi, *Volentes.*

ADDITIO. Scire debes, quòd Alexander quartus, cuius



fuit

nulli [a] habentes temporale [b] dominium, vel poteſtatis gerẽtes officium ſecularis, libertatẽ & immunitatem eccleſiaſticã lædere ac minuere tamquam honoris & priuilegij eccleſiarum inuidi moliuntur: expedit quòd per diligentiam & auctoritatem ſedis Apoſtolicæ (quæ curam habet eccleſiarum omnium & tutelam) contra taliũ auſus & conamima opportunũ remedium apponatur†: vt eccleſiæ ipſæ in plenitudine iuris ſui, & libertatis integritate lætentur †, ac deteſtabilis malignorum audacia, & inſolentium nefaria temeritas propulſetur. ¶ Sane intelleximus ꝙ in regno Franciæ [c], cõmuniæ Scabini, ſeu conſules & alij domini temporales, & ij qui iuriſdictionem in ipſis communiis, ciuitatibus, caſtris, & villis temporalem exercent, vel quibus in illis commiſſa eſt executio iuſtitiæ ſecularis, moleſti ſunt nimium eccleſiis ſuper pluribus, & infeſti: & inter cætera nituntur & ſtudent, vt illis collectas †, & tallias, & alia huiuſmodi eædem eccleſiæ prætextu bonorum [d], quæ acquiſiuerunt, tribuant & perſoluãt, vel extra manum ſuam ponant huiuſmodi acquiſita. Volentes itaque ſuper his omnibus (prout expedit) ſollicitè prouidere, torque temerariis auſibus, congruis præſidiis obuiare: auctoritate Apoſtolica, præhabita cum fratribus noſtris diligenti deliberatione: decernimus, non licere pæfatis communiis, Scabinis, & iis, qui in eis iuriſdictionem temporalem obtinent, vel iuſtitiã temporalem † exercent, tallias vel collectas, ſeu exactiones [e] quaſcunque, eccleſiis vel perſonis eccleſiaſticis imponere, vel exigere ab eiſdem pro domibus, prædiis, vel quibuſcunque poſſeſſionibus ab eiſdẽ eccleſiis, vel perſonis eccleſiaſticis legitime hactenus acquiſitis, vel in poſterum acquirendis: etiam ſi ipſæ eccleſiæ vel perſonæ, vel res huiuſmodi ſint infra illorũ diſtrictum vel territorium conſtitutæ. Nec etiã liceat illis ipſas eccleſias vel perſonas ad diſtrahendum vel alienandum, aut extra manum ſuam ponendum [f] † acquiſita iam, vel quæ deinceps acquirent, aliquatenus coarctare.

¶ Gregorius decimus in generali concilio Lugdunenſi.

*¶ In eccleſiis dato humili ingreſſu debet orationibus inſiſti: excluſis clamoribus & ſeditionibus, conſiliis vniuerſitatis laicorum, & eorum publicis parlamentis, vanis colloquiis, negotiationibus, & nundinis ac iudiciis ſecularibus, & maxime criminalibus. hoc dicit vſque ad §. ordinarij. Dominicus.*

## CAP. II.

DECET DO-

fuit hæc decretalis prouidit contra ſeptem grauamina, quæ laici inferebant eccleſiis & clericis: Et quod hic habetur, fuit primum. De ſecundo formata fuit decret. quamquam. ṡ. de cenſi. quæ longe plenius prouidet. Tertium fuit omiſſum ex cauſa: cõtinebat enim ꝙ de legatis eccleſiæ vel ad pias cauſas, vel pro male ablatis nil poſſet diminui per communitates occaſione alicuius impoſitionis factæ poſt mortem teſtatoris vel infirmitatis, de qua deceſsit in fraudẽ. Quartum habetur ĩ. de ſenten. excommu. decernimus. De quinto, formata fuit decre. cum quidam. ṡ. de exceptio. eo. lib. De ſexto, decret. licet. ṡ. eod. lib. de iureiuran. De ſeptimo, decret. 2. ṡ. de foro competen. Ioan. And.

† Aliàs, opponatur.

† Aliàs, locentur.

¶ Præſupponendum eſt illud quod habetur in l. placet. C. de ſacroſan. eccle. per quam Imperator exemit quaſcunque eccleſias à ſolutione tributorum ſordidorum & extraordinariorum, & quorumcunque ſuperindictorum.

CASVS. Certum eſt ꝙ per illam l. placet. allegatam, eccleſiæ ſunt immunes à quibuſcunque muneribus ſordidis & aliis exactionib⁹: facta tali conſtitutione per Imperatorem, eccleſiæ acquiſiuerunt de nouo aliquas poſſeſsiones: vnde laici dicebãt ꝙ eccleſia ſolueret tallias reſpectu illarũ poſſeſsionum de nouo acquiſitarum poſt illam l. placet. vel ꝙ illas poſſeſsiones poneret eccleſia extra ſuam manum: Iſtud fuit notificatum ſummo Pontifici, qui ordinauit, ꝙ quæcunque poteſtates ſeculares, vel quicunque iudices laici non compellerent perſonas eccleſiaſticas ad ſoluendum tallias pro poſſeſsionibus nouiter acquiſitis: nec etiam compellant eccleſias vel eccleſiaſticas perſonas ad ponendũ extra ſuas manus poſſeſsiones de nouo acquiſitas. Nota primo illud ad quod allegatur principium huius cap. quòd eccleſia Romana non ſolum eſt mater aliarum eccleſiarum, ſed etiam ipſa eſt tutrix & curatrix aliarum eccleſiarum. Ex quo infertur ꝙ Papa concurrit in adminiſtratione cum quibuſcunque aliis adminiſtratoribus. Idem dicendum in epiſcopo reſpectu eccleſiarũ ſuæ diœceſis: & ideo poteſt epiſcopus agere vel defendere pro eccleſiis ſuæ diœceſis: quia ſua intereſt, licet nõ immediate, ſed mediate intereſt ipſius adminiſtratoris immediati: puta rectoris eccleſię parochialis, vel alterius prælati. Sed quæritur quis etiam erit præferendus in proſecutione iurium illarum eccleſiarum? Communis opinio doctorum eſt, ꝙ adminiſtrator immediatus erit præferendus, & hoc quando adminiſtrator immediatus eſt bonus adminiſtrator, non ſuſpectus: & licet epiſcopus cum eo concurrat: tñ eſt præferendus ipſi epiſcopo. Nota vlterius id ad quod principaliter emanauit præſens cap. videlicet quòd clerici non debent ſoluere aliquas exactiones vel tallias pro ſuis poſſeſsionibus de nouo acquiſitis: q̃a aliquibus videbatur ꝙ de poſſeſsionibus de nouo acquiſitis poſt dictam l. placet. allegatam, eccleſiæ tenerentur contribuere pro ſolido & libra. Vnde ſciendum ſecundum doctores, ꝙ qñ taxantur talliæ, quilibet debet tradere veram æſtimationẽ rerũ ſuarum: & ſi probetur & poſsit inueniri ꝙ res ſuæ plus valet, illud plus applicabitur fiſco: poſtea diſtributores & collectores imponent cuilibet ſuam taxam pro ſolido & libra: tñ iſtud in his partibus non ſeruatur. Sic iſti laici volebãt imponere tallias ſuas ſuper poſſeſsionibus eccleſiarum. Alij dicunt ꝙ iſtud cap. non ſeruatur in hoc regno: quia compelluntur eccleſiæ ponere extra manum bona de nouo acquiſita. Sed eſt dicendum ſecundum Ioan. And. ꝙ ſi quis teneat poſſeſsionem in allodium: ita ꝙ pro illa poſſeſſione non ſoluat aliquid domino temporali, poteſt illam poſſeſsionem transferre in eccleſiã: ita ꝙ dominus temporalis non poteſt compellere eccleſiã ad ponendũ extra ſuam manum. Sed quando eſt talis res, quæ debet domino temporali aliquod ius reale, videlicet quia poſt mortem illius qui tenet illã poſſeſsionem, res debet reuerti ad ipſum dñm: quia tũc ipſius domini temporalis intereſt, ꝙ non ponatur inter manus eccleſiæ quæ eſt immortalis: ideo poterit impedire huiuſmodi acquiſitionem, vel compellere eccleſiam, vt ponat illas poſſeſsiones extra ſuam manum.

† Secularem, legitur conſtanter in vetuſtioribus codicibus.

† Vide Ancharanũ conſil. 96. incip. Super dicto dubio Deciũ conſil. 496. incip. in cauſa dñi. & Iaſonem cõſil. 83. incip. dicta prædia. vol. 3.

¶ *Prima glo. ſummat.*

a ¶ *Quia nonnulli.*] Seculares poteſtates ab eccleſiis, vel eccleſiaſticis perſonis tallias, vel exactiones, ꝓ rebus vel poſſeſsionibus acq̃ſitis vel acquirẽdis exigere non præſumant: nec eos cõpellere ad ipſas diſtrahendum, vel extra manum ſuam ponendum. hoc dicit.

† Hoc verbũ latius patet q̃ alienare: vnde non poterit cõcedere: ſimiliter ponere ĩ manu, latũ verbũ eſt. Bal. cõſil. 167. 2. volumi. Domi. Fontanus.

b ¶ *Temporale.*] quod eccleſiaſtico minus eſſe, dubium non eſt. 96. diſt. ſi imperator. ṡ. de maio. & obed. ſolitæ.

¶ *Gloſſa ſeq. ſoluit dubium.*

c ¶ *Franciæ.*] accidentiam facti exprimit 1, non localem decretalem facit: vnde eam generaliter proſequitur ĩ. & ṡ. de cenſi. cap. 1. eodem libro.

1 Idem Ioã. Monac. & Archid.

d ¶ *Bonorum.*] quid dices ſi tributarium prædium donetur eccleſiæ: nunquid tenetur eccleſia ad tributum? Dic ꝙ ſic 2: quia res tranſit cum onere ſuo. 10. q. 2. c. enim. §. ſicut autem. & §. ſeq. 16. q. 1. ſi quis laicus. de deci. cum in tua. in antiq. ad hoc ṡ. de cenſi. c. 1. vbi de hoc.

2 Idem Ioã. Mo. qui inducebat etiam quod concedẽs nõ videtur cõcedere niſi ius quod habet in re. ff. de contrahẽda emptio. quitabernas. &c. Ioã. And.

ADDITIO. Archid. alleg. ĩ. de hæreti. accuſatus. §. ſi vero. in fin. Ioan. And.

e ¶ *Exactiones.*] adhuc prouidetur. ĩ. eod. c. clericis.

f ¶ *Ponendum.*] dicitur de Iudæis ꝙ tenentur ad decimas prædiales: quia ſi ipſi non colerent, alij colerent. ṡ. de decimis. de terris. ſic dicebant iſti laici: aut extra manum veſtram ponatis hæc prædia, aut exactiones ſoluatis 3, vt vel à vobis vel ab aliis collectas & tallias de ipſis poſſeſsionibus habeamus.

3 Videtur ergo ꝙ aliquis cedẽdo rei propter quã obligaĩ liberetur ab obligatione. d̃ quo latius Bar. in l. is cũ quo. ff. de aqua pluuiali arcen. Anch. Fontanus.

D*Ecet domum.*] Iſtud capitulum diuiditur in quatuor partes. In prima ponitur conſtitutionis cauſa. In ſecunda parte: ibi, *Sit itaque*: oſtendit qualiter homines debeant ſe habere in eccleſiis: Nam inſtruit primo qualis debeat eſſe ingreſſus ad eccleſiam: Item docet illa à quibus homines debeant abſtinere in eccleſia: dicens quòd quis debet intrare eccleſiam cum deuotione & humilitate: Et quòd quis in eccleſia non debet exercere deambulationes & cauillationes: ne in loco in quo debet obtinere veniam peccatorum; ipſa peccata committat. Item ſtatuit, vt iudices ſeculares non exerceant iudicia in eccleſia, nec contrahentes celebrent contractus in eccleſia: tamen valent contractus, ſed contrahentes peccant. In tertia parte; ibi, *Ordinarij*. præcipitur ordinariis locorum, vt ipſi faciant iſta ſeruari in ſuis diœceſibus. Poſtea in quarta & finali parte: ibi, *Qui vero*. comminatur pœnam contra facientibus. hoc dicit in longum. Nota primo

qualis

qualis debet eſſe ingreſſus ad eccleſiam : quia debet eſſe cũ ſigno humilitatis & deuotionis. Et quis per exteriora debet oſtendere ſigna humilitatis,ad informationem & inſtructionem aliorum : licet in animo ſuo non gerat deuotionem neque humilitatem. Nota ꝙ homines non debent conuenire in eccleſiis pro ſuis negotiationibus exercendis. Nota vlterius ꝙ homines exiſtentes in eccleſia debent ceſſare à confabulationibus rerum ſecularium, maxime turpibus & inhoneſtis. Et ſi velint aliqua tractare de ſecularibus negotiis quod ipſi exeant eccleſiam†, & intrent locum profanum. Nota ꝙ iudex ſecularis nõ poteſt ſedere pro tribunali in eccleſia:& ſi faciat actũ iudicialem, non valet: ideo ſi in eccleſia det præceptum de citando alicui clienti, non valet citatio, ſed iudex eccleſiaſticus poteſt ſedere pro tribunali in eccleſia. cap. qua fronte. de appella.in antiq. Nota quòd volentes contrahere non debent celebrare cõtractum in eccleſia,ſi tamen de facto contrahant: tenet contractus, ſed contrahentes peccant mortaliter, quia iſta conſtitutio reſpectu nullitatis loquitur de proceſsibus iudicum ſecularium, & alia non annullat: ideo non extenditur ad alios actus. Nota vlterius, quòd actus intrinſeci oſtenduntur per ſigna extrinſeca : patet hic, quia dicit quòd genua flectantur cordis, & per inclinationem capitis illud oſtendatur. Nota finaliter quòd appellatione cauſæ comprehenditur criminalis & ciuilis. Dominicus.

*Pſalm. 92.* *Pſalm. 75.*

† Aliàs, placida.

† Vide B. Chryſoſtomum ſuper c.1. epiſtolæ Pauli ad Galatas.

† Ad Philippenſes ca. 2.

† Aliàs, myſteria.

† Aliàs, conſilia.

¶ *Prima gloſſa diuidit.*

mũ[a] Domini ſanctitudo[b], decet,vt cuius in pace[c] factus eſt locus,eius cultus[d] ſit cum debita veneratione pacificus[e]. Sit itaque ad Eccleſias humilis & deuotus ingreſſus : ſit in eis quieta conuerſatio,Deo grata, inſpiciẽtibus placita†,quæ cõſiderantes nõ ſolum inſtruat[f], ſed & reficiat[g].Conuenientes ibidem[h] nomen illud,quod eſt ſuper omne nomen (à quo aliud ſub cælo nõ eſt datum hominibus,in quo ſaluos fieri credentes oporteat,nomen videlicet Ieſu[i] †Chriſti, qui ſaluum faciet populum ſuum à peccatis[k] eorum) exhibitione reuerentiæ ſpecialis attollant, & quod generaliter ſcribitur†,vt in nomine Ieſu omne genu flectatur,ſinguli ſingulariter in ſe ipſis implentes (præcipue dum aguntur Miſſarum ſacra miniſteria †) glorioſum illud nomẽ quandocunque recolitur, flectant genua cordis[l] ſui, quod vel[m] capitis[n] inclinatione teſtentur.attendantur in locis eiſdem intentis[o] præcordiis ſacra ſolemnia ; deuotis orationibus inſiſtatur: nullus in locis eiſdẽ, in quibus cum pace ac quiete vota conuenit celebrari, ſeditionem excitet, cõclamationẽ moueat, impetumve committat.Ceſſent in locis illis vniuerſitatum & ſocietatum quarũlibet concilia†,conciones, & publica parlamenta[p].Ceſſent vana, & multo fortius fœda & profana colloquia.Ceſſent cõfabulationes quælibet. Sint põſtremo quæcunque alia,quę diuinum poſſunt turbare[q] officium,aut oculos diuinæ maieſtatis offẽdere, ab ipſis prorſus extranea : ne vbi peccatorũ eſt venia poſtulanda,ibi peccandi detur occaſio, aut deprehẽdantur peccata cõmitti[r]. Ceſſent in Eccleſiis earumque cœmiteriis[s] negotiationes[t],& præcipue nundinarum,ac fori cuiuſcunque tumultus: omnis in eis ſecularium[v] iudiciorum ſtrepitus conquieſcat, nulla inibi cauſa per laicos criminalis maxime agitetur: ſint loca eadem à laicorũ cognitionibus aliena.

¶ *Locorum ordinarij exequi debent hic contenta,& ſententiæ in eccleſiis habitæ ſunt nullæ : & contrafacientes puniri debent.hoc dicit.Dominicus.*

¶Ordinarij locorũ hoc faciant obſeruari:ſuadenda[x] ſuadeãt: interdicta huius canonis auctoritate compeſcant[y]: ad hoc alios etiam in Eccleſiis ipſis magis aſſiduos, & ad præmiſſa idoneos deputando. Et nihilominus proceſſus[z] iudicum ſecularium, ac ſpecialiter prolatæ ſententiæ in eiſdem locis omni careant robore firmitatis.Qui vero præmiſſas inhibitiones animo petulanti contẽpſerint:præter proceſſum ordinariorum & deputandorum[a]

a ¶ *Decet domum Domini.*] Diuide decretalem in quatuor partes.In prima ponit conſtitutionis cauſam:vſque ibi,*Sit itaque.* In ſecunda qualiter homines debeant ſe habere in eccleſiis:& à quibus abſtinere:vſque ibi,*Ordinarij.* In tertia ꝙ ordinarij per ſe vel per alios hoc faciant obſeruari: vſque ibi, *Qui vero*. ibi comminatur pœnam in contra facientes.

ADDITIO. Et decentia proprie reſpicit honeſtatem. ſ.de vot. magnæ.poſt prin.Ioan.And.

b ¶ *Sanctitudo*.] ſumptum ex pſalmo : Dominus regnauit, decorem.

ADDITIO. Et compoſita fuit ſecundum ſtylum legis C. de feriis,dies feſtos.ſecundum Archidiaconum.

c ¶ *In pace.*] ex pſalmo,Notus in Iudæa.

d ¶ *Cultus.*] Nam erit cultus iuſtitiæ ſilentium.5.q.4.in loco.

ADDITIO.& C.de iis qui ad eccleſiam confu.l.denuntiamus. ex qua etiam ſumi potuerunt aliqua de iis quæ ex textu ſequuntur.Ioan.And.

e ¶ *Pacificus.*] Eſt enim rex pacificus,& venit pacem docere.22. q.1.c.niſi bella.Ioan.And.

f ¶ *Inſtruat.*] per bonum exemplum.7.q.1.§.cum vero. [& 61.diſtin.§.his omnibus.Ioan.And.]

g ¶ *Reficiat.*] per doctrinam.36.diſt.ſi quis vult. nam anima cibo ſpiritali nutritur.ſ.de offi.ord.inter cætera.

h ¶ *Ibidem.*] Attollant,quod eſt infra.

i ¶ *Ieſu Chriſti.*] Ieſu Hebraice,dicitur latine Saluator. Chriſtus græce,latine dicitur vnctus.Chriſtiani à Chriſto. de ſacra vnctione.cap.vnico. §.in fronte. & primo apud Antiochiam fuit nomen illud.22.diſt.c.ſacroſancta.

ADDITIO. Dicit Archidiaconus, ſecundum Iſidorum, quòd Saluator græce dicitur Soter : vere autem dr̃ Saluator qui cunctis ſalutifer venit.Ioan.And.

k ¶ *A peccatis eorum.*] Neminem enim vult perire.de baptiſ. maiores. §.caute.

ADDITIO. 3. q. 4. qui.de pœni.diſt.1.quia diuinitatis. 23.q.8. his à quibus.in fine. Io.And.

l ¶ *Cordis.*] Ad cor enim reſpicit Deus. 14. q.5.§.quid inueniſti.

m ¶ *Vel.*] id eſt,ſaltẽ.

ADDITIO. Sic de pœni.diſt.4.benedictus Deus. ſ. de conſuetud. cap.fi.de præben.extirpandæ.Ioan.And.

n ¶ *Capitis.*] 50.diſt.in capite.

ADDITIO. Ad hoc de conſecra. diſtinct.1. Apoſtolica.

o ¶ *Intentis.*] vt nil animus cogitet, q̃ precetur:ad quod ſacerdos populũ excitat, Surſum corda,dicendo.de conſecra.diſt.1.quando.

ADDITIO. Dantur verſus:

*Non vox, ſed votum:non chordula muſica : ſed cor.*

*Non clamor : ſed amor clamat in aure Dei.* Ioan.And.

p ¶ *Parlamenta.*]Nota contra vniuerſitates Italiæ, quæ frequenter faciunt in eccleſiis talia parlamenta.

ADDITIO. Dicit Valerius lib.1.c.1.ꝙ Caius conſulatu Galliæ,& Scipio conſulatu Corſicæ priuati fuerunt:quia parlamẽta faciebant in templo.Ioan.And.

q ¶ *Turbare.*] ad hoc ſ.de ſen.excõ.veniẽs.in Auth.de ſanc.epiſc. §.ſi quis tam ſacra.colla.9.

r ¶ *Committi.*] non enim debet ibi miſceri ſceleribus,vbi de peccatis eſt venia poſtulanda.in Auth. colla.8. vt lice. matri & auiæ. §.quia vero ita.& ſ.eo.tit.immunitatem.ad idem de accuſa.qualiter.& C.vnde vi.meminerint.

ſ ¶ *Cæmiteriis.*] ſ.eod.cum eccleſia.

t ¶ *Negotiationes.*] nam Dominus negotiatores eiecit de templo : & menſas nummulariorũ euertit. 1.quæſt.3.ex multis.88.diſt. eijciens.palea eſt,& eſt ratio; quia talia difficile fiunt ſine peccato : vt ea.diſtinct.quoniam non cognoui. & de pœnitentia. diſt.5. qualitas.

Negotiationes nõ debẽt fieri in templo.

v ¶ *Secularium.*] idem ſ.eod. cap.1. eccleſiaſtica vero iudicia ibi tractari poſſunt.2.quæſt.2. cap. vlt. & ſ.de appellatio. qua fronte. Ioan.And.

x ¶ *Suadenda.*] quæ ſcilicet dicta ſunt vſque ad ver.nullus.

y ¶ *Compeſcant.*] per cenſuram eccleſiaſticam,vel aliam arbitrariam pœnam.ſ.de offi.deleg.de cauſis.Ioan.And.

¶ *Glo. ſeq.quærit & ſoluit.*

z ¶ *Proceſſus.*] quid de contractibus initis in eccleſia, nunquid valebunt? Dic quòd non debent fieri:& qui faciunt, peccant per hanc decretalem : tamen contractus tenent : Nam cum tantum proceſſus & ſententias iudicum irritet:& pœnalis ſit conſtitutio, pœnam non extendam. infra de regulis iuris. in pœnis. cum ſuis concordantiis.

Contractus celebrat⁹ in eccleſia an valeat.

ADDITIO.Idem Guliel.Garz.Ioan.Monach.& Archid.

a ¶ *Deputandorum.*] id eſt,illorum quos debet ordinarius deputare aſsiduos,& ad iſta idoneos.

a ¶ *Acrimoniam.*] id eſt, acrem pœnã. & dicitur quaſi acris monitio. Vel, id eſt, pœnam excommunicationis, quaſi à gremio eccleſiæ expellentem.

ADDITIO. Vel ſit arbitraria, ſm Gulielmum, & idem, verſi. s. eod. lib. de ſtatu. reg. c. vnico. ad finem. & ibi concor. Ioan. And.

b ¶ *Abſtinere.*] Hæc eſt vera pœnitentia. de pœni. diſt. 3. c. 1.

ab ipſis, diuinæ vltionis & noſtræ poterunt acrimoniã [a] formidare: donec ſuũ confeſſi reatum à ſimilibus firmato propoſito deliberauerint abſtinere [b].

¶ Bonifacius octauus.

¶ *Ponit exceſſus laicorum, qui clericis collectas, tallias, & onera imponebant: & exceſſus clericorum, qui talibus conſentiebant.*

CAP. III.

Clericis † [c] laicos infeſtos oppido [d] tradit antiquitas [e]: quod & præſentium experimenta temporum [f] manifeſte declarant, dum ſuis finibus non contenti [g] nituntur in vetitum, ad illicita fræna relaxant, nec prudenter attendunt quàm ſit eis in clericos eccleſiaſticaſve perſonas & bona interdicta poteſtas [h]: Eccleſiarũ prælatis, Eccleſiis, eccleſiaſticiſque perſonis regularibus & ſecularibus imponunt onera grauia, ipſoſque talliant, & eis collectas imponunt, ab ipſis ſuorũ prouentuum vel bonorum dimidiam, decimam ſeu viceſimam, vel quamuis aliam portionem aut quotam exigũt, & extorquent, eoſque moliuntur multifarie ſubiicere ſeruituti, ſuæque ſubmittere ditioni [i]: &(quod dolenter † referimus) nonnulli Eccleſiarum prælati eccleſiaſticæque perſonæ trepidantes vbi trepidandum non [k] eſt, tranſitoriam pacem [l] quærentes, plus timentes maieſtatem temporalem offendere, quàm æternam [m], talium abuſibus non tam temerariè, quàm improuide acquieſcunt: ſedis Apoſtolicæ auctoritate ſeu licentia non obtenta.

¶ *Præcipit perſonas eccleſiaſticas pro rebus ſuis vel eccleſiarum nil laicis ſoluere debere abſque licentia Apoſtolicæ ſedis, ſub quocunque colore mutui, ſubuentionis, doni, vel alio quolibet: vt etiam ipſi laici talia non exigant vel recipiant, nec occupent quocunque modo depoſita eccleſiarum vel perſonarum eccleſiaſticarum: ſingulares contra facientes excommunicat, vniuerſitates interdicit: quæ pœnæ locum habeant in promiſſionibus factis etiam ante hanc conſtitutionem, ſi poſtmodũ ſoluantur vel recipiantur: & ab his ſententiis ſolus Papa abſoluit, præterquam in mortis articulo. hoc dicit.*

¶ Nos igitur talib⁹ iniquis actibus obuiare volentes, de fratrum noſtrorum conſilio Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, quòd quicunque prælati, eccleſiaſticæque perſonæ, religioſæ vel ſeculares quorumcunque ordinum, conditionis, ſeu ſtatus collectas vel tallias, decimam, viceſimam, ſeu centeſimam ſuorum & eccleſiarum prouentuum vel bonorum laicis ſoluerint vel promiſerint, vel ſe ſoluturos conſenſerint, aut quamuis aliam quantitatem, portionem, aut quotam ipſorum prouentuum vel bonorum æſtimationis vel valoris ipſorũ ſub adiutorij, mutui, ſubuentionis, ſubſidij, vel doni nomine, ſeu quouis alio titulo, modo, vel quæſito colore [n], abſque auctoritate ſedis [o] eiuſdem: necnon Imperatores, Reges, ſeu principes, duces, comites, vel barones, Poteſtates, capitanei, vel officiales, vel rectores quocunque nomine [p] cenſeantur, ciuitatum, caſtrorum, ſeu quorumcunque locorum conſtitutorum vbilibet, & quiuis alij cuiuſcunque præeminentiæ, conditionis, & ſtatus, qui talia impoſuerint, exege-

Clericis.] Benedictus in ſua extrauagãti quæ incipit: Quod olim. reſtrinxit hanc decre. ad exigentes tantũ: ſed Clemens reuocauit hanc decretalem cum ſuis declarationib⁹, ita ꝙ voluit haberi pro nõ facta per ſuam extrauagantem, quæ incipiebat: Paſtoralis. quæ eſt inter clement. eod. titu. & incipit, quoniam. & vide quæ ibi dixi in 1. gloſ. Circa iſtam igitur inſtandum non eſt. & Archid. etiam non gloſſauit. Ioan. And.

† Quærebat Io. Mon. in iſto ca. Quid ſi fiat impoſitio talis non eccleſiaſticis perſonis, ſed eorũ hominibus: nunquid eſſet locus pœnæ huius c. Et dicebat, ꝙ ſic: quia fit fraus legi. de qua infra de re. iur. c. ſi. & s. d priuileg. quanto. facit j. eo. c. eos. Secũdũ Lap. Abb. Dom. Phi. dicit ꝙ nullo caſu habebit locum hæc conſtitutio: quia penit⁹ reuocata cũ ſuis declarationibus nec vllus doctorũ eam legit. Font.

¶ Pro intellectu huius cap. præſupponendum eſt quod habetur in c. non minus. & c. aduerſus. eod. tit. in antiq. Dicitur in c. non minus. ꝙ clerici propter neceſſitatem laicorum poſſunt eis ſubſidiũ ſponte conferre. In cap. aduerſus. dicitur, ꝙ laici non poſſunt compellere clericos ad ſoluendum tallias vel alia ſubſidia: ſed clerici gratis ꝑ modum doni gratuiti poſſunt contribuere: cum conſenſu tamen ſui epiſcopi. Sed clericis per illud cap. non erat impoſita aliqua pœna: vnde eueniebat ꝙ multi clerici plus timentes homines quàm Deum, cõtribuebant ad huiuſmodi tallias. In hoc cap. dicitur, ꝙ ſi clerici contribuunt per modum doni gratuiti abſque auctoritate Papæ: ꝙ ipſo facto ſunt excommunicati, ſi ſint perſonæ ſingulares: ſi autem ſit vniuerſitas, quæ facit illam contributionem: tunc eſt ſuppoſita interdicto eccleſiaſtico. Item addit iſtud cap. quòd laici compellentes clericos ſoluere tallias, ipſo facto ſunt excommunicati. & quia aliqui principes habent priuilegium à ſummo Pontifice, vt non poſsint incurrere ſententiam canonis. Item quòd non poſsint ab homine excommunicari: Dicit Romanus Pontifex quòd exigentes collectas vel tallias à perſonis eccleſiaſticis pro rebus ſuis vel eccleſiæ, incurrunt ſententiam excommunicationis ipſo facto: non obſtante eorum priuilegio. Nota primo ad quod allegatur principium huius cap. ꝙ laici clericis ſunt infeſti, & communiter ipſos odio proſequũtur. Nota inſuper principalem effectum huius cap. ꝙ clerici etiam cum auctoritate diœceſani non poſſunt contribuere ad tallias laicorum, etiã per modum doni abſque licentia Papæ: & contra facientes incurrunt excommunicationem ipſo facto: à qua non poſſunt abſolui niſi à Papa, præterquam in articulo mortis. Et iſtud fuit introductum in fauorem clericorum.

† Aliàs, dolẽtes.

¶ *Gloſſa prima ſummat ſimul & diuidit.*

c ¶ *Clericis.*] in prima parte ponit exceſſus laicorum, qui clericis collectas, tallias, & onera imponebant, & exceſſus clericorum, qui talibus conſentiebant. Secundo: ibi, *Nos igitur.* præcipit perſonas eccleſiaſticas pro rebus ſuis vel Eccleſiarum nil laicis ſoluere debere abſque licentia Apoſtolicæ ſedis ſub quocunque colore mutui, ſubuentionis, doni, vel alio quolibet: vt etiam ipſi laici talia non exigant vel recipiant nec occupẽt quocunque modo depoſita Eccleſiarum vel perſonarum Eccleſiaſticarũ: Singulares contra faciẽtes excommunicat, vniuerſitates interdicit: quæ pœnæ locum habeant in promiſſionibus factis etiã ante hãc conſtitutionem ſi poſtmodum ſoluantur vel recipiantur; & ab his ſententiis ſolus Papa abſoluit præterquam in mortis articulo. Tertio, in verſ. *Non obſtantibus.* omnia priuilegia derogantia huic conſtitutioni caſſat & irritat.

d ¶ *Oppido.*] id eſt valde.

e ¶ *Antiquitas.*] 2. q. 7. laicos. & c. laici. & antiquitati credulitas & reuerentia debetur. 11. diſt. catholica. & c. eccleſiaſticarum. ſupra de tranſla. quanto.

f ¶ *Temporum.*] s. eo. libro, de cenſi. felicis. & de elect. fundamenta.

g ¶ *Non contenti.*] & male. 13. q. 1. c. 1. de ſepul. cap. 1. in antiq. j. de priuileg. c. 1.

h ¶ *Poteſtas.*] 96. diſt. bene quidem. de conſti. eccleſia ſanctæ Mariæ. in antiq.

i ¶ *Ditioni.*] vt peioris conditionis ſit ſacerdotium quàm fuerit ſub Pharaone. s. eod. non minus.

k ¶ *Non eſt.*] de reſcr. cum contingat. de ſimo. & ſi quæſtiones. C. de fide inſtrumen. l. vlt. ad fin. Ioan. And.

l ¶ *Pacem.*] huius ſeculi.

m ¶ *Aeternam.*] & male, cum potius contrarium facere debeãt. s. de hære. vergentis. cum ſuis cõcor. Faciant prælati Eccleſiarum, ꝙ ſint imitatores Nabuthæ q vineam ſuam cruore defendit. 3. Regum 21. c. & 23. quæſt. 8. conuenior. & imitentur Ambroſium idem dicentem: Si vultis corpus occidere occurram: vultis in vincula rapere, vultis in mortem? voluntas eſt mihi, pro altaribus gratis immolabor. perſecutionem 1 tamen fugere poterit ſeruata diſtinctione; quam habes 7. q. 1. §. hoc tunc. & recitari ſolet de renun. niſi. §. propter malitiam. in antiq.

Prælati ſint ſimiles Nabuthæ & Ambroſio.

1 Vide B. Thomã 2. 2. q. 185. art. 5. vbi plene de hac re.

n ¶ *Colore.*] qui non excuſat, vt s. eod. lib. de elect. auaritiæ. 14. q. 3. plerique. de ſimo. intantum.

o ¶ *Sedis eiuſdem.*] nunquid correcta eſt decre. s. eod. non minus. quæ permittebat epiſcopo & clero inſpiciẽti neceſsitates vel vtilitates laicorum eis ſponte ſubſidium conferre? Dic ꝙ decretalis illa moderationem & determinationem receperat per decret. eod. tit. aduerſus. vbi ſtatutum fuit, ꝙ etiam illo caſu id facere non poſſent præter licentiam Apoſtolicæ ſedis: non ergo corrigit iſtã, ſed pœnam adiicit.

p ¶ *Nomine.*] ſic s. eod. lib. de elect. fundamenta.

a ¶ *Inter-*

a ¶ *Interdicto.*] In vniuerſitatē non fertur ſententia excōicationis, vt j. de ſen. excom. Romana. §. in vniuerſitatem.

† Aliàs ſiſauerint.
† Aliàs, ſiſari.
† Aliàs ſiſata.

b ¶ *Prælatis.*] hucuſq; dixit de iis, qui poſt cōſtitutionem iſtam promiſerunt & ſoluerunt: nunc dicit de iis qui ante cōſtitutionem vel eius notitiam promiſerunt, & poſt conſtitutionem ſoluerunt, & poſt eius notitiam.

c ¶ *Mortis articulo.*] iſte ſemper excipit, vt 17. q. 4. ſi quis ſuadente.

d ¶ *Diſsimulatione.*] diſsimulatio eſt peccatū mortale in plato. 44. diſtin. ſit rector. & cap. Epheſis. & 47. diſt. cap. vlt. & ſ. de offi. ord. irrefragabili. Ioan. And.

e ¶ *Non obſtantibus.*] Papa ergo poteſt tollere & moderari priuilegia per ſe data, vt j. de ſen. excō. c. vlt. in fin. de priui. ne aliqui. & ſic regula illa, decet conceſſum, &c. j. de reg. iu. nō habet locū in ipſo principe. vt ibi dixi.

† In manuſcriptis conſtanter legitur ita: & cōceſſionis.

† Aliàs, peruenerit.

Q*Voniam, vt intelleximus.*] Primo recitat abuſum ſecularium poteſtatum. Secundo ꝯ illum ſtatuit: ibi, *Nos iuſtitiam*. Tertio tranſgreſſoribus pœnā imponit: ibi, S*i quis vero*. ſecundum Ioan. Mo. Ioan. And.

CASVS. Aliquis laicus debebat mihi aliquam pecuniæ ſummā, ad quam ſoluendam ſe obligauerat mihi ante iuramento: & ſic ratione iuramenti cauſa ſpectabat ad iudicem eccleſiaſticum. cap. fina. ſ. de foro compet. iſtomet lib. vel alia ratione ſpectabat ad forum eccleſiaſticum: quia habebam iudicem ordinarium loci ſuſpectum: à ſede Apoſtolica impetraui delegatum: volui laicum ipſum conuenire corā iudice delegato, vel forte coram epiſcopo: Vnde laicus iſtud notificauit iudici ſeculari, qui iudex præſtat impedimentū, quo minus ipſe laicus conueniatur coram iudice eccleſiaſtico: forte faciendo inhibitiones ne ipſum conueniam coram iudice eccleſiaſtico, vel ſaccando bona mea, vel parentū meorum: Quæritur, nunquid iudex ſecularis aliquam incurrat pœnā, & quam? Reſpondet, ꝙ ipſo facto incurrit ſententiam excommuni-

† In articulo mortis nulla eſt caſuū reſeruatio, & tunc omnes ſacerdotes quoſlibet pœnitentes à quibuſuis peccatis & cenſuris abſoluere poſſūt: cōciliū Trident. ſeſſio. 14. cap. 7. de caſuū reſeruatione.

rint, vel receperint; aut apud ædes ſacras depoſita Eccleſiarū, vel eccleſiaſticarū perſonarū vbilibet arreſtauerint, ſaiſiuerint†, ſeu occupare præſumpſerint: vel arreſtari, ſaiſiri †, aut occupari mandauerint: aut occupata, ſaiſita†, ſeu arreſtata receperint: necnon omnes, qui ſcienter dederint in pdictis auxiliū, conſiliū, vel fauorē publice vel occulte: eoipſo ſnīam excōicationis incurrant. Vniuerſitates quoq; quæ in his culpabiles fuerint, eccleſiaſtico ſupponimus interdicto [a]. Prælatis [b] & perſonis eccleſiaſticis ſupradictis in virtute obedientiæ, & ſub depoſitionis pœna diſtricte mandantes, vt talibus abſq; expreſſa licentia dictæ ſedis nullatenus acquieſcant: quódque ptextu cuiuſcunque obligationis, promiſsionis, & confeſsionis† factarū hactenus vel faciendarū in antea, priuſquam hmōi conſtitutio, prohibitio, ſeu præceptum ad notitiam ipſorū peruenerint †, nil ſoluant: nec ſupradicti ſeculares quoquo modo recipiāt. Et ſi ſoluerint, vel prædicti receperint, in excommunicationis ſentētiam incidant ipſo facto.

¶ A ſupradictis autem excōcationum & interdicti ſententiis nullus abſolui valeat, præterquam in mortis † articulo [c], abſque ſedis Apoſtolicæ auctoritate & licentia ſpeciali: Cum noſtræ intentionis exiſtat, tam horrendum ſecularium Poteſtatum abuſum nullatenus ſub diſſimulatione [d] tranſire.

¶ *Omnia priuilegia derogantia huic conſtitutioni caſſat & irritat.*

¶ Non obſtantibus [e] quibuſcunque priuilegiis, ſub quibuſcunque tenoribus, formis ſeu modis, aut verborum conceptione conceſſis Imperatoribus, Regibus, & aliis ſupradictis: quæ contra præmiſſa in nullo volumus alicui vel aliquibus ſuffragari.

¶ Idem.

¶ *Excommunicati ſunt qui impediunt ſuper cauſis, quæ ad forum eccleſiaſticū de iure vel de conſuetudine pertinēt litteras à ſede Apoſtolica impetrari, vel ſuper ipſis coram ordinariis vel delegatis eccleſiaſticis litigari. Ioan. And.*

CAP. IIII.

QVoniam [f] (vt intelleximus) quorundā iuſtitiariorū, balliuorum, iudicumve ſecularium ac temporaliū dominorum in quibuſdam partibus [g] præſumptuoſa temeritas ſic excreuit, vt in terris eorum ſiue diſtrictibus litteras Apoſtolicas impetrantes, vel ad iudices ordinarios eccleſiaſticos recurrentes ſuper cauſis, negotiis, ſeu quæſtionibus, quæ ratione perſonarum aut rerum de iure aut antiqua conſuetudine [h] ad forum † eccleſiaſticum [i] pertinent, obtinere non poſſunt in eis per eoſdem ordinarios iudices vel Apoſtolicas litteras iuſtitiæ complementum, quin potius ſuper illis recurrere ad iudicium ſeculare, vel à lite, cauſa, ſeu quæſtione deſiſtere compellūtur. Nos iuſtitiam noſtram & Eccleſiæ ſponſæ noſtræ nolētes negligere, qui alios in ſua iuſtitia confouemus [k]: ſtatuimus diſtrictius inhibendo, ne quis impetratores litterarum noſtrarum, vel alios in foro eccleſiaſtico delegato ſeu ordinario litigantes, ſeu litigare volentes, ſiue ambæ partes hoc voluerint, ſiue vna, ſuper cauſis eccleſiaſticis, ſiue quæ ad forum eccleſiaſticum ratione perſonarum, negotiorum, vel rerum, de iure vel de antiqua conſuetudine pertinere noſcuntur, per ſe vel per alium, ad deſiſtendum, vel in foro ſeculari de quæſtionibus huiuſmodi litigandum, per eorundem iudicum eccleſiaſticorum, vel impetrātium, aut litigantium ſeu volentium litigare, aut propinquorum [l] ipſorum, ſeu rerum illorum, aut eccleſiarum ſuarum etiam captionem modiſve aliis quibuſcūque compellat, ſeu compelli faciat vel procuret: nec per ſe alioſve impediat, quo minus coram iudicibus eccleſiaſticis delegatis ſeu ordinariis querelantes de cauſis, quæ (vt præmiſſum eſt) ad cognitionem pertinent eorundem, poſſint libere iuſtitiam obtinere: nec ad prædicta facienda det auxilium, conſilium, vel fauorem. ¶ Si quis vero contra præſumpſerit, excommunicationi ſe ipſo facto nouerit ſubiacere: à qua (niſi tam iudici, cuius cognitio fuerit impedita, vel iuriſdictio vſurpata, quàm parti, quæ turbata in proſecutione fuerit ſui iuris: de iniuria, damnis, expenſis, & intereſſe prius per eundem integre fuerit ſatisfactum [m])

cationis: & non ſolum ipſe iudex incurrit ipſo facto ſententiam excōmunicationis: ſed etiā laicus procurans eſt ipſo facto excommunicatus: quoniam perturbantes iuriſdictionem eccleſiaſticam, ipſo facto ſunt excommunicati: à qua excomunicatione non poterunt abſolui, niſi facta prius ſatisfactione. Nota primo caſum in quo faciens iniuriam laico, incurrit excommunicationē ipſo iure. Alium vide ſ. de electio. ſciant cuncti. eod. lib.

† Quæ ſint illæ cauſæ not. in c. licet. de foro compet. in antiq. Bar. in extrauag. ad reprimēdā, in verbo denūciatione. Anto. Burgꝰ Hiſpanꝰ colligit 8. notab. caſus c. 1. de emp. & vēdi. & vide aliquid per Oldra. conſ. 16. & an in talibꝰ eccleſiaſticus exequatur ſuā ſententiam: pulchre Io. Lupꝰ Hiſpanus in c. per veſtras. 2. not. de do. inter virum & vxo. Fon.

¶ *Prima glo. ſummat.*

f ¶ *Quoniam.*] Excommunicati ſunt qui impediunt ſuper cauſis quæ ad forum eccleſiaſticū de iure vel de conſuetudine pertinent litteras à ſede Apoſtolica impetrari, vel ſuper ipſis corā ordinariis vel delegatis Eccleſiaſticis litigari. Ioan. And.

g ¶ *Partibus.*] ſicut olim erat in ciuitate Piſana. ſ. de ſent. excom. grauem.

h ¶ *Conſuetudine.*] quę dat iuriſdictionē. 9. q. 3. conqueſtus. de foro cōpeten. cum contingat. in antiq. ad idem ſ. eo. lib. de excep. cap. vlt.

i ¶ *Eccleſiaſticum.*] de ſecularibus non intromittit ſe eccleſiaſticus iudex, niſi in caſibus ſ. de foro compe. licet ex ſuſcepto.

k ¶ *Confouemus.*] ſic ſ. de ſupplen. negl. præla. licet. nā & ordinata charitas [1] à ſeipſa incipit. 23. q. 5. ſi nō licet. de vſu pal. niſi ſpecialis.

1 Vide B. Thomā 2. 2. q. 26. art. 4. & 5.

ADDITIO. Sic & primo debet quis curare de ſe, & ad ſe ſpectātibus quàm de aliis. 1. q. 1. multi. in princip. C. de ſer. & aqua. l. præſes. ſ. eo. lib. de offi. ord. præſenti. §. porro.

¶ *Glo. ſeq. not. & dat duo ſimilia.*

l ¶ *Propinquorum.*] Nota caſum in quo laico iniurians excommunicatus eſt. ſic ſ. eo. lib. de electio. ſciant. j. de ſenten. excommu. quicunque.

m ¶ *Satisfactum.*] ergo non ſufficit [2] cautio immo debet præcedere ſatisfactio: ſicut cum quis excōicatus eſt pro manifeſta offenſa. ſ. de verbor. ſigni. ex parte 1. & cap. ſeq. vel pro manifeſta contumacia, vt j. de ſententia excommunica. venerabilibus. §. ſecus.

2 Vide Decium in c. 1. in glo. in verbo donec. d. iudic. in 2. lectura.

a ¶*Abſoluatur.*] tunc demum poterit ab ordinario abſolui: ex quo Papa ſibi non reſeruauit. de ſent. excom. nuper.

EOs qui.] Ponit dictum, cuius rationem interſerit: ibi, *Cum talia.* Ioan. And.

nullatenus abſoluatur[a].

¶ Idem.

¶*Domini temporales prohibentes ſubditis ne cum perſonis eccleſiaſticis contrahant, vel communia obſequia exhibeant, ipſo facto excommunicationem incurrunt. hoc dicit. Dominicus.*

CAP. V.

EOs † qui [b] temporale dominium obtinentes, ſuis ſubditis [c], ne prelatis aut clericis ſeu perſonis eccleſiaſticis quicquam vendant, aut emant aliquid ab eiſdem, neque ipſis bladum molant, coquant panem, aut alia obſequia exhibere præſumant, aliquãdo interdicunt: (cum talia in derogationem libertatis [d] eccleſiaſticæ præſumantur) eo ipſo excommunicationis ſententiæ decernimus ſubiacere [e].

# TITVLVS XXIIII.

## Ne clerici vel monachi ſecularibus negotiis ſe immiſceant.

CASVS. Dictum fuit ſupra cap. clericis. quòd laici non poſſunt compellere clericos ad ſoluendum tallias ſiue collectas. Etiam dicitur in cap. quoniam. ſ. eod. quòd non poſſunt compellere laicos ad litigãdum coram eis, ſi velint litigare coram iudice eccleſiaſtico, vel ſi reus nollet litigare corã iudice eccleſiaſtico, ſed tamen actor vult litigare, & cauſa eſt eccleſiaſtica vel etiam miſta. Sed quid, ſunt aliqui domini temporales, qui inhibent ſubditis ſuis, vt ſunt ſartores, carpentarij, pilarij, & alij mechanici, vt non faciant obſequia clericis: niſi ipſi clerici velint contribuere ad tallias: & ſic indirecte compellũt clericos ad ſoluendum tallias: nam ſine obſequiis illorum non poſſent clerici viuere: vtrũ ſint puniẽdi aliqua pœna? Reſpondetur quòd ſic: nam ipſo facto ſunt excommunicati. Nota quòd prohibitio directa ad ſubditos, ex qua indirecte præiudicatur clericis quo ad ipſorum libertatem, non tenet.

† Vide Ancharanũ conſil. 11. incip. factum ſup quo petitur conſilium. & Lapum allegatione 92. incip. inſpeximus.

¶*Prima glo. dicit quid declaret.*

b ¶*Eos qui.*] Contra hos, contra quos hic prouidetur, arguebat Ber. de priuileg. quanto. in glo. 1. in fine.

¶*Gloſſa ſequens recitetur per obiectionem.*

c ¶*Subditis.*] Licet ſolis ſubditis imperarent: tamen clericis competebat actio de dolo ad ſuum damnum conſequendum: quæ competit quotieſcunque aliquid dolo fit, & alia actio deficit. ff. de dolo. l. 1.

ADDITIO. Vide quod poſt Innocen. dixi ſupra de priuileg. quanto.

d ¶*Libertatis.*] Iſti licet quo ad verba nõ viderentur infringere libertatem: tamen infringebant quo ad mentem, faciendo fraudẽ de perſona ad perſonã. de quo dic vt 14. q. 3. plerique. ſ. de priuile. quanto. ff. de legi. contra. j. de reg. iur. c. vlt. & contra tales habebas prouiſum. ſ. de ſent. excom. grauem.

ADDITIO. Hic vt dixit gl. fiebat fraus de perſona in perſonã. Concordat ff. ſi quis aliquem teſt. prohi. l. 1. & 2. vbi prohibens notarium vel teſtes intrare, prohibuiſſe dicitur teſtatorem. ad idem ff. de itine. actuque. l. veteres. vbi prohibens portari neceſſaria ad reficiendum iter, dicitur refectionem prohibuiſſe. Ioan. And.

e ¶*Subiacere.*] In ſtatutariis, poteſtatibus, conſulibus, & ſcriptoribus ſtatutorum, quæ ſunt contra libertatem eccleſiæ: dic vt ſ. de ſent. excom. nouerint.

ADDITIO. Et quomodo dicatur eccleſiæ libertas infringi, ibi ſcripſi poſt Innoc. Ioan. And.

NE CLERICI VEL MONACHI SECVLARIbus negotiis ſe immiſceant.

Cõtinuatio domini Heliæ.

¶*Dictum fuit ſupra per diſcurſum titulorum præcedentium de clericis & eorum priuilegiis: verum quia clerici perdunt ſua priuilegia immiſcendo ſe ſecularibus negotiis: ideo ad nos informandum ponit Romanus Pontifex rubricã; Ne clerici vel monachi ſecularibus negotiis ſe immiſceant.*

STatutum.] Ponit declarationem veteris iuris, primo dans regulam: ſecundo caſum exceptum: ibi, *Niſi.*

CASVS. Dicitur in capitulo, ſuper ſpecula. eo. tit. in antiq. ꝙ clerici obtinentes dignitatem vel perſonatum, non debẽt audire leges vel phyſicam; & ibi ponitur certa pœna contra facientibus: poſtea emanauit conſtitutio Clementis Papæ, quæ extendit illud capitulum ad rectores eccleſiarum parochialium: vt rectores parochialium eccleſiarum qui audiunt leges vel phyſicam, incurrerent pœnam capituli, ſuper ſpecula. Sed quæritur, vtrum illa conſtitutio Clementis Papæ intelligatur indiſtincte de quibuſcunque rectoribus eccleſiarum parochialium? Reſpondet. quòd non: ſed ſolum intelligitur de rectoribus eccleſiarum parochialium, quæ ſonant in nomen plebaniæ, id eſt, quæ ſub ſe habent capellas: in quibus capellis inſtituuntur vicarij perpetui, qui non poſſunt ad tempus remoueri: ſicut in his partibus poteſt poni exẽplum in archipresbyteris. Alij autem rectores eccleſiarum, qui ſub ſe non habent capellam, dummodo non ſint ſacerdotes, poſſunt audire leges vel phyſicam. Nota primo, quòd non eſt licitum decanis, archidiaconis, præpoſitis, cantoribus, & aliis obtinentibus dignitates audire leges vel phyſicam: tamen cum talibus poteſt Papa diſpenſare, & quotidie diſpenſat. Nota quòd rectores eccleſiarũ parochialium qui ſub ſe non habent capellas, dũmodo non ſint ſacerdotes, licite poſſunt audire leges. Quæritur, quare iſti qui habent dignitatem, vt ſunt decani, præpoſiti, archidiaconi, non poſſunt audire leges vel phyſicam? Dicendum eſt, quòd iſtud fuit ordinatum vt liberius vacent ſtudio theologiæ & iuris canonici: quæ melius congruunt ſuo ſtatui, quàm leges vel phyſica: vt dic ſuper Specula. Nota quòd rector eccleſiæ parochialis, quæ ſub ſe non habet capellam pendente anno quo promoueri debet ad ſacerdotium, licite poteſt audire leges, vel etiam durante ſeptennio quod habet ad ſacerdotium, & non promouendi ad ſacerdotium.

¶ Bonifacius octauus.

¶*Capitulum, Super ſpecula. prohibens audientiam legum vel phyſicæ, non includit parochiales eccleſias habentes, niſi ſint plebaniæ habentes ſub ſe capellas, in quibus clerici perpetuo inſtituantur. hoc dicit. Dominicus.*

CAP. I.

STatutum [f] † felicis recordationis Honorij Papæ tertij prædeceſſoris noſtri, quod Decanis, Archidiaconis, Præpoſitis, Plebanis [g], Cantoribus, & aliis clericis habentibus perſonatus audire leges [h] vel phyſicam [i] interdicit: ad eos qui parochiales eccleſias obtinere noſcuntur, piæ memoriæ Clementis [k] Papæ quarti prædeceſſoris noſtri veſtigiis inhærentes, declaramus [l] præſentis conſtitutionis oraculo ratione [m] eccleſiarum huiuſmodi

† Vide doctores & in primis Panormitanũ in c. non magnopere. & in c. ſi. extra. ne clerici vel monachi. & Innocẽtium in c. firmiter extra de ſum. trinit. & fide catho.

f ¶*Statutum.*] ſ. eo. ſuper ſpecula.

g ¶*Plebanis.*] quod intellige vt dicitur.

h ¶ *Leges.*] non r enim debent velle videri ſecularium vel forenſium diſceptationum periti. C. de epiſcopis & clericis repetita.

r Vide doctor. eod. tit. c. ſuper ſpecula. & ibi Panor. nam iſta gloſſæ ratio tantum valet ſicut d. c. ſuper ſpecula. immo propter regimen temporaliũ, quod habet eccleſia, eſt vtile ſcire leges. arg. c. ſi in adiutoriũ. 10. diſt. & glo. c. ad hoc. 18. diſt. nulli ſacerdotum. & qui ſcit canones & leges, ille vere ſcit iura. Bal. c. cum cauſã. de teſt. in 1. col. Fonta.

i ¶*Phyſicam.*] non debet hoc facere ſub ſpecie languentium curandorum fratrum. ſ. eod. magnopere.

k ¶*Clementis.*] quam non habemus, ſed eius mẽtem hic inſerit: & incipiebat, Habito cum fratribus noſtris conſilio.

¶*Glo. ſeq. dicit quorum opinionem approbat & reprobat: & rationibus opinionis reprobatæ reſpondet.*

l ¶ *Declaramus.*] Nota approbatam opinionem Goſ. qui hoc dicebat in ſumma huius tituli in fine. & concordat Pet. de Samp. & Abbas. & eſt ratio: quia conſtitutio illa pœnalis erat, & ideo reſtringenda. infra de regulis iuris. in pœnis. cum ſuis concordantiis. non obſtat ſupra de electio. dudum 2. vbi dicitur quòd idem iudicium, &c. quia illud habet locum in caſu ipſius decretalis: ſcilicet quo ad pluralitatem. Item quo ad ordines: vides enim quòd archidiaconus non cogitur niſi quo ad diaconatum. de electio. cum in cunctis. in antiq. ergo nec habens curam animarum: ſed hoc eſt falſum, vt ſupra eod. lib. de electio. licet canon. Reprobata eſt autem opinio Ber. Innoc. ſecundum quoſdam libros, & Hoſtięſis qui dicebant contrarium propter dictam decretalem, dudum. Item ex eo quòd quis habet curam, ſacerdos fieri debet: ſed ſacerdotes prohibentur per ipſam decretalem Honorij: ergo & curam habentes. Item ex eo quòd conſtitutio fauorabilis erat: & ſic amplianda. j. de reg. iur. odia. Item ex eo quòd prædicare tenetur: vt in clementina dudum. §. huiuſmodi. de ſepul. & ſic debet eſſe ſacerdos. 16. quæſt. 1. adiicimus. ſed presbyteri ex ordine, non ex cura, comprehenduntur conſtitutione Honorij: & interdum de neceſsitate non habent fieri ſacerdotes rectores parochialium eccleſiarum: vt ſ. eo. lib. de elect. ſtatutum. vel pone quòd annus non eſt elapſus. Vel pone ſecum diſpenſatum per decretalem. ſ. eod. lib. de elect. cum ex eo.

m ¶*Ratione.*] quaſi diceret: ſi haberet diſpenſatiue vel alio modo perſo-

perſonatum cum illis eccleſiis, bene tenentur conſtitutione: vel ſi eſſent presbyteri, tenentur non ratione eccleſiæ, ſed ordinis, vt ſupra dixi.

¶ *Glo. ſeq. quærit, arg. & ſoluit. contrario arg. reſpondet.*

Leges an ſit licitum audire clerico obtinenti eccleſiam parochialem habentem ſub ſe vnicam capellam tantum.

a ¶ *Capellas.*] quid ſi vnicam habet capellam? Si arguamus à verbis, ſaltem duæ debent eſſe. ad hoc j. de reg. iu. pluralis. cum ſuis concord. ad hoc de deci. ad audientiam. tutius videtur contrarium tenere. ad hoc ff. vi bon. rapt. l. prætor ait 1. §. homines. inſti. eod. titu. in prin. ad idem s. eod. lib. de elect. cap. penult. 1. reſpon. s. de priuile. vt priuilegia. ibi; aperiantur eccleſiæ, id eſt, eccleſia. 1. diſtin. omnes leges. cum ſuis concord. & 2. quæſt. 1. in primis. nec obſtat argu. à verbis; quia non dicit hoc niſi fuerit plebania habens capellas, ſed dicitur in plurali plebaniæ habentes capellas: & pluralitatem capellarum ad pluralitatem plebaniarum referam. Argu. prædict. decre. vt priuilegia.

† Multa huc ſpectantia vide p Calderinũ, conſil. 2. tit. de magiſtris, & per Abbatẽ conſil. 84. lib. 1.

ADDITIO. Hoc videtur tenere Guli. in Spec. eod. tit. poſt princ. vbi dicit, ꝙ plebania eſt habens diuerſas capellas, in quibus, &c. Ioan. Mona. dicit hic quòd ex quo plebania habet capellas perpetuas, reputatur dignitas. Archid. nil dicit de hoc. Ioan. And.

non extendi: Niſi eædem eccleſiæ fuerint plebaniæ ſub ſe capellas [a] habentes, in quibus inſtituantur clerici perpetui [b] nequeuntes ab ipſis [c] abſque cauſa rationabili [d] amoueri.

¶ Idem.

¶ *Excommunicatus eſt ipſo facto religioſus profeſſus habitum temerarie dimittens, vel ad quæcunque ſtudia accedens, non obtenta licentia prælati & conuentus. Doctores ſcienter docentes, vel in ſcholis retinentes ad leges vel phyſicam tales religioſos, ſimiliter excommunicationem incurrunt. hoc dicit. Dominicus.*

CAP. II.

VT† periculoſa [e] religioſis euagandi materia ſubtrahatur, diſtrictius inhibemus, ne de cætero aliquis quancunque [f] religionem tacite vel expreſſe [g] profeſſus [h], in ſcholis,

b ¶ *Perpetui.*] s. eod. lib. de capel. mona. c. vnico.

c ¶ *Ab ipſis.*] ſcilicet plebaniis, vel capellaniis, & melius.

d ¶ *Abſq; cauſa rationabili.*] de capel. mon. c. vnico. vbi de hoc.

VT *periculoſa.*] Primo cauſa præmiſſa ponit duplicem inhibitionem. Secundo, pœnam tranſgreſſorum: ibi, *Si quis.* Tertio: ibi, *Doctores.* illam declarat in doctoribus locum habere.

Et dic periculoſa animabus ipſorum vagantium. s. de reg. c. fin. Eſt etiam periculoſa propter exempli perniciem. de elect. cum dilectus. §. nos vero. de vo. magnæ. in antiq. Ioan. And.

CASVS. Aliquis religioſus qui erat bene diſpoſitus ad ſtudium, cupiens margaritam ſcientiæ inuenire: dimiſit ſuum monaſterium ſua auctoritate priuata (verius magis temeritate) & iuit ad ſtudiũ generale abſque licentia ſui prælati. vtrum poſsit licite exercere ſtudiũ? Reſpondetur quòd non: quia religioſus nihil agere poteſt ſine licentia ſui prælati: & prælatus ſuus poteſt ei dare licentiam cum conſilio ſui conuentus. Sed quid, ponamus retento eodẽ themate, ꝙ religioſus abſque licentia ſui prælati acceſsit ad ſtudium generale: ipſe autem dubitans ꝙ non admitteretur niſi oſtenderet licentiam ſui prælati, dimiſit habitum ſuum vt non poſſet cognoſci eſſe monachus, vtrum puniatur aliqua pœna? Reſpon. ꝙ ſic: nã ipſo facto incurrit ſententiam excõicationis. Et etiam doctor qui illum admittit in auditorio ſuo, & illum nõ expellit, eſt ipſo facto excõicatus. Nota primo ex iſto cap. ꝙ religioſus fauore ſtudij non poteſt dimittere monaſteriũ ſine licentia ſui prælati. Sed quis dicetur eius prælatus, quo ad iſtam licentiam dandam: vtrum ſuus epiſcopus? Dicendum ꝙ non, licet dicamus, ꝙ epiſcopus regulariter concurrit cum inferioribus prælatis, vt in c. cum ab eccleſiarũ. de offi. ordi. in anti. & l. ſi. C. de iuriſd. om. iud. vbi dicitur, ꝙ quodlibet collegium poteſt ſibi conſtituere & eligere rectorem qui cognoſcit perſonas de illo collegio: tamen datur actori optio conueniendi reum coram illo rectore collegij, vel coram ordinario loci: ideo ad dandam iſtã licentiam abbas dicitur prælatus religioſi. Sed quid ſi abbas nolit dare licentiam, an poſsit recurſus haberi ad epm? Reſpondetur, ꝙ ſic: ſi abbas nõ ſit exẽptus a iuriſdictione epi: ſi autem ſit exemptus, recurrendum eſſet ad Papam. immo dicunt plus doctores ꝙ eps vel ſuperior poterit illi abbati præfigere certum terminum, intra quem det illi religioſo licentiam vt poſsit ſtudere cum comminatione: ꝙ niſi intra illud tempus ſibi licentiam contulerit, quòd tempore illo elapſo epiſcopus conferet.

¶ *Prima glo. dicit vnde ſumpta.*

e ¶ *Vt periculoſa.*] Tracta fuit de extrauaganti grauis, & dolore non vacua.

f ¶ *Quamcunque.*] dumtamen approbatam. s. de vo. c. vno. eo. lib.

g ¶ *Vel expreſſe.*] s. eod. lib. de regula. c. 1. & 3. & in caſu iſto inter expreſſam profeſsionem & tacitam non eſt differentia; ſicut alibi eſt. s. eo. lib. de elect. nullus. & c. indemnitatibus.

ADDITIO. dicebat Hoſt. s. eod. c. 3. vtrumque: ſcilicet vt tacite profeſſus non eligatur, & hac conſtitutione adſtringatur introductũ in fauorem religionis & animarum ſalutem. Ioan. And.

vel alibi temere [i] habitum religionis ſuæ dimittat: nec accedat ad quæuis ſtudia litterarũ, niſi à ſuo prælato cum conſilio ſui conuentus [k], vel maioris partis eiuſdem, ſibi eũdi ad ſtudium licentia [l] primitus ſit conceſſa. Si quis autem horum [m] temerarius violator extiterit, excommunicationis incurrat ſententiam ipſo facto [n]. ¶ Doctores quoque, ſiue magiſtri, qui religioſos habitu ſuo dimiſſo [o] leges vel phyſicam audientes ſciẽter [p] docere, aut in ſcholis ſuis præſumpſerint retinere [q]: ſimili [r] eo ipſo ſint ſententia innodati.

h ¶ *Profeſſus.*] Nam profeſſus non poteſt redire ad ſeculum: qđ dic vt s. de regul. conſulti.

i ¶ *Temere.*] Ex cauſa enim licet habitũ transformare, ſi iuſta ſit, puta timor. s. de vita & hone. cler. clerici. in antiq. in glo. clerici arma.

¶ *Gl. ſeq. recitari põt per obiect. & ſolutionẽ.*

k ¶ *Conuentus.*] alibi dat prælatus licentiam ſine requiſitione conuẽtus. s. eod. lib. de elec. ſi religioſus. 2. reſponſo. ſed illud fauore eccleſiarũ vacantiũ. ad idẽ s. de teſta. c. vlt. & illud fauore vltimarum volũtatũ: & qa piũ executionis teſtamentorũ onus.

l ¶ *Licentia.*] & tunc poteſt omnia ſine quibus in ſtudio commode eſſe non poſſet. quod dic vt not. 2. q. 7. cũ paſtoris. de accu. ex parte.

¶ Idem.

¶ *Clericus in loco temporalis iuriſdictionis ſuæ ſuper delicto ibi commiſſo delegans, vt veritate inquiſita iuſtitiam exequatur, irregularis non efficitur, licet pœna ſanguinis inferatur. hoc dicit. Dominicus.*

ADDITIO. Et quod ibi not. in ſi. penul. glo. pro neceſsitate monachi monaſterium obligari intelligit Archid. niſi actum fuiſſet ꝙ alius monacho ſumptus inuẽniret: puta propinquus vel amicus, &c. Ioan. And.

m ¶ *Horum.*] id eſt, ꝙ apoſtata dimittendo habitum, vel quia vadit ad ſtudium ſine licentia.

n ¶ *Ipſo facto.*] ſpeciale in religioſo apoſtata: quia aliàs apoſtata nõ eſt excõicatus 1, ſed excommunicandus, ſecundum ꝙ not. Inno. & Ber. 23. diſt. ſi quis ex clericis. de vita & honeſta. cleri. ſi quis ex clericis. de apoſt. c. 3.

1 Similis gl. ſupra hoc lib. c. 1. de rẽp. ord. verbo, apoſtata. & intellige hoc dictũ prout in dicta gloſſa notatum eſt.

¶ *Glo. ſeq. quærit, arguit negatiue, ſolu. contrarium.*

o ¶ *Dimiſſo.* quid ſi non dimiſerit habitum? Videtur ꝙ tunc doctores non ſint excõicati: quia hæc pœna non eſt amplianda. j. de reg. iur. in pœnis. Dic cõtra, quia cõicant in crimine: & ſic eadem & non minori excõicatione ligantur. de ſenten. excom. nuper. & c. ſi concubinæ. & in hoc poterit dici hoc potius venire ad declarationem iuris veteris, quàm nouum caſum ponere.

ADDITIO. Idem ſcilicet ꝙ doctores, ipſos religioſos docẽtes & retinentes habitu etiam nõ dimiſſo ſint excommunicati, ſequitur Archid. & hoc teneat ſaltem poſtquam monachus incidit, vt ſic cõmunicet iam excõmunicato in crimine, pro quo ligatus eſt. ſuper quo vide quod dixi de ſentent. excomm. contingit. 1. Io. An.

p ¶ *Scienter.*] vbi incederent in habitu, non haberet locum ignorantia veriſimiliter. Sed vbi dimiſerant habitum, probabiliter poterant ignorare.

ADDITIO. Bene tamen eſſe poſſet tanta multitudo ſcholariũ & cautela monachi tempeſtiue intrantis, & in occulto ſcholarum loco manẽtis, quòd licet in habitu intraret, excuſaretur doctor: & maxime vbi de habitu indiſtinctiſsime loqueremur. de quo. s. eo. lib. de reg. c. 1. vbi in fin. Ioan. And.

¶ *Glo. ſeq. primo ſoluit vnum dubium: ſecundo quærit & ſoluit, tertio iterum quærit, & ſoluit.*

q ¶ *Retinere.*] Not. officium doctoris ſcholarẽ de ſcholis expellere. & per id quod dicit, retinere, dicas ꝙ licet doctor ſciat 2 monachũ habentẽ domũ iuxta ſcholas doctoris, in domo propria quam inhabitat, audire: excõicatus non eſt 3. iam enim inhibere nõ poſſet quin ſtet in domo propria. & facit qđ dixi j. de reg. iur. locupletari. Quid ſi monachus non vult exire ſcholas? Vr̃ per hanc litterã ꝙ licite vi poſsit expelli. ad hoc de ſent. excom. veniẽs. in antiq. & hoc maxime ſi vera eſſet opinio, ꝙ excõicatus non gauderet priuilegio canonis: quod non eſt verum, ſecundum Ioan. Ber. & Hoſti. qui de hoc not. 17. q. 4. ſi quis deinceps. de ſenten. excom. contingit 1. Quid ſi nõ poteſt expelli? Exeat ſcholas doctor ad inſtar eius quod dicimus: cum excõicatus intrat eccleſiam: vt not. 11. q. 3. ſicut Apoſtoli. & per modernos. s. de ſenten. excom. nuper.

2 Idem Ioã. Mona. & Archid.

3 Ipſe doctor, ſecus enim in monacho cui ꝓhibet̃ auditus & ſtudiũ. ſupra eod. c. ſin. Io. And.

r ¶ *Simili.*] quia communicant in crimine, vt dixi. & quia conditor ſibi

tor ſibi non reſeruauit abſolutionem, aliis indulſiſſe videtur. ſ. de ſent. excom. nuper. & facit quod not. ſ. eod. ſuper ſpecula.

E*Piſcopus.*] Ponit dictum cuius cauſam reddens ſoluit obſtaculum ibi, *Nam licet.*

CASVS. Epiſcopus Pictaueñ. vel aliquis abbas vel alius clericus prælatus, qui habebat iuriſdictionem temporalem, deputauit aliquem balliuum vel iudicem ad illam iuriſdictionem exercendam: deinde cum dictus balliuus vel iudex haberet in ſuis carceribus vel vinculis aliquem malefactorem: ipſe prælatus clericus dicto iudici vel balliuo mandauit, vt de tali malefactore faceret bonam iuſtitiã: vnde iudex iſte vel balliuus ſecularis magis excitatus ex iuſsione domini ſui, talem reum & criminoſum condemnauit vltimo ſupplicio; vtrum epiſcopus vel alius prælatus ex hoc incurrat aliquam irregularitatem? Reſpondet ꝙ non, dummodo non mandauerit, vt illum condemnaret vltimo ſupplicio: ſed ſolum mandauerit, vt faceret bonam iuſtitiam: Nam ſi iudex ſecularis exceſsit, non eſt imputandum ipſi epiſcopo vel prælato. Not. primo hic optimum tex. ꝙ delegatus inferioris à principe, poteſt exequi ſentẽtiam ſuam, ſi hoc in commiſsione exprimatur. de quo de foro competen. in antiq. ſi quis contra clericum. Nota ſecundo caſum, in quo quis poteſt per alium, quod nõ poteſt per ſeipſum. de quo ĩ. de reg. iur. poteſt quis. Domi.

† Præter doctores hic vide notata in capitul. ex literis. extra de exceſſib' plat. & in c. in archiepiſcopatu. de raptoribus.

¶ *Prima glo. dicit quid declarat.*

a ¶ *Epiſcopus.*] Emanauit ad declarationem eorum quæ notant Ber. Innoc. & Moderni. ſ. eod. clericis. vbi videbatur glo. & Hoſti. ſentire, ꝙ generalem vicarium vel balliuum poſſet dare ad talia: ſed non ſpecialem. Sed ex verbis ipſorum olim tenebam contrarium. Nam dicunt quòd ſi appelletur in tali cauſa, debet appellari ad ipſum prælatum, & ipſe alij delegabit: ergo etiam ſecundum eos ſpecialiter poterat delegare. Quid iuris ergo de prælatis temporalem iuriſdictionem habentibus, habes hic, & quomodo eam committere poſsint. Quid iuris de clericis iniuriam paſsis, & quomodo de ipſa conqueri poſſunt, habes ĩ. de homi. prælatis.

ADDITIO. Cõformiter ad gloſſam & Hoſt. ſ. eo. clericis. dicebat Gof. de Rapto. in archiepãtu, ꝙ conſulebat plato haberi iuriſdictionẽ tẽporalẽ, ꝙ nõ cõmittat in ſpecie laico puniẽdũ corporaliter, ſed generaliter deleget cauſarũ vniuerſitatẽ, quæ ſunt ad pœnam ſanguinis. Et ſi Goff. intellexit ꝙ non exprimat de pœna corporali inferenda in ſpeciali conceſsione, hæc decretalis non reſiſtit huic conſilio. Io. An.

¶ *Glo ſeq. infert & ponit dictum Hoſtienſis.*

## CAP. III.

EPiſcopus [a] †, ſeu quicunq; alius prælatus vel clericus iuriſdictionem obtinens temporalem: ſi homicidio, aut alio maleficio ab aliquibus in iuriſdictione ſua commiſſo, balliuo ſuo, aut alij cuicunque iniungat, vt ſuper hoc [b] veritatem inquirens iuſtitiæ debitum exequatur: irregularis cenſeri non debet: quamuis ipſe balliuus vel alius contra malefactores ad pœnam ſanguinis proceſſerit iuſtitia [c] mediante. Nã licet clericis cauſas ſanguinis agitare non liceat [d], eas tamen (cum iuriſdictionem obtinent temporalẽ) debẽt & poſſunt [e] metu irregularitatis ceſſante, aliis delegare.

FINIS LIBRI TERTII.

b ¶ *Super hoc.*] maleficio, ergo & ſpecialiter cõmittit: dicit Hoſt. ſ. eo. clericis. quod ſibi placeret, ꝙ aut daretur clericis licentia tales cauſas iudicandi per ſeipſos, aut taliũ cauſarũ poteſtas ipſis clericis tolleretur, cũ cõmiſsio ſit ꝯ ius. ff. de of. eius cui man. eſt iu. l. 1.

Prælatus iuriſdictionẽ obtinens tẽporalem, põt etiam ſpecialiter cauſam criminalem delegare.

ADDITIO. Intelligas hoc dictum per id quod not. de rap. in archiepãtu. in vlti. glo. nam ſaltem vltimum ſupplicium & membri mutilatio non delegantur etiam iure authenticorum. & de his committendis agitur hic principaliter, vt dixi in text.

¶ *Gl. ſe. quærit & ſoluit, & argumẽto cõtrario reſpõdet. Io. An.*

c ¶ *Iuſtitia mediante.*] Quid ſi ꝯ iuſtitiam? Dic idem 1: Nam eps qui mandauit iuſtitiam fieri, non eſt in culpa ſi iuſticiarius delinquat, & abſit ꝙ ea quæ propter licitum & bonum, &c. 23. q. 5. de occidendis. non obſtat ĩ. de homi. is qui mandat. quia ibi culpa præceſsit: & caſus qui culpam ſequitur bene imputatur. de hoc plene de homi. ſicut dignum. in antiq. hic nulla culpa præceſsit.

1 Conco. Archid. alleg. ꝙ in generali mãdato non venit aliqd illicitũ, concord. qd̃ ſcripſi ſ. tit. 1. c. vltim. circa medium magnæ gloſſæ. Ioan. And.

d ¶ *Non liceat.*] ſ. eod. clericis. & c. ſententiam.

e ¶ *Poſſunt.*] Ergo poteſt quis per alium quod non per ſe. de hoc dixi ĩ. de reg. iur. poteſt quis. Ioan. And.

FINIS LIBRI TERTII.

LIBER QVARTVS.

DE SPONSALIBVS ET matrimoniis.

Continuatio domini Heliæ.

¶ *Viſum fuit ſupra in tribus libris præcedentibus de illis quæ ſpectant ad clericos: nunc videndum eſt de illis quæ ſpectant ad laicos: videlicet de matrimoniis: ideo merito annectitur rubrica de ſpōſalibus & matrimoniis.*

# LIBER QVARTVS.

## TITVLVS I. De ſponſalibus & matrimoniis.

¶ Bonifacius octauus.

¶ *Sponſalia pura & certa ex conſenſu valida, licet aliàs nulla, inducunt publicam honeſtatem, quæ habet dirimere ſequentia ſponſalia, ſed non præcedentia.*

### CAP. VNICVM.

Ex ſponſalibus [a] † puris [b] & certis [c], etiam ſi conſanguinitatis [d] affinitatis [e], frigiditatis [f], religionis [g], aut alia quauis [h] ratione ſint nulla, dummodo non ſint nulla ex defectu conſenſus [i]: oritur efficax ad impediendum & dirimendū ſequētia ſponſalia vel matrimonia, non autem ad præcedentia diſſoluendum [k], impedimentum iuſtitię † publicæ honeſtatis [l]. Quare ille, qui ſponſalia pure ac determinate cū aliqua muliere contraxit, & poſtmodum cum ſecunda prioris conſanguinea idem [m] fecit, ex priorum ſponſaliorum vigore (quibus per publicæ honeſtatis iuſtitiā ex ſecūdis ſpōſalibus ſubſecutam minime derogatur [n])

Ex ſponſalibus.] Sunt duæ partes. Prima tractat de ſponſalibus puris: Primo in genere: Secundo in ſpecie: ibi, *Quare*. Secunda tractat de conditionalibus: ibi, *Illi vero*. Ioan. And.

† Vide concilium Trident. ſeſſio. 24. de reformatione matrimonij ca. 3. cōfert enī multum pro textu & gloſſa.

¶ Pro intellectu huius cap. præſupponendum eſt quid ſit publicæ honeſtatis iuſtitia. Vnde iuſtitia publicæ honeſtatis eſt quoddam impedimentum qđ impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iam contractū, quod oritur ex conſenſu præſtito in ſpōſalibus, vt ſi monachus contrahat cum aliqua, tunc conſanguineus monachi non poterit contrahere cum illa: publice enim honeſtum eſt, ex quo monachus conſenſit in illam, ꝙ aliquis conſanguineus eam habere non poſsit. Et fuit introductum hoc impedimentum propter honeſtatem duntaxat. de hoc per Panor. in c. iuuenis. eod. tit. in antiq.

CASVS. Aliquis Titius contraxit ſponſalia cum aliqua Berta dicendo: Promitto & iuro ꝙ ego accipiam te in vxorem: & econuerſo illa Berta promiſit & iurauit illum Titium accipere in virū: tractu temporis Titius contraxit ſecunda ſponſalia cum cōſanguinea Bertæ: & ſic orta fuit iuſtitia publicæ honeſtatis inter Titium & conſanguineas ipſius Bertæ, & inter Bertam & conſanguineos Titij: quæritur vtrum Titius poterit cōtrahere matrimonium cum iſta ſecunda ſponſa? Reſpondetur ꝙ non, obſtante impedimento iuſtitiæ publicæ honeſtatis, quod eſt ſufficiens impedimentum ad impediendum matrimonium contrahendum: & ſi de facto contraheret cum ſecunda, dirimeretur iſtud matrimonium vigore iſtius impedimenti: & non obſtante iſta ſecunda, ſponſa poterit & debebit Titius contrahere cum Berta. Sed quid, ponamus ꝙ Titius contraxit ſponſalia cum Berta ſub aliqua conditione: poſtea pendente conditione contraxit matrimonium de præſenti cum cōſanguinea Bertæ: vtrum per iſtud matrimonium de præſenti fuerint ſoluta priora ſponſalia? Reſpondetur ꝙ ſic: quia per ſponſalia conditionalia non ɔ̄hitur iuſtitia publicæ honeſtatis: Secus ſi ſponſalia eſſent certe & pure contracta: quia cum ex illis oriatur iuſtitia publicæ honeſtatis, non frangerentur priora ſponſalia: immo Titius compelleretur contrahere cum Berta, cum qua primo contraxit ſponſalia: vt dictum fuit in prima parte huius capituli. Nota primo, ꝙ publica honeſtas impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iam contractum. Not. ꝙ antequam ex ſponſalibus oriatur iuſtitia publicæ honeſtatis, requiritur ꝙ ſponſalia ſint pura & certa. Not. ꝙ ex ſponſalibus nullis, dummodo non ſint nulla ex defectu conſenſus, oritur publica honeſtas: ideo ſi monachus vel presbyter contraheret: aliquis ex conſanguineis monachi vel preſbyteri non poſſet eam habere in vxorem: ex quo illa ſponſalia non fuerunt nulla ex defectu conſenſus: quia monachus habet conſenſum: quia conſenſus eſt de iure naturali. in l. 1. ff. de pact. ideo illa ſponſalia non ſunt nulla ex defectu conſenſus: ſed ſunt nulla propter ſuſceptionem ſacri ordinis. Not. ꝙ ſi quis contraxit ſponſalia de futuro: & poſtea ɔ̄hat per verba de præſenti cum cōſanguinea primæ ſponſæ: debet remanere cum prima. Sed quid ſi ipſe cognouit ſecundam? Dicendum quòd neutram debet habere, non primam propter affinitatem ſubſecutam: quia contrahendo cum ſecunda & eam cognoſcendo contracta fuit conſanguinitas cū prima. Et licet affinitas ſuperueniens non dirimat matrimonium: tamen dirimit ſponſalia: nec habebit ſecundam propter impedimentum publicæ honeſtatis Not. vlterius: ibi, *Ille vero*. ꝙ ſi quis contrahat ſponſalia conditionalia, quia promiſit aliquam accipere in vxorem ſub aliqua conditione honeſta & licita; (quia ſi eſſet conditio turpis: tunc ſponſalia remanerent pura) iſta conditio honeſta & licita ſuſpendit effectum. Si ergo ſuſpenſus contrahat per verba de præſenti cum conſanguinea primæ ſponſæ, habebit ſecundam, puta conſanguineam primæ ſponſæ: quia fuit contracta publica honeſtas. Sed quid ſi contraxit cum conſanguinea primæ ſponſæ per verba de futuro: quia ſi cōtraxiſſet per verba de præſenti cum iſta ſecunda, non eſt dubium, quia debeo habere iſtam ſecundā & non primam? Rñdet glo. ꝙ idem eſſet ſicut ſi contraxiſſem cum ſecūda per verba de præſenti: quia ex quo inter me & ſecundam nō eſt impedimentū, ſum obligatus ſecundæ & non primæ. Not. quatuor impedimenta quæ inducunt nullitatem ſponſaliorum reſpectu vinculi matrimonialis, hæc ſunt expreſſa in textu. Not. ꝙ affinitas inducit nullitatem, ſicut cōſanguinitas. de quo de cōſan. & affi. non debet. Dominicus.

† De impedimento iuſtitiæ publicæ honeſtatis q d ſit, & vnde proueniat, vide B. Thomam in quæſtionib⁹ additis ad tertiam partem q. 55. art. 4. & doctores ſcholaſticos li. 4. ſentent. diſt. 41.

¶ *Prima glo. dicit quid declaret.*

a ¶ *Ex ſpōſalibus.*] Emanauit ad declarationem eorum quæ not. 27. q. 2. ſi quis deſponſauerit 2. ſ. eod. tit. ad audientiam.

b ¶ *Puris.*] conditionalia non inducunt publicæ honeſtatis iuſtitiam, vt dicitur in fine.

c ¶ *Certis.*] vt ſi promiſit ducere Bertam filiam Titij: incerta ſunt quando promiſit ducere vnum ex filiabus Titij. ad hoc ſ. eod. ca. ex litteris 2.

d ¶ *Conſanguinitatis.*] ſcilicet intra gradum quartum. ſ. de cōſan. non debet. & iſte erat caſus. ſ. eod. ad audientiam.

e ¶ *Affinitatis.*] in primo genere & quarto gradu, vel citeriori. ſ. de conſan. & affi. non debet. & tunc talis affinitas annullat matrimonium quando præceſsit: ſecus ſi ſecuta fuerit: de eo qui cogn. conſang. vxo. ſuæ. diſcretionem.

f ¶ *Frigiditatis.*] ſ. de frigi. per totum.

ADDITIO. Et vide diſtinctionem quam ſcripſi eod. tit. de frigid. cap fraternitatis. in fine. Ioan. And.

g ¶ *Religionis.*] præcedentis. ſ. de vo. c. vnico. quia tunc nullū eſt matrimonium vel ſponſalia. ſi ſequitur, tunc diſſoluit ſponſalia: vt ſ. de conuer. coniu. ex publico. & c. 2.

h ¶ *Alia quauis.*] ſicut dicebat prædictus canon. 27. q. 2. ſi quis deſponſauerit. Et multæ aliæ cauſæ reperiuntur: puta votum ſolenne, cognatio ſpiritalis & regalis, & reliqua impedimenta: vt dixi in ſumma. 4 lib.

i ¶ *Conſenſus.*] puta cōtracta ab infante vel furioſo. ſ. eo. dilectus. & de deſpon. impu. litteras. & c. acceſsit.

ADDITIO Vel per iocum, vbi iocus eſt potens, ſecūdum Vin. qui ſic not. eo. titu. ad audientiam. & Archi. hic. ad hoc. 22. q. 2. ne quis. verſi. illud autem. facit ſ. de ſent. excom. c. 1. & quod ſcripſi de deſpon. impuber. duo pueri. ſuper 5. glo. Ioan. And.

k ¶ *Diſſoluendum.*] bene ergo 1 dicebant Hug. Io. & ſui ſequaces: qui dicebant monachum, ſacerdotem, frigidum, & ſimiles perſonas contrahendo cum aliqua impedire omnes conſanguineos cōtrahere cum eadem: vt not. in prædi. c. ſi quis deſponſauerit.

1 Sequitur Petrus & Ancharan. Fōt.

l ¶ *Publicæ honeſtatis.*] ſ. eod. ſponſam. Publicæ enim honeſtatis eſt, ex quo conſanguineus meus viuens vel mortuus conſenſerit in Bertam, quòd ego illam habere non poſſum.

ADDITIO. Vide quod ſcripſi de hoc impedimento publicæ honeſtatis in tractatu ſuper ipſo habito in concilio Lugdunenſi. in decre. non debet. de conſangui. & affi. ſuper glo. vt melius.

m ¶ *Idem fecit.*] ſcilicet quia ſponſalia contraxerit. ſponſalia vero ſunt futurarum nuptiarū promiſsio. ff. eo. tit. l. 1: 30. q. 5. noſtrates. vnde aduerte ſi cum prima contraxerit de futuro, & poſtmodum cum ſecunda conſanguinea in prohibito gradu eodem modo contraxit, & ſecundam cognouit, nec primam habere poterit propter affinitatem ſuperuenientem: quæ ſoluit ſpōſalia de futuro, vt ſ. de eo qui cogno. conſang. vxo. ſuæ. veniens 1. & c. ex litteris. ſecundā habere non poterit: quia publicæ honeſtatis iuſtitia illum contractum impedit & dirimit, vt ſ. proxi. reſponſo.

Sponſalia q d ſint, vide per Theologos lib. 4. ſent. diſt. 27.

¶ *Glo. ſeq. reci. per obiectionem.*

n ¶ *Derogatur.*] No. ꝙ licet ſuperueniens affinitas diſſoluat ſponſalia de

ſalia de futuro : ſuperueniens tñ iuſtitia publicæ honeſtatis ipſa non diſſoluit,& merito: ſecunda enim ſponſalia tolluntur per publicæ honeſtatis iuſtitiam ex primis inductam:non ergo ex ſecundis poteſt eſſe honeſtas,quæ tollat primam.& eſt ſi.57.diſt. ſi quis.

a ¶ *Obligatus,*] niſi cum alia non ipſius conſanguinea contraheret per verba de præſenti.ſ.eo.ſi iter.vel ſuperueniret aliquod de iis impedimentis,quæ dixi in ſummula,circa principium.

¶ *Gloſſa ſequens dicit quid approbat & reprobat ille §.*

b ¶ *Ille vero.*] reprobatur opinio Inno. not. de ſpon.duorum. cap.1. vbi dicebat ꝙ per ſponſalia ſub cõditione contractata inducitur publicæ honeſtatis iuſtitia. Hoſtien. contra ſupra eod,ad audientiam. Ioan.And.

c ¶ *Ante.*] Secus ſi poſt:q̃a tunc nõ deeſſet cõſenſus , ſed eſſet perinde ac ſi à principio pure contraxiſſet.

¶ *Gloſſa ſequens quærit & ſoluit.*

ad matrimonium contrahendum cum prima remanet obligatus [a].

¶ *Publicam honeſtatem non inducunt ſponſalia conditionalia ante conditionis euentum.hoc dicit.Ioan.And.*

¶ Ille vero [b] qui ſponſalia cum aliqua muliere ſub conditione contraxit,ſi poſtmodum ante [c] conditionis euentum cum alia prioris conſanguinea per verba contraxerit de præſenti [d] : cum ſecunda remanere debebit: Cum ex ſponſalibus conditionalibus ante conditionem [e] extantem , ſicuti † conſenſum nõ habentibus,& incertis,nulla publicæ honeſtatis iuſtitia oriatur.

† In manuſcriptis exẽplarib' ac vetuſtioribus etiã impreſſis conſtanter legit̃ ita: ſicuti ex cõſenſum non habentibus, &c.

d ¶ *Præſenti.*] quid ſi contrahit cum conſanguinea primæ,de qua loquitur littera per verba de futuro : nunquid ſoluta ſunt prima ſponſalia conditionalia ? Credo quòd ſic : ſi enim prima ſponſalia inducunt publicæ honeſtatis iuſtitiam , per iuſtitiam publicæ honeſtatis ſuperuenientem , ex ſecundis non ſoluuntur , vt infra proxi.reſponſo.ſed ſi per prima non inducitur iuſtitia , puto quòd per iuſtitiam ſuperuenientem ex ſecundis bene ſoluantur prima, licet in veritate prima ſponſalia dicenda non ſint ex quo conſenſus defecerat,vt hic.ſic enim eſt in aliis impedimentis. ſ.de eo qui cog.conſang.vxo.ſuæ.veniens.cum ſi. vnde ſi poſt ſecundum contractum ſuperueniat conditio : dico quòd primum matrimonium conſummare non poteſt:publica enim honeſtas non inſurgit à die contractus , ſed à die conditionis , & ideo publica honeſtas quæ præuenit cõditionem,habet matrimonium impedire & dirimere, vt ſupra primo reſpon.cum per hoc reddatur inhabilis primæ . de iureiuran.quemadmodum.

1 Si tamen ſponſalibus fuerit renuntiatum , aut ſponſa publice fornicata cũ aliis fuerit , tunc ſequens copula non inducit matrimonium.c.quẽadmodum. de iureiur. Feli. c. cum M. de conſti. col. pe. Idem ſi conditio iſta ponatur,ducente in vxorẽ, vel dabo tibi cẽtũ. poſt copulam liberatur dando centum. Aſta. in ſua ſum.ij.parte lib.7.arg. 2. titu. 3.circa ſi.Fontanus,

¶*Glo.ſeq.primo ſoluit duo dubia : demum ponit opin. Hoſt. quæ recitetur per quæſtionem.*

e ¶ *Conditionem.*] Hæc vera intelligas niſi interueniat carnis copula 1 : quia tunc receditur à conditione.de condi.app.de illis. Et de hoc ſatis eod.tit.per tuas.Et ſic eſſet ibi conſenſus & matrimonium:vnde tum ꝑꝑ affinitatem,tum ꝑꝑ iuſtitiam non teneret matrimonium poſtea cum conſanguinea contractum: & intellige de conditione honeſta , non de tali quæ habeatur pro non adiecta. ſ.de condi. c.vlt. quia illa inducerent publicam honeſtatem , ac ſi pure contracta fuiſſent 2.& not.Hoſtien. ſ.eod.ad audientiam . ꝙ ſi quis ſub tali conditione contrahat cum aliqua , promitto ꝙ te ducam in vxorem , ſi Deo & Eccleſiæ placuerit : poſtea comperto impedimento,& ſolutis ſponſalibus contrahat cum conſanguinea illius;tenet contractus . & licet hæc conditio intelligatur etiam ſi non apponatur : tamen quando non exprimitur , conſenſus purus remanet : conditiones enim tacitæ non faciunt obligationem conditionalem. ff.de condi. & demonſt. l.conditiones extrinſecus.& not.de iureiur.quemadmodum.tacitum tamen ſi exprimat̃ , facit rem conditionalem 3. ff.de leg.1.ſi ita legatum. §.1. vbi conditio ſi volet,poſita in perſona legatarij facit conditionale legatum.vide quod not.ff.de condi. & demon. l.aliquando . Et expreſſa nocent, quæ non expreſſa non nocent,ff.de reg.iur.expreſſa.

2 Idem intelligas de cõditione de futuro , non de præſenti, vel p̃terito, qđ ꝓbat Io. Mo. ꝑ hanc litterã quæ dicit,antecõditionẽ, &c.

## DE DESPONSATIONE IMPVBERVM.

¶ *Dictum fuit ſupra titu. proxi. de quodam impedimento quod impedit matrimonium contrahendum , & dirimit iam contractum,ſcilicet impedimento publicæ honeſtatis: nunc videndũ eſt de impedimendo ætatis:Nam impuberes non poſſunt contrahere matrimonium de præſenti ſiue ſponſalia de præſenti : ideo ponitur rubrica , de deſpõſatione impuberũ.Vnde ſciendũ quòd ſponſalia dicũtur à ſpondeo,ſpondes,quod eſt promitto.l.1. & 2. ff.de ſpon. ideo quando quis promittit aliquam accipere in vxorem, dicuntur proprie ſponſalia ; ſed matrimonium improprie appellatur,ſponſalia : ſed ideo appellatur ſponſalia:quia ſponſus promittit contrahere matrimonium carnaliter.*

3 Sequuntur doct. legiſtæ tractant in l. item aliquã do.ff.de condi.& demonſtra. glo. in l.itẽ quia. ff. de pact. Fon.

S*I infantes adinuicem.*] Sunt tres partes.Prima tractat de ſponſalibus contractis per infantes ambos vel alterũ : Secunda : ibi, *Idem quoque.* de matrimonio contracto per impuberes.Tertia:ibi,*Porro.* de ſponſalibus contractis per parentes pro filiis , & iſtud ſufficiat pro diuiſione & ſumma : quia ſummando non poteſt breuius recitari.

ADDITIO.Realem enim & pulcherrimam formam habuit hæc decretalis.determinat autem principium nota. 30. q. 2. cap. vnico. & ſ.eo.litteras. aliæ diuerſæ determinationes j. ponuntur in glo. Ioan. And.

# TITVLVS II.

## De deſponſatione impuberum.

l. §. ff. l. par. 4. Concor.

Bonifacius octauus.

¶ *Sponſalia amborum infantium vel alterius tantum per ſuperuenientiã maioris ætatis nõ validantur, nec publicam honeſtatem inducunt: niſi fuerint ratificata tacite vel expreſſe. hoc dicit vſque ad §.idem quoque. Dominicus.*

### CAP. VNICVM.

SI infantes [f] † ad-

CASVS. Duo infantes cõtraxerũt ſpõſalia per verba de futuro: puta maſculus promiſit ꝙ fœminam acciperet in vxorẽ, & fœmina promiſit ꝙ maſculum acciperet in virum : certum eſt ꝙ non tenent ſponſalia propter defectum ætatis.Sed quid ? ponamus ꝙ ipſi infantes ſic ſteterunt vſque ad octauum annum:vtrum ex curſu temporis validentur ſponſalia?Rñdetur quòd ex ſolo curſu temporis ſponſalia non aſſumunt vires,niſi verbo fuerint validata:vt quia maſculus vocat eam ſponſam, & econuerſo illa vocat maſculum ſponſum : & tunc verbo validantur ſponſalia:vel etiam facto validantur:quia in illis partibus ſpõſus conſueuerat dare aliqua iocalia ſponſæ : & iſtud faciebant iſti iuuenes:tunc enim ratificantur ſponſalia & aſſumunt vires. Idem dicendum eſt de impuberibus reſpectu matrimonij quãdo iſti impuberes ſunt tales,in quibus ætas non ſupplet malitiam: nam ſolo curſu temporis non ratificatur matrimonium:niſi verbo fuerit validatum matrimonium, puta quia maſculus vocabat eam vxorem vel oſculabatur,vel alia faciebat,quæ ſolẽt facere vir & vxor: tũc, enim ex illo actu matrimonium aſſumit vires.Sed quid?ponamus ꝙ pater Titij contraxit ſponſalia pro filio ſuo: vtrum filius ſit obligatus, & vtrũ ex illis ſponſalibus oriatur ius publicæ honeſtatis, ac ſi filius contraxiſſet in eius propria perſona? Reſpondet Romanus Pontifex cum diſtinctione: aut filius ratificauit illa ſponſalia, & tunc oritur ex illa ratificatione impedimentum publicæ honeſtatis,ac ſi idem filius perſonaliter contraxiſſet : aut filius non ratificauit illa ſponſalia , & ſic non conſenſit expreſſe nec tacite , & tunc non eſt obligatus , nec oritur ius publicæ honeſtatis. Not. primo quòd minores ſeptennio , & ſic infantes non poſſunt contrahere ſponſalia per verba de futuro:multo minus matrimonium contrahere poſſunt.Et ratio huius eſt:quia in ſponſalibus requiritur conſenſus:modo infantes non habent conſenſum: quia ætas illa quid videat,ignorat.l. 1. C. de fal. moneta. Not. ſponſalia nulla ex defectu conſenſus,non conualeſcunt per diuturnitatem temporis, niſi fuerint ratificata verbo vel ſigno. Not.quòd impuberes non poſſunt cõtrahere per verba de præſenti : fallit ſi malitia ſupplet ætatem. Quæritur qualiter poteſt cognoſci ꝙ malitia ſupplet ætatem ? Dicit Hoſtien. ꝙ requiritur ꝙ ſe cognoſcant carnaliter. ſed iſtud non placet gloſſæ nec doctoribus: quia poteſt eſſe ꝙ aliquis iuuenis intra xiiij. annũ cognouit alias mulieres carnaliter, & iſta ſponſa fuit cognita ab aliis maſculis : & ſic conſtat ꝙ iſti iuuenes ſunt potentes ad coitum:nec refert an ſponſa fuerit cognita per ſponſum vel non. Not. ꝙ matrimonium non aſſumit vires adueniente pubertate , niſi per aliquod ſignum appareat de ipſorum conſenſu. Not. quòd ſi pater contrahat matrimonium pro filio præſente & non contradicente,videtur conſentire.Et ſic tacẽs videtur conſentire:licet agatur de actu oneroſo. Regulariter autẽ in actu oneroſo tacens non habetur pro conſentiente.l.filiusfamilias. ff.de procura.ſed tamen hic licet agatur de actu oneroſo: tacens habetur pro cõſentiente.Vnde ſicut exiſtens in mari exponit ſe infinitis periculis,ſimiliter contrahentes matrimoniũ exponunt ſe infinitis periculis. Not. ꝙ pater non poteſt filium ignorantem vel inuitum obligare , nec ex illo contractu oritur aliqua actio contra filium. Not. quòd vbi datur permiſſio habilis cum inhabili, vitiatur actus quando requiritur cõcurſus habilitatis in vtroque.de quo j.in regu.vtile.de reg.iu. Not. tres modos quibus probantur minores ratificare ſponſalia,quæ non tenuerant.Dominic.

† Vide B. Thomam in quæſtionib' additis ad 3. partẽ q. 43. art.1.& 2. & doctores li. 4. ſent. diſt. 27. & Dominicum conſil.24.incip. Quia diffuſe.

f ¶ I*nfantes.*] 4 hi ſponſalia contrahere non poſſunt : cum ætas illa quid videat,ignoret.C. de fal. mone. l. 1. ad hoc ſupra eodem lib. de

4 De ætate infantili ſeu de prima hominis ætate vide Io.Ananiam in rubrica de delictis puerorũ. Baldum in repetitio. c.ſi pater. de teſta. lib. 6. & Cynum in l. ſi infanti C.de iure deliber.

lib.de tempo.ordi.nullus.C.de iure delibe.ſi infanti. & 30.q.2. §.1. Ioan.And.

¶ *Glo. ſeq. notat differentiam inter infantem & impuberem.*

a ¶ *Septennio.*] Not.quòd licet quo ad pubertatẽ ſit in ſexu differentia in numero annorum. ſ.eod. puberes. & cap. continebatur. quo ad infantiã ſecus: quia vterque infans minor ſeptennio, vt hic.& ſupra eod. litteras. & cap.acceſsit.

ADDITIO. In ſexu eſt differentia quo ad pubertatem inchoandã. In finienda enim non eſt in ſexu differentia. In vtroq; enim ſexu finitur xxv.anno.C.ſi minor ſe ma. dixerit.l.1.ſi ma. fac.alie. fac. ſine decre. ratam habe. l.fi.inſti.de cura.in prin.Ioan.And.

b ¶*Eis.*] ignorantibus vel ſcientibus nõ curo: ſed aliter in maioribus: vt infra §. porro. Ioan. And.

c ¶ *Verbo.*] quia poſt ſeptennium adinuicem vocant ſe ſponſos.

d ¶*Vel facto.*] vt quia poſt ſeptennium ſecum iacet,vel eam oſculatur vt ſponſus,vel his ſimilibus: & ſic non refert an quid fiat verbo vel facto. de app. dilecti 1. & cap. noſtrum. & ad hoc concor. de reſtitu. ſpol.ex parte.

Sponſalia cõtracta ante ſeptenniũ ratificãtur verbo vel facto.

e ¶ *Conualeſcunt.*] j. de reg.iur. nõ firmatur. & intellige per hoc c. ſolutionem. quam dixi j.de reg.iur.non firmatur. eod. lib. ſcilicet ꝙ ſolo temporis tractu nõ firmatur quod à principio non valebat: ſed nouo ſubſequenti conſenſu interdum tacito, interdum expreſſo. Bene hic vides: & ibi plenius dixi.

inuicẽ, vel vnus maior ſeptennio [a] & alter minor ſponſalia contraxerint ipſi, vel parentes pro eis [b], niſi per cohabitationem eorum mutuam, ſeu alias verbo [c] vel facto [d] ipſorum liquido appareat eoſdem in eadem voluntate factos maiores ſeptennio perdurare: ſponſalia huiuſmodi quæ ab initio nulla erant, per lapſum dicti tẽporis minime cõualeſcunt [e]: & ideo cum ſint nulla ratione defectus cõſenſus,publicæ honeſtatis iuſtitiam non inducunt [f].

¶*Sponſalia per verba de præſenti contracta inter impuberem & puberem,vel inter impuberes non proximos pubertati, valent vt ſponſalia de futuro:nec in matrimonium tranſeunt ex ſola perſeuerantia ætatis, niſi aliter approbentur: inducunt tamen publicam honeſtatem. hoc dicit.Dominicus,*

¶Idem quoque ſi pubes & impubes, vel duo impuberes non proximi pubertati, & in quib9 ætatem malitia non ſupplebat [g], per verba contraxerint de præſenti: ſpõſalia enim illa, quæ iuris interpretatione tantum fuerunt ſponſalia de futuro [h] (licet verba conſenſum ex primẽtia de præſenti haberẽt, & matrimonium [i] contrahere intenderent contrahentes) per aduentum pubertatis in matri

ADDITIO. Ioan.Mona.dicit, conſenſu, vero vel præſumpto. allegat ff.loca.item quæritur.§.fi.& l.ſeq.Ioan.And.

f ¶ *Non inducunt.*] ſ.eod.cap.proximo.

¶ *Glo. ſeq. not. pro opinio. Gof. contra opinio. Tancre. quam etiam improbat per rationem.*

g ¶*Supplebat.*] ſ.de ſpon.veniens.& c.ad id quod. ſ.eo.puberes. & cap.de illis.Et ſic not.ꝙ ſi malitia ſuppleat ætatem,contrahere poterunt matrimonium.& concord.ſ.eod.cap.vlt. & c.de illis. & eſt hoc contra opin.Tan.& Hoſtien. 1 qui dixerunt in prædic. decre.de illis.ꝙ ad hoc vt teneat matrimonium contractũ inter minores,in quibus malitia ſupplet ætatem, requiritur ꝙ inuicem ſe cognouerint,cum de hoc aliter conſtare non poſsit, ex quo ſunt minores.Sed Gof. ibi contra.cui concor.Bernar. Innoc.& Abbas. & hoc verum, & hic approbatur. Quid ſi puer minor xiiij. annis multas mulieres cognouit, & mulier minor xij. annis à pluribus eſt cognita? Hi contrahunt matrimonium. [ Simul vel cum diuerſis,non curo. ] Quis hebes diceret tale matrimonium præter carnalem adinuicem copulam non tenere? Ioan.And.

1 Quæ adhuc hic placet. Archi. Ioan.And.

¶ *Glo. ſeq. diſt. approbat,& illud coadiuuat.*

h ¶*De futuro.*] Approbatur quod not. Ala.Tan.Ber.Goff.Inno.& Hoſti.ſ.eod.à nobis. Probabatur olim hoc per decre. cap. atteſtationes.& cap.vlt.& ſ.de condict.appo.ſuper eo.Sæpe enim extra id quod agitur tacita naſcitur obligatio. ff. commo. ſi is qui commodatum. §.vltimo.

ADDITIO. Ad ſupradicta inducitur ꝙ non ſemper verba de præſenti habent conſenſum de præſenti.Ioan.And.

i ¶ *Matrimonium.*] & non ſponſalia. vnde non videbantur ſponſalia.ad hoc ſ.de offi.deleg.cum ſuper.in antiq.ff.de ſponſa.quæſitum.C.ſi quis alteri vel ſibi.l.multum intereſt.nec matrimonium: quia ætas prohibebat:ſed primum falſum, vt hic vides. Et ſic not. illud generale: Si non valet vt ago,valeat vt valere poteſt. ſ. eod. à nobis.

k ¶ *Modum alium.*] vt quia ſimul cohabitauerunt, vel ſe cõiuges nominabant,& amplexabantur vt coniuges.

ADDITIO. Hic patet ſponſalia de futuro tranſire in matrimonium præter carnalem copulam. cõtra de matri. contract. capitu. 1. Archidiaconus ſignat, ſed non ſoluit. Tu dic vt ibi ſcripſi ſuper verbo,amplexata. ꝙ ſponſalia de futuro verbis & mente contrahentiũ per amplexus, oſcula, & his ſimilia, non tranſeũt in matrimonium: vt ibi. Nec mirum,quia nec per nixum carnalis copulæ tranſeunt, vt ſ. de ſpon. cap.fin. Sed illa quæ verbis & mente contrahentium ſunt de præſenti, tamen iuris interpretatione ſunt de futuro, bene tranſeunt in matrimonium præter copulam per oſcula,amplexus, & ſimilia interuenientia poſt tẽpus pubertatis, vt hic. vtroque enim caſu conſenſus fortificat quod agebatur.Ioan.And.

Sponſalia de futuro quandoque ſine copula tranſeunt in matrimonium.

l ¶ *Pubertatis.*] Statim ergo fugere debet q̃ cito poteſt. quod dic vt ſ. de ſpon. ad id quod. & reprobatur opinio Pet.de Samp.not.ſ. eo. tit.cap. vlt. per Abbatẽ.

ADDITIO. Vt ibi ſcrip.in fin. Ioan. And.

m ¶ *Porro.*] Declarat notata per Inno. & Hoſtienſem ſ.de reſtit. ſpolia.ex parte.

n ¶ *Pro filiis.*] non eis mandantibus: quia tũc idem eſt ac ſi ipſi contraherent. ſ. eod. libro de procura.cap.vlt.

o ¶ *Contradixerint.*] Ergo qui tacet,hoc caſu non conſentit. j.de regulis iuris.qui tacet. cum ſuis concord.

monium non tranſeunt de præſenti:nec matrimonium (quod vt matrimoniũ ætate nõ tenuit prohibente) per lapſum dicti temporis conualeſcit: niſi per carnis copulam ſubſecutam, vel aliquem modum [k] alium contrahentes eoſdem cũ eiuſdem perſeuerantia voluntatis ad pubertatis [l] tempora perueniſſe conſtiterit euidenter: per dictum tamen contractum,qui valuit vt potuit,non ſicuti agebatur,publicæ honeſtatis iuſtitia eſt inducta.

¶ *Sponſalia pro abſentibus filiis non tenent: niſi ipſis præſentibus,vel niſi approbauerint tacite vel expreſſe ex poſt facto.hoc dicit.Dominicus.*

¶ Porro [m] ex ſponſalibus, quæ parentes pro [n] filiis puberibus vel impuberibus plerunque cõtrahunt,ipſi filij ſi expreſſe conſenſerint,vel tacite,vt ſi præſentes fuerint nec cõtradixerint [o] obligantur:& ex eis oritur iuſtitia publicæ honeſtatis. ¶Et eſt idem ſi filij tempore ſponſaliorum abſentes,& etiam ignorãtes eadem ſponſalia [p] poſt ſciẽtes ratificauerũt tacite† vel expreſſe:aliàs ex ſponſalibus contractis à parentibus pro filiis, nec ipſi filij obligãtur, nec publicæ honeſtatis iuſtitia inde ſurgit [q].

† Intellige tamen quod aliud factum concurrat cum illa taciturnitate,ſcilicet copula, aut aliud ſimile.Io. An. de Anchara. adde notata. Bar.in l. quo enim.ff. rem ra.habe. Fõt.

ADDITIO. Cum hic agatur de re naturaliter appetibili.Ioan. Monach.

¶ *Glo.ſeq.recitetur per q.& ponit opinionem Hoſt.& contrariã Innocen.& primam approbat.*

p ¶ *Sponſalia.*] contracta per parentes.& idem eadem ratione intelligas de quolibet alio ſ.de ſpõ.ad id quod.& ſupra de matrim. contract.contra interdic. eccle. cap. 1. quod huic bene concor. & hoc ibi tenet Hoſtien.ſed Innocen.ibi not.contrarium:dicens ſpeciale in patre,vt nomine filiæ præſentis & non contradicentis poſſit ſponſalia contrahere.ff.de ſponſa.ſed ea quæ patris.& l.ſeq. C. de nup.viduæ.ſecus in tutore.ff.de ſpon.ſi puellæ.& non obſtat de ſpon.ad id quod 2. quia ibi interuenit carnis copula: aliàs ſecus ſecundum eum. ſed verius videtur quod dicit Hoſt. licet Bern. videatur ibi tenere opinionem Inno.& ꝙ decretalis illa nõ loquatur de expreſſo conſenſu probatur: quia quare poſuiſſet Papa ibi verba quæ ſapiunt tacitum conſenſum. Item nõ inuenimus quòd paternus conſenſus aliquid in contractu matrimoniali impuberis operetur, aliàs quàm in præcedentibus caſibus.

2 Hæc loquitur in vitrico, ſequens in fratre.decret,ex parte ſuperius allegata in patruo,Io. An,

q ¶ *Surgit.*] Reprobatur opinio Raynutij in ſumma, de ſponſal. §. pone quòd. & Petri de Samp. & Abbatis ſupra eodem titulo, capitul. 1.qui per illud capitulum dicebant, cum ibi dicatur quòd pater filium non adultum poteſt cui vult matrimonio tradere: quòd ex ſponſalibus contractis à patre etiam filio non conſentiente oriebatur iuſtitia,& nitebantur idem probare per decretalem ſupra eodem,acceſsit.ad finem. quæ non facit, vt ibi not. approbatur tamen opinio Innocentij & Hoſtienſis, qui hoc ibi notant, & erat caſus expreſſus vigeſimaoctaua quæſtione ſecunda. l.diuinæ.palea eſt.Ioan.And.

DE CO-

DE COGNATIONE SPIRITVALI.

¶ *Viſum eſt ſupra de duobus impedimentis, quæ impediunt matrimonium: verum quia cognatio ſpiritualis impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iam contractum: ideo annectit rubricam, de cognatione ſpirituali.*

# TITVLVS III.

## De cognatione ſpirituali.

¶ Bonifacius octauus.

¶ *Inter baptizatum & leuantem, filios, & vxorem leuantis ante carnaliter cognitam, & ſuſcipientem, & patrem, & matrem ſuſcepti: & ſimiliter de baptizante, ſpiritualis contrahitur cognatio. hoc dicit vſque ad §. ex confirmatione. Dominicus.*

CAP. I.

NEdum [a] † inter baptizatum & illum, qui eum ſuſcepit de baptiſmo, ac inter eundem baptizatum & ſuſcipientis filios & vxorem [b] ante ſuſceptionem carnaliter cognitam [c] ab eodẽ: immo etiã inter ſuſcipientem [d] patremq; baptizati & matrem [e], cognationem ſpiritualem [f] in baptiſmo contrahi iure conſtat: quæ cognatio & contrahendum matrimonium impedit, & dirimit poſt contractum [g]. Et eadem [h] quæ de ſuſcipiente ſunt dicta, ſunt etiam de baptizante cenſenda.

¶ *Confirmatio frontis inducit ſpiritualem cognationem ſicut baptiſma. hoc dicit. Dominicus.*

¶ Ex confirmatione quoq; ſeu frontis [i] chriſmatione ſpiritualis cognatio eiſdem [k] modis cõtrahitur, matrimonia ſimiliter impediens contrahenda, & dirimens poſt contracta.

¶ Idem.

¶ *Compaternitas per catechiſmum contracta impedit matrimonium: ſed non dirimit. Ioan. And.*

† Vide concilium Trident. ſeſſio. 24. de reformatione matrimonij. ca. 2. & B. Thomam in quæſtionibus additis ad 3. partẽ, q. 56. per totum. & theologos lib. 4. ſent. diſt. 42.

NEdum.] Poteſt diuidi ĩ tres partes. Primo ponit quatuor ſpirituales cognationes prouenientes ex leuatione in baptiſmo. Secunda, ibi, *Et eadem.* ponit totidem quę ex baptizatione ꝓueniunt. Tertia illas omnes repetit in cõfirmatione: ibi, *Ex confirmatione*. ſecundum Ioan. And.

CASVS. Titius Bertã leuauit de ſacro fonte: nõ eſt dubium quòd inter leuantem & Titiũ ſuſcipientem, & Bertã leuatam, id eſt, ſuſceptã contrahitur cognatio ſpiritualis. Sed vtrũ inter alias perſonas cõtrahatur cognatio ſpiritualis: ſcilicet inter baptizatum & filios leuãtis patrini. Item inter baptizatum & vxorem leuantis patrini, ſcilicet ante cognitam carnaliter: immo etiam contrahitur cognatio ſpiritualis inter ſuſcipientem & patrem & matrem ipſius baptizati, qui appellantur compatres. Or ſanctiſsime pater, vidi de aliquibus perſonis, inter quas contrahitur cognatio ſpiritualis: ſed bene vellẽ informari à ſanctitate veſtra de effectu ipſius cognationis? Reſpondetur ꝙ effectus cognationis ſpiritualis eſt: quia impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iam contractum: hoc eſt, illi inter quos eſt cognatio ſpiritualis non debent contrahere: & ſi de facto contrahant, debent adinuicem ſeparari; quia non tenet matrimonium. Et ſic non poteſt contrahi matrimonium inter filiolum & vxorem patrini, nec inter compatres. Sed ſanctiſsime pater, vtrum inter alias perſonas contrahatur cognatio ſpiritualis? Reſpondet Romanus Pontifex ꝙ ſic: dicens ꝙ illa quæ fuerunt dicta de leuante & leuato, debent etiam intelligi de baptizante & batizato: vt ponamus ꝙ laicus in caſu neceſsitatis baptizauit Bertam: certe non poterit illam habere in vxorem. Et idem dicendum eſt de ſacramento confirmationis: vt aliquis tenens Bertam in ſacramento confirmationis, non poteſt illam habere in vxorem. De confirmante non eſt dubium: quia alia ratione non poteſt contrahere; quia eſt epiſcopus. Secus eſt dicendum in aliis ſacramentis eccleſiæ: quia per illa non contrahitur cognatio ſpiritualis. Nota quòd cognatio ſpiritualis contrahitur inter leuantem & leuatum: vnde iura communiter vtuntur iſtis verbis, leuans, leuatus; quia olim quando pueri baptizabantur, immergebantur per baptizantẽ in aqua, & patrini illos leuabant: ſed quia fuit compertum quòd plures qui immergebantur exinde moriebantur: fuit ordinatum quòd aqua ſolum ſpargeretur ſuper caput baptizandi. Nota quòd inter leuatos & filios leuantis: item inter leuatum & vxorem leuantis cognatio ſpiritualis contrahitur: ita quòd vxor leuantis dicitur matrina leuati: nam vir communicat vxori actiones ſpirituales. Item eodem modo cognatio ſpiritualis inter compatres. Item inter baptizatum, & baptizantem, & vxorem, & filios baptizantis. Nota quòd ex ſacramento confirmationis contrahitur cognatio ſpiritualis. Nota quòd leuatus de ſacro fonte non poteſt contrahere matrimonium cum aliquo ex filiis leuantis; nec diſtinguitur an fuerint nati ante vel poſt baptiſmum. de quo s̃. eo. cap. 1. & cap. ſuper eo. Nota quòd iiſdem modis quibus contrahitur ſpiritualis cognatio inter leuantes & leuatos, contrahitur inter baptizantem & baptizatum. Domi.

a ¶ *Nedum inter baptizatum,*] cognationem ſpiritualem, &c. quod eſt infra.

b ¶ *Vxorem.*] nunquid idem de concubina 1 leuantis prius cognita, de hoc 30. q. 4. ſi quis vnus. in vlt. glo.

1 De hoc articulo præter doctores hic, vide interpretes in c. Martinus. extra de cog nat. ſpirituali.

ADDITIO. Et dixi poſt Inno. s̃. eod. Martinus. vbi ipſe recitat opiniones cõtrarias nil approbans. Archid. hic tenebat ꝙ non contrahatur per rationem quam ponit in glo. fin. Ad decre, contracto, s̃. eod. reſpondendum. ꝙ loquitur ſecundum opinionem mulierum: vt ibi dixi. Ad id quod dicitur de affinitate, reſpondendum, quòd illud in vinculum carnale: quod per carnalia & illicita contrahi poteſt. Ioan. And.

c ¶ *Cognitam.*] ſecus ſi poſt fiat vxor, vel ſi prius erat vxor, poſt & non primo carnaliter ſit cognita; quia per vnionem carnis ſequentem non poteſt tranſire in vnionem ſpiritus pręcedentem. 30. q. 4. poſt vxoris. vir ergo & vxor ſibi communicãt actiones ſpirituales. 30. q. 4. ſi quis vnus. s̃. eo. tit. Martinus. licet non paſsiones. vnde ſi filius alterius tantum leuetur de ſacro fonte: leuans alteri cuius filius non eſt, compater non eſt: vt j. eod. probatur. quod dic vt not. s̃. eod. Martinus. & 30. q. 4. in ſumma. Et dicebat Gof. ꝙ illud qđ agit pars corporis, æquum eſt vt alteri parti communicetur: ſed nõ ſic communicatur alteri, quod in perſona filij alterius tantum agitur: & iſta ſit ratio. Vel dic quòd ſatis eſt leuanti habere cõmatrem, matrẽ ipſius leuati. Et not. ꝙ ſi leuãs primo cognouerat vxorem, non eſt curandum an poſt compaternitatem cognouerit vel non: licet Gratianus contra. 30. q. 4. §. notandum.

d ¶ *Suſcipientem.*] ſupple & vxorem eius prius carnaliter cognitã. 30. q. 4. ſi quis vnus. s̃. eod. tit. Martinus.

e ¶ *Et matrem.*] Not. non dixit, patrem baptizati, & eius vxorem, immo dixit, matrem. ſi igitur de prima vxore vel concubina vir procreet filium: ille qui leuat filium eſt compater concubinæ, & viri: ſed non eius vxoris, vt s̃. dixi.

Cognatio ſpiritualis quid ſit vide p theologos ſcholaſticos li. 4. ſent. diſt. 42.

f ¶ *Spiritualem.*] quæ dignior eſt q̃ carnalis. 30. q. 3. c. 1. 2. & 3. Et eſt cognatio ſpiritualis, attinentia proueniens ex ſacramenti datione, vel ad id detentione. eſt etiam cognatio carnalis & legalis, de quibus nil ad propoſitum.

g ¶ *Contractum.*] ſi igitur leuans & leuatus, vel leuatus & filius leuantis, vel leuatus & vxor leuantis ante cognita, vel leuans 2 & parentes leuati contrahunt, non tenet matrimonium. Scire debes quòd pater ſpiritualis ſi copuletur ſorori filiæ ſpiritualis, bene tenet matrimonium. 30. q. c. vlti. & vt ibi not. Io. bene poteſt pater ſumere filiam ſpiritualem filij carnalis, & ecõuerſo, ſcilicet filiam carnalẽ filij ſpiritualis: quia licet cognatio ſpiritualis de patre ad filios deſcendat: vt s̃. eo. c. 1. & c. ſuper eo. non tamen aſcendit, cum cautum non reperiatur: & edictum de matrimonio prohibitoriũ eſt. ſupra de ſpon. cum apud.

2 Vel ipſius vxor prius cognita. Io. And.

h ¶ *Eadem.*] vt ſcilicet ſi baptizans & baptizatus, vel baptizatus & filij baptizantis, vel baptizatus & vxor baptizantis prius cognita, vel baptizans & parentes baptizati matrimonium cõtraxerint, non teneat. ad hoc, s̃. eod. tit. c. vlti. & non eſt ita in eo qui recipitur ad pœnitentiam; vt ibi not. & 30. q. 1. omnes quos. & eſt expreſſum j. eod. c. vlti. in fin.

ADDITIO. Vel ipſius vxor prius cognita. Ioan. And.

i ¶ *Frontis.*] hoc fit à ſolo epiſcopo 3 de conſe. diſtin. 5. manus. s̃. de conſuetu. quanto. in vertice autem chriſmant presbyteri, de cõſecra. diſt. 4. presbyteri. Sine ſacramẽto confirmationis non dicitur quis verus 4 Chriſtianus. de conſe. diſt. 5. c. 1.

3 Vide concilium Trident. ſeſſio. 7. de confirmat. cano. 3. & ſeſſio. 23. in princip. c. 4.

4 Melius dixiſſet, plenus Chriſtianus, quam verus Chriſtianus, vt habet textus quem citat in c. 1. de conſecrat. diſt. 5.

ADDITIO. Confirmatio iſta debet fieri in fronte, vt hic. locus eſt enim de ſubſtantia ſacramenti. remittit Archidiaconus de conſecra. diſt. 5. nouiſsime. Ioan. And.

k ¶ *Eiſdem modis.*] ſcilicet inter confirmatum & ſuſcipientem, & confirmatum & filium ſuſcipientis, & confirmatum & vxorem ſuſcipiẽtis prius cognitam, & ſuſcipientem & parentes confirmati, parentes confirmati & vxorem ſuſcipientis prius cognitam. Item inter ipſum confirmantem & confirmatum: & confirmatum & filios confirmantis, & eius vxorem prius cognitam, & ipſum confirmantem & parentes confirmati. hoc vult dicere, eiſdem modis. vnde xx. ſunt caſus prohibiti ex hac cognatione, quos numeraui in ſumma quarti libri.

ADDITIO. Nec eſt plures reperiri qui dirimant. j. cap. proxi.

Iſti

Iſti autem omnes pertinēt ad paternitatem,& filiationem,aut fraternitatem,aut ad compaternitatem : & in his tribus conſiſtit omnis cognatio ſpiritualis : non enim habemus auos vel nepotes ſpirituales.& vide quod ſcripſi ſupra eodem tit.ſuper rubrica.& cap. Martinus.in fine.Ioan.And.

† Vide theologos ſcholaſticos lib. 4.ſent. diſt. 42.&B.Thomam in quęſtionibus additis ad 3. partē. q. 59. art.2.

PEr *catechiſmū.*]Ponit dictum quod ſecundo probat:ibi,*Vt ex prædeceſſoris.* tertio illud determinat:ibi,*Per illam.*

Per catechiſmū contrahitur cognatio ſpiritualis, eius tamen effectus eſt impedire matrimonium contrahendum : non autem dirimit iam contractū. Vnde ſciendum, quòd catechiſmus eſt inſtructio, quæ fit communiter hodie ante fores Eccleſiæ:vbi interrogabatur de articulis fidei: & proprie deberet fieri ſolis adultis.

CASVS. Ego tenui puellam ante fores Eccleſiæ antequàm portaretur ad fontes : poſtea quando fuit baptizata non tenui eam ſuper fontes : vtrum inter me & ipſam & filios meos ſit contracta cognatio ſpiritualis?Reſpondetur quòd ſic:ſed non eſt tanti effectus ſicut illa cognatio ſpiritualis,quæ contrahitur in baptiſmo:quia iſta impedit matrimonium contrahendum : ſed non dirimit iam contractum:hoc eſt,non debemus contrahere:& ſi durantibus bannis aliquis ſe opponeret, & allegaretur cognatio ſpiritualis,impediretur matrimonium:ſed ſi non allegaretur iſta cognatio ſpiritualis:& ſi de facto contraheremus,non dirimeretur poſtea iſtud matrimonium. Not.ꝙ baptiſmus eſt fundamentum & ianua omnium ſacramentorum.c.veniens.de presbytero non bapti.in anti. Not.ꝙ baptiſmus eſt fundamentum aliorum ſacramentorū.concord. ſunt in glo.quem tamen præcedere debet catechiſmus.Not. ꝙ illud dicitur euidenter probari, quod colligitur ex determinatione iuris. Dominicus.

## CAP. II.

PEr † cathechiſmum [a], qui præcedit baptiſmum ſacramentorum fundamentum, & ianuam [b] reliquorum, cognatio ſpiritualis contrahitur : per quam contrahendum matrimonium impeditur. Vt ex prædeceſſoris noſtri Clementis Papæ iij. decretali [c] colligitur euidenter:dicendo enim quòd talis res [d] vix contrahendo matrimonio impedimentum afferret, velle videtur quòd afferat: nam quod vix fit, fieri tamen dubium non exiſtit [e].Per illam tamen cognationem matrimonium poſt eam contractum minime [f] ſeparatur.

¶ Idem.

*¶ Vnus tantum interuenire debet in leuatione iufantis de ſacro fonte, vel chriſmatione frontis : tamen ſi plures interueniunt,cognationem contrahunt ſpiritualem.Et ex aliis ſacramentis cognatio non contrahitur. hoc dicit. Dominicus.*

*¶ Prima gloſſa tria facit,ponit ſummam,dicit quid determinat, & quid ſit catechiſmus.*

a ¶ *Per catechiſmum.*] terminatur not.31.q.1.c.1.& ſ̃.eod.tit.contracto. Et dicit in ſumma, quòd compaternitas per catechiſmum contracta impedit matrimonium, ſed non dirimit. Catechiſmus dicitur à catechizo,quod eſt idem quod inſtruo. vnde ante baptiſmum inſtrui debent baptizandi in fide adulti præcipue. de conſecrat.diſt.4.ante xx.

ADDITIO. Secundum Hug. catechizare græcum, idem quod adiurare:ſicut de exorciſmis dicimus quòd in eis fit adiuratio. de conſecrat.diſt.4.ſiue paruuli.& cap.ſicut noſtris.Ioan.And.

b ¶ *Et ianuam.*] 32.diſt.§.verū.ſ̃.de presb.non bapti.cap.veniens.

c ¶ *Decretali.*] ſ̃.eod.contracto.

d ¶ *Res vix.*] ſcilicet compaternitas in catechiſmis contracta.

ADDITIO. De hoc.93.diſt.miratus.in princ.& 12.q.2.hæc huius.iuxta fin.ſic ponitur.19.diſt. in memoriā. in prin.de cle.non reſi.conquerente.Ioan.And.

e ¶ *Non exiſtit.*] ff.de iud.l. vix certis ex cauſis. ad idem. 15. q. 1. mer ito quæritur.Ioan.And.

f ¶ *Minime ſeparatur.*] Ad idem. ſ̃. eod. lib. de vot.cap. vnico. ſ̃.de iureiurand. quemadmodum. cum ſimilibus. Ioan.And.

## CAP. III.

QVamuis [g] † non plures quàm vnus [h] vir, vel vna mulier accedere debeant ad ſuſcipiendum de baptiſmo infantem, iuxta ſacrorum canonum inſtituta [i] : ſi tamen plures acceſſerint, ſpiritualis cognatio inde contrahitur [k], matrimonia contrahenda impediens, & etiam poſt contracta diſſoluens. De confirmatione inſuper,quantum ad hoc, idē [l] iudicium eſt habendum.Ex datione vero aliorum ſacramentorum [m], cognatio ſpiritualis nequaquam oritur, quæ matrimonium impediat,vel diſſoluat.

QVamuis.]Sūt tria dicta,quę ſatis patent.

† Vide concilium Trident. ſeſſio. 24. de reformatione matrimonij c.2.

CASVS. Duo aliquā puellā ſuper ſacros fontes tenuerunt, cum baptizans proferret iſta verba : Ego baptizo te in nomine patris & filij & ſpiritusſancti, cū aſperſione aquæ : Vtrū inter omnes iſtos contrahatur cognatio ſpiritualis? Reſpondetur ꝙ ſic.Idem eſt in ſacramēto confirmationis:licet ſufficeret, ꝙ vnus leuaret:ſecus eſt in aliis ſacramentis. Not. quòd vnus tantum debet interuenire in leuatione baptiſmi, & ꝙ mulier poteſt leuare infantem. No.etiam ꝙ licet prohibeatur actus à iure, tamē factus tenet.ad hoc ſ̃.c.prox.Dominicus.

*¶ Prima glō.dicit quid determinat.*

g ¶ *Quamuis.*] notat hoc Hoſtienſis ſ̃. eod.Martinus.

h ¶ *Vnus.*] Immo ſi vrgeret neceſsitas in catechiſmo,& baptiſmo & confirmatione, vnus poteſt eſſe patrinus: licet hoc non habeat conſuetudo Romana.de conſecra.diſt.4.in catechiſmo.

i ¶ *Inſtituta.*] de conſecra.diſt. 4. non plures. & potuit eſſe ratio, quæ redditur in adoptione,vel cognatione legali,quæ imitatur naturam:& ſic ſpiritualis cognatio habet imitari naturam: vel cognationem carnalem:ſcilicet vt vnus ſolus ſit in ſacramento patrinus. Sed contra 30.q.4.quod autem.Solu.vt ibi not.& ſ̃. eo. tit. c. vlti.

k ¶ *Contrahitur.*] ſcilicet cum omnibus : & ſic multa fieri prohibentur,quæ facta tenent.ſ̃.eo.c.proxi.

ADDITIO. Pereant tamen contra facientes, quia faciunt contra prohibitionem canonis,non plures.& iſtius decretalis, ſecundum Archid.puto ꝙ vbi conſuetudo non reſiſtit, & fortius ſi aſsiſtit,leuis ſit culpa:& ſic leuiter indulgenda.de accuſ. cum dilecti. Ioan.And.

l ¶ *Idem.*] ſcilicet vt plures in confirmatione tenere non debeāt: tamen ſi teneant,omnes ſunt compatres vel compatrini.

*¶ Glo.ſeq.enumerat ſacramenta & rationem reddit.*

m ¶ *Sacramentorum.*] ſcilicet pœnitentiæ 1,corporis Chriſti, extremæ vnctionis,ordinis,& coniugij.Renaſcimur enim in baptiſmo:& chriſmatio frontis illam confirmat : quod non eſt in aliis ſacramentis : & ideo per iſta ſpiritualis contrahitur compaternitas,non per illa.de hoc not.30.quæſt.1.omnes.& ſ̃. eod. cap. vlti. Ioan.And.

1 Vide B. Thomam in quæſtionib' additis ad 3. partē q. 56. art.2.

LIBER QVINTVS.
DE ACCVSATIONIBVS, &c.

# LIBER QVINTVS

## TITVLVS I.

## De accuſationibus†, inquiſitionibus, & denuntiationibus.

¶ Bonifacius octauus.

*¶ Ex confeſſione coram delegato inquirēte ſuper certis criminibus deputato facta, punitur confitens, licet dicat ſe prius diſſamatū non fuiſſe, vel inquiſitionis capitula non habuiſſe. hoc dicit. Dom.*

### CAP. I.

POſtquā a † coram eo, qui contra te ſuper certis criminibus inquiſitor fuerat deputatus, eadem crimina fuiſti confeſſus b, fruſtr confeſſionem tuam (quominus puniaris ex ea, prout iuſtitia c ſuadebit) eo prætextu impugnare contendis, quod ſuper eiſdem criminibus non fueras antea diffamatus: Vel quòd per eundem inquiſitorē capitula ſuper quibus contra te volebat inquirere, tibi tradita non fuerunt d.

¶ Idem

*¶ Valet inquiſitio facta ſuper veritate criminum, omiſſa inquiſitione infamiæ, ſi reus præſens tacuit. hoc dicit. ſecundum Ioan. And*

### CAP. II.

SI is, cui contra te commiſſa fuerat e ſimpliciter inquiſitio ſuper certis criminibus facienda, proceſſerit te præſente, nec reclamante f, aut quic-

Cōtinuatio domini Heliæ.

*¶ Dictū fuit ſupra quo ordine ſunt tractādæ & definiendæ cauſæ pecuniariæ & etiā ſpiritales: Verū quia etiā ſunt cauſæ criminales: ideo de ipſis eſt nunc vidēdū. Et quia in cauſis criminalibus ol ſopetrcedi quandoque per viā accuſationis, quandoque per viā inquiſitionis, & per officium iudicis, quādoque etiam per viam denuntiationis: ideo ponit rubricam de accuſationibus, inquiſitionibus, & denuntiationibus.*

† De materia huius tituli vide plene per Hoſtienſem in ſumma, eod. tit.

POſtquā.] Tollit duas exceptiones inquiſiti, qui confeſſus eſt crimen. Secunda: ibi, *Vel quod.*

† Vide Peruſinum in c. dilecto. de appellat. & Alexādrum conſil. 52. li. 3. & Felinum in c. 1. de except.

¶ Pro intellectu huius cap. eſt præſupponendum illud quod habetur in cap. qualiter & quando. eo. tit. in antiq. videlicet, ꝙ antequam iudex ex officio ſuo ꝯ aliquem procedat per inquiſitionē, debet primo ille ꝯ quem proceditur eſſe diffamatus: quia infamia debet præcedere inquiſitionem, ſicut monitio charitatiua debet præcedere denuntiationem, ita ꝙ ſi iudex procedat per viā inquiſitionis contra aliquem non diffamatum, poteſt ille contra quem proceditur per inquiſitionem, dicere: Domine iudex non poteſtis procedere contra me per viam inquiſitionis: quia non commiſi tale crimen: & poſito & non confeſſo ꝙ tale crimen commiſiſſem, adhuc non poteſtis procedere contra me: quia de tali crimine non ſum diffamatus. Item, dr̄ in dicto c. qualiter. ꝙ iudex debet exhibere capitula ſuper quibus vult inquirere: ita ꝙ ille contra quem proceditur, non tenetur reſpōdere ad interrogationem iudicis, niſi prius ſibi traditis capitulis ſuper quibus fuit diffamatus.

CASVS. Cum non eſſem diffamatus de crimine furti, de homicidio vel de alio crimine: immo iſtud crimē erat occultum: iudex meus ordinarius incœpit inquirere contra me, & pro faciēdo inquiſitionem fecit me vocari & citari ex officio, vt comparerē perſonaliter in die aſsignata: cōparui perſonaliter: iudex me interrogauit ſuper crimine furti vel homicidij: illud crimē fui confeſſus: poſtea cum iudex vellet me punire ſecundum exigentiam criminis, propoſui ꝙ non eram diffamatus de illo crimine: item ꝙ ipſe non exhibuerat mihi capitulum: vtrum ſim nunc admittendus ad proponendum iſta? Reſpondetur ꝙ non: quia antequam iudex me interrogaſſet, debebā iſta proponere: & ſi noluiſſet me admittere, debebam appellare: & ſic forma tradita in capitulo, qualiter. non eſt ſubſtantialis: ideo poteſt omitti tacite vel expreſſe, vt hic tex.

Not. primo quòd in confeſſum nullæ ſunt partes iudicis, quod verum eſt in cognoſcendo: ſed bene in condemnando. Not. ꝙ ꝯ confitentē eſt ferēda ſentētia in ſcriptis. quod verū eſt ſi lis fuerit conteſtata, vel oblatus libellus in ſcriptis: ſed ſi ſolū fuit propoſita petitio, bene ferenda eſt ſententia: ſed non in ſcriptis: ſed ſecūdū formā traditā in l. 2. C. de ſent. ex breuicu. reci. ſed dixi, nō eſt ferenda in ſcriptis nec ſolemniter: ſed ſufficit ſi verbo feratur: & in iure vocatur præceptū de non ſoluendo, vt eſt gloſſa notabilis in l. ſi debitori. ff. de iudiciis. Not. effectum principalem huius c. ꝙ iudex non debet ꝯ aliquem inquirere, niſi ſit de crimine diffamatus: & poteſt ille ꝯ quē inquiritur allegare & proponere, ꝙ nō eſt diffamatus: & hodie cōiter prius aliquis citatur ex officio ſuꝑ crimine, & ſit inquiſitio & examinatio ſiue informatio ſecreta, & factis informationibus, ſi conſtet iudici ꝙ talis eſt diffamatus ſuper illo crimine: iudex præcipit vt citetur ad comparendum perſonaliter: & ſi compareat debent illi tradi capitula ſuper his ſuper quibus debet fieri inquiſitio: iuxta cap. qualiter. alleg. Nota vnū præambulum requiſitū ad inquiſitionem, vt videlicet primo diſcutiatur ſuper infamia. Ad hoc ſ. eo. tit. qualiter 2. & c. inquiſitionis. §. ad hæc. & c. licet Hely. de ſimo. cum ſimilibus.

*¶ Prima glo. dicit quid declaret iſta decretalis & ſequens.*

a ¶ *Poſtquam.*] Decretalis iſta & ſequens emanauerunt ad declarationem decretalis. ſ. eo. qualiter. 1. & 2. & c. cum oporteat. & c. ad petitionem. ibi, iudiciarium, &c. & corrigūtur opiniones Hoſt. not. in c. qualiter 1. in 1. gloſ. vltra vnā columnā, ver. quid ſi inquiſitor. & in 2. glo. & quod not. in c. cū oporteat. ſuper verbo, ſubdito. ver. quęrit ſi inquiſitor. ſimiliter & in ſecūdo, qualiter. ſuꝑ verbo fuerit. & ſuꝑ verbo, legitime. & facit qđ no. Guli. in ſpe. tit. de inquiſit. §. nunc tractemus. verſi. quid ſi inquiſitor permiſtim. Ioa. And.

b ¶ *Confeſſus.*] nullæ 1 igitur ſunt partes iudicis, niſi vt ferat ſentētiā quod enim quæremus de infamia vel capitulis, ex quo claret de crimine. 24. q. 3. ecce. de elec. per inquiſitionē. de cōfeſ. cum ſuper. in ant. ff. de iudi. ſi debitori. Iam enim eſt notorium crimen. de coha. cleri. & mu. veſtra. & c. fin

1 Vide l. 1. & 2. ff. de confeſſis. Felinū in c. 1. de except. & Hyppolitum in Rubrica de probat.

ADDITIO. De reuocanda confeſsione, dixi in text. in princ. magnæ gloſ. Ioan. And.

c ¶ *Iuſtitia.*] ſcilicet imponendo pœnā à iure ſtatutā, vel arbitrariā ſi nulla pœna eſt ſtatuta. ſ. de off. dele. de cauſis.

ADDITIO. Archid. alleg. 2. q. 3. §. notandū. & de pœn. diſt. 1. menſuram. Ioan. And.

*¶ Glo. ſeq. rationem reddit. reci. opi. contrariam, cui reſpondet.*

d ¶ *Fuerunt.*] Si infamatus nō erat ad inquiſitionem procedi nō debuit veritatis, vt in prædictis iuribus: ſed ille debuit appellare & non reſpōdere. vnde imputet ſibi 2. idem dico de capitulis quæ tradi debuerunt. ſ. eo. qualiter 2. §. debet. ſi petita non fuerunt, & confeſſus eſt crimen, ſibi imputet: potuit enim iuri pro ſe introducto renuntiare, & tunc tacite renuntiat. Ad hoc. ff. de procur. Pomponius. §. rati. Sed Hoſtien. ꝯ, in prædicta decre. qualiter 1. per l. ff. de procur. filius. §. inuitus. & hunc dicebat caſum ipſius decre. & decr. eo. tit. ad petitionē. nā ibi ꝑſente & nō ꝯdicēte illo ꝯ quē inquirebatur, nō fuerat ſeruatꝰ ordo, q debuerat ſeruari, vñ ꝓceſſꝰ caſſari mādatꝰ: ſed de alio ordine intelligatꝰ [vt ibi not. in ſi. 4. 3 gloſ.]

2 Gloſ. ſeq. Phili. ad qđ faciūt not. in l. ordinarij. C. de rei vendi. cap. 1. de reſt. ſpolia. Font.

3 Idem Domi. Font.

SI is.] Non diuiditur.

ADDITIO. Et vt dicit Io. Mo. iſtius. c. & præcedentis eadē eſt ratio: quia vtrobique renuntiatum eſt proceſſui, qui penitus præmitti debuiſſet, ſi petitus fuiſſet. Ioan. And.

CASVS. Papa cōmiſit alicui inquiſitionē ſimpliciter faciēdā ſuꝑ aliquo crimine: & fuit facta inquiſitio ad requeſtā alterius, nō aūt ex officio: certū eſt ꝙ ille inquiſitor debet facere duos ꝓceſſus: Primū ſuꝑ infamia, an ille ſit diffamatus, & ſi ꝑ inquiſitionē reperiat eū nō diffamatū, nō ꝓcedet ad inquirēdū de veritate criminis: Si vero reperiat eū diffamatū: tūc ꝓcedet ipſe ad inquirendū & interrogandū de veritate criminis. Sed ponamus ꝙ inquiſitor omiſit iſtū ordinē: quia primo fecit inquiſitionē ſuꝑ veritate criminis, & criminoſus nō oppoſuit ꝙ debebat primo facere inquiſitionē ſuꝑ infamia: poſtea inquiſitione facta ſuꝑ veritate criminis, ipſe ꝯ quē facta fuerat inquiſitio, voluit allegare ꝙ primo debebat iudex inquirere ſuꝑ infamia, quā ſuper veritate criminis: an ſit admittēdus ad probādū & allegandū ꝙ proceſſus non valet: quia fuit omiſſus primꝰ ꝓceſſus ſuꝑ infamia? Rñdetur ꝙ nō: quia eſt ſibi imputādū quare paſſus eſt inquiri de veritate criminis, priuſquā cōſtaret de infamia: quia cū iſtud fuerit introductū in fauorē ſui, potuit illi fauori renūtiare. Et ſic iſtā forma nō eſt de ſubſtātia ꝓceſſꝰ: quia licet debuerit ſeruari ſi tñ nō opponatur, non minus valet proceſſus. Nota ꝙ licet de iure certa forma debeat ſeruari in procedēdo: ſi tñ nō ſeruatur, & pars tacet: valet proceſſus de quo ſ. c. proxi. ſuper gloſ. ſi.

*¶ Prima gloſ. diſtinguit, quærit, & remittit.*

e ¶ *Fuerat.*] ad petitionē alicuius: quia ſi Papa ꝓprio motu cōmittit inquiſitionē criminū alicuius: iā illū approbat infamatū: cū eꝑs & metropolitanus ꝓcedāt etiā ad inquiſitionē omiſſo tali articulo. 2. q. 5. omnibus. ſ. eo. tit. ſicut olim 4: ſed ſi ad petititionē alterius cōmiſerit: tunc prius inquiret inquiſitor de infamia. Hoc tenet Inno. ſ. eo. tit. cum oporteat. Quid ſi ille qui litteras inquiſitionis impetrat ſit excommunicatus. Dixi ſ. eod. lib. de reſcrip. cap. 1. & c.

4 Vide ibi de hoc, & in c. ex parte. in gloſ. fin. ſupra eod. de offic. ordin.

*¶ Glo. ſecunda ponit dictum Hoſtien. quod improbat.*

f ¶ *Reclamante.*] Dicebat Hoſt. in ſupradictis glo. ꝙ taciturnitas



habe-

habebatur hic pro diſſenſu & contradictione. quod non eſt verũ, vt hic vides: immo tacendo tacite iuri ſuo renuntiat. j. de reg. iur. qui tacet. & dixi de hoc eod. tit. is qui tacet. Reclamare igitur debuit & petere prius inquiri ſuper Inquiſitione infamiæ: & ſi hoc non fieret, debuit appellare, vt dixi ſ. c. proxi.

a ¶ *Primitus.*] id eſt antequam quæreretur de veritate.

b ¶ *Nequibis.*] Nõ ergo ordo iſte ita eſt de ſubſtãtia 1, ꝙ ei renũtiare nõ poſsit. Facit. ſ. de fer. c. vlti. & quod not. ſupra de offic. deleg. de cauſis.

1 Vide q̃d dixi ſupra ca. proxi. ſuper vlt. gl. Io. Andr.

† Et qualiter probari debeat infamia alicuius, vide Romanũ conſil. 267. & Cardinalẽ conſil. 3. de teſtibus.

quam ſuper hoc excipiente (infamiæ inquiſitione omiſſa) ad veritatem eorundem criminũ inquirendam: proceſſum huiuſmodi ex eo, quòd nõ fuit de infamia † primitus [a] inquiſitũ, vlterius impugnare nequibis [b].

# TITVLVS II.

## De hæreticis.

¶ Gregorius ix. Remenſi archiepiſcopo, & ſuis ſuffraganeis.

¶ *Propter crimen hæreſis clericum in quibuſcunque ſacris ordinibus conſtitutum ſolus eius epiſcopus degradare poterit. hoc dicit. Dominicus.*

### CAP. I.

QVoniam [c] † epiſcoporũ numerus ad degradationẽ clericorum à canonibus [d] conſtitutus, non poteſt de facili [e] conuenire: Cõcedimus, vt ſacerdotem vel alium clericum in ſacris ordinibus conſtitutum (cum pro hæreſi [f] fuerit ſeculari curiæ relinquendus [g], aut perpetuo immurandus [h]) cõuocatis Abbatibus, aliiſque prælatis, & religioſis perſonis, ac litteratis ſuæ diœceſis, de quibus expedire videbitur, ſuus ſolus [i] poſsit epiſcopus degradare.

¶ Alexander quartus.

¶ *Excommunicationem incurrit ſepeliens ſcienter hæreticos, vel eorum receptatores, defenſores, vel fautores, nec abſoluitur niſi exhumet eorum corpora: locus vero priuatur ſepultura. hoc dicit vſque ad §. inhibemus. Dominicus.*

### CAP. II.

QVicunque [l] † hæreticos, credentes, receptatores, defenſores, vel fautores co-

DE HAERETICIS. ¶ *Dictũ fuit ſupra de modis quib⁹ proceditur ad inquirendũ de veritate criminis: nũc vidẽdũ eſt de ipſis criminib⁹: verũ quia inter crimina crimẽ hæreſis eſt maius: quia per ipſum offenditur diuina maieſtas: ideo primo de ipſo eſt vidẽdũ. Nam iſtud crimẽ eſt graui⁹ crimẽ, quã ſit crimẽ læſæ maieſtatis, quia graui⁹ eſt lædere diuinã maieſtatẽ, quã humanã, in Authẽt. vt nõ luxuriẽtur homines cõtra naturã. §. 1. reſpon. colla. 6.*

QVoniã.] Præmittit cauſam iuris noui, quo ſtatuitur: ibi, *Concedimus.*

† Vide omnino concilium Tridẽt. ſeſſio. 13. de reformatione cap. 4. & Albertinum in repetitione huius ca. & textum & ibidem doctores in ca. degradatio. infra eo. lib. titu. de pœnis.

¶ Præſupponendum eſt pro intellectu huius cap. quòd cum quis presbyter perpetrauit aliquod delictum dignum degradatione, puta quia commiſit homicidiũ per inſidias penſatas, ꝙ eſt dignũ degradatione, vt in c. 1. de homicidio. in antiq. vel commiſit aliud crimen quod eſt dignum degradatione, certum eſt ꝙ epiſcopus ſolus non poteſt eum degradare: ſed debet ſecum vocare ſex epiſcopos.

CASVS. Aliquis ſacerdos cecidit in hæreſim male ſentiendo de fide, & ſic eſt hæreticus. Pœna hæreſis eſt, ſi nũquã aliàs inciderat in hæreſim, ꝙ degradetur, & poſtea perpetuo immuretur, vt agat perpetuam pœnitentiam in pane triſtitiæ & aqua doloris: Si aũt poſtea liberetur: forte propter iucũdũ aduentum principis, & labatur in hæreſim, eſt dandus curiæ ſeculari, vt ignibus ſubiiciatur. Sed vtrum ad degradationẽ ſacerdotis ſufficiat ſolus propri⁹ eṗs? vel vtrum requiratur ꝙ vocentur ſex eṗi? Reſpõdet Romanus Pontifex quòd ſolus proprius eṗs conuocatis abbatibus & aliis honeſtis perſonis ſuæ diœceſis poterit talem ſacerdotem hæreticũ degredare, & dare curiæ ſeculari, ſi iterum inciderit in hæreſim. Si autẽ non inciderit niſi ſemel in hæreſim poterit eum degradare & perpetuo immurare. & iſtud eſt ſpeciale in crimine hæreſis. Secus eſt in aliis criminibus, in quibus requiritur ꝙ interueniãt ſex eṗi. Nota primo iuncta gloſſa & iuribus quæ allegat, quòd ſi ſacerdos labatur in hæreſim, pro delicto debet degradari, non autem debet tradi curiæ ſeculari: ſed eſt immurãdus, id eſt perpetuo carceri tradẽdus, vt agat pœnitentiã in pane triſtitiæ & aqua doloris. Vnde iſte carcer non debet eſſe ita arctus q̃d abbreuiet dies iſtius incarcerati: quia ſatis eſt ꝙ viuat in pane triſtitiæ & aqua doloris: ideo dicunt doctores, ꝙ prælati qui tales carceres abbreuiantes vitam hominis deputant, non euadunt notam irregularitatis.

Nota ꝙ vbi clericus eſt relapſus in hæreſim, eſt tradẽdus curiæ ſeculari vt comburatur: nam hæc eſt pœna hæreticorum. l. 3. C. de hæreti. Not. caſum in quo ſolus eṗs poteſt presbyterum vel clericum in ſacris conſtitutum degradare, ita quòd non tenetur ſecũ adhibere numerum epiſcoporum requiſitorum ad degradationẽ clerici, veruntamen debet ſecum adhibere ſuum capitulum, & honeſtas perſonas ſuæ diœceſis: ſicut ſunt abbates. Nota ꝙ clericus pro hæreſi degradatur: etiam ſi non ſit tradendus curię ſeculari: ſed tantum deputandus perpetuo carceri. Dominicus.

¶ *Prima gloſ. dicit vnde ſumpta.*

c ¶ *Quoniam.*] Incipiebat: Et ſi 9. & bñ d̃ medietate decurtata eſt.

d ¶ *Canonibus.*] 15. q. 7. ſi quis tumidus. & duobus cap. ſeq. & debent eſſe ſex in degradatione presbyteri, tres in degradatione diaconi, & ita de ſubdiacono videtur, vt ſ. de fer. non ordi. miramur.

e ¶ *Facili.*] Bene eſt poſsibile: ſed non facile. lex enim non debet eſſe impoſsibilis. 4. diſt. erit autem.

f ¶ *Pro hæreſi.*] In aliis 1 igitur criminibus ſi immineret degradatio facienda, ſeruẽtur antiqua iura: quia in hoc crimine hoc introductum eſt ſpeciale. Ad idem. j. eod. in fidei.

1 Hodie ſtãdum eſt decreto concilij Tridentini ſeſſio. 13. de refor. mat. c. 4. per quod ceſſat huius gloſſę opinio.

g ¶ *Relinquendus.*] Quod dic vt ſ. de verbo. ſigni. nouimus. & infra de pœn. c. 2.

h ¶ *Immurandus.*] ſ. eo. excommunicamus 2. [in fi. & ſ. eod. accuſatus. in fi. &c. vt commiſſi. ver. & illorum. Ioan. And.

i ¶ *Sol⁹ poſſit epiſcop⁹.*] Excludit epiſcopos, nõ capitulum ſuum. Ad idem 15. q. 7. ſi autem. & §. ſeq. & c. eṗs. 18. q. 2. cap. nullam.

ADDITIO. Idẽ ſcilicet quod non excludatur capitulum, tenet Ioannes Monac. ſed archidiaconus intelligit hoc verum in examinatione & definitione cauſæ: in actu degradationis ſufficiat ſeruare q̃d hic dr̃. circa hoc vide quod ſatis dicam in decretali 2. infra de pœn. ſuper ver. numero. Ioã. And.

QVicunque.] Quinque ſunt partes, quæ patent per partes. Prima imponit pœnam ſcienter ſepelientibus hæreticos. Secũda aggrauat: ibi, *Nec abſolutionis.* Tertia accumulat: ibi, *Et locus.* Secunda duo facit. Primo ponit prohibitionem. Secundo pœnam: ibi, *Qui vero.* Tertio etiã duo facit. Primo inhibet. Secũdo decernit: ibi, *Quod ſi.* Quarta priuat, & diſtinguẽdo aggrauat: ibi, *Volentes.* Quinta ponit dictũ, cuius rationẽ reddit: ibi, *Velut.* Ioan. And.

† Vide Turrecrematam in ſumma de Eccleſia, li. 4. par. 2. c. 21.

CASVS. Dictum fuit. ſ. tit. proxi. qualiter puniuntur hęretici, & quis poteſt degradare clericos hæreticos. Or ponam⁹ quòd aliqs meus parochianus lapſus eſt in hæreſim, & ego illud ſciebam, non fuit accuſatus: poſtea morte præuẽt⁹ deceſsit in errore ſuo: hoc tñ non obſtante eum tamquam verum catholicum tradidi eccleſiaſticæ ſepulturæ, an ſim puniendus aliqua pœna? Rñdet Romanus Põtifex ꝙ ſic: quia incurro ſententiã excõicationis, à qua non ſum abſoluendus, niſi prius meis propriis manibus ipſum extumulauero publice & non occulte: ſed cunctis volentibus videre. Et hoc facto potero obtinere abſolutionem. Sed quid de hoc loco in quo traditus fuit ſepulturæ: nunquid etiam punietur locus ipſe? Rñdet quòd ſic: quia ille locus reputari debet & cẽſeri profanus: & in eo non ſunt amplius corpora fideliũ ſepelienda. Idem dicendum eſt de fautoribus & receptatoribus hæreticorũ, & eis credẽtibus. hoc eſt ſi ſepeliui fautores vel receptatores hæreticorũ, vel eis credẽtes: hoc eſt, q̧ publica voce dixerũt quòd credebant errorẽ talis hæretici: tunc enim incurro ſententiam excõicationis. Sed vtrum ſit permiſſum laico publice diſputare de fide catholica? Rñdetur ꝙ non. De hoc legiſtæ habent propriam rubricam de ſum. tri. & fide cath. & ne liceat de fide catholica publice diſputare. Sed vtrũ filij hæreticorũ aliquam pœnã incurrant? Rñdet Romanus Pont. ꝙ ſic: Nam ſuppoſito ꝙ hæreticus non ſit de hæreſi accuſatus: tñ ipſe & filij ſui ſunt incapaces quorũcunque beneficiorũ eccleſiaſticorũ: & quorumcunque officiorum publicorum: ideo non poſſunt eſſe iudices, nec notarij, nec tabelliones. [*Laicæ perſonæ.*] Dicunt quidam ꝙ nõ eſt licitũ laicæ perſonæ, id eſt illiteratæ de fide catholica publice diſputare. & iſtud eſt vulgare Gallicorum, qui hominẽ litteratum appellãt magnum clericum. & iſte tex. loquitur ſcd̃m vulgare Gallicorum. Alij dicunt ꝙ non licet laicis, quantũcunque litteratis, diſputare de fide catholica. Et hęc eſt verior opinio [*Ad hæc.*] Si ſciam ꝙ hæreticus pro me preces emiſit apud prælatum, vel pro me interceſsit pro aliquo bñficio habẽdo, nõ debeo illud beneficium acceptare: nec tenet collatio mihi facta: & ſi contendã illud retinere, ſum illo priuandus: & inſuper ſum incapax ad obtinendum quæcunque alia beneficia eccleſiaſtica. Et ſic argumẽto à 9rio ſenſu poſſunt emitti preces pro digno: dum tñ fiant à digno. [*Emancipationem.*] eo ipſo ꝙ pater labitur in hæreſim, ſtatim filius eſt ſui

eſt ſui iuris:ideo ſi filius emancipetur à patre,non tenet emancipatio:quia iam erat ſui iuris:nam ſtatim quòd pater labitur in hæreſim,perdit ius patriæ poteſtatis,quod habebat in filios ſuos. Nota differentiam eſſe inter credentem,receptantem,defendentem,vel fauentē:& ſic facit quod ſi imponatur pœna exbannitis quòd non includerētur taliter ſecum communicantes, niſi exprimeretur. Nota ꝙ qñque ex delicto punitur res inanimata. concord.ſunt in gloſſa.

† Aliàs,preſumpſerit.

† Aliàs, nouerit.

† Aliàs, mereatur.

† Aliàs extumulet.

† Aliàs,proijciat.

† Aliàs,perpetuo.

rum ſcienter a præſumpſerint † eccleſiaſticæ tradere ſepulturæ b, vſque c ad ſatisfactionem idoneam excōmunicationis ſentētiæ ſe nouerint † ſubiacere. Nec abſolutionis beneficium mereantur †, niſi propriis d manibus publice e extumulent f †,& proiiciant † huiuſmodi corpora damnatorum. Et locus g ille perpetua † careat ſepultura.

*¶ Excommunicari debent laici publice vel occulte diſputantes de fide. hoc dicit. Dominicus.*

¶ Inhibemus † quoque,ne cuiquam laicæ h perſonæ liceat publice vel priuatim de fide catholica diſputare. Qui vero cōtra fecerit, excōmunicationis laqueo innodetur i.

*¶ Non valet promotio hæreticorum, eis credentium,fautorum,receptatorum,& defenſorum eorum, nec filiorum ſuorum vſque ad ſecundam generationem ad beneficia eccleſiaſtica vel officia publica. hoc dicit.Dominicus.*

¶ Hæretici autē,credentes,receptatores,defenſores,& fautores eorū, ipſorumq; filij k † vſque ad ſecundam l generationem,ad nullum eccleſiaſticum beneficium m, ſeu officium publicum n admittantur. Quod ſi ſecus actum fuerit, decernim9 irritum & inane.

*¶ Priuati ſunt habentes beneficia eccleſiaſtica ad preces hæreticorum , & inhabiles efficiuntur ad alia obtinenda, ſi ſcienter talia receperunt. hoc dicit. Dominicus.*

¶ Ad hæc quoſcunque viros eccleſiaſticos,qui ad preces huiuſmodi peſtilentium perſonarū,dignitates o, perſonatus,& quæcunque alia eccleſiaſtica beneficia ſunt adepti : ex nunc priuamus p taliter acquiſitis: volentes quòd tales & habitis careant perpetuo: & ſi receperunt † illa ſcienter q, ad alia, vel ſimilia nequaquam in poſterum admittantur.

*¶ Nulla eſt emancipatio filiorum vel ſubditorum per hæreticos facta , etiam ſi poſtea vitium deleatur. hoc dicit. Dominicus.*

¶ Illorum autem filiorū emancipationem, quorum parentes poſt emancipationem etiam r huiuſmodi apparuerit ante ipſam à via veritatis ad hæreticæ ſuperſtitionis inuium declinaſſe , nullius volumus eſſe momenti velut factam de hominibus ſui iuris : cum dignum ſit, vt propter tanti atrocitatem delicti,filij eſſe in parētum hæreticorū deſierint s poteſtate.

¶ Idem Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis.

*¶ Filij vel hæredes petentium in infirmitate ſua hæreticorum conſolationē, non admittuntur ad probandum quòd non ſana mente,vel perdita loquela ſuſceperint, ſi conſtat quòd erant ſanæ mentis, vel ſi prius ſuſpecti vel diffamati erant de hæreſi: aliàs admittuntur,ſcilicet per teſtes fide dignos non ſuſpectos.hoc dicit. Dominicus.*

CAP. III.

FILII,

a ¶ *Scienter.*]Ignorantia ergo probabilis bene illos excuſat. ſ. de cleric.excommu. mini. Apoſtolicæ. ¶ *Glo.ſecunda dat duo ſimilia,& remittit.*

b ¶ *Sepulturæ.* ] Sic & manifeſti vſurarij non traduntur ſepulturæ. 1 ſ. de vſu.quia in omnib9& ꝗ moriūtur in torneamentis. ſ. de tor. c. 1.& de hoc de ſepul. ex parte.in vlt.gloſ. Dr̄ autē ſepultura multis modis,vt not.13.q.2.§.item quæritur.& ſ.de ſepul. c.penult.

c ¶ *Vſque.* ] Hic licet ſatisfaciāt, ſequi debet abſolutio, vt patet per id quod ſequitur.

d ¶ *Propriis manibus.*] Nota 2 caſum, ꝙ poſſum per me qđ non poſſum per alium. de hoc dixi j. de regu. iur.poteſt. ſicut enim exhibuerunt membra ſua ſeruire iniquitati ad iniquitatē, ſic exhibere debēt illa ſeruire iuſtitiæ ad iuſtitiā: ſicut dicit Apoſtolus ad Roman.6.c.& ſunt hæc verba in canone 47. diſt. omnes huius.

e ¶ *Publice.*] quia quæ publice peccantur, publice emendentur. de pœni.& remiſ.c.1.

f ¶ *Extumulent.* ] hoc verum intelligo, quādo oſſa ipſorū poſſent ab oſſibus aliorum diſcerni:aliàs ſecus. ſ. de ſepul.ſacris.Ioan.And.

1 Et eo etiam caſu ſunt hodie excommunicati contra facientes,per cle. de ſepult. eos.Io.And.

† Vide Caietanū apud B.Thomam 2. 2. q. 10. artic. 7. & Conradum Brunum lib. 5. de hæret. c.4.& lib.6. c.8.

2 Vide Gondiſſaluum trac. de hæret.q.23.nu. 7.

† Vide Condiſſaluum. trac.de hæret. q. 22. & Repertoriū Inquiſitorū. verb.filij.

k ¶ *Filij.*]Nota caſum in quo pro delicto paterno punitur filius 3: hoc etiā procedit in crimine læſæ maieſtatis: quod eſt minus hoc crimine,quo læditur æterna maieſtas.ſ.eo.vergentis.& ſi ꝺ homines illatæ blaſphemiæ impunitæ non tranſeunt,multo magis ꝗ ipſum dominum blaſphemat dignus eſt ſupplicia ſuſtinere. in Auth. vt non lux. ꝺ nat. r. reſponſo. & §. 1. colla. 6. nec debemus illius opprobrium inultum dimittere,qui noſtra probra deleuit.ſ. ď Iudæis. in nōnullis.Quod enim in religione diuina cōmittitur: in omniū fertur iniuriam. C.de hære.Manichæos.ad idem 17.q.4.ſicut aliàs regulariter pœna temporali non punitur vnus pro alterius delicto. qđ dic vt no.1. q. 4. in ſumma. & 23. q. 3. in ſumma. & intelligas hoc de filiis nō infectis.Illi enim punirent vt ipſi, ex ꝓprio delicto non ex alieno.

ADDITIO. Idē Io. Monach. & Archid. & ſic ad proximum fiet relatio. allegat. ff. de poſtu.l.1. §. deīde adiecit:

l ¶ *Secundam.*] hoc intellige ſecundum determinationem decret. j. eod.tit.ſtatutum 2.

m ¶ *Beneficium.*] large ſumitur. de hoc dixi j. de reg.iur.c.1.

n ¶ *Publicum.*]vt iudicatus, notariatus,& his ſimilia. ad idem j. de pœnis , felicis. §. ꝙ ſi quis.in principio. ¶ *Glo.ſeq.quærit,arg. pro & contra.*

o ¶ *Dignitates.*] nunquid & Pontificalis dignitas includitur ꝓ & ꝺ. j. de pœnis, felicis. §. ꝙ ſi quis.in princip.

ADDITIO. Crederē non includi. vide ſ. eo.lib. de præb. c.2.in glo.2.Ioan.And. ¶ *Glo. ſeq. ſoluit contrarium:*

p ¶ *Priuamus.* ] Nota ſpeciale:quia aliàs non refert per quem preces offerantur.C.de preci.Impe.offi.l.vniuerſis.

3 Vide gloſſam in extra uagāti Ioan. xxij. incip. Dierum. tit. de pœnis. in verbo, quo modolibet. adde Textum in c. niſi cū pridem. §. perſonę. extra de renūt.

† Aliàs, receperint.

g ¶ *Locus.*] Punitur res inanimata.ſic ſ. de pœ. in quibuſdā.ſ. de elect.vbi periculū. §. ciuitas. & j.de pœ.c.vlt.in fin.15. q.1.mulier.

ADDITIO. Archidia.alleg.1.q.4.§.econtra.& §.ſeq.Ioa.And.

¶ *Gl ſeq.recitetur per quæſtionem,ſcilicet de quibus laicis,&c.*

h ¶ *Laicæ.*]Forte intellexerūt de laico ad modū vltramōtanorū, qui illiteratos laicos vocant,& litteratos clericos vocant. 88. diſt. inutile.quid enim eſt dicere ꝙ ruralis clericus diſputando de fide non incidat in hanc pœnā,& doctor decretorū laicus incidat? tñ ſufficit ita eſſe ſcriptū,& ſolum duo ſunt Chriſtianorū genera, clerici & laici.12.q.1.duo ſunt.& concor.ad hoc. C. de ſum. tri. l. pe.

¶ *Glo.ſeq.quærit.arg.pro & contra.*

i ¶ *Innodetur.*] Nunquid per ſententiam vel ipſo iure? vr̄ ꝙ ipſo iure per id quod dicit, laqueo quaſi ipſum factum damnatum illaqueet.In contrarium vr̄, quia in pœnis benigna fieri debet interpretatio,vt j.de reg.iur.in pœnis.cum ſuis concor.eſt igitur.benignius vt intelligamus canonem eſſe ferendæ ſententię, quàm iam latæ: ergo eſt hæc pars amplectēda,vt ibi.Ad hoc 9.diſt.ſana quippe. Præterea ſi voluiſſet ꝙ eſſet canon latæ ſententiæ , dixiſſet, ſit innodatus: vel,eo ipſo:vel ſimilia verba.

ADDITIO. Iſta vltima opinio placet Archid.alleg.ſ.eo.excōmunicamus. §. quia vero. & dicit monitionem præmittendam. 12. q.2.indigne.Ioan.And.

¶ *Gloſ.ſeq.obiectionē ſoluens dicit cōtrariū regulare,& hoc caſuale cui dat caſū ſimilē,& rationē reddit:in fine textū exponit.*

ADDITIO.Dicit Io.Mona.ꝙ hoc facit criminis immenſitas.ſ. ſ.de elect.ſi alicuius.vbi etiam non prodeſt ignorantia.

q ¶ *Scienter.* ] ſcilicet ſciēdo illos qui preces offerebāt eſſe tales.

r ¶ *Etiam.*] quia maior eſt dubitatio , quàm ſi ante emancipationem hoc apparuiſſet.Ioan.And.

ſ ¶ *Deſierint.*] Nota ergo ꝙ crimen hæreſis paternum,etiam antequàm per eccleſiam fuerit declaratum , liberat à patria poteſtate filium:& ſic interdum paternum odium , interdū filij fauor 4 tale vinculum ſoluit.54.diſt.ſi ſeruus. ſ. qui filij ſint leg. per venerabilem.poſt princ.verſi.per ſimile.Ioan.And.

4 Dignitatis epiſcopalis. hoc volunt cōcordātiæ. Ioan.And.

Filij.] In caſu dubio diſtinguit:& ſecundum membrum proſequitur:ibi, *Alioquin.*quod determinat:ibi,*Non tamen.*

¶ Pro intellectu huius cap.præſupponendum eſt,quòd aliquis,hæreticus poteſt accuſari de crimine hæreſis etiam poſt mortem non vt condemnetur ad ſuſtinendum aliquam pœnam:ſed vt memoria eius condemnetur: & bona eius ſibi auferantur, & applicentur fiſco.Secundo eſt præſuppōnēdum , ꝙ regulariter quis admittitur ad probandum contra illud quod aduerſarius ſuus probauit: vt ſi actor proponat aliquod factū, & reus ſimiliter proponit aliud factum contrarium : tunc admittuntur probationes hincinde. fallit in caſu huius cap. & iſte eſt principalis effectus ad quē emanauit præſens capit.Tertio eſt præſupponendum,ꝙ inter illos qui dicūtur credētes hæreticis,& ſunt hæretici cēſendi,vt in c.proxi.ſ.eo.

vel hæredes [a] illorum, qui dum in ægritudinis lecto decumberent, petierunt hæreticos conſolaturos†, vt ab eis per manus impoſitionem conſolationem reciperent, ſecundum peſsimã conſuetudinem eorundem, ſicque viã fuerint vniuerſæ carnis ingreſsi: ad probandũ ꝙ ipſi defuncti conſolationẽ illã, immo veri⁹ deſolationẽ, nõ† ſanæ [b] mẽtis effecti ſuſceperint, vel poſt perditã iã loquelam (cum tamen moris ſit) vt dicitur, (apud eos, quòd nullum taliter cõſolentur, qui nõ ſit ſanæ mẽtis, & memoriã habeat ordinatã) admitti nõ debent: ſi dũ viuebãt [c], diffamati erãt de hæreſi, vel ſuſpecti, aut legitime [d] cõſtiterit, quòd ſanæ mẽtis exiſtẽtes huiuſmodi hæreticos petierũt. Alioquin [e] admitti poterunt prædicti filij, vel hæredes ad probandum præmiſſa [f]. Nõ tamen per vxores, filios, familiares †, vel de ſuis aliquos, ſed per teſtes alios fide dignos [g], & ſpecialiter fidei zelatores.

¶ Idem eiſdem.

*¶ Relapſi in hæreſim ſunt tradendi curiæ ſeculari, licet pœniteat eos, & ad fidem redeant: non tamen denegantur eis ſacramenta pœnitentiæ & Euchariſtiæ. hoc dicit. Dominicus.*

CAP. IIII.

SVper † eo [h] quod ſcriptum legitur [i], Eccleſia nulli claudit gremium redeunti [k]: quodque [l] hi, qui poſt abiurationem erroris, vel poſtquam ſe proprij antiſtitis examinatione purgauerint, ſi deprehenſi fuerint in abiuratam hæreſim recidiſſe, ſeculari decernuntur iudicio, ſine vlla penitus audientia † relinquendi [m]: cum ſcripturæ huiuſmodi videantur ſibi inuicem aduerſari, quid tenẽdum ſit per ſedem [n] edoceri Apoſtolicam poſtulaſtis. ¶ Nos itaque inquiſitioni veſtræ de fratrum noſtrorũ cõſilio reſpondemus, quòd taliter deprehenſis, etiãſi

non ſolum ſunt illi qui aperta voce fatentur errorem hæreticorũ: ſed etiam illi, qui in infirmitate ab hæreticis recipiunt manus impoſitionem. Veruntamen quando infirmus recipiebat conſolationem ab hæretico: ſi ipſe infirmus propter infirmitatem iamque perdiderat iudicium rationis: tunc nõ puniebatur tali pœna quali puniuntur recipientes conſolationem ab hæreticis: ſi nondum perdiderat iudiciũ ratiõis.

Caſus litteralis domini Heliæ.

CASVS. Aliquis accuſauit patrem meum de hæreſi, dicendo ꝙ in infirmitate ſua more hæreticorum recepit cõſolationem ab hæreticis cum manus impoſitione, & prolatiõe aliquorum verborum: & ſic dicebatur quòd pater me⁹ erat hæreticus: & fiſcus petebat bona ſua. Vel cum vellẽ obtinere aliquod beneficium eccleſiaſticũ, vel officiũ publicum, fuit mihi obiectum, quòd pater meus erat hæreticus: quia in infirmitate ſua receperat conſolationem ab hæreticis cum manus impoſitione & prolatione certorum verborum: & ꝙ tunc erat ſanę mentis. Probatum fuit quòd pater meus erat ſanæ mẽtis, volo nũc probare factum ɔ̃rium, videlicet ꝙ erat inſanæ mentis. an ſim admittendus ad probandum iſtud factũ contrarium? Videbatur ꝙ ſic: quia regulariter quis admittitur ad probandum factum ɔ̃rium, vt dictum fuit in ſecunda præſuppoſitione: iudex dubitans an eſſem admittendus ad probandum iſtud factum ɔ̃rium: cõſuluit Romanũ Pontificem. Qui Romanus Pontifex conſultus rñdet cum diſtinctione: Aut pater meus in vita ſua erat diffamatus & ſuſpectus de hæreſi, & tunc nõ ſum admittẽd⁹ ad probandũ ꝙ nõ erat ſanæ mentis: Aut pater meus non erat diffamatus de hæreſi, & tũc debeo admitti ad illud factum ɔ̃riũ probandum: dum tñ non producam teſtes familiares, ſed alios teſtes fide dignos: & maxime Chriſti fideles, & zelatores fidei Chriſtianæ. Nota primo principalẽ effectũ huius c. ꝙ infirmus qui ab hæreticis recipit conſolationẽ ſuo more: videlicet per manus impoſitionem cum prolatione certorum verborum: & qui erat diffamatus de hæreſi tempore quo viuebat, hæredes ſui non admittuntur ad probandum factum ɔ̃rium: videlicet ꝙ ille perdiderat iudiciũ rationis: nec erat ſanæ mentis quando recepit conſolationẽ ab hæreticis. & ſic nota ꝙ præſumptio excludit probationẽ faciendã in ɔ̃rium. Et iſtud eſt ſpeciale fauore fidei: ſed regulariter nõ excludit probationem faciendam in ɔ̃rium. ſed aggrauat: quia requiritur ꝙ probetur clarioribus probationibus. Nota vlterius, ꝙ vxor non admittitur ad teſtificandum in cauſa mariti: nec filius admittitur teſtis pro patre, nec familiaris, & hoc durante familiaritate: ideo cautela eſt, quando quis vult producere aliquos familiares ſuos in teſtes: ꝙ illos expellat à domo ſua antequam producat: tũc poterunt admitti, dum tñ non fiat in fraudem. Et eſt præſumptio fraudis quãdo ſtatim poſt productionem & teſtificationem ipſi familiares reuocantur. de quo videatis latius per doctores iuris ciuilis in l. etiam. C. de teſtib. Nota arg. ꝙ filij neceſſario non ſemper dicuntur hæredes: quia poſſunt ſe abſtinere ab hæreditate illam repudiando: non eſt ergo bona conſequentia, iſte filius: ergo eſt hæres. Nota ꝙ conſuetudines introductæ per hæreticos, non inducunt vinculum. quia dicuntur peſsimæ, vt dicit hic textus. Domin.

† In manuſcriptis & vetuſtioribus etiã impreſſis conſtanter legitur, cõſolatos. q. dam recentiores habẽt: cõſolatores.

† Qualiter colligatur & probetur aliquem nõ eſſe ſanæ mentis ꝑter gloſſam & doctores in l. ſi cũ dotem. § ſi maritus. ff. ſoluto matri. vide Alexandrum conſil. 141. li. 1. Barbatiã conſil. 60. lib. 2. & Ancharanũ conſil. 5.

† Familiares qui dicantur vide plene p Felinũ in ca. litteris. de teſtibus.

*¶ Prima gloſſa diuidit & dicit vnde ſumpta, dupliciter exponit, & recitari poteſt per quæſtionem.*

a ¶ *Filij, vel hæredes.*] Decurtata eſt de narratione facti, & incipiebat olim: Ex parte. & dic, filij, licet hæredes non ſint: intereſt enim eorum, vt ſupra cap. proximo, hæredes. etiam ſi filij vel propinqui non ſint, & iſtorum intereſt propter vitandam confiſcationem bonorum, vt ſ̃. de hæret. vergentis. infra. eod. titul. cum ſecundum leges.

b ¶ *Non ſanæ.*] vnde quod tunc faciebant, eis nõ debet imputari: quia nullum maleficium ſine conſenſu. 14. q. 5. ſi quid. 15. q. 6. c. 1. in fin. ſed furioſus non habet conſenſum, vt ſ̃. de ſpon. dilectus. 15. q. 1. illud. ſ̃. de ſucceſ. ab inteſtato. cum dilectus. & ſ̃. de reg. iur. ſicut tenor. Ioan. And.

c ¶ *Viuebant.*] illi parentes, vel teſtatores conſolati.

d ¶ *Legitime.*] igitur nota caſum in quo probatio non admittit ꝓbationem in cõtrariũ. ADDITIO. Aliàs regulariter fundata intentione actoris, reus probat perẽptoria de do. & cõtu. finem. đ teſtib. c. teſtibus. probationem tñ directe probationi primæ non facit per teſtes, primis atteſtationibus publicatis, vt in cle. 2. de teſti. Io. And.

e ¶ *Alioquin.*] id eſt, ſi hoc legitime non conſtat: nec ipſi dum viuebant infamati erãt, vel ſuſpecti.

† Vide Zichinũ trac. de hæret. ca. 16.

f ¶ *Præmiſſa.*] ſcilicet ꝙ tunc non erat ſanæ mentis, vel loquelam perdiderant, nec habebant ordinatam memoriam.

g ¶ *Fide dignos.*] hæc clauſula quæ olim erat obſcura & dubia, cum deliberatione fuit immutata: & bene.

† Alios caſus quibus auferturillo, ponit glo. c. 1. 23. diſt. Font.

SVper.] Cõmunis diuiſio. Secunda: ibi, *Nos itaque.* Dicebat Io. Monac. ponitur duorũ iurium aduerſio: ſecũdo ipſorum interpretatio.

¶ Iſtud c. emanauit ad declarationem duorum iurium, quæ videbantur inuicem ɔ̃riari. CASVS. Dicitur in aliqua parte iuris, ꝙ ſi quis labatur in hæreſim, & poſtea errorem ſuum abiurauerit, id eſt illi errori ſuo renũtiauerit cum iuramento de non redeundo: ſi poſtea incidat in hæreſim, dr̃ relapſus quantumcũque vellet errorem ſuum deponere & abiurare: ita ꝙ eſt tradẽdus curię ſeculari, vt ignibus ſubiiciat. Item in alia parte iuris dr̃, ꝙ Eccleſia non claudit gremium redeũti. Quæritur qualiter poſſunt intelligi iſta duo iura? Reſpondet Romanus Põtifex, ꝙ primũ ius intelligitur de ſalute corporis: aliud vero ius intelligitur de ſalute animæ: hoc eſt quantumcunque aliquis ſit relapſus in hæreſim, & recognoſcat ſuum peccatum: ſi petat ſacramenta eccleſiæ, ſunt ſibi danda ſacramenta pœnitẽtiæ & Euchariſtiæ: ſed per hoc non euitabit pœnam corporalem: quia ſi relabatur in hæreſim, tamquam relapſus eſt puniendus: hoc eſt: quia debet tradi curiæ ſeculari, vt ignibus ſubiiciatur. Nota primo ꝙ ad Papam ſpectat cõcordare duo iura, quando videntur ad inuicem contrariari. quod verum eſt de generalibus iuribus: quia iura particularia poſſunt interpretari conditores illorum iurium.

Nota quòd relapſo in hæreſim, & condemnato per curiam ſecularem: ſi appareant ſigna contritionis & pœnitentiæ, non ſunt ei deneganda ſacramenta pœnitentiæ & Euchariſtiæ. De aliis autem ſacramentis fruſtra quæritur: quia illa ſacramenta non poteſt habere, nec etiam extremam vnctionem: quia illa ſolis tendentibus ad mortem datur. ca. vnico de ſacra vnct. in antiq. Nota arg. quòd ſola apprehenſio inducit probationem delicti. de quo de iudic. cũ non ab homine.

*¶ Prima gloſ. dicit quid declarat.*

h ¶ *Super eo.*] terminãtur quæ not. ſ̃. in ca. ad abolendam. §. illos. & cap. penult. §. ſiqui.

i ¶ *Legitur.*] 23. q. 4. duo. & C. de ſum. tri. l. vlt. ad fin. ADDITIO. Archi. alleg. 42. diſt. quieſcamus. 86. diſt. non ſatis. & c. qui clementiam. 16. q. 1. ſi cupis. Hinc eſt quòd Romana Eccleſia dicitur liberalis. ſ̃. eo. lib. de reſcrip. ſedes. in princip. vbi de hoc. Ioan. And.

K ¶ *Redeunti.*] vel redeundi: hinc eſt quòd omnibus dicitur liberalis. ſ̃. eod. de reſcrip. ſedes.

l ¶ *Quodque.*] repete, & ſuper eo quod ſcriptum legitur, quòd hi qui poſt.

m ¶ *Relinquendi.*] vt in prædicta decretali, ad abolendam. §. illos.

n ¶ *Per ſedem.*] ad quam in talibus recurrendum eſt: vt ſupra, qui fil. ſint leg. per venerabilem.

¶ a *Dene-*

a ¶ *Deneganda.*] quod ergo dicit prima auctoritas, intelligitur in ſalute animæ. Secunda in corporali pœna.
ADDITIO. Animæ quã creauit Deus, non vult mortẽ. de pœn. diſt. 1. quia diuinitatis. & cap. ſicut primi. in fi. vbi etiã patet quòd propter peccatum Deus homini mortẽ inflixit. A corporali ergo pœna nõ liberat in hoc caſu quo loquitur ſecunda auctoritas. Ioan. And.

( vt dictum eſt) ſine vlla penitus audientia relinquendi ſint iudicio ſeculari: ſi tamen poſtmodum pœniteant, & pœnitẽtiæ ſigna in eis apparuerint manifeſta, nequaquam ſunt humiliter petita ſacramẽta pœnitentiæ ac Euchariſtię denegãda [a].

¶ Idem eiſdem.

*¶ Excommunicati, participes, & ſocij criminis, admittuntur in teſtes contra hæreticos, ſi ſciunt veriſimiliter veritatem deponere. hoc dicit. Dominicus.*

CAP. V.

IN fidei [b] † fauorem, concedimus, vt in negotio Inquiſitionis [c] hæreticæ prauitatis excommunicati [d], & participes [e], vel ſocij criminis ad teſtimonium admittantur: Præſertim in probationum aliarum defectum contra hæreticos, credentes, fautores, receptatores, & defenſores eorum: ſi ex veriſimilibus coniecturis [f], & ex numero teſtium, aut perſonarum tam deponentium, quàm eorũ contra quos deponitur [g], qualitate, ac alijs circunſtantiis ſic teſtificantes falſa non dicere præſumantur.

IN *fidei.*] Primo ponit conſtitutionis cauſam: Secundo conſtitutionẽ: ibi, *Concedimus.* quã fortificat: ibi, *Præſertim.* & moderanda determinat: ibi, *Et ex numero.* Dominic.
CASVS. Ad notitiam Inquiſitoris fidei Chriſtianæ à ſede Apoſtolica deputati peruenit, ꝙ quidam Titius erat hæreticus vel fautor hæreticorum: vnde ipſe Inquiſitor fecit Inquiſitionem, & vocauit teſtes ad præſentiam ſuã: qui teſtes vocati dicebantur participes criminis: Dictum fuit pro parte iſtius Titij, cõtra quem fiebat Inquiſitio, ꝙ tales non erant admittendi ad teſtificandum ↄ̃ ipſum, quia erãt participes criminis: alij erant infames, alij erãt excõicati: vtrum infames, excommunicati, vel participes in crimine ſint admittendi ad teſtificandum ↄ̃ ipſum? Reſpondet Romanus Pontifex ꝙ ſic, & hoc in fauorem fidei, vt melius iſtud crimen poſsit detegi, iſti infames, excommunicati, & participes criminis admittuntur ad teſtificandũ ↄ̃ ipſum hæreticum, licet ſit ſecus in aliis criminibus, ſi procederetur per viam accuſationis: quia accuſator debet quærere teſtes omni exceptione maiores. Nota vnum ſpeciale in crimine hæreſis, ꝙ infames & excommunicati admittuntur ad teſtificandum. Simile eſt in crimine læſæ maieſtatis, in quo admittuntur participes criminis, excommunicati, & infames. Idem in crimine ſimonię: regulariter autem in aliis criminibus non admittuntur iſti ad teſtificandũ. Ratio autem ſpecialis in crimine hæreſis redditur in principio huius cap. Nota quòd iſti infames & excõmunicati nõ admittuntur indiſtincte ad teſtificandum in crimine hæreſis: ſed quando eſt præſumptio ꝙ ipſi dicunt verum. Nota ꝙ propter fauorem fidei multa ſtatuuntur contra iura communia. Nota quòd circunſtantiæ ſunt conſiderandæ ad hoc vt fides adhibeatur teſti maxime inhabili. Dominicus.

† De intellectu vide Franciſcum Aretinum in ca. fin. extra de teſtibus. & Palacium Rubium in allegatione de hæreſi. §. 16.

¶ *Prima glo. dicit vnde ſumpta.*
b ¶ *In fidei.*] decurtata eſt de narratione facti, quæ olim incipiebat: Conſuluit.
¶ *Glo. ſeq. quærit, arguit affirmatiue: & ſoluit contrarium.*
c ¶ *Inquiſitionis.*] quid ſi non procedat per modum inquiſitionis, ſed accuſationis, vel exceptionis: nunquid admittẽtur tales? Vr̃ ꝙ ſic 1: quia eadẽ ratio, ſcilicet fidei fauor & odiũ criminis verſatur vtrobique: ergo idem ius. de reſcript. inter cæteras. cum ſi. ↄ̃triũ credo, quia ab illo iure regulari, quo cauetur tales perſonas ad teſtimoniũ admitti non debere, nõ recedã, niſi inquantũ inueniã permiſſum. qui ergo accuſat vel excipit, habeat probationes idoneas nec eſt accuſatio fauorabilis vt Inquiſitio. ad hoc 2. q. 7. ſi qs eþs. Et verbũ iſtud debet aliqd operari: aliàs quare fuiſſet expreſſũ. ad hoc d' deci. ad audiẽtiã. cũ ſuis cõc. & j. d' priu. ſi Papa. 1. rñſo. in fi.
ADDITIO. Item decre. dirigitur Inquiſitoribus. Ioan. And.
d ¶ *Excommunicati.*] ſi. j. c. prox. tales aliàs nõ admittunt: immo etiam iudices ſeculares cenſura eccleſiaſtica compelluntur tales à teſtimonio in ſuis foris repellere. j. de ſentẽt. excom. decernimus.
¶ *Glo. ſeq. de duobus remittit.*
e ¶ *Participes.*] quid de aliis exceptis criminibus: an ſcilicet tales admittãtur? Dic vt s̃. eo. lib. de teſtib. c. 1. s̃. de confeſ. c. 1. & 6. q. 1. §. verum. Quid de periuris? habebis j. eod. accuſatus. §. licet.
f ¶ *Coniecturis.*] quas ipſe iudex examinans melius ſcire poterit. ff. de teſti. l. 3. & 4. q. 3. ſi teſtes. Et pone exemplum s̃. de præſump. litteras. & concor. j. eo. accuſatus. §. licet. Ioan. And.
g ¶ *Deponitur.*] vt facilius credatur ipſis deponentibus ↄ̃ infamatum, vel ſuſpectum de hæreſi, quàm ↄ̃ non infamatũ nec ſuſpectum. ad idem s̃. eod. filij.

1 Et hoc tenet Archi. al leg. etiam 2. q 7. ſi hæreticus. quæ tamen non tenet, vt ibi not. quod patet: qa aliàs nec fuiſſet neceſſaria conſtitutio iſta. Ad rationem vero q̃ ſequitur in glo. reſponde per. not. ſupra de reg. conſtitutionem. eod. li. Ioan. And.

¶ Idem eiſdem.

*¶ Ordinarij vel eorum delegati & Inquiſitores ſine pœna excommunicationis facere habent executionem iuſtitiæ contra hæreticos, per habentes iuriſdictionem ſecularem in loco, licet excommunicati ſint, vel de facto tantum illam iuriſdictionem poſſideant. hoc dicit. Dominicus.*

CAP. VI.

PRæſidẽtes [h] † regimini alicuius regni, prouĩçiæ, ſiue loci licet excommunicati [i], vel de facto tantum, & non de iure iuriſdictionem habentes, ac eorum officiales [k], ad requiſitionem ordinariorum, vel delegatorum ipſorum aut Inquiſitorum hæreticæ prauitatis non valentium ſine moræ diſpendio [l] vel negotij periculo recurſum habere ad ſuperiores, qui legitime in locis ipſis poſſint iuſtitiã exequi, poſſunt & debent contra hæreticos, credẽtes, fautores, receptatores, & defenſores eorũ, iuſtitiam & ſuum officium exercere. Nec requirentes huiuſmodi excommunicatos propter hoc ſententiam excommunicationis [m] incurrunt. Non tamen pręſidẽtibus

PRæſidentes regimini.] Ponit dictũ qđ ampliat: ibi, *Nec requirentes.* Et proteſtat: ibi, *Non tamen.*
¶ Præſupponendum eſt primo ꝙ excõicatus nõ poteſt eſſe iudex: & ſi iudex incidet in excõicationem, pendente tẽpore quo eſt excõicatus, non habet exercitium iuriſdictionis. Itẽ præſupponendum eſt, qui occupat & detinet aliquod regnũ, vel prouinciam, non habet iuriſdictionem, cum reuera nõ ſit dominus regni vel prouinciæ.
CASVS. Aliquis iudex ſecularis eſt excõicatus maiori excõicatione: certum eſt ꝙ participantes & communicantes cum ipſo ſunt excõicati excõicatione minori, hoc eſt peccant mortaliter: In illis partibus eſt Inqſitor fidei à ſede Apoſtolica deputatus: vult capere realiter aliquem hæreticum: non tñ poteſt capere talem hæreticum propter potentiam ipſius hæretici: vult inuocare brachium ſeculare: hoc eſt poteſtatem illius iudicis ſecularis excõicati: tñ timet ꝙ participando cum ipſo incurrat minorem excõicationem: nunquid licite poteſt inuocare brachium iudicis ſecularis abſque eo ꝙ incurrat ſententiã minoris excõicationis? Reſpondet Romanus Põtifex ꝙ ſic. & hoc verum ſi excõicatus non habeat ſuperiorẽ. Idem eſt de tyranno qui occupat aliquod regnum vel prouinciã: & de facto habet iuriſdictionem, non autem de iure: ſed tñ per illam inuocationem non acquirit ipſe tyrannus aliquã iuriſdictionem in dicto regno vel prouincia. Nota primo caſum in quo valet proceſſus habitus per iudicem excõicatum. vide materiam de re iudica. ad ꝓbandum. in antiq. Nota ſecundo, ꝙ Papa poteſt ſtatuere, quòd participans excommunicato non incurrat excommunicationem. ad hoc s̃. de ſent. excom. ſi vero. & c. Inquiſitionis. Dominicus.

† Vide gloſſam fin. in c. 1. de offic. vicarij hoc eo lib. & Gõdiſaluum trac. de hæret. q. 19.

¶ *Glo. prima dicit vnde ſumpta.*
h ¶ *Præſidentes.*] Decurtata eſt de narratione facti, quæ incipiebat: Quæſiuiſtis.
i ¶ *Excommunicati.*] maiori excommunicatione, & publice. [Idẽ Archi.] vt ſit maior dubitatio. Ad hoc de re iud. ad probandum. [de cler. excom. mini. ſi celebrat. Ioan. And.]
¶ *Glo. ſeq. quærit & remittit.*
k ¶ *Officiales.*] Nunquid officiales excommunicati iudicare poſſunt? Dic vt s̃. eod. lib. de ſupplen. neg. præla. Romana.
¶ *Glo. ſeq. recitetur per quæſtionem & ſolutionem.*
l ¶ *Diſpendio.*] qñ ergo ſine moræ diſpẽdio hæc poſſunt, tũc eſſent excõicati eos requirendo: quia excõicans cum excõicato, excõicatus eſt, ſeruata diſt. de ſentent. excom. nuper. in antiq. fallit hic. vbi ergo non eſt caſus iſte, ergo nec fallit regula.
ADDITIO. Idem Archid. alleg. 6. q. 3. ſicut Apoſtoli. cum tribus cap. ſeq. Ioan. And.
¶ *Gloſ. ſeq. ponit duas lecturas.*
m ¶ *Excommunicationis.*] minoris. & ſi intelligeres ꝙ iſti eſſent excõicati, qa iuriſdictionẽ illã exercebãt: tunc qui cõicauerũt illis in iuriſdictiõe, excõicati eſſent excõicatione maiori. s̃. de ſent. excom. nuper. & c. ſi concubinæ. ſed hoc ſpeciale eſt: quia illã pœnã euitant. & ſic dicamus excõicationis, ſcilicet etiã maioris 2 vel minoris, & facit quod dixi s̃. eod. lib. de ſup. negli. præl. Romana.

2 Vide gloſſam in Clement. 1. de priuileg. & inc. penult. extra de ſente. excom.

prælibatis [a], vel officialibus eorundem propterea in aliis caſibus intelligatur conceſſum aliquid vel permiſſum.

¶ Idem eiſdem.

*¶ Excommunicatus propter contumaciã non reſpõdendi ſuper hæreſi, de qua erat ſuſpectus, poſt annum damnatur vt hæreticus. hoc dicit. Dominicus.*

CAP. VII.

CVm † cõtumacia [b] (in cauſa præſertim fidei) ſuſpicioni præſumptionem adiiciat vehementem [c], ſi ſuſpectus de hæreſi vocatus à vobis, vt de fide reſpondeat [d], excommunicationis vinculo (pro eo quod parere ſubterfugit, aut contumaciter ſe abſentat) per vos fueris innodatur, quam ſi † per annum animo ſuſtineat pertinaci, extunc velut hæreticus [e] condemnetur.

¶ Idem eiſdem.

*¶ Abiurans in iudicio hæreſim propter vehementem præſumptionem: ſi iterato labitur (licet non fuiſſet probatum plene) relapſus dicitur: ſecus ſi leuis erat præſumptio. hoc dicit vſque ad §. Eum vero. Dominicus.*

CAP. VIII.

ACcuſatus [f] † de hæreſi vel ſuſpectus, cõtra quem de hoc crimine magna & vehemens [g] ſuſpicio orta erat, ſi hæreſim in iudicio abiurauit, & poſtea committit in ipſa, cenſeri debet quadam iuris fictiõe [h] relapſus, licet ante abiurationẽ ſuam hæreſis crimẽ plene probatum nõ fuerit contra ipſum. Si autem leuis & modica ſuſpicio illa fuerit †, quamquam ex hoc [i] ſit grauius [k] puniendus, non tamen debet in hæreſim relapſorum pœna [l] puniri.

*¶ Culpabilis in vno articulo hæreſis, generaliter poſtea abiurando, relapſus dicitur ſi committit etiam in alium articulum ſeparatum. hoc dicit. Dom.*

¶ Eum vero qui in vna hæreſis

---

a ¶ *Prælibatis.*] ſcilicet excommunicatis, vel tantum de facto iuriſdictionem habentibus, & eſt ſimilis proteſtatio. ſ. eo. lib. de ſta. reg. c. vnico. [Et ibi concor. in vlt. glo.]

CVm.] Præmittit conſtitutionis cauſam: & conſtitutionem ſubdit: ibi, *Si ſuſpectus.*

¶ Et dicit Ioannes Monachus, quod deciditur hic dubium. not. 11. quæſtio. 3. rurſus. Et quomodo multis modis contrahitur contumacia, remittit Archid. 11. q. 3. certum. & vt dicit, eſt graue peccatum. 8. q. 1. ſciendum. & not. 4. q. 1. in ſum. Ioan. And.

CASVS. Aliquis denuntiauit epõ, quòd quidam Titius erat hæreticus: vnde epſ fecit fieri ſecretas informationes per quas legitime ſibi conſtitit, quòd Titius erat ſuſpectus de hæreſi: fecit ipſum citari ex officio ſuo citatione formali, vt veniret de fide reſponſurus: in termino ſibi aſsignato nõ comparuit: quare epſ reputauit eum contumacem, & illum tamquam contumacem excommunicauit & publicari fecit: Iſte Titius excommunicatus non curauit de excommunicatione: ſed corde & animo induratus pertinaciter ſuſtinuit per vnum annum: nũquid cenſetur hæreticus, vt tamquam hæreticus poſsit condemnari? Reſpondetur quòd ſic: quia per informationes erat præſumptio vehemẽs vt citaretur perſonaliter reſponſurus de fide: & ſua cõtumacia facit præſumptionem vehementem tranſire in præſumptionẽ violentam ſufficientem ad condemnãdum de crimine. iuxta cap. afferte. de præſump. in antiq. Nota differentiam inter præſumptionem & ſuſpicionem. ſuper quo vide not. per dominum Anto. in repetitione cap. veſtra. de coha. cler. Nota quòd malum malo additum plus aggrauat: nam hic operantur duo id quod vnum faceret: ſecundum Ioan. Mona. Dominicus.

† De intellectu vide Albertinum tract. de agnoſ. aſſert. q. 30. nu. 73.

† Dictio, ſi, deeſt in antiquioribus codicibus etiam impreſſis. & ſeries orationis indicat abeſſe oportere.

¶ *Prima gloſ. dicit vnde ſumpta.*

b ¶ *Cum contumacia.*] olim incipiebat: Conſultationi.

¶ *Glo. ſeq. not. in præſumptione tres ſucceſſiuos gradus.*

c ¶ *Vehementem.*] Nota 1 ex hac decretali ſuſpicionẽ vehemẽtem, præſumptionem violentam. propter ſuſpicionem citatur vt veniat rñſurus: ſi contumax eſt, iam dr̃ vehementer ſuſpectus & excõicatus. ſi per annum in illa perſiſtit: iam iſta quæ erat vehemens præſumptio tranſit in violentam: vnde extunc vt hæreticus condemnatur, vt hic. Inde eſt quod not. Ber. ſ. de præſump. litteras. in gloſ. penult. ꝙ non vehemens præſumptio, ſed violenta cõdemnationẽ inducit. [Allegat Arch. de pur. cano. inter. ver. attendentes. & ĩ. c. ꝓxi. in prin.] Et eſt ſi. ad hoc qđ not. de ſimo. inſinuatũ. in vlt. gloſ.

1 De materia huius gloſſæ vide Eymericũ in directorio Inquiſitorũ par. 2. q. 53. & 55.

d ¶ *Reſpondeat.*] Ergo vt habeat locum hæc decretalis, requiritur ꝙ hoc expreſſum ſit in citatione, vt ſcilicet de fide veniat reſpõſurus 2, ſicut & in ſententia requiritur ꝙ citata fuerit pars, vt veniat auditura ſententiam: aliàs ſine appellatione reſcinditur. ff. quæ ſen. ſine appel. reſcin. l. 1. §. item cum ex eo.

2 Idem Archid. & facit clemen. vt lite penden. c. 2. Ioa. Andr.

ADDITIO. Debet citari pars vt veniat auditura ſententiam, etiam ferendam in caſibus, quibus proceditur ſimpliciter & đ plano, vt in cle. de verb. ſign. ſæpe. §. penul.

e ¶ *Poſtpoſita.*] quid hoc operetur, habes ſ. de appell. paſtoralis. & not. eod tit. vt debitus.

† Aliàs, præfuerint.

f ¶ *Ipſos.*] ſcilicet quæſtuarios.

g ¶ *Facultatem.*] hoc vult dicere, q ſi facta per Inquiſitores congregatione pro negotio fidei veniant aliqui de Rũgiualli, vel alij quæſtuarij, & velint ibi p̃dicare: poſſunt compelli per cenſuram eccleſiaſticam deſiſtere.

† Aliàs, ita: & ſeruare.

h ¶ *Auxilio.*] 23. q. 5. prodeſt. de offi. ord. c. 1.

¶ *Glo. ſeq. allegat quærit. arg. pro. ſoluit contrarium.*

i ¶ *Duabus dietis.*] ſ. de reſcrip. nonnulli. Quid dicemus de noua decre. ſ. eod. lib. ſtatutum. de reſcrip? Vides quòd iſta decre. fuit Clementis: & ſic quo ad hoc videtur iſta decre. per illam correcta, cũ ſit poſterior. ad idem. ſ. eo. lib. de conſti. c. 1. cum ſuis concord. Contrarium dico 1, quia decre. illa locum habet in litteris impetratis à parte contra partem: licet in conſeruatoribus locum habeat, vt ſ. eod. lib. de offi. deleg. cap. vlti. ſ. conſeruatores. Sed iſtud eſt quoddam ſpeciale fidei fauore, quod nõ tollitur per generalem conſtitutionem, licet poſtea ſubſecutam 2. ad hoc j. de reg. iur. teneri. & quod ibi dixi. Ioan. And.

1 Idem Ioã. Monach. & Archidiaconus.

2 Ratio eſt q inter iſtas conſtitutiones non eſt prioritas neque poſteritas: ſimul. n. approbatæ ſunt, facit ad hoc ſecũdũ Dom. text. & glo l. 2. C. de teſta. tut. Fonta.

k ¶ *Subiectis.*] quia extra territorium ius dicenti impune non paretur. de conſti. c. 2. ſ. eod. lib. ff. de iuriſdi. om. iud. l. vlt. & hoc quod hic dicitur habebamus ſ. c. excommunicamus. 1. §. moneantur.

l ¶ *Approbatas.*] omnia enim noſtra facimus, quibus authoritatẽ noſtram impertimur. C. de vet. iur. enuc. l. 1. §. ſed neque [& ſ. eo.

lib. de

quam hæreticorum fautor, ac de fide ſuſpectus, officio & honore ſui regiminis ſpolietur: nec vlterius poteſtas, Capitaneus, conſul, vel rector habeatur in aliquo: aut de cętero in† aliquam dignitatem, vel officium publicum [a] vlterius aſſumatur: & quæ vt Poteſtas, balliuus, conſul, vel rector fecerit, nullam obtineant firmitatem.

† Aliàs, ad aliquam, &c.

¶ Bonifacius octauus Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis.

¶ *Comprehendit iſta decret. plura vtilia pro expediendo officio Inquiſitorum: dat enim eis poteſtatem committendi citationes, & ſententiarum denuntiationes: dat poteſtatem vocandi peritos, clerum & populum vt eis aſſiſtant: dat poteſtatem procedendi contra illos: qui de ſua in aliam prouinciã ſe tranſtulerunt: dat poteſtatem repetendi libros & proceſſus, commutandi & mitigandi pœnas: priuandi & priuatos nuntiandi officiis & honoribus hæreticos, fautores, & defenſores eorum; ita tamẽ quòd hoc fiat de diœceſanorum, vel in eorum abſentia, vicariorum ſuorum conſilio: niſi iidem ſcienter talibus beneficia contuliſſent. hoc dicit. Ioan. And.*

CAP. XII.

VT [b]† commiſſi vobis officij debitũ vtilius & vberius exequamini, ſanctæ memoriæ Innocẽtij, Alexandri, & Clementis prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis [c] inhærentes, vobis & veſtrũ ſingulis [d] committendi citationes, & denuntiationes ſententiarum [e], quas in quoſlibet hæreticos credentes, receptatores, defenſores, & fautores eorum tuleritis [f]: Aduocandi quoque prout expedierit [g], peritos quoſlibet, vt vobis aſſiſtant, & in huiuſmodi ferendis ſententiis præbeant cõſilium opportunũ: ac eis, quòd ſuper his vobis humiliter pareant in virtute obedientiæ iniungendi: Conuocandi etiam clerum, & populum ciuitatum, caſtrorum, aliorumque locorum, prout dicto negotio fidei videritis expedire: Et contra illos, quos in prouincia, in qua vobis inquiſitionis officium eſt cõmiſſum, hæreſis crimen cõſtiterit cõmiſiſſe, licet ad alias partes ſe transferendos duxerint, procedendi [h]; Necnon faciendi à quibuſlibet [i] aſſignari vobis libros, ſeu quaternos, & alia ſcripta, in quibus Inquiſitiones factæ, ac proceſſus per quoſcunque auctoritate ſedis Apoſtolicæ, vel legatorũ eius, habiti contra hæreticos continentur: Et illorum, qui veſtris mandatis obedientes humiliter ſtãt propter hæreſim in carcere vel muro recluſi, pœnam, vnà cum prælatis, quorum iuriſdictioni ſubſunt, mitigandi

lib. de præben. ſi Apoſtolicæ. Ioan. And.

a ¶ *Plubicum.*] ſic. ĩ. de pœ. felicis. & ĩ. c. proxi.

VT *cõmiſſi vobis.*] Ponit ſeptẽ vtilia pro exhibẽdo officio inquiſitorũ. ſecundũ: ibi *Aduocãdi.* Tertiũ: ibi, *Cõuocandi.* Quartũ: ibi, *Et contra illos.* Quintũ: ibi, *Necnõ.* Sextũ: ibi, *Priuãdi.* Septimũ: ibi, *Sũt autẽ.* Dom.

CASVS. Papa deputauit Inquiſitorem hæreticæ prauitatis in prouincia Burdegaleñ. quærit đ poteſtate ipſius inquiſitoris: vtrũ poterit publicare & publicari facere excõicatiões, quas protulit in hæreticos & eorum fautores: puta ꝙ aliquis hæreticus fuit citatus, vt veniret perẽptorie & perſonalirer rñſurus de fide corã tali Inquiſitore: in die aſsignata nõ cõparuit: vnde Inquiſitor reputauit eum contumacẽ & tãquam contumacẽ excõicauit: nunquid Inquiſitor iſtã excõicationẽ poterit publicare in ꝓuincia Burdegaleñ. in qua eſt deputatus inquiſitor? Rñdet Romanus Pontifex dicẽs, ꝙ vt facilius cauſa hæreſis poſsit examinari, & veritas ſuper crimine hæreſis poſsit haberi: ſtatuit & ordinauit, vt Inquiſitor poſſit hæreticos citari facere per alios, & ſententias à ſe latas poſsit executioni facere de mandari: & vlterius ꝙ poſſit vocare peritos vt ſibi aſsiſtant, & præbeãt ei conſilium, qualiter ipſe debeat procedere ad prolationem ſententiarum ꝯ hæreticos. Itẽ ꝙ Inquiſitor habeat poteſtatem cõuocandi populum ad prædicandũ ꝯ hæreticos, vel eorum fautores. Sed ponamus ꝙ aliquis hæreticus incidit in hæreſim in prouincia Burdegal. poſtea ſe tranſtulit ad prouinciam Turoñ. nũquid iſte Inquiſitor deputatus in prouincia Burdegaleñ. poterit ipſum proſequi etiam in prouincia Turoñ? Rñdet Romanus Pontifex ꝙ ſic, & vt facilius poſsit veritas criminis haberi, poterit Inquiſitor præcipere quibuſcunque perſonis, vt apud eum producant & exhibeant libros ſiue proceſſus & regiſtra facta ꝯ hæreticos. Item poterit mitigare vel commutare pœnas hæreticorum, qui fuerunt cõdemnati ad perpetuã immurationẽ vel aliã pœnã, ſcđm ꝙ videbitur ei expediẽs. Sed ponamus ꝙ aliquis clericus beneficiatus incidit in hæreſim, & coram Inquiſitore fuit cõuictus, nunquid Inquiſitor poterit talem hæreticũ priuare quibuſcunque beneficiis ſuis? Rñdet ꝙ ſic: dum tñ illud faciat cum conſilio epi ſiue diœceſani. Vel ſi diœceſan' fuerit abſens, ꝙ faciat illã priuationẽ cũ conſilio vicariorũ ipſius epi. Et iſtud verum, ꝙ requirendi ſunt epi vel eorum vicarij in priuatione hęreticorum vel eorum fautorum & receptatorum à beneficis & aliis dignitatibus eccleſiaſticis: niſi dicti epi vel vicarij ſcienter contuliſſent huiuſmodi beneficia prædictis hæreticis vel eorum fautoribus & receptatoribus: nam tunc non eſſent requirendi, immo abſque cõſilio eorum poſſet inquiſitor tales hæreticos vel fautores priuare dictis beneficiis & dignitatibus eccleſiaſticis. Nota ꝙ inquiſitor hæreticæ prauitatis poteſt cõmittere aliis vt ipſi publice denuntiẽt ſententias excõicationis, quas ipſe Inquiſitor ꝯ hæreticos protulit. Ratio dubitandi fuit: quia videbatur ꝙ Inquiſitor hoc facere non poſſet: eo ꝙ vr̃ electa induſtria ſuæ perſonæ. c. vlt. ſ̃. de offi. deleg. Sed ratio decidendi fuit fauor fidei, vt in prin. huius c. dr̃. No. ꝙ vbi criminoſus inuenitur, poteſt ibi de crimine conueniri. l. 1. C. vbi de crimine agi opor. No. ꝙ cum inquiſitor priuat hæreticum & filios hæreticorum beneficiis & dignitatibus eccleſiaſticis, requiritur conſilium diœceſani: quia ſicut inſtitutio in beneficiis eccleſiaſticis fit cum auctoritate epi: ita ſimiliter deſtitutio debet fieri cũ conſilio ipſius. c. cum ex iniuncto. eod tit. in ãnt. Secus eſſet dicendum cum Inquiſitor priuat aliquem officiis publicis, quia tunc nõ requiritur conſilium epi. Not. vlterius, ꝙ ſi eps ſcienter contulerit beneficium eccleſiaſticum alicui hæretico vel eius filio: poterit Inquiſitor fidei talẽ hæreticũ vel eius filiũ priuare dicto bñficio abſque conſilio epi. Verun tñ dicit glo. ꝙ non præſumitur ꝙ eps ſcienter contulerit beneficiũ eccleſiaſticum tali hæretico: immo præſumitur ꝙ ignorabat ipſum fuiſſe hæreticum. c. præſumitur. ĩ. de reg. iur.

† Vide reſcriptum Vrbani. iiij. inci. Licet ex omnibus. §. vt ergo. extat impreſſũ inter litteras Apoſtolicas pro officio ſanctiſſimæ Inquiſitionis.

¶ *Prima gl. ſuperſcript. nẽ exponit & ſummat.*

b ¶ *Vt commiſſi.*] Hic incipiunt decret. Bonifacij, & habent quidam hic rubricam de Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis; ſed non debet hic eſſe rubrica: & fuit error ſcribentium ex ſuperſcriptione proueniẽs: qui putauerunt ꝙ Bonifacius viij. eſſet ſuperſcriptio: & reſiduum eſſet rubrica. Et comprehendit iſta decret. plura vtilia pro expediendo officio inquiſitorũ: dat enim eis poteſtatem cõmittendi citationes, & ſententiarum denuntiationes: dat poteſtatem vocandi peritos, clerũ & populum vt eis aſsiſtant: dat poteſtatẽ procedendi cõtra illos, qui de ſua in aliam prouinciam ſe trãſtulerunt: dat poteſtatẽ repetendi libros & proceſſus: commutandi & mitigandi pœnas, priuandi & priuatos nuntiandi officiis & honoribus hæreticos, fautores, & defenſores eorum, ita tamen ꝙ hoc fiat de diœceſanorum, vel in eorum abſentia, vicariorum ſuorũ conſilio: niſi ijdem ſcienter talibus beneficia contuliſſent. hoc dicit. Ioan. And.

c ¶ *Veſtigiis.*] in diuerſis commiſsionibus, quas ſuis temporibus fecerant Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis. Ioan. And.

d ¶ *Singulis.*] poſſunt enim procedere ſimul & diuiſim. ſ̃. c. proxi. in prin. Ioan. And.

e ¶ *Sententiarum.*] has etiam committunt conſeruatores: ſed de Inquiſitoribus maior erat dubitatio: quia illorum miniſterium videtur electum. ſ̃. de offi. deleg. c. vlti.

f ¶ *Tuleritis.*] Vide ĩ. circa fi. c. ibi, plenam concedimus facultatẽ. & hoc idem repetas in fine. cuiuſlibet verſiculi.

g ¶ *Expedierit.*] ſic ſ̃. c. 1. & c. proxi. §. verum. & ĩ. eod. cap. vlti. Ioan. And.

ADDITIO. Cum enim ibi dicatur ꝙ oportet cum multa cautela procedi: ad tantam cautelam ſunt peritorum conſilia opportuna. Ioan. Monachus.

¶ *Glo. ſeq. quærit & ſoluit.*

h ¶ *Procedendi.*] Quid in caſũ conuerſo, in eo ſcilicet qui alibi crimen hæreſis commiſit, & modo eſt in prouincia huius inquiſitoris? Dic ꝙ poterit cognoſcere 1: quia vbi inuenitur, conuenitur q̃s de crimine. C. vbi de cri. agi opor. l. 1. & ſic ſecundum hoc eſſet reperire ꝙ interdum duo Inquiſitores cognoſcerent. Pone, peccauit in Rauennati, & trãſiuit ad Mediolanũ, ſcđm hoc Rauẽnas & Mediolanenſis poterit cognoſcere: nec eſt mirum, vt ĩ. eo. c. per hoc.

1 Et illud omiſit, quaſi indubitatũ. Ioan. Andr.

ADDITIO. forſan peccauit adorando vel degradizando. hoc dico quia vbicunque ſit male credens, ibi peccat. & vide qđ poſt Ia. & Pet. not. Cy. C. de ſum. tri. l. 1. in fin. Ioan. And.

i ¶ *Quibuslibet.*] ſiue ſint ipſi ſcribentes, vel alij ad quos quomodocunque

docunque deuenerint dicta ſcripta.

¶ *Gloſ.ſeq.recitetur per contrarium, & ſol.*

a ¶ *Vel mutandi.*] Regulariter contra.ff.de regul. iur.l. Paulus.l. acta.§.1.& s̃.de off. deleg. in litteris. functus eſt enim iudex officio ſuo iudicando bene vel male, vt ibi.Ioan.And.

¶ *Glo.ſeq.exponit diſtinguendo.*

vel mutandi [a], cum videritis expedire: Priuandi prætereà, vel priuatos nuntiandi dignitatibus ac aliis beneficiis eccleſiaſticis de diœceſanorum, vel eis abſentibus, vicariorum ſuorũ conſilio & officiis publicis, ac honoribus [b] quibuſcunq;, eoſdem hæreticos credentes, receptatores, & defenſores ipſorũ, eorumque filios & nepotes, plenam concedimus facultatem. Sunt autem diœceſani in priuando tales, vel nuntiando priuatos beneficiis huiuſmodi requirendi: Niſi forte conſtaret legitime quod iidem ſciẽter [c] huiuſmodi perſonis eadem beneficia contuliſſent: tunc enim eos in his requirendos non eſſe cenſemus, ſed potius à ſuo iudice puniendos [d].

¶ Idem.

¶ *Chriſtiani ad Iudaiſmum tranſeuntes & redeuntes, hæretici reputantur.*

b ¶ *Honoribus.*] Nota in ea parte qua priuat, vel priuatos denuntiat dignitatibus eccleſiaſticis & eccleſiaſticis bñficiis, requiritur conſiliũ diœceſani, vel eo abſente eius vicarij: q̃a ſicut inſtitutio fit eis auctorizantibus: ſic etiam debet fieri deſtitutio. de inſti. ex frequentibus. de hæreticis. cũ ex iniuncto.in fi. Sed cũ priuat officiis publicis & honoribus, nõ requiritur conſilium eorum, vt patet ex ordinatione illius litteræ: & ideo quia ceſſat in illis ſuperior ratio. Ioan. And.

ADDITIO. Sed hodie dic vt in clem. eod. titu.multorum.Io. And.

c ¶ *Scienter.*] ſimile s̃. eod.cap. 2. ad hoc.& j̃. eod.decreuit.& præſumemus ignorare, niſi probentur ſcire.j̃.de reg.iur.præſumitur.ff.de proba. verius. quod ſane intelligas, vt not. in dicta regula.præſumitur.

d ¶ *Puniendos.*] quia vnde debetur pœna, non venit prҽmium.ff. de lega.1.ſi ſeruus plurium.§.1.& 2.in fin.16. quæſt.1.cap.legi. cum ſimil.

CONtra.] Primo ſoluit dubiũ, qđ ſecũdo fortificat: ibi, *Etiamſi.* Tertio illud ampliat: ibi, *Et ſicut.* Præſupponẽdum pro intellectu huius c. ꝙ ſi quis baptizetur coacte: quia per violentiam fuit portatus ſupra fontes, & fuit immerſus cũ prolatione verborum: Ego baptizo te in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti: talis non recipit ſacramentum baptiſmi. Secus ſi coactio eſſet conditionalis: puta propter metum mortis, vel cruciatus corporis cõſenſit, vt baptizaretur: tunc enim licet fuerit coactus: tñ recipit ſacramentum baptiſmi. Idem eſt præſupponendum ꝙ per ſacramentum baptiſmi obligantur infantes, & etiam ignorantes, vt in c.maiores.de baptiſmo.in antiq. +

CASVS. Aliquis Titius Chriſtianus abnegato Chriſto, & fide Chriſtiana ſe tranſtulit ad ritum Iudæorum: vnde Inquiſitor fidei fecit ipſum conuenire coram ſe citatione formata, vt veniret reſponſurus de fide: & fuerunt ꝯ eum producti teſtes qui depoſuerunt, ꝙ aliàs ſuſceperat ſacramentum baptiſmi: ſed poſtea illi renuntiauerat, & ſe tranſtulerat ad ritum Iudaicum: ipſe autem ad ſui excuſationem propoſuit, ꝙ per coactionem fuerat compulſus ſuſcipere ſacramentum baptiſmi: & ꝙ ob hanc cauſam non fuerat obligatus fidei Chriſtianæ: Vnde Inquiſitor dubitauit vtrum contra iſtum poſſet procedere tamquam contra hæreticum: Cõſuluit Romanum Pontificem qui conſultus rñdit cum diſtinctione: Aut iſte dũ fuit baptizatus: fuit præciſe coactus ad ſuſcipiendũ baptiſmũ: tũc nõ eſt procedendũ ꝯ talẽ vt hæreticũ: Aut nõ fuit præciſe coactus, ſed metu mortis ſuſcepit ſacramentum baptiſmi: & tunc dicit Romanus Pontifex, ꝙ tam ipſe quàm eius fautores, & receptatores ſunt tamquam hæretici condemnandi. Idem dicendũ eſt de infante minore ſeptennio, qui à parentibus ſuis vel aliis fuit portatus ſupra fontes, vt baptizaretur: nam ſi renuntiet fidei Chriſtianæ, ꝯ ipſum & ſuos fautores poterit Inquiſitor fidei procedere tamquã contra hæreticum. Not. principalem effectum huius c. ꝙ Chriſtiani tranſeuntes ad ritum Iudæorum, ſunt hæretici cenſendi: & tamquam hæretici ſunt puniendi. Not. vlterius, ꝙ infantes baptizati ante ſeptennium, licet ignorent quid agant, tamen ꝑ ſacramentum baptiſmi obligantur ad fidem Chriſtianam obſeruandã: & ſic ad ſacramentũ baptiſmi obligantur etiam ignorãtes.

e ¶ *Redierint.*] forte prius fuerant Iudæi, poſtea facti ſunt Chriſtiani: iſti dicuntur redire: hi qui nunquam fuerant Iudæi, ſed ſemper Chriſtiani, illi dicuntur tranſire.

ADDITIO. Et ſciendum ꝙ contra ſecũdos habetur in officio Inquiſitionis littera Clementis quarti, data Viterbij, pontificatus ſui anno tertio. Contra vtroſque littera Gregorij x. data Lugduni, ſuo anno ſecundo: & vtraque incipit: Turbato corde. & ambæ mãdabãt Inquiſitoribus quod hic dr̃. Item in vtraque ſequebatur ſic: Iudæos autem qui Chriſtianos vtriuſque ſexus ad eorum ritũ execrabilem hactenus induxerunt, aut inueneritis decætero inducẽtes, pœna debita puniatis: ꝯdictores, & c.inuocato, & c.Conſtat autẽ ꝙ decre.vlti.j̃.eod.titu. in fi. reſeruat mandata prædeceſſorum iſtius libri conſtitutionibus nõ obſtantia: vbi autẽ prædicta littera non eſſet, videretur ꝙ Iudæi talia facientes non caderent in officium Inquiſitorum. Sicut enim non cadunt propter hæreſim, cum conſtet eos large hæreticos: quia non credunt articulos fidei, maxime reſpicientes humanitatem Chriſti, vt not.24.q.3.cap.illi qui.§. quia vero. ſic nec proprie cadit in eos fautoria, &c.Ioan.And.

hoc dicit. ſecundum Zen.

CAP. XIII.

COntra † Chriſtianos, qui ad ritum trãſierint, vel redierint [e] Iudæorũ, etiam ſi huiuſmodi redeuntes dum erant infantes [f], aut mortis metu, nõ tamen abſolute [g] aut præciſe coacti baptizati fuerunt, erit † tamquam contra hæreticos, ſi fuerint de hoc confeſſi, aut per Chriſtianos, ſeu Iudæos [h] conuicti: Et ſicut contra fautores, receptatores, & defenſores hæreticorum: ſic contra fautores, receptatores, & defenſores talium eſt † procedendum [i].

¶ Idem.

¶ *Non confiſcantur dotes vxorum innocentium propter hæreſim maritorum. hoc dicit. ſecundum Zen.*

CAP. XIIII.

DECRE-

† Vide Albertinum tract. de agnoſ. aſſer. catho. & hæret.q.23.nu.59.& q.25.nume.14.

† Aliàs, eſt.

¶ *Secunda gloſ. obiicit & ſoluit.*

† Verbum, eſt, deeſt in manuſcriptis.

f ¶ *Infantes.*] ſcilicet minores ſeptennio: vnde videbãtur non obligati ad fidem: quia ҽtas illa ignorat quid videat 1.C. de fal. mone.l. 1. vnde nec ſponſalia tales contrahere poſſunt. s̃.eod.lib.de ſpon.c.vnico. ſed contrarium eſt verum: quia tali ſacramento obligati ſunt, etiam ignorantes. s̃. de bap. maiores. de conſe.dict.4.quæris.[ Et ratio ibi patet in parte prima: & not. de hoc ea.diſtin.nihil.] Sicut & punitur etiam ignoranter rebaptizatus ead.diſt.qui bis.& c. ſeq.

1 Quo ad hoc, ꝙ non puniatur vt maior, dicit Ioan. Mona.

ADDITIO. Per baptiſmum obligantur non ſolum ignorantes, ſed etiam furioſi: dummodo non obſtet præcedens contraria voluntas, vt ibi.Ioan.And.

¶ *Tertia glo. reſpondet per diſtinctionem & quæſtionem.*

g ¶ *Abſolute.*] ergo abſolute coactus 2 nõ recipit ſacramentum baptiſmi: ſed conditionaliter, & metu mortis coactus bene.45.diſ. de Iudæis.s̃.de bapt.maiores. coacta enim voluntas, voluntas eſt. 15.q.1.merito quæritur. Eſt autem abſoluta coactio, cum quis renitens inuitus & reclamans fertur ad fontes: & cum verborũ prolatione immergitur. & eſt ſi.50.diſt.presbyteros.s̃.quod metus cauſa.c.ſacris.[ vbi de hoc.in 1.gloſſ.Io.And.]

2 De materia huius gloſſæ vide theologos ſcholaſticos lib. 4. & 5. & B. Thomam par. 3. q. 69 art. 9. & 10.

h ¶ *Iudæos.*] nõ ergo poſſunt iſti ſe iuuare per profeſsionem quã contempſerunt. C.de apoſta.l. hi qui ſanctam. licet aliàs infidelis non recipiatur ad teſtimonium.s̃.de teſti.c.1.Ioan.And.

¶ *Vltima glo. quærit, arguit negatiue, ſoluit contrarium.*

i ¶ *Procedendum.*] erit ne per iſtud capitulũ canon ille correctus 1.q.4.Iudæi. vbi dr̃, ꝙ bona Iudæorum deuoluuntur ad catholicos filios, ſed bona hæreticorum ſunt confiſcata j̃. eod. cum ſecundũ. quia correctio iurium eſt vitanda. Dicendum vr̃ ꝙ non, vt iſtud c. loquatur de pœna perſonali, non de damnatione bonorum: maxime quia hæc noua iura quando corrigere intendunt, hoc exprimunt.s̃.de conceſ.præben.c.2.j̃.de ſen.excom.c.vlti. Contra videtur cum aperte dicat eos puniendos vt hæreticos: ergo ipſorũ bona non deuoluuntur ad filios. j̃. eod. cum ſecundum. quod tutius videtur 3. Nec neceſſe eſt vt noua lex corrigens præcedentem de illa faciat mentionem.s̃.eod.de conſti.c.1.Ioan.And.

3 Idem Archid.

ADDITIO. Quod ibi loquitur de Iudæis præuaricantibus in Chriſtum, intelligitur de alia præuaricatione, non de iſta, de qua loquitur hoc c. Ad id 11.q.2.relatum.& 3.exiſtimant. ſecundum Archidiaconum.

DEcreuit.] Ponit dictũ quod ſecundo determinat: ibi, *Quod intelligendum.*] Ioan.And.

CASVS. Innocentius quartus in quibuſdam ſuis commiſsionibus dicebat, ꝙ propter hҽreſim maritorum non debent dotes mulierum confiſcari: Quæritur vtrum iſtud ſit verum indiſtincte? Rñdet Romanus Pontifex ꝙ non: immo fallit qñ mulier ſcienter cõtraxit matrimonium cum hæretico: quia tũc etiam dos ſua debet confiſcari: immo ipſa eſt de hæreſi ſuſpecta: & tamquã de hæreſi ſuſpectam poteſt contra ipſam procedi. Not. primo ꝙ ſi maritus cõmittat crimen dignum confiſcatione bonorum, non comprehen-

ditur

+ ad intelligentiam huius cap. et huius glossam vide[illegible] Cabreras [illegible] lib. 2. cap. 30. & 79. ubi probat quod non [illegible] qui vi et metu coactus transijt ad ritus paganorum et hanc doctrinam tenet [illegible] 440. n. 2. tomo 4.

ditur dos mulieris ſed à bonis ipſis deducēda eſt ipſa dos. Not. vlterius, ꝙ mulier contrahens matrimonium cum hæretico, eſt ſuſpecta de hæreſi: ideo contra ipſam vt contra ſuſpectam de hæreſi eſt procedendum: & ideo ipſa perdit ſuam dotem.

a ¶ *Decreuit.*] in commiſsionibus per eum factis ſuper hæretica prauitate.

uit [a] † felicis recordationis Innocentius Papa quartus, quòd proter hæreſim maritorum, vxorum catholicarum dotes non debeant cōfiſcari [b]. Quod intelligendum fore cenſemus niſi forte mulieres ipſæ cum viris matrimonia contraxiſſent, quos hæreticos tunc [c] ſciebāt.

¶ Idem

*¶ Filij hæreticorum vſque ad ſecundam lineam paternam, ad primam vero maternam ſunt inhabiles ad beneficium eccleſiaſticum vel officium ſeculare, ſi patres ante mortem Eccleſiæ reincorporati non fuerint. hoc dicit. ſecundum Dominicum.*

CAP. XV.

STatutum † felicis recordationis Innocētij [d] & Alexādri [e] prædeceſſorum noſtrorū ne videlicet hæretici credētes receptatores, defenſores, & fautores eorum, ipſorumque filij vſque ad ſecundam generationē, ad aliquod beneficiū eccleſiaſticū, ſeu publicū officiū admittantur: quod ſi ſecus actum fuerit, ſit irritum & inane [f]: Primum & ſecundum gradū [g] per paternam lineam comprehendere declaramus: per maternam vero ad primum dumtaxat volumus [h] hoc extendi. ¶ Hoc ſane de filiis & nepotibus hæreticorum, credentium, & aliorum huiuſmodi, qui tales eſſe, vel tales etiam deceſſiſſe probantur, intelligendum eſſe [i] videtur: non autem illorū, quos emendatos eſſe conſtiterit, & reincorporatos [k] Eccleſiæ vnitati, & pro culpa huiuſmodi ad mandatum Eccleſiæ pœnitentiam recepiſſe: quam ipſi vel iam perfecerūt, vel humiliter proſecutioni eius inſiſtunt [l], vel parati [m] fuerint, ad recipiendam eandem.

† Vide Zanchinum tracta. de heret. c. 25.

b ¶ *Confiſcari.*] vt ſic mulier mariti odio nō grauetur. j̃. de reg. iur. non debet. cum ſuis cō cor. quia nec vxor pro marito conuenitur. C. ne vxor pro mari. per totum. niſi in cauſa primipilarij. C. in quibus cau. pig. vel hypo. contra. l. ſacris.

ADDITIO. Vide de conſue. c. pen. in antepe. glo.

¶ *Vltima gloſſa ſoluit duo dubia.*

1 Idem Archidia. qui etiam alleg. de elec. dudum. & facit hoc ad not. in cle. de cōſan. & affinita. eos qui. in 3. glo. Ioan. And.

c ¶ *Tunc.*] ſcilicet tempore contractus. ergo ſi tunc ignorabant: licet poſtea ſciuerint, nō habet locum pœna, vt ſic inſpiciatur initium. s̃. de emp. & ven. cum dilecti 1. Præſumuntur autem ignorare, niſi probentur ſcire. ff. de proba. verius. de hoc s̃. c. 2. & j̃. de re. iur. præſumitur. Ioan. And.

† Vide Gondiſſaluum tract. de hæret. q. 23. & Zanchinum de heret. c. 28.

S*Tatutū.*] Primo ponit ius antiquum. Secundo duas determinationes ipſius. Prima: ibi, *Primum*, Secunda: ibi, *Hoc ſane*, Ioan. And.

CASVS. Iure cautum eſt, ꝙ ſi quis efficiatur hæreticus, ꝙ filij ſui puniuntur pro delicto patris: ita ꝙ ipſi filij ſunt incapaces quorumcunque beneficiorum eccleſiaſticorum & dignitatum etiam ſecularium: & hoc vſque ad ſecundam generationem: Quæritur qualiter illud intelligatur? Reſpondet Romanus Pontifex ꝙ intelligitur in deſcendentibus per lineam maſculinam, ꝙ ſunt incapaces beneficiorum eccleſiaſticorum vſque ad ſecundam generationem: ſed alij liberi non deſcendentes per lineam maſculinam non ſunt incapaces vſque ad ſecundam generationem: ſed ſolum vſque ad primam generationem. Et ſecundum glo. eſt ſenſus: Titius eſt de hæreſi conuictus: habet filium & filiam: ex filio habet nepotem: & etiam ex filia habet alium nepotem: vtrum nepos ex filia ſit incapax beneficiorum eccleſiaſticorum vel dignitatum ſecularium? Rñdet ꝙ non: ſed ſolum nepos deſcendens ex filio eſt incapax illorum beneficiorum eccleſiaſticorum & dignitatum ſecularium. Vel etiam ponamus ꝙ mulier hæretica habet filium, & ex eo nepotem: certe ſolus filius eſt incapax: & ideo nepos non ſubiacet prohibitioni. Sed vtrum iſtud ſit verum indiſtincte, ꝙ filij hæreticorum puniuntur vſque ad primam vel ſecundam generationem, ſiue pater eorum deceſſerit in errore ſuo, ſiue ſit emēdatus & correctus, & ſic incorporatus Eccleſiæ? Rñdet ꝙ non: ſed illud intelligitur de illis qui in errore ſuo deceſſerint, non autem de illis, qui fuerunt emendati & incorporati Eccleſiæ. Nota primo vnum caſum in quo filius punitur pro delicto patris: puta quādo pater fuit hæreticus. Idem eſt in crimine læſæ maieſtatis. in l. quiſquis. C. ad lege. Iul. maie, vbi dicitur, ſi quis committat crimen leſæ maieſtatis: quia machinatus eſt in mortem principis vel ſuorum conſiliariorum, qui ſunt pars lateris ipſius principis, debet decapitari; & bona ſua debent cōfiſcari & applicari fiſco: & filij ſui puniuntur: quia ſunt incapaces cuiuſcunque doni, ſicut doni legati etiam paſſiue: quia vt ibi dicitur, debent eſſe fœtidi, & debiles, vt vita ſit eis tædium, & mors ſolatium. Simile eſt in crimine læſæ maieſtatis diuinæ, vt hic. Not. vlterius ꝙ dictio, *Vſque.* ſtat incluſiue: quia dicit, vſque ad ſecundum gradum: & tamen ipſe ſecundus gradus comprehenditur. Et iſtud aliquando eſt in facto, vt ſi vendam tibi aliquam petiam terræ vſque ad talem arborem: aliquādo eſt quæſtio vtrum arbor ſit incluſa vel excluſa.

¶ *Prima glo. reſpondet per quæſtionem de quo Innocentio.*

d ¶ *Innocentij.*] ſi loquatur de quarto, habebamus id in cōmiſsionibus per eum factis, vt dixi. s̃. c. proxi. Si dicamus de tertio, poſſe loqui de decre. s̃. eod. vergentis. & cap. excōicamus. §. credentes.

e ¶ *Alexandri.*] iiij. s̃. eod. tit. & lib. quicunque. §. hæretici.

¶ *Gl. ſe. dicit quid declarat: ſecundo litterā exponit & declarat: dicit gloſſ. Accurſii reprobatā, & dat regulā: tertio obi. & ſol.*

f ¶ *Inane.*] hucuſque durat antiqua conſtitutio: modo ſequitur declaratio, in qua declarantur notata per Hoſtien. s̃. eo. vergentis. & hanc declarationem ſic intelligo: Si Titius fuerit hæreticus, receptator, fautor, vel defenſor, & habuit filium & filiam: vterque ipſorum ſubiacet prohibitioni; & ſi ille filius habeat filium, ipſe nepos ex filio prohibitioni ſubiacet: ſed ſi filia habeat filium, nepos ex filia non ſubiacet huic prohibitioni. Item ſi mulier aliqua eſt hæretica & habeat filios ſoli filij includuntur hac prohibitione: ſed nepotex ex filiis non. & hoc intēdit hæc declaratio. Et hoc ſecundo caſu cū mater fuit hæretica intelligas verum ſi pater fuit catholicus, vt eius reſpectus nō habeatur. & facit in hoc contra id quod not. Accurſius C. ad leg. Iul. ma. l. quiſquis. vbi dicit, ꝙ eadem eſt pœna cum mulier committit crimen læſæ maieſtatis quo ad deſcendentes ſicut cū vir. Eſt tamen ſciendum, ꝙ vbi aliàs non caueretur de deſcendentibus per maternam lineam, illi nullo gradu comprehenduntur per ſententiam iuris vel hominis, vt j̃. de pœ. vbicunque. ſed ꝙ filij etiam filiarum includerentur, vr̃ probari per decre. s̃. de pœnis. in quibuſdam. §. ſacri. vbi punit poſteritates. & j̃. tit. proxi. cap. vnico. & videbantur illi puniri & per verba & per mentem: per verba, quia ſunt deſcendentes: & à verborum ſignificatione nō eſt recedendum. ff. de leg. 3. l. non aliter. & differentia agnationis & cognationis hodie ſublata videtur: in Authen. coll. 9. de hære. quæ ab inteſta. defer. & de mente idem videbatur: quia voluerat conſtitutio punire hæreticum in filiis. 24. q. 3. c. cum ergo. §. ſed qui. & ff. quod me, cau. l. iſti quidem. ſi enim ex vnica filia nepotem haberet, & ille non includeretur: non puniretur in filios. idem videtur de mēte: ideo ne quis ducat filiam hæretici in vxorem: ſicut enim vir infidelis ſaluatur per mulierem fidelem, ſic & damnari poſſet. Arg. de diuor. gaudemus. Vnde qui emit mācipia, de origine ſolet quærere. ff. de ædil, edic. quod ſi nolit. § qui mancipia. ſed de iure ſecus eſt, vt in prædicta decre. vbicunque. j̃. de pœnis. niſi vbi aliud cauetur, vt hic. & bene facit. ff. de ſenat. l. liberos. vbi dicit ſenatores vocari debere ipſos ſenatores & filios eorum & nepotes natos ex eis: nepotes vero ex filiabꝰ nati, ſenatores non dicentur, ſed patris ſui cōditionem ſequentur.

Mulieris hæreticæ. filij puniuntur, non autem nepotes.

g ¶ *Primum & ſecundum gradū.*] id eſt, filios & nepotes. & hoc patet etiam ex §. ſeq. & s̃. eod. tit. & lib. vt commiſsi. ad finē. & eſt caſus quo filius punitur propter delictum patris. de hoc dixi s̃. eo. tit. & lib. c. 2. §. hæretici [in glo. filij.]

¶ *Glo. ſeq. primo facit vim in verbis tex. ſecundo arg. ad quæſt.*

h ¶ *Volumus.*] s̃. dixit, declaramus: hic dicit, volumus: quia inquantum punit deſcendentes per maſculinum, declarat ius vetus: inquātum deſcendentes per fœmininum, ſtatuit ius nouum. ad idem. j̃. de pœ. vbicunque. Et bene facit hæc litterā ad quæſtionem, qua quæritur, an filij illegitimi includantur hac prohibitione? & videtur ꝙ non: quia non ſunt in patris poteſtate. inſti. de nupt. circa finem. ſed ꝙ poteſtas nil operetur, probat hæc littera, quæ punit deſcendentes per maternā lineam primi gradus, cum tamen filius in poteſtate matris non ſit. & hoc 2 æquum ne plus habeat luxuria quàm caſtitas. in Authen. de reſti. & ea quæ pa. in fin. coll. 4. licet interdum ſecus. s̃. de biga. quia circa. verum eſt tamen quòd iſti alio capite prohibentur, & à ſucceſsiōe, vt s̃. qui fi. ſint legi. per venerabilem. in fi. & ab honoribus. 56. diſt. per totum. s̃. de fil. presbyte. per totum.

2 Idem Io. And. Phil. notantes ex glo. quādoq; appellatione filiorum venire illegitimos. Bal. in l. pronunciatio. ff. de ver. ſigni. Imol. in l. ex facto. §. ſi quis rogat. ff. ad Trebel. pulchre. Hipp. l. infāſ ff. de ſicar. Font.

i ¶ *Eſſe.*] nunc quia viuunt.

k ¶ *Reincorporatos.*] quia lapſi fuerant ſimpliciter, non relapſi. de quo dic, vt s̃. eod. tit. & lib. accuſatus.

l ¶ *Inſiſtunt.*] ad hoc s̃. de tempo ordi. ex tenore. & s̃. de fur. c. vlti.

m ¶ *Parati.*] ex quo non ſtat per eos, non eis debet imputari. de hoc s̃. de eo. qui mit. in poſ. c. 1. & 2.

*Inquiſitores.*

¶ Idem.

¶ *Inquiſitor Papæ ſuper hæreſi, ſine ſpeciali mandato non inquirit contra Epiſcopum: ſed ſi eum culpabilem ſciuerit, nuntiabit Papæ. hoc dicit. Io. And.*

CAP. XVI.

INquiſitores [a] † hæreticæ prauitatis ab Apoſtolica ſede ſeu alio vel aliis quibuslibet [b] deputati, de huiuſmodi crimine inquirere contra Epiſcopos nequeũt, aut eius prætextu procedere contra eos: niſi in litteris commiſſionis Apoſtolicæ [c], quod hoc poſſint, contineatur expreſſe [d]. Si tamen Inquiſitores ipſi epiſcopos vel alios ſuperiores prælatos ſciuerint, vel inuenerint circa crimen hæreſeos commiſiſſe, aut eos de hoc diffamatos exiſtere, vel ſuſpectos: id tenebuntur ſedi Apoſtolicæ nuntiare [e].

INquiſitores.] Primo ponit dictum, à quo vnum caſum excipit: ibi, *Niſi*. Secundo Inquiſitores informat, quando exceptio locũ non habeat: ibi, *Si tamen*. Ioan. And.

CASVS. Papa deputauit aliquos Inquiſitores in prouincia Burdegalenſi ſub hac forma: Mãdamus, vt authoritate Apoſtolica poſſitis inquirere de prauitate hæretica ↄ̃ quaſcũque perſonas cuiuſcũque dignitatis, auctoritatis, vel prærogatiuæ exiſtant: vtrum Inquiſitores virtute iſtorũ verborũ generalium poſſint inquirere ↄ̃ epiſcopos? Rñdet ꝙ non: niſi ſpecialiter fuerit eis data facultas inquirendi contra ep̃os: ita ꝙ non ſufficiunt verba quãtũcunque generalia: ideo licet Inquiſitores ſciant aliquem ep̃m hæreticũ, nõ poterũt virtute ſuæ commiſsionis inquirere ↄ̃ ep̃m: ſed poterũt & debebunt illud denuntiare Romano Põtifici, vt det eiſdem Inquiſitoribus facultatem ſpecialem inquirendi contra ep̃os: vel vt alijs cõmittat illud negotium: vel vt aliàs faciat ſecũdũ quod ſibi videbitur. Not. primo ꝙ in conſtitutione odioſa non cõprehẽduntur epiſcopi, niſi fiat expreſſa mentio de ipſis. Not. ꝙ vbi requiritur expreſſa mẽtio alicuius, nõ ſufficit mẽtio generalis quãtũcũque fiat per verba generalia, quæ videntur comprehendere perſonam de qua debet fieri expreſſa mentio.

† Vide concilium Trident. ſeſſio. 24. de reforma. c. 5. & Repertoriũ Inquiſitorum, verbo, Epiſcopus.

¶ *Prima glo. ſummat.*

a ¶ *Inquiſitores.*] Inquiſitor Papæ ſuper hęreſi ſine ſpeciali mandato nõ inqrit ↄ̃ ep̃m: ſed ſi eum culpabilẽ ſciuerit, nũtiabit Papæ.

b ¶ *Quibuslibet.*] de quibus minus dubitatur.

c ¶ *Apoſtolicæ.*] Not. hanc litterã: nõ dicit in litteris cõmiſsionis Apoſtolicæ, vel aliorum à quibus deputati fuerint, ſecundũ quod dixerat in princ. 1 per quod omiſſum videtur ꝙ Inquiſitor deputatus ab alio quàm à Papa, etiam ſi habeat expreſſum mandatũ, inquirere non poſsit cõtra epiſcopum. & licet antiqua iura dicãt ꝙ ſynodus audit cauſam criminalem epiſcopi, licet definitionem Papæ reſeruet. 3. q. 6. accuſatus. & c. ſeq. 5. q. 4. duodecim. tamen cõmittere non potuerunt in hoc caſu: & iſti Inquiſitores non poterunt inquirere, etiam vt inſtructam 2 remittant cauſam s̄. de app. conſtitutis. quia non ſolum definitio, ſed proceſſus & inquiſitio eſt ipſis interdicta per hoc cap.

1 Et ſimile in clemen. de præben per litteras. vt ibi not. in glo. antepe. & ibi remittam. idẽ Ioã Monac. & Archid. Io: Andr.

ADDITIO. Concor. j̄. eod. vt inquiſitionis. §. prohibemus. & quod ibi not. in gl. 2. in fi. Ioan. And.

2 Vide Gondiſſaluum tract. de hære. q. 7. num. 15.

d ¶ *Expreſſe.*] quantuncunque igitur ſint verba expreſſa generalia: puta vt inquirere poſsit contra quoſcunque cuiuſcunque conditionis, dignitatis, aut ſtatus, non inquireret cõtra epiſcopos: niſi id exprimatur propter prærogatiuam epiſcoporum. ad idem j̄. de ſent. excommu. quia periculoſum.

e ¶ *Nuntiare.*] quàm cito poterunt propter periculum quod ex facto poſſet inſurgere. concor. s̄. eo. lib. de cleri. ægro. c. vnico.

¶ Idem.

¶ *Non derogatur ordinariis ſuper proceſſu hæreticorum, licet Papa generaliter alteri de eget. Et ſuper eodem facto epiſcopus & Inquiſitor poſſunt procedere communiter vel diuiſim, vel proferre ſententiam: in qua ſi diſcordant, debent Papæ referre. Et Epiſcopi qualitercunque procedant, debent ſeruare modum Inquiſitoribus impoſitum. hoc dicit. Dominicus.*

CAP. XVII.

PEr † hoc quod negotiũ hęreticæ prauitatis alicui, vel aliquibus ab Apoſtolica ſede generaliter [f] in aliqua prouincia, ciuitate, vel diœceſi delegatur, diœceſanis epiſcopis, quin & ipſi auctoritate ordinaria, vel delegata [g] (ſi habent) in eodem procedere valeant, nolumus derogari. ¶ Verum vt dictum inquiſitionis negotium efficacius, melius, vtiliuſque procedat: concedimus, quòd per epiſcopos ipſos, & per inquiſitores de facto eodem inquiri valeat communiter vel diuiſim [h]: & ſi diuiſim proceſſerint, teneantur [i] ſibiinuicem communicare proceſſus, vt per hoc poſſit melius veritas inueniri [k]: & niſi hoc caſu Inquiſitores in ſententiæ prolatione diœceſanis vel econtra duxerint deferendum [l], per vtroſque ſimul ſententia [m] proferatur: in qua ferẽda ſi non cõuenerint, per vtroſque negotium ſufficienter inſtructum ad ſedem Apoſtolicã

† Declaratur hoc ca. per extrauagantem Benedicti inci. Ex eo. habetur tit. de hęret.

PEr hoc quòd negotium.] Tres ſunt partes quæ patent: Secunda: ibi, *Verum*. Tertia: ibi, *Siue*. Ioan. And.

CASVS. Papa deputauit Inquiſitorem in diœceſi Pictaueñ. cõmittendo ſibi facultatem inquirendi generaliter contra quoſcunque hæreticos: vtrum Papa per illam commiſsionẽ videatur ademiſſe poteſtatem ordinario iudici, vt non poſsit inquirere contra hæreticos? Videtur quòd ſic: per cap. ſtuduiſti. de officio. legat. in antiq. vbi ſi Papa mandet alicui legato cognitionem alicuius cauſæ ſpectantis ad iuriſdictionem iudicis ordinarij, videtur illã adimere à iudice ordinario: ita quòd manus ipſius ordinarij ſint clauſæ, vt non poſsit de illa cauſa cognoſcere: ſic in propoſito videbatur in negotio fidei: cum Papa committit alicui inquiſitori negotium fidei, ꝙ videatur cognitionem illius ademiſſe à iuriſdictione iudicis ordinarij. Hoc tamen non obſtante rñdet Romanus Pontifex in contrariũ, ꝙ per hoc non eſt ſuſpenſa neque ligata iuriſdictio iudicis ordinarij: & inter ipſos nõ eſt locus pręuentioni: immo quilibet ipſorum poterit per ſe cognoſcere contra c. diſpẽdia. s̄. de reſcriptis. iſtomet libro. & iſtud fuit ordinatum in fauorem fidei: Sed ponam⁹ quòd ordinarius loci cœpit inquirere & procedere contra aliquẽ hæreticũ: vtrum contra eundem & eodem tempore poſſit Inquiſitor inquirere & procedere? Reſpondet ꝙ ſic. & ſi velint, poſſunt ſimul procedere: ſed ſi velint, poſſunt ſeparare & ſeparatim procedere. Sed demum concluſo & renuntiato in cauſa, debent Inquiſitor & ordinarius conuenire in eodem loco, & communicare ſuos proceſſus. Et ſi poſſunt conuenire in eadem ſententia: certum eſt ꝙ habent ferre ſententiã: ſi vero non poſſunt cõcordare, debent referre ad Papam. Not. ibi, *Sede Apoſtolica*. quòd ordinarius procedens cõtra aliquem hæreticũ, debet obſeruare illũ ordinem, quem obſeruaret Inquiſitor deputatus à ſede Apoſtolica. Sed quæritur, quis eſt ille ordo, quem obſeruaret inquiſitor Papæ? Rñdet ꝙ partim eſt expreſſus in corpore iuris communis: & partim eſt expreſſus in ſua cõmiſsione. Not. vt dicitur in c. ad abolendam. eo. tit. in antiq. ꝙ ſi exempti ſint ſuſpecti de hæreſi, Papa facit ordinarios ſuos delegatos tamquam ad aliud crimen hæreſis, vt authoritate Apoſtolica non ordinaria procedant contra tales exemptos: ſed quantum ad non exemptos, ipſi procedant authoritate ordinaria.

¶ *Prima gl. notat à contrario.*

f ¶ *Generaliter.*] Bene dicit: quia ſec⁹ eſſet, ſi fieret de certis 3 criminibus & perſonæ ſpecialis commiſsio quantum enim ad illam cauſam præiudicaretur ordinariæ poteſtati, vt s̄. de offi. deleg. ſtuduiſti. quia generi per ſpeciem, & c. j̄. de reg. iur. generi. cum ſuis concord.

3 Vide Philippum Decium conſil. 137.

ADDITIO. Idem cum gl. tenet Archid. & idem Ioan. Monac. licet prius effuderit multa verba, &c. Ioan. And.

¶ *Glo. ſecũda ſpecificat dupliciter delegationẽ hominis & iuris.*

g ¶ *Delegata, ſi habent.*] forte habent delegatam 4 ab homine: quod accidit in ordinario cum Papa ſibi committit crimen: ſecus ſi eum monet ad ſuum officium excitando. quod dic vt s̄. de offic. ordi. licet. & c. graue. vel habent delegatã à iure: ſicut eſt videre in hoc crimine ſuper exemptos. s̄. eo. tit. ad abolendam. in fine.

4 Quis poſſit vti ordinaria & delegata poteſtate, & an quãdo iuriſdictio datur inferiori intelligatur data priuatiue, an vero accumulatiue, videlate Felinum & Deciũ in c. cęterũ. de iudic.

h ¶ *Diuiſim.*] & ſic plures Inquiſitores communiter & diuiſim de hoc crimine cognoſcere poſſunt. s̄. eod. tit. & lib. vt officium. ſaluo eo quod dicitur j̄. eo. multorum. in clement.

i ¶ *Teneantur.*] No. ꝙ non dicit, poſsint: vnde non relinquitur eorum voluntati: cum ius hoc neceſsitati ſubiiciat. Ioan. And.

¶ *Glo. ſeq. alleg. duas concor. quærit, & ſoluit.*

k ¶ *Veritas inueniri.*] ad quod elaborare iudex debet. 14. q. 2. quãquam. s̄. de proba. quoniam contra. Sed quid dices, ſi proceſſus iſti inueniantur eſſe contrarij? tunc ipſi conſiderabunt, qui vero proximiora loquantur: & per ipſorum dicta ſe iudices informabunt s̄. de teſti. in noſtra. ff. de teſti. l. 3. 9. diſt. ego ſolus. Si autem epiſcopus ſecundum ſuum pronuntiare vult proceſſum, Inquiſitor ſecũdum ſuum: quid iuris. j̄. ſequitur.

l ¶ *Deferendum.*] ad idem s̄. de reſcrip. paſtoralis.

¶ *Glo. ſeq. ſoluit contrarium.*

m ¶ *Sententia.*] licet ergo de vnius delicto inquiratur per plures etiam diuiſim: vnica tamen ſententia fertur. Et ſic non obſtat s̄. de

offic.

offi.leg.licet.ff.nau.cau.ſta.licet.vbi dicitur quòd de delicto vnius ſæpius non quæritur:quia illa loquuntur qñ iam pronuntiatũ eſt. quod dic vt not. 2. q.5. habet hoc proprium. & ſ. de accuſ. de his. ADDITIO. Idem tenet Ioan.Monac.& Archid. qui alleg.not. per Innocentium de pur.cano.c.penul.Ioan.And.

† Vide Zanchinũ trac. de hæret.c. 15. & Repertoriũ inquiſitorum verbo, Epiſcopus,§.quando epiſcopus.

a ¶ *Remittatur.*] quid iuris aliàs cum iudices diſcordant, habetur ſ. de re iud.c.vlti.

b ¶ *Iura communia.*] ſ. & j.hoc eod.tit.

c ¶ *Ordinationes.*] etiã hoc volumine non inſertas, dummodo non his conſtitutionibus cõtraria.j. eo.c.vlti.in fin. ſunt enim ibi reſeruatæ: & de his loquitur procemium huius lib. in fin.

remittatur [a] †. ¶ Siue autem ordinaria, ſiue delegata epiſcopi poteſtate procedant: illum in procedendo modum obſeruent, quem Inquiſitores poſſunt & debent per iura [b] communia, vel per ſpeciales conceſſiones, ſeu ordinationes [c] ſedis Apoſtolicæ obſeruare.

¶ Idem.

*¶ Epiſcopis & Inquiſitoribus hæreſis non reſiſtant, ſed omnino pareant domini temporales, & de eo crimine non cognoſcant: aliàs prout dicitur hic puniuntur. hoc dicit. ſecundum. Zen.*

CAP. XVIII.

VT inquiſitionis [d] negotiũ contra hęreticam prauitatem, ad Dei gloriam & augmẽtum fidei noſtris temporibus proſperetur, leges [e] † quaſdã per Federicum olim Romanorum Imperatorẽ, tũc [f] in deuotione Romanæ perſiſtentẽ Eccleſiæ promulgatas, quatenus [g] Dei & Eccleſiæ ſanctæ ſuæ honorem promouent, & hæreticorum exterminium proſequũtur, & ſtatutis canonicis nõ obſiſtunt approbantes, & obſeruari volentes: Vniuerſo ſeculi Poteſtates & dominos temporales, ac prouinciarum, terrarũ, ciuitatum, aliorumque locorũ rectores, quibuſcunque dignitatibus vel officiis, aut nominibus [h] cenſeantur, requirimus & monemus, vt ſicut reputari cupiunt & haberi fideles [i], ita pro defenſione fidei diœceſanis epiſcopis, & Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis à ſede Apoſtolica deputatis, aut in poſterum deputandis pareant, & intendant in hæreticorum, credentium, fautorum, receptatorum, & defenſorum ipſorum inueſtigatione, captione, ac cuſtodia diligenti, cum ab eis fuerint requiſiti: & vt præfatas perſonas peſtiferas in poteſtatem ſeu carcerem epiſcoporũ, aut Inquiſitorum dictorum, vel ad locum, de quo ipſi vel aliqui ex eis mandauerint, infra eorundem dominorum poteſtatem, vel rectorum diſtrictum ducãt, vel duci faciant ſine mora: vbi per viros catholicos [k] à præfatis epiſcopis, ſeu inquiſitoribus vel eorum aliquo [l] deputatos, ſub arcta & diligenti cuſtodia teneantur, donec eorum negotium per Eccleſiæ iudicium terminetur: ¶ Vtque de hæreſi à diœceſano epiſcopo, vel Inquiſitore ſeu Inquiſitoribus condemnatos, præfati Poteſtates, domini temporales, ſiue rectores, vel eorum officiales, ſeu nũtij ſibi relictos ſtatim recipiant indilate [m] animaduerſione debita puniendos...

VT *Inquiſitionis.*] Iudices ſeculares tenenẽ obedire in negotio fidei epis & inquiſitorib⁹, præcipue in iis, de quibus in littera. Itẽ crimen hæreſis eſt mere eccleſiaſticum: ideo iudex ſecularis de eo nullo modo poteſt cognoſcere: nec principaliter nec incidẽter. hoc dicit.

† Hæ Federici Imperatoris leges, quarum hic meminit Bonifacius, iuſſu Illuſtriſſimorum Cardinalium Inquiſitorum generaliũ in vniuerſa repu.Chriſtiana, ſunt impreſſæ inter litteras Apoſtolicas ꝓ officio ſanctiſſimę Inqſitionis, Romę anno Domini. 1578.

CASVS. Eps Pictauen. vel Inquiſitor à ſede Apoſtolica deputatus vult ꝯ aliquẽ hæreticum procedere: forte ad ipſius captionem & incarcerationem: videt ipſe eps vel Inquiſitor ꝙ non eſt ſufficiens ad ipſum capiendum, requirit iudicem ſecularẽ vt ſibi præbeat auxiliũ: vtrũ iudices ſeculares teneantur obedire epo vel Inquiſitori ſedis Apoſtolicæ in captione & incarceratione ſuſpectorum de fide? Rñdet Pontifex dicens, ꝙ leges factas à Federico Imperatore, inquantum reſpiciũt fauorem fidei illas approbat: poſtea præcipit, vt iudices ſeculares in prędictis pareant & intẽdant epiſcopis & Inquiſitoribus fidei à ſede Apoſtolica deputatis. Sed quæritur vtrũ iudices ſeculares poſsint de iſto crimine cognoſcere ſaltem ꝯ mere laicum? Rñdetur ꝙ non: quia crimen hæreſis eſt mere eccleſiaſticum: hoc eſt, crimen hæreſis eſt mere de foro eccleſiaſtico: & ideo iudices ſeculares non poterunt de eo cognoſcere, nec principaliter neque incidenter. Poſtea imponitur pœna poteſtatibus ſecularibus facientibus ꝯ iſtam cõſtitutionem. [*Olim*] Not. ꝙ Federicus fuit aliàs Imperator Romanus, ſed poſtea per Innocentium quartum fuit depoſitus eo ꝙ erat ſchiſmaticus. c. Apoſtolicæ. ſ. de re iud. eo lib. [*Terminetur.*] Si eps vel Inquiſitor habeat carcerẽ põt eligere vt ſuſpectus de hæreſi reponaẽ in ſuo carcere, vel in carcere iudicis ſecularis. & pro captione & cõductione hæreticorum põt requirere poteſtatẽ ſecularẽ, vt ſibi præbeat auxilium circa ſuſpectos de hæreſi: ſed tamẽ poteſtas ſecularis nõ adhibebit cuſtodiam ad cuſtodiẽdum iſtos ſuſpectos: ſed ipſe eps vel inquiſitor. [*Indilate.*] Vnde ſententia lata in cauſa criminali poteſt mandari executioni ſtatim non expectato lapſu decem dierum: ideo dicit textus, *Indilate.* Veruntamen tenet Panor. ꝙ etiam in cauſa criminali non debet ſententia exequi, niſi prius lapſis decem diebus: licet iſtud non ſeruetur, immo illa die qua fuit lata ſententia demandatur executioni [*De hoc crimine.*] Iſtud crimẽ eſt mere de foro eccleſiaſtico: ſacrilegium eſt miſti fori: ideo ſi laicus ſit ſacrilegus poteſt accuſari coram iudice eccleſiaſtico vel ſeculari: ſed inter eos eſt locus præuentionis: iuxta notata in cap. cum ſit generale. de fo. compe. Not. ex iſto capitulo principalem effectum, ad quem emanauit præſens cap. videlicet, ꝙ ſi eps vel Inquiſitor prauitatis hæreticæ cognoſcat ſe impotentem ad capiendum ſuſpectum de hæreſi, vel alium malefactorem, poteſt requirere iudicem ſecularem: & quod plus eſt, poterit eum monere ſub pœna excommunicationis: & poteſtas ſecularis tenetur ſibi impertiri auxilium. Idem dicendum eſt ꝯ, vt ſi poteſtas ſecularis habeat aliquem ſubditum quem non poteſt cõprimere, ſi ille ſubditus poteſtatis ſecularis timeat excommunicationem, poteſt iudex ſecularis requirere iudicem eccleſiaſticum vt talẽ ſuum ſubditum excommunicet: & hoc facere tenebitur ipſe iudex eccleſiaſticus. c. 1. de offi. ordi. in antiq.

Not. vnum caſum in quo iudex ſecularis nõ poteſt ſuum ſubditum, puta mere laicum condemnare: videlicet qñ crimen eſt mere eccleſiaſticum, vt ſi ſit crimẽ hæreſis. Not. vlterius ꝙ iudices ſeculares facientes contra iſtam cõſtitutionem ſunt excommunicati: tamen ab illa excommunicatione poterit iudex ordinarius abſoluere, ex quo Papa non reſeruauit ſibi abſolutionem. cap. nuper. de ſen. excom. in antiq.

Not. ꝙ iudex ſecularis ſi illam excommunicationis ſententiam ſuſtinuerit per annum, corde & animo induratus, eſt cenſendus hæreticus: & tamquam hæreticus poterit cõdẽnari. ¶ *Prim. glo. diuidit & ſummat.*

d ¶ *Vt inquiſitionis.*] Primo approbat, & ſeruari præcipit leges canonibus nõ contrarias per Federicum contra hæreticos ꝓmulgatas. Secũdo præcipit rectores locorum parere Inquiſitoribus, ordinario, vel alteri eorum in inueſtigatione, captione, cuſtodia, & punitione hæreticorum, & fautorum ſuorum: eorum proclamationibus vel appellationibus non obſtãtibus; ita tamen quòd de illo crimine (cum ſit mere eccleſiaſticũ) nec iudicent nec cognoſcant [nec ob hoc captos ſine licentia relaxent, nec exequi detrectent, vel ipſorum proceſſus impediant] Contrafacientes, & non parentes, & eorum fautores excommunicat: quam ſi per annum ſuſtinuerint, vult eos vt hæreticos condemnari. hoc dicit.

e ¶ *Leges quaſdam.*] has leges fertur ꝙ Clemens ſub bulla redegerat: ſed eas aliter non habemus quo ad verba, habemus tamen quaſdam authenticas Federici: de quibus etiam forſitan intellexit hic Bonifacius. C. de epiſc. audi. Authen. ſtatuimus. ſignata ſuper l. iubemus. C. de hære. & Manichæ. Authen. credentes, Authen. ſi vero dominus. & Authen. Gazaros. habebamus etiam olim quãdam ipſius conſtitutionẽ in quarta compilatione, quæ incipiebat: Hac edictali. aliàs hac decretali. & erat ſub tit. de conſti. & eadem compilatio quæ incipiebat, Gazaros. ſub tit. de hæreticis.

f ¶ *Tũc.*] hoc dicit: quia poſtea receſsit à deuotione Romanæ Eccleſiæ: & per Innocentium quartum in concilio fuit depoſitus ob certas cauſas. ſ. eod. lib. de re iud. ad Apoſtolicæ.

g ¶ *Quatenus.*] ergo alias non approbat: quia non tenent. cõcor. 10. diſt. c. 1. & facit quod not. 37. diſt. ſi quid veri. 19. diſt. c. 1.

h ¶ *Nominibus.*] concor. ſ. de elect. fundamenta. eod. lib.

i ¶ *Fideles.*] quis enim fidelis qui non doleat fide læſa? j. de pœ. fœlicis. ad fin.

k ¶ *Catholicos.*] vnde non per Iudæos, hæreticos, vel paganos, qui quo ad prædicta ſuſpecti ſunt. & eſt ſi. ſ. de Iudæis. c. penult.

l ¶ *Vel eorum aliquo.*] hodie dic vt in cle. eo. tit. multorũ. §. ſane. & §. ſeq.

m ¶ *Indilate.*] Not. ꝙ ſentẽtia lata ſuper crimine, ſtatim dilatione poſtpoſita mandanda eſt executioni. qđ idem probatur. 2. q. 1. ſicut. de

Sententia ſuper crimine lata, ſtatim eſt executioni mãdanda.

bita puniendos [a]: Nõ obſtantibus appellationibus, ſeu proclamationib⁹ prędictorũ nequitię filiorum: cum tã ſecundum ordinationem [b] prædeceſſorum noſtrorum, quàm ſecundum legem imperialẽ [c], appellationis & proclamationis beneficium expreſſe ſit hæreticis, & credẽtibus, ac eorũ receptatoribus, [1] fautoribus, & defenſoribus interdictũ. ¶ Prohibemus quoq; diſtrictius Poteſtatibus, dominis temporalibus, & rectoribus, eorumdemque officialibus ſupradictis, ne ipſi de hoc crimine (cũ mere ſit eccleſiaſticum) quoquo modo [d] cognoſcant [e], vel iudicent: ſiue captos pro eodẽ crimine abſque dictorũ epiſcoporum ſiue Inquiſitorũ, aut ſaltem alterius eorundem licentia vel mandato, à carcere liberent: aut executionem ſibi pro huiuſmodi crimine à diœceſano vel Inquiſitoribus, ſeu Inquiſitore iniunctam (promptè (prout ad ſuum ſpectat officium) facere ſeu adimplere detrectent†: vel aliàs diœceſanorum, aut Inquiſitorum iudicium, ſentẽtiã ſeu proceſſum, directe vel indirecte [f] impedire præſumant. ¶ Si quis vero de prædictis Poteſtatibus, dominis temporalibus, rectoribus, vel eorum officialibus, ſeu balliuis cõtra prædicta fecerit, aut præfato fidei negotio ſæpe fatis diœceſano epõ vel Inquiſitoribus incumbenti ſe opponere forte præſumpſerit, vel ipſũ aliquatenus impedire, necnon & qui ſcienter [g] in prædictis dederit auxilium, cõſilium vel fauorem, excommunicationis ſe nouerit mucrone percuſſum [h]: quam ſi per annum animo ſuſtinuerit pertinaci, extunc velut hæreticus condemnetur [i].

¶ Idem.

*¶ Bona hæreticorum ipſo iure ſunt confiſcata: quod probatur triplici argumẽto legali. Sed apprehenſio bonorum fieri non debet per dominum ſecularem, niſi prius pronuntiatum fuerit ſuper crimine per iudicem eccleſiaſticum, qui hoc poſſit. Ioan. And.*

## CAP. XIX.

CVm ſecundum leges [k] ciuiles, nefarias, naturæ [l] contrarias inceſtas nuptias contrahentes, eo ipſo [m] ſuarum dominium rerum perdant [n]: Et mulier [o] humanam [p] legem tranſgrediens, & (præſertim parentibus ſuis nõ conſentientibus) raptoris †nuptias eligẽs, bona omnia, quæ per legem ſibi obuenerãt à raptore, ac aliis cõſortibus [q] raptus, ipſo iure [r] amittat: certoque [s] caſu deferantur in fiſcũ: Ac etiam illicitas [t] ſpecies tranſuehens: Aut rerũ vectarũ profeſsionẽ† omittens [v], earundem ſpecierum & rerum

1 De hac articulo vide citatos in cap. proxime præcedenti circa finem.

2 Aliàs, in ſe capax: quem facit incapacem magnitudo cauſę, ſecundum Io. Monach. vide Abbatem in c. cum ſit. de foro compet.

† In antiquioribus conſtanter legitur, detractent.

3 Peccatum contra naturã eſt omnium carnalium peſſimum, de quo vide plene B. Thomam 2.2. q. 154. art. 12.

† Vide concilium Trident. ſeſſio. 24. de reformatione matri. c. 6.

† Aliàs, profectionem.

4 Quod hic videtur placere Archi. Ioan. And.

5 Quaſi ſub conditione tulerit ſi raptori nõ nubat

cut. de pœni. diſt. 1. Adam. fallit in caſibus not. 11. q. 3. cum apud. Quid iuris de aliis ſententiis latis ſuper perſonalibus vel realibus actionibus, not. ſ. de offic. deleg. quærenti.

a ¶ *Puniendos.*] quid ſi Inquiſitor & ordinarius diſcordant 1 in mãdato: qa vnus mandat puniri per ſe cõdemnatum, alter mãdat relaxari per ſe abſolutũ? ſatis vr̃ ſuperſedendum donec conſulatur Papa. ſ. cap. proxi.

ADDITIO. Vide qđ hic dixi ſuper verſi. alterius. Ioan. And.

b ¶ *Ordinationem.*] de ordinationibus loquitur Inno. Alex. & Clemens, quę ſunt reſeruatæ j. c. vlt.

c ¶ *Imperialem.*] ipſi⁹ Federici, quam non habemus: ſed approbata eſt ſ. in prin. Ioan. And.

d ¶ *Quoquo modo.*] id eſt, principaliter, vel incidenter. concor. ſ. de ord. cog. tuam. ſ. qui filij ſint legi. lator. cum ſi. aliàs tñ cognoſcit iudex 2 incidenter, quod non cognoſcit principaliter. C. đ iudi. quotiẽs. ſ. de reſti. in integ. cap. pe. cum ſuis concord.

¶ *Glo. ſeq. ponit regulã & tres caſus exceptos.*

e ¶ *Cognoſcãt.*] Nota ꝙ licet regulariter de qua re iudex cognoſcit pronuntiare debeat. ff. de iudi. de qua re. ſ. de cau. poſ. cũ ſup. tñ hoc fallit interdum: ſicut cũ delegans reſeruat prolationem ſententiæ. ſ. de offic. deleg. ſuper q̃ſtionum. ſynodus cognoſcit de cauſa criminali epi, & non pronuntiat. 3. q. 6. accuſatus. & c. ſeq 5. q. 4. duodecim. idem in caſu ſ. de reſcript. cum contingat. vbi ad ſui inſtructioné de iuriſdictiõe cognoſcit is, qui ſuper illa nõ pronuntiat. Hic tñ vtrunque expreſſe vetatur, ſcilicet cognitio & pronũtiatio: quia iudex huius rei nõ eſt capax, & cõcor. j. de ſen. excõ. ſi iudex. [& ſ. eo. inquiſitores. vt ibi not. in fine tertiæ gloſ.]

f ¶ *Indirecte.*] ad idem ſ. eo. tit. & lib. ſtatutum 1. Ioan. And.

g ¶ *Scienter.*] ignorantes ergo non ligat conſtitutio. ad idem ſ. eo. tit. & lib. c. 2. in prin. & c. vt commiſſi. in fi. & c. decreuit.

h ¶ *Percuſſum.*] Nota canonẽ latæ ſñiæ: & qa nõ reſeruat abſolutionẽ Papæ, ordinari⁹ abſoluere poterit. de ſen. excõ. nup. in ant.

i ¶ *Condemnetur.*] ad idem ſ. eo. tit. & lib. cum contumacia.

C*Vm ſecundum.*] Duæ ſunt partes. Prima loquitur de confiſcatiõe. Secunda de apprehenſione: ibi, *Confiſcationis*. Et prima facit duo: inducit enim tria, vel quatuor argumenta legalia, ex quibus concludit: ibi, *Bona*. Secundum argumentũ: ibi, *Et mulier*. Tertium: ibi, *Ac etiam*. Quartum: ibi, *Aut rerum*. Ioan. And.

¶ Præmitte pro euidentia. quod habetur ſ. eo. titu. excommunicamus. 1. & 2. reſpon. vbi dicitur quòd bona hæreticorum confiſcantur. Dominicus.

CASVS. Aliquis Titius, qui plura bona poſſidebat in diuerſis territoriis, diabolo ſuggerente & inſtigante fuit lapſus in hæreſim: nunquid ipſo facto perdit dominium ſuorum bonorum, & dominium ipſorum tranſit in fiſcum? & ꝙ iſtud ſit verum, oſtendit Romanus Pontifex triplici argumento legali: Nam Papa hic enumerat tria crimina, in quibus ipſo facto fit confiſcatio bonorum: ergo multo magis in crimine hæreſis: quod eſt mai⁹ crimẽ, q̃ ſint illa tria crimina. Sed ſanctiſſime pater, vtrũ fiſcus poſſit capere illa bona tãquã ſua antequã Titius ſit de crimine condẽnatus? Rñdetur ꝙ primo oportet ꝙ ipſe Titius per ſuũ iudicem ordinariũ, qui eſt ſuus iudex competens fuerit hæreticus declaratus: & tunc demũ facta declaratione poterit fiſcus occupare illa bona. Nota primo ꝙ nuptię cõtractæ cum conſanguineis, dicuntur eſſe cõ ius naturale.

Nota ſecundo, ꝙ Imperator poteſt auferre dominium rerũ ſingulis perſonis cauſa legitima ſubſiſtente. vide Innocent. de cõſtit. quæ in eccleſiarum. Dom.

¶ *Prima gloſſa ſummat.*

k ¶ *Cum ſecũdum leges.*] Bona hæreticorũ ipſo iure ſunt confiſcata: quod probatur triplici argumẽto legali. Sed apprehenſio bonorum fieri nõ debet per dñm ſecularem, niſi prius pronũtiatum fuerit ſuper crimine per iudicem eccleſiaſticũ, qui hoc poſſit. Io. And.

l ¶ *Naturæ cõtrarias.*] in quibus ſexus perdit formam: & ſcelus eſt tale ꝙ non proficit ſcire: Venus mutatur in aliam formã. C. đ adul. l. cum vir. & omnium carnalium criminum peſſimum 3 eſt vſus cõ naturam. 32. q. 7. adulterij. & ſi totus mũdus vteretur illo vitio, non excuſat. ead. cau. & q. flagitia.

m ¶ *Eo ipſo.*] propter hoc facit ad propoſitũ.

n ¶ *Perdant.*] C. de inceſt. nup. l. cũ ancillis. & l. ſeq. & l. ſi quis. ff. de rit. nup. l. inceſtæ. & inſt. đ nup. §. ſi aduers⁹.

o ¶ *Et mulier.*] repete, & cum ſecũdum leges ciuiles, mulier, &c. quare hoc dicam, videbis j. & dic mulier ingenua. C. de rapt. virgi. l. vnica. §. & ſiquidem. in ancillis enim & libertinis non habet locum pœna malorum, vt ibi.

p ¶ *Humanã legem.*] C. de raptu virginum. l. vnica. & bñ dicit humanã, id eſt, ciuilẽ: qa ſcđm canonũ legẽ ſec⁹: rapta enim ſecũdũ nos licite cõhit cũ raptore, ſi prior diſſenſus trãſeat in cõſenſum. 36. q. 2. tria. & c. ſeq. & ſ. de rap. c. penul. & vlt.

q ¶ *Cõſortibus.*] delicti, vt qa comitati ſũt raptoré in inuaſiõe vel rapina, vt in p̃dicta. l. vnica. C. de rapt. virg. l. vnica. §. pœnas autẽ.

r ¶ *Ipſo iure.*] propter hoc facit ad propoſitum: & habes hoc in Auth. de rap. mu. quæ ra. nu. in fi. coll. 9.

¶ *Gl. ſe. primo exponit litterã: ſecũdo q̃rit. põit opi. Io. & cõriũ ſol.*

ſ ¶ *Certoque caſu.*] cũ parentes mulieris nõ ſuperſunt, nec alter eorũ: vel ſuperſunt ipſi, vel alter cõſenſerit talib⁹ nuptiis, hoc caſu bona deuoluuntur ad fiſcum, vt in prædicta Auth. de rap. mulie. in fin. Sed nunquid de iure canonico habebit locum hæc pœna: cum ſcđm canones licite cõhat, vt ſ. dixi? Notat Ioan. 4 36. q. 2. de puellis. aliàs §. quibus. ꝙ pœna iſta locum non habebit ſecũdũ canones, ſecũdũ quos ceſſat interdictum: niſi cum ſponſa alterius rapitur, 27. q. 2. ſtaturũ. & accedat quod not. 2. q. 3. §. notandum. in fin. de ſecun. nup. c. pen. & vlt. & ſecũdũ hoc bene dixi. ſ. repete, & cũ ſecũdũ leges ciuiles: quia ſecũdũ canones cõ. Sed ſatis vr̃, ꝙ licet ſecũdũ nos teneat matrimoniũ, pœna legis habeat locũ in iis quæ nõ eſſent de tẽporali iuriſdictione eccleſiæ: cum enim illa ibi tractet de lucro captando, nõ de diminutione ſui patrimonij: & pœna illa ſibi per legem obueniat: quare lex eo quod confert priuare non põt 5? & accedat quod dixi j. de reg. iu. c. 2. ſecus forte in pœna, de qua in prædicta decre. vlt. de ſecun. nup. ibi enim priuat lex eo quod non contulit. [Facit ff. de adop. ſi arrogator. Ioan. And.]

t ¶ *Illicitas.*] vt is qui defert arma, ferrum, & ligamina Sarracenis. de Iudæis, ita quorundam. Ioan. And.

u ¶ *Omittens.*] hoc habet locum in priuato. ff. de vectiga. l. fi. §. diuus. in milite non, vt C. eo. tit. l. 3. & habes hoc qđ hic dr̃. ff. eo. tit. l. commiſſa. C. eod. tit. l. omnium & l. ſi quis. cum ſimilibus.

a ¶ *Bona hæreticorum.*] ſecus in bonis Eccleſiarum, in quibus inti rulati erant ipſi hæretici, vt in cle. eod. titu. volentes. poſt principium. Ioan. And.

b ¶ *Grauius.*] ergo ſunt grauius puniendi. 24. q. 1. non afferamus.

c ¶ *Quàm prædicti.*] ſcilicet ꝯhentes nefarias nuptias: rapta quæ cum raptore ꝯxit: tranſuehens illicitas ſpécies: vel rerum vectarum profeſsioné omittens. Ioan. And.

¶ *Gl. ſe. dicit determinatũ antiquũ dubiũ: & dicit à quo tempore, cauſam prorogat. arg. ad quæſtionẽ, & remittit.*

d ¶ *Ipſo iure.*] determinatum ſit ergo quod olim dubitabatur per decre. ſ. eo. excommunicamus 1. 2. reſponſo. vbi dicebatur: ita ꝙ bona damnatorum ſi laici fuerint, confiſcentur. intelligamus ergo confiſcentur ipſo iure, vt hic vides. & intelligo ipſo iure confiſcata à tempore commiſsi criminis. C. eo. tit. l. 4. Idẽ dico in crimine læſæ maieſtatis. ff. de dona. l. donationes. ſecus eſt in aliis criminibus. ff. de dona. l. poſt ꝯtractum 1.

proprietate hoc ipſo priuetur: & fiſco rerum & ſpecierum dictarum proprietas acquiratur; Bona [a] hæreticorum (qui grauius [b], horribilius, ac deteſtabilius quam prædicti [c] delinquũt) ipſo iure [d] de fratrum noſtrorũ conſilio decernimus confiſcata. ¶ Confiſcationis tamen huiuſmodi executio, vel bonorũ ipſorum occupatio fieri nõ debet per principes, aut alios dominos temporales, (iuxta Gregorij Papę prędeceſſoris noſtri declarationem [e]) antequam per epiſcopum loci, vel aliam perſonam eccleſiaſticã [f], quæ ſuper hoc habeat poteſtatem, ſententia ſuper eodem crimine fuerit promulgata.

2 Si tamen alienatio facta eſſet per volentem cõmittere maleficiũ, quod poſtea commiſit, vt in Specul. de dona. verſ. Item pone aliqui. & quod ibi dixi. Ioan. And.

Et puto confiſcationem hanc locum habere, etiam ſi ille catholicos filios habeat: & iſte textus non diſtinguit: ſuper hoc tamen fuerunt opiniones not. ſ. eod. tit. vergentis.

ADDITIO. Bona damnatorum de hæreſi, ſunt ipſo iure confiſcata à tempore commiſsi criminis, intantum ꝙ vendicantur ipſa bona per officium vel fiſcum de manibus poſſeſſoris, nullo dato pretio per quotcunque manus tranſiuerint, vel aliquid loco pretij eſſet in bonis hæretici. Arg. ff. ſolu. matri. ſi cum dotem. §. fi. & l. ſeq. ff. de leg. 2. l. Imperator. & l. ſeq. & c. Ioan. And.

e ¶ *Declarationem.*] quam hodie non habemus.

f ¶ *Eccleſiaſticam.*] ſecularis enim ſuper hoc eccleſiaſtico crimine iudicare non poteſt. ſ. c. proxi. §. penult.

STatuta] Iſtud capitulũ diuiditur in tres partes. In prima parte oſtendit, ꝙ in cauſa hæreſis eſt procedendum ſummarie, & de plano ſine figura & ſtrepitu iudicij. In ſecunda parte: ibi, *Iubemus.* oſtendit qualiter in cauſa hæreſis ſit procedendum, ſi immineat periculum accuſatoris & teſtium. In tertia vero parte: ibi, *Conſtitutiones.* confirmat conſtitutiones ſuorum prædeceſſorum.

CASVS. Certum eſt, ꝙ à iure communi eſt certus ordo iudiciarius introductus, qui debet obſeruari in examinatione cauſarum tam ciuilium, quàm criminalium: videlicet, vt offeratur libellus, iuretur de calumnia, fiat litis conteſtatio, vt ſ. de litis conteſtatione, cap. vnico. in antiq. & in Authent. offeratur libellus. C. de litis cõteſtatione. Item ꝙ quædam ſunt de ſubſtãtia iudicij ordinarij, ita ꝙ ſine illis proceſſus non valeret. Sed verũ iſta ſint obſeruanda in crimine hæreſis, cum iudex procedit ꝯ hęreticum? Rñdet ꝙ nõ: immo ꝯ hæreticum poterit iudex procedere ſine figura & ſtrepitu iudicij: Vnde iſta verba, ſine figura & ſtrepitu iudicij, important, vt poſsit procedere ſine datione libelli in ſcriptis concludentis: ſed tamen debet fieri petitio verbalis ſcripta apud acta. Item illa verba important, vt poſsit procedi ſine litis conteſtatione, vt probata veritate criminis, fiat condemnatio: tamen ſi reus cõpareat, eſt fienda litis conteſtatio. Item non debet omitti probationes: tñ dilationes breuiores poſſunt tradi. de hoc videatis latius in clem. ſæpe. de verb. ſignific. Or ſanctiſsime pater, certum eſt vt habetur. in c. qualiter & quando. de accuſ. in antiq. quòd quando ꝯ aliquẽ criminoſum proceditur per viam accuſationis vel inquiſitionis, debent ſibi exhiberi capitula ſuper quibus accuſatur, vel ꝯ ipſum inquiritur. Item nomina & dicta teſtium ꝯ ipſum productorum: & etiam nomina accuſatorum. Sed quid ſi aliquis accuſetur de hæreſi, an iudex teneatur accuſato tradere nomina accuſatoris & teſtium ꝯ ipſum productorum & examinatorum? Reſpondet Romanus Põtifex cum diſtinctione: aut imminet periculum accuſatori vel teſtibus, aut eorum conſanguineis: quia iſte accuſatus de hæreſi habet amicos potentes, qui poſſent reprimere vel moleſtare accuſatorem, vel teſtes, vel eorum conſanguineos, tunc iudex non debebit tradere accuſato nomina accuſatoris neque teſtium: ſed tenebitur illa oſtendere aliis perſonis, videlicet Inquiſitori ſi eps̃ procedat ꝯ ſuſpectum de hæreſi, Si vero Inquiſitor procedat: tunc tradat nomina accuſatoris, vel teſtium ep̃o, vel eius vicario, ſi ipſe eps̃ fuerit abſens, & aliis perſonis honeſtis. Sed ponamus ꝙ Inquiſitor timet ꝙ eps̃ vel eius vicarius, aut illæ perſonæ honeſtæ reuelent parentibus & amicis hęretici nomina accuſatoris & teſtiũ, vel alia ſecreta? Reſpondetur, ꝙ Inquiſitor poterit in eos ferre excõicationem caſu quo reuelabunt ſecreta, dicendo hoc modo: Profero in vos ſententiam excõicationis, quã incurretis ipſo facto, quotiens reuelabitis ſecreta iſta. Si autem eps̃ vel Inquiſitor videat periculum non imminere, poterit exhibere accuſato nomina accuſatoris & teſtium: & etiam dicta & depoſitiones teſtium: & ſic epiſcopus debet habere rectam conſcientiam, vt iudicet periculum eſſe vbi eſt, & non eſſe vbi non eſt: videlicet cum videat quòd non imminet periculũ, faciat exhibere nomina & dicta teſtium. Si autem videat imminere periculum, non faciat exhibere. Nota primo, ꝙ declarans non dicitur addere: cum hic ponantur iſta verba tamquam diuerſa. vide tex. in clemen. 2. de elect.

¶ Idem.

¶ *In cauſa hæreſis proceditur ſimpliciter & de plano: & dicta teſtium & accuſatorum non publicantur, ſi periculum timeatur. hoc dicit ſecundum Zenze.*

CAP. XX.

STatuta [g] quædam [h] felicis recordationis Innocentij, Alexandri, & Clementis [i] prædeceſſorum noſtrorum quibuſdam declaratis & additis recẽſentes: Concedimus, quod in inquiſitionis hæreticæ prauitatis negotio [k] procedi poſſit [l] ſimpliciter & de plano †, & abſque aduocatorum, ac iudiciorum ſtrepitu & figura [m]. ¶ Iubemus tamen, quod ſi accuſatoribus vel teſtibus in cauſa hęreſis interuenientibus, ſeu deponentibus (propter potentiam perſonarum, contra quas

† De iſta clauſula vide Lanfrancum clem. ſæpe. in nu. 1. 2. 3. & ibi alios doctores & Bartolũ in Extrauaganti, Ad reprimẽdũ. in verbo ſũmarie.

Not. ſecundo arg. ꝙ in cauſis vbi proceditur ſimpliciter & de plano non admittuntur aduocati: & ſic à ꝯrio: ſecus vr̃ in plenariis, cum tex. nõ prohibeat intereſſentiam, ſed ipſorum ſtrepitum. Nota ex §. iubemus. ꝙ in cauſis debet fieri publicatio nominum teſtium, etiam ſi immineat periculum graue ꝯ tales perſonas: quia eſt ſpeciale in cauſa inquiſitionis: contrarium eſt regulare.

¶ *Prima gloſſa diuidit & ſummat.*

g ¶ *Statuta.*] In prima parte vſque ibi, *Iubemus.* concedit in negotio inquiſitionis hæreticæ prauitatis procedi poſſe ſimpliciter & de plano. In ſecunda dicit quid iuris, ſi ex publicatione nominum accuſatorum & teſtium ipſis periculum immineret: & quid ſi non immineret: & fictiones 2 vitare præcipit, ne dicatur periculum vbi non eſt: vel econuerſo. In tertia: ibi, *Conſtitutiones.* ſtatuta prædeceſſorum ſuorum ſuper hoc negotio edita, his conſtitutionibus non aduerſa, corroborat. Ioan. And.

2 Ioan. Mon. q facit quatuor partes de hac parte facit tertiã. Ioan. And.

h ¶ *Quædam.*] aliàs quorundam: aliàs quædam.

i ¶ *Clementis.*] iſte 3 & alij hic expreſsi multum ampliauerunt officium inquiſitionis: intantum ꝙ quia tendebat ad noxam, habuit reſtringi per alium Clementem in cle. eo. tit. c. 1. & 2. Ioan. And.

k ¶ *Negotio.*] idem 3 in aliis quatuor caſibus, qui habẽtur in clemen. de iudi. diſpendioſam.

l ¶ *Poßit.*] non dicit, per quos: intelligo ergo & per Inquiſitores deputatos à Papa, & per ordinarios, & per delegatos. ad hoc eod. tit. per totum. in fin.

3 Hæ duæ gloſſulæ deſunt in antiquiorib9 codicibus, & ex lectura Io. And. hic fuerunt trãlatæ.

¶ *Glo. ſeq. primo ponit diſtinctionẽ modernorũ hodie terminatã per cle. ſecundo quærit. arg. pro & contra, & ſoluit.*

m ¶ *Figura.*] diſtinxerunt moderni qui notant iſtam materiam. ſ. de accuſ. olim. Inno. & Hoſt. Guli in Spe. de inquiſitione. §. nunc tractemus. ver. quid igitur 4. ſi autem detur poteſtas procedendi ſimpliciter, de plano, & ſine iudiciorum ſtrepitu: an addatur ibi illud verbum, ſine iudiciorum figura. Vt primo caſu omnem iudiciarium ordinem ſeruari teneatur in libelli oblatione, in exceptionibus, dilationibus, litis conteſtatione, iuramenti, & teſtium receptione, & ſententiæ prolatione, & aliis: ſed operabuntur illa verba, ꝙ ſi aliquid omittatur, non ideo vitiabitur proceſſus: & magis poterit partium aduocatorum & teſtium inutilem ſtrepitum refrænare: tñ omittere non poterit litis conteſtationem, vel aliud ſubſtãtiale, qđ etiam de conſenſu partium omitti non poſſet, vt not. ſ. de offi. deleg. de cauſis. ſ. eod. lib. de re iudi. c. vlt. In ſecundo caſu qñ additur ibi, ſine figura, vt hic: nullum ordinẽ iudiciarium ſeruare tenetur. arg. ad hoc. C. de lati. lib. toll. l. vnica. §. ſimiliq; modo 2. tunc enim ſufficiet ſententia, quamuis omiſſa ſolemnitate, vt probatur & not. C. quorũ leg. l. vnica. hodie dic in clem. de verb. ſign. ſæpe. & vide qđ ibi not. in 5. glo. Sed dubitari ſolet 5 an inferior à Papa etiam legatus in caſu aliàs non permiſſo à iure, poſsit cognoſcere de aliqua cauſa, vel eam committere de plano ſummarie ſine ſtrepitu & figura iudicij? Et vr̃ ꝙ non 6. abſurdũ enim eſſet dicere ꝙ minor legem maiorum tot vigiliis & laboribus adinuentam tol-

4 Arg. hoc tractat ſupra eo. lib. de ecle. indemnitatibus. §. ſi vero. & Ioã. Mona. hic ꝙ omnia recido propter Clementinã Ioa. And.

5 De hoc in Spe. tit. 2. §. ſupereſt. in fin. 1. col. Io. And.

6 Idem Do. Phil. l. nec quicquã. ibi Bald. ff. de offi. procon. ſu. Immo. ſi. de conſti. vri. vel inue. ti. Fon.

1 Vnde infert Phil. ꝙ non ponet clauſulā, nō obſtante. gl. in cle. 2. in fin. de reſcr. quia illa ponitur à ſolo prīcipe. Bal. in l. reſcripta. C. de precibus impe. offer.

† Hodie ſēper pręſumitur imminere tale periculū, & ideo indiſtinctè ſolet obſeruari, vt in crimine hęreſis nūquā publicentur nomina accuſatorū, vel teſtium: vi. de extrauagantem Innocentij Papæ, quam affert Repertoriū inquiſitorum verbo: nomina.

† Dictio, per, deeſt in manuſcriptis codicibus.

2 Præſumitur tamen ꝙ id faciat ex iuſta cauſa, videBaldum tit. de allodiis, in vſibus feudorum, & Garſiam in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthu.

tam tollere poſsit 1. de elec. c. eccleſiaſtica veſtra 2. 21. diſt. inferior. C. de inoffic. teſta. ſi qñ. Et in cle. de elect. ne Romani. in prin. licet ſucceſſor conditoris, qui pari fungitur poteſtate, illā tollere poſsit. ff. ad Trebel. ille à quo. §. tempeſtiuum. C. de elec. innotuit. ſ. eo. lib. de conceſ. præben. c. 2. & ip ſe idē conditor qui condidit. ſ. eo. lib. de reſcr. ſtatutum. §. 1. & præterea regula dicit, beneficium iuris nemini denegari debere. j. de re. iu. indultum. 28. diſt. de his. In ɔ̃rium ꝙ poſsit, vr̄: quia legatus omnia pôt, quæ Papa ſpecialiter ſibi nō reſeruat: gerit enim vices eius: & ſi eſt de latere, maius omnibus poſt principem imperium cenſetur habere. ſ. eo. lib. de elect. ſi abbatem. Item legatus qñ ſibi vr̄, ſecundum æquitatē procedit. ſ. de tranſac. c. vlt. & dicit Apoſtolus in cuius locū vr̄ eſſe legatus: Omnia mihi licent. 11. q. 1. aliud. Ad idem ff. de offi. procōſul. ſed in aliā. in fi. dici pôt ꝑ iura prius allegata, ꝙ inferior à Papa etiā legatus, iuris ſolemnitates quo ad hoc tollere nō poſsit in caſib⁹ nō expreſsis: vnde ɔ̃ inferiores non ſeruantes, ꝑdita ſunt appellationū remedia. 2. q. 6. per totum. ſolus autem princeps poteſt ius alterius auferre 2: cognoſcat ergo & committat etiam legatus ordine iuris ſernato. Ad hoc ſ. d' verb. ſigni. ſuper quibuſdam. de iureiuran. ad noſtrā. 3. & cap. ego. Not. ad hoc. ff. de offic. proconſul. l. nec quicquā. §. de plano. & §. vbi decretū. legatus enim habet inſtar proconſulis. ſ. de offi. lega. c. 2. eo. lib. & proconſul ea quæ communia ſunt præſidibus ſeruare debet, vt in prædicta l. nec quicquam. in fine. nec in generali demandatione vr̄ mandatū qd' ſpecialiter mādaturus non fuiſſet. ſ. eod. lib. de offi. vica. cū in generali. & j. de reg. iur. in generali. & delegatus à Papa in cauſa ſibi delegata maior eſt legato. de offic. lega: ſtuduiſti. & ordinario. ſ. de offic. delega. ſane 2. & tñ tenetur ordinem iudiciarium obſeruare. ſ. de iudi. exhibita. de libel. oblatio. cap. 2. & 3. de lit. cont. c. vnico. cum ſimilibus. Ioa. An.

a ¶ *Periculum.* ] timetur mors, vel detruncatio ipſorum filiorum, vel parentum ſuorum, vel deuaſtatio ſubſtantię ipſorum, vel his ſimilia.

b ¶ *Abſente.* ] ergo diœceſano præſente coram officiali non fieri niſi forte vt coram honeſta perſona, de qua ſequitur. Ad idē ſ. eod. vt cōmiſsi. ſ. eo. lib. de offi. ord. c. 1. in fi. de tēp. ordi. cū nullus. §. 2.

c ¶ *Haberi commode poſſit.* ] 22. q. 2. faciat homo. ff. de verb. ſign. l. nepos. Ioan. And.

d ¶ *Promulgare.* ] vbi ergo nō fiet talis promulgatio, licet indicatur ſecretum: reuelans excommunicatus non eſſet.

ADDITIO. Idem Archid.

inquiritur) videant epiſcopus vel Inqſitores graue periculū [a] imminere†, ſi cōtingat fieri publicationē nominū eorum: ipſorum nomina nō publice, ſed ſecreto corā diœceſano epiſcopo, vel eo abſente [b] ipſius vicario, quando Inquiſitores procedunt: quando vero procedit epiſcopus corā Inquiſitoribus, ſi haberi [c] cōmode poſsit copia eorundem, ac nihilominus ſiue epiſcopus, ſiue Inquiſitores proceſſerint aliquibus aliis perſonis prouidis & honeſtis, iuriſque peritis (quas ad hoc vocari, & eis per† totū proceſſum ſu ꝑ quo deliberādum eſt ſerioſe manifeſtari, ac integraliter explicari, & de ipſorum conſilio ad ſententiam, vel condemnationem procedi volumus) exprimantur: ſicque (non obſtante quòd illis, cōtra quos huiuſmodi depoſuerunt, nomina ipſorū non fuerint publicata) adhibeatur ad cognitionē iudicis inſtruēdam plena fides depoſitionibus teſtium eorundem. ¶ Et vt eorundem accuſatorū & teſtium periculis efficacius occurratur, & cautius in inquiſitionis negotio procedatur: præſentis conſtitutionis auctoritate permittimus, quòd epiſcopus vel Inquiſitores ſecretū poſsint indicere illis, quibus (vt præmiſſum eſt) proceſſum huiuſmodi explicabunt: & in eos ſi arcana conſilij, ſeu proceſſus ſibi ſub ſecreto ab eiſdem epiſcopo, vel Inquiſitoribus patefacta præter eorum licentiam aliis patefecerint, excommunicationis ſententiam, quam ex ſecreti violatione ipſo facto incurrant (ſi eis expedire videbitur) promulgare [d]: ſic tamen quòd Inquiſitores epiſcopū [e], vel epiſcopus Inquiſitores non excommunicent hac de cauſa: ſed ipſi ex iniuncto exnunc à nobis ſub virtute ſanctæ obedientiæ diſtricto præcepto ad ſecretum huiuſmodi teneantur. ¶ Ceſsāte vero periculo ſupradicto, accuſatorum & teſtium nomina (prout in aliis fit iudiciis [f]) publicentur. ¶ Cæterum in his omnibus præcipimus, tam epiſcopos, quàm Inquiſitores puram & prouidam intentionem habere, ne ad accuſatorum vel teſtium nomina ſupprimenda, vbi eſt ſecuritas, periculū eſſe dicant [g]: nec in eorum diſcrimen ſecuritatem aſſerant, vbi tale periculū immineret, ſuper hoc eorundem conſcientias [h] onerantes. ¶ Conſtitutiones vero, ordinationes, & mandata alia prædeceſſorum noſtrorum in negotio hæreticæ prauitatis facta, conceſſa, ſeu etiam ad cōſulta reſponſa, quæ conſtitutionibus ſupraſcriptis † ſuper eadem editis prauitate non obuient, in ſuo volumus robore permanere [i].

e ¶ *Epiſcopū.* ] ſi. ſ. eo. tit. Inquiſitores.

f ¶ *Iudiciis.* ] ſ. de accuſa. qualiter & quando. §. debet. & tradi debēt nomina cum dictis, vt poſsit & de falſo arguere, & ſe plene defendere, vt ibi: tñ ſi hoc omitteretur parte tacente, nō puto vitiari proceſſum. ad hoc ſ. eod. lib. de accuſa. c. 1. & 2.

g ¶ *Dicant.* ] ſimi. ſupra de reſcrip. cum contingat.

h ¶ *Cōſcientias.* ] ſi. ſ. eod. lib. de reſcript. ſtatutum. §. aſſeſſorem.

i ¶ *Permanere.* ] nō obſtāte eo ꝙ in huius ſexti libri volumine inſertæ non ſunt. ſunt enim reſeruatæ per hunc textum: & de his exemplifica quod dicitur ſupra in prooemio huius libri ad finem, vt ibi etiam dixi.

† In antiquiorib⁹ cōſtanter legitur, ſupradictis.

# TITVLVS III.

## De ſchiſmaticis.

¶ Bonifacius octauus.

¶ *In prima parte ponit harengam vſque ad verſi. Iacobum videlicet. in qua dicit, quòd Columnenſes Iacobus & Petrus olim Cardinales, & filij Ioannis, fratres ſcilicet dicti Petri, diutius expectati noluerunt ad cor redire, ſed in profundum malorum deſcendentes ſua aggrauabant delicta: quare varias pœnas tulit in eos, quas ad certitudinem præſentiū & memoriam futurorum hic inſerit. Secundo ponit pœnas, quas protulit in ipſos Iacobum & Petrum, vſque ad verſi. Contra natos. Ibi tertio ponit pœnas, quas tulit contra filios, & poſteros dicti Ioannis, vſque ad verſi. Omnem. Ibi quarto imponit pœnas his, qui de cætero deliberate dictos Iacobum & Petrum pro Cardinalibus habuerint, vel eis vel prædictis natis Ioannis fauorem præbuerint, vſque ad verſic. Hæc & alia. Ibi quinto & vltimo ratificat, innouat, & confirmat prædicta, & ea præcipit inuiolabilter obſeruari: & iubet ſimiles exceſſus puniri ſimilibus pœnis in poſterum. hoc dicit. Ioa. Andreas.*

DE SCHISMATICIS.

¶ *Dictū fuit ſupra titulo prox. de hæreticis. verū quia ſchiſmatici incidūt in hæreſim, vt c. inter hæreſim, & ſchiſma. 24. q. 3. ideo poſt rubricā de hæreticis, annectit rubricā de ſchiſmaticis. Sed pro declaratione rubricæ quæritur qui dicantur ſchiſmatici? Dicēdum quòd ſchiſma accipitur dupliciter, prout ad propoſitū ſufficit. Vno modo ſtricte: & tunc ſchiſmaticus dicitur ille, qui putat poteſtatem Eccleſiæ eſſe apud plures. Et licet ſciat vnum eſſe Papā: putat tamē alium habere poteſtatē. Et ſic diuidēdo Eccleſiam venit cōtra illum articulum, vnam ſanctam Eccleſiā. Alio modo accipitur ſchiſmaticus large pro illo qui nō diuidit poteſtatē Eccleſiæ, ita quòd nō putat poteſtatē Eccleſiæ eſſe apud plures: ſed tamē eſt rebellis: quia non vult obtemperare Papæ, dicens illum nō habere poteſtatem. Helias Regnier.*

Continuatio domini Heliæ.

Nota quòd ſchiſmatici dirimūt vnitatem Eccleſiæ: & ſic dicuntur committere contra articulū fidei, & vnā ſanctā. vide quæ differētia ſit inter ſchiſmaticū, & hæreticū. 24. q. ſi. inter hęreſim. Dominic.

C. VNICVM.

AD ſucciden-

AD *ſuccidēdos.* ] Hodie non legitur, cum in parte reuocata fuerit per extrauagant. Benedicti, quæ incipit: dudum bonæ memoriæ. vbi reſtituit iſtos ad omnes pœnas hic inſertas & non inſertas, præterquam à depoſitione Cardinalatus, beneficiorū, & eccleſiarū, & inhabilitate ad Papatum: & ad bona cōfiſcata,

quæ erant aliis conceſſa.Sed poſt eum Clemens quintus clemẽter illos ad Cardinalatũ reſtituit:& ambo in Cardinalatu mortui sũt.
¶ Et poſt Clemẽtem dominus Io.Papa xxij. iuxta interpretationẽ nominis gratioſus ad Cardinalatum gratioſe promouit reuerẽdũ in Chriſto patrem (quem dignitatis altitudine commendatũ,commendari non expedit) dominũ Ioannem natũ ex milite, in quo virtutum viget aceruus domino Stephano illius domini Ioannis filio: q̃ cum poſthumis fuerat hic damnatus: ac demũ ipſius dicti Cardinalis fratrem do. Iacobũ qui hic licentiatus in legibus vno anno in eis extraordinariam ſedem rexit,eccleſiæ Lomborien.præfecit epiſcopũ.

† Huius appellatione nou veniũt baſtard.i d e Anch. Phil. dixi ſupra tit. proxi. c. ſtatutum .ad do gloſ. in clem. 1. de bap. Ni. de Vbal. in tractatu de ſuc ceſ.ab inteſt. Font,

CASVS. Quidam Iacobus & Petrus de Columna Cardinales elegerunt quendam in Romanum Pontificem, & ſciebãt alium fuiſſe canonice electum: & ſic erant vere ſchiſmatici: vel nolebant obtemperare Papæ: ideo erant ſchiſmatici large accipiendo ſchiſma: vnde ipſi noluerũt ad cor redire, ſed in profundum malorum deſcendentes ſua aggrauabant delicta: ideo fuerunt habiti proceſſus contra eos:videlicet quia fuerunt priuati honore Cardinalatus, & quibuſcunq; bonis mobilibus & immobilib⁹, & beneficiis eccleſiaſticis, & effecti fuerũt inhabiles ad beneficia obtinenda. Itẽ frater eorũ ſimiliter fuit priuatus quibuſcunque bonis & quibuſcunque dignitatibus.Et ſic iſtud c. ſolum ponit proceſſum, qui fuit habitus ꝯ iſtos duos Cardinales.

† Aliàs ita: in verba blaſphema & ſchiſmatica.

Sequitur textus.[ *De columna.*] hodie nõ ſunt niſi duæ domus antiquorum ciuium,ſcilicet domus de Colũna,& domus de Vrſinis. [*Spiritualiter.*]eos excõicando. [*Temporaliter.*] eos multando. [*Ex cauſis.*]Iſtas cauſas non exprimit: ex quo infertur ꝙ iudex in ſententia ſua nõ tenetur exprimere cauſas ſuæ ſententiæ: licet ſit honeſtũ ꝙ exprimat.[*Perpetuo.*]Iſti ꝑpetuo non poterũt obtinere aliquod beneficiũ in curia Romana, nec extra curiã vſque ad quartam generationẽ, vt ſequitur.[ *Non inueniat ſuceſſores.*] Hic ponitur principalis effectus huius c.videlicet, vt ſimiles exceſſus perpetrantes puniãtur ſimili pœna. Not. principalem effectum ad quem emanauit præſens c.videlicet ꝙ ſchiſmaticus perſeuerãs in rebellione Eccleſiæ: quia ſcindit & diuidit vnitatem Eccleſiæ: eſt priuandus quibuſcunq; honorib⁹ & beneficiis eccleſiaſticis: & eſt inhabilis ad beneficia obtinenda. Item punitur confiſcatione bonorum. Item præſtantes ei auxiliũ,conſilium,vel fauorem, incurrunt ipſo facto ſententiam excommunicationis.

¶ *Prima gloſſa diuidit & ſummat.*

a ¶ *Ad ſuccidendos.*] In prima parte ponit harẽgam vſque ad verſi. *Iacobum videlicet.* in qua dicit ꝙ Columnenſes Iacobus & Petrus olim Cardinales,& filij Ioãnis, fratres ſcilicet dicti Petri diutius expectati noluerunt ad cor redire, ſed in profundũ malorum deſcendẽtes ſua aggrauabant delicta: quare varias pœnas tulit in eos,quas ad certitudinem præſentium & memoriã futurorũ hic inſerit. Secundo ponit pœnas, quas protulit in ipſos Iacobum & Petrum,vſque ad verſ.*Contra natos.*Ibi tertio ponit pœnas, quas tulit contra filios & poſteros dicti Ioannis,vſque ad verſ.*Omnem.* Ibi quarto imponit pœnas his, qui de cætero deliberate dictos Iacobũ & Petrũ pro Cardinalibus habuerint, vel eis vel prædictis patris Ioannis fauorem præbuerint,vſque ad verſi.*Hæc & alia.*Ibi quinto & vltimo ratificat, innouat, & confirmat prædicta, & ea

dos [a] infructuoſos [b] palmites peſtiferos & nociuos,quos (quaſi ficus [c] fatua)domus [d] † de Columna produxit,neſcientes [e] in ſemitis iuſtitiæ [f] dirigere greſſus ſuos,ad cor reuerti,&agere pœnitẽtiæ dignos fructus, licet diutius expectatos: (Iacobũ videlicet de Colũna & Petrũ nepotẽ ipſius,olim ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales [g],& filios quondam Ioanis de Colũna fratris dicti Iacobi, & patris Petri præfati poſteros & fautores & ſequaces eorũ) in virtute altiſsimi exurgentes,ſpiritaliter & tẽporaliter cõtra eos duximus procedendum. Conſequenter dictis Iacobo & Petro deſcẽdẽtibus in profundũ [h] malorum, & moliẽtibus inconſultilem tunicã [i] Domini, ſanctæ videlicet Eccleſię ſcindere vnitatẽ,& vt gladium [k] acuentibus linguas ſuas,& prorũpentibus non tam in verba † blaſphemiæ & ſchiſmatica, quàm inſana [l], quæ in ſcriptis redacta ſub ſigillis, quib⁹ antequam eſſent depoſiti, vtebantur [m], per vrbẽ & diuerſa mundi climata deſtinauerũt,æſtimantes loquacitatem, facundiã, & maledicere conſcientiæ bonæ ſignum [n], & conficta materia diſputandi, quia veritate non poterant, nos ſaltem lacerare [o] conuitiis præſumpſerunt; quorum dicta licet poſſemus ſuperiori aſſertione conuincere, & luce clarioribus rationibus confutare. duximus eorum latratibus nõ dare reſponſum [p],vt cõtrita eorum rabies, auctoriate ſonora præſidentis in ſupremo iudicij ſolio frangeretur,& patẽs veritas [q] per ſeipſam veniret in publicam notionem,noſtrumque ſilentium in ſupplicium eis foret: proceſſus tamẽ cõtra ipſos & alios fecimus ſucceſsiue varios, diuerſiſque tẽporibus ſpiritales & temporales pœnas & ſententias continentes,& mulctas: quorum quia † totũ tenorem conſtitutionis in præſenti inſerere longũ eſſet, ex eis quædam compẽdioſe collata huic noſtrę conſtitutioni duximus inſerenda, ad certitudinẽ præſentium, & memoriam futurorum: videlicet quòd ex cauſis [r] quæ rationabiliter nos mouerunt, de fratum noſtrorum conſilio depoſuimus dictos Iacobũ & † Petrũ à Cardinalatibus eiuſdẽ Eccleſiæ,& ab omni Cardinalatus cõmodo & honore, ipſoſq; iudicauimus ſchiſmaticos & blaſphemos, & tanquã hęreticos puniendos expoſitis [s] perſonis eorũ à fidelibus capiendis,omnibus beneficiis, officiis, honoribus, dignitati-

præcipit inuiolabiliter obſeruari: & iubet ſimiles exceſſus puniri ſimilibus pœnis in poſterum.hoc dicit.Ioan. And.

b ¶ *Infructuoſos.*] arbor enim quæ inutiliter terram occupat, digna excidi & in ignem mitti cenſetur,vt terra,quæ ſub nociua occupatione inutilis arboris ſterilis habebatur,per nouam plantationẽ ad fructificandũ culturã recipiat congruentem, vt ſupra de dolo & contu. veritatis. in prin.in parte deciſa.

c ¶ *Ficus fatua.*] Matthæi vij.Lucæ vij. Cum eſuriens, veniens ad ficum non inueniſſet ibi fructum: perpetua ſterilitate,ſua maledictione illam damnauit. 24. q. 3.c.cum ergo. §.ſed qui pro perſecutoribus.

d ¶ *Domus.*] non damnat totam domum: ſed quoſdam infructuoſos palmites ex domo,vt ſ. dixi. & qui ſunt illi, j. dicet.

e ¶ *Neſcientes.*] Dauid in Pſal.Saluum me fac. obſcurentur oculi eorum ne videant: & dorſum eorum ſemper incurua. nec dixit Pſal.id optando,ſeu iudicando 37.diſt.cap. ideo prohibentur.§.vt itaque.

† Aliàs ita: quia totum tenorem cõſtitutioni pręſenti inſerere, &c.

f ¶ *Iuſtitiæ.*] cum ſederit iuſtus ſuper ſedem, non aduerſabitur ſibi quidquam malignũ. C. de ſum. tri.in epiſtola, inter claras. vnde Pſal, Fiant viæ eorum tenebræ & lubricũ: & Angelus Domini perſequens eos. 23. q. 4. cap. Nabuchodonoſor. §.itẽ qui per prophetam.

† Propter iſtam copulatiuã dicit de Ancha.pęnam non cõmitti, ſi faueam ſolum alteri⁹ non in l.ſi ſeruus, §. plurium, ff.ſi quis cau. facit.l.demõſtratio.ff.de cond. & demon. Font.

¶ *Glo.ſeq.primo exaggerat: ſecundo tractat quo numero teſtiũ dãnentur Cardinales: & an ille numerus fuerit hic ſeruatus.*

g ¶ *Cardinales.*] quanto maiores erant, ingrati beneficiorum ſe ꝯ Eccleſiã erigendo & malignando,grauius puniri debebant.de pœ. diſt. 2. principium. & nõ debent Cardinales damnari,niſi certo numero teſtium. eps Cardinalis 72.presbyter Cardinalis.64.diaconus Cardinalis. 27. 2. q.5.præſul.1 & forte hunc numerum ſeruauit hic Papa:& forte nõ: nec enim adſtringebatur:lex enim indicari ſibi potuit,ſed imponi non potuit.ſ.eo.lib.de reſcri.c.vlt.C.de leg.l.digna vox. ſ.de elec. innotuit.

1 De intellectu cap.præſul. 2.q.4.vide B. Thomam 2.2.q. 70.art. 2. ad 3. argum.

h ¶ *Profundum.*] ſ.de iudi.cum non ab homine.

i ¶ *Tunicam.*] inde Domini veſtimentum ſciſſum non fuit:ſed ſuper eum iactauerunt ſortem,Ioan.xix.16.q.vlt.ſicut Domini veſtimentum.per quod denotatum fuit, ꝙ Eccleſia ſcindi non debet, quæ in vnitate tota conſiſtit,vt ibi not.& 24.q.1.per totum.

K ¶ *Gladium.*] ſumptũ de Pſal.Miſerere mei Deus.& habes in canone de pœn.diſt.1.periculoſe. vnde & ſicut gladio, ſic & lingua quis occidit.50.diſt.ſi quis viduam.Ioan.And.

l ¶ *Inſana.*] de ſum.trini. damnatus.in fi.

m ¶ *Vtebantur.*] primo ſigillo poſt depoſitionem vti non debebant.Ad hoc ſ.de appel.vt noſtrum.

n ¶ *Signum.*] cum potius ſit ꝯrium æſtimandum.24.q.3. cũ ſancti.

o ¶ *Lacerare.*] habet enim hoc proprium antiqui hoſtis inuidia, vt quos improborum actuum perpetratione Deo ſibi reſiſtente deiicere non valet: opiniones eorum falſas ſimulando dilaceret. 2.q.5.habet hoc proprium.

p ¶ *Reſponſum.*] ſi.C.ſi quis Impera.maledix.l.vnica.[vide de clema.c.1.in gloſ.2.] de pœn. diſt.2.ſi enim inquit,

q ¶ *Veritas.*] quæ ſemper vincit.8.diſt.veritate.

r ¶ *Ex cauſis.*] eas non expreſsit:nec habuit neceſſe exprimere. Ad idem ſ.de re iudi.ſicut.

s ¶ *Expoſitis.*] ad idem ſ.de Iudæis ita quorundam.

¶ *Gloſſa*

¶ *Glo. ſeq. adiuuat tex. ſoluit dubium, quod remittit.*

a ¶ *Publicatis.*] labores ergo impiorum iuſti edent: & theſauriza buntur iuſtis eorum diuitiæ. Sapientiæ xj. Prouerbiorum 28. & 23. q. 7. quemadmodum. & c. 1. & redeuntes non recuperarent bona ſua: ex quo ſunt expreſſe damnata. de hoc s. de cle. coniug. q̀ à te.

¶ *Glo. ſeq. recitetur per obiectionem, quam ſoluit duplici ratione.*

b ¶ *Contra natos.*] contra hos licet laici eſſet, procedere potuit: tum ratione eccleſiaſtici criminis, tum propter temporalem iuriſdictionē, quam habebat in eos: & habet in vrbe per conceſsiones Lodouici & Conſtantini. 63. diſti. ego Lodouicus. 96. diſt. Conſtantinus. palea eſt. s. eo. lib. de elect. fundamenta. Ioan. And.

† Aliàs ita: eorum bonis & iurib⁹ etiam confiſcatis.

c ¶ *Alibi.*] ſcilicet extra Romanam Eccleſiā & eius curiam. & ſumitur hic Eccleſia Romana ſtricte.

d ¶ *Futuram.*] ſi. s. eo. ne aliqui.

e ¶ *Cardinalis.*] epiſcopi bene comprehendūtur: quia conſtitutio j. de ſen. excom. quia periculoſum. de excommunicatione non loquitur.

f ¶ *Habuerit.*] Nota caſum in quo punitur de liberata cogitatio 1, cū aliàs cogitationis pœnam nemo mereatur. de pœnit. diſt. 1. cogitationis. de hoc ea. diſt. §. cogitatio. Ioan. And.

1 Et facit ad nota. in cle. de hæreti. multorū. ad fi. in gl. ſ. hic ſuper. Ioan. And.

¶ *Glo. ſeq. arg. pro & contra, & remittit. demum id proſequitur per modum quæſtionis ponens opinion. & rationes Hoſtien. demum ſoluit, & obiectioni reſpondet in fin. allegat ius nouiſsimum.*

g ¶ *Sede vacante.*] Nota 2 arg. q̀ collegiū Cardinalium vacante ſede non fungiť iuriſdictione Papæ. Et 3rium arg. etiā poſſet ſumi, quaſi ſi hoc hic non vetuiſſet Papa, collegiū id potuiſſet. & de hoc not. Hug. Ioan. & alij. 79. diſt. nullus 2. plenius. Hoſtien. de pœ. & remiſ. cum ex eo. in fi. in antiq. Sed quid dicemus: ſuccedet collegium in iuriſdictione, & eius exercitio necne? Dixit Hoſt. quòd ſic, ſaltem in iis, quæ de grandi neceſsitate euidenti & imminēti expediri oportet. pro eo facit quo ad hoc decre. s. eo. lib. de elect. vbi periculum. §. idem quoque 3. quod etiam multum facit 3. mouebatur autem Hoſt. his rationibus: dicebat enim, alia collegia hoc habent. de maio. & obe. his quæ. & c. cū olim. & s. eo. lib. eod. tit. c. vnico. tum quia ſic vtuntur Cardinales. arg. s. de elect. venerabilē. §. obiectioni. ver. quòd autē. s. de offi. ordi. irrefragabili. §. exceſſus. de fo. compe. cum contingat. tum quia alius iudex non ſupereſt. s. de ele. licet. in fi. in quo caſu conceduntur, quæ aliàs non concederētur, vt ibi, & C. de decur. l. generali. lib. 10. ff. de iis quæ in frau. cre. l. ait prætor. §. ſi debitorem. tum quia neceſsitas nōn habet legem. s. de reg. iur. quòd non eſt. tū quia non eſt veriſimile, quòd Deo placuerit 3rius intellectus, ne videatur gregē ſuum & Eccleſiam ſine paſtore reliquiſſe. j. tit. prox. c. 1. Nec obſtat ſecundū eum, quòd aliqui dicunt, q̀ Cardinales ſunt ſine capite: hoc enim non eſt verum: immo habent caput Eccleſiæ generale & ꝓpriū, ſcilicet Chriſtum: immo illud ſentire ab hæreſi non eſt longum 4. 22. diſt. c. 1. & 2. & eſſet res monſtruoſa. de offi. ordi. quoniam in plerique. Nec obſtat quod dr̃ ex hoc poſſe ſchiſma, ſcādalum, & vacationem diutinam

2 Vide Felinum in ca. ex litteris. extra de cōſti.

3 Videquod ibi nota. in gloſ. Io. An.

4 Idem Do. Philip. & In no. in c. cum nō ignores. ſupra de prę bend.

bus, & prælaturis perpetuo priuantes eoſdem, & reddētes inhabiles ad habenda, cunctis eorū bonis mobilibus & immobilibus, iurib⁹, & iuriſdictionibus publicatis a. ¶ Contra natos b inſuper & poſteros dicti Ioannis ſpiritaliter & tēporaliter duximus multipliciter procedendum, eorum† bonis & iuribus publicatis & confiſcatis, ipſiſque poſteris dicti Ioannis per maſculinam & fœmininā lineam deſcēdētibus, indignis perpetuo redditis ad Cardinalatus honorem, & quælibet officia, beneficia, & miniſteria in Eccleſia memorata vel eius curia: alibi c vero vſque ad quartam generationem. ¶ Omnem perſonam præſentem & futuram d cuiuſcunque fuerit præeminentiæ, cōditionis, dignitatis, aut ſtatus eccleſiaſtici vel mundani (etiam ſi foret ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis e) quæ ipſos Iacobum & Petrum, vel eorum alterum ſcienter & deliberate pro Cardinalibus habuerit f, & tenuerit, aut ad Cardinalatū admiſerit, ſeu votum eorum vel alicuius ipſorum ſuffragium in electione Romani Pontificis admiſerit, aut in Pontificem Romanum elegerit, nominauerit, aſſumpſerit, vel receperit: ſeu dederit in his vel ad hoc auxilium, conſilium, vel fauorem, excommunicationis ſententia duximus innodandū, à qua (abſque expreſſa licentia Romani Pontificis) non poſsit abſolui, nec etiam per collegium Apoſtolicæ ſedis, eadem ſede g vacante, eamque prælatione, dignitate, ſtatu, & honore eccleſiaſticis omnino priuamus: nihilominus oēs, qui dictis Iacobo & Petro, aliàs h & natis dicti Ioannis fauorem præbuerint, vel auxilium in rebellione, vel ſchiſmate perſiſtentibus, excommunicationis i ſententia innodantes. Hæc & alia per nos facta in prædictis noſtris proceſsib⁹, & in litteris noſtris bullatis ſuper eis confectis contenta, hac conſtitutione perpetuo valitura ratificamus, cōfirmamus, & etiā innouamus, eandēque† de nouo facimus de fratrum noſtrorum conſilio prædictorū. ¶ Et vt dictorum malitia non inueniat ſucceſſorē, & punitæ trāſgreſsionis exemplar retrahat alios ab offenſa, ac in obliuionem k veritas veniens, non vagetur incerta: ſtatuimus atque decreuimus†, vt & ipſa inuiolabiliter obſeruent: & q̀, ſimiles l exceſſus & culpæ pœnis ſimilibus in poſterum puniantur.

# TITVLVS IIII.
## De homicidio.

¶ Innocentius quartus in concilio generali Lugdunenſi.

¶ *Per aſſaſsinos faciens, vel tantum mādans aliquem interfici, tamquam ab omnibus diffidatus abſque alicuius prolatione ſententias incurrit excommunicationis, & depoſitionis ab officio & beneficio. hoc dicit ſecundum Zen.*

ſuſcitari: quia id poſſet eſſe verum, ſi indiſtincte concederetur: ſed reſtringi debet ad neceſſaria vel vtilia Eccleſiæ ſeu reipublicæ: q̀ bus omnino prouidendum eſt. 7. q. 1. ſcias. Cauere ergo debent ne nimis laxent habenas. ff. de offic. proconſul. nec quicquam. §. vbi decretum. & §. de plano. & §. ſeq. Præterea ad poteſtatem Cardinalis ſpectat vacante ſede delinquentes anathematizare. 79. diſt. ſi q̀s pecunia. & anathema mucro 5 eſt epiſcopalis. 16. q. 2. c. 1. & maior pœna in eccleſia. 24. q. 3. corripiantur, in prin. vnde ſi poſſunt maiorē pœnam imponere, ergo & minorem. s. de deci. ex parte 3. Itē canō dicit q̀ epi Cardinales vacante ſede vicem metropolitani obtinēt. 23. diſt. in nomine Domini. & exponi debet, id eſt, Papæ. qui & metropolitanus eſt. s. de offic. vicarij, & ſua. nec alius poſſet Romanæ Eccleſiæ metropolitanus eſſe. nec debemus omnium quærere ius expreſſum: multa enim ſupplentur. q̄d patet de celeb. miſ. cū Marthæ. §. 1. & concedi oportet, q̀ ſaltem illam iuriſdictionem habet collegium, quam & legatus Apoſtolicæ ſedis, quæ non expirat mortuo Papa. s. de offic. lega. c. 2. eod. lib. non enim illa duraret, niſi collegium ſedes Apoſtolica cenſeretur. & poſſet dici, q̀ Cardinales habent poteſtatis plenitudinem habitu tunc inquātum Romana Eccleſia cenſentur, quæ non moritur. 12. q. 2. liberti 2. s. eo. lib. de reſcrip. ſi gratioſe. etiam ſi vnus tantum Cardinalis collegij ſupereſſet. 65. diſt. ſi forte. s. de poſtu. gratum. iuriſdictionem vero habent in exercitio ſecundum modum ſuperius dictū. Quicquid Cardinales de facto obſeruent, vr̃ q̀ vacante ſede non debeant ſe intromittere, niſi de prouiſione, & iis quæ ad prouiſionē pertinent: niſi ex grandi cauſa & imminenti periculo: per prædictam decre. s. eod. lib. de elect. vbi periculum. §. idē quoque. Nec obſtat ſi minora collegia poſſunt, ergo & illud: quia ob accelerandam prouiſionem Eccleſiæ, in cuius tardatione imminet periculum, ſpeciale quid ſtatui debuit. & eſt ſi. s. eod. lib. de hære. accuſatus. §. ſane. dic vt in cle. ne Romani. de elect.

5 Vide concilium Trident. ſeſſio. 25. de reforma. c. 3.

† In atiquioribus libris ita: eademq; de nouo, &c.

† Aliàs, decernimus.

h ¶ *Aliàs.*] ſcilicet etiam extra Cardinalatus officium.

¶ *Glo ſeq. ſoluit quæſtionem.*

i ¶ *Excommunicationis.*] quia iſtius excommunicationis ſicut ſuperioris abſolutionem ſibi non reſeruauit, intelligatur illam ordinariis conceſsiſſe. de ſen. excom. nuper. in antiq.

k ¶ *Obliuionem.*] ſi. s. de teſti. ſignificauit. & cap. Albericus.

l ¶ *Similes.*] in æquali delicto ſimiles ſunt pœnæ. in Auth. vt fra. fil. in fi. coll. 9. grauius autem delictum, grauius vindicetur. 22. q. 1. non afferamus. Ioan. And.

DE HOMICIDIO.

¶ *Dictum fuit ſupra de hæreticis & ſchiſmaticis, qui delinquūt in offenſam fidei Chriſtianæ: verum quia homicidæ, maxime de quibus in primo c. huius tituli, committunt offenſam in fidem Chriſtianam, videlicet cū infideles occidunt Chriſtianos: ideo poſt rubricam præcedentem ponitur rubrica de homicidio.*

Cōtinuatio domini Heliæ.

PRo humani.] Et eſt premittendum, ꝙ hanc decre. non gloſſarunt (quod conſtat) Inno. Ber. Petrus, & Abbas, qui tñ Innocentianas alias gloſſauerunt: Fran. autẽ & Boa. ſcripſerũt, ſed nihil vtile. Hoſt. autem ſatis prolixe proſecutus eſt iſtã. & (vt dicit Hoſtien.) hoc proœmiũ ponit quare Dei filius fuit incarnatus: quomodo & quare beatum Petrum reliquit ouium ſuarum paſtorem: & quomodo ſummus Põtifex ſucceſſor eſt Petri, & Dei locum in terris tenet. per quod ſollicita cura Dominici gregis ad eum pertinet. Ioan. And.

† De intellectu vide Albertinum in repet. c. 1. de hęret. lib. 6 adde multa huc ſpectantia per Antonium Capyciumin deciſione Neapolit. 155. incip. Notari⁹ Marcus.

¶ Iſtud capitulum eſt locale. Et diuiditur in tres partes. Primo ponit exordium. ſecundo: ibi, *Cum igitur.* ponit maleficium aſſaſſinorum. In tertia parte: ibi, *Sacri.* proferuntur plures pœnæ ꝯ iſtos aſſaſſinos.

CASVS. In quadam Montana eundo ad ciuitatem Romanã erant aliqui homines qui dicebantur aſſaſſini, infideles, dediti voluptatibus: qui non timebant mortem: vnde erant cõplures, qui cum ſciebãt Chriſti fideles euntes ad ciuitatem Romanã, mandabant iſtis aſſaſſinis, vt iſtos occiderent: qui aſſaſſini multos Chriſtianos occidebãt: Romanus Pontifex volens obuiare huiuſmodi malis, profert plures pœnas in iſtos aſſaſſinos, & illos qui eis mandabant, vt peregrini & alij Chriſti fideles euntes ad ciuitatem Romanam occiderentur. [*Nos.*] Innocentius iiij. [*Animarum.*] quia plures Chriſtianos reperiebant indiſpoſitos, & in peccato mortali: ideo non ſolum occidebant corpora, ſed etiam animas. [*Impetrare.*] id eſt, ſaluum conductum accipere à domino iſtorum aſſaſſinorũ: & iſtud erat in opprobrium Chriſtianæ religionis, vt Chriſtiani acciperent ſaluũ conductũ ab iſtis aſſaſſinis. [*Non ſequatur.*] & ſic punitur affectus, licet non ſequatur effectus. [*Diffidatus.*] q̃a quilibet Chriſtianus poterit ipſos diffidare, & bona ſua occupare: & erit iuſtũ bellũ. Not. primo ꝙ redẽptio facta ꝑ Chriſtũ, nõ cõcernit omnia animalia, ſed tantũ humanũ genus. Not. ſcd̃o, ꝙ ſolus Petrus habuit à Chriſto generalẽ curã toti⁹ gregis. 21. diſt. in nouo. Dom.

Vide Tur. recrematam in ſumma de Eccleſia lib. 2. c. 35. &

## CAP. I.

PRo † humani [a] redẽptione generis, de ſummis cœlorũ ad ima mũdi deſcẽdens, & mortẽ [b] tandẽ ſubiens tẽporalẽ Dei filius Ieſus Chriſtus, ne gregem ſui pretio [c] ſanguinis glorioſi redemptũ aſcẽſurus poſt reſurrectionem ad patrem, abſque paſtore deſereret [d] ipſius curam beato Petro Apoſtolo (vt ſuæ ſtabilitate [e] fidei cæteros in Chriſtiana religione firmaret, corũque mentes ad ſalutis opera ſuæ accẽderet [f] deuotionis ardore) commiſit. vnde nos eiuſdem Apoſtoli effecti (diſponente Domino, licet immeriti [g]) ſucceſſores †, & ipſius redemptoris locum in terris (quanquam indigne) tenentes, circa gregis eiuſdem cuſtodiam ſollicitis excitati vigiliis [h], & animarum ſaluti iugis attentione cogitationis intendere ſummouẽdo noxia & agendo profutura debemus [i], vt excuſſo à nobis negligentiæ ſomno [k], noſtrique cordis oculis diligẽtia ſedula vigilantibus, animas Deo [l] lucrifacere ſua nobis cooperante gratia valeamus. ¶ Cum igitur illi, qui ſic horrenda inhumanitate, deteſtãdaque ſæuitia mortem ſitiunt aliorum, vt ipſos faciant per aſſaſſinos occidi, non ſolum corporum, ſed mortem procurent etiam animarum [m]: (niſi eos exuberans gratia diuina præuenerit, vt ſint armis ſpiritalibus præmuniti [n]) ac omnis poteſtas tribuatur à Domino [o] ad iuſtitiam rectumque iudicium exercendum. Nos tanto periculo volẽtes occurrere animarum, & tam † nefarias præſumptiones eccleſiaſticæ animaduerſionis mucrone ferire: vt metus pœnæ, meta huiuſmodi præſumptionis exiſtat: præſertim [p] cum nonnulli magnates taliter perimi formidantes [q], coacti fuerint ſecuritatem ab eorundem aſſaſſinorum domino impetrare: ſicque ab eo non abſque Chriſtianæ dignitatis opprobrio redimere quodammodo vitam ſuam: Sacri approbatione concilij ſtatuimus, vt quicunque princeps, prælatus [r], ſeu quæuis alia eccleſiaſtica ſecularisve perſona, quempiam Chriſtianorum † per prædictos aſſaſſinos interfici fecerit, vel etiam mandauerit [s] (quamquam mors ex hoc forſitan non ſequatur) aut eos receptauerit [t], vel defenderit, ſeu occultauerit, excõmunicationis [v] & de-

† Aliàs ita: & tãm nefarios præſumptores.

† Hæc autem qualitas probari debet, vt eleganter tradit Alexander conſil. 171. & conſilio vlt. lib. 2. & Felinus in c. ita quorũdam. in principio extra. de Iudæis.

¶ *Prima gloſſa diuidit.*

a ¶ *Pro humani.*] In tres diuide partes: In quarũ prima ponit proœmiũ vſque: ibi, *Cum igitur.* ibi ponit horrendum aſſaſſinorum factum vſque: ibi, *Sacri.* ibi imponit pœnã multiplicem illis, qui per tales quemquam Chriſtianorum interfecerint, mandauerint, receptauerint, defenderint, vel occultauerint. hoc facit.

b ¶ *Mortem.*] vere igitur mortuus eſt, & languores tulit, & dolores portauit. ſ̃. de cele. Miſ. cum Marthæ. circa medium. fuit enim verus homo, de ſum. tri. c. 1. ſ̃. de hære. cum Chriſtus.

c ¶ *Pretio.*] vnde dicit canon, quis nos poteſt amplius amare, q̃ Chriſtus, qui animã ſuam poſuit pro ouibus ſuis? 23. q. 4. quis nos.

d ¶ *Deſereret.*] Nota ꝯ prælatos ſe etiam ex nulla cauſa abſentantes, qui non dimittunt vicarios: & ſic dimittunt gregem ſuũ ſine paſtore. & per hanc litteram ſatis patet quòd poteſtas Petri trãſiuit ad poſteros: aliàs poſt Petrum ſine paſtore remãſiſſet Eccleſia, quod non eſt verũ, vt j. ſequitur. Ad idẽ. 43. diſt. c. 1. & idem poteſt hic argui circa collegium Cardinalium, cum vacat ſedes, vt dixi ſ̃. tit. prox. c. vnico. Ioan. And.

e ¶ *Stabilitate fidei.*] hac debem⁹ armari, vt 23. q. 1. niſi bella. in fi.

f ¶ *Accenderet.*] verbo, opere, & exẽplo. 8. q. 1. qui epatum. & c. ſeq. 43. diſt. ſit rector. ſ̃. de vo. magnæ. §. 1. de ſacra. vnct. cap. vnico §. ad exhibendum. 11. q. 3. præcipue. Ioan. And.

g ¶ *Immeriti.*] humiliat ſe, vt Aug. in canone dicens, Secundus locus gubernaculorũ traditus eſt mihi, qui remum tenere non nouerã. 40. diſt. ante omnia. in fin. Ioan. And.

h ¶ *Vigilijs.*] ſ̃. in proœmio iſtius libri. ſ̃. de offic. lega. c. 1.

i ¶ *Debemus.*] ad idem ſ̃. de priui. cum & plantare. in prin.

K ¶ *Somno.*] 86. diſtin. fratrem.

l ¶ *Deo lucrifacere.*] ſ̃. eo. lib. d̃ regul. nõ ſolũ.

m ¶ *Animarũ.*] qđ plus eſt. 12. q. 1. præcipimus.

n ¶ *Præmuniti.*] Et ideo dat canon conſilium, ꝙ nullus expectet in vltimis pœnitere. de pœni. diſt. 7. c. vlti.

o ¶ *A domino.*] Poteſtates igitur ſunt à Deo. vnde Chriſtus Pilato, Ioan. xix. Non haberes in me poteſtatem, &c. Et c. non, Qui reſiſtit, poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. 11. q. 3 qui reſiſtit. Et vniuerſitas nõ poſſet aliqua ratione conſtare: niſi tantus eã differentiæ ordo ſeruaret. 89. diſt. ad hoc.

ADDITIO. Illud qđ Chriſtus dixit Pilato, Non haberes in me poteſtatẽ, &c. ſcd̃m. Arch. intelligendũ eſt negatiue: quia nullam poteſtatem habebat ſuper eum: quaſi diceret, ſuper me nullam poteſtatem habes: & ſi quam habes, illam habes à Deo. Inducit etiam illud ad Rom. 13. Omnis poteſtas à domino Deo eſt. 22. quæſt. 1. cap. mouet te. §. ſic etiam. ſiue iubẽte, ſiue ſinente. 23. q. 1. quid culpatur. iuxta fin. 2. q. 4. quæſitum. Ioan. And.

p ¶ *Præſertim.*] pro maxime.

q ¶ *Formidantes.*] probabiliter. maxime propter qualitatẽ aſſaſſinorũ, qui nõ timẽt mortẽ, & dicũtur eſſe del Vezo de la Mõtagna.

ADDITIO. Iſte eſt quidam baro Sarracenus: & prout dr̃, ſunt illi ſui ſerui ita nutriti, ꝙ parẽdo mãdato domini ſui credunt ſaluari. Et dicit Hoſt. ꝙ multi Chriſtiani principes per tales mortui ſunt. Et dicit Archid. per hanc particulam probari decretalem non loqui de iis, qui nõ ſunt ſub alicuius dominio: ſed pro pecunia homines occidunt: qui vulgariter aſſaſſini dicuntur. facit pro eo littera, per prædictos. quæ ſequitur. Ioan. And.

r ¶ *Prælatus.*] etiam epiſcopus. quia decre. quia periculoſum. de ſen. excom. j. eo. lib. non eximit illos à pœna excommunicationis.

¶ *Glo. ſeq. recit. per obiect. & ſolutionem.*

ſ ¶ *Mandauerit.*] Si mandauit, ergo cogitatio non ſtetit in ſuis finibus: & ideo non eſt mirum ſi punitur: aliàs ſecus. de pœ. diſt. 1. cogitationis. initius proceditur cum mandante in caſu. j. eo. lib. de ſenten. excom. quicunque. vbi mandans & reuocans re integra, pœnam euadit. hic autem puto ꝙ etiam ſi reuocauerit re integra, pœnam incurrit, cum ex ſolo mandato iam prius ligatus eſſet. & ad hoc facit quod ſtatim ſequitur.

ADDITIO. Quod ligatus eſſet ex ſolo mãdato patet: quia hoc ipſum mandare eſt delictum conſummatum. ſuper quo vide quod dixi de illo qui cogitauit & aliquid egit: ſed nõ perfecit, ad finẽ quæſtionis quã poſui j. de reg. iur. in pœnis. in Mercu. Ioan. And.

t ¶ *Receptauerit.*] tenentur receptatores, vt aggreſſores. C. de iis qui la. occu. l. 1. & 2. peſſimi enim ſunt receptatores ſine quibus delinquens diu latere non poteſt. ff. de rece. l. 1.

u ¶ *Excommunicationis.*] ex quo Papa nõ reſeruauit abſolutionẽ, puto ꝙ

puto ꝙ ordinarius poſsit abſoluere.ſ̄.de ſen.excom.nuper.ad hoc ſ̄.tit.proxi.c.vnico.
a ¶ *Libere.*] etiã illo nõ vocato ſi poſsideret.ſ̄.eo.lib.de ꝓb.licet.
ADDITIO. Hoſt.exponit,id eſt, non obſtante appoſitione vel contradictione cuiuſquam.Ioan.And.

poſitionis à dignitate, honore, ordine, officio, & beneficio incurrat ſententias ipſo facto: & illa libere [a] aliis per illos, ad quos eorum collatio pertinet, conferatur. Sit etiam cum ſuis bonis mundanis omnibus tanquã Chriſtianæ religiõis æmulus, à toto Chriſtiano populo perpetuo diffidatus †. Et poſtquam probabilibus † conſtiterit argumentis aliquem ſcelus tam execrabile cõmiſiſſe, nullatenus alia excommunicationis, vel depoſitionis, ſeu diffidationis aduerſus eum ſententia requiratur.

¶ Bonifacius octauus.

*¶ Sine pœna irregularitatis poſſunt clerici de ſuis malefactoribus conqueri coram iudice ſeculari, etiã de criminibus ex quibus debetur pœna ſanguinis, expreſſe proteſtando, quòd ad pœnam ſanguinis non intendunt. hoc dicit. Ioan. And.*

CAP. II.

PRælatis [b] † vel clericis quibuſcunque, qui de laicis [c] ſuis malefactoribus querelam penes ſecularem [d] iudicem deponentes, petunt emendam [e] ſibi fieri, & prouideri, [f] ne contra eos talia de cætero præſumantur, proteſtando [g] expreſſe, quòd ad vindictam ſeu pœnam ſanguinis non intendunt, imputari non debet: quamuis aliàs in tali caſu de iure debeat pœna ſanguinis irrogari [h], ſi iudex mortem illis inferat iuſtitia [i] exigente. Alioquin ſi prælati aut clerici propter metum huiuſmodi, quia iudex ad pœnam ſanguinis poſſet † procedere de ſuis malefactoribus taliter [k] conqueri non auderent, daretur pleriſque materia [l] trucidandi eoſdem, & ipſorum bona libere deprædandi.

¶ Idem.

*¶ Mandanti aliquem verberari ſecuta mors imputatur. hoc dicit. ſecundum Zenzen.*

CAP. III.

IS † qui [m] mandat aliquem verberari, licet expreſſe [n] inhibeat, ne occidatur vllatenus, vel membro aliquo mutiletur, irregularis efficitur, ſi mandatarius [o] fines mandati

PRælatis.] Primo ponit dictum, quod ſecundo probat per euitationem abſurditatis: ibi, *Alioquin.*

CASVS. Aliquis laicus famoſus latro ſurripuit clerico ſiue ſacerdoti bona ſua, & ſic tenebatur ipſe latro actione furti, quam clericus poterat intentare criminaliter vel ciuiliter: vnde ipſe cleric⁹ depoſuit querimoniam de ipſo laico coram iudice ſeculari, non accuſando directe ipſum laicũ, vel ſcd̃m Dominicũ de ſancto Geminiano etiã accuſando directe: ſed ꝓteſtando ꝙ ſolum tendebat ad recuperationẽ bonorum ſibi ſurreptorum, non autem ad pœnam ſanguinis: vnde iudex examinauit illud negotium, & per confeſsionem ipſius laici famoſi latronis: ſiue per teſtes fide dignos & omni exceptiõe maiores ſibi iudici legitime conſtitit, ꝙ ipſe laicus commiſerat ſacrilegium, vel aliud crimen commiſerat, quod erat dignum vltimo ſupplicio: ideo ipſe iudex ſecularis eum condemnauit ad mortẽ, vt ſuſpenderetur ad patibulum: vtrum clericus qui accuſauit ipſum, ſit effectus irregularis, licet expreſſe proteſtatus fuerit, ꝙ nõ tendebat ad pœnam ſanguinis? Reſpondet Romanus Pontifex, ꝙ ipſe clericus abſque nota irregularitatis potuit talem laicum accuſare coram iudice ſeculari: aliàs ſequeretur ꝙ clerici non poſſent cõqueri de iſtis latronib⁹.

† Diffidare, quid ſit præter doctores hic vide Petrum Goldofredũ in Authent. Gazaros. C. de hæret.

† Vide Decium conſil. 189. & Felinum in cap. afferte. extra de præſump.

† Præter doctores hic, vide Felinũ in c. querelã. extra de iuriuran.

Nota primo ꝙ appellatione prælatorum non comprehenduntur inferiores clerici. Nota ſecundo ꝙ iudex poteſt pronuntiare etiam ſuper iniuria de facto non inferenda. vide de ſepult.in noſtra.Dominicus.

*¶ Prima gloſſa ponit ſummam, & quid declaret.*

b ¶ *Prælatis.*] Sine pœna irregularitatis poſsũt clerici de ſuis malefactoribus cõqueri corã iudice ſeculari, etiã de criminibus, ex quibus debetur pœna ſanguinis, expreſſe proteſtando, ꝙ ad pœnam ſanguinis non intendunt. Et emanauit hæc decret. ad declarationem eorum quæ not.23.q.3.Maximianus.& q.5.vnum ſolum. & ſ̄.eod.tit.poſtulaſti.

ADDITIO. Et ad quæſtionem venerialem 11. & 14. eod. tit.

c ¶ *Laicis.*] Si enim de clerico vel eccleſiaſtica perſona corã iudice laico conquereretur, habet locum pœna. ſ̄. de foro compe. ſi diligenti.

d ¶ *Secularem.*] poterunt etiam conqueri coram eccleſiaſtico iudice.ſ̄.de foro compe.cum ſit.dic vt ibi.

e ¶ *Emendam.*] Licet iniuriam paſſus rancorem dimittere teneatur, non tamen emendam.90.diſt.ſi quis contriſtatus.de hoc 23. q. 4.ſi is qui.

*¶ Glo.ſeq. dat tria ſimilia, & obiec.dupliciter ſoluit.*

f ¶ *Prouideri.*] Prouidet ergo iudex in futurum, ſicut & in ſeruitutibus.ff.ſi ſer.ven.l.egi.& l.harũ.ſicut & in alimentis. ff.de lib. agno.l.ſi quis.§.alimenta. & circa futuras expenſas. ſ̄. de procura. auditis.in fin.vbi de hoc. [Et j̄.de ſen.excom.Romana.§.caueant. Ioan.And.] & ſ̄. de ſepult. in noſtra.licet dicat lex ꝙ tractus futuri tẽporis nõ ſpectat ad iudicem.ff.de vſur.l.1.§.1. illud enim locum habet in vſuris quæ ſunt odioſæ, vel non ſpectat, ita ꝙ ſtatim detur exactio.hic autem prouidebit ſtatuendo, pœnas comminando, vel pœnam malefactoribus imponẽdo, & ſic metus pœnæ erit meta præſumptionis, & clericorum prouiſio.ſ̄.cap.proximo.

Iudex an poſſit prouidere circa ea quę habent tractum de futuro.

ADDITIO. Vide quod dixi in tex.Ioan.And.

g ¶ *Proteſtando expreſſe.*] Not.requiritur expreſſum, vbi nõ ſufficit tacitum.ad idẽ ſ̄.eo.lib.de elect.nullus.& c.indemnitatibus.in princ.& caute facit clericus ſi de hac proteſtatione confici faciat publicam ſcripturam.ad idem ſ̄.de ſimo.ex diligenti.in fi. de cle. excom.mini.propoſuit.& quod not.de offi.delega.cum in iure.

h ¶ *Irrogari.*] In caſu quo non debebat irrogari, habebamus caſum ſ̄.eod.poſtulaſti.

*¶ Glo.ſeq. reci.per obiect. & ſolutionem.*

i ¶ *Iuſtitia.*] Idem ſi ꝯ iuſtitiam, cum clericus non fuerit in culpa. & abſit vt ea quæ propter bonum & licitum facimus, &c. 23. q. 5. dè occidendis. & facit qđ dixi ſ̄.ne cle. vel mon. c.vlt.quod ſimili modo prouidit prælatis temporalem iuriſdictionẽ habentibus. nec obſtat j̄.c.proxi.vt ibi dixi.

ADDITIO. Et in decret. vlti. ne cleri. vel mon.Ioan.And.

† Aliàs, poſſit.

k ¶ *Taliter.*] ſcilicet cũ expreſſa proteſtatione, vt dictum eſt ſupra.

l ¶ *Materia.*] hoc idem dicebatur in prædicto canone. 23. q. 5. vnum ſolum.in fine.

IS qui.] Ponit dictum cuius cauſas ſubdit: ibi, *Cum mandando.*

CASVS. Ego clericus vel ſacerdos concepi odium ꝯ aliquẽ, volens de eo aſſumere vindictam, conueni cũ aliquibus familiaribus meis, vel cum aliis, vt ipſi eũ verberarent, tñ eis expreſſe inhibui, ne eum occiderent, nec membrum aliquod amputarent. Iſti acceptauerunt iſtud mandatum damnatum, & eum taliter verberauerunt, ꝙ mors eſt inde ſecuta vel detruncatio membrorum: vtrum ſim factus irregularis? Videtur ꝙ non: quia illis inhibueram, ne eũ taliter verberarent ꝙ mors poſſet inde ſequi, vel membri mutilatio. Non obſtante iſta ratione dubitandi reſpondetur, ꝙ nihilominus incurro irregularitatem: nam dedi operam rei illicitæ: ideo ſunt mihi omnia imputanda quæ poſſunt ſequi ex illa re illicita: quia debui cogitare ꝙ inde ſequeretur mors vel membri mutilatio: Nam debui cogitare, ꝙ alius ſe defenderet, & ꝙ iſti ſunt animati contra ipſum, & inde eum taliter verberarent, ꝙ ſequeretur mors vel mutilatio mẽbri. Et iſtud verum: quia propter mutilationem membri ſum effectus irregularis, ſi talis fuerit mutilatio, ꝙ inde facta fuerit ſeparatio membri. Nam ſi quis clericus verberet aliquem intantum ꝙ reddat membrum inutile, nõ propter hoc efficitur irregularis, niſi fiat detruncatio alicuius membri. Quid ſi aliquis amputauerit alteri digitum: vtrum ſit irregularis? Iſta quæſtio præſupponit aliam, videlicet vtrum digitus ſit membrum hominis: Vnde dicendum ſecundum doctores, ꝙ digitus non eſt membrum, ſed officium mẽbri.ff.de ſtatu ho.l.non ſunt.§.partus.ideo ſi quis alicui amputat digitum, non propter hoc efficitur irregularis.

† De intellectu vide Antonium Gomezium tom. 3. varia reſolut. c. 3. de homicidio nu. 18. adde Deciũ in c. 1. de offic. deleg & Alexãdrum conſil. 140. lib. 2.

Nota quòd quo ad pœnam irregularitatis paria ſunt aliquem interficere, vel membris mutilare. & ad hoc clem.1.eod.tit. & ibi glo.quæ alleg.concor.

*¶ Prima gloſſa dicit, quid declarat.*

m ¶ *Is qui.*] Determinat notata per Innocentium & Hoſtienſem ſupra eod. titu. ad audientiam. & per Hoſtienſem. eod. titu. Petrus.

ADDITIO. Guil.de hoc tractat in Spec.de lega. §. iuxta.verſ. ſed quæritur quando.ſed non exprimit de illo, qui expreſſe prohibuerat.Ioan.And.

*¶ Glo.ſeq.obiicit.*

n ¶ *Expreſſe.*] Per hoc videbatur non teneri: quia plus eſt expreſſe contradicere, quàm minime conſentire. ſ̄. de bap.& eius effe. maiores.ſed ſi non conſentiens irregularitatem non incurrit. [Facit eod.tit.dilectus.& c.ſignificaſti 2.de cleri.pug.in duel.c.2.] ergo multo minus expreſſe contradicens.Ioan.And.

o ¶ *Mandatarius.*] iſte etiam tenetur, quod dic vt not.ſ̄.de ſentẽ. excom.mulieres.

a ¶ *Culpa.*] iſtud eſt regulare, ꝙ vbi culpa præceſsit, quis tenetur de caſu. quod dic vt plene not. ſ. eo. tit. ſicut dignum. ſicut & quando culpa præcedit, non excuſat metus. ff. quod met. cau. l. ſi mulier. fallit in matrimonio. ſ. de ſpon. veniens 2. [Et per hanc litteram patet decre. locū nō habere in illo qui licite verberari mādabat.]

ADDITIO. Iſta duo, ſcilicet culpa, & mora adſtringūt ad caſus q̃ ſequuntur. C. de cōd. ob tur. cau. l. fin. C. de cōd. fur. l. 2. Io. Mon. hoc patet de commo. c. vnico. de depoſ. c. 2. Io. And.

excedens mutilet vel occidat: Cum mandando in culpa [a] fuerit, & hoc euenire poſſe debuerit cogitare [b].

b ¶ *Cogitare.*] ſ. eo. de cætero. c. continebatur. ff. ad legem Aquil. l. qui occiderit. §. in hac.

# TITVLVS V.

## De vſuris.

DE VSVRIS.

Cōtinuatio domini He-ſtis.

¶ *Dictum fuit ſupra titu. prox. de homicidio: verum quia vſurarius eſt homicida ſuiipſius & animæ ſuæ, vt in c. 1. infra eod. iuncta glo. ideo poſt rubricam præcedentem ponitur rubrica, de vſuris.*

¶ Gregorius decimus in generali concilio Lugdunenſi.

¶ *Primo innouat & obſeruari præcipit Lateranen. concilium contra vſurarios editum vſque ad verſi, Et quia. Ibi præcipit omnibus dominis & vniuerſitatibus terrarum, ne permittant alienigenas in terris ſuis conducere domos ad exercendum fœnus, vel conductas habere: & quòd aliquis eis ad hoc domos non locet, vſque ad verſi. Qui vero. Vbi imponit pœnam clericis contrafacientibus, vſque ad verſi. Cæterum. Vbi imponit pœnam laicis, & hoc facit vſque in finē. Ioan. And.*

V *Surarū voraginē.*] Dicit Frāc. quòd hæc cōſtitutio facta fuit propter Florentinos, Senenſes, Piſtorienſes, Lucanos, Aſtenſes: qui circuibant diuerſas prouincias ad exercendū vſuras immoderatas: & quia per multos prælatos & principes recipiebantur, ideo hic prouiſum. Ioan. And.

CASVS. Statutum fuit in concilio Laterañ. quod habetur in c. quia in omnibus. eo. tit. in antiq. ꝙ vſurarij manifeſti in vita non debent admitti ad communionem, & poſt mortem non debent admitti ad eccleſiaſticam ſepulturam. Item ꝙ rectores eccleſiarū parochialium nō debent admittere oblationes talium vſurariorū manifeſtorum. Vlterius dr̃ ꝙ clerici admittentes vſurarios manifeſtos ad communionem, vel ad eccleſiaſticam ſepulturam, vel recipientes eorum oblationes, ſunt ſuſpenſi ab officio ſuo. Sed vtrum puniantur alia pœna? Reſpondetur ꝙ ſic, ſcilicet pœna maledictionis æternæ: quia peccant mortaliter: Mandat enim Papa illam conſtitutionem concilij Lateranenſis obſeruari ſub interminatione æternæ maledictionis: hoc eſt, ſub pœna peccati mortalis. Et ſic presbyter admittens vſurarium manifeſtum ad communionem altaris, vel ad eccleſiaſticam ſepulturam, vel recipiens eius oblationes, peccat mortaliter. Sed vtrum ſint alia remedia inuenta ad cōpeſcendum iſtud crimen vſurarum? Reſpōdeo ꝙ ſic: nam vt ceſſet iſtud crimen vſurarum, ſtatuit Romanus Pōtifex, vt nulla perſona eccleſiaſtica ſiue ſit collegium vel vniuerſitas, vel etiam perſona particularis admittat vſurarios manifeſtos, nec patiat̃ ꝙ ipſi exerceant vſuras in ſuis locis & terris, ſiue in eis collocent locum ad exercendum vſuras: immo clerici compellēt tales vſurarios infra tres menſes: aliàs incurrunt pœnas hic contentas: nam ſi ſint epi, ſunt ipſo facto ſuſpēſi. Si vero ſint inferiores prælati, incurrunt ſententiam excommunicationis, niſi eos expellant infra tres mēſes à ſuis terris. Si autem illæ terræ pertineant ad collegium vel ad vniuerſitatē eccleſiaſticam, ſunt interdictæ quouſque fuerint expulſi dicti vſurarij. Sed quid de dominis temporalibus, vtrum tēporalis dominus non debeat permittere tales vſurarios manifeſtos, vt ipſi locent domos in ſuis terris? Reſpondet ꝙ illud quod dictum fuit de ſententiis ſuſpenſionis, interdicti, vel excommunicationis habet locum in perſonis eccleſiaſticis: ſed laici nō incurrunt illas pœnas ipſo facto: veruntamen poterunt per ordinarios compelli, vt tales vſurarios à ſuis terris expellant: aliàs poterunt illos excōmunicare. Et excommunicatio reſpectu laicorum non eſt canon latæ ſententiæ, ſed ferendæ, ſecundum communem opinionē: Nā dictio, *Cæterum.* eſt aduerſatiua, quę nō eſſet niſi ſic intelligeretur. [*Alienigenas.*] id eſt, alios non oriundos de terris ſuis. [*Conducere.*] Et ſic non prohibet quin vſurarius poſsit locare domum: dummodo non exerceat vſuras in illis terris: licet alibi per ſuos fautores exerceat. [*Cæterum*] ponit qua pœna puniendi ſunt laici, qui tolerant alienigenas exercere vſuras ſuas in ſua iuriſdictione. [*Ordinarios.*] id eſt, diœceſanos. [*Compeſcantur.*] id eſt moneantur, & excommunicentur, vel etiam ſuſpendantur. c. qui per cenſurā, de verb. ſigni. in antiq. Not. primo ex iſto c. iuncto c. quia in omnibus, alleg. ꝙ recipiens vſurarium manifeſtum ad communionem altaris, peccat mortaliter. Idem eſt dicendum de illo qui vſurariū manifeſtum tradit eccleſiaſticæ ſepulturæ: vel qui oblationes ſuas recepit. vnde illud c. aggrauat pœnam illorum, qui admittunt manifeſtos vſurarios ad communionem altaris vel eccleſiaſticam ſepulturam, vel qui recipiunt eorum oblationem: quia dicit ꝙ peccant mortaliter. Et ſic addit ad c. quia in omnibus. allegatum. Sed qualiter iſtud intelligitur, quòd clerici nō debent recipere tales manifeſtos vſurarios ad cōmunionem? Aliqui exponunt, ad communionem, id eſt, non debent eis tradere corpus Chriſti. Alij dicunt, quòd non debent recipere ad communionem, id eſt, ad auditionem diuinorum ſeruitiorum, ſed eos debent ab eccleſia expellere quando dicuntur diuina officia, ſicut expelluntur excōmunicati. Dicit Panor. ꝙ iſte intellectus eſt verus, & de iure procedit. Sed quæritur qui dicūtur vſurarij manifeſti? Gloſ. dicit ꝙ vſurarius manifeſtus dr̃ ille, qui de illo crimine fuit cōuictus vel confeſſus, & ſic manifeſtum accipitur pro notorio notorietate iuris: quia notorium crimen dr̃, quando quis illud crimen fuit confeſſus indifferenter, vel de illo fuit conuictus. Vel dicendum eſt, ꝙ manifeſtus hic accipitur pro notorio notorietate facti: quia tenet bancam publicam ad vſuram & offert ſe cuilibet volenti recipere pecuniam ſub vſuris. Not. ibi, *aderit.* ꝙ legiſlator debet ſubditis ſuis tollere libertatem delinquēdi. quod eſt ꝯ plures, qui per ſtatuta ſua diminuunt pœnas à iure introductas pro delicto. Vnde talia ſtatuta non debent valere: quia inuitant homines ad delinquendum. Nā quanto minores pœnæ pro delicto imponuntur, tāto homines habent maiorem libertatem delinquendi. Nota principalem effectū huius cap. ꝙ habentes temporalem iuriſdictionem, ſiue ſint clerici, ſiue laici, non debent permittere, ꝙ in terris ſuis alienigenæ locent domos ad exercendum vſuras: immo ſi ſciant tales iam conduxiſſe, debent expellere infra tres mēſes. Quid de indigenis? Reſpondet glo. ꝙ cum iſtud cap. ſit pœnale, non ſe extendit ad indigenas, ſed ſolū ad alienigenas. Rationē diuerſitatis ponit glo. ꝙ indigenæ expellerentur cum maiori ſcandalo: nā eorū parētes ſcādalizarentur. Itē ꝙ alienigenæ non habent talem affectionem ad illos inter quos ſe collocauerunt: ita ꝙ inhumanius conſueuerunt ab eis extorquere pecunias, q̃ indigenæ. Ex hoc tñ non ſequitur quin aliæ pœnæ poſsint exerceri in indigenis: videlicet pœnæ c. quia in omnibus. eo. tit. in antiq. cap. cum tu. & c. præterea. eo. tit.

¶ *Prima glo. diuidit & ſummat.*

## CAP. I.

V Surarum [c] voraginem [d], (quæ animas [e] deuorat, & facultates [f] exhaurit) compeſcere cupientes, conſtitutionem [g] Lateranenſis † concilij contra vſurarios editam ſub diuinæ maledictionis [h] interminatione præcipimus inuiolabiliter obſeruari. Et quia quo [i] minor fœneratoribus aderit fœnerandi commoditas, eo [k] magis adimetur [l] fœnus exercendi libertas: Hac

† Lateranē. concilij ſub Alexādro iij. cap. 25.

c ¶ *Vſurarum voraginem.*] Primo innouat, & obſeruari ꝑcipit Laterañ. cōcilium cōtra vſurarios editum, vſque ad verſ. *Et quia.* Ibi præcipit omnibus dominis & vniuerſitatibus terrarū, ne permittant alienigenas in terris ſuis conducere domos ad exercendū fœnus, vel conductas habere, & quod aliquis eis ad hoc domos nō locet, vſq; ad verſ. *Qui vero.* vbi imponit pœnam clericis ꝯ facientibus, vſque ad verſ. *Cæterum.* vbi imponit pœnam laicis. & hoc facit vſque ad finem.

d ¶ *Voraginem.*] lex dicit vſurarum dulcedinem 1 ff. de his quæ in fraud. credit. l. ait prætor. §. ſi quid in fraudem. verſ. ſi vero.

1 Dulcedo dicit̃ in recipiente, vorago dicitur in ſoluente.

e ¶ *Animas.*] recipientium. & bene deuorat 2 animas ipſorum: quia prohibitæ ſunt vſuræ in nouo & vetere teſtamēto, & iure canonico. 14. q. 3. & 4. per totum. ſ. eod. per totum. & forte hodie iure ciuili ſecundum ea quæ not. ſ. eo. quia in omnibus.

2 Lucanus Hinc vſura vorax, auidūque in tempore fœnus. Io. And.

f ¶ *Facultates.*] ſoluentium. ſ. eo. tit. quanto.

g ¶ *Conſtitutionem.*] ſ. eod. tit. quia in omnibus. quæ prohibet vſurarios manifeſtos ad communionem altaris admitti: præcipit oblationes eorum non recipi: & in morte illis denegat eccleſiaſticā ſepulturam: & clericos contrafacientes punit. & j. de ſepult. eos. in clement.

h ¶ *Maledictionis.*] id eſt, pœnæ æternæ, quæ pro mortali tantū debetur. 24. q. 3. Deus quando.

i ¶ *Quo.*] id eſt, quanto.

k ¶ *Eo.*] id eſt, tanto. ſic ſ. de conſti. cum M. in prin.

l ¶ *Adimetur.*] Nota ꝙ tollenda eſt occaſio delinquendi. ff. de vſufructu,

Occaſio delinquēdi tollenda eſt.

generali conſtitutione ſancimus, vt nec collegium [a], nec alia vniuerſitas, vel ſingularis perſona cuiuſcunque ſit dignitatis, cõditionis, aut ſtatus alienigenas [b] & alios nõ oriundos de terris ipſorum publice fœnebrem pecuniam exercentes, aut exercere volentes, ad hoc domos in terris ſuis conducere, vel conductas habere, aut aliàs habitare permittant: ſed huiuſmodi vſurarios manifeſtos [c] omnes infra tres mẽſes [d], de terris ſuis expellant [e], nunquàm aliquos† tales decætero admiſſuri. Nemo illis ad fœnus [f] exercendum domos locet vel ſub alio titulo [g] quocũque concedat. ¶ Qui vero contra fecerint [h], ſi perſonę fuerint eccleſiaſticæ, Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi [i], ſuſpenſionis: minores [k] vero perſonæ ſingulares, excommunicationis: ſi autem collegium ſeu alia vniuerſitas, interdicti [l] ſentẽtiā ipſo facto ſe nouerint incurſuros. Quam [m] ſi per menſem animo ſuſtinuerint [n] indurato, terræ ipſorum [o] (quandiu [p] in eis iidem vſurarij commorantur) extunc [q] eccleſiaſtico ſubiaceant interdicto. Cæterũ ſi laici fuerint, per ſuos ordinarios ab huiuſmodi exceſſu, omni ceſſante [r] priuilegio, per cenſuram [s] eccleſiaſticam compeſcantur.

¶ Idem †.

¶ *Manifeſtis vſurariis licet mandauerint vſuras reſtitui, eccleſiaſtica ſepultura negabitur, niſi primo ſatisfiat: vel ſecundum formam huius decre. idonee caueatur. Sepelientes eos contra hanc conſtitutionem, Lateran. concilij pœnam incurrunt. Teſtamenta ipſorum aliter facta non valent, nec debet eis aliquis intereſſe, vel eos abſoluere, vel ad confeſſionem admittere. hoc dicit Ioan. And.*

CAP. II.

QVAM-

fructu, l. æquiſsimum & vtilius eſurienti panis tollitur, & c. 5. q. 5. non omnis. ad idem. s. de cohabita. cler. & mulie. c. 1.

ADDITIO. Et s. eod lib. de ſtatu mona. vnico. in fi. 1. reſpon. Io. Mona. alleg. C. de lati. lib. tol. l. 1. §. ſed nec furandi. Archid. alleg. 14. q. 4. nec hoc prætereundum quoque. Ioan. And.

Collegium vnde dicitur.

a ¶ *Collegium.*] dictum à colligendo. & de hoc s. eod. de elec. c. 1. de exceſ. præla. dilecta. ff. quod cuiuſque vniuerſi. l. 1. §. quibus.

¶ *Glo. ſeq. reci. per quæſtionẽ rationis. ſecundo per q. quid ſi ſit ciuis vel incola. tertio quis dicatur oriũdus. in fi. de differẽtia quinque verborum remittit.*

1 Secundum Guliel. & Gar. & dicit Franci. ſe habuiſſe à compoſitoribus huius conſtitutionis apud Lugdunum. Ioã. And.

† Al. alios.

b ¶ *Alienigenas.*] hæc ergo conſtitutio nõ extẽditur ad indigenas 1: & tñ illi ſunt aliàs pœnis vſurariorum puniẽdi. & potuit eſſe ratio: quia maius ſcandalum eſt in alienigena vſuras exercente, quàm in indigena: & minus ſcandalum in expulſione illius quàm iſtius: & magis conſueuerunt vereri inter ſuos exercere fœnus, quàm inter extraneos: & ideo fuit magis prouidendum. & dato ꝙ iſti alienigenæ eſſent ciues vel incolæ, locum habet hæc conſtitutio in eis [ſecundum Guliel. idem Franc. & Ioan. Mona.] Et hoc forte voluit repetitio verbi, & alios nõ oriundos, vt dicamus alienigenas etiam ſi ſint ciues vel incolæ, & alios etiam qui ciues vel incolæ non ſunt. Oriundus autem de ciuitate dr̃ is, qui vel in vico ciuitatis illius ortus eſt. ff. ad municip. l. qui ex vico. vel etiam ſi pater eius inde originem duxit. C. eod. tit. l. aſſumptio. §. filius. & C. lib. 10. de municip. & origi. l. 1. & l. filios. Quæ autem differentia ſit inter ciuem, municipem, accolam, aduenam, & incolam, not. ff. ad munici. l. 1. & C. de inco. l. ciues. lib. 10. [Archi. alleg. ff. de verb. ſigni. pupillus. §. incola. & §. aduena. & C. de la. lib. tol. l. 1. in princ. Ioan. And.

ADDITIO. Oriundus de ciuitate dr̃ qui ibi ortus eſt: vel cuius pater inde originem duxit. Non ſic in auo: aliàs inquirendus eſſet ager Damaſcenus vbi natus eſt Adam, vt not. in prealleg. §. filius. & in prealleg. l. filios. & vide s. eod. lib. de ſepul. is qui. ſuper glo. 2. Ioan. And.

¶ *Glo. ſeq. reci. per quæſtio. qui ſint manifeſti.*

c ¶ *Manifeſtos.*] manifeſti dicũtur illi de quibus notorium eſt de iure, vt quia confeſſi vel condemnati; vel de facto: vel quia habent operis euidentiam, quæ nulla tergiuerſatione poſſet celari, vt quia tenet altare ſuum paratum. poterit autem eṗs eos publicare ſi conuicti fuerint, vel confeſſi coram ipſo: vel ſi ꝯ eos fiat probatio teſtium: vel ſint certa argumenta cum fama. s. eod. cum tu. & cap. cũ in diœceſi.

ADDITIO. Et hoc dicit Archid. ſufficere quo ad conſtitutionẽ iſtam per eadem iura. dat ſimile in hæreticis. de hære. excõicamus. §. 1. & in adulterio. s. de adult. maritis. Ioan. And.

d ¶ *Tres menſes.*] ergo tempus duorum menſium quo tẽpore publicationis regulariter ligat conſtitutio. de hoc. s. de poſtu. cap. 1. interdum augetur, interdum diminuitur, vt hic, & s. eod. lib. de præben. cum ſingula. de hoc. j. in fi. lib. ſuper data.

¶ *Glo. ſeq. dat tria ſimilia, reliquum per quæſtionem.*

e ¶ *Expellant.*] ſic doctor monachũ audientem leges vel phyſicã de ſcholis ſuis expellere debet. s. eo. ne cle. vel mona. c. 1. in fi. ſic & lenones debent de ciuitatibus expelli. in Authen. de lenonibus. §. ſancimus igitur. colla. 2. & leproſi. de cõiugio lepro. c. 1. & propter ſimplicem alicuius denuntiationem non debet dñs terræ eum qui dr̃ eſſe talis, expellere: ſed tunc debet inquirere: & ſi verum eſſe repererit, expellere. s. de offi. ordi. cap. 1. ff. de offi. præſ. l. præſes. prouideat autem in his conſcientiæ ſuæ. ſi. s. de hære. cap. vlt.

ADDITIO. Dicit Clericus Piſanus ꝙ permitti poſſet bannum, ꝙ omnes fœneratores alienigenæ infra certam diem exirent terram ſub certa pœna. alleg. de clandeſt. deſpon. cum inhibitio. qui ma. ac. poſ. qui in tua. Ioan. And.

f ¶ *Ad fœnus.*] quid ergo ſi aliquis locauit domum alicui vſurario quem vſurarium ignorabat: vel non locauit ad exercendũ fœnus? Dic quòd probabilis ignorantia illum excuſabit. ff. loca. ſi quis ignorans. s. de ſent. excom. ſi vero 2. & c. in audientia. in dubio tamen præſumitur ad hoc conducere, ſi conſueuerunt vſuras exercere 2. ff. de accuſa. l. ſi cui. quia ſemel malus, & c. j. de reg. iur. ſemel. & ex quo ſcit, debet eum repellere. s. de loca. propter. quia perueſe conuerſantur in ea, vt ibi, &c.

2 Sentit glo ſecundũ Phi lip. ſi ſciẽter locet vſurario, non poterit eum expellere. idẽ ſi meretricibus. vide nota. in l non aliter. ff de vſu & habita. tamen expellent vicini inhoneſtas iſtas perſonas. Pau. in l. nullus. C. de ſũ tri. Sali. Bal. l. milites. C. loca. Font.

¶ *Glo. ſe. exemplificat, prorogat. in q. ar. negatiue, & ponit opi. Gul.*

g ¶ *Titulo.*] puta pignoris, commodati, depoſiti, precarij, & huiuſmodi: & idem ſi ſine vllo titulo illum ibi ſineret eſſe. 45. diſt. recedite. ſed ſi vendit, donat, vel permutat, non videtur habere locum hæc conſtitutio per verbum, cõcedat: quod ſolus vſus conceſſionem, non dominij trãslationem notare videtur 3. Sed Gul. dixit idem ſi manifeſte apparet, ꝙ ad exercendum fœnus vult accipere: quia præſumitur etiã in fraudem agi. s. de pigno. illo. & de empt. & vend. ad noſtram. nam verbum concedô, eſt generale: & accipitur ſecundum naturam contractus cui adiicitur. arg. ff. loca. l. ſi vno. & hi etam ſunt tituli ff. & pro emptore. & pro donato.

† Aliàs ita: Idem in eodem.

3 Ad idem relatiuum alio, niſi dicas quodam pliat per illud, quocunque, facit qđ not. s. co. lib. de reli. do. c. vnico. ſuper verb. cæterorũ. Ioan. And.

ADDITIO. Hoc quod tenet Gul. placet Archid. qui dicit quòd idem tenuit Io. de Gerſona magiſter ſuus. Ioan. And.

h ¶ *Contrafecerint.*] ſcilicet talibus locando, vel permittendo habere domos conductas, vel non expellendo infra tres menſes. nec obſtat verbum, contrafecerint. quia & qui non facit, facere videtur. ff. de reg. iur. qui non facit.

ADDITIO. Concor. s. eod. lib. de hæret. vt inquiſitionis. §. vlti. in princ. Ioan. And.

i ¶ *Epiſcopi.*] niſi fuiſſent expreſſi, non incurrerent hãc pœnam. j. de ſen. excom. quia periculoſum.

k ¶ *Minores vero perſonæ.*] repete eccleſiaſticæ.

Excommunicatio non fertur in collegium.

l ¶ *Interdicti.*] in vniuerſitatem enim vel collegium non fertur excommunicationis ſententia, ne contingat innoxios irretiri. j. de ſent. excom. Romana, §. vniuerſitatem.

m ¶ *Quam.*] intellexit Gul. ſententiam excommunicationis, ſuſpẽſionis, & interdicti.

n ¶ *Suſtinuerint.*] ſcilicet prælati, ſingulares perſonæ, collegium, ſeu vniuerſitas.

o ¶ *Ipſorum.*] ſcilicet prælatorum, clericorũ, collegiorum, ſeu vniuerſitatũ & dic, id eſt ipſorũ iuriſdictioni ſubiectæ: & ſic punitur alter pro alterius delicto. qđ dic vt 1. q. 4. in ſum. 24. q. 4. in ſumma.

ADDITIO. Quod hic not. Gar. & Io. Mona. Ioan. And.

p ¶ *Quamdiu.*] illis ergo recedentibus ceſſabit interdictum. 81. diſt. ſi qui. de hoc s. de ma. contra. c. vlti. s. de ſpon. non eſt.

q ¶ *Extunc.*] extremum tempus menſis deſignat. ff. de cond. & demon. l. ſi is. §. ſi ita. Ioan. And.

r ¶ *Ceſſante.*] ſic s. de hæreti. ad abolendam. in fi. C. vbi de crimi. agi opor. Authen. qua in prouincia. reatus enim omnem honorem excludit. C. vbi ſena. vel cla. l. 1. de priuileg. c. 1.

ſ ¶ *Cenſuram.*] s. de verb. ſig. querenti. ſed quia à capite edenda eſt ratio. ff. de eden. l. argentarius. §. 1. & quia pati debet quis legẽ quam ipſe tulerit. ff. quod quiſque iuris. l. 1. s. de conſti. cum omnes. hanc conſtitutionem primo debebat in ſua curia facere obſeruari. decet enim eum ſecundũ leges 4 viuere. C. de legi. digna vox.

4 Vide Burchardum li. 15. decretorum c. 42. & B. Thomam 1. 2. q. 95. art. 5.

ADDITIO. Secundũ Gul. qui alle. quod de Chriſto legitur, ꝙ legem quam dederat, carnaliter impleuit. 15. q. 1. c. ideo. §. ſi ergo. circa medium: ſubdit ꝙ ſæpe ſubditi conqueruntur ꝙ alligantur eis onera importabilia, quæ imponentes digito ſuo tangere nolũt. 26. q. 7. alligat. Ioan. And.

Q*Vamquam.*] Tres partes ſecundũ Gar. & Ioan. Mona. primo prouidet quando ſint ſepeliendi vſurarij manifeſti. ſecun-

do:ibi, *Omnes*. punit facientes contrarium. Tertia: ibi, *Nullus*. ponit duas prohibitiones, & irritat teſtamenta.

ADDITIO. Ei dicit Boati. ꝙ præcedens reſpicit alienigenas: iſta vero omnes. Dic ſecundum Fran. ꝙ decre. præcedens prouidit ne exigantur vſuræ: iſta prouidet vt exactæ reſtituantur. Et ſubdit ꝙ hæc conſtitutio, vt theſaurus eſt obſeruanda, per quam ad reſtitutionem vſurarũ indirecte vſurarij compelluntur. & repete qđ dixi ſ̃. eod. lib. de foro compe. Romana. §. contrahentes, in prin. Ioan. And.

† Supple, cũ effectu: ideo ſit cautus, dicunt Io. An. Do. aduocatus ne in iſto caſu ſimpliciter formet articulũ, qđ mutuauit ad vſuras: quia in mutuantibus tantũ, niſi probentur recepiſſe, tex. non loquitur. faciunt nota. in ſimili. ſ̃. ti. proxi. c. 1. & promiſſio de dando non cõcludit dationem. 1. q. 3. eos. Fonta.

quam [a] vſurarij manifeſti [b] de vſuris, quas receperant † ſatiſfieri [c] expreſſa quantitate vel indiſtincte [d] in vltima voluntate mandauerint [e]: nihilominus tamen eis eccleſiaſtica ſepultura denegetur [f], donec de vſuris ipſis fuerit (prout patiuntur facultates [g] eorum) plenarie ſatisfactum: vel illis quibus [h] facienda eſt reſtitutio: ſi præſto [i] ſint ipſi, aut aliis qui eis poſſint acquirere [k], vel eis abſentibus loci ordina-

¶ Pro intellectu iſtius cap. eſt præſupponendum quod habetur in cap. præterea. & in ca. quia in omnibus. eod. tit. in antiq. videlicet ꝙ vſurarius manifeſtus non debet tradi eccleſiaſticæ ſepulturæ: ſecus ſi vſuras reſtituerit, vel reſtitui mandauerit in teſtamento.

CASVS. Titius vſurarius manifeſtus veniens ad mortem, in teſtamẽto ſuo ante mortem præcepit hæredibus ſuis, vt ipſi reſtituerent vſuras illis perſonis, à quibus eas acceperat: deinde mortuus eſt: eo mortuo hæredes ſui voluerunt eum tradere ſeu tradi facere eccleſiaſticæ ſepulturæ: dicebant creditores vſurarij, à quibus ipſe Titius acceperat vſuras, ꝙ erat ſibi deneganda eccleſiaſtica ſepultura, donec & quouſque ipſi hæredes reſtituiſſent vſuras, quas Titius defunctus acceperat, dubitatur quid iuris ſit: Vnde conſultus Papa rñdet, ꝙ ipſe defunctus nõ debet ſepeliri neque tradi eccleſiaſticæ ſepulturæ, donec ſui hæredes tradant & reſtituant vſuras illis perſonis, á quibus fuerunt extortæ: vel præſtent cautionem cũ fideiuſſorib⁹ vel pignoribus: & ſic reddãt creditores certos de pecuniis recuperandis & habendis. Sed quibus præſtabitur iſta idonea cautio? Rñdet ꝙ illis à quibus fuerunt extortæ vſuræ, ſi ſint præſentes. Sed quid ſi ſint abſentes? Reſpõdet ꝙ tũc præſtabitur iſta cautio epo vel eius vicario: vel rectori eccleſiæ parochialis, qui ſtipulabitur pro abſente de vſuris reſtituendis: ita ꝙ abſenti acquiretur actio ac ſi ipſe præſens ſtipulatus fuiſſet vſuras ſibi tradi. Sed vellem informari, quam ſummam debebit continere iſta cautio? Reſpondet Romanus Pontifex cum diſtinctione: Aut certum eſt quantum à quolibet eſt receptum pro vſuris: & tunc illud debebit continere iſta idonea cautio. puta promitto reſtituere tali decem ſcuta, quæ talis pro quo fideiubeo accepit pro vſuris: & tali quinque ſcuta: & ſic de cæteris. Aut non eſt certum quantũ à quolibet fuit receptum pro vſuris: tũc cautio iſta debet continere ſummam ad arbitrium epi vel vicarij, vel rectoris eccleſiæ parochialis: & debet ſcribi quot annis ipſe exercuit vſuras & quantum ſingulis annis potuit accipere pro vſuris. Saluo, quòd ſi appareat plus vel minus receptum fuiſſe pro vſuris, illud plus vel minus reſtituetur. Poſtea ſtatuit, ꝙ nullus vſurarius poſsit teſtari: nec aliquis interſit eorum teſtamentis, niſi facta fuerit ſatisfactio vſurarum, vt dictũ eſt. [*Seruo publico.*] id eſt, notario. [*Arbitrio.*] ſi male arbitrentur dictæ perſonæ, tunc tenentur de malo arbitrio: & Male arbitrantes de ſuo reſtituere tenentur. [*Subiacere.*] non intelligitur ꝙ ſi religioſi admittant vſurarium ad eccleſiaſticam ſepulturam, ꝙ ipſi ſunt priuati communione altaris: ſed ipſi incurrunt pœnas ſuſpenſionis & excõmunicationis editas per cap. quia in õnibus. eo tit. in antiq. vt iſtud cap. addat ad illud c. quia in omnibus. videlicet, ꝙ ſi vſurarius ordinauerit vſuras reſtitui, non debet ſepeliri, niſi prius præſtita cautione cum fideiuſſoribus vel pignoribus. [*Nullus interſit.*] in teſtamento vſurariorum. Not. primo, ꝙ hęc decre. non habet locum niſi in manifeſtis vſurariis. Not. ſecundo ꝙ indiſtincta dr̃ diſpoſitio, quæ fit in genere, non expreſſa certa ſpecie. ad hoc de reg. iur. cap. 1. eod. lib. Dominicus.

¶ *Prima glo. ſummat.*

a ¶ *Quamquam.*] Manifeſtis vſurariis licet mãdauerint vſuras reſtitui, eccleſiaſtica ſepultura negabitur, niſi primo ſatisfiat: vel ſecundum formã huius decre. idonee caueatur. Sepelientes eos cõtra hanc conſtitutionem, Laterañ. concilij pœnam incurrunt. Teſtamẽta ipſorũ aliter facta nõ valẽt, nec debet eis aliquis intereſſe vel eos abſoluere, vel ad cõfeſſionem admittere. hoc dicit. Io. An.

¶ *Glo. ſecunda de q. remittit, & ſoluit.*

b ¶ *Manifeſti*] qui dicantur vſurarij manifeſti, dixi ſ̃. c. proxi. Tamen quo ad caſum noſtrum ſatis poſſet etiam dici manifeſtus, ſi coram ſacerdote 1 & teſtibus publice fatetur 2 ſe vſurarium, & vſuras reſtitui mandat: forte libros rationũ tradens ſecundũ Guli. [ad quos edendos, cum de vſuris agitur, hodie cogi poteſt per clem. ex graui. eod. tit. §. cæterum. vide quod dicã. j. ſuper glo. antepen. Ioan. And.]

1 Idem ſi corã notario. Phil. Fonta.

2 Quia aliud ſi clandeſtine. Philip. Font.

ADDITIO. Vſurarius poteſt dici manifeſtus, ſi fatetur ſe vſurarium publice corã teſtibus & ſacerdote, qui eſt iudex illius, quo ad reſpiciendum forum animæ. de pœn. diſt. 1. quẽ pœnitet. vltra medium. verſic. quare qui. & diſtin. 6. cap. 1. vltra medium. verſi. caueant. 11. quæſtio. 3. abſit.

c ¶ *Satisfieri.*] debet autẽ ſatisfieri ei à quo pecunia eſt extorta, vel eius hæredi; illis non extantibus. [vel non petentibus, vel non curantibus] pauperibus erogabitur. ſ̃. eod. cum tu. & c. Michael. dicit tñ Guil. ꝙ hoc caſu debet publice proponi edictum in locis à quorum incolis ſunt extortæ, quòd omnes à quibus extortæ ſunt, veniant: & ſi aliqui appareant, quibus fides eſt adhibenda, potius reſtituetur illis, quàm pauperib⁹ erogetur. ad hoc facit de homicid. ſicut dignum. §. eos.

d ¶ *Indiſtincte.*] id eſt non expreſſa aliqua quantitate: quia mandauit in genere reſtitui quæcunque extorſerat per vſurariam prauitatem.

¶ *Glo. ſeq. primo ponit quid dedit cauſam conſtitutioni: ſecundo de vſurario non mandante notat duo.*

e ¶ *Mandauerint.*] dicebat Laterañ. concilium. ſ̃. eod. c. 3. ꝙ vſurarij ſi in hoc peccato decedebãt, non admittebantur ad eccleſiaſticam ſepulturam: ex quo autem mandauerant de reſtituendo, non decedebant in illo peccato: & ſic non habebat locum pœna conſtitutionis. huic ergo eluſioni 3 prouidit hic Gregorius. Et ſcire debes, ꝙ dato ꝙ vſurarius de reſtituendo non mandet: hæres nihilominus reſtituere tenetur ſ̃. eod. tua nos. vbi de hoc: etiã ſi ad hæredem de vſuris nihil peruenerit: tenetur tamen inquantum ſe extendũt vires hæreditatis. quod dic vt 12. q. 2. eps qui filios. ſ̃. de ſepul. c. vlti. ſi autem vſurarius reſtitui non mandet, licet hæres paratus ſit reſtituere: denegabitur illi ſepultura, cum in peccato deceſſerit: niſi aliàs de mortui contritione appareret. 26. q. 6. qui recedunt. ſ̃. de ſent. excom. à nobis 2.

3 Dicebat hic Gul. ꝙ iſti fœneratores de Tuſcia dicebãt, quod ſolum vltimus de genere damnabitur. ex quo omnes pdeceſſores mandauerãt vſuras reſtitui. Io. And.

ADDITIO. Hæres vſurarij tenetur ſecũdum vires hæreditatis & non vltra: ſi fecit inuentarium. C. de iure delibe. ſcimus. & in Authen. de hære. & fal. §. hinc nobis. ſecundum Guli.

¶ *Glo. ſeq. notat, inducẽs duo iura: ſecundũ duplic. obiicit & ſol.*

f ¶ *Denegetur.*] eſt ergo hic opus facto, ſcilicet reſtitutione vſurarũ in cautione. nec ſatis eſt hic bene velle. 86. diſti. non ſatis. quia & verba ſunt cum effectu intelligenda. ſ̃. de cle. non reſi. relatum. Sed nonne quia mãdat, ſoluere videtur. ff. de ſolu. l. qui mandat. ergo mandatum hoc ſufficere deberet? ſed illud locum habet facta ſolutione per mandatarium: qui enim per alium facit, per ſe facere vr̃. j. de reg. iur. qui per alium. ſed videtur ꝙ ex quo iſte [de quo loquitur tex. qui ſcilicet mandauit vſuras reſtitui] peccatũ confeſſus eſt: & ſic diuino iudicio iam relictus, ſepultura priuandus non ſit. 50. diſt. ponderet. ibi, peccator in quacunque die, &c. ſed imponitur hęc pœna, nõ ꝙ de ſalute ipſius deſperetur propter hoc: quia ſepultura nec prodeſt 4 nec nocet quo ad Deum. ſ̃. de ſepul. ſacris. & eſt ſim. ſ̃. de rap. ſuper. eo.

4 Similis glo. in c. felicis. de torneament. & in cap. ſuper eo. de raptor. intellige tamen eam ꝓut docet B. Auguſtinus in libro de cura ꝓ mortuis gerẽda, & B. Thomas lib. 4. ſent. diſt. 45. q. 2. art. 3. q 3.

¶ *Glo. ſeq. declarat text. ſecũdo quærit, opinionẽ ponit, & ſoluit.*

g ¶ *Facultates.*] paupertas igitur excuſat. quod verum eſt, ſi ſit nota. ſ̃. eo. cum tu. vnde ſi nihil poteſt reſtituere, nihil reſtituat: ſi partem, illam reſtituat. Et totam, non habita ratione ne egeat, vt no. eod. tit. cum tu. in glo. antepen. & ibi dixi qui concordant illi glo. quod hic Archid.] Vnde prius deducentur vſuræ tamquam æs alienum, quàm ſoluantur legata: & alia quæ relicta ſunt titulo lucratiuo. intelligitur enim hæreditas ære alieno deducto. C. de leg. l. ſi vniuerſæ. Quæri ſolet an hæres vſurarij, quando hæreditas nõ ſufficit ſatisfacere debeat primo venientibus? Dixit hic Gul. 5 ꝙ non: immo fiet eis & aliis ſatisfactio pro rata vnumquenque contingente. argu. ſ̃. de teſta. relatum. 2. in fi. ff. de pact. l. ſi plures. ſatis videretur hoc caſu haberi debere conſiderationem temporis, vt ille qui prius ſoluit vſuras, recipiat quod ſuum eſt integraliter: & ſic de ſingulis ſecundum regulam. j. de reg. iur. qui prior. cum iſtorum par ſit cauſa, vt ibi dixi. & in hypotheca hoc conſideramus. C. qui pot. in pig. ha. l. ſi fundus. ſed videntur eſſe bona vſurarij hypothecata. ſ̃. eod. cum tu. [Et not. ſ̃. eod. tua. in prima glo. Io. And.]

5 Idem Clericus Piſanus, & Archidia.

h ¶ *Vel illis quibus.*] tolle hic litteram, quæ eſt j. bene per 12. lineas: ibi idonee de reſtitutione facienda ſit cautum illis, quibus, &c. vſque de ipſa parochia. poſtea accipe quod eſt infra, aut ſeruo publico de ipſius ordinarij mandato, deinde redeas, ſupra quibus quidem. &c.

i ¶ *Si præſto.*] id eſt præſentes.

¶ *Gloſſa ſequens primo exemplificat: ſecundo quærit. argu. pro & contra. & ſol. diſtinguendo.*

k ¶ *Poßint acquirere.*] vt ſerui proprij filij in poteſtate patris, ſerui in quibus habemus vſum fructũ, ſerui alieni bona fide poſſeſſi, & liberi homines, quos bona fide poſsidemus vt ſeruus. Inſti. per quas perſo. nobis acqui. per. totum. ff. de acq. rerum do. l. acquiritur. Sed nunquid procurator domino abſente hanc perſonalẽ obligationẽ acquiret? Et videtur ꝙ ſic. quia procurator qđ ex re domini acquirit, domino acquirit. ff. de procu. l. procurator. In contra-

rium

rium videtur. Si enim procurator pro pecunia domini quam mutuat, fideiuſores recipit, domino non acquiret perſonalem contra fideiuſſorem: niſi dominus ſit priuilegiata perſona. ff. ſi cer. pe. l. pecunia. Item ſi procurator ſtipulatur de euictione non acquirit. ff. de acq. poſ. l. poſſeſsio quoque. §. & ſi poſſeſsio. Dixit Gar. 1 ſic diſtinguendū: aut procurator ſtipulatur in iudiciis, aut in contractibus: Si in iudiciis, ſemper acquirit dño abſenti vtilem. ff. de procur. l. ſi procurator: Si in cõtractibus: aut præſente domino, aut abſente: Si præſente, acquirit vtilem. ff. de ver. obli. procuratori præſenti. Si abſenti aut ex re domini, vt quia ſtipulatur penſionem domus domini, & tunc acquirit domino vtilem. ff. de procur. l. quod procurator. Si autem extra rem domini, aut dominus eſt perſona priuilegiata, vt miles, pupillus, vel adultus, & tunc acquirit vtilem. ff. ſi cert. pet. l. ſi pecuniam. Aut nó eſt dominus perſona priuilegiata: & tunc domino nil acquirit, ſed tenetur per actionem mandati cedere actionem. ff. de acqui. poſſeſ. l. poſſeſsio quoque. §. & ſi poſſeſsio. Et dicitur procurator tunc ex re domini ſtipulari, quando acceſſoria prouenientia ex re dñi ſtipulatur, vt penſionem domus, fructus, & ſimilia. Etra rē, quando ſtipulatur ipſam rem, vel aliquid extraneum non proueniens ex re. in hoc ergo caſu ſecundum eum cum ſtipuletur rem ipſam principalem dño debitam ſcilicet vſuras: quæ licet ſint acceſſoriæ quo ad recipientem, quo ad ſoluentem & poſtea repetentem ſunt ipſa res principalis, quæ ſunt ipſa res debita repetenti: procurator non acquiret dño, per d. l. poſſeſsio quoque. §. fin.

1 Et poſt eū Ioan. Mona. Guliel. remittit ad not. in prędi. l. q̓ procurator. ff. de ꝓcura. & in Specul. de ꝓcura. §. vt autem. verſ. & nota quod large. I. And.

rio [a], aut eius vices gerēti, ſiue rectori parochiæ [b], in qua teſtator habitat corā aliquibus fide dignis de ipſa parochia [c]) quibus quidē [d] ordinario, vicario, & rectori prædicto modo, cautionem huiuſmodi eorum nomine liceat præſentis conſtitutionis auctoritate recipere: Ita quòd illis [e] perinde [f] actio acquiratur) aut ſeruo [g] publico de ipſius ordinarij mandato [h] idonee [i] de reſtitutione facienda ſit cautum. Cæterum ſi receptarum vſurarum ſit quantitas manifeſta, illam [k] ſemper in cautione prædicta exprimi volumus: alioquin [l] aliā recipiētis cautionem huiuſmodi arbitrio moderandā: ipſe tamē ſcienter nõ minorē, q̃ veriſimiliter creditur, moderetur: & ſi ſecus fecerit, ad ſatisfactionē reſidui teneatur [m]. ¶ Omnes autē religioſos, & alios, q manifeſtos vſurarios cõtra p̃ſentis ſanctiõis formā ad eccleſiaſticā auſi fuerint admittere ſepulturā, pœnę [n] Laterañ. concilij contra vſurarios promulgatæ ſtatuimus ſubiacere [o]. ¶ Nullus manifeſtorū vſurariorū teſtamētis interſit, aut eos ad cõfeſſionē admittat, ſiue ipſos abſoluat [p]: niſi de vſuris ſatisfecerint, vel de ſatisfaciendo † pro ſuarū viribus facultatū præſtēt (vt præmittitur) idoneam cautionem. ¶ Teſtamen-

† Aliàs, ſatiſfactione.

ADDITIO. In fructibus de quibus loquitur hæc glo. quin procurator poſsit illos ſtipulari dño, non dubitatur. Sed de penſione quæ non germinat, ſed ex ɔ̃ctu debetur, communiter legiſtæ contra: niſi in ſubſidium. alleg. ff. de inſti. l. 1. & de exer. l. 1. §. ſed ex contrario. & idem Franc. Accurſius in l. Iulianus aliàs, inter eum. §. ſi procurator. ff. de act. emp. ſimile quod ſcripſi de deci. paſtoralis. ſuper 1. glo. Ioan. And.

¶ *Glo ſeq ſoluit duo dubia: ſcilicet de quo loco, & quo ordinario.*

Ordinarius quis dicatur.

a ¶ *Loci ordinario.*] intelligas de loco in quo degit vſurarius. Et p̱ ordinarium intelligas epm de iure: licet idem in Decano, archipresbytero vel abbate: quia aliàs de conſuetudine iuriſdictionem haberet in ſpiritualibus, ſecundū Guli. & vide quod ſcripſi de teſta. cap. Ioannes. ſuper ver. diœceſanum. Et non eſt mirum ſi per ordinarium vel eius vicarium actio acquiratur, cum etiam ſi ipſe det aliquem qui recipiat cautionem, vtilis actio acquiratur per illum. ff. rem pupil. ſal. fo. l. 3.

¶ *Glo ſeq. alleg. concor. reddit rationem, & prorogat.*

Rector parochialis dicitur publica perſona.

b ¶ *Parochiæ.*] ſic ſ̃. de conuer. coniu. dudum. Eſt enim illa publica perſona. 1. diſt. ius publicum. & quod dicit de rectore parochiæ in qua teſtator habitat, intelligas idem multo fortius de rectore parochiæ illius, cui facienda eſt reſtitutio: ei enim acquirit, cum qua ſi iudex & miniſter ſuus ſit, ſecundum Gar. [Io. Mona. & Archi.] ff. de in ius voc. l. eum pro quo.

c ¶ *Parochia.*] quia magis creditur indigenis notis, quàm extraneis ignotis. in Authē. colla. 6. ff. de teſti. §. ſi vero ignoti. ſ̃. de elec. poſtquam. & erunt ſaltem duo. ĩ. de reg. iur. pluralis. vt per eos ſi opus fuerit, cautio probari poſsit.

ADDIIO. Dicit Archid. q̓ ſint de parochia, non putat de ſubſtantia, ſed de bene eſſe: vnde ſufficiet q̓ ſint idonei: allegat ad hoc 4. q. 3. c. ſi teſtes. §. ad fidem. 3. q. 9. cap. teſtes. §. ſi debitum. & quod not. 3. q. 5. canonica. in 1. glo. Ioan. And.

d ¶ *Quibus quidem.*] Interpoſitio eſt, quæ circa tabellionem non ponitur. quia de illo non dubitabatur.

e ¶ *Illis.*] à quibus ſcilicet vſuræ fuerunt extortæ, vel eorum hæredibus, vel ſucceſſoribus.

f ¶ *Perinde.*] id eſt, ex tali ſtipulatione: aliàs perinde, ſcilicet ac ſi ipſi idem ſtipularentur.

Tabellio dicitur ſeruus publicus.

g ¶ *Seruo publico.*] id eſt, tabellioni, ſic dicto, quia publicum exercet officium, non q̓ ſit ſeruus. C. de tab. l. generali. lib. 10.

ADDITIO. Concor. ff. de adop. non aliter. & ff. de mag. con. l. 1. §. pen. cum concor. Ioan. And.

h ¶ *Mandato.*] Ergo tabellio hoc caſu non acquirit actionem extraneo ex ſua ſtipulatione, niſi eam faciat de ordinarij mandato. & idem videtur dicere antiqua lex. ff. rem. pup. ſal. fo. l. 2. ibi, profecto dicemus ſeruum publicum apud prætorem ſtipulari debere.

¶ *Gl. ſe. primo ſoluit duo dubia, quæ cautio ſit idonea, & quid ſi idoneā dāre non poteſt: ſecundo ſoluit: tertio ſoluit alia duo dubia.*

i ¶ *Idonee.*] Nomine idonee, pignora vel fideiuſſores intellige. ff. māda. ſi mandato Titij. §. fin. aliàs verbum, cautionis nudam promiſſionem deſignat. C. de verb. ſign. ſancimus. ſi autem pignora vel fideiuſſores dare non poteſt, iuret ſe pignora vel fideiuſſores dare nõ poſſe, & ſe facturū quod cauet. C. de epiſco. & cler. in Authen. generaliter. ſupra de dona. inter virum & vxo. per veſtras. inſti. de ſatiſda. §. ſed hodie. infra de ſen. excom. c. vlti. §. illis etiam. hoc maxime quādo ſic eſt veriſimile eum ſcilicet aliam dare non poſſe. Sed cum ſoluentes vſuras habeant actionem ad repetendum: quare ſic ſollicitus fuit hic Papa prouidere illis per cautionis remedia? Sol. ideo vt haberent plura auxilia. ff. de libe. leg. l. 3. Item quia magis ſunt ſecuri per fideiuſſores vel pignora. ff. qui ſatiſd. cogan. l. 1. & ſit hoc non tantum in fauorem illorum, quantum in odium vſurariorum. Et ſcire debes, q̓ ſi recepta huiuſmodi cautione nomine eorum quorum intereſt, vſurarius manifeſtus vſuras repetit, non audietur. ſ̃. eod. quia fruſtra. Et poſſet in animarum fauorem epiſcopus iſtas vſuras recipere, & ſoluere illis à quibus iſte petitor extorſerat. [Alleg. Ioan. Monac. ff. de nego. geſt. ſi liber homo. in fin. de pigno. act. l. ſolutum. §. ſolutam.] Et idem ſecundum Gul. & Gar. 2 ſi non eſſet manifeſtus, & hoc probare poſſet petitorem, ſcilicet vſurarium. ſi autem iſte vſurarius qui ſic ſatiſdedit, conualuit: tenebitur ex ſatisdatione ſecundū eos: quia & ſi nõ ſatiſdediſſet, tenebatur. ſ̃. eod. cum tu. & ſi petitor eſſet notorius vſurarius, etiam ſi hæres non exciperet, dixerunt prædicti doctores q̓ ex officio ſuo iudex eum repellet. ſupra de excep. exceptionem. ff. de poſtu. l. quos prohibet. ſecus ſi notorius vel manifeſtus non eſſet.

2 Idem Bernar. eo. tit. quia fruſtra. ad finem. 2. gl. Ioan. An.

k ¶ *Illam.*] ſcilicet quantitatem manifeſtam.

¶ *Glo. ſeq. exponit, quærit, & ſoluit.*

l ¶ *Alioquin.*] id eſt, ſi quātitas manifeſta non apparet. & repete, exprimi volumus aliā. Sed quomodo fiet expreſsio & moderatio de qua loquitur iſte verſiculus. Reſpondeo conſiderabit iudex quāto tempore ille vſuras exercuit, & quantum nūc habet in bonis, & quantū habebat tempore quo fœnerare incepit: & ſuper hoc cõſiderabitur fama viciniæ, & an alias mercationes exercuerit, & an in eis fortuna ei proſpere ceſſerit, & an fuerit improbus exactor, an curialis fœnerator. hæ & ſimiles circunſtantiæ ſunt circa hoc conſiderandæ: & ſecundum eas magis vel minus arbitrandū. C. de bonis quæ libe. cum oportet. §. 1. 22. q. 5. hoc videtur.

m ¶ *Teneatur.*] propter ſui malitiam parti læſæ reſarcire tenetur. C. ſi tu. vel cu. inter. l. etiam. & facit litem ſuam. ſ̃. eod. lib. de re iudi. cum æterni. inſti. de obli. quæ ex quaſi delic. in prin. Et ſi nullam quantitatem moderatur, tunc tenetur in totum: nam & reſidui cõmemoratio totum admittit. C. de hære. inſti. l. 2. ff. de ver. ſig. l. cæterorum. caute ergo faciet ſi in cautione certā veriſimilem exprimit quantitatem: & adiicit quòd etiam vltra illlud ſatisfiet, inquantum conſtabit eum vſurarum ratione teneri.

Vſurarij quā diu non reſtituūt vſuras, non debent ab aliquibus peccatis abſolui.

ADDITIO. Idem conſuluit Guli. Cleri. & Archi.

n ¶ *Pœnæ.*] ſupple ſtatutæ in Lateranenſi conſilio edito ſupple contra vſurarios: hoc dico, quia hic non habet locum pœna contra vſurarios ſtatuta, ſed habet locum pœna ſtatuta in recipientes eos ad oblationes & eccleſiaſticam ſepulturam.

o ¶ *Subiacere.*] hodie ſunt excommunicati ipſo facto, non obſtantibus exceptionibus vel priuilegiis. per cle. de ſepul eos qui.

p ¶ *Abſoluat.*] etiā ab aliis peccatis. 24. q. 2. legatur. quod patet: quia nec ad confeſsionem debēt admitti, vt ſ̃. dixi. Nec dimittitur peccatum, & c. ĩ. de reg. iur. peccatum. caueant ergo religioſi qui interdum de præda plus quàm de anima ſolliciti ſunt.

¶ *Gloſſa ſequens exponit litteram: ſecundo quærit. arg. pro: & ſoluit contrarium. tertio ſoluit obiectionem: quarto quærit: ponit opi. ſed aliter ſoluit.*

a ¶ *Aliter*

a ¶ *Aliter facta.*] ſcilicet non facta ſatiſfactione, nec præſtita idonea cautione. Quid dices de codicillis? Vr̄ ꝙ valeāt: diuerſa enim ſunt. C. de codicil. l. ſi idem. & hæc conſtitutio eſt pœnalis: ergo eſt reſtringenda. ſ. eod lib. de ele. ſtatutum. & prohibitis maioribus minora petere non prohibetur. ff. de ſeruis expor. l. cui. qui filij ſint legi. per venerabilem. circa princ. Dic ꝫ ſecundū Guli. & Gar. [Ioan. Mo. & Archidi.] Et hoc patet ex principio vbi dixit, in vltima voluntate. & Arg. ſ. de teſta. cū eſſes. quia large codicilli ſunt teſtamentum: quia mētis teſtatio. 13. q. 2. c. placuit. §. ſed aliud. inſti. de teſta. in prin. ff. de iure codicil. l. conficiuntur. & l. ab inteſtato. aliàs facile eſſet conſtitutionem hanc in hoc eludere. & dic idem 1 de qualibet vltima voluntate: & qa iſtud crimen eccleſiaſticū eſt: potuit Papa irritare teſtamenta laicorū 2 per q̄ in alios transferebantur bona, & fiebat durior conditio exactoris: erit ergo qđ enincere valebunt & habere. ſ. vt hic pen. eccleſia 2. in ſi. habet enim ratione huius criminis iuriſdictionem in talibus. ſ. de iud. nouit. ſ. qui filij ſint legi. per venerabilē. ſ. eo. lib. de fo. cōpe. c. vlt. Quid ſi primo teſtamentū fecit, poſtea cauit? Dixit hic Gar.] & etiam Io. Mo.] ꝙ nō firmatur per hoc teſtamentum: quia ab initio non valuit, vt j. de reg. iur. non firmatur. cum ſuis concor. 3. Satis vr̄ ſufficere, ſi ante mortem cauit: cum teſtamentum morte firmetur. ſ. de celebr. Miſ. cum Marthæ. Nec obſtat regula, non firmatur. quæ de ſolo tractu temporis loquitur.

ADDITIO. Communiter legiſtæ non reciperent hoc dictū per leges. ff. de teſta. ſuperius alleg. & hoc eſt in teſtamentis: in codicillis bene. ff. de leg. 3. l. 1. §. 1. & vide quod ibi not. & ff. de bo. poſſeſ. ſecundum tabu. l. 1. §. exigit. Ioan. And.

¶ Hæc duo verba: & ſubditorum: deſunt in antiquis codicibus, & in recentioribus magis emendatis.

1 Placet Io. And. Phil. & aliis, Fontanus.

2 Secundum Guihel & Gar. & idem Ioan. Mon.

3 Specialiter allegat Gar. & Io. Mo. ff. de teſta. l. 3. & l. eius qui apud hoſtes. & l. ſi filiusfamilias. Io. A. vide quæ not. cle. 1. de ſepul. Font.

ta quoque manifeſtorum vſurariorum aliter a facta non valeant, ſed ſint irrita ipſo iure.

# TITVLVS VI.

## De exceſſibus prelatorū [& † ſubditorum.]

¶ Bonifacius octauus.

¶ *Mendicantes non poſſunt acquirere noua loca ad habitandum, vel antiqua alienare vel mutare abſque ſpeciali licentia Papæ: quæ de hac prohibitione faciat mētionem. in acquirentibus tamen loca pro eremitica vita ducenda, ceſſat prohibitio. hoc dicit. Ioan. And.*

CAP. VNICVM.

CVm ex eo b ꝙ Prædicatores, Minores, & religioſi alij Mendicantes c in ciuitatib9, caſtris, villis, aut aliis locis ad habitandum d domos vel loca de nouo ſuſpiciūt, ſeu olim ſuſcepta dimittunt, ſe ibidem ad alia transferētes, diuerſa ſcandala e quandoque ꝓueniant, & frequentes clamores ad ſedem Apoſtolicā perferantur: Nos ſuper hoc ꝓuidere volētes, hoc perpetuo ꝓhibemus edicto ne deinceps f aliquis, vel aliqui de prædictis quibuſcunque ſuper hoc priuilegiis muniti exiſtant (quæ ipſis contra tenorem conſtitutionis præſentis nullatenus volumus ſuffragari g) † in aliqua ciuitate, caſtro villa, ſeu loco quocunque ad habitandum domos, vel loca quæcunque de nouo recipere, ſeu hactenus recepta mutare, vel ea venditionis, permutationis, donationis, aut cuiuſuis alienationis h titulo quocunq; in alios transferre præſumant,

† Dominic' no. hic, ꝙ nō valet priuilegium cōtra ius cōe, niſi adiecta derogatoria Feli. ſ. de reſcri. nōnulli. col. 12. Fontanus.

DE EXCESSIBVS PRAELATORVM. & ſubditorum.

¶ *Dictū fuit ſupra per diſcurſum titulorum præcedentium de variis delictis ſubditorum: ſed ne prælati ſuperbirent, ponit nūc generalem rubricam de delictis tam prælatorum, quam ſubditorū.*

CVm ex.] Tria facit. Primo, ponit prooemium: Secundo, prohibitionem cum decreto: ibi, *Nos ſuper hoc.* Tertio, ꝓhibitionis determinationem: ibi, *Per hoc.* CASVS. Significatum fuit dño Papæ, ꝙ fratres Prædicatores vel Minores, vel alij Mendicantes plura loca de nouo acquirebant, recipiendo illa titulo donationis à dñis locorum: & in illis locis nouos conuentus ædificabant, mittēdo religioſos aliorū cōuentuum ad illum locum: vnde inſurgebāt magna ſcādala: Ea ꝑter ſupplicatū fuit dño Papæ, vt de remedio dignaretur ꝓuidere opportuno: Qui Papa volens obuiare futuris ſcādalis, ordinauit, ꝙ Mendicantes nō acquirerent noua loca nec mutarent: ſed eſſent cōtenti ſuis locis acquiſitis & ædificatis ante iſtā conſtitutionem, niſi obtēta licentia à Papa: & ꝙ in licētia Papæ ponatur iſta clauſula: nō obſtante cōſtitutione, cū ex eo. de exceſ. pla. & ſubdi. ita ꝙ apponat clauſulā derogatoriā ad iſtā conſtitutionē. Et hoc locū habet, qñ iſti Mēdicātes vellēt locū acquirere in locis populoſis, puta in ciuitatibus: ſi aūt in eremo vellēt ducere vitā eremiticam, tunc iſta conſtitutio nō extenditur ad illa loca: & ſic Mēdicantes ſine licentia ſpeciali ipſius Romani Pontificis poſſunt de nouo acquirere loca in eremo ad habitandū, & ibi ædificare oratorium. [*Scandala.*] inter ipſos & rectores eccleſiarum parochialiū, ideo dum erant prope eccleſiā parochialē, infligebāt damna eccleſiæ parochiali quantum ad commodum burſale: & pp iſta damna inſurgebant magna ſcādala inter rectores eccleſiarū parochialiū, & ipſos Mendicantes; ideo ſupplicatū fuit dño Papæ, vt de remedio dignaretur prouidere opportuno: qui Romanus Pontifex prouidit vt ſequit. [*Loco.*] populoſo. aliàs obſtaret verſ. ſeq. [*Mutare.*] Sed vtrum poſſint mutare loca acquiſita cum licentia Papæ: quia Mendicantes diu obtinuerunt à ſede Apoſtolica vt poſſent in hac ciuitate ædificare conuentum, cum ibi nullus eſſet conuentus fratrum mendicantium: tunc volunt mutare ad alium locum forte extra ciuitatem: vtrum reſpectu mutationis requiratur noua licentia Papæ? textus iſte dicit ꝙ nō: ſed de hoc dicam ſtatim. [*In eremo.*] & in locis non populoſis. Not. principaliter ꝙ Mendicātes licet eorum religio ſit approbata tñ non poſſunt nouū conuentū ædificare ſine ſpeciali licentia Papæ, nec noua loca acquirere: & hoc propter ſcandala, quæ ex huiuſmodi noua acquiſitione oriebantur inter ipſos & rectores eccleſiarum parochialiū quibus appropinquabant. Not. vlterius ꝙ mendicantes nō poſſunt antiqua loca ſibi à ſede Apoſtolica cōceſſa mutare transferēdo de vno loco ad aliū abſque ſpeciali licentia Papæ: non eſt dubium de locis acquiſitis ante iſtam. Sed quid de locis acquiſitis poſt iſtam cōſtitutionem? Hæc conſtitutio fuit diſputata Bonoñ. nam Bonoñ. habent de more, ꝙ qñ inſurgit aliquod dubium ſuper aliqua re, tenētur illud dubium diſputare publice: nam fratres Minores de obſeruantia inceperūt ædificare ad latus cuiuſdam montis, qui dr̄ mons beatæ Mariæ, iuxta Bononiam: & inceperunt ædificare in parte montis vbi vigebat ventus Auſtralis, & ideo voluerunt tranſire ad aliam partem montis: dubitatū fuit an poſſent: Dicit Dñicus de ſancto Germiniano, ꝙ ille qui diſputauit illā quæſtionem, tenuit ꝙ ipſi Minores de obſeruantia non poterant tranſire ad illā partē montis ſine ſpecaili licentia Papæ: ſed tñ iſte tex. facit ꝫ: quia dicit, *Hactenus.* id eſt, vſq; ad hāc conſtitutionem: & cum iſta conſtitutio ſit pœnalis, debet intelligi in ſuis propriis terminis: ideo putat Dñicus de ſancto Geminiano, ꝙ abſque licentia Romani Pontificis ipſi Minores poſſunt mutare locum de vna parte montis ad aliam partē. [*Eremitam.*] & ſic Mendicantes poſſunt eligere vitam eremiticā, de conſenſu tñ ſuorum prælatorum: nec requiritur conſenſus conuentus, & in eremo poſſunt acquirere nouū locum: nec requiritur licentia Papæ: quia in eremo non eſt multitudo populi, ideo ceſſat ſcandalum in littera. Not. etiam ꝙ ille qui eſt prohibitus nouum locum acquirere, non vr̄ prohibitus antiquum cum nouo permutare. Textus tñ poſſet induci in ꝫrium cum hic iſta æquali prohibitioni ſubiaceant.

Not. finaliter hic tres titulos, qui concludunt alienationem rei. vide de rebus eccleſiæ non alienan. nulli. Dominicus.

¶ *Prima glo. ſummat, & dixit quid determinat.*

b ¶ *Cum ex eo.*] Mendicantes nō poſſunt acquirere noua loca ad habitandum vel antiqua alienare, vel mutare abſque ſpeciali licentia Papæ, quæ de hac prohibitione faciat mentionē. in acquirentibus tñ loca pro eremitica vita ducenda, ceſſat prohibitio, hoc dicit. Determinat autem hæc decre. not. ſ. eo nimis 2. in verſ. ad hoc.

c ¶ *Mendicantes.*] hi dicuntur mēdicantes quibus victū tribuit incerta mēdicitas: & qui redditus aut poſſeſsiones ex regula, vel cōſtitutionibus habere nō poſſunt. ſ. eo. lib. đ reli. do. c. vnico. & quo ad caſum decre. noſtræ in omnibus Mendicantibus idem ius. conco. ſ. eo. lib. de Regular. conſtitutionē. q enim ſimilē cū aliis vitā ſuſcipiūt, ſimilē ſentiāt in legibus diſciplinā. ſ. de ſta. mo. recolentes.

¶ *Glo. ſeq. notat, quærit, & remittit.*

d ¶ *Ad habitandum.*] Not. quia de locis acquiſitis ad habitandū tantū fit hic prohibitio: ergo aliàs quàm ad habitandum bene poſſunt loca acquirere. Sed quomodo, ex quo ſunt Mendicantes? Dic vt dixi ſ. eo. lib. de relig. do. c. vnico. in glo. veterem.

e ¶ *Scandala.*] bene ergo fecit hic prouidendo: quia ſui officij eſt ſcandala remouere. ſ. eo. lib. de offi. leg. c. 1.

f ¶ *Deinceps.*] futura igitur comprehendit hæc conſtitutio: olim enim hic prohibitum licebat, vt ſ. eo. nimis 2. ver. ad hoc.

g ¶ *Suffragari*] ergo Papa priuilegium ſuum reuocare, moderari, & in totum tollere poteſt: licet deceat eius priuilegium eſſe manſurum. j. de reg. iur. decet. vbi de hoc.

h ¶ *Alienationis.*] intelligo etiam per quem non transferatur dominium: Alienatio qd continet.

minium:cum ſic large loquatur, dicendo cuiuſlibet. ad idem ꝫ. de reb.eccle.non alie.nulli.& C.de reb.alie.non alie.l.ſancimus.licet interdum ſumatur ſolum pro eo contractu, quo trãsfertur dominium.C.de fun.do.l.1.Ioan.And.

abſque ſedis Apoſtolicæ licentia† ſpeciali plenam & expreſſam faciente de prohibitione huiuſmodi mentionem a: ſi ſecus egerint, irritum decernentes b: ¶ Per hoc tamen eis, qui vitam duxerint Eremiticã ſeu ſolitariam eligendam c, de maiorum ſuorum licentia d, quin cellas, mãſiones, ſeu habitacula in eremo, ſiue locis vbi non ſit hominum habitatio de propinquo e, poſſint acquirere, ac mutare, non intelligimus interdictum.

† Per iſtud excluditur hic legatus de latere. Phil. Font.

a ¶ *Mentionem.*] Ergo neceſſe eſt de iure communi in reſcripto fieri mẽtionem. de quo dic vt ꝫ. eo. lib.de conſti.c.1. in glo. quæ incipit, eſt contra.
ADDITIO. Ibi etiã de hoc.not. Archid.ponens ad litteram quod dicit in Spec. de inſtru. edi.§.nunc autem. ver. & ſcias. vbi de priuile. loquitur & de reſcript. vide de reſcrip.præſenti.§.ratione cauſæ. ver. itẽ quòd eſt contra ius. Ioan.And.

b ¶ *Decernentes.*] Hodie tranſgreſſores ſunt ipſo facto excommunicati per cle.de pœnis, cupientes.1.rñſo.

c ¶ *Eligendam.*] Iſti ſunt digni conuenienti honore.16.q.1.qui vere & pure.& an tales ſubſint epiſcopo, ibi not.& poſſunt eremitæ aliàs non religioſi habere proprium.19.q.3.§.econtra Paulus.

Religioſus mendicans de licẽtia ſui prælati poteſt vitam eremiticam eligere.

d ¶ *Licentia.*] ergo not.ꝙ religioſus Mendicans de licentia prælati ſui poteſt vitam eremiticam eligere.
ADDITIO. Vide quod dixi in antiq.de reg. ſane.in fin. vltim. glo.Ioan.And.

e ¶ *De propinquo.*] De hoc ꝫ.de verb.ſignifi.c.penult.Ioan.

### DE PRIVILEGIIS.

¶ *Dictum fuit ſupra de exceſſibus Prælatorum: verũ quia multotiens exceſſus Prælatorum præſtãt cauſam, vt ſubditi obtineãt à Papa priuilegiũ exẽptionis, eo quòd prælati grauãt ſubditos: ideo poſt rubricã de exceſſibus prælatorũ, annectit rubricã de priuilegiis. Vnde hæc rubrica non ſolum tractat de priuilegiis exemptionis, ſed de pluribus aliis: ſed occaſione ſumpta à priuilegiis exemptionis, tractat generaliter de omnibus priuilegiis.*

V*Olentes.*] Primo præmiſſo procemio vel exordio ponit declarationem circa priuilegiũ exemptionis, & declarationi obiicit, & ſoluit, & proteſtatur. Secundo declarationem prorogat ad priuilegium de certo iudice. Tertio determinat quid iuris de priuilegio quod eximit à pœna cẽſuræ. Secunda: ibi, *Et idipſum.* Tertia: ibi, *In eos.* Sed Ioan. Mon. qui diuidit in quinque partes de exordio facit primam, de obiectione & ſolutione tertiam.

CASVS. Canonici eccleſiæ beatiſsimi Hilarij maioris Pictaui. obtinuerũt priuilegium à ſede Apoſtolica, vt eſſent exempti à iuriſdictione epi Pictauenſis, ſed immediate eſſent ſubiecti eccleſiæ Romanæ, datis ſibi certis conſeruatoribus: Iſti exempti perpetrauerunt delictum in diœceſi Pictauẽſi in loco non exempto, ſed extra locum exemptum: pro quó fuerunt cõuenti coram epiſcopo Pictauenſi vel eius officiali habente ad hoc ſpecialem poteſtatem. Nam ex generali commiſsione non poſſet officialis epi inquirere de criminibus, niſi haberet ad hoc ſpecialem poteſtatem ab epo: Iſte conuentus coram officiali Pictauenſi propoſuit, ꝙ non tenebatur litigare coram officiali Pictauenſi, eo & pro eo quòd erat exemptus à iuriſdictione epi Pictauenſis: & ideo petebat remitti ad ſuum iudicem & conſeruatorem ſuorum priuilegiorum. Pro parte promotoris cauſarum officij fuit propoſitum, ꝙ non debebat remitti ad ſuum iudicem: quia ceſſabat priuilegium propter delictum in loco non exempto perpetratum: Dubitatum fuit, an deberet remitti ad ſuum iudicem: Vnde Papa conſultus rñdet, ꝙ non: ſed tenetur litigare coram epiſcopo, & puniri ſecundum ordinationem epiſcopi. Idem ſi exemptus conueniatur pro contractu celebrato, vel pro re exiſtente extra locum exemptũ. Sed quid ſanctiſsime pater, vtrum ex iſtis tribus modis priuilegium exemptionis de nihilo ſibi ſeruiat? Reſpondet ꝙ non erit priuilegiũ inutile ſed de multis ſibi ſeruiet: Nam poſito quòd exemptus deliquit vel contradixit in loco exempto, qui locus eſt intra limites diœceſis epiſcopi loci, & exemptus habet domicilium intra diœceſim Pictauenſem, & ita tñ deliquit vel ꝯxit in loco exempto: licet ratione domicilij poſſet aliàs conueniri coram ordinario: tñ non poterit propter priuilegiũ ſuum. Item ponamus quòd exemptus deliquit, vel contraxit, vel poſsidet rem extra locum exemptum, & etiã extra diœceſim illius epi, intra cuius limites habet domicilium. tunc ratione domicilij poſſet coram illo epo conueniri, intra cuius limites habet domicilium, & poſſet eum punire, niſi iudex delicti eum requirat: ſed tamen quia eſt priuilegiatus, non poterit coram illo epo cõueniri ratione domicilij. Idem dicendum eſt ratione cõtractus, vel rei exiſtentis extra locum exemptũ, & diœceſim intra quam habet domicilium. Sed ſi deliquit extra locum, exemptum, ſcilicet in diœceſi, in qua habet domicilium, ſi iſta duo concurrant, ceſſabit priuilegium exemptionis. Sed ponamus quòd aliquis impetrauit priuilegium à ſede Apoſtolica, vt non poſſet conueniri, nec teneretur reſpondere, niſi ſub certo iudice, vtrum in tribus dictis caſibus poſsit cõueniri coram alio iudice? Reſpondet ꝙ ſic, videlicet concurrentibus duobus: videlicet domicilium & delictum, vel domicilium & contractus, vel domicilium & res: tunc enim in his duobus caſibus poterunt conueniri coram iudice domicilij. Sed ponamus quòd aliqua eccleſia obtinuit priuilegium, vt religioſi illius eccleſiæ non poſſent à quocunque iudice ſuſpendi, interdici, vel excommunicari: vtrum poſsint ſuſpendi, interdici, vel excommunicari ab ordinario ſi conueniantur pro delicto, contractu, vel pro re? Reſpondet Romanus Põtifex, quòd non, ad quẽcunque locum ſe transferant, niſi ſe tranferrent ad certum Prioratum: tunc poſſent ab ordinario ſuſpendi, interdici, vel excommunicari, quamdiu in tali Prioratu tolerentur: licet illi prioratus ſint renouabiles ad nutũ prælati. [*Volentes.*] Textus exigit, vt ſi delictum habeat certam pœnam, imponatur illa pœna, ſi autem non habeat certam pœnam, imponatur pœna extraordinaria: vel ſicut ius exigit, vt ſi contumaces fuerint, excommunicẽtur, vel mittantur in poſſeſsionem: iuxta illa quæ habentur in c. quoniam frequenter.ꝫ.vt lit.non conteſt. [*Non vtique.*] Id eſt, non carens omni cõmodo exeptionis. & reſpondet tacitæ quæſtioni, quaſi dicat, non carebit omnino commodo exemptionis, vt dixi in caſus poſitione: videlicet ſi domicilium ſit in diœceſi, & deliquit alibi, non poſſet conueniri in loco domicilij: licet aliàs ceſſante priuilegio ibi poſſet conueniri. Item ſi deliquit extra diœceſim & extra locum exemptum: ſi domicilium ſit in diœceſi, non poterit ibi ratione domicilij conueniri. Item ſi exemptus deliquit extra locum exemptum, & extra diœceſim domicilij: ſi iudex delicti petat fieri ad ipſum remiſsionem: iudex domicilij non poterit in eum exercere ſuam iuriſdictionem, id eſt, non poterit talem capere nec mittere ad iudicem delicti: quod facere poſſet, ſi iſte nõ haberet priuilegium exemptionis. Item ſi iudex cõtractus requirat iudicem domicilij, vt faciat citari talem, vt comparere habeat coram iudice contractus, non poterit iudex domicilij iſtud facere obſtante priuilegio exemptionis: & in omnibus iſtis habet commodum priuilegium exemptionis. Not. primo, ꝙ ſi exemptus delinquat extra locum exemptum, poteſt conueniri coram ordinario: dum tamen delinquat in diœceſi ordinarij. & iſtud verum, niſi aliud diceretur in priuilegio exemptionis. Nam iſte text. intelligitur quando Papa dixit in priuilegio ſuo: Talem eccleſiam cum miniſtris ſuis eximimus à iuriſdictione ordinarij. Sed vt dicit Ioãnes And. in nouella, plures eccleſiæ habent ampliora priuilegia: videlicet vt non poſſint cõueniri coram ordinariis, niſi coram certo iudice etiam pro delicto vel contractu, vel re exiſtente in diœceſi ordinarij, tunc valerent talia priuilegia: dum tamen apponatur clauſula derogatiua ad iſtam conſtitutionem. Sed adhuc eſt quæſtio, vtrum ſufficeret, ſi Papa diceret, non obſtante cõſtitutione Innocentij quarti? Quidam dicunt ꝙ non: quia illa conſtitutio aliàs prohibuit illud quod iſta prohibet: ſed illa fuit declarata per iſtam. Cõmunis opinio eſt ſufficere dicere, non obſtante conſtitutione Innocentij quarti in concilio Lugduneñ.

## TITVLVS VII.

## De priuilegiis.

¶ Innocentius quartus in concilio generali Lugduneñ.

¶ *Exempti vel priuilegiati, vt non teneantur niſi ſub certo iudice reſpondere, ratione delicti, contractus, aut rei, ſi hæc ſint inita vel ſita in loco non exempto, conuenientur coram ordinario: ſed ratione domicilij non.*

CAP. I.

VOlentes f † liber-

† Vide concilium Tridẽt. ſeſſio. 7. de reformat. cap. 14. vbi hęc decretalis innouatur.

¶ *Prima glo. ſummat, & ſubdit quid declaret.*

f ¶ *Volentes.*] Exempti vel priuilegiati vt non teneantur niſi ſub certo iudice reſpondere, ratione delicti, contractus, aut rei, ſi hæc ſint inita vel ſita in loco non exempto, conueniuntur coràm ordinario: ſed ratione domicilij non. Monaſterio priuilegiato vt eius monachi à quocunque interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſsint: ceſſat in illos ordinariorum iuriſdictio quoad illa: niſi illi monachi mitterentur ad prioratus ſubiectos ordinariis: quia tunc etiam licet vtrobique ſint monachi, ordinarij etiam quoad prædicta illos iudicant, quamdiu ibi manent. hoc dicit. Determinat autem hæc decretalis diffuſe not.6.q.4.cap. vlt. & ſupra eod. titul. ex cuarum.

ADDITIO.

ADDITIO. Et quæ not Innoc. ſ. eo recipimus. & Hoſtien. in ſumma huius tit. §. final. ſub §. ſed & dici poſſet. & eius excuſat pro lixitatem ibi poſitam: dicens ꝙ ante hanc conſtitutionem, totum illud ſcripſerat: & ſe extollit quod iura noua pro magna parte ſuas opiniones approbant. Ioan. And.

¶ *Glo. ſecunda reci. per duas q. in quarum prima remittit.*

a ¶ *Exemptionis.*] Per quæ verba dicatur data exẽptio, videbis j. eod. tit. ſi Papa. & proprie Apoſtolicæ ſedis eſt eximere. 16. q. 1. frater. 9. q. 3. nunc vero.

† Not. quòd priuilegiatꝰ nõ debet excedere metas priuilegiorum. ad hoc ſupra eo. c. ſane. & cap. porro.

ADDITIO. Vnde legatus etiam de latere hoc non poſſet. ſ. de cõfir. vti. c. fi. vt dicit Abbas. Nec eps. de exceſ. præla. c. 2. nec archieps. eo. tit. ſicut vnire. Io. A.

† Aliàs ita: quod quantacũque, &c.

b ¶ *Infringant.*] iſti ſeueritate eccleſiaſtica coercentur. ſ. eo. quanto. & Papa ſolet taliũ priuilegia decurtare. ſ. eo. dilecti.

† Aliàs ita; & illi quoad hæc.

c ¶ *Excedant.*] ſ. eod. porro. & c. patentibus. ne priuilegium amittere mereantur. 11. q. 3. priuilegium. ſ. eo. tuarum. limites enim tranſgrediendi non ſunt. ſ. de ſepul. c. 1.

ADDITIO. Archid. alleg. 25. q. 1. quæ ad perpetuam. & 9. q. 2. c. 1. Ioa. And.

d ¶ *Aut rei.*] hęc vera, ſi ꝯctus ſit initus, vel maleficium factum in loco non exempto, & res litigioſa non exempta, vt j. patebit.

e ¶ *Ad hoc.*] tria ſuperius enarrata. Ioan. An.

¶ *Glo. ſeq declarat ob. & ſol. quã facit textus.*

f ¶ *Nunquid ergo.*] quia videretur aliquibus, ꝙ per hoc exempti æquiparẽtur non exemptis, vt diſtincte poſſent coram ordinariis conueniri: ideo de hoc obiicit & ſoluit: & hoc dicere intendit, quòd indiſtincte ratione domicilij 1 ſunt exempti, vt iudex domicilij nec poteſtatẽ habeat cognoſcẽdi, nec remittendi & tñ ille eſt vnus modus ſortiendi forum. ſ. de fo. compe. c. vlti. Item ſi delictum, ꝯctus, aut res litigioſa ſint in loco exempto, gaudebunt exemptione. ſi enim Anglicus delinqueret Bonoñ. nonne puniretur per iudicẽ Bononieñ. Fingamus ergo & æquiparemus Anglicum exempto 2, vt ſicut ille qui aliàs nõ eſt de iuriſdictione, ratione delicti efficitur de iuriſdictione: ſic exemptus qui aliàs de iuriſdictione non eſt, ratione delicti de iuriſdictione efficitur. idem in contractu & re.

1 Hoc & qđ ſequiť declaraui in text. ſuper verſic. nec vbi.

2 In quo tamen plus habet diœceſanus Bonoñ. quàm in Anglico propter cauſas ſpeciales, q. bus ſibi ſubeſt, vt infra gl. 2. Ioa. An.

¶ *Glo. ſeq. reci. per q. & ſolutionem.*

g ¶ *Exempto.*] dicit hic Ber. ꝙ monaſterio exempto eccleſia, cœmiterium, domus monaſteriũ, atria, hortus, areæ, quæ ſunt iuxta eccleſiam, intelliguntur exempta. 12. q. 1. neceſſaria. & c. nulla, 17. q. 4. diffiniuit. & c. id conſtituimus. ſ. de immu. eccl. c. 1. & de cenſ. c. 1.

Exẽpto monaſterio eccleſia, cœmiterium, hortus, area intelliguntur exempta.

h ¶ *Inſtituta.*] vt ſ. de hære. ad abolendam. in fin. ſ. eo. lib. de præben. c. 1. de ſta. reg. c. vnico. in fi. Idem ſi capellas haberent nõ exẽptas. ſ. eo. ex ore. & c. cum capella. ſic ſ. de conſue. c. cum inter vos. ſ. de ſen. excom. nonnulli. & j. eo. tit. auctoritate. [Vide qđ no. in cle. de ſepul. dudum. in gl. multotiens. & de pœ. & re. c. 2. in gl. pe.

ADDITIO. Bene facit ad propoſitum huius glo. decret. veniẽs. ſ. de præſcrip. verſi. chriſma. per quam patet ꝙ chriſma, oleum ſanctum, conſecrationes baſilicarum, & ordinationes clericorũ, & his ſimilia, ſunt à diœceſanis epis poſtulanda: niſi aliud ipſorum priuilegiis concedatur. & alleg: etiam Hoſt. q. 1. interdicimus. Io. And.

i ¶ *Et idipſum.*] ſcilicet quod dictum eſt de exemptis.

tatem, quam nonnullis Apoſtolica ſedes priuilegio exemptionis [a] indulſit, ſic integram obſeruari, vt & illam alij non infringant [b], & ipſi eius limites non excedant [c] †: Declaratione irrefragabili diffinimus, quòd quantũcunque † ſic exẽpti gaudeant libertate, nihilominus tamen ratione delicti, ſiue contractus, aut rei [d] de qua cõtra ipſos agitur, rite poſſunt coram locorum ordinariis conueniri; & illi † quo ad hoc [e] ſuã in ipſos iuriſdictionem, prout ius exigit, exercere. Nunquid [f] ergo carent omnino in his cõmodo libertatis? non vtique: quia nec corã ordinariis ipſis, dummodo ſit in loco exẽpto [g] commiſſum delictum, vel contractus initus, aut res litigioſa, nec vbi domicilium habent, ſi alibi delinquant vel contrahãt, aut res ipſa conſiſtat, conueniri poſſunt aliquatenus ſuper iſtis: nec domiciliorum prætextu locorum diœceſani (ſi vbi deliquerunt, vel contraxerunt, aut res ipſa conſiſtit, illi conueniantur) remittendi eos illuc, vel ipſis vt illic reſpondeant, iniungendi habẽt aliquam poteſtatem: ſaluis nihilominus caſibus aliis, in quibus eos epiſcoporum iuriſdictioni ſubeſſe canonica præcipiunt inſtituta [h]. Et idipſum [i] decernimus circa illos [k], quibus vt non niſi ſub vno certo [l] iudice teneãtur de ſe cõquerentibus reſpondere, Apoſtolico priuilegio eſt conceſſum.

¶ *Monaſterio priuilegiato, vt eius monachi à quocunque interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poßint, ceſſat in illis ordinariorum iuriſdictio quo ad illa: niſi illi monachi mitterentur ad prioratus ſubiectos ordinariis: quia tunc etiam licet vtrobique ſint monachi, ordinarij etiam quo ad prædicta illos iudicant, qu. a diu ibi manent. hoc dicit.*

¶ In eos [m] † autem, quibus ne interdici, ſuſpendi, vel excommunicari à quoquam valeant, à ſede Apoſtolica eſt indultũ: ſicut ſunt religioſi quãplures, in quorum priuilegiis continetur, ne quiſquam Epiſcopus, vel Archiepiſcopus monaſteriorum ſuorum monachos pro vlla cauſa, vllove loco interdicere, ſuſpendere, vel excommunicare præſumat: iidem ordinarij iuridictionem ſuam quantum [n] ad iſta vbicunque illi fuerint, penitus exercere non poſſunt: Niſi forſan ipſi monachi ad monaſteriorum ſuorũ Prioratus ordinariis eiſdem ſubiectos (vt vel gerant eorum † regimẽ, vel in eis tamquam proprij locorum ipſorum monachi reſideant [o]) fuerint deſtinati: tunc enim & ſi libere poſſint ad eadem monaſteria reuocari, ac tam illorum, quàm ipſorum Prioratuum monachi reputentur, (cum non ſit inconueniens aliquem † vtrobique locum habere monachicũ †) vnum alteri ſubeſſe monaſterio, vel ab ipſo noſcitur dependere [p]: ratione tamen eorundem Prioratuum dicti ordinarij ſua iuriſdictione in ipſis, etiã quo ad præmiſſa [q], quamdiu [r] morantur in illis, licite vti poſſunt.

¶ Idem.

¶ *Curia Romana habet ſtudium generale, & eius priuilegia. hoc dicit. Ioannes And.*

ADDITIO. Tam circa conuentiones, quàm circa remiſſiones. I. A.

k ¶ *Illos.*] non exẽptos, ſed priuilegiatos tantum, vt ſequitur.

¶ *Gl. ſeq. reci. per obie. & duplicem ſolutionẽ.*

l ¶ *Certo.*] iſtud ſoluit ꝯrium de decre. ſ. de reſcript. ad hęc. quia hic certus iudex datus fuerat à Papa, ibi incertus, quem Imperator duceret eligendũ: præterea ibi per modũ reſcripti & iuris cõis facta fuit interpretatio: hic in modum gratiæ & priuilegij. qđ etiam apparet ex titulo, & ex littera quæ ſequitur, Apoſtolico priuilegio.

† De intellectu vide Decium in cap. tuarũ. nu. 49 extra de priuileg.

m ¶ *In eos autẽ.*] Iſtud qđ ſequiť intelligas ſane, ſm determinationẽ decr. j. eo. tit. ne aliqui.

n ¶ *Quantum ad iſta.*] ſcilicet interdictum, ſuſpenſionem, & excõicationem: ergo quantum ad alia ſalua manet iuriſdictio. licet ergo iſta exercere nõ poſſint ordinarij, poſſunt tñ cauſam eorũ audire & iudicare: ſi non pareãt, poterũt in poſſeſſionẽ mittere, & ſimilia facere.

† Aliàs, illorum.

ADDITIO. Dicit Hoſt ꝙ etiam deponere illos poterũt, & in arctũ monaſterium detrudere, ſi cauſa talis fuerit: poteſtati enim ordinariorum non detrahitur, niſi inquantum eſt expreſſum: ſicut & de pſcriptione dĩ ſ. de præſcriptionibus, auditis. & c. cum olim. Io. And.

† Aliàs ita: aliquem ſic vtrobique, &c.

† Aliàs, monachum.

o ¶ *Reſideant.*] ad idẽ ſ. eo. quoniam. & c. cum capella. & nota literam. qa ſi irent illuc cauſa viſitandi, vel cauſa ſolatij, vel vt viatores: illos quo ad iſta non coercent ordinarij. ff. de iud. l. hæres abſens.

ADDITIO. ver. nam vbi. & procedit hoc etiam ſi ibi delinquãt tunc vel contrahant. ſecundum Inno.

¶ *Glo. ſeq. alleg. duas cõcor. ſoluit cõtrariũ: finis reci. per qõnem.*

p ¶ *Dependere.*] cõcor. ſ. eod. lib. de præben. cum ſingula. & fi. ſ. de præben. extirpandæ. §. qui vero. nec obſtat decre. de elect. conſtitutis. quæ loquitur cum monaſteria non ſunt annexa nec pendentia. Et talis habebit vocem in vtriuſque prælati electione, ſi eſt cõſuetudo: aliàs conuentus eligeret, 16. q. vlti. c. vlti. ſ. de elect. c. 1.

Priores non habẽt ius eligendi prælatũ in maiori monaſterio, à quo prioratus eorum dependent.

ADDITIO. ſecundum Hoſt. Idem Ioan. Mona. & Archid. Vide quod dixi poſt Inno. de reli. do. c. fi. §. vlti. qui diſtinguit, an habeat electionẽ ſuperioris: & an prioratus bona ſint diſtincta. Ioa. And.

q ¶ *Quo ad præmiſſa.*] ſcilicet ſuſpenſionem, excommunicationẽ, & interdictum. & intelligas hoc quando prioratus ille talem priuilegium non habet nec ex ſe, nec ex ſuperiori monaſterio: quia ſi maius monaſterium haberet priuilegium, ꝙ monachi ſui & prioratuum ſibi ſubiectorũ à quoquam excommunicari non poſſent, & c. tunc ſecus.

3 Cui reſiſtere non poſſunt. de ſta. mo. cum ad monaſteriũ. ver. tales. Io. And.

r ¶ *Quandiu morantur.*] ergo poſt reuocationẽ 3 eorum eps quo ad prædi

ad prædicta in eos iuriſdictione vti non poterit [niſi præueniatur. de fo.compe.propoſuiſti.ſecundum Hoſt.& Ioan.Monachum.]

C*Vm de.*] Præmiſſa cauſa prouidet, & prouiſionem declarat: ibi, *Vnde.* Hic priuilegiatur locus ſtudij. de priuilegiis doctorum habetur C. de profeſ.& medi.l.medicos.lib.10.ff. de exc.tu.l. ſed & reprobari.§.vlti. Ioan.And.

CAP. II.

¶ Pro intellectu huius cap.eſt præſupponendũ primo illud quod habetur in cap. ſuper ſpecula. de magi.in antiq. videlicet, quòd clerici præbendati & beneficiati exiſtentes in ſtudio generali, de licẽtia ſuorũ prælatorum (quia hoc eſt neceſſe) percipiant fructus beneficij & groſſum præbendæ, ſed non diſtributiones quotidianas: quia exiſtẽs in ſtudio, licet reputetur præſens vt percipiat fructus beneficij ſui, & groſſum præbendæ: non tamen reputatur intereſſe diuino officio. Secundo eſt præſupponendũ, quòd habere ſtudiũ generale depẽdet à poteſtate principis cõcedentis priuilegiũ.

CVm de diuerſis [a] mundi [b] partibus multi confluant ad ſedem Apoſtolicam quaſi [c] matrem: Nos ad communem [d] tam ipſorum, quàm aliorum omnium commodum & profectum paterna ſollicitudine intendentes, vt ſit eis mora huiuſmodi fructuoſa, prouidimus, quòd ibidẽ decætero regatur, & vigeat ſtudium iuris diuini & humani, canonici videlicet [o] & ciuilis. [e] Vnde volumus & ſtatuimus, vt ſtudentes in ſcholis ipſis penes ſedem [f] eandem, talibus priuilegiis omnino libertatibus & immunitatibus gaudeant, quibus gaudent ſtudentes in ſcholis, vbi generale regitur ſtudium, ac recipiant integre [g] prouentus† ſuos eccleſiaſticos, ſicut illi.

CASVS. Aliquis clericus beneficiatus eſt in curia Romana, & ſtudet in iure diuino vel humano, id eſt in iure canonico vel ciuili: vtrum poſsit percipere fructus beneficij quaſi ſtudens in ſtudio generali? Rñdet Romanus Pontifex, quòd iuſtis de cauſis ad hoc animum ſuum mouentibus iamdiu diſpoſuit, quòd in curia eſſet ſtudium generale: ſic quòd ſtudẽs in curia Romana perciperet fructus beneficij ſui, quaſi ſtuderet in ſtudio generali. Vnde curia Romana non accipitur pro ciuitate Romana niſi tandiu quamdiu eſt ibi curia: nam regentes ſequuntur curiam. [*Quaſi.*] aliqui exponunt quaſi, pro vt: quia re vera Eccleſia Romana eſt mater Eccleſiarum omnium. Alij dicunt quòd ſtat proprie: quia Eccleſia Romana non eſt vera mater, ſed quaſi mater: quia mater proprie dr̃ illa, quæ peperit filium. Eccleſia autẽ re vera non parit, ſed dr̃ quaſi mater: quia quaſi parit, videlicet ſpiritualiter in regeneratione quæ fit per baptiſmum. [*Ciuilis.*] Iſta verba veniunt expoſitiue ad duos terminos ſequentes, ſcilicet diuini & humani. Alij dicunt ꝙ veniunt expoſitiue ad vocabulum humani, ita ꝙ ius canonicum vocetur ius humanum: vel ius ciuile dr̃ ius humanum. Vnde ius humanum dr̃ ius factum ad conſeruationem humani generis.

Not. primo ex prin. cap. ſecundum vnam expoſitionem, ꝙ quando dictio, quaſi, iungitur qualitati veræ, accipitur prout hic intelligitur ex iſto cap. ſi dicamus ꝙ Eccleſia Romana ſit vere mater: ſed quando dictio, quaſi, iungitur qualitati, non vere diminuit. Not. vlterius ꝙ ſtudentes non ſolum dicuntur ſibi proficere, ſed etiam omnibus aliis id eſt, ad profectum omnium aliorum: nam Eccleſia vniuerſalis indiget viris litteratis ad ſui regimen. Not. quòd licet ius canonicum ſit extractum à iure diuino, tñ dr̃ ius humanũ: quia fuit factum ad politiam humani generis: ſicut exponitur in procemio decretalium: ibi, *Humani generis*. Not. Principalem effectũ huius c. ꝙ ſtudentes in ſtudio generali percipiũt fructus ſiue redditus ſuorũ beneficiorũ ac ſi reſiderẽt, id eſt, percipiunt fructus quos percipere deberent ratione pſentiæ. Glo. fin. dicit ꝙ non oẽs ſtudẽtes in ſtudio generali percipiũt fructus ſuorũ beneficiorũ, ſed ſoli theologi. cap. ſuper ſpecula. ne clerici vel monachi ſecula. nego. ſe immiſceant. qđ loquitur de ſtudentibus in theologia. nec obſtat iſte tex. quia debet interpretari ſecundum illud cap. ſuper ſpecula. Iſtud non placet modernis doctoribus: immo dicunt, ꝙ ſtudẽtes in quacunque facultate debent percipere fructus beneficiorũ, quos perciperent in præſentia: maxime ſi ſtudeant in iure canonico vel ciuili. nec obſtat cap. ſuper ſpecula. quia dicit ſpecialitatem in theologis reſpectu contrarij ſtatui: ideo valeret ſtatutum ꝙ ſtudentes in iure canonico vel ciuili non perciperent fructus beneficiorum: ſed in theologia non valeret tale ſtatutum. Not. etiam ꝙ ſedes Apoſtolica appellatur quaſi mater omnium. Not. finaliter, ꝙ curia Romana habet priuilegium ſtudij: & ſic locus vbi ſtudium deputatur, habet certa priuilegia. De priuilegiis vero doctorum habetur C. de profeſ.& medi.l.medicos.lib. 10.& ff. de exc. tu. ſed & reprobari.§.fi. Dominicus.

¶ *Prima glo ſummat.*

a ¶ *Cum de diuerſis.*] Curia Romana habet ſtudium generale, & eius priuilegia. hoc dicit.

b ¶ *Mundi.*] Bene dicit: quia Apoſtolicus totius orbis eſt dñs. ſ. de foro compe. c. vlti.& ſ. in procemio huius lib. cum ſuis concor.

c ¶ *Quaſi matrem.*] 2. q. 6. ad Romanam. 19. diſt. in memoriam.& quaſi ideo dicit: quia Eccleſia 1 iam genitũ natura, gignit per gratiam: vnde debet dici renatus. ideo dixit, quaſi: quia mater proprie dicitur, quæ parit.

1 Cur Eccleſia dicatur mater fidelium luculenter docet Turrecremata in ſumma de eccleſia, li. 1. cap. 40.

ADDITIO. Idem Io. Mo. qui dicebat quòd Eccleſia de nõ eſſe (cum eſſemus natura filij iræ, ad Epheſ. 2.) ducit ad eſſe ſpiritale per ſacramentũ baptiſmi. vnde ille iam natus eſt auctus per gratiam, quæ gratia non deſtruit naturam, ſed perficit, ſecundum Auguſti. Ioannes And.

d ¶ *Communem.*] debet enim lex eſſe cõis. 4. diſ. erit autem. & ſ. in procemio huius libri.

† Vide concilium Tridẽt. ſeſſio. 5. de refor. c. 1. in fine.

¶ *Glo. ſeq. ponit duas lecturas.*

e ¶ *Videlicet.*] Iſtud poſſet venire expoſitiue ad vtrumque. q. d. diuini, id eſt, canonici; humani id eſt, ciuilis: ſed melius eſt [Idẽ Ioan. Mo.] ꝙ veniat expoſitiue tantum ad verbum, humani, id eſt, poſitiui ſcilicet canonici & ciuilis.& quod dicit diuini, intelligatur proprie de ſacra pagina.

† In manuſcriptis ita: Alexan. iij.

¶ Alexander quartus †.

¶ *Dicit quomodo intelligatur priuilegium, quod habent quidam Abbates de populo benedicendo, & quibus poſſint Abbates conferre tonſuram. Io. And.*

CAP. III.

ABBA-

¶ *Glo. ſeq. quærit & ſoluit. ſecundum & tertium dictum reci. per duas quæſtiones.*

f ¶ *Sedem eandem.*] Nunquid intelligimus qđ hic de ſede Apoſtolica dicit, late, vt comprehendat etiam loca vicina per duas dietas legales: prout dr̃ ſ eod. lib. de præbend. præſenti? Non credo: ſed intelligam per ſedem ciuitatem, vel locum vbi eſt curia cum ſuis ſuburbiis tantum. ad hoc j. de ſen. excom. ſi ciuitas. aliàs ſequeretur, ꝙ curia vel ſtudio exiſtente Bonoñ. ſtudentes Imolæ vel Mutinæ gauderẽt priuilegio: quod eſſet abſurdum. ſ. de cle. nõ reſi. tuæ. prorogatio igitur illius decret. præſenti. ſuum ſpecialem caſum cõtingat. & puto ꝙ Viterbieñ. ſtudens Viterbij, veniẽte curia & permanẽte, gaudebit hoc priuilegio. Sed curia recedente ceſſabit gaudere: ſicut & ego ſtudẽs Bonoñ. gaudeo priuilegio ſtudij: & ſi cras tolleretur Bonõ. ſtudium, vel eius priuilegium gaudere ceſſarem. Non obſtat prædicta decre. præſenti. §. ſane. quia ibi odium 2: hic fauor. & horum diuerſa eſt ratio j. de regul. iur. odia. cum ſuis concor. Si vero aliquis exiſtens in curia pro impetratione faciẽda, vel ibi procurator vel aduocatus exiſtens, in fraudẽ ſcholas intraret, vt huius conſtitutionis beneficio gauderet: fraus ſibi non proderit 3. ſ. de renunt. c. 2. cum ſuis concor. Sicut nec vere cauſa reipublicæ abeſſe dr̃, qui cauſa proprij commodi in legatione eſt. ff. ex quib. cauſ. maio. l. non vere. & facit quod ibi not. & quod not. moderni. de magiſtris. c. vlti. in antiq.

2 Per quod præiudicaretur ordinario collatori: fauor enim reſpicit ſtudẽtem: vt hic in princip. Io. An.

¶ *Glo. ſeq. reci. per duas quæſtiones.*

g ¶ *Integre.*] quotidianis diſtributionibus exceptis. ſ. de magiſtris, cap. vlti. ſ. de præben. licet. illæ enim non dantur etiam præſentibus qui non interſunt diuinis. ſ. eod. lib. de cle. non reſi. c. vnico. Nec intelligas quòd de iure communi exiſtentes in ſtudio percipiant corpus præbendæ, ſaluo quod de ſacra pagina dicimus; ſed hic intendit dicere quòd ſi ex diſpenſatione, conſuetudine, vel ſtatuto eccleſiæ exiſtens in ſtudio poteſt percipere præbendã, hoc poterit ſtudendo in curia.

3 Idem Io. Mona. q dicit ꝙ talem denominabit ab eo in quo ſe plus occupat, & remittit infra de verb. ſignific. cap. fin. Io. An.

ADDITIO. Pro exiſtentibus in ſtudio quòd percipiant corpus præbendæ, eſt arg. 82. diſt. propoſuiſti. in glo ſufficit. & 37. diſt. de quibuſdam. Cõtra eos eſt quod not. 12. q. 2. Vulteranæ. & 16. q. 1. generaliter.

A*Bbates.*] Sunt duæ partes. Prima tractat de benedictione ſuper populo fienda, & per abbates ſuper hoc priuilegiatos. Secũda: ibi, *Nec eis.* De collatione tonſuræ. Iterum prima dicit quid eis liceat determinando locum & tempus. Secunda: ibi, *Alibi.* ponit quid non liceat. & exceptionem ſubdit: ibi, *Niſi.* Secunda principalis miſcendo quid liceat, ponit quid non liceat, à quo excipit: ibi, *Niſi.* Ioan. And.

¶ Si Abbas à ſede Apoſtolica obtinuit priuilegium, vt poſsit impertiri ſolemnem benedictionem: iſtud priuilegium reſtringitur quãdiu eſt in monaſterio, vel in capella ſibi pleno iure ſubiectis. hoc dicit. Præſupponendum eſt, ꝙ ſimplex ſacerdos licet poſsit populum benedicere benedictione non ſolemni: ſoli tamen eiſcopi poſſunt impendere benedictionem ſolemnem, quæ fit dicendo: Sit nomen Domini benedictum. Humiliate vos ad benedictionem. 95. diſt. c. ecce ego dico.

CASVS. Aliquis abbas obtinuit à ſede Apoſtolica priuilegium, vt poſſet impertiri ſolemnẽ benedictionem, & non fuit dictum in quocunque loco; ſed ſimpliciter fuit ei conceſſa facultas, vt poſſet

impertiri

impertiri ſolemnem benedictionem. Iſte abbas inuitatus ad funus cuiuſdam defuncti voluit impertiri iſtam ſolemnem benedictionem: aut cum eſſet in aliqua proceſsione, voluit impertiri benedictionem ſolemnem: vtrum poſsit? Rñdet Romanus Põtifex dicẽs, ꝙ niſi aliud fuerit dictum & nominatim expreſſum in priuilegio ſuo, non poterit impertiri benedictionem ſolemnem niſi in monaſterio ſuo, & in capellis ſibi perpetuo iure ſubiectis: in quibus ipſe abbas eſt tanquam epſ. Sed vtrum ſit permiſſum abbati conferre primã tonſuram extraneo non ſuis conuerſis? Rñdet ꝙ non; etiam ſi illi extranei conuolarent ad monaſteriũ animo conuertendi ſe vt fierent monachi. [*Inſigniuit.*] ſcilicet ſimpliciter. [*Elargiri.*] quia in his tribus conſueuerũt epi benedictionem ſolemnem impertiri populo. Not. primo quòd benedicere populũ benedictione ſolemni, cõpetit ſolis epis, qui tenent locum Apoſtolorum, & alij inferiores prælati, puta rectores eccleſiarum parochialium tenent locum lxxij diſcipulorum. Not. ꝙ abbates de iure cõi non habent facultatem impertiendi benedictionem ſolemnem: ſed poſſunt à ſede Apoſtolica obtinere priuilegium, vt illam benedictionem ſolemnem poſsint impertiri.

† Aliàs, expreſſe.

† Vide concilium Trident. ſeſſio. 23. de reformat. c. 10.

Not. tres horas, in quibus epſ poteſt benedicere populum benedictione ſolemni: videlicet poſt laudes, poſt Miſſarum ſolennia, & poſt veſperas. Not. quòd abbates poſſunt conuerſis ſuis conferre primam tonſuram, per quam confertur ordo clericalis. Not. ꝙ ſi Papa dedit alicui abbati priuilegium benedicendi populum benedictione ſolemni: iſtud priuilegium non extenditur extra monaſterium ipſius abbatis, & loca ſibi pleno iure ſubiecta: nã iſtud priuilegium tendit in diminutionem auctoritatis epalis: ideo debet ſtricte interpretari, vt minus ledat. Et ſi abbas daret benedictionem populo extra monaſterium vel loca ſibi pleno iure ſubiecta, ipſe delinqueret, & poſſet eum epſ punire non obſtante priuilegio exemptionis: quia priuilegia tantum valent quantum ſonant.

¶ *Prima glo. ſummat.*

a ¶ *Abbates.* ] dicit quomodo intelligatur priuilegium quod habent quidam Abbates de populo benedicendo, & quibus poſsint Abbates conferre tonſuram. Ioan. And.

¶ *Secunda glo. reci. per quæſtionem.*

a ¶ *Abbates.* ] Licet hic de abbatibus exprimat: idem intelligo de Prioribus, archipresbyteris, vel aliis quibus hoc priuilegium conceſſum eſſet, cum eadem ſit ratio: iſta autem decre. olim inter extrauagantes incipiebat: Quoniam nonnulli. [De qua loquitur Gu. in Spe. eo. tit. Ioan. And.

ADDITIO. Opinionẽ glo. tenet Archid. propter identitatem rationis. alleg. ſ. de conſti. tranſlato. bene facit j. eod. vt Apoſtolicæ. Ioan. and.

b ¶ *Pleno iure.* ] ſcilicet in ſpiritualibus & temporalibus. ſ. eod. cum & plantare. §. in eccleſiis. & ſ. cap. quoniam per confeſsionem.

ADDITIO. Dicit hic Archid. Alanum ſcripſiſſe, ꝙ tunc eccleſiæ pleno iure pertinent ad monaſteria, qñ in eis ſacerdotes inſtituunt, & omnes obuentiones percipiunt præter ſtipẽdia miniſtrorum. de præb. auaritiæ. & cap. de monachis. vbi de hoc. in antiq. & 16. q. 2. in ſumma. Ioan. And.

Eccleſia quãdo dicatur ſpectare pleno iure ad monachos.

c ¶ *Solemnem.* ] ſcilicet quam faciunt epi ſolemniter dicendo: Sit nomen Dñi benedictum, & c. quia priuatam benedictionem exhibent etiam presbyteri ſimplices. 95. diſt. ecce ego dico.

Benedictio ſolẽnis qualiter fiat.

ADDITIO. Non tñ præſente epo. 21. diſt. denique. Ioan. And.

d ¶ *Alibi.* ] ſcilicet extra eccleſias ſibi pleno iure ſubiectas.

ADDITIO. Dicit Archid. ꝙ multi priuilegiati hoc male obſeruant propter qđ eſſet eis priuilegium auferẽdum. 47. diſt. vbi iſta. & c. ſeq. Ioan. And.

e ¶ *Expreſſo.* ] Quantumcunque ergo generaliter loquatur priuilegium: hoc non poterit: niſi id in priuilegio ſit expreſſum, & c. ſi. ſ. eod. lib. de hæret. inquiſitores.

f ¶ *Conuolauerint.* ] vt ibi conuertantur & fiant monachi.

ADDITIO. De æta. & quali. cum contingat. datur conſilium ꝙ hoc non fiat intra annum probationis: quia certum eſt, quòd poſtea exire poſſet, & fraus fieri, quæ præcauenda eſt. de ſer. non ordi. c. 1. pro & contra. ſ. de ſent. excom. religioſo. Ioan. And.

tes [a], quos Apoſtolica ſedes in exhibitione benedictionis ſuper populum ſpeciali priuilegio inſigniuit: in eccleſiis, quæ ad eos pertinent pleno [b] iure, quando in eis diuina officia celebrant: poſſunt poſt Miſſarum ſolemnia, & veſpertinas, ac matutinas laudes, benedictionem ſolemnem [c] ſuper populũ elargiri. Alibi [d] autem publice, aut per vias, ciuitates, caſtra, & villas, populis & plebibus benedictionem facere vel impartiri non valeant: Niſi hoc eis expreſſo [e] † Apoſtolico priuilegio ſit conceſſum. Nec eis † licitum ſit aliis, quàm monaſteriorum ſuorum conuerſis, & qui ad illa conuolauerint [f], & in quos eccleſiaſticam, & quaſi epiſcopalem [g] iuriſdictionem obtinent, primam clericalem conferre tonſuram [h]: Niſi eis id competat ex pleno præfatæ ſedis indulto [i].

¶ Idem.

¶ *Exempti in locis non exemptis oratoria vel capellas ſine diœceſanorum licentia conſtruere non poſſunt; nec in exemptis ſine licentia Papæ. Nec paſſunt exempti aſſumere cauſas proprias ſuorum liberorum hominum in ſe, etiam ſi illi ſint ſui cenſuales. hoc dicit. Ioan. And.*

## CAP. IIII.

AVCTORITA-

g ¶ *Quaſi epiſcopalem.* ] Hoc dixit: quia vere epalem habere nõ poſſet, i. vt poſſet chriſmare, & alia facere, quæ ſunt epalis ordinis. ſi igitur abbas in parochia ſua vel alio loco habet iuriſdictionẽ in ſpiritualibus ꝙ aliàs de iure debet habere epſ; etiã puros laicos nec cõuerſos, nec cõuertendos poterit clericare: aliàs nõ. ſicut enim epſ laicum non ſuæ iuriſdictionis ordinare non poteſt abſque licentia ſui epiſcopi. ſ. eod. lib. de tempo. ordi. c. vlti. ſic nec iſte abbas talem poterit ordinare.

ceres, vel ad tempus: tamen communiter boni prælati in præcipuis feſtis cõſueuerunt captiuos ſuos viſitare, & pinguius nutrire. Quæritur qui iudices poſſunt imponere iſtam pœnam? Dicendũ quòd omnis iudex habens merum imperium.

¶ *Prima glo. ſummat.*

† Vide Io. Ananiam in c. à nobis. de apoſta. & Felinum. in c. cum ſit. de foro compet.

uis[a] † ad reorum cuſtodiam, non ad pœnam carcer ſpecialiter deputatus eſſe noſcatur[b]: Nos tamen non improbamus, ſi ſubiectos tibi[c] clericos confeſſos de criminibus, ſeu conuictos (eorum exceſſibus & perſonis, cæteriſque circũſtantiis prouida deliberatione pẽſatis) in perpetuum[d], vel ad tempus prout videris expedire[e], carceri mancipes ad pœnitentiam peragendam[f].

a ¶ *Quamuis.*] Quamuis inuẽtio carceris fuerit ad cuſtodiam: tñ poteſt quis puniri pœna carceris perpetuo, & ad tempus. hoc dicit.

b ¶ *Noſcatur.*] C. de cuſto. reorum. l. 1. & vlti. vbi dicitur de iis quos carcer tenet incluſos, aperta definitione ſancimus, vt aut conuictos velox pœna ſubducat: aut liberãdos cuſtodia diuturna non commaceret 1. ad idem. ff. de pœn. l. aut damnum. §. ſolent.

1 Quia iſta manſio eſt ſimila l ſi hominẽ. ff. de poſi. & eſt durius ibi ſedere q̃ toto die in agro fodere, l in ſeruo rũ. ff. eo. & condemnati carceribus ad tempus, intelligitur ad 2. annos de An. ha. alleg l. ſi. fine. ff. eo. de carceribus late Guliel. Lerouille li. 3. ti. de commentarienſibus in cõpẽdio ſuo de iuſti. & iniuſti. Fonta.

ADDITIO. Ad idẽ 19. diſt. in memoriam. 2. q. 5. Mennam. vide ſatis de hoc per Hoſtien. in ſum. de accu. §. qualiter. & in vlti. col. Ioan. Andr.

¶ *Gl. ſeq. cum ſequentibus duabus reci. poſſũt per tres quæſtiones.*

c ¶ *Tibi.*] Cui loquatur non appa et: vnde intelligatur non ſolum in epiſcopo, ſed etiam in quocunque qui iuriſdictioni præeſt, & delicta punire poteſt. ad idem ĩ. de ſentent. excommu. ſi clericos. & quod ibi dixi. [Idem Archidi.]

d ¶ *In perpetuum*] Si hoc exprimatur, an in perpetuum, an ad tẽpus, ſtabitur expreſſo: ſi ſimpliciter damnetur, perpetuo intelligitur, non temporaliter damnatus. C. de pœn. l. ſeruus. de quo dic vt 50. diſt. cap. 1. ſ. de conſti. ex litteris. ff. de poſtu. l. puto. §. 1.

† Præter doctores hic, vide aliqua per Decium in c. nouit. de iudic.

ADDITIO. Archid. remittit. 81. diſt. dictum. 20. q. 1. ſicut qui. Ioan. And.

e ¶ *Expedire.*] Sicut in carcere quo ad cuſtodiam non debet fieri miſtio ſexuum, vt C. de cuſto. reo. l. 3. ſic dico quòd in carcere quo ad pœnam non fiet miſtio. & eſt ſimile quod dicimus de monaſteriis, quod non debent eſſe duplicia. 18. q. 2. diffinimus. periculoſa eſt enim talis commiſtio. ſ. eod. lib. de ſtatu. reg. c. vnico.

f ¶ *Peragendam.*] Hoc idem probatur ſ. de hæret. cap. penul. in fin. ſ. de verbo. ſigni. nouimus. in fin.

¶ Idem.

¶ *Pœna alicui impoſita, & eius poſteris, non extenditur ad poſteros lineæ fœmineæ, niſi aliud in iure vel ſententia ſit expreſſum. hoc dicit. Zen.*

## CAP. IIII.

VBicunque† alicui & eius filiis ſeu poſteris[g] vſque in certam generationem pœna imponitur ab homine vel à iure, pœna ipſa eos tantum afficit, qui per maſculinam[h] non per fœmininam lineam deſcendere dinoſcuntur: Niſi aliud in iure[i] vel ſentẽtia[k] ſit expreſſũ.

VBicunque.] Ponit regulam cum ſua exceptione: ibi, *Niſi.* Nec vr ibi dictum incongrue vbicunque, quaſi, vbi, ſit aduerbium loci, & interrogans de loco. 13. q. 2. vbicunque ſepeliamur. eſt enim etiam aduerbium temporis: tamen vbicunque, ideſt, quandocunq;. facit ſ. eod. lib. de elect. vbi periculum. §. penult. cum concor. & c. & eſt etiam qualitatis, quantitatis, & ſimilitudinis, quæ non proſequor. & dato quòd dicamus vbicunque: in quocunque loco iuris ſcripti vel non ſcripti, nil abſurdum. Io. And.

CASVS. Iure cautum reperitur in pluribus locis, q pro certis criminibus & nonnullis exceſsibus imponitur pœna non ſolũ delinquenti, ſed etiam eius poſteritati vſque ad tertiam generationem: quæritur de qua generatione ſunt illa iura intelligenda? Reſpondet q intelligitur de poſteritate deſcendente per lineam rectam maſculinam, non autem per lineam fœmininam. Et iſtud verum, niſi aliud eſſet expreſſum in conſtitutione: quia tunc tenor cõſtitutionis eſſet obſeruandus. Not. primo differentiam eſſe inter filios & poſteros. Vide de pœn. in quibuſdam. Not. ſecundo differentiam non eſſe in diſpoſitione iuris vel hominis quo ad interpretationem verborum. Dominicus.

g ¶ *Poſteris.*] pone exemplum ſ. eod. tit. in quibuſdam.

h ¶ *Maſculinam.*] & merito: quia immunitas alicui & eius poſteris conceſſa, non comprehendit fœminas. ff. de mune. & hono. l. vacatio. ff. de iure immunit. l. 1. §. 1. [Vult glo. quòd tales nõ gaudeant priuilegio: ergo non arcentur pœna.] Præterea ex quo quis de nuptiis natus eſt, patrem ſequi debet, & nõ matrem. ff. de ſta. ho. l. cũ legitime. quod omnino verum eſt, & qñ agitur de dignitatibus & honoribus, & pœnarum immunitatibus, vt C. de decur. l. eos indulſerunt. & l. exemplo. & l. nullus. & l. ſi ille. lib. 10. & C. de pœn. l. decurionum filij. & ff. de pœ. l. moris. §. fi. ff. de decurio. l. fi. §. in filiis. & eſt ratio: quia filij ſequuntur agnationem patris, & non matris. [De hoc ſ. de conuer. in fin. c. 2. ſuper 3. glo.] Et nobilitantur ipſi filij radiis patrum, ſicut & vxores radiis maritorum. in Authẽ. de conſul. circa medium. col. 4. ff. de ſena. l. 1. & l. fœminæ. & l. liberos. & adde quod dixi. ſ. eo. lib. de hæreti. ſtatutum 2. Et quod dixi in cle. de bapt. præſenti. in gl. comprehendit. Et bene facit ff. de ven. in poſſ mit. l. 1 §. 1.

i ¶ *Iure*] ſ. eo. lib. de hære. cap. 2. & c. ſtatutum 2.

¶ *Gl. ſeq quærit, & opi. ponit, quã determinat. ad quod reci. per contrarium, & ſoluit.*

k ¶ *Sententia.*] ſ. eod. lib. de ſchiſmat. c. vnico. Sed pone, vſque ad tertium vel alium certũm gradũ iure vel ſententia damnata eſt vtraque linea maſculina & fœminina: ego non damnatus cum filia ſic damnati contraho matrimonium, quæritur an filij ſic ſuſcepti de tali matrimonio ſint damnati? hanc quæſtionem formauit Hoſtien. ſ. eod. tit. in quibuſdam. & dixit diſtinguẽdum, Aut talis mulier ſcienter ducta fuerit: & tunc damnati ſunt filij vſque ad expreſſam lineã: aut ignoranter, & tunc filij non ſunt damnati propter patris ignorantiam: ſicut & ignorantia alterius parentum facit prolem legitimã: aliàs de illegitimo complexu genitam, ſi banna præceſſerunt. ſ. de clan. deſpon. cum inhibit o. ſ. qui filij ſint legi. ex tenore. ff. de ritu nup l. lege Iulia. & ſic etiam poſſet intelligi ſecundum eum. c. 3 . q. 4. liberi. vel loquatur aliud ſecundum leges Lombard. quod dic vt not. ſ. de ſer. non ordi. c. vlti. quod dicit de ſciente, præciſe ſit verum: ſed quod dicit de ignorante poſſet eſſe verum in ignorantia facti, ſcilicet q neſciebam illum talem eſſe: ſed in ignorantia iuris, quia neſciebam illum talem eſſe, ſed ignorabam quòd ius poſteros eius damnaret, ſecus. ad hoc ĩ. de reg iur. iuris ignorãtia. ſed in ignorantia facti videtur 2. ſicut ſi quis credens ſe contrahere cum libera, contrahat cum ſerua: tamẽ filij ſunt ſerui domini ancillæ 2. Sed ibi non eſt mirum ſi ignorantia nõ excuſat: per quam ipſi domino fieret præiudicium ſi excuſaret: ſed hic nulli infert præiudicium, & ideo ſuſtineri poteſt illa ſolutio.

2 Vide quod dixi ſupra q fil. ſint legi. ex tenore. in per 2. glo. Ioan. An.

¶ Idem.

¶ *Primo, punit inſequentes, percutientes, aut capientes Cardinales, & eius criminis ſocios. Secundo, eorum filios & nepotes. Tertio, ipſis inſectatoribus pœnam addit. Quarto, quam ſatisfactionem cum abſoluentur facere debeant: & quid per abſolutionem conſequantur: Quinto, de nudis conſiliariis, vel ſimpliciter fauentibus huic crimini. Sexto, ad collaterales permittit pœnas extendi. Septimo, ponit de inſequentibus clericos, vel religioſos familiares Papæ vel Cardinalium. Octauo, ponit de occidentibus Cardinales. Nono, dicit Poteſtates ſeculares nihilominus pœnis legalibus contra tales vti debere, & hanc conſtitutionem etiam facere obſeruari: & contrafacientibus pœnam imponit. Ioan. And.*

## CAP. V.

FELI-

FElicis.] Diuiditur in nouem partes, quæ ſatis patent. Secunda in §. *Quòd ſi quis.* Tertia: ibi, *Præſenti.* Quarta: ibi, *Cum autẽ.* Quinta: ibi, *Illud.* Sexta: ibi, *Cæterũ.* Septima: ibi *Præmiſſis.* Octaua: ibi, *Si quis.* Nona: ibi, *Per hoc.* Sed Io. Mo. diuidebat in quatuor: de primis ſeptẽ faciens vnam partem, dicens, q tractat de inſecutoribus Cardinalium & eorum complicibus citra mortem: & hãc ſubdiuidebat in ſeptem: de vltima parte faciebat duas. ſecundam: ibi, *Quapropter.* Dicit Archid. q ſic incipit decre. 1. de torne. addere poterat ſ. eod. lib. de cen. felicis. Ioan. And.

CASVS. Aliquis concepit odium contra aliquem Cardinalem: illum cepit, detinuit inuitum, forte incarcerando; ſed forte in loco honeſto: vel inſecutus eſt eum hoſtiliter; licet non cepit, nec incarcerauit: quæritur qua pœna ſit puniendus? Reſpondet q ipſe committit crimen læſæ maieſtatis, & ipſo facto eſt infamis, & bona eius confiſcantur. Item non poteſt facere teſtamẽtum, nec aliquid accipere ex teſtamento, & ſic efficitur inteſtabilis actiue & paſsiue. Item habitationes eorum ſiue domus debent deſtrui, & nullo tempore debẽt poſtea reædificari. Item ſi conueniant ſuos debitores, ipſi debitores nõ tenẽtur eis reſpondere, nec debita ſibi ſoluere. Itẽ ſi ab eccleſia obtineant aliqua beneficia: ipſo facto ipſi ſunt priuati ipſis beneficiis: ita q ille ad quem ſpectat collatio illorum beneficiorum, talia beneficia conferre poterit. Sed quid ſanctiſsime pater, ponamus q iſte qui detinuit inuitum aliquem Cardinalem, vel eum perſecutus fuit hoſtiliter, habet aliquem nepotem vel filium, qui in eccleſia obtinet beneficium vel dignitatem: an pro delicto patris debeat puniri ipſe filius vel nepos? Rñdet q ſic. Nã dicit Romanus Pontifex, q ipſe filius vel nepos ipſo facto eſt priuatus

natus quibuſcũque beneficiis & dignitatibus, etiam ſi eſſet præſultus dignitate epiſcopali, vel alia maiore aut minore dignitate: & vlterius factus eſt incapax cuiuſcunque beneficij eccleſiaſtici decætero obtinendi in eccleſia: & non ſolum efficitur talis filius vel nepos incapax beneficiorum eccleſiaſticorum, ſed etiam quoruncunque officiorum publicorũ vel ſecularium: nec poteſt admitti ad teſtimonium. Poſtea dicit Romanus Pontifex, ꝙ non ſolum perſequẽtes & detinentes vel inſecutores Cardinalium puniũtur prædictis pœnis, ſed vltra has pœnas incurrũt ipſo facto ſententiam excõicationis, à qua nõ poſſunt abſolui, niſi à ſolo Papa. Et hoc verum, niſi in caſu neceſsitatis, puta in articulo mortis: nam tũc poſſent abſolui etiam à ſimplici ſacerdote, præſtita tñ prius ſufficienti cautione & idonea, ꝙ ipſi facient pœnitentiã, quæ eis imponetur pro huiuſmodi exceſſu. Sed quid ſi aliquis non perpetrauit iſtos exceſſus circa perſonas Papæ, vel Cardinalium: verũtamẽ dedit conſilium, vt Cardinalis detineretur in vinculis, an ſit aliqua pœna puniendus? Rñdet ꝙ ſic: quia erit puniendus pœna arbitraria ad arbitrium iudicis ſecundum exigẽtiam criminis. Sed ponamus ꝙ aliquis non tenuit Cardinalem, neque illum fuit inſecutus, ſed in odium ipſius Cardinalis detinuit & incarcerauit aliquem de ſuis familiaribus: vel etiam fuit aliquis qui hoſtiliter inſecutus eſt aliquos clericos: nunquid eſt puniẽdus aliqua pœna? Certe ſic: nam iudex illos punire debet ſecũdum ſui criminis exigentiam. Poſtea Romanus Pontifex in fine oſtendit quas pœnas debent pati illi, qui occidũt Cardinales. & ꝙ iudices ſeculares vltra iſtas pœnas in hoc capitulo contentas debent iſtos malefactores occidentes Cardinales, vel detinentes inuitos, vel incarcerantes punire pœnis legalibus, ſecundum ꝙ leges ciuiles diſpoſuerunt. Item præcipit Papa hanc conſtitutionem obſeruari, & contrafacientibus pœnam imponit. ſequitur textus. [*Læſæ maieſtatis.*] Crimen læſæ maieſtatis committit non ſolum machinans in mortem principis, ſed etiam machinans in mortem ſuorum cõſiliariorum ſibi aſsiſtentium. l quiſquis. C. ad legem Iul. maieſtatis. ideo machinans in mortem Cardinalium, eſt reus iſtius criminis. [*Diffidatus*] & ſic auctoritate iſtius cap. conſtituitur iuſtum bellũ inter ipſum criminoſum & Chriſtianos reſpectu Chriſtianorum, non autem reſpectu ſui. [*Inteſtabilis*] actiue & paſsiue. id eſt, nõ poſsit facere teſtamentum, nec aliquid accipere ex teſtamento, vt ſequitur. [*Deſertæ*] id eſt, debent manere in perpetua ruina, vt ſit perpetua memoria de ipſo, vt ſequitur. [*Poſtulandi.*] Nã aduocatus eſſe non poteſt infamis: quia aduocandi officium, eſt laudabile officium. l. laudabile. C. de aduocatis diuerſorum iudicũ. Secus eſt de officio procuratoris. Nam infamis poteſt eſſe procurator. [*Diſpenſationis.*] quædam cõminatio: nam Papa nõ poteſt ſibi imponere legem. [*Incurrat.*] Et iſte eſt caſus ſpecialis, in quo quis incurrit ipſo facto ſententiam excommunicationis: licet non iniecerit manus in clericos, regulariter contra. cap. ſi quis ſuadente, decimaſeptima q. 4. [*Accenſis.*] & extinctis: ac in ſignũ maledictionis æternæ, quam Deus dedit Dathan & Abiron in terram proiectis. [*In mortis articulo conſtituti.*] Nã in articulo mortis poſſent abſolui à ſimplici ſacerdote. [*Idonee.*] id eſt, cauere debent qđ æquo animo ſuſtinebunt pœnam ſibi imponendam. [*Non negetur.*] licet dictum ſit, ꝙ nullus debet ſibi in iudicio reſpondere: tñ impleta pœnitentia poterit proſequi iniuriam ſuam, vel ſuorum, vel pro contractibus poſt pœnitentiam celebratis poterit conuenire ſuos debitores. [*Suadebunt.*] Dictum fuit ſ. quod non ſolũ cõmittentes prædicta puniuntur iam dictis pœnis: ſed etiã eorum poſteriores deſcendentes per lineam fœmineam. Sed quid de linea tranſuerſali, vt ſunt filij fratrum, vtrum Papa poterit illam pœnam extendere ad collaterales? Dicit ꝙ ſic: ſed collaterales non incurrunt pœnam ipſo facto. [*Ediderunt.*] l. ſi quis in hoc genus ſacrilegij. C. de epiſc. & cleric. [*Priuata.*] vult dicere ſi delictum ſit perpetratum: immediate debent epſ & rectores ciuitatis inſurgere ꝯ tales, ſecũdum quod leges ordinauerunt, vt in dict. l. ſi quis, alleg. Et ſi non fecerint, incurrant ipſo facto ſententiam excommunicationis, & vltra debent priuari ſede epali, vel archiepiſcopali, & nihilominus ſit interdica ciuitas.

† Vide proceſſum bullæ in cœna Domini. § 11. & de materia textus Hieronimũ de Tortis cõſilio quodã, quod reperies in fine cõſiliorum Antonij de Butrio.

† Vide Decium in c. 1. de offic. delegati.

† Diffidare, & bannire quid ſignificet, docent Angelus de peruſio. conſi. 13. Geminianus in c. 1. de homicid lib. 6. & Petrus Goldofredus in Auth. Gazaros. c. de hæret.

cis a † recordationis Honorij Papæ iij. prædeceſſoris noſtri veſtigiis inhærentes b, quibuſdam additis & detractis c de cõmuni fratrum noſtrorum conſilio, hac in perpetuum valitura conſtitutione ſancimus: Vt ſi quis deinceps in hoc ſacrilegij d genus irrepſerit, quòd ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem e fuerit hoſtiliter inſecutus, vel percuſſerit f, aut ceperit, vel ſocius g fuerit facientis, aut fieri mandauerit, vel factũ ratũ habuerit h, aut cõſilium † dederit vel fauorem i, aut poſtea receptauerit k, vel defenſauerit ſcienter eundẽ: ſicut reus criminis læſæ maieſtatis perpetuo ſit infamis, diffidatus, † nihilominus & bannitus: ſit inteſtabilis, vt nec teſtamenti liberam habeat factionem, nec ad alicuius bona ex teſtamento, vel ab inteſtato vocetur: quarenus ab omni ſucceſſione repulſus, publicaque repulſa confuſus, minus inueniat ſuæ malitiæ ſucceſſorem: fiant † habitationes eius deſertę: & vt nõ ſit qui eas inhabitet, dentur cuncta ipſius ædificia in ruinam: & vt perpetuæ notam infamię perpetua ruina teſtetur, nullo tempore reparentur: nullus ei, debita reddere, nullus reſpondere in iudiicio teneatur: quidquid etiam in bonis inuenitur ipſius, fiſci vel reipublicę dominio applicetur, vt ex illis nil tranſmittat ad poſteros, ſed potius cum ipſo quodammodo damnentur & ſua l. Si qua vero feuda, locationes, officium, vel beneficium ſpirituale, vel temporale ab aliquibus eccle-

† Pſal. 61.

¶ *Prima glo. ſummando diuidit.*

a ¶ *Felicis.*] In prima parte punit Bonifacius inſequentes, percutientes, aut capientes Cardinales, & eius criminis ſocios vſque ad §. *Quod ſi quis.* vbi punit eorum filios & nepotes, & hoc vſque ad §. *Præſenti.* ibi ipſis inſecutoribus pœnã addit vſque ad §. *Cum autem.* ibi ponit quam ſatisfactionem cum abſoluentur facere debeant, & quid per abſolutionem conſequantur vſque ad §. *Illud.* vbi tractat de nudis conſiliariis vel ſimpliciter fauentibus huic crimini vſq; ad §. *Cæterum.* vbi ad collaterales permittit has pœnas extendi vſque ad §. *Præmiſſis.* ibi ponit de inſequentibus clericos vel religioſos familiares Papæ, vel Cardinalium vſque ad §. *Si quis,* vbi ponit de occidentibus Cardinales vſque ad §. *Per hoc.* vbi dicit nihilominus poteſtates ſeculares pœnis legalibus contra tales vti debere, & hanc conſtitutionem etiam facere obſeruari, & contrafacientibus pœnam imponit.

b ¶ *Inhærentes.*] ad idem ſ. de iura. calum. c. 1. cum ſi.

c ¶ *Detractis.*] ad idem ſ. in procemio huius lib.

d ¶ *Sacrilegij.*] quod tanto maius eſſe cenſetur, quanto perſona quæ patitur maior eſt. de pæniten. diſt. 1. aut facta. C. de epiſco. & cle. l. ſi quis. in hoc. & j. eo. §. præmiſsis. [Alleg. Archidia. quod no. 22. quæſtio. 5. cap. 2. & quod habetur ea. cauſa: q. 1. mouet.] De multiplici ſacrilegio tractatur 17. quæſtio. 4. cap. ſacrilegium. & cap. ſequentibus.

ADDITIO. Et notatur ſ. eod. cap. ſacrilegium. & quamplures ipſius ſpecies ponit hic Archid. quem vide. Ioan. And.

e ¶ *Cardinalium.*] Contra percutientes, capientes, & bannientes epiſcopos prouiſum eſt hodie per clement. de pœnis, ſi quis ſuadente.

f ¶ *Percuſſerit.*] Hoc intelligo in illo, qui nõ iure hoc facit, quia non ſe defendendo: tunc enim ceſſaret pæna. ſ. de homi. ſignificaſti. 2. de ſent. excom. ſi vero. non enim tunc peccat, cum auctoritate legis id faciat, 23. q. 4. qui peccat.

g ¶ *Socius.*] Cum enim eum comitetur per facinus, pari pœna punietur. C. de epiſco. & cleri. l. ſed quemquam. in fi. & de hoc. 2. q. 1. notum. & ſ. de offic. deleg. cap. 1. ſ. de ſenten. excom. quantæ. 23. q. vlti. cap. vlti.

¶ *Glo ſeq. ponit duas lecturas, & primam approbat.*

h ¶ *Ratum habuerit.*] Intellige hoc ſi eius cõtemplatione vel nomine ſit factum, vt j. de reg. iur. ratum quis. & j. de ſentent. excom. cum quis. 2. reſpon. Alij 1 contra, dicentes hoc ſpeciale, ꝙ pœna locum habeat in ratificante, licet non fuerit ſuo nomine geſtum, ſed credo ſtandum regulæ.

1 Vt Ioan. Monac.

ADDITIO. Idem Archidiac. qui hoc prolixe proſequitur.

i ¶ *Fauorem.*] non nudum nec ſimplicem: quia de illis oſtendet j. §. illud. [Idem Archid.]

k ¶ *Receptauerit.*] pari enim pœna ſunt puniendi peſsimi receptatores, ſine quibus delinquentes diu latere nõ poſſunt. ff. de recep. l. 1. C. de iis qui la. occul. l. 1. & 2. niſi 2 eſſent conſanguinei vel affines. ff. eo. tit. l. 2.

2 Excipit à paritate pœnæ. nam vt dicit lex illa non abſoluũtur nec tam ſeuere puniuntur extranei. Ioan. And.

¶ *Glo ſeq. recitetur per contrarium.*

l ¶ *Damnentur & ſua.*] regulariter contra: quia bona damnatorum tranſeunt in hæredes, & non in fiſcum. C. de bonis damnatorum. Authent. bona. ſed hoc fallit in hoc crimine læſæ maieſtatis. C. ad legem Iuliam maieſt. l. quiſquis. & eſt canonizata. 6. quæſtione capitul. quæro ergo. §. verum. & in crimine hæreſis ſupra eodem libr. de hæreti. cum ſecundum. & in caſibus ibi poſitis.

ADDITIO. Dicit Ioan Mona. ꝙ propter immenſitatem criminis non putat locum eſſe diſtinctioni. l. 3. ff. de interdict. & relegat. quæ diſtinguit inter paterna & acquiſita. Ioan. And.

a ¶ *Diſponant.*]

ſiis obtinet, ſit eis ipſo iure priuatus: quæ ſic libere ad eccleſias reuertãtur, ꝙ eccleſiarũ rectores de ipſis ꝓ ſua voluntate diſponãt [a]. ¶ Quòd ſi quis prędictorũ filiũ vel filios habeat, nepotẽ vel nepotes per rectam lineã [b] deſcendẽtes, beneficiatũ ſeu beneficiatos quouis beneficio, etiã ſi pontificalẽ [c] adeptus vel adepti fuerint dignitatẽ, ſint eis ipſo iure priuati: ſpe promotionis omnino ſublata. Nulli præterea taliũ filiorũ atque nepotũ ex virili [d] ſexu deſcendentium ab eiſdẽ, alicuius aperiatur ianua dignitatis, aut honoris eccleſiaſtici, vel mundani, ſeu ad alicuius loci regimen ſit aſcenſus. Sit eis poſtulandi negata facultas: ſit notariæ † iudicatus, & quodlibet aliud officiũ ſeu miniſteriũ publicũ interdictum. In iudiciis eorũ aſſertio contra quemquã nihil fidei, nihil credulitatis inueniat, vt ad teſtimonium prorſus reddãtur indigni: ſit eis ad ordines aſcenſus inhibitus, ſit ad beneficiũ [e] vel officium eccleſiaſticum denegatus acceſſus †; & (vt magis famoſa ſit eorum infamia) ad act⁹ legitimos nullus eis pateat aditus: nulla porta pandatur eiſdẽ ſuper aliquo præmiſſorum, omni † ſpe diſpenſationis adempta. ¶ Præſenti nihilominus adiicimus ſanctioni, vt ex inſecutione [f] prædicta, ſicut ex iniectione manuũ violenta, ipſo facto excommunicationis ſententiam quis incurrat: & tam inſecutor, quàm alij ſupradicti tanti mali participes, quamdiu in ſua contumacia perdurarint, ſingulis diebus Dominicis & feſtiuis, pulſatis campanis, & candelis accenſis, per omnes illius loci eccleſias, in quo tantum facinus fuerit attentatũ, necnõ ciuitatum & diœceſum vicinarum [g] † excõmunicati publice denuntientur †: nec ab alio, quàm à Romano Pontifice poſſint abſolutionis beneficiũ obtinere: niſi dũtaxat in mortis † articulo [h] cõſtituti. ¶ Cũ autem fuerint abſoluendi primo ſufficiẽter & idonee [i] caueant, ꝙ inferendæ pœnæ parebũt, & auxiliante Domino pœnitẽtiam peragent iniungendam. Deinde per omnes illius loci eccleſias principales vicinorumque locorum diebus Dominicis & ſolemnibus incedant nudi coram populo, femoralia tantum habentes, & ferulas deferentes in manibus, cum quibus per eaſdem eccleſias publice fuſtigentur: ituri poſtmodũ vltra [k] mare, & ibidem acturi pœnitentiam per tres annos ad minus, nec exinde poſtmodum reuerſuri abſque ſedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali. Verum cũ talis gratiã recõciliationis meruerit beneficio abſolutionis obtẽto, indulgeatur ei licẽtia, vt ſuã & ſuorũ iniuriã proſequatur [l]: & debitorum illorum, quæ cõtracta fuerint † de poſtmodum acquiſitis [m] repetitio nõ negetur. ¶ Illud autem nõ duximus omittendum, ꝙ ſi quis fuerit in præmiſſis nudo cõſilio, aut ſimplici [n] fauore culpabilis, iudex in talem pœnã metiatur ex culpa, vt ſecundũ ꝙ exceſſus exegerit, vindicta procedat. ¶ Cæterum quia dignũ eſt, vt nefandi ratione flagitij, vltionis ſeueritas amplius extendatur, & ꝓpter enormitatem culparũ, plagarũ modus exuberet, nec pœnis ſolitis contentetur: Statuimus, vt ad collaterales, fratres videlicet, nepotes, & ꝓnepotes talium poſſit [o] extendere pœnas in huiuſmodi noſtra conſtitutione cõtentas circunſpectio Romani Pontificis, prout circũſtantiæ rationabiles ſuadebũt. ¶ Præmiſſis etiam dignum cenſuimus annectendum, vt ſi quiſquã aliquo prædictorũ [p] exceſſuũ quẽquam de clericis vel religioſis noſtræ familiæ, vel Cardinaliũ afficere forte p̃ſumpſerit, ꝓportionetur pœna delicto: ita ꝙ vindicta ex æquo exceſſu reſpõdente, ab offenſa noſtrorum cohibeantur deinceps manus temerariæ formidine vltionis, quas Dei vel noſtra ſeu fratrum noſtrorum reuerẽtia non coercet [q]. ¶ Si quis vero per ſe, vel per alium occiderit Cardinalem (quod abſit) vel dederit cauſam [r] mortis: vltra quàm p̃miſſa contineant, ſic in eum poteſtas iuriſdictionis inſurgat, ſic rigor vltionis inſiliat, quòd cõtra vitæ ſubſidium mortis ſolatium innocet, viuens pœnæ nõ culpæ, vindictæ ſpeculum non offenſæ. ¶ Per hoc quoque ſecularibus poteſtatibus non adimimus [s] facultatem vtendi legibus contra tales, quas aduerſus ſacrilegos catholici princi-

a ¶ *Diſponant.*] illis nõ vocatis, etiam ſi de facto poſſiderent. ſ. eod. libro de præben. licet 2. & hoc ſonat verſi. libere. ſ. poſitus.

b ¶ *Per rectam lineã.*] De collateralibus enim tractat. j. §. cæterum.

c ¶ *Pontificalem.*] Aliàs enim tales non includebantur, niſi fuiſſet de ipſis expreſſum ſ. de conceſſ. prębẽ. dilectus. ad idem ſ. eod. libro de hæreti. Inquiſitores. & j. de ſentent. excom. quia periculoſum. Ioan. An.

d ¶ *Virili.*] Intelligebatur niſi aliud fuiſſet expreſſum ſ. c. proxi.

e ¶ *Beneficium.*] De dignitate ſupra dixerat, hic de beneficio dicit idem.

f ¶ *Inſecutione.*] De percuſsione & captione non erat dubium: ſed de inſecutione hic ſpecialiter ſtatuitur hęc pœna.

† In vulgatis codicib⁹ legitur, notoriæ.

ADDITIO. Et facit ad not. de pœnit. diſtin. prima. ſi quis pulſatus. cum enim in ſpecialem pœnã hoc inducatur, ꝙ inſequens ſit excommunicatus: eius contrariũ eſt regulare, quòd inſequens & vibrans nõ tamen percutiens clericum, excommunicatus non ſit, & idem Archi. 16. q. 4. ſicut qui. Ioan. And.

† Aliàs, aſcenſus.

† Aliàs, omnino.

¶ *Gloſſ. ſeq. quæſtionem ſoluit.*

g ¶ *Vicinarum.*] Quæ ſint loca vicina, dico iudicis arbitrio quo ad hoc relinquendum. & poſſent dici vicina non diſtantia vltra duas dietas vulgares. ſ. de reſcr. nonnulli. vel legales. ſ. eod. lib. de præbẽ. præſenti. §. locati. vel non diſtantia vltra vnam dietam. ſ. eo. lib. de reſcri. ſtatutũ. vel infra prouinciam. ſ. de elect. coram. arbitretur ergo in hoc bonus iudex.

† Loca vicina quę dicãtur vide per Alexan. conſil. 57. lib. 3.

ADDITIO. Vel infra finitima & propinqua, ſecundum Archi. facit pro eo de pœn. ſi quis ſuadente. verſi. qđ ſi terra. in cle. ipſe autẽ alleg. 2. q. 5. ſi epiſcopus. 65. diſt. c. fi. Ioan. And.

† Aliàs, nũtientur.

h ¶ *Articulo.*] ſimile 17. q. 4. ſi quis ſuadente. de offic. ord. c. paſtoralis. cũ ſimilibus. Io. And.

† Quoniam in mortis articulo nulla eſt reſeruatio: atq; ideo omnes ſacerdotes quoſlibet pœnitẽtes à quibuſuis peccatis & cenſuris abſoluere poſſunt. ita conciliũ Trident. ſeſſio. 14. cap. 7. tit. de caſuũ reſeruatione.

i ¶ *Et idonee.*] ſcilicet per pignora vel fideiuſſores. ff. man. l. ſi mandato. §. Paulus reſpondit. aliàs verbum cautionis nudã promiſsionẽ continet. C. de verbor. ſigni. ſancimus. ſed ſi hoc caſu ſufficientem cautionẽ dare non poſſet, dabit iuratoriã: vel cauebit ſub hypotheca ſuarum rerum. [Idem Ioan. Monachus.] C. de epiſco. & cler. in Authen. generaliter. & ff. vt leg. no. caue. l. filio. in fin. & facit quod dixi ſ. eod. lib. de vſu. ca. ſecundo. & quod not. ſ. de dote poſt diuor. reſtit. per veſtras. Ioan. And.

k ¶ *Vltra mare.*] & ſi Chriſtiani nihil haberent vltra mare, eſſet hęc pœna in aliam commutanda. ff. de interdi. & rele. l. relegatorum. 1. reſponſo. ff. ad l. Pompe. de parri. l. pœna.

† Aliàs, fuerunt.

ADDITIO. Idẽ Archidiacon. allegat not. 82. diſtin. presbyter. de vo. cap. 1. Ioan. Monac. dicit idem & alleg. ff. de admini. re. ad ciui. perti. legatum. Io. An.

l ¶ *Proſequatur.*] 4. q. 6. omnibus.

m ¶ *Acquiſitis.*] quia prius acquiſita erant confiſcata.

ADDITIO. Ad hoc ff. mand. ſi mandauero. §. ſi is cuius. Io Monac.

n ¶ *Simplici fauore.*] nudũ cõſilium, vel ſimplex fauor intelligitur illius qui ad maleficiũ faciendũ nihil adiicit. 1.

1 Aliàs ita: nihil adducit.

o ¶ *Poßit extendere.*] quædam iudicatio. ſi. ſ. eod. lib. de reſcr. cap. fi. nam & præter hanc permiſsionem Papa eo modo id poterat, cum non habeat imperium par in parem. ſ. de electio. innotuit. Io. And.

p ¶ *Aliquo prædictorũ.*] ſcilicet inſecutionis, captionis, aut percuſsionis, aut ſocietatis horum criminum.

q ¶ *Coercet.*] ſ. de vita & honeſt. cleri. vt clericorum.

r ¶ *Cauſam.*] proximã, non remotam: quod dic vt ſ. de hom. de cætero. de teſtibus. ſicut. [Idem Archid.]

¶ *Glo. ſeq. alleg. vnam concor. obiic. & ſoluit, & arguit.*

s ¶ *Adimimus.*] cõcor. C. de ſacroſanctis eccleſiis. l. placet. [canonizata 16. q. 1.] vbi primo per eccleſiaſticum iudicem, ſecundo per ſecularem quis punitur, & ſic in caſu noſtro ꝓpter criminis horrorẽ 2. eſt enim regulariter ſecus vbi criminaliter agitur. ſ. de accuſat. de his. vbi de hoc. & ſecunda q. 5.

2 Aliàs, loquendo de laicis, videtur eſſe ordo conuertendus. 17. q. 2. de preſbyterorum. 23. q. 5. ſunt quædã. Ioan. And.

q.5.habet hoc proprium.ſunt enim paria, aliquem eſſe abſolutum vel condemnatum,& ſoluiſſe.ff.de except.rei iud.ſi quis cum totum.§.plane.& facit hæc decre.ad id quod not.ſ.de iud. at ſi clerici.in glo. penult.

¶ *Glo.ſeq.alleg.duas concor.& ſpecialiter duas rationes reddit.*

a ¶ *Priuata.*] ſimile 25. q.2.ita nos.& ſ. eo. lib. de elect.vbi periculum. §.ciuitas 1.excipitur autem ciuitas Romana ab hac pœna: ſi enim ipſa in hoc puniretur, priuarentur etiam inferiores eccleſiæ:cum totius orbis epiſcopus ſit Romanus Pontifex. & præterea ibi promptiorē habemus iudicem,ſcilicet Papam,qui huic rei poteſt adhibere remedia, & pœnas imponere. ad hoc optime C.de iis qui ad eccl.confug. l.vlti.in principio.

1 Alleg.de hæreti. ad abolendam. in fi.ſed ibi non eſt priuata ſed priuari iubetur Ioan. And.

pes ediderunt: Quis enim locus regiminis poterit eſſe tutus, quis rector ſecuritate gaudebit,ſi Romana Eccleſia(quę omnium eccleſiarum diſponēte Domino caput eſt & magiſtra) caſibus iſtis ſubiicitur? ſi eius filij ſpeciales huiuſmodi periculis exponuntur? Quem Eccleſiæ filium, quem fidei zelatorem contumelia tanta non tangeret, & confuſio tam aſpera non moueret? Porro ſi filius eſt, dolebit: ſi fidelis, matre fidei læſa, lædetur. Quapropter ſi princeps, ſenator, conſul, poteſtas, vel alius dominus, ſiue rector contra præſumptores prædictos præſentis cōſtitutionis tenorem nō fecerit obſeruari: tam ipſe, quàm officiales ipſius infra mēſem, poſtquam res ad notitiam eorum peruenerit, eo ipſo ſententiam excommunicationis incurrant. Ciuitas vero quæuis alia præter vrbē, quæ talia facienti vel facientibus ſeu præſumētibus, in his conſilium, vel auxilium dederit aut fauorem, vel infra mēſem ſaltem taliter delinquentes (prout tanti facinoris enormitas exegerit, & facultas ei affuerit) non duxerit puniendos, pontificali & ſupra ſit eoipſo dignitate priuata [a], & nihilominus remaneat interdicta.

# TITVLVS X.

## De pœnitentiis & remiſſionibus.

¶ Innocentius quartus in concilio Lugdunenſi.

¶ *Quæſtores non citant aliquos, licet eos monere poſſint. Et in concedendis indulgentiis non excedant archiepiſcopi ſtatutum concilij generalis. hoc dicit. Zen.*

### CAP. I.

Romana Eccleſia: & infra. ¶ Quæſtoribus † autem fabricæ [b] Remeñ. eccleſiæ, Remenſis archiepiſcopus, ſeu eius officiales citādi ſuffraganeorū ipſius eccleſiæ ſubditos (quos iidem quæſtores ſibi reſiſtere, aut nolle parere dixerint) vt ſuper hoc [c] compareant coram ipſis, nequaquam tribuant poteſtatem [d]. Super benigna vero ipſorum [e] receptione, ac ſubuentione ipſi fabricæ facienda, poſſunt eoſdem ſuffraganeos & alios Chriſti fideles Remenſis prouinciæ [f] charitatiue monere [g]. In concedendis quoque indulgentiis nō ex

DE POENITENTIIS & remiſsionibus.

Continuatio domini Heliæ.

¶ *Dictum fuit ſupra ti. proxi. de pœnis imponēdis in foro contentioſo: nunc autem dicendum eſt de pœnis imponēdis in foro pœnitētiali: verum quia pœnæ in foro pœnitentiali remittuntur per pœnitentias & remiſsiones: ideo poſt rubricam præcedētem annectitur rubrica de pœnit. & remiſſ. Quæritur quæ pœna veniat imponenda pro quolibet peccato mortali? Dicēdum quòd licet olim illa pœna eſſet taxata à canonibus: tamen hodie iſtud eſt relictū arbitrio confeſſorum ſeu presbyterorū. in c. De⁹ qui. eod. tit. in antiq. tamen non debet cōfeſſor eſſe nimis arctus: nec nimis largus in imponenda pœnitentia: quia pœnitentiam debet imponere ad arbitrium boni viri, & non pro libito ſuæ voluntatis, vt dicit Panor. in cap. ex parte de cōſtit. in anti. & c. Quintauallis. de iureiur. in antiq.*

R *Omana.*] Sunt tria dicta: Primum & tertium inhibitorium: Secundum commiſſorium: ibi, *Super benigna.* Tertium: ibi, *In concedendis.* Ioan. And.

¶ Licet archiepiſcopus poſsit remiſsiones ſeu indulgentias concedere non ſolū iis qui ſunt in diœceſi ſua particulari, ſed etiā illis, qui ſunt in tota ſua prouincia: nō tamen poteſt excedere numerū indulgentiarū ſibi à iure taxatum.

CASVS. Cum eccleſia Raueñ. magnis ædificiis & ſtructuris indigeret: archieṗs Raueñ. videns ꝙ fructus eccleſiæ Raueñ. non ſufficerent pro iſto ædificio complendo, voluit mittere quæſtores per totam ſuam prouinciam pro colligendo eleemoſynas fidelium: & vt Chriſti fideles eſſent magis inclinati ad dandum & contribuendum illi eccleſiæ, voluit ipſe eṗs eis impertiri de theſauro eccleſiæ, remittendo partem pœnitentiarum iniunctarū omnibus & ſingulis porrigentibus manus adiutrices ad ipſum opus complendū: ſed timens ꝙ ſuffraganei ſui nollent admittere iſtos quæſtores ad officium quæſturæ, dedit quæſtoribus poteſtatem citandi ſuffraganeos nolentes eos benigne recipere in ſuis diœceſibus: vtrū poſſit? Rñdet ꝙ non: ſed poteſt eos monere charitatiue, vt inducāt populum ad porrigendum manus adiutrices pro iſto opere pio complendo. Sed quæritur quas indulgentias ſiue quem numerum dierum poterit indulgere archiepiſcopus, vtrum poſsit dare indulgētias pro libito ſuæ voluntatis? Rñdet ꝙ non: ſed ſolum ſecūdum ꝙ eſt ſtatutum in concilio generali in cap. cum ex eo. eod. tit. in antiq. videlicet remiſsionem xl. dierum. & in hoc æquiparantur eṗi & archiepiſcopi: nam eṗs poteſt ſimiliter concedere xl. dies indulgentiarum. Not. ꝙ carens iuriſdictione, non poteſt cōmittere poteſtatem citandi ſibi non ſubditos: nam hic archieṗs non eſt iudex ſubditorum ſuffraganei: ergo non valet talis commiſsio. Not. quòd licet archieṗs non habeat iuriſdictionem in ſubditos ſuorum ſuffraganeorum in foro contentioſo, & hoc in prima inſtantia: tamen in foro pænitentiali poteſt exercere iuriſdictionem, eis concedendo remiſsiones & indulgentias. Nota quòd licet ſubditi ſuffraganeorum archiepiſcopi admittant quæſtores ipſius archiepiſcopi, non propter hoc efficiuntur de iuriſdictione archiepiſcopi: ita ꝙ eos poterit punire: ſecus ſi mitteret nuntios pro exercendo iuriſdictionem ſuā contentioſam: quia tunc poſſet punire impedientes iuriſdictionē ſuam. ſ. tit. proxi. cap. 1.

Nota ſi quæſtores veniāt ad eccleſias parochiales pro petendo & colligendo charitatiua ſubſidia fidelium, ſi rectores eccleſiarum parochialium nolunt eis permittere vt declarent indulgentias ſuas, & vt conuocent populum: ipſi ſunt puniendi. & hoc verum, dummodo iſti quæſtores compareant debito modo cū litteris Apoſtolicis, vel diœceſani loci: & hoc quando faciunt quæſtū ꝓ aliis: ſecus ſi pro ſe. c. cū ex eo. eod. ti. in ant.

† Prædicatores quæſtuarios omnino ſuſtulit conciliū Trid. ſeſſio. 5. de reformat. c. 2. in fine. & ſeſſio. 21. de reform. cap. 5.

Not. ꝙ archiepiſcopus non poteſt indulgētias concedere vltra numerum taxatum in concilio generali: videlicet in d. c. cum ex eo. Sunt tamen aliqui archiepiſcopi qui habent ſpeciale priuilegium & indultum, vt poſsint cōcedere indulgentias vltra xl. dies: Nam archiepiſcopus Tholoſanus poteſt concedere indulgētias vſque ad centum dies. Et dicit Pano. in dicto cap. cum ex eo. eod. tit. in antiq. ꝙ quando quis lucratus fuit indulgētias, eſt in arbitro ſuo an velit interpretari iſtas indulgentias in hoc ſeculo, vel reſeruare in futuro: vt ponamus ꝙ pro exceſsibus meis eſt impoſita mihi pœnitentia, vt ieiunarem xl. diebus: epiſcopus contulit xl. dies indulgentiarum omnibus porrigentibus manus adiutrices ad tale opus: poſſum in hoc ſeculo accipere iſtos xl. dies, vt non ieiunem: ſed conſuluit Panor. vt fiat reſeruatio in purgatorio: quia ibi pœnæ ſunt multo grauiores, quàm ſint pœnæ huius ſeculi.

¶ *Primæ glo. principium & finis reſpondet per quæſt. vel obiect.*

b ¶ *Fabricæ.*] quia conferentibus ad opus fabricæ dari ſolent remiſsiones: ideo de his quæſtoribus in hoc tit. poſuit. Quis autem teneatur ad opus fabricæ, dic vt ſ. de eccl. ædi. c. 1. & c. de his. ſed cū quarta fabricæ & clericorum ſubſidia non ſufficiunt: fieri ſolet ad prædicta ſicut & alia pia loca eleemoſynarum collectio. ad hoc ſ. eod. lib. de ſta. reg. cap. vno. ad fi.

ADDITIO. Quarta fabricæ pertinet ad ordinationem epiſcopi. 12. q. 2. vobis. & c. vulteranæ. 10. q. 3. vnio. vbi de hoc. ſecundum Archid. Ioan. and.

c ¶ *Super hoc.*] ſcilicet quod reſiſtunt, vel parere nolunt.

d ¶ *Poteſtatem.* ſicut nec poſſunt foraneos officiales ſtatuere propter citationes faciendas, vt ſ. eod. lib. de offi. ordi. Romana.

e ¶ *Ipſorum.*] quæſtorum.

f ¶ *Prouinciæ.*] quaſi velit notare, ꝙ indulgentia non proſit iis, qui ſubiecti non ſunt. quod dic vt ſ. eod. tit. quod autem.

g ¶ *Monere.*] & remiſsionum & indulgentiarum litteras concedere, vt ſ. eod. noſtro. Et eſt caſus in quo archiepiſcopus iuriſdictionem habet in ſubditos ſuorum ſuffraganeorū. alij not. de offi. ordi. paſtoralis. & 19. q. 3. c. 2.

ADDITIO. Dicit hic Archid. ꝙ confirmatus in epiſcopum non ſacerdos, iſtas indulgentias concedere non poteſt, nec capitulum

vacante

vacante ſede. In contrarium alleg. ſ. eod. lib. de ſup. negl. præla. ſi epiſcopus. & c. eccleſiæ. vbi dicitur quòd capitulum vacante ſede adminiſtrat in ſpiritalibus. vide quod ſcripſi de exceſ. præla. accedentibus. in antiq. Ioan. And.

a ¶ *Remenſis.*] vel alius quilibet. ſ. eod. lib. de offi. ord. Romana. in fi. ſ. tit. prox. c. 1 in fin.

b ¶ *Generalis.*] ſ. eod. cū ex eo. & ſi exceſſerit, non valet. j. eo. cap. vlti. Ioan. And.

† Scilicet cō ſilij Lateranen. ſub Innocentio iij. ca. 62. refertur in cap. cū ex eo. extra de pœnit. & remiſ.

SI *epiſcopus.*] Primo ponit dictum, cuius rationē ſubdit: ibi, *Cum in generali.* Secundo cōſuetudinem reprobat: ibi, *Nulla quoque.* Io. And.

¶ Si epiſcopus ſubdito ſuo contulerit facultatem eligendi confeſſorem doctum & idoneū, qui eū poſsit abſoluere ab omnibus peccatis: non poterit confeſſor à caſibus epiſcopalibus abſoluere: nec valet cōſuetudo, vt quis pro libito ſuæ voluntatis ſibi eligat confeſſorem.

† Vide concilium Tridenr. ſeſſio. 14. de ſanctiſſimo pœnitentiæ ſacramento, cano. 11.

cedat Remenſis [a] archiepiſcopus ſtatutum concilij † generalis [b].

¶ Bonifacius octauus.

*¶ Conceſsio generalis confeſſoris non tāgit epiſcopo ſpecialiter reſeruata, nec obtentu conſuetudinis poteſt quis ſibi eligere confeſſorem. hoc dicit. Zen.*

CAP. II.

SI epiſcopus ſuo ſubdito [c] cōceſſerit, vt ſibi poſſit idoneum [d] eligere confeſſorem: ille, quē is elegerit, in caſibus, qui eidem epiſcopo ſpecialiter reſeruantur [e] †, nullam habet penitus poteſtatem: Cum in generali conceſſione illa non veniant, quæ non eſſet quis veriſimiliter in ſpecie conceſſurus [f]. Nulla quoque poteſt conſuetudine [g] introduci, quod aliquis præter ſui ſuperioris licentiam, confeſſorem ſibi eligere [h] valeat, qui eum poſſit ſoluere, vel ligare [i].

¶ Pro intellectu huius cap. eſt præſupponendum illud quod habetur in cap. omnis vtriuſque ſexus. eo. tit. in antiq. licet olim omnes ſacerdotes receperint eandem poteſtatem & miſſam, ita ꝙ nō erāt parochiæ diſtinctæ: tū propter quaſdam diuiſiones inter Apoſtolos & diſcipulos, & poſtea inter ſacerdotes fuerunt diuiſæ & diſtinctæ parochię, & territoria in foro pœnitentiali, ſicut in foro contentioſo.

¶ Item ſecundo eſt præſupponendum. quòd poſtquam fuit facta illa diſtinctio parochiarum, fuit ordinatum ꝙ quilibet teneretur confiteri proprio ſacerdoti, & nō alteri: & ſi alteri confiteretur, nō teneret abſolutio: quia ſententia à non ſuo iudice, eſt nulla. cap. at ſi clerici. de iud. in antiq.

¶ Item tertio præſupponendum eſt, ꝙ quis dicitur habere plures proprios ſacerdotes, ſcilicet rectorem eccleſiæ parochialis, epiſcopū legatum, & Papam, qui habet generalem curam omniū Chriſtianorum: & ſufficit habere licentiam ab altero iſtorum: Mendicantes vero ſunt delegati à ſede Apoſtolica, per cle. ſuper cathedram. de ſepulturis, in clement.

CASVS. Cum haberem meum curatum ſuſpectum ex certa cauſa: vel videbam imperitum, & nolebam ſibi confiteri, acceſsi ad epiſcopū meum, vt daret mihi poteſtatem eligēdi confeſſorem: vnde ep̃s dedit mihi facultatem eligendi confeſſorem ſub hac forma per verba generalia, Damus tibi facultatem eligendi confeſſorem idoneum, qui te poſsit & valeat abſoluere de quibuſcunque peccatis tuis: non tamen appoſuit iſtam clauſulam, etiam nobis reſeruatis: vtrum per iſtam facultatem videatur ep̃s dediſſe licētiam abſoluendi de caſibus ep̃alibus? R̄ndetur quòd non: ſed iſte cōfeſſor meus habebit illam poteſtatem, quam haberet rector meus parochialis. Sed quid, ponamus ꝙ longo tempore fuit obſeruatum, vt quilibet ſibi eligeret confeſſorem pro libito ſuæ voluntatis: an valeat talis conſuetudo? Reſpondetur ꝙ non. Not. ꝙ quis tenetur confiteri proprio ſacerdoti: nec valeret ꝯria conſuetudo: & in hoc addit iſtud cap. ad cap. omnis vtriuſque ſexus. allegat. ſcilicet vt non valeat contraria conſuetudo. Not. ꝙ ep̃s eſt generalis rector ſuę diœceſis, ideo poteſt concedere facultatem alicui, vt poſsit eligere ſuum confeſſorem: quia concurrit cum quibuſcunque rectoribus ſuæ diœceſis. Not. ꝙ ep̃s concedendo facultatē, vt poſsim eligere confeſſorem idoneū, qui me poſsit abſoluere de quibuſcunq; peccatis meis: non videtur dediſſe poteſtatem eligendi confeſſorē, qui me poſsit abſoluere de caſibus ep̃alibus. Sed q̄d de rectore parochiali? ponamus ꝙ meus rector parochialis dedit mihi facultatē eligendi confeſſorem idoneum: vtrum poſsim eligere ſimplicē ſacerdotem, vel vtrum ſit neceſſe vt eligam ſacerdotem habentem ſimplicem poteſtatem, videlicet curam animarum? Reſpondetur ꝙ ſi rector meus parochialis det mihi ſimpliciter facultatem eligendi confeſſorem, tunc non poſſum confiteri ſimplici ſacerdoti: ſed requiritur ꝙ talis habeat curā animarum. Sed qn̄ meus rector dat mihi licentiam confitendi tali ſacerdoti, quem ſibi nomino, tunc poſſum tali ſacerdoti confiteri: quia meus curator facit illum delegatum. cap. fi. de offi. & pote. iu. deleg. in antiq. cap. omnis vtriuſq; ſexus. allegato. Not. quòd poteſtas dandi licentiam confitendi peccata, dependet à ſuperioritate: vnde concedens debet eſſe ſuperior illius, cui cōcedit. ad hoc eod. tit. omnis. Nota finaliter, ꝙ habeas auctoritatē eligendi confeſſorem, debet eligere idoneum: & ſi non eligit idoneum, vr̃ eſſe in culpa. Dominicus.

*¶ Glo. prima. exponit, quærit arg. negatiue, & ſoluit cōtrarium.*

c ¶ *Suo ſubdito.*] puta archidiacono, archipresbytero, abbati, priori vel ſimilibus perſonis, quæ immediate ſubſunt epiſcopis. Quid dicemus de inferioribus, puta laicis parochianis certæ parochiæ: nunquid illis ep̃s poteſt licentiam dare, vt ſibi confeſſorem eligāt? Vr̃ ꝙ non. ſ. eod omnis. de pœni. diſt. 6. placuit. de paro. null9. Dic ꝯ [1]: quia quilibet de diœceſi poteſt recurrere pro pœnitentia, & ad proprium ſacerdotem, & ad ep̃m, vel archipresbyterum cathedralis eccleſiæ: qui quo ad hoc eſt vicarius epiſcopi: vt ſ. de offi. archipresby. officium. [vide quod ibi dixi.] Vnde credo ꝙ ſufficiat alterius licentia: ſcilicet vel ep̃i, vel parochialis ſacerdotis.

1 Idem Petr. de Ancha. & expreſſe Do. & Phil. ſecūdum quē benefacit cle. dudum. §. in eccleſiis. de ſepul. c. quicūque. 10. q. 1. c. licet ſupra de fer. doctores in c. omnis vtriuſque ſexus.

ADDITIO. Vide quod not. in cle. de priuileg. religioſi. in gloſ. puto. Ioan. And.

¶ Idem.

*¶ Decretalis, cum ex eo. in pluribus epiſcopis indulgentibus locum habet. hoc dicit. Zen.*

CAP. III.

INDVLGEN-

d ¶ *Idoneum.*] qui ſciat circūſtātias conſiderare, & diuerſis medicamentis vti ad ſanandum ægrotum. ſ. eod. omnis. de pœ. diſt. 6. qui vult. de homicidio. ſicut dignum.

*¶ Glo. ſeq. quærit qui ſunt caſus, & octo exprimit.*

e ¶ *Reſeruantur.*] ſed qui ſunt iſti caſus [2]? Dic ꝙ abſoluere excōmunicatos maiori excōicatione, non competit ſimplici ſacerdoti, ſed ep̃o, vt ſ. de ſent. excom. nuper. Imponere pœnitētias blaſphematoribus Dei & Sanctorum. ſ. de cle. male. c. 2. ſortilegis. ſ. de ſortile. c. 2. Commutatio quorumlibet votorum, vt ſ. de vot. & vo. redemp. c. 1. Diſpoſitio male ablatorum incertorum vel certorum, qn̄ non extant hi quibus facienda eſt reſtitutio. ſ. de Iudæ. cum ſit. [Et ibi hoc tenet Hoſt. ſecundum Archid. Contra ſ. eod. lib. de teſta. cap. 2. vt ibi dixi ſuper ver. libere.] Pœnitentia matrimoniorū clandeſtine contractorū, vel contra interdictum eccleſię per epiſcopos ſolet imponi. ſ. de clande. deſpon. cū inhibitio. & de matrimonio contracto ꝯ interdictū eccle. c. 1. & vlti. Solent ep̃is reſeruari pœnitentiæ omnium publicorum enormium criminum, oppreſsionis filiorum ex propoſito vel ex caſu, cuiuſcunque homicidij, falſi teſtimonij, vel falſi inſtrumenti, periurij, inceſtus, corruptionis monialium, coeuntis cum brutis, & his ſimilia. ad hoc 50. diſt. miror. & c. in capite. 33. q. 2. quicunque. cum ſimilibus caſibus, vt not. Hoſt. in ſum. huius tit. §. cui confitendum ſit. in fin. 2. colum.

2 Caſus Epiſcopis reſeruatos referūt communiter Summarum compilatores.

ADDITIO. Vide per Ray. in ſum. huius tit. §. item nunquam parochialis. per Guli. ſatis in repertorio. eod. tit. §. ſequitur videre. Io. Mon. c. tract. in decre. ſuper cathedram. hodie innouata in cle. de ſepul. dudum. & vide quod ibi not. ver. per huiuſmodi. in glo. hoc intendit. Ioan. An.

f ¶ *Conceſſurus.*] vt j. de reg. iur. in generali. cum ſuis concor. ad idem ſ. eo. lib. de offi. vica. c. vlti.

g ¶ *Conſuetudine.*] eſt enim oneroſa eccleſiis: ideo non valet. ſ. in antiq. de conſuetu. c. 2. & ex ea frangitur eccleſiaſticæ diſciplinæ neruus. ſupra de conſue. cum venerabilis. etiam eſſet hoc ꝯ obediētiam principis præſcribere: quod eſſe nō poteſt. ſ. de pręſcript. cum non liceat.

h ¶ *Eligere.*] ep̃i, & archiep̃i, & ſuperiores, & inferiores ab ep̃is exempti, habent à iure licentiam ꝙ idoneum confeſſorem ſibi eligunt: qui poteſt eos ſoluere & ligare. ſ. eod. tit. c. vlti.

i ¶ *Ligare.*] ideo dixit: quia cuicunque volo poſſum confiteri peccata mea, petendo etiam ſalubre animæ conſilium: ſed ille non poteſt ligare vel ſoluere, vt hic vides. Sic dicimus de laico in neceſsitate: quòd poſſumus ei confiteri, ſed ipſe non poteſt ſoluere: quia non habet claues. de pœ diſt. 1 quem pœnitet [ver. tanta. & eadem verba habentur diſt. 6. cap. 1. poſt princi.] Et not. de offi. ordina. paſtoralis. Ioan. And.

INdulgentiæ.] Quia breue eſt, non diuiditur, & ſe ſummat.

¶ Et dicit Archid. ꝙ quandoque indulgentia demonſtrat remiſſionem pœnæ. 2. q. 3. c. fi. in fi. Quandoque conceſsionem gratiæ. ſ. vt lit. pen. c. fin. de priuil. dudum. Quandoque diſpenſationem. 77. diſt. c. vlti. in fi. & ſ. de elect. dudum. Quandoque ius commune. 33. q. 2. interfectores. & 35. q. 3. de inceſtis. vtrobique de hoc. Quandoque ponitur pro vacare vel operam dare: vnde dicitur; Indulgere gulæ noli, quæ ventris amica eſt. Ioan. And.

¶ Si epiſcopus in conceſsione indulgentiarum excedat concilium generale, non valent indulgentiæ. hoc dicit.

CASVS.

CASVS. Certum eſt, ꝙ epi habent poteſtatem limitatam reſpectu indulgentiarum concedendarum: quia aliqui erant ita largi, ꝙ claues eccleſiæ contemnebantur: vnde limitata fuit eorum poteſtas: videlicet vt pro dedicatione eccleſiæ omnes qui illa die porrigerent manus adiutrices, conſequantur vnum annum indulgentiarum: ſed aliàs nō poſſent epi concedere niſi xl. indulgentiarū dies. Sed ponamus ꝙ eps aliquis fecit cōtrariū: quia in die dedicationis eccleſiæ dedit duos annos indulgentiarum: vtrum valeant dictæ indulgentiæ? Reſpondet Romanus Pontifex ꝙ nō. Sed quomodo intelligitur ꝙ non valent indulgentiæ? Rńdet glo. ꝙ non valent in eo ꝙ excedunt: quia numerus dierum eſt ſeparabilis, & in ſeparabilibus vtile ꝑ inutile non vitiatur: ſed in numero quem non excedunt, valent dictæ indulgentiæ. Dominicus de ſancto Geminiano dixit, quòd non valent etiam in eo, quod exceſſerunt in ignominiam ipſorum epiſcoporum, qui exceſſerunt concilium generale, ipſum contemnendo, ſed Panor. dicit ꝙ valent vſque ad numerum taxatum. Not. primo arg. ꝙ eſt licitum allegare ſine certa determinatione quotæ legis vel canonis. de quo per Io. And. in c. veſtra, de coha. cle. & muli. Not. ſecundo arg. quòd factū contra legem prohibentem, eſt nullum: licet non ſit appoſitum decretum. Dominicus.

† Vide B. Thomam in queſtionib⁹ additis ad 3. par. q. 26. art. 3.

† Scilicet Lateraneñ ſub Innocentio iij. cap. 62. & refertur in cap. cum ex eo. extra de pœnit. & remiſ.

tiæ a †, quæ ab vno vel pluribus epiſcopis in eccleſiarū dedicationibus, vel aliis quibuſcunque caſibus b conceduntur: vires non obtinent c, ſi ſtatutum exceſſerint concilij d † generalis.

# TITVLVS XI.

## De ſententia excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti.

¶ Innocentius quartus in concilio Lugdunenſi.

¶ *Prima glo. dicit quid declarat.*

a ¶ *Indulgentiæ.*] Declarat opinionem not. ſ. eo. tit. cum ex eo. Et reprobatur opinio Io. & Ber. ibi not. & approbatur opinio Hoſtiē.

b ¶ *Caſibus.*] ad pia opera: puta ædificationem vel reparationem eccleſiæ, refectionem vel ædificationem pontium vel viarum, ſuſtentationem hoſpitalariorum, vel ſimilia.

¶ *Glo. ſeq. quærit & ſoluit per tres rationes: ponit opinionem cōtrariam, cuius rationi reſpondet.*

c ¶ *Non obtinent.*] quid dices: nunquid ſaltem, in eo ꝙ poterant dare, tenebit indulgentia? Videtur ꝙ ſic: quia regulariter vtile per inutile non vitiatur. ĩ. de reg. iur. vtile. ibi vide. arg. de hoc pro & contra. Præterea hæc eſt quædam liberalitas: & in liberalitatibus vel donationibus dicimus ꝙ tenent pro parte vſque ſcilicet ad legitimum modum, & in reſiduo non, vt C. de dona. l. ſancimus. 12. q. 2. ſi quos de ſeruis. Præterea hic agimus de re ſeparabili, ſcilicet de numero dierū: vbi non vitiatur vtile per inutile. ff. de aqua quoti. & æſti. l. 1. §. Trebatius. [Vide de cenſi. cum Apoſtolus. ſuper glo. quid ergo.] Et hoc verum puto 1. Alij contra. [ſcilicet Io. Mo.] dicentes indulgentias in nullo tenere: quia qui priuilegio abutitur, perdit illud, 11. q. 3. priuilegium. cum ſimilibus. ſed non eſt verum, quòd qui abutitur priuilegio, perdat illud, licet mereatur perdere, ſic dicit cap. vnde principis erit æſtimatio. quod dic vt not. Innocen. ſ. de deci. ſuggeſtum.

1 Idem Archi. qui etiā alle. de deſpon. impu. c. vnico. §. 1. in fi. eo. lib. 12. q. 5. quia Io. 17. q. 4. queſti. & 1. q. 1. nonne. de conſecrat. diſ. 4. ſi non ſactificatur. in fi & quod ibi not. Ioan. And.

d ¶ *Concilij.*] generalis. ſ. eod. cum ex eo.

### DE SENTENTIA EXCOMMVNICATIONIS, ſuſpenſionis, & interdicti.

¶ *Dictum fuit ſupra per diſcurſum titulorum præcedentium de pœnis delictorum imponendis tam in foro pœnitentiali, quàm cōtentioſo: verum quia excommunicatio eſt pœna delicti, cum profertur à iure: quandoque eſt pœna contumaciæ, cum profertur ab homine: ideo annectitur rubrica de ſententia excommunicationis: & quia ſententia excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti in nonnullis conueniunt: ideo annectitur rubrica ſuſpenſionis & interdicti.*

C*Vm medicinalis.*] Primo ponit prooemium: Secundo ſtatutum circa excommunicationem faciendam: ibi, *Quiſquis.* Tertio pœnam non ſeruantis: ibi, *Si quis.* Quarto aggrauat vel pœnas addit; ibi, *Superior.* Quinto ſtatutum prorogat ad ſuſpenſionis & interdicti pœnas: ibi, *Et hæc eadem.* Sexto cautos reddit illos, qui pœnam incurrunt: ibi, *Caueant.* Ioan. And.

¶ Idem Ioan. Mo. ſed Hoſt. diuidit in ſeptem de ſecunda faciens duas. Ioan. And.

CASVS. Fuit à nonnullis in concilio generali apud Lugduñ. cōgregatis expoſitum, ꝙ nōnulli prælati ſæpe ſuos ſubiectos indiſcrete excommunicabant: & licet excōicatio ab initio fuiſſet introducta ad medicinam, tamen tendebat ad mortem: propter quod fuit ſupplicatum, quatenus concilium dignaretur de remedio prouidere opportuno: ideo ſtatuit & decreuit concilium, vt iudices eccleſiaſtici decætero ſint diſcreti in proferenda ſententia excommunicationis: Et inter cætera ſtatuit, ꝙ nullus prælatus excōmunicet ſubditum ſuū, niſi ſubſit cauſa rationabilis: & proferant ſententiam in ſcriptis: non autem ſimplici verbo ſeu verbotenus. Et in illa ſententia exprimat cauſam propter quam illum excommunicat, vt appareat an illa cauſa ſit iuſta, vel iniuſta: & vtrum ſit digna excommunicatione. Item decreuit concilium, vt ſi excommunicatus petat tradi ſibi copiam ſententiæ excōmunicationis, quòd excommunicator hoc facere teneatur infra mēſem, ſi fuerit requiſitus. Sed ponamus ꝙ aliquis iudex eccleſiaſticus non ſeruauit tenorem huius capituli: quia protulit excommunicationem ſimplici verbo ſeu verbotenus, vel etiā protulit in ſcriptis: ſed non expreſsit cauſam rationabilem dignam excōicatione: vel noluit tradere copiam excōicationis ipſi excōicato petēti: an ſit puniendus aliqua pœna? Rńdet Romanus Pontifex, ꝙ ſtatuit cōcilium, ꝙ dicta ſententia excōicationis tamquam iniuſta relaxetur ſine difficultate, id eſt, ſine aliqua cautione de ſtādo iuri, & ſine expenſis: etiam excōicator condemnabitur excōicato in expenſis occaſione iniuſtæ excōicationis factæ. Item vltra hoc ipſe excōmunicator erit ſuſpenſus ab ingreſſu eccleſiæ per vnum menſem: & ſi durante illo menſe ſe ingerat diuinis, incurrit irregularitatē, à qua non poterit abſolui niſi per ſolum Papam. [*Medicinalis.*] quia plures rubore confuſi eo ꝙ vident ſe vitari ab aliis, & priuari legitimis actibus, reuertuntur ad bonum obedientiæ: & ſic excōmunicatio retrahit excommunicatum à peccato ad bonum obedientiæ. [*Contemnat.*] licet excōicatus ſit in peccato: tamen ſi cōtemnat excōicationēm, eius peccatum aggrauatur. [*Scriptis.*] ſi proferatur ſententia ſine ſcriptis, tenet ſententia: aliàs non abſoluetur excōicatus. & tamen dicit littera, ꝙ ſuperior eum abſoluet: ergo erat excōicatus, tamen excōmunicatio erat iniuſta; ideo punitur excōmunicator, vt ſequitur. [*Expreſſe.*] oportet ꝙ excōicator exprimat cauſam expreſſe: & non ſufficit dicere, talem Titiū cauſis rationabilibus in his ſcriptis excōicamus: ſed requiritur, ꝙ exprimat cauſam, propter quam illum excōicat: puta quia talis fuit contumax, & ſua exigente contumacia in his ſcriptis excommunicamus. vel ſic dicendo: Talis recuſauit facere tale quid, licet fuerit debite monitus; quare ipſum in legendo ſcriptis excommunicamus. [*Publicum inſtrumentū.*] iſtud non eſt de neceſsitate, ſed de conſilio, ſi excōicatus petat copiam excommunicationis, vt petat confici inſtrumentum, vt ſi excōicator negaret ſe requiſitum eſſe, ꝙ excommunicatus poſsit probare requiſitionē. [*Animaduerſione.*] id eſt, pœna arbitraria, ex quo nō eſt iure taxata. [*Fulminare.*] hoc eſt proferre indeliberate & indiſcrete: ſed quando plene deliberàt cum diſcretis, dicitur proferre. Et hæc eſt differētia inter fulminare excommunicationem & proferre: tñ vnum ſæpe ponitur pro reliquo. [*Obſeruari.*] id eſt, vt proferatur in ſcriptis: apponatur cauſa rationabilis, & detur copia. [*Sanctiones.*] immo efficiūtur irregulares. Not. primo ex iſto c. ꝙ iudex eccleſiaſticus debet eſſe diſcretus in proferenda excōicatione: & debet exercere officium corrigentis & medētis; ideo ſi iudex eccleſiaſticus videat ſubditū ſuum non curare de excommunicatione: & ſic videt excōicationē non proficere: non debet bonus iudex illum excommunicare ſana conſcientia: ſed debet in eum exercere aliam pœnam, ſcilicet captionem perſonæ, & pignorationem bonorum. Nam iudex debet in contumacem exercere pœnam, quam viderit magis timeri. Et ideo dicit Dominicus de ſancto Geminiano, ꝙ ſi iudex eccleſiaſticus ignorans conditionem contumacis illum excommunicauerit, & videt ꝙ excommunicatio non proficit; quia excōicatus non curat de excōicatione: debet illum abſoluere inuitum, & communioni eccleſiæ reſtituere: licet beneficium abſolutionis regulariter non conferatur niſi pœnitenti: & dicit beatum Thomam hoc tenere. Not. vlterius, ꝙ ſententia excōicationis debet proferri in ſcriptis

¶ *Iudex qui excommunicat, ſuſpendit, vel interdicit, in ſcriptis hoc faciat: & cauſam conſcribat, & requiſitus exemplum ſententiæ tradat infra menſem. Qui contrafecerit, per menſem ab ingreſſu eccleſiæ & diuinis eſt ſuſpenſus: & relaxabitur illa ſententia per ſuperiorem abſque difficultate, & condemnabitur lator in expenſis, & aliàs pœna condigna. Si ſic ſuſpenſi celebrant vt prius, ſunt irregulares: nec abſoluuntur ab alio quàm à Papa. hoc dicit. Ioan. And.*

CAP. I.

CVM † ME-

† Vide concilium Trident. ſeſsio. 25. de reforma. c. 3. Et cur excōmunicatio dicatur medicinalis, luculenter docet Ioannes Roffenſis aduers⁹ Lutherum arti. 1. & Couarruuias in cap. alma mater. de ſen. excom. li. 6. in initio.

ptis:tñ iſtud non eſt de ſubſtantia excōicationis,ſed eſt de iuſtitia: Nam teneret excōicatio,etiam ſi non eſſet lata in ſcriptis:Secus eſſet de ſententia diffinitiua : quia de ſubſtantia ſententiæ diffinitiuæ eſt,ꝙ feratur in ſcriptis:aliàs non valeret ſententia,niſi in cauſis ſummariis,in quibus valet ſententia:licet nō feratur in ſcriptis. l.1.vel 2.C.de ſenten.ex breui.recit.in Auth. niſi breues.eod.tit. in cle.ſæpe.de verb.ſig.

Not.ꝙ excōicator debet in excōicatione inſerere cauſam propter quā excōicat:& in hoc differt ſententia excommunicationis à ſentētia diffinitiua:quia in ſententia diffinitiua nō tenetur iudex exprimere cauſas mouentes ipſum ad ſententiandum:licet ſit honeſtum vt illas exprimat.Not.ꝙ excōicator tenetur infra menſem tradere exemplum excōicationis excōicato ſi requiratur. Idē dicēdum eſt de aliis actis cauſæ:videlicet vt exēpla tradātur parti:originalia tñ debent remanere apud notarium. cap.quoniam ꝯ falſam.de proba.

† Aliàs, eſt.

dicinalis [a] ſit excommunicatio, non mortalis [b]:diſciplinās, non eradicans : dumtamen is, in quem lata fuerit, non contemnat [c] : caute prouideat iudex eccleſiaſticus,vt in ea ferēda oſtendat ſe proſequi quod corrigentis [d] fuerit † & medentis [e]. ¶ Quiſquis igitur excommunicat [f], excommunicationem in ſcriptis [g] proferat, & cauſam [h] excommunicationis expreſſe conſcribat, propter [i] quam excommunicatio proferatur. Exemplum [k] vero huiuſmodi ſcripturæ teneatur excōmunicato [l] tradere infra menſem, ſi fuerit requiſitus [m], ſuper qua requiſitione fieri volumus publicum inſtrumentum, vel litteras teſtimoniales cōfici ſigillo authentico [n] conſignatas. ¶ Si quis autem iudicum [o] huiuſmodi conſtitutionis temerarius [p] extiterit violator, per menſem [q] vnum ab ingreſſu eccleſiæ [r] †, & diuinis officiis nouerit ſe ſuſpenſum. ¶ Superior [s] vero ad quem recurritur, ſententiam ipſam ſine difficultate [t] relaxans †, latorem excommunicato ad expenſas, & omne intereſſe cōdēnet, & aliàs puniat animaduerſione con-

Not. quòd ſententia excōicationis lata ſine ſcriptis , vel ſine cauſa rationabili expreſſa , tenet de mero iure,licet ſit iniuſta.Hoc probat iſte textus dū dicit, ꝙ ſi excōicator violauerit iſtam cōſtitutionem , ꝙ ſuperior relaxabit excōicationem:ergo talis excōicatio tenebat.Nota ibi,Superior vero ad quem.ꝙ vbi notorie conſtat de iniuſtitia excōicationis , ſuperior non debet excōicatum remittere ad excōicatorem,ſed poteſt eum abſoluere non facta remiſsione:ſecus ſi notorie non cōſtaret:quia tunc deberet ipſum remittere ad excōicatorē.Sed qualiter conſtabit de iuſtitia excommunicationis?Dicendum ꝙ apparebit de iniuſtitia excōicationis ex lectura ſententiæ,ſi non lata ſit in ſcriptis:vel ſi in ſcriptis , tñ eſt lata abſque expreſsione alicuius cauſæ rationabilis:vel per inſtrumentum publicum:per quod habetur ꝙ iudex noluit excommunicato tradere copiam excommunicationis:aliàs ſuperior non abſolueret,niſi eſſet appellatum.Nota quòd ſi ſuſpenſus ab ingreſſu eccleſiæ diuinis ſe immiſceat,contrahit irregularitatem,à qua non poterit abſolui niſi per Papam.

¶ *Prima glo.ſummat.*

a ¶ *Cum medicinalis.*] Iudex qui excommunicat,ſuſpēdit,vel interdicit,in ſcriptis hoc faciat : & cauſam conſcribat, & requiſitus exemplum ſententiæ tradat infra menſem.Qui contrafecerit , per menſem ab ingreſſu eccleſiæ & diuinis eſt ſuſpenſus:& relaxabitur illa ſententia per ſuperiorem abſque difficultate, & condemnabitur lator in expenſis , & aliàs pœna condigna. Si ſic ſuſpenſi celebrant vt prius, ſunt irregulares:nec abſoluuntur ab alio quàm à Papa.

b ¶ *Non mortalis*.] vt 2.q.1.multi.& 24.q.3.notandum.

c ¶ *Non contemnat.*] & tunc amplius ex contemptu ligatur.24.q.3.notandum. 11. q.3. §. cum ergo. & ſ.eod.tit.per tuas.Creſcit igitur homo per meritum obedientiæ parendo iniquæ ſententiæ.8. q.1.ſciendum.11.q.3.quid ergo.

d ¶ *Corrigentis.*] ſiue plectendo , ſiue ignoſcendo hoc ſolum bene agitur,vt vita hominum corrigatur,vt 23.q.5.prodeſt.

e ¶ *Medentis.*] ſanabit & medebitur quantum in ſe erit:aliàs nō erit quid ſibi imputetur.43.diſt.c.Epheſis.47.diſtin.c.vlti.Faciat igitur quòd ſentētia ſit iuſta ex animo,ex ordine,& ex cauſa,de quibus dicitur ſ.eod.ſacro.

f ¶ *Excommunicat.*] ſuſpēdit,vel interdicit.j.eo.c.§.& hæc eadē.

g ¶ *In ſcriptis* 1.] Nota caſus in quibus ſcriptura requiritur.de his plene dixi ſ.eo.lib.de cenſi.c.1.

1 Et an ſcriptura ſit neceſſaria vide Felinum in Rubrica de conſt.

¶ *Gloſſa ſequens exemplificat:ſecundo quærit:ponit opinionem, & ſoluit:tertio notat duas differentias.*

h ¶ *Cauſam.*] vt quia peremptorie citatus coram nobis renuit comparere, & de iuſtitia reſponſurus:vel quia iuſſus , vt infra talem diem centum Titio ſolueret , ad quæ ſibi ex cauſa depoſiti tenebatur,facere recuſauit:idcirco,&c. & eſt hic ordo retrogradus: quia primo debet cauſam exprimere,& poſtea excōicare.Sed nūquid hæc conſtitutio locum habet,cum excōicatio fertur ꝯ incertam perſonam,vt 5.q.1.quidam.& ſ.de offic.ordi.ſi ſacerdos? Dicunt quidam quòd non.[Et hoc placet Ioan.Mo.& Archi.] ad hoc ſ.eod.lib.de elect.qui ꝯ certam.Sed tutius 2 eſt tenere ꝯrium:tum quia hæc conſtitutio generaliter loquitur : tum quia certam perſonam,ſed non expreſſam ligat ſententia, quæ tñ poſtea exprimetur.ad hoc j.eod.Romana.§.caueant.Et nota ex hac littera duas diuerſitates inter ſententias excōicationū & alias diffinitiuas:quia vtraque debet ferri in ſcriptis,ſed ſi diffinitiue non feratur in ſcriptis,non tenet,vt ſ.eod.lib.de re iud. cap. vlt.ſententia autem excommunicationis licet non ſit lata in ſcriptis,tenet:ſed locum habēt pœnæ,quæ infra ſequunt.Item in definitiuis non eſt neceſſe exprimere cauſam. ſ. de re iudi.ſicut. ſed in ſententia excōicationis ſecus,vt hic vides.

2 Secundum Hoſtien. qui etiam hanc opinionē attribuit Innocentio. Ioan. And.

i ¶ *Propter quam.*] & licet falſa 3 ſit cauſa : ligat tñ excōicatio.11.q.3. c.1. & 3. ſ. eo. ſacro. de abſolutione dic vt ſ. de offi.ord.ex parte.

3 Vide Abbatem in c. ad noſtram. el.primo. extra de iureiuran.

k ¶ *Exemplū.*] totale: aliàs non eſſet exemplū,ſed pars.Io.And.

† Nota hic ex mēte Domin. ꝙ non poterit domi.in oratorio celebrare.Font.

ADDITIO.Vnde dicit Hoſti. ꝙ continere debet excommunicationē de verbo ad verbum ; & annum & diē. argu.de reſcri.eam te.2. q.8.per ſcripta. §. libellorum.Ioan.And.

l ¶ *Excommunicato.*] per hoc videtur loqui, cum excommunicatur certa perſona : fateor hoc quo ad traditionem exempli.

† Ergo ſententia excommunicationis lata contra formam iuris, tenet. Phil. & ſic limita l. prolatā. C.de ſenten. & interloc. omn.iu.Font.

ADDITIO. Quaſi diceret , nihilominus ferri debet in ſcriptis & exprimi cauſa, q̄ ita conueniat generali ſicut ſpeciali ſententiæ: immo plus generali q̄ non debet ferri niſi ex cauſa.j.eo. Romana. §.caueant.plus dixit Hoſt. ꝙ ſi innominatus qui comprehendi poterat ſub generali,petat exemplum,debet ſibi concedi.Ioan.And.

¶ *Gloſſa ſequens circa requiſitionem hanc quattuor dicta ponit.*

m ¶ *Requiſitus.*] aliàs ergo non habebit locum pœna quæ ſequitur.& eſt ſi.ſ.eod.lib.de app.vt ſuper.& c.ab eo.& intelligo quòd requiſitio fiat loco & tempore competentibus.arg.præ.c. ab eo.& ſ.de elect.cum in veteri.& intelligo menſem à die ſententiæ , non à die requiſitionis.ſic.2.q.6.c.vlt.§.diffinitiua.& ea.q.& eod.c.verſi.iudicibus.& C.de app.l.iudicibus. ſi autem requiratur poſt menſem, non habet locum hæc conſtitutionis pœna : ſed nihilominus illam dare tenetur , ſicut & cætera acta cauſæ. de proba. quoniam contra.ad hoc de do.& contu. cum dilecti.

¶ *Gloſſa ſequens allegat duas concordantias:quærit,argu.affirmatiue,& contrarium ſoluit:ſecunda pars ſoluit quæſtionem.*

n ¶ *Authentico.*] iſta ſunt paria.ſ.de fid.inſtru.c.2. ad idem ſ.eo. lib.de offi.ord.ſi canonici.Sed nunquid ſufficerent teſtes?Vr̄ quòd ſic.C.de fide inſtru.l.in exercendis.ſ.de fide inſtru. cum Ioan.dic illud regulare:ſed hoc ſpeciale 4,ſicut & alia q̄ dixi ſ. de cenſi.c.1.

4 Idem Dō. Phil.Font.

ADDITIO.Hoſt.Ioan.Mo.& Archid.

o ¶ *Iudicum.*] quorumcunque , vt etiam ſacerdotes excommunicantes hoc ſeruare debeant 5. ſ. de offi. ord. cum ab eccleſiarum. Pœna tamen ſuſpenſionis,de qua infra loquitur , in epiſcopis locum non habet,vt j.eod.quia periculoſum.

5 Idem Hoſti. & cū eo Io. Mo. & Archid.

p ¶ *Temerarius.*] nūquid requiritur quòd ſit in dolo?Quod vr̄ per hàc litteram:ad hoc ff.vi bono.rap.l.2.§.doli mali.Dic ꝯ:quia ſufficit quòd negligentia,ſtultitia, vel fatuitate hoc fecerit 6. ad idem ff.de iudi.eum quem temere.& eſt ſi.ſ.eod.lib.ne cle.vel mo.c.2.& per litteram iſtam puto,quòd ſi excōicator non fuit in aliqua culpa:puta non erant neceſſaria ad ſcribendum,& periculum erat in mora:credo 7 quòd non habeat locum pœna.ad hoc ff.de vſufructu.æquiſsimum.& ſ.eod.lib.de elect.indemnitatibus.in ſi.

6 Sequitur Dom. Phil. Ioan. And.

7 Idem credit Philip. & procedit gloſ. ſecundum Io.And. & Phili. etiā ſi excōicatio iſta nō tenuit.Font.

q ¶ *Per menſem.*] quo lapſo ipſo iure reſtitutus eſt. 81. diſt. ſi quis amodo.& ſ.de.ſpon.non eſt nobis.

ADDITIO.Dicit Hoſti.hoc verum , ſi ſententiam ſeruauit : & peccatum confeſſus ſit, & pœnituerit : aliàs ſemper quo ad ſe ſuſpenſus remanet.ſ.de coha.cle.& mu.c.ſi.Ioan.And.

r ¶ *Ab ingreſſu eccleſiæ.*] de hac ſuſpenſione habes j. eod. is cui. & adde quod dicam j.eod.is qui.

ADDITIO.Innocentius in decretali,ſacro.ſ. eod. in antiq.recte tenuit,quod terminatum eſt in d.c.is cui.1.& 2.reſponſo.hic vr̄ innuere ꝯrium:quòd ſic ſuſpenſus celebrans non ſit irregularis,cū ſuſpendere ab ingreſſu eccleſiæ non ſit ſuſpendere ab officio:cum etiam extra eccleſiam celebretur. Et Hoſt. ponendo hoc dictū Innocen. expreſſe ponit de eo qui celebrat in eccleſia. ipſi tñ ꝯrium tenuerunt in decretali,ſacro. & hic loquitur Inno. opinionem recitando quorundam,vt patet ex eius verbis.Ioan.And.

ſ ¶ *Superior.*] iſtud ſatis habebamus ſ.eod.ſacro.

t ¶ *Difficultate.*] ſcilicet cautionis exigendæ , vel remiſsionis faciendæ.

ADDITIO. Vnde dicunt Ber. & Hoſtien. quòd ſine mora ſine

Z ſatiſ

Vide ... lib. 2. cap. 31. ubi late de hac materia

ſatiſdatione, ſine cauſæ cognitione, & ſine aliquo excommunicati grauamine hoc fieret: cum euidenter appareat contra hanc conſtitutionem latam fuiſſe. Ioan. And.

a ¶ *Pœna.*] ſic ſ. de aucto. & vſu pal. niſi ſpecialis. 38. diſt. §. qui ea.

b ¶ *Obſeruari.*] & ſic iſta tria ſunt paria. & habes ſi. j. eo. tit. is cui. ad idē ſ. de appl. ad hæc quoniam. & cap. dilectus. de conſue. cum dilectus. de elect. cum inter R. cūm ſi. & intelligas de interdicto vel ſuſpenſione etiam à ſpiritalibus prolata: ſecus ſi interdiceretur ingreſſus ciuitatis vel pomerij. ff. de ſer. expor. cui pacto. ff. de inter. & releg. per totum. ſecundū modernos qui de hoc plene not. in prædicta decretali. & hæc quoniam. Ioan. And.

Interdictum rei ſpiritalis differt ab interdicto alterius rei tēporalis.

digna, vt pœna [a] docēte diſcāt iudices, quàm graue ſit excommunicationum ſententias ſine maturitate debita fulminare. Et hæc eadem in ſuſpenſionis & interdicti ſentētiis volumus obſeruari [b]. ¶ Caueant autem eccleſiarū prælati & iudices vniuerſi, ne prædictā pœnā ſuſpenſionis incurrant: quoniā ſi contingeret eos ſic ſuſpenſos diuina officia exequi ſicut prius [c], irregularitatē [d] non effugiunt iuxta canonicas ſanctiones, ſuper qua non niſi per ſummū [e] Pontificem poterit diſpenſari,

¶ Idem in eodem.

¶ *Qui petit abſolui ad cautelam, dicens excommunicationis ſententiam in ſe latam eſſe nullam, abſoluetur cuiuſcunque contradictione non obſtante: niſi dicatur & probetur infra octo dies excommunicatus pro manifeſta offenſa. Qui probat ſe excommunicatum poſt appellationem: probatione pendente in iudicijs euitabitur, extra iudicium vero non. hoc dicit. Ioan. And.*

c ¶ *Sicut prius.*] quaſi in officio ſuo agens, vt dicit canō. 11. q. 3. ſi quis ep̄s in concilio. Et j. eo. is cui. in ſi. 1. reſpon. qđ verum eſt in quocunq; officio cantando & in qbuſcūq; horis officiet eccleſiā, vt in p̄dicto canone. & cōcor. ſ. eo. lib. de re iud. cū æterni.

ADDITIO. Idem hic Ber. & Hoſt. dicebat Fran. ꝙ ſi intrat chorum cum aliis legēdo & cātando, locus eſt irregularitati: & ſic intelligitur illud quod prius poſitum eſt in c. ſi quis ep̄s. Ioan. And.

d ¶ *Irregularitatem.*] quod ergo in antiquis canonibus ſtatutum erat de excōicatis, extendit ad ſuſpenſos. 11. q. 3. c. ſi quis ep̄s damnatus. & c. ſi quis epiſcopus in concilio. & ſ. de re iudi. cum æterni.

e ¶ *Summum.*] Nota caſum ſpecialiter reſeruatū 1 Romano pontifici. alios habes de offi. leg. quod tranſlationem. & de excep. præla. ſicut vnire. in antiq.

1 Multos caſus Romano Pōtifici reſeruatos refert Hoſti. in ſum. tit. de offi. leg. §. qd pertinet. & Turrecremata in c. huic ſedi 17. diſt.

SOlet.] Sunt duæ partes: In prima ponitur duplex quæſtio. ſecunda: ibi, *Et an.* In ſecunda: ibi, *In prima.* ad vtramque reſponſio. Et primo ſoluit primam: ſecundo excipit: ibi, *Niſi.* tertio exceptionem moderatur: ibi, *In quo caſu.* Secunda ſecundæ diſtinguunt iudicialia & extraiudicialia. ſecundum: ibi, *Extra iudicium.*

CASVS. Certum eſt cum quis prætendit excōicationem in ſe latam eſſe nullam aliqua rationabili cauſa, (quia prætendit appellaſſe legitime, antequā in ipſum proferretur excōicatio: & ſic erat exemptus à iuriſdictione excōicatoris. Vel dixit, quòd in excōicatione fuit expreſſus error intolerabilis: quia continebat præceptū qđ erat ꝯ Deum & conſcientiā illius, cui præcipiebatur) poteſt petere abſolutionem ad cautelam (ſi & inquantum indigeat) ad tollendum murmur & ſcandalum populi. Sed ponamus ꝙ excōicator vel aduerſarius ſe opponit, ne iſte abſoluatur ad cautelā: vtrū ſuperior debeat illum abſoluere non obſtante oppoſitione? Reſpondet Romanus Pontifex cum diſtinctione: Aut opponēs dixit, quòd iſte fuit excōmunicatus pro manifeſta offenſa, & offert probare infra octo dies: tunc differenda eſt abſolutio per illos octo dies: Et ſi probatū fuerit quòd ipſe fuit excōicatus pro manifeſta offenſa, non abſoluetur niſi præmiſſa ſatisfactione & cautione de ſtando iuri. Si autem opponens non offerat ſe probare infra octo dies, ꝙ ſit excommunicatus pro manifeſta offenſa; tunc ſuperior eum abſoluet ad cautelam. Sed quid, ponamus quò ille qui fuit excommunicatus, dixit excommunicationem eſſe nullam propter aliquam cauſam: & non petit abſolutionem ad cautelam, ſed vult admitti ad probandum illam cauſam, vtrum pendente illo articulo probationis ſit euitandus tamquam excommunicatus? Reſpondet Romanus Pontifex ꝙ ſic in iudiciis: nam non poterit ſuos debitores conuenire pendente illo articulo probationis: & de facto ſi conueniat, poterunt excipere debitores ꝙ non tenētur cum ipſo proceſſum facere, eo quòd eſt excommunicatus: nam eſt ſibi imputandum quare non petiit abſolui ad cautelam: ſed in aliis actibus extraiudicialibus, puta in electione & poſtulatione non euitabitur: ideo probatione iſta pendente poterit eligi in prælatū alicuius eccleſiæ: ſed ſi poſtea appareat excommunicatum eſſe, non tenebit electio de ipſo facta [*Innodatum.*] & ſic excommunicationem nullam. [*In prima.*] ſequitur reſponſio ad vtramque quæſtionem. [*Emenda.*] id eſt, ſatisfecerit; vel ſi proponatur quòd fuit excōmunicatus pro manifeſta offenſa, abſoluetur præſtando cautionem de ſtando iuri. Nota primo ex prima parte huius capituli, quòd dicens excommunicationem in ſe latam eſſe nullam, poteſt petere abſolutionem ad cautelam: nec in hoc eſt ſibi ipſi ꝯrius, quia per hoc non fatetur ſe excommunicatum; ſecus eſt de illo qui petit directe abſolutionem: quia tunc fatetur ſe excommunicatum. Nota vlterius iuncta glo. ꝙ ſentētia excommunicationis lata poſt appellationem in appellantem, eſt nulla: & hoc verum poſt appellationem legitimam interpoſitā ex cauſa rationabili, & vera: aliàs exprimendo mendoſe cauſam rationabilem quilibet poſſet ſe eximere à iuriſdictione ſui iudicis. Nota vlterius quòd ſententia excommunicationis dicitur eſſe nulla, quando in ea fuit appoſitus error intolerabilis: puta, ſi in excommunicatione dicat iudex: cum aliàs monuerimus talem Titium vt Caium occideret, vel vt furtum faceret, vel ne eleemoſynā daret: ipſe tū nihilominus noluit ipſum occidere, vel noluit furtum facere: vel eleemoſynā dedit, ob quam cauſam eum in his ſcriptis excommunicamus: veruntamen reſpectu eleemoſynæ non eſt verum indiſtincte, vt excommunicatio dicatur continere errorē intolerabilē, ſi aliquis fuit excommunicatus eo ꝙ dedit eleemoſynam: nam ſi aliquis pauper ſit contumax, & noluerit iudici obedire: poteſt iudex monere ſuos ſubditos ne illi pauperi tradant eleemoſynam: ſed prima facie præceptum de non dando eleemoſynam eſſet irrationabile: niſi aliàs qualificaretur. Nota quòd dicens excommunicationem eſſe nullam, ſi petat admitti ad probandum cauſam nullitatis, pendente probatione nullitatis eſt vitandus in iudiciis, ſed in extraiudiciis non eſt vitandus: immo ſi ſciat pro certo ſe nō eſſe excommunicatum, licite poteſt Miſſam celebrare. Nota etiam ꝙ abſolutio ad cautelam petitur quando dicitur nulla excommunicatio. ad hoc de off. deleg. cum contingat. Not. finaliter duos caſus, in quibus excommunicatio dicitur nulla.

† Vide Abbatem, Felinum, & alios in c. Apoſtolicæ, extra de except. vbi multa tradū: de abſolutione ad cautelam huc ſpectantia.

† Dicit Franciſ. (Sed male) ꝙ idem ſi iniuſtam qđ eſt falſū, qđ patet ſ. eod. p tuas. quod latius hic reſellit. Io. An.

CAP. II.

SOlet [f] † à nonnullis [g] in dubium reuocari, an cum aliquis per ſuperiorem [h] abſolui poſtulat ad cautelam, dum in ſe latam excommunicationis ſententiam aſſerit eſſe nullā †, ſine contradictionis [i] obſtaculo munus ei debeat abſolutio-

¶ *Prima gloſſa ſummat.*

f ¶ *Solet.*] Qui petit abſolui ad cautelam, dicens excommunicationis ſententiam in ſe latam eſſe nullam, abſoluetur cuiuſcunque contradictione non obſtante: niſi dicatur & probetur infra octo dies excommunicatus pro manifeſta offenſa. Qui probat ſe excommunicatum poſt appellationem: probatione pendente in iudiciis euitabitur, extra iudicium vero non. hoc dicit. Ioannes Andr.

g ¶ *A nonnullis.*] ſcholaſticis, vel iure peritis conflictum rationū habentibus. ſic ſ. de reſti. ſpo. frequens.

ADDITIO. De quibus philoſophus: Dubitare de ſingulis non eſt inutile. Ioan. And.

¶ *Glo ſeq. reci. per q. an etiam delegatus abſoluat ad cautelā: ponit duas opi. cōtrarias: ad ſecundā obijcit, & reſpōdet dupliciter.*

h ¶ *Per ſuperiorem.*] excōmunicatoris. quod dic vt ſ. eo. per tuas. Et per hanc litteram, quæ ſic generaliter loquitur: dixit Bernardus ꝙ quilibet iudex ordinarius & delegatus hanc abſolutionem impertiri poteſt. Innocen. & alij 2 contra in delegato, dicētes, ꝙ delegatus etiam Papæ non abſoluit ad cautelam ex generali cauſæ commiſsione: delegata enim poteſtas eſt ſtricti iuris, & id ſolum poteſt, quod ei ſpecialiter eſt commiſſum, & ſine quo cauſa expediri non poteſt. ſ. de offic. deleg. cap. 1. & cap. prudentiam. ſed ſine abſolutione ad cautelam bene poteſt cauſa expediri: quia cum patebit illum excommunicatum, poterit per delegatum in veritate non ad cautelam abſolui, vt in cap. prudentiam. ſed ꝙ delegatus Papæ abſoluat ad cautelam, vī expreſſum ſ. de appella. ad præſentiam. Sed qui tenent contrarium, dicunt, ꝙ illud fuit propter ſpecialem commiſsionem. Vel illud in auditoribus: ſecus in delegatis: quaſi auditores habeant ordinariam. de hoc de reſcript. auditor. in clemen. in 1. gloſſa.

2 Ioan. Mo. & Hoſtien. ſed Arch. nō vult accedere huic dicto. Io. And.

ADDITIO. Ber. de quo in prin. huius gl. in duobus errauit: Primum dixi in textu ſuper verſ. nullam. Secundum ſumpſi ex eo ꝙ decre. per tuas. eod. tit. in antiq. dixerat, ꝙ ſedes Apoſtolica cōſueuerat concedere abſolutionem ad cautelam: & quaſi intelligeret id inferioribus non licere: dixit hoc nouum per hanc decre. inductum, quòd quilibet, &c. vt ſequitur. Sed illa verba non ponebantur ibi ad deſignandum aliquid ſpeciale in Papa: ſed ad inſtruendum quale remedium poſſet haberi in illo dubio. Ioan. And.

i ¶ *Contradictionis.*] ipſius excommunicatoris vel aduerſarij, qui illum fecit excommunicari, vt ſupra de appella. qua fronte. & infra ſequitur.

2 ¶ *Et an*

a ¶ *Et an ante.*] ſecunda quæſtio.
b ¶ *Huiuſmodi.*] ſcilicet ad cautelam. Idem puto etiam ſi non peteret abſolui: quia nec compellitur hoc caſu, vt ſ. eod, per tuas.
c ¶ *In iudicio.*] ibi etiam iudici facienda eſt probatio. ff. de proba. l. quinquaginta. ſ. eo. lib. de reſcr. ſtatutum. §. cum vero. cum ſim.

nis impendi? Et an [a] ante abſolutionem huiuſmodi [b] is, qui ſe offert in iudicio [c] probaturum ſe poſt appellationem legitimam excommunicatione innodatum: vel intolerabilem errorẽ [d] in ſententia fuiſſe patenter expreſſum: ſit in cæteris [e] (excepto probationis illius [f] articulo) euitandus? ¶ In prima igitur dubitatione ſic ſtatuimus obſeruandum, vt petenti [g] abſolutio non negetur, quamuis in hoc excommunicator, vel aduerſarius ſe opponat [h]: niſi eum excommunicatũ pro manifeſta [i] dicat offenſa. In quo caſu terminus octo dierum [k] indulgebitur ſic [l] dicenti, vt ſi probauerit quod opponit, non relaxetur [m] ſententia, niſi prius ſufficiens præſtetur emenda [n]: vel competens cautio de parendo iuri, ſi offenſa dubia [o] proponatur. ¶ In ſecunda vero quæſtione ſtatuimus, vt is qui ad probandum [p] admittitur, pendente probationis articulo, in cæteris, quæ vt actor [q] † in iudiciis attentauerit, interim euitetur. Extra [r] iudicium vero in officiis [s], poſtulationibus, & electionibus, ac aliis legitimis actibus nihilominus admittatur [t].

d ¶ *Errorem.*] pone exemplum. j. eo. venerabilibus. §. poteſt. & in his duobus caſibus eſt nulla excommunicationis ſententia: & in aliis quos dicam, j. eod. præſenti.
e ¶ *Cæteris.*] iudicibus, &c,
f ¶ *Illius.*] ſcilicet de præcedẽte legitima appellatione.
g ¶ *Petenti.*] humiliter. ſ. eod. per tuas. de offic. deleg. cum contingat. Poteſt etiam nõ petens abſolui. 2. q. 5. quanto.
ADDITIO. Vide qđ not. de eo qui dux. in ma. ſignificaſti. in vlti. glo. Ioan. And.
h ¶ *Opponat.*] quia periculum eſt in mora: iã enim ſic decedere poſſet: cum & propter peccatum, & propter excommunicationem q̃s facilius moriatur. 11. q. 3. epiſcopi. ad idem ſ. de app. qua fronte. ff. de app. reci. vel non. l. vlt.

¶ *Gloſſa ſequens exponit: prorogat dubium, quod per quatuor iura exemplificat.*

i ¶ *Manifeſta.*] id eſt, notoria. quod dic, vt ſ. de verb. ſignific. cum olim. & cap. ex parte, vbi de hoc. idem in manifeſta contumacia, vt j. eod. venerabilibus. §. ſecus. & idem putarem ſi peteret abſolui ad cautelam à ſententia excommunicationis canonis: & diceretur caſus talis eſſe, quo abſolutio fieri non deberet ante ſatisfactionẽ, vt ſ. eod. lib. de offi. dele. c. vlt. §. pars vero. & ſ. de cenſi. quãquam. in fi. & de immuni. eccle. quoniam. in fi. & de hære. quicunque. in princ. cum ſuis ſimilibus.

¶ *Gloſ. ſeq. recitetur per quæſtionẽ, an ex cauſa augeatur dilatio.*

1 Et quando incipiũt currere, vide Rotam deciſione 208. in nouis.

k ¶ *Octo* 1 *dierum.*] dixit Ber. q̃ hic & ſ. de reſti. ſpol. frequens. & ſupra de exceptio. pia. (de qua tamen dic vt ibi dixi in gloſſ. licet enim.) & vbicunque certus terminus à iure ſtatuitur: ſi petatur maior dilatio, negabitur iuſta cauſa ceſſante: ſed ſi cauſa ſubeſſet, dixit eum audiendum ex illa generali clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa, &c. ff. ex quib. cau. ma. l. 1. in fine. & ſi minor eſſet, vel eccleſia, audiretur, etiam ſi probationes negligenter infra terminum omiſiſſet: ſi autem reus ad probandum contrarium peteret dilationem longiorem: danda eſt ſecundum eum: & prodeſt dilatio illa actori: quia ſi non plene probauerit, adhuc alias plenas probationes inducet. C. de temp. in integ. reſtitu. l. petendæ. & ſic in his caſibus audiretur infra dies ſtatutos: & poſt etiam ſi poſtulat per prædictam legem petẽdæ. immo etiam poſt terminum ipſi reo datum: per prædictam legem admitteretur, cum ex facto illius impeditur.
ADDITIO. Dixit Innocen. idem dicendum in exceptione ſpoliationis & aliis, in quibus certus terminus datur ad aliquid probandum. Ioan. And.
l ¶ *Sic.*] ſcilicet excommunicatum illum pro manifeſta offenſa.
m ¶ *Relaxetur.*] etiam ad cautelam, vt formata fuit quæſtio.
n ¶ *Emenda.*] in ſpiritalibus non ſemper habet locum, quod ante omnia emendet excommunicatus pro manifeſta contumacia vel offenſa: Pone enim aliquem excommunicatum, quia non fecit ſe ordinari: promouebitur ne antequam abſoluatur? abſit. & de hoc per Innocentium, & modernos ſupra de præbendis. pro illorum [vt ibi ſcripſi ſuper gloſſa penultima. & idem hic Archidiaconus. Ioan. And.]
o ¶ *Dubia.*] & ſic non oſtendit de nullitate prout dicebat. Io. An.
p ¶ *Ad probandum.*] de nullitate. ſcilicet quòd ſentẽtia fuerit lata poſt legitimam appellationem: vel quòd contineat intolerabilem errorem, &c.
q ¶ *Vt actor.*] ſecus ſit vt reus. ſupra de iudic. intelleximus. de exceptio. cum inter. ſ. eod. lib. de reſcrip. c. 1. & repellitur à iudice etiam reo non opponẽte. ſ. de exceptio. exceptionem.

¶ *Gloſſa ſequens de ratione quærit, & tres reddit.*

r ¶ *Extra iudicium.*] quæritur, quare aliud in iudicio, & aliud extra iudicium? Reddebat Ber. 2 ſuper hoc tres rationes: Prima, quia in iudiciis non tollitur actio, ſed differtur. ſ. eod, lib. de except. pia. & ſic non eſt multum præiudicium. C. de preci. Impera. offe. l. quotiens. quia quod differtur, non aufertur. 14. q. 5. c. 1. ſed in extraiudicialibus magnum eſt præiudicium: quia non ſine magno damno à rebus noſtris reuocamur. ff. quemadmodum teſta. aper. l. ſed ſi quis ex ſignatoribus. Secunda, quia facilius interdicuntur iudicialia. [C. de hæretic. quoniam] quàm extraiudicialia. [ff. de procura. mutus. 1. reſpon. cum concor.] & ea quæ ſunt iuris, quàm ea quæ ſunt facti. ff. de pœnis. l. quidam ſerui. Tertia, quia in iudicio vbi alium impetimus, leuius impediri debemus, quàm extra iudicium vbi nullum impetimus: ſed tantum iuri noſtro innitimur.
ADDITIO. Quarta, quia extra iudicium nõ eſt paratus iudex medius ſicut in iudicio facit. ſ. de appellatio. ſæpe. ſecundum Hoſtien. & Ioan. Monach. Ioan. And.

2 Et hic Innoc. & Hoſtienſis.

† Vide Decium in c. intelleximus. extra de iudiciis.

¶ Idem in eodem.

¶ *Excommunicatio lata in participantes excommunicatis in locutione & ſimilibus, canonica monitione non præmiſſa, non tenet. Ioan. And.*

CAP. III.

STATVI-

s ¶ *In officijs.*] publicis, vel diuinis. vnde ex quo de appellatione confidit, ſecure celebrat, vt prius. ſ. de appel. ad præſentiam noſtram. & c. dilectus.

¶ *Glo. ſeq. recitetur per quæſtionem an ſtatim efficax ſit admiſſio, ſoluit & remittit: ſignat contrarium, & ibi remittit.*

t ¶ *Admittatur.*] nõ ſtatim eſt efficax admiſſio ſed poſtea in proceſſu apparebit: quia ſi admiſſus fuerit ad electionem, poſtea diſcutietur de appellatione: & ſi apparebit prius per eum legitime appellatum, apparebit illum bene admiſſum: ſin autem apparebit tũc illum excõicatum: & ſic non valere vocem ſuam. vel dic vt not. ſ. de appell. paſtoralis. in gloſ. penulti. contra. j. eod. licet. ibi ſoluitur in vlt. gloſ.

STatuimus.] Primo ponit prohibitionem de ſententia non ferenda cum quadam proteſtatione: Secũdo dat modum quo ferri poteſt: ibi, *Quod ſi.* Tertio vitiat ſententiam aliter latam, & cõminatur ferenti: ibi, *Aliter.* Ioan. And.

¶ Pro intellectu huius cap. eſt præſupponendum, q̃ monitio non eſt de ſubſtantia excommunicationis, ſed eſt de iuſtitia: Ideo ſi iudex non præmiſſa monitione aliquem excommunicet, tenet ſententia excõmunicationis, ſed eſt iniuſta: ideo venit relaxandus. in cap. ſacro. eod. tit. in antiq.

CASVS. Epiſcopus vidit aliquem concubinarium, vel alium criminoſum: certũ eſt, q̃ non poteſt talem excommunicare niſi monitione præmiſſa: videlicet, vt eum moneat ſub pœna excommunicationis canonicæ & competenter, vt concubinam dimittat: & ſi præmiſſa monitione concubinam non dimiſerit, poterit illum excommunicare: Or ponamus q̃ aliquis eṗs vel alius iudex eccleſiaſticus aliquem ſuum ſubditum iuſte excommunicauit: certum eſt q̃ Chriſti fideles debent iſtum excommunicatum euitare in locutione & aliis actibus, vt rubore confuſus recognoſcat reatum, & redeat ad gremium ſanctæ matris eccleſiæ, & bonũ obedientiæ: & ſi faciant contrarium, incurrunt ſententiam excommunicationis: Eṗs videt aliquos fideles, qui iſtum excommunicatum non vitant: in eos tulit ſententiam maioris excommunicationis dicendo: excõico tales, eo q̃ cõicant & participant cum tali excõicato: vtrum teneat excõicatio? Videbatur q̃ ſic: quia ſunt excõicati minori excõicatione: Reſpondet Romanus Pontifex, q̃ cum quis vult excõicare maiori excõicatione participantes cum excommunicato, debet illos monere trina & canonica monitione: & ſi aliter facit, non tenet excõicatio. Et iſtud fuit ſpecialiter ordinatum ad refrænandum motus excommunicationis: quia excommunicatores ad relationem aliquorum facillime mouebantur ad excommunicandum participantes cum excommunicatis. Sed vtrũ iſtud ſit verum indiſtincte, q̃ iudex non poſſit excommunicare participantes non præmiſſa canonica monitione? Reſpõdet quòd nõ: ſed fallit in iis qui participãt in crimine damnato. Forte aliqua Berta (diſſoluto matrimonio) adhæret alicui concubinario: vnde maritus ſuus cõqueritur: fuit monita per iudicem vt deſiſteret: & quia monita noluit deſiſtere, fuit excõicata: hoc non obſtante, aliquis

ſciens eam eſſe excõicatam: vel ſuus concubinarius communicauit cum ea in crimine damnato; ipſe participans eſt excommunicatus ipſo facto.cap.ſi concubinæ. s. eo.tit. in antiq. & vltra iudex poteſt illum excõicare abſque canonica monitione præmiſſa: & ſic eſt excõicatus duplici excõicatione, ſcilicet à iure, & ab homine,] *Ab eo.*] ſecus ſi ab alio: quia monitio non eſt de ſubſtantia excõmunicationis, ſed de iuſtitia: ideo ſi eps vellet excõicare participantes cum excõicatis ab alio, quàm à ſe ſine monitione; teneret excõicatio. Ratio eſt: quia iudices ſunt magis incenſi quãdo auctoritas eorũ contemnitur; quàm qñ contemnitur auctoritas aliorum, [*Et alijs.*] ſcilicet in menſa, in oſculo, in ſalutatione, in choro, & in aliis tẽdẽtibus ad commodum excõicati: q̃a permiſſum eſt participare cum excõicato in damnũ ipſius: aliàs excõicatus ex dolo ſuo perciperet commodum; quod eſt ꝯ cap.intelleximus. de iud.in antiq. [*Damnato.*] non præmiſſa monitione, quia ipſo facto incurrunt excõicationem maiorem, & indigent ſolemni abſolutione: vt in dicto cap.ſi concubinæ. [*Indureſcat.*] Nam cum excõicatus videt ſe admitti ad omnes actus, non curat de excõicatione, quia excõicatio non aggrauat oſſa: ideo contemnit auctoritatem & claues Eccleſiæ: ſed cum videt ſe vitari, vt leproſum: dimittit inobedientiã, & reuertitur ad gremium Eccleſiæ. Not. primo ex iſto c. quòd excõicatus maiori excõicatione, vitandus eſt in locutione & oſculo, vt ſi forte aliquis canonicus excõicatus ſit in eccleſia dũ offertur pax non debet ab aliis canonicis oſculari: aliàs oſculans incurrit excõicationem minorem. Not. quòd licet participans cum excõicato maiori excõicatione, incurrat minorem excõicationem: tñ non poteſt excõicari maiori excõicatione, niſi prius fuerit monitus, vt deſiſtat ab iſta participatione: ſed monitione facta ſi non deſiſtat, poterit excõicari. Ex quibus ſequitur quòd participãs cum excõicato maiori excõicatione peccat mortaliter: & hoc quando quis fuit publicatus & denuntiatus: ſed ante denuntiationem non peccaret mortaliter, ſed ſolum venialiter: niſi aceret in contemptum auctoritatis eccleſiæ. Nota ꝙ partcipans cum excõicato in crimine dãnato pro quo fuit excõicatus, poteſt excõicari ſine monitione. Not. vnum caſum in quo monitio debet præcedere ſententiam: licet regulariter monitio non ſit de ſubſtantia ſententiæ, ſed ſolum de iuſticia. Ratio eſt: quia multotiens iudices vidẽtes ſe turbatos, indiſcrete & iniuſte excõicabant participantes, licet de participatione non plene cõſtaret: ideo ad refrenandum iſtud, fuit ordinatum ꝙ monitio non ſolum eſſet de iuſtitia excommunicationis, ſed de ſubſtantia. Dicitur hic ꝙ participans cum excõicatis nõ debet excõicari maiori excõmunicatione, niſi monitione præmiſſa, vtrum excommunicator poſsit facere monitionem generalem hoc modo: Monemus per præſentes omnes & ſingulos Chriſti fideles, ne cũ tali excõicato cõicent ſeu participare præſumãt, edendo, & bibendo, loquendo, ſedendo, ambulando, aut alia vitæ neceſſaria miniſtrando, ſub pœna excõicationis, quam elapſis ſex diebus in his ſcriptis proferimus, quorum ſex dierum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies pro tertio & perẽptorio termino eiſdẽ aſsignamus. Vel vtrum ad hoc quod participãtes cũ excõicato maiori excõicatione ſint excõicati, requiratur ꝙ fuerint particulariter moniti, videlicet quòd moneat Petrum: & ſi monitione facta non deſiſtat, quòd illum excõicet. Cõis tñ opinio doctorũ eſt, ꝙ ſi iudex intendat excõicare generaliter omnes participantes cum excõicato, debet eſſe monitio generalis: ſi vero intendat excõicare particulariter, debet fieri monitio ſpecialis.
Nota quòd eſt dare duplicem ſpeciem excõicationis, ſcilicet maioris & minoris, vide de excep. à nobis. Nota finaliter hic tex. expreſſum, quòd faciens actum ꝯ legem, puniri debet; licet actus per eum geſtus non teneat. ad hoc. s. de regul. non ſolum. eod. lib. de reli.do.cap.vnico, eo.lib. Dominicus.

† De participantibus cum excommunicatis. vide ca. ſicut Apoſtoli. 11.q.3.& ibi late Turrecrematam & B. Thomam in quæſtionibus additis ad 3. par. q. 23. art. 1. 2. & 3.

mus [a] †, vt nullus iudicum participantes cum excommunicatis [b] ab eo in locutione & aliis [c], quibus ligatur participãs excõmunicatione minori, ante monitionem [d] canonicam excommunicare maiori excõmunicatione præſumat: ſaluis conſtitutionibus [e] contra illos legitime promulgatis, qui in crimine præſumunt participare damnato. ¶ Quòd ſi ex locutione & aliis, quibus participans labitur in minorem, excommunicatus fortius indureſcat [f]: poterit iudex poſt monitionem canonicam huiuſmodi participantes [g] conſimili [h] damnare cẽſura. Aliter autem in participantes excommunicatio prolata non teneat [i]: & proferentes pœnam [k] legitimam poterunt formidare.

¶ Idem in eodem.

¶ *Epiſcopi nullam interdicti vel ſuſpenſionis incurrunt ſententiam, niſi in ſententia ſint expreſsi. hoc dicit. Ioan. Andr.*

CAP. IIII.

QVIA †

¶ *Prima gl. tria facit, po. ſummã, declarationẽ, & prorogationẽ.*
a ¶ *Statuimus.*] Excõicatio lata in participantes excõicatis in locutione, & ſimilibus, canonica monitione non præmiſſa, non tenet. Declaratur autem hæc decretalis j. eod. conſtitutionem. Et ad ſententias interdicti & ſuſpenſionis extenditur. j. eod. ſtatutum.
ADDITIO. Et illæ duæ ſunt in ſcholis cum iſta legẽdæ: quæ & coniuncta fuiſſent, niſi obſtitiſſet diuerſitas auctorum. Ioan. And.
b ¶ *Excommunicatis.*] maiori excommunicatione.
c ¶ *Alijs.*] puta oſculo, ſalutatione, menſa, choro, & ſimilibus. [Dabat Hoſtien. verſum. *Si pro delictis anathema quis efficiatur. Os, orare, vale, communio, menſa negatur.*] Sic enim ſcienter cõmunicantes excommunicato, ſunt excommunicati minori excommunicatione ipſo iure. 11. q. 3. cum excommunicato. & cap. qui communicauerit, & à quibus repellant hæ excommunicationes, habes 3. q. 4. Engeltrudã. & de excep. à nobis. de cleri. excommu. mini. ſi celebrat. Sunt autem quædam perſonæ exceptæ, quæ ſine hac pœna excommunicato comm unicant, vt 11.q.3. quoniam multos. de ſentent. excom. quod in dubiis. & cap. inter alia.
ADDITIO. Plenius per Hoſt. in remiſ. quas dedi in c. cum deſideres. in 4. gloſ. eod. tit. in ant. ad ſum. eo. tit. §. fi. ſub §. vtile. Ioan. And.

† An diſpoſitio huius c. habeat locum in Cardinali non epiſcopo, vide Felinum in cap. cum in iure. extra de offi. deleg.

d ¶ *Monitionem canonicam.*] hoc eſt regulare in excommunicatione hominis, vt ſemper præcedat monitio [1], vt s. eo. tit. de ſent. excom. ſacro, 24.q.3. de illicita. & dr̃ quo ad hoc monitio canonica, vt moniti exprimãtur nominatim, & tribus monitionibus moneãtur, vel vna pro omnibus cum interuallo dierum: niſi neceſsitas aliud ſuadeat. j. eod. conſtitutionem.
¶ *Gloſſa ſequens allegat tria iura: tractat quæſtionem de epiſcopo communicante excommunicato per ſe: ponit opinionem Ber. & contrariam in fi. alleg. pro prima.*
e ¶ *Conſtitutionibus.*] s. eod. nuper. & c. ſi concubinæ. & interdum qui communicat in diuinis excommunicato, excommunicatus eſt excommunicatione maiori, vt s. eo. ſignificauit. quod verum eſt ſi quinq; concurrant, quæ ibi in textu notantur. Not. autem hic Ber. ꝙ ſi epiſcopus communicat in crimine cum excommunicato à ſe, ꝙ non incurrit maiorẽ excõicationem: quia ſic cõicans peccat in eũ qui damnauit, & ab eo eſt abſoluẽdus. s. eo. nup. ſed iſte ſua ſententia ſe ligare non potuit. ff. de arbi. l. pen. ff. de iud. l. Iulianus. tñ dicit quòd minori excommunicatione ligatus eſt [2], quæ à iure ꝯhibetur. Alij ꝯdicentes, ꝙ & minor & maior excõicatio, ſcilicet per communionem in crimine & in locutione contrahitur à iure, non ab homine. & hoc tenet Hoſt. [3] s. eo. nuper. ꝓbat hoc per verbum, quamuis enim & tunc, &c. quod bene facit pro prima parte: quia abſoluitur ab excommunicatione cõmunicãs in crimine: ergo nõ eſt ſententia canonis: quia tunc abſoluetur à proprio ordinario.
f ¶ *Indureſcat.*] quia videt ſe habere cõmunionem hominũ, quã non haberet, & inter homines eſſe eſt grauis pœna. C. de apoſta. hi qui ſanctam.
g ¶ *Participantes.*] ſcilicet in locutione & ſimilibus.
h ¶ *Conſimili.*] ſcilicet maiori.
ADDITIO. Vt ſic contumacia creſcente creſcat & pœna. 31. diſt. quoniam. in fi. vt lit. non conteſta. quoniam. §. vlti. Ioan. And.
i ¶ *Non teneat.*] Nota caſum in quo non tenet ipſo iure excõmunicationis ſententia. & fuit hoc ſtatutum propter epiſcopos, qui ſtatim excommunicabant cũ participibus: alios dicã j. eo. præſenti.
k ¶ *Pœnam.*] s. eo. ſacro. vbi puniſitur qui admonitione non præmiſſa excommunicant ſubditos.
ADDITIO. Hoſt. & poſt eum Io. Mo. & Archid. dicunt, ꝙ tenetur iniuriarum. 11. q. 3. illud. & c. temerarium. Et de ſacrilegio 24. q. 3. non in perpetuum. & carebit ad tempus arbitrarium communione hominum & ingreſſu eccleſiæ. ea. q. de illicita. & ad has pœnas contra eum agetur coram ipſius ſuperiore. j. eo. venerabilibus. §. 2. Ioan. And.

1 Ita cauit conciliũ Lateranẽ. ſub Innocentio iij. cap. 47. qđ refertur in c. ſacro. de ſent. excom. hic citato p gloſſam.

2 Non ſic in Papa, vt not. s. eod. nulli. Ioan. And.

3 Et Innocen. ibi, & eod. tit. qđ in dubiis. & hoc mihi placet, vt ſcripſi ſuper gloſ. colligitur idem hic Io. Mo. & Archi. Hoſtiẽ. remittit ad ſum. eod. tit. §. & quæ ſit pœna. ſub §. qđ ſi epiſcopus. Io. An.

QVia.] ¶ Tria facit. Primo præmittit conſtitutionis cauſam. Secundo conſtitutionem ponit priuilegiantem epiſcopos: ibi, *Nos.* Tertio excipit: ibi: *Niſi.* Et iſtud verbum, *Quia.* eſt redditiuũ rationis & cauſæ. Ioan. And.
CASVS. Dictum fuit s. eo. tit. proxi. c. 1. quòd iudex volens ſuum ſubditum excõmunicare, debet caute & diſcrete procedere: quia debet proferre ſententiam excommunicationis in ſcriptis, nõ verbo tenus: & in excommunicatione debet exprimere cauſam rationabilem: & dare copiam ipſius excommunicationis intra menſem excommunicato ſi fuerit requiſitus: aliàs eſt ſuſpenſus a diuinis: Sed vtrum illa conſtitutione ligetur epiſcopus, qui excommunicauit ſuum ſubditum ſine ſcriptis, vel ſi in ſcriptis, excommunicauit ſine cauſa rationabili, vel noluit dare copiam excommunicationis excommunicato? Reſpondetur quòd non: quia in conſtitutione pœnali ponitur, vt aliquis faciat tale quid; & quòd non faciens

incurrat

incurrat pœnam ſuſpenſionis, vel interdicti, aut excōicationis: ep̄s non incurrit illam pœnam, niſi de ipſo fiat expreſſa mentio in cōſtitutione pœnali, puta ſi dicatur ꝙ faciens tale quid, vel non faciens, incurrit ſententiam excōicationis vel ſuſpenſionis: etiam ſi fuerit ep̄s: non tñ negat, quin ſententia illa fuerit iniuſta, & debeat ep̄s excōmunicator cōdemnari in expenſis, & nō poſsit declarari nulla vel relaxari per ſuperiorem: ſed ep̄i non incurrunt pœnam excōicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti, niſi de ipſis fiat expreſſa mētio. Nota primo, periculoſum eſſe ep̄os impeditos fore circa illa, quæ concernunt pontificale officium. Nota ſecundo, ꝙ in generali ſuſpenſione non includūtur ep̄i, ſi non exprimātur. Dominic.

periculoſum [a] eſt epiſcopis & eorum ſuperioribus [b] propter executionem pontificalis officij [c], quod frequenter incumbit, vt in aliquo caſu interdicti vel ſuſpenſionis [d] incurrant ſententiam ipſo facto: Nos deliberatione prouida duximus ſtatuendum, vt epiſcopi & alij ſuperiores prælati, nullius conſtitutionis [e] occaſione, ſentētiæ [f] ſiue mandati [g], prædictam incurrant ſententiam † vllatenus ipſo iure: Niſi in ipſis [h] de epiſcopis [i] expreſſa mentio habeatur [k].

¶ Idem †.

¶ *Huius decretalis quinque ſunt dicta. Primum quòd archiepiſcopus ſententias latas à ſubditis ſuorum ſuffraganeorum, niſi hoc habeat de conſuetudine, non relaxet. Secundum, quòd generalis ſententia archiepiſcopi ligat tantum ſubditos. Tertium, quòd pro præteritis vel præſentibus culpis, monitione non præmiſſa, ab eis lata ſententia eſt iniuſta. Quartum, quòd pro futuris culpis vel iam commiſſis, ſcilicet niſi ſatisfaciant, excommunicare non debent: niſi mora, culpa, vel offenſa, vel alia iuſta cauſa ſubſit. Quintum, quòd in vniuerſitatem vel collegium non feratur excommunicationis ſententia: ſed in illos, qui culpabiles extiterunt. Ioan. Andr.*

† Etiam ſi eſſent verba generalia, q ſi quis, quilibet. Io. And. Phili. ā quo vide not. c. a. deprehen. ſ. eod. lib. aliā tamē pœnalis conſtitutio ligaret epiſcopum. glo. c. ſciant. & cupientes. §. cæterum. in ver. ſuſpēſos. ſ. eo. de elect. Font.

¶ *Prima gloſſa exprimit periculum, de quo dicit textus.*

a ¶ *Quia periculoſum.*] & ideo vitandum. 42. diſt. quieſcamus. ſ. eod. lib. de elect. vbi periculum. ff. de Carbo. l. 1. §. 2. [ vel 3. vide de iuracalum. c. 2. ſuper gl. 1. ] Quia igitur officium ep̄orum & ſuperiorum communius & generalius eſt: & plures grauarentur ſi illud impediri contingeret: ideo Papa non tam ep̄is, quàm ſubditis per hanc conſtitutionem voluit prouidere: conſiſtit enim iſtorum officium in chriſmatis confectione, in frontis chriſmatione, ordinum collatione, eccleſiarum & altarium conſecratione: & ſic multum periculum in ſuſpenſione ipſorum.

† Aliàs ita: Idē in eodē. aliàs ita: Innocēti⁹ quartus in concilio Lugdunē.

b ¶ *Superioribus.*] Archiepiſcopis, Patriarchis, & Primatibus 1.

¶ *Glo. ſeq. recitetur per q. ponit opinionem antiquam & modernam contrariam, & pro ratione remittit.*

c ¶ *Officij.*] per hanc litteram non credebam olim ꝙ conſtitutio iſta haberet locum in pœnis ſuſpenſionum a beneficio: licet Hoſt. ℥. ſ. de elect. cum in cunctis. & Gar. eod. tit. cupientes. ſ. eod. lib. tñ hodie non dubito, ꝙ etiam in ſuſpenſionibus à beneficio, non ſolum ab officio, ingreſſu eccleſiæ, vel ſimilibus locum habet hæc conſtitutio: hoc probatur ſ. eod. lib. de elect. ſi compromiſſarius. §. huiuſmodi. & quæ potuerit eſſe ratio ibi dixi.

1 De Cardinalibus vide Felinū in c. quod ſuper his. extra de fide inſtrument.

d ¶ *Suſpenſionis.*] ſecus 2 in excommunicatione: quia in illa priuilegiati non ſunt. & noluit Papa eos intantum priuilegiari, ꝙ tolleret quo ad eos canonem, ſi quis ſuadente. & alios ſimiles, [ vt ſ. eod. lib. de homi. pro humani.]

ADDITIO. Idem tenent Innocent. Hoſti. Ioan. Monac. Fran. & Archid. Ioan. And.

2 Vide Decium in c. præterea. in vlt. not. de offi. deleg. & Felinum in c. quod ſup his. de fide inſtrument.

e ¶ *Conſtitutionis.*] ſ. eod. ſacro. & c. cum medicinalis. eod. lib. de ſolu. c. 2. de elec. cum in cunctis. cum ſimilibus.

f ¶ *Sententiæ.*] aliud eſt conſtitutio, aliud ſententia, vt ĩ. proxi. c. §. caueant. ſi ergo Papa, vel legatus, vel alius ferat aliquam ſententiam ſuſpendendo ℥ facientes: hæc non comprehendet epiſcopos.

g ¶ *Mandati.*] vbi ſi mandat Papa ꝙ omnes prælati & clerici ſoluant tantam pecuniam, ſuſpendendo non ſoluentes infra terminū aſsignatū: per tales ergo conſtitutiones, ſententias, & mādata ep̄i non comprehenduntur. neglecta enim huiuſmodi maiora videntur, quæ ſpecialiter non deſignantur. ff. de iniur. item apud Labeonem. §. hoc edictum.

¶ SED SI. CASVS. Dictum fuit s. §. proxi. quòd ſi quis dicat excommunicationem iniuſtam, & petat abſolui à ſuperiore; eſt ſtatim abſoluendus. Sed ponamus quòd iudex me citauit vt cõparerẽ in aliquo loco mihi non tuto, quia ibi ſunt inimici mei capitales: Vel ſi ſint abſentes, tamen ſcio veraciter ꝙ ſtatim ſunt reuerſuri: miſi procuratorem meum ad me exonerandum & proponendum iſtam exceptionem declinatoriam, quòd locus non eſt mihi tutus: iudex aſſignauit mihi in perſonam procuratoris mei terminum peremptorium ad probandum illam dilatoriã: produxi aliquos teſtes, & probaui meam exceptionem: hoc non obſtante iudex pronuntiauit illum locum eſſe tutum: ab iſta ſententia appellaui legitime; poſt illam appellationem iudex me excommunicauit; vel forte me excommunicauit ante appellationem, ſed in excommunicatione ſua expreſſit errorem intolerabilem: ego adiui ſuperiorem, & coram eo petij ſentẽtiam excommunicationis declarari nullam; vtrum iudex ſuperior debeat ſtatim me abſoluere & dicere ſententiam nullam? Reſpondet quòd non: ſed debet me abſoluere ad cautelam: & ſi quatenus abſolutione indigeam. Not. quòd excommunicatio lata poſt appellationem legitimam, eſt nulla. Not. cum quis dicit ſententiam nullam, debet hoc probare: pendente tamen probatione poteſt excommunicatus abſolui ad cautelam.

f ¶ *Illico.*] ante enim quàm de nullitate pronuntiet, oportet quòd doceatur de veritate cauſæ appellationis: nec ſufficit ad hoc pronuntiandum quòd oſtendat ſe ex cauſa legitima appellaſſe. ad idem s. de appel. interpoſita. in prin.

¶ SANE. CASVS. Iſte §. legitur vſque ad finem cap. & in eo caſus ſic figuratur: Epiſcopus Pictauen. excommunicauit aliquem ſuum ſubditum, & excommunicatio eſt iuſta: quia fuit excommunicatus pro manifeſta offenſa, excommunicatus vult adire archiepiſcopum Burdegalenſem pro obtinenda eius abſolutione: vtrum archiepiſcopus Burdegalẽ. poſſit talem abſoluere, ac ſi excommunicatio eſſet iniuſta? Reſpondet quòd non; ſed debet eum remittere ad excommunicantẽ epiſcopum, vt eum abſoluat, facta prius ſatisfactione. Si autem conſtaret archiepiſcopo, ꝙ dicta excommunicatio eſſet iniuſta, tũc ſtatim deberet abſoluere & remittere ad excommunicatorem: quod verum eſt, niſi talis remiſſio fieret ad cõfutationem excommunicatoris: qa aliqui iudices malunt ſententiam ſuam iniuſtã retractari per alios, quàm per ſe. Sed ſi dubitetur an ſit iuſte vel iniuſte excõicatus, debet eũ relaxare: nec tenetur remittere ad excommunicatorem, niſi vellet deferre excõmunicatori: quia poſito ꝙ aliquis eſt contumax, iudex poteſt illum excommunicare. Sed vtrum poterit eum multare & punire pœna pecuniaria? Reſpondet ꝙ ſic. & iſte eſt verior intellectus: licet aliqui dicant, ꝙ iudex eccleſiaſticus non debet imponere multam niſi id habeat conſuetudo: ſed cõſuetudine nõ põt aliquem multare. Communis tamen opinio doctorum eſt, ꝙ iudex poteſt contumacẽ multare: ſiue id habeat conſuetudo ſiue non: tamẽ non debet eſſe facilis ad imponẽdam multã: ſed illã debet cõuertere in pios vſus. Sed ponamus ꝙ excommunicatus dixit archiepiſcopo, ꝙ ſententia excommunicationis à ſuo ſuffraganeo lata eſt nulla: quia continet errorem intolerabilem: vt ſi dicat excommunicator: quia talis noluit talem occidere, vel dedit eleemoſynã tali pauperi, eum excommunicamus: excommunicator vero aſſerit illam excommunicationem eſſe iuſtam: vtrum archiepiſcopus ſtatim debeat excommunicatum abſoluere priuſquã ſibi conſtet de nullitate ſententiæ? Reſpondet ꝙ non: ſed eum poteſt abſoluere ad cautelam. Idem dicendum, ſi excommunicatus dixit ſe excommunicatum poſt appellationem legitime interpoſitam: tunc archiepiſcopus illum abſoluet ad cautelam, ſi & in quãtum abſolutione indigeat, priuſquam cognoſcat de meritis cauſæ. [*ſecundũ conſuetudinẽ.*] Iſtud nõ refertur ad emendã, ſed ad caſus in quib⁹ iuriſdictio pertinet ad archiepiſcopũ ſiue de iure, ſiue de conſuetudine. [*tribuebat.*] puta ſi dicat excommunicator: cum aliàs monuerimus ſub pœna excõmunicationis canonice, & competenter talem Titium, ne tali pauperi daret eleemoſynam; hoc tamen non obſtante dedit eidem pauperi eleemoſynam: ea propter ipſum Titium ob hanc cauſam in his ſcriptis excommunicamus. Verũtamen licet iſtud prima facie appareat iniuſtum, poteſt tamen eſſe iuſtum: quia iſte pauper forte eſt rebellis, & non poteſt conuinci niſi illo modo, ſcilicet neceſſitate famis.

Caſus litteralis domini Heliæ.

† Aliàs fore.

g ¶ *Nec debet.*] tamẽ ſi abſoluerit, tenet abſolutio, vt j. §. vbi autẽ.

h ¶ *Exhibere.*] s. eo. p̃ tuas. s. de off. dele. cũ ꝯtingat. & c. prudẽtiã.

a ¶ *Com-*

a ¶ *Competit.*]Si igitur ei non competeret,non teneret abſolutio. propter defectum iuriſdictionis:vbi cõpetit, tenet : licet iniuſta 1, ſicut & iniuſta excõicatio.11.q.3.c.1.par enim ius dominus eſſe voluit ligandi & abſoluendi.de pœni.diſt.1.verbum.

b ¶ *Conſtitutionis.*] ad idem 2. q. 6. §.diffinitiua.& s̃.de re iudic. cum inter.

1 Vide Peruſinum in c.quæſtioni. de appel. & Felinũ in c. quod ſuper his. de fide inſtrum.

(niſi excommunicatori deferat)relaxare iuxta formam Eccleſiæ poteſt illam:quamquam honeſtius & conuenientius agat,ſi ei deferat in hoc caſu. Vbi autem ſuperiori competit[a] de excõmunicatione cognoſcere, abſolutio ſeu relaxatio, quam ipſe fecerit, tenet, licet forſitã ſit iniuſta:quoniam etſi contra ius litigatoris : non tamen contra ius cõſtitutionis[b] abſoluit.

¶ *Archiepiſcopus in caſibus in quibus excommunicare poteſt, ſi conſuetudo habet, emendas pecuniarias exigere poteſt hoc dicit.Ioan.And:*

¶ Denique à ſubditis ſuffraganei emendas pecuniarias† poteſt archiepiſcopus ſecundum cõſuetudinem regionis exigere in caſibus, in quibus ei licet eos excommunicationis vinculo innodare[c].

¶ *Summatur ſupra in §.Sed ſi ex cauſa. ibi videas.*

¶ Poteſt quoque archiepiſcopus beneficium abſolutionis iuxta formam Eccleſiæ nonnunquam impendere ad cautelam,vt pote ſi aſſeritur in excõmunicationis ſententia intolerabilem[d] errorem fuiſſe patenter expreſſum, id eſt, aliquid ſub vi præcepti vel mandati aperte in ea contineri,quod cõmuniter, vel in ſuo genere eſt peccatum : veluti ſi dicat forte aliquis ſe à ſuffraganeo excõ-

ADDITIO. Io. Mo. alleg. ff. quæ ſen. ſine app.re. l.1. §. item cum. & ff.de tu.& cur. da.ab his,l.ſcire.Ioan.And.

c ¶ *Innodare.*] excommunicatio enim nõ eſt pœna, ſed medicina quædam. s̃. eod. cap. 1. ante ergo quàm excommunicet pro ſatisfactione delicti in abſolutione vel poſt,pœnam pecuniariã imponere poterit. & facit ad quæ not. s̃. de pœnis. licet. Ioan.And.

ADDITIO.Pœnam pecuniariam imponere poſt abſolutionem, eſt honeſtius quàm id facere in abſolutione : ne obſtet decret. ad aures. de ſimo. & vide quod ibi dixi ſuper verbo, cõtrariũ. vbi etiam allego 49.conſtitutionem concilij generalis, cuius mentem poſui de accu. ſicut olim. Ioan. And.

† Pet.de Anchara.hic remittit ad 23. q.5.c ſi vos 21.q 5 ſi qs cuiuſlibet. qd non eſt in libro meo:& an eccleſia poſſit exigere pœnas cõuentionales. s̃ de arbi. c. dilecti.Fon.

d ¶ *Intolerabilem.*] 11. q. 3. ſi is qui præeſt. & quomodo hoc intelligatur, vide s̃. eo.per tuas.

e ¶ *Iuſtitia.* ] ſicut ſi præcepiſſet, vt hominẽ percuteret: & dicit ſe hoc feciſſe pro exequẽda iuſtitia : vel propter delictum ſuum prohibuerat eum dare eleemoſynam, ſicut etiam interdum ob hoc quis prohibetur ab oblationibus. 17. q. 4. c. miror. vel propter delictum illius qui eleemoſynam tribuere volebat : quia vtilius panis eſurienti tollitur, quàm & c.5.q.5.non omnis.Io. An.

f ¶ *Abſoluere.*] aliàs vbi ita replicaretur,denuntiaret ſententiam nullam.s̃.eod.per tuas.

g ¶ *Similiter.*] quod hic dicit,dixerat s̃.eod.§.ſed ſi ex cauſa.

ADDITIO. Scilicet duo addit, quæ dixi in textu, in vlt. glo. Ioan.And.

h ¶ *Poſtquam.*]De hoc not.ꝙ neceſſe eſt prius conſtare 2.appellatum,quando fieri habet relaxatio ad cautelam de excõmunicatione,quæ dicitur lata poſt:& per hoc iam obtinuj in cauſa qua petebatur abſolutio ad cautelam excommunicationis, quæ dicebatur lata poſt appellationem legitimam : & eo dem die lata fuerat excõicatio & interpoſita appellatio:nec apparebat quæ primo.dicebant enim ꝙ petens habebat hoc neceſſe probare,ſcilicet quòd prius appellatum fuerat:licet non habeat neceſſe probare veritatẽ cauſæ:quia illa probata nõ abſolueretur ad cautelam, immo pronuntiaretur nulla ſententia.s̃.eod.per tuas.de offic.deleg.cum cõtingat.& ita eſt verum per hanc litteram.tunc ergo iudex appellationis abſoluit ad cautelam, quando conſtat, ꝙ poſt appellationẽ lata eſt ſententia excommunicationis:nec adhuc conſtat de veritate cauſæ:

2 Et quod ille qui dicit ſe excõmunicatũ poſt appellationẽ debeat hoc tempus probare, vide p Aretinum & Felinũ in c. cum tu. de teſtibus.

ADDITIO.De hoc per Inno.& Hoſtienſ.eo.tit.per tuas.Io.An.

i ¶ *Priuſquam incipiat.*] Plus ergo poteſtatis habẽt in hac abſolutione ad cautelam,quàm in inhibitione,quã facere non poſſunt: niſi prius incipiant cognoſcere de veritate cauſæ appellationis interpoſitæ ante diffinitiuam.quod dic vt s̃.eod.lib.de appel.Romana.§.quòd ſi.

Not. primo quòd iudex eccleſiaſti-

D *Ecernimus.*]Commode non diuiditur ſecundum Ioan.And. Decreuit tñ qui ſunt cogendi,qua pœna,per quem, qua forma,& ad quid,& hoc trimembre eſt.

¶ Et de hac decre. (eam tamen non allegando) fecerat mentionẽ Abbas de except.pia.dicens,ꝙ Alexander quartus ſtatuerat etiam in ſeculari foro tales repellẽdos.& hæc decr.fuit pars illius, quia nonnulli. ſupra de immu. eccle. eodem libr. vt ibi dixi. in princ. Ioan.And.

cus põt cõpellere iudicem laicum vt ſeruet iura canonica cõtra laicos diſponentia in materia peccati:quia peccatũ eſt communicare excõmunicatis.Not. ſecundo hic très actus iudiciales qui ſũt ꝓhibiti excommunicatis. Dom.

municatum fuiſſe pro eo,quòd eleemoſynam pauperi tribuebat, vel quia faciebat aliquid aliud, quod in ſe bonum eſt: aut quia non operabatur id, quod ſuo actu illicitum eſt & prauum, & ſuffraganeus ipſe aſſerat, quòd pro digna & rationabili cauſa, vel pro conſeruanda vel exequenda iuſtitia[e] hoc illi prohibuiſſet, vel etiam iniunxiſſet: nam tunc archiepiſcopus ad cautelam † abſoluere[f] poteſt eum.

¶ *Summarium habes ſupra in §. Sed ſi ex cauſa.ibi vide.*

¶ Similiter[g] ſi aliquis proponat ſe ante diffinitiuam ſententiam in iudicio, vel extra poſt appellationem ex cauſa legitima interpoſitam,vinculo excõmunicationis aſtrictum: poteſt archiepiſcopus poſtquam[h] ſibi de hoc conſtiterit(etiã priuſquam[i] incipiat de veritate cauſæ appellationis cognoſcere) abſolutionis illi beneficium ad cautelam iuxta formam Eccleſiæ impertiri.

¶ Alexander quartus.

¶ *Iudex eccleſiaſticus compellit iudicem laicum repellere excommunicatos ab actibus iudiciariis ſibi prohibitis.hoc dicit.Ioan.And.*

CAP. VIII.

DEcernimus†,vt iudices ſe

¶ Iudex eccleſiaſticus per cenſuram eccleſiaſticam poteſt iudicem ſecularem compellere, vt in materia peccati ius canonicum obſeruet,& faciat obſeruari. hoc dicit.

¶ Pro intellectu huius cap.eſt præſupponendũ ꝙ cum excõicato maiori excõmunicatione nõ eſt communicandũ : & peccant cõicantes quãdoque mortaliter,qñq; venialiter : mortaliter quando excõicatus fuit publicatus : venialiter, qñ nondum fuit publicatus. Item repellitur excommunicatus à iudicio, inquãtum actor. c. intelleximus.de iudi. in antiq.in c. pia.de exce.eod.lib. Item repellitur à teſtificando ab officio aduocationis, & aliis actis quibuſcunq; tendentibus ad ſuũ honorem & commodum.

† Et quando quis debeat abſolui ad cautela,vide per Abbatẽ. in c.veniens. de teſtibus

CASVS. Titius excõmunicatus maiori excõmunicatione : fecit me conueniri coram iudice ſeculari (q forte erã laicus) coram quo iudice ſeculari mihi obtulit libellum in ſcriptis concludentem : cui per me petiit reſponderi: die adueniente ego excipiendo propoſui, ꝙ eidem libello non tenebar reſpondere, eo & ꝓ eo quia Titius actor erat excommunicatus maiori excommunicatione:Titius excommunicatus replicãdo propoſuit ꝙ iſta exceptio excommunicationis non erat admittenda in foro ſeculari:vnde iudex ſecularis non curat de iſta exceptiõe: ſed non obſtante ea vult me compellere ad reſpõdendum libello ipſius excõicati : nunquid eſt mihi prouiſum de aliquo remedio? Reſpondetur ꝙ ſic: nam debeo adire iudicem eccleſiaſticum, ſcilicet epm loci,vt ipſe moneat ſub pœna excõicationis dictum iudicem ſecularem,vt admittat iſtam exceptionem in foro ſeculari: & ſi non admittat monitione præmiſſa, ipſum excommunicabit. Idem de aduocato,vt ſi aduocatus mei aduerſarij ſit excommunicatus maiori excommunicatione,poſſum ꝯ eum proponere exceptionẽ excõicationis : & ſi iudex ſecularis nolit illam exceptionẽ admittere,poſſum adire epm,vt illum moneat, quatenus in ſuo foro ſeculari admittat iſtam exceptionem. Not. primo ex hoc cap. ꝙ excõicatus nõ poteſt eſſe in iudicio vt actor.de hoc in dictis c. intelleximus. & cap. pia. alleg. In aliquibus tñ caſibus poteſt eſſe in iudicio tamquam actor,vt qñ dixit ſe iniuſte excõicatum. Not. ꝙ excõicatus non poteſt eſſe aduocatus. cap. poſſeſsionem. s̃. de proba.nec procurator,nec notarius.& in effectu in quibuſcunque actis iudicialibus repellitur. Not. ꝙ excõicatus non poteſt ferre teſtimonium. Not. ꝙ exceptio excõicationis poteſt etiam proponi in foro ſeculari : non ſolum in iudicio eccleſiaſtico. Et iſtud non ſolum procedit de iure canonico,ſed etiam de iure ciuili, vt not.Bar.in l.placet. C.de ſacroſanc. eccl. ſed tamen hodie in foro ſeculari iſtud non ſeruatur.Sed non video quomodo iudex ſecularis,qui poteſt repellere actorem excõicatum ab agendo,& nõ repellit, ſed cum eo cõicat, poſsit euitare maculam peccati mortalis. Glo.hic quærit, vtrum excõicatus poſsit facere teſtamentum. glo.arguit pro & ꝯ:poſtea inclinat in hanc partem, quòd excommunicatus

† Vide Felinũ in vl.c.extra de except.

municatus non poteſt facere teſtamentum:quæ deciſio gloſſæ non placet Doctoribus.ſed cõis opinio Doctorũ eſt,ꝙ excõicatus maiori excõicatione poteſt facere teſtamentum : quia ſpeciale eſt in aliquibus caſibus à iure cõi expreſsis,vt quis non poſsit facere teſtamentum : ergo ius cõe eſt in ꝯrium. Vtrum notarius excõicatus poſsit conficere inſtrumentũ teſtamenti? Reſpondetur ꝙ non.

culares [a] per cenſuram eccleſiaſticam ab eccleſiaſticis iudicibus, canonica [b] monitione præmiſſa,repellere excommunicatos ab agendo [c],patrocinãdo [d], & teſtificando [e] in ſuis curiis & iudiciis compellãtur.

¶ Gregorius decimus in concilio generali Lugdunenſi.

¶ *Non valet excõmunicatio lata in participantes, niſi fuerint moniti nominatim.* Et *canonica monitio dicitur quæ habet dierum interualla: niſi neceſsitas facti aliud ſuadeat. hoc dicit. Ioa. And.*

¶ *Gloſſ. prima fortificat textum: & allegat tria ſimilia.*

a ¶ *Seculares.* ] certum eſt ꝙ poteſtas ſecularis minor eſt eccleſiaſtica. ſ. de maio. & obedien. ſolitæ. & ei ſubeſt: vt ibi,& 96.diſt. duo ſunt. [& clementina de iureiu. Romani. de re iu. paſtoralis. ad fin. verſ. nos tam. ] & ideo cenſura eccleſiaſtica coerceri poteſt,vt ſequitur.Et quid continetur nomine cenſuræ, habetur ſ.de verbo.ſignifi.quærenti.& concor.ad hanc decre.ſ. eod.lib. de fo.compe.c.2.& de iureiur.licet.ſ.de excep.cap.2.Ioan.And.

Iuriſdictio ſecularis minor eſt eccleſiaſtica.

b ¶ *Canonica.*] 24.q.3.de illicita.12.q.2.c.indigne. ſ. de ſent.excom. ſacro.& illa recte dicet canonica,de qua cauetur j.c. prox.2.reſp.

¶ *Glo.ſeq.ampliat textum in vno,in ſecundo remittit.*

c ¶ *Agendo.*] & reconueniendo:quia ſicut nec agere,ſic nec recõuenire poteſt. ſ. de excep. cum inter priorem. A defendendo autẽ non repellitur,vt ſ.de iudic.intelleximus.ratio ibi patet.Et quid de impetrando,vidiſti ſ.eod.lib.de reſcrip.c.1.

d ¶ *Patrocinando.*] eccleſia ergo priuat aliquem (interdũ perpetuo,interdum ad tempus)officio poſtulandi.& concord. ſ. de hæret.ſi aduerſus.& c.excõicamus.§.credentes.ſ.eod. lib. de pœnis. felicis.§.quod ſi quis.ad fi. & procedit hoc etiam interdũ ex alieno delicto , vt ibi. & ſunt iſti partim de ordine non poſtulantium: quia etiam pro ſe poſtulare non poſſunt in agendo , de quo dic vt 3.q.7. §. tria. Eſt autem poſtulare deſiderium ſuum vel amici ſui in iure apud eum qui iuriſdictioni præeſt exponere:vel alterius deſiderio ꝯdicere,vt ibi.& ff. de poſtu. l. 1. & intellige hoc non ſolum in aduocato,ſed etiam in procuratore.ſ. de prob. poſt ceſsionem. ſi enim non auditur pro ſe,multo minus pro alio.4. q. 6. omnibus. ad hoc ſ.eod.dilecto.

¶ *Glo.ſeq.primo tex. coadiuuat:ſecundo quærit, & circa id dat quatuor remiſsiones arg. pro opi.ponit.ad quam inducit textum pro & contra:tertio quærit, & ponit opinionem pro & contra: & tertiam diſtinguentem.*

e ¶ *Et teſtificãdo.*] excõicatus ergo(maiori intelligas) teſtificari non poteſt 1.ſ.de teſti.veniens 2. in fi.vnde ſi dicatur excommunicationis ſententia nulla , in defectum probationum conſueuerunt abſolui ad cautelam:vt ibi vides ꝙ non poteſt teſtificari. Sed nunquid excõicatus poterit teſtari? De hoc per Inn.de do.& cõtu.veritatis.per Hoſt.[& Archi.]de excep.pia.per Gar.[& Io. Monac.] de vſur.quamquam.per Guli.in Spec.de inſtru.edi.§.compendioſe.circa prin.& vr ꝙ licet iſta iudicialia prohibeantur,extra iudicialia non,ſicut ſ.eod.ſolet.ad fin. ſecundum Hoſt. & Gar. teſtari. non poteſt:quia ſeparatus eſt à cõione eccleſiæ:& ſeparato à cõione eccleſiæ omne beneficium ex legibus deſcendens interdicitur. & Gul. ſequens Innocen. & Pet.de Semp. tenet. ſ. de except. pia. ꝙ poteſt teſtari. & Pet.de Vndalla tenuit opinionem Hoſt. & Gar. & hoc propter periculum cõionis cum excõicato , cui communicandum non eſt,denegatur.in Authent.de priuileg. do.hære. mu.non præſtan.§.antepenult.& actus legitimi eis interdicuntur, vt hic.& eſt ſimilis ſecundum eos deportato , qui eſt inteſtabilis. ff.de teſta.eius cui.§.1.arg.pro & contra.ſ.de hære. excõicamus.§. credentes.Quid dices de tabellionatu:nunquid inſtrumentum cõfectum per excõicatum valet ? Videtur valere. arg. prædi. §. credentes.vbi dr de excõicato quòd ſi ſatisfacere contempſerit infra annum,ex tunc inſtrumenta per ipſum confecta non valent: ergo à contrario prius,id eſt,ante annum confecta valebant , licet eſſet excõicatus.Alij cõtra:pro quibꝰ optime 3.q.4.nullus.ibi,nullus anathematizatorum ſuſcipiatur:nec à quoquam credantur quæ ab eis dicuntur vel conſcribuntur.ſ.eo. nouerit. Alij , vt Hoſtien. & Gul.dicunt ꝙ quamdiu eius excõicatio eſt occulta , valet inſtrumentum ab eo confectũ:vel ſi ſit manifeſta:nec poteſt probari.arg. ff.de.offi.præſi.Barbarius.3.q.7.§.tria.C.de teſta.l.1.ſ. de re iudi. ad probandum.de excep. pia. §. ſi vero. ſecus ſi ſit notoria.de excep. exceptionem.de cohabita.cle.& muli. veſtra. ſicut enim ibi notorius concubinarius ſuſpenſus eſt quo ad ſe & quo ad alios:ita notorie excõicatus tabellio,& prętor publice nũtiatus repellitur etiã ab extra iudicialibus.j.eo.licet.Ioan.And.

† Etiam contra excommunicatum. de hoc in Spe.de teſte. §.1. ver. ſed nunquid excommunicatus & verſ. ſeq. Io.And.

a Vide Antonium Gabrielium lib. 4. communium opinionum.tit. de teſtamen. cõcluſio. 1.

Excommunicatus an poſſit inſtrumenta conficere.

ADDITIO. Excõicatus an poſt abſolutionem teſtificari poſsit

prolixe tractat hic Archid.de quo ſatis. 4. q.1.in ſum. & dixi plene poſt Inno.ſ.de teſti.teſtimonium.cuius Inno.opinio hic placet Archid. ibi vide quod hic dixit.Ioan.And.

C*Onſtitutionem.*] Sunt duæ partes.Prima declarat cõſtitutionem Inno. Secunda:ibi , *Statuimus.*dat formam monitionũ, & vnum caſum excipit: ibi,*Niſi.*Ioan.And.

## CAP. IX.

COnſtitutionẽ [f] felicis recordationis Innocentij [g] Papæ quarti prædeceſſoris noſtri , quæ prohibet participantes † excommunicatis ea participatione [h] , quæ ſolam mi-

¶ Emanauit præſens c. ad declarationem c. ſtatuimus. ſ. eo. tit. & lib. vbi dr, ꝙ licet participantes cum excõicatis maiori excõmunicatione , incurrant minorem excõicationem, & peccent mortaliter : tñ nõ poſſunt ratione illius peccati excõicari , niſi prius fuerint moniti canonice & debite,vt deſiſtant à participatione. Iſtud c.declarat quæ dicatur canonica & debita monitio.

† Etiam litteris, vt vult gloſſ hic, & vide Fran. Aret. l. 1.ff. de verb. obl. cap.lex diuina. 17. q. 2. & nutu dicimus loqui etiã vbi lex expreſſe meminit de verbis. c.cum apud.de ſpõ. Fon.

CASVS. Dictum fuit in d.c.ſtatuimus.ꝙ antequam excõicator excõicet participantes cum excõicatis à ſe,debet illos monere canonice:aliàs nulla eſſet excõicatio. Sed quæritur,quæ dicatur canonica , & debita monitio ? Rñdet ꝙ illa monitio dr canonica in illo caſu, qñ fuerunt participantes moniti nominatim , vt deſiſterent à participatione:& ſic non valeret monitio generalis:Nam dicit textus,ꝙmonitio debet fieri nominatim.Itẽ debet eſſe trina,id eſt,facta tribus edictis,vel vno peremptorio pro omnibus: & illæ trinæ monitiones debent habere interualla aliquorũ dierũ , & nõ incontinenti:niſi cauſa rationabilis ſuaderet,vt illa fieret abſq; aliquo interuallo dierũ,vt ſi quis moneatur, vt reſtituat vxorẽ alicuius,vel deſiſtat à participatione ipſius:ſi daretur interuallũ dierũ, iſte detinens vxorẽ interim teneret eandẽ,licet iniuſte:& infra illud tẽpus non poſſet excõicari:ideo debet arctari tempus,vt infra diẽ ne tempus reſtituat forte intra xxiiij. horas : vel aliud diẽ ne tempus.[*Non tenere.*]hucuſq; durat tenor illius cõſtitutionis.[*In hoc caſu.* ] ponderetis iſta verba in hoc caſu, quia facit ad multa, vt dicã ſtatim. Not. primo ex hoc,vt dicatur monitio canonica in caſu c.ſtatuimus.alleg.debent moniti nominatim exprimi in monitione.Sed qualiter intelligitur illud?Rñdet Hoſt. ꝙ intelligendũ eſt qñ monens intendit aliquos excõicare nominatim, debet etiã illos monere nominatim,vt ſi iudex intendit excõicare Petrũ,debet illũ nominatim monere: ſed ſi iudex nõ intendit excõicare nominatim,ſed ſolũ in genere: ſufficit monere in genere hoc modo Monemus ſub pœna excõicationis oẽs parochianos talis eccleſię, ne tali excõicato maiori excõicatione participent ſeu cõicent. Si poſtea inuenio Petrũ participaſſe cũ ipſo , non poſſum excõicare nominatim,ſed ſolum generaliter & in confuſio. Verumtñ glo. tenet ꝯrium: & mouetur per hæc verba hic poſita: in hoc caſu: quia textus intendit inducere ſpecialitatẽ in hoc caſu:& tñ nõ eſſet aliqua ſpecialitas in hoc caſu,ſi prædicta opinio eſſet vera ideo dicunt moderni , ꝙ in hoc caſu, ſiue excõicator intendat excõicare generaliter ſiue nominatim,debet nominatim monere hoc modo, Moneatis tales vt deſiſtant à participatione. Not. ꝙ tres monitiones quæ debẽt præcedere excõicationem, debẽt habere interualla:nec poſſunt fieri continue:& ad minus inter quamlibet monitionem debent eſſe duo dies : ex quo iſte textus loquitur in plurali. & ſi fiat vna monitio peremptoria,pro minori debet continere ſex dies.pro hoc eſt glo. in l.properandum. C. de iudiciis. l. ad peremptorium.ff.de iud. poteſt tñ excõicator ex cauſa abbreuiare illud tempus: vnde poteſt dicere, Moneo te vt infra tres dies deſiſtas à tali participatione:& hoc pro primo edicto:& ſi nõ deſiſtas, moneo te ſecũdo vt deſiſtas:& elapſo termino poterit dicere:Moneo te tertio,vt deſiſtas.Quibus tribus terminis elapſis,poterit illum excõicare:vel ſi velit ſe expedire vnico cõtextu,poterit dicere,Monemus omnes & ſingulos parochianos vnica monitione canonica & peremptoria pro omnibus , vt deſiſtant infra ſex dies à participatione. Quorũ ſex dierum duos pro primo,duos pro ſecũdo,& reliquos duos pro tertio,& perẽptorio termino aſsignamꝰ.

Not.arg.ꝙ allegans ſtatutum in iudicio, debet totum illud edere: ſic facit hic Grego.de decret. Inno. Not. effectum declarationis:quia tollit dubium quod erat in diſpoſitione præcedentis:& ſic declarans nihil addit. Dominicus.

¶ *Prima gloſ ſummat.*

f ¶ *Conſtitutionem.*]Nõ valet excõicatio lata in participiãtes,niſi fuerint moniti nominatim : Et canonica monitio dr , quæ habet dierum interualla : niſi neceſsitas facti aliud ſuadeat. hoc dicit.

g ¶ *Innocentij.*] ſ.eod.ſtatuimus.

¶ *Gl.ſe.diſtinguit duplicem participationẽ: & ſoluit quæſtionẽ.*

h ¶ *Participatione.*]denotat ꝙ eſt quædam participatio,quę inducit maio

cit maiorem, ſcilicet quæ in crimine fit.ſ. eod.ſi concubinæ. & c. nuper.& alia quæ inducit minorem, vt cum quis participat ſcienter excommunicato maiori in locutione,oſculo, menſa, & ſimilibus.Et ab hac excipiũtur certæ perſonæ:vxor,filius,ſeruus,& alij, de quibus.11.q.3.quoniam multos. ſ. eod. quod in dubiis. & cap. ſeq. Et ſecundum Guli. & Gar. [& Ioã. Mo. & Hug.in dicto c. quoniã multos. ] incurrit quis minorem excommunicationem mittendo nũtium vel litterã excommunicato,ac ſi ille perſonaliter loqueretur.ad hoc ſ.eod. lib. de elect. vbi periculũ. §. nulli 1. Ipſe enim loqui vr̃, nũtium mittendo vel litteras.ff.de conſti. pecu. l.& licet.

1 Iſte §. loquitur de excommunicatione maiori:ſed ſic æquiparantur loqui vel nũtiũ mittere, vel litteram. Ioan. An.

ADDITIO.Fac. 27. q.2.lex diuinæ. in prin. palea eſt.Ioan.And.

a ¶ *Minorẽ.* ] de ipſius effectu habetur 3. q. 4. Engeltrudam. & ſ. de excep.à nobis.Ioã.And.

norem [a] excomunicationem inducit, monitione canonica non præmiſſa, maiori excommunicatione ligari, decernens promulgatam aliter excommunicationis ſententiam non tenere [b]: ad tollendum omnẽ ambiguitatis ſcrupulum [c] declarantes:Decernimus, ita demum eſſe monitionem canonicam in hoc [d] caſu, ſi aliis rite ſeruatis [e] eos qui monentur, exprimat nominatim [f].

¶ Statuimus [g] quoque,vt inter monitiones,quas (vt canonice promulgetur excõmunicatio-

b ¶ *Non tenere.* ] idem in ſuſpenſione & interdicto.j̃. eo. ſtatutũ.

c ¶ *Scrupulum.* ] hoc dicit:quia ante iſtam cõſtitutionem ſi iudex monebat in genere,ꝙ nullus communicaret,dicebant quidam talem monitionem canonicam:alij contra;quod dubium hæc conſtitutio declarat.

d ¶ *In hoc caſu.* ] ſcilicet quando propter participationẽ vult participantes excommunicare maiori.

ADDITIO.Quaſi diceret,ꝙ aliàs bene poteſt fieri monitio generalis.ſ.de offic.ordi.ſi ſacerdos.ſ.de Iudæ.& ſi Iudæos. in fi.de vſu.poſt miſerabilem.vide concor.ſ. eod.tit.& lib. Romana.§. caueãt.ſuper glo.pone exemplum.Ioan.And.

e ¶ *Seruatis.* ] ſcilicet ꝙ inſeratur cauſa ſuper qua fit monitio: & quòd ſint præſentes per quos poſsit probari:& ꝙ ſint ibi interualla.ſ.eod.ſacro.& j̃.eo.cap.

¶ *Glo.ſeq. dicit primo quæ ſit nominalis monitio: ſecundo ponit opinionẽ quã nõ approbat:tertio quærit.arg.pro, & ſoluit ꝯriũ.*

Monitio quando dicatur nominatim facta.

f ¶ *Nominatim.*] ſcilicet propriis nominibus expreſsis, vel aliis indubitabilibus circũſtantiis,quæ habeãt vicem proprij nominis. ff.ſi cer.peta.l.certum.ſ.de teſtib.licet 2.ſ.eod.lib.eod.tit.c.2.Idem ſi dicat, moneo filium Petri: cum ille vnicum filium habeat. ff. de lib.& poſthu.l.2.& inſtit.de exhære.liberorum.§.nominatim.ſecus ſi duos haberet:quia tunc neuter eorum monitus vr̃ vt ibi.Dicunt tamen quidam 2, quòd hæc decretalis locum habet quando ſingulares & nominatæ perſonæ excommunicantur:quia tunc requiritur monitio ſpecialis:ſi autem generaliter ferretur ſententia, tũc dicunt ſufficere generalem : & ſic adhuc remaneant antiqua iura. ſed tutius eſt dicere quòd hodie in genere excõmunicatio in participantes ferri non poſsit: & ſic ſit ſublatũ quod dicitur ſ. eod. quod in dubiis.in fi. Sed valebit ne monitio, ſi iudex generaliter monet omnes de collegio vel vniuerſitate?Et vr̃ ꝙ ſic:quia tantum valet generalis monitio quo ad omnia,quantum ſpecialis quo ad quædam.ff.de admini.tut. ſi duo.in fin. & quia ſemper generalibus ſpecialia inſunt, vt ff.de regu.iur.ſemper in generalibus. ſed contrarium eſt verum.Guil.hic per hanc conſtitutionem, & ſecũdum eum ſi ignorat nomina illorum de conuentu,cogat rectorem conuentus vel vniuerſitatis ad indicandum ſibi illa nomina.ff.de condi.ob tur.cau.l.4.§.fi.

2 Scilicet Hoſt. ſ. eo. tit.& lib.ſtatuimus. quẽ excuſo:quia nõ vidit hãc decretalem. Sed Gar.etiã ſuper hoc c. dicit hanc opinionẽ iuri cõſonam: licet contraria ſit ſecurior. Io. An.

ADDITIO. Simile quod not ſ.eod.lib.de conceſ. præben. ſi capitulo.in princ.6.glo.Ioan.And.

g ¶ *Statuimus.* ] Sic conſtrue : ſtatuimus quoque vt iudices ſiue monitionibus vtantur ſiue vnã pro omnibus,obſeruent aliquorum dierũ competentia interualla in monitiones,quas iura permitti faciunt,vt ſententia excommunicationis canonice promulgetur.

Ponit tres formas trinç monitionis.

h ¶ *Vna pro omnibus.* ] dicit ergo iudex interdũ:monemus te pro prima:qua finita monet pro ſecunda : qua finita monet pro tertia, & c.Interdum vna monitione facit tres : monemus te ꝙ vſque ad diem talem pro primo:talem pro ſecundo:talem pro tertio, &c. Interdum vnam tantum dat dilationem, vt monemus te, ꝙ vſque ad talem diem pro primo,ſecundo, & tertio peremptorio à communione talis, & c. & hoc vltimo caſu eſt interuallum inter monitionem & ſententiam.

ADDITIO. Secundum Guli.& Gar.& Archid.Sed Ioan.Mon. dicit,ꝙ hoc non conſonat litteræ.Ioan.And.

i ¶ *Competentia.*] hoc iudex moderabitur pro perſonarũ & negotij qualitate. ſ. de appel. cum ſit Romana.de offi.deleg.de cauſis.

k ¶ *Neceſsitas.*]vt quia partes ſunt ad rixã vel arma paratæ;nec curant monitiones epiſcopi.ff.de vſufr. l. æquiſsimum. interdũ enim nec locus,nec tempus patitur plenius deliberare conſilium.ff. de exer.act.l.1.1.reſponſo.

ADDITIO. Et quandoque res celeritaté deſiderat.ff. de dam. infec.l.1.Ioan.And.

nis ſententia)ſtatuunt iura præmitti : iudices ſiue monitionibus tribus vtantur, ſiue vna [h] pro omnibus, obſeruẽt aliquorum dierum competentia [i] interualla : Niſi facti neceſſitas [k] aliter ea ſuaſerit moderãda †.

¶Idem in eodem.

¶ *Relaxatio ad cautelam, in generali interdicto non habet locum.hoc dicit. Dominicus.*

CAP. X.

PRæſenti generali declaramus [l] edicto, beneficiũ relaxationis ad cautelam [m], quò

PRæſenti.]Breue eſt, nec eget diuiſione vel ſumma : licet multum egeret notione rationis, vt in glo. Et eſt ſciendum ꝙ Guli. hic quaſi viderit integram, & Archid. poſt eum dicunt, ꝙ quidã aſſeruit ſe poſt appellationem excommunicatum, & interdictum in vxorẽ, familiã, & terram ſuam prolatum: petiit ad cautelam abſolui ab excõmunicatione, & prædictum interdictum relaxari?Reſpondetur quòd generale interdictũ in loca vel terram, non relaxatur ad cautelam. Et ex hoc not. Guli,ſpeciale in vxorem & familiam relaxari poſſe,vt in glo.penul.Ioan. An.

† Tex. pro Inno.c.1. de conſti, dicẽte, quod ob caſus emergentes, licet trãſgredi leges:quod dictum allegauit Bal.l 1.ff prec. Impe. offer. Dom. Fonta..

CASVS. Dictum fuit.ſ.c. venerabilibus. iſto tit. & lib. ꝙ quando quis dixit excõicationem ꝯ ſe latã eſſe nullã, & petit relaxari ab excommunicatione ad cautelam,quòd ipſe eſt audiendus. Sed ponamus quòd aliquis fuit interdictus, non autem excommunicatus : & dixit interdictum nullum, petendo relaxari ad cautelam: vtrum ſit audiendus? Rñdet quòd non : quia relaxatio ad cautelã non habet locum in interdictis,ſed ſolum in ſententia excõicationis : ſed differetur relaxatio interdicti vſque ad finem cauſæ.Not. primo quòd relaxatio ad cautelam appellatur beneficium, & ſic nõ videtur ꝙ iudex neceſsitetur ad hanc relaxationem, de quo ſ. eo.ſolet.Not.ſecundo, ꝙ interdictum dr̃ generale qñ refertur ad locum generalem.vide de ver.ſig.cum in partibus.Dominicus.

¶ *Gloſſa prima obiiciendo quærit: tres opiniones ponit,quas reprobat, & ſoluit.*

l ¶ *Declaramus.*] Not.quòd quidam olim cõtrarium dicebant,& pro eis faciebat : quia excõmunicatio & interdictũ paribus paſſibus ambulare videbantur.ad hoc ſ.de appel. ad hæc quoniam. ſ. eod.cum medicinalis.ſ.eod.Romana.in princ. & cap. venerabilibus.in princip.iſto eod.tit.& lib.j̃. eod. ſtatutum. & c. is cui. cum ſimilibus.vnde ſicut excommunicatio poteſt tolli ad cautelam, vt ſ.cap.ſolet.& c. venerabilibus.§.ſed & ſi.§.penult.& vltim.ſic de interdicto videbatur: immo multo magis:quia per interdictũ plurimum puniuntur non obnoxij : ſed per excommunicationem nõ ſic.ſ.eo.tit.& li. Romana.in fi.vnde potius videbatur in eo, quàm in excommunicatione ſubueniendum: quia etiam plures ligat, & plura bona tollit: & quia aliàs ſunt paria.j̃.eo.is cui.ſ.eo.c.1.Quæ ergo fuit huius iuris ratio?Reprobatis aliorum ſolutionibus: quorum quidã dixerunt,ſic placuit Gregorio,quæ reprobatur per hoc verbum, declaramus. Alij dixerunt hoc factum,vt magis timeretur cenſura eccleſiaſtica. Tertij, ne finis vnius negotij alterius ſit exordium.C.de fruct.& lit.expen. terminato.[Vide de do. & contu.c.finem.in fi.glo.ſed nunquid.] cum hæc ratione non roborentur:Dic 3 ꝙ hoc ſtatutum eſt propter communionis periculum in excommunicato:ergo ad aliorum cautelam fit hæc abſolutio:ſed in participatione interdictorum nõ eſt tãtum periculum, & ideo ſecus: vnde etiam interdicti tẽpore quædam ſacramenta miniſtrãtur,& interdum celebrantur.ſ.de ſponſa.nõ eſt vobis. de pœnit. & remiſ.ꝙ in te.ſ.eod.reſponſo. & cap. permittimus. j̃. eod. quoniam.& c.vlti.Sed contra ſ.de appel. ad præſentiam. vbi ad cautelam excommunicato datur abſolutio. Vnde dic ꝙ ideo aliud in excõicatione quàm in interdicto: quia excommunicatio eſt mortis æternæ damnatio : & ideo feſtinare debemus,vt mortuus & à Chriſto ſeparatus per excõicationem, redintegretur Chriſto per abſolutionem. Maioribus enim malis debet ſincera charitas ſubuenire. 50.diſt.vt conſtitueretur.In interdicto autem non traditur quis ſatanæ, nec eſt ibi tantum periculum,& ideo nec tantum feſtinandũ. Ea etiã ratione: quia in interdicto volũt iura vnum pati pro reliquo:in excommunicatione ſecus,vt ſ.dixi. Præterea excõmunicatio non poteſt ſuſpendi ; niſi in totum relaxetur:& ideo in ea locum habet abſolutio ad cautelam: interdictum poteſt ſuſpendi : & ideo non eſt neceſſaria relaxatio ad cautelam.ſupra de appel.ad hæc quoniam.

Relaxatio interdicti ad cautelam, quare non habet locum ſicut relaxatio excõmunicationis.

3 Vide Felinum in cap. Apoſtolicæ. extra de excep.

¶ *Glo.ſeq.ponit 12.caſus in quibus eſt excommunicatio nulla.*

Excõicationis ſẽtentia in quib9 caſibus dicatur nulla.

m ¶ *Ad cautelam.*] quod fit in excommunicationis ſentẽtia tũc quando dicitur nulla,vt ſi poſt appellationem legitimã, Secundo, ſi con

ſi continet intolerabilem errorem, vt ſ.eod.tit.& lib. venerabilibus.cum ſi.Tertio in caſu ſ.eo.tit.& lib.ſtatuimus.Quarto ſi dicatur quòd iudex non erat is qui tulit ſententiam. de conſue. c.3. de priuileg.cum olim.Quinto, ſi à iudice ſuo lata eſt, ſed excõicato. 24.q.1.audiuimus.& c.aperte.Sexto, cum quis excõicatur à delegato ꝯ delegantis intẽtionem. ſ. de præbend. cap. vlti. & ſ. de priuileg. auctoritate. eo. lib. Septimo, ſi ab intruſo, vel à iuriſdictione ſuſpenſo. 12. quæſtion. 2. cap.alienationes.Octauo, ſi feratur à violante interdictum hominis.ſ. de excel. præla. tanta 1. Nono, vbicunque prælatus ſubditum excommunicat contra priuilegij ſui tenorem ſ. de priuileg. cum capella. & c. quanto. Decimo, ſecundum quoſdã quos ſequor in caſu ſ.de excel.præla. cum ad quorundam. Plures ex his caſibus comprehenduntur ſub quarto.Vndecimo, ſi feratur à delegato impetrato ab excõicato in caſu non permiſſo.ſ. eod.lib. de reſcr. c. 1. Et adde nouum caſum ſ.eod. lib. de of. ordi. quia plerique.

1 Iſtos octo notauerat Hoſt. ſ. eo. [illegible] duos ſequentes po[illegible] hic Gar.& Ioan. m[illegible] Fran. addeb[illegible] caſũ ſ.eod.lib.de offi.ordi.Romana,in fin. S[illegible] dic vt ibi. not. Io. And.

¶ *Gloſſa ſeq. remittit, quærit & ſoluit.*

a ¶ *Generaliter.*] quid ſit generale, habes ſ. de verb. ſig. cum in partibus.Quid ſi feratur non generaliter in loca, ſed specialiter in perſonam 2? Dic ꝙ bene poterit fieri relaxatio ad cautelam.Arg.à ꝯrio iſtius litteræ:quia ſpecialiter interdicto omnia ſacramenta negantur ante abſolutionem:& ſic idem quod in excommunicato.

2 Idem ſi generaliter, puta in vniuerſitatẽ vel collegiũ, ſecundũ Fõt.

ADDITIO.Idem ſcilicet ꝙ tunc poſsit fieri abſolutio ad cautelam:tenent Guli.Gar.Cle.Pi.Boat.Io.Mona.& Archidia.Ad hoc ſ. eod. venerabili. per quam decre. hoc tenuit Inno. ſ. de appel. ad hæc quoniam. in 1. glo. ſcilicet ꝙ fiebat abſolutio ad cautelam in interdicto, ſicut in excommunicatione:quod intellige de interdicto perſonæ,non loci per hanc decreta.Ioan.And.

b ¶ *Non habere.*] vnde ſi id fiat,non valebit relaxatio: per hanc litteram. & eſt ſimile ſ. de iis quæ vi metuſve cauſa fiunt.c. vnico. eo.lib.[Idem Gar.Ioan.Mon.& Archid.]

ad interdicti ſententias, in ciuitates, caſtra, vel quælibet alia loca, ſiue terras aliquas generaliter [a] promulgatas, locum aliquatenus non habere [b].

¶ Idem in eodem.

¶ *Primo excommunicat certis limitationibus dantes licentiam offendendi in perſonis vel rebus ſuis vel ſuorum:exercentes contra aliquos eccleſiaſticam cenſuram, vel exerceri facientes, vel illam ſeruantes. Secundo ibi, Eadem. pœnam prorogat ad vtentem, vel motu proprio id agentem. Tertio ibi, Qui autem. pœnam aggrauat.hoc dicit.Ioan.And.*

CAP. XI.

QVicunque [c] pro eo quòd in reges [d], principes, barones, nobiles, balliuos, vel quoſlibet miniſtros [e] eorum, aut quoſcunque alios excommunicationis, ſuſpenſionis, ſeu interdicti ſententia fuerit promulgata; licentiam alicui dederint occidendi, capiendi, ſeu aliàs in perſonis, aut bonis ſuis vel ſuorum [f] † grauandi [g] eos, qui tales ſentẽtias protulerũt, ſiue quorũ ſint occaſione [h] prolatæ, vel eaſdem ſententias obſeruantes, ſeu taliter excommunicatis communicare nolẽtes (niſi licentiam ipſam re integra [i] reuocauerint, vel ſi ad bonorum captionem occaſione ipſius licẽtiæ ſit proceſſum, niſi bona ipſa fuerint infra octo dierum [k] ſpatium reſtituta, aut ſatisfactio pro ipſis impenſa [l]) eo ipſo ſententiam excommunicationis incurrant [m]. ¶ Eadem [n] quoque ſententia ſint innodati omnes, qui auſi fuerint prædicta licẽtia data vti [o], vel aliquod præmiſſorum, ad quæ committenda dari licentiam prohibuimus, alias [p] committere ſuo motu. Qui autem in eadem ſententia permanſerint duorum menſium ſpatio, extunc ab ea non poſsint, niſi per ſedem Apoſtolicam abſolutionis beneficiũ obtinere [q].

QVicunque.] Iſta decretalis, vt dicit Io.An. habuit breuiloquũ dictatorem, ita ꝙ multa ipſius membra vix poſſunt breuius ſummari:propter quod gloſſam non ſummauit.tñ ipſam diuidendo poteſt dici vt in rubro.

ADDITIO. Et dicit Franc.ꝙ quia multi prælati timebant quãdoque exercere cenſuram propter grauamina quæ eis vel ſuis inferebantur:ideo edita fuit hæc conſtitutio.Io.And.

¶ Dans licentiam occidendi, vel capiendi, vel grauandi excommunicatorem, vel illum ad cuius inſtantiam fuit lata excommunicatio, incurrit ſententiã excõicationis ipſo facto, niſi re integra licentiã datam reuocaret:& ſi excõicationem ipſam per duos mẽſes ſuſtinuerit:ab ea abſolui non poterit, niſi à Papa.hoc dicit.

CASVS. Aliquis iudex ſecularis eo ꝙ perturbabat iuriſdictionẽ eccleſiaſticam fuit excõicatus auctoritate iudicis eccleſiaſtici:ipſe ex hoc indignatus dedit mandatum ſubditis ſuis occidendi excõicatorem, vel eum incarcerandi, vel ipſum aut parentes ſuos ſeu amicos grauandi:vel illum ad cuius inſtantiam fuit lata excõmunicatio: vtrum ex datione huius præcepti incurrat aliquã pœnam? Rñdet Romanus Pontifex ꝙ niſi præceptum ſuum reuocauerit re integra:ipſo facto incurrit ſententiam excõicationis:& ſi per duos menſes illam ſuſtinuerit, non poterit abſolui niſi à Papa: & ſi proceſſum fuerit ad captionem bonorum (niſi reſtituerit infra octo dies)incurrit ſententiam excõicationis. Quid de illis qui acceptant licentiam:vtrum incurrunt aliquam pœnam? Reſpõdet Romanus Pontifex ꝙ ſic:Nam incurrunt excõicationem ipſo iure: & ſi illam per duos menſes ſuſtinuerint, non poterunt abſolui niſi à Papa.Idem ſi ſuo proprio motu volentes complacere excõicato grauauerint excõicatorem:vel illum ad cuius inſtantiam fuit lata excõicatio; vel eorum conſanguineos & affines vel amicos; nam incurrunt excõicationem: quam ſi per duos menſes ſuſtinuerint, non poterunt abſolui niſi à Papa. Not. primo ꝙ licitum eſt re integra reuocare qđ quis fecit.vide in reg.quod ſemel.j.de reg. iur:

Not.ſecundo, ꝙ aliud eſt ſatisfacere pro re, aliud rem reſtituere: & ſic obligatus ad rem reſtituendam nõ adimpleret ſatisfaciẽdo pro illa.Domi.

¶ *Gl.prima dicit vnde orta: ſoluit dubiũ, & ſolutionis obſtaculum.*

c ¶ *Quicũq;.*] oiri potuit ex facto decr. ſ.eo. dilecto. & dic, quicunque etiam epi. Nec obſtat ſ. eod.quia periculoſum. quia non loquitur in ſententiis excommunicationis.

† Illi ſi propter iniuſtũ factũ alteri' aggrauẽtur, non contra aggrauantẽ, dicit Pet. de Ancha.agẽr, ſed contra illum cuius occaſione grauati ſunt, allegat Bal. in l.his reb'. ff.ſol. matri. Bar.in l.nam & ſeruius.ff. de ne.gel.facit l. quoniã multa. C.ad legẽ Iul. de vi & cap.ſicut nobis.de teſt.Font.

ADDITIO. Dicebat Guliel. ꝙ vniuerſale, quicunque, ſingulos comprehendit.ff. de inſti.l. hoc articulo. ff. de pigno. act. l. ſi neceſſarias.§.ſi annua. de offi. præ.l.3.ſ.de ma.& obedien.ſolitæ.ad finem. p quod patet etiam imperatorem includi, vt dicit hic Archid. tamen vt dicit Guli.ſignũ vniuerſale quandoque ponitur pro particulari. 1. q.7.ſi quis omnem.15 q. 1.mulier.Ioan.And.

d ¶ *Reges.*] eſt autem ordinarius regis is eps in cuius diœceſi deliquit, vel domicilium habet 3. 96. diſt.ſi Imperator.& c.duo ſunt. vbi de hoc.[& ſupra de maiori.& obed.omnes.

3 Idem Philip. Adde doct. c. omnes.đ ma.& obedi. glo. 73. ca. Valentinianus. Fonta.

e ¶ *Miniſtros.*] ad clericos poteſt referri: & ſic proprie ſequitur verbum, ſuſpenſionis.

f ¶ *Suorum.*] conſanguineorum vel familiarum.& ſic nota caſum in quo percutiens & mandans percuti laicum, excõicatus eſt. ad idem ſ.eod.lib.de elect.ſciant cuncti 4.& de immu. eccl. quoniã.

4 Vide quæ ego ibi notaui ad principium text. & ratio eſt quia fit occaſione clericorum iſta percuſſio. Pet. de Ancha.Font.

g ¶ *Grauandi.*] puta ne quis emat ab eis, vel eis vendat:vel his ſimilia.concordat ſ.de priuileg.quãto.de immu. eccl. c. vlti. eo.lib.

h ¶ *Occaſione.*] quorum intereſt principaliter defendere ſententias ipſas in iudiciis.ſ.eod.tit.& lib.venerabilibus.§.2.in ſi.

i ¶ *Re integra.*] littera ſequens ꝯdicit iſti: vbi dr: ꝙ licet res nõ ſit integra, infra octo dies poteſt fieri emendatio. Poteſt dici ꝙ hoc locum habet in iniuria perſonali, illud in reali, vt in prima ſtatim ſit excõicatus: in ſecunda tunc quando infra octo dies nõ reſtitueriτ. [Idem Archid.& hoc videtur voluiſſe Guli.qui dicit rem integram hic dici priuſquam ãd grauandum perſonas proceſsit ſic. Sed Gar.& Io.Mo.exponunt, re integra:id eſt, iniuria nondum illata in perſona vel rebus.] Vel dic quod id qđ ſequitur, reſpicit tẽpora iſtius conſtitutionis, vt ſi tempore iſtius conſtitutionis prætextu illius licentiæ aliqua erãt occupata:niſi infra octo dies reddantur, habeat locum pœna. & eſt ſi.ſ.de re.eccle. non alie. hoc conſultiſsimo.§.laici.vbi in cõpulſionibus iã factis datur tẽpus ad reuocandũ:in faciendis ipſo facto imponitur pœna. primũ verius.

K ¶ *Octo dierum.*] ſimilis dilatio temporis.ſ.de excep.pia.& ſ.eo. tit.& lib.ſolet.

l ¶ *Impenſa.*] ſcilicet cum res non extat, vel placet læſo.Simile ſ. eod.lib.de vſu.quamquam.ff.commo.l.3.§.1.

m ¶ *Incurrant.*] & ſi prius excommunicati erant, modo duplici funiculo ſunt ligati: quod eſſe poteſt, vt not.3.q. 4. Engeltrudam. ſ.de Iudæ.ita quorundam.

n ¶ *Eadem.*] ſcilicet maioris excommunicationis.

o ¶ *Vti.*] & ſic mandans & mandatarius eadem pœna puniuntur. ſic ff.de vi.& vi arm.l.1. §. quotiẽs. nec excuſat hic iuſſus maioris: qđ dic vt dixi j.de reg.iur.qđ quis.ff.ad legẽ Aquil. liber homo. 2.

Mandans & mãdatarius pari pœna puniuntur.

¶ *Glo.ſeq.quærit, & ſoluit.*

p ¶ *Aliàs.*] id eſt, præter aliquam licentiam.Sed nunquid ille tũc ratam habens excommunicatus erit? Diſtingue, vt ſ.eo.cum quis.

¶ *Glo.ſeq.dat ſimile.*

q ¶ *Obtinere.*] ſimile in incendiariis eccleſiarum:qui ex quo denũtiati fuerunt, non poſſunt abſolui ab alio quàm à Papa. ſ. eod.tua. & ſi Papa hoc non expreſsiſſet, perpetuo potuiſſet ordinarius ipſum abſoluere, vt ſ.eod.nuper.

*Si iudex.*]

SI iudex.] Hic incipiunt conſtitutiones Bonifacij,& iſta prima eſt expediens & vtilis valde,& ſæpiſsime practicatur.Et diuiditur in duas partes:Prima dicit q̄ ad iudicem eccleſiaſticū pertinet cognoſcere(tñ parte vocata) de clericatu, quē allegat captus per iudicem laicum:& cauſam reddit:Secūda pars:ibi,*Et ſi notorium.* ſubdiuiditur in tres:Primo ponit tres caſus, quibus ante cautionem fit remiſsio : Secundo: ibi,*Idem.* addit quartū, quē probat triplici argumento legali. Tertio: ibi,*Non ſic.* ponit quintum quo non fit remiſsio ante cognitionem: iudex tñ laicus interim non procedit.

CASVS. Aliquis Titius erat ſuſpectus vel diffamatus de aliquo delicto: propter illam ſuſpicionem fuit per iudicē ſecularem captus & incarceratus: poſtea cū iudex ſecularis vellet de crimine cognoſcere,& ɔ̄ eū procedere:ipſe excipiendo propoſuit, q̄ erat clericus, & q̄ cognitio illius criminis ſpectabat ad iudicem eccleſiaſticum: quare petebat remitti ad iudicem eccleſiaſticum:vel forte non petebat, ſed iudex eccleſiaſticus illum requiſiuit: iudex vero ſecularis noluit eum remittere : ſed dicebat quòd ipſe non erat clericus. Ex iſto themate oriuntur tria dubia : Primum dubium eſt, ad quem ſpectat cognitio huiuſmodi cauſæ, vtrum ipſe criminoſus ſit clericus vel non : hoc eſt, vtrum iudex eccleſiaſticus cognoſcit de iſta cauſa,vel ipſe iudex ſecularis. Secundo quæritur, ſuppoſito quòd cognitio huiuſmodi cauſæ ſpectet ad iudicem eccleſiaſticum : an remaneat iſta ſub cuſtodia iudicis ſecularis,vel ſit remittendus ad iudicem eccleſiaſticum.Tertio quæritur, ſuppoſito quòd iſte debeat remanere apud vnum iſtorum iudicum:an debeat iudex ſecularis procedere ad deciſionem cauſæ? Ad primam quæſtionem reſpondetur, quòd cum in caſu iſto agatur de re ſpiritali, iudex ſecularis non poteſt cognoſcere de iſta cauſa:nec fiet probatio coram iudice ſeculari. Ad ſecundam quæſtionem reſpondetur:aut iſte detentus per iudicē laicum reputatur clericus communi fama & æſtimatione vulgi: & pro clerico ſe gerebat ante captionem:& in iſto caſu fiet remiſsio ad iudicē eccleſiaſticū:& ſi poſtea appareat q̄ ſit laicus:iudex eccleſiaſticus illum remittet ad iudicem ſecularem. Si aūt cōi fama non reputabatur clericus ante captionem : quia non incedebat in habitu clericali : tunc remanebit in carceribus iudicis ſecularis. Sed vtrum pendente iſta cognitione an ſit clericus vel non,vtrum iudex poterit procedere ad cognitionem cauſæ principalis?Rñdet q̄ illa quæſtio eſt præiudicialis : & faciet ſopire quæſtionē principalem. Cognitio dubitationis an ſit clericus vel non , pertinet ad iudicem eccleſiaſticū:vocato tñ iudice ſeculari,& illo cuius intereſt : q̄a forte fuit captus ad iſtantiā partis. Et cauſa quare iſti ſunt vocandi eſt iſta:quia forte iudex eccleſiaſticus pronuntiaret iſtum clericum,& forte eſſet clericus qui eſſet degradatus, qui non deberet gaudere priuilegio clericali:vel fuit goliardus, & fuit priuatus priuilegio clericali:ideo iſti quorum intereſt, ſunt vocandi qñ cognoſcitur an iſte ſit clericus vel non.[*Veſtes.*] Non dicit veſtem in ſingulari:quia in veſtibus inferioribus non debet habere habitū difformem:ideo iura loquentia de iſta materia loquuntur ſemper in numero plurali. Not. primo q̄ iudex ſecularis ſine metu excōicationis poteſt capere clericum in delicto deprehenſum : licet textus hoc non dicat.Sed vtrū iſtud verū ſit,etiā ſine licentia iudicis eccleſiaſtici?Doctores dicūt,q̄ ſi iudex ſecularis videat q̄ clericus criminoſus non ſit in periculo recedendi:& poſsit habere licentiā à iudice eccleſiaſtico,non debet talem clericum capere auctoritate ſua propria:aliàs incurreret excōicationē:Sed ſi videt q̄ periculū ſit in mora:& quòd talis fugeret,& ſic crimen remaneret impunitū : poteſt talem clericū capere abſq; metu excōicationis: non tñ ad finem retinendi,& illum clericum puniēdi de crimine: ſed ad finem ipſum remittēdi ſuo iudici eccleſiaſtico. Et quamuis iura dicāt, quòd qñ quis temere iniecit manus violentas in clericū, incurrit ſententiam excōicationis : tñ in hoc caſu non facit temere,nec incurrit excōicationem.Not.q̄ quando clericus criminoſus fuit captus per iudicem ſecularem : & petatur remitti ad iudicem eccleſiaſticum , debet remitti iudici eccleſiaſtico : & quæſtio vtrū talis ſit clericus,vel non,pertinet ad iudicem eccleſiaſticū. l. omni innouatione ceſſante.C.de ſacroſan.ecc.vbi dr̄,q̄ ſi coram iudice ſeculari emergat aliqua quæſtio ſpiritualis,debet fieri remiſsio ad iudicem eccleſiaſticum. Not. q̄ pendente quæſtione iſta,an ſit clericus vel laicus , nō debet iſte remanere ſub cuſtodia iudicis ſecularis , ſed eccleſiaſtici : ſi ante deprehenſionem reputabatur clericus.Item nota q̄ ſi ante captionem gerebat ſe pro laico , nō debet remitti ad iudicem eccleſiaſticum , donec ſit cognitum an ſit clericus.

Not. q̄ licet captus ante captionem gerebat ſe p̄ laico : tñ quæſtio an ſit clericus vel non,eſt quæſtio præiudicialis : & facit dormire & quieſcere cauſam principalem.

† Vide Alexandrum cōſil. 8. lib. 1. & conſil. 61. lib. 4. Baldū in l. ſi qua p̄ calumniam. C. de epiſco. & cler. Canoniſtas in c. cum non ab homine. extra de iud. late Couarruuiam in practicis q̄ſti. c. 33. & Grāmaticū deciſione 41.

¶ Bonifacius octauus.

¶ *Si malefactor captus à iudice laico dicit ſe clericum:huius rei cognitio ad iudicem eccleſiaſticum ſpectat.Et ſi notorie vel publica fama , vel communi æſtimatione habetur pro clerico : ſtatim fit remiſsio.Idem ſi prius ſe gerebat pro clerico , & modo deprehenſus fuit in habitu clericali. Si autem prius ſe gerebat pro laico , licet modo in clericali habitu deprehenſus fuerit,non fiet remiſsio, donec fuerit de clericatu probatum : ſed interim contra eum iudex in nullo procedet. hoc dicit. Ioan. And.*

CAP. XII.

SI iudex [a] † laicus malefactorem captum detineat , & is ſe clericum dicens ad curiam eccleſiaſticam petat remitti, vel curia ipſa eum tamquam ſuum clericum repetat [b], iudice [c] illū inficiāte clericū , ac ob hoc minime remittendū: dubitationis huiuſmodi , an ſcilicet ſit qui repetitur clericus, ad iudicē eccleſiaſticum [d] ( quia de re eccleſiaſtica & ſpirituali [e], vocato tamen iudice ſeculari, vel alio cuius intereſt [f]) cognitio pertinebit. Et ſi notorium [g] fuerit , quòd idem malefactor ſit clericus, qui huiuſmodi priuilegio gaudere debeat [h] , ſtatim abſque alia cognitione, vel [i] fama publica de hoc extiterit, aut [k] ipſe pro clerico communiter habebatur [l] : incontinenti etiam ante cognitionē [m] de clericatu , eccleſiaſticæ curiæ debet reddi. ¶ Idem eſſe cenſemus ſi reus ipſe ante deprehenſionem pro laico pu-

¶ *Prima gloſſa ponit ſummā,& q̄d declarat.*

a ¶ *Si iudex.* ] Si malefactor captus à iudice laico dicit ſe clericum, huius rei cognitio ad iudicem eccleſiaſticū ſpectat. Et ſi notorie, vel publica fama , vel cōi æſtimatione habetur pro clerico,ſtatim fit remiſsio. Idē ſi pri9 ſe gerebat pro clerico, & modo deprehēſus fuit in habitu clericali. Si autem prius ſe gerebat pro laico,licet modo in clericali habitu deprehenſus fuerit, non fiet remiſsio donec fuerit de clericatu probatum : ſed interim ɔ̄ eum iudex in nullo procedet.hoc dicit. Et declarat decretalis iſta ea quæ not. Innocentius & Hoſtien. s̄. eod.vt famæ.

¶ *Glo.ſeq.inducit tria ſimilia.*

b ¶ *Repetat.*] ſic & ciuitas repetit ſuum ciuem. ff. de rei ven.l.1.§.1.ff.ad muni.l.de iure.ſic & petit ſuo ciui iuſtitiam fieri,& violenter ablata reſtitui.33.q.2.dñs.ſic & pater repetit filium.quod dic vt s̄.de conuer. in fi. cap. vlti. ſic & miles armatæ militiæ per magiſtrum militum in ciuilibus & criminalibus iudicatur. C.de iuriſd. om.iud.l.magiſteriæ.ſic & clerici coram ſuo iudice.s̄. de iudi. at ſi clerici.Ioan.And.

c ¶ *Iudice.*] ſeculari,qui malefactorem detinet.

d ¶ *Eccleſiaſticum.* ] vide quod eſt infra , cognitio pertinebit in textu.

e ¶ *Spirituali.* ] de qua 1 nec principaliter nec incidenter habet ſecularis iudex ſe intromittere.s̄.de ord.cog.tuam.qui fi. ſint legi. per venerabilem.& c.lator.cum ſimilibus.

1 Et in dubio eccleſiaſticus eſt iudex.ita Peruſinus in cap. dilecto. de appe,in fine.

f ¶ *Intereſt.*] puta aduerſario,qui illū fecit detineri:& pro maleficio fecit puniri : & ſic hi ſunt vocandi quorum intereſt. ſic s̄. de maio.& obed.inter quatuor. C. de euic. emptor fundi. Et ff. de re iud.de vnoquoque.& s̄. de empt. & ven. c. fi. ſi autem non eſt aduerſarius : puta quia iudex procedit ex officio,citabitur iudex, vt s̄.dicit.& concor.s̄.eod.tit. & lib.venerabilibus.§.2.

g ¶ *Notorium.*] facti,ſcilicet quod nulla poſsit tergiuerſatione celari.s̄.de cohabi.cleri.& mulie. veſtra. quia notorie cognoſcitur p̄ clerico,vt archidiaconus , vel archipresbyter, vel presbyter Boñ. vel his ſimiles : vel ſi eſt notorium iuris. ad idem s̄.de verb.ſignifi.cum olim.

h ¶ *Debeat.*] hoc ideo dicit : quia ſi eſſet clericus buſo vel goliardus,& geſtaſſet artem illam per annum,vel tertio monitus non deſtitiſſet : vel eſſet clericus vxoratus non incedens in habitu , vel eſſet bigamus 2 , vel degradatus,talis non remitteretur, quia priuilegio non gaudet,vt s̄. eod. lib. de vita & honeſt. cler. c. vnico, Adde quod habes in cle.1.eod.tit.de cle.coniug. c. 1. de biga. cap. vnico.de pœnis.c.2.in fi.

2 Saluo q̄ not. s̄. eod. lib. de biga. c. vno. in glo. vere. Io. An.

ADDITIO. Idem Archid.hic.vide quod ſcripſi s̄.eod. tit.perpendimus. & c. contingit 2. ſuper glo.& per hoc ſine diſtinctionū prolixitate videre potes caſus quibus clericus perdit priuilegium clericale.Ioan.And.

i ¶ *Vel.*] repete,ſi [Et dicas,vel ſi fama,&c.]

k ¶ *Aut.*] repete [iterum præfatam coniunctionem] ſi.

l ¶ *Habebatur.*] ſic.ff.ad Maced.l.3.ff.de offi. præto. Barbarius. s̄. de iure patro.conſultationibus.

m ¶ *Cognitionem.*] ſcilicet cum eſt fama vel communis exiſtimatio : quia ſi eſt notorium,ibi non eſt neceſſaria cognitio.

ADDITIO.

ADDITIO. Vnde ſ. dixit, abſque alia cognitione: hic dicit ante cognitionem. Ioa. And.

a ¶ *Clericales.*] ſ. de vita & hone. cleri. vt clericorũm. & c. clerici.

b ¶ *Reputare.*] vt in quo ſtatu reperitur, in eo iudicetur pro præſenti: licet poſſet inquiri de alio ſtatu. ff. de iniur. itẽ apud. §. ſi quis virgines. & j. in fi. cap.

ADDITIO. Archid. alleg. 25. diſtin. qualis. 24. q. 2. nec quiſquam. & ſ. eod. in præſentia. Ioan. And.

c ¶ *Legalis.*] C. de lib. cau. ea quæ. ff. de lib. cau. liberis. §. fi. & l. cũ neceſsitas. ff. de proba. l. circa.

d ¶ *Comprobatur.*] hoc vult dicere: hi qui portant talem habitum ſolent clerici eſſe: vnde iſte putetur clericus ſicut habitus demõſtrat: vt qui ſimilẽ cum aliis vitam ſuſcipiunt, & c. ſ. de ſtatu mona. recolentes.

† Vide Alciatum li. 1. prætermiſſorum, verbo, militia.

e ¶ *Ex ſtigmate.*] idem verbũ habes 33. q. 2. hoc ipſum.

f ¶ *Agnoſcitur.*] hoc habes. C. de fabric. l. ſtigmata. lib. 11. Et dr̃ Fabricenſis qui publica arma facit, & in publicis fabricis, & non alibi: & dat primicerio qui reponat in publicis armamentis. Et eſt ſtigma inſtrumẽtum quo eorum brachia figurabantur, cui erat impreſſum nomen Imperatoris: facies vero non figurabantur. C. de pœn. ſi quis. & eſt ſi. huic. ſ. de crimi. fal. ad audientiam.

†Ex iſto verſ. not. ꝙ præiudicialis q̃ſtione pendente, principaliter moraſceſcit. cap tuam. de. ordin. cog. l. p̃ſens. C. ad leg. Fabiã, de plag. nec interim laicus clericũ relaxabit. Inno. c. vt famæ Pet. de Ancha. Font.

ADDITIO. Dicit Archid. quòd ſtigma eſt coctura igneorum vulnerum. Dicunt deriuatores quòd eſt ſignũ, character, cicatrix, coctura, inuſtio, quæ fit calido ferro. ad Gal. 6. Stigmata domini mei Ieſu in corpore meo porto. Ioan. And.

blice ſe non gerẽs, deprehẽſus fuit in habitu clericali: tonſurã videlicet & veſtes deferẽs clericales [a]: nã talẽ debemus clericum (donec conſtet de cõtrario) reputare [b]. Sicut de illo, qui in poſſeſſione ingenuitatis exiſtit: ſi dicatur ab alio libertinus, legalis [c] ſanxit auctoritas, vt ꝓbandi neceſſitate non ipſe, ſed aduerſarius aſtringatur. Iuſtũ eſt enim vt ipſe talis, quem geſtat ex habitu (quouſque appareat aliud) præſumatur, qualis is eſſe cuius fert habitũ, cõprobatur [d]. Ex ſtigmate [e] nãq; conſueto Fabricẽſibus † imprimi, latitãs Fabricẽſis agnoſcitur [f]. Et cuſtodes aquarũ (quos hydrophilacas nominãt) quæ eis infigi ſolet annotatione ſignati [g] manifeſti ſunt omnibus & angariarũ nomine nõ tenent̃. Iſq; ſtatus alicuius eſſe videtur, in quo ipſe deprehẽdit̃, donec cõtrariũ doceatur †. ¶ Nõ ſic autẽ volumus obſeruari, ſi ante deprehenſionẽ pro laico publice ſe gerebat, ac pro tali communiter habebatur, quamuis deprehenſionis tempore repertus fuerit in habitu clericali [h]: tũc enim reſtituẽdus non eſt, quouſque fidem de titulo fecerit [i] clericali, cuius eidem probationis onus incũbat propter præſumptionem [k], quæ aduerſus ipſum orta eſt ex delatione laicalis habitus procedenti. Contra eum tamen interim [l] quiuis proceſſus [m] iudicis penitus conquieſcat.

g ¶ *Signati.*] C. de aquædu. l. decernimus. ad fi. & annotatio eſt: quia ſingulis manibus eorum imprimitur nomen Imperatoris. Hydrophilaces ɪ autem dicuntur ab hydria quod eſt vas vbi aqua defertur: vel hydro, aqua, philatt*oin*, id eſt, cuſtodire. inde Hydrophilaces, id eſt, cuſtodes aquarum. & eſt ſi. quod de gazophilacio dicitur. ſ. de proba. c. 1.

ɪ Vide An. Alciatum in l. decernim⁹. C. de aquæduct. lib. 10.

h ¶ *Clericali.*] multo ergo fortius ſi etiam deprehenſus ſit in habitu laicali. & hoc denotat quod dicit, quãuis, & c. & licet dicamus ꝙ vltima mora nocet. ff. de peri. & commo. rei ven. l. illud. hæc vltima poſſeſsio non releuat in hoc quòd fiat remiſsio.

ADDITIO. Dicit Io. Mo. ꝙ eſt ratio digna not. quia hic plura faciebat contra ipſum quàm pro ipſo, vt patet in textu: & ideo à pluribus denominabitur, etiam ſecundum illum iudicabitur, vt not. j. tit. prox. c. vlti. Ioan. And.

¶ *Glo. ſeq. primo ſignat contrarium, & ſoluit: ſecundo quærit opponendo: & dupliciter ſoluit.*

i ¶ *Fecerit.*] coram iudice eccleſiaſtico. [Idem Io. Mo. & Archid.] vt ſ. 1. reſponſo. & ſic continentia cauſæ diuiditur ꝯ id ſ. de ſequeſtra. c. 1. & eſt ideo: quia natura cauſæ requirit alium iudicem. de ordi. cog. tuam. qui fil. ſint leg. lator. cum ſi. Sed detentus in ſeculari curia quomodo litigabit coram eccleſiaſtico? Dic ꝙ forte relaxabitur datis fideiuſſoribus: ſed non propter hoc remittetur. j. eod. ſi clericos, in fin. vel litigabit per procuratorem: natura enim facti hoc habet, ꝙ interdum per alium quis proſequatur cauſam. ſ. de iudi. mulieres. de ſtatu reg. c. vnico. ff. de cuſto. reo. l. diuus. hanc autem fidem faciet per publicum inſtrumentũ ordinationis ſuæ. 2. q. 1. legũ. per teſtes poterit ẽt hoc ꝓbare ſ. d̃ cle. pereg. tuæ.

ADDITIO. Idẽ Arch. vide qđ dixi ĩ regula, nõ licet. j. d̃ re. iu. I. A.

k ¶ *Præſumptionem.*] Not. qñ præſumptio eſt, non ſufficit poſſeſſio: niſi fiat fides de titulo. & concor. ſ. eod. lib. de præſcr. c. 1.

l ¶ *Interim.*] id eſt, pendente probatione de titulo clericali: eſt enim hoc præiudiciale, de quo primitus debet cognoſci, vt ſciatur, an vt clericus ab eccleſiaſtico, vel vt laicus à laico puniri debeat. & eſt ſi. C. de ord. cog. l. vlti. 3. q. 11. in fi. Ioan. And.

m ¶ *Proceſſus.*] Ergo nõ ſolũ iudicare prohibetur, ſed etiam procedere. ad idem ſ. eod. lib. de hæret. c. vt inquiſitionis. §. penult.

¶ Idem.

¶ *Non tenet ſuſpenſio vel interdictum lata in participantes: non præmiſſa monitione canonica. hoc dicit. Ioan. And.*

CAP. XIII.

STatutum [n] Gregorij [o] Papæ decimi factum ad declarationem conſtitutionis Innocentianæ [p], quæ prohibet participantes excommunicatis ea participatione, quæ ſolum † minorem inducit [q], maiore excommunicatione ligari monitione canonica [r] non præmiſſa: in ſuſpenſionis & interdicti ſententiis (quæ pro huiuſmodi participatione plerunque ab ordinariis, vel delegatis † iudicibus promulgantur) præcipimus inuiolabiliter obſeruari †: Decernentes eaſdẽ ſententias nõ tenere aliter [s] promulgatas.

STatutum.] Duo facit: Primo ponit cõſtitutionẽ ꝓgãtẽ: cui ſecundo decretum adiicit: ibi, Decernentes. Et vide quàm difficile eſt ꝓuidere malitiis: quia faciles erant iudices excõicare cũ participibus, emanauit decretalis, Statuimus. quæ vetuit participãtes excõicari maiori, niſi monitione præmiſſa: Faciebant iudices fraudẽ faciendo monitionem generalem: & ꝯ hos prouidit Greg. in c. conſtitutionem. Sed demum iudices q excõicare nõ poterãt participantes, niſi nominatim monitos: ſine monitione dicebant, excõico talem, & ſuſpendo à diuinis omnes ſibi participantes: vel faciebant generalem monitionem de non participando ſub pœna ſuſpenſionis vel interdicti. Ioan. And.

† Aliàs, ſolã.

† No. ꝙ delegati poſſunt excommunicare, ſuſpendere, interdicere: quamquam hoc in litteris Delegationis non exprimatur ſecundũ doctores. vide not. ſ. eod. ſtatuimus. Font.

CASVS. Dictum fuit ſ. in c. ſtatuimus. eod. tit. ꝙ iudex non poteſt excõicare participãtes cũ excõicatis à ſe maiori excõicatione, niſi p̃ceſſerit canonica monitio: Sed nunquid ſine canonica monitiõe põt ſuſpendere vel interdicere participantes cum excõicatis à ſe maiori excõicatione? Rñdet quòd nõ: quia idẽ eſt dicẽdũ in iſtis duabus ſententiis ſicut dictum fuit in ſententia excõicationis: videlicet, vt non poſsit iudex ſuſpendere, vel interdicere participantes cum excommunicatis, niſi præmiſſa monitione canonica.

† Si tamen iudices procedant contra iſtos aliter quam p cẽſuras. tex. nõ procedit ſecundũ doctores poſt. I. And. quia ſuperſunt alia remedia. Font.

¶ Idem.

¶ *Per negligentiam non proſequentis debito tempore appellationem, excommunicatio poſt eam lata non conualeſcit: ſed poterit tunc denuntiari, & debebit vitari donec de ſententiæ nullitate docuerit. hoc dicit. Ioan. And.*

CAP. XIIII.

LI-

¶ *Prima gloſſa ſummat.*

n ¶ *Statutum.*] Non tenet ſuſpenſio vel interdictum lata in participantes, non præmiſſa monitione canonica. hoc dicit. Ioan. And.

o ¶ *Gregorij.*] ſ. eod. tit. & lib. conſtitutionem.

p ¶ *Innocentianæ.*] ſ. eod. tit. ſtatuimus. iſtomet lib.

q ¶ *Inducit.*] dic vt dixi ſ. eod. conſtitutionem.

r ¶ *Canonica.*] quod dic vt ſ. eod. conſtitutionem.

ſ ¶ *Aliter.*] ſcilicet non præmiſſa canonica monitione & nominatim: parificata igitur ſunt in hoc excõicatio, ſuſpenſio, & interdictum ad idẽ j. eo. is cui. in fine. & concor. ſ. eo. tit. c. 1. §. hæc eadẽ.

LIcet.] Primo obiectioni reſpondet. Secũdo quæſtionẽ ſoluit: ibi, *Excommunicatus.*

CASVS. Pone ꝙ fui conuentus coram iudice eccleſiaſtico, coram quo propoſui aliquam exceptionem declinatoriã: forte quod erat conſanguineus aduerſarij mei: vel aliquam exceptionem dilatoriã propoſui; Iudex noluit admittere iſtam exceptionẽ: ſed ꝓnuntiauit ꝙ ea non obſtãte procederet in principali: vnde appellaui in ſcriptis, & legitime expreſſa cauſa rationabili in mea appellatione: & ſibi petij cũ debita inſtãtia, vt mihi daret apoſtolos: qui iudex dedit mihi apoſtolos refutarios, aſsignãdo mihi terminũ ad ꝓcedendũ corã ipſo in principali: qua die adueniẽte nõ cõparui: ideo tamquã contumacẽ me excõicauit: certũ eſt, ꝙ ſi cauſa inſerta in mea appellatione ſit vera, non ſum excõicatus. Accidit ꝙ non fui proſecutus meã appellationem: ſed ipſa mea appellatio

fuit

ſuit deſerta, quid debeo facere? Certe debeo redire ad excommunicatorem ad procedendum in principali. Sed ponamus, quòd cauſa inſerta in appellatione mea propter quam appellaui, erat vera, & non fui proſecutus meam appellationem: licet cauſa quare appellaui ſit vera, tamen præſumitur falſa: ex quo non ſum proſecutus meam appellationem, vt eſt veriſimile, quòd cauſa iſta eſt falſa, & iudex debet me (hoc non obſtante) publicare excommunicatum. Sed nunquid in deſertione appellationis potero probare quòd excommunicatio eſt nulla, quia appellaui ex cauſa legitima? Certe ſic: non tamen coram iudice ad quem appellaui, ſed coram iudice à quo: ſed interim me publicabit excommunicatum, niſi petam beneficium abſolutionis ad cautelam. Nota ex hoc, ꝙ quamtumcunque quis appellauerit à ſententia interlocutoria iudicis inſerta cauſa rationabili in appellatione, videlicet tali, quæ ſi eſſet vera, deberet legitima interpretari, propter hoc non eſt ſuſpenſa iuriſdictio iudicis à quo, ſed ea appellatione non obſtante poterit in principali negotio procedere. Not. inſuper principalem effectum ad quem emanauit præſens c. videlicet, quòd ſi appellans per negligentiam ſuam non proſequatur appellationem, ſed appellatio efficiatur deſerta, non propter hoc conualeſcit excommunicatio contra eum lata poſt appellationem legitimam: tamen eſt præſumptio de falſitate cauſæ appellationis.

†Vide Abb. in c. teſtimonium. extra de teſtib.

cet[a] excommunicationis[b] ſententia poſt appellationem legitimam[c] promulgata, per negligentiam appellantis appellationem ſuam minime proſequentis non ratificetur, nec etiam conualeſcat[d]: Excommunicatus tamen nominatim vel ſpecialiter & expreſſe[e], qui poſt appellationem legitimam excommunicationis ſentẽtiam aſſerit in ſe latam, ſi appellationem eandem infra tempus† ad ipſam proſequendam ab homine[f] vel à iure ſtatutum non fuerit (vt debuit) proſecutus, lapſo eodem tempore excommunicatus publice nuntiari[g], & nedum in iudicialibus, ſed etiam in extraiudicialibus euitari, ac à legitimis actibus remoueri debebit, quouſq; quod poſt appellationẽ legitimam[h] excommunicatus fuerit, vel aliàs[i] de ipſius ſententiæ docuerit[k] nullitate.

*¶Prima gl. ponit quid declarat, & ſummat.*

a ¶ *Licet.*] Emanauit ad declarationem eorum, quæ not. Ioan. Tan. Ber. & Moderni. s̃. de appel. ſæpe. Et hoc dicit, per negligentiam non proſequentis debito tempore appellationem, excommunicatio poſt eam lata, non conualeſcit: ſed poterit tunc denuntiari, & debebit vitari donec de ſententiæ nullitate docuerit.

*¶Seq. gl. recit. per quæſtionem & ſolutionem.*

b ¶ *excommunicationis.*] licet de excommunicatione exprimat: idem puto [idem Archid.] de ſententia ſuſpenſionis & interdicti, cum eadem ſit ratio. ad hoc s̃. c. prox. & s̃. e. c. j. & j̃. e. is cui. in fin. & s̃. de appel. ad hæc quoniam. & idem in qualibet ſententia, quæ nulla eſt ipſo iure: ita quòd non eſſet neceſſe appellare. s̃. e. lib. de re iu. c. vlt. quia tunc ſi condemnatus appellaret, & non proſequeretur, non propter hoc conualeſceret ſententia eadem ratione: quod dico verum, niſi talis eſſet caſus, quo ratificaretur per appellationem ſententia nulla, vt lata cum falſo procuratore. ff. rem ra. ha. l. 3. §. falſus. de quo vide s̃. de re iud. c. 1.

c ¶ *Legitimam.*] ſi cauſa fuit vera ex quo fuit legitima, ſententia eſt nulla. s̃. e. per tuas. ſed niſi prius appareat de eius veritate, non poterit denuntiari nulla: licet tunc poſſet fieri abſolutio ad cautelam. s̃. e. ti. & lib. venerabilibus. §. ſed ſi ex cauſa. & §. vlt. ſi ergo fuit nulla, ſolo tractu temporis non potuit conualeſcere. s̃. e. lib. de deſp. imp. c. vnic. & j̃. de reg. iu. non firmatur. cum ſuis concor.

*¶Seq. gl. obiicit & ſoluit.*

Infamia retro notatur ille, q appellationẽ interiectam ñ pſequitur.

d ¶ *Conualeſcat.*] contra ff. de his qui no. infa. l. furti, vbi retro notatur infamia condemnatus de furto, qui appellationẽ non proſequitur: ſic videtur retro debere cẽſeri excõicatus ex quo appellationem non proſequitur. Sed non obſtat, quia lex illa loquitur de appellatione emiſſa poſt ſententiam ab ipſa ſententia: hic de appellatione emiſſa ante ſententiã, vnde ibi appellatio ſuſpendit effectum ſententię iam latę. s̃. de iureiu. venientes. hic ante ſententiam iuriſdictionem ſuſpendit: vnde ſententia poſtea lata, non tenet pp iuriſdictionis defectum.

Additio. Idem Archid. qui alleg. s̃. de conſuet. ad noſtram. & C. ſi à non comp. per totum. Ioan. And.

Excõicatio aliqñ fertur in perſonã incertam.

e ¶ *Expreſſe.*] interdum enim fertur ſententia excõicationis in perſonam incertam. 5. q. 1. quidam. s̃. de off. ord. ſi ſacerdos.

f ¶ *Ab homine.*] de quo dic vt not. s̃. de appel. cum ſit Romana. Ioan. And.

*¶Seq. gl. arguit negatiue: ponit opi. contrariam, quam coadiuuat, & coadiuuationi reſpondet.*

Denũtiatio excõicationis ñ reddit quẽ excõicatũ. Vide Ab. & alios in c. prudẽtiã. §. ſexta. de of. del. & c. paſtoralis §. verum. de appel.

g ¶ *Nuntiari.*] Nota non ſequitur, iſte denuntiatus eſt excõicatus: ergo excõicatus eſt. hic enim denuntiatur qui forte excõicatus non eſt, & facit ad quæſtionem de qua dixi s̃. e. lib. de excep. pia. Sed nunquid ad repellendum actorem ſufficiat probari denuntiationem excõicationis? Videtur enim quòd non, per hunc text. & per rationem dictam ſuperius, cum illa decr. pia. dicat id probari debere apertiſſimis documentis. Hoſt. tamen not. cõtrarium [& ibi Archi.] vt ibi dixi. & pro parte illa facit hæc decr. nã hic per talẽ denuntiationem vitatur à iudicialib. & extraiudicialib. & legitimis actib. vt ſequitur: licet forte excõicatus non ſit, vt prædixi. ſic dicam, ꝙ ex quo de denũtiatione nõ dubitatur, vitatur & repellatur ab agendo, donec oſtendat ſe abſolutũ, vel ſententiam nullam. ſed ſi volum' tenere primum, huic reſpondetur, quòd hic non ſolum de denuntiatione, ſed etiam de ſententia excommunicationis conſtabat.

† Vide Alc. cõſ. 8. li. j. incip. vr̃ ſup j. dub. & cõſ. 149. li. 6. inc. in cauſa inquiſitionis.

h ¶ *Legitimam.*] i. ex legitima & vera cauſa interpoſitam, vt ſuperius dixi.

Additio. Hæc gloſſella procedit in appellatione interpoſita ante ſententiam. Ioan. And.

i ¶ *Aliàs.*] tolle exempla quæ dixi s̃. e. tit. & lib. præſenti.

*¶Seq. gl. recitetur per contrarium, quod dupliciter ſoluit.*

k ¶ *Docuerit.*] poteſt exponi, i. docere cœperit: quia pendente probationis articulo, ab extraiudicialibus & legitimis actibus non repellitur: & ſic ceſſabit contrarium decr. s̃. e. ti. & lib. ſolet. in fi. vel dic illud habere locum in eo qui debito tempore appellationem proſequitur, iſtud in eo qui proſequi neglexerit: vnde in pœnam euitabitur ab extraiudicialibus, donec docuerit, &c. & ſic ſtabit proprie hoc verbum.

1 Ad hoc q̃ ma. ac. poſ. inſup. & qđ ibi not. in 2. gl. Io. And.

Additio. Idem Archid. qui etiam dicebat, quòd pro denuntiatione iudicis prima facie præſumitur. de renun. in præſentia. de ele. bonæ. ver. & pro his, licet per illam amplius non ligetur. de appel. paſtoralis. in fi. Ioan. And.

¶Idem.

*¶ Prælatus capi faciens, & includens, etiam per laicos clericum nondum incorrigibilem, excommunicatus non eſt; nec etiam ipſi capientes. Secundo dicitur, ſi talis dat fideiuſſores de parendo iuri, detineri non debet, niſi iuſta cauſa id ſuadeat. h. d. Ioan. And.*

## CAP. XV.

SI † CLERI-

S*I clericos.*] Sunt duæ partes. Secunda, ibi, *Eoſdem.* Prima facit tria, ſoluit dubiũ, quod dupliciter fortificat, ibi, *Etiam per.* & ibi, *Licet.* cauſam reddit, ibi, *Cum in his.* Secunda dat regulam, à qua duos caſus excipit, ibi, *Niſi.*

¶ Et not. quòd dicit clericos in genere, non diſtinguendo an ſint vel non ſint in ſacris: in modo tamen capiendi & detinẽdi debet in his haberi diſtinctio. 45. diſt. cum beatus. Ioan. And.

¶ Pro intellectu huius c. eſt præſupponendum quod habetur in c. at ſi clerici. de iudi. in antiq. videlicet quòd punitio clericorum ſpectat ad iudicem eccleſiaſticum & non ſecularem. Et præſupponendum quòd iudex eccleſiaſticus non debet clericum detinere in vinculis.

Casus. Eſt aliquis clericus qui eſt ſuſpectus de delicto, non tamen eſt incorrigibilis: iudex eccleſiaſticus videns quòd non pt̃ eum capere propter potentiam ipſius clerici ſuſpecti, vel forte quia non habet captionem extra ſepta domus ep̃alis, mandauit iudici ſeculari, vt talem clericum caperet & retineret in carceribus, quod fecit ipſe iudex ſecularis: vtrum capiens & etiam ep̃s mandans, & executores mandati ſint excõicati? videtur quòd ſic: quia iniiciens manus violentas in clericum, & mandans incurrit excõicationem. Hoc tamen non obſtante reſp. Rom. Pont. dicens, quòd tales non incurrunt ſententiam excõicationis. Sed ponamus quòd ad mãdatum iudicis eccleſiaſtici iudex ſecularis cepit talem clericum, & eum incarcerauit, & ad requiſitionem iudicis eccleſiaſtici eum ſibi reſtituit: iſte clericus ſic captus offert dare fideiuſſores de iudicio ſiſti, vtrum iudex eccleſiaſticus debeat recipere iſtos fideiuſſores, & talem clericum relaxare ſiue elargire & dimittere? Reſpon. quòd ſic: niſi crimen eſſet adeo graue, quòd veriſimiliter timeretur de abſentia iſtius clerici, quòd dimittat ſuos fideiuſſores & fugiat: quia tunc non eſſet liberandus, ſed deberet manere in carcerib. Idẽ eſt de iure ciuili: quia criminoſus non eſt detinendus in carcerib. ſi offerat fideiuſſores, niſi crimen eſſet tam graue, quòd timeretur de fuga criminoſi. Not. primo, quòd laicus capiens clericum de mandato iudicis eccleſiaſtici, non incurrit ſententiam excõicationis, quia illud non facit iniurioſe & temere, ſed licite. Not. illud ad quod alleg. præſens c. quòd detinens clericum in carcere, incurrit ſententiam excõicatio-

nis:& pauci iudices in hoc euadunt ſententiam excommunicationis, quia multoties propter malitiam detinent clericos corporaliter in carceribus ſuis,&ſic incurrunt ſententiam excommunicationis. Not. quòd criminoſus captus pro delicto ſuo, ſi offert dare fideiuſſores, eſt dimittendus.

cos [a] tuæ iuriſdictioni ſubiectos [b] propter commiſſos exceſſus, etiam per laicos capi facias,& eos (ne fugiant) in carcere, pœna [c] debita poſtea caſtigandos, includas: te vel capientes eoſdem (licet nondum appareat incorrigibiles [d] illos eſſe) nulla credimus excommunicatione nodari [e]: Cum in his, niſi aliàs ex propoſito excedatur [f] in ipſis, temeritas vel iniuria [g] nequeat deprehendi. Eoſdem quoque clericos [h], ſi de parendo iuri tibi fideiuſſoriam [i] dederint cautionem, detinere nõ debes: Niſi exceſſus enormitas, vel alia cauſa rationabilis [k] eos ſuaſerit detinendos.

*¶ Prima gl. ſummat, diuidit,& dicit quid corrigit,& declarat.*

a ¶ *Si clericos.*] Prælatus capi faciens, & includẽs etiam per laicos, clericũ nondum incorrigibilẽ, excõicatus non eſt, nec etiam ipſi capientes. Secundo dicitur; Talis ſi dat fideiuſſores de parendo iuri, detineri nõ debet, niſi iuſta cauſa id ſuadeat. Et corrigit prima parsquę not. Ber. s̃. e. vniuerſitatis. in vlt. gl. & c. vt famæ. & declarat quod ibi no. Moder.

*¶ Secunda gl. reſpondet per quæſtionem.*

b ¶ *Tuæ iuriſdictioni ſubiectos.*] cui loquatur nõ apparet: ideo dico decr. locum habere in quolibet iuriſdictionem habente, ſiue de cõi iure, ſiue priuilegio vel conſuetudine. Ad idem C. de ſpor. l. vlt. & facit quod dixi s̃. e. lib. de pœn. quamuis. Additio. Intellige gl. de habente iuriſdictionem puniendi crimina, vt j̃. 4. gl. & in remiſſione quam dat ſi. gl. & facit cle. j. j̃. de cel. Miſ. ad ſi. Ioan. And.

c ¶ *Pœna.*] quia carcer non eſt pœna, quod tamen dic vt s̃. eo. lib. de pœn, quamuis.

d ¶ *Incorrigibiles illos eſſe.*] Huius contrarium not. Ber. in præd. gl. dicens, quòd ſi apparebat clericum incorrigibilem, capi poterat per laicos ſine pœna, aliàs non. & ſic etiam ſoluebat contrarium de decr. vniuerſitatis. ad decr. vt famæ. s̃. e. tu dic vt in ſeq. gl.

*¶ Seq. gl. alleg. ſeptem concor. ſignat vnum contrarium: ponit duas opin. quas reprobat: demum ſoluit.*

e ¶ *Nodari.*] Concor. s̃. e. vt famæ. contra s̃. e. vniuerſitatis. vbi excõicationem incurrunt abbas & laici, qui de ipſius mandato monachum verberabant. Ber. & Hoſt. ſoluebant, vt dixi in gl. prox. quod eſt falſum, vt hic vides. Alij dicunt, [1] quòd decr. vt famæ. loquitur in epõ, decr. vniuerſitatis. in abbate: ſed hoc patet falſum per iſtam decr. quæ loquitur in quolibet iuriſdictionem habente, vt dixi s̃. gl. 2. Dic ergo quòd decr. vt famæ. & iſta loquuntur in captione & incluſione, quæ de mandato prælati cuiuſcunque, qui crimina punire poſſit, poteſt fieri etiam per laicos, licet iſle nondum incorrigibilis appareat: decret. vniuerſitatis. de verberibus loquitur, quæ ſi prælatus clerico vel monacho per laicum inferri iubeat, ſed iniurioſe, non eſt dubium, ſi in modum iuſtitiæ, vel diſciplinæ (de reg. c. vlt.) hoc tamen per laicum facere non debuit, ſed per clericos, vel per ſemetipſum, ſi erat minor epiſcopo; & ideo mandans & mandatarius excommunicati ſunt, vt ibi.

1 Io. Mon. olim hoc tenuit, ſʒ poſtea addidit, vt ſeqtur in gl. Io. An.

f ¶ *Excedatur.*] Ad idem s̃. de reſt. ſpol. olim, j, in ſi, & hoc vult dicere, ſi clericus captus quiete ſe duci permittit, & ducentes eum non reſiſtentem calce, pugno, vel alio modo percutiunt, vt iam vidi de facto, iſti bene ſunt excõicati, hoc ſonat littera. Additio. Imponenda eſt enim ſæuientibus fræni temperies. C. de cuſt. reo. l. 2. in ſi. Ioan. And.

Sæuiẽtibus imponenda eſt tempeſies fræni.

*¶ Seq. gl. alleg. duo iura, arguens ad quæſt. & ponens tres ſol. ipſius.*

g ¶ *Iniuria.*] 17. q. 4. ſi quis ſuadente. & s̃. de ſen, exc, contingit, & facit hæc littera ad quæſtionem dominicalem de illo qui fugiens inimicos obuiauit clerico equitanti, à quo equum petiit vt fugere poſſet: quem cum ille negaſſet, ſibi per vim abſtulit, & poſtea remiſit, an talis ſit excõicatus? Barth. Brix, in q. dominicali. 82. quidam cum fugere. opin. poſuit, quarum vna fuit, talem excõicatum non eſſe, quia id non fecerat diabolo ſuadente, ad cautelam tamen ab epõ abſolui poterat: alia fuit talem excõicatum, ſed mitius puniendum. 50. diſt. presbyteros. s̃. quod me, cap. ſacris. Tertia fuit Tan. quam ibi ſequitur Bar. talem excommunicatum, ſed propter id nulla pœna puniendũ.

h ¶ *Clericos,*] idem in laicis, & bene etiam eodem modo dicit lex. ff. de cuſt. reo. l. diuus.

*¶ Gl. penult. reſpon. per quæſtionem.*

i ¶ *Fideiuſſoriam.*] ergo non nudam tantum. idem & multo fortius ſi pignora darent [2], cum ſit melius pignori incumbere, quàm in perſonam agere [inſti. de obl. quæ ex del. §. furti. & ff. de re, iur. plus cautionis. Et qui ſe promiſit ſatiſdaturũ, ſatiſdat ſi pignora vel fideiuſſores det. ff. de conſt. pe. l. promiſſor. in ſi.

2 Idem Arc.

k ¶ *Cauſa rationabilis.*] cum plures forte fuerint malefactores, vult vnum detinere, vt per eum veritatem manifeſtantem alios capere poſſit. Additio. fa. 23. q. vl. c. vlt. s̃. de confeſ. c. 1 s̃. e. lib. de hær. in ſidei. & ca. accuſatus. §. licet. Ioan. And.

¶ Idem.

*¶ Interdicto clero non eſt interdictus populus, nec econuerſo. interdicta ciuitate, propter delictum domini, ciues non interdicti extra ipſam audiunt diuina. interdicto populo, ſingulares de populo intelliguntur interdicti. h. d. Ioan. And.*

## CAP. XVI.

Si ſentẽtia [l] interdicti proferatur in clerũ [m], nõ intelligitur, niſi aliud ſit expreſſũ in ea, interdictus populus, nec etiam econuerſo [n]. Vnde vno interdicto ipſorũ, alius licite admittitur ad diuina. ¶ Cęterũ cũ propter delictũ domini [o] vel rectoris, eſt ciuitas interdicta, ciues eiuſdem (qui culpabiles non exiſtunt, dummodo & ipſi propter dominum vel rectorem puniendum in eis non fuerint

Si ſententia.] Sũt duæ partes quę patent. Prima ſoluit dubium & excipit, ibi, *Niſi.* & ſolutionem declarat, ibi, *Vnde.* ſecunda, ibi, *Cæterum.* ſoluit ſecundum dubium, duas limitationes interſerens, ibi, *Qui culpabiles.* & ibi, *Dummodo.* Tertio, ibi, *Cum vero.* ſoluit tertium, rationem interſerens, ibi, *Ne ſententia.*

Not. primo q̃d opetur interdcm̃ ꝑlatum in hominẽ, q̃a talis ñ dʒ recipi ad diuina. Not. 2. ꝙ interdictũ p̃t ꝓferri ĩ vniuerſitatẽ, lʒ ſecus ſit in excõicõe. s̃. e. ti. & li. Romana. §. in vniuerſitatem. Dom.

Casvs. Ponamus ꝙ clerus ciuitatis Pictaueñ. eſt interdictus, vtrum etiam populus? reſp. quòd non. Sed ponamus quòd propter delictũ domini vel maioris huius ciuitatis fuit ciuitas interdicta: nunquid ciues qui non ſunt culpabiles poſſunt audire diuina extra ciuitatem? Reſp. quòd ſic, non autem in ciuitate. Sed ponamus quòd ep̃s Pictaueñ. ſuppoſuit interdicto eccleſiaſtico populum iſtius ciuitatis: vtrum ſola vniuerſitas videatur interdicta, vel etiam omnes particulares de populo ſint interdicti? Reſp. quòd non ſolum tota vniuerſitas videtur interdicta, ſed etiam omnes particulares ciuitatis. Not. primo, quòd licet de iure cõi ſententia excõicationis non poſſit proferri in collegium ſiue vniuerſitatem, tamen poteſt proferri ſententia interdicti: & in hoc differunt ſententia excõicationis & interdictum. Not. ꝙ interdicto clero alicuius loci, non videtur interdictus populus: nec econtra, interdicto populo non videtur clerus interdictus: Nam licet appellatione populi comprehendantur omnes ciues, non tamen comprehẽduntur omnes homines alterius profeſſionis, vt ſunt clerici: Nam duo ſunt genera hominum: quidam ſunt clerici, alij ſunt laici. No. quòd interdicto loco non videntur ciues ſiue habitatores loci interdicti: ideo extra locum interdictum poterunt audire verba diuina. No. effectum interdicti quando profertur in perſonam, videlicet, vt illi perſonæ denegetur auditio diuinorum officiorum, & etiam denegentur ſacramenta: tamen ſacramentum baptiſmi, confirmationis, & pœnitentiæ poſſunt recipi ab interdicto, & etiam in loco interdicto.

*¶ Prima gl. ſummat, & dicit quid approbet, & declaret.*

l ¶ *Si ſententia.*] interdicto clero non eſt interdictus populus, nec econuerſo. interdicta ciuitate propter delictum domini, ciues non interdicti extra ipſam audiunt diuina. interdicto populo, ſingulares de populo intelliguntur interdicti. h. d. Et approbat primum dictum quod not. Hoſt. s̃. de priuil. ex parte. ſuper verbo, populum. Secundum & tertium declarant not. per Ber. Inn. & Hoſt. s̃. de priuil. quod nonnullis.

m ¶ *In clerum.*] interdicto clero alicuius eccleſiæ, non propter hoc intelligitur eccleſia interdicta: vnde alij clerici licite celebrant in illa. ad hoc s̃. e. lib. de priuil. per exemptionem, in ſi. Additio. Sed per eandem decr. videtur quòd interdicta eccleſia, interdicti ſint eius clerici, ſicut exempti ſunt exempta eccleſia. Sed contrarium ſumitur. j̃. §. prox. quo ad non culpabiles. & ad decr. per exemptionem, reſponde per regulam, in pœnis. j̃. de reg. iu. & per decr. ſtatutum. s̃. de ele. e. lib. Ioan. And.

Interdicto clero alicuius eccleſiæ pp hoc non intelligitur eccleſia interdicta.

*¶ Seq. gl. fortificat text. per tria iura ſibi contraria, & ſoluit.*

n ¶ *Econuerſo.*] hoc idem probabatur olim per decre. præd. ex parte. vbi lata fuit ſententia interdicti in clerum & populum, ſed ibi vnum eſſet ſuperfluum ſi interdicto vno, intelligeretur alterum interdictum. & ad idem s̃. de præb. c. 1. 64. diſt. noſſe. cum ſi. videtur tamen arg. contra. inſt. de iu. na. §. plebiſcitum, vbi appellatione populi vniuerſi ciues intelliguntur, etiam connumeratis patritiis & ſenatoribus: ſed illi eiuſdem profeſſionis ſunt, iſti vero alterius. ad idem 12. q. 1. duo ſunt. ſicut & expreſſo laico in reſcripto per generalem clauſulam, non conuenitur clericus, vt not. s̃. de reſcr. ſedes.

o ¶ *Domini.*] Not. quia ſecus ſi propter delictum ciuium; & hoc etiam patet j̃. dum dicit, qui culpabiles non exiſtunt.

a ¶ Inter

a ¶ *Interdicti.*] aliud ergo eſt interdicere ſolum ciuitatem, aliud ciuitatem & ciues [*Aliud ciues tantum.*] Et not. quòd pœna ſpirituali, ſcilicet interdicti bene punitur vnus pro delicto alterius. de hoc j.q.4.in ſumma. 24.q.3.in ſumma. ſi igitur ſunt interdicti, audire non poſſunt diuina. j.§.prox.

b ¶*Extra ipſam.*] ciuitatem intelligas, & extra continentiam. j.c.prox.

c ¶*Careat.*] & ſic violaretur neruus eccleſiaſticæ diſciplinæ, quod eſſe non debet. ſ. de conſuet. cum inter vos. & ſic not. intelligendum, vt res potius valeat quàm pereat. ſ. de ver.ſig. abbate. ff. de re.du.l.quotiens.

d ¶*Non competant.*] quia vniuerſitas eſt res inanimata, in quam non cadunt talia. ſ.e.ti. & li. Romana. in fi. ı vbi autẽ tractamus de his q̃ vniuerſitati competunt: ita dicitur illud eſſe penes vniuerſitatẽ, quod non penes ſingulos. ff. de in ius voc. l. ſed ſi hac. §. qui manumittitur. canonizata. 12. q.2. qui manumittitur. populus autem eſt idem hodie, qui fuit ante cẽtum annos: vnde tunc interdicto populo & nondum relaxato, qui nunc eſt, dicitur interdictus. 7.q.1. denique. 16. diſt. habeo. ff. de iud. proponebatur.

ıNam vt ibi ſatis ſcripſi, iſta cadũt ĩ aĩam rõalẽ, & pſonã verã, ñ repſentatã. Io.An.

† Et an appellõe ciuitatis veniãt terrę ſibi recõmẽdatæ, vide Anc. in cle. ne Romani. §. ſane. de elect. vbi aſſerit ñ venire. & q̃ ſit rõ, vide Cur.iu. cõſ. 204. lib.2. & quid veniat appellõe ciuitatis, tradit Fel. in c. Rodulphus. ext. de reſc.

interdicti a) poſſunt extra b ipſam licite intereſſe diuinis.

¶Cum vero alicuius terræ populus interdicto nodatur, ſingulares ex eo perſonę, quas interdictas eſſe conſtat (ne ſententia effectu careat c, cum diuinorum auditio, & ſacramentorum perceptio populo, vt vniuerſis non competant d) non debent alicubi e (caſibus expreſſis f à iure dumtaxat exceptis) audire diuina, vel eccleſiaſtica recipere ſacramenta.

¶Idem.

¶ *Interdicta ciuitate, ſuburbia & continentia ædificia dicuntur interdicta. Et interdicta eccleſia, capella contigua, & cœmeterium contiguum dicitur interdictum. hoc dicit. Ioan. And.*

## CAP. XVII.

SI ciuitas g †, caſtrum, aut villa ſubiiciantur eccleſiaſtico interdicto, illorum ſuburbia h, & continentia ædificia eoipſo intelligi volumus interdicta. Nam licet prædicta i videantur aliàs murorum ambitu terminari: hoc tamen caſu ne vilipendi k valeat ſententia interdicti (quod fieret, ſi poſſet in ipſorum ſuburbiis, vel continentibus l ædificiis licite celebrari vt prius m) expedit interpretationem fieri latiorem. ¶Ratione quoque ſimili, ſi ſit eccleſia interdicto [ſuppoſita †, vel] ſubiecta: nec in capella eius celebrari, nec in cœmeterio ipſius eidem eccleſię contiguis n poterit ſæpeliri o. Secus ſi ei contigua non exiſtant p.

e ¶ *Alicubi.*] etiam in loco non interdicto.

f ¶ *Expreſſis à iure.*] j.e.c.vlt. quo ad diuina. quo ad ſacramenta habes ſ. de pœn. & rem. quòd in te. & j.e. quoniam.

SI *ciuitas.*] Sunt duę partes. ſecunda, ibi, *Ratione.* Prima ſoluit dubium, & obiectioni reſpondet, ibi, *Nam licet.* Secunda pars diſtinguit ſecundum membrum, ibi, *Secus.* Ioan. And.

Casvs. Ponamus ꝙ Papa vel legatus vel alius iudex eccleſiaſticus ſuppoſuit hanc ciuitatem ſub interdicto eccleſiaſtico, non facta mentione de ſuburbiis, & burgo S. Hilarij, quod non eſt de ciuitate, vtrum interdicta ciuitate dicantur ſuburbia eſſe interdicta? Reſp. ꝙ ſic, ita ꝙ non eſt licitum populo audire diuina in ſuburbiis, aliàs interdictum eſſet modici effectus: nam habitatores de facili haberent acceſſum ad ſuburbia. Sed ponamus ꝙ aliqua eccleſia eſt ſuppoſita interdicto, vtrum capellæ ipſi contiguæ ſint interdictæ? Reſp. ꝙ ſic, & non ſolum capellæ, ſed cœmeterium proximum. Not. primo, ꝙ differentia eſt inter ciuitatem, caſtrum, oppidum, vrbem, & villam: Nam ciuitas dicitur ciuium vnitas, & ſic ædificia & ſtructuræ murorum non dicuntur ciuitas, (ſed congregatio hominum appellatur ciuitas) ſed appellatur vrbs, nec eſt de ſubſtantia ciuitatis ꝙ ibi ſit epiſcopus. Nam antequam eſſent epiſcopi, erant ciuitates, & adminiſtrabant epiſcopi communiter, ſed voluerunt contendere inter ſe: ideo fuerunt diſtincti, ita ꝙ vnus adminiſtraret infra certos limites, & ſedes eius collocaretur inter ciues. Caſtrum dicitur quaſi caſa arcta: nam non debet eſſe diffuſum, ne tempore guerrę egeat magna cuſtodia hominum & victualib. Oppidum dicitur magnum & amplum caſtrum, & neceſſe eſt ꝙ ſit amplum, vt homines tempore guerrarum poſſint in eo retrahere bona ſua. Villa ſtricte accipiendo, accipitur pro illa parua caſa, quę eſt in rure ordinata ad reponendum inſtrumenta agri, vt ſunt aliqui in agris & vineis ſuis, qui habent aliquam paruam caſam in qua reponunt inſtra ſua: ſed large accipitur pro cõgregatione hominum ſe collocantium infra ædificia, quæ nõ ſunt vallata muris, nec clauſa murorum ambitu. No. quòd in loco interdicto non eſt quis ſepeliendus.

¶*Prima gl. ſummat.*

g ¶*Si ciuitas.*] Interdicta ciuitate, ſuburbia, & continentia ędificia dicuntur interdicta: Et interdicta eccleſia, capella contigua & cœmeterium contiguum dicitur interdictum. h.d.

h ¶ *Suburbia.*] ad idem ff. de ver.ſig. l.2. & l. ædificia. & l. vt Alphenus. & l. qui in continentibus.

i ¶ *Prædicta.*] ſcilicet ciuitas, caſtrum, vel villa.

k ¶*Vilipendi.*] ad idem ſ.c.prox. in fi. & ſ. de conſ. cũ inter vos.

Additio. In c.ſ.prox. interdictum eneruabatur, vel effectu carebat. hic aliqualem effectum habebat, ſed vilipendebatur. & concor. ſ. de priuil. vt priuilegia. in fi. Ioan. And.

l ¶ *Continentibus.*] ſatis videtur iudicis arbitrio relinquendum quæ dicantur continentia ædificia. & non dicit, contiguis, vt in prox. reſp.

m ¶*Vt prius.*] h.d. q̃ celebrari põt, licet non vt prius. j.c.vl.

n ¶ *Contiguis.*] contigua ſunt quorum extrema ſe inuicem contingunt.

Additio. vide quod dixi e.lib. de conſe. eccl. vel alta. c. vnic. ſuper gl. contigua. Ioan. And.

¶ *Gl. ſeq. dat ſimile, quærit, & ſoluit.*

o ¶ *Sepeliri.*] eſt ſi. j. e. is cui. 2. reſpon. ſi enim alicui interdicitur ingreſſus eccleſiæ, & ſepultura cœmeterij, vt ibi. Sed pone tunc temporis aliquem ibi ſepultum, & poſtea relaxatum eſt interdictum, nunquid talis exhumabitur? non, ſi pœnitens deceſſerit, ſecundùm Inno. qui hoc no. ſ. de exceſ. præla. c. vlt. quia res deuenit ad eum caſum, &c. Hoſt. no. contra. ſ. de conſ. eccle. vel al. cõſuluiſti. Additio. facit quod no. e.ti. à nobis. 2. in fi. pe. gl. & vide q̃d no. in cle. de ſep. eos qui. in gl. ſed qui. I. An.

† Hæc duo verba, ſuppoſita, vel, deſunt ĩ manuſcriptis codicibus.

Not. j. duos actᵒ, p quos eccleſia polluitur, de quo ſ. de cõſe. ec. c. vni. e. li. No. 2. ꝙ ille dr̃ temerarie agere, q ſciẽter facit actũ à iure ſibi phibitũ. de hoc ſ. d̃ ele. auaritię. eo. lib. Dominic.

p ¶ *Exiſtant.*] idem habuimus in pollutione. ſ. e. lib. de conſec. eccleſ. vel alt. c. vnic. Eſt autem ſecus econtrario, vt ibi, ſcilicet quòd cœmeterio interdicto, non dicitur interdicta eccleſia etiam contigua, & ibi patet ratio.

¶Idem.

¶ *Celebrans ſcienter in eccleſia polluta, vel præſente excommunicato maiori excommunicatione, irregularitatem non contrahit. Dominicus.*

## CAP. XVIII.

IS qui q in eccleſia ſanguinis r aut ſeminis effuſione polluta, Vel qui præſentibus maiori excommunicatione nodatis s,

IS *qui in.*] Duæ ſunt partes. ſecunda, ibi, *Is vero.* Prima ſoluit duo dubia. ſecundum, ibi, *Vel qui.* & rationem interſerit, ibi, *Cum id.* Secunda ponit pœnam violantis interdictum, declarando quis violet, & quid importet pœna. Ioan. And.

Casvs. Aliquis Titius in eccleſia aliquem iniurioſe verberauit vſque ad ſanguinis effuſionem: vel aliquam mulierem cognouit carnaliter, etiam vxorem propriam, & ſic eccleſia eſt polluta, nunquid celebrantes in tali eccleſia polluta efficiuntur irregulares? Reſp. quòd non: nam celebrantes in loco polluto non contrahunt irregularitatem, niſi fuerit cautum in iure & expreſſum. Idem dicendum eſt de illo, qui celebrat ſcienter pręſente excõicato maiori excõicatione. Sed ponamus quòd aliqua eccleſia eſt ſuppoſita interdicto eccleſiaſtico, aliquis in ea celebrauit, vtrum efficiatur irregularis? Reſp. quòd ſic, niſi impetret à Rom. Pont. vt poſſit celebrare diuina etiam in loco interdicto: & talem celebrantem in loco interdicto ſolus Papa poteſt abſoluere, & efficitur talis celebrans ineligibilis actiue & paſſiue, hoc eſt non poteſt eligere nec eligi. Not. primo, ꝙ effuſione ſanguinis humani iniurioſe facta, polluitur eccleſia. Not. quòd in eccleſia polluta non debent diuina celebrari, ſed prius per epiſcopum debet talis eccleſia reconciliari. Nota, quòd celebrans diuina in eccleſia polluta, eſt puniendus ad arbitrium ſuperioris. Nota quòd celebrans in loco interdicto contrahit irregularitatem: puta quòd irregularis efficitur ineligibilis actiue & paſſiue. Not. quòd celebrans præſente excommunicato, non contrahit irregularitatem, ſed eſt proximus irregularitati, quia eſt ſuſpenſus, & durante ſuſpenſione non debet celebrare, & ſi faceret, eſt puniendus.

¶*Prima gl. dicit quid declaret.*

q ¶ *Is qui.*] Declarat & approbat quæ not. Ber. ſ. de priuil. tuarum, in 2. gl. Inn. & Hoſt. de exceſ. præl. tanta.

Additio. Et Hoſt. de conſ. ec. c. fi. Pet. & Abb. de pręb. in Lateran. Guil. in Spe. ti. 2. §. iuxta. ver. illud quoque. vbi etiam dicit idem de celebrante in eccleſia, cuius oſtia clauſit epiſcopus, & reliquias ſuſtulit propter diſcordiam patronorum. de iu. pa. c.1. & 2. Ioan. And.

r ¶ *Sanguinis.*] intelligas humani & iniurioſi. de ſemine etiam intelligas humano etiam vxorio. & de hoc vide plenius ſ.e.li. de conſ. eccl. vel alt. c. vnic.

s ¶*Nodatis.*] iſtis interdictus eſt ingreſſus eccleſiæ. ſ.e.li. de pri-

uileg.epiſcoporum.[vide quod ibi dixi ſuper gl.pe.]Vnde caueat, quia proximus eſt irregularitati.j.c.ti.is cui.j.reſp, I,An,

a ¶ *Tamen.*] aliàs,inde.aliàs,tamen.

b¶*In iure.*]Suſpenſi ergo à confeſſoribus ſuis ab officio ad certum tempus, eadem ratione ſi celebrant, non incurrunt irregularitatem.

Additio.Idem Hoſtien. de cle.exc.mi. c.ſi.& Gul.in præal. §.iuſta. verſi. in ſuſpenſis,Ioan, And.

c¶*Scienter.*]ſecus ergo ſi ignoranter, niſi talis eſſet ignorātia, quæ excuſare ñ deberet. ſ.de cle.ex com.mi.apoſtolicę. ſ.de poſtu.c.j.

d¶*A iure.*]j.e.c.vlt,

e ¶*Liberari.*]Ad idē ſ.de cle.ex.mi. Apoſtolicæ.ſ.e. de re.iu. c.j.& ſ.e.ti.& li.c.j.

f ¶ *Ineligibilis.*]& etiam impoſtulabilis. ſ.de poſtul.ca.j. quia violans interdictum,etiam poſtulari non poteſt,vt ibi.

g ¶*Cum aliis.*]Amittit ergo poteſtatem eligendi actiuam & paſſiuam. & de hoc ſolet recitari ſ. de cle.ne pro defectu.

ſcienter celebrare præſumit:licet in hoc temerarie agat,irregularitatis tamen [a] (cum id non ſit expreſſum in iure [b])laqueum non incurrit.

¶ *Scienter celebrans in loco interdicto, in caſibus non permiſſis,irregularis & ineligibilis eſt.h.d.Dominicus.*

¶ Is vero qui ſcienter [c] in loco celebrat ſuppoſito interdicto, (niſi ſuper hoc priuilegiatus exiſtat,aut à iure [d] ſit conceſſum eidem ) irregularitatem incurrit : à qua nequit per alium, quàm per Romanum Pontificem liberari [e] :& adeo efficitur ineligibilis [f], quòd nec ad eligendum cum aliis [g] debebit admitti.

¶Idem.

¶*Tempore interdicti chriſma die cœnæ Domini confici poteſt.h.d.*

## CAP. XIX.

Q*Voniam.*]Ponit dictū,cuius rationem vrgentem præmittit.Ioan.And.

† Vid tex.& ibi do. in c. nō eſt. in ſi. ext.de ſpōſ.

¶ Pro intellectu c. eſt præſupponendū primo, quòd ſacramētum baptiſmi & ſacramentum confirmationis tēpore interdicti licite conferuntur.Item præſupponitur ſecundo,quòd in his duob.ſacramentis vtimur chriſmate:nam in ſacramento baptiſmatis imponitur per presbyterum in vertice capitis, & in ſacramento confirmationis per epiſcopum.Item eſt præſupponendum,quòd chriſmate veteri non eſt vtendum:nam chriſma debet comburi in fine anni.

Casvs. Certum eſt,quòd ſacramentum baptiſmatis & confirmationis poſſunt conferri tempore interdicti : Or ponamus, quòd ciuitas Pictaueñ. fuit ſuppoſita interdicto, vtrum chriſma tempore cœnæ poſſit confici in ciuitate Pictaueñ. Reſp. quòd ſic : quia in die cœnæ Domini pro exercitio illius anni debet confici chriſma propter indigentiam, quia non vtimur chriſmate veteri poſt annum. Nota quòd permiſſo tempore prohibito, vſu rei , intelligitur eſſe permiſſa creatio illius rei:Et ſic permiſſo,conſecutiuo,neceſſario videtur permiſſum antecedens.Dominic.

QVoniam [h] † in baptiſmo [i] & confirmatione (quæ [k] nedum pueris, ſed & adultis [l] propter moræ periculum exhiberi poſſunt licite tempore interdicti [m] ) chriſmatis vtimur vnctione : poſſe (licet terra interdicta exiſtat)chriſma die cœnæ Domini confici, dubium [n] non exiſtit.

¶Idem.

¶ *Suſpenſus ab ingreſſu eccleſiæ, in ea diuina celebrans,eſt irregularis.Et moriens impœnitens, ſuſpenſione illa durante, caret eccleſiaſtica ſepultura. Et ſuſpenſio ab ingreſſu eccleſiæ vel officio, per appellationem ſequentem non ſuſpenditur, hoc dicit.Dominicus.*

## CAP. XX.

IS cui [o] eſt eccleſiæ interdictus [p] ingreſſus(cum ſibi per conſequens cenſeatur in ipſa diuinorum celebratio interdicta)irregularis efficitur,ſi contra interdictum huiuſmodi diuinis in ea [q] ſe ingerat,in ſuo agens officio ſicut prius. Talis quoque ſi hoc interdicto durante decedat,non debet in eccleſia, vel cœmeterio [r] eccleſiaſtico(niſi † pœnituerit) ſepeliri. ¶Sane ſicut excommunicatio, ſic ab officio, vel ab ingreſſu eccleſiæ lata ſuſpenſio , aut ipſius effectus , per appellationē

† In manuſcriptis codicibus ita, niſi pri⁹ pœnituerit&c.

I*S cui.*]Diuiſio patet.quia ſunt tria dicta:Ioan.And.

Casvs. Alicui eſt interdictus ingreſſus eccleſiæ, quamuis eſſet exemptus vel non exemptus ſecundùm aliquos: puta quòd iudex eccleſiaſticus aliquem ſuum ſubditum excommunicauit non in ſcriptis vel alio modo:certum eſt,ꝙ ſibi eſt interdictus ingreſſus eccleſiæ: Ponamus,quòd durante interdicto ingreſſus eccleſiæ talis celebrat, nũquid efficitur irregularis? certum eſt quòd ſic. Sed ponamus,quòd alicui eſt interdict⁹ ingreſſus eccleſiæ: durante interdicto non eſt ingreſſus eccleſiam,nec celebrauit diuina,&ſic non contraxit notam irregularitatis: ſed añquam eſſet finita illa interdictio, mortuus eſt,vtrum ſit ei interdictus ingreſſus cœmeterij vel eccleſiæ?Reſp.quòd ſic:ideò poſt mortem non debet ſepeliri in cœmeterio eccleſiaſtico, niſi interdictum fuerit relaxatum. Sed ponamus,quòd aliquis fuit ſuſpenſus vel interdictus:ille appellauit, vtrùm per appellationem ſit ſuſpenſa ſententia interdicti vel ſuſpenſionis?Reſp.quòd non. Nota primo, quòd vbi interdicitur principale, cenſetur interdictum conſequens & proueniens ex illo. Nota ſecundo, quòd ſuſpenſus efficitur irregularis,quæcũque diuina officia celebret. de quo per Inn.c.ſi.de exceſ.præl.Dominic.

¶*Prima gl.ponit ſummam,& quid declaret.*

h ¶*Quoniam.*]Tempore interdicti chriſma die cœnæ Domini confici poteſt, & cauſam reddit. Et declarat not.per Hoſt.ſ.e. permittimus.per quam olim probabatur quod hic dicitur.

i ¶*Baptiſmo.*] poſt baptiſmum enim ſacerdos vngit chriſmate in vertice non in fronte,quod eſt ſolius ı epiſcopi.ſ.de conſu. quanto.primum patet de conſ.diſt.4.poſtquam.&duob.c.ſeq. & c.presbyteris.& c.nullus miniſtrorum.

ıVide cōcil. Tridēt.ſeſ.7 de confirm, cano. 3. vbi ſcribitur ita Si qs dixerit ſanctæ cōfirmōnis ordinarium miniſtrū nō eē ſolū epm ſed quēuis ſimplicē ſacerdotem, anathema ſit,

k ¶ *Quæ.*] ſ. baptiſmus & confirmatio.

l ¶ *Adultis,*] idem hodie in pœnitentia.quod dic vt j.e,c,vlt.

m ¶ *Interdicti.*] vt ſ.eo.reſp.& ſ,de ſpon.non eſt vobis.

Additio. Et vide quod de matrimonio & ordine ibi dixi poſt Inno. Tamen eſt aduertendum, quòd illa iura loquebantur de baptiſmo paruulorum tãtum, hic exprimitur de adultis,quod placuerat Vin.in decr.reſponſo.in ant.Ioan.And.

¶*Vlt.gl.iuſtificat textum.*

n ¶ *Dubium non exiſtit.*] quaſi dicat, conceſſo baptiſmo & confirmatione tempore interdicti, ſatis eſt conceſſum confici chriſma, Et eſt ratio, quia vetus chriſma non debet eſſe vſui, nec de illo veteri chriſmate debet quis chriſmari : & deponitur ſacerdos qui de illo veteri chriſmate vngit baptizatum,niſi in mortis articulo.de conſe.diſt.4.ſi quis de alio. vnde omni anno in die cœnæ debet chriſma confici,& vetus cremari. de conſ.diſt.3.litteris.vere ergo inſurgit huius decr.dictum : quia ſi tempore interdicti permittuntur ſacramenta,in quibus vtimur chriſmate, & vetus chriſma non debet eſſe vſui:ergo reſtat quòd permiſſum intelligitur eo tempore die cœnæ chriſma conficere,quia conceſſo principali,& acceſſorium.j. de regul.iur.acceſſorium.cum ſuis concor.

Additio. Ioan.Monac.alleg.ſ.de off.del.præterea. ff.de procur.ad rem mobilem.& l.ad legatum.Ioan.And.

¶*Prima gl. dicit quid approbet.*

o ¶ *Is cui.*] Approbatur quod not.Innocen.& Hoſtien.ſ.eo. ſacro,

Additio. Quia Innocen.videbatur contrarium dicere in decret.cum medicinalis.ſ.eo. & ideo vide quod ibi ſcripſi ſuper gl.de hac.

p ¶ *Interdictus.*] ab homine vel à iure.ſ.eod.ſacro.ſ.eod.tit. & lib.c.1.§.ſi quis.& ſ.eod.lib.de priuileg.epiſcoporum. cum ſimilibus.

q ¶ *In ea.*] Ergo ſecus ſi extra eam : & hoc not.etiam ſ. vbi dixit,in ipſa. ſi igitur ſub aere,vel ſub tētorio,vel in domo priuata celebret vel concelebret, forte celebrantibus cum altari viatico,vt ſ.de priuileg.in his. & j.eod.tit.cap.vlt.irregularis non erit.

Additio. Idem Inn.& Hoſt.in dec.ſacro.& Gul.in Spe.de legat.§.iuxta.ver.quid ſi quis ſuſpenditur,& Arc.hic,& ſ.de off. leg.c.2.Ioan.And.

¶*Seq.gl.dat ſimile,& quæſtionem ſoluit.*

r ¶ *Cœmeterio.*] Sicut ergo interdicta eccleſia, interdictum eſt cœmeterium, ſuprà, eodem. ſi ciuitas. in fine [iſto libro.] ita interdicto mihi ingreſſu eccleſiæ,& cœmeterij,vt hic, nec hic diſtinguendum credo, an cœmeterium ſit contiguum vel non, vt ibi diſtinguitur; quia illa diſtinctio habet locum vbi res interdicitur, ſcilicet, eccleſia : quia res eccleſiaſtica contigua ipſi eccleſiæ interdictæ, eſt interdicta, vt ibi : ſed vbi refertur interdictum ad hominem, vt hic, quid ad eam, an cœmeterium non ſit contiguum vel ſit? & per hoc illuderentur cenſurę ſi poſſet in iſto,licet non in illo cœmeterio ſepeliri.

Additio. Et talis illuſio reprobatur ſ.eod.titul.& libr.ſi ſententia.§.vlt. & cap.ſeq.1.reſp.cum concord. & j.eod.eos qui. Ioan.And.

¶*Seq.gl.alleg.concor. ſecundo ſoluit quæſtionem:tertio quærit & remittit,duas opiniones ponit,& ſoluit.*

a ¶ Seq

a ¶*Sequentem.*] iſta ergo ſunt paria quo ad hoc, ſicut quo ad id ſ.e.ti.c.j.& ſ.e.ſtatutum.iſto lib.cum ſi.& concor.ad hoc ſ.de ap.ad hęc quoniam.Et intelligas proprie de ſuſpenſione ab ingreſſu eccleſiæ,vel diuinorum,vt ſonat littera:quia in ſuſpenſione à temporalibus puta ingreſſu poſſeſſionis vel pomerij, vel interdicto aqua & igni 1 non haberet hoc locum.ff.de ap.l.non tantum.talium enim ſuſpenſionum vel interdictorum effectus bene ſuſpenditur per appellationem ſequentem: niſi eſſet caſus in quo damnatum publice intereſt ſtatim puniri. ff.eod.conſtitutum. Quid in ſuſpenſione à beneficio? de hoc per In. & Hoſt. in præd.dec.ad hæc quoniam.& placuit Inn.2 quòd in omni ſuſpenſione eccleſiaſtica non ſuſpendat appellatio.Hoſ. diſtinguit:aut ſuſpenditur à beneficio:& tunc cum ipſum beneficium ſpirituale ſit, vera eſt hæc opi. aut ſuſpenditur à perceptione beneficij, de qua conſtat quòd eſt tẽporalis:& tunc bene ſuſpendet appellatio eius effectum.idem ſecundum eum ſi dicat,ſuſpendo te à ꝓbenda:ſecus ſi dicat,ſuſpendo te à canonia:quia illa ſpiritualis eſt.ſatis videretur 3 per hanc decr.quòd ſuſpenſio à beneficio bene releuetur per appellationem ſequẽtem:cum hic dicat,ab officio & ab ingreſſu eccleſiæ,&c. ſi idem eſſet in ſuſpenſione beneficij, hoc expreſſiſſet. Puto igitur ſolum in his mere ſpiritualibus, per quæ ligatur anima, decr. hanc locum habere.

1 ff. de ſer. export. cui pacto. ff.de inter.&rel. p to.Io.An.

2 Licet Arc. contrariam opi. ſibi attribuat. Ioan.And.

3 Idem hic Arc. ead.rõne.Io.And.

ſequentem a minime ſuſpenduntur.

¶ Idem.

¶*Religioſum clericum verberantem, abſoluit epiſcopus eo caſu quo abſolueret clericum.hoc dicit.Dominicus.*

## CAP. XXI.

Religioſo b,qui manus violentas in clericum ſecularem iniecit (ne hoc prætextu habeat materiam euagandi) poterit ab epiſcopo eo c caſu abſolutionis beneficium exhiberi d,quo ſeculari clerico e poſſet, ſi alium clericum percuſſiſſet.

¶ *Verberans nouitium religionis, excommunicationem incurrit. hoc dicit. Dominicus.*

¶Quamuis† autem is qui religionem ingreditur, religioſus cenſeri cum effectu non poſſit f,donec ſit tacite vel expreſſe profeſſus:ſi quis tamen violentas g manus in eum iniiciat, excommunicationis latæ à canone h vinculum non euadit.

¶Idem.

¶*Abſolutus propter mortis periculum vel aliud impedimentum ab eo,à quo aliàs nõ poterat:ſi ceſſante impedimento ſe nõ præſentat cum commode poteſt, ei à quo aliàs abſolui debebat,recidit in eandem ſententiam. Idem in abſoluto, qui ſe debet alicuius cõſpectui præſentare, ſi hoc non faciat. Ioan. And.*

## CAP. XXII.

Eos qui i à ſnĩa canonis k vel hominis (cum ad illũ,

f ¶*Non poſſit.*] & ob hanc cauſam dicebant Inn.& Abb. contrarium in præd.decr.ſtatuimus.& pro eis facit lex.ff.de ſta.lib.l. ſtatuliber.vbi ſtatuliber quæ facit medio tempore, facit vt ſeruus,non vt liber: ſed contrarium eſt verum,vt hic.Nec obſtat quòd cras poterit laicari: quia idem in clerico ſeculari in minoribus ordinibus: & præterea tunc eſt eccleſiaſtica perſona.18.q.4.quiſquis.
g ¶*Violentas.*] idem puto ſi volentes in caſu.ſ.e.cõtingit.j.
h ¶*A canone.*] 17.q.4. ſi quis ſuadẽte. quo priuilegio etiam interdum gaudet clericus coniugatus.ſ. e.li.de cle.coniu. c. vnico.

†Vide Fel.c. cũ deputati extr.de iud. &Iaſ.l.pen. ff.de iu.om. iud.

E*os qui.*] ſunt duæ partes, q̃ patent. Secunda ibi, *Idem.*
¶Pro intellectu huius c.eſt præſupponendum, quòd incidens in canonem:ſi quis ſuadente diabolo.17.q.4.non poteſt abſolui à ſuo epiſcopo, ſed à ſolo Papa, ſi iniectio fuerit enormis. Idem dicunt aliqui etiam ſi iniectio fuerit mediocris: & hoc niſi in articulo mortis,vel niſi haberet aliquod aliud legitimum impedimentum, vt non poſſet ire ad Papam pro obtinenda ſua abſolutione.

Casvs. Inieci manus violentas in clericum & atrociter, & ſic ſum excommunicatus,à qua excommunicatione non poſſum abſolui niſi à Papa:ſed eo quòd eram in periculo mortis conſtitutus propter infirmitatem, vel eo quia volebã intrare bellum vel mare, petij beneficium abſolutionis à meo diœceſano vel ſimplici ſacerdote:fui abſolutus,lapſo impedimẽto perueni ad ſanitatem, vel fui regreſſus à bello vel mari, nunquid tam cito quàm potero debeo adire Papam pro obtinenda abſolutione:quia me abſoluẽs abſoluit cum hac cautione,vt parerem mandatis Papæ?Reſpondet quòd ſic:& ſi non fecero,ipſo facto incido in priſtinam excommunicationem. Sed quid, cum incidiſſem in excommunicationem priſtinam, acceſſi ad Papam & obtinui abſolutionẽ ſub hac forma, quòd Papa me abſoluebat:ſed quia ignorabat qualitatem meam & meas facultates, remiſit me ad meum diœceſanum pro pœnitentia ſuſcipienda & ſatisfactione:& iniunxit mihi,vt intra tres mẽſes præſentarem me conſpectui diœceſani:intra illum terminum non præſentaui me coram meo diœceſano:nunquid reincidam in priſtinam ſententiam excommunicationis? certe ſic.

Not.primo quòd conſtitutus in periculo mortis poteſt abſolui à ſententia canonis vel hominis, & à ſimplici ſacerdote: etiam ſi abſolutio ſit reſeruata Romano Pontifici. Nam in reſeruatis Apoſtolicæ ſedi excipitur periculum mortis. Et in periculo mortis poteſt quis abſolui à ſimplici ſacerdote à quacũque excommunicatione. Not.duos caſus in quibus abſolutus ipſo facto incidit in priſtinam excommunicationem regulariter contractam: Primus caſus quando fuit abſolutus propter imminens periculum, qui ceſſante periculo non potuiſſet abſolui niſi à Papa:& ſe præſentare debet coram Papa quàm citius poteſt ceſſante periculo.Alius caſus eſt, quando quis abſolutus fuit à Papa, qui Papa eum remiſit ad diœceſanum vel ad alium:ſi non repræſentat ſe intra tempus,ipſo facto incidit in priſtinam excommunicationem. Nota inſuper quòd quandoque ſententia canonis & hominis æquiparantur. Not.vltimo quòd abſolutio facta ab excommunicatione per illum qui non eſt iudex propter periculum imminens, non eſt apta durare perpetuo,ſed tantum limitatur ad tempus impedimenti. Dominicus.

*Gl.1.dicit quid corrigit,& ſummat.*

i ¶*Eos qui.*] Corrigit notata per Ber.& alios.ſ.e.de cætero. Et hoc dicit: Abſolutus propter mortis periculum vel aliud impedimentum ab eo à quo aliàs non poterat: ſi ceſſante impedimento ſe nõ præſentat cum commode poteſt, ei à quo aliàs abſolui debebat, recidit in eandem ſententiam.Idem in abſoluto, qui ſe debet alicuius conſpectui præſentare, ſi hoc non faciat.

¶*Gl.2.enumerat 32.caſus excommunicationum huius lib.& remittit ad lij.caſus Clementinarum.*

k ¶*Canonis.*] multi ſunt caſus 6,in quibus eſt quis excommunicatus à canone:& quidam ſcilicet 32. inducuntur per conſtitu

6 Xxx.caſus iuris veteris collegit Hoſti.in ſum. e. ti.§.3.in pr. Ioan.Andr.

R*Eligioſo.*] Diuiſio patet.ſecunda:ibi, *Quamuis.* Et ſatis ſe ſummat.Ioan.And.

Casvs.Habemus quòd ſi religioſi alicuius monaſterij ſe verberauerint in clauſtris monaſterij, quòd abbas illos poteſt abſoluere in illis caſibus,in quibus epiſcopus poteſt abſoluere. Itẽ habemus,quòd ſi religioſus iniecerit manus violentas in clericum,debet abſolui à Papa:& non poteſt abſolui ab alio quàm à Papa.Sed vtrum hoc ſit verum indiſtincte,ſiue iniectio violenta ſit leuis vel atrox?Reſpõdet quòd iura hoc dicentia ſunt intelligenda in his caſib. in quibus quis iniiciens manus violentas in clericum non poſſet abſolui à ſuo epiſcopo:Nam etiam ſi ſit inops religioſus, vel detentus infirmitate, vel alia cauſa legitima poſſit excuſari,vt non accipiat iter Romanum: poteſt eum epiſcopus abſoluere etiam de caſib. reſeruatis ſedi Apoſtolicæ. Sed ponamus quòd quidam Titius laicus intrauit religionem eo animo, vt elapſo anno probationis faceret profeſſionem:accidit quòd durante anno probationis aliquis iniecit manus violentas in eum : vtrum ſit excommunicatus? Reſpondet quòd ſic:eo quòd erat ſpes de clericatu & religione.Not.quòd religioſis eſt interdicta vagatio.ad hoc ſ.ne cle. vel mo.c.2.eo.lib.Domi.

¶*Prima gl.dicit quid declaret,& approbet & reprobet.*

b ¶*Religioſo.*] Prima pars declarat decret.ſ.e.cum illorum.verſ. quod ſi clericum.Secũda reprobat quod not.Inn.& Abb.ſ.de reg.iu.ſtatuimus.& approbat quod ibi not.Hoſt.& ſ.e.c.2.

c ¶*Eo caſu.*] puta quia leuiter 4 percuſſit.ſ.e.peruenit.Vel eſt debilis vel delicatus.ſ.e.mulieres. & c.eã noſcitur. Vel eſt æger, vel in mortis articulo.ſ.eo.quod de his.Vel habet inimicitias capitales.ſ.e.de cætero.idem in ſimilibus.

4 Non ergo reſtringo ad leuiſſimã. ſup quo vid qd ibi ſatis not.ſup ſi.j. gl. Io.And.

¶*Gl.ſeq.obicit,& ſoluit.*

d ¶*Exhiberi.*] Contrarium videbatur per decr.prædictam cum illorum.vbi dicitur, ꝙ ſi clericum percuſſerit ſecularem, non niſi per ſedem Apoſtolicam(vt ſcandalum euitetur)abſolutionis beneficium poterit promereri:vnde videbatur quòd indiſtincte monachus percutiens clericum abſoluendus eſſet à ſolo Papa propter ſcãdalum, quod eſt cum monachus clericum percutit:cum dignior 5 ſit cœtus clericorũ.16.q.1.legi.ſed textus ille ſane debet intelligi ſecundum determinationem huius decr. nec enim pro eo quòd monachi ſunt, debet eorum conditio eſſe deterior.16.q.1.ſunt nõnulli.in fi.Et puto quòd ſi monachus non habet vnde vadat: & monaſterium etiam pauperrimum,ſibi prouidere non poteſt:abſoluet illum epiſcopus eo iure quo abſoluit inopes.ſ.e.c.quod de his.

5 Similis gl. c.qualiter.2 ext.de acc. & qualiter: hoc poſſit i telligi, vide B.Th. 2.2.q. 184.p tot.& q.186.art.j.

¶*Gl.ſeq.reci.per contrarium.*

e ¶*Seculari clerico.*] ſupple vel laico.

à quo aliàs de iure fuerant abſoluendi, nequeunt propter imminentis mortis articulum, aut aliud impedimentum legitimum, [a] pro abſolutionis beneficio habere recurſum) ab alio abſoluuntur: ſi ceſſante poſtea periculo, vel impedimento huiuſmodi, ſe illi, à quo his ceſſantibus abſolui debebant, quamcito commode poterunt, contempſerint præſentare, mandatum ipſius ſuper illis, pro quib. excommunicati fuerant, humiliter recepturi, & ſatisfacturi † prout iuſtitia ſuadebit: Decernimus [b] (ne ſic cenſuræ illudātur eccleſiaſticæ) in eandem ſententiam recidere ipſo iure. ¶Idē [c] ſtatuimus de his, quibus (cum à ſede Apoſtolica vel à legatis ipſius abſolutionis beneficium à quibuſuis ſententiis cōſequuntur) iniūgitur, vt ordinariorum ſuorum, vel aliorum quorumlibet ſuſcepturi pœnitētiam ab eiſdem, ſe conſpectui repræſentent, & paſſis iniuriam, ſeu his quibus propter hoc obligati exiſtunt, ſatisfactionem exhibeant competentem: ſi hæc [d] cum primum commode poterunt, nō curauerint adimplere.

¶ Idem.

*¶ Si percuſſionem in clericū ſine meo mandato, tamen nomine meo factam, ratam habeam, excommunicatus ſum: ſecus ſi meo nomine non ſit facta. Ioan. And.*

## CAP. XXIII.

Cvm quis [e] abſq; tuo mandato [f] manus iniicit † in clericum [g] tuo [h] nomine violētas: ſi hoc ratum habueris, excōicationem latā à canone incunctāter incurris [i]: Cū ratihabitio retrotrahatur, & mādato

tiones huius ſexti libri, quos hic omnes ordinatim enumerabo: Primus ſ. e. lib. de ele. vbi periculum. §. nulli. Secundus, e. c. §. quòd ſi præmiſſa. Tertius, e. ti. ſciant cuncti. Quartus, e. ti. generali. Quintus e. ti. fundamenta. §. quòd ſi ſecus. Sextus e. tit. indemnitatibus. §. poſtremo. Septimus de of. del. c. vlt. §. pars verò. Octauus. ſ. de his quæ vi metusve cau. fi. c. vlt. Nonus, de iud. mulieres. Decimus, de re iud. ad Apoſtolicæ. in fi. Vndecimus, ſ. de re. ec. non al. hoc conſultiſſimo, §. laici. Duodecimus, e. c. in fin. Tertiusdecimus, de rel. do. c. vnic. Quartuſdecimus, de cen. quāquam. §. qui vero, Quintusdecim⁹, de im. ec. clericis. §. nos igitur, in fi. Sextuſdecimus, ea. dec. ver. prelatis, in fi. iſti duo hodie ſunt ſublati per cle. de im. ec. quoniam. Septimuſdecimus, eo. tit. quoniam. Octauuſdecimus, e. tit. c. vlt. Nonuſdecimus, ſ. ne cle. vel mo. c. 2. in prin. Vigeſimus, e. c. in fi. Vigeſimuſprimus, de hær. c. 2. i. re ſpon. Vigeſimuſſecundus, eo. c. 2. reſp. ſed potius credo illum canonem ferēdæ ſentētiæ: vt ibi dixi. Vigeſimuſtertius, e. ti. vt inquiſitionis. in fi. vigeſimuſquartus, de ſchiſma. c. vnic. ver. omnes. Vigeſimuſquintus, e. c. ver. & nihilominus. Vigeſimuſſextus, de hom. pro humana. ad fi. Vigeſimuſſeptimus, de iniuriis & dāno dato. c. vno. Vigeſimuſoctauus, de pœ. fœlicis. §. præſenti. Vigeſimuſnonus, e. c. ad fi. Trigeſimus. ſ. e. quicunque. Duo autem inducuntur per hanc decr. qui de iure veteri non erant, vt no. ſ. e. de cætero. Caſus quem habuimus ſ. e. c. prox. & quem habebimus. j. c. prox. ſunt declaratorij veteris iuris, & non nouo iure promulgati: & ideo inter eos non computantur. Quinquaginta tales caſus expreſſos & duos tacitos inductos p cle. not. in cle. j. j. e. ti. in gl. eſt ſciendum.

Additio. Qui fuit additus ex illis caſibus ibi no. 16. ſunt Papales, i. reſeruati Papæ: quos ibi ſignanter expreſſi, in ſupraſcriptis vero pauci ſunt Papales, ſ. quintus. 23. & 28. Item trigeſimus poſt perſeuerantiam duorum menſium, ſed non prius. dec. clericos. de im. ec. omitto: quia eſt renouata. Ex his etiam caſibus quatuor requirunt ſatisfactionem ante abſolutionem, quos vide ſ. e. ſolet. in gl. id eſt, notoria, Ioan. And.

a ¶ *Legitimum.*] aliqua exempla poſui ſ. c. prox.

b ¶ *Decernimus.*] Non dicit declaramus. & ſic ſuo tempore, vera fuit [2] opinio Gof. Ber. & Hoſt. qui dicebant eum non recidere, dicebat tamen Hoſt. hoc prætextu multi illudunt cenſuræ, vnde prouidendum eſſet, modo igitur eſt prouiſum.

c ¶ *Idem.*] ſcilicet quòd in ſententiam recidant ipſo iure.

d ¶ *Hæc.*] ſ. duo ſuperius dicta, ſcilicet præſentare pœnitentiariis, & ſatisfacere iniuriam paſſis, Io. And.

C*vm quis abſque.*] Sunt duo dicta. ſecundum ibi: *Si vero,* & vtrunque ſubdit rationem ſui ibi, *Cum ratihabitio,* ſecūdum ibi, *Cum quis.* Do.

Casvs. Titius me offendit: aliquis meus familiaris volens mihi complacere & vindictam ſumere, nomine meo ſine mandato Titium verberauit iniiciendo in eum manus violētas: certum eſt quòd ipſe eſt excommunicatus: ſed vtrum ſim excommunicatus? Reſpondet Romanus Pontifex cum diſtinctione, aut habui ratam iniectionem? quia poſtquā meus familiaris factum mihi retulit, ipſum occultaui, laudando factum: & tunc incurro ſententiam excommunicationis; aut nō habui ratum illud factum, & tunc nō ſum excommunicatus. Sed quid: ponamus quòd non fecit nomine meo, ſed alio nomine: tamē poſtquam ſciui quòd ille verberauerat inimicum meum, mihi placuit, & in corde meo habui gratum, & gauiſus ſum: vtrum incurram ſententiam excommunicationis? Certe non: quia quod nomine meo non fuit geſtum, ratum habere non poſſum. Sed quid in primo caſu quando ex ratihabitione incido in excōicationem: vtrum ſim excōicatus à tempore ratihabitionis, vel à tpe iniectionis? Reſp. q à tempore ratihabitionis, & non à tpe iniectionis; nam ratihabitio retrotrahitur, & mandato, æquiparatur, id eſt, ſum excommunicatus ac ſi mandaſſem. Et ſecundum doctores ratihabitio habet ſuum effectum à tempore ratihabitionis & non ante. No. primo quòd ſi quis nomine meo delinquat, non ſum puniendus, niſi illud delictum factum habeam ratum. Not. magis ſpecifice, quòd ſi quis nomine meo iniecerit manus violentas in clericum, non ſum excommunicatus, niſi illā iniectionem ratificem. Quæritur de qua ratificatione intelligitur: vtrum neceſſe requiratur, quòd ſit ratificatio apparēs: vel ſufficiat quòd ſit ratificatio non apparens: Puta aliquis meum inimicū verberauit noīe meo: ego poſtquam ſciui factum, illum celaui in domo mea: certum eſt q ſum excōmunicatus, quia iſta ratificatio eſt apparens: Sed quid ſi nō ratificaui per exteriora ſigna: ſed in corde meo fui contentus, & ipſum laudaui: ſed per exteriora dixi quòd non ratificabam tale factum, & illum repuli à domo mea? Reſpondet gl. q quantum ad Deum ſum excōmunicatus, & peccaui mortaliter: ſed quantum ad eccleſiam militātem, quæ non iudicat de occultis, non ſum excommunicatus. Not. q ea quæ non ſunt geſta nomine meo, nō poſſum rata habere. No. quòd ſi quis verberauit inimicum meum, licet habeam ratum dummodo non ſit nomine meo: non ſum excommunicatus. Not. quòd ratihabitio trahitur retro, & operatur idem ac ſi in principio actus interueniſſet. vide in reg. ratihabitionem. j. de reg. iur. Not. quòd dictio, *Si vero,* eſt aduerſatiua & aduerſatur in facto & in iure: qa in p̄nti ver. ligatur, & in ſeq. nō. Dominic.

*¶ Prima gl. dicit quid declarat, & quid approbat. ſummat, & ſubdit exemplum regularum.*

e ¶ *Cum quis.*] Declarat & approbat not. per Io. 17. q. 4. omnes eccleſiæ. per Ber. & modernos ſ. e. mulieres. Et hoc dicit: ſi percuſſionem in clericum ſine meo mādato tamen nomine meo factam ratam habeam, excommunicatus ſum: ſecus ſi meo nomine non ſit facta. Et per hanc decretalem exemplificamus regulas j. de reg. iu. ratum quis. & regulam, ratihabitionem.

*¶ Gl. 2. quærit: ponit opi. contra quam alleg. duo iura: demum ſubdit alias duas opiniones, & ſecundam approbat.*

f ¶ *Mandato.*] Quid ſi quis mandauit clericum verberari: & poſtea ante manuum iniectionem reuocauit mādatum: demum mandatarius percuſſit antequā reuocatio perueniret ad eum? In hac quæſtione videtur tenere Ber. ſ. eo. mulieres. talem eſſe excommunicatum. ad quod bene faciunt iura ibi per eum allegata: & idem per eadem iura ibi tenet Hoſt. eſt tamen ar. cōtra, ff. de acq. hæ. ſi quis mihi bona. ad fi. & ſ. e. li. de proc. c. vlt. in fi. Inn. ibi dixit talem excommunicatum non eſſe [3]: tenetur tamen de culpa, de qua aliàs puniri poſſit: canon enim dolum requirit, Bart. Brix. in fi. quæſtionum ſuarū venerialium, in quæſtione quæ incipit: aliquis mandauit [& eſt 89.] dixit quòd talis quo ad Deum non tenetur, tamen quo ad eccleſiam excommunicatus eſt. quod verum videtur.

Additio. Quoſdam caſus quibus pœnitentia liberat à pœna, poſuit de iure patro. cum laici. ſuper j. gl. Io. And.

g ¶ *Clericum.*] large ſumitur, vt 12. q. 1. duo ſunt.

*¶ Gl. ſeq. exemplificat, quærit, & opi. ponit.*

h ¶ *Tuo nomine.*] puta tui [4] contēplōne ſeruitor vel amicus tuus clericū qui tibi iniuriam realē vel verbalē intulerat, percuſſit: quem tu poſtea ratū habendo receptaſti, & magis amicum habuiſti. Sed quid dices retento hoc themate: ſi ille amicum vel ſeruitorem talem non receptauit, vel illū expulit, nec per aliqua exteriora poteſt apparere q ratum habuerit: ſed tū in veritate ratum habuit in corde? Dixit Hoſt. ſ. eo. mulieres. talem quo ad Deum eſſe ligatū, non tū quo ad eccleſiam militātem, que nō iudicat de occultis. de ſim. ſicut nobis. & ſ. e. à nobis. 2.

*¶ ¶ Gl. ſeq. reſp. per quæſtionem.*

i ¶ *Incurris.*] Ex ratihabitione prędicta. dico ergo eum excōicatum ex nūc, ſ. ex quo ratum habuit, non ex tunc quo fuit facta iniectio

[1] De inſertis loquitur gl. hoc dico: qa vna reſeruata addit aliū caſum. ſ. j. t. px. exiit in fi. duos ēt inducit Bonif. poſt cōpilōnem h⁹ lib. p extrauagātes, de teſtandæ. c. ſtatuimus. Ioan. And.

† Supple iuxta pprias facultates, ſcd̄m Anc. p c. ea noſcitur. ſ. e. i antiqs. quē ſequūtur hic do. qa de facultatib. eccleſiæ, quas ad vſum h₃ ad hoc ñ tenetur. Phili. all. 16. q. 3. §. vlt. q̄ro. q. 6. c. fi. §. fi. vñ inferunt, q fruct⁹ eccleſiæ capi nō p̄nt p delicto clerici. c. 2. ſ. de ſol. dixi in rep. mea. c. ſi iudex laicus. de ſen. exc. lib. 6. Font.

[2] Idem Io. Mon. hic in prin. Io. An.

† aliàs, inſecerit.

[3] Hoſt. hic poſuit dcm̄ Inn. ſed ipſe Inno. vr̄ hic tenere qñ tā tarde pœnituit, q nō potuit reuocare: aliàs ſec⁹. hæc diſt. colligitur ex prin. & fi. ſuę gl. I. An.

[4] Obſerua ex hac glo. modū pbādi ratificōē actus p aliū geſti. d̄ quo vide not. in l. 3. ff. de adi. leg. & l. quo enim. §. j. ff. rem rat. ha.

iniectio : licet j̃. dicatur ratihabitionem retrotrahi : quia ſatis trahitur ad tempus anterius cum ex facto anteriori ligat, licet exnunc : nec enim ſententia excommunicationis trahitur retro, ſicut aliæ ſententiæ. s̃. e. licet. quiæ ſtatim ligat, aut non ligat, nec ſuſpendit effectum ſuum. s̃. de appellat. paſtoralis. & facit quod dixi s̃. e. venerabilib. §. porro. in gl. poſt diffinitiuam. Ioan. And.

a ¶ *Comparari.*] vt j̃. de reg. iur. ratihabitionem. & dic. vt ibi not.

†Aliàs, illi⁹.

b ¶ *Non ſit facta.*] puta inimicus inimicũ ſibi clericum percuſſit: ego gaudeo, & forte illum poſtea recepto, & illi communico.

Additio. Tunc tamen incurro minorem : & ſecundum hoc exemplũ quod dixit text. vllius. intelligẽdum eſſe de maiori. Ioan. And.

c ¶ *geſtum.*] j̃. de rẽ. iur. ratum quis. & dic vt ibi.

Alma mater.] diuide prout in prima gl.

¶ Et circa hanc dictionem, alma, vide quod dixi de off. cu. c. 2. ſuper eo verbo. & habetur idẽ verbum s̃. e. lib. de reli. & ven. ſanc. c. 1. poſt princ. Ioan. And.

Casvs. Vidimus s̃. per totum diſcurſum huius ti. maxime in ca. ſi ſententia. & in c. ſi ciuitas. & in pluribus aliis c. quòd tempore interdicti diuina officia non debent celebrari in locis interdictis : nec miniſtrari ſacramenta eccleſiaſtica, exceptis aliquibus caſibus. Sed vtrum tempore interdicti debeat denegari ſacramentum pœnitentię? Iura antiqua circa morientes admittunt, ſed de ſanis nihil dicunt: Reſpondet Romanus Pontifex, quòd non ſolum morientibus, ſed etiam ſanis non debet denegari ſacramentum pœnitentiæ, etiam tempore interdicti, dummodo non ſint excommunicati. Item dummodo non ſint illi propter quorum culpam ſit poſitum interdictum : & hoc verum, niſi præſtita cautione, de qua in littera. Sed vtrum ſit indiſtincte verum, quòd tempore interdicti non debent celebrari diuina? Reſpondet quòd non : ſed intelligitur quòd non debẽt celebrari diuina publice apertis ianuis, & pulſatis campanis: ſed poſſent celebrari diuina non cantando, ſed ſubmiſſa voce : & præbendati non intereſſentes horis diuinis perdunt ſuas diſtributiones, quemadmodum ſi diuina celebrarentur alta voce : ſed iſtud fallit in quatuor feſtiuitatibus: videlicet in feſto Paſchæ, Natiuitatis Domini, Pentecoſtes, & Aſſumptionis beatæ Mariæ Virginis : in illis quatuor feſtiuitatibus, licet locus ſit interdictus, poterunt pulſari campanæ, & celebrari diuina alta voce : etiam admiſſis interdictis in auditione diuinorum officiorum: & cum illis qui ſunt cauſa interdicti, ſed debent remotius ſtare, & nõ debent appropinquare ad altare pro faciendis ſuis oblationibus, vel cauſa orandi, Poſtea Romanus Pontifex iubet antiqua iura obſeruari, non obſtantibus illis, quæ in contrarium ſtatuuntur. No. primo quòd interdictum quandoque refertur ad locum, & non ad perſonas loci: quandoque fit econuerſo, vt s̃. e. tit. & lib. c. ſi ciuitas. No. ſecundo, quòd ex non celebratione diuinorum & ſubſtractione ſacramentorum inſurgit hæreſis, indeuotio, & periculum animarum. Zabarel.

¶ *Prima gl. ſummat, & diuidit.*

d ¶ *Alma mater.*] Corrigit hæc decretalis in quibuſdam ius vetus, vt j̃. patebit, & dicit hoc, Tempore interdicti etiam ſani ad pœnitenriam admittuntur, niſi ſint excõmunicati: qui non niſi in mortis articulo admittentur, vel niſi cauſam dederint interdicto, qui non admittentur niſi ſatisfaciant, vel caueant prout poſſunt. itẽ illo tempore, Miſſę & alia diuina officia ſub pæna diſtributionũ ſicut prius in Eccleſiis celebrantur ianuis clauſis, plane, ſine excommunicatis, interdictis, & ſonitu campanarum. Et quater in anno alte cum campanis & ianuis apertis celebrare poſſunt: & excluſis excommunicatis, interdictos admittere: ita tamẽ quod hi propter quorum exceſſum latum eſt, non appropinquent altari. In cæteris ſeruandum eſt interdictum, & reuocata ſunt priuilegia vltra id quibuſcũque conceſſa. h. d. Et poteſt diuidi in 4. partes. in prima p̃mittit proœmium vſq; ibi: *Sane.* ibi ſecunda, in qua tractat de ſacramento pœnitentię, quomodo & quibus ſit exhibendum tempore interdicti vſque ad §. *Adiicimus.* Ibi tertia, vbi tractat quomodo diuina officia ſint illo tempore celebranda vſque ad §. *Cæteris.* ibi quarta & vltima, in qua quo ad cætera ſeruari præcipit interdictum, & priuilegia contraria reuocat.

---

debeat comparari. [a] Si vero iniectio eadem tuo nomine non [b] ſit facta : tunc licet pecces ratam habendo eandem, nõ tamen propter hoc excommunicationis vllius † vinculo innodaris: Cum quis ratum habere nequeat, quod eius nomine non eſt geſtum [c].

¶ Idem.

¶ *Tempore interdicti etiam ſani ad pœnitentiam admittuntur, niſi ſint excommunicati: qui non niſi in mortis articulo admittentur, vel niſi cauſam dederint interdicto : qui non admittentur, niſi ſatiſfaciant vel caueant prout poſſunt. Item illo tempore Miſſæ & alia diuina officia ſub pœna diſtributionum, ſicut prius in eccleſiis celebrantur ianuis clauſis : plane ſine excommunicatis & interdictis, & ſonitu campanarum. Et quater in anno alte cum campanis & ianuis apertis celebrare poſſunt, & excluſis excommunicatis interdictos admittere: ita tamen quòd hi propter quorum exceſſum latum eſt, non appropinquent altari. In cæteris ſeruandum eſt interdictum. Et reuocata ſunt priuilegia vltra id quibuſcunque conceſſa. hoc dicit. Ioan. And.*

## CAP. XXIIII.

Alma mater [d] Eccleſia plerumque nonnulla rationabiliter ordinat & conſulte, quæ ſuadente ſubiectorum vtilitate poſtmodum conſultius ac rationabilius reuocat, † in meliuſve commutat [e]. ¶ Sane à noſtris dudum fuit prædeceſſoribns conſtitutum, vt in terris ſeu locis eccleſiaſtico ſuppoſitis interdicto, nulla (certis caſibus & ſacramentis [f] exceptis) diuina celebrentur officia, vel miniſtrentur eccleſiaſtica ſacramenta. Quia vero ex diſtrictione huiuſmodi ſtatutorum excreſcit indeuotio populi, pullulant hæreſes, & infinita pericula animarum inſurgunt [g], ac Eccleſiis ſine culpa [h] earum debita obſequia ſubtrahuntur : cum fratribus noſtris deliberatione habita ſuper his diligenti: Concedimus, quòd tempore interdicti ab homine, vel à iure [i] prolati, non tantummodo morientes, ſed † etiam viuentes, tã ſani [k] etiam quàm infirmi, ad pænitentiam (quæ propter pronitatem & facilitatem hominum ad peccan

---

†Not. q͂ rõabiliter ſcm̃ mutatur. l. j. C. d̃ ca. toll. vbi d̃t Bal. q͂ ſicut med.-cus ſecũdũ tp̃a alterat medicinas, ita legiſlator leges, p̃ tex. hic. &c. ñ debet. de cõſ. & af. qd̃ ẽt p̃bat. l. re legatis. ff. de pœn.

¶ *Glo. ſecunda alleg. duas concor. dat ſimile, & ponit notabile.*

e ¶ *Commutat.*] quia ſecundum varietatem temporum ſtatuta expedit variari. s̃. de conſan. & af finit. non debet. & optime. 63. diſt. quia ſancta. §. verũ. nam etiam priuilegium reuocatur cum tendit ad noxam. s̃. de deci. ſuggeſtum. Et no. quòd raro inuenies & forte nunquam (ſaluo eo quod dixi s̃. de hær. contra Chriſtianos) quòd conſtitutio Bonifacij reuocet ius antiquum, quin verba exprimat, quæ hoc denotent, vt vides hic, & s̃. e. lib. de reſcrip. ſtatutum. s̃. de conceſſ. præben. c. 2. de cenſi. felicis. licet hoc non ſit neceſſe. vt s̃. e. lib. de conſt. c. 1. eſt tamen vtile. vnde non debemus eſſe faciles ad dicendum per ſuas conſtitutiones vetera iura eſſe correcta, vbi id non exprimit: quia ſi hoc intenderet, in illis expreſſiſſet, vt in iſtis. ad hoc s̃. de celeb. Miſ. cum Marthæ. verſ. Ioannes. cum ſuis concor.

† Aliàs, ita, ſed & viuẽtes.

¶ *Gl. ſeq. ſpecificat ſacramenta permiſſa.*

f ¶ *Sacramentis.*] permittebatur enim baptiſma paruulorum, pœnitentia morientium, & viaticum, confirmatio in fronte. s̃. de ſpon. non eſt 1. de pœ. & remiſ. q͂ in te. s̃. e. reſp. permittebatur etiam confectio chriſmatis. s̃. eo. ti. & lib. quoniam, & celebratio Miſſæ ſemel in ſeptimana pro cõficiendo corpore Chriſti pro infirmis. s̃. eo. permittimus. tenet etiam matrimonium contractum tempore interdicti. cum teneat etiam contractum ab excommunicato maiori. s̃. de eo qui dux. in matr. quam pol. per adult. ſignificaſti. licet enim illud ſit ſacramentum: non tamen ſic confertur gratia per illud, ſicut per alia 2. de hoc. 1. q. 1. quicquid.

1 Ibi dixit d̃ ſacramento ordinis poſt Inn. Io. An.

2 Fatetur ergo glo. q͂ in mr̃imonio cõferturgr̃a & contrariũ aſſerere eſt hereticũ. cõcil. Trid. ſeſ. 24. de ſacramẽto matrimonij. can. 1 an aũt ĩ mr̃imonio tãta conferatur gr̃a, q̃ta in reliq̃s ſacramẽtis cõſuile Theogos li. 4. ſent. diſtin. 26.

g ¶ *Inſurgunt.*] & omnibus his fuit prouidendum s̃. de conſt. c. 2. de ſepult. c. 1. Audiui de quodam loco in Marchia, q͂ tanto tempore ſteterat interdictum, quòd facta relaxatione homines illius loci xxx. & xl. annorum qui nunquam audiuerant Miſſam, deridebant presbyteros celebrantes.

Additio. Simile quod dicit Hiero. ad Atherachiam, vbi loquitur de natis in obſidione, qui non deſiderabant quam non nouerant libertatem. Ioan. And.

h ¶ *Sine culpa.*] quod regulariter eſſe non debet, j̃. de reg. iur. ſine culpa. cum ſuis concor.

i ¶ *A iure.*] pone exemplum s̃. e. li. de ele. vbi periculum. §. ciuitas. de cenſ. quanquã. de im. ec. clericis. de vſu. c. 1. de pœ. c. vl.

k ¶ *Sani.*] vide q͂ verificatur hic falſa opi. quam poſuerat Goſ. s̃. de ſpon. non eſt nobis. in fi. vbi dicit text. pœnitentias morientium, dicebat Goſ. [Tancr. & Vin.] & etiam viuorum. quoniam nulli deneganda eſt pœnitentia. allegat. de pœ. & re. q͂ quidam. de pœ. diſt. vlt. c. vlt. prophetauit. & ſuo tempore falſum dixit, licet hodie per hanc decre. ſit verum.

dum [a], ſumme neceſſaria eſt) licite admittantur [b]: dum tamen excommunicati non fuerint: quos admitti (prꝑterquam in mortis† articulo [c]) nolumus ad eandem. Illis etiam propter quorum culpam, dolum vel fraudem lata eſt ſententia interdicti, vel qui ad perpetrandum delictum, cuius occaſione ipſum interdictum eſt latum, præbuerunt auxilium, conſilium, vel fauorem: niſi de ipſo delicto (ſi ſint tales quòd id facere valeant) prius ſatisfecerint, vel de ſatisfaciendo idoneam [d] dederint cautionem: aut ſi ſatisfacere nequeunt, vel huiuſmodi cautionem præſtare, iurauerint [e], quòd cum poterunt ſatisfacient: & ad ſatisfactionem huiuſmodi per eum vel per eos qui facere ipſam debent & poſſunt, præſtandam dabunt conſilium, & auxilium, ac iuxta poſſe ſuum fideliter laborabunt: non eſt pœnitentiæ beneficium aliquatenus concedendum. Nec tunc etiam quò ad iſtos vel alios, qui circa hoc minime deliquerunt (vbi ciuitas, vel locus alius, ſeu vniuerſitas interdicti exiſtunt) facienda eſt relaxatio [f] interdicti, ſed eſt eis ſolummodo iniungenda pœnitentia ſalutaris. ¶ Adiicimus præterea, quòd ſingulis diebus in eccleſiis [g] & monaſteriis [h] Miſſæ celebrentur, & alia dicantur diuina officia, ſicut [i] prius: ſubmiſſa tamen voce, ianuis clauſis, excommunicatis ac interdictis [k] excluſis, & campanis etiam non pulſatis. Et tam canonici quàm clericis eccleſiarum, in quibus diſtributiones quotidianæ illis, qui horis interſunt canonicis, tribuuntur [l]: ſi ad officia non venerint ſupradicta, diſtributiones eaſdem amittant: ſicut interdicto perderent non extante, ſi diuinis officiis non adeſſent. ¶ In feſtiuitatibus vero Natalis Domini, Paſchæ, ac Pentechoſtes, & Aſſumptionis [m] Virginis glorioſæ, campanæ pulſentur, & ianuis apertis, alta voce diuina officia ſolemniter celebrentur, excommunicatis prorſus excluſis, ſed interdictis admiſſis: quibus ob reuerentiam dictarum ſolemnitatum (& vt ipſi ad humilitatis gratiam & reconciliationis affectum † facilius inclinentur) præfatis diebus participationem permittimus diuinorum: ſic tamen quòd illi, propter quorum, exceſſum interdictum huiuſmodi eſt prolatum, altari nullatenus appropinquent [n].

¶ Cæteris quæ circa obſeruationem interdictorum à noſtris ſunt prædeceſſoribus inſtituta, in ſuo robore duraturis: non obſtantibus quibuſuis priuilegiis, eccleſiis, monaſteriis, ordinibus, religionibus, ſeu perſonis eccleſiaſticis, ſecularibus, vel regularibus, exemptis & non exemptis, ſub quauis forma vel expreſſione verborum ab Apoſtolica ſede conceſſis [o], quæ contra tenorem præſentis conſtitutionis nullis volumus ſuffragari: cum quibuſlibet tam ſecularibus, quàm regularibus ſufficere debeat, vt tempore interdicti modo præmiſſo diebus celebrent ſupradictis.

a ¶ *Ad peccandum.*] quia procliuius eſt curſus ad voluptatem, & natura imitatrix eſt vitiorum. 20. q. 3. procliuius. & omnis ætas ab adoleſcentia prona eſt ad malum. 12. q. 1. omnis ætas. & natura humana facile labitur ad delicta. in authent. de monachis. §. ſi vero his. coll. j. vnde eſt pœnitentia ſecunda 1 poſt naufragium tabula, qua ſuſtinemur poſt caſum. de pœn. diſt. j. ſecunda poſt naufragium. & poſt baptiſmum, qui lapſus fuerit in peccatum, per eam reparatur. ſ. de ſum. trin. firmiter. ad fi.

1 Vide cōcil. Tridēt. ſeſ. 6 c. 14. đ lapſ. & eorū reparatione.

† Nā in mortis articulo nulla eſt caſuū reſeruō, atq; iō oēs ſacerdotes quoſlibet pœnitētes à qbuſuis peccatis, & cenſuris abſoluere pñt: ita cōcil. Tridē. ſeſ. 14. c. 7. đ caſuum reſeruatione.

¶ *Gloſſ. quærit, arg. pro, ſoluit contrarium.*

b ¶ *Admittantur.*] ſed nunquid talibus ſanis poſt pænitentiam dari poſſet Euchariſtia? & videtur quòd ſic: cum ipſa per pœnitentiam intelligatur. ſ. de pœn. & remiſ. quod in te. Sed dic contra 2; nam licet eo caſu per pœnitentiam intelligatur viaticum, vt ibi, non tamen ſimpliciter Euchariſtia: nam iſta eſt regula à canone tradita, quòd nulli pœnitenti eſt denegandum in morte viaticum. 3 50. diſt. pœnitentes. in fin. licet igitur Euchariſtia, vt viaticum eo tempore permittatur *his qui ſunt in via* huius ſeculi, non tamen ſanis reperio *permiſſum: & ſic an*tiquitati ſtabo, & dicam prohibitum. C. de appella. pręcipimus. ad hoc j. §. proxi. in fi. vbi dicit, ſolummodo.

2 Idem Arc.

3 Quid ſit iſtud viaticū, Pan. ponit c. qđ ī te hic all. tex. ī c. interrogo j. q. j. Font.

Additio. Sic circa ſacramenta nihil ſit immutatum, niſi quo ad pœnitentiam. & idem Arch. Ioan. And.

c ¶ *Articulo.*] tunc enim ipſi pœnitentes abſolui poſſunt à ſacerdote. ſ. de ſepul. c. fi. etiam ſi tale eſſet excommunicationis genus, quod non poſſent abſolui niſi à Papa. 17. q. 4. ſi quis ſuadente.

d ¶ *Idoneam.*] ergo non nudam, ſed pignora vel fideiuſſores. C. de verb. ſignific. ſancimus.

Cautio idonea pignora vel fideiuſſores cōphēdit, ñ nudā promiſſionem.

e ¶ *Iurauerint.*] ad idem ſ. de don. inter vir. & vxo. per veſtras. C. de epiſc. & cle. auth. generaliter.

f ¶ *Relaxatio.*] facit ad ea quæ not. de pœn. & remiſ. quod in te. in fin. 4 igitur ſi is propter cuius culpam latum eſt interdictum, ſatisfacere vult, tolletur interdictum: ſi non propter eius culpam, ſed alterius ipſe punitur, eius ſatisfactio non requiritur. ſ. e. tit. & lib. ſi ſententia. §. j. ſi autem culpabilis fuit, puta conſiliarius vel auxiliarius, licet tollatur cautio & iniungatur pœnitentia, non relaxabitur interdictum.

4 Et vide ibi qđ poſt Inn. dixi ſup ſin. vl. gl. Io. An.

g ¶ *Eccleſiis.*] non intelligas de eccleſiis interdictis, ſed ſitis in loco interdicto. quod patet ſ. §. j. ibi, terris ſeu locis. ad idem ſ. de verb. ſign. cum in partibus. ſic etiam loquitur ſ. de pœn. & remiſ. quod in te. de priuil. quod nonnullis. ibi, cum commune terræ fuerit interdictum.

Additio. Ad huius intellectum vide quod ſcripſi ſ. e. ti. & lib. c. præſenti. ſuper ver. loca. Ioan. And.

h ¶ *Monaſteriis.*] & nomine eccleſiarum intelliguntur monaſteria. 54. diſt. c. abbati. §. hac autem auctoritate.

Additio. vide quod no. & dixi ſ. e. lib. de ſup. neg. præl. grandi. ver. præſertim. in gl. no. & ſuper ipſa. Ioan. And.

i ¶ *Sicut prius.*] hoc ſtatim determinat per ſequentia.

¶ Et 5 per hoc dic, ꝙ non ſolum Miſſæ ordinariæ poterunt dici, ſed etiam peculiares & pro pecunia.

5 Hæc verba vſq; in fi. h9 gl. ñ ſunt de gloſ. Io. An. nec hñr in vetuſtiorib. cod. Illa aūt verba, & ꝑ pecunia, intellige qđ. ꝑt recipi pecunia ñ tāq̄ ꝑtiū, ſed ad ſuſtentationē & ꝑ eleemoſyna.

¶ *Seq. gl. quærit arg. affirmatiue: ſed contrarium ſoluit.*

k ¶ *Interdictis.*] quid de non interdictis? Videtur à contrario quòd eis præſentib. poſſit celebrari: ſed dic cōtrarium, quia interdicto loco omnibus interdictum intelligitur ibi audire diuina, niſi ſuper hoc ſint priuilegiati. & videtur expreſſum ſ. e. li. de priuil. licet. quę dec. etiam videtur ſuperflua ꝑ iſtam. Sed dic vt dixi in princ. immo ſi decr. illa intelligeretur de priuilegio iuris communis, puta dato hodie per hãc decr. ibi eſſet caſus.

† Aliàs effectum.

l ¶ *Tribuuntur.*] & illis tantum, non aliis tribui debent: & cōſuetudo contraria ñ valet. ſ. e. lib. de cle. non reſi. c. vnic.

¶ *Seq. gl. definit altercationem: ſecundo quærit & ſoluit.*

m ¶ *Aſſumptionis.*] Not. terminatam altercationem quærentium quod eſt ſolemnius feſtum: an feſtum Aſſumptionis, an feſtum Natiuitatis 6 Virginis glorioſæ: habet enim Eccleſia, ꝙ ſit celebrius feſtum Aſſumptionis, vt hic vides. & ſ. de obſer. ieiu. c. j. Sed in his feſtiuitatibus quantum poterit celebrari? Dic, ꝙ in vigilia feſti ad veſperas 7: quia tunc quò ad officiorum celebrationem incipit dies. 75. diſt. quod die. & ſ. de fer. c. 2. & credo quòd continuare poterunt officium vſque ad veſperas feſtiuæ diei incluſiue. completorium autem & reliqua poſt veſperas cantare non poterunt, ſecundùm hanc formam per iura prædicta.

6 vel Annunciationis, đ quo plus videbatur. Ioan. And.

7 Idē Arc. & fac. cle. j. de reli. & ve. in fi. & hoc ex obſeruãtia eſt indubitatum. Io. An.

n ¶ *Appropinquent.*] Vberiorem gratiam igitur habebunt qui non peccauerunt, quàm ij qui peccauerunt 8: & merito. nam & ſpeciale eſt in hac ſententia contra rationem iuris quòd alius pro alio puniatur. ſ. de iniur. & dam. dat. c. vnic.

8 đt Io. Mo. gr̃a effuſa plus vel minus affluit prout ſubiectū gr̃æ pl9 *vel minus ſe* coaptat influenti. alle. qđ no. 16. q. 1. poſitiōes. & ff. de vſu & ha. plenū. §. j. & §. eq̄. tij.

¶ *Seq. gl. exemplificat, ſecundo ſoluit duo dubia.*

o ¶ *Conceſſis.*] Erant fratres Minores, Prædicatores, & quidam alij priuilegiati, vt certis ſuis feſtiuitatibus celebrare poſſent tempore interdicti, interdum vſque ad octauas: hæc & ſimilia priuilegia ſunt reuocata, & puto [Idem Archid.] etiam per hęc verba generalia reuocatū priuilegium Templariorum & Hoſpit

ſpitalariorum, quo in eorum iocundo aduentu ſemel in anno aperiebatur vna eccleſia in loco tpe interdicti, & celebrabantur diuina. s̃. de priuile. vt priuilegia. Et intelligas de prioribus priuilegiis, quæ reſpicit hæc cõſtitutio, non de poſterioribus, cum ſibi vel ſucceſſoribus legem imponere nõ potuerit: licet indicare potuiſſet.

s̃. e. li. de reſcr. c. vlt. C. de ll. digna vox. ḋ ele. innotuit. in ant.

DE VERBORVM ſignificatione.

Cõtinuatio dom. Heliç. ¶ *Dictum fuit s̃. per diſcurſum titulorum præcedentium de variis conſtitutionibus editis ſeu factis circa iudices, circa iudicia circa clericos, circa matrimonia, & circa delicta: verum quia aliquotiens dubitatur de ſignificatione verborum poſitorum in dictis conſtitutionibus: ideo annectitur rubrica præſens, de verborum ſignificatione.*

## TITVLVS XII.
## De verborum ſignificatione.

¶ Innocentius quartus.

¶ *Declarat hic Innocentius quid ſignificet verbum priuilegij: Recepimus vos in proprios filios Eccleſiæ Romanæ. & quis locus dicatur eſſe deſertus. hoc dicit. Ioan. And.*

### CAP. I.

VEniens [a]: & infra. ¶ Per [b] illa verba priuilegij, in ſpeciales & proprios Eccleſiæ Romanę filios vos recepimus: dictos fratres exemptos non [c] intelligi, & ipſos ex illo in proprios eiuſdem Eccleſię filios fuiſſe receptos, quòd ab alio quàm à Romano Pontifice, vel legato ab eius latere [d] †

VEniens.] Iſta decr. diuiditur in quinque partes: Primo declarat quid conferat priuilegium filiationis. Secundo ibi, *Illum.* quis locus dicatur deſertus, & circa eccleſias talium locorum quatuor articulos declarat. Tertio in §. *Cæterum.* diffinit articulum decimarum. Quarto ibi, *in aliis,* fit reſeruatio iuris epiſcopalis & parochialis. Quinto ibi, *Per declarationem*, fit proteſtatio de iure vtriuſque. Et ſcias prout j̃. tangit gl. incip. *Sed in quo.* quòd fratres Templi & Hoſpitalis in quæſtione quam habebant cum epiſcopo Tyberiacenſi produxerunt quædam priuilegia Alexandri, & Lucij, de quorum certis verbis dubitabatur quid ſignificarent: quòd hic in principio diffinitur. ſed Inn. tangit, & Abb. clarius, quòd hic loquitur de quodam ordine, qui dicitur S. Iacobi, & eſt in Hiſpania: & ſunt laici vxorati certis diebus in ſeptimana abſtinentes à thoro vxorum, habent tamen clericos in ſuo ordine: & ſic legendo ceſſarent aliquæ obiectiones, de quibus j̃. dicetur. Et quod in cap. ſequitur, ideo non ſummaui, quia non reſpicit titulum. Ioan. And.

Casvs. Romanus Pontifex Hoſpitalarios S. Ioannis recepit in proprios & ſpeciales filios ſedis Apoſtolicæ, ſecundùm cõem intellectum huius c. & ſuper hoc fuit confectũ inſtrumentum authenticum ad fidem ſuper hoc faciendam: poſtea accidit, ꝙ aliqui iſtorum Hoſpitalariorum perpetrauerunt aliqua delicta ratione quorum fuerunt conuenti coram ordinario loci in cuius diœceſi perpetrauerant delicta: qui Hoſpitalarij conuenti excipiendo propoſuerunt, ꝙ non tenebantur litigare coram diœceſano, quia erant exempti à ſua iuriſdictione, & produxerunt dictum inſtrm̃: Ad illud probandum dicebat diœceſanus ꝙ per illa verba, *Recepimus vos in proprios & ſpeciales filios*, nõ erant exempti à iuriſdictione ordinarij, & per conſequens tenebantur coram eo litigare: Conſultus Romanus Pontifex interpretando ſeu declarando illa verba, reſpõdit, ꝙ per illa verba non videtur data fuiſſe eis exemptio à iuriſdictione ordinarij: quid ergo important illa verba? Reſp. Rom. Pont. ꝙ illi qui ſic ſunt recepti in ꝓprios & ſpeciales filios Rom. Eccleſię non poterunt excõicari, ſuſpendi, vel interdici à quoquam iudice, quàm à Papa, vel eius delegato, & hoc importãt illa verba: ſed per hoc non ſunt exempti à iuriſdictione ordinarij. Sed ponamus ꝙ Rom. Pont. Hoſpitalariis S. Ioann. dedit priuilegium, vt ipſi in locis deſertis ad ipſos ſpectantibus poſſint capellas ędificare ſine licentia diœceſani: Item ꝙ poſſent pręſentare diœceſano clericos idoneos ad ſeruiendum in illis capellis: Dubitandum fuit de iſto vocabulo, *Deſertis*, quis locus diceretur deſertus? Conſultus Rom. Pont. reſp. ꝙ ille locus dicitur deſertus in hoc caſu quantum ad propoſitum noſtrum, qui nõ fuit cultus à memoria hominũ à Chriſtianis vel Sarracenis, vel etiam ſi fuit cultus à Sarracenis, non tamen à fidelib. à memoria hominum: tunc ille locus dicitur deſertus quantum ad effectum priuilegij, vt ipſi Hoſpitalarij poſſint in eo ædificare capellas, & vti priuilegiis à ſede Apoſtolica ſibi conceſſis in locis deſertis. [*Recepimus*] hucuſque durant illa verba. [*In præmiſſis*] quia in aliis caſibus dicitur deſertum à tempore quo quis renuntiauit appellationi: licet non ſit lapſum tempus memoriam hominũ excedens. [*Subiecti*] licet dicti fratres haberent facultatem conſtituendi eccleſias in locis deſertis, & inſtituendi clericos ibi: tamen quia non eſt commiſſa cura animarũ ipſis clericis, ideo debent pręſentare diœceſano, vt committat illis curam animarum. Et licet iſti Hoſpitalarij poſſint inſtituere clericos in illis capellis, inſtitutione quæ dicitur inſtitutio collatiua tituli: non tamen poſſunt inſtituere inſtitutione auctorizabili, ſed requiritur quòd adeant diœceſanum, vt dictum eſt. [*Reſeruato*] quia ſi iſti Hoſpitalarij habeant proprias poſſeſſiones in locis deſertis, quas poſſeſſiones ipſi colunt propriis manibus vel propriis ſumptib. coli faciunt, ipſi ſoluunt decimas iſtis clericis ſui ordinis, & non parochialibus eccleſiis. Sed vtrum eorum clerici, qui recipiunt decimas, debeant ſoluere quartam epiſcopo? Reſpondet quòd non: imo in hoc ſunt priuilegiati, vt non ſoluant aliquam portionem epiſcopo pro iure decimandi: ſed de aliis poſſeſſionibus, quas non colunt, nec coli faciunt propriis ſumptibus, debet ſoluere decimas epiſcopo. [*Derogari*] Hoc refertur ad primum dictum capituli: hoc eſt, per illa verba, *Recepimus vos in ſpeciales filios Romanæ Eccleſiæ*, non probant exemptionẽ: tamen dixit Rom. Pontifex quòd ſi iſti fratres obtinuerunt à ſede Apoſtolica exemptionem, non intendit per hoc præiudicare aliis ſuis defenſionibus, per quas poſſent probare exemptionem maiorem, ſed ſolum intendit declarare, quòd per illa verba, *Recepimus vos in proprios & ſpeciales filios ſedis Apoſtolicæ*, non probatur plena exemptio. Nota primo principalem effectum principij huius capituli: videlicet, quòd per illa verba, *Recepimus vos in proprios & ſpeciales filios Romanæ Eccleſiæ*, non probatur plena exemptio: ſecus ſi Papa dixiſſet, recepimus vos in proprios & ſpeciales ſubiectos Romanæ Eccleſię: vt in c. ſi Papa. de priuileg. Nota vlterius quid important illa verba, *Recepimus vos in proprios & ſpeciales filios Romanæ Eccleſiæ*: nam important, vt illi fratres non poſſint excommunicari, vel ſuſpendi, aut interdici ab alio quàm à Papa, vel legato de latere. Et licet textus non faciat mentionem de ſuſpenſione, tamen eſt idem dicendum ſicut de interdicto: nam ſuſpenſio eſt quoddam interdictum, vt dicit gl. Nota quòd locus dicitur deſertus, qui à memoria hominum non fuit cultus, & talis cultus appellatur nouale. Et dicitur nouale, terra de nouo reducta ad agriculturam, quæ non fuerat culta à memoria hominum. Et ponderanda eſt dictio, *Hominum.* per hoc enim ſoluitur quæſtio vtrum illa terra dicatur noualis, quæ non fuit culta à centum annis, nec fuerunt percepti fructus, ſed tamen apparent ſulci, & apparet quòd aliàs fuit culta? Dicendum, quòd nihilominus dicitur talis terra noualis, quia ſulci non ſunt in memoria hominum. Et ſic licet in aliqua terra appareant ſigna, dum tamen non fuerit culta à memoria hominum, illa terra dicitur noualis. Nota quòd quis non poteſt ædificare eccleſiam in loco non exempto ſine licentia diœceſani. Quid ſi de facto ædificauit abſque licentia diœceſani? Dicendum ꝙ locus ille nõ debet deſtrui, ſed dos applicabitur epiſcopo, qui poterit de illa eccleſia diſponere, & in ea clericum inſtituere, non ad præſentationem ædificantis, & illi clerico aſſignare illam dotem. Nota quòd fratres S. Ioannis non ſunt à iuriſdictione diœceſanorum exempti priuilegio clauſo in corpore iuris: quia dicit textus, quòd bene apparet quòd fuerunt recepti in proprios & ſpeciales filios Romani Pontificis: ſed proteſtatur Papa, quòd non intendit derogare eorum priuilegiis, ſi habeant ampliora priuilegia. Nota vnum caſum, in quo decima non ſoluitur eccleſiæ parochiali, ſed clericis illius ordinis: vt ſi fratres S. Ioannis habeant poſſeſſiones, quas excolunt vel excoli faciunt propriis ſumptib. non ſoluunt decimas eccleſiis parochialibus, ſed clericis ſui ordinis. Nota caſum, in quo epiſcopus non conſequitur quartam decimarum: videlicet à clericis fratrum S. Ioannis, & hoc verum de decimis receptis à terris, quas excolunt propriis manibus, vel propriis ſumptibus excoli faciunt: ſecus ſi dederint illas poſſeſſiones aliis excolendas, vel in emphyteuſim, vel ad perpetuum cenſum: ideo fratres S. Ioannis, qui tradunt aliis ſuas poſſeſſiones ſub hac qualitate: tradimus tibi tales poſſeſſiones quittatas & exemptas à ſolutione cuiuſcunque decimæ, male faciunt: nec illo modo poſſunt tradere ſuas poſſeſſiones, & hoc verum niſi habeant amplius priuilegium: nam priuilegium tantum valet quantum ſonat. Nota etiam, quòd per receptionem in proprios filios, non conceditur exemptio. de quo vide s̃. de priuil, ſi Papa. Nota finaliter arg. quòd legatus de latere, poteſt ſe intromittere de reſeruatis Romano Pontifici. de quo s̃. de off. del. quod tranſlationem. Dominicus.

† Pe. de An. negat p hũc text. ꝓbari legatos cognoſcere poſſe ḋ cauſis exẽptorũ: q̃a hic ẽ priuilegiũ, nõ ius cõe. itẽ æq̃paratur ordinariis, q exẽptos nõ iudicant: no. s̃. de off. le. trãſlõnem. Font.

¶ *Prima gl. ſummat.*

a ¶ *Veniens.*] Declarat hic Inn. quid ſignificet verbum priuilegij, Recepimus vos in proprios filios Eccleſiæ Romanæ. Et quis locus dicatur eſſe deſertus.

b ¶ *Per illa verba.*] quaſi dicat, poſſent illi habere alia priuilegia, per quę eſſent exempti, ſed per iſta non ſunt: eſt enim quędam declaratio, per quam non præiudicatur aliis defenſionibus, vt dicit in fin.

c ¶ *Non intelligi.*] idem habes s̃. eod. libr. de priuileg. ſi Papa. §. ſimiliter. & vide j̃. de hoc in gloſ. ſed in quo ſunt iſti priuilegiati.

d ¶ *Latere.*] Not. igitur differẽtiã inter legatos de latere & reliquos

quos. ad idem ſ. de of. le. c. pe. & ſ. e. ti. c. 1. Satis eſt ergo hic ꝙ verba aliquid conferant & aliquid operantur. ſ. eo. ti. Abbate.
¶*Gl. ſeq. ſoluit duo dubia.*

a ¶*Interdici.*] ſatis puto idem in ſuſpẽſione: cum illa ſit quoddam interdictum 1, & omnia ea continentur ſub appellatione cenſuræ. ſ. e. ti. quærenti. Et quod dicit, à quoquam, intelligo etiã ordinario. Nec obſt. ſ. e. lib. de priu. ne aliqui. quia vt ibi dicitur, illa decre. non habet locũ in religioſis, quibus conceſſum eſt priuilegium tale ratione loci vel ordinis. ad ad idem. ſ. e. lib. de priui. c. 1. §. in eos.

1 Hoc patet ſ. e. ti. is cui coniũcto. 3. reſp. cũ 1. & 2. Ad idẽ ſ. ti. j. c. j. ſi q̃s cũiũctis. cũ illa decr. ſacro. co. ti. & decr. epõrũ, ſ. e. li. de priuil. & decr. 2 ſ. e. li. de of. del. Io. An.

destinato, interdici [a], vel excommunicari à quoquam non valeant, declaramus. ¶Illum locum deſertum in præmiſſis intelligimus, qui non habitatus penitus [b] neque cultus fuerit, vel vltra memoriam hominum (ſecundum indulgentiam Lucij) eſt ſub Sarracenorum poteſtate detentus [c]: cẽſentes eccleſias in talibus deſertis locis à fratribus ipſis cõſtructas, ſeu etiam cõſtruendas [d], in eo plena libertate gaudere: vt ſecundum indulgentiam Lucij, nihil ab ipſis legis [e] diœceſanæ nomine valeat per epiſcopos exigi: quæ (ſecundum priuilegium Alexandri) non poſſunt interdicto, ſeu excommunicationi ſupponi: quas in locis huiuſmodi dicti fratres habeant poteſtatem (petita [f] à ſede [g] Apoſtolica licentia) conſtruendi, eaſque cum ſuis plebibus per ſuos clericos idoneos gubernent, qui ratione plebium examinandi [h] epiſcopis præſententur: vt ab eis [i] curam recipiant animarum, cum plebes epiſcopis ſint ſubiectæ [k], ¶Cæterum dicti fratres decimas de laboribus & noualibus ſuis, quos ꝓpriis manibus aut ſumptibus excolũt, & aliis bonis [l] ſibi à Deo præſtitis, conuentibus clericorum ordinis ſui (à quibus [m] quarta vel tertia nullatenus exigatur) cum integritate perſoluant [n], ſalua moderatione concilij generalis [o]: In aliis [p] eorum poſſeſſionibus iure communi, ſeu quolibet alio eccleſiis parochialibus & diœceſano epiſcopo reſeruato. Per declarationem [q] autem huiuſmodi nolumus defenſionibus aliis, ſeu iuribus partium derogari.

¶Nicolaus tertius †.

¶*Declarat manifeſtum & euidens eſſe ſynonyma, & idẽ ſignificare quo ad caſum decreta. de elect. ſi forte. Ioan. And.*

## CAP. II.

CONSTITV-

b ¶*Penitus.*] ſcilicet quia non eſt memoria quòd habitatus vel cultus fuerit à Chriſtianis vel Sarracenis, & idem in ſequẽti caſu, ſ. quando habitatus vel cultus fuerit, ſcilicet à Sarracenis; nec eſt contrarij memoria, ſcilicet quòd à Chriſtianis fuerit habitatus vel cultus.

c ¶*Detentus.*] ſ. de re iud. abbate, e. lib.

d ¶*Conſtruendas.*] petita licentia à Papa, vt j. verſ. quas in locis.

e ¶*Legis diœceſanæ.*] eſt lex diœceſana, & lex iuriſdictionis, de quib. plene not. x. q. j. in ſumma. & ſ. de off. ord. dilectus. Suberunt ergo lege iuriſdictionis: præter id quòd ſunt exempti per priuilegium Alexandri vt ſequitur.

Additio. Vnde ſub diœceſanis poterunt cõueniri ſecundum Inno. & vide quod no. ſ. e. lib. de priui. c. 1. §. in eos. in gl. 2.

f ¶*Petita.*] intelligas & obtenta: confidenter autem poſtulẽt, quia illam obtinebunt. ſ. e. lib. de cenſi. Romana. ver. ſi vero.

g ¶*A ſede Apoſtolica.*] aliàs ſufficit licentia diœceſani. de conſec. diſt. 1. nemo. & concor. ad hoc ſ. e. lib. de priui. auctoritate. vbi quo ad hoc diſtinguitur inter loca exẽpta & non exẽpta.

h ¶*Examinandi.*] ne ad animarum regimen promoueantur indigni: cum hoc caſu promotori inferatur pœna. ſ. de ele. nihil eſt. eſt enim ars artium, regimen animarum. ſ. de æta. & quali. cum ſit.

i ¶*Ab eis.*] ſcilicet diœceſanis epiſcopis.

k ¶*Subiectæ.*] cõcor. ſ. de præb. in Lateranen. & c. de monachis. & e. li. & e. ti. c. 1. ſ. de pri. cum & plantare. §. cum in eccleſiis. Et tales rectores ſic inſtituti ſunt perpetui vicarij, nequeũtes abſque cauſa rationabili remoueri. ſ. e. lib. de capel. mo. c. 1.

l ¶*Bonis.*] vndecunque proueniant, licite tamen acquiſitis. de hoc 14. q. 5. in ſumma. ſ. de deci. ex tranſmiſſa.

m ¶*A quibus.*] clericis ſcilicet ordinis ſui.

¶*Gl. ſeq. obiicit & ſoluit exprimẽdo ſex, in q̃b. obtinẽt iſti fratres.*

n ¶*Perſoluant.*] ſed in quo ſunt iſti priuilegiati quo ad hoc: nõne iſti fratres de iure ſunt priuilegiati, ꝙ non teneantur ad decimas laborum & noualium. ſ. de deci. ex parte. 1. ſunt enim iſti de quib. hic Papa loquitur Templarij, Hoſpitalarij Hieroſolymitani: qui cum Tyberiacen. epiſcopo quæſtionem habebãt ſuper diuerſis articulis: in qua cauſa produxerũt priuilegia ſuperius dicta. Sciendum eſt ꝙ iſti fratres laici ſunt ex ordine; quia ordinem clericalem non habent, quidam ex eis ſunt milites. ſ. de ſen. exc. canonica. alij ſunt clerici. Iſti igitur fratres de laborib. & noualib. quæ colunt, ſoluent decimas ſibiipſis 2, id eſt, clericis fratrib. ordinis ſui: q clerici de his decimis epiſcopo nõ dabunt quartam, quam aliàs de iure communi deberet habere. ſ. de of. or. conquerente. de præſcr. de quarta, eſt enim quarta de lege diœceſana. ſ. de of. or. conquerente. à qua nulli ſunt exempti: vt ſ. vidiſti. Si igitur bene aduertis per hæc ſua priuilegia, iſti obtinent prius in eo: quia ex quo ſunt proprij & ſpeciales Eccleſiæ Romanę filij: ab ipſo epiſcopo interdici vel excommunicari non poſſunt. Item ꝙ ratione eccleſiarum per eos conſtructarum in locis deſertis nihil legẽ diœceſana debent epiſcopo. Tertio, quòd propter eas excommunicari vel interdici non poſſunt. Quarto quòd ſolum per ſuos clericos eas gubernant. Quinto quòd decimas laborum & noualium, & alia quæ colunt, clericis ſui ordinis, & ſic ſibiipſis ſoluunt. Sexto ꝙ de illis decimis quartam epiſcopo nõ ſoluunt, Io. An.

2 Dicebat ergo Hoſti. & poſt eũ Io. Mo. & Arc. ꝙ iſti grauãtur in vno: quia ſoluũt ad q̃d nõ tenẽtur p ꝓdi. decr. ex parte. Sed ſtatim releuantur in alio, quia ſoluũt clericis ordinis ſui: iuxta reg. ſ. d paroc. c. j. & ff. d iniu. eũ qui. in prin. Ioan. And.

o ¶*Generalis.*] ſ. de deci. nuper. ſcilicet quòd de poſſeſſionibus quæſitis poſt concilium ſoluãt decimas.

Additio. Vnde dicebat Innoc. quòd hoc vult iſta moderatio, quòd iſte ordo S. Iacobi de quæſitis poſt concilium integras decimas ſoluat, intellige parochiis quib. debẽtur. Ioan. And.

p ¶*In aliis.*] ſcilicet quas aliis colendas tradunt, vel ab aliis colendas recipiunt: Vel de quibus antequam fierent noualia magni prouẽtus proueniebant: Vel quæ ſunt ipſorum quo ad primæuum & directum dominium; tamen parochiani eas poſſidẽt & tenent: pone habentes eas per emphyteuſim. ad hoc ſ. de deci. dilecti. & c. licet. & ſ. eo. quid per nouale. ad fi. de acquiſitis poſt conſilium dixerat ſ. ꝓx.

¶*Gl. ſeq. reci. per obiec. & ſolutionem.*

q ¶*Per declarationem.*] No. verbum ſi ageretur de exemptione, & exemptio non probaretur, & pronuntiaretur contra opponentem, bene fieret præiudiciũ: ſaltem quo ad eum, licet nõ quo ad ſuperiorem. ſ. de priui. cũ olim. de reſt. in inte. c. 2. quia ſi non appellatur à ſententia prętextu priuilegiorum de nouo repertorum, non reuocatur ſententia. ſ. de re iu. inter monaſterium. & c. ſuborta. ſed hic non diffinitiue pronuntiat: ſed declarat quodãmodo interloquendo quid importent verba priuilegij, vnde licet per illud priuilegium qui ſunt recepti in filios, non ſint exempti: ſi habent alia priuilegia exemptionis, bene ſunt exempti, vt dixi in pr. non enim pronuntiat illos exemptos vel non, ſed declarat quid illa verba priuilegij importent. Idem in aliis caſibus, de de quibus ſ. dicitur.

† In pleriſq; antiq; cod. ẽt impreſſis ita, Nicola' quartus.

C*Onſtitutionem.*] Continet tria dicta, q̃ patent in rubro. Secundum ibi, *Cæterum*. Tertium ibi, *Statutum quoque.* Et olim incipiebat, *Coniurationem*: & fuit multũ deciſa. Io. An.

¶In hoc c. ponuntur duę declarationes: Primò quòd quantum ad materiam c. ſi forte, ſ. de elec. non eſt differentia inter euidens & manifeſtum, ſed idem ſignificant. Secundò ponitur, quòd illi dicuntur coniuratores, qui ſe obligant ad non recipiendum aliquem auctoritate Apoſtolica in ſuis eccleſiis, & ſunt vt conſpiratores puniendi.

Casvs. Dicitur in c. ſi forte, all. ꝙ ſi inter cætera, quæ opponũtur electo, opponatur euidens defectus, qui concernit perſonam ſuam: puta quia caret oculo, vel quia patitur defectum ſcientiæ, de illo eſt prius inquirendum: & ſi opponens deficiat in probatione illius, punitur ac ſi in probatione omnium defeciſſet. Sed quid ſi illud crimen ſeu vitium non ſit euidẽs, ſed manifeſtum: & poteſt probari. (Vnde euidens proprie dicitur quod ſemel factũ ſemper durat. c. euidentia. de accu. in antiq. ſed manifeſtum dicitur quod non durat in apparẽti, ſed tamẽ poteſt probari de facili) vtrum ſit idem? Reſp. Romanus Pontifex, ꝙ ſic: quia quantum ad hoc euidens & manifeſtum idem ſignificant. Sed ponamus ꝙ canonici eccleſiæ Pictauen. ſimul conuenerunt, & adinuicem promiſerunt mediante iuramẽto, & ſic eſt coniuratio: vel ſine iuramento, & ſic eſt ſimplex conſpiratio, ꝙ non reciperent expectantes auctoritate Apoſtolica, ſed eos repellerent: vtrum tanquam conſpiratores ſint puniendi? Reſp. ꝙ ſic. Et ſi per modum ſtatuti hoc fecerint, non valet huiuſmodi ſtatutum. Not. primo iuncta gl. differentiam inter euidens & manifeſtum: nam euidens accipitur pro notorio facti euidentis, quod cunctis apparet. No. vlterius quòd licet cap. ſi forte. allegatum dicat, quòd ſi opponatur contra

electum

tionem [a] felicis recordationis Gregorij Papæ prædeceſſoris noſtri editam in concilio Lugdunenſi, [b] vt ſi forte inter cætera quæ obiiciuntur electo aut poſtulato, ſeu aliàs promouendo ad aliquam dignitatem, euidentem ſcientiæ, vel alium perſonæ defectum opponi contingat, de illo primitus cognoſcatur: & ſi opponentem inuentum fuerit deſtitui veritate, à cauſæ illius proſecutione totaliter ſit excluſus, & aliàs puniatur ac ſi in obiectorum probatione omnium defeciſſet [c]: In illo qui manifeſtum [d] defectū in viſu [e], auditu, & aliis corporis† ſenſibus, necnon & in memoria, & etiam intellectu [f], opponit electo locum habere: ac quo ad intentionē [g] cōſtitutionis ipſius, manifeſtū & euidēs, idem ſupponere declaramus.

†Aliàs, corporeis.

*¶Declarat conſpiratores & coniuratores, qui iurauerunt & ſtatuerunt de non recipiendo aliquem in canonicū ad mandatū Papæ, donec poſſent reſiſtere. Ioan. And.*

¶Cæterū canonicos cuiuſuis eccleſiæ, qui ſtatutum [h] fecerunt ſolemniter, & iuramento firmarunt, ꝙ eccleſiam ſuam & ſeipſos contra omnes impetrantes canonicatum ipſius eccleſiæ defenderēt vſque ad ius vel ſententiam, quantum poſſent ad iudicium domini Papę vel ſpecialis mandati eiuſdem: & quod communibus expēſis, ac cum procuratorio ſigillo capituli ſigillato eadem defenſio fieret: & quòd quandiu aliquis de canonicis eiuſdem eccleſiæ defenſionem huiuſmodi, & oppoſitionem vellet prędicto modo [i] ſubire, alij canonici non poſſent, nec deberent recipere in canonicum, nec habere pro canonico in capitulo, vel extra capitulum impetrantem: Conſpiratores & coniuratores contra ſanctam Romanam Eccleſiam, ac libertatem, obedientiam, & auctoritatem ipſius, decernimus, & eoſdem tanquam conſpiratores ac coniuratores, ſecundum ſanctiones canonicas [k] puniendos.

*¶Statutum de non recipiendo aliquem ad Papæ mandatum multis ex cauſis eſt deteſtabile & illicitum, hoc dicit.*

¶ Statutum quoque ipſum

electum euidens defectus, ꝙ de illo eſt prius inquirendum: & deficiēs in probatione puniatur ac ſi in probatione omnium defeciſſet. Idem eſt dicendū de defectu manifeſto: ſed hoc poterat colligi in d.c. ſi forte. quia ibi fit mentio de defectu ſcientiæ: qui defectus proprie non dicitur euidens, ſed manifeſtus: quia ꝓbatur faciendo debitam examinationem. No. ꝙ differentia eſt inter cōiurationem & conſpirationem: qꝛ cōiuratio eſt, quando plures ſimul conueniūt de ſtādo contra aliquem, & ſuam conuentionem firmant iuramēto: Sed cōſpiratio eſt quando plures faciunt monopolium, & cōueniunt de ſtando contra aliquem, ſed conueniunt ſine iuramento. Et dicitur conſpiratio à con, qđ eſt ſimul, & ſpiratio, quaſi ſimul, id eſt, vna ſpiratio. Vel dicitur à con, quod eſt contra. Et tales cōiurationes & conſpirationes tam ſecūdum leges, quàm ſecundum canones ſunt prohibitę. ſecū dum leges eſt tex. in l. denūtiamus. C. de his qui ad eccl. confu. l. vnic. C. de monopo. & imponitur ſecūdum leges grauis pœna. Not. etiā tres modos quib. poteſt prouideri dignitatib. per electionē videlicet, promotionem, & poſtulationem No. finaliter, ꝙ patiēs defectum in memoria vel intellectu eſt inhabilis ad dignitatem. Et pondera; quia vult textus quòd talis defectus poſſit eſſe euidens & manifeſtus. Dominicus.

*¶Prima gloſſa diuidit & ſummat: & dicit quid primo declaret.*

a ¶ *Conſtitutionem.*] Primo declarat manifeſtum & euidens, eſſe ſynonyma, & idem ſignificare quo ad caſum decr. de elec. ſi forte. ſecundo declarat conſpiratores & coniuratores, qui iurauerunt & ſtatuerunt de non recipiendo aliquem in canonicum ad mandatum Papę, donec poſſent reſiſtere. Tertio declarat tale ſtatutum deteſtabile & illicitum multis ex cauſis. Secunda ibi: *Certum.* Tertia ibi: *Statutum quoque.* Et declarat primum dictum vt ſupra dixi decretal. ſ. e. lib. de elect. ſi forte. Et quæ ibi no. Gar. & Guil.

b ¶ *Lugdunenſi.*] ſ. e. lib. de ele. ſi forte. cuius verba ad litteram infra ſequuntur vſque ad verbum, in illo. vbi ponit declarationem & hæc omnia vſque ibi expone, vt ibi dixi.

c ¶ *Defeciſſet.*] vt ſ. e. lib. de elec. c. j.

*¶Gl. ſeq. obiicit, ſoluit, ſolutionem fortificat.*

d ¶ *Manifeſtum.*] videbatur contra: quia conſtitutio, ſi forte, loquebatur in euidēti & non manifeſto: & aliud videtur euidēs, & aliud manifeſtum. Euidens enim eſt quod ſemper palam eſt & euidenter apparet 1. Arg. 1. q. 1. vt euidenter. & ſ. de acc. euidentia. ff. de contrah. emp. l. ea quę. quod enim eſt in euidenti, nulla poteſt tergiuerſatione celari. ſ. de coha. cle. & mul. c. vlt. ſ. de off. or. c. ordinarij. §. cæterum. e. li. Manifeſtū verò aliquādo probatione indiget. 11. q. 3. eorum. de hoc no. 2. q. 1. manifeſta. ſ. de coha. cle. & mu. veſtra. Sed contrarium eſt verum per hanc conſtitutionem, & merito: nam cōſtitutio, ſi forte. requirit probationē examinis in euidenti defectu. & probatur manifeſtum ſ. de elect. bonæ. 1. C. ſi mi. ſe ma. di. l. 3. ibi: Niſi palam & euidenter ex inſtrumentorum probatione, &c. & præterea hæc duo videntur ſynonyma. ſ. e. ti. cum olim. Nam & ſi opponatur euidens defectus ſcientiæ, non palam hoc apparet: ſed eſt neceſſe examinationem fieri: examinatione autem hoc fiet certum 2. ff. ſi cert. pet. l. certum. immo etiam no. Gul. in decre. ſi forte. ꝙ ſi obiiciatur contra electum ꝙ eſt omnino illitteratus, & ideo repellendus: licet non dicatur euidenter vel manifeſte in exceptione habebit locum decret. ipſius forma: quia idem eſt verborum ſenſus, & ideo idē ius eſſe debet. ſ. de conſti. tranſlato. ff. ad l. Aq. illud. & ad hoc facit inſt. de excu. tu. §. ſimiliter eum qui litteras neſcit, &c. & formulæ verborum hodie ſunt ſublatæ. inſt. de ver. ob. §. 1. C. de formu. & impet. act. ſubl. l. 1. & 2. & verba nō debent præualere ſenſui: ſed econtra. ſ. e. ti. intelligentia. & c. propterea. & 1. q. 1. Marchion. intelligamus ergo euidentem & manifeſtum, cuius ꝓbatio eſt in euidēti & manifeſto: licet id in exceptionis forma nō exprimatur: aliàs ſe queretur ꝙ ſi dico electum cæcum, ex quo non addo euidenter vel manifeſte, nō haberet locū conſtitutio, quod eſſet abſurdum.

1 Macrobius ſup ſomnio Scipiōis, li. 2. charta 23.

2 Sint ergo paria aliqđ eſſe vel leuiter poſſe fieri certū. ff. đ dam. inf. l. j. §. Sabini. C. de adult. q̃. uis. j. Io. An.

negari ñ ꝑt qđ viſ⁹ affir mat. Io. An.

e ¶ *In viſu.*] Vnde oculo carēs non promouetur, 55. diſt. ſi Euangelica.

Oculo priuatus ſi promouetur.

f ¶ *Intellectu.*] Ergo ſiue memoria, ſiue intellectu careat, nō ꝓmouebitur ad dignitatē. 39. di. Petrus.

g ¶ *Ad intentionem conſtitutionis ipſius.*] quaſi dicat interdū bene ſunt diuerſa, vt dixi ſ. in gl. videbatur. in prin.

*¶ Gl. ſeq. no. ad quæſtionem quam ſoluit diſtinguendo.*

h ¶ *Statutum.*] Ex hoc & ex eo quod dicitur in fine, videbatur ꝙ canonici poſſunt facere ſtatuta, 3 dummodo aliàs ſint licita. Solet dici, ꝙ capitulū ſine epiſcopo ſtatuta facere non poteſt, quæ tangant generalem ſtatum eccleſię, vel tangant epiſcopum, vel eius iura, ſic intelligatur de cōſue. cum conſuetudinis. ſ. de iis quæ fi. à præl. nouit. eſt enim prælatus caput, à quo non licet membrum recedere. de præſcr. cū non liceat. & hæc vera ſunt, etiam ſi capitulum talia ſtatuat cum archidiacono ſuo, vel præpoſito, vel alio, qui poſt epiſcopum præſit capitulo. Si vero ſtatuant ſuper iis quæ non tangunt epiſcopum, vel ſtatum eccleſiæ, ſed ſua ſingularia negotia: puta ꝙ certis modis quotidianas obuentiones diſtribuant, vel quòd certo modo ad capitulum vocentur: puta per talem campanam, vel alio modo: vel quòd certis temporibus etiam non vocati veniant ad capitulum, vel his ſimilia: ſatis poteſt dici, quòd ſuper his tenet ipſius capituli conſtitutio ſine epiſcopo aliàs licita & legitima. ad hoc ſ. de reſcrip. edoceri. ſ. de conſt. ex litteris. ff. quod cuiuſque vniuer. nom. l. 1. §. 2.

3 De materia huius gl. vide Feli. c. cū oēs. ext. de conſt.

Additio. Et de hoc ſcripſi poſt Compoſt. Innoc. & Hoſtien. de conſtitu. cum omnes. in prin. & ibi videatur quomodo reſpondetur ad decr. cum dilectus. de clerico non reſiden. & vide quod ſcripſi de reſcri. conſtitutus. ſuper ver. per decanum. Ioan. And.

i ¶ *Prædicto modo.*] ſcilicet cum procuratorio capituli & communibus expenſis.

*¶Gl. ſeq. primo ponit pœnam conſpiratorum, & tres actus à quibus repelluntur, & vnde dicantur. Secundo tractat de prælato auctorizante. Tertio notat ad quæſtionem.*

k ¶ *Canonicas.*] 11. q. 1. coniurationum. & cap. conſpirationum, capit. ſequenti. & eſt pœna talium depoſitio, vt ibi. Item conſpiratores repelluntur ab accuſatione, denuntiatione & teſtimonio contra eos 4 contra quos conſpirauerunt. 3. q. 4. conſpiratores. ſ. de accuſatio. qualiter & quando. & capi. cum oporteat. de ſimon. licet Hely. & cap. per tuas. & capit. cum oporteat. Eſt autem coniurare ſimul vel in vnum iurare, Conſpirare ſimul vel in idem ſpirare. credo autem quòd prælatus qui huic conſtitutioni per capitulum factæ auctoritatem interpoſuiſſet, eadem pœna puniretur: omnia enim noſtra facimus quibus auctoritatem impertimur. C. de veteri iure enuclean. l. 1. vltra medium. & ſ. eod. libr. de præbend. ſi eum. & capitu. ſi Apoſtolicæ. Per hanc decretalem probatur quòd

4 Quid de aliis, vide đ re iud. cum I. & A. vl. gl. & quod ſuper ea dixi.

per

(quod capitulo prælibato & ſingulis eius perſonis libertatẽ[a], obedientiam eidem Eccleſiæ Romanæ debitam exhibendi ſaltem vſque ad ſententiam &† Pontificum Romanorum iudicium ſeu ſpeciale mãdatum liquido interdicit, promptum futurorum grauaminũ & expenſarum diſcrimẽ ingerens, contra legitimas ſanctiones laudabile[b] votum execrantium lites vetat: iniuſtam litem mouere compellit, iniquæ cõtrouerſiæ ſeu liti cedendo: bonam fidem ſeu cõſcientiam agnoſcere prohibet, & adigit ad peccandũ[c]), conſpirationem & coniurationem continere contra libertatem & auctoritatem ſedis Apoſtolicæ manifeſte, ac aliàs deteſtabile prorſuſq; illicitum reputamus.

¶Idem†.

*¶Conſtitutio ampliſſima pene cunctas declarans hæſitationes, quæ circa diui Franciſci regulam contingere poſſunt: præſertim an fratres Minores (quos Cordigeros vocant) illius regulæ profeſſores ſint ad omnia Euangelij conſilia obligati. Et vtrum aliquid proprium habere, & pecuniam recipere, legataq; ſibi relicta agnoſcere valeant: cum multis aliis ambiguitatibus hic loculentiſſime reſolutis.*

## CAP. III.

EXiit qui ſeminat[d] † ſeminare ſemen ſuum. De ſinu patris in mundum veſte ſcilicet humanitatis indutus Dei filius Ieſus Chriſtus verbum Euangelicum ſaturus in ſingulos ꝓbos & reprobos, inſipientes & ignaros, ſtudioſos & deſides, & iuxta prophetam colonus futurus, in terra ſemẽ ſuum doctrinam Euangelicam ſine delectu diſperſit in omnes, qui omnia tracturus ad ſe, omnes ſaluare venerat. qui tandem ſeipſum Deo patri pro ſalute omnium in redemptionis humanę pretium immolauit. ¶Licet autem hoc ſemen in ſingulos communicatiua Dei charitate diſperſum, aliud ceciderit† ſecus viam, ſuper corda ſcilicet dæmonum ſuggeſtionibus peruia: aliud ſupra petram, corda ſcilicet nullo fidei vomere penetrata: aliud inter ſpinas, corda ſcilicet hominum diuitiarum ſollicitudinibus lacerata: Et ideo vnum prauis affectibus conculcatum: aliud aridum, quia gratiæ carebat humore: reliquum vero legitur in ordinatis ſollicitudinibus ſuffocatum. Aliud tamen mite cor & docile terra bona ſuſcepit, hoc eſt Minorum fratrum mitis & docilis in paupertate ac humilitate per almum Chriſti cõfeſſorem Franciſcum radicata religio: qui ex illo vero ſemine germinans, germen illud per regulam ſparſit in filios quos ſibi & Deo per ſuum miniſterium in obſeruatione Euangelij generauit. Iſti ſunt filij, qui docente Iacobo verbum æternũ Dei filium inſitum humanæ naturæ in horto virginalis vteri potẽs ſaluare animas, in mãſuetudine ſuſceperũt. Hi ſunt illius ſanctæ regulæ profeſſores, quę Euangelico fundatur eloquio †: vitæ Chriſti roboratur exemplo, fundatoris militãtis Eccleſię, Apoſtolorum eius ſermonibus actibuſq; firmatur. Hæc eſt apud Deum & patrem mũda & immaculata religio, quæ deſcendens à patre luminum, per eius filium exemplariter & verbaliter Apoſtolis tradita, & deinde per Spiritũ ſanctum beato Franciſco, & eum ſequẽtibus inſpirata, totius in ſe quaſi cõtinet teſtimonium Trinitatis. Hęc eſt cui (atteſtante Paulo Apoſt.) nemo decętero debet eſſe moleſtus, quam Chriſtus ſtigmatibus ſuæ paſſionis confirmauit, volẽs inſtitutorẽ ipſius paſſiõis ſuæ ſignis notabiliter inſigniri. ¶Sed nec ſic cõtra fratres ipſos Minores & regulã, hoſtis antiqui ceſſauit aſtutia, quin potius cõtra eos nitens ſuperſeminare zizaniam, interdũ ęmulatores agitatos inuidia, iracũdia, & indiſcreta inſcitia concitauit: mordentes fratres & eorũ regulam, quaſi illicitam, inobſeruabilem, & diſcriminoſam caninis latratibus lacerantes: nõ attendentes hanc ſanctã regulam (vt prædicatur) præceptis ac monitis ſalutaribus inſtitutam, Apoſtolicis obſeruationibus roboratam, per plures Romanos Pontifices approbatam, & etiam per ſedem Apoſtolicam confirmatam, tot diuinis teſtimoniis communitam, quę credibilia facta ſunt nimis in tot ſanctis viris† in obſeruantia huius regulæ agentibus & finientibus dies ſuos, quorum nõnullos ſanctorum catalogo ſedes eadem ex eorum vita, & miraculis fecit adſcribi. Ac nouiſſime quaſi diebus iſtis per piæ memoriæ Gregorium Papam nonum† prædeceſſorem noſtrum approbatam eſſe ex euidenti vtilitate, quam de ipſa conſequitur vniuerſalis Eccleſia, in generali Lugdunen. concilio declaratur. Nec nos minus attendimus, immo profundius cogitamus, ſicut penſare debent ſubtilius cæteri catholicæ fidei profeſſores: quia ipſe Deus ordinẽ prædictum & eius obſeruatores inſpiciens, ſic eos ab inſurgentibus in ipſos rancoribus ſalutari ſubſidio præſeruauit, quod nec ipſos fluctus tempeſtuoſus alliſit, nec animos in ordine ipſo degentium conſtrauit: quin potius in vigore regulari concreſcant, & amplientur in ſuorum obſeruantia mandatorum. ¶Veruntamen, vt ordo prædictus (quibuſlibet præciſis anfractibus) diſtincta & pura vigeat claritate, & ſicut fratres eiuſdem ordinis nuper in generali capitulo congregati prouiderant: dilectis Filiis Generali & nonnullis aliis Prouincialibus eiuſdem ordinis Miniſtris, qui in capitulo ipſo conuenerant, in noſtra præſentia cõſtitutis, cum ad plenam obſerua

ſerua

---

per inſtrumẽtũ probatur crimẽ: ꝓducitur enim publicum inſtrumẽtũ, in quo cõtinebatur ꝙ tales canonici tale ſtatutum fecerint, p qđ probabitur illos eſſe conſpiratores. Ad idem ſ. e. lib. de iureiu. cum in poſitionib. [Vbi etiam de hoc in 4. gl.] 2. q. 6. c. ei qui. §. diffinitiua. ver. nullus. ſ. de iis quæ fi. à prel. quanto. in fi.

Additio. Et facit quod no. ff. ad Turp. in ſenatus. in 1. gl. & C. ad l. Aq. cõtra negãtem. in 1. gl. vide diſputationẽ in reg. ſemel malus. Io. An.

a ¶*Libertatem.*] exhibendi, quod eſt ĩ.

b ¶*Laudabile votũ.*] ſ. de ſynd. c. vnic. vnde nec dolum facit qui rẽ deſerit, vt litem effugiat. ff. de al. iud. mu. cau. fa. l. itẽ ſi res. in fi. & magnum eſt commodum à lite recedere propter quod indebitum per trãſactionem ſolutũ non repetitur. C. de trãſa. l. 2. ff. de cond. inde. in ſumma.

c ¶*Ad peccandum.*] Ad quod ſtatuto, cõſuetudine, vel iuramento adſtringi nõ poſſumus. ſ. de conſue. c. pe. & vlt. 22. q. 4. in malis. & c. ſi aliquid. & per tot. ĩ. de re. iu. non eſt obligatorium. & c. ĩ malis. ſ. e. li. de iureiur. c. 1.

Additio. In d. c. nõ eſt obligatoriũ. habes caſum legis obuenire. ff. de pac. do. quam hic all. Ioan. Mon. & Arc. Io. An.

d *EXiit qui ſeminat.*] Ne crederet aliqs hãc conſtitutionẽ eſſe ſublatã: ideo ſic deciſe hic ponitur, vt habeatur pro reſeruata: & de ea loquatur procę. huius lib. ĩ fi. vt ibi dixi. Et qa ſic deciſe venit ſub bulla, & quia ĩ. etiam ꝓhibetur gloſſari, ꝓhibitioni parebo.

Additio. Idẽ Arch. dixit. Io. Mon. ideo ſiſto ratem. Illam tamẽ prohibitionem & ei⁹ pœnas Io. 22. ſuſpẽdit ad Apoſtolicæ ſedis beneplacitũ per conſtitutionẽ ſuam, quia non nunquam. Io. And.

---

†Aliàs ita & Pontificis Romãi, &c.

†Aliàs Ita: Nicolaus quartus. Et videtur hæc decretalis Nicolao quarto tribuenda, vt colligitur ex extrauagant. Ioannis. 22. incip. Glorioſam Eccleſiam quę extat impſſa inter litteras Apoſtolicas pro officio ſanctiſſimæ inquiſitionis.

† In antiqo rib. codicibus ẽt impſſis ita: Exiit q ſeminat: & ĩ. & mox ſubſeqtur decretalis: Priuilegiũ. ex prima ẽt gl. hic, conſtat olim ñ fuiſſe ſolitũ apponi integram: ſed deciſe, id eſt initium tñ.

†Lucæ 8.

Iacob. 1.

†Nõ tñ per oĩa, vt in extrauagan. Quia quorundam. §. Adhuc. Fontanus.

Galat. 6.

†Quos ponit Antoninus circa fi. 3. partis ſuę chronicæ.

†vel potius decimum. Iſte Gregorius decim⁹ concilium Lugdun. celebrauit in quo fuerũt quingẽti epĩ, 240. abbates, & alij ꝓlati circa mille, vt patet in chronicis.

ſeruationem regulæ eiuſdem in vigore ſpiritus eorum feruere noſcatur intentio: Viſum eſt nobis (vt mordacibus huiuſmodi mordendi vias præcluderemus) aliqua quæ in ipſa regula videri poterant dubia, declarare: nonnulla per prædeceſſores noſtros etiam declarata, pleniori claritate diſſerere: in aliquib. etiam regulam ipſam contingentibus puritati eorundem conſcientiæ prouidere. ¶Nos autem qui à teneris annis ad ordinem ipſum affectus noſtros† ereximus in illis ſuccedendo: cum aliquibus eiuſdem confeſſoris ſociis, quib. eius vita & cõuerſatio nota erat: ſuper ipſa regula, & ſancta ipſius B. Franciſci intentione frequenti collatione tractauimus. Et tandem Cardinalis, ac poſtmodum eiuſdem ordinis per prædictam ſedem gubernator, & protector, & corrector effecti, conditiones prædicti ordinis ex imminenti nobis cura palpauimus in Apoſtolatus officio, tam de pia intentione confeſſoris prędicti, quàm de his, quę regulam ipſam & eius obſeruantiam contingunt: ex prædictis longa etiam experientia informati, noſtros ad ordinem præfatum conuertimus cogitatus. Et tam ea, quę per eoſdem prædeceſſores approbata & declarata eſſe noſcuntur, quàm etiam ipſam regulam, & eam contingẽtia, maturitate plena diſcuſſimus. Nonnulla in præſenti ſerie ſtatuimus, declarauimus, certius approbauimus, approbata confirmauimus, edidimus, & conceſſimus: plura etiam ordinando ſerioſius & clarius, quæ infraſcriptis articulis plenius exprimuntur. ¶In primis quia (ſicut intelleximus) ab aliquibus hæſitatur, an fratres eiuſdem ordinis tam ad conſilia, quàm ad præcepta Euangelij teneantur: tum quia in regulæ prædictæ principio habetur: Regula & vita Minorum fratrum hæc eſt, ſcilicet Domini noſtri Ieſu Chriſti ſanctum Euangelium obſeruare, viuendo in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate: tum ex eo quòd in eadem regula continetur ſic: Finito vero anno probationis recipiantur ad obedientiam, promittentes vitam iſtam ſemper & regulam obſeruare: tum etiam quia in fine ipſius regulæ continentur hæc verba, paupertatem & humilitatem, ac ſanctum Euangelium Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod firmiter promiſimus, obſeruemus. Licet felicis recordationis Gregorius Papa ix. prædeceſſor noſter hunc articulum & nonnullos alios eiuſdem regulæ declarauerit: quia tamen eius declaratio propter aliquorum inſurgentium in fratres & regulam inordinatos vel mordaces inſultus, & multorum poſtea emergentium caſuum conſiderandos euentus, in aliquibus obſcura, in aliquib. ſemiplena, & in multis etiam contentis in ipſa regula inſufficiens videtur: Nos obſcuritatem ac inſufficientiam huiuſmodi, præfatæ interpretationis declaratione amouere volentes, & cuiuſlibet ambiguitatis ſcrupulum in eiſdem de ſingulorum mentibus plenioris expoſitionis certitudine amputare: Dicimus, quòd cum in principio regulæ non abſolute, ſed cum quadam modificatione, ſeu ſpecificatione ponatur: Regula & vita Minorũ fratrum hæc eſt, ſcilicet Domini noſtri Ieſu Chriſti ſanctũ Euangelium obſeruare, viuendo in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate: quæ tria eadem regula multum arcte proſequitur, & nihilominus alia nonnulla ſubnectit præcipiendo, prohibendo, conſulendo, monendo, hortando, & ſub aliis verbis ad aliquem modorum reducibilibus prędictorum, de intentione regulæ liquere valet apertius, vt illud quod in profeſſione quaſi abſolute ſubnecti videtur, promittentes vitam iſtam ſemper & regulam obſeruare, & quod in fine ſubiungitur, & ſanctum Euangelium Domini noſtri Ieſu Chriſti, quòd firmiter promiſimus, obſeruemus: totum ad ipſius regulæ modificatum, vel determinatum, ſeu ſpecificatum principium reducatur, videlicet ad obſeruantiam Euangelij, vt prædicitur, per ipſam regulam in illis tribus modificatam, vel determinatã ſeu ſpecificatam; Cum non ſit veriſimile ipſum ſanctum verbum ab ipſo ſemel cum quadam modificatione, vel determinatione, ſeu ſpecificatione prolatum, licet quaſi ſuccinctorie repetitum, voluiſſe in ſui repetitione data ſibi per eum modificatione ſeu ſpecificatione ſine certa cauſa carere. Et vtriuſque iuris argumenta nos doceant†, ea quæ in principio ad medium & ad finem: illa vero quæ in medio, ad finem atque principium, & ea quæ in fine, ad vtrunque vel eorum alterum ſæpe referri. Et dato quòd abſolutè diceretur, omnino promitto ſanctum Euangelium obſeruare: cum† profeſſor huiuſmodi intenderet ſe ad omnem conſiliorum obſeruantiam obligare (quod vix aut nunquam poſſet ad litteram obſeruare, propter quod talis promiſſio illaqueare profitentis animum videretur:) clare videtur promiſſionem huiuſmodi ad alium intellectũ abſque intentione promittentis non debere perſtringi, niſi vt obſeruantia Euangelij ſic ſicut tradita reperitur à Chriſto, videlicet, quòd pręcepta vt pręcepta, & conſilia vt conſilia à promittentib. obſeruentur.

Quem intellectum etiam in eiſdem verbis habuiſſe idem B. Franciſcus in ſerie ſui proceſſus in regula patenter oſtendit: cum aliqua Euangelica conſilia indicat vt conſilia ſub verbis monitionis, exhortationis & conſilij, nonnulla vero ſub prohibitione ac verbo pręcepti: per quod patet, quòd non fuit loquentis intentio†, quòd fratres ex profeſſione huiuſmodi regulę ad omnia conſilia, ſicut ad præcepta Euangelica tenerentur: ſed ſolum ad illa conſilia, quæ in eadem regula præceptorie vel inhibitorie, ſeu ſub verbis ęquipollentibus ſunt expreſſa. Vnde nos ad fratrum eiuſdem ordinis conſcientias plenarie ſerenandas: Declaramus, quòd ex profeſſione eiuſdem regulæ fratres ipſi ad ea tantum Euangelica obſeruanda conſilia ſunt aſtricti, quę in ipſa regula præceptorie vel inhibitorie ſeu ſub verbis æquipollentibus exprimuntur. Ad nonnulla vero alia per Euangelium data conſilia eò magis ſecundùm exigẽtiam ſui ſtatus tenentur pluſquam cęteri Chriſtiani, quò per ſtatũ perfectionis, quem per profeſſionem huiuſmodi aſſumpſerunt, ſe obtulerũt Domino holocauſtum medullatum per contemptum omnium mundanorum. Ad omnia

†Idem dicit Io.22. in extrau. quorũdam. ver. nunc vero. poſt pr. Fõt.

Regulã diui Franciſci Nicol.3. declarare incipit & primo an illius pfeſſores ſint ad Euãgelij cõſilia obligati, vide hic cle. exiui. 1. §. cũ igitur. e. tit. Fonta.

Declaratio regulæ S. Franciſci.

† Quæ vide in gl. rub. ĩ, e. de reg. iu. ti. px. Font.

†Alias ita, ñ pfeſſor, &c.

An Cordig. ſint obligati ad obſeruationẽ omniũ conſliõrũ Euãgelij.

† Ecce ex verbis colligitur intentio. Font.

nia

nia autem, quæ in ipſa regula continentur tam præcepta quàm conſilia, quàm cætera, ex voto profeſſionis huiuſmodi non aliter tenentur, quàm eo modo, quo in regula ipſa traduntur, vt ſcilicet teneantur ad eorum obſeruantiam, quæ in eadem regula ipſis ſub verbis obligatoriis indicuntur.

Cæterorum vero obſeruantiam, quæ ſub verbis monitoriis, exhortatoriis, informatoriis, & inſtructoriis, ſeu quibuſcunque aliis continentur: eatenus magis cõdecet de bono & æquo eos proſequi, quò imitatores tanti patris effecti, Chriſti ſemitas elegerunt. ¶ Porro cum ipſa regula expreſſe contineat, quòd fratres nihil ſibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem: ſitque declaratum per eundem prædeceſſorem noſtrum Gregorium nonum & nonnullos alios hoc ſeruare debere tam in ſpeciali, quàm etiam in communi: quam ſic arctam abdicationem venenoſis obtrectationibus aliquorum inſenſata damnauerit aſtutia: ne fratrum eorundem perfectionis claritas in talium imperitis ſermonib. laceretur: Dicimus, quòd abdicatio proprietatis huiuſmodi omnium rerum, non tam in ſpeciali, quàm etiam in communi propter Deum meritoria eſt & ſancta: quam & Chriſtus viam perfectionis oſtendens, verbo † docuit, & exemplo firmauit: quamque primi fundatores militantis Eccleſiæ prout ab ipſo fonte hauſerant, volentes perfecte viuere, per doctrinæ ac vitæ exempla in eos deriuarunt. ¶ Nec his quiſquam putet obſiſtere quòd interdum dicitur Chriſtum loculos habuiſſe: nam ſic Ieſus Chriſtus, cuius perfecta ſunt opera, in ſuis actibus viam perfectionis exercuit, quòd interdũ infirmorum imperfectionib. condeſcendens & viam perfectionis extolleret, & imperfectorum infirmas ſemitas non damnaret: ſic infirmorum perſonam Chriſtus ſuſcepit in loculis: & ſic in nonnullis aliis infirma humanæ carnis aſſumens (prout Euangelica teſtatur hiſtoria) non tantum carne, ſed & mente condeſcendit infirmis. Sic enim humanam naturam aſſumpſit, quòd in ſuis operibus perfectus exiſtens, in noſtris factus humilis, in propriis permanſit excelſus. Sic & ſummæ charitatis dignatione ad actus quoſdam noſtræ imperfectioni conformes inducitur, quòd à ſummæ perfectionis rectitudine non curuatur. Egit namque Chriſtus & docuit opera perfectionis. Egit etiam infirma, ſicut interdum & in fuga patet, & loculis: ſed vtrumque perfecte perfectus exiſtens, vt perfectis & imperfectis ſe viam ſalutis oſtenderet, qui vtroſque ſaluare venerat: qui tandem mori voluit pro vtriſque. ¶ Nec quicquam ex his inſurgat erroneum †, quòd taliter propter Deum proprietatem omnium abdicantes, tamquam homicidæ ſui, vel tentatores Dei, viuendi diſcrimini ſe committant. Sic † enim ſeipſos committant diuinæ prouidentię in viuendo, vt viam non contemnant prouiſionis humanæ: quin vel de iis quæ offeruntur liberaliter, vel de iis quæ mendicantur humiliter, vel de iis quę conquiruntur per laboricium, ſuſtententur: qui triplex viuendi modus in regula prouidetur expreſſe. Profecto ſi (iuxta promiſſum Saluatoris) nunquam deficiet fides Eccleſiæ, per conſequens nec opera miſericordiæ ſubtrahentur †: ex quo Chriſti pauperibus omnis ratio diffidentiæ cuiuſlibet videtur eſſe ſublata. Et quidem vbi (quod non eſt aliquatenus præſumendum) hæc cuncta deficerent, ſicut nec cæteris, ſic nec ipſis fratribus iure poli in extremæ neceſſitatis articulo ad prouidendum ſuſtentationi naturæ via omnibus extrema neceſſitate detentis conceſſa præcluditur: cum ab omni lege extrema † neceſſitas ſit exempta, nec talem abdicationem proprietatis omnimodæ, renũciationem vſus rerum cuiquam videatur inducere: nam cum in rebus temporalibus ſit conſiderare præcipuum, proprietatem, poſſeſſionem, vſumfructum, ius vtendi, & ſimplicem facti vſum, & vltimo tamquam neceſſario egeat, licet primis carere poſſit vita mortalium: nulla prorſus poteſt eſſe profeſſio, quæ à ſe vſum neceſſariæ ſuſtentationis excludat, verum condecens fuit ei profeſſioni, quæ ſponte deuouit Chriſtum pauperem in tanta paupertate ſectari, omnium abdicare dominium, & rerum ſibi conceſſarum neceſſario vſu fore contentam. Nec per hoc quòd proprietatem vſus, & rei cuiuſque dominium à ſe abdicaſſe videtur, ſimplici vſui omnis rei renũtiaſſe conuincitur: qui inquã vſus non iuris, ſed facti tantummodo nomen habẽs, quod facti eſt tantum, in vtendo prębet vtentibus nihil iuris: quinimmo neceſſariarum rerum tam ad vitæ ſuſtentationem, quàm ad officiorum ſui ſtatus executionem (excepto quod de pecunia infra ſubiungitur) moderatus vſus, ſed ſecũdum eorum regulam & veritatem omnimodam cõceſſus eſt fratribus: quibus rebus fratres licite vti poſſent durãte concedentis licẽtia, & iuxta id quod in præſenti ſerie continetur: Nec his obuiare dinoſcitur quod ciuilis prouidẽtia in humanis rebus humane conſtituit: videlicet non poſſe vſum vel vſumfructum à dominio perpetuo † ſeparari: quod ne dominium dominis (ſemper abſcedente vſu) redderetur inutile, temporalem vtilitatem tantum in conſtituendo proſpiciens iſta decreuit. Retentio namque dominij talium rerum cum conceſſione vſus facta pauperibus, non eſt infructuoſa domino: cum ſit meritoria ad ęterna, & profeſſioni pauperum opportuna, quæ tanto ſibi cenſetur vtilior, quanto commutat temporalia pro æternis. Profecto non fuit confeſſoris Chriſti regulam inſtituentis intentio: quinimmo contrarium in ipſa conſcripſit, contrarium viuendo ſeruauit: cum & ipſe temporalibus ad neceſſitatem vſus fuerit, & in pluribus locis in regula vſum talem licere fratribus manifeſtet. Dicit namque in regula, quòd clerici faciant diuinum officium, ex quo habere poterunt Breuiaria: ex hoc patenter inſinuans, quòd fratres ſui habituri eſſent vſum Breuiarij, & librorum, qui ſunt ad diuinum officium opportuni. In alio quoque capitulo dicitur, ꝙ Miniſtri & Cuſtodes pro neceſſitatib. infirmorum, & aliis fratribus induendis, per amicos ſpirituales ſollicitam curam gerant ſecundum loca & tempora, & frigidas regiones, ſicut eorum neceſſitati viderint expedire. Alibi etiam exhortans fratres per cõgruum laboris exercitium ad otium euitandum, dicit, quòd de mercede laboris pro ſe & ſuis fratribus corporis neceſſaria recipiant. In alio quoque capitulo continetur, quòd fratres vadant pro eleemoſynis confidenter. Habetur † etiam in eadem regula, quòd in prædicatione quam fratres faciunt, ſint examinata & caſta eorum eloquia ad vtilitatem & ædificationem populi: annuntiando eis vitia, & virtutes, pœnam & gloriam. Sed conſtans eſt quòd hæc præſupponũt ſcientiam, ſcientia requirit ſtudium, exercitium vero ſtudij conuenienter haberi non poteſt ſine vſu librorum †. Ex quibus omnibus ſatis claret ex regula, ad victum, veſtitum, diuinum cultum, & ſapientiale ſtudium, neceſſarium rerum vſum fratrib. eſſe conceſſum. Patet itaque ſane intelligentibus ex prædictis regulam quo ad abdicationem huiuſmodi, non ſolum obſeruabilem, poſſibilem & licitam, ſed meritoriam & perfectam: & eo magis meritoriam, quò per ipſam profeſſores ipſius magis à temporalibus propter Deum (ſicut prędicitur) elongantur. ¶ Ad hæc cum fratres ipſi nihil ſibi in ſpeciali acquirere, vel eorum ordini poſſint etiam in communi, & cum aliquid propter Deum ipſis offertur, conceditur, vel donatur, ea (ſi ſecus non exprimat) offerentis, concedentis, vel donantis, veriſimiliter credatur intentio, vt rem huiuſmodi oblatam, conceſſam, vel donatam perfecte concedat, donec auferat, à ſe abdicet, ac in alios transferre cupiat propter Deum: nec ſit perſona, in quam loco Dei congruentius huiuſmodi rei dominium transferat, quam ſedes

Marginal notes:

Fr̃es Minores an poſſint habere aliquid proprij.

† Vide extrauag. Io. xxij. inci. qa quorundã. ti. de ver. ſi. & Turrecrema. in ſum. ď eccl. li. 2. c. 112. ad ro. argum̃.

† Aliàs, erronee

† Vide oĩno B. Th. 2. 2. q. 186. art. 3. & lib. 3. contra Gent. c. 131. & aliquot ſequentib.

† Immo poſſent laici cõpelli of. iud. eleemoſynas facere. gl. c. j. diſt. i. c. dño ſctõ. 50. di. c. exigunt. j. q. 7. Abba. c. 1. ď emp. & ven. Font.

† de cõſ. di. 1 ſicut. & ĵ. e. di. 4. c. ſctm̃. c. qđ nõ eſt. cũ gl. de re. iur. Font.

† l. oĩm. ff. ď vſuf. l. antiquitas. C. e. Font.

† Vide cõci. Tridẽt. ſeſ. 5 de refor. c. 2

† Libri ſunt ad ſciam neceſſarij. vid Old. cõſ. 84. inci. an expediat habere multos libros.

des p̄fata,vel perſona Rom.Pont.Chriſti vicarij,qui pater eſt omnium & fratrum Minorũ nihilominus ſpecialis:Ne talium rerum ſub incerto videatur eſſe dominium,cũ patri filius ſuo modo,ſeruus domino & monachus monaſterio res ſibi oblatas,conceſſas vel donatas acquirant:omnium vtenſilium & librorum,ac eorum mobilium pręſentium & futurorum quæ & quorum vſumfructum,ſ.ordinib. vel fratrib. ipſis licet habere,proprietatẽ & dominium† (quod & felicis recordationis Innoc.Papa iiij.prædeceſſor noſter feciſſe dinoſcitur)in nos & Romanam Eccleſiam plene & libere pertinere hac præſenti conſtitutione in perpetuum valitura ſancimus.

†d hoc dñio vide extrauag.Io.xxij. inci.ad cõditorẽ canonum. tit.de verb. ſig. & extrau. quorundã.e.tit.

¶Pręterea loca empta de eleemoſynis diuerſis,& oblata ſeu conceſſa fratrib.ſub quacunque forma verborum (licet fratres ſibi cauere debeant,ꝙ huiuſmodi verbis ſtatui ſuo incõpetentib.non vtantur)à diuerſis ſeu pro indiuiſo poſſidentib. ſeu certas partes in ipſis locis habẽtib.in quib.ipſi poſſidẽtes pro indiuiſo,ſeu certas partes habentes,nihil ſibi in oblatione ſeu conceſſione huiuſmodi reſeruarint: ſimiliter & in ius & dominium ac proprietatem noſtram & Eccleſiæ prædictæ eadem auctoritate ſuſcipimus. Loca vero ſeu domos pro habitatione fratrum à ſingulari perſona vel collegio,vel ipſis fratrib.ex integro concedenda,ſeu etiam offerenda(ſi talia de voluntate conferentis fratres inhabitare contigerit)perſeuerante tantum voluntate concedentis inhabitent.Ac illa libere,pręter eccleſiam & oratoria ad eccleſiam deſtinata,& cœmeterium(quę tam ad pręſentia quàm ad futura in ius & proprietatem noſtram & prædictæ Rom.Eccleſię ſimili modo & autoritate recipimus) mutata concedentis voluntate,ac ipſis fratrib.patefacta dimittant: in quorum locorum dominio ſeu proprietate nihil nobis vel præfatæ Rom. Eccleſiæ retinemus omnino,niſi ea ſpecialiter de noſtro,ſeu ipſius Rom.Eccleſiæ recipiantur aſſenſu.& ſi in eiſdem locis reſeruauerit dominium ſibi in concedendo concedens præter inhabitationem fratrum,ſpeciale† dominium in ius Eccleſię ſępedictę non tranſeat,ſed potius plene liberum maneat concedenti.

†Aliàs,tale.

¶Inſuper nec vtẽſilia, nec alia p̄ter eorum vſum ad neceſſitatem & officiorum ſui ſtatus executionem (non enim omnium rerum vſum habere debent, vt dictum eſt)ad vllam ſuperfluitatem,diuitias,ſeu copiam,quæ deroget paupertati, vel ad theſaurizationem,vel eo animo vt ea diſtrahant ſiue vendant,recipiant,nec ſub colore prouidentiæ in futurum,nec alia occaſione:quinimmo in omnib.appareat in eis quo ad dominiũ omnimoda abdicatio & in vſu neceſſitas.Hoc autem ſecundùm exigentiam perſonarum & locorum,Miniſtri & Cuſtodes ſimul & ſeparatim in ſuis adminiſtrationib. & cuſtodiis cum diſcretione diſponant:cum de talib.interdum perſonarum qualitas,temporum varietas,locorũ conditio, & nonnullæ aliæ circunſtantiæ plus minuſue ac aliter prouideri requirant.Iſta tamen ſic faciant,ꝙ ſemper in eis & eorum actib. paupertas ſancta reluceat: prout ipſis ex eorum regula inuenitur indicta.¶Cęterum cum in eadem regula ſit ſub præcepti diſtrictione prohibitum, ne fratres recipiãt per ſe vel per alios,denarios vel pecuniam vllo modo : idque fratres in perpetuum ſeruare cupiant,& velut iniunctũ neceſſe habeant adimplere, ne ipſorũ puritas in huiuſmodi obſeruatione p̄cepti maculetur in aliquo, & ne fratrum conſcientiæ aliquib.aculeis ſtimulentur:articulum iſtum propter detrahentium morſus profundius quàm noſtri prædeceſſores fecerint, aſſumentes,ac ipſum clariorib.determinationib.proſequentes:Dicimus in primis,ꝙ fratres ipſi à mutuis contrahendis abſtineant, cum eis mutuum contrahere(ipſorum ſtatu cõſiderato)non liceat†: poſſint tamen ipſi pro ſatisfactione facienda pro eorum neceſſitatib. quæ pro tempore occurrerint (ceſſantib. eleemoſynis,de quib.ſatisfieri commode tunc non poſſet) citra cuiuſlibet obligationis vinculum dicere ꝙ per eleemoſynas & alios amicos fratrum ad ſolutionem huiuſmodi faciendam intendant fideliter laborare. Quo caſu procuretur à fratrib. ꝙ ille qui dabit eleemoſynam,per ſe vel per alium non nominandum ab ipſis,ſi fieri poterit:Sed ab eo potius iuxta ſuum beneplacitum aſſumendum, huiuſmodi ſatisfactionem faciat in totum vel in partem,prout ſibi Dominus inſpirabit. Si tamen ipſe hoc nollet facere,vel nõ poſſet,vel quia receſſus eius immineat, aut quia quib. hoc velit committere notitiam non habet fidelium perſonarum,ſeu quacunque alia occaſione vel cauſa:declaramus & dicimus, ꝙ in nullo regulæ puritas infringitur , aut quomodolibet ipſius obſeruantia maculatur,ſi fratres ipſi alicuius vel aliquorum ſibi curent dare notitiam,vel aliquos ſeu aliquem nominare,aut etiam p̄ſentare,cui vel quib. ſi eleemoſynam facienti placuit,cõmitti poſſit executio prędictorum,ac ipſius habeatur aſſenſus ſuper ſubrogationib.infraſcriptis:Ita tamen,ꝙ penes ip̄m dantem,dominio, proprietate,ac poſſeſſione ipſius pecuniæ cũ libera poteſtate reuocãdi ſibi pecuniam ipſam ſemper vſque ad conuerſionem ipſius in rem deputatã,plene,libere,ac integre remanẽtib. in ipſa pecunia nihil omnino fratres iuris habeant,nec adminiſtrationẽ,ſeu diſpenſationem, nec contra perſonam nominatam vel non nominatam ab eis, cuiuſcunque conditionis exiſtat, in iudicio, vel extra, actionem,perſecutionẽ,aut aliquod aliud ius intentent,qualitercunq; perſona prędicta in commiſſione huiuſmodi ſe habeat:licet tamen fratrib.ſuas neceſſitates inſinuare ac ſpecificare vel exponere perſonæ prædictæ,ac eam rogare quod ſoluat†.Poſſint etiam perſonam eandem exhortari ac inducere,ꝙ fideliter in re commiſſa ſe habeat,& animę ſuæ ſaluti in commiſſa ſibi executione prouideat : Ita tamen, ꝙ ab omni eiuſdem pecunię adminiſtratione ſeu diſpenſatione,& contra prędictam perſonam actione ſeu perſecutione(vt prædictum eſt) fratres abſtineãt omnimodo.Si vero perſonam huiuſmodi nominatam vel non nominatam à fratrib.(quo minus per ſe poſſit exequi quod prædicitur)contigerit per abſentiam,infirmitatem,voluntatem,ſeu locorum diſtantiam,ad quæ ipſa nollet accedere, in quib.eſſet ſolutio ſeu ſatisfactio faciẽda,vel per occaſionem aliam impediri:liceat fratrib.cũ conſcientię puritate quandam aliam perſonam ſubrogandam ad præmiſſa innominãdo,& aliis(ſi ad primum dantem non poſſit vel nolint habere recurſum)cũ iſta perſona facere,ſicut ſupra proxime declarauimus eis licere cum prima.Duarum enim perſonarũ miniſterium per viam ſubrogationis(vt dictum eſt)communius & generalius videtur poſſe in prædictorum executione ſufficere:cum prædicta ſatisfactio pręſumatur poſſe celeriter expediri.Si tamen(vt interdum dictum eſt)propter locorum diſtantiam,in quib.eſſet ſatisfactio facienda,& conditiones ſeu circunſtantias alias,caſus emergeret, in quo videretur plurium perſonarum ſubrogandarum miniſterium opportunum:liceat ipſis fratrib.in hoc caſu iuxta negotij qualitatem (ſeruato modo prædicto)plures perſonas aſſumere,nominare,ſeu p̄ſentare ad iſtud miniſterium exequendũ. ¶Et quia oportet & expedit fratrũ neceſſitatib. non ſolum illis pro quib. iam eſſet ſolutio ſeu ſatiſfactio facienda(vt ſuperius proxime dictum eſt) ſed etiam imminẽtib. ſiue tales neceſſitates ingruentes immineant,quæ breui tempore expediri valeant,ſiue tales(licet paucæ comparatiue)quarum prouiſio ex ſui conditione neceſſario tractũ temporis habet, vt in libris ſcribendis,eccleſiis ſeu ædificiis ad vſum habitationis ipſorum conſtruendis,libris & pannis in locis remotis emẽdis,& aliis ſimilib.ſi quę occurrerint, cum moderamine ſupradicto ſalubriter prouideri:Sic in iſtis neceſſitatib.clare diſtinguimus, ſic in eis fratres poſſe tute & ſalua cõſcientia procedere

†Quia ibi d̄ meo fit tuũ. qd̄ ꝓnomẽ frĩ Minori ñ cõuenit. & hãc ꝓuiſionẽ circa pecuniam approbat cle. exiui.ibi vid̄ à §. porro. vſque ad §. ꝓinde. Fõt.

† Quid de heredib. talis perſonę, vide j.eo.§. eo caſu.Fõt.

declar

declaramus:videlicet vt ingruenti vel imminẽti neceſſitate,quæ breui tẽpore,vel quæ interdum ex aliquib. circunſtantiis non ſic breui (vt ſupra in proximo caſu dictum eſt)valeat expediri,tam quò ad dantem eleemoſynam,quàm quò ad nominatum vel ſubſtitutũ,in omnib.& per omnia,(ſicut in articulo ſolutionis pro neceſſitatib.pręteritis faciendæ ſupra proxime declarauimus) procedatur.In ea vero neceſſitate quantumcunque præſentialiter ingruenti,quæ tamen ex qualitate ſui(vt prædicitur) tractum temporis habet annexum†: quia in eo caſu veriſimile eſt,q, tum ratione diſtantię locorum,quę expeditio neceſſitatis ipſius ex ſui conditione requireret:tum etiam circunſtãtiarum ipſius neceſſitatis ratione penſata,frequenter caſus acciderent: in quib.ad expeditionem neceſſitatis huiuſmodi oporteret q, per diuerſas manus & perſonas tranſiret pecunia neceſſitati huiuſmodi deputata:quarum omnium perſonarum impoſſibile quaſi eſſet dominum principalem pro ipſa neceſſitate pecuniam deputantem,ſeu etiam ſubſtitutum ab eo,& tertium etiam ab ipſo ſubſtituto (ſi caſus talis accideret)poſtea ſubrogatũ, habere notitiam:declaramus & dicimus, q, in hoc artic. præter dictos duos modos in neceſſitatib.pręteritis & ingruentib.quæ poſſint breui tempore,vel interdum nõ breui(vt ſupra exprimitur)expediri (vt prædiximus)obſeruandos,ad obſeruãdam ipſius regulę, ac profeſſorũ eius omnimodã puritatem:Quòd ſi pręſto ſit eleemoſynę huiuſmodi elargitor,vel eius nũtius,qui poſſit hoc facere & velit:expreſſe illi pręcicatur à fratrib.q, ſibi placeat(vt domino talis pecuniæ cum libera poteſtate reuocãdi ſibi pecuniam ipſam,penes ipſum ſemper vſque ad conuerſionem† ipſius in rem deputatam libere remanente, vt in aliis duob.caſib.ſuperius dictum eſt)per quorumcunque manus pecunia ſeu eleemoſyna ipſa tractetur,ſiue perſonas ab eo vel à fratrib.nominatas,totum ſuo conſenſu,voluntate ac auctoritate procedat:quo aſſenſum ſuum præbente prædictis, ſecure fratres re empta vel acquiſita de illa pecunia,per quemcũque (iuxta modũ annotatum ſuperius)vti poſſint.¶Ad maiorem aũt prædictorum omnium claritatem,hac in perpetuum valitura prouiſionis ſerie declaramus, q, fratres(præfatis modis,vt pędicitur,circa pecuniam in ſupportãdis eorum pręteritis & ingruentib.neceſſitatib,obſeruatis)nõ intelligantur nec dici poſſint per ſe vel per interpoſitã perſonam pecuniam recipere contra regulã,vel profeſſionis ſui ordinis puritatem:cũ manifeſte pateat ex pręmiſſis,ipſos fratres non ſolum à receptione,proprietate, dominio ſiue vſu ipſius pecuniæ, verumetiam à correctione qualibet ipſius, & ab ea pecunia penitus alienos, In eo vero caſu quando(antequam ipſa pecunia in licitũ rei habendæ vel vtendæ cõmercium ſit conuerſa)concedentẽ pecuniam mori contigerit:ſi concedens in concedendo dixerit vel expreſſerit,q, perſona deputata pecuniam ipſam in neceſſarium vſum fratrum expenderet:quicquid de ipſo concedente viuendo vel moriendo contingeret, ſiue concedens huiuſmodi hęredem reliquerit,ſiue non: poſſint fratres ad perſonam deputatam(non obſtante concedentis morte,vel hæredis contradictione) pro ipſa pecunia expendẽda recurrere†, ſicut poterant ad ipſum dominum concedentẽ. ¶Quia vero puritatẽ ipſius ordinis intima cordis affectione zelamus:cum in pręd ictis caſib.ad determinatã neceſſitatem(vt prædicitur)per aliquem pecuniam concedi contigerit,concedens pecuniam rogari poſſit à fratrib. q, ſi quid de pecunia ipſa(habita neceſſitate determinata)ſuperfuerit,conſentiat ipſe cõcedens,q, reſiduum præfatę pecunię in res alias pro aliis ipſorũ fratrũ prædictis neceſſitatib.conuertatur:quo non conſentiente prædictis,ipſum reſiduum(ſi quod fuerit) reſtituatur eidem.Caueant tamen fratres q, ſollicite ſe coaptent, vt non plus ſcienter concedi conſentiant, quàm veriſimiliter æſtimari poſſit rem neceſſariam, pro qua pecunia ipſa conceditur,valituram. ¶Et quia† prædictorũ ſerioſa expoſitione à dante vel recipiente de facili poſſet errari,vt clarius vtilitati dantium, puritati ordinis,ſimplicitati aliquorum ſimplicium,ſaluti animarum hincinde ſecurius cõſulatur:intellectum illũ,qui ſatis in hoc caſu à ſane intelligente percipitur,præſentis ac in æternũ valituræ conſtitutionis ſerie lucidamus, volentes illum ad cõmunem deduci notitiam:videlicet q, ſemper quando pecunia fratrib,ipſis mittitur vel offertur(niſi expreſſe per mittentẽ vel offerẽtem aliud exprimatur)prædictis modis prorſus oblata intelligatur & miſſa.Non enim veriſimile eſt aliquẽ eleemoſynæ ſuæ ſine expreſſione modũ illũ præfigere, per quem & donans merito,vel† illi,quorum neceſſitatib.intendit per donum huiuſmodi prouiderit†,vel effectu doni,vel ſuæ cõſcientiæ puritate fraudẽtur. ¶Ad hæc quia fratrib.ipſis interdũ in vltimis voluntatib.ſub diuerſis modis nonnulla legantur, nec expreſſe quid de his agendũ ſit,in regula vel prædeceſſorũ noſtrorum declarationib.continetur:ne in ipſis dubitari cõtingat in poſterũ,prouidendo legantib.&fratrum conſcientiis pręcauendo:Declaramus,ordinamus& dicimus, q,ſi teſtator modum ſecundum quem fratrib.(eorũ cõditione inſpecta)recipere nõ liceret,exprimat in legãdo,vt ſi legaret fratrib.vineã vel agrum ad excolendũ, domum ad locandum, vel ſimilia verba in ſimilib.proferret, aut modos ſimiles in relinquẽdo ſeruaret:à tali legato&eius receptione per omnem modũ fratres abſtineãt.

Si vero modum licitum fratrib.in legando teſtator expreſſerit,vt ſi diceret: lego pecuniã pro fratrum neceſſitatib. expendẽdam, vel domum, agrum, vineam, & ſimilia, ad hoc q, per certam perſonã vel perſonas idoneas diſtrahantur, & pecunia de reb.ipſis accepta,in ædificia vel alia fratrum neceſſaria conuertatur:aut in legando ſimilib. modis vel verbis vtatur. In hoc caſu illud in omnib.& per omnia (conſideratis eorum neceſſitatib.& moderaminib,ſupradictis)quantum ad fratres ſeruari decernimus, quod per nos eſt ſuperius in conceſsis pecuniariis eleemoſynis declaratum.Ad quę legata ſoluẽda tam hęredes teſtatorum

† al. innexũ.

† Quo ,pbatur illa, vid Bart, in l. ciuitas, ff. ſi cer. pe. doc. aut. hoc ius porrectum, C. de ſacro. eccl. Font.

† Obſeruatis modo & forma.§.ita tñ.š.e. Fon.

† Al. ita: Et quia in pdictorũ,&c.

† Al. & illi

† al. puidere

Legata ſibi relicta, an poſſint fres Minores agnoſcere. vide §.ad nrã in cle. exiui. & q̃ ibi dicat Card. in ſua gl. verſ. 2. quæro. & Bart. in ſuo tract. Mino. Font,

ſtatorũ, quàm executores ſe liberales exhibeant†: Et etiam prælati & ſeculares, quibus de iure vel cõſuetudine prouiſio iſta competeret (cum expedierit) ſe ex officio ſuo promptos exhibeant ad pias voluntates deficientium adimplendas. Nam & nos etiã ꝑ modos licitos, & fratrũ regulæ cõgruos intẽdimus ꝓuidere, ꝙ hæredũ cupiditas legitimis ictibus feriatur: ne pia defunctorũ deſtituatur intẽtio: ac ipſi fratres pauperes oportunis auxiliis non fraudẽtur. Si vero fratribꝰ ipſis generaliter aliquid abſq; modi expreſſione legetur: in hoc legato ſic indeterminate relicto, in oĩbꝰ & ꝑ oĩa intelligi ac ſeruari volumus, & in perpetuũ præſenti cõſtitutione iubemus, ꝙ ſupra in pecunia ſeu eleemoſyna fratribꝰ indeterminate oblata vel miſſa, voluimus ac expreſsimus obſeruari: videlicet, vt ſub modo licito fratribꝰ intelligatur eſſe relictũ: ita ꝙ nec legãs merito, nec fratres ipſi effectu relicti fraudẽt̃. ¶ Quia vero libros & alia mobilia, quibꝰ tã ordo quàm fratres vtunt̃, quorũ dominiũ (cũ nõ ſint dominij aliorũ) ad præfatã Eccleſiã ſpecialiter ſpectare dinoſcitur, interdũ cõtingit ſeu expedit vẽdi, vel etiã commutari: fratrũ vtilitatibꝰ & eorũ cõſciẽtiis prouidere volẽtes, eadem auctoritate concedimus, vt commutatio taliũ rerũ, & ad eas res, quarũ vſum fratribꝰ licet habere, de Generaliũ, & Prouincialiũ Miniſtrorum in ſuis adminiſtrationibus coniunctim vel diuiſim auctoritate procedat: quibus etiam de diſpoſitione vſus taliũ rerum concedimus ordinare: Si vero res huiuſmodi æſtimato pretio vendi contingat: cum fratribus ipſis per ſe vel per aliũ recipere pecuiã (regula prohibẽte) nõ liceat: ordinamus & volumus, quod talis pecunia ſeu pretiũ recipiatur & expẽdatur in rẽ licitã, cuius vſum fratribus licet habere, per † procuratorẽ à præfata ſede vel à Cardinali gubernationẽ per ipſam ſedẽ gerẽti eiuſdẽ ordinis deputãdum iuxta modũ in ſuperioribꝰ neceſsitatibus præteritis & ingruẽtibus ordinatũ. De vilibus † autẽ mobilibus vel parũ valẽtibus liceat ex præſenti noſtra cõceſsione fratribus (pietatis ſeu deuotionis intuitu, vel pro alia honeſta & rationabili cauſa) obtẽta ſuper hoc prius ſuperiorũ ſuorũ licẽtia, iuxta quod inter fratres in generali vel in prouincialibus capitulis, tã de ipſis rebus vilibus ſeu parum valẽtibus, & earum valore, quàm præfata licentia, ſcilicet à quibus & qualiter ſit hãbẽda, extiterit ordinatum, intra & extra ordinem aliis elargiri. ¶ † Licet autẽ cõtineatur in regula, ꝙ fratres habeant vnã tunicã cũ caputio, & aliã ſine caputio, & videri poſsit illa fuiſſe inſtituẽtis intentio, ꝙ neceſsitate ceſſante pluribus nõ vtãtur: declaramus, quòd poſsint fratres de licẽtia Miniſtrorũ & Cuſtodũ cõiunctim & diuiſim in adminiſtrationibus ſibi cõmiſsis, cũ eis videbitur (pẽſatis neceſsitatibus & aliis circũſtãtiis, quæ ſecundum Deum, & regulã attẽdendæ vidẽtur) vti pluribus: nec per hoc videãtur à regula deuiare, cũ etiã in ipſa dicatur expreſſe, quòd Miniſtri & Cuſtodes de infirmorum neceſsitatibꝰ & fratribus induẽdis ſollicitã curam gerant, ſecundum loca, & tempora, & frigidas regiones. Et quamquam prædicta regula cõtineat, quòd de fratribus induendis & neceſsitatibus infirmorum Miniſtri tantum & Cuſtodes ſollicitã curam gerant: & dictio illa, tantum †, adeo Miniſtros & cuſtodes in hac cura perſtrĩgere videatur, quòd ab ea cæteros prima facie excludat: quia tamen ſolicite conſiderare nos conuenit & tempus regulæ inſtitutæ, quo fratres iſti ad cõparationem præſentem numero pauci erãt, & forſan Miniſtri & Cuſtodes videbantur tunc ad iſta procuranda poſſe ſufficere: ac nihilominus multiplicationes fratrum & moderni temporis qualitatem: nec ſit veriſimile beatum Franciſcum inſtitutorem regulæ vel ipſis Miniſtris & Cuſtodibus impoſsibilitatis iugũ voluiſſe præfigere, vel ex ipſius impoſsibilitatis cõſequentia fratres ipſos ſuis neceſsitatibus velle carere: cõcedimus, quòd ipſi Miniſtri & Cuſtodes poſſint per alios huiuſmodi curæ ſollicitudinem exercere. Debent etiam & alij fratres curam huiuſmodi, quæ præfatis Miniſtris & Cuſtodibus præcipue incumbit ex hac regula, cum ſibi ab illis commiſſa fuerit, gerere diligenter. ¶ Cõtinetur quoque in regula, ꝙ fratres, quibus gratiam dedit Dñs laborãdi, laborẽt fideliter & deuote: Ita ꝙ (excluſo otio animæ inimico) ſanctæ orationis & deuotionis ſpiritũ nõ extinguãt. Quia vero ex verbo iſto fratres ipſos de otioſitate vitæ, & de regulæ trãſgreſsione improbe notare interdũ hactenus aliqui ſunt conati: nos morſus hmõi nefarios reprimẽtes: Declaramus, ꝙ cõſideratis verbis prædictis, & forma ſeu modo loquẽdi, ſub quibꝰ fratres ad hmõi exercitiũ inducuntur, nõ vr̃ ea fuiſſe inſtituentis intẽtio, ꝙ vacãtes ſtudio, vel diuinis officiis, & miniſteriis exequẽdis, manuali labori ſeu oꝑationi ſubiiceret, vel ad hoc illos arctaret: Cum exemplo Chriſti & multorum ſanctorum patrum, labor iſte ſpiritualis tanto illi præponderet, quanto quæ ſunt animæ, corporalibus præferuntur. Ad alios vero qui ſe in prædictis ſpiritualibus operibus non exercent †, niſi tales aliorũ fratrũ licitis ſeruitiis occupẽtur (ne otioſe viuant) verba prędicta declaramus extendi: Niſi & tales tam excellentis & notabilis contemplationis & orationis exiſterent, quòd merito propter hoc non eſſent à tanto bono pro hmõi exercitio ſubtrahẽdi. fratres enim quicũque ſtudio vel diuinis miniſteriis nõ vacãtes, ſed aliorũ fratrũ ſtudio vel aliis diuinis officiis & miniſteriis vacãtium ſeruitiis inhærentes tantũ, pro ſeruitiis eiſdem cũ ipſis quibus ſeruiunt, ſuſtentari merentur: quod aſtruitur illa æqua lege, qua ſtrenuus pugnator ille Dauid iuſte decreuit, videlicet quòd deſcendentiũ ad præliũ & remanẽtium ad ſarcinas, portio æquaretur. ¶ Verũ quia expreſſe cõtinet̃ in regula, quòd fratres nõ p̃dicẽt † in epiſcopatu alicuius epiſcopi, cum ab eo illis fuerit contradictum: nos in hoc & deferentes regulæ, & nihilominus auctoritatem Apoſtolicæ plenitudinis conſeruantes, dicimus, quòd prædictum verbum ad litteram ſicut regula ipſa protulit, obſeruetur: niſi per ſedem Apoſtolicam circa hoc pro vtilitate populi Chriſtiani ſit conceſſum vel ordinatum aliud, vel in poſterum concedatur, ſeu etiam ordinetur. Et quia in eodem capitulo regulæ immediate ſubiungitur, quòd nullus fratrũ populo penitus audeat prædicare, niſi à Miniſtro Generali fuerit examinatus, & etiam approbatus, ac ab eo prædicationis officium ſibi ſit conceſſum; Nos & ſtatũ præteritum ipſius ordinis in paucitate ſui, & modernum in ampliato fratrum numero, ac vtilitatem animarum (vt condecet) aduertentes: concedimus nedum Generalem examinare & approbare fratres prædicaturos in populis, ac illis concedere li-

† Nota ꝙ iudex ſecularis interponit ſe circa legata pia. Fontanus.

† Tales procuratores reuocantur ꝑ extrauag. ad conditorẽ. §. rurſus. Font.

† Quomodo cõſideratur vilitas rei, glo. eſt ĩ verbo, vilitas. in cle. exiui. eo. Fontanus.

† Vide clem. exiui. §. præterea. & extrauagã. quorundam. §. in primis. Fon.

† Nota ꝙ cõſtitutio ex ſtatione ſuperuenienti ampliatur.

Nota ſecundo illud: cõcorda tẽpora & mores: & concordabis ſcripturas. facit §. nos. & ſtatutum j. eo. Font.

Fratres Minores ad laborem potẽtes an laborare teneãtur. Et an, religioſi manibus operari teneantur. vide omnino B. Thomã 2. 2. q. 187. art. 3.

† Hoc eſt, non concionãtur ad plebem, nõ pſallunt, non legunt. Font.

Libr. 1. Reg. c. 30.

† Vide omnino concilium Tridẽt. ſeſſio. 5. de reform. c. 2. & ſeſſio. 24. de reform. c. 4

centiam prędicandi quatenus perſonæ idoneitatẽ & prędicationis officium licentia ipſa reſpiceret, prout in regula continetur : verum etiam Prouinciales Miniſtri hoc poſsint in capitulis prouincialibus cum Definitoribus, quod etiã hodie obſeruari dicitur,& in fratrũ priuilegiis cõtineri : quã quidẽ licentiã præfati Miniſtri reuocare & ſuſpẽdere valeãt & arctare, ſicut quando id eis videbitur expedire. ¶Sed quoniã in deſideriis noſtris hoc geritur vt ad Dei gloriã ſalus proficiat animarũ : ac dicto ordini, per quẽ iugiter ad amorẽ diuinum affectio Chriſtianæ religionis accẽditur, meritum & numerus augeatur: cõcedimus & præſenti ſtatuto firmamus licere nõ ſolũ Generali, ſed etiã Prouincialibus Miniſtris, perſonas fugiẽtes à ſeculo in fratres recipere: quæ Miniſtrorũ Prouincialiũ licentia per ipſum Generalẽ(ſicut expedire viderit) poſſit arctari. Vicarij vero Prouincialiũ Miniſtrorũ ex officio vicariæ licentiã hanc ſibi nouerint interdictã : niſi per Miniſtros eoſdẽ ( quibus hoc poſſe cõmittere Vicariis & aliis licere decernimus (hoc ipſis Vicariis ſpecialiter cõmittatur. Caueant tñ ipſi Prouinciales, ꝙ hoc nõ indiſcrete, nõ paſſim, ſed ſic cõſiderate cõmittãt, vt illos quibꝰ hoc cõmitti cõtigerit, fidelibus cõſiliis fulciant, quæ omnia diſcrete procedant. Nec indifferenter omnes admittãtur ad ordinẽ: ſed illi tantũ, qui ſuffragãtibus eis litteratura, idoneitate, vel aliis circunſtãtiis poſsint vtiles eſſe ordini, ſibique per vitæ meritum, ac aliis proficere per exẽplum.

Ad ordinem B. Franciſci recipiendi quales eſſe debeant.

¶ Inſuper dubitãtibus fratribus prædicti ordinis, an pro eo quòd in regula dicitur, vt decedẽte Generali Miniſtro, à Prouincialibus Miniſtris & Cuſtodibus in capitulo Pentecoſtes fiat electio ſucceſſoris, omnium cuſtodũ multitudinẽ oporteat ad generale capitulum cõuenire : aut ( vt omnia cum maiori trãquillitate tractentur) ſufficere poſſit, vt aliqui de ſingulis prouinciis, qui vocẽ habeãt aliorum, interſint: Taliter reſpondemus, vt ſcilicet ſingularũ prouĩciarũ cuſtodes vnum ex ſe cõſtituant, quem cum ſuo Prouinciali Miniſtro ꝑ ſeipſis ad capitulũ dirigãt, voces aut vices ſuas cõmittẽtes eidẽ. Quod etiã cõſtituerint ꝑ ſeipſos, ſtatutum hmõi duximus approbandum. Quod idem prædeceſſor noſter Gregorius nonus in caſu hmõi dicitur reſpõdiſſe.

Miniſtro Generali decedente qui debent ad electionem cõuenire.

¶ Denique † quia cõtinetur in regula ſupradicta, quòd fratres nõ ingrediãtur monaſteria monacharũ, præter illos quibus à ſede prædicta cõceſſa fuerit licentia ſpecialis : quamquam hoc de monaſteriis pauperum monaliũ incluſarũ fratres attentius intelligẽdum eſſe crediderint, cũ eorũ ſedes præfata curã habeat ſpecialẽ, & intellectus hmõi per conſtitutionem quandam tempore regulæ datæ, viuẽte adhuc beato Frãciſco, per Prouinciales Miniſtros fuiſſe credatur in generali capitulo declaratus : iidem fratres certificari nihilominus poſtulauerunt, an hoc de omnibus generaliter, cũ regula nullũ excipiat, an de illis ſolum monaſteriis monialium prædictarum debeat intelligi?

† Vide concilium Trident. ſeſſio. 25. tit. d Regularibus & Monialibus, c. 5. & extrauagantẽ Pij Papæ v. incip. Et ſi Mẽdicantium.

Nos vtique generaliter id eſſe prohibitũ de quarumlibet cœnobiis monialium reſpõdemus: & nomine monaſterij volumus clauſtrum, domos, & officinas interiores intelligi: pro eo quòd ad alia loca, vbi homines ſeculares conueniunt, poſſunt fratres illi cauſa prædicationis vel eleemoſynæ petendæ accedere : iis quibus id à ſuperioribus ſuis pro ſua fuerit maturitate vel idoneitate conceſſum, exceptis, ſeu pro prædictarum monaſteriis incluſarũ, ad quæ nulli datur accedendi facultas ſine ſedis eiuſdẽ licentia ſpeciali: quod etiã ipſum idẽ prædeceſſor noſter Gregorius nonus, in eo caſu dicitur reſpõdiſſe. ¶ † Cæterũ ſanctæ memoriæ confeſſor Chriſti Frãciſcus mãdaſſe dicitur circa vltimũ vitæ ſuæ (cuius mãdatũ, ipſius dicitur teſtamentũ) ꝙ verba ipſius regulæ nõ gloſſentur, & (vt verbis vtamur eiuſdẽ) quòd ſic vel ſic intelligi debeat, nõ dicatur: adiiciẽs quòd fratres nullo modo litteras aliquas ab Apoſtolica ſede petãt: & alia quædã interſerens, quæ nõ poſſent ſine multa difficultate ſeruari: propter quod fratres hæſitãtes, an tenerentur ad obſeruantiã teſtamẽti prædicti, dubitationẽ huiuſmodi per eundẽ prædeceſſorẽ noſtrũ Gregoriũ nonũ petierũt de ipſorũ cõſcientiis amoueri : qui (ſicut aſſeritur) attendens periculũ animarũ, & difficultates quas propter hoc poſſent incurrere, dubietatẽ de ipſorũ cõſcientiis amouendo, dixit fratres ipſos ad ipſius mãdati obſeruantiã nõ teneri: quod ſine cõſenſu fratrũ & maxime Miniſtrorum, quos vniuerſos tãgebat, obligare nequiuit, nec ſucceſſorem ſuũ quomodolibet obligauit : cũ nõ habeat imperiũ par in parem. Nos aũt circa præſentẽ articulũ nihil duximus innouandũ.

† Franciſc' beatus prohibuit in extremis ſuam regulã gloſſari, & litteras Apoſtolicas ſuper ipſius relaxatione impetrari.

¶ † Ad hoc à nonnullis prædeceſſoribus noſtris Romanis Põtificibus circa declarationẽ ipſius regulæ, & ipſam regulã contingentia, diuerſas litteras intelleximus emanaſſe. Sed nec per hoc mordaciũ prædictorũ contra regulam ipſam, & fratres quieuit inſultus: nec per ipſas litteras ſtatui fratrũ prouidere † in multis, in quibus de nouo vel aliter neceſſario prouidendum eſſe multorum poſtea caſuũ cõtigentiũ experientia indicauit. Nos itaque ne litterarũ huiuſmodi & pręſentis cõſtitutionis diuerſitas vel intellectus aduerſitas in ꝓdictorũ obſeruatione fratrũ animos perturbaret: & vt plenius, clarius, & certius eorũ ſtatui & obſeruãtiæ prædictæ regulæ cõſulatur in omnibus & ſingulis illis articulis, quos conſtitutio ipſa continet, quamquam ipſi vel eorũ aliqui cõtineãtur in aliis litteris Apoſtolicis ſupradictis: Hanc noſtrã cõſtitutionẽ, declarationẽ, ſeu ordinationẽ tãtum à frattibus ipſis præciſe ac inuiolabiliter decernimus perpetuis tẽporibꝰ obſeruandã.

† Hunc §. & §. quia ſub colore, allegat Bal. referẽte hic Phi. in Authen. ſi qua mulier. C. de ſacroſan. eccle. ꝓ ſtatutis vetãtibus ſe gloſſari idẽ Bal. l. non dubiũ, de leg. Font;

† Aliàs, prouidetur.

¶ Cum igitur ex prædictis & aliis per nos cum multa maturitate diſcuſsis, regula ipſa licita, ſancta, perfecta, & obſeruabilis, nec vlli patens diſcrimini euidenter appareat: illa & omnia ſupraſcripta per nos ſtatuta, ordinata, conceſſa, diſpoſita, decreta, declarata etiã, & ſuppleta, de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine approbamus, cõfirmamus, & volumus exiſtere perpetuæ firmitatis: In virtute obediẽtiæ diſtricte præcipientes, quòd hæc cõſtitutio ſicut cæteræ cõſtitutiones: vel decretales epiſtolæ legatur in ſcholis. Et quia ſub colore liciti nonnulli cõtra fratres ipſos & regulã, in legendo, exponendo, atq; gloſſando poſſent dirum virus ſuæ iniquitatis effundere: ac ipſius conſtitutionis intellectũ ipſum in diuerſas & aduerſas ſententias producentes ſuis adinuentionibus deprauare: & opinionũ diuerſitas ac diſtortio intellectus multorũ pios animos poſſet inuoluere, & à religionis ingreſſu multorũ corda ſubtrahere: taliũ detrahentiũ vitãda peruerſitas cogit nos viã ipſis ad prædicta p̄cludere, & certũ procedẽdi modũ hãc cõſtitutionem legentibus prefinire. ¶ Itaque ſub pœna excommunica-

Excommunicatio ful-

minatur cõtra gloſſã: es iſtam decretalem nõ obſtantib⁹ quibuſcumque priuilegiis cuius excõmunicatiõis abſolutionẽ ſibi Papa reſeruat.

PRiuilegium.] Non diuiditur: quia pendet vſque ad vltimam dictionem.

CASVS. A ſede Apoſtolica fuit conceſſum priuilegium quibuſdam religioſis: videlicet ꝙ fratres illius ordinis habitantes in cellis illius ordinis, vel ipſæ cellæ nõ poſſent excõicari vel interdici: dubitatur de hoc vocabulo, cella, inſerto priuilegio: & qualiter accipiatur in materia priuilegij. Rñdet ꝙ cella in hoc caſu accipitur pro loco ſolitario ſegregato à cõitate hominũ: ideo ſi fratres illi⁹ ordinis haberent Prioratus in loco populoſo, priuilegium ſuum nõ ſe extenderet ad tales religioſos, ſed ſolum ad illos, qui habẽt cellas ſeparatas à cõi victu hominum. Nota primo ꝙ in materia priuilegiorum, per quæ conceditur exẽptio religioſis habitantibus in cellis monaſterij, appellatione cellæ veniunt ſolummodo loca ſolitaria: largo tñ modo accipiendo cellam, appellatione cellę venit parua camera, quam non debent habere religioſi: immo debent comedere in eodẽ refectorio, & dormire in eodẽ dormitorio, & debent omnes eſſe in aperto, & dr̃ cella à celando: quia vnus religioſus non debet celari ab aliis nec occultari, & vnus religioſus debet videre alios religioſos in dormitorio & refectorio.

Nota ſecundo optimum tex. ꝙ idem eſt dicere fratres, qđ monachi. vide de iudi. cauſam. Nota vlterius, ꝙ excõicatio & ſuſpenſio referũtur ad homines: interdictũ ad loca. 11. q. 3. nemo epõrum. de cle. excõ. min. poſtulaſti. 2. rñ. Io. Mo. & Ioa. And. Dominicus.

¶ *Prima glo. ſummat.*

a ¶ *Priuilegium.*] Exẽptis cellis alicuius monaſterij, quid appellatio cellæ ſignificet, hic oſtendit.

¶ *Glo. ſeq. ſoluit dubium.*

b ¶ *Legato.*] Intelligo generaliter, ſicut generaliter loquitur: ex quo aliud non exprimitur, & eſt ſimile quod dixi. s̃. eod. lib. de reſcrip. ſtatutum. 1. reſpon. in gl. quia verbum.

1 Aretinus not. hanc gl. in c. repellantur. de accuſatio. ad probandũ. quod etiam in materia priuilegiatiua illẽ dicatur habitare, qui eſt in loco ad tẽpus. allegat Baldum in l. 1. ff. de ſtatu hom.

c ¶ *Commorãtes.*] Large loquitur 1: quia interdum ſunt inſtituti perpetuo; interdum ad tempus: interdum ad ſolam moram ibi trahendam, de ſta. mona. c. 2. ad fin. ſupra eod. lib. de temp. ordin. cum nullus. in fin. & de capel. mona. cap. vnico. ſed quo ad caſum noſtrum non eſt curandum.

d ¶ *In aliquo.*] Tolle, defendat, quod eſt in fi. & iterũ repete, ſed defendat reſidentes tantum, & cætera.

e ¶ *Hoc eſt.*] Propter hoc facit ad titulum noſtrum de verb. ſigni.

nicationis & priuationis officij ac beneficij diſtricte præcipimus, vt præſens conſtitutio cũ ipſam legi cõtigerit, ſicut prolata eſt, ſic fideliter exponatur ad litterã: cõcordãtiæ, cõtrarietates, ſeu diuerſæ vel aduerſæ opiniones à lectorib⁹ ſeu expoſitorib⁹ nullatenus inducãtur. Sup ipſa cõſtitutione gloſſæ nõ fiãt (niſi forſan per quas verbũ vel verbi ſenſus, ſeu cõſtructio, vel ipſa conſtructio quaſi Grãmaticaliter ad litteram vel intelligibilius exponatur.) Nec intellectus ipſius per legentẽ deprauetur in aliquo, ſeu diſtorqueatur ad aliud quàm littera ipſa ſonat. Et ne ſecundũ prædicta contra detractores huiuſmodi oporteat vlterius laborare: vniuerſis ac ſingulis cuiuſcũq; præeminẽtiæ, conditionis, aut ſtatus, diſtricte præcipimus, ne cõtra prædictã regulã & ſtatũ fratrũ prædictorũ, ſeu contra præmiſſa per nos ſtatuta, ordinata, cõceſſa, diſpoſita, decreta, declarata, ſuppleta, approbata, & etiã cõfirmata, dogmatizẽt, ſcribãt, determinent, prædicẽt, ſeu praue loquãtur publice vel occulte. Sed ſi quid penes aliquẽ in his ambiguitatis emerſerit, ad culmẽ prædictæ ſedis Apoſtolicæ deducatur, vt ex auctoritate Apoſtolica ſua in hoc manifeſtetur intẽtio: cui ſoli conceſſum eſt in his ſtatuta cõdere, & edita declarare. ¶ Gloſſantes vero in ſcriptis conſtitutionẽ ipſam aliter, quã eo modo, quẽ diximus: Doctores vero inſuper & lectores dum docẽt in publico, ex certa ſcientia & deliberate intellectum conſtitutionis huiuſmodi deprauantes, faciẽtes quoque cõmentũ, ſcripturas, ſeu libellos, ac ex certa ſcientia & deliberate determinãtes in ſcholis, ſeu prædicãtes contra prædicta, vel aliqua ſeu aliquod prædictorũ (nõ obſtantibus aliquibus priuilegiis, vel indulgẽtiis, aut litteris Apoſtolicis, quibuſcũque dignitatibus, perſonis, ordinibus, aut locis religioſis vel ſecularibus generaliter vel ſingulariter ſub quacũque forma vel expreſſione verborũ cõceſſis, quæ nolumus aliquibus in premiſſis quomodolibet ſuffragari) excommunicationis ſentẽtiæ, quam nunc in ipſos proferimus, ſe nouerint ſubiacere: à qua per neminem niſi per Romanũ Pontificẽ poſſint abſolui. Inſuper† tam iſtos, contra quos per nos excommunicationis eſt prolata ſententia, quàm alios (ſi qui fuerint) contra præmiſſa vel eorum aliquod veniẽtes, ad ſedis memoratæ volumus deduci notitiã: vt quos prouiſus modus æquitatis nõ arcet à vetitis compeſcat rigor Apoſtolicæ vltionis. Nulli ergo omnino hominũ liceat hãc paginã noſtræ declarationis, ordinationis, cõceſſionis, diſpoſitionis, ſuppletionis, approbationis, cõfirmationis, & cõſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario cõtraire. Si quis autẽ hoc attẽtare p̃ſumpſerit, indignationẽ omnipotẽtis Dei & beatorũ Petri & Pauli Apoſtolorũ eius ſe nouerit incurſurum. Datum Siriani xviij. Calend. Septembris, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

† In iſto verſi. not. quòd Papa põt ſibi rebellãtes excommunicare, & vltra adhuc aliter punire. Fontanus.

¶ Bonifacius octauus.

¶ *Exemptis cellis alicuius monaſterij: quid appellatio cellæ ſignificet, hic oſtendit. Ioan. And.*

CAP. IIII.

PRiuilegium [a] monaſterio tuo cõceſſum, vt monachi ſiue fratres in cellis ad monaſterium ipſum ſpectantibus † habitantes, ab alio quàm à Papa, vel eius legato [b] excommunicari, aut ſuſpendi, vel ipſę cellæ interdicto ſupponi non poſſint: non fratres in Prioratibus, eccleſiis, ſeu capellis eiuſdem monaſterij cõmorantes [c], aut ipſos Prioratus, eccleſias, vel capellas ab ordinariorũ iuriſdictione in aliquo [d], ſed reſidentes tantum in cellis, & cellas ipſas (hoc eſt [e] loca ſecreta [f] & ſolitaria, quæ ab hominum ſeparata conuictu [g] ſunt ad contemplandũ [h], & Deo vacandũ ſpecialiter deputata) defendat.

† Non quo ad proprietatem. c. cum olim. 2 s̃. de priuileg. ſed quo ad correctionẽ monachorũ. cũ in eccleſiis. de ma. & obedi. quo ad adminiſtrationẽ edoceri. & reſcript. neque meum, tuum, ſẽper dominium importãt. Ancha. c. ſeq infra eo. Font.

¶ Idem.

¶ *Priuilegiato aliquo, vt poſſit conferre beneficia clericorum ſuorũ: quid appellatio clericorum ſuorum deſignet oſtendit. Ioan. And.*

CAP. V.

SICVT † NO-

ADDITIO. Aliàs locari potuiſſet. s̃. proxi. vel ſub tit. de priuileg. Ioan. And.

¶ *Gl. ſe. declarat textũ.*

f ¶ *Secreta & ſolitaria.*] Cella dr̃ à celando & occultando, & ſic hoc caſu locus ſolitarius: & talem vitam ducentes digni ſunt conuenienti honore. 16. q. 1. q. vere. & ad has cellas religioſi etiam Mendicantes de prælatorũ licẽtia tranſire poſſunt. s̃. eo. lib. de exceſ. præla. c. vnico. Aliàs autem large ſumẽdo dicimus cellas quæ ſunt etiã infra clauſuram monaſterij: vnde ex cauſa, puta propter infirmitatẽ monachi, diſpenſat abbas cum eo, vt habeat ſuam cellam extra cõe dormitorium: tamẽ infra monaſterij ſepta. 20. q. 4. c. vlt. & de talibus cellis hoc priuilegium intelligitur.

g ¶ *Conuictu.*] id eſt, communi victu.

ADDITIO. Dictio compoſita à com, & viuo: vnde & ſimul comẽdentes conuiuere vere dicuntur. Archid.

h ¶ *Contemplandum.*] de vita cõtemplatiua 2 & actiua dr̃ s̃. de renũ. niſi cum pridem. ad fi.

2 Vide oĩo B. Thomam 2. 2. q. 182. art. 1.

ADDITIO. Archi. inducit illud Gregorij ꝙ quies ex corde nobis eſt appetenda 8. q. 1. in ſcripturis. verſic. quies. per quod vr̃ cõtemplatiua præcellere. Ad idẽ ea. q. qui epiſcopatum. quod dicit verum, ſecundũ Aug. nam duodecim ſunt in quibus vita contemplatiua præeminet actiuæ, vt dicitur in ſum. de virtutibus. vbi tractat de præeminentia vitæ contemplatiuæ ad actiuam. & vide quod ſcripſi de reg. ſane. in magna glo. Ioa. And.

SIcut nobis.] Cõmunis diuiſio: quia in prima conſultatio à verbis duplicis gratiæ cauſata: In ſecunda latior reſponſio: ibi, *Verum.* Vel ibi, *Breui reſpondemus.* latitudo reſpõſionis patet in verſi. ſimilibus. & in verſi. etiam ſi. Dominicus.

† Petrus de Ancha. dicit illud c. procedere in quocunque habente gratiam, de qua hi, ex quonuli certo dirigitur. Font.

CASVS. Eps Pictauen. à ſede Apoſtolica impetrauit priuilegiũ, vt poſſet conferre beneficia ſuorum clericorũ

cedentium & decedentium: ep̃s habet clericos beneficiatos in aliis diœceſibus: dubitabatur quid contineretur appellatione clericorum ſuorum? Rñdet, quòd appellatione clericorum ſuorũ continentur illi ſoli clerici, qui ſunt in cõtinuo ſeruitio ep̃i, & viuũt expenſis propriis ep̃i; ideo ſi aliqui diuites morabantur in domo ep̃i, ſed viuebant expenſis ſuis, & non expenſis ep̃i priuilegiati: illi non ſunt cenſendi ſui clerici quantũ ad materiam priuilegij. [ *Oraculo.*] vnde oraculum dr̃ reſpõſio facta ad interrogationẽ alterius, Not. ꝙ ſi alicui à ſede Apoſtolica concedatur priuilegium, vt poſſit conferre beneficia ſuorum clericorum cedentium vel decedentium: appellatione clericorum ſuorum veniunt ſoli illi, qui ſunt in continuo

bis [a] ſignificare curaſti, tibi gratioſe conceſſimus, vt beneficia clericorum tuorum cedentiũ, vel decedentium [b] poſſis conferre: quodque iidem clerici præbendarum ſuarum fructus percipiant, ac ſi in ſuis eccleſiis perſonaliter reſiderent [c]. Verum quia dubitas, qui clericorum tuorum appellatione debeant contineri: Breui reſpondemus [d] oraculo, quòd illos in his & ſimilibus [e] caſibus tuos volumus intelligi clericos, qui per te non quæſiti [f] propterea vel recepti ſine fraude & fictione qualibet, vere tui clerici familiares exiſtunt, & in tuis expenſis continue [g] domeſtici commenſales: etiam † ſi quos ex illis aliquando pro tuis [h] gerendis negotiis abeſſe contingat.

† Aliàs ita: etiã ſi ex illis aliquos aliquando, &c.

ſeruitio priuilegiati, & viuunt expenſis ſuis propriis: & hoc verũ in priuilegiis, quæ ſunt odioſa: aliàs vero appellatione clericorum ſuorum veniunt omnes ſubiecti. s̃. eod. cum tibi. in antiq. Not. ꝙ gratia quandoque fit alicui, vt non effectus gratiæ deriuetur in eum, ſed vt ipſe aliis conferat vtilitatem. Ad idem de præbend. ſi cui. & c. ſi is cui. eo. lib. Not. vlterius ꝙ breuitas deſideratur etiam in iuribus condendis. Ad hoc s̃. de iureiur. breui. & de breuitate vide not. de pœni. & remiſ. ſignificauit. & s̃. eod. lib. de teſta. ſi pater, ſuper 1. gloſ. Ioan. And. Domi.

¶ *Prima glo. ſummat.*

a ¶ *Sicut nobis.*] Priuilegiato aliquo vt poſſit conferre beneficia clericorum ſuorum: quid appellatio clericorum ſuorum deſignet, oſtendit, & cætera.

b ¶ *Decedentium.*] Nunquid talis poſſet conferre beneficia ſuorũ clericorum cedentium vel decedentiũ in curia Romana 1? Item nunquid poſſet conferre beneficia clericorũ ſuorũ alio modo vacantia? dixi s̃. eo. lib. de præbẽ. quãuis 2. [in gl. iſta duo. Io. And.]

1 De hoc hic Archi. tenẽs, quod non poteſt: vt ibi dixi. Ioan. And.

c ¶ *Reſiderent.*] Ex ſola reſidentia ſi non intereſſent diuinis, non perciperent quotidianas diſtributiones: vnde nec iſti percipient. s̃. eod. lib. de cleri. non reſi. c. 1. & ſuper hoc vide quod ibi dixi in glo. not. quòd ſi quis dominus.

¶ *Glo. ſeq. recitetur per quæſtionem.*

d ¶ *Reſpondemus.*] Per hoc vr̃ ꝙ iſta decre. ſit veteris iuris declaratoria 2, non noui promulgatoria: licet arg. 5. j. dum dicit, volumus. & ꝙ ſit declaratoria patet: quia tractat de verbi ſignificatione. ad hoc s̃. eo. c. 2. reſpon. 1. in fi. nec bene occurreret ratio quare hoc eſſet ius nouum, & non vetus. præterea priuilegium prius conceſſum fuerat: poſtea priuilegiatus conſuluit Papam circa priuilegium prius conceſſum: ſic eſt reſponſum. per quod patet ꝙ à conceſſione priuilegij etiam antequam emanaſſet hæc decre. priuilegium ſic erat intelligendum. Ioan. And.

2 Idem Ioã. Mo. & eadẽ ratione, Ioã. And.

¶ *Glo ſeq. exemplificat, obijcit, ſoluit, & rationem reddit.*

e ¶ *Similibus.*] Pone conceditur ei priuilegium, vt cum clericis ſuis ſuper pluralitate beneficiorum curatorum, vel dignitatum diſpenſare poſſit; vel eis conferre ius ad vacaturas, vel ſimilia. Et bene dicit, in his, & ſimilibus: quia in aliis caſibus diſſimilibus appellatio clericorum omnes ſubiectos clericos comprehendit. s̃. eo. cum tibi. & poteſt eſſe ratio: quia hic de priuilegio loquitur odioſo 3: quia per primum tollebatur ius ſeu poteſtas conferendi beneficium ei, ad quem ordinario iure ſpectabat, per ſecundum minuitur cultus diuinus: & non deſeruiens eccleſiæ recipit ſtipẽdiũ: ergo bene ambitioſa & reſtringenda ſunt talia indulta. s̃. eo. lib. de præben, quamuis 1. quod non eſt in decre. cum tibi. Ioa. And.

3 Cum concurrũt fauor & odiũ, dicimus priuilegia odioſa exẽpla, vide nota. ſupra d̃ foro compe. in 1. gl. &c. Ioan. And.

f ¶ *Quæſiti propterea.*] Sic s̃. de elect. c. officij s̃. eo. lib. de reſcri. ſtatutum. §. inſuper. de iudi. mulieres. & de renun. c. 2. ſic & affectata tutela immunitatem non præbet. C. de iis qui ſpon. mune. ſube. lib. 10. l. 1. & 3.

g ¶ *Continue.*] ciuili 4 modo intelligendum eſt verbum. ff. de ſer. ſi cui. de conſecra. diſt. 5. nunquam. ſicut & ſeruitus dr̃ continua, & aqua quotidiana. ff. de ſer. vrb. præd. l. foramen. ff. de aqua quoti. & æſti. l. 1. §. ꝙ autem. & fluuius dr̃ continuus, qui quandoque exareſcit. ff. de flu. [& ne quid in flu. pub.] l. 1. 1. reſponſo.

4 Vide Bar. in l. 1. ff. ſolut. mat. & plene Felinũ in procemio Decret. & in cap. ex teno re. de teſtibus.

¶ *Glo. ſeq. ſoluit duo dubia.*

h ¶ *Pro tuis.*] s̃. de cle. non reſi. ex parte. Et ſi ægrotaret, ſeruire intelligitur. ff. de ſtatuli. cum hæres. §. Stichus. Nec ſumo ita amarè verbum, quin etiam pro ſuis propriis interdum poſſit abeſſe. Ad hoc s̃. eo. lib. de præben. præſenti. 1. & 2. reſponſo. ſicut iudex, propter ſua propria negotia differre poteſt & dimittere 5 cauſam. ff. de iudi. ſi longius.

5 Hoc melius intelliges per nota s̃. de voto ꝙ ſuper his, in. 3. gloſ. Ioan. And.

ADDITIO. Quod clericus pro ſuis propriis negotiis poſſit abeſſe, tenet etiã Archi. qui tñ ſignat ꝯrium. s̃. eo. lib. de elect. ſi poſtquam. §. 1. non ſoluit. Tu dic ꝙ illud ſpeciale, ne propter eius abſentiam proteletur vacatio. Item ibi ſibi potuit prouidere ſi iuſtã cauſam habebat abſentiæ obtinendo licentiam. Item nec ille textus amariſſime ſumitur, vt ibi not. in gl. & ita. in fin. Ioan. And.

## De regulis iuris.

SEQVVNTVR regulæ iuris.

¶ *Quarum cognitio cũ vtilis & neceſſaria ſit teſte Alberico in rubri. ff. eo. dãnetque Sali. eos in l. quod te. ff. ſi cer. pe. l. quod Nerua. ff. depo. qui ſolis ſingularibus doctrinis ſtudẽt: Quas & ſine vituperio ipſe Põtifex neſcit. gl. c. veniẽs. de præſcr. negligẽtes interim iura regularia: quarũ ignorantia nullo modo excuſabilis eſt. l. is nõ. ff. de cõfeſ. gl. l. profeſſio. C. de mu. pa. lib. 10. Ideo adnotaui tibi ad glo. quicquid melioris doctrinæ eſt in Mercu. Io. An. commentarijs Phil. Petri de Anchar. Dyni, Alberici Roſatis. Ioan. Vankel. Iaco. Fon. Burgen.*

¶ *Glo. iſta primo continuat rubri. Secundo ad ſituationem opponit, & dupliciter ſoluit. Tertio per modũ ſummæ de regula quærit quinque, & de iure tria.*

NOn eſt nouũ, vt aliquib⁹ ſpecialiter enumeratis gñralis clauſula ſubſequatur, quę omnia cõprehẽdat, vt 49. diſt. per totũ. 23. q. 5. de occidendis. s̃. de proba. quoniã ꝯ falſam. s̃. eo. lib. de procu. qui ad agendũ. ff. ad leg. Aqui. ſi ſeruus ſeruũ. §. inquit lex. in fin. C. de ſacroſ. eccle. l. generali. Idcirco poſt rubricas ſupra poſitas, q̃ ſecundũ ſuas materias iuris regulas cõprehẽdũt, ponitur hic rubrica generalis ad materias vniuerſas: De regu. iuris. Si quæratur quare in principio cõpilationis nõ poſuit Bonifacius hãc rubricã. cũ ſæpe præmittatur clauſula generalis ſecutis poſtmodũ ſpeciebus, vt s̃. de prob. cũ rubricis ſequẽtibus 6. de reb. eccl. nõ alie. cũ rubricis ſequẽtibus. de reg. cũ rubricis ſeq. ff. de ſerui. cũ rubricis ſequẽtibus? Poſſet dari coloratiua reſpõſio; quia quæ vltimo dicuntur, melius memoriæ cõmendãtur. de cõſecra. diſt. 2. liquido: Eſt autem vera 7 ſolutio, ideo hunc ordinẽ obſeruatũ, vt oſtenderetur ius nõ ſumi ex regula, ſed regulã ex iure. ſi enim à prĩcipio poſita fuiſſet, forſitã crederet aliquis ꝙ ius ſequẽs regulas, ex regulis ſumeretur: in fine igitur ponitur, vt appareat ex iure qđ p̃ceſſit, regulas ſumi. ff. eo. l. 1. Vidẽdũ eſt igitur primo qđ ſit regula, vñ dicatur, qualiter cõſtituatur, & qđ ſit eius officiũ, & quæ ipſius ſit poteſtas. Secũdo vidẽdũ quid ſit ius, vnde dicatur: & quomodo hic ſumatur. Tertio q̃ ſunt hæ iuris regulæ, ſingulariter & clare eas proſequendo videbimus. ¶ Circa primũ, Regula ſecundũ Grãmaticos, eſt multorum ſimilium collectio. Lex autem deſcribit regulam eam eſſe, quæ rẽ quæ eſt, breuiter enarrat. ff. eo. l. 1. Dr̃ autem regula, quia regit vel normã recte viuendi præbet, & ab hac regula quæ dr̃ norma recte viuendi, dr̃ regularis. Dr̃ etiam regula eo quòd recte ducit, nec aliorſum trahit, quaſi à rega, vel regula, quæ idem eſt quod rectitudinis forma. Sicut enim per regulam nouit ſcriptor modum recte ſcribendi: ſecator modũ recte ſecandi, & ſic de ſingulis: ita per has regulas modum recte iudicandi cognoſcimus. ad hoc. 3. diſt. regula. Eſt autem regula latine, idem quod canon græce. 3. diſt. canon. Et dicitur regula proprie quaſi regulariter vera. quamuis patiatur. exceptiones in ſe. Quæ an contineantur ſub regula, fuerunt opiniones, q̃ not. ff. eo. l. 1. 8 & facit qđ not. di. 3. regula. Subtilitatibus tñ circa hoc omiſſis, breuiter & groſſo modo ſic dico, ꝙ quo ad poteſtatem verborum, quæ in ea proferuntur, vniuerſaliter vel ſaltem indefinite affirmando vel negando comprehẽdit exceptiones 9; aliàs non diceretur exceptio: ſicut ſi dicerem, omnis homo currit excepto equo Titij. hæc enim non eſt exceptio: quia equus non comprehendebatur ſub illa propoſitione, omnis homo: ſed ſi dicerem, omnis homo currit excepto Titio, tunc propria eſt exceptio, quia propoſitio, omnis homo, bene comprehendebat Titiũ. tollitur ergo Titius virtute exceptionis quo ad materiam de qua fit ſermo, vt ſcilicet dicatur non currere. Sic quo ad iuris determinationem exceptio non comprehenditur ſub regula: quia ꝯria ratio: & plus eſt in exceptione q̃ in regula. hoc ergo operatur exceptio, vt illud quod aliàs ſub verbis regulæ comprehendebatur, ad determinationem regulæ exceptionis virtute tollatur. Conſtituitur autem regula (vt ſupra dixi) per verba quæ de ſui natura omnia comprehendant: id eſt, per ſigna vniuerſalia affirmatiua, quæ omnia comprehendunt. s̃. eo. c. omnis res. & c. defleat. ff. eo. l. omnis definitio. & l. omnes actiones. & l. omnia fere. & l. omnia quæcunque. Itẽ per verba negatiua, quæ vniuerſaliter negando excludunt omnia, vt j. eo. nemo poteſt. 1. & 2. j. eo. nullus. 1. & 2. ff. eo. l. nemo. & l.

6 Iſtud declarat Anchara. hic Font.

7 Idem doctores. Font.

Regula qualiter deſignatur.

Exceptiões an ſub regula contineantur.

8 Ibi Deci. hic Dynus. Font.

9 Bar. in l. ſi cũ. §. qui iniuriarũ. ff. ſi qs cau. Fõt.

Regula per quæ verba cõſtituatur.

nemo.& l.nullus.Item per verba indefinita, quæ ſimpliciter prolata æquipollẽt vniuerſalibus 1.19.diſt.c.1.ſ. de priuileg. quia circa.C.de hære.ven. vlt. & ideo omnes regulæ paucis exceptis traduntur per ſigna indefinita affirmatiua vel negatiua,vt ſ.eod.& j. eod.& ff.eo.titu.ſatis apparet.Officiũ autẽ regulæ eſt plures ſimiles caſus ſimul iungere clauo rationis , vt ff.eo. tit. l. 1. Quæ ſit poteſtas regulæ,an ſcilicet conſtituat ius de nouo , an antiquum recitet,dubitatur : & vř ꝙ ius de nouo nunquam cõſtituat: quod iure & ipſo facto probatur. Iure,ff.eo.l.1.Facto,quia in octogintaocto regulis infra poſitis non eſt vnam etiam ſolam inuenire, quæ ius de nouo conſtituat,vt in proſecutione patebit.Econtra vř:quia regula Catoniana de nouo ſtatuit, ꝙ legata quæ ſunt inutilia ratione legantis tantum,vel ratione legantis & legatarij,vel legatarij & eius à quo legatum eſt præſtandum, vel ratione rei tantum, vel miſta ratione rei legatæ & perſonæ legatarij,tractu temporis non conſtituãtur: etiam ſi cauſa impedimenti remoueatur. ff. de reg. Catoni. l. 1.in princi. ff. de lega.1. l. cætera. §.1.ergo ipſa regula conſtituit ius de nouo.Ad hæc faciũt infinita iura,in quibus Papa iudicat ex regulis,vt ſ.de conſtitu.cap.2.de reſcrip.c.1.& c.paſtoralis.de iudi. nonit.ſ.de foro compe.ſi diligenti.de fide inſtru.inter dilectos.ad fi. & de præſump.dudum.de excep.cum venerabilis.de reg.ad Apoſtolicam.de conſang.& affi.c. vlt. cum mille ſimilibus. ex quibus vř ꝙ ius ſumatur ex regula.Subtiliter dixerũt doctores,ꝙ tres ſpecies caſuum eſt conſiderare: quidã ſunt iam determinati,& in illis regula non conſtituit ius, quia inuenit iam conſtitutum. Item ſunt quidam excepti à legis determinatione & in illis ſimiliter regula non conſtituit ius,quia non clauduntur ſub regulæ determinatione. Quidã ſunt in quibus eſt eadem æquitas,quæ eſt in caſibus à iure determinatis,nec tñ reperiuntur in iure poſiti:& in illis regula facit ius propter identitatem rationis non patientis ius ſimilium caſuum eſſe diuerſum. Apertius dici poſſet 2. ꝙ aut conſtitutio iuris præcedit traditionem regulæ , & regula de iure iam conſtituto,quaſi materiatum de materia producitur : & tunc proprie habet locum diſtinctio prædictorum caſuum , vt videlicet in iam determinatis & exceptis non faciat ius : in non determinatis in quibus eſt eadem ratio,ius conſtituat : ſed vbi non eſt ius conſtitutum ante regulæ diſpoſitionẽ,ſed inuenitur ſola ſimplex traditio regulæ,tũc ipſa regula eſt ius vel iuris cõſtitutio: & nõ ab alio ſed à conſtituente procedit,& ita poteſt intelligi prædicta lex prima de reg.Cato.probatur hoc ſatis per antiquas regulas. ſ.eo.tit. quas veritate inſpecta eſſet inuenire præceſsiſſe iuris traditionẽ: vides enim pro maiori parte ꝙ vbi ſunt decre. Alexandri iij.ſunt primæ in titulis,maxime poſt concilia antiqua,vt ſ.de reſcrip. de renun. cum duabus rubricis ſequenti. de offic. vica. cum duabus rubricis ſequen. de iis quæ vi metusve cau. fiunt. cum duabus ſequen.de dolo & contu.cum duabus ſeq.& multis aliis: & tñ omnes regulæ ſ.eo.tit.præceſſerunt Alexand.iij. excepta vltima,quæ fuit Lucij iij.qui ipſum ſecutus eſt,vt ex chronica & decretalium ordinatione ſatis apparet.Si igitur prima regula ſ.eo.tit.exemplificetur per decre.ſ.de ſponſa. præterea 1. ſecunda per decret. & ſi quæſtiones.de ſimo.tertia per decre.de voto, magnæ.& ſic de ſingulis,dico ꝙ regulæ illæ dicta iura præceſſerant , vnde regularũ diſpoſitio non potuit ex ipſis iuribus ſumi,quæ nondum erant:immo potius vř determinatio ipſorum iurium facta per regulas. Ad hoc faciunt omnes illæ decretales ſuperius allegatæ,in quibus Papa pronuntiat per regulas.Ego tñ non recedo à verbis legis, & dico ꝙ per regulã non ſtatuitur ius,ſed ex iure ſumitur regula:aliàs non video quo modo poſſet dici,regula iuris.Sicut enim in regula ligni vel ferri neceſſe eſt illas materias præuenire , lignũ ſcilicet, vel ferrum, ad hoc ꝙ diſponatur ex eis regula : ſic in regula iuris neceſſe eſt ius,quod eſt ibi materia,præueniſſe, ad hoc, vt regula poſsit inde diſponi: & tunc proprie loquitur dicẽdo de regulis iuris, aliàs dicere debuiſſet de iure regularũ. Et ſi dicatur ꝙ in caſibus non expreſsis à iure,vbi eſt ratio ſimilis,regula facit ius : hoc eſt ſine regula aliqua,per iura quæ hoc volunt.de reſcrip.inter cæteras.de tranſla.inter corporalia.ff.de legi.non poſſunt.cum ſimilibus. Et ſi obiiciatur de regula Catoniana,dico ꝙ non proprie 3 dř regula,nec inter regulas ponit. ff.eo. tit. Et ſi dicatur ꝙ aliquæ regulæ præceſsiſſe videantur iuris expreſſam traditionem: dico ꝙ ius quod eſt idem qđ ratio,vt 1.diſt.conſuetudo.9. diſt. ſana quippe.ab exordio rationalis creaturæ præceſſerat.5.diſt.in prin.vel ſaltem diſpoſitione concedentis regulam,ius præceſſerit: vidẽs enim formator regulæ ſic eſſe debere de iure,quod in eius ſaltem mente ſedebat,formauit regulam. allegatur tñ regula pro iure, non tã ex origine,quàm ex forma , & potior eſt eius cauſa pro quo facit regula 4: habet enim aduerſarius neceſſe oſtendere rationẽ quare in illo caſu regula non loquatur,& facit qđ dicã.j.eo.Vtile.Ad ſecundũ quo quæritur qđ ſit ius,& vñ dicatur , & quomodo hic ſumatur:dicendũ eſt breuiter,ꝙ ius eſt ars boni & æqui.& c.ff.de iuſtitia & iure.in prin.& dř à iuſtitia,vt ibi,& ſ.de verb.ſig. ius aũt. quam ſummum in rebus bonũ eſt colere. 12. q. 2. cum deuotiſsimã 5. Ius autem eſt generale nomen , habens multas ſpecies. 1. diſt.ius generale.cuius ſpecies diuidas & ſubdiuidas,vt ibi per totũ.& ff.& inſt.de iuſti.& iure,per totũ. Sumitur autẽ hic ꝓ noſtro iure canonico,non autẽ pro iure ciuili,vt probatur j.eo.in ſecunda regula,quæ de iure ciuili non procedit, quod dic vt ibi dicam. Tertio autem ordinate has regulas eſt videre , & primo primam.

1 Vide Dynum hic & Bar. in l. ſi pluribus. ff. de legat.2.& Albericũ in l.de pupillo. §. ſi nuntiat. ff.de nouio- per.nunt.

† Aliàs , ita: Idem.

Caſus ſunt triplices.

2 Idem Dynus & male ſecundũ Philip.dicentem Bar. in rub. ff.eo. tenere hanc gloſ. ibi,ego tamẽ non recedo. Font.

Regula ex iure ſumitur.

3 Hoc eſt eo modo quo iura iſto titulo poſita vocantur regulæ.Font.

4 Idem Philippus. ſimilis gloſ. in l. omnis defi nitio. ff. eo. allego c.2.in fi. de contu. lepros.Font.

5 Philip que- rit an nomine iuris veniat ſtatutũ, conſuetudo. vide Luc. Rom. ff. de arbi. recepto res.c.ſi.de cõſue. Font.

Bonifacius octauus †.

## REGVLA I.

BEneficium [a] eccleſiaſticum non poteſt licite ſine inſtitutione canonica obtineri.

BEneficium.] Caſus in hac regula poteſt figurari per cap. ſi quis deinceps.16. q. 7. & primo in actore : Cum ego actor tenuiſſem aliquod beneficium per ſpatium x. vel xx.annorum, cecidi à poſſeſsione mei beneficij: feci te nouum poſſeſſorem conueniri coram iudice competente intentando petitorium : videlicet quòd illud beneficium ad me pertinebat & ſpectabat : quare petebam & ſupplicabam & requirebam , vt iudex compelleret ad reſtituendum mihi beneficium vnà cum fructibus : tu poſſeſſor negauiſti contenta in meo libello : ad probandum intentionem meam, ſuper meo libello produxi aliquos teſtes : qui teſtes iurati depoſuerunt, quòd tenui illud beneficium quiete & pacifice per decem,viginti , vel triginta annos : tamen de collatione vel inſtitutione nihil dicunt , ſed deponunt ſolum quòd viderunt me illud beneficium poſſediſſe per x. xx.vel xxx.annos:vtrum illud ſufficiat ad probandum quòd beneficium eſt meum ? Reſpondetur quòd beneficium eccleſiaſticum non poteſt licite ſine inſtitutione canonica obtineri. Vel in reo ponamus ſic caſum : Ego tenui aliquod beneficium per xx. vel xxx.annos:quidam alius virtute nouæ collationis & inſtitutionis fecit me conueniri corã iudice cõpetente , & fecit fidẽ de ſua canonica inſtitutione:Ego autẽ allego & dico ꝙ tenui illud beneficiũ per ſpatium xxx. annorũ pacifice & quiete , & ſic præſcripſi quamuis non ſim canonice inſtitutus,vtrum bene dicã? Certe nõ: quia non ſufficit detentio beneficij ſine canonica inſtitutione.Sed hodie extat regula de triẽnali poſſeſſore,in qua cauet, ꝙ ſi quis ꝑ trienniũ poſſederit beneficiũ eccleſiaſticũ pacifice & quiete , poteſt ſe defendere ꝯ quẽcunque, quãuis non oſtendat de canonica inſtitutione.¶ Pro expeditione gloſ. quæritur qualiter hic accipitur beneficiũ.Dicendũ ꝙ beneficiũ ĩ iure accipitur multis modis. Nam aliquotiens appellatione beneficij veniunt ſimplicia beneficia,vt capellaniæ : aliquotiẽs appellatione beneficij veniũt omnia beneficia eccleſiaſtica. Et dicit gloſ. ꝙ beneficiũ hic accipitur large pro quocunque beneficio eccleſiaſtico , & ſic quodcunque beneficiũ ſiue ſit ſimplex,ſiue aliud,nõ põt obtineri ſine canonica inſtitutione,qđ verũ eſt,qñ illud beneficiũ habetur in titulũ: ſecus ſi non haberetur in titulum:Nã præbenda aliqua,id eſt,groſſum aliqñ aſsignatur paruulis : aliqñ vero laicis,vt pulſatoribus cãpanæ: & in illis non requiritur canonica inſtitutio. Sed quia hic ſit mentio de inſtitutione:quæritur quid dicatur inſtitutio?Rñdet ꝙ inſtitutio eſt canonicum ius in beneficio eccleſiaſtico obtinere. Sed quæritur,ad quem pertineat inſtitutio? Rñdet gl.ꝙ de iure cõi pertinet ad epm.in c.conquerente.ſ.de offi.ordi.in antiq. gloſ. opponit de cap.ad hæc.ſ. de offi. archi.in antiq. vbi inſtitutio pertinet ad archidiaconum. Dicendum ꝙ triplex eſt inſtitutio : Quædam eſt inſtitutio tituli collatiua : Alia eſt inſtitutio auctorizabilis quo ad commiſsionem curæ animarũ:Alia eſt inſtitutio realis & actualis:quæ vocatur inueſtitura vel inductio in poſſeſsionẽ realem & corporalem:duæ primæ pertinent ad epm:ſed tertia pertinet ad archidiaconum: quia qñ eps inſtituit aliquem debet mandare archidiacono,vt illum inducat & ponat in poſſeſsionem corporalẽ. Poſtea quærit gloſ.an ſit differentia inter inſtitutionem , & collationem,& præſentationem? Rñdetur ꝙ ſic. Vnde præſentatio dř illa per quam non confertur aliquod ius in beneficio eccleſiaſtico,ſed ſolum à patrono præſentatur perſona idonea, & illud quod patronus facit,dř præſentatio. Inſtitutio vero ſtricte ſumpta dř dupliciter: videlicet cum aliquis inſtituitur per diœceſanum ad præſentationem patroni:& ſic eps inſtituẽs dat titulum in beneficio : Alio modo accipitur pro confirmatione, qñ ſuperior confirmat electũ. Collatio autem dř quæ ſit de beneficio non patronato: qđ ſpectat ad epm pleno iure ſine præſentatione patroni. ¶ Vlterius pro declaratione gloſſæ poſitæ in verbo,obtineri.opponitur ꝯ textum:& vř ꝙ beneficium eccleſiaſticum poſsit obtineri ſine canonica inſtitutione. c. cura. in tit. de iure patrona. in anti. Gloſſa ſoluit ſic, aut quis poſsidet beneficium iure proprietatis, tamquã proprietarius:aut iure adminiſtratiuo,tamquam adminiſtrator:In primo caſu poteſt acquirere beneficium ſine titulo, vt monaſterium percipit bona temporalia beneficij faciendo certam penſionem vicario perpetuo:ſi poſſedit longo tempore ſine titulo,potuit præſcribere iure proprietatis. In ſecundo autem caſu qñ poſsidet beneficium tamquã adminiſtrator,nõ poteſt beneficium acquiri ſine titulo.Et iſte textus intelligitur de iſto titulo adminiſtratiuo,qui nõ põt acquiri ſine canonica inſtitutione. ¶ Quæritur inſuper vtrũ exiſtens in pacifica poſſeſsione beneficij teneatur facere fidẽ de ſua canonica

Beneficium multis modis capitur.

Inſtitutio qđ dicatur

Inſtitutio eſt triplex.

Præſentatio quid dicitu

Inſtitutio qd dicitur.

Collatio qd ſit.

nica inſtitutione: vel verū ſit defendēdus in ſua pacifica poſſeſsione abſq; eo ꝙ probet ꝙ fuit canonice inſtitutus? Rñdetur ꝙ ad inſtantiam diœceſani cuius intereſt ſcire an poſsidēs beneficia poſſideat iniuſte abſque periculo animarum, & etiam ad inſtantiam ſubditorū beneficiati, ſi exigunt, vt ipſe faciat fidē de titulo adminiſtratiuo, tenetur facere fidē: ſed nō ad inſtantiā alicuius priuati præcedētis ius in beneficio.

clesiaſticum non poteſt a licite b ſine inſtitutione canonica obtineri c.

¶ Vtrū quis poſsit obtinere beneficium eccleſiaſticū reſpectu iuris poſsidēdi, abſq; eo ꝙ probet canonicā inſtitutionem, vt ſi quis dicat ſe poſſediſſe & expulſum fuiſſe, an ſit neceſſe ꝙ probet canonicā inſtitutionē? Quidā dicunt ꝙ ſic per iſtud c. Ex quo ſequitur ꝙ quis non pōt probare poſſeſsionē, niſi probet titulum & inſtitutionē. Et ſimile eſt in viro repetente vxorem: quia licet homo non poſsit poſsideri: tñ cū titulo matrimoniali poſsidetur: ideo ſi vir dicat poſſediſſe vxorē, & ſe ſpoliatum fuiſſe, nō admittitur, niſi probet matrimoniū præceſsiſſe. Sic in ſpiritualibus beneficiis doctores formant iſtā quæſtionem in c. litteras. de reſtit. ſpol. in antiq. & ſunt varij: Nam quidam dicunt ꝙ petens reſtitutionē beneficij, tenetur allegare & ꝓbare titulum, id eſt inſtitutionem & collationem; Alij dicunt ꝙ nō tenetur allegare nec ꝓbare titulū, ſed ſufficit ꝙ alio modo coloret ſuam poſſeſsionē. Alij dicunt ꝙ nō requiritur ꝙ coloret ſuā poſſeſsionē: ſed ſufficit probare ꝙ ipſe exercuit actus conueniētes tali beneficio: puta ꝙ habuit ſtallū in choro, & vocē in capitulo: & ſic de aliis. Cōis concluſio doctorum antiquorum & dominorū de Rota (licet dominus Panor. recedat ab eorū opinione) eſt, ꝙ ille q agit poſſeſſorio pro recuperatione beneficij, nō tenetur de neceſsitate probare canonicā inſtitutionem: ſed tenetur colorare ſuā poſſeſsionem vno de tribus modis; Primo probando ꝙ habuit poſſeſsionem illius beneficij auctoritate ſuperioris: & non per dictā inſtitutionem, ſed per teſtes vel inſtrumentum in quo cōtinetur qualiter eps̄ mādauit alicui tali, vt poneret me in actualē poſſeſsionē, vel quia intraui poſſeſsionē ſciente ſuperiore, vel quia poſſedi lōgo tempore. Alij dicebant ꝙ tenebatur allegare titulum. Sed Panor. tenet ꝙ non eſt neceſſe probare, allegare, nec colorare titulū prædictum. c. litteras. de reſti. ſpo. in fine illius cap. & c. in litteris. eo. tit. vbi dr̄, ꝙ prædo venit etiam reſtituēdus: Nā ex quo quis fuit ſpoliatus, eſt reſtituendus: veruntamen, vt dixi, ſeruatur ꝙ non admittitur niſi colorauerit titulum altero de tribus modis.

Vxor poſſidetur titulo matrimoniali.

¶ *Gloſſæ primo ponunt exempla, & ius nouū ſuper huius regulæ ratione fundatum. Secundo notant cauſam impræſcriptibilē, & de ſimilibus remittunt. Tertio ponunt quadruplicem ſignificationem beneficij. Quarto, quid ſit inſtituere, & ad quem ſpectat & circa illud duas obiectiones ſoluendo. Quinto de dictione, poteſt, ponunt differentiam inter affirmatiuam & negatiuam locutionem. Sexto ſignant & ſoluunt tria cōtraria loquentia in proprietate eccleſiæ, vel in prouentibus tantum, vel in iure eligēdi. Septimo ad quæſtionem de clerico, à quo titulus petitur, arguūt pro & contra: ponunt duas opiniones, quas diſtinguendo concordant.*

2 ¶ BENEFICIVM ECCLESIASTICVM. Pone caſū per c. 16. q. 7. ſi quis deinceps. s̄. de inſti. ex frequētibus. ff. de decuri. l. Herēnius Modeſtinus. Super ratione autē huius regulæ fundatur decr. s̄. eo. lib. de eo qui mit. in poſſ. cap. eum qui. quia proceditur cū agitur de beneficio eccleſiaſtico in abſentia partis lite nō conteſtata: nec fit miſsio in poſſeſsionem cauſa rei ſeruandæ: quia ſic ſine inſtitutione canonica beneficium obtineret. Conſideratur igitur in beneficiis canonica inſtitutio, nō antiqua poſſeſsio: & ſic nota caſum in quo non currit præſcriptio. idē eſt in matrimonio carnali. 34. q. 5. quod Deo. s̄. de conſan. & affini. non debet. & idem in aliis caſibus, qui not. 16. q. 3. clerici. & s̄. de præſcrip. cum non liceat. Sumitur autem hic beneficium largo modo, vt comprehendat dignitates, perſonatus, eccleſias omnes cum cura & ſine cura, quæ cum tit. habentur. ſic 1. q. 3. ſi quis dator. s̄. de conceſ. præbē. nulla. ff. de ſer. expor. l. ſeruus. Sumitur autem interdum ſtricte, vt diſtinguatur à præbenda. 12. q. 2. alienationes. de conceſ. præb. ex parte. aliàs includit præbendam. 1. q. 3. c. vlt. de verb. ſigni. tua. in antiq. Alibi ſtricte ſumitur pro ſolis ſimplicibus beneficiis ſine cura. s̄. d̄ præb. c. vlt. & s̄. eo. tit. & lib. cū in illis. & ibi ratio patet in littera. Cum igitur in beneficio quolibet requiratur canonica inſtitutio, vt hic: videndum eſt quid ſit inſtitutio. Inſtituere autem eſt ius canonicū in eccleſia vel eccleſiaſtico beneficio tribuere. quod dic, vt not. s̄. de inſtit. auctoritate. in antiq. Et iure cōi ad epm̄ ſpectat. 16. q. 7. nullus omnino. de hære. cū ex iniūcto. in fi. Non obſtat de offi. archi. ad hoc. qa inſtitutio ibi ſumitur pro inueſtitura, & ſic intelligatur decre. de inſtit. cum veniſſent. & quod ibi not. Vr̄ ꝙ etiam capitulum vacante ſede inſtituere poſsit. arg. 7. q. 1. pontificēs. de hære. ab abolendam. s̄. eod. lib. de tempo. ord. cum nullus. Arg. ꝯ. 24. diſt. presbyteri. 71. diſt. fraternitatē. ne ſede vac. c. 2. Dic, vt not. s̄. de maio. & obe. cū olim. & terminatur hoc s̄. eo. lib. de inſti. c. 1. inter collationem autem, præſentationem, & inſtitutionem magna eſt differentia, vt s̄. eo. lib. de præb. cum in illis. §. cum autem.

Poſſeſſio in beneficiis nō attēditur.

Beneficium cōprehendit dignitates, perſonatus: quia materia patitur. hic Philip.

Inſtituere quid ſit.

ADDITIO. Sciendum eſt ꝙ Dynus nō fuit canoniſta: vnde dicebat gloſſam Bern. in cap. auctoritate. de inſtitu. ſuperius allegatam eſſe in decre. ex frequentibus. de inſti. & de caſu decre. quæſtionem formabat. j̄. eod. indultum. volēs hanc regulam (quia prima erat) copioſe gloſſare. ſicut dē prima filia patres familias facere cōſueuerunt ſe cōtulit ad ſummā Hoſt. de inſt. & aliquid vltra, & cōtra ibi deſcripta ſubtiliter poſuit. Ioa. And.

¶ Idem.

REGVLA II.

POSSES-

a ¶ *Non poteſt* 1.] Hæc dictio, poteſt, negatiue poſita, vt hic, neceſsitatem importat: cum autē affirmatiue ponitur, neceſsitatē nō inducit. Ad primum 2. q. 1. c. 1. s̄. de accu. de his. Ad ſecundum 4. q. 3. c. placuit. §. item in criminali. ver. poteſt. de præbē. de multa. in fi. de appel. oblatæ. ad finem. ff. de arbi. quinetiam. & ideo dicit lex ꝙ verbum poteſt, neceſsitatem non importat. ff. de offic. præſi. ſæpe. & l. ſequen.

1 Poteſt verbū negatiue ꝓlatum. neceſſitatē importat. quod non eſt indiſtincte verū. l. j̄. dies. ff. de re iudi. cap. quā do. de p̄ſcript. Corſet. in ſingul. incipien. verbum poteſt.

b ¶ *Licite.*] Superabundat. id enim dicimur poſſe, quod licite poſſumus. 22. q. 2. faciat. vbi de multiplici potentia. & s̄. de reſcrip. ſciſcitatus. per Ber. & Inno. de conceſ. præben. accedens.

c ¶ *Obtineri.*] Contradicit huic regulæ. s̄. de iurepa. cura. Sol. ibi nō præſcribitur eccleſia tamquā beneficiū, ſed vt proprietas. Item neceſsitatis cauſa vel pietatis, vel cauſa impēſi obſequij ſine canonica inſtitutione poſsidet quis eccleſiaſticos ꝓuentus: nec ex eo canonicus vel beneficiatus proprie dr̄. 12. q. 2. quicunque ſuffragio. 16. q. 1. poſſeſsiones. & q. 3. clerici. & c. ſi eps̄. s̄. de magi. quoniam. Eodem modo reſpondetur ad c. 32. diſt. ſi qui vero. 12. q. 1. quia. 50. diſt. ſtudeat. de cleri. pug. in duel. Henricus. Item. arg. contra. s̄. de electio. in Geneſi. s̄. de iurepatr. conſultationibus. vbi poſſeſsio dat ius eligendi & præſcribendi. s̄. de cauſa poſſeſ. cum eccleſia 2. Solu. per poſſeſsionem acquiritur ius eligendi & præſentandi: qa procedit ex actibus noſtris. ff. de acquirenda poſſeſ. l. 1. Inſtitutio autē procedit ex actibus aliorum, quæ ad hoc, vt valeat, debet eſſe canonica, vt hic, in qua præcipue quatuor requirūtur. Primo ꝙ perſona ſit quæ inſtituere poſsit. 16. q. 7. nullus. Scd̄o, ꝙ inſtitutus ſit talis, qui poſsit inſtitui. de inſtit. c. fina. quia non laicus, vt ibi, vel ipſe idem inſtituens. eod. tit. c. vlt. Tertio, ꝙ illius beneficij inſtitutio ex iure proprio, vel deuoluto, vel delegato ad inſtituentē pertineat. eod. tit. c. 3. [ Vnde ſecundum Dynum vicarius epi vel capitulum vacante ſede, id non poſſet. qđ dic, vt s̄. eo. lib. de offic. vica. c. ſi. de inſti. c. 1. ne ſede vacan. c. vnico. ] Quarto, ꝙ ſeruetur forma conſtitutionis illius. s̄. eod. lib. de elect. c. vlt. 3 [ Dic, vt ibi not. in vlt. glo. in confirmationibus enim locum habet, ſed in collationibus non, vt ibi. Item dat exemplum per decret. 2. eod. lib. de elect. & per regulam, actus. hoc eo. tit.] Et not. ꝙ hæc regula eſt in argumentum ꝯ clericū, qui eſt in quieta poſſeſsione beneficij ſui: & petitur ab eo titulus poſſeſsionis, ſcilicet inſtitutio, quòd teneatur illā oſtēdere: nā & libertus Eccleſiæ licet ſit in quaſi poſſeſsione libertatis, probat manumiſsionē ſuā. 12. q. 2. c. longinquitate. & cap. ſeq. & hoc probat decre. de appel. perſonas. in parte deciſa: vbi de hoc per Lau. nam & poſsidens pro hærede vel poſſeſſore, cogitur probare titulum. C. de peti. hære. l. cogi. ad hoc facit quod not. de dolo & contuma. contingit. in glo. vlt. circa medium. In ꝯrium vr̄ argu. 20. q. 1. quem progenitores. s̄. de reg. vidua. & in prædicta l. cogi. 2. q. 5. §. 1. & pro hoc facit qđ not. Inno. de procurato. ex inſinuatione. & Ber. Compo. de reſcr. capitulum. in glo. 5. §. item quæritur an executor. ver. ſed ſecundum hæc. primam opinionem tenebant Mel. & Ber. Iſi. per iura prædicta. Ioan. & Lau. not. 100. diſt. ꝯ morem. quòd clericus habens duo beneficia, cogitur dicere titulum: habenti autem vnum ſolum, ſufficit poſſeſsionē oſtendere. arg. ad hoc s̄. eod. lib. de reſcri. c. 1. & de offi. ordi. eo. lib. c. ordinarij. 4. Dici poteſt 5 primam partem veram cum eps̄ ex ſuo officio vult videre inſtitutionem clerici, hoc probatur de præben. dilecto. vt eccl. benefi. c. vnico. Secundam cum alius agit, forte dicēs ſe ius habere in præbenda: tunc actor quod aſſeruerat, & c. 6. q. vlt. actor. & in præal. c. vnico. vt eccleſia. benefi. & C. de proba. actor. & hoc probatur ex iis quæ not. Inno. Ber. Compoſt. in prædict. glo. & per Hoſt. & de hoc de ſimo. licet Hely. ſuper ver. officij ſui debitum. [ Cuius verba poſuit Archid. in decre. ordinarij. Ioan. And.]

2 Dicebat Ioan. Mona. ꝙ contraria loquūtur in poteſtate actiua hic loquitur d̄ paſſiua & iſta differunt. facit d̄ cler. ex com. ſi celebrat. s̄. eod. lib. d̄ electio. nullus. in prīcip. & c. ex eo ꝙ. in fi. Ioān. And.

3 Idem Dynus fallit ſi leuicula eſſent omiſſa. ff. de vend. inſpici. l. 1. in fi. tout.

4 Et ibi de hoc per Archid. & licet plura ibi recitet, omnia habentur p remiſſiones huius gloſ. tenet autem qđ ſequitur in gloſ. cum moderamine. ꝙ ſtatim ſubdam. Ioā. And.

POſſeſſor.] Iſtud capitulum habet duos intellectus ſecundum duos modos punctuandi textum: Nam quidam faciunt punctum poſt dictionem fidei: Alij autem faciunt punctum poſt dictionem, tempore. ¶ Pro intellectu huius cap. eſt præſupponendum illud quod habetur in gloſ. poſita ſuper verbo fidei, qualiter hic accipiatur fides, & quis dicatur bonæ fidei poſſeſſor, & quis malæ fidei poſſeſſor. vnde fides hic accipitur pro cōſcientia, vt dicamus poſſeſſor malæ fidei, id eſt, conſcientiæ, vllo tempore non præſcribit. quis autem dicatur bonę fidei poſſeſſor, illud colligitur ex cap. ſi virgo. 34. q. 2. & l. apud antiquos. circa medium. C. de fur. & ſer. corru. nam ille dicitur bonæ fidei poſſeſſor, qui putat ſe dominum rei, quam poſsidet: & ignorat rem eſſe alienam: Econtra vero is dicitur malæ fidei poſſeſſor, qui habet conſcientiam rei

5 Videbis Panor. c. accedens. numero xiiij. de ac. Pet. de Anc. nu. 9.

t'ā rei alienæ. ¶ Caſus ſcd͂m primū intellectū ſic figuratur: videlicet faciēdo pūctū poſt dictionē fidei. Aliqs Titius vēdidit mihi rē q̄ non erat ſua:puta,vineā,domū,pratum,vel aliquā aliam rē: ſed erat cuiuſdā alterius, & illā mihi tradidit:ego emptor ab initio bene ſciebā rē eſſe alterius,& non vendentis: & ſic qū res fuit apud me:ſciebā illā eſſe alterius:hoc tñ nō obſtante detinui illā rem per xx.

ſor a malæ fidei b vllo tempo-

vel xxx.annos: Elapſo illo tp̄e dn̄s rei vēdicauit ſibi illā rē,& fecit me cōueniri,petēdo,vt iudex declararet illū dn̄m eſſe iſtius rei, & me cōpelleret ad ſibi reſtituēdū vnà cū fructibus:Ego autē excipiēdo propoſui,q̄ illā rē poſſederā per longum tempus, videlicet per xxx.annos: & q̄ illo medio præſcripſeram: ille replicando propoſuit, quòd non poteram præſcribere propter malam conſcientiam:quia ſciebam rem eſſe alienam: & illud probauit: Quæritur q̄d iuris:vtrum poſſim me tueri præſcriptione? Rn̄det q̄ non,etiā ſi longiſsimo tempore poſſedero:quia poſſeſſor malæ fidei nō præſcribit vllo tempore:ſuppleatis,nec longiſsimo: quia poſſeſſor malæ fidei eſt continue in peccato mortali:& diuturnitas tēporis nō diminuit peccata,ſed auget:c. ſi.de præſcri.in antiq. ¶ Alij faciūt punctum poſt dictionem,tempore. Et ſecundum hunc intellectum caſus ſic figuratur:Titius vendidit mihi rem alienam: puta pratū, vel vineam:putabam illum eſſe dominum tempore traditionis: in iſta bona fide perſeueraui per magnum tempus,ſed non per totum tempus præſcriptionis:poſtea ſuperuenit mala fides,id eſt, ſciētia rei alienæ antequam compleuiſſem præſcriptionē, vtrum poſsim præſcribere? Rn̄detur q̄ non poſſum complere huiuſmodi præſcriptionem:quia requiritur q̄ habeam bonam fidem in omni tempore præſcriptionis:Nam malæ fidei poſſeſſor vllo tēpore,id eſt,q̄ in aliquo tēpore præſcriptionis habet malam fidem, non præſcribit. ¶ Pro expeditione primæ gl.vr̄ q̄ poſſeſſor malæ fidei poſsit præſcribere longiſsimo tempore:& arguitur de l.cum notiſsimi.C.de præſcr.xxx.vel xl.annorum:ibi præſcribitur res longiſsimo tēpore, & cum mala fide.Gl. facit differentiam inter ius canonicū & ciuile:& dicit q̄ 9rium procedit de iure ciuili,quod non habuit reſpectum ad ſalutem animarum:ſed ad bonum cōe dumtaxat:& ideo cum mala fide procedebat præſcriptio lōgiſsimi temporis:ſed ius canonicum habuit reſpectum non ſolum ad bonum cōe,ſed etiam ad ſalutē animarū:Nam ſubiectū ſcientię iuris canonici eſt homo dirigibilis nō ſolum in bonum cōe,ſed in Deum: & ius canonicū conſiderauit q̄ poſsidens cum mala fide eſt continue in peccato mortali:& tanto aggrauatur peccatum,quanto diutius infelicē animam detinet alligatam: ideo noluit, vt poſſeſſor malæ fidei poſſet præſcribere.¶ Sed vtrum leges ciuiles ſint correctæ per ius canonicum.gl.exorditur materiam, vtrum leges ſuccūbant canonibus, & hoc in terris imperij? Rn̄det q̄ vbi verſatur periculum animæ, leges ſuccumbunt canonibus: ideo leges illæ ſunt correctæ, ita q̄ eſt iudicādū ſcd͂m ius canonicum, & nō ſcd͂m leges: ſed in materia non concernente periculum animæ,leges ſunt ſeruandæ in foro ſuo,& ius canonicum in ſuo:Nam Papa nō poteſt tollere leges quo ad iudicium ſeculare:niſi in iis in quibus vertitur periculum animæ:cum poteſtates ſint diſtinctæ: videlicet eccleſiaſtica à poteſtate ſeculari:Ideo dicit Ber. q̄ præſcriptiones lōgiſsimi temporis quæ procedunt ex ſola negligentia nō petētis, & nō ex facto poſsidentis præſcribuntur cum mala fide, vt puta, debeo tibi decem ſcuta ex aliquo 9tractu:tu non petis illa decem ſcuta per ſpatium xl. annorum:iſta præſcriptio currit mala fide, licet ſciam me eſſe debitorem tuum:ideo ſi poſtea facias me conuenire,potero me tueri præſcriptione lōgiſsimi temporis: quia iſta præſcriptio eſt ex ſola negligentia tui creditoris: de qua in c.fin.de præſcr.in antiq.Verū in præſcriptione requiratur bona fides durante toto tempore præſcriptionis:an ſufficiat habere bonam fidem ab initio præſcriptionis,licet poſtea ſequatur mala fides? Rn̄det q̄ in omni tēpore præſcriptionis requiritur bona fides,vt eſt hic tex. ſcd͂m vnum intellectum. Sed quid erit ſi completa præſcriptione ſuperuenit mala fides, vt ponamus quòd aliquis vendidit mihi rem Titij: putabam vendentem eſſe dominum rei, & ſic habebam bonam fidem,& cū iſta bona fide tenui iſtam rem vſque ad præſcriptionem completam:Completa præſcriptione ſciui q̄ res erat Titij: vtrum tenear ſibi reſtituere & facere conſcientiam? gl. in dicto c.ſi virgo. 34. q. 2.concludit quòd non teneor ſibi reſtituere,licet ſuperueniat mala fides: q̄a ex quo completa eſt præſcriptio,per præſcriptionē res eſt facta mea,ſaltem quantū ad dominium vtile:& ſcd͂m alios quātum ad dominium directum: ſed in vſucapione res efficitur mea completa vſucapione quātum ad dominium directum: de hoc per Panor.in c.fin.de præſcri.in antiq.Quæritur, vtrum ad hoc,vt quis poſsit alienam rem præſcribere, ſufficiat bona fides? Rn̄det q̄ nō: ſed vltra bonam fidem requiritur titulus: & hoc in præſcriptione longi temporis.x.vel xx.annorum:vel in præſcriptione longiſsimi temporis; cum quis præſcribit rem eccleſiæ: vel eſt præſumptio contra ipſum:vel ſibi reſiſtit ius commune, niſi allegaret præſcriptionem centum annorum,vt in cap.1. de præſ. eod. lib. vt quando quis præſcribit decimas in parochia mea,nō ſufficit probare poſſeſsionem per xl.annos:ſed requiritur q̄ ipſe alleget & probet titulum,vel alleget poſſeſsionem centum annorum,aliàs non requiritur titulus. c. de quarta. de præſcri. in antiq. Quæritur quid ſit vſucapio:& quid ſit præſcriptio.Gloſ.remittit ad ea quæ habentur in ſumma. 16. q.3. vbi dicit gloſ. Vſucapio eſt acquiſitio dominij per continuationem temporis poſſeſsionis lege definiti.quam definitionem accepit à l. 3. ff. de vſuca. Sed præſcriptio eſt, exceptio ex tempore ſubſtantiam capiens: quæ actione perſonali vel in rem,id eſt,reali opponitur.¶ Pro expeditione glo.finalis in verbo præſcribit.vr̄ quòd quis præſcribat cū mala fide:& arguitur de c.placuit.16.q.3.c.1.de præſcr. s̃. in antiq. vbi dr̄, q̄ ſi populus alicuius dioeceſis fuerit occupatus ab infidelibus,& lapſus in errorē hæreſis; ſi ep̄s proprius ſit negligens in reuocando populū ab errore, ep̄i vicini poſſunt illum requirere, vt adhibeat diligentiam pro reuocando populo:& facta monitione debet expectari per aliquod tempus:quo elapſo ſi vicinus ep̄s reuocauerit huiuſmodi populum: & populus ſibi obediuerit per tres annos, præſcribit, licet ſciat populum alienum:& ſic præſcribit cum mala fide. Dicit glo. quòd regulariter præſcriptio non procedit cum mala fide, ſed eſt ſpeciale in illo caſu fauore fidei contra regulam communem, vt vicini epiſcopi ſpe lucri reuocent populum ab errore hæreſis.

Iuris canonici ſubiectum dicit eſſe homo dirigibilis in Deum & in bonū cōmune.

Dominium quale, quæritur p vſucapionē, & præſcriptio [illegible]

¶ *Glo.prima ponit exempla. Secundo dicit regulam non procedere ſecundum leges niſi dicantur correctæ: circa quod ponit duas opiniones contrarias,& tertiam quæ diſtinguit. Tertio ponit aliud diuerſum inter leges & nos. Quarto dat remiſsionem de mala fide,quæ præſcriptionem ſequitur. Quinto ſubdit etiam titulū requiri: ſignat contrarium & ſoluit. Sexto remittit de præſcriptione,vſucapione,& interruptione.*

a ¶ *Poſſeſſor.*] pone caſum.34.q.2.ſi virgo.s̃.de pręſcri. c.vlt. Hæc regula ſecundum leges vera eſt in præſcriptione x.vel xx. 2 annorum.C.de præſcr.long.temp.auth.malæ fidei:In præſcriptione autem xxx.vel xl.annorum non requiritur bona fides.16. q. 3. c. placuit.vt §.poteſt.s̃.de præſcri.vigilanti.C.de præſcr.xxx. vel xl.annorum, cum notiſsimi. Niſi velis dicere leges eſſe correctas 2 per prædi.decret.de præſcrip. c.vlt. vbi de hoc. Quod quidam abhorrent,dicentes Papam non poſſe tollere leges,niſi quo ad ſuum forum. Alij vero dicunt Papam indiſtincte quo ad vtrumque forum poſſe leges tollere.de hoc.10.di. conſtitutiones. de teſta. cū eſſes. In his autem tenens medium, credo q̄ Papa vbi non habet temporalem iuriſdictionem,non poſsit tollere legem quo ad forum ciuile, niſi in his in quibus vertitur periculū animę: cum poteſtates diſtinctæ ſint.96.diſt.cum ad verum. 10. diſ. quoniam. vbi de hoc. & qui filij ſint legit.cauſam 2. In his autem in quibus periculum animæ vertitur, quo ad vtrumque forum tollit legē. probatur hoc de iudi.nouit.de præſcri.c.vlt.& de ſecun.nup. cap. pen. & vlt. s̃. eod.lib.de foro compe.cap.vlt.de iureiur. cap. 2. eo. lib.de excep. cap.2. de ſenten.excommu.decernimus.nam in his leges ſacros canones imitari non dedignantur.s̃.de iudi. cleric. in Authē. vt non luxu.contra natū. propterea. colla. 6. in Authē.vt clerici apud proprios ep̄os.§. ſi vero eccleſiaſticum. ex quibus ſatis poſſet inferri: idem de iure canonico circa hoc quod de iure ciuili. Sciendum eſt autem,quòd ſecundum nos nō ſolum ab initio,ſed in qualibet parte præſcriptionis 3 debet præſcribens etiam agnoſcere bonam fidem,vt hic, & in concord. In his autem in quibus etiam ſecundum leges requirebatur bona fides,ſufficiebat ab initio bonam fidem agnouiſſe,vt in prædicto §.poteſt.& l.cum notiſsimi. Si autem quæratur de ea qui cōpleta præſcriptione incipit habere malam fidem,an teneatur rem reſtituere? Dic 4. vt not. 14. q. 6. cap. 1. & 34. q. 2. ſi virgo. & s̃. de pręſcri. vigilanti. non ſolum autem in præſcriptione requiritur bona fides, vt hic: ſed etiam 5 titulus, qui det cauſam præſcribēdi.de hoc.10.q. 3. quia. 16. q. 3. dilectio. de præſc.ſi diligenti.Arg.contra. eod.titu.de quarta.& c. ad aures. & c.vlt.vbi non ſit mentio de titu.Sol. dic breuiter, q̄ ſi ius commune vel præſumptio non eſt contra poſſeſſorem, ſufficit bona fides:aliàs neceſſe eſt allegari titulum & probari,niſi allegetur præſcriptio tanti temporis,cuius contrarij non ſit memoria.s̃.eod.lib. de præſcri.c.1. Quid autem ſit præſcriptio, quid vſucapio, quæ in eis requirantur,quis eorum effectus:plene not. 15. q. 3.in ſumma. Quomodo interrumpatur,ea.q.§. poteſt. ver. hæc de præſcriptionibus.& s̃.de præſcr.c.illud.

2 Habita diſtinctione inter præſentes,vel abſentes & q quo ad hoc dicātur præſentes: & quid de illo qui nullum habet domicilium,vel habet plura: nota.C.de p̄ſcri. lōgi. tē po.l. ſi. vide Spe.de p̄ſcr.ver. quādo aliqs. Io. And.

2 Dicit Dynus,& ratio eſt ſecundū Pet. de Anchara.peccatum.

3 Idem doctores.

4 Albe.& Anchar. dicunt q̄ nō:etiam in foro conſcientiæ.

5 De hoc & an ſit neceſſe ſaltem allegare titulū, & an præſcribendo vſūfructum vel libertatem alicui' ſeruitutis ſit titulu neceſſarius.hic p Dynum. Io. And.

ADDITIO. Quòd in præſcriptione ſufficiat ab initio bonā fidem agnouiſſe, vr̄ q̄ melius dicant leges quàm canones: cum à principio legitime factū vitiari nō debeat per illud ſuperueniens, à quo non poterat inchoari. j.eo.factum legitime. ff. eo. tit.in ambiguis.§.non eſt nouū.Sol.vt dicit hic Dynus regulæ illæ loquuntur in actibus perfectis:ſecus in inchoatis tantum,vt hic: & probatur ſolū ſecundū eum.ff.de verb.obl. ſi ſub vna. §. 1. & l.pluribus. & de ſer.l.pro parte.de ſer.ruſt.præ.l.via.§.quæcunque.Ioan.And.

¶ *Secunda gloſ.de ſignificationibus fidei remittit.*

b ¶ *Fidei.*] multis modis ſumitur fides:quod dic.vt not. s̃. de fide catho.in rubri. & 22. q. 1. monet. hic ſumitur pro conſcientia. ſic 28.q.1.omnes deinceps.§.ex his.ſi.de præſcr.c.vlt.

¶ *Tertia glo.ponit duas lecturas.*



Ant. gomez in l. 63. Taur. n. 1. et Salzado ... protectione 4 p.te Cap. 2. n. 9. et sequent.

a ¶ *Vllo tempore.*] potes facere punctum ante & poſt:& ſic habebis duos intellectus: Primus eſt, ꝙ nulla antiqua dierũ poſſeſsio, & c.ſ. de præſcri. vigilanti. Secundus, ꝙ nullo tempore præſcriptionis debet agnoſcere malam fidem.ſ.eo.c.vlt.

ADDITIO. Idem Dynus.

¶ *Gl.vlt.ſignat ꝯriũ:& dupliciter ſoluit. Secũdo ſignat aliud, in quo remittit. Tertio quærit, & remittit. Ioa. And.*

re [a] non præſcribit [b].

¶ Idem.

*1 Ratio ſecundum Io. Mon. quia peccat,& ex eo meretur pœnã: ergo nõ præmiũ. de transla. præla. c. 2.*

b ¶ *Non præſcribit* 1.] ſi ergo poſsidens conſcientiam habet rei alienæ non præſcribit. Contra 16.q.3.placuit, vt quicunque. ſ. de præſcri.c.1. ibi præſcribit, qui certus eſt rem eſſe alienã. Sol. illud ſpeciale in fauorem fidei catholicæ, ſicut alia. 2. q. 7.ſi hæreticus. ſ.eo.lib.de hæret.c.1,& 4.C.de epiſ.audien.l. nemo. cũ ſimi. Præterea ſatis vr̃ ſuam conſcientiam purgaſſe, & bonam fidem agnoſcere, qui verum dñm requiſiuit.arg.j.eod.ſcienti. cũ ſuis concor. & ſic auctoritate canonis excuſat̃.ſic ff.de noxa.l. generaliter. vbi vſucapit qui ſcit ſeruum alienum, qui ſibi ab alio bonæ fidei poſſeſſore fuerat datus pro noxa:ex quo verus dominus requiſitus noxam emendare non vult. Item ꝯ ſ.de iure pat. cura. Sol. vt ibi,& 16.q. 3. ſi ſacerdotes. in 1. gloſ. vltra medium, quod etiam vr̃ contra. Si quæratur quis dicatur bonæ fidei poſſeſſor & male 2: dic, vt notatur de præſcri.ſi diligenti.in gloſ.penul.

*2 Ad mercu. reſpondet Anch. nu. 28. ꝙ ꝑ ſtatutum præſcribatur, debito certo tẽpore non pẽtito.*

ADDITIO. Et hic per Dynum repetentem quo ad hoc, quod ibi not.Ioan.And.

S*Ine poſſeſſione.*] Caſus in hoc capitulo figuratur pluribus modis:Et primo per capitulũ,cauſam.de præſcr.in anti.Vnde ſciẽdum, ꝙ iura ſpiritualia non cadunt in laicum, nec reſpectu habendi, nec reſpectu poſsidendi: hoc eſt nec reſpectu proprietatis, nec reſpectu poſſeſsionis, vt c.Maſſana.de elect.in anti.c.decernimus. de iudi.Scd̃o eſt præſupponẽdũ, ꝙ ius decimãdi eſt ius ſpirituale: & ſic non cadit in laicũ:licet fructus decimales ſint res tẽporales. ¶ Caſus hoc ꝑſuppoſito ſic figuratur: Quidã laicus de facto emit ab ep̃o ius decimandi infra limites meæ parochiæ; & cum illo titulo percepit decimas cũ bona fide:quia credebat titulum valere: Hoc facto ego rector feci illum conueniri coram iudice competenti:& propoſui in meo libello ꝙ eram rector talis eccleſiæ:& in ea fueram canonice inſtitutus: & ꝙ eram fundatus de iure cõi habendi & percipiendi decimas omnium fructuum excreſcentium in mea parochia: & ꝙ iudex condemnaret talem laicum ad reſtituendum mihi decimas per eum perceptas, & ad ceſſandum in futuro:Laicus cum deberet reſpondere meo libello, excipiendo propoſuit, ꝙ illas decimas perceperat ꝑ x.xx.xxx.xl.annos: & ſic illas præſcripſerat:Ego rector replicando propoſui, ꝙ ipſe non poterat præſcribere, nec poſsidere illas decimas propter incapacitatẽ: q̃a ius ſpirituale non cadebat in laicum: Quæritur, nunquid bene dicam, ita ꝙ non obſtante detentione facti nõ poſsit ſe tueri præſcriptione contra me? Reſpondetur quòd laicus ſe non põt tueri præſcriptione: quia dictus laicus non habuit poſſeſsionem habentem adminiculum iuris: & præſcriptio non procedit ſine poſſeſsione. ¶ Alio modo poteſt figurari caſus per c.porro.16.q.3.l. qui in ſeruitute.ff.eo.& primo per dictum capitulũ, porro. certum eſt ꝙ hæreticus eſt incapax poſſeſsionis cuiuſcũque rei, id eſt, proprietatis & poſſeſsionis:& ſic hæreticus non poteſt poſsidere:nunquid põt præſcribere res quas apud ſe detinet bona fide? Reſpõdetur ꝙ nõ: quia præſcriptio non procedit ſine poſſeſsione: & cum hæreticus nõ poſsit poſsidere, ideo nõ poteſt præſcribere, vt in l. qui in ſeruitute. Certũ eſt ꝙ ſeruus nõ poteſt aliquid poſsidere nomine ſuo: ſed dicitur poſsidere nomine domini ſui: ergo etiam non poteſt præſcribere: quia ſine poſſeſsione præſcriptio non procedit.

*Poſſeſſio duplex.*

¶ Pro expeditione primæ gloſſæ poſitæ in verbo, *Sine poſſeſsione.* quæritur quotuplex eſt poſſeſsio? Dicendum eſt ꝙ duplex eſt poſſeſsio:Nam quædam eſt poſſeſsio quæ habet plurimũ iuris,& modicum facti:Alia eſt poſſeſsio quæ habet plurimum facti,& modicum iuris. Prima poſſeſsio eſt, vt illa quæ acquiritur ꝑ procuratorem.c.cum noſtris.ſ. de conceſ. præbend. in antiq. nam iſta habet plurimum iuris & parũ facti: quia in ea plus operatur iuris diſpoſitio, quàm factũ hominis,& illa poſſeſsio non parit cauſam vſucapiendi, niſi interuenerit factum noſtrum, id eſt, ratã habuerimus. Alia eſt poſſeſsio quæ habet plurimum facti,& parum iuris: ſicut illa quæ per noſmetipſos acquiritur. Et illa dr̃ habere plurimum iuris, quæ per ſeruos noſtros nobis ignorantibus acquiritur.

¶ Vtrum ad præſcriptionem ſufficiat poſſeſsio facti, vel requirat̃ poſſeſsio iuris? Rñdetur ꝙ non ſufficit poſſeſsio facti, quæ dr̃ quaſi pedũ poſitio:ſed requiritur poſſeſsio iuris, id eſt, quod habeat adminiculũ iuris, id eſt, ꝙ præſcribẽs ſit capax poſſeſsionis, vt in primo exẽplo dictum eſt: videlicet de laico reſpectu iuris decimãdi. ¶ Vtrum ad hoc ꝙ quis poſsit præſcribere, requiratur ꝙ poſsideat continue per tempus ſufficiẽs ad præſcriptionẽ, vel ſufficiat poſsidere per interualla; licet non continue? Dicendum ꝙ poſſeſsio debet eſſe continua per x.xx.vel xxx.annos: ſi requiratur ad præſcriptionem ſpacium xxx.annorum: ita ꝙ non fiat coniunctio temporũ:& non interuenerit interruptio: quæ interruptio quandoq; fit naturaliter per inundationes aquarum, quando locus fuit aq̃s innũdatus:& iſta interruptio prodeſt hominibus quorum intereſt: & pluribus aliis modis poteſt fieri iſta interruptio. Alia eſt interruptio ciuilis, quæ quandoque fit per litem conteſtatam: quandoque fit per ſolam citationem, l. cum notiſsimi. C. de præſcri. xxx. vel xl.annorum. Et iſta interruptio ciuilis non

REGVLA III.

SIne poſſeſsione [c]

prodeſt omnibus quorum intereſt, ſed prodeſt interrumpenti & ſuis hæredibus, vt Titius vendidit mihi rem alienam, quam tamẽ credebam eſſe ipſius Titij,& non alienam: & ſic habebam bonam fidem: nondum completa præſcriptione quidam non dominus fecit me conueniri,& litem fuit conteſtatus: & ſic interrupit meam præſcriptionem; iſta interruptio non proficit vero domino, nec eius hæredibus: ſed ſolum interrumpenti.

¶ Vtrũ interrupta præſcriptione ciuiliter poſsit poſſeſſor præſcribere, dum tñ habeat bonam fidem:licet incipiat titubare, an res ſit ſua vel petentis: vtrum iſta mala fides impediat præſcriptionem? Glo. reſpondet ꝙ de iure ciuili ſolum fit interruptio præſcriptionis:ſed ſi actor dimittat proceſſum, puta quia renuntiat inſtantiæ, & reus acceptat iſtam inſtantiam, vt in Authen.qui ſemel. C. quomodo & quando iudex.licet inſtantia ſit extincta, tñ remanet effectus, vt nõ poſsit currere præſcriptio:& ſic debet incipere præſcriptionẽ de nouo: ſed de iure canonico non poteſt præſcribere, q̃a incipit eſſe malæ fidei. Sed ꝯ iſtam regulam arguitur de cap.cũ eccleſia.de cauſa poſſeſ.& proprie.vbi dr̃, ꝙ ius eligẽdi poteſt præſcribi,& tñ non põt poſsideri, quia eſt incorporale:& res incorporales non poſsidẽtur:ergo male dr̃ in regula noſtra, quòd ſine poſſeſsione præſcriptio non procedit. Gloſſ.metu contrarij ſubaudit ad tex.ſine poſſeſsione, vel quaſi poſſeſsione,& licet iura incorporalia non poſsideantur, tamen quaſi poſsidentur:& in rebus incorporalibus habet locum ficta poſſeſsio: quæ id operatur in rebus incorporalibus, quod operatur vera poſſeſsio in corporalibus.

¶ Pro expeditione gloſſ.fina.poſitæ in verbo, procedit, vr̃ ꝙ quis poteſt præſcribere ſine poſſeſsione? Et arguitur ſic:Captus ab hoſtibus non poſsidet, quia poſsidetur ab alio:& qui poſsidet̃, nõ poſsidet, l.qui in ſeruitute.ff. eod. & tñ captus ab hoſtibus præſcribit. l.iuſto. §.vltimo.ff.de vſucap. Rñdet gloſſa, ꝙ captus ab hoſtibus non poſsidet per ſe:ſed ſi ante captionem ab hoſtibus poſsidebat per ſeruos ſuos vel famulos, vel filios ſuos, durante captiuitate poſsidet:Et ipſe reuerſus recuperat poſſeſsionem: & fingitur iure poſtliminij nunquam perdidiſſe poſſeſsionem, eo ꝙ poſsidebat à tempore captionis: ſecus ſi tempore captionis nõ poſsidebat per ſeruos, quia tunc non poſſet præſcribere:Item ſecus ſi non poſsidebat per ſeruos vel alios quos habet in poteſtate, ſed per ſeipſum poſsidebat ante captionem; quia tunc perdit poſſeſsionem: & ſic non poſſet præſcribere.

¶ *Prima gloſ.dicit vnde ſumpta:& ponit & ſpecificat exempla. Secundo de multiplici poſſeſsione remittit. Tertio tractat qualis poſſeſsio in præſcriptione requiratur Quarto quomodo poſſeſsio debet eſſe continua. Quinto de quaſi poſſeſsione.*

*3 Prolixe tractat hic Dyn', quod ad præſcriptionem requiritur ciuilis & naturalis poſſeſſio: vel ciuilis tantum: ſcilicet quæ animo retinetur. Sed naturalis tantum nõ ſufficit vbi aliꝰ ciuiliter poſſidet, &c. quem vide. Ioan. And.*

c ¶ *Sine poſſeſsione.*] hæc regula ſumpta eſt ex l.ff.eo.tit.qui in ſeruitute eſt.per quam etiam poteſt hic poni exemplum caſus,& per c.16.q.3.porro.& ſ.de præſcr. cauſam quæ. Seruus cũ ab alio poſſideatur, nõ poſsidet, vt in primo caſu:hæreticus & Paganus, vt in ſecundo:laicus ſpiritualia, vt in tertio. Sciendum eſt autem ꝙ poſſeſsionum alia iuris, alia facti: alia iuris & facti: & hæc interdum habet plurimum iuris & minimum facti:interdum ꝯ.quod proſequere, vt not.ſ.de conceſ.præbend.cum noſtris. & C. de acquiren. poſſe.l.1.Vt ergo currat præſcriptio, debet quis poſsidere de facto & de iure.de facto planũ eſt: quia qui nõ poſsidet, non præſcribit: & debet poſsidere proprio nomine, non alieno:aliàs ille præſcriberet, cuius nomine poſsideret.16.q.3.clerici.de reſtitu. ſpolia. cũ veniſſet.in fine.de præſcr.ſi diligenti.ff.de acquiren. poſſeſsio. quod meo.debet etiam poſsidere de iure: quia ad præſcriptionẽ requiritur ciuilis poſſeſsio 3, id eſt, ꝙ talis ſit ꝑſona, in quã cadere poſsit huiuſmodi poſſeſsio, vt probatur per iura inducta in principio gl. ad hoc etiam 14.q.1.in princ.Et quod ibi not.& de proba. ex litteris.in fine.ff.de vſucapion.ſine poſſeſsione. hoc dico: quia laici de facto interdũ poſsident decimas & ſpiritualia, vt not.Bar.Brixien. 14.q.1.in prin.1.glo.magnæ.& in fine.ad hoc ſ.eod.lib.de reſti.ſpo. ad decimas.nam, vt ibi patet, aliud eſt poſsidere, aliud eſt legitime poſsidere. Et not. ꝙ hæc poſſeſsio facti debet eſſe ꝯtinua: quia ſi interrumpatur poſſeſsio, interrupta eſt ꝑſcriptio. 16. q.3. c.placuit. vt §.poteſt.de præſcr.illud.C.de præſcr.xxx.vel xl.anno.cum notiſſimi.ſi tñ fiat interruptio ciuiliter, puta per litis conteſtationem, ſcd̃m canones vr̃, ꝙ amodò non currat præſcriptio: quia præſumit̃ titubare, & malam fidem habere 4. ſed leges quæ de mala fide non curant, nouos xl.annos requirunt, vt in prædicto §.poteſt. & hoc not.Ioan.16.q.3.c.1.Et quod dicit regula de poſſeſsione, hoc intelligas, vel de quaſi poſſeſsione: quia incorporalia non poſsidentur,

*4 Verum ſi actum ſit in iudicio glo. c. quoniam frequenter. vt lite nõ cõte. §. penul. attamẽ actꝰ extraiudicialis ante præſcriptionem inceptã, conſtituit reum in mala fide. l.ſi fun dum. C.de rei vẽdi.Philip.*

dentur, ſed quaſi poſsidentur.ff.de vſucap.l.ſequitur.§.ſi viam.ff. de acqui.poſſ.l.3.in princ. & tamen præſcribuntur. ſ̃. de cau. poſſ. cum eccleſia.

ADDITIO. Idem Dynus. qui de hoc formauit obiectionẽ ad hoc vltimum:quem vide.Ioan.And.

a ¶ *Præſcriptio.*] nec vſucapio. ff.de vſuca. l. 3.& l.fine.

præſcriptio [a] non procedit [b].

¶ Idem.

¶ *Gl. vlt.præmiſſa ratione regulæ, ponit duas obiectiones legales, quas ſoluit:in fi.obiicit de decr. contingit.& tripliciter ſoluit.*

1 Exponit Dynus, id eſt, non inchoatur, licet quandoque inchoata ſine poſſeſſione continuetur. Ioã. And.

b ¶ *Non procedit* 1.] præſcriptio eſt verbũ iuris:parit enim actionem vel exceptionem ex tempore:& ex eo acquirit̃ dominiũ,etiã directum ſecundum Martin. Io ͡c.de hoc.16.q.3.§.poteſt.circa principium 2. Vſucapio autem eſt acquiſitio dñij per continuationem poſſeſsionis temporis lege diffiniti.ff.de vſuca.l.3. ex quibus ſatis patet ratio regulæ, quæ ͡crium patitur de lege dicente, ꝙ captus ab hoſtibus vſucapit. ff. de vſuca. l. iuſto.§. vlti.& tñ nihil poſsidet cum ab alio poſsideatur. ff. de acqui. poſſ. cum hæredes. §.in his. Sed lex 3 intelligit, ꝙ vſucapit per alium quem habebat in poteſtate tempore quo captus fuit:vnde rediẽs poſtliminio recuperat poteſtatem, quam eius fictione vr̃ continuaſſe, & ſic vſucapione dñium quæſiuiſſe:ſed ſi per ſe poſsidebat,perdit poſſeſsionẽ:& licet poſtliminio redeat,fictio poſtliminij non extenditur ad poſſeſſionem, quæ conſiſtit in facto: & ſic nec ad vſucapionem quæ ex poſſeſsione procedit.ff.de capt.& poſtli.reuer.in bello.§.factæ.& de vſucap.l.fi.is qui pro emptore.vbi de hoc. Itẽ opponitur, ignorans poſſeſsionem non quærit, cum animus ſit de ſubſtantialibus. C. de acqui.poſſ.l.licet. & l. quemadmodum. & tñ ignorans præſcribit.ff. pro ſolu.l.2.§. Celſus. Solu. 4 Ignorans per ſe poſſeſsionem non quærit tñ bñ pōt ignorans quærere poſſeſsionem miniſterio filij vel ſerui,quem habet in poteſtate, vt in ͡crio, & ſic vſucaperet,vt ibi.Item opponitur de decre.ſ̃. in an. de dolo & contu. contingit. ibi enim præſcribit annaliter ille qui non poſsidet. Sed poteſt illud dici ſpeciale in odio illius contumacis, qui non permittit actorem ingredi in poſſeſsionem ſecundum decretum iudicis cauſa rei ſeruandæ:vel iam miſſum expulit:ne ſit melioris cõditionis contumax q̃ obediens, vt ibi.nec debent ſtulti eſſe melioris conditionis quàm periti.16.q.1.legi.ſ̃. eod.lib. de præben. eum qui beneficiũ.ff. quod vi aut clam.ſeruus vel aliter ibi loquitur de quodã temporis lapſu qđ habet aliquem conſtituere poſſeſſorem tantũ:hic autẽ loquitur de quodam temporis lapſu,qđ per præſcriptionẽ inducit dñium,vt ſ̃.dixi:& ſic non obſtat. Vel dic ꝙ canon fingit illum poſsidere in odiũ illius contumacis, vt ſ̃. dixi.ad hoc. ff.de bo.au.iudi.poſſ.l. quãuis. ſæpe enim iura fingunt ex cauſa qđ non eſt.50.diſt.ferrũ. vbi de hoc. de tranſla.inter corporalia. C. de rei vxo.act.l.vnica.circa principium.& de hoc ſ̃.de ſpon.is qui.

2 Ioã. An.in reg. poſſeſſor. in 14. col.ſatis tenet cũ Io.vide Dynum ibi. Feli. in rub. de præſcrip.dicentem dominium non acquiri præſcribendo. qđ fallit in nouẽ caſib⁹.

3 Idem Dynus.

4 Idem hic Dynus Ioã. And.

PEccatum non dimittitur.] Iſtud capitulum poteſt intelligi de remiſsione peccati quò ad Deum.Item quò ad ipſam Eccleſiã, id eſt,de abſolutione faciẽda à ſacerdote.Itẽ poteſt intelligi de vitio reali:id eſt,de vitio afficiente rem ipſam: videlicet de vitio furti,&vitio violentiæ:ita ꝙ iſta vitia reddũt rem furtiuã impræſcriptibilem vel inuſucapibilem. Et ſecũdum iſtum intellectũ pōt figurari caſus per l.ſequitur. §. quod aũt.ff. de vſucap. Ponamus ꝙ Titius furatus fuit mihi rẽ meam:certũ eſt ꝙ illam rẽ ipſe non poteſt vſucapere duplici de cauſa:Primo,quia ipſe Titius habet malã fidem:Secundo quia res eſt furtiua,& affecta vitio furti:Sed q̃a iſte fur rem ipſam furtiuã vendidit cuidã bonæ fidei emptori: nũc emptor rem ipſam vendidit,& tradidit alteri bona fide: Vtrũ iſte ſecundus emptor poſsit rem vſucapere,ita ꝙ ſit purgatũ vitiũ furti:attento ꝙ bona fides reperitur in alienante,& in illo cui eſt alienata? Rñdetur ꝙ non: quia furtum eſt vitium reale quod afficit rẽ furtiuam, & eam ſequitur quocunq; vadat:ſicut lepra ſequitur leproſum:nec purgatur iſtud vitium,niſi res fuerit reſtituta dño cui fuit ſubtracta, intantum ꝙ ipſum vitium reddit rem furtiuam inuſucapibilem:quia donec fuerit purgatum vitium furti, non dimittitur peccatum,id eſt, vitium furti donec reſtituatur ablatũ, id eſt donec res furtiua fuerit reſtituta dño cui fuit ſubtracta.

Fur rem ꝑ eum ſubtractã duplici de cauſa non vſucapit.

Secundus caſus.

¶ Secundũ aliũ intellectũ caſus ſic figuratur:Aliquis Titius ſubtraxit rẽ alienã ſciẽter facta ſubtractione,ipſe forte ad cor rediẽs,habuit diſplicentiã de huiuſmodi peccato,& de illo fecit confeſsionẽ ſuo ſacerdoti:tñ vult remanere in ſimplicib⁹ cõtritione & confeſsione abſq; ſatisfactione & reſtitutione rei:licet habeat facultatem,& poſsit rem ipſam reſtituere:& petit impendi ſibi beneficiũ abſolutionis:vtrum ſuus ſacerdos licite poſsit eum abſoluere? Rñdetur ꝙ non:quia non dimittitur peccatũ niſi reſtituatur ablatum. ¶ Vel etiam poteſt intelligi vtrum ſit dimiſſum peccatum quo ad Deum per ſolam diſplicentiam? Rñdetur ꝙ non: quia non dimittitur peccatum niſi reſtituatur ablatum. quod eſt verũ ſi ipſe habeat facultatem reſtituendi.cap.ſi res aliena.14.q.6. [*Peccatum*] ſecundum primum intellectum: Nam peccatum violentiæ & furti non purgatur per quaſcunque manus ambulauerit,niſi res furtiua reſtituatur dño cui fuerit ſubſtracta.l.ſequitur.§.quod autem.ff.de vſucapi. ſed facta reſtitutione dño tunc dr̃ purgatum vitium. Vel ſecundum alium intellectum:Peccatum non dimittitur, id eſt, non debet dimitti à ſacerdote per canonicam abſolutionem,niſi reſtituatur ablatum. cap. quanquam. ſ̃. de vſur. iſto lib. Et dicit Panormita. in cap. cum tu. de vſur. in antiq.vbi dr̃, ꝙ quis non debet admitti ad confeſsionem & abſolutionem, ille textus loquitur copulatiue.ideo dicit Panormita quòd non debent impẽdi iſta duo,ſcilicet confeſsio & abſolutio copulatiue:ſed poteſt tñ admitti ad confeſsionem:& ſi nolit facere,non eſt abſoluendus.

## REGVLA IIII.

PEccatum† [c] nõ dimittitur,

† Ex B. Auguſtino epiſtola 54. ad Macedoniũ. refert Iuo in Decreto, par.13. cap. 4.& par. 15. c.25.

¶ Pro expeditione glo.quæritur quæ differentia eſt inter peccatũ, delictum,& crimen? Rñdetur ꝙ peccatum conſiſtit in faciendo: quia dicitur prauus actus:ſed delictum dr̃ deſertio boni,& dr̃ delictum quaſi derelictum.Sed crimen eſt peccatum graue accuſatione & damnatione dignum:& dr̃ illud quod poteſt duci in publicã accuſationem:& in foro contentioſo poteſt puniri. ¶ Vtrum ſit verum indiſtincte ꝙ non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum? Rñdetur ꝙ non:ſed intelligitur, ſi ſubtractor habeat facultatem reſtituendi: ſed ſi non habeat facultatem reſtituendi quia eſt inops: ſi habeat propoſitum reſtituendi dum peruenerit ad pinguiorem fortunam,peccatum ei remittitur.

Peccatũ,delictũ,& crimẽ differũt.

¶ Sed quid ponamus ꝙ res eſt perempta:& ſic eam non poteſt reſtituere quia fuit combuſtus liber furatus,vtrum ſurripiens liberetur? vel vtrum teneatur reſtituere æſtimationẽ? Rñdet glo.ꝙ ſi nõ habeat facultatem reſtituendi,quia res eſt perempta:tenetur reſtituere æſtimationem:licet res ſit perempta ſine culpa ſua: quia eo ipſo ꝙ ſubtraxit rem,fuit in mora:& mora trahit ad ſe periculum interitus:& ideo tenebitur ſoluere æſtimationem rei:ſecus ſi non poſsit reſtituere rem, neque æſtimationem propter paupertatem. Sed vtrum propter paupertatem ſit omnino liberatus? Rñdetur cũ diſtinctione:aut ipſe ſuſtinuit pœnam corporalem:quia cum eſſet debitor ex maleficio,creditor voluit vt ipſe lueret in corpore:quia quis non admittitur ad faciendum ceſsionem bonorum,ſi pars requirat vt puniatur in corpore: & iudex illum punire debet corporaliter:& ſi poſtea perueniat ad pinguiorem fortunam,nõ tenetur ſatisfacere:ſecus ſi non ſuſtinuit pœnas corporales,ſed voluit creditor expectare pinguiorem fortunam:vel eſt debitor ex ͡ctu: & tunc poteſt facere ceſsionem bonorum.l.1.C.de ceſ.bono.capitu. Odoardus.de ſolu.& cum peruenerit ad pinguiorem fortunam,tenetur ſatisfacere.¶ Alia glo.in verbo, reſtituatur:quærit vtrum ad dimiſsionem peccati requiratur actualis & realis reſtitutio rei ſubtractæ:ita ꝙ non ſufficit obtinere remiſsionem ab illo cui facta eſt ſubtractio.Panor.format iſtam quæſtionem. c. cum tu. de vſur. in anti.& Dynus hic.Sed dicit glo.ꝙ nõ requiritur realis ſiue actualis ſatisfactio:ſed ſufficit ꝙ alio modo ſatisfaciat,quàm per realem & actualem reſtitutionem. Et ideo ſufficit ſi creditor remittat ei liberaliter:& ponderandum eſt verbũ,liberaliter.ſecus ergo ſi extorqueretur remiſsio per fraudem,vt faciunt plures,qui ita dicũt, ſubtraxi tibi talem rem:remittas ſi velis.ſed debet eſſe liberalis reſtitutio, vt ſi dicat:ſubtraxi tibi rẽ tuam:ſum paratus tibi reſtituere:ſi alius dicat,dono vel remitto:iſta reſtitutio dicitur fieri liberaliter:& habet̃ pro actu & reali reſtitutione.Et intelligitur ꝙ remiſſio generalis prodeſt,niſi in caſibus in quibus quis nõ poteſt remittere,vt in iuribus alle. in gl.in quibus debet interuenire realis reſtitutio. ¶ Quæritur cuius expenſis debet mitti res ſubtracta ad eũ cui eſt ſubtracta,ſi non ſit in eodem loco? glo.non ſoluit:ſed remittit ad notata in cap.epi.§.ſed notandum. 3. q. 1. Sed Panor.in cap. cum tua.de vſur.in anti.concludit,ꝙ ſi ille qui rem ſubtraxit, ſe abſentauit à loco,& rem ſecum tranſtulit:tunc ſuis expenſis rẽ debet mittere illi cui eſt ſubtracta:ſecus ſi ille cui facta eſt ſubtractio, ſe abſentaſſet a loco.¶ Sed quæritur cui eſt facienda reſtitutio indebite ſubtractorum? Rñdet ꝙ illi cui eſt facta ſubtractio,vel eius hæredibus:ita ꝙ non ſufficeret ſi elargiretur pauperibus:nam facere eleemoſynam de alieno eſt ſpecies furti:ſed ſi non ſint hæredes,debet dari pauperibus. ¶ Vtrum ſit verũ indiſtincte ꝙ indebite ſubtractum debet reſtitui illi,cui eſt ſubtractũ, ſi ſit præſens, vel eius hæredibus:& poteſt haberi copia ſui vel hæredum? Rñdet glo. ꝙ qñ in ſubtractione ſit turpitudo ex parte ſubtrahentis tantũ:tũc eſt facienda reſtitutio illi cui res eſt ſubtracta, vel eius hæredibus ſi poſsit haberi copia ipſorum:ſed ſi ſit turpitudo ex parte vtriuſque, vt in eo quod quis eſt lucratus in ludo prohibito:quia ludens non poteſt licite retinere,nec reſtituere illi à quo lucratus eſt:tunc debet illud erogare pauperibus. 14. q.5.non ſane.vel eccleſiæ,ſi illi facta eſt iniuria.ſ̃.de ſimo.c.de hoc in antiq.

Rei æſtimatio reſtituẽda eſt ſi res ſubtracta periit.

Fur an abſoluat̃ ſi res ſubtracta ſibi remittatur.

¶ *Glo.prima ponit exempla:Secundo diſtinguit tria nomina:Tertio tractat quid ſi reſtitui non poſsit.*

c ¶ *Peccatũ nõ dimittitur* 5.] Hic ponitur pro regula verbum Auguſtini quod habet. 14. q. 6. cap.1.ſ̃.de vſur.cum tu.Et per hoc potes ponere caſum per l. ff. de vſucap. l. ſequitur. §.quod autem. Et nota quid eſt peccatum, delictum,& crimen. Inter hæc ſecundum

5. Dicit Ioã. Mon. quod æquitas huius regulæ probatur ꝑ doctrinam, quæ datur ď reſolutione contractus. C. qñ licet ab emptio. di. l. 1. & 2. Ioan.And.

Auguſti. hæc eſt differentia : quia peccatum eſt idem quod prauus actus:Delictum vero boni deſertio,quaſi derelictum : Crimen vero eſt peccatum graue, accuſatione, & damnatione dignisſimum. 81 diſt.c.1.in fi.de hoc not. de pœnit.diſt. 1. ſi peccatum [ & diſt. 3. ille rex. ad fi. & de hoc. C. ſi aduer. deli. ſuper rubrica. aliàs l.1.]

Peccatum, delictum, & crimen differunt.

nisi reſtituatur [a] ablatum [b],

¶ Idem.

REGVLA V.

**P**Eccati [c] venia non datur ni-

Quod autem dr in hac regula : verũ intelligas: ſi illud ablatum reſtitui poteſt, vt in prædictis iuribus:ſi autem reſtitui non poteſt, reſtituetur eius æſtimatio;etiam ſi res illa caſu perierit ſine culpa ſua;quia in ipſo inſtanti fuit in mora. ad hoc 16. q. 1. decimæ. s.de commo.c.vnico.C.de fur.ſubtracto.Si autem nec æſtimationem poteſt ſoluere, quia euidenter eſt inops : tunc bene dimittitur peccatum remanet tñ obligatio:& ſi poſtea ad pinguiorem fortunam perueniret, tenetur. Arg. 26. q. 6. ſi quis. s. de ſolu. Odoardus.ff.de ceſsio.bon.l.is qui.Nota tñ ꝙ inops qui debet ex ɔ̃ctu,ſufficit ſi bonis cedat.C. qui bo. ced. poſ. l.vlti.Inops qui debet ex maleficio, caſtigatur verberibus. 12. q. 2. fraternitas.quod ergo s.dixi, ꝙ tenetur ſi peruenerit ad pinguioré fortunam:verum dico, ſi pœnas corporales paſſus non fuerit:aliàs ſecus,vt not.Ber.ſm Lau.de homici. ſicut dignum.§. eos.in 3. glo.

¶ *Glo. ſeq. ponit caſum exceptum. Secundo dicit cui fieri debeat reſtitutio. Tertio quærit,remittit,& ſoluit.*

a ¶ *Reſtituatur* 1.] quod dicit de reſtitutione, intelligas niſi is cui facienda eſt reſtitutio,liberaliter remitteret. quia ſatisfactum intelligitur,qualitercunque ſatisfaciat.ff. quib.mod.pig. vel hyp. ſol. l.item liberatus.in prin.ff.de accu.ſi rem. §. ſatisfactum. licet proprie verbis inhærendo aliud ſit reſtituere, aliud remittere. ff. de verb.ſign.ſi cum prætor.& l. plus eſt.& l. reſtituere. Et quod dico de remiſsione : verum intelligo,niſi in caſibus vbi remiſsio non liberat,vt s.de reſcrip.eod.lib.c.ſtatutum.§.ſi quidem. & s.de cenſi.exigit.in fi. Reſtitutio autem iſta facienda eſt ei à quo fuit extortum:vel eius hæredibus,ſi extant.18.diſt. quoniam. de vſu. cum tu. C.de ſolu.inuito. Cuius autem expenſis mitti debeat ad eos ſi ſint remoti, not. 4. q. 1. §.ſed notandum.& in prædic.decre.cum tu.& tene quod ibi not.Hoſt.his autem non extantibus ſoluetur pauperibus , vt ibi ; & eis extantibus pauperibus ſoluens non liberatur: quia onus non remittitur , & c.14.q.5. forte. de iureiur. eam te. ff. de conſti.pecu.l. ſi vero.& expreſſum eſt de homici. ſicut dignum. §.eos.Et quod s.dixi,reſtituẽdum ei à quo fuit extortum:intellige ſi fieri poteſt. Si vero neſcitur à quo:pone caſum de Iudæ. c. cum ſit pauperibus.erogabitur prouidentia epi,vt ibi. Item dico id verum cum turpitudo verſatur ex parte recipientis tantum ſi vero ex parte vtriuſque & tranfertur dñium,nec repetitio competit , nec reſtituetur danti,ſed pauperibus erogabitur. 14. q. 5. non ſane. vel eccleſiæ,ſi ſibi facta eſſet iniuria.s.de ſimo.de hoc.Arg. ɔ̃.s. eo. tit. veniens. Sol.vt not. in prædi. decreta.de hoc. 1. q. 3. ſi quis dator. vbi de hoc.Pone ꝙ ſupereſt ille à quo extorſi,excõicatus tñ eſt:nũ quid ei debeo reſtituere?ſuper hoc vide quod not.15. q.6.nos ſanctorum.& s.de hæreti.c.vlti.Satis poſſet dici deponendum in ædẽ ſacram.Arg.C.de iur.en.phy.l.2.

1 Vide Abbatem in c. 1. de iureiu. vbi ait poſſe iudicem ex officio cogere detentorẽ ad reſtituendã rem:quã ſine peccato retinere nõ poteſt.

ADDITIO.Hoc quod dixit hæc glo.s.in prin.de liberali remiſſione , intelligit Dynus cum res eſt reſtitutioni parata , quaſi tunc fingatur reſtituta,& poſtea reſtituent donata.arg. ff. de donat. inter vi.& vxo.l.3. in fi. de iure do.l.vir ab eo. ſi certum peta. ſingularia.circa fi,& de ſolut.l.proculo.vel non remittitur peccatum ei qui reſtituere poteſt propter rationem poſitam in glo.multum puto in his animum ponderandum:nec tutum puto illum qui gerit in mente non reſtituere remiſsione non facta.Io.And.

¶ *Glo.ſeq.quærit,& ſoluit.*

b ¶ *Ablatum.*] pone,nihil abſtuli,ſed iniuſte damnũ dedi,ex quo nihil ad me peruenit.Idem.teneor enim damnum paſſo:aliàs non remittitur peccatum. 12. q. 2. ſi quis de clericis. de iniur. & dam. da.c.1.ff.de eiect.& effu.l.vlti:Tenetur etiam hæres meus : licet ad me vel ad ipſum nihil peruenerit ex maleficio, ſecũdum canones. quod dic vt not.12. q. 2. eps qui filios,de ſepul.c.vlti.ſecundum leges ɔ̃.C.ex delic.defun. inquantum hæ. con. l. vnica. Hæc regula ſic expoſita non patitur inſtantiam:& adde quod dicam.j.c.prox.

**P**Eccati venia.] Præſupponendum eſt ꝙ iſtud capitulum intelligitur de venia culpæ,non autẽ de venia pœnæ,quæ appellatur impunitas,quantum ad pœnam temporalem imponendam in hoc ſeculo:quia dimittitur talis pœna qñq; non correcto,vt in iuribus allegatis in glo. Caſus in hoc c.poteſt figurari per c.vnicum, de ſchiſmati. eod. lib. & c.quod quidam.de pœni.& remiſ.ꝙ quidã.Titius perpetrauit aliquod peccatum : quia forte tenuit aliquã concubinam;& tenet adhuc : tandem confeſſus fuit ſacerdoti tale delictum perpetraſſe , non eſt correctus nec emendatus de crimine : quia non habet propoſitum abſtinendi ſe in futuro : quæritur vtrum iſta confeſsio ſit fructuoſa?Reſpondet ꝙ non quantũ ad vitam æternam:quia peccati venia non datur niſi correcto.Veruntñ quantumcunque appareat ſacerdoti aliquem eſſe in peccato,ſi velit confiteri,nõ debet ei denegari confeſsio,vt in dicto cap.ꝙ quidam.de pœni. & remiſ.Sed audita confeſsione debet eum inducere ad debitam correctionem,& propoſitum non redeundi. Si autem non poſsit eum inducere ad dimittendum peccatum:non debet nec poteſt eum abſoluere,ſed tñ debet ſibi iniungere pœnitentiam : quæ non erit ſibi fructuoſa quo ad vitam æternam:quoniam non eſt correctus, ſed eſt inimicus Dei : & non poteſt mereri quo ad vitã æternam , ſed proficiet ſibi ad multa bona videlicet ad minus ſupplicium patiẽdum.Item ad bona temporalia.Item vt Deus inducat eum ad veram pœnitẽtiam.Item quia dæmon habebit minorem poteſtatem in eo, quàm ſi eſſet vacuus omni bono.Item vt ipſe reddatur aſſuefactus in bono.Arguitur ɔ̃ textum de c.denique. 4. diſt. vbi dr ꝙ plures faciebant magnos exceſſus circa vſus carnium in diebus dñicis,quadrageſimæ,& eis videbatur ꝙ niſi facerent iſtos exceſſus,non poſſent peragere tempus quadragæſimæ , vnde plures fuerunt moniti per ſuperiorem vt deſiſterent ab iſtis eſcis;Dicit ibi textus, ꝙ cum venia relinquantur:& ſic datur venia non correctis.Glo.rñdet, quòd ibi accipitur venia pro impunitate , quæ eſt imponenda in hoc ſeculo,& talis dimittitur non correcto propter ſcandalum euitandum:ſed venia culpæ non dimittitur niſi correcto.

ſi correcto.

¶ Idem.

REGVLA VI.

**N**EMO PO-

¶ *Prima glo.facit quatuor.Primo exemplificat regulam. Secũdo illã declarat diſtinguẽdo duplicem offenſam. Tertio ſucceſsiue ſignat,& ſoluit duo cõtraria. Quarto iuſtificat cõtrariũ regulæ.*

c ¶ *Peccati venia.*] Colligitur hæc regula ex c. 24 .q. 2.legatur. s. eo.lib. de ſchiſma.c. vnico. C.de hære. Manichæos. per quæ pones caſum. Ad huius autem regulæ euidentiam ſcire debes , ꝙ peccator non ſolum delinquit in Deum,ſed etiam in eccleſiam:per contritionem autem,quæ contritio virtus vocatur, deletur peccatum quo ad Deum,& per pœnitentiam ſuſceptam à ſacerdote oſtenditur 2 deletum quo ad eccleſiam.De hoc de pœni.diſt. 1. per totum. licet tñ per contritionem deletum ſit quo ad Deum : tñ adhuc de crimine accuſari poteſt. 33. q.2. admonere. vbi de hoc. & de accu. de his.ad hoc ff. de ædi.edic.l.quid ſit fugitiuus. Si ergo ſemel cõteritur & pœnitet,vlterius nõ cogetur pœnitere:ſi in iudicio accuſatus abſoluitur, vlterius non poterit accuſari, niſi in caſibus not. 2.q.5.habet hoc proprium.& in prædicto c.de his.Remiſsiones ergo quæ fiunt ab Eccleſia conferentibus ad hoſpitale , pontes , vel alia pia loca,nõ proſunt niſi correctis. de quibus dic vt plene not. de pœni.& remiſ.quòd autem.Signatur ɔ̃rium ad hanc regulam.4. diſt. denique.ibi enim datur venia non correcto.ſed ibi exponitur venia, id eſt, impunitas loquitur ergo hæc regula de venia culpæ, nõ pœnæ:quod patet dũ dixit peccati venia,ꝓpter ſcãdalum enim vitandum interdum relinquuntur peccata impunita.50.diſt.vt conſtitueretur.23.q.4.quidam.cum ſimilibus .pro quolibet igitur mortali debetur duplex pœna,æterna videlicet & temporalis. de pœnit.diſt.1. ſi peccatum Dauid. Venia temporalis interdum in hac vita datur non correcto ex cauſa:& ſic loquitur ɔ̃rium:interdũ ſine cauſa. 27. q. 1.ſi qua.æterna autem non : & hoc dicit hæc regula.Item ɔ̃.de pœnit. & remiſ.ꝙ quidam.& c.officij. vbi datur pœnitentia non correcto,Sed dic ꝙ licet ibi imponatur pœnitẽtia,nõ tñ datur remiſsio:& ideo pœnitentia illa inutilis dr quo ad vitam æternam. de pœnit.diſt,3.ad finem.& diſt.5.falſas. Merito ergo datur peccati venia correcto;quia correctionem neceſſariò habet dolor peccati præcedere;Nam vt dicit Auguſtinus 3 in canone:Quomodo gaudebis te fore correctũ niſi te primo doleas fuiſſe peruerſum ? 23. q. 7. c.vlti. Correctus autem vlterius peccator dicendus non eſt.50.diſt.ferrum.32.q.1.apud miſericordem.

2 Caute intellige hoc dictum gloſæ,nec inde inferas non eſſe neceſſarium confiteri:nã quãtumuis quis ſit contritus ſi habeat copiã ſacerdotis, tenetur debito tempore ei confiteri. & virtute ſacramenti tam attrito q̃ contrito dicuntur dimitti peccata. vide cõcilium Trident. ſeſsio. 14. de ſacramento pœnitentiæ , c. 4. & 5. & canone 9. & B. Thoma lib. 4. ſent. diſt. 17. q. 3. art. 1.q.1.& ſeq.

ADDITIO. Ad propoſitum materiæ de peccato tacto in princi. huius. glo. dicit Ioan. Mon. ꝙ omne peccatum committitur in Deum, vt in pſalmo , Tibi ſoli peccaui. propter quod neceſſaria eſt ipſius remiſsio. eſt etiam neceſſaria peccantis diſpoſitio : cum actus actiuorum ſecundum philoſophum ſint in patiente prædiſpoſito.Deus ergo in venia peccati principaliter eſt agens:Inſtrumentale in hoc eſt homo pœnitens:quia gratia diuina præueniente ſit adiutor Dei ſecundum Apoſtolum. 1. ad Corint.3.inducit.illud Aug.Qui fecit te ſine te,&c.& ſic ſoli cõtrito dat venia.Io.An.

3 Id habet B. Auguſtinus epiſtola 50. ad Bonifacium.

**N**Emo poteſt.] Caſus variatur multis modis ſecundũ ꝙ multiplex eſt impoſsibilitas:de quibus impoſsibilibus vide in glo. ponamus exemplum in impoſsibilitate iuris,ſecundum l.inter ſtipulantem.§. ſacram.ff.de verb. obli. Aliquis Titius mihi ſtipulanti promiſit dare rẽ ſacrã:puta eccleſiã vel calicẽ;certũ eſt ꝙ iſtud eſt impoſsibile:quia dare eſt accipientis ſacere,& res ſacra eſt in bonis Dei:vtrum valeat talis ſtipulatio ? Rñdetur ꝙ non:quia eſt impoſsibilis de iure,& nemo poteſt ad impoſsibile obligari. Vel aliquis promiſit mihi liberũ hominem:an valeat talis promiſsio?certe non. Vel ponamus exemplum in impoſsibilitate facti : aliquis promiſit transferre eccleſiam Pictauen. ad ciuitatem Pariſieñ. vel ad alium locum talis promiſsio non valet:quia continet impoſsibilitatem

litatem facti. Vel aliquis promiſit tangere cælum digito: talis non eſt obligatus, quia iſtud eſt impoſsibile: etiam ſi apponatur pœna, non eſt obligatus nec ad impoſsibilitatem, nec ad pœnam.

*¶ Prima gl. primo ponit vnde ſumpta: & triplicẽ impoßibilitatẽ & cuiuſq; exẽpla: ſecũdo ponit triplicẽ rationẽ regulæ: Tertio in quib⁹ locũ habeat: Quarto ſupplet de turpi.*

teſt ᵃ ad impoſſibile obligari ᵇ:

¶ Idem.

a ¶ *Nemo poteſt.*] hæc regula ſumpta eſt ex l. ff. eod. tit. l. impoſsibilium. Scire debes, ꝙ impoſsibilitas proprie triplex eſt: iuris, & facti, naturæ 1. De prima pone caſum. 54. diſt. abbati. de pact. c. vlti. ff. de verb. oblig. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ſtipulatio enim rei ſacræ vel liberi hominis, non tenet, vt ibi. De ſecunda ibidem, & ff. de verb. oblig. l. generaliter. & l. ſeq. non enim tenet promiſsio, ſi id promitto quod impoſsibile eſt de facto vt montes Alpium vltra mare deferre. ff. de ſtatuliber. l. cum hæres. §. 1. Item ſi dare promitto quod natura dari eſt impoſsibile, vt Solem, Lunam, & Stellas: Vel facere quod natura eſt impoſsibile fieri, vt cælum aſcendere, vel digito tangere. ff. de verb. oblig. l. ſi ſtipuler. 1. & 2. rñſo 2. Huius autem regulæ ratio ſatis patet: quia omnis obligatio aut in dando, aut in faciendo conſiſtit. ff. de verb. oblig. l. 2. in prin. ſed quod non eſt nec eſſe poteſt, dari vel fieri nõ poteſt: ergo ibi conſtitui nequit obligatio. Item obligatio actionẽ parit. ff. de procu. licet. §. eo. ſed quod non eſt, nec eſſe poteſt, obligationem parere non poteſt, & ſic nec actionẽ. Itẽ actio eſt ius perſequendi in iudicio quod nobis debetur: inſti. de act. 2. rñſo. Debere autem eſt de alio habere: ſed quod non eſt nec eſſe poteſt de alio haberi non poteſt: ergo ibi non eſt actio. & ſic nec obligatio. [Idem Ioan. Mon.] Not. tñ, ꝙ hæc regula locum habet in matrimonio, & vltimis voluntatibus 3, & ſingulis ↄ̃ctibus, in ſententiis, & præceptis. ff. quæ ſen. ſine appel. re. l. vlti. 1. & 3. rñſo. in confeſsionibus. ff. de inter. act. l. confeſſoribus. & ad leg. Aqui. l. inde Neratius. §. vlti. not. ſ. de confeſ. c. vlti. Item in legibus 4. & conſtitutionibus quæ debent eſſe poſsibiles. 4. diſt. erit. Eſt tñ in hoc differentia, ꝙ impoſsibilis conditio appoſita in ↄ̃ctu, vitiat ↄ̃ctum, vt in pallegatis legibus. ff. de actio. & obli. l. non ſolum. & inſtit. de inuti. ſtipu. §. impoſsibilis. In teſtamentis tñ & matrimonio ob ipſorum fauorem habetur pro non adiecta 5. de cõdi. app. c. vlt. vbi de hoc. & C. de inſti. & ſubſtitu. l. reprehendenda. Et quod dicit hæc regula de impoſsibili, intelligas etiam hoc de turpi. & de hoc dicam. j. eod. non eſt obligatorium. & c. in malis.

1 Io. Mon. addit impoſſibile moris. ſ. iureiuran. Quĩtauallis. ff. de condi. inſti. ſin⁹ cõmunis. impoſſibile includit naturam, & mores. & facit ꝙ dixi in ca. fin. de pac. in fi. Ioã. And.

2 Poſt quam pmiſiſti ſcribere librum, man⁹ tua amputatur. Pet. d Ancharan. remittit ad Bar. l. continuus. §. illud. ff. de verbo. obli. Itẽ per ſtatutũ eſſes exoculãdus: ſedes cæcus, quid fiet vide Ioan. An. Philip.

3 Verum ſi adiiciat̃ impoſſibilis modus: ſecus ſi cõditio. Dynus Pet. de Anchar.

ADDITIO. Ad propoſitum huius regulæ, Nemo poteſt, & c. antiqui dabant verſus:

*Vltra poſſe meum non lex me iuſta coegit.*
*Nec putat eſſe reum, qui totum poſſe peregit.*

*¶ Glo. ſecunda primo tractat de iuramento, naturali obligatione, & pœnæ promißione. Secunda pars reſpondet per quæſtionem, quã negatiue ſoluit præter certum caſum: Solutioni opponit: & dupliciter reſpondet, ſubdens opinionem.*

b ¶ *Obligari.*] etiam iuramento: quia temerarium eſt. 22. q. 4. per totum. & ſ. de iureiuran. ſicut. ſ. de appel. quæſtioni. nec obligatur etiã naturaliter. vnde dicit lex. ff. eo. tit. Impoſsibiliũ nulla eſt obligatio. vniuerſale igitur negatiuũ omnem obligationem denegat, nec committitur ſtipulatio pœnæ promiſſæ. ff. de verb. oblig. ſi homo mortuus 6. Nota ergo ꝙ ſi Bononiæ conſtitutus, promittam cẽtum hodie Romæ me tibi daturũ: quia impoſsibile eſt promiſſum, non naſcitur obligatio, vt hic: & eſt expreſſum. inſti. de ver. obli. §. loca. præterquam in caſu ff. de verb. obli. l. vlti. §. ſi inter eos. ſcilicet qñ ſtipulator & promiſſor Bonon. conſtituti notificauerunt diſpenſatoribus ſuis Romæ conſtitutis ſtipulationem eo die fore futuram: mandans promiſſor ſuo diſpenſatori vt ſolueret: & ſtipulator ſuo, vt reciperet ea die. Argu. ↄ̃. ſ. de dolo & cõtu. cum dilecti. ff. de arbi. Celſus. ff. man. l. ſi mandato 2. §. Paulus reſpondit. Dic ſolu. ibi eſt vnum mandatum duo poſſibilia continens 7: & ideo ad vtrũque obligatur: & ſi deficiat primũ, tenetur ad ſcd̃m. hic autẽ vna eſt obligatio tantũ, & tota impoſsibilis, vel ad minus primũ impoſsibile: ex quo ſequitur ↄ̃m. Præterea ↄ̃ctus ſunt volũtarij. C. de act. & oblig. l. ſicut. iudicium autẽ redditur in inuitũ. ff. de verb. obli. inter ſtipulantem. §. 1. & ob hoc etiam notauerunt Goff. & Hoſt. in dicta decre. cum dilecti. ꝙ ſi iudex citet aliquem eo die, quo impoſsibile eſt eum comparere 8, ꝙ non eſt omnino inutile mandatum: immo licet non teneatur comparere in die propter impoſsibilitatem, tñ tenetur cõparere poſt diem: & poteſt eſſe ratio huius; quia principale eſt ibi ꝙ veniat acceſſorium, ꝙ veniat tali die: & principale non vitiatur propter acceſſorium, ſed potius eↄ̃: vt dicam j. eod. acceſſorium. Ioan. And.

4 Idem Dynus hoc tractans in modũ quæſtionis: & puto ꝙ canonẽ, q ſequitur intendebat allegare, dum dicit, vt in c. cũcta. i prin. decre. Ioan. And.

5 Diſtinguit Dynus quẽ hic vide. Io. And.

6 Idem Pet. tenet ibi gl. & hic Dyn⁹ Ioan. And.

7 Idem Pet. de Ancha. in principio allegans. d. c. dilecti.

8 Idem videtur ſi dies eſt feriata. Ioan. And.

ADDITIO. Pet. de Bellaper. ↄ̃. ſuper quo vide Cynum C. de fer. dies feſtos. in q. 2 in fi. & quod dixi in prædic. decre. cum dilecti. & de appel. cum parati. in fi. Ioan. And.

P*Riuilegium perſonale.*] Caſus in hoc capitulo figuratur per c. 2. ſ. de aucto. & vſu pallij. Romanus Pontifex alicui archiepõ cõceſsit pallium: quod eſt inſigne ornamentũ aſſumptum de corpore, hoc eſt, de altari beati Petri: quia conſueuit Papa ibi celebrare: & quandiu celebrat, illud pallium eſt ſupra altare: poſtea Romanus Pontifex aſſumit illud, & tradit archiepõ, ſi eſt præſens, vel nuntiis, ſi eſt abſens: Ponamus ꝙ Papa dedit vni archiepõ palliũ: vtrum ſuus ſucceſſor poſsit eo vti, vel vtrũ requiritur ꝙ ſucceſſor obtineat alliud pallium? Rñdet Romanus Pontifex, ꝙ cum iſtud priuilegiũ ſequatur pſonam, & extinguatur cum perſona: quia etiã archieps ſepelitur cum iſto pallio: ideo requiritur ꝙ ſuus ſucceſſor obtineat aliud palliũ. ¶ Vel poteſt poni exemplum in viro qui habet priuilegium, vt nõ conueniatur à muliere pro dote, niſi inquãtũ facere poteſt, vt puta, ↄ̃xi matrimonium cũ Berta per verba de præſenti, & recepi dotem ab ipſa Berta, vt poſſem ſuſtinere onera matrimonij: poſtea ſolutum fuit matrimonium: ſoluto matrimonio, mulier vult repetere ſuã dotẽ, quã mihi dedit: Certũ eſt ꝙ non ſum excutiendus in ſolidũ: quia habeo iſtud priuilegiũ, vt non conueniar niſi inquantum facere poſſum: & hoc ne compellar egere. Sed quid vtrũ mei hæredes habeant iſtud priuilegium: videlicet vt non conueniantur inſolidum, ſed deducta ratione ne egeant: quia adiuerunt hæreditatem ſine beneficio inuentarij? Rñdetur ꝙ hæredes mei non habebunt iſtud priuilegium: quia priuilegium perſonale perſonam ſequitur, & extinguitur cum perſona.

## REGVLA VII.

PRiuilegiũ ᶜperſonale per-

*¶ Prima gl. primo dicit vnde ſumpta: & ponit exempla: Secundo dicit regulam nõ procedere in iure cõmuni: ſed bene cõuenire reſcripto, pacto, & compromiſſo perſonali: Tertio diſtinguit duplex perſonale priuilegium, dicens quid de reali: Quarto dicit priuilegium prius quandoque extingui, & remitti: Quinto ſucceßiue ſignat duo contraria: & vtrumque dupliciter ſoluit.*

c ¶ *Priuilegium perſonale 9.*] Hæc regula ſumpta eſt ex l. ff. eod. l. priuilegia quædam. & l. in omnibus cauſis. Pone caſum. 7. q. 1. petiſti. de auctori. & vſu pal. c. 2. C. de legi. leges. in fi. ad idem. ff. de conſti. princ. l. 1. in fi. ff. de cenſi. l. ætatem. in fin. & ff. ſolu. mat. maritus 2. & l. ſeq. vbi hæres mariti extraneus condemnatur inſolidũ, non habita ratione ne egeat 10: cum maritus condẽnaretur inquantum facere poteſt habita ratione ne egeat 11. Item in perſonali priuilegio quod datur patri, patrono, & militi 12, vt condemnẽtur inquantum facere poſſunt: quod cum perſona extinguitur. ff. de re iudi. l. ſunt qui in id. & l. patronus. & l. item miles. Et nota, ꝙ dicit priuilegium: quia ius cõe ad vnam perſonam directum ad omnes extenditur. 61. diſt. miramur. de re iudic. in cauſis. ff. de iuris & facti ignoran. l. regula. §. vlti. Et idem in reſcriptis directis ad perſonas: quia cum perſonis extinguuntur. ſ. de offi. dele. quoniam. ſic & pacta perſonalia perſonas non tranſgrediuntur. ſ. de tranſactio. de cætero. & c. veniens. ff. de pact. iuriſgentium. §. pactorum. & compromiſſum non extenditur ad hæredes, niſi de ipſis caueatur. ſ. de arbi. cap. vlti. Et intelligitur hæc regula de priuilegio perſonali, id eſt, perſonæ conceſſo. Idem ſi eſſet perſonale ex parte cõcedentis, vt ſ. eod. lib. de reſcrip. ſi gratioſe. Priuilegiorum ergo aliud perſonale, aliud reale, vt ſ. de præſum. mandata. ſi autem ſimpliciter concedantur, an dicantur perſonalia, an realia? Dic vt notatur 25. quæſtio. ſecunda. in ſumma. 16. q. 1. poſſeſsiones. & ſ. de inſtitu. cũ veniſſet. & quod dr̃ hic, ꝙ priuilegium perſonale extinguitur cum perſona: intelligas idem in reali, vt ſcilicet extincta re extinguatur priuilegium. 16. q. 7. & hoc diximus. de verborũ ſignificatio. Abbate. in fin. ff. qñ dies lega. ced. l. ſi vſusfructus. quod dic verum, qñ ipſæ res vel loca, puta eccleſia, ciuitas, vel loca alia ſacra vel profana deſtruuntur ſuperioris auctoritate, ſecũdum Io. & Lau. qui hoc not. in prædicto cap. & hoc diximus. ad hoc de conſecra. diſt. 1. placuit. de noui operis nuntia. cap. ſecundo. & in prædic. l. ſi vſusfructus. non ergo vlterius vocandus erit aliquis clericus illius eccleſiæ: vel municeps illius loci. Si autem deſtruatur ab hoſtibus, retinet omnia ſua priuilegia: & remanent ibi clerici. 7. q. 1. paſtoralis. 19. q. 3. qui ſemel. Item ſi auctoritate ſuperioris transferatur ad aliũ locum, vel alij vniatur. 16. q. 1. & temporis. & cap. ſeq. de relig. dom. quia monaſterium. ff. de ↄ̃hend. empt. l. æde. ſecundum Inn. qui ad hoc bene not. ſ. de noui operis nuntia. ca. 2. Et licet hic dicatur priuilegium tunc extingui cum extinguitur perſona: interdum etiam ante extinguitur, vt cum abutitur priuilegio: quia tunc meretur extingui. 11. q. 3. priuilegium. & in caſibus ibi. not. & 22. diſtin. cap. renouantes. & de conſtitu. cum acceſsiſſent. & de priuileg. accedentibus. & de deci. ſuggeſtum. Ad hoc autẽ quod dr̃ hic, quòd priuilegium ſequitur perſonã, ↄ̃dicit ſ. de vſu pal. ex tuarũ. Solu. priuilegium indeterminate conceſſum perſonã ſequitur præciſe, vt hic: priuilegium autem vſu pallij conceditur cum determinatione loci & temporis: & ideo extra locum perſonam nõ ſequitur 13. tenor enim priuilegiorum attendendus eſt & ſeruandus. ſ. de priuileg. porro. & cap. recepimus. Vel dic vt j. dicam ↄ̃ de priuileg. antiqua. 21. diſt. denique. ff. de offi. proconſul. l. vlt. vbi præſente maiore minor non vtitur priuilegio. Solu. ſpeciale eſt ob ſuperioris reuerentiam: & dic vt ſ. Vel dic ꝙ ſequitur perſonam ſemper habitu, licet non actu. ſic eſt vbi ad tempus ſuſpenditur iuriſdictio. 81. diſt. ſi quis. vel ob reuerentiam ſuperioris. ſ. de offi. leg

9 Bene facit ſ. eod. lib. de priuileg. ca. 1. §. vlti. ibi, vbicunq; illi fuerint. vt ibi ſcripſi. Io. And.

10 De hoc ſupra d̃ don. inter virum & vxo. c. 1. Ioan. And.

11 Vide Alexan. in l. maritum. ff. ſol. matri. Iaſ. §. ſi ď do. inſti. de acti. adde Campegium in tractatu de dote in 3. par. à quæſtione 235. vſque ad finem.

12 Etiã cæleſtis militiæ. gl. in l. miles. ff. de re iudi. vide tamen Matheſilanũ ſing. 61.

13 Facit c. quoniam. ſ. de priuileg. Philip. alleg. Bal. i. nõ ſpeciali. C. de teſt. tenentẽ contra gloſ. tex. eſt & gl. in c. illa. 12. diſt. addo. tibi Rocum Cur. c. fin. de conſue. ponẽtem an Cathelani extra ſuã diœceſim veſcãtur carnibus die ſabbati.

volentes

volentes, vel ob cauſam.C.de cura, fur.l.penult.§.1.de hoc dicam j.eod.quod alicui.

ADDITIO.Intelligitur hæc regula de priuilegio perſonali, id eſt perſonæ conceſſo, ita ꝙ perſona ſit proxima cauſa priuilegij, vt in dictis exemplis.& ſic ſolui quod opponitur de in integrũ reſtitutione minoris, quæ tranſit ad hæredes. ff. de in integrum reſtitutione,non ſolum. ff. de minori. l. interdum. Et de Velleiano,qđ etiam tranſit ad hæredes. C, ad Velle.hæredes: ĩ his enim perſona non eſt proxima & immediata cauſa priuilegij:ſed læſio,&c.Ioan.And.

ſonam ſequitur, & extinguitur cum perſona.

¶ Idem.

REGVLA VIII:

SEmel [a] malus,ſemper præſumitur eſſe malus.

a Ioan.And. Anch. Phili, dicũt hic crimẽ directe nõ ꝓbari in ĩſtrumento, ſed bene indirecte.

SEmel malus 1.] Caſus in hoc capitulo formatur multis modis: Vno modo per capitulum, paruuli.22.q.5.hoc modo. Quidam Titius fuit in aliqua cauſa productus in teſtem:qui productus iurauit deponere meram & puram veritatem ſine falſitate: poſtea depoſuit falſum,& ſic deierauit:quo facto in aliqua alia cauſa fuit in teſtem productus;fuit ɔ̃ ipſum propoſitum pro parte aduerſa, ꝙ non erat admittendus ad ferendum teſtimonium in illa cauſa: quia in quadam alia cauſa deierauerat;& præſumptio erat ꝙ adhuc deieraret in iſta cauſa;an ſit admittendus?Rñdetur ꝙ nõ:quia ex quo eſt conuictus de periurio,non eſt admittendus ad teſtimonium ferendum;nec recipitur eius iuramentum,quod tẽdit ad ſuũ commodum;ſecus ad iuramentum oneris. Alio modo poteſt figurari caſus per capitul. ſcribam. de præſumptio. in antiq. quod capitulum habet duos intellectus, vt ibi dĩ, & per cap.nouit.de iudiciis.in antiq. vbi dĩ,ſi q̃s videat fratrem ſuum in peccato:debet ire ad eum,& illum monere ſecundum doctrinam Euangelicam, vnde lotio exterior non delet maculam, ſed interior:& appellamur omnes fratres:ideo ponamus ꝙ video fratrem meum peccantem:monui eum ſecundum ꝙ dĩ in d.c.nouit. video ꝙ mea monitio non proficit,ſed efficitur deterior: vtrum tenear eum amplius monere? Rñdetur ꝙ non:quia ex prima monitione neglecta apparet,ꝙ ſecundã negliget monitionem,vt dĩ in d.c.ſcribam. ſecundũ vnum intellectum ideo non teneor eum amplius monere:quia ex quo ſemel malus,& contumax, præſumptio eſt ꝙ adhuc erit malus: quia ſemel malus ſemper præſumitur malus in eodem genere delicti: & hoc verum,quando quis fuit malus in fine actus: quia qui fuit malus in aliquo actu, & tandem ſe maxime correxit, & fuit bonus in fine illius actus præſumitur bonus; Nam qui exercuit actum bonum, præſumitur bonus, niſi faciat actum ɔ̃rium: ſed ſi fecerit actũ contrarium,præſumitur malus,donec de emendatione appareat.

¶ *Prima gloſ.ponit exempla.Secundo quomodo hæc præſumptio poteſt dici hominis,facti, et iuris,ſed non de iure,interſerens circa præſumptionem duas remiſſiones,& conuertens regulam ſubdit vnde procedat hæc præſumptio.Tertio dat ſimile de paupere, & remittit.Quarto dicit hanc præſumptionem quandoque ad filios tranſire.Ioannes Andr.*

a ¶ *Semel malus* 2.]Pone caſum in ſemel periuro. 22.q.5. paruuli.in ſemel contumace.ſ.de præſump.ſcribam. In ſemel calumniãte.ff.de accu.l.2.ad hoc.25.diſt.c. vlti.ſ.de elect. ſuper eo. ff. de decur. l. eos. Hic ergo præſumitur eum qui ſemel malus fuit, ſemper malum eſſe. & poteſt hæc dici præſumptio hominis: quia ɔ̃ hominem ſic præſumitur.Poteſt etiam dici præſumptio facti;quia ex ſemel facto ſic præſumitur. Poteſt etiam dici præſumptio iuris; quia ius ſic præſumit ex facto,vt hic vides,& in iuribus ſ.ſignatis, de quibus diuerſis præſumptionibus ꝓſequere:vt not.p Io.50.diſt, ferrum.53. diſt.fraternitatem. per Bernar.de ſpon. is qui, per Accur,ff.quod met.cau.l.non eſt veriſimile. Hic ergo vides ꝙ præſumitur ex præterito circa præſens & futurum:interdum prȩſumitur ex præſenti circa præteritum,interdum circa præſens;interdũ circa futurum;quod proſequere vt not.44.diſt.multis.34.q.2.cum per bellicam.de præſum. ſcribam, & in prædi.c.is cui. Licet autem vt ſ.dixi. hæc poſſet dici præſumptio iuris, non eſt iuris & de iure; admittit enim probationem in ɔ̃rium:& probato ꝙ pœnituerit,vlterius malus non dicetur.50.diſt.ferrũ. de conſecra. diſt. 4. c.2. de reſcri. eam te. de teſt. teſtimonium. ff.de ædi. edic.quod ita.ſaluo eo quod dĩ de hære.ad abolendam.§.illos quoque.ſ.eod. lib. eod, tit.ſuper eo.Not,ergo ꝙ ſi ſemel fuit bonus,ſemper prȩſumitur bonus. 61. diſt. miramur. & ſ. de præſump. mandata. & prima facie quis præſumitur bonus. 11.q.3.in cunctis. de præſump. dudum. ff. de lega.2.cum pater.§.rogo.Qui autem ſemel malus, ſemper præſumitur malus 3,vt hic,& ff. de re milit. l. non omnes. §. à barbaris,C.de ſuſcep.& arca.l.ſi aliquid.lib.10. Et procedit hæc præſumptio,tum ex præſumentis natura corrupta:tum quia natura humana prona eſt ad delicta.12. q. 1. omnis ætas.in Authen.de mona. §. ſi vero his.coll.1. Item in ſimili quilibet præſumitur pauper: quia nudus natus fuit. 47. diſt. ſicut hi.C.de proba. l. ex perſona. ff. de

2 Pet.de Anchar.dicit regulã velle ꝙ q̃ ſemel peccauit in aliquo actu,repellat' poſtea ab codẽ:non vt puniatur, ſi iã aliquod crimen factũ eſt,quale ipſe prius commiſit.

Prȩſumptionũ,alia facti alia iuris.

3 Viđ ſingu. Hipp.74.gl. in.c.ꝓpoſuit, de cle. excõ. mini.

magiſtra. conue.l.1.§.ſi magiſtratus.vbi tñ probatur ſemel eſſe ſoluendo;adhuc idem præſumitur 4, & ſic intelligitur lex. ff. de priuileg.cred.l.ſi creditores.in fine.Quæritur autem quare quis præſumatur virtutibus plenus, & non diuitiis? vide per Ber.& Hoſti. de ſeru. c. vnico.Et not.ꝙ hæc præſumptio interdum tranſit ad filios:quia qui patrem incontinẽtem habuit, incontinens præſumitur, & ob hoc illegitimus non ꝓmouetur. 56. diſt. per totum. & metuitur crimen parentis in filio. 6.q.1.ſi quiſcum:ad hoc ſ. eod.lib.de hære. ſtatutum. de ſchiſma. c. 1.ad hoc.ff.de ædili.edi.ꝙ ſi nolit.aliàs,ſi ſeruus.§.qui mancipia.

4 Anchar.remittit ad gl. l.ſifideiuſſor. voluit allegare in l.ſivero. in verſic.dubitetur.ff.de iis qui ſatiſ. da.cogan.

¶ Idem.

REGVLA IX.

RAtum [b] †quis habere non poteſt, quod ipſius nomine non eſt geſtum.

† Vide Ruinum conſil. 27. lib. 4. & conſil. 129. eod. libro.

ADDITIO.Facit hæc regula,ſemel malus,& c.ad quæſtionem de notario,qui fecit vnum inſtrumentum falſum, an valeãt poſtea confecta per ipſum:quam ponit Gul.in Spe.de inſtru. edi. §.ſi reſtat.ver.quid ſi tabellio. Io.And.

RAtum.] Caſus poteſt figurari multis modis:Primo, per cap. cum quis.de ſenten.excom. Aliquis Titius verberauit quendam clericum, meum inimicum,non tñ nomine meo:poſtea ſciui ꝙ illum clericum verberauerat: illud mihi placuit in corde meo, & laudaui,& ratificaui quod fecerat, vtrum incurram ſententiam excõmunicationis? Certe non:quia non poſſum habere ratũ quod nomine meo non eſt geſtum.

¶ Alio modo poteſt poni caſus per l.ſi pupilli.§. ſed ſi ego.ff.de nego.geſt.Filius meus exiſtens in mea poteſtate habebat peculium: quidam Titus geſſit negotia in illo peculio non nomine meo; ſed nomine filij mei, & expoſuit in adminiſtratione,aliquid de ſuo:poſtea ratificaui iſtam geſtionem, vtrum geſtor debeat agere contra me peculio tenus vel inſolidum: quia non eſt dubium ꝙ ſi geſſiſſet illa negotia nomine meo, eſſem ei obligatus inſolidum ad illa quæ expoſuit de ſuo? Rñdetur ꝙ hic non teneor niſi peculio tenus:quia ex quo nõ geſſit nomine meo, nõ poſſum habere ratũ.

¶ Pro declaratione iſtius regulæ opponitur ɔ textum de capitulo Lugdunẽ. 9. q.2.& c.quod ſicut. de elec.in antiq.Dĩ in d.c. Lugdunẽ,ꝙ quidã eṗs promouerat ad ordines clericos alterius diœceſis proprio eṗo non conſentiente:poſtea proprius eṗs ſciẽs ratificauit illam ordinationem:dĩ ibi ꝙ iſti ordinati remanebunt in ordine ſuſcepto: & tamen non fuerant ordinati nomine proprij eṗi.Dĩ in c.ſicut.ſ.de elect.ꝙ ſi canonici alicuius eccleſiæ procedant ad electionem aliquo canonico ſpreto:ſi canonicus ratificet illam electionem per alios canonicos factam, illa electio aſſumit vires:ergo male dĩ ꝙ quis nõ poteſt habere ratum illud quod nomine ſuo non eſt geſtum.Rñdet gloſ. ad cap. Lugdunen. quòd ille eṗs alienus ordinauit clericos nomine proprij eṗi, & ſub ſpe ratificationis,eo quia erat amicitia inter ipſos epiſcopos.Vel melius dicendum eſt ꝙ illa ratificatio non validat collationem ordinationis,quia de ſe valeat:quia eṗs alienus poteſt ordinare clericos alienos,& recipiunt ordinem, ſed non ordinis executionem: ſed vbi proprius eṗs ratificauit & diſpenſauit cum eis. Et ad c. ſicut. dicendum,quòd loquitur de conſenſu confirmante.

¶ *Prima gloſ.ponit exempla.Secundo allegat 5.iura in cõtrariũ: & ponit tres ſolutiones:quarum primam reprobat,& demũ ſoluit.Tertio ſignat contrarium de vna l.& ſoluit.In fine remittit.*

b ¶ *Ratum.*]pone caſum.9.quæſtio.2.cap.1. ſupra eodem libr. de ſentent.excommunic.cum quis.2.reſpon.ff.de nego.geſt. ſi pupilli. §.ſed ſi ego.vbi ſi liber homo geſſit negotium filij vel ſerui peculiare tantum,contemplatione ipſius ratihabitio ſequens patris vel domini nihil operatur:quia per ratihabitionẽ non tenetur vltra id ad quod prius tenebatur, ſcilicet ad quantitatem peculij 5. Contradicit ad hanc litteram.9.quæſtio.2.Lugdunen.16.q.1.c.vlti. ſ. de elect.quod ſicut.de iis quæ fi.à præla.cum nos.de iure pa. cura. in his iuribus habet quis ratum quod ſuo nomine non eſt geſtum. Sol.dixerunt quidam,quòd ſecundum canones poteram ratum habere quod meo nomine non eſt geſtum,per iura prædicta, vt not. de reſti.ſpol.cum ad ſedem,in glo.penult.ſed hæc ſolutio extirpatur per hanc regulam.Alij dixerunt hoc fallere in ſpiritualibus,in quibus ratum habeo quod meo nomine non eſt geſtum, per iura prædicta,& hæc not.in prædi.decre. quod ſicut.in glo. ſic patet. Vel quòd in capitulo Lugdunen.fuit ordinatio facta nomine proprij epiſcopi:& ſpes in eo poſita,quòd ratum haberet, vt ibi not. Verius dic,quòd ordinatio facta à non proprio eṗo bene tenet quo ad ordinem,licet non quo ad executionem.ſ.de tempo.ordi. quòd translationem.ſupra eod.lib.eod.tit. cap.1.& 2.ibi igitur eṗs proprius non ratificauit collationem ordinis quo ad ordinẽ, quia non erat neceſſe:ſed executionẽ illi diſpenſatiue contulit,quã nõ habebat.Alia etiam iura non propriè loquuntur de ratihabitione, ſed de quodam nouo conſenſu; quæ ſunt valde diuerſa,& ſuper hoc vide quod dicam j.eod.non firmatur. Item ɔ̃.C.ad Macedo.l. vltim.vbi ratum habet pater contractum filij ſuo nomine non geſtum.

5 De hoc ſatis etiam per Dynũ per te videas: qui etiam ponit exemplũ. l. ſi ſeruus. ff. ſi prec.vbi ſi filius meus ſuo nomine rogauit rem precario ratũ habendo: nõ plus teneor q̃ prius,ſcilicet de peculio.Ioan.An.

ſtum.Sol.dupliciter poteſt eſſe geſtum meo nomine: vocaliter, vt ſ.eod,lib. de ſent.excom.cum quis.& realiter,ad mei præiudiciū: vt qñ filius meus mutuum ɔ̃hit ſiné meo aſſenſu, fit in mei præiudicium. ff. ad Mace.l. 1. & hoc poſſum ratū habere: quia quod ibi ius reprobat per diſſenſum,approbat per cōſenſum.An autē vnus iudex poſſit ratā habere ſententiam latā per alium? Dic vt not.9.q.2. c.1.de his quæ fi. à prælа.cum nos. de offi. deleg.prudentiam. in glo. 2.in fin.per Barto. Brixien. in quæſtione venereali,quæ incipit,epiſcopus Mutineñ.De materia huius regulæ adde quod ĩ.dicam.cap.proxi.

† Vide Bar. in l.ſi pupilli.§.Itē quæri.ff.đ nego. geſt. Salicetum in l.non ideo minus. C. de accuſ. vbi docet qualiter hęc regula procedat in delictis. addē Romanum ſingul. 511.Mattheſilanū ſingul. 180.

¶ Idem.

REGVLA X.

RAtihabitionem † a retrotrahi, & mandato non eſt dubium comparari.

ADDITIO.De quatuor modis quibus negotiorum geſtoribus actio competit,notatur ff. de neg.geſt.ſi pupilli.§.quid ergo. vide libel. in Spec. de iudi.§.2.verſi.ex prædictis.& vide quod dixi ſuper glo. in regula,Ratihabitionem.Ioan.And.

R*Atihabitionem.*] Caſus in hoc c.ſic figuratur per c.vlti.ſ. de iureiuran.& l.licet.ff.de iudiciis.& habet locū in iudiciis. Ponamus ſic caſum per dictam l.licet.Quidam Titius aſſerens ſe eſſe meum procuratorem cum non eſſet,quandam actionē deduxit in iudicio nomine meo ɔ̃ meum debitorem:nō fuit ei oppoſitum ꝙ non eſſet procurator meus:certum eſt ꝙ proceſſus factus cum falſo procuratore non tenet. Sed quid ponamus ꝙ poſtea ratificaui, approbaui,& laudaui geſta per ipſum,vtrum valeat proceſſum ac ſi ab initio mandaſſem ei, vt nomine meo proſequeretur ɔ̃ meum debitorem? Rñdet ꝙ ſic:nam ratihabitio retrotrahitur,& mandato comparatur. ¶ Alio modo poteſt figurari caſus per c. fi.ſ. de iureiuran.eod.lib.Ego habebam ɔ̃ te aliquam cauſam: lite conteſtata inter nos & iurato de calumnia,ſeu veritate dicenda, ſi cauſa erat ſpiritalis,feci meas informatas,& extracta à meo libello:ĩ quibus poſitionibus aſſerui duas poſitiones ɔ̃rias:numquid ſum periurus? Rñdet ꝙ ſic.Sed ponamus ꝙ ego non feci illas poſitiones de directo ɔ̃rias: ſed procurator meus illas fecit, & poſtea ratificaui, & laudaui,& homologaui,an ſim periurus? Certe ſic, per rationem huius regulæ:quia ratihabitio retrotrahitur,&c.

¶ Alio modo poteſt poni caſus per capitulum,cum quis.ſ. de ſen. excom. iſtomet libro: Cum quidam clericus intuliſſet mihi iniuriam,quidā Titius meus familiaris volens mihi complacere, abſq; mandato meo talem clericum verberauit,& in eum manus violētas iniecit nomine meo: poſtea cum ſciuiſſem iſtud factum, mihi placuit,& ratificaui,& homologaui:Quæritur numquid ſum excōmunicatus,ac ſi mandaſſem illum clericū verberari? Rñdet ꝙ ſic: quia ratihabitio retrotrahitur,& mandato comparatur. ¶ Alio modo poteſt caſus figurari per.l.finalem.C. ad Maced. Filiusfamilias exiſtens in poteſtate ſui patris recepit pecunias mutuo in caſibus non permiſsis:& ſic ɔ̃ ſenatuſconſultum Macedonianum:Certum eſt ꝙ pater ſuus non poterat conueniri à creditoribus pro illis pecuniis. Sed quid? Pater poſtea ratificauit,& approbauit ɔ̃ctum filij ſui:nunquid poterit conueniri pater ac ſi mandaſſet filio ſuo,vt contraheret? Certe ſic:& hoc per rationem iſtius regulæ:quia ratihabitionem,&c.

¶ *Prima gl.dicit vnde ſumpta,& ponit exēpla.Secundo dicit in ea duo debere cōcurrere, & ad ſecundum ſignat contrariū:Tertio ſucceſsiue exprimit quatuor caſus exceptos,& ipſorūrationē reddit:Quarto ponit ſimile.Quinto ſoluit vnum dubiū.Io.And.*

1 Idem hic Dynus allegat. ff. ſi ta. teſ.nul.ex. l. 1 §.ita autē. & in Authē. de iis q ingr. ad app. §. ſi vero.C.đ re. cre.ſi qs vſuras. de cōdi. infer.l.vlt. & ff.q ſatiſda. cog.l.de die. §.vlti. Ioan. And.Philip.

a ¶ *Ratihabitionem.*] Hæc regula ſumpta eſt ex l.ff.eo.titu. l. hoc iure.§.deiecit.& l.ſemper qui.§.1.Pone caſum in iudiciis 2.q.6. nō ſolēt.ſ. eo.lib. de iureiuran.capit.vlt.ff.de iudi.licet. In maleficiis. ſ.eod.lib.de ſent. excommunica.cum quis.1.reſponſo. [Et intellige de maleficiis,quæ per alios fieri poſſunt;ſecus in iis quæ perſonæ cohærent, vt in adulterio & ſimilibus, vt not. in §. deiecit. & hic per Dynum.] In ɔ̃ctibus.C. ad Macedonianum. l. vlt. Et habet locum hæc regula in caſu.ſ.cap.proxi.ſcilicet qñ meo nomine geſtum eſt:quia tunc ratū habere poſſum:& ratihabitio retrotrahetur,& mandato comparabitur.Vnum nota,ꝙ ſi infra certū tempus teneor aliquid facere, & alius id fecit nomine meo infra tempus quo id facere debebam, debeo illud ratum habere:aliàs ratihabitio non prodeſſet.2.q. 6.non ſolent.ibi,quod mox reus ratū haberet.ff.rem ratam habe.l.penult. imputatur enim tunc culpa tacitæ renunciationis 1. Arg. ɔ̃.ſ.eo.lib. de præb. ſi tibi 1. Hæc autem regula fallit in caſu.ff.de iis q not. infa. l. quid ergo.in prin.nō enim notatur infamia pater,qui non iuſsit filium ɔ̃here cū muliere,quæ erat infra tempus luctus,licet poſtea conſenſerit:vel ratum habuerit;Ratio:quia ibi ſpectatur initium:vt ibi.Vel eſt ratio: quia licet ratihabitio æquiparetur mandato,vt hic,non tñ iuſſui,vt ibi.iuſſus enim neceſsitatem imponit,mādatum non,vt not.ex l.ff. qđ iuſſu l.1.§.ſed ego quæro.& ff. quod cum eo.l. 1. & l. ſi mandator. Nec comparatur mādato quo ad ſpeciem actionis quia datur actio negotiorum geſtorum 2. ff. de nego. geſt. l. ait prætor. & l.ſi pupilli. §.idem ait.vbi mandādo datur actio mandati.ff.de procurato.l.licet.§.ea obligatio.comparatur autem quo ad effectum:& ideo nō dixit ꝙ ratihabitio ſit mandatum,ſed ꝙ mandato comparatur. Itē fallit in caſu. ff. de offi.proconſul.& lega.l.obſeruare.in fine. proconſul enim dando legatum antequam ingrediatur prouinciam, nil agit:ſi autem poſtquam ingreſſus eſt, dationem illam ratam habuit, valet:non tñ retrotrahitur ad totum tempus, ſed ad id tantū qñ ingreſſus eſt prouinciā, vt ibi. Ratio: quia ratihabitio operari non poteſt,niſi quod poſſet mādatum expreſſum.Item fallit.ff.de acquiren.hæreditate.ſi quis mihi bona.§.iuſſum.vbi ratihabitio tutoris in adeunda hæreditate mandato non comparatur.& eſſet idem inuenire in omnibus,in quibus conſideratur initium:& ſic non eſt ɔ̃.16.q.3.§.poteſt.ff.eodem quod initio. & infra eod.non firmatur.& ibi dicam.& de hoc per Ber.ſ.de pact. c. 2. & per Goffredum ſ.qui ma.accu.poſ.inſuper.Item fallit in caſu. ſ. de reſcrip.nonuulli.vbi de hoc.& cap.ex parte decani.in fin. vbi non valet reſcriptum impetratum ſine mandato:licet ille cuius nomine impetratum eſt poſtea ratum habeat. & hoc facit ius acquiſitū illi ɔ̃ quē facta eſt impetratio:quod auelli ab ipſo inuito 3 non poteſt.ad hoc ſ.eod.lib.de elect.ab eo qui ɔ̃.Et eſt ſimile huic regulæ in eo quod dicit,ꝙ ratihabitio retrotrahitur:quod dicit lex, quòd appellans condemnatus de futuro, ſi non proſequitur appellationem,retro notatur infamia: videtur enim ratam habere ſententiā. ff.de iis qui not.infam.l.furti.Olim dubitabatur an idem in excōmunicatione poſt appellationem lata.ſed dic vt ſ.eod. lib. de ſent. excom.licet.Et ſcire debes quod ſi faciens condemnatus eſt,& ſatisfecit ſententiæ:non agitur amplius ɔ̃ ratum habentem ad intereſſe: ſed ad pœnam bene. ff.de vi & vi arma.l.1. §.quotiens. ff. de admin.tuto.l.tres tutores.ff.de iuriſdi.om.iud.l.adeo.

a Et qui geſſit pro abſēte: nā ſi pro preſēti egiſſet, daretur actio mandati,vt no.in l.ſemp. qui, alleg. ĩ prin, gl.& hic per Dynum Ioā, And.

¶ Idem.

REGVLA XI.

CVm † ſunt b partium iura obſcura, reo fauendum eſt potius quàm actori.

† Vide Felinum in. cap. ex litteris. đ ꝓbat.& Ruynum conſil. 114.& 131. & 149. lib. 5.

3 Idem Ioā. Mo. & doct. docēt quod ſententia lata ꝓ vel contra delinquētē operet in mandante ratū habente. Anch. ponit de procuratore errante in perſona cū qua cōtrahæret matrimoniū: cui factum dña ratificat, poſt quā ratificationē mulier diſſē tit.

ADDITIO. Idē hic Dynus, qui etiā prolixe proſequitur.I.A.

C*Vm ſunt.*]Caſus in hac regula ſic figuratur per capitulum, in noſtra.de teſti.& atteſta.in antiq. Tu actor & ego reus habebamus litem inter nos coram iudice competente:propoſuimus facta ɔ̃ria:& fuimus admiſsi ad illa probanda:tu actor ad probandū tuam intentionem produxiſti quatuor teſtes:ego etiā reus ad probandum meum factum ɔ̃rium,produxi alios quatuor teſtes:Iſti noſtri teſtes ſunt pares in dignitate, & in cæteris:& deponunt æque veriſimilia:& in effectu ſunt omnino æquales: & ſic iura noſtra vidētur eſſe dubia:quæritur quorum teſtium dicta debeat iudex inſequi:& pro qua parte debet ferre ſententiam? Rñdetur ꝙ ſententia eſt ferenda pro me reo ɔ̃ te actorem:quia cum partiū iura ſunt obſcura, reo fauendum eſt potius quàm actori: & hoc verum in deciſione cauſæ:nā ab initio potius fauendū eſt actori quàm reo: ideo ſi actor in ſuo libello poſuerit verba ambigua, poteſt illa interpretari ſecundum vnum intellectum.l.ſi quis.ff.de iud.

¶ *Prima gl.dicit vnde ſumpta, & ponit exempla.Secundo ponit quatuor caſus exceptos.Tertio ampliat regulam.Quarto diſtinguit,opponit,& ſoluit.*

b ¶ *Cum ſunt.*] Hæc regula ſumpta eſt ex lege ff.eod.tit.l.fauorabiliores.Pone caſum.3.q.9.indicas. ſ. de fide inſtrum. inter dilectos.ff.de act.& oblig.l.Arrianus. Hæc autem regula vera eſt, niſi actor foueat fauorabilem cauſam:puta matrimonij, libertatis,teſtamenti,vel dotis:tunc enim fallit regula:quia fauendum eſt actori.33.q.1.ſi quis acceperit.ſ.de probat.ex litteris. ff. de manumiſ.l. antepenult.Et habet hæc regula locum non ſolum in ſententia ferēda,vt ſ.ſed etiam in iam lata:puta à duobus ordinariis:vno abſoluente,& altero condemnante:tenet enim ſententia pro reo lata,niſi in ſupradictis caſibus.ſ.de re iud.c.vlti. ff. de re iudi. inter pares.Et not.ꝙ dicit obſcura:ſi enim certum eſſet reum eſſe obnoxium puniretur:quia culpa eſt relaxare vindictā. 28.diſtinctio. q4 ſunt.& hoc dico,cum eſt certum iudici vt iudici:ſecus ſi vt Deo.ſ. de offi.ordi.ſi ſacerdos.vel vt homini.3. q. 7. iudicet. de offi. dele. paſtoralis.§.quia vero.ſi certum eſt eum non eſſe obnoxium, abſoluitur:idem ſi dubium.vt hic vides,ſanctius eſt enim nocentem abſoluere:quàm innocentem condemnare.ff. de pœnis,abſentem. & ſic in re dubia fertur certa ſententia. Contra 11. q.3. graue. & de ſpon.de muliere.ad hoc.C.de tranſact.vt reſponſum.ſed hic nō eſt dubium,immo certum: quia ex quo actor non probauit clare, debet reus abſolui.6.q. vlt. actor 4. vt eccleſia.beneficia.vt noſtrū. C. de proba.actor.ſic notat Ber.de ſpon.iuuenis. Et vide quod de triplici ambiguitate not.33.diſt.c.vlti.

4 Aliàs accuſator.

ADDITIO. Not. ꝙ dicit,partium,in plurali.Fortius autē ſi iura actoris tantum:non ſic ſi iura rei tantum,vt in fi. Dicit Io.Mon. quòd huius regulæ,triplex eſt ratio.Prima quia actor impetit,reus defendit.alleg.inſtit. de interdic.§.commodum,C.de dila.ſi quando. Secunda, quia nullus præſumitur obligatus, vel obnoxius. in Authent. collat. 6. quib. mod. natu. effi. ſui. §. natura ſi quidem. Tertia, quia reus in iudicio pugnat pro libertate: vnde debitor dicitur cliens debitoris. C. de noua. l. 3. & Prouerb. 22. qui mu-

tum

tum accipit,eſt ſeruus fœnerantis.Ioan.And.

a ¶ *Reó.*] ſic dicto à re quæ petitur, vel ſuper qua impetitur.ſ. de verb.ſignifi.forus.

¶ *Glo.ſecunda ſignat contrarium: ſoluit & remittit:& iterum regulam exemplificat,& exponit.*

a Idem hic Dynus,& eſt ratio, quia reus ſemper negaret ſe ſic ſenſiſſe, qui inuitus trahitur.Io. And.

b ¶ *Actori.*] ꝯ ff. de re iud. ſi quis intentione. vbi ambiguam orationem actoris in ſui vtilitatem interpretamur. Sol 1. Illud in principio litis in quo fauet actori:hoc in fine in quo fauetur reo. qđ dicvt not.

obſcura,reo a fauendũ eſt potius quàm actori b.

¶ Idem.

REGVLA XII.

IN † iudiciis c non eſt acceptio perſonarum habenda.

† Vide omnino B. Thomam. 2.2.q. 63.ar.1.& 4. adde Hippolitũ Marſiliũ ſingul. 168. inci. æqualitas ſemper ſeruanda.

de reſtitut.ſpoliato.cum ad ſedem.in glo. 2.in fi. In ſumma igitur not.ꝙ in obſcuris potius fauetur reo quàm actori,niſi fauor cauſæ aliud inducat, vt ſ. dixi. Hinc eſt ꝙ cũ ſemiplene probauit actor: & talis eſt cauſa,in qua non eſt deferendum iuramentum:puta criminalis,vel famoſa,vel ardua.C.de proba.ſciant cuncti.C. de dolo,dolum. & C. quod met.cau.l.metum.abſoluitur reus. Si autem talis eſt cauſa,in qua ſit deferendum,deferri debet reo,niſi ex circunſtantiis perſonarum & cauſæ videatur iudici illud deferendũ actori.de iureiuran.c.vlt.[Vide & adde quod ibi dixi.]Nec intelligas hanc regulam in obſcuris probationibus inductis à reo: quia illas contra eum interpretamur. de probatio.licet.quod dic vt dicam ï.eo.contra eum,Ioan.And.

IN *iudiciis.*] Caſus figuratur in capitulo,neceſſe.3.q.9.Certum eſt quòd accuſatus de aliquo crimine coram iudice competẽti, tenetur cõparere perſonaliter:ita ꝙ non admittitur eius procurator.l.fi.C.de procura.cap.tuæ. de procura. in antiq. l.penult.§.crimen.ff.de public.iudi. Sed quid de accuſatore; vtrũ accuſator debeat etiam comparere perſonaliter?Rñdet ꝙ ſic:& hoc per rationem huius regulę:quia in iudiciis non debet eſſe acceptio perſonarum. ¶ Alio modo poteſt poni caſus per capitul.nouit. de iudi. in antiq.Ponamus ꝙ coram iudice aliquo ordinario vel delegato (nõ refert) conuenitur aliquis conſtitutus in dignitate vel officio, vel amicus, vel inimicus:vtrum fauore perſonæ debeat iudex recedere à debita iuſtitia,ita ꝙ fauore perſonæ poſsit aliter iudicare,quàm in perſona alterius,in quo non eſt illa prærogatiua?Rñdet ꝙ non:quia in iudiciis non debet eſſe acceptio perſonarum:& iudex magnum debet iudicare vt paruum.

¶ Item poteſt poni caſus per cap.ſtatutum.§. inſuper.ſ.de reſcriptis. iſtomet libro, vbi dr̃:ſi legatus proficiſcatur extra:licet recipiat expenſas abambabus partibus,ſed moderatas,non debet plus recipere ab vna parte,quàm ab alia:quia in iudicio non debet eſſe acceptio perſonarum. ¶ Item figuratur caſus in l. ſi cum dies.§. ſi arbiter.ff.de arbitris,vbi eſt caſus quòd ſi arbiter aſsignauit partibus locum ad audiendum ſententiam:ſi partes non poſſunt honeſte accedere ad locum:non tenentur comparere & ſi non compareant non incurrunt pœnam appoſitam in compromiſſo. Sed quid ſi vna partium poterat honeſte comparere:altera autem non poterat honeſte comparere:iſta pars quæ poterat comparere,non comparuit:vtrum ſit commiſſa pœna?Reſpondetur ꝙ non, vt ſeruetur æqualitas & non ſit acceptio perſonarum. Glo. format plura contraria:ſed in hoc remanet,ꝙ quantum ad modum procedendi, & iuſtitiam miniſtrandi in iudiciis,non debet eſſe acceptio perſonarum:ſed in multis aliis poteſt eſſe acceptio perſonarum vt in aſſurgendo,& in aſsignando locum honorabiliorem.c.ſolitæ. de maio. & obe. in antiq.Nam in aduentu epiſcopi vel imperatoris debet iudex aſſurgere, & locum honorabiliorem ei dare:& ſic quantum ad honores eſt habenda acceptio perſonarum.Item eſt habẽda acceptio perſonarum in impoſitione pœnæ quia quantum ad impoſitionem pœnæ mitius agitur cum perſona conſtituta in dignitate quàm cum alia perſona c.2.de off.deleg.ſ.eo.lib.

¶ *Prima glo.ponit exempla.Secũdo ſignat in ꝯriũ quatuor canones.4.decret.& 2.leges ſoluit,& dat 5. ſimilia. Tertio ponit 4. modos quib9 dicit̃ iudiciũ. Quarto & vltimo notat, & inſtruit.*

c ¶ *In iudiciis.*] Pone caſum.3. q. 9. neceſſe.ſ.de iudi.nouit.& ſ. eod.lib,de reſcr.ſtatutum.§. inſuper.& §.ſeq.ff.de arb.ſi cum dies. §. ſi arbiter. Aliorum enim honores aliis non debent eſſe occaſio nocendi.C.de ſta.& imagi.l.vlti. ad hoc 11.q.3.ſi quis vero.Signantur contraria ad hanc regulam.40.diſt.c.1.45. diſt. cum beatus. 97. diſt.nobiliſsimus.24.q.1.qui ꝯ pacẽ.ſ.de off. delega. ſane 2. eo. lib. de off.deleg. c. 3. & de ſenten.excom.quia periculoſum. ff.de pœnis,aut facta.C.de mo.mul.eos in fi.& ſ. de ſimo. per tuas 1. vbi de hoc.Sol.in pœnis defertur dignitati & perſonæ 2, vt ibi. & de hoc de tranſac.c.vlti.Arg contra ſ.de iureiur. cum quidam. dic vt ibi.Idem in ſedendo vel aſſurgendo.93.diſt.non oportet.& not. 3. q.9. c.vlti. In iudiciis autẽ vel in ſententia non eſt habenda perſonarum acceptio, vt hic. in eis enim æqualitas eſt ſeruanda. C. de proxi.ſac,ſcri.l.in ſacris.lib.12.[Et l.vnicuique.lib.12. vnde & priuilegium vnius litigantium tranſit ad alterum.C. de fruct.& liti. ex pen.l.fi.Signatur ad hoc ꝯrium Inſtit.de iure natura.§.ſed & quòd

2 Fallit,ſi pœna lege vel ſtatuto vniformiter taxatur. Bal.l. nemo. ĩ prin ci.C. đ ſum. tri.Philip.

principi.vbi de hoc.& hic per Dynum.] Idem in pœnitentiæ exhibitione: 26.q. 7. ſacerdos. in princ.in fide Chriſti ſuſcipienda. de conſecra.diſt.4.nec quemquam.& in aliis ſacramentis. de coniug. ſeruo.cap.1.Et in pauperum ſuſceptione, cum ſufficere poſſumus. 42. diſt. quieſcamus.& in aliis operibus pietatis. 16. q. 1. ſi cupis. hoc ergo quod dicit, in iudiciis, ſoluit contraria. Et not. quòd iudicium 3 interdum ponitur pro eo qđ præcedit ſententiam, vt hic. & 2. q. 1. ſicut ſine iudicio.& cap. in primis. Interdum pro condemnatione.de conſecr.diſt.2.timorem.Interdũ pro diſcretione.3. q.7. §.tria.Interdũ pro vltima volũtate ſ.eo.lib.de ſepul,c.penult.]Ioã. Mo.po nt 15.ſignificationes ſup rubr.de iud. quas dat per hos verſ.

*Actio,lis,auctor,forus,arbiter,vltima velle:*
*Quæſtio,diſcre.ſen.inſtan.diſcutio,poſſe.*
*Pernicies,pœna,proceſſus iudicialis.*

Et not. ꝙ licet iudex vti non debeat in iudiciis acceptione perſonarum,vt hic, & in concor.tamen vtile eſt in arbitrariis iudicẽ gratioſum habere.ſ.de offi. deleg. c. conſuluit. & facit de accuſatio,nulli. & quod ibi not.Caueat tamen iudex ne in facienda gratia incurrat pœnam conſtitutionis,de re iud.cum æterni.ſ. eod.li. Ioan.And.

3 Adde gl Inſtit. quib' non eſt permiſ. face.teſta.§. præterea.

¶ Idem.

REGVLA XIII.

IGnorantia d † facti,non iuris excuſat.

† Præter doctores hic, vide Alexandrum cõſil. 165.inci. dubitat an mulier ruſtica. lib.6.& Marianũ Socinũ cõſil. 51. volumi.4.

IGnorãtia facti 4.]Caſus in hac regula primo poteſt figurari per capitulum,ſi ſacerdotes.16.q.3.ſecundum tertium caſum,qui ponitur in dicto cap. ſi ſacerdotes. hoc modo:Ponamus quòd quidã laicus donauit monaſterio ſancti Cypriani aliquam eccleſiã: quæ donatio non valuit:quia laicus non poteſt donare eccleſiam, ſed eps cum conſenſu capituli:accidit ꝙ prælatus eccleſiæ monaſterij ſancti Cypriani, qui recepit donationem,mortuus eſt;cui alij ſucceſſerunt,qui credebant illam eccleſiam monaſterio ſuo donatam ab epo cum conſenſu ſui capituli:nunquid iſti potuerunt præſcribere illã eccleſiam?Rñdetur ꝙ ſic:quia ipſi prætendunt ignorantiã facti quia putabant eccleſiam illam donatam eſſe ab habente poteſtatem: ſed prædeceſſor prælatus cui donata fuit illa eccleſia nõ poſſet præſcribere:quia habebat ignorantiam iuris.

4 Ioã. And. Albe. Vad. intelligunt textum de ignorantia ꝓbabili nõ ſupina. & dicit Io. And. & alij quod reſcriptũ nõ valet vbi tacetur expectatiua aut reſeruatio: ꝑ ca. in noſtra.đ reſcri. quamuis.de ꝓben. lib. 6.

¶ Item poteſt poni caſus per cap.ſi qui à ſimoniacis.1.q.1.& etiam per cap. ſi beneficia, ſ. de præben.eo.lib.Cum ego tenerem canonice aliquod beneficium incompatibile; fuit mihi collatum aliud beneficium incompatibile,quod fuerat reſeruatum per Papam,qđ ignorabam:dimiſi primum beneficium,& apprehendi poſſeſsionẽ ſecundi:eo ꝙ iſtud ſecundum beneficiũ erat magis pingue quàm primum:poſtea apparuit illud beneficium ſecundum eſſe reſeruatum diſpoſitioni Papæ,& fuit à me euictum: volo nunc redire ad primum:quæritur an poſsim?Rñdetur ꝙ ſic:quia ignorabam illud beneficium eſſe reſeruatum Papæ;& ſic errabam in facto; ſecus ſi erraſſem in iure,quia ſciebam reſeruationem Papæ, ſed ignorabã ꝙ illa reſeruatio Papæ impediret collationem. Iuxta illam regulã ſequitur ꝙ qui habet iuſtam cauſam litigandi, licet poſtea condẽnetur in principali:non tñ in expenſis,vt not.Bart. in l.deſtitiſſe.ff. de iudi.vbi habetur quòd ſi quis credebat habere bonam cauſam litigandi,& pendẽte lite ſuperueniat mala fides,& ſi deſiſtat à lite ſeu inſtantia,non debet condemnari in expenſis. Sed vtrũ habeat locum in cauſa appellationis, vt ſi quis habeat iuſtam cauſam litigandi euitet expenſas?Quidam dicunt quòd non;quia eſſet ignorantia iuris:nam in cauſa appellationis ex actis principalis cauſæ iudicandum eſt. Glo.reſpondet quòd ſi fuit iudicatum ex eiſdem actis,procedit illa opinio,vt in cauſa appellationis quis debeat cõdemnari in expenſis:licet habuerit iuſtam cauſam ignorantiæ.Sed ſi fuit aliquid de nouo probatum,virtute cuius fuit aliter iudicandum;tunc appellans non debet condemnari in expenſis: quia poteſt prætendere iuſtam ignorantiam.

¶ *Prima glo.ponit exempla,& remittit.Secundo ponit,& exponit vnũ notabile.Tertio ſucceſsiue ſignat,& ſoluit duo cõtraria.*

d ¶ *Ignorantia facti 5.*] Pone caſum in ignorantia facti in ordinato ignoranter à ſimoniaco. 1. q. 1. ſi qui à ſimoniacis. In eo qui ignorabat beneficium reſeruatum per Papã,vel alij collatũ.ſ.eod. lib.de præben.ſi beneficia.ſimile ſ.eod. lib. de reſcri. gratia. In eo qui locat militi credens eum paganum. ff. loca. l. ſi ignorans. non enim diſciplinam contempſit qui militem ignorauit,vt ibi.In ignorantia iuris.Pone caſum.1.q.4.§.notandum. in fi. ſupra eod.lib. de præben.eum qui ibi ſtultus,&c.C.de iur.& fac.igno. l. 2. & l. cum quis.Hæc regula non indiget gloſsis:cum eius materia pleniſsime habeatur,1.q.4.§.notandum.in textu & glo. 38. diſtinct, in ſumma. & de hoc dic vt ibi.Vnum not.quòd cum quæritur de condemnatione expenſarum, dicimus quòd in principali cauſa probabilis error excuſat ab expenſarum condemnatione.2.q. 3. cap. Paulum. de electio.cap.1.in fi.ſupra eod.lib.ſed in cauſa appellationis indiſtincte victus condemnatur victori in expenſis.2.quæſtio.6.omnimodo.ſupra de appel.eos.§.ne temere. Ratio autem huius diuerſi

5 Hanc glo. commendãt doctores ibi,vnũ not. & Dyn' hic ponit multiplicẽ ignorãtiam & eius effectum in dãno vitãdo, captando lucro, in pœnis. & dicit Phili, ignorantiã iuris nõ excuſare ruſticos ſagaces.l.Athletæ.§. de ruſticis. ff. de excu.tu.to.

iuris

iuris colligitur per hanc regulam. in principali enim cauſa eſt error facti: quia in ea ex probationibus, quæ in facto conſiſtunt, proceditur: ſed in appellationis cauſa proceditur ex actis prioris cauſæ: vnde ibi eſt error iuris: & ideo non excuſat a condemnatione, vt hic. Et ideo not. Inno. & hoſt. ſ. de dolo & contu. finem. ꝙ ſi in

¶ Idem.

REGVLA XIIII.

CVm† quis [a] in ius ſuccedit alterius iuſtam ignorantiæ cauſam cenſetur habere.

¶ Idem.

cauſa appellationis nõ proceditur per ſola antiqua acta, ſed inducantur probationes nouæ, per quas pronuncietur; tũc probabilis error bene excuſat victum à cõdemnatione expenſarum. quod verum puto: & videtur caſus prædictæ decr. ſ. eo. lib. de electio. c. 1. in fin. Ad primum dictum huius regulæ ſignatur ꝯrium. 34. q. 2. in lectum. vbi imponitur pœnitentia probabiliter ignoranti factum: ſed illud ad cautelam. Item cõtra de conſecra. diſt. 4. qui bis. vbi ignoranter rebaptizatus ordinari non poteſt: illud ſpeciale, & punitur ſine culpa: ſubeſt tamen cauſa, ſcilicet iniuria primi ſacramenti. Vel dic vt ibi not.

Error probabilis excuſat à condemnatione expenſarum in cauſa principali.

¶ Dicit hic Ioan. And. & Alb. & alij, quod cleric' cognoſcens B. ſolutam, ſua tamen & aliorum opinione maritatã: punitur vt adulter: quia culpa in opere, dolus in animo, opinio ĩ qualitate pfertur veritati. nup de ſenten. ex com. ſi tamẽ pœna ſtatuti grauior eſſet pœna iuris cõmunis nõ puniretur illa.

ADDITIO. Item contra. ff. de fideiuſſor. l. 3. vide quod ibi not. in glo. fina. Ioan. And.

CVm quis in ius.] Caſus figuratur per capitulũ, ſi ſacerdotes. 16. q. 3. prout dictũ fuit in primo caſu præcedentis cap. qui caſus eſt proprie caſus huius cap. Item poteſt figurari per cap. cura. de iure patrona. in antiq. Ponamus ꝙ quidam obtinuit per ſententiam rem alienam non ſpectantem ad illos, qui fuerunt mihi condemnati, ſed ad alios: tenui iſtam rem per tempus ſufficiens ad pſcriptionem: vtrum potui præſcribere? Rñdetur ꝙ non: quia habui malam fidem. Sed quid ponamus, ꝙ ego ſum mortuus: vtrum meus ſucceſſor poterit illam rem præſcribere? Rñdetur ꝙ ſic: quia ipſe habet iuſtam cauſam ignorantiæ: Nam qui in locum alterius ſuccedit cenſetur habere iuſtam cauſam ignorantiæ.

*¶ Primo gl. dicit vnde ſumpta: & ponit exẽpla: Finis dicit quod exemplificat præcedentem. Secundo dicit duo, ſcilicet regulam loqui quando cum ſucceſſore agitur, & de quolibet ſucceßore. Tertio ſoluens vnum contrarium diſtinguit.*

b ¶ *Cum quis in ius.*] Hæc regula ſumpta eſt ex lege. ff. eod. tit. l. qui in alterius. Pone caſum 16. q. 3. ſi ſacerdotes. ſed tertiũ caſum ibi nota & de iure patro. cura. & ff. de depoſi. l. 1. in fine. & l. 2. ibi enim hæres vendens rem depoſitam credens illam fuiſſe defuncti non tenetur ad rem, ſed ad pretium. Quod autẽ in hac regula dr̃, verum eſt, ſi cum ipſo ſucceſſore agatur: ſecus ſi ipſe agat: quia certus debuit eſſe de facto ſuo cum ad iudicium prouocat, vt in prædicta l. qui in alterius 1. Et eſt ſimile, quia deliberatoriæ dantur reo ſed non actori: quia certus debet eſſe ad iudicium prouocandũ. de hoc dicam ĩ. eod. non licet. cũ etiam ſi agat, probabilis poſſet eſſe ignorantia. Intelligitur autem hæc regula generaliter de quolibet ſucceſſore, ſiue ſit ſingularis ſiue vniuerſalis, de quibus dicam ĩ. eod. is qui in ius. quæ vr̃ ꝯ, ſed non eſt: quia ibi loquitur de iure, hic de facto. Vbi ergo quæreretur de præſcriptione, in qua ſufficit bona fides: quod dic vt not. ſ. eo. lib. de præſcriptionib. ca. 1. præſcriberet [a] ſucceſſor bonæ fidei: quod non præſcriberet prædeceſſor cum mala fide. vbi autem requireretur titulus: ſi iniuſtum titulum habuit prędeceſſor, talem qui non det cauſam præſcribendi: ſucceſſor qui eodem iure vtitur, non præſcribit. ff. de diuer. & tempo. præſcriptioni. l. cum hæres. Et aduerte: quia regula iſta venit exemplificatiue ad præcedentem: ignorantia facti probabilis excuſat, vt ibi: vel ſi in ius ſucceſsit alterius, vt hic.

Et ideó pœna tunc committitur cũ effectu: niſi ſucceſſor fuerit pupillus. ff. de verbo. oblig. ſi cum filius. §. in hac ſtipul. Dynus Ioan. And.

a Inchoando præſcriptionem Philip. Io. And. Sed vide Imo. c. ſi diligenti. col. 5. de præſcrip.

ODia reſtringi.] Caſus in hac regula figuratur multis modis: Primo per cap. quædã lex. §. quod ſcripſi. 35. q. 3. & per capit. tua 1. ſ. de deci. in antiq. Dr̃ in d. §. quod ſcripſi. ꝙ Anglici erant nouiter conuerſi ad fidem catholicam: vnde à ſede Apoſtolica obtinuerunt priuilegium, vt poſſent ꝯhere matrimonium cum ſuis affinibus & conſanguineis: & Papa conceſsit eis iſtud priuilegiũ generaliter vt poſſent ꝯhere matrimonium cum ſuis affinibus: poſtea quidam alius populus fuit de nouo cõuerſus ad fidem catholicam: dubitabitur vtrum priuilegium Anglicorum eſſet extendẽdum ad iſtum populum de nouo conuerſum? Reſpondet ꝙ non. ¶ Vel dr̃ in dicto §. quod ſcripſi. ꝙ Anglici poſtquam fuerunt roborati in fide catholica, voluerunt vti dicto ſuo priuilegio, & ꝯhere matrimonium cum ſuis affinibus & conſanguineis: vtrum poſſint vti tali priuilegio? Rñdetur ꝙ non: quia ex quo fides catholica fuit in eis firmata, debet ceſſare priuilegium quod fuit eis conceſſum ne haberent materiam retrocedendi.

¶ Item poteſt poni caſus per dictum cap. tua 1. de deci. in antiq. hoc modo: ante concilium Lateranenſe decimæ fuerunt laico conceſſæ in feudum: & erant aliquæ terræ ſteriles, quæ poſtea fuerunt redactæ ad agriculturam. & ſic fuerunt facta noualia: Laicus voluit percipere decimas in iſtis noualibus, vtrum poſsit? Rñdet ꝙ non: ſed ſolum percipiet decimas in terris, quæ erant arabiles tempore infeudationis, non autem in terris de nouo redactis ad agriculturam: quia iſtud priuilegium eſt reſtringendum in odium laici, qui licite non poteſt percipere decimas. Vel poteſt poni exemplum in præſcriptione: Aliquis in mea parochia percepit decimas per xxx. vel xl. annos, & ſic decimas pręſcribit: Poſtea aliquæ terræ

REGVLA XV.

ODia † reſtringi [b], & fauores conuenit ampliari.

¶ Idem.

REGVLA XVI.

DEcet † conceſ-

ſteriles fuerunt redactæ ad agriculturam, & ſic facta ſunt noualia: vtrũ de illis noualibus poſsit iſte qui pſcribit, petere decimas? Rñdetur ꝙ nõ. quia pſcriptio eſt odioſa, ideo debet reſtringi. ¶ Item poteſt poni exẽplum per c. 1. ſ. de filiis presby. hoc modo: Aliquis clericus qui patiebat̃ defectũ nataliũ, à ſede Apoſtolica obtinuit priuilegiũ ſeu. diſpoſitionẽ, vt poſſet obtinere beneficiũ eccleſiaſticum etiã curatũ: virtute ſuæ diſpenſationis obtinuit vnũ beneficium: poſtea dimiſit illud beneficium per renũtiationem, & vult obtinere aliud beneficium virtute ſuæ diſpenſationis: vtrũ poſsit? Rñdetur ꝙ nõ: q a iſta diſpenſatio reſtringitur ad vnicum beneficiũ, cũ ſit odioſa: niſi diceretur in diſpenſatione, ꝙ poſſet obtinere aliud beneficiũ vno demiſſo. Sed ſi ſimpliciter fuit diſpenſatus ad beneficiũ eccleſiaſticum etiã curatum: virtute ſuæ diſpẽſationis nõ pôt obtinere aliud beneficiũ: quia iſta diſpenſatio eſt reſtringẽda. vel ſi ſit diſpenſatum cum aliquo, qui patitur defectum natalium, vt poſsit obtinere beneficium eccleſiaſticum: virtute ſuæ diſpenſationis non poterit obtinere plura beneficia: quia iſta diſpenſatio eſt odioſa, ideo debet reſtringi: ſecus eſt in fauorabilibus, vt in iuribus allegatis in glo. & in c. licet. 2. rñſo. de priuileg. eo. lib. vt ponamus ꝙ alicui ep̃o fuit conceſſum priuilegiũ à ſede Apoſtolica, vt poſsit audire & celebrare diuina in loco interdicto: vtrum iſtud priuilegium reſtringatur ad perſonã ſuam, vt ipſe ſolus poſsit audire & celebrare diuina in loco interdicto? Rñdetur ꝙ cum iſtud priuilegium ſit fauorabile: ideo non ſolum ep̃s, ſed etiam familiares ſui poterunt audire & celebrare diuina in loco interdicto: Nam tale priuilegium cum ſit fauorabile, debet ampliari, & non reſtringi: quia odia reſtringi, & fauores conuenit ampliari.

† Cõferunt tradita per gl. in l. venia. verbo liberis. C. de in ius vocãdo. & in l. ſed ſi lege. §. vlt. ff. eod. tit. & p Bar. in l. vlti. ff. ad Tertul. & in l. maximum vitiũ. C. de liberis pterit. vt hic p Philippum Fran.

† Vide Abbatem in c. finali. de offic. leg. & in c. penul. de cleric. nõ reſiden.

*¶ Primo glo. ponit exempla, & proſequitur illa. Secundo addijcit regulam ad ſolutionem vnius contrarij. Tertio ad quæſtionẽ.*

b ¶ *Odia reſtringi* [3].] Pone caſum in primo dicto 35. q. 3. qđ ſcripſi. vbi priuilegium odioſum de ꝯhendo, ſcilicet in gradu prohibito, reſtringitur. ſ. de deci. tua 1. vbi decimæ noualium non accreſcũt laicis habentibus decimas in feudum, vt ſ. eo. lib. de filiis presbyte. cap. 1. & vlti. In ſecundo pone 16. q. 2. c. 1. ſ. eod. lib. de priuil. licet. 2. rñſo. C. de ſent. paſ. & reſtit. l. 1. quæ canonizata eſt 2. q. 3. in ſi. & concor. ad hanc regulam 16. q. 3. §. poteſt. ſ. eo. lib. de priuileg. ne aliqui. ff. de libe. & poſth. l. cum quidam. Si ergo ius vel priuilegium odioſum eſt, reſtringendum eſt [4]: ſi fauorabile ampliandum, vt ſ. ſi fauorabile & odioſum, vt Macedonianum, ampliatur pacto: quia illi iuri non poteſt renuntiari. ff. ad Macedonia. ſed & ſi pater. in fine. Item extenditur non ſolũ ad pecuniam, ſed ad rem aliam datam in fraudem. ff. eod. tit. ſed Iulianus. §. mutui. & l. 3. §. 1. Et per hanc regulam ſoluunt ꝯrium decre. de deci. ex parte 3. ad decreta. eo. tit. cum contingat. In decre. enim. ex parte, erat fauor, ſcilicet priuilegium: & ideo conceſsis decimis, intelliguntur conceſſa etiam noualia: ſed in decreta. cum cõtingat. erat odium. ſcilicet præſcriptio. ſ. de præſcriptio. vigilanti. & ideo licet præſcripſerim decimas: non videor præſcripſiſſe noualia poſtea inſurgentia, vt ibi. Et facit ad quæſtionem quam not. Hoſtien. ſ. de præſcriptio. cum ex officij. de prælato qui præſcripſit viſitationẽ, & nunquam fuit procuratus: modo petit procurationem: an ſit audiẽdus? Et dicit ꝙ non. Præſcriptio enim odioſa eſt: & ideo vnũ ſine altero acquiri poteſt per eam. nec tunc eſt viſitationi annexa procuratio, ſed ius cõe fauorabile: & ideo viſitationi, quæ de iure communi ſit, annexa eſt procuratio, vt ibi. odia igitur reſtringenda ſunt: vnde alterius odio quis grauari non debet. ĩ. eo. cap. non debet. & adde hic quod ibi dicam. Ioan. And.

3 Ioã. Mon. ponit hic exemplũ per id quod poſt eũ de dictione beneficiũ, dixi ſupra eod. lib. de ſent. excom. ſi ciuitas. in ſi. 1. reſpon. Item per l. ff. de leg. 1. qui filiabus. §. 1. Dynus ponit p decret. ſtatutum. ſupra eod. lib. de electio. Ioã. And.

4 Niſi reſpiceret vtilitatẽ publicam, l. 1. § exercitium. ff. de in ſa. Dyn' Philippus.

DEcet conceſſum.] Caſus in hac regula figurat̃ multis modis. Primo figurari poteſt per capitul. ſi cui. de præben. eod. lib. Papa alicui ep̃o conceſsit, vt ipſe poſſet de aliquibus beneficiis. prouidere idoneis perſonis, ita quòd iſtud priuilegium fuit cõceſſum ep̃o in fauorem ep̃i conferentis beneficia, nõ autem in fauorem perſonarum quibus conferebantur: accidit ꝙ re exiſtente integra, antequam ep̃s contuliſſet illa beneficia, & ſic antequam ep̃s fuiſſet vſus ſuo priuilegio, Papa mortuus eſt: vtrum per mortẽ Papæ ſit extinctum & expiratum priuilegium? Rñdetur ꝙ nõ: & hoc per rationem iſtius regulæ, quia indultũ principis debet eſſe permanſurum. ¶ Item poteſt figurari caſus per Authẽ. conſtitutio, quæ de dignitatibus, colla. 6. Filius aliquis familias exiſtens in poteſtate patris fuit aſſumptus ad dignitatem patricij: certum eſt ꝙ liberatur à patria poteſtate: poſtea perdit illam dignitatem: quia fuerat

aſſum

aſſumptus ad certum tempus:vtrum remaneat in poteſtate ſui patris? Reſpondetur quòd non: ſed debet eſſe ſui iuris:quia conceſſum beneficium debet eſſe permanſurum.

¶ Ex hac regula colligitur primo, ꝙ priuilegium principis alicui conceſſum debet eſſe permanſurum, & hoc intelligitur, vt dicit gloſ.de priuilegio reali, & non de priuilegio p̄ſonali, quod perſonam ſequitur, & cum perſona extinguitur, vt in regula, priuilegiū. ſ. eod. tit.

ſum [a] à principe [b] beneficium eſſe manſurum [c].

¶ Idem.

Not. vlterius, ꝙ licet priuilegium principis debeat eſſe permanſurum: perditur tñ certis ex cauſis: ſcilicet per abuſum, non tamen ipſo iure; ſed abuſus eſt iuſta cauſa inducendi principem ad reuocandum ſuum priuilegium aliquibus conceſſum: ideo iura dicūt ꝙ qui priuilegio abutitur, meretur priuilegium perdere. Itē perditur priuilegium per non vſum. C. de nundi. vbi dr̄ quòd ſi quis à principe impetrauit nundinas, & non vtatur, perdit nundinas per non vſum. Item perditur priuilegium, ſi poſt conceſsionem incipiat eſſe grande præiudicium alterius. cap.ſuggeſtum.de deci.in antiq. vbi priuilegium conceſſum Ciſtercieſi. de decimis non ſoluendis, quia incipit eſſe in grande præiudiciū eccleſiæ parochialis, fuit reuocatum. Item aduertendum eſt ad illud quod dicit glo.fi.ꝙ verbum, decet, quantum ad principē ponitur proprie: & quantum ad ſubditos ponitur improprie. & eſt ſenſus, ꝙ imponitur neceſsitas ſubditis ſeruandi priuilegium: ſed princeps ſine iuſta cauſa non poſſet illud priuilegium reuocare: & hoc qñ fuit conceſſum ſubdito principis: ſecus ſi eſſet conceſſum non ſubdito, vt ſunt priuilegia quæ principes & imperatores conceſſerunt eccleſiis: quia tale priuilegium conceſſum non ſubdito, eſt ɔ̃ctus ab initio voluntarius: ſed ex poſt facto eſt neceſsitas.

¶ *Prima glo.ponit exempla. Secundo tractat de perſonali & tēporali priuilegio & dato ab alio quàm à principe. Tertio ponit quinque caſus quibus perditur priuilegiū: & vltimum declarat.*

a ¶ *Decet conceſſum.*] Pone caſum 25. q. 2. c.1.& 2. ſ. eod. lib. de præben. ſi cui nulla.in Authen.coll.6.conſtitutio quæ de dignitat. in fi.vbi filiusfamilias per dignitatē ſibi delatā factus ſui iuris, dignitatis ſuæ adminiſtratione finita remanet ſui iuris 1. ad hoc ſ. eod. lib. de priuileg.cap. 1. in principio. Priuilegia ergo principis ſunt perpetua, & hoc verū in realibus: perſonalia enim extinguūtur cum perſonis. quod dic vt dixi ſ. eod. priuilegium.idem dico de priuilegio ad tempus dato. Pone caſum de verborum ſignificatio.tua.ſ.eod.lib.de reſcrip. ſi propter. & licet hic exprimatur de principe, idem in beneficiis aliorum. 12. q. 2. ſi eṗs. de inſti. cum veniſſent. poſſunt enim eṗi dare priuilegia. de re iudi. cum inter vos. de hoc 25. q. 2. in ſumma. Et not. ꝙ licet priuilegium debeat eſſe perpetuum, vt hic: extinguitur tamen propter abuſum, delictum, negligentiam, contrarium factum, & ſuperueniens enorme præiudicium.quod dic vt not. 22.diſtin.renouantes. 11. q. 3. priuilegiū.de deci.ſuggeſtum 2. Vnde dico quòd ab ipſo principe verba priuilegij interpretanda ſunt, ita ꝙ alteri enorme præiudicium non afferant. ſ. de verborum ſignifica. quid per nouale. Si autem ex poſt facto ſuperueniat præiudicium: pone caſum per decreta. ſuggeſtū. de deci.hic, cum ſit neceſſe directe venire contra verba priuilegij, crederem proponendam principi quæſtionem de priuilegio, quod de nouo tendit ad noxam: & contra illud non deberet 3 propria auctoritate veniri, ſecundum Lau.q hoc ſentit. 25. q. 1.c.vlt.in fi.& Ber.in prædi.decreta ſuggeſtum.in vltima gloſſa.

1 Et retinet omniū cognatorū & agnatorum iura. Dynus.

2 Vbi etiā remiſi ad Specu.de inſtru. editio.§.nūc autem. in fi, vbi plures caſus tales narrātur. Io. And.

3 Not.Phili. iſto caſu requiri reciſo riam.

ADDITIO. Beneficium in iſta regula poſitum large ſumitur. & vide quod ſcripſi de verborum ſignificatio.olim.ſuper glo. fina. Et dic manſurum, etiam ſi ceſſat cauſa conceſsionis priuilegij: dummodo illa cauſa fuerit impulſiua.ff. de donatio.l.2.§. vlti. & l. ſeq. ff.de poſtu.l.1.§.ſexum.vel fuerit finalis, ſed aliquæ reliquiæ illius cauſæ remaneant; vt patet in quodā ſeruo. ff. de quæſt.l.vnius. §. ſeruus.& in illo qui fuit decurio, qui nō torquetur. ff. de decurio. l. vlti.& in illa quæ deſiit eſſe vxor, contra quam turpis actio non inſtituitur.ff.rerum amotarum.l. 2. & 3. & idem cum dubitatur an fuerit impulſiua, an finalis. ff. de condi.& demonſtra.l.cum tales. §.falsā.& l. Titio.§.ſed cū.Secus qñ cauſa fuit finalis, & nullæ reliquiæ remanēt.facit ſ.eo.li.de præb.ſi pauper.ff.de act.& oblig.qui cū hær.de inoffi.teſta.Papinianus.§.nec impuberis.Dynus Ioa.An.

b ¶ *Principe.*] qui ſolus ſecundum quoſdam poteſt priuilegium in alterius præiudicium conferre. 9. q. 3. nunc vero. & c. ſeq.ſ.de conceſ. præben. propoſuit.C.de quadrien.præſcri.bene à Zenone. quod non eſt verum, vt not.25.q.3.in ſumma, in princip.

ADDITIO. Dic vt not.& dixi ſ.de relig.domi. conſtitutus. in glo. hoc videtur.Ioan.And.

¶ *Glo. vltima oſtendit iſtud, decet, eſſe æquiuocum.*

c ¶ *Manſurum.*] & omni malitiæ & diminutioni ɔ̃rium.in Authē. conſtitutio quæ de dignita.& in fi.coll.6.Et not.quòd hoc verbum, decet, qđ ponitur in hac regula, quātum ad ipſos ſubditos neceſsitatem importat: & quantum ad ipſum principem, poteſtatem; ipſum enim priuilegium per ſe conceſſum diminuere vel moderari, & etiam in totum tollere poteſt. Primum probatur ſ. eodem libr.de deci.cap. 2. & de ſta. reg. cap. vnico. de priuile. cap. 1.& cap.ne aliqui.& cap.ſeq.Secundum probatur ſ. eod. lib. de elect. quia ſæpe.de immuni.eccle.clericis. de ſen. excom. cap. vlti. in fin.Ad hoc 63. diſt. c. verum. C. de legi.l. digna vox.

## REGVLA XVII.

INdultum [d] † à iure beneficiū, nō eſt alicui auferendū.

ADDITIO. Clementinas, quæ idem probant, vide de ſepul. dudum. in princip.in glo.multotiens.Ioan. And.

† Secundum Alberi. hæc regu.fallitur duobus indultis: nam tunc priuilegiator aufert debiliori ſuū indultum. l. verū. ff. de mi.Itē fallit quādo obligatio principalis & acceſſoria concurrunt in eadē perſona.l.generaliter. ff. de fideiuſſoribus.

INdultum à iure.] Caſus figuratur primo per capitulum, de his. 28. diſt. in licentia nubendi data ab Apoſtolo: Licet iure ciuili cautum ſit quòd vidua debet abſtinere per annum numerandum à tempore mortis mariti, qui dr̄ annus: ita ꝙ ſi mulier infra annum luctus ɔ̃hat, incurrit graues pœnas, vt C. de ſecun.nupt. verumtñ ab Apoſtolo & etiā iure canonico fuit data poteſtas mulieribus. vt poſſent ɔ̃here matrimonium infra annum luctus mortuo primo marito, cum ſint ſolutæ à lege viri: vtrum eṗs vel alius poſsit tollere mulieribus illam facultatem & licentiam nubendi infra annum luctus? Rñdet ꝙ non: quia iſtud fuit conceſſum mulieribus à iure: & ſic non eis eſt auferendum. ¶ Item poteſt caſus figurari per cap. licet canon.ſ.de elect.eod.lib. Certum eſt ꝙ clericus promotus ad eccleſiam parochialem, habet annum à iure infra quē debet promoueri ad ſacerdotium: ſi infra annum non promoueatur ad ſacerdotium eſt priuandus ſua eccleſia parochiali: Sed vtrum eṗs poſſit præcipere tali clerico ſub pœna priuationis, vt ipſe promoueatur ad ſacerdotium intra dimidium: & ſic abbreuiare tempus ſibi indultum à iure? Rñdet ꝙ non; quia indultum eſt tali clerico à iure vt habeat annum ad promouendum ad ſacerdotium: ergo eṗs non poteſt ſibi auferre illud tempus. ¶ Item poteſt poni caſus in quadrimeſtri dato condemnato in actione perſonali ad ſoluendū. l. 4. §. ſi quis comdemnatus. ff. de re iudi. Conueni Titium ſuper actione perſonali coram iudice competente: fuit mihi condemnatus: certum eſt ꝙ ipſe habet quatuor menſes ad ſoluendum.l.1. & 2.C. de vſuris rei iudica. ſed vtrum iudex poſsit illud tempus abbreuiare? Rñdet ꝙ non: niſi ſubſit iuſta cauſa per rationem huius litteræ: quia indultum à iure conceſſum nemini eſt auferendum: Et ſi iudex ſine cauſa abbreuiauerit illud tempus, illud ſuppletur à iure.l.4.ff.de re iudica. ¶ Item poſſet poni caſus in decem diebus datis ad appellandum.

¶ *Glo.prima primo ponit exempla. Secundo opponit de quatuor iuribus, & ſoluit diſtinguendo & exemplificando. Tertio inducit regulam ad ſolutionem quæſtionis.*

d ¶ *Indultum à iure.*] Pone caſum in licentia nubēdi data ab Apoſtolo.28.diſt.de his. In anno dato ad promotionē ſacerdotij. ſ. eo. lib.de elect. commiſſa 4. In quadrimeſtri tempore dato condemnato in perſonali actioni ad ſoluendū.ff.de re iud.l.4.§. ſi quis cō demnatus.Contra.ſ.de re iudic.quod ad conſultationem.ſ.de appel.cum ſit.& cap.oblatæ.ff.de re iudic.l.2.cum ſuis ſimilibus.Sol. quoddam eſt iuris beneficium quod non poteſt alicui auferri, vt induciæ x. dierum ad appellandum 5. 3.q. 6.anteriorum. Induciæ iiij. annorum ad petendam reſtitutionem ſ.eod.lib.de in integ.reſtit. cap.1. Et illud verum eſt in iſtis & aliis induciis, quæ dantur à lege ſine tacito vel expreſſo miniſterio iudicantis. Quoddam eſt quod ſine cauſa auferri non poteſt: & ſic intelligatur hæc regula: ſed cum cauſa, & cauſa cognita bene. & not. de hoc plene in dicta decre. cum ſit. & illud verum in induciis: quæ licet dentur à iure, interuenit tñ eis tacitum vel expreſſum miniſteriū iudicantis, vt in deliberatoriis xx.dierum & ſimilibus. Quod ergo hic dicit, quòd beneficium iuris nemini eſt auferendum, intelligas ab homine, & ſine cauſæ cognitione: alio enim iure interdū tollitur alterius iuris beneficiū. Pone exemplū in ſolemniter vouente qui non ɔ̃hit.ſ.eod.lib.de vot.& voti redemp.c. vnico. In contumace. in non veniendo. In notorio criminoſo, & in tertio appellāte, qui nō audiuntur appellantes.24.q.3.de illicita.de appel. propoſuit. & c.ſua nobis. C.ne lice. in vna & eadem cauſa ter. app. per totum. ſed vbi ius aufert, vel non permittit hominem auferre 6, ceſſat regula: ſicut eſt videre in patre qui à iure habet vſumfructum in bonis aduentitiis filij.C.de bon.quæ lib.l.cum oportet.& l.vlti.& tñ aufertur propter relinquentem ea cōditione, ne ad patrem perueniat vſusfructus.in Authen.vt lic. matri & auiæ.in prin.coll. 9. Itē à lege datur merito adminiſtratio bonorum paraphernaliū: & tñ poteſt auferri per mulieris prohibitionem.C.de pact. cōuen.l. hac lege. Sed iſta quæ fiunt permittente lege, per hominem fieri non videntur: ſed potius per legem permittentē. Et hæc eſt regula pro clerico electo, qui cōfirmationem debet petere infra tres menſes, vt ſ.de elect.quàm ſit. poſt præſtitum conſenſum, vt ibi.eṗs ei mādat quod petat confirmationem infra menſem: vr̄ enim quia non poſsit hoc mandare: ex quo eodē vel alio iure nō cauetur, ꝙ hoc poſsit: ergo beneficium illi electo indultum tollere non poterit, per hanc regulam, & ea quæ ſ.dixi.Ioan.And.

4 Hoc intellige quo ad pœnā iuris, de qua ibi loquitur. Hoc dico propter id quod notaui eo. tit. licet canon. in gl. antepenul.

5 Idem hic Dynus per modū quæſtionis. Ioa. And.

6 Idem dicit Dynus vnde dicebat Ioā Mo. regulā procedere vbi iuris beneficium ſiſtit in indulto, nec vltra ꝓcedit. Id nullo extrinſecus temperante, &c.

Non

NOn firmatur.] Caſus primo figuratur per capitulum, principatus.1.q.1.vbi dr̃, quòd aliquis fuit promotus ad principatũ, hoc eſt ad prælaturam ſimoniace. Certum eſt ꝙ iſta promotio eſt nulla, q̃a ſimonia eſt tãti effectus, vt reddat ꝓmotionẽ nullã: poſtea accidit ꝙ iſte ꝓmotus ſimoniace adminiſtrauit irreprehẽſibiliter, & fuit toleratus in ſua adminiſtratione per aliqua tẽpora: vtrum ꝓmotio validetur, ita ꝙ aſſumat vires? Rñdetur ꝙ non: q̃a qđ ab initio non valuit, tractu temporis non conualeſcit.

¶ Idem.

## REGVLA XVIII.

NOn firmatur a† tractu tẽporis, quod de iure ab initio non ſubſiſtit.

† Si tñ non conſtet d̃ iure principij propter tempus immemoriale, ſecus, Ioã.An. Phil.ꝑ l. hoc iure.§.duct⁹ aquæ. ff. de aqua quoti. & æſti.& per hanc regu.dicunt, ſi archipresbyter ꝓpe mortuus renũtiet ſuæ dignitati in man⁹ presbyteri acceptãtis nomine epi, electionis à canonicis factæ, cõfirmari non valet.

¶ Item poteſt poni caſus per cap.ſi eo tempore.s̃. de reſcrip.eod.lib.Ponamus ꝙ aliquis à ſede Apoſtolica impetrauit gratiam expectatiuam, per quam Romanus Pontifex mandabat canonicis eccleſiæ Pictauenſis vel alicui prælato, vt ipſi de beneficio eccleſiaſtico prouiderent ſi quod vacaret, alioquin de proximo vacaturo: et ſi illud beneficium eſſet dignitas, perſonatus, vel officium, aut illi immineret cura animarum, & ponamus ꝙ tempore impetrationis impetrans non habebat perfectam ætatem requiſitam ad eccleſiã: Accidit quòd antequam vacaret eccleſia parochialis, effectus eſt perfectæ ætatis: vtrũ illa gratia expectatiua reaſſumat vires: & ſic iſte impetrãs virtute ſuæ gratiæ poſsit promoueri ad eccleſiam parochialem? Rñdetur ꝙ non: quia quod ab initio non valuit, tractu temporis non conualeſcit. Item poteſt figurari caſus per l.inter ſtipulantem.§.ſacram.ff.de verborum obliga. Aliquis mihi ſtipulanti promiſit rem ſacram, puta calicem ſacratum: certum eſt quòd iſta ſtipulatio non valet: quia res ſacra non cadit in commercio hominum: Accidit ꝙ iſta res ſacra deſiit eſſe ſacra: forte calix fuit conflatus: vtrũ virtute ſtipulationis prædictæ, quæ erat nulla, poſsim petere, vt ipſe compellatur ad tradendũ mihi illã rẽ, quæ amplius non eſt ſacra? Rñdetur ꝙ non: quia quod ab initio nõ valuit, tractu temporis non conualeſcit. ¶ Item poteſt poni exemplum in homine libero, & in aliis rebus quæ cadunt in commercio hominum.

¶ *Prima glo.dicit vnde regula ſumpta: ponit exempla: & remiſſiones de initio ſpectando: & quòd in annullandis no loquitur regula. Secundo allegat in contrariũ duos canones.5.decre. & duas leges, & dat vnã ſolutionem ſpecialem, ſecũdo generalem: cui ſolutioni opponit decre.cura. & tripliciter ſoluit. Iterum opponit de decr.2.de eo qui dux Soluit, & principalẽ ſolutionẽ declarat.*

a ¶ *Non firmatur.*] Hæc regula ſumpta eſt ex l.ff.eo.tit.l.quod ab initio. Pone caſum.1.q.1.principatus. vbi non conualeſcit ſimoniacus ingreſſus.s̃.eo.lib.de reſcri. ſi eo tempore. vbi ſpectatur impetrantis ætas, quam habebat impetrationis tempore. ff. de verborũ oblig.l.inter ſtipulantem.§.ſacram.vbi non valet liberi hominis ſtipulatio: licet poſtea ſeruus fiat. Vel rei ſacræ, licet fiat profana. Ad idem s̃.eod.lib.de ſent.excom.licet.ff.qui & à qui.ma.li.l. ſi ſeruo. vbi libertas data ſeruo alieno, non valet: licet poſtea efficiatur ſeruus meus. Ad idem inſti.quibus non eſt permiſ.fac.teſta.§. præterea. vbi teſtamentum furioſi vel impuberis non valet: licet poſtea efficiatur maior vel ſanæ mentis. Concor. ad hoc 16.q. 3. §. poteſt. verſi.quod ab initio.s̃.de elect.auditis. cum ſi. [Quod dictum eſt de furioſo vel impubere dicit idem Dynus de ſeruo, ſi poſtea fiat liber: de filiofamilias, ſi poſtea fiat ſui iuris: de capto ab hoſtibus, ſi poſtea redeat, &c.] Nota ergo ex hac regula initium ſpectandum. alibi habes, de fine: ſed proſequere hoc brochardum, vt not. ſupra de elec.dudum 1. Item not. quod à principio nullum eſt ipſo iure, tractu temporis non conualeſcere: ſecus autem ſi non eſſet nullũ, ſed annullandum 1.s̃.de poſtu.bonæ 2.de elect quòd ſicut. Expreſſe contra.12.q.2.ſi qua de rebus.16.q.1.c.vltim.de iis quæ ſi à præla. cum nos.& ibi de hoc de regula. ſignificatum. de iure pat.cura. de deſpon.impub.de illis.de coniug.ſer.propoſuit. ff.de ritu nup. l. ſi quis in ſenatorio 2.C.de nup.& ſi contra. in his omnibus dr̃, quia conualeſcit quod à principio nullum erat. Solut.ad prædict. cap. ſi qua de rebus.dic qđ nõ obſtat ſm Ioan. qui ibi no.ꝙ ꝯctus factus per clericos vacante ſede, tenet ipſo iure: ſed reſtituitur eccleſia. Sed Hug.ibi, Tancre.& Goff.& Ber.extra ne ſede vacante. c.1. dicunt ꝯrium, ſcilicet quòd non tenet ipſo iure: & dicunt ibi reſcindi quantum de facto proceſsit: & ꝙ poteſt poſtea haberi ratum, dicunt eſſe ſpeciale fauore eccleſiæ. Vel dic generaliter ad illud, & ad omnia ꝯria ſupradicta, ꝙ illud quod ab initio nullum eſt, non firmatur ſolo tractu temporis, vt hic. Sicut enim tempus nõ eſt modus inducendæ obligationis.10.q.3.quia cognouimus.de cenſi.peruenit.C.de pac.ſi certis annis.nec tollendæ.s̃.de præſcrip.cauſam. ff.de actio.& obligat.l.obligationum fere.§. placet. ſic nec reparãdæ, vt hic. Ad idem.ff.de ſer.expor.l.ſi minor. ſed nouo ſubſequenti conſenſu interdum tacito, interdum expreſſo ſublata cauſa impedimenti bene, vt per contraria probatur 3. Ad hoc C. ſi ma.fac.ratum habue.l.1.& 2. Probatur hoc optime s̃.eod.lib.de deſponſa.impube.c.1.valeant ergo ex ſubſequenti conſenſu exnunc, non vt extunc. Simile ff.de officio proconſulis.l. obſeruare.in fine. Speciale tamen eſt ſecundum Ber.in contractum minoris: vbi non tenet cõtractus, niſi tutor vel curator ibi ſit præſens: licet poſtea conſentiat. Inſtit.de aucto.tuto.§.tutor. ff.eo.tit.l.obligari. Item in electione, quæ ſi nulla eſt, ſubſequenti conſenſu non cõfirmatur.s̃.de ele.auditis.ſecundum Ber.qui hoc not.s̃.eod.lib.de reb.eccle. alie.vel non.dudum. in glo.magna.in fin. Sed adhuc obſtat & ſolutio contradicit prædic.decre.s̃. de iure patro. cura. Ibi etiam tractu temporis confirmatur, quod ab initio non valebat. Solut.ibi non fuit ſol⁹ tractus temporis, ſed bona fides cum tempore legitimo, quod præſcriptionem inducit. & facit quod dixi s̃. eod. cum quis. vel fuit illud propter ſcandalum: vel fuit ibi etiam tacitus cõſenſus epi, vt ibi not. Item ſolutioni ꝯdicit.s̃.de eo qui dux. in matrimo.quam polluit per adulte.c. 2. vbi matrimonium ꝯctum cum ſecunda viuente prima, mortua prima ex nouo conſenſu cõfirmari non poteſt. Sol, illud eſt propter impedimentum perpetuum, ſcilicet adulterium cum ſponſalibus de facto, vt s̃.eod.tit. c. vlti. licet ergo ſuperueniat caſus, ſcilicet mors primæ, à quo potuerat cum ſecunda matrimonium inchoari: remanet tñ impedimentum prædictum, ꝓꝑ quod nouus conſenſus non põt inducere matrimoniũ cũ ſecunda: & ibi de hoc 4. Illa ergo quæ de neceſsitate deſiderãt initium, vel quæ ideo non valent, quia ſubeſt in eis perpetuum impedimentum, nec tractu temporis, nec nouo ſubſequenti conſenſu confirmantur, vt hic & ibi: ſed ea quæ de neceſsitate non reſpiciunt initium: nec ſubeſt in eis perpetuum, ſed temporale tantum impedimentũ: & ſi non ſolo tractu temporis confirmantur vt hic, tamen ſublato impedimento nouo ſubſequenti conſenſu interdũ tacito interdum expreſſo bene, vt in contrariis: & ſic ſolutionem intelligo ſupradictam. Ioan.And.

1 Per hoc tollit illud d̃ ſententia negligentia appellãtis conualeſcẽte: nã illa non fuit principio nulla. Philip. Ioan.An.

2 Dicit Io. Mo. ꝙ ibi eſt vitiũ qualitatis, qua ſublata tenet qđ eſt actũ. hic vitiũ in facto. Io.An.

3 Vnde Dynus diſtinguit, aut durat cauſa impediens, aut ceſſat, & nulla ſupvenit confirmans: Aut ceſſauit & ſuperuenit cõfirmãs, primo & ſecundo caſu, locum habet regula: in tertio vero caſu nõ. & hoc recidit in idem Io. An.

4 Placet Dyno per l. ſi expreſſã. ff. de appel.

¶ Idem.

## REGVLA XIX.

NOn † b eſt ſine culpa, qui

† Io.An.tangit hic an clericus patrocinãs corã ſeculari in criminali, ſit irregularis, morte ſecuta: plenius c. 1. de poſtu.c. ſententia. ne cle. vel mo. Itẽ de teſte ĩiuriato falſũ apud acta deponente, qui omni iure puniendus eſt ſecundũ eũ pœna falſi: q̃ proſequitur Hippol.in l.1.ff. de fal. Bal.in l.iuriſiurandi.in fi.C.de teſti.dicit talem puniendum, vt d̃ crimine ſtellionatus. Phili.

NOn eſt ſine culpa.] Caſus in hoc capitulo poteſt figurari in clerico iaciente lapidem, per cap.clerico.50.diſt.iuncto cap. nec is.§.cum itaque.15.q.1. Et primo pro intellectu huius c.eſt præſupponendum, ꝙ eſt permiſſum hominibus exercere ludos cauſa virtutis exercendæ, ſicut proiicere lapidem: vel exercere alios ludos ad exercendum fortitudinẽ corporis. Ponamus ꝙ aliquis clericus inter laicos dimiſſa veſte & habitu clericali proiecit lapidẽ, & aliquem hominem ibidem tranſeuntem occidit, non propoſito deliberato: quia non fuit in culpa quantum ad homicidium: vtrum ſit cenſendus irregularis? Rñdetur ꝙ ſic: quia iſtud. ſcilicet proiicere lapidem, non cõpetebat ſuo ſtatui: & ſic fuit in culpa, quæ præceſsit caſum. ¶ Item poteſt poni caſus in clerico ſagittante per dictum c.clerico. Quidam clericus cum balliſta miſit aliquã ſagittã, & hominem tranſeuntem occidit non propoſito deliberato: vtrũ ſit irregularis? Certe ſic: quia culpa præceſsit caſum: & ſe immiſcuit actui, qui non competebat ſuo ſtatui. ¶ Item poteſt poni exemplũ per c.tua.de homici.s̃. in monacho chirurgico: Certum eſt quòd ars chirurgica eſt monachis prohibita: Accidit quòd aliquis chirurgicus monachus alicui infirmo dedit medicinam iuxta artẽ chirurgicam: iſte infirmus mortuus eſt: vtrum monachus ſit in culpa? Rñdetur ꝙ ſic: quia immiſcuit ſe actui non conuenienti ſuo ſtatui. ¶ Item poteſt poni exemplum in fure: Ponamus ꝙ aliquis Titius ſurripuit mihi aliquas res: iſtas res poſtea perdidit ꝑ caſum fortuitum. quia cum eſſent in domo ſua, per incendium fuerunt combuſtæ: vtrum fur teneatur mihi reſtituere illas res, licet ſint perditæ per caſum fortuitum? Rñdetur ꝙ ſic: quia fur ſemper eſt in mora reſtituendi rẽ. ¶ Ex hac regula colligitur, ꝙ regulariter quis non tenetur de caſibus fortuitis, niſi culpa vel mora præceſſerit caſum.

¶ *Prima glo.dicit vnde ſumpta: & ponit exempla in princ. & in fi. ex quibus infert hinc de caſu teneri: in medio obiicit, & ſoluit.*

b ¶ *Non eſt ſine.*] Hæc regula ſumpta eſt ex l.ff.eod.tit. l.culpa eſt. Pone caſum in clerico iaciente lapidẽ: & cæco ſagittante.50.diſtin. clerico.15.q.1.§.cum itaque. in monacho chirurgico.s̃. de homi.tua. 1.reſponſo. Scire enim debet quod ſuum non eſt, ad alios pertinere. C.vnde vi.cum quærebatur. Si hæc regula vera eſt: ergo eſt culpa gerere aliena negotia. & ſic eſt contra.ff.de ne.geſt. l. 2. & per totum. vbi prodita eſt actio gerenti: ex improbitate enim non debuit actionem conſequi.22.q.4.ſi ad peccatum.s̃.de conſuetu.c.penul.ff.de fur.itaque fullo. Solut.officium hoc debet homo homini. 22 q. 4.c.2.s̃.de teſta.cum in officiis.ibi, primo loco, & c.ff. de ſer. export.l.ſeruus. Et nota quòd proprie loquendo inter Deum & hominem eſt religio: in decre.iuramenti religio.52. q.4.vnuſquiſque. Inter prælatum & ſubditum obedientia.2.q.6. qui ſe ſcit. Inter maiorem & minorem reuerentia.s̃.eod.lib.de offi. deleg.c. 2. Inter patrem & filium dilectio.5. q. 5. non oſculatur. Inter conſanguineos pietas. Inter dñm & ſeruum, ſeruitium. Inter patronum & liberũ, obſequium. Inter hominem & hominem, officium. C. de ne. geſt. officio.ff.de inoffi.teſt.l.2. Non poteſt ergo dici ad eum nõ pertinere: nam vides ꝙ olim appellans pro cõdemnato habebat biduũ vt in propria cauſa, non triduũ vt in aliena.ff.de appel.non tantum.ff. quando appel.ſit.l.2. Ad hoc 2.q.6.non ſolent. Exemplificare potes

Religio eſt inter Deũ & hominẽ: Obediẽtia eſt inter prælatũ & ſubditũ: Reuerentia inter maiorem & minorem.

1 Et aſſeſſo. ræ.ff.ꝙ quiſque iuris. l. 3. Ioan. An.

hanc regulam etiam in imperito medico,& iudice 1,qui per imperitiam male iudicauit, qui tenetur actione in factum inquantum religioni iudicantis videbitur æquum.ff. de var.& extraor.cogni.l. ſi iudex.Inſtitu.de obli.quæ ex quaſi delic. in prin. quia imperitia culpæ cōparatur.1.q.1.non eſt putanda. in fi.29.diſt.c.vlt.ſ. de æta,

2 Verum eſt ſi ex culpa veriſimiliter ſequitur caſus, aliàs nō. doctores l. 2. §. ſi vero. ff. ſi quis cau.Phili.

& quali.ad aures. de homici.tua. ff.eo.tit.l. imperitia.ſi ergo eſt in culpa ſe miſcendo, ergo tenetur de caſu:quia ſemper ſi caſum culpa præuenit, tenetur quis de caſu.2 de homici. preſ-

rei quæ ad eum non pertinet a, ſe immiſcet b.

¶ Idem.

REGVLA XX.

NVllus † c pluribus vti defenſionibus prohibetur.

† Io.An. hic dicit accuſatum homicidij ſpecificati,negantē,ſi cōuincatur, excipere poſſe de ſua defenſione,etiā ſi ſuam negationē iurauerit.Phili. per not.Bart. in Authent. cōtra q̃ ꝓpriā. ego allego tex.in §.itē ſi vaſallus.fi. de inueſti. cōtrouer. neque debet dicere neceſſariā,ſicut vult Lot fi.28.vi de Iaſ.§ ſi qs. Inſti. đ acti.

byterum.& c.continebatur.& c.ad audientiam.& ſ. eod. lib. eod. tit.c.vlt.đ hoc 50.diſt,de iis.ſ.de homic. ſicut dignum. in gl.penul. Ad hanc regulam concor.ſ.de ſent,excom.perpendimus. Io.And.

a ¶ *Non pertinet.*] 3 dicit Ioan.Mo.ratione facti vel modi.ad primum allegat de homi.continebatur.ad ſecundum eod. tit. ad audientiam.ff.ad legem Aquil.ſed & ſi.§.ſi.cum l.ſequen.Ioan.And.

b ¶ *Se immiſcet* 3.] tractat hic Dynus an teneatur, qui impedire potuit iniuriam fieri,& non impediuit.Et dicit hoc planum de iure canonico,ꝙ tenetur.ſ.eo.lib.de ſent.excom.dilecto.& facit ad hoc ff.de noxa.l.2.in princ. & ff. de re mili. omne delictum. §. qui præpoſitum.Sed vt dicit,contrarium not.ff.eod. tit.l.culpa.Tamen vt dicit textus illius legis facit pro à contrario.Item facit ad Syllania.l.1.§.eo.autē.pro gl.facit ea.l.1.§.ſed in eo. de hoc ſ. de ſent. excommu.quantæ.Ioan. And.

3 Hæ duæ gloſſulæ ex lectura Ioa. An.ſunt huc trāſlatæ:nec habentur in antiquioribus codicibꝰ etiam impreſſis.

NVllus pluribus.] Caſus figuratur primo per cap.auditis.de præſcript.in antiq.Ponamus ꝙ epiſcopus Pictauen̄.dicit eccleſiam beati Hilarij maioris Pictauis eſſe ſibi ſubiectam de iure cōi:vnde fecit cōueniri Decanum & capitulum illius eccleſiæ corā iudice cōpetēti:& petit in ſuo libello,vt illa eccleſia declaretur ſibi eſſe ſubiecta, & ꝙ clerici & canonici cōpellātur ſibi obedire: Decanus vero & capitulū excipiendo propoſuerūt,ꝙ ſint exēpti à iuriſdictione ordinaria ipſius epi.Item propoſuerant, ꝙ poſito ꝙ non eſſent exempti,tñ ipſi præſcripſerant libertatem ꝯ epm Pictauen̄.& ſic ipſi allegant duas exceptiones ꝯrias : quia ſi ſunt exempti per priuilegium ſedis Apoſtolicę,non eſt eis neceſſaria pręſcriptio,vtrum ſint admittēdi ad probandum iſtas duas exceptiones? Vr̄ ꝙ non:quia actor non poteſt ſimul proponere plures actiones l.1.C.de ſer.corrup.ſic videbatur in reo, ꝙ reus non poſſet etiam ſimul proponere plures defenſiones. Sed hac ratione dubitādi nō obſtante,reſpondetur in ꝯrium:videlicet ꝙ reus poteſt plures defenſiones proponere etiam ꝯrias:Et ratio huius colligitur per iſtā regulam,iuncta regula,cum ſunt partium iura.ſ.eo. & l.fauorabiliores.ff.eo. tit. Nec obſtat motiuum : nam iura magis fauent reis, quàm actoribus.¶ Item poteſt figurari caſus per l. interpoſitas.C. de tranſac.Titius conuenit aliquem ſuum debitorem coram iudice competenti,coram quo dedit in ſcriptis ſuum libellum, cui petiit per reum reſponderi:reus autem excipiendo allegauit tranſactionem factam inter ipſum & Titium : Titius replicando propoſuit,ꝙ illa tranſactio erat nulla:Primo quia fuerat facta per metū. Item allegauit ꝙ ille cum quo fuerat facta tranſactio , erat ſeruus tranſigentis:vtrum debeat Titius admitti ad probandū iſtas duas defenſiones?Reſpondet quòd ſic:quia nullus prohibetur,vti pluribus defenſionibus,etiam ſi illæ defenſiones eſſent inuicem cōtrariæ,vt dictum fuit in primo caſu.

¶ *Prima gloſſa dicit vnde ſumpta,& ponit exēpla. Secūdo exponit regulā etiā de contrariis:& 11.caſus excipit.Tertio interſerit de electionibus & actionibus, & remittit. Quarto obiicit ad id quod dixit de cōtrariis:& ponit quatuor ſolutiones,& quālibet impugnat:deinde ſoluit diſtinguendo,ſubdēs adhuc aliā ſolutionē,quā nō approbat.Quinto notat,remittit, & concor. allegat.*

c ¶ *Nullus pluribus.*] Hæc regula ſumpta eſt ex l.ff.eo.tit.l.nemo ex his.Pone caſum 24.q.1.quiſquis.vbi negat Auguſt.quod dicebat Vincen.eum facere:dicens quòd poſito ꝙ id verum eſſet, id facit ex cauſa.de præſcript. auditis. vbi allegatur exemptio & præſcriptio.C.de tranſactio.interpoſitas. vbi dr̄ tranſactionem non tenere,tum quia metu interpoſita , tum quia facta cum ſeruo proprio. Et quod dicit, defenſionibus,intelligas etiā cōtrariis.13.q.2.in principio.vbi de hoc ff.de excep.l. nemo. niſi forte ſpecialiter ius impediat,vt prædic.l.ff.eo.tit.l.nemo ex his.impedit enim ius interdum cōtrarias defenſiones proponi.Pone caſum ff.de noxa.l.quotiens.§.prætor.ibi conuentus noxali,negans ſeruum habere in poteſtate , conuictus de mendacio tenetur inſolidum, nec pœnitere poteſt.Idem in conuento de pauperie.ff.ſi quadru.pau.fe. dica. l.1. §.interdum. Idem in eo qui negat pecuniam numeratam : conuictus de mendacio,non poteſt dicere ſe ſoluiſſe.C.de non nume.pecu.Authen.cōtra qui propriam.[Vide de hoc in Spec.de exceptio. §.viſo. verſic.ſed quid ſi debitor.& ibi in verſic.ſi tractatur de creditore qui negat ſe numeraſſe,& pignus recepiſſe, cum ab eo pignus repetitur.] Idem in eo qui negat ſe ſocium , amittit priuilegium,vt conueniatur inquantum facere poteſt. ff.de re iudica. ſed hoc ita.§.1.idem in eo qui negat ſibi pecuniam ſolutam:ſi conuincitur de mendacio,amittit priuilegium,per quod aduerſarius cōpellebatur probare indebitum:ſed ipſe compellitur probare debitum.ſ.de ſolu.is qui.ff.de probatio.cum de indebito. in princ.Item impedit.ff.de rei vend. l. vlt. C. qui potio. in pig. habe.Authenti.ſi poſſeſſor.nam conuentus rei vendicatione vel pignoratitia , negans ſe poſſidere,conuictus de mendacio,commodum poſſeſsionis amittit, vt ibi:& Aquilia inficiatione creſcit in duplum.

¶ Idem.

REGVLA XXI.

QVOD †

† Io. And. tenet hic ualere ſecundū teſtamentū non obſtāte primo iurato:neque teſtatorē eſſe periurum ſecundum Philip. ſed vide Imolā in c. cum contingat. de iureiuran.

ff.ad legem Aquiliam.l. 2. & hæres qui negat legatum , conuictus non recurrit ad ſolemnitatem iuris,vt dicatur teſtamentū imperfectum.Inſtitu.de fideicommiſ.hære.§.vlt.Item impedit. Inſtit.de fideicommiſ.libertati.§.ſed quod.& in Authenti.de trien. & ſemi. §.ſtudium.& §.illud actor.colla. 3. 4 Duas autem electiones quis ſimul proſequi non poteſt:nec vna electa redire ad alteram.ſ.eod. lib.de elect.vt quis duas 5.& facit ſ.de re iudi. cum olim. An autē qui 5 pluribus actionibus vti poſsit,not.13.q.2.in princ.de relig.domi.cum dilectus.& per Inno.&Hoſti.de reſti.in integ.conſtitutus. & plene ff.de tributo.quod in hæredem. §. eligere 6. [Nec valet ſi dicas idem debere dici in exceptionibus,in quibus reus eſt actor. ff.de except.l.1.quod in actionibus.& eſt ratio : quia rei fauorabiliores,ratio rationis:quia in poteſtate actorum eſt agere:ſed conueniri non eſt in poteſtate reorum.ff.de do.excep.l.pure.§.fi. Dynus.]Licet autem ex titulo duplicato non agatur.ſ.de fide inſtru. inter dilectos.C.de contrahen.empti. cum res tamen bene excipitur.ſ.de conceſ.pręben.poſt electionem.de religio.domi.conſtitutus.& cap.cum dilectus.In illa autem decreta.de præſcrip. veniēs. ſimul proponebantur illa duo,priuilegium & præſcriptio,per quorum vnum videbatur recedi ab altero,vt ibi patet. Sed nonne contraria allegans non auditur,vt 23.q.7. quod autem.in princ. de appel.ſollicitudinem.in fi.C.de fur.& ſer.corru.l.1. Quidam indiſtincte dixerunt allegantem contraria non audiri per prædictam decreta.inter dilectos.ſed obſtant ſupradicta iura.Alij dixerunt ſcilicet Guli.Naſo.Tan.& Goffre.recitando ꝙ illud habet locum in actore,& in eadem inſtantia iudicij:nam ſecus in diuerſis.ff.de inofficioſo teſtamen.l.Papinianus.§. ſed nec impuberis. in reo antē non habet locum , vt ſ. probaui. Sed huic opinioni ꝯdicit prædic. decret.veniens nam ibi erant mutuæ petitiones:& ſuper eo ſuper quo ſe defendebat abbas,non auditur ibi allegans contraria:præſcriptionem ſcilicet & priuilegium. Et ideo dixerunt ꝙ non auditur allegans ꝯria in eadem inſtantia iudicij , vt in ꝯriis:ſed in diuerſis bene:& ideo dixit lex,ꝙ qui primo egit de inofficioſo teſtamento,& ſuccubuit:poteſt poſtea dicere nullum,vt C.de inoffi.teſta.l.ꝯ maiores 7.Sed huic ꝯdicunt de præſcrip.auditis.& cap.cum olim. vbi in eadem inſtantia proponuntur. Vnde dixerunt alij ꝙ ſub conditione licet proponere ꝯria:puta propono talem exceptionem,in qua ſi ſuccubuero , extunc propono talem.facit de excep. cum venerabilis.& quod ibi not. & ſic intelligunt 8 dictas decre. auditis.& c.cum olim.& hoc recitat Gof.ſeruari in curia.Sed hoc nō colligitur ex ipſis decre.& vr̄ quoddam diuinare. Vnde verius dicas,ꝙ aut ſunt ꝯria quæ proponuntur ex principio, aut ex fine. Si ex principio,ſunt ꝯria:ſed ad vnum finem tendunt:pone caſum in prædicta decret.auditis.& in decre.cum olim.& in decret. poſt electionem.cum ſi.tunc proponi poſſunt in eadem inſtantia, & vnum non præiudicat alteri 9. Si autem ad finem ꝯrium tendunt: pone exemplum per decre.ſollicitudinem. tunc ſimul vel in eadē inſtantia non proponūtur,vt ſ.dixi.Nec credas ꝙ in prædic.decre. veniens.priuilegium in eo ꝙ priuilegium, ſit ꝯrium præſcriptioni in eo quòd præſcriptio:ſed tenor priuilegij erat ꝯrius præſcriptioni:per præſcriptionem enim ibi dabatur abbati plena & pura poteſtas recipiendi ordines à quocunque vellet epo:ſed per priuilegium cum determinatione dabatur prædicta poteſtas:ſi eps catholicus non eſſet,& c.Dicunt tñ quidam referre in verbis an ſcilicet dicat,allego priuilegium & præſcriptionem:& tunc debet audiri, an dicat,allego præſcriptionem & priuilegium:& tunc non auditur,quia ponit carrucam ante boues.& ſic intelligunt decre. Sed, vt ibi patet,primo priuilegium fuerat allegatum : vnde præcedens ratio verior eſt.Et nota ꝙ exceptionem obiiciens nō cōteſtatur litē.ſ.eo.lib.de lit.cōteſt.l.2.nec fatetur,vt j.eo.exceptionē.& adde quod ibi dicam. & concor.ad hanc regulam de appel. cum parati.

4 Dicunt cōmuniter doctores ꝙ in his omnibꝰ eſt ratio ſpecialitatis,vt puniatur mēdaciū.Io A.

5 Ego ibi dixi cauſam poſt pet. de Anchara.

6 Pet.Dynꝰ hic,&omnes in l. edita.C. đ eden. & ca. 2.de li. oblatione.

7 Idē Dynꝰ & eſt ratio: quia contrariantur origine nō eſſe ctu.

8 Vide qđ ibi dixi,ſup fi. antepen. gloſ. Io. An.

9 Eſt de mēte Dyni. per leg. ſcio. §. vlt.ff. de appella.

QVod ſemel placuit.]Caſus ſic figuratur per capitulum primū de iudi.in antiq. Quidam Titius fuit conuentus corā aliquo iudice ſibi ſuſpecto:fuit petitum à iudice vtrum vellet eū recuſare tamquam ſuſpectum:& dicit illi:Si tu velles , poſſes me recuſare, vt ſuſpectum ꝑ talem cauſam : verumtñ ſi velis corā me litigare, ego miniſtrabo tibi bonam iuſtitiam : & delibera an velis corā me litigare?Ille rn̄dit:ego confidens de legalitate veſtra,ſum contentus coram vobis litigare:& ſic ſemel ſibi placuit litigare corā eo: Poſtea pœnitentia ductus voluit illū recuſare, vt ſuſpectū : vtrum poſsit?

poſsit? Rñdet ꝙ non: quia quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt: & hoc verum, niſi ſuperueniat aliqua cauſa de nouo.

¶ *Prima gloſſa ponit exẽpla quatuor ſpecierum. Secũdo ponit 23. caſus, qui plures includunt, quibus regula fallit. Tertio dicit aliquid generale incidere in hanc regulã: de quo generali remittit. Quarto ponit quatuor quæ requirũtur ad regulã: ſcilicet quòd placitũ nõ ſit à iure reuocatũ: quòd ſciẽter placeat: quòd nõ ſola mẽte & quòd alteri⁹ ĩterſit.*

ſemel [a] placuit, amplius diſplicere non poteſt.

¶ Idem.

REGVLA XXII.

NOn † debet [b] aliquis alterius odio prægrauari.

† Ioa. And. hic mouet quæſtionem an interdictũ latum cõtra vniuerſitatẽ, cõprehẽdat abſentes vel contradicentes, remittit ad not. per cap. ſi ſententia. de ſent. excom. s̃. eo. & an virtute repreſaliarũ capta cũ bona cõſciẽtia teneri poſſint. Io. And. & Alber. late diſputant.

a ¶ *Quòd ſemel placuit.*] Pone 1 caſum in matrimonio 32. q. 5. horrẽdus. de iureiuran. quemadmodum. ff. de adulter. ſi vxor. in fin. In electo. 8. q. 2. dilectiſſimi. s̃. eod. libr. nulli. de electio. ff. ſi decuri. l. penulti. in fin. In iudice. 3. q. 3. offeratur. de cau. poſ. cum olim. C. de iudi. apertiſsimi. Idẽ in aliis omnibus. 4. diſt. in iſtis. s̃. de proba. per tuas. ff. de neg. geſt. Pomponius. 2. Fallit interdũ hæc regula ex cauſa ſuperueniẽti: vel de nouo ad notitiã perueniente. s̃. eod. lib. de electio. vt circa. & c. nulli. s̃. de except. paſtoralis. quia quę de nouo emergunt, nouo indigent auxilio. s̃. de offi. delega. inſinuante. ff. de interrog. act. de ętate. §. ex cauſa. Itẽ fallit in caſu. ff. de mune. & hono. vt gradatim. §. reprobari. vbi medicus ſemel probatus iterũ reprobatur; & eſt illud ſpeciale ꝓꝑ hominum ſanitatem: ne vniuerſitatis mẽbra malo medico corrumpantur. Item fallit in omnibus caſibus in quib⁹ à iure permittitur pœnitere vel variare: ſic in appellatione à qua licet appellãti recedere. 2. q. 6. ſi quis libellos. de offic. delegat. gratum. s̃. eo. lib. de elect. quamuis. & c. prouida. & s̃. de appel. interpoſita. Item in patrono laico, qui variare poteſt accumulando. s̃. de iure patro. quod autem. & c. paſtoralis. In Cardinali qui variat in caſu. s̃. de elec. licet. In moniali s̃. eo. lib. eo. tit. indemnitatibus. §. ſi autẽ. Et in teſtamento qđ mutari poteſt vſq; ad ſupremũ vitæ exitũ. 13. q. 2. vltima volũtas. de celebra. miſſa. cum Marthæ. ff. de adi. leg. l. 4. Non obſtat pactũ de non mutãdo. C. de pactis. l. pactũ quod dotali. ff. de leg. 3. ſi quis. in principio. 1. rñſo. & in libello qui vſq; ad litis conteſtationem mutari põt. C. de eden. l. edita. de hoc de libel. obla. c. 2. & accuſans ante inſcriptionem pœnitet. de accuſ. cap. licet. Item iudex mutat interlocutoriã ſuam. s̃. de appella. cũ ceſſante. & dic, vt ibi. ff. de re iudi. quod iuſsit. Item in mãdato, ſocietate, & depoſito licitũ eſt pœnitere. Inſtit. mandati §. recte. s̃. eod. lib. de procurato. c. 2. & penul. ff. pro ſocio. ſed & ſocius. §. vlt. ff. de depoſi. l. 1. §. penult. & regulariter in ꝯtibus innominatis. quod dic vt plene not. ff. de condi. cau. da. cauſa non ſe. ſi pecuniã. Itẽ precariũ ad certum tẽpus conceſſum, etiam ante tẽpus reuocatur. ff. de preca. l. cum precario. ratio: q̃a certi temporis adiectio eſt ꝯ naturam illius ꝯctus. Itẽ ſoluuntur ſponſalia de futuro per ſecuta ſpõſalia đ præſenti. de ſpon. ſi inter. & ſponſalia de præſenti per ingreſſum religionis de conuerſio. coniug. ex publico. & ingreſſus religionem, ante annũ vel profeſsionẽ pœnitet. & de regu. ad noſtrã. & profeſſus vnam religionẽ, etiam inuito prælato profitetur, & ingreditur arctiorem. eo. tit. licet. Et à ſimplici voto receditur per ſequẽs matrimoniũ. s̃. eo. lib. de vot. & vo. redem. c. vnico. ratio ibi. Item à voto de certa religione profitenda receditur per ingreſſum etiam regulæ laxioris. s̃. eo. lib. de reg. qui poſt votum. Item fallit in caſu in quo licet infra triduum pœnitere. s̃. de regula. ad noſtram. & eod. lib. & tit. conſtitutionem. in fine. Item in electo qui conſentit electioni de ſe factæ: q̃ propria auctoritate pœnitet ante cõfirmationẽ. de tranſla. inter corporalia. ſẽm Ber. In his igitur & ſimilibus caſibus qđ ſemel placuit, adhuc poterit diſplicere. Et incidit in hanc regulam illud generale, ꝙ nullus poteſt venire ꝯ factum ſuum. de quo dic vt not. 55. diſt. pœnitentes. de elect. noſti. & de cleri. coniuga. diuerſis fallaciis. Et not. ꝙ hęc regula non habet locũ in iis quę improbantur à iure 2. vt in prædic. c. pœnitentes. 55. diſt. s̃. de pact. c. vlt. s̃. de foro comp. ſi diligenti. C. de arbi. l. penul. vbi licet partes faciant pactum de non recedendo ab arbitrio, & appellationi renuntient: nihilominus recedere poſſunt. [Expone & remitte vt dixi de arb. cum dilectus. ſuper ſi. vlt. glo.] Item habet locum in iis quæ ſcienter placent, & non per errorem facti. 38. diſt. quamuis. 22. q. 2. in quibus. & s̃. de elect. cũ in cunctis & de ſol. c. vlt. de coniug. ſeruo. c. 2. & vlt. ff. de iuriſdictio. om. iudi. ſi per errorem. Itẽ requiritur ꝙ non placeant ſola mente, ſed verbo vel facto. s̃. de ſpon. tuæ. Et ꝙ alterius interſit. facit j̃. eo mutare. & quod ibi dicam.

1 Ioan. Mo. dicit exempla ponenda per c. de illis. j̃. ad ſi. de deſpon. impub. per l. ff. de inoffi. teſta. l. ſi. ff. de aqua pluuia arcen. in diem. đ vaca. mu. l. prętor. §. ſi poſt, &c. Io. And.

2 Vnde dicit Io. Mo. ꝙ nullum culpæ remittit, & ordinari poteſt in bonũ pœnæ. vel vt dicit, homo ruens in peccatũ non reſurget nec ex ſe nec à ſe: ſed gratia præueniente. Io. A.

ADDITIO. Dynus hic plene tractat an faciens ſecundum teſtamentum habeat neceſſe ſpecialiter reuocare primũ, in quo erãt verba derogatoria. Secundo, an ſufficiat ſolum generalis reuocatio. Et dicit ꝙ forte non erraret qui diceret ſecundum valere. per §. & ſi quidẽ. in Authen. de teſt. imperfec. vbi ſufficere vr̃ expreſſa reuocatio: nec requiritur ſpecialis. Tamen ipſe tenet ꝯrium, ſcilicet ꝙ requiritur ſpecialis, per l. ſi quis. in prin. ff. de lega. 3. ſuperius allegatam: vbi dr̃, niſi ſpecialiter dixerit, &c. Si vero ſpecialiter reuocat, certum eſt valere ſecundum, vt ibi: niſi tranſiſſet ad naturã contractus excedens fines vltimæ voluntatis. ff. de donat. cau. mor. l. vbi ita donatur. Et quòd illud in teſtamento fieri poſſet, quod in contractu, patet. ff. de aſsigna. liber. l. aſsignare. & not. ff. de teſta. hæredes. §. vlt. Ioan. And.

NOn debet aliquis.] Caſus primo ſic figuratur per capitulũ, ſi habes. 24. q. 3. Ponamus ꝙ Titius manus violentas iniecit in clericũ, vel aliud graue delictũ perpetrauit dignũ excõicatione: vtrũ filius pro delicto ſui patris delinquẽtis debeat excõicari? Rñdet ꝙ nõ: quia quis nõ debet grauari odio alterius: & iſtud eſt regulare. Aliqñ tñ propter delictũ patris puniuntur filij, vt in crimine læſæ maieſtatis. l. quiſquis. C. ad legem Iuliam maieſta. & in crimine hæreſis. s̃. de hæreti. per totũ. iſtomet libro. Item poteſt figurari caſus per capitulum, ſi compromiſſarius. §. 1. s̃. de elec. Certum eſt quòd ſi canonici alicuius eccleſiæ cathedralis, vel collegiatæ eligant in ſuum prælatum aliquem indignum, ſunt priuati pro illa vice poteſtate eligendi. Sed ponamus ꝙ canonici compromiſerunt in aliquos arbitros, qui arbitri ſcienter elegerunt indignum: vtrum canonici compromittentes ſint priuati poteſtate eligendi pro illa vice? Rñdet ibi ꝙ non: ne iſti canonici ex dolo arbitrorum puniantur. Item poteſt poni caſus in l. ſi quis. circa finẽ. l. C. de inofficio. teſtamen. vbi dicitur, ꝙ antiquitus mater poterat filium ſuum etiam non doli capacem exhæredare odio mariti: hodie illa lex corrigitur, ꝙ odio mariti vxor non poterit filium ſuum exhæredare, niſi commiſerit cauſam ingratitudinis erga matrem, & hoc per rationẽ huius regulæ, ne filius grauetur odio patris ſui.

¶ Idem.

REGVLA XXIII.

SINE CVLpa, niſi ſubſit cauſa, non eſt aliquis puniendus.

¶ *Prima gloſſa primo ponit exempla. Secundo obiicit de tribus iuribus, Reſpondet, remittit, & dat ſimile. Iterum ſucceſſiue format quinque obiectiones, quas ſoluit. Tertio dat ſimile ad regulam, & continuat infra proximam.*

b ¶ *Non debet aliquis.* 3] Pone caſum in filio, qui nõ excõicatur pro peccato patris. 24. q. 3. ſi habes. In compromittentibus, qui non puniuntur dolo compromiſſarij. s̃. eo. lib. de elect. ſi compromiſſarius. §. 1. Idem C. de inoffi. teſta. ſi quis in ſuo. verſus finem, vbi reuocatur lex antiqua, quæ permittebat filium exhæredari à matre ꝓꝑ paternum odiũ. Ad idem 1. q. 4. Iudæi. de ſimo. nobis. & c. ſicut tuis. s̃. eod. lib. de iniur. & dam. da. & ſi pignorationes. C. de pœnis. c. ſancimus. cum ſimi. Contra 2. q. 6. biduum. ver. ſi aduerſus abſent. de caut. poſſ. cum olim. ff. de tribut. procuratoris, vbi negligentia: vt in primo, factum, vt in ſecundo, dolus, vt in tertio, procuratoris nocet domino. Sed dic ꝙ ratione mãdati ipſe dñs vr̃ id facere: vnde eius odio grauatur in quantũ fines mãdati patiũtur, in eo ꝙ excedit. not. de offic. deleg. cum olim. Intelligas hoc, vt plene not. s̃. vt lit. non conteſt. c. 1. in ſi. Idem dic in hærede, qui grauatur pro defuncto: & in fideiuſſore, qui grauatur ꝓ principali, vt not. de hoc per Gar. in prædicta decre. & ſi pignorationes. Item cõtra 70. diſt. neminem: vbi in odium ordinantis deponitur ordinatus. Sed ibi non ſolum fuit odium ordinantis: ſed delictum ordinati, qui ſe permiſit ſine titulo ordinari, vt ibi not. Item ꝯ. 56. diſt. per totum 1. q. 4. c. eccleſia. §. item peccato. 6. q. 1. ſi quis cũ. 15. q. vlt. cum multæ. 24. q. 3. in princ. 25. q. 2. ita nos. de conſecrat. diſt. 1. in ſancta. ibi perit iuſtus ſæpe pro impio. s̃. de filiis presby. per totum. s̃. deſpon. non eſt vobis. de hæret. vergentis. s̃. eo. tit. eo. lib. c. 2. §. 2. cum multis ſimilibus. Sol. triplex eſt pœna: æterna, ſpiritalis, & temporalis: quod ꝓſequere, vt not. 1. q. 4. in ſumma. & 24. q. 3. in ſumma. de his quæ fiut à maio. par. cap. c. quæſiuit. Pœna 4 ergo temporali vel ſpiritali alia ab excommunicatione ſæpe punitur vnus pro alio: & ſpeciale eſt: & rationem videre potes, vel in odium criminis: puta læſæ maieſtatis, hæreſis, vel ſchiſmatis. Ad hoc s̃. eo. lib. de ſchiſma. c. vnico. Vel quia incontinentia paterna timetur in filio, & facit quod dixi s̃. eo. ſemel. in fin. Item contra. ff. de inſti. ſed & ſi pupillus. §. cæterum. in ſi. Sed ibi fuit culpa præponentis. & eodem modo ſoluitur. ff. de offic. proconſul. obſeruare. §. 1. quia ibi culpa fuit proconſulis ſecum ducentis vxorem. Item ꝯ. C. in quibus cau. pig. ta. ꝯ l. ſatis. vbi bona mulieris in caſu mariti primipilarij ſunt tacite obligata: ita ꝙ ſi ipſius bona exhauſta ſunt, bona vxoris diſtrahuntur. Sed illud eſt ſpeciale. Facit ad hanc regulam j̃. eod. damnum quod quis. & quod ibi dicam: & ſatis continuatur hæc regula cum j̃. proxi. per quam etiam reſpondetur ad contraria ſupra ſignata.

3 Dynus ponit exemplũ. ff. đ bonor. poſ. contra tab. le. 3. §. ſi emancipat⁹. & ff. đ pœn. l. crimen, vel pœna, & de decurionib⁹ l. 2. §. in filiis. & examinat an exhæredatio filij penitus excludat nepotem. Bart. in l. ſi quis poſthu. ff. de li. & poſthu. Sal. l. ſi quis filium. C. de inoffi. teſt.

4 Vide omnino Alfonſum, caſtrũ li. 2. de iuſta hæret. punitione c. 10. & 11. vbi pleniſſime đ hac difficultate.

ADDITIO. Dicebat Io. Mo. ad propoſitum. 56. diſt. ſuperius alleg. & vnius delictum quandoque cauſat defectum in alio, vnde eſſe non legitime natum, non eſt nota delicti, ſed defectus. de purga. cano. accedens. & ſecundum eum intelligitur regula, ꝙ nõ impingitur in toto, licet in tanto. Illegitimi tñ alieno vitio laborant: & ideo digni ſunt venia. C. de na. lib. l. legem. Ioan. And.

SIne culpa 5.] Iſtud capitulum continet duas regulas, Primã eſt, ꝙ non debet quis puniri ſine culpa: Secũda regula eſt, qđ punitur quis ſine culpa, qñ ſubeſt iuſta cauſa. Caſus quo ad primum dictum põt figurari per l. ſi putatur. ff. ad legem Aquil. Aliquis Titius putabat frondes alicuius arboris exiſtẽtis in ſuo fundo: accidit ꝙ aliquis

5 Ioan An. & Phil. examinant: acolithus beneficiatus ſuſcepto filio ex concubina genuit alterum ex legitima vxore qua mortua ipſe in extremis, cum olim concubina matrimoniſauit: ã illi filio debeatur hæreditas quam conſuetudo defert primogenito.

aliquis tranſeundo ſub illa arbore fuit occiſus: vtrum putator teneatur l. Aquilia? Reſpondet: aut poteſt apprehendi culpa in ipſo putatore: quia forte arbor illa erat iuxta iter publicum, & nõ præclamauit antequam proiiceret frondes, & tunc tenetur l. Aquilia: Aut arbor ipſa erat in medio ſui fundi: & quia non potuit cogitare ꝙ ibi aliquis tranſitũ faceret: quia alicui non erat licitũ tranſitũ facere per ſuũ fundũ: & ſic non tenetur, quia nõ eſt in culpa: & ſine culpa non eſt aliquis puniendus. ¶ In ſecundo dicto figuratur caſus per c. ſi cuius. 34. diſtin. Aliquis Titius contraxit matrimonium cum vidua corrupta: vtrum efficiatur bigamus? Dr̃ ibi ꝙ ſic: & nõ poterit promoueri ad ordines: & nõ punit̃ ex culpa ſua: ſed quia ſubeſt iuſta cauſa, videlicet propter defectum ſacramẽti. ¶ Item poſſet poni exemplum per c. tua. de cleri. ægro. in antiq. Aliquis Titius clericus ſine culpa ſua incidit in leprã, vtrũ poſsit priuari redditibus ſaltem parte reddituum ſui beneficij? Reſpondet ꝙ ſic: & ideo priuatur ſine culpa: non tamen ſine cauſa.

pa [a], niſi ſubſit cauſa, non eſt aliquis puniendus.

¶ Idem.

## REGVLA XXIIII.

QVod quis mandato [b] facit iudicis, dolo facere non videtur: cum habeat [c] parere neceſſe.

¶ Idem.

## REGVLA XXV.

MOra [d] † ſua cuilibet eſt nociua.

¶ *Prima gloſſa ponit exempla regulæ & exceptionis: reddit rationem regulæ, & remittit.*

a ¶ *Sine culpa.*] hic ponitur regula, & eius exceptio. In regula pone caſum 56. diſt. ſatis peruerſum. s̃. de conſtit. cognoſcentes. ff. ad leg. Aquil. ſi putator. In exceptione pone caſum in marito corruptæ, qui à promotione ſine culpa repellitur: tñ ex cauſa propter ſacramenti defectum. 34. diſt. ſi cuius. In clerico leproſo, qui ſine culpa propter ſcandalum priuatur eccleſia. de cleri. ægro. cap. tua. qđ dic, vt ibi ſcripſi. Item in domino ſerui, qui noxam dedit, qui compellitur emendare noxam, vel dare ſeruum pro noxa. Inſti. de noxa. actio. in princip. Regulariter ergo nullus punitur ſine culpa. 15. q. 7. inuentum. de homi. Ioannes. & c. vlt. C. de pœnis, ſancimus. s̃. de conſue. c. penul. & s̃. regula proxi. cum ſuis concor. Et eſt ratio: quia pœna eſt menſura culpæ. de offic. deleg. ſane 2. de tranſact. c. vlt. de homi. ſicut dignum. vbi autem non extat menſurandum, mẽſura locum non habet: ergo vbi non eſt culpa, nec pœna. Bene tamen ex cauſa punitur quis ſine culpa. s̃. vt lit. non conteſta. quoniã frequenter. §. ſi vero. in fine. Et hæc materia plus gloſſa non indiget: proſequere enim eam, vt not. 22. diſt. renouantes. s̃. de conſtit. cognoſcentes. & de priuil. antiqua.

ADDITIO. *Dynus* ponit exẽplũ in hac regula cũ fauore publicæ vtilitatis res aufertur poſſeſſori, & dat̃ militi, qui virtuoſe ſe habuit 1. ff. de euict. Lucius. de rei vendi. itẽ ſi verberatũ. §. 2. Io. And.

QVod quis mandato.] Caſus figuratur primum per capitulum miles. 23. q. 5. & aliqui intelligunt in milite: ſed idem in executore ſententiæ.

† Vide Feli. c. quæ in eccleſiarum. 1. col. de conſti. Bart. in l. item ſi verberatum.

CASVS. Quidam Titius commiſit homicidium vel aliud crimen dignum vltimo ſupplicio: fuit captus per iudicem ſecularem: quia talis Titius erat laicus: & quia iudici conſtitit de crimine perpetrato per ipſum Titiũ, eundẽ condemnauit ad mortem, vt laqueo ſuſpenderetur: & iudex præcepit militi deputato ad executionẽ ſententiæ, vt illum Titium laqueo ſuſpenderet: iſte miles paruit iudici: & Titiũ laqueo ſuſpendit: vtrũ iſte miles cenſeatur homicida: & tamquam homicida ſit puniendus? Reſpondetur ꝙ non: quia nõ eſt in dolo, nec in culpa, eo quòd neceſſe habuit iudici parere.

¶ Alij intelligunt iſtud capitulum in aliis militibus, & non in executoribus ſententiarum: & tunc ſecundum iſtum intellectum caſus ſic figuratur: Aliquis miles perpetrauit rebellionẽ contra rempublicam: & fuit ordinatum ꝙ bellum ei indiceretur: & fuit ordinatum ꝙ alij milites iſtum militem & alios rebelles occiderent: qui milites parendo mãdatis Regis vel Imperatoris rebelles occiderunt, vtrum ſint cenſendi homicidæ, & tamquam homicidæ puniendi? Rñdet ꝙ non: quia non ſunt in dolo, eo ꝙ iſtos rebelles occiderunt ad mandatum regis vel Imperatoris, vel alterius iudicis.

¶ Item poteſt caſus poni per cap. ſi clericos. s̃. de ſentent. excom. Ponamus ꝙ ep̃s Pictaueñ. eo quia non habet territorium: nec poteſt capere malefactores, niſi infra ſepta domorum epiſcopalium: vnde ep̃s præcepit laicis, vt quendam clericum criminoſum caperent, & ad ſe adducerent: ad præceptum ep̃i iſti laici talem clericum ceperunt, & ep̃o adduxerunt, & incarcerauerunt: vtrum ipſi incurrerint aliquam ſententiam excommunicationis? Reſpondet quòd non: quia mandato licito ep̃i obtemperauerunt: & hoc faciẽdo non fuerunt in dolo. ¶ Item poteſt poni caſus per l. ſi quis. §. doli mali. ff. de iuriſdict. omnium iudic. hoc modo. Ibi enim dr̃: ſi quis album prætoris poſitum cauſa perpetuæ iuriſdictionis corruperit, incidit in pœnam quinquaginta aureorum: Accidit ꝙ prætor alicui iniunxit vt ipſe corrũperet album ſuũ: iſte ad mandatum prætoris corrupit album: vtrum incidat in pœnam quinquaginta aureorum? Rñdet ꝙ non: quia antequam quis incidat in illud edictũ, requiritur quòd ipſe commiſerit dolum: & dolo facere nõ videtur, qui ad mandatum iudicis aliquid facit.

¶ *Prima gloſſa dicit primo vnde ſumpta, & ponit exẽpla: ſecundo exponit regulam, & rationem reddit: tertio illam conuertit.*

b ¶ *Quod quis mandato* [2].] Hæc regula ſumpta eſt ex l. ff. eod. tit. l. non videntur data. §. qui iuſſu. Pone caſum in milite, qui de mandato iudicis occidit. 23. q. 5. miles. In laico vel clerico, qui de mandato ep̃i capit clericum. s̃. eo. lib. de ſen. excomm. ſi clericos. Et in eo qui iuſſu prætoris corrupit album: qui excuſatur à pœna. ff. de iuriſdict. omnium iudi. ſi quis id. §. doli mali. Et hæc vera, cum iudex aliquid mandat officium ſuum exercendo [3]. ff. ad Trebel. ſeruo. §. cum prætor. Et cauſa quare tunc excuſatur parens, eſt iudicialis auctoritas, vt ibi. ſecundo, ne contra publicam vtilitatem impediatur punitio maleficiorum, vt ff. ad l. Aquil. ita vulneratus. Si vero non exercet officium ſuum: non eſt parendum niſi ex reuerentiæ exhibitione. ff. de in ius vocan. l. generaliter. nam interdum reſiſtere debẽt officiales 4. de pœnit. diſt. 1. nemo. ſupra de elect. fundamenta. §. iudices. Apertius eod. lib. de pœnis, felicis. ad fin. C. de appel. quoniam. & hoc verum in atrocioribus: in quibus potius Deo quàm hominibus obediendum eſt. 11. q. 3. ſi dominus. de ſent. excommu. inquiſitioni. ff. eod. tit. ad ea. In his autem quæ ſine dolo committuntur, etiam extra officium parens excuſatur. ff. ad leg. Aquil. liber homo 2. vbi de hoc plene not. Et not. quòd ſicut dolo caret qui iudicis obtemperat præcepto: ita econuerſo, dolo non caret, qui iudicis non obtemperat præcepto. ff. eod. titu. l. non poteſt dolo carere, qui imperio magiſtratus non obtemperauit.

2 Dynus etiam ponit exemplũ per l. ff. de aqua plu. arcen. l. quamquã. in principio. ff. de ſoluti. ſi ſtipulatus. §. ſi lancem. Io. Andr.

† Dynus tractat de intereſſe & Io. L. gneus in l. quatenus. ff. de reg iur. & Phi. Io. A. potuntau poſt aſſignatũ per emptorẽ iũ audiatur exceptio.

3 Diſtinguit hic Dyn[9], vt not. ſupra de tempor. ordin. ad aures. in gl. 2. Io. Andr.

ADDITIO. Facit hęc regula, quod quis, &c. ad quæſtionem debitoris, qui de mandato iudicis vel curiæ ei ſoluit quod debebat creditori. quam vide in Specul. de ſolu. §. nunc aliqua. verſic. illud autem quæritur, ecce. Ioan. And.

4 Pet. Anchara. in reg. ea quæ. j. co. 4 col.

¶ *Secunda gloſſa not. à contrario: dat ſimilia: arguit ad quæſtiones, & remittit.*

c ¶ *Cum habeat.*] reddit iuum cauſæ. in his ergo in quibus non habet neceſſe parere, vt in atrocioribus, quæ ad ſuum non ſpectant officium, dolo non caret, vt s̃. dixi. & facit de ſentent. excommu. vniuerſitatis. vbi verberãs monachum, ſi eſt laicus, licet faciat hoc de mandato abbatis ſui, excommunicatus eſt: Et nota quòd dicit, cum habeat parere neceſſe: ſicut enim neceſsitas excuſat à furto, vt de conſecrat. diſtin. 5. diſcipulos. s̃. de fur. cap. 3. ad hoc ff. ad leg. Rhod. de iac. l. 2. §. cum in eadem naui. ſic & à dolo, vt hic vides. cũ ergo nullum ſit maleficium ſine dolo, vel lata ſaltẽ culpa quę dolo comparatur 5. 15. q. 1. aliquos. de ſent. excom. c. 1. ff. de iniur. l. illud. ergo & à quolibet maleficio excuſat neceſsitas. quod intelligas vt ſupra dixi. Eſt autem regula hæc in argumento ad quæſtionem, de eo qui ad mandatum eccleſiæ reddit debitum vxori pendente lite adulterij vel conditionis. de hoc not. 34. diſt. ſi cuius. de coniug. ſer. propoſuit.

5 Do. tex. in l. cũ autẽ. §. capitalem. ff. de ædil. edic.

MOra ſua.] Caſus in hac regula figuratur multis modis: Primo per capitulum, decimæ. 15. q. 1. Aliquis meus parochianus tempore meſsium vel vindemiarum non ſoluit mihi decimam, ſed illam retinuit apud ſe: accidit quòd aliquo caſu fortuito decima periit ſine culpa ſua: quia milites tranſeuntes violenter illam decimam rapuerunt, vel inimici ſui: inimicitia tamen cõtracta ſine culpa, decimam per violentiam acceperunt: nunquid tenetur mihi ſoluere æſtimationem decimæ peremptæ? Reſpondet quòd ſic: quia iſte fuit in mora ſoluendi mihi decimas: & ſua mora debet ei eſſe nociua. Item poteſt figurari caſus per capitulum vnicum, de commoda. s̃. Sed pro intellectu huius caſus eſt præſupponendũ, ꝙ commodatarius non tenetur de caſu fortuito, quando fuit commodatum gratia recipientis: veruntamen tenetur de dolo & culpa. Ponamus ergo ſic caſum: Cõmodaui tibi librum meum ad vſum tuũ: certum eſt quòd ſi liber meus non perierit culpa tua, ſed caſu fortuito, tu es liberatus: Sed ponamus quòd commodaui tibi librum meum ad certum tempus ad tuum vſum: lapſo tempore iſto interpellaui, & requiſiui te, vt librum mihi reſtitueres, quod facere recuſaſti indebite & iniuſte: & ſic fuiſti in mora reſtituendi mihi librum meum: poſtea liber meus aliquo caſu fortuito periit apud te: nunquid teneris mihi ſoluere æſtimationem libri? Certe ſic. Item poteſt poni caſus in fure, qui ſemper eſt in mora reſtituendi rem ſurreptam: ſi res pereat perit periculo ſuo: ideo tenetur ſoluere æſtimationem.

¶ *Prima gloſſa dicit primo vnde ſumpta, & ponit exẽpla: ſecũdo ponit tria quæ requirũtur ad morã: & qũo tunc tenetur de caſu et naturali: tertio proſequitur de mora aliena: & de materia remittit: quarto quærit an purgetur: arguit pro & cõtra, & ſoluit.*

d ¶ *Mora ſua.*] hæc regula ſumpta eſt ex l. ff. eo. tit. in condemnatione.

tione.§.vnicuique.Pone caſum in eo qui eſt in mora ſoluendi decimas: quia pereunt periculo ſuo, etiam caſu fortuito.16.q.1. decimæ.Idẽ in cõmodatario vel depoſitario, qui fuit in mora. de cõmoda.c.vnico.de depoſi.bona fides.Idem in fure, qui ſtatim eſt in mora.C.de fur.l.ſubtracto. Circa hanc tñ regulã not. quòd ad hoc

Morosus qs dicatur.

¶ Idem.

REGVLA XXVI.

EA † quæ fiunt [a] à iudice, ſi ad eius non ſpectant [b] officium, viribus non ſubſiſtunt.

† Facit hæc regula, vt citatus coram iudice incõpetenti non teneatur cõparere; ſi cõſtat de non iuriſdictiõe. Baldus in l. contumacia. §. cõtumax. ff.đ iudiciis đ quo latius hîc per Francum.

ꝙ quis dicatur moroſus, requiritur ꝙ ſciat ſe debere, vel ſcire debeat quòd interpellatus fuerit à die vel homine: & quòd habuerit poſsibilitatem dandi. hoc habes ff. de reb. credit. l. quod te.& tunc tenetur moroſus de caſu fortuito: etiam ſi eodem modo fuiſſet res apud dominũ peritura: ſm Accurſium, licet Martinus ↄ̃, vt not.in dict.l.quod te.& probatur ff.de leg.1.cũ res.§.vlt. fortaſsis enim dominus rem vendidiſſet: & apud alium periiſſet.& hoc tenet Ber.s̃.de commod.c.vnico.& de depoſi. bona fides. Et not.quòd dicit, mora ſua: nam in duobus reis debendi altero interpellato alter liberatur interitu ſpeciei 1: ſed interpellatus tenetur. ff.de vſur.l.mora.in fine.Item mora fideiuſſoris ſibi nocet, nõ reo, quominus liberetur interitu ſpeciei: ſecus econuerſo. ff. de verb. oblig. cum filius.& l. mora. & hoc quia fideiuſſor habet cauſam à reo, non reus à fideiuſſore.Et imputet ſibi qui alterius obligationem in ſe ſuſcepit. Vnũ not.quòd ſi debitor primo fuit in mora ſoluendi, & poſtea creditor in mora recipiendi, vel ↄ̃: quòd vltima mora nocet, vt ff.de vſuris.l.debitor.& vide quod not.de deci.cum homines.De mora autẽ & multiplici eius effectu, plene not.ff.de vſur.l.mora.[Et per Hoſti. in ſum.de vſur.§.ex quibus cauſis.ſub §. & mora.& per ipſum & Inno.de loca.propter.per Dynum eod.tit. potuit.] Sed numquid mora ſemel cõmiſſa purgari poteſt 2? Videtur quòd non.12.q.2.longinquitate.20.q. 2. puella. de elect.cum in cunctis.ibi, decurſo tẽpore.de ſupplen.negli.præla.licet.& c.vlti. ff.de actio.& oblig.l.traiectitiæ. C. de contrah. & commit. ſtipul. magnam.Contra quòd poſsit purgari.18.diſt.in.cap.1. vbi de hoc.& 100.diſt.quoniam.de ſupplen. neglig. præla.litteras.de elect. quod ſicut.in fin.de rebus eccle.non alie.ſi quis presbyterorum.de loca. & cõduc.propter.in fi.& c.potuit.in fi.vbi de hoc. & de elect.cap. vlt.ff.ſi quis cau.l.& ſi poſt tres. ff. de peri. & commo.rei vend.l.1. C.de fideiuſ.ſancimus.s̃.eo.lib.de præben.ſi tibi. Sol.dic quòd vbi dies præfigitur à canone vel lege pœnã imponente, mora purgari non põt: pœna enim ſemel cõmiſſa nõ purgatur. & ſic intelliguntur prima iura & hæc regula.& hoc eſt verum, niſi eadem lege vel alia, vel canone caueatur in eo caſu morã poſſe purgari, & pœnã euitari: & ſic intelligantur ↄ̃ria.Lex autem illa, & ſi poſt tres, loquitur de præparatoriis iudiciorum, in quibus mora bene purgatur: vt ibi, cum ſuis ſimilibus: ſed poſt litem conteſtatã non purgatur.ff.de verb.oblig.l.ſi inſulam.multo ergo minus purgabitur pœna ſemel cõmiſſa, niſi forte fingeretur non fuiſſe in mora.2.q.6.biduum.de iudic.cum Bertholdus. ff. de in integ.reſti. l. diuus.ſicut enim à pœna canonis non appellatur.s̃.de appella. conſuluit. 3. & cap.quia nos.nec à pœna legis, vt ff. de verb. ſign. ſi qua pœna.ſic nec purgatur, vt s̃.dictum eſt.& hoc not.Gar.s̃.eod.lib.de elect.cupientes.§.quod ſi per 20. 3 Ioan.And.

1 Et ſic ſibi non nocet.& hoc verũ, niſi eſſet ſocij. ff.de duo.re. de.l. pe. ſecũdum Dynũ, ſecundũ quẽ ſibi imputet caſus in ſocietate participando. debuit enim cogitare hoc euenire poſſe.ff.de condic.inde.l. in debitam. ff. loca.l.ſi quis domum.Ioã. And.

2 Bart.l.ſi in ſulam. ff. de verb. obli. c. potuit. de loca.

3 Vide quæ ibi notaui in glo.priuato.

EA quæ fiunt.] Caſus figuratur primo per capitulum, quorum vices.67.diſt.hoc modo.Ponamus ꝙ aliquis ſimplex ſacerdos, vel alius conſtitutus in dignitate: puta Archidiaconus, decanus, vel cantor, non tamen epiſcopus, ordinauit aliquem in diaconum proferendo verba apta ad talem ordinem: vtrũ iſte ſic ordinatus receperit talem ordinem? Reſpondet quòd non: quia poteſtas ordinandi clericos nõ dependet ab ordine ſacerdotis, niſi fuerit epiſcopus. Vel ſic: Ponamus quòd aliquis ſimplex ſacerdos non epiſcopus, protulit iſta verba apta ad ↄficiendum chriſma: vtrũ conficiat? Reſpondet ꝙ non.Idem eſt de conſecratione monialium: & generaliter cum quis facit ea quæ non ſpectant ad officium ſuum: illa per eum facta viribus non ſubſiſtũt.Item poſſet poni aliter caſus: videlicet per cap.indulgentiæ.de pœniten.& remiſ.eod.lib. s̃. Aliquis epiſcopus vel archiepiſcopus conceſsit ſubditis ſuis porrigentibus manus adiutrices ad aliquod pium opus, centũ dies indulgentiarum: vtrum valeat talis conceſsio indulgentiarum? Certe non: quia ad officium epiſcopi vel archiepiſcopi ſpectat ſolum dare 40.dies indulgentiarum, & non centum.

¶ *Prima glo. dicit primo vnde ſumpta, & ponit exẽpla: ſecundo dicit regulam etiam in bono quod fit, locum habere: & quòd loquitur in aliàs iudice: tertio quærit, & ponit duas opiniones cõtrarias: quarto ſignat contrarium, & ſoluit: quinto dicit regulã non loqui in ſpiritalibus, quæ dependent ab ordine.*

a ¶ *Ea quæ fiunt.*] Hæc regula ſumpta eſt ex l.ff.eod.tit. l. factum à iudice.Pone caſum 68.diſt.quorum vices. vbi ſimplex presbyter ordines conferendo, chriſmando, virgines conſecrando, nil agit. Itẽ s̃.eo.lib.de pœni.& remiſ.indulgentiæ.vbi non tenet indulgentia data ab ep̃o vltra tenorem concilij generalis. Ad idẽ ff. de iuriſdict.omniũ iudi.l.vlt.vbi dicitur, extra territoriũ ius dicenti non pareatur impune.idem ſi ſupra iuriſdictionem ſuam velit ius dicere.Et habet hæc regula locum etiã cũ bonum eſt id quod facit iudex: tñ ex quo ad eius non ſpectat officiũ, viribus non ſubſiſtit.pone exemplum.96. diſt, bene quidem. bonum enim eſt ſtatuere res eccleſiæ alienari non poſſe. 12. q. per totum.2.de rebus eccle. non

¶ Idem.

REGVLA XXVII.

SCienti [c] & conſentienti nõ fit iniuria, neque dolus.

alien.per totum.tamen ſtatutum Imperatoris ſuper hoc non valuit, quia ad eius non pertinebat officium, vt ibi. Ad idem de appel.dilectus. ibi enim officialis archiepiſcopi bonũ & æquum decreuerat: tñ quia id ad ſuũ nõ pertinebat officium ratione appellationis interpoſitæ ad Papam, nõ valuit quod fecit: generale enim eſt ꝙ non ſufficit bonum facere, niſi & bene id fiat.16. q.1.monachi 2.de poſtu.cap.2.ff.de re mili.l.3.§.in bello.& facit 23. q.5.relegentes.& de colluſi.c.1.& quod ibi not. Et quod dicit regula, ea quæ fiunt à iudice: aliàs ſubaudi: nam in eo quod facit non pertinens ad officium ſuum, non dicitur iudex. ſicut ergo procurator fines mandati non debet excedere, ſic nec iudex fines iuriſdictionis.& hoc dico, ſiue ſit ordinarius, ſiue delegatus, ſiue arbiter: ſaluo eo quod de prorogatione not.s̃.de offi.deleg.P.& G.Quęri ſolet ſi iudex, qui de decem tantum poteſt iudicare, iudicat de 20.an valeat ſententia in decem. Dixit Ioan. quòd non 4: quia res iudicata non põt pro parte tenere, & pro parte non tenere.ff.fam. erciſ.in hoc iudicio.& hoc ipſe not.2.q.6.§.diffinitiua.ver.cum certa ratione.in fi.Ad contraria ibi ſignata 12.q.2.ſi quos de ſeruis. C. de dona.ſancimus.poteſt reſpõderi id ſpeciale fauore donationũ. Ad decre.de arbi.cum tempore. de præbend.dilectus. poteſt dici quòd ibi ſententia continebat plura capitula: vnde in vno poteſt tenere, in alio non: hic autem continet vnum tantum. & cum Ioã. concor.Accur.5 ff.de iuriſdict.omnium iud.l. vlt. Hug. tñ & Lau. tenent ↄ̃rium, ſcilicet ꝙ ſententia bene tenet in decem, & dicunt ſententiam reſcindi tantum in ſuperfluo.& hoc notatur ex verbis illius ver.cum certa.dum dicit, ꝙ ↄ̃ ius geſtum vr̃. C. quando prouo.non eſt neceſ.l.certa. & pro eis facit quod not. de dona. Apoſtolicæ.& regula j̃.eod.vtile.& quod ibi dicam. pro Ioan. optime facit prædict.decret.s̃.eod.lib.de pœn. & remiſ. indulgentiæ. Pro Hug.& Laud.s̃.eod.lib.de arbit.c.1.ff.de arbi. l. diem §. ſi plures. Et facit hæc regula pro his quæ dixi s̃.eo.quod quis mandato. Ad primũ caſum ↄ̃.95.diſt.c.1.vbi presbyteri chriſmabant 6 in fronte. Sed illud ad tempus à Gregorio fuit ſpecialiter conceſſum.& dic, vt ibi: & tunc ad eorum ſpectabat officium: & ſi non ex ordine, ex demandatione.& vide quod de hoc not.de conſec.diſt.5. manus. in vlt.gloſ.Nec habet locum hæc regula in ſpiritalibus, quę potius dependent ex poteſtate ordinis, quàm iuriſdictionis. Hinc eſt ꝙ ſi epiſcopus qui hoc poteſt ex ordine, conſecret alienam eccleſiam vel altare: vel ordinet alienum ſubditum, quod non poteſt ex iuriſdictione: conſecratio tamen & ordinatio bene tenet: licet ordinatus executione careat.7.q.1.epiſcopus in diœceſi.de tempo.ordin.quod tranſlationem.& dixi ſupra eod.ratum.Ioan.And.

4 Videtur đ mẽte Philippi hic, cum quantitates ſint diuiſibiles.addo l. 1. §. ſi ſtipulanti .ibi Franc. Aret.& eundẽ in l. cõſulta diualia.C. de teſtamen.

5 Qui tamen contrarium not.C. de re iudi.l. 2.Ioã. And.

6 Vide concilium Trident. ſeſſio. 7. de confirmatione cano.3.

7 Hæc gloſſula ex nouella Ioan. An. huc fuit tranſlata.

b ¶ *Non ſpectant.*] 7 & hoc conſtat.facit ff.de re iud.contumacia. §.contumax non videtur.vbi vero dubitatur, tenetur quis ire allegaturus priuilegium.ff.de iudi.ſi quis ex aliena. ſecundum Dynũ: quod dic vt not.de accu.veniens.in gloſ.fi. Ioan.And.

SCienti & conſentienti.] 8 Caſus in hæc regula figuratur per l. 1.ff.de actio.emptio.& vend.& pro intellectu huius caſus eſt præſupponendum, quòd quando venditor vendit aliquam rem, debet prædicere emptori onera ordinaria illius rei: aliàs teneretur ipſi emptori. Sed ponamus ꝙ tibi emptori ſtipulanti vendidi domum meam, quæ debebat ſeruitutem domui vicini mei, forte ſeruitutem ſtillicidij recipiendi, vel altius non tollendi, vel aliquam aliam ſeruitutem: & tu emptor ſciebas bene quòd domus mea debebat iſtam ſeruitutem: ego autẽ ſciẽs ꝙ eſſes informatus de iſta ſeruitute, non prędixi tibi illam ſeruitutẽ in venditione facienda, vtrũ poſsis agere contra me actione exempto, vt diminuam tibi de pretio quantum minus valet domus tibi vendita propter illam ſeruitutem? Reſpondetur quòd non: quia eras informatus de iſta ſeruitute: ideo non erat opus quòd vlterius de ea te informarem: quia ſcienti & conſentienti non fit iniuria, neque dolus.

¶ *Prima gloſſa primo dicit vnde ſumpta, & ponit exempla: ſecundo ſupplet de ſcire debente: & dicit in regula principium põderandum: tertio ponit rationem regulæ, & notat copulam: quarto ſucceſsiue ſignat: & ſoluit tria contraria.*

c ¶ *Scienti.*] hæc regula ſũpta eſt ex l.ff.eo.tit.l.nemo vr̃ fraudare eos qui ſciunt & conſentiunt.Pone caſum in ingenuo, qui ſciens & conſentiens ↄ̃xit matrimonium cum ſerua, vel eↄ̃rio. 29.q.2.ſi quis ingenuus.& c.ſi fœmina. In clericis qui ſcienter & voluntate iocoſa ſe adinuicem percutiunt. s̃. de ſent.excom.c.1.Item in eo qui ſciebat rem quam emebat ſeruitutem debere.ff.de act.emp.& ven.l.1.in fi.9 Et concordat ad hanc regulã j̃.eo.eum qui certus.Et qđ dicit hæc regula, ſcienti.dic vel ſcire debenti. ff. de ædil. edic. l.1.§.

8 Phili. hic docet pręſũptiones doli. Dynus Ioan. An. perũt an compromittentes poſſet contra pactũ petere reductionem ad arbitriũ boni viri, q̃rit Ioan. And. an notoriũ priuilegium ſit allegãdũ. & quid de renunciante foro ordinarij. Fonta.

9 Dynus de iniuria ponit exemplũ per l.1 .ff. de iniuriis. §. vſq; adeo .đ dol. ponit p l.3. ff. de lib. homi. exhi. §.ſi quis volentem. Ioã. And.

l.1.§.ſi intelligatur.Ad hoc 16.diſt.quod dicitis.ſ.de cleric.excommuni.Apoſtolicæ.ſ.quod met.cau.c. penult. in fi. Item dic ſcienti à principio: ſecus ſi ex poſt facto 1. ff. de ædil.edic.l.iuſtiſsime.§.vlt.Et no.ꝙ dolus malus eſt omnis calliditas,fallacia, machinatio ad circumueniendum,fallendum,decipiendum alterum adhibita, ſm Labeonem.ff.de do.ma.l.1.§.1. ſed ſciens nō circumuenitur, fallitur, vel decipitur: ergo ſibi non infertur dolus. Ergo inductus ad clericatum vel monachatum, non dr̃ dolum paſſus, quia non eſt deceptus.

1 Idem Dynus per modū obiectionis.Io. And.

¶ Idem.

REGVLA XXVIII.

QVæ a à iure communi exorbitant b nequaquam ad conſequentiam ſunt trahenda.

20.q.3.conſtituit.vbi de hoc:& de conuer.coniug.dudum.in fin.& quod dicit hæc regula.non inferri dolum ſcienti & volenti: verū eſt,vt ex eo agi poſsit:infertur tamen ita ꝙ naſcitur ex eo actio p exceptionem elidēda.ff.de fur.inter omnes.§.vlt.& penul. Et not. ꝙ hæc regula formata eſt copulatiue,& nō diſiunctiue: vnde hæc duo coniunctim requiruntur, ſcilicet ꝙ ſciat & conſentiat:ſcienti enim & non conſentienti bene infertur iniuria & dolus.15.q. 1. illud.cum ſimilibus.ad hanc regulam ſignatur ꝫ.de ſentent.excom, contingit.1.ibi:huius manus iniectio & ſi non violenta, tamen iniurioſa noſcitur.Sol.non eſt iniurioſa, quia iniuria fit ipſi clerico volenti,vt hic:ſed eſt iniurioſa,quia fit iniuria toti ordini clericali:& ideo ibi ſequitur, cum canon ille,&c.& ibi de hoc. Item ꝫ.C. de rapto.vir.l.vnica.vbi ſi rapio virginem etiam volentem,teneor. Sed hoc ideo:quia id voluit perſuaſione doloſa, qđ plus eſt quàm violenta 2. ff. de ſer cor.l.1.§. perſuadere. Item ꝫ. C.de fur.& ſer. corrup.l.ſi quis ſeruo. ibi ſciens & conſentiens agit furti & ſerui corrupti.Solu.de rigore & rei veritate illi ſcienti & conſentienti non fuit facta iniuria:tamen de quadam æquitate agit,ac ſi iniuria vel dolus ſibi fuiſſet illatus, vnde nec furtum fuit ibi factum, nec ſeruus corruptus:ex æquitate tamen agitur de vtroque 3. & facit hæc regula ad l. id quod dixi ſ.eod.poſſeſſor malæ fidei. ad fin.

2 Idem hic Dynus.

3 Propter delictū:& quia res eſt pernicioſi exēpli. & ibi vide Paulum de Caſtro.

QVæ à iure] Caſus figuratur per capitulum,quanto.ſ.de iudi. in antiq.Laicis conceſſum eſt per eccleſiam, vt quamuis laici eſſent capaces iuris ſpiritualis & ei annexorum, vt poſſent iuſpatronatus poſsidere: (quatenus ipſi inducerentur ad fundandum, vel ædificandum, aut dotandum eccleſias) vt clericos idoneos in illis eccleſiis poſſent præſentare diœceſanis, q. diœceſani ad præſentationē patroni illos inſtituerent: Sed vtrū laici poſsint extendere illud priuilegium ad hoc,vt poſsint cognoſcere de cauſis annexis cauſis ſpiritualibus? Eſt ibi textus ꝙ non:quia iſta conceſsio facta laicis eſt exorbitās à iure cōi:Et illa quæ exorbitant à iure communi,non ſunt trahenda ad aliquam conſequentiam.

¶ *Prima gloſſa dicit primo vnde ſumpta:& ponit exempla:ſecundo dicit idem in ampliando:tertio ſoluit quæſtionem.*

a ¶ *Quæ à iure.*] hæc regula ſumpta eſt ex l.ff. eo.tit. l. quod ꝫ rationem. Pone caſum 16. q. 1. hinc eſt etiam. ſ. de priuileg.ſane.ff. de conſti.prin.l.1.in fin.Et concordat ad hanc regulam ȷ̃. eo. quod alicui & c.in argumentum. Potes igitur intelligere hanc regulam in priuilegio, vt ſ.q.a ſingulorum priuilegia legem cōem non faciunt.26.q.2.non exemplo.Item in iure pone caſum in Velleiano, nam regulariter quilibet intercedēdo obligatur:fallit in muliere. hoc ergo non trahitur ad conſequentiam 4. Et idem in ſimilibus. & vide quod dixi ſ.eo. priuilegium.& quod not. de priuil.ſane. & nota ꝙ ſicut ea quæ exorbitant à iure cōi, ad conſequentiam trahenda nō ſunt,vt hic:ſic nec amplianda,ſed reſtringenda, vt ſ.eo. lib.de filiis presby. is qui.in fi. 5 ad idem ſ.eod.odia. Item licet fauorabile priuilegium amplietur vt ibi: non tñ ad conſequentiam trahitur,vt hic. Et facit hæc regula ad quæſtionem qua quæritur an fratres eremitani,vel fratres ſancti Auguſtini, & alij religioſi Mendicantes & non Mendicantes comprehendantur conſtitutione illa extrauaganti nouiter ēdita per Bonifacium Papam octauū, quæ incipit:Super cathedram præeminentiæ Paſtoralis.quæ habetur in cle.de ſepul.dudum.in qua exprimuntur ſolummodo Minores & Prædicatores.Et quidquid alij dicant, dicendum eſt ꝙ non extenditur ad alios religioſos Mendicantes vel non Mendicātes, vel ad ſeculares clericos:ſed ſolum Minores & prædicatores amplectitur:tum quia intentio Papæ vr̃ hæc fuiſſe,vt per verba ipſius conſtitutionis apparet:tum quia exorbitans eſt à iure cōi illa conſtitutio, & ideo ad conſequentiam non trahenda nec amplianda, vt hic, vult enim illa conſtitutio dari quartam, etiam de his, de quibus de iure dari non debet;ſicut de ornamentis relictis pro fabrica,anniuerſario xx.xxx.& ſic de ſingulis:puta relictis pro luminaribus vel certis perſonis,de teſta.c,vlt.de verb.ſig.ex parte.3.dicam ergo illa iura mutata & correcta per conſtitutionem 6 ſolum quo ad expreſſos in ea: quo ad alios remaneant adhuc ipſa iura. Correctio enim iuriū eſt vitanda.ſ. de elect.eccleſia veſtra.2.c. cū ſi.In talibus enim non arguimus de ſimilibus ad ſimilia, & concordat quod dicam ȷ̃.eod. in pœnis. & facit ad hoc optime ſ. eo. lib.de elect.ſtatutum.& de reg.conſtitutionem. & ita pronuntiatum fuit per profundiſsimæ ſcientiæ,& bonæ memoriæ virum dominum Ioannem de Monte Murlo:& per me in quadam quæſtione,in qua fuimus ad conſulendum aſſumpti.

4 Scilicet ad viros in quibus eſſet eadem facilitas quæ in mulieribus. Ioa.And.

5 Per quam ponebat hic Dynus exēplum,ſed improprie, vt patet ex glo. Ioan.And.

6 Vbi de hoc in 3. gl. & in præalleg.clem. dudum. §. huiuſmodi. in gloſ. vt patet.Io. And.

b ¶ *Exorbitant.*] quaſi 7 deuiant vel diſcordant:& idem verbum in decretali prima,de filiis presbyterorum.ſ. eodem lib. quam alleg.gloſ.Ioan.And.

7 Hæc gloſſula, ex nouella Io. An. huc fuit tranſlata.

¶ Idem.

REGVLA XXIX.

QVod c † omnes tāgit,debet ab omnibus approbari.

QVod oēs tangit.] Caſus figuratur multis modis ſm gloſ. Primo,per c.1.66.diſt. Ponamus ꝙ aliquis fuit electus & confirmatus in archiepm alicuius puinciæ:q. q dē electus & cōfirmatus petiit munus cōſecrationis:qritur q. debent eſſe præſentes in conſecratione faciēda? Rñdet ꝙ omnes ſuffraganei ſuæ puinciæ,quia illud negotiū omnes tangit: ideo debebat omnibus approbari. Item poteſt poni caſus per c. quia propter.de electio.in antiq.Ponamus ꝙ vacante eccleſia Pictaueñ.canonici illius eccleſiæ voluerunt procedere ad electionem futuri prælati. Sed quæritur:qui debent adeſſe in electione facienda? Dicitur ibi ꝙ omnes canonici illius eccleſiæ:& ſi ſint aliqui abſentes,debent vocari:quia cum illud negotium omnes tangat, debet ab omnibus approbari. ¶ Pro declaratione iſtius regulæ vr̃ ꝙ illud quod omnes tangit,non debet ab omnibus approbari:Et arguitur de toto titulo de his quæ fiunt à maio.par.cap.in antiq.vbi dicitur,ꝙ talia poſſunt expediri per maiorem partem capituli: & tamē tale negotiū tangit omnes.Item arguitur de l.maiorem.ff.de pact.vbi dicitur,ꝙ ſi aliquis debitor velit facere ceſsionem bonorum,non eſt opus ꝙ omnes creditores conueniant ad videndum fieri ceſsionem bonorum,ſed ſufficit ꝙ vna pars conueniatur:& alia parte creditorum inuita admittetur ad ceſsionem bonorum faciendam. Gloſſa ſoluit dicens,ꝙ aliqua ſunt quæ pertinent pluribus vt vniuerſis:& in iſtis ea quæ fiunt à maiori parte capituli valent, etiam altera parte contradicente:niſi contradicatur ex aliqua cauſa rationabili:ſecus ſi illa eſſent explicanda ex mera voluntate: quia tunc deberēt omnes conſentire;in c.cum omnes.ſ.de conſti.in antiq. Alia ſunt quæ pertinent pluribus, vt ſingulis:& tunc omnes debent conſentire.l.ſi per fundum.ff.de ſerui.ruſti.prædio.fallit in pluribus caſibus.Primo fauore liberationis.l.maiorem.ff.de pact. Item in arbitris fauore litium dirimendarum: ſi fuit compromiſſum in plures arbitros,valet ſententia facta à maiori parte. Item ſi pluribus patronis competat iuſpatronatus, præſentatio facta à maiori parte valet propter fauorem eccleſiæ: nec eccleſia patitur detrimentum propter longam moram & vacationem.

† Ioa.Andr. & Philippus quærunt.An valeat ſtatutum non vocatis abſentibus,illis tamen præiudiciabile.

¶ *Prima gloſſa primo ponit exēpla, & in fine reaſſumit primū exemplum:ſecundo ſignat contrarium,& remittit:declarat incidens contrarium:& ponit ius nouum:tertio arguit ad quæſtionē: ponit opiniones contrarias,& ſecundum reprobat.*

c ¶ *Quod omnes tangit.*] 8 pone caſum in archiepiſcopo conſecrando ab omnibus ſuffraganeis.66.diſt.c.1.In electione facienda ab omnibus canonicis.de elect.quia propter.in antiq.in concedēdo hauſtum aquæ:in quo omnes vocandi ſunt qui ius habent.ff. de aqua plu.arcen.l.in concedendo.ad idem 54.diſt.c.1. 8.q.1.licet. de tempo.ord.ſi archiepiſcopus.C.de authen.præſtan.l.vlt.ff.de adop. l.nam ita diuus.nam ſic qui læduntur, vocandi ſunt in confirmatione adoptionis,vt ibi.Et not. quòd dicit id quod tangit omnes, debere approbari ab omnibus: ergo non valet quod facit maior pars.& ſic contra 65.diſtin. c.1. ſ. de his quæ fi.à maio.par.c.1.ff.ad munici.quod maior.Solu. 9 Aut competit vt ſingulis,aut,vt collegio:quod proſequere,vt not.per Ber.& Innoc.de conſti. cum omnes.Fallit autem hæc regula in caſu.Inſtit. de re. di. §. religioſum. verſi.in commune 10, vt not.in prædic. decret.cum omnes. Ad id quod ſupra dixi,quòd ſufficit quod facit maior pars collegij,contradicit decret.de re iudic.cum olim.in fine.ibi,plena omnium qui præſentes fuerint,&c.Sed ibi ſubauditur,vel maioris partis, vt ibi not.in vlt.glo,nam illud dicuntur omnes facere, quod facit maior pars 11.56.diſt.Apoſtolica.de elect.cum inter canonicos.in princip. ff.ad munici, quod maior. interdum tamen requiruntur duæ partes.de elect.licet.& eo.tit.ſcriptum.cum ſimilibus.ſ. eod.lib.de clerico ægro.c. vnico.cum concor. Et facit hæc regula in argumentum ad id de quo olim dubitabatur,an in electione inferiorum dignitatum,vel canonicorum vocentur abſentes:& videbatur quòd non per prædict.decret.cum olim.in fin.hodie determinatum eſt. ſ.eod. lib. de præbend.cum in eccleſiis. Item eſt arg. ad quæſtionem,an Papa poſsit ſtatuere inuitis acolythis, quòd ipſi cōtineāt. & hæc quæſtio not.82.diſt.propoſuiſti.& dixit ibi Ioan.quòd non: quia caſtitas ſuaderi poteſt,non imperari.32.q.1.integritas.Bartho. Brixien.ibi contra,cuius dictum penitus eſt falſum, niſi intelligas de promouendis:ſed ipſe de promotis etiam intellexit,vt eius verba demonſtrant. Monachis autem profeſsis qui renuntiauerunt propriæ voluntati, auſterior regula poſſet indici:etiam ipſis non approbantibus,ſecundum Inno. qui hoc not.de regula. ſuper eo.

8 Dynus ponit exemplū per l. receptum. ff. de ſer.ruſt.prædio.Io.And.

9 Idem Dynus.

10 Ad idem. ff.de relig. ſi plures. facit etiam ff. de pact. maiorem. de curá.fur.conſilio.§.fin. vbi ſufficit alterius auctoritas.Dynus.

11 Niſi dicatur nemine diſcrepante. Car. in cle.1. de rebus eccle.nō alienandis.

Et eſt

Et eſt ſatis expreſſum ȝ.eod.lib.de ſtatu regula.cap.vnico. ibi Monialibus indicitur auſterior vita:licet non poſsit ſine omnium voluntate ordinem mutare.de his quæ vi metuſve cau.ſi.c.penult.Et not.quòd ſecundum primum caſum quem poſui, archieps de iure conſecrandus eſt ab omnibus ſuffraganeis: Papa tamen ſibi hoc vſurpat, 1 ſecundũ Ioã. qui hoc not. 24. q.1. pudenda. & 51. diſt.qui in aliquo.

¶ Idem.

REGVLA XXX.

IN † obſcuris a minimum eſt ſequendum.

¶ Idem.

† Dynus declarat hanc regulã in cõtractibus, vltimis voluntatibus, & in delictis, q vltimũ ꝑſequit Philippus.

IN obſcuris.] Caſus in hac regula primo figuratur per ca. ex parte.ȝ. de cenſibus. & per l.nummis. ff. de leg.3.in cap.ex parte dr̃.Ponamus q in ciuitate Pictauen̄.ſunt duæ menſuræ,vna maior,alia minor:aliquis emiſit votum quòd tali eccleſiæ ſolueret tot menſuras:puta ſex ſextaria frumenti, vel ſex boſſellos frumenti:eſt mẽſura maior,alia minor,& non declarauit aliter animũ ſuum:videlicet ad quam menſuram intendebat illud frumẽtum ſolui:ſed locutus eſt indiſtinctè: Quæritur ad quam menſurã debet ſolui huiuſmodi frumentũ? R̃ndet q ad minimam mẽſurã: quia in obſcuris minimum eſt ſequendum.¶ Item poteſt poni caſus per dictam l.nummis.Ponamus q in aliqua regione habẽt locum noua ſcuta & antiqua:aliquis in teſtamento ſuo legauit Titio decem ſcuta:quæritur quæ ſcuta videantur legata ad hoc q hæres poſsit compelli ad ſoluendum illa ſcuta?R̃ſdet quòd videntur legati nũmi minoris valoris:& ſic legata videntur ſcuta noua:& nõ vetera:niſi aliàs appareret de volũtate teſtatoris tacite vel expreſſe:quia tunc ad ipſam eſſet recurrendum : ſed quando non poteſt cõiecturari mens ipſius teſtatoris,in dubio habet locũ iſta regula.

1 Rectius dixiſſet hoc Papæ cõpetere ſuo iure, & eius auctoritate cõceſſũ ſuffraganeis vt ipſi Archiepm conſecrẽt vt patet ꝑ cap. ſi archiepiſcop⁹. extra de tem po.ord. nec. c.qui in aliquo. 51. diſtin.& c. pudenda.24.q. 1.dicunt cõtrarium.

*¶ Prima glo.dicit vnde ſumpta,& ponit exempla. Secundo ponit præambula regulæ & ipſius rationem. Tertio ſignat contrarium de mediocritate ſequenda:Remittit,ſoluit,ſolutioni obiicit reſpondet,& declarat.*

a ¶ *In obſcuris.*] Hæc regula ſumpta eſt ex l.ff.eo.tit. ſemper in obſcuris.& l.ſemper in ſtipulationibus.Pone caſum ȝ. de cenſibus.ex parte.vbi in dubio non compelluntur ſoluere vota ad maximam, ſed ad minimam menſuram.ad idem ff.de leg.3. nummis.vbi nummis ſic in genere legatis,debentur minimi.Circa hanc regulã not. q in obſcuris non ſtatim inſpicimus qđ eſt minimum:immo inſpicimus primo quod eſt veriſimilius , & quod plerumque conſueuit fieri,vt ĵ.eo.inſpicimus.cum ſuis concor.& ff.eod. tit.l. in obſcuris inſpici.& ſi hoc ſciri non poteſt 2,tunc inſpicimus quod eſt minimum,vt hic.Primo ergo inſpicimus quod expreſſe agitur: puta x. lib.Bonon̄.vel qđ agitur tacite 3. Tacite dico , vel ratione rei quæ venditur x.lib.vel ratione perſonæ, vel ratione cõſuetudinis. vltimo,qđ eſt minimũ,vt hic.& eſt ſimile quod dixi ȝ.eo.cũ ſunt partiũ.Et potuit eſſe ratio huius regulæ:quia de minimo non eſt dubiũ ſenſiſſe:quia ſi intellexit de maximo,ergo de minimo:q̃a plus includit ſub ſe minus:ſed non econuerſo.& de hoc dicam ĵ.eod. plus ſemper. Alibi tñ habes argumẽta de mediocritate ſpectanda. 10. q.2.hoc ius.de offic.cuſto.c.1.& eſt expreſſum.ff.de leg. 1.l.legato.in princ.vbi de hoc 4.ff.de auro & argento leg.qui lancem.C.de dona.ſi quis argentum.§.ſi vero.& §.ſeq.cum ſi.vide de cenſi.quanto.in 3.glo.& de fil.presby. litteras.in vlti.glo. Et poteſt dici quòd in ſpeciebus & artificiis medium inſpicimus,vt not.ff.mãda.l. fideiuſſorem.& ſic intelligantur illa iura.In quantitatibus autem inſpicimus quod eſt minimum,vt ȝ.dixi:& in prædi. l. fideiuſſorem. & ff.de lega.1.apud Iulianum.§.ſcio ex facto. quæ videtur contraria ad ſupradictam ſolutionem:nam ibi legato fundo. ſi duos fundos habebat teſtator,debetur minimus,ſi non apparet de quo ſenſerit: ſed ibi non erat medium.Et aduerte:quia viliſsimum hominẽ habere non expedit:& ideo legato vel promiſſo homine, mediocris debetur,vt in prædic.l.legato.Sed viliſsimos nummos habere nobis expedit:vnde etiam bagatinos, vt in prædic. l. nummis. & vile triticum,vt in ꝑdicta l.fideiuſſorẽ. & ideo in his debetur minimũ. Itẽ habet locũ hæc regula in pœnis,vt ĵ.eod,in pœnis. vt ibi dicã.

2 Idem hic Dynus p mo dũ obiectionis.Io. And.

3 Vide quod poſt Dynum dicam ĵ. eo. inſpicimus. in text.& ſuper ſi.gl.Ioã.

4 Et diſtinctionem ibi poſitam plene proſequitur hic Dynus tractans etiam plene quãdo in cõtractibus & quãdo in delictis locum habet hęc regula,&c. Io. And.

EVm qui certus.] Caſus poteſt figurari primo per c.ſi duobus. de appel.& per l.1.in ſi.ff.de actio.emp.& vendi. Dr̃ in illo c.ſi duobus. q duo litigabant corãm epo Pictauenſi vel eius officiali: qui tulit ſententiam diffinitiuam in cauſa huiuſmodi:à qua ſententia ambæ partes appellauerunt (quod poteſt fieri:quia forte reum condẽnauit in principali,& ipſum abſoluit ab expẽſis : & ſic actor appellat,eo q iudex reum non condemnauerat in expẽſis : & reus appellauit,eo q iudex eum condemnauerat in principali:) Vnde appellauit ad archiepm Burdegalen̄. alius ad Papã,Ille qui appellauit ad Papam,appellationem ſuam reuel'uit coram Papa , alius coram archiepo:Iſte qui reuelauit appellationem ſuam coram archiepo Burdegalen̄.fecit citare ſuam partẽ aduerſam, & archieps ſciebat,& ipſa pars aduerſa appellauerat ad Papam ; Hoc non obſtante,quia ipſa pars non comparuit,archieps illã excommunicauit;vtrum valeat ſententia archiepiſcopi?R̃ſdet q nó:quia ex quo ſciebat talem appellaſſe ad Papam : & ſic ad maius tribunal , non erat amplius certiorandus;ſecus ſi ignoraſſet.Ex hoc colligitur q̃d prodeſt mittere exoniatorem:quia ſi aliquis fuit exoniatus, & iudex faciat proceſſum ȝ impeditum & exoniatũ,non valet proceſſus:aliàs ſi non miſiſſet exoniatorem,teneret proceſſus:ſed poſtea probato legitimo impedimento veniret reſcidendus.c.venerabilibus.ȝ.de ſent. excomm. eod.lib. ¶ Item in l.1.ff. de actio.empt.dr̃,quòd ſi quis vendit mihi aliquam rem debentẽ ſeruitutem vel alia onera, debet me emptorẽ certiorare de omnibus oneribus ordinariis : aliàs poſſum agere ȝ ipſum quanto minus fuiſſem rẽ ipſam empturus. Sed quid ponamus q ego ſciebam onera illius rei ; & q res ipſa debebat illam ſeruitutem:& venditor non me certiorauit : vtrum poſsim agere ȝ venditorẽ actione ex empto, vt reſtituat mihi partem pretij, quanto minus fuiſſem rem empturus ſi me certioraſſet de illis oneribus?R̃ſdet q nó:q̃a q certus eſt,certiorari nõ debet. ¶ Gloſſa arguit de c.cum inter vniuerſas.ȝ.de elect.vbi dr̃,q licet canonicus ſciat mortem prælati,tamen eſt vocandus,vt ponamus ſic:Eccleſia Pictauen̄.vacabat per mortem vel renuntiationẽ:ſcio illam vacationem:non compareo ad electionem : etiam canonici non vocauerunt me:certum eſt quòd poſſum proſequi contẽptũ: & licet ſim certus,tamen ſum adhuc certiorandus : Reſpondetur quòd non ſum certiorandus de vacatione vel morte prælati : cum ſciam illam vacationem , ſed ſum certiorandus de die aſsignata ad electionem faciendam:ideo abſentes ſunt vocandi ad electionem,licet ſciant vacationem.

REGVLA XXXI.

EVm † qui certus eſt b,certiorari vlterius nõ oportet.

¶ Idem.

REGVLA XXXII.

NON LI-

† Not. hanc regulã quod vbi dat' ſcientia & certitudo,ibi denũtiatio nõ eſt neceſſaria, d̃ qua vide plura hoc loco ꝑ Philippũ Francum.

*¶ Prima glo.primo ponit exempla.Secũdo ſupplet de illo qui cer t⁹ eſſe debebat.Tertio tractat de canonico qui ſciebat eccleſiã vacare:& allegat cõcordãtias ad regulã: Quarto arguit ad quæſt.*

b ¶ *Eum qui certus.*] 5 pone caſum.11.diſtin.cap.vlti.ver. ſæpe.dilectionem tuam,& c.ȝ.de appel. ſi duobus. In archiepiſcopo qui ſciens illum excommunicauit , qui appellauerat ad Papam. ff. de act.empt.& vend.l. 1. in fin. In eo qui ſciebat rem quam emebat ſeruitutem debere,quia non aget exempto quanto minoris 6 , vt ibi.& facit ȝ.eod.ſcienti.& quod ibi dixi.& not.ff. eod.titu. nemo videtur.& quod ibi dicit,qui certus eſt,ſubaudi vel eſſe debet:nã non eſt neceſſarium ſingulorum auribus intimari quod eſt publice promulgatum.16,diſtin.quod dicitis.de poſtula.præla.c.1.ff. de inſti.ſed & ſi pupillus.licet autem canonicus qui certus eſt de morte epiſcopi,de ipſius morte non debeat vlterius certiorari , vt ſupra de elect.cum inter vniuerſas.tamen citari debet ad electionem faciendam.vt not.Ber.in dicta decre.cum inter. quod verum puto: nam qui certus eſt vt homo,certioratur vt iudex.2.q.1.multi.& interdũ certus adhuc certioratur ad cautelam,vt in prędicto.cap.11. diſt.c.vlti.& concilium indiſtinctè dicit abſentes vocãdos qui ſunt in loco.& c,de elect.quia propter. præterea licet ſciat eccleſiam vacare,diem tamen aſsignatam ad celebrãdum electionem ignorat:& ideo vocandus 7 eſt,& dies notificandus.arg. ff. de adult.l. denuntiaſſe.Concordat ad hanc regulam ȝ.de reſcript.ab excommunicato.ibi,qui de facto ſuo certus,&c.& de loca.& conduc.potuit.ibi dies ſtatuta interpellari ſine alia hominis requiſitione , vt ſupra eodem lib.de elec. cupientes. circa principium ibi vel poſt obtentam de ipſorum electione notitiam,&c. Et eſt hæc regula in argumentum ad quæſtionem qua quæritur, an is qui ingreſſus religionẽ in fine anni exiuit,ſi iterum eandem religionem ingrediatur,an debeat habere annũ,& ſatis videtur quòd non per hanc regulam:niſi conditio perſonæ vel religionis mutata eſſet. & hoc tenet Bartho.Brixien̄.in quæſtionibus ſuis,in quęſtione quę incipit: Aliquis intrauit monaſterium [Eſt venerialis. 68. & idem Guliel. in Specul,de ſtatu monac,verſ.38.& vide quod ibi dicam.

ADDITIO.Qui ſciebat rem quam emebat,ſeruitutem debere: non aget ex vendito quanto minoris,vt tactum eſt circa princ. huius glo, Si vero ignorabat,agit etiam ſi venditor ſciens ſeruitutem vel vitium,dixit ſe nolle teneri nomine ſeruitutũ vel vitiorũ : hoc enim generale pactum non trahitur ad illa quæ venditor ſciuit.ff. de act.empt.& ven.l.hoc autem.& facit quod ibi not.Dynus.& dixi poſt Vinc.de pœniten.& remiſ.cum infirmitas.in fin. & vide in Spec.de empt.& vend,§. videndum. ver. quid ſi venditor equi. & verſic.ſequen.Aduerte.Dynus ſignans.l.denuntiaſſe. ſupra alleg.ff. de adul.pro contraria ad regulam:ſoluit quod in his quibus neceſſaria eſt denuntiatio,non ſufficit ſcientia,vbi vero ſola ſcientia eſt de ſubſtantia,non requiritur denuntiatio,&c.Ioan. And.Philippus Francus.

NOn licet actori 8.] Caſus hæc regula poteſt figurari per cap. prudentiam.ȝ.de mutuis peti.in antiq.Ponamus quòd à ſede Apoſtolica impetraui reſcriptum delegatorium ad aliquos iudices in cauſa quæ ſperabatur moueri inter te & me:& fuit commiſſa cauſa ipſis iudicibus cum clauſula, remota appellatione:Coram eiſdem iudicibus conueni te:& obtuli libellum meum : Cũ reſta-

5 Dynus ponit exemplũ per l. 1. ff. de ædili edict. §.aiunt.& §. ſi intelligãt. & l.ſi tamen. §. ei qui ſeruum.vbi emptor ſi ſcit vel ſcire debet rei vitiũ, ꝑ venditorẽ certificãdus non eſt. Ioã. And.

6 Quando venditor debet emptorẽ de ſeruitute certificare, textus eſt,& ibi Bart. ff. de euictio. Philip.

7 Vocandus eſt vt eligat: vbi enim vltra ſcientiam requiritur factũ alicuius, ei denũtiãdũ eſt.Bar.l.1.§. fin. ff. ſolu. matrimo. Phili.

8 Ioan.And. & Philip. dicunt captum in habitu laicali cõtinue geſto producentem litteras quib' vocatur cleric' & canonic': non probare clericaturã. Alber. in l. nõ debet. ff. eo.contra: ſecus ſi habitum clericalem geſtaſſet. ex litteris.de trãſ

ret per te,reum rñdere meo libello,voluiſti me reconuenire:&ob tuliſti mihi libellum reconuentionis; lite conteſtata in tua cauſa recõuentionis;& concluſo & renunciato in cauſa,iudex tulit ſententiam diffinitiuam ꝯ me ad tuum commodum & vtilitatem:volui appellare:vtrum poſsim,& an ſit appellationi meæ deferendũ? Rñdetur ꝙ nõ:quia nõ debet licere actori qđ reo licitum non exiſtit.

¶ *Prima gloſ.primo dicit vnde ſumpta:& ponit exẽpla.Secundo dicit quare ſic formatur regula. Tertio ponit quaſdam differentias.*

cet [a] actori, quod reo licitum non exiſtit.

¶ Idem.

## REGVLA XXXIII.

Mvtare [b] conſiliũ quis non poteſt, in alterius [c] detrimentũ.

a ¶ *Non licet actori.*] Hæc regula ſumpta eſt ex l.ff.eod.tit.l.non debet actori.Pone caſum 4.q.4.c.2.ibi, accuſatores & accuſati æqua audiantur ratione.ſ.de mu. pet. prudentiam. vbi remotio appellationis prodeſt reo, vt actori. ad hoc C. de proxi.ſacr.ſcri.in ſacris 3. §. & quoniam. lib. 12. [Dynus ponit exempla ſi reus poſt publicationem atteſtationum non producit teſtes. Item poſt litis conteſtationem nõ reuocatur procurator:ergo nec actor. in Auth. de teſt.§.illud.coll.7.ff.de procur.poſt litem.] Et facit ad hanc regulam ſ.eo. in iudiciis. & quod ibi dixi. Formata autem fuit hæc regula per hunc modum:quia fauorabiliores ſunt rei quàm actores:vnde ſi quid actori licet,multo magis reo, q fauorabilior eſt, vt ſ.eod.tit.cùm ſunt.ſed ea ratione qua parilitas eſt ſeruanda in iudiciis,vt in prædic.l.in ſacris.& ſ. eo. in iudiciis intelligatur idẽ iuris,& econuerſo, vt non liceat reo,quod non licet actori. Nota tñ ꝙ reus maiores habet dilationes quàm actor, vt ff. de fer.l.vlt. & reus habet deliberatorias,& non actor,vt in Auth.C. de lit.con teſt.Auth.offeratur.canonizata 3. q. 3. offeratur.Item ſi reus plures habet ordinarios,actor elegit vnum 1: ſaluo eo quod de ſcholaribus dr̃ in cõſtitutione Friderici.C.ne fil.pro patre. Auth.habita.& ſic actor recuſet ordinarium:quod nõ poteſt reus ſ̃m leges.de hoc C.de iud.apertiſsimi.& C.de iuriſd.om.iu. l. nemo. ſed ſ̃m canones bene recuſatur ordinarius.11.q.1.peruenit. de fo. comp. ſi quis ꝯ clericum.ſ̃m formam decr.de appel. cum ſpeciali. adhuc remanet differentia quo ad hæc:quia in prædicto caſu actor vnũ eligẽdo 2 reliquum ſola voluntate recuſat,quod non poteſt reus 3: immo neceſſe habet cauſam allegare,& coram arbitris probare, vt in prædict.decr.cum ſpeciali. & à principio habet proponi exceptio de ſuſpecto.de hoc plene 3.q.3.offeratur.de re iud. inter monaſterium.Ex ſuperuenienti autem cauſa recuſatur per actorem& reum.de offic.deleg.cauſam quæ.&c.inſinuãte. cum ſimil. Itẽ reus de maiori excõicatione excipit ꝯ actorem,ſed non actor ꝯ reum. de iudi.intelleximus.de excep.cum inter priorem.Item magis punitur contumacia actoris quam rei. quod probatur ſ. de dolo & contu.cauſam quæ.& ſ.eod.tit.actor,qui. & idem in ſimilibus. Et not.quòd ſi reus vult ſe onerare ſuperflua probatione, mos ei gerendus eſt,vt ff.de proba.l.circa.& facit hæc regula.

1 Iſtud eſt regulare per l. cũ clerici. C. de epis & cle.gl.in ver. eligat.cũ no. ſ.de offic.de leg.l.3. ff. de eo quod cer. lo. Philip.

2 Vel delegatum impetrã do recuſat ordinarium, tñ & quandoque reus impetrat. ſ. de reſcr. cęterum.& ibi dedi. cõcor. in princ. Ioã. And.

Mvtare.] Caſus in hac regula poteſt poni primo per cap.publicato.de elect.in antiq.Vacante eccleſia Pictauẽ. canonici illius eccleſiæ ſtatim conuenerunt in vnum pro electione futuri paſtoris celebranda:& ordinauerunt,ꝙ ipſi procederent ad electionem prælati per formam ſcrutinij:& elegerunt duos vel tres ſcrutatores ad recipiendum vota ſingulorum:ſcrutatis votis & publicato ſcrutinio,aliqui canonici videntes ſe deceptos ob aliquã cauſam,volunt recedere à ſua deliberatione,& volunt mutare cõſilium:Quæritur an poſsint?certe non: & hoc per rationem huius regulæ:quia quis mutare conſilium non poteſt in detrimentum alterius.¶ Item poteſt figurari per l.per fundum.ff.de ſerui.ruſti.prędio. Ponamus quòd ſint plures habentes aliquem fundum cõem, qui volunt imponere aliquam ſeruitutem ſuper ſuo fundo:certum eſt ꝙ antequam valeat impoſitio ſeruitutis,requiritur quòd omnes conſentiant in impoſitione ſeruitutis. Sed ponamus ꝙ aliqui iſtorum conſenſerunt in impoſitione ſeruitutis; cum poſtea dominus ſperaret habere conſenſum aliorum, primi volunt mutare ſuum cõſilium,& alij poſtea conſenſerunt: vtrum poſsint mutare ſuum conſilium in præiudicium fundi dominantis?Dicitur ibi quòd nõ, per rationem iſtius regulæ.

3 Et ſic eo caſu fallit regula. ff. eo. omnis defi. nitio. in fin. Ioan. And.

¶ *Prima gloſſa dicit vnde ſumpta,& ponit exempla:& remittit ad regulam,quòd ſemel.& ad caſus ibi exceptos, aliũ addẽs.*

b ¶ *Mutare.*] hæc regula ſumpta eſt ex l.ff.eo.tit.nemo poteſt mutare.Pone caſum in electione.8. q. 2. dilectiſsimi.ſ.de electio.publicato.& c.ab eo.lib.6.In eo qui ſeruitutem ceſsit,qui mutare nõ poteſt:licet nõdum ſocij ceſſerint.ff.de ſerui.ruſti.prædi.l.per fundum.ad idem C.de nego.geſt.l.vlt.ff.quorum lega.l.1.§. prodeſt.Illa igitur regula ſ.eo.quod ſemel.intelligitur ſecundum iſtam, ſcilicet quãdo ex mutatione voluntatis vel placiti alteri impedimentum vel detrimentum affertur, vt dixi:& fallit in caſibus ibi not. Item fallit in ſuo hærede abſtinente vel repudiante: qui re adhuc in eodem ſtatu manente adire poteſt:vel tempus ad deliberãdum petere.C.de repu.hære.l.vlt. ff. de iur. deliber.ſi quis ſuus 4 [Eodem modo reſpondetur ad l. ff. de col. bo. nonnunquam] Et facit hæc regula ad ea quæ not.ſ.de elect.in cauſis.

4 Glo. ſequitur Philip.

c ¶ *In alterius,&c.*] à contrario 5 vbi alteri non præiudicatur,licet mutare.Et ſic facit ad quæſtionem domini mei, quam ſcripſi ſ. eod.lib.de renun.c.2.in glo.exquiſite.in fi.Ioan.And.

5 Hæc gloſſula de nouella Ioan. And. huc eſt tranſlata.

¶ Idem.

## REGVLA XXXIIII.

Generi [d] † per ſpeciem derogatur.

† Iſta regula nõ procedit in ſpecie ſubiectiua,quia illa exempli cauſa poſita videt. Barto. in l.quæſitũ, §. vlt. ff. de fund. inſtru. Item regula non ꝓcedit vbicunq; per genus quæſitum eſt ius parti inuitæ inauferibile l. ſingulariter.C.qui potiores.

Generi.] Caſus poteſt primo figurari per c.ſtuduiſti.de offic. leg. Sed pro intellectu iſtius caſus eſt primo prę ſupponendum ꝙ legatus de latere, vel et alius legatus Papæ habet ordinariam iuriſdictionẽ in prouincia ſibi decreta,& concurrit cũ quibuſcunque ordinariis illius prouinciæ:ita ꝙ poteſt adiri etiã in prima inſtantia. CASVS.Ponamus ꝙ cum eſſet in hoc regno aliquis legatus Cardinalis qui dr̃ legatus de latere,& haberet ordinariam iuriſdictionem in tota prouincia ſibi decreta, Papa delegauit aliquam cauſam inter te & me epo Pictauẽſ. quæritur, vtrum iſte legatus de cauſa poſsit ſe intromittere:q̃a erat talis cauſa,in qua quilibet poterat eſſe actor & reus?Rñdetur ꝙ ipſe legatus nõ poteſt ſe intromittere:quia ſuæ generalitati derogatur per ſpecialem delegationem.¶ Item poteſt poni caſus per l.ſanctio legum.ff.de pœnis.Ponamus ꝙ à principe emanauit aliqua lex, per quam generaliter imponitur pœna omnibus ꝯfacientibus,vel ꝯfacientes puniuntur ad arbitrium iudicis:Aliquis fecit ꝯ aliquam legem antiquam,quæ imponit ſpecialem pœnam:vtrum illa noua pœna,quæ imponitur per legem nouam,extendatur ad legem antiquam,quæ habet ſpecialem pœnam?Rñdetur ꝙ non:quia quis duplici pœna puniretur. Item quia generi per ſpeciem derogatur: & ideo delinquens incurrit pœnam ſpecialem & non generalem. ¶ Pro declaratione huius regulæ opponitur de c. ex parte. de offic. deleg. in antiq.vbi eſt textus,ꝙ Papa mandauit alicui vt mihi prouideret de tali archidiaconatu in tali eccleſia proxime vacaturo, in qua eccleſia erant plures diaconatus:poſtea quidam alius à ſede Apoſtolica impetrauit reſcriptum & gratiam per quam mandabat Papa cuidam executori, vt ſi talis vellet reſignare ſuum archidiaconatum, reciperet illam reſignationem:& illi pro quo ſcribebat, conferret archidiaconatũ:& ſic pro illo Papa ſcribebat in ſpecie,& pro me ſcribebat generaliter:& tñ ibi dr̃,ꝙ ſi vacet archidiaconatus per reſignationem,debetur mihi & non illi pro quo ſcriptum eſt in ſecundo loco:licet ego haberem generalem gratiam, & iſte ſpecialem. Item arg.de c.cum ordinem.de reſcri.iuncto c.veniens.de præſcr. & c.ex tua.de fil.presbyterorum.in antiq.¶ Pro ſolutione iſtorum ꝯriorum reſpondet glo.ꝙ iſta regula primo fallit in priuilegiis,vt ſi alicui concedatur priuilegium generale:poſtea concedatur cuidã alteri priuilegium ſpeciale ꝯ illud priuilegium generale,nõ valet priuilegium ſpeciale,niſi faciat mentionem de generali. & ſic iſta regula non habet locum in priuilegiis:ſed habet locũ in reſcriptis.Sed adhuc in reſcriptis fallit,ſi reſcriptum generale venit purificandum in ſpecie,vt in c.ex parte.de offi.deleg.vt in primo cõtrario,litteræ generales erant purificandæ in primo archidiaconatu: & primus non erat conſecuturus plures archidiaconatus, ſed vnum tantum. Et ſic proprie non eſt exceptio ab illa regula.Item in c.ex tua.de fil.presby.in antiq. dr̃ ꝙ Papa conceſſerat priuilegium alicui epo,vt ipſe eps poſſet diſpenſare cum filiis ſacerdotum, vt ipſi licite poſſent tenere eccleſias in quibus ſui patres adminiſtrauerunt immediate:videlicet,vt filius poſſet habere illã eccleſiã,qđ eſt ꝯ ius:q̃a filius quantũcunq; legitimus nõ poteſt tenere eccleſiã ſui patris:ſed eps(vt dictum eſt) habuerat priuilegium, vt ipſe poſſet diſpenſare cũ iſtis:Accidit ꝙ antequam eps vteretur ſuo priuilegio,acceſsi ad Papam,& notificaui dño Papæ ꝙ talis filius tenebat eccleſiã, in qua ſuus pater immediate miniſtrauerat, quare petebã & ſupplicabã,vt Papa de illa eccleſia dignaretur mihi ꝓuidere:vnde Papa dedit mihi executorẽ,cui mãdauit, vt ipſe conferret mihi illã eccleſiã:dr̃ ibi ꝙ ſi eps diſpenſauerat cum filio antequã vterer litteris meis, ꝙ meus executor non poterit vti ſua iuriſdictione:& tñ litteræ meæ erant ſpeciales, & priuilegium epi generale,& generi per ſpeciem nõ derogatur? Reſpondet gloſſa ꝙ iſta regula etiam fallit iſto caſu,qñ virtute generalis poteſtatis eſt proceſſum ad diſpenſationẽ:ideo ſi antequam eps diſpenſaſſet præſentarem litteras meas & cœpiſſem illis vti:tunc per meas litteras,quæ ſunt ſpeciales,eſſet derogatum illi priuilegio generali.

¶ *Prima glo.dicit vnde ſumpta,& ponit exempla: Secundo dicit in reſcriptis loqui regulam non in priuilegiis,& cauſam reddit.Tertio ſignat contrarium,ſoluit,& remittit; & ponit dictũ gloſ.quòd tres caſus excipit:Quarto not.duo,& ad ſecundum ſignat contrarium,& ſoluit.*

d ¶ *Generi.*] Hæc regula ſumpta eſt ex l.ff.eo.tit.l.in toto iure.Pone caſum 93.diſt.cap.vlt.in diacono q eſt minor presbytero niſi in illo ſpeciali.c.in quo obtinet vices epi. Itẽ ſ.de offi. leg. ſtuduiſti. vbi de cauſa cognoſcit delegat' ſpecialis,nõ legatus generalis.ff.de pœnis.

Tenor l.ſanctio legum. ff.de pœnis.

pœnis.ſanctio legum, quæ nouiſſime certam pœnam generaliter irrogat his qui legis præceptis non obtemperant: ad eas ſpecies pertinere non vr̃, quibus ſpecialiter ipſa lege pœna addita eſt. concor. ff. de leg. 3. l. vxorẽ. §. codicillis. ſupra de reſcript. paſtoralis. §. 1. & de hoc eod. tit. c. 1. & 25. q. 2. in ſumma. Hæc regula habet locũ in reſcriptis ſiue primũ ſit generale, & ſecundũ ſpeciale, vt in prædict. c. paſtoralis. ſiue primũ ſpeciale, & ſecundum generale. vt eo. tit. abbatem. ſiue eod. tempore datum ſit generale & ſpeciale. ad hoc s̃. eo. lib. de reſcrip. c. penul. de reſcrip. autem ſpeciale non tollit priuilegium generale, vt eod. tit. cum ordinem. quod eſt contra: niſi de ipſo priuilegio fiat mentio in reſcripto, vt ibi. Voluerunt quidam huius regulæ dictum extendere ad priuilegia, vt ſecundum ſpeciale deroget primo generali: ſed hoc eſt falſum, quia ſemper valet primum, ſiue ſit generale ſiue ſpeciale, ſi in ſecundo non tollatur expreſſe. s̃. de præſcri. c. veniens. s̃. eo. decet. cum ſuis ſi. Ratio diuerſitatis eſt: quia per primũ priuilegium etiam generale conſequitur quis ſtatim plenum ius: ſed per primum reſcriptum generale non conſequitur quis plenã iuriſdictionem in ſpeciebus. de reſcrip. paſtoralis. & c. ad hæc. & ideo ſtatim tollitur facilius. Contra. s̃. de offi. deleg. ex parte. vbi ſecundum ſpeciale non derogat primo generali: ſed ibi ſi bene intueamur, vtrumque fuerat ſpeciale: & dic vt ibi 1 [Et vt dixi in prædict. decr. s̃. de reſcrip. ſuper ſi. vlti. gloſſ.] Notauit igitur Goff. s̃. de offi. leg. c. 2. quòd hæc regula fallit in tribus caſibus: In priuilegiis, vt de reſcrip. cum ordinem. & cum genus ad vnicam rem refertur, vt in hac decre. ex parte. & cum ſpeciales litteræ non exhibentur re integra, s̃. de fil. presby. ex tua. Nota ex hac regula quòd non tantum valet genus quo ad ſpeciem, quantum ipſa ſpecies. ad idem s̃. de appel. c. 2. eo. lib. de procur. qui ad agẽdum. ff. ſi quis cau. ſed & ſi. §. quæſitum. cum ſi. de hoc 23. diſt. quamquam. de offi. ord. ſi ſacerdos. Item nota quòd licet per ſpeciem generi derogetur, vt hic. & s̃. eo. lib. de præbend. dudum. tamen ſpecies ſub genere bene continetur. 13. q. 2. non æſtimemus. & prædicta decr. dudum. & optime. ff. de leg. 3. hoc legatum. vbi generale verbum, quæ vxoris cauſa parata ſunt, ſingulas continet ſpecies. & ff. quæ in frau. cre. l. vlt. §. 1. & ff. eo. tit. l. ſemper in generalibus ſpecialia inſunt. Contra. ff. de dona. l. filiusfamilias. vbi dicitur, ꝙ ſi filio conceſſum eſt donare, non poteſt mortis cauſa donare: niſi id ſpecialiter fuerit permiſſum: & ſic generali verbo, donatio, ſpecialis donatio mortis cauſa non continetur, quę ſpecies eſt, vt Inſtit. de dona. in prin. & eſt ſpeciale ꝙ ibi non tantum valet genus quo ad ſpeciẽ, quantum ſpecies, vt s̃. dixi. & poteſt eſſe ratio: quia de his non videtur actum vel cogitatum. C. quæ res pig. oblig. poſ. l. 1. vel quia quandoque genus, vt proprium attribuitur ſpeciei. ff. de adop. l. 1.

† Regula ꝓcedit ſi affirmatiue ꝓferatur: ſi negatiue, dic vt per Bart. l. 1. ff. de verbo. obligat. Philip.

Priuilegium ſpeciale non tollit generale: niſi de eo expreſſe mẽtio fiat.

1 Dic licet primum erat generale verbis, erat ſpeciale effectu. ad hoc l. boues. §. hoc ſermone. ff. d verb. ſigni. l. non poteſt. eo. titu. & eſt generale vbi habens ſpeciem nõ vtitur ſpecie. l. adoptio. ff. de adoptio.

ADDITIO. Dynus qui materiam huius regulæ, generi, &c. ſatis plene hic notauit, dixit eã exẽplificari poſſe in legatis, in ſubſtitutionibus, in cõtractibus, in legũ latoribus, & in reſcr. quẽ vide. I. A.

¶ Idem.

REGVLA XXXV.

PLus a † ſemper in ſe continet quod eſt minus.

PLus ſemper.] Caſus in hoc c. figuratur primo per c. ſi quis dederit. 24. q. 1. vbi dicitur ꝙ inter ſcholaſticos erat controuerſia quæ pœnitentia eſſet imponenda pro certo crimine, de quo in dicto cap. Aliqui dicebant ꝙ erat imponenda pœnitentia v. annorũ. alij vij. alij x. annorum: Vnde Papa approbat opinionem illorum qui dicebant, ꝙ pro illo crimine debebat imponi pœnitẽtia quinque annorum: quia illa pœnitentia imponenda plus continet in ſe id quod eſt minus. Item figuratur caſus per c. 1. de arb. eo. lib. Tu & ego litigabamus ad inuicem: vnde compromiſimus in tres arbitros, qui cauſam examinauerunt: & concluſo & renuntiato in cauſa, ipſi tulerunt diuerſas ſententias, nec poterant concordare in vnam ſententiam: quia vnus te condemnauit in xl. alius in xxx. alius in xx. quæritur quæ iſtarum ſententiarum valeat? Reſpondet ꝙ ſententia illius qui cõdemnauit te in minori ſumma, id eſt, in xx. quia omnes alij videntur conſenſiſſe in illam ſummam: & hoc per rationem huius litteræ: quia in maiori ſumma minor ineſt.

*¶ Prima gloſſa dicit vnde ſumpta, & ponit exẽpla, & commentat duas alias regulas: Secundo ſucceſſiue ſignat duo contraria, & ſoluit: Tertio ponit caſum exceptum, & exponit de quo pluri intelligatur regula.*

a ¶ *Plus ſemper.* 2] Hæc regula ſumpta eſt ex l. ff. eod. tit. in eo ꝙ plus. Pone caſum 24. q. c. ſi quis dederit. vbi quidam imponebant pœnitentiã x. annorũ, alij vij. alij v. & ibi canon hanc vltimã ſequitur. Item in arbitris pronuntiantibus quilibet diuerſo numero. s̃. eo. lib. de arbit. c. 1. & ff. de arbi. l. diem. §. ſi plures. & facit Inſtit. de ſeru. §. actus. vbi qui actum habet, ſcilicet ius ducendi hominẽ vel iumentum, vel vehiculum, habet & iter: ſed non econtrario. Et eſt hæc regula ratio quare in obſcuris ſequimur minimum: quia plus, continet in ſe minus: ſed non econtrario, vt dixi s̃. eo. in obſcuris. Et concor. ad hanc regulam j̃. eo. cui licet. Cõtra s̃. eo. lib. de præbend. cum in illis. §. vlt. vbi dr̃ ꝙ ſi mandatur prouideri de beneficio quod ſpectabat ad collationem capituli: non adiecto communiter vel diuiſim, nõ poteſt prouideri de beneficio qđ ſpectabat ad collationẽ alterius de capitulo. Sol. illud facit forma mandati, & intentio ſcribentis, qui alterum ſolum grauare nõ intẽdebat. Item contra hanc regulam & illam j̃. eod. cui licet. & illam j̃. eod. quod ob gratiam. & j̃. eo. in toto. & s̃. eo. lib. de præben. cui de non ſacerdotali. vbi ſi mãdatur alicui prouideri de præbẽda integra, etiã eo volẽte ſibi nõ poterit de dimidia ꝓuideri: vel ſi mãdatur prouideri de præbenda certi valoris, de præbenda minoris valoris etiam eo volente prouideri, nõ poterit. Ibi in fine patet ſolutio: quia id facit forma mandati quæ exacta diligentia eſt ſeruanda, vt ibi. Item fallit hæc regula in caſibus, vbi requiritur ſpecialis expreſsio: vbi genus quod plus eſt, non continet ſpeciem quod minus eſt, vt dixi ſupra regula proxima. Et nota ꝙ hæc regula locum habet in eo quod eſt plus quantitate: quod enim plus eſt, vtique tanti eſt: ſed plus qualitate, nõ includit minus qualitate, vt dicam infra eodem, cui licet.

a Dynus ponit exemplũ per l. q quartã ff. de leg. 1. vbi ſi teſtator intendẽs legare quartam, legauit dimidiã, debetur quartaquæ ineſt: & ſi intendens legare quinquaginta, legauit cẽtum. Item ꝑ l. 1. §. ſi ſtipulanti, ff. de verb. oblig. Ioan. And.

† Ioan. And quęrit hic an ſtatuta recipiant interpretationem vel extenſionẽ. vide eum, & Dynum đ materia regulæ.

Plus in qualitate, non includit min⁹ in qualitate.

ADDITIO. Et ſic ſoluitur contrariũ de l. ſolemus. ff. iudi. §. latrunculator. vbi conceditur merum imperiũ, & denegatur cognitio ciuilium: Nã illæ ſunt ſpecies diſtinctæ, vt not. ff. de iuriſd. om. iud. l. imperium. & ſic vna conceſſa nominatim, denegata ſit altera. arg. C. de procur. maritus. Dynus.

¶ Idem.

REGVLA XXXVI.

PRo poſſeſſore b † habetur qui dolo deſiit poſsidere.

PRo poſſeſſore,] Caſus in hac regula figuratur multis modis. Primo per c. eccleſia ſanctæ Mariæ. s̃. vt lit. penden. in an. l. ꝙ ſi dolo. ff. de rei ven. Tu poſsidebas rem quam aſſerebã ad me pertinere: non eſt dubium ꝙ poſſum agere contra te rei vendicatione. Sed quid ponamus ꝙ tu deſiiſti illam rẽ poſsidere dolo tuo, quia data opera ſcienter ad me fraudandũ deſiiſti illam rem poſsidere: numquid poſſum agere contra te rei vẽdicatione, & tecum agere ac ſi adhuc poſsideres? Reſpondetur ꝙ ſic: quia pro poſſeſſore habetur, qui dolo deſiit poſsidere: ideo poſſum te conuenire vtili rei vendicatione, & in ea veniet reſtitutio rei, ſi poſsis rem recupare à nouo poſſeſſore: Si autem reſtitutio non ſit poſsibilis, iudex te condẽnabit ad æſtimationem rei: quæ æſtimatio fiet per iuramentum meum: veruntamẽ ſi taxauero exceſsiue, iudex poterit reſtringere taxationem meam etiã poſt iuramentum, quia iſtud iuramentum eſt iuramentũ affectionis: quia iurabo ꝙ nollem carere illa re pro decem ſcutis, & non eſt iuramentum veritatis: ideo nõ poſſum redargui de periurio: ſed ſi eſſet iuramentũ veritatis, iudex nõ poſſet amplius reſtringere illã taxationem vel reſecare, vt in Auth. poſita ſuper l. properandum. C. de iud. Item poteſt caſus figurari per l. ſed & ſi. §. quod ait. ff. de pet. hær. Poſſeſſor pro hære de qui dolo deſit poſsidere certe poteſt conueniri ac ſi adhuc poſsideret ſecus ſi non deſiit dolo poſsidere, ſed caſu fortuito res periit: & hoc verum niſi eſſet in mora reſtituendi, vt in fine.

*¶ Prima gl. dicit vnde ſumpta, & ponit exẽpla. Secũdo dicit regulã intelligi nõ taliter, ſed in tantũ. Tertio dat ſimile, ſubdẽs de fictione. Quarto notat tria. Primo, hoc caſu quãdoque iurari in litem. Secundo, regulam etiam in prælato locum habere, tamen quo ad propria. Tertio notat contra regulam: & de probatione remittens dicit illũ verũ in eo, qui à principio ſine dolo poſſedit.*

b ¶ *Pro poſſeſſore.* ] Hæc regula ſumpta eſt ex l. ff. eo. tit. l. qui dolo deſierit. & l. parẽ eſſe. & l. ad ea. §. ſemper. Pone caſum s̃. vt lit. pẽden. eccleſia ſanctæ Mariæ. 2. ff. de rei ven. ꝙ ſi dolo. & l. ſi autem. §. ſed & is. vbi conuentus rei vẽdicatione, ſi dolo deſiit poſsidere, habetur pro poſſeſſore. Idem in conuento petitione hæreditatis. ff. de peti. hære. ſed & ſi. §. quod ait. & §. perinde inquit. Idem in conuẽto noxali. ff. de noxa. ſi bonæ fidei. ff. ſi ex noxa. cau. aga. l. 2. §. 1. Idem in conuento ꝙ vi aut clam. ff. quod vi aut clam. l. ſemper. §. antepen. & idem in ſimilibus. Hæc autem regula vera eſt quo ad hoc, vt in tantum teneatur qui dolo deſiit poſsidere, inquantum poſsidens: non tamen tenetur taliter: nam cõtra poſsidentem datur directa, hic autem datur vtilis, vt ff. de noxa. l. electio. §. vlt. [Et quia iſtæ non differunt in ſubſtantia. ff. de nego. geſt. actio. ideo effectualiter habetur pro poſſeſſore Dynus. & vide quod not. in Specu. de interro. §. 2. verſi. quid ergo ſi egis.] Quid ſit dolus dixi s̃. eo. tit. ſcienti. Et eſt ſi. ad hanc regulam s̃. de dolo & contu. contingit. vbi ille qui cauſa rei ſeruandæ non poteſt adipiſci poſſeſsionem ob dolum vel potentiam rei, elapſo anno efficitur verus poſſeſſor, ac ſi poſſediſſet corporaliter. ad idem ff. de dolo. & eleganter. §. ſi dolo. Et not. hic de fictione: quia ius fingit eũ poſsidere qui non poſsidet in veritate. & Imperator: Conſentaneũ nobis eſt, vbi nulla ſtipulatio fuit interpoſita, intelligi eã adhibitã. C. de rei vxor. act. circa princ. ad idem ff. de adopt. ſi arrogator. 16. q. 3. ſi ſacerdotes. de transla. inter corporalia. & facit quod dixi s̃. eo. ſine poſſeſſione. Dixit tamẽ lex ꝙ per fictionẽ iuris veritas nõ cõfundit̃ nec deletur. C. de iure dot. in rebus. Et not. ꝙ contra eum qui dolo deſiit poſsidere, & fecit vt non haberet poſsibilitatem dandi, iuratur in litem ad æſtimationem rei: & ibi præcedit iuramentum, & ſequitur iudicis taxatio, & eſt ſpeciale: quia illud iuramentũ eſt de

affectu

affectu non de veritate.quod dic vt plene not.ff.de in lit.iuran.videamus.§.iurare.Item not. ꝙ hæc regula locum habet in priuato, & etiam in prælato quò ad bona propria. Si autem eccleſia deſinat poſsidere dolo prælati,non habet locum in eccleſia iſte rigor: quia delictum perſonæ,& c.vt ꝫ.eo.delictum.cum ſuis concor. & hoc not. Ber. ſecundum Lau.ꝯ.vt lit. pen. eccleſia,1.in vlti.glo.Itē not. quòd regula dicit,dolo: quia ſine dolo tempore quo mota eſt lis, vel quo res iudicatur,deſiit poſsidere, abſoluitur,ꝯ. de exceptio,aduerſario 1 .ff.de rei ven.ſinautem,circa princ.Sed ſi iterum incipiat poſsidere,& iterum agatur contra eum , non obſtat exceptio rei iudicatæ vt ibi dr̃.Si agens dicat reum dolo deſiiſſe poſsidere;reus autē dicat ꝙ deſiit ſine dolo:quis habeat probare,quæri ſolet.de quo dic vt not.per Ber.in prædic. decre.de exceptio.aduerſario.& quod ꝯ.dixi, ꝙ qui ſine dolo poſſedit. Si autem à principio doloſe poſſedit:puta per vſuras, furtum,vel rapinā,vel ſimili modo:etiam ſi ſine dolo poſsidere deſiit:puta naturali interemptione,vel caſu,vel furto,vel violentia:nihilominus tenetur. ꝯ. de vſur.cum tu.de rap,ſuper eo.& C.de fur. ſubtracto. ff. de vi & vi arma.l.1.§.rectiſsime.& facit quod dixi ꝯ.eod.mora.

† Vltra Dynū hic declarantē regulā, vide Phi. ponentē viij. limitationes. & lege Do. meum.§.ꝙ ſi quis.Inſtit.đ inuti.ſtip. & Papor.c.dilectus.nu. 6.đ ꝓben.doctores c, turbat. c.ſi quid.37 diſt.

betur [a],ꝗ dolo deſiit poſſidere.

¶ Idem.

## REGVLA XXXVII.

VTile [b] † non debet per inutile vitiari.

a ¶ *Habetur.*] quò 1 ad ſui damnum,non quò ad commodum:vnde poſſeſſori cauetur,non ei qui dolo deſiit.ff.de rei vendi.l.hæc ſi res.& l.is qui dolo.Ioan.And.

1 Ibi dicit Bernar. ꝙ ſi poſſideat tēpore litis conteſtat. p̃ſumitur dolo deſiiſſe:niſi cōtrarium probet. Dynus plus dicit hic ſcilicet, idem ſi poſt libellū receptū : vel ſi denunciauerat ſibi actor ſe daturum libellū. allegat ff,ex qui. cau. in poſ.ea.l. 2. & quod not. eod. Fulcinius. §.quid ſit latitare. allega.etiam l. ſi fundum C.de rei vendica. & de eden.l.quædam.§.nihil. Ioan.And.

VTile non debet.] Caſus primo figuratur per l.ſancimus. C.de dona.licet quilibet ſit moderator rei ſuę,tn̄ iura volunt vt ꝗs non poſsit facere donationē vltra ſummam centum aureorū abſq; inſinuatione,& donando immenſe,ius pręſumit ꝙ ibi ſit aliqua circumuentio:ideo iura volunt,vt antequā fiat talis donatio,quòd denūtietur iudici.Sed ponamus ꝙ donaui alicui ſummā mille aureorum:vtrū iſta donatio annihiletur in totum, vel valeat in ſumma centum aureorum quam poſſum donare?Rn̄detur ꝙ valet talis donatio vſque ad ſummam legitimam,ſed vltra non valet : & hoc per rationem huius litterę:quia vtile non debet vitiari per inutile: quod verum eſt quādo vtile ſeparabile eſt ab inutile. Item poteſt caſus figurari per cap.ſi quos.12.q.2.Dicitur ibi,ꝙ eṗs vel alius pręlatus eccleſiæ,ſeruum eccleſiæ bene meritum poteſt manumittere:licet manumiſsio ſit alienatio : & prælatus eccleſiæ non poſsit alienare res eccleſiæ,maxime mancipia. Sed ponamus quòd prælatus eccleſiæ alicui ſeruo bene merito dedit libertatē, & vltra dedit ſibi aliquā poſſeſsionem eccleſiæ : certum eſt quòd donatio illius poſſeſsionis eccleſiæ non valet:ſed vtrum propter adiectionē iſtius donationis inutilis vitietur manumiſsio ? Reſpondet ꝙ non: & hoc per rationem huius litteræ:quia vtile non debet per inutile vitiari:quia manumiſsio erat vtilis : ideo non poteſt vitiari per adiectionem donationis rerum eccleſiaſticarum,quæ eſt inutilis.

¶ *Prima glo.ponit exempla:Secūdo vltra tria exempla alleg.ad hanc partem Brocar.xxij iura ſcilicet ix. can. iiij. decr. & ix.ll. Ad partem contrariam alleg.ij can.iij.decre.& iiij.ll.ponit ſolu.Barth.Brixien.demum plenius ſoluit reſpondens ad cōtraria.*

b ¶ *Vtile non debet.*] Pone caſum.12.q.2.ſi quos de ſeruis. vbi eṗs manumiſit ſeruum bene meritum,cui dedit vltra xx.ſed illud amplius tantum reuocabitur ſupra de præbend. dilectus. vbi confirmatur factum legati in vno capitulo & non in alio.C.de do.ſancimus.vbi tenet donatio pro parte,& pro parte non tenet. [Dynus ponit exmplum per l.ſi duobus.§.hæres.ff.de lega.1. vbi debetur legatum ad quod præſtandum damnatus eſt hæres & non hæres.] Et not.ꝙ hoc eſt Brocardicum ; & pro hac parte faciunt iura ꝯ.inducta.ad idem 37.diſt.turbat.& c.ſi quid veri.1.q.1.nonne Sodomitæ.& c.dominus declarauit.12.q.5. quia. 17. q.4.quæſt.22.q.4.inter cætera.23.q.4.quid ergo.de conſecr.diſtin.4.ſi non ſanctificatur.ꝯ. de arbit.cū tēpore.de do.Apoſtolicæ.& quod ibi not.de teſt.Raynutius.& c.Raynaldus.Inſti.de inuti.ſtipu.§.quod ſi quis.vbi ſi ſtipulor mihi & alij , tenet ſtipulatio pro dimidia , pro alia dimidia non. ff. de vſu. vſuras. vbi illicitæ vſuræ etiam miſtæ ſorti non vitiant ſortem.& eod.tit.l. placuit. vbi ſtipulatus vſuras vltra modū licitum,vel vſuras vſurarum , licitas tantum petit, licet non vltra. & ff.de iu.do.l.ſiue generalis.vbi ſi generalis procurator , vel ſpecialiter dotis dandæ cauſa conſtitutus amplius quàm fuerint mulieris facultates promiſerit:non valet ipſo iure promiſsio in ſuperfluo:ſed vſque ad licitū modū bn̄.& C. de tranſact.ſi ex falſis. vbi trāſactio tenet pro parte,& pro parte non. C.de vſu. cum allegas. C.ſi cer.peta.ſi pro mutua.vbi pœnæ præmiſsio tenet vſque ad legitimam quantitatem vſurarū & non vltra.& C.de ſecun. nup. hac edictali.§.ſi vero. vbi ſi vltra ſtatutum modum relinquitur vitrico vel nouercæ , id quod plus eſt ſolummodo reuocatur.C.de liber. præter.vel exhære.Auth.ex cauſa.vbi dr̃ ex cauſa præteritionis vel exhæredationis irritum eſt teſtamentum quantū ad inſtitutionem: cætera namque firma permanent 3 : per quæ & ſimilia probatur vtile per inutile non vitiari.Econtra, quod vtile vitietur per inutile probatur. 9. diſt. ſi ad ſacra. 23, diſt.c.quorundam. 3.q.9.pura.ꝯ. de offi.deleg.cum ſuper.& c.ſuper quæſtionū.§.ſi vero. de re iudi. ad probandum. ff. de aqua quotid. & æſtiua.l. 1. §. item quæritur. ff.de arbi.l.Pedius.aliàs incipit, parui refert. vbi compromiſſum in ſeruum & liberum factum, non tenet. ff.de tranſactio. cum hi. §. prætor. vbi requiritur totum vtiliter geſtum. & Inſtit.quib.mod. tol. obligat.§.præterea. vbi prior ſtipulatio vtilis vitiatur prætextu ſequētis nouationis , licet ſit inutilis.Solu.dixit Bartho.Brixien.& hoc not.3.q.9. pura.quod vtile per inutile vitiatur, vbi in iure id inuenitur expreſſum:aliàs nō.Vel dic plenius,ꝙ regulariter 4 vtile non vitiatur per inutile,vt hic patet;vides enim ꝙ hæc pars probandi,ſcilicet negatiua,hic ponitur pro regula.Habemus igitur ſtare regulæ niſi ſpecialitatis ratio , vel caſus ſpecialis ꝯ regulā appareat , vt dixi ꝯ.in rubrica. Eſt autē ꝯ hanc regulam caſualiter inuenire vtile vitiari ꝑ inutile,vt in ꝯriis.Et eſt ſpecialitatis ratio , quia vtile & inutile ſunt inſeparabilia 5 , vt vides in cap.quorundam.in decreta.cum ſuper.& in l.Pedius. & in decre. ſuper quæſtionum. & in decre. ad probandum. in l. Pedius. & in omnibus ꝯriis probatur optime hæc ſolutio. ff. de aqua quotidia. & æſtiua. l. 1.§,Trebatius.& §.item quæritur.dr̃ enim in §.Trebatius.ꝙ ſi habeo ſeruitutem ducendi ad aquam certum numerum, pecorum,ſi plus ducā,ſuperflua poterit dn̄s remouere. & in §. itē quæritur.dr̃,quod ſi habeo ſeruitutem ducendi certam aquam per fundum tuum,& ego aliam aquam illi miſceo,quod à toto potero prohiberi.Ratio ergo diuerſitatis eſt:quia pecora ſeparabilia ſunt, aqua miſta inſeparabilis:ideo in primo prohibeor ſolum à ſuperfluo,in ſecundo à toto. Item probatur optime.ff. de ædilit.edict.l. plerumque.& l.ædiles.§.cum autem.& §.ſeq.vbi ſi difficilis eſt ſeparatio,redhibibito vno,redhibetur & reliquum. ad idē ff. de leg. 1. plane.in princi.ff.de verborum obliga.l.1. §. ſed ſi mihi. & l.quæ extrinſecus.cum ſimilibus.Colligitur ſolu.ff.de vſur.l. pecuniæ. 1. rn̄ſo.in vlti.glo.Arg.contra ff.de dona.inter virum & vxo. ſi ſponſus.§.2. Sed illud ſpeciale donationum fauore.Item ꝯ prædicta. ff. cōia prædia,l. proprium ſolum. vbi ſi vendo proprium ſolum , ita vt mihi & vicino ſeruiat:mihi ſoli & non vicino ſeruitus acquiritur. & ff. quod cum fal.tu.l.1.§. ſed Pomponius. vbi ſi verus tutor auctoritatē præſtitit cum falſo tutore,tenet ipſius veri tutoris auctoritas.Et ideo ſubdiſtinxerunt quidā ſi vtile & inutile ſunt inſeparabilia,& vitium eſt in re:tunc vitiatur, vt ſupra dictum eſt. Si autem vitium eſt in perſona adiecta,tunc non vitiatur:& ſic intelligantur hæc ꝯria,Sed hæc ſolutio reprobari vr̃ per prædi.decreta. de offic.delega.cū ſuper. & ideo poſſet rn̄deri ad prædict. l. quod cum fal. tut. ff. vt ibi not. Bernard. Vel poſſet dici quod in illa l. verus tutor & falſus auctoritatem non ſimul, ſed ſeparatim præſtiterunt : & ideo cum actus commiſcui non fuerint , vtile non habet per inutile ſeparari .ad l.propriū. ff. cōia prædi. bene fateor ꝙ ſeruitus eſt res indiuiſibilis : ſed ibi vendens ſeruitutem integram ſibi & integram vicino acquirere voluit 6. Seruitus autem vicini bene eſt ſeparabilis à ſeruitute vendentis:& ideo altera vtilis per alteram inutilem non vitiatur.Ad leges autem ſuperius allegatas, ff.de arbi.l. Pedius. & ff. de tranſactio,cum hi. §.ſi prætor. dico ꝙ ibi non erant duo quorum alterum vtile eſſet,alterum inutile:ſed vnum ſolum,ſcilicet tranſactio ſuper alimentis in ſecundo caſu inualida:quia nō quæſierat prætor de omnibus quæ mandat orator. in primo caſu vnum fuerat compromiſſum,& nō duo. Sed ad hoc vltimum eſt melior prima ſolutio. Videtur tamen fallere prædicta ſolutio in caſum,ff.de fideiuſſo. l. Græce. §. illud. vbi dicitur quòd ſi fideiuſſor obligatus eſt in duriorem cauſam quàm principalis,omnimodo non obligatur:ſed ſecundum opinionem illam, quæ exponit omnimodo non obligatur , in eo ſcilicet quod excedit,non contradicit.

2 Hæc gloſſula ex nouella Ioan. And.huc eſt tranſlata.

3 Quia in illis filius non dehoneſtatᷣ, ſicut per inſtitutionē extranei & in appellatione cæterorū cotineantur fideicōmiſſa. tabulæ pupillares : dixi poſt Ignem. legens Picta. Authen. ex cauſa.C đ li. præte.

4 Idem Accur.ī ꝓalleg. l.Pedius.Sed dicebat Dynus ſolutionē nō ſufficere,niſi caſuū exceptorum ſpecialis ratio reddatur.Ioa, An.

5 Idē Io.Mo. hic,& Phili.

6 Sed in l.Pedius. nō fiebat inſolidū cōpromiſſū, qa tunc ſeꝗ̃ vt in l.ſeq. ſed cum ita. Ioan An.

¶ Idem.

## REGVLA XXXVIII.

EX eo non [c] debet quis fructum cōſequi,quod niſus

EX eo non debet.] Caſus figuratur per l.Papinianus.§. meminiſſe.ff.de inofic.teſta.Pater meus inſtituit extraneū hæredē ſuū, ꝙ me filium ſuum exhæredauit , tn̄ per ſuum teſtamentum legauit mihi aliquam rem : puta pratum,vineam,vel domum : hæres ſcriptus poſt mortem patris adiuit hæreditatem:hæreditate adita conueni hæredem ſcriptum querela inofficioſi teſtamenti:ſuccubui in querela : quia hæres probauit quod commiſeram ingratitudinem erga patrem meum:volo poſtea capere legatum mihi relictum in teſtamento?Reſpondet quòd non poſſum:quia non debeo habere legatum ex teſtamento quod niſus fui impugnare.

¶ *Prima gl.ponit exēpla;Secūdo dicit tria debere cōcurrere:ſcilicet quòd ꝑſeueret,quòd nō ratiōe officij id faciat,& quòd idē ſit capitulū.Tertio inducit cōcor.& ſimile.Quarto cōuertit regulā.*

c ¶ *Ex eo non debet.*] Pone caſum in eo qui dicit decretales epiſtolas non eſſe Authn. quia nullā debet pro ſe allegare. 19.diſtin.ſi Romanorum.ad idem 8. diſt. quo iure. Item pone in eo qui impugnat compoſitionem,qui ex ea beneficium non conſequitur.ſupra de cenſi

de cenſi.cum olim.Item in eo qui impugnat teſtamentum, dicens illud inofficioſũ:qui ſi id improbe dixit & ſuccubuit 1, quicquid ex teſtamento capiebat,perdit.ff.de inoffi.teſta. Papinianus.§. meminiſſe.ad idem 13.q.2.quàm præpoſterum.ſ.de teſti. præſentium. C.de iis quibus vt indig.l.alia cauſa eſt.Et dicit lex: abſurdum eſt quẽ redire ad id quod ſemel renuntiandũ putauit. C. de re. credi. ſi quis iuſiurandum. Et facit ad hanc regulam ſ. eo. quod ſemel.& qđ ibi dixi.Et quod hic dicit: niſus extitit.dic cũ effectu, ſaltem quantũ in eo fuit:quia perſeuerauit:Si autem ſimpliciter proteſtaretur,ſecus eſſet, vt intelligit Ber. prædict. decret. de ſti.præſentium.Idem ſi inciperet agere vel excipere, & deſiſteret ante ſententiã 2, vt probant prædictæ leges.§.meminiſſe. & l.alia cauſa eſt.& hoc not.Ber.in prædicta decret. de cenſi.cũ olim. [Et hic Ioan.Mo.allegat verba intelligenda cum effectu.de cleric.non reſiden.relatum.hæc allegatio non vr̃ bona:quia effectum non habuit qui ſuccubuit,ſed intellexit effectum ex perſeuerãtia.] Et qđ dicit hæc regula, verum intelligo niſi forte ex neceſsitate officij habuerit impugnare 3:nam tunc proprio nomine fructum cõſequi poſſet.hoc probatur 3.q.7.§.tria. & cap. infames. verſi. ſi ꝯ patrem pupilli.ff.de poſtu.l.vlti.ff.de iudi.Iulianus ait. & melius C. de admini.tuto.vel cura.cum quædam.vbi filius præteritus à matre, tutor vel curator inſtituti hæredis hæreditatem adeundo nomine pupilli ſibi non præiudicat.ad hoc ſ.eod.lib.de elect. c.penult.§.porro.Item licet quis impugnet ſententiam in vno cap.ex alio cap.cõſequitur fructũ.de teſta.Raynutius. & cap. Raynaldus. & facit qđ dixi ſ.regula proxi.Et concor.ad hanc regulam 1.q.7.c.1. & 96.diſt. ſi Imperator.de poſtul.c.vlt.Et ſimile eſt quod dr̃, Fruſtra legis implorat auxilium,& c.de vſu. quia fruſtra. Item not. ꝙ ſicut nõ debet quis conſequi fructum ex eo quod impugnat,vt hic:ita econuerſo non debet quis impugnare id ex quo fructum conſequitur. 19.diſt.c.1. 3.q.3.ſi quis teſtibus. 3.q.8. cuius in agendo. de cenſi.cũ olim.in fi.ad hoc de tranſa.ex litteris.& aperte ff.de iur. dot. l. cũ in fundo.ver.& ſi quidem.ff.ſolut.matri.ſed & ſi ideo. Et hoc ſane intelligas ſecundum ea,quæ dicta ſunt ſupra in alio caſu.

1 Hoc dicitur: quia ſi obtinuiſſet, certum eſſet ex illo legata non deberi,vt in l.ſtatimallega.§. ſi ex cauſa. & l. Titia. Ioan.And.

2 Et ſic etiã reſpondetur ad l. poſt legatum. ff.de iis qui.vt indi.Io.And.

3 Vel dic ꝙ aliud eſt dicere, teſtamentum falſum, aliud inofficioſũ: quia ſic perduntur legata. ſi autem dicatur minus ſolẽne, legata non perduntur, Dyn. Io.An. c.ſi. de iureiuran. ſupra eo. item reprobans, & tamen ſuccũbens, vtitur remediis ſui aduerſarij exemplũ, expoſitione negata nõ adiuuaris: dixi ſupra eo. de confeſ. c. 1. tamen p probationes poſitionis negatę bene adiuuaris: vt docet Philippus.

¶ Idem.

REGVLA XXXIX.

Cum quid [a] prohibetur, prohibentur omnia quæ ſequuntur ex illo.

Cum quid.] Caſus in hac regula figuratur multis modis. Primo,per c.deniq; 3. diſt. hoc modo.ſtatutum fuerat ante illud c.denique.quòd omnes Chriſti fideles ieiunarẽt diebus quadrageſimæ,& ſic abſtinerent ab eſu carnium:Ex qua conſtitutione inſurgebat dubium, vtrum diebus quadrageſimæ eſſet licitum vti ouis, caſſeo,lacte,& aliis lacticiniis?deciditur in illo c.ꝙ non:quia cum prohibitus ſit eſus carnium, videntur prohibita quæ trahunt originem ſementinam à carne:nam cum quid prohibetur, prohibentur omnia quæ ſequuntur ex illo.¶ Item poteſt poni caſus per ca. eos.81.diſt.ſic.Ponamus ꝙ aliquis in pœnam ſui delicti fuit ſuſpenſus ab officio:vtrum in conſequentiam videatur etiam ſuſpẽſus à beneficio?Rñdetur ꝙ ſic:quia propter officium datur beneficium. Et cũ quid prohibetur, prohibentur omnia quæ ſequuntur ex illo: ¶ Itẽ figuratur caſus per c.paſtoralis.de app.in anti. Alicui ꝓpter contumaciã ſuam vel delictum ſuũ eſt prohibita cõio Eccleſiæ, in qua eſt ſtipendiatus:vtrum videantur ſibi prohibita ſtipendia ordinaria illius eccleſiæ?Reſpondeo ꝙ ſic, per rationem huius regulæ.

¶ *Glo.ſeq.ponit exempla.*

a ¶ *Cum quid.*] Pone caſum in prohibito à carnibus:qui prohibitus intelligitur ab omnibus quæ trahunt ſementinam originem.4. diſt.denique.Et prohibita cõcupiſcentia per legem, prohibita intelliguntur omnia mala quæ ſequuntur ex illa.de conſti.nã cõcupiſcentiam.Item prohibita alienatione,prohibita intelligũtur venditio,donatio,manumiſsio,& c.C.de reb.alie. non alie.l.vlti.ad idẽ de rebus eccle.non alie.nulli.Item prohibito officio & beneficiũ. 81. diſt. eos. Item & furto prohibito, prohibetur omnis rei alienæ illicita vſurpatio:& prohibita mœchia:omnis illicitus concubitus prohibetur.14.q.5.pœnale.32.q.3. meretrices.Et cui prohibetur eccleſiæ communio,& eius ſtipendia prohibita intelliguntur. de appel.paſtoralis.in fine.ad idem ff.de ſer.expor. l. cui pacto. Et concor.ad hanc regulam j.eo.acceſſorium.

ADDITIO.Eſt regula huic ſimilis:Aliquo prohibito, omne id prohibetur,per quod peruenitur ad illud. & hæc loquitur de conſequentia prohibitionis mediorum, per quæ peruenitur ad extremum. Iſta vero loquitur de conſequẽtia prohibitionis extremorũ, quæ procedũt ex primo prohibito. Et in hoc ſimili pone exemplũ. ff.de ſponſa.l.oratio.& ibi concor.Ioan.And.

4 Facit hæc reg. quòd p duos teſtes reprobetur inſtrumentũ optimũ. C. de contra.& commi. ſtipula.Phi.citat c. tertio loco. de teſtib. dic de prob. vide docto.l.in exercẽdis, C. de fide inſtru.Ioa.An. hic.

*Pluralis locutio.*4.] Caſus in hac regula poteſt figurari per c. hoc quoque.de conſec. diſt. 1. Iure cautum reperitur,quod cũ ſacerdos Miſſam celebrat, de honeſtate debent eſſe plures audientes,vt illa verba,Dominus vobiſcũ:poſsint verificari:Sed quæritur quot debent eſſe præſentes?Reſpõdetur ꝙ ſufficit ꝙ ſint duo:quia pluralis locutio,duorum numero eſt contenta.¶ Item poteſt caſus figurari per c.is cui.§.1.de præb.ſ.eo.lib.Papa diſpenſauit mecum, vt poſſem obtinere plura beneficia,aliter nõ declarando: Quæritur quot beneficia potero obtinere virtute diſpẽſationis?ibi dr̃ ꝙ virtute illius diſpẽſationis potero ſolum obtinere duo bñficia:q a cũ diſpẽſatio ſit odioſa, eſt reſtringenda: & in odioſis ſufficit qđ verba poſsint verificari:& illa verba verificabuntur in duob⁹ beneficiis: quia pluralis locutio, duorum numero eſt cõtenta.¶ Item poteſt caſus figurari per l. libertas. §. poſt annos.ff. de manumiſ.teſtamen. Aliquis Titius veniens ad mortem ſuum condidit teſtamentum, & in teſtamento ſuo cuidam ſeruo legauit libertatem poſt annos: quæritur poſt quot annos ſeruus conſequatur libertatem?Reſpondetur poſt duos annos,quia verbum,annos, verificatur in duobus per rationem huius regulæ.

¶ Idem.

REGVLA XL.

Pluralis locutio [b], duorum numero eſt contenta.

¶ Idem.

REGVLA XLI.

IMPVTA-

¶ *Prima glo.ponit exempla.Secundo opponit de vna.l.& dupliciter ſoluit. Tertio dicit in teſtibus regulã procedere:vbi numerus nõ adijcitur,opponens 16.caſus vbi plures quàm duo requiruntur. Quarto dicit regulã in pronominibus locum nõ habere.*

b ¶ *Pluralis locutio.*]Pone caſum de conſecr.diſt.prima.hoc quoque.ibi,Dñs vobiſcum.duos numero comprehẽdit.Item ſ.eo. lib. de præben.is cui.§.1.vbi beneficiorum nomine duo tantum beneficia continentur.Item per l.ff.de manumiſ.teſta.l. libertas. §. poſt annos.nam ſi legetur libertas ſeruo poſt annos,de duobus intelligitur.Item ſi promittitur vel legatur poſt dies,de duobus intelligitur.ff.de ver.ſignifica.l.inter illam.§.ita datam.Itẽ per l. ff.de teſti. vbi numerus,vbi ſunt hæc verba,& 4. q.3.vbi numerus. Contra. ff. de opt.leg.l.1.vbi dicitur,quòd ſi alicui legata eſt ſeruorum optio, tres eliget. Solu. ſpeciale eſt in fauorem vltimæ voluntatis, vt ibi potius ſequamur quoddam medium,quàm minimum:quia ad minus de duobus intellexit,ex quo dicit in plurali,& forte de pluribus:ſequamur ergo quoddam medium, & ſic optet tres. Vel dic, vt ibi not.quod ibi legatus fuerat equus vel ſeruus,quem ſerui teſtatoris elegerint:quot ſeruos legatarius optare debeat?tunc optabit tres ſeruos qui eligent ſibi equum vel ſeruum legatum:& ideo tres, quia duo de facili diſcordarent. 8.q.1.nec nouum.ſ. de arbit. cap.1. ff.de arbi.item ſi vnus.§.principaliter. Et quod hic dicit, ꝙ pluralis locutio eſt contenta duorum numero,verum eſt regulariter,& vbi eodem vel alio iure non adiicitur numerus,vt in prædicta.l.vbi numerus,canonizata.4.q.3. c. vbi numerus. In cauſis igitur & inſtrumentis regulariter duo teſtes ſufficiunt: interdum tñ vnus ſufficit,vbi ſcilicet nulli ſit præiudicium. de conſecra. diſt. 4. placuit.& multi ſunt caſus in quibus requiruntur tres ad minus. Primo in depoſitione pecuniæ. in Authen.de fide inſtru. §. ſi quis igitur.coll.8.item qñ imperitus litterarũ ꝯhit in ſcriptis.C. ſi certũ peta.l.vlti.5.In inſtrumento de quo ſit comparatio.C. de fide inſtr. l.penult. Qñ pater legitimat filium naturalem in inſtrumento publico.in Authen.vt liceat matri & auiæ. §. ad hæc.coll. 8. Quando mulier fatetur ſe pro interceſsione aliquid recepiſſe.C.ad Vell.antiquæ. Quando quis vult infirmare teſtamentum quod facit poſt tranſcurſum decennij:C.de teſta.ſancimus.In inuẽtario.C. ad leg. Fãl.Authen.ſed cum teſtator.In priuata ſcriptura, vt fidem faciat. C. qui po.in pig. ha. l. ſcripturas. Item quinque requiruntur dum ꝯctus excedit libram auri in ciuitate.C.ſi cert.peta.Authẽ.ſed nouo.& in codicillis.& donatione cauſa mortis ſimiliter quinq;. C. de dona.cau.mor.l.vlti.Item in teſtamentis, cõiter ſeptem:in teſtamento tñ cæci, octo. C. qui teſta.fa. poſ. hac conſultiſsima. aliqñ quinque,vt in teſtamento ruſtici,vt in municipiis, & villis, vbi eſt hominum raritas.C.de teſta.l.fin. Aliqñ ſufficiunt duo vel tres, vt in teſtamento facto inter filios & nepotes.C.de teſta.hac cõſultiſſima.Item interdum requiruntur xv.teſtes.C.de proxi.ſacro. ſcri. l.vna. Interdum plures.2.q.4.præſul.& ca.ſeq.Vide plenius de his in Specu.de teſte.§. reſtat de numero.Et not. ꝙ id quod hic dr̃ de plurali locutione,non habet locum in promotionibus,vt nos,vos, veſter,& c.nam vnus prælatus ſcribit & ei ſcribitur in plurali: & Papa ſemper de ſe ſcribit.ſic ſ.de cri.fal.quàm graui.

Teſtis vnicus ſufficit vbi nulli ſit præiudiciũ.

5 Hæc lex Codicis requirit tres teſtes: ſed Auth.ſed nouo. ibi poſita requirit quinque. & dic vt ibi notat Ioan.An.

Teſtes requiruntur in diuerſo numero ſecũdum diuerſitatẽ caſuum, vt iure cautur.

*IMputari non debet 6.*] Caſus figuratur per cap.cum ſit Romana. de appel.in antiq. Certũ eſt ꝙ appellans debet appellationẽ ſuam proſequi infra annum:& ſi non fuerit appellationem proſecutus infra annũ, appellatio ſua efficitur deſerta:Sed ponamus ꝙ non ſtetit per appellantem quo minus proſequeretur ſuã appellationem:vtrum appellatio ſua efficiatur deſerta,vel debeat ſibi dari alius annus? Rñdetur ꝙ ex quo fecit diligẽtiam ſibi poſsibilem, debet ſibi dari alius annus:& ſi in ſecundo anno fuerit impeditus: licet de mero iure ſua appellatio ſit deſerta,tñ per beneficium reſtitutionis conſequetur aliud tempus ad proſequendum ſuam appellationem, ¶ Item poteſt caſus figurari per c.commiſſa. §. 1. ſ. de elect.

6 Per hanc reg. dicunt Ioan.And.& Philip.quòd Diacon⁹ differens ſe vſque ad finẽ anni ordinari, ſi tunc caſu ordinari non poſſit: nõ habet locum c. licet canon. ſupra de elect, cũ prius nõ fuerit in mora. l. lecta. ff. ſi cer.per.item niſi caſus cõtigiſſet,momento quodãmodo ordinatus fuiſſet. ergo per l. Cæſar. ff. de publi.

de elect. Certum eſt de iure, ꝙ promotus ad eccleſiam parochialē debet promoueri infra annum ad ſacerdotium: & ſi nō fuerit promotus ad ſacerdotium intra illud tempus, vacat eccleſia: & poterit ordinarius eccleſiam, vt vacantem alteri cōferre: Sed ponamus ꝙ non ſtetit per iſtum, ſed ob defectum diœceſani: quia eſt ſuſpēſus vel abſens, non potuit promoueri ad ſacerdotium: vtrū elapſo anno ſit priuatus ſua eccleſia? Rñdetur ꝙ nō: quia ex quo per ipſū non ſtetit, non debet ſibi imputari. Gloſ. tamen dat conſilium, ꝙ quando non ſtat per ipſum, debet intra illud tempus facere proteſtationē qualiter nō ſtat per eū: & de hac proteſtatione habere actū ſiue inſtrumentū: tamē hoc nō eſt de neceſsitate: ſed glo. dat illud cōſiliū.

ri a non debet ei per quem nō ſtat, ſi no faciat quod per eum fuerat faciendum.

¶ *Prima glo. ponit exēpla. Secūdo æquiparat impoßibilitatem à principio, & ex poſt facto prouenientē, dicens illū adhuc obligatū, cui ſignat cōtrariū & remittit, allegans duas cōcord. Tertio quærit, allegat pro & contra: & ſoluit reſpondens ad contraria.*

1 Ad hanc re[gul]am cō-co[ncor.] regula cu[m] nō ſtat. eod. titu.

a ¶ *Imputari non debet* 1.] Pone caſum in eo qui debet appellationem proſequi infra annum: cui non imputatur ſi per eum non ſtetit. 2. q. 6. anteriorum. In eo qui debet promoueri ad ſacerdotiū infra annum: cui non currit annus ipſe ſi iuſto impedimento detētus promoueri non potuit. ṡ. eod. lib. de elect. commiſſa. §. 1. In eo qui rem emit ſub pacto legis commiſſoriæ, ſcilicet ꝙ infra terminum pretium ſolutum non eſſet, res foret inempta: & emptor in termino ſoluere volens ſi non habuit cui ſolueret, ſibi non imputatur. ff. de lege commiſſo. l. lege commiſſoria. in fine [Aliàs incipit, ſi fundus lege cōmiſſoria] ad idē 44. diſt. Epheſiis. ṡ. de eo qui mit. in poſ. c. 2. vbi de hoc. & facit C. de condi. inſer. l. vlt. Et not. ꝙ dicit, per quem non ſtat: quia nō ſufficit velle, niſi ad opus procedat quantum in eo eſt. ṡ. de eo qui mit. in poſſeſ. capitu. 1. Impoſsibilitas ergo facti ſicut à principio annullat obligationem. ſupra eod. nemo poteſt: ita & ex poſt facto elidit, vt hic. Si tamen tenetur quis aliquid facere infra certum tempus, nec per eum ſtetit, licet non imputetur, tamen poſt tempus tenetur. de do. & contuma. cum dilecti. ff. de arbit. l. Celſus. Conſulo tamen ꝙ ſi poteſt, infra tempus de impotentia proteſtetur. 2. q. 6. poſt appellationem. de hoc de appel. c. vlti. & C. de iure emphy. l. 2. in fine. cū ſuis concord. Ad id qđ dixi, ꝙ poſt terminum tenetur. ɔ. ṡ. de ſpon. ſicut. ff. de leg. 3. l. ea tamen adiectio. Solu. vt not. in prædicta decre. ſicut. & vt dixi ṡ. eod. nemo poteſt. Et concor. ad hanc regulam de elec. c. vlt. vbi tempus datum ad eligendum non currit ei qui nō poteſt eligere, niſi ex quo in mora fuerit petendi licentiam. ad idē de cōceſ. præben. quia diuerſitatem. Quid dices 2 de eo qui ſua culpa incidit in caſum, propter quem poſtea facere non potuit quod per eū fuerat faciendum? Vr̃ primo ꝙ ſibi ſit imputandū: quia regulariter quis de caſu tenetur qui ſequitur culpā. 50. diſt. ſæpe. & c. ſtudeat. de æta. & quali. c. 1. & quod ibi not. & facit 86. diſt. non ſatis. & qui ma. accu. poſſ. cap. 1. & quod ibi not. & ſi. ff. quod met. cau. l. ſi mulier. vbi metus illum non excuſat qui ſua culpa incidit in metum. In contrarium vr̃ per prædicta iura, de elect. c. vlt. de cōceſſ. præbend. qui ad diuerſitatē. arg. de pig. ſignificante. ibi, in captione, &c. de ſponſa. veniens 2. Sed caſus eſt ſpecialis. Et dicit lex, ꝙ q iniurioſe vel libidinis cauſa inimici, vel mulieris fregerit oſtia, ſi fures non ab eo inducti poſtea res aſportent, non tenetur furti. ff. de fur. l. verū. & l. qui iniuriæ. in prin. præterea deportatus, ſi nō potuerit procuratorem dimittere, bene reſtituitur: & tamē culpa ſua abſens erat. ff. de mino. l. Papinianus. Item debitor propter inopiā excuſatur cedendo bonis, etiam ſi ſua culpa in illam inciderit. de ſolut. Odoardus. ff. de dolo. nam his. Satis vr̃ dici poſſe, ꝙ imputādum ſit illi propter iura primo inducta. Hinc etiam dixit lex non debere ſuccurri ei qui in neceſsitate ſe poſuit. ff. qui ſatisd. co. l. ſi fideiuſſor. vbi dr̃, ꝙ ſi reus non poteſt ſatiſdationem dare vbi conuenitur: & in alio loco eiuſdem prouinciæ dare velit: ſi ſatiſdatio neceſſaria erat, audiendus eſt, ſi voluntaria non: quia ipſe ſibi neceſſitatem impoſuit. ad idem ff. ſi quis cau. l. 2. §. ſi quis tamē. vbi dicitur ꝙ qui in iudicio comparere debebat: ſi quid eſt quod ei imputetur, tempeſtatem vel vim fluminis prętēdere non poterit. ad hoc de elect. cum in veteri. Ad iura in contrarium inducta reſpōdeo & dico, ꝙ decret. vlt. de elect. & decre. de conceſsio. præbend. quia diuerſitatem. loquuntur de quadam pœna canonis prodita ſolū contra negligentes: vnde ibi culpa ſiue negligentia non ponitur. hoc ſatis probat ipſa decre. quia. Vel dic, ꝙ ſi ex culpa imponitur aliqua pœna, vt ſuſpenſio, vt in prædicta decre. quia. vel deportatio, vt in l. Papinianus. tunc culpa illa vlterius puniri non debet. ad hoc 13. q. 2. c. vlt. de iudi. at ſi clerici. aliàs enim ſequeretur quòd ſuſpenſio idem eſſet quod priuatio: & deportatio, idem qđ bonorū adēptio: quod eſſe non debet [Vide quod dixi in prædicta decret. quia ſuper gloſſ. ſic patet. & qđ dicā poſt Dynum ȷ. eod. quod ob gratiā.] Ad decreta. ſignificante. dico ꝙ forte ſine culpa ſua erat in captione, & ibi etiam eſt alia ratio: ſcilicet ꝙ primo pecuniā miſerat per eum quem fidelem nuntium credebat. Ad prædict. l. verum. & l. qui iniuriæ. dico ꝙ verum eſt ꝙ non tenetur furti: tamen conuētus de iniuria tenetur emendare damna per illos fures illata: quia qui occaſionem damni, & c. de iniuri. & dam. dato. c. vlt. Ad hoc quod dr̃ de inope, dico quòd impoſsibilitas caſus hos inducit.

Impoſſibilitas vitiat obligationem à principio, & ex poſt facto elidit.

2 Culpa ſua ſi quis incidit in caſum ꝓpter quem non fecit qđ facere debuit: an ſibi imputādum ſit Pet. de Ancha. in hac re. 42. docet cognoſcere acceſſoria, & quid de iuramento acceſſorio perſonis, rebus, iuribus acceſſoriis, & de perſonis accedentib' ad delictum. de quib' Hipp. ſing. 175. itē tractat materiā perplexitatis: ibi vidē de duobus q ꝓmiſerunt renūtiare Papatui.

¶ Idem.

## REGVLA XLII.

ACceſſorium b natu-

ACceſſorium 3.] caſus figuratur per c. de prudentia. ṡ. de dote poſt diuor. reſti. in ant. Sed pro intellectu huius caſus eſt primo præſupponēdum, ꝙ dos eſt acceſſoria ad matrimonium: quia non eſt dos ſine matrimonio, licet poſſet eſſe matrimonium ſine dote. Ponamus ergo ꝙ ego contraxi matrimonium cum aliqua Berta in caſu prohibito: quia ipſa erat mea affinis, & iſtud ignorabamus: ipſa dedit mihi centum aureos in dotem: poſtea mulier fuit certiorata de impedimēto, vnde acceſsit ad Papā & impetrauit iudices delegatos ad cognoſcendum de iſto impedimento affinitatis: iſtis iudicibus delegatis mandauit Papa, vt ſi eis conſtet de impedimento, ſeparent matrimonium: non autem mandauit Papa, vt compellerent me ad reſtituendum ſibi dotem: mulier in ſuo libello petiit ſeparationem matrimonij & reſtitutionē dotis: Ego excipiendo propoſui, ꝙ ſuper reſtitutione dotis iudices delegati nō poſſunt ſe impedire: cum reſcripta delegatoria ſint ſtricti iuris, & non extendātur ad alias res nō expreſſas in ſcripto: Mulier replicabat ꝙ ipſi iudices poterant etiam cognoſcere de dote: quia dos venit acceſſorie ad matrimonium: & commiſſa cauſa ſuper matrimonio, vr̃ data commiſsio ſuper dote: Dr̃ ibi ꝙ delegati poterunt ſe intromittere de matrimonio & de dote: quia dos venit acceſſorie ad matrimonium: modo acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.

3 Ioan. And. & Philip. dicunt nō obligatum ad principale teneri ad principale acceſſorium faciendo principalē: attamē proteſtatio limitat volūtatem. l. 2. ff. ſi quis cau. Pet. de Ancha. tenet cōtra.

¶ Item poteſt caſus figurari per l. non dubium. C. de legi. & c. ſi diligenti. ṡ. de foro competen. in antiq. dr̃ in illa l. non dubium. ꝙ contractus contra legem celebratus eſt nullus. Sed quid? Ponamus ꝙ in illo contractu interuenit iuramentum ad confirmandum cōtractum: an valeat? Dr̃ in illa l. ꝙ non: iuramentum eſt acceſſorium ad contractum. & iſtud verum, ꝙ non valet talis contractus de iure ciuili: ſed de iure canonico nō eſt verum indiſtincte, ſi illud iuramentum ſit ſine interitu ſalutis æternæ. c. cum contingat. de iureiurando, in antiq.

¶ In capitulo, ſi diligenti. de foro competen. in antiq. dr̃, ꝙ clericus nō poteſt cōſentire in iudicem laicū: nec prorogare eius iuriſdictionem etiam de licentia ſui proprij epiſcopi. Sed quid? ponamus ꝙ aliquis clericus conſenſit litigare coram iudice ſeculari: & iurauit ſeruare illum conſenſum, an valeat iuramentum? Dr̃ ibi ꝙ non: quia iuramentum eſt acceſſorium ad conſenſum, & acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.

4 Ibi gloſ. dicit ꝙ eccleſia non cognoſcerē re principaliter ꝑ l. in cōtractibus, in fin. C. de nō numer. pe. c. ex tenore. ſupra de foro compe. Camp. in 1. par. q. 90. tract. de dote.

¶ *Prima glo. dicit vnde ſumpta, & ponit exempla. Secundo ſignat & ſoluit ſex contraria. Tertio ponit quandam diſtinctionem Accurſ. & ſubdit duas concordantias.*

b ¶ *Acceſſorium.*] Hæc regula ſumpta eſt ex l. ff. eod. tit. cum principalis. & l. nihil dolo. §. cum principalis. Pone caſum in principali deſtructo: quia dr̃ deſtructum & acceſſorium. 16. q. 7. & hoc dicimus. Item ſi cauſa principalis ſcilicet matrimonij cōmittitur: ſic & acceſſorij, ſcilicet dotis. de dote poſt diuor. reſti. de prudētia. 4 [Ratio, vt dicit Ioānes Monachus, quia dos nō poteſt eſſe ſine matrimonio: licet matrimonium poſsit eſſe ſine dote, patet: quia dos accedit matrimonio. ff. de iure dot. l. 3.] Idem ſi non tenet contractus nec ipſius acceſſorium. C. de legi. non dubium. concor. de foro competen. ſi diligenti. de offic. deleg. prudentiam. §. ſexta. in fi. de fide inſtrum. inter dilectos. ad finem. ṡ. eod. lib. de reſcrip. c. 1. & c. penult. [& de præbendis, ſuper eo.] Et optime per decretalem ṡ. eod. lib. de offic. deleg. ſi ſuper gratia. vbi poteſtas executorum datorum ad gratiam non perit re integra morte concedentis, ſicut nec gratia: quia poteſtas illa acceſſoria eſt ad gratiam. & de præſcript. cum ex officij. vbi ſicut non præſcribitur viſitatio, nec procuratio ratione viſitationis debita. 5. Cōtra ṡ. de iureiur. debitores. & c. cum contingat. vbi de hoc. & ṡ. eod. lib. eod. tit. licet. vbi tenet acceſſorium, & nō principale. Sol. illud propter animæ periculum, quòd eueniret, ſi non ſeruaretur iuramentum. & dic, vt in prædicta decretali, cum contingat. Item ɔ. C. de epiſcopali audientia, Authent. liberi furioſi. vbi tenet legatum, & non teſtamentum, vel hæredis inſtitutio. Solu. illud ſpeciale in odium filiorum, 6 qui contempſerunt patrē, vt not. Ser. in prædicta decretali inter dilectos. Item ɔ, C. de luiti. pig. l. intelligere: vbi ſublata perſonali, remanet hypothecaria. Sed dic, vt ibi: quia non fuerat ſublata perſonalis pacto, ſed tempore: & perſonalis tollitur ſpatio triginta, hypothecaria ſpatio quadraginta annorum: Et ideo ſublata perſonali tempore, adhuc remanet hypothecaria per decē annos. C. de ꝑſcriptio. triginta annorum. l. cum notiſsimi. ſecus ſi pacto vel alio modo, vt ṡ. dixi. Itē ɔ C. de prædi. mino. l. & ſi is. vbi qui deſierat eſſe curator, vendidit rem minoris, & ſic non tenuerat venditio: valet tamen obligatio de euictione. Solu. licet non tenuerit venditio quo ad pupillum vel minorem, tenuit tamen quo ad illum curatorem olim: & ideo cum quo ad ipſum tenuerit principale, non mirum ſi tenet

5 Per quæ iura patet, vt etiam dicit Dynus regulam locum habere ſiue loquatur de principali inducendo, ſiue tollēdo ſiue confirmādo Ioan. An.

9 Quod non militat in acceſſoriis legatis ſicut inſtitutione principali: ergo non ſequimur principale. & iſta eſt ratio in iuramento acceſſorio. Hippo. ſing. 126.

ſi tenet acceſſorium.Item ꝯ.C.ſi aduerſus vendi.l.prima. & Auth. ſacramenta, dic vt s̃. Item ff.quibus modis vſufruct. amitt.l. quid tñ.in principio.& l.prece.ff. de fideiuſſoribus.l.generaliter. Sed illa ſunt ſpecialia.Item not.Accurſius.C.de pactis.l.pacta,quæ contra.& ff.ad legem Falcidiã.quod de bonis.§. 1. quòd in pactis quæ ſiũt præter legem,tenet acceſſoriũ,& non principale : in his quæ ſiunt ſecundum legem, vtrũque : in his quæ ꝯ,neutrũ.Concordat ad hanc regulam ff. de pecu.leg. l.prima, & ſecunda. vbi dicitur ꝙ perẽpto principali perimitur acceſſorium.

ram ª ſequi congruit principalis.

¶ Idem.

REGVLA XLIII.

QVi tacet ᵇ, conſentire videtur.

1 Hæc gloſſula ex nouella Ioan. And.huc eſt translata.

a ¶ *Naturam.*] Regulæ 1 iuris ciuilis, vt vides ſuper glo. & antiquę concor.non poſuerunt hanc dictionem,quam tamẽ poſuit noua decreta.ſi ſuper.quam alleg.glo. Ioan.And.

Q*Vi tacet.*]Caſus figuratur per c.nonne.s̃.de præſum.hoc modo:Dicitur ibi ꝙ Chriſtus fuit à Iudæis de duobus interrogatus ſiue accuſatus:Primo ꝙ erat Samaritanus : Secundo,ꝙ dæmonium habebat:Chriſtus rñdit ad vnum illorum:videlicet ꝙ ipſe dęmonium non habebat:de alio tacuit, an eſſet Samaritanus:nũquid videtur conſentire quòd erat Samaritanus? eſt ibi textus quòd ſic.

Item poteſt caſus figurari per l.2.§.voluntate.ff. ſoluto matrimonio. Dr̃ ibi ꝙ ſi filiafamilias contrahit matrimonium cum aliquo, conſtituta ſibi certa dote , & fiat diſſolutio matrimonij per mortẽ mariti,vel per repudium:quòd actio competens pro dote repetẽda, eſt communis patri & filiæ. Sed quid?Ponamus ꝙ pater ſolus egit ſciente filia & tacente:nunquid filia vr̃ conſentire? Eſt ibi textus ꝙ ſic:quia qui tacet,conſentire videtur. Qualiter autem intelligatur iſta regula,habebimus in regula ſequenti,is qui.

¶ *Prima glo.ponit exempla:ſecundo ponit ſeptem effectus taciturnitatis,& remittit.*

b ¶ *Qui tacet.*] Pone caſum 54.diſt.ſi ſeruus 2.s̃. de præſumpt. nõne.ff.ſoluto matrimonio.l.ſecunda.§. voluntate. vbi dicitur,ꝙ pater agẽs de dote filię,de ipſius volũtate videtur agere,ſi filia nõ ꝯdicat.Et nota ꝙ qui tacet,interdum conſentit, vt hic,& in ſupradictis iuribus.votum emittit.27.diſt.c.1.& ſimulatur. 65. diſt.ſi forte. impunitatem promittit.43.diſt.ſit rector.offert.20.q.2. cap. 1. occidit.43.diſt.Epheſiis.eſt contumax.65.diſt.cap.vlt.interdum. nec cõſentit,nec contradicit.j.cap.proxi.& dic vt ibi ſtatim dicam.

ADDITIO.Vt dicit Ioan.Mo.ad hanc regulam,qui tacet,& c. facit ff.eod.tit.ſemper qui non prohibet.& facit s̃.de exceſ. præla. ex litteris.& ff.de ſer.l.1.Ioan.And.

I*S qui tacet.*] Caſus poteſt figurari per §.anteriorum.2.q. 6.Ponamus ꝙ Titius conuenit me coram iudice competente:iudex tulit ſententiam diffinitiuam vel interlocutoriam ꝯ me:ab iſta ſentẽtia ego non appellaui,ſed tacui,quia nõ dixi ꝙ ꝯ dicebam vel acquieſcebam:an videar per taciturnitatem acquieſcere ſentẽtię vel diſſentire?Certe non:immo eſt in optione mea,an infra decẽ dies velim appellare vel non : licet aliqui ad maiorem cautelam proteſtentur de appellando:ſed illud non eſt neceſſe. Sed quomodo cõcordantur iſtæ duæ regulæ:quia prima dicit , qui tacet conſentire vr̃.Glo.dat duas doctrinas:Primo dicit glo.ꝙ aliqui ſunt actus qui poſſunt explicari ſine conſenſu meo,& ꝯ meam voluntatem,vt q̧s poteſt vendere rem alienam contra voluntatem dñi in præiudiciũ ꝯhentis.l.rem alienã.ff.de ꝯhe.emp.& ven.Si dñs iſtius rei taceat in venditione ſuæ rei,non ſibi præiudicat tacitus cõſenſus:Alij sũt actus qui non poſſunt explicari ſine conſenſu meo:& tunc ſi taceã habeor pro conſentiente,vt in regula præcedenti. Gloſſa dat aliã doctrinam,videlicet,ꝙ vbi agitur de commodo & honore tacentis,tacens vr̃ conſentire:Sed ſi agatur de ſuo incommodo : puta de perſona obliganda.non habetur pro conſentiẽte.l.filiusfamilias.§. inuitus.ff.de procura.ſed prima doctrina eſt verior & ſecurior.

¶ *Prima glo.dicit vnde ſumpta,& ponit exempla.Secũdo alleg. 10.iura quibus fallit prima pars regulæ,& 8.quibus fallit ſecũda,remittens ad alia,& dans triplicem ſolutionem.*

c ¶ *Is qui tacet.*] Hæc regula ſumpta eſt ex l.ff.eod.tit. l.qui tacet. Et not.ꝙ tacere eſt quoddam mediũ inter expreſſam voluntatem, & expreſſam ꝯdictionem. Pone ergo caſum in eo ꝯ quem fertur ſententia:qui tacens non habetur pro conſentiente, nec pro cõtradicente infra decem dies,infra quos ſemper appellat.2. q. 6. anteriorum.Item pone in prælato qui tacet ex cauſa,puta propter ſcãdalum.s̃.de præſcri.nihil prodeſt. de cog.ſpiri.ſuper eo.de iureiur. mulieri.Item pone ſecundum Accurſium in tributoria:nam ſi ſeruus ꝯhit dño ꝯdicente,tenetur de peculio tantum:& deducitur ꝙ debetur dño.ff.de pecu.ſi quis ſeruum.§.etiam.ſi eo expreſſe volẽte,tenetur quod iuſſu inſolidum. ff. quod iuſſu. l. 1. vbi autem ſcit & tacet:tenetur tributoria,& ſic non inſolidum : nec deducit ſibi debitum.ff.de tribu.l.1.§.ſcientiam.ff.de exer. l. 1.§. ſed his.Prima regula fallit.27.diſtin.c.1.54. diſt.ſi ſeruus. 20. q.2.cap.1.de præſum. nonne 2.s̃.de iur.calum.c. vlti. in fi.s̃. eo. lib. de confeſ.ſi poſt præſtitum. ff.ſolu.matri.l. 2.§.voluntatem.ff.de lib.agno.l.1.§.pœna.ff. de loca. item quæritur. §. qui pro impleto. & vbicunque tacitum pactum inducitur à lege.ff. de pact.qui in futurum. Secunda fallit in eo qui tacet verbo, ſed contradicit facto vel ſigno .74. diſt.c. 1.

2 Et Vide qđ ibi ſcripſi ſup vlt. gloſ. contra opinionem, quę habet aliud in obligatione rei alienę, quam in venditione. de qua ſcripſi đ tranſa. ex litteris .ſup gl. 2.Ioan.And.

Idem.

REGVLA XLIIII.

IS qui† ᶜ tacet non fatetur ᵈ: ſed nec vtiq; negare videtur.

¶ Idem.

REGVLA XLV.

INSPICI-

Item in epõ q tacet cõmonitus à vicinis epis, qui habetur pro contumace. 65. diſt. ſi forte. Item in his in quibus requiritur expreſſus cõſenſus , vt in adulto qui catechizatur. de conſe. diſt. 4. cum pro paruulis.& in ſeruitute imponenda. ff. de ſerui. vrb. præd. l. inuitum. & in procuratore conſtituendo. ff.de procura. l. filius.§.inuitum.& in furto.ff.de fur.qui vas.§.vetare.& in ſoluendo matrimonia.ff.de ritu nup.in eo iure.§.deinde.& expreſſe debet teſtator nomẽ hæredis dicere. C.de teſta.iubemus.item in caſibus not.2.q.7.plerique.Quid ergo in his dices : nunquid tacẽs habebitur pro conſentiente,an pro ꝯdicente?Sol. Dicunt quidam ꝙ regulariter tacens habetur pro conſentiente. facit ad hoc s̃. regu. proxi. Fallit in caſibus ſupradictis. Vel dic ſecundo ꝙ aut eſt tale factum quod fieri non poteſt me prohibente. Pone caſum 54. diſt. ſi ſeruus. & tunc taciturnitas habetur pro conſenſu.Fallit in caſibus ſupradictis:aut eſt tale ꝙ fieri poteſt me ꝯdicẽte. Pone caſum ff.de ꝯhen.emp.rem alienam,& tunc taciturnitas non obeſt:nam dicit regula iuris:culpa caret qui ſcit, ſed prohibere non poteſt.ff. eo.l.culpa.ſecundum Ioan.qui hoc not.28. diſt.c.1. & Ber.de præſumpt.nonne.Vel dic tertio ꝙ in facto concupiſcibili,honorabili, & meritorio taciturnitas habetur pro conſenſu, vt in primis iuribus.[Et not.ff.manda.qui patitur.] In facto autem quod nõ eſt cõcupiſcibile,honorabile,& meritorium,ſed onerosũ,neceſſarius eſt expreſſus conſenſus 3:ſicut eſt ꝙ quis aſſumat procuratoris officium,ꝙ res ſua ſeruiat,vt in ſecundis iuribus ſecundum Inn.qui hoc no.de elect.in Geneſi.[Et Io.Mon.in regula,qui tacet.]Quod verum puto,hoc addito , ꝙ vbi ius in pœnam ſtatuit quem tacentem haberi pro conſentiente vel confeſſo 4, ſic habebitur:licet factum ſit oneroſum.exemplifica per decret.de iura.calum.c. vlti. in fin. & s̃. eod. lib.de confeſſ.ſi poſt præſtitum.cum ſimilibus.Concordat autem ad hanc regulã lex.ff.cõi diui.l. Sabinus. vbi ſocius patiens habetur pro conſentiente quantum ad hoc:quia non agit ad demolitionẽ,& ſic quò ad hoc habetur pro conſentiẽte:agit tñ ad intereſſe:& ſic quò ad hoc habetur pro ꝯdicẽte, & veritate cõſiderata tacẽs nõ loquir̃,& ſic nec ꝯdicere nec cõſentire vr̃.Huius aũt varietatẽ 5 videre potes ꝑ ſolutiones ſuperiores ſimul iũctas.

d ¶ *Non fatetur.*] Nota 5 quia non dicit,non conſentit. & ſic non ꝯdicit regula,qui tacet,ſuper confeſsione enim vel negatione nõ ſuper conſenſu & diſſenſu fundatur hæc regula,& regula iuris ciuilis:propter attinentiam autem, quam habet confeſsio ad conſenſum,& negatio ad diſſenſum. gloſſatores iuris ciuilis & noſtri illã materiam adaptauerunt huic regulæ,quæ proprie ſpectat ad regulam,qui tacet,vt ibi etiam dixi.Ioan.And.

† Si tractatur collegialiter de præiudicantib⁹ tibi & collegio, taciturnitas tua facit cõſenſũ. Phili. ꝑ no. c.1, de his q̃ fi.à præla.

3 Fallit fauore reipublicæ, & pupillorũ in caſib⁹. quos ſcripſi in regula , q tacet. ſup glo.Io. An.

4 Et iſti d proprie facit ad reg, cum iuribus quæ ſequuntur , & decr. nonne. de ꝑſũpt. & quãdo haberetur pro negãte , vt not.in decre.ſi poſt prẽſtitum.in fin.penul.gl. Io.And.

I*N ſpicimus 7.*] Caſus primo poteſt figurari per c.ſi quis acceperit.33. q.1. Ponamus ꝙ aliquis Titius ꝯxit matrimonium cum aliqua muliere corrupta:fuit longo tempore cum iſta muliere:tractu temporis mulier petiit ſeparationem, dicendo ꝙ cupiebat effici mater,& procreare filios & filias,& ꝙ maritus eius nõ erat potens ad coitum:Vir econtra dicebat,ꝙ immo erat potens , & eam cognouerat:Certum eſt ꝙ iſta mulier eſt corrupta : & ſic non poteſt cognoſci ex aſpectu corporis an fuerit cognita vel non:Ponamus ꝙ vir prima inſpectione apparet potens ad coitum, quid tũc præſumemus?Reſpondetur ꝙ ſi maritus prima facie appareat potens, præſumemus cognouiſſe vxorem:quia in obſcuris præſumitur quod eſt veriſimilius.

5 Aliàs, veritatem.

6 Hæc gloſſula ex nouella Ioan. An. huc fuit tranſlata.

¶ Item poteſt figurari per c.1.de frigi. & malefic. in antiq. Si mulier dicit ſe virginem,illud faciliter poteſt perpendi ex inſpectione corporis:quia deputabuntur aliquæ matronæ mulieres honeſtæ,quæ videbunt in locis,in quibus cognoſcitur virginitas,an talis ſit virgo an corrupta.Sed quando mulier dicit ſe corruptam ab alio,tunc poteſt perpendi ex inſpectione viri , verum habuerit genitalia arida vel vtilia : & ſi vir habet genitalia vtilia, tunc in dubiis præſumitur quòd eam cognouit.

¶ Item poteſt caſus figurari per c.inter dilectos.de fide inſtru.vbi erat contentio de nomine,cuius erat ſigillum appoſitum in inſtrumento:quia aliqua pars ſigilli erat deleta:Dicebatur ꝙ in ſcriptura ſigilli debebat eſſe Lotharius:& tamen non erat veriſimile ꝙ inter l,& t,poſſet poni o,propter paruum ſpatium : Dicitur ibi quòd præſumptio eſt quòd debet eſſe i, quod occupat minorem locum: quia in dubiis inſpicimus quod eſt veriſimilius.

¶ Item poteſt figurari in filio dicente ſe exhæredatum ex iniuſta cauſa, & agente querelam ꝯ teſtamentum patris , vt teſtamentum

7 Veriſimile colligitur ex collatione rerum adinuicem.l.Lucius.ff.đ rebus dub. ex pretio rei. l. cotem ferro.§. ſi. ff. đ publ.& vect. ex dignitate perſonæ. Titia. ff. de auro & arg. leg. ex amore pſonæ. l ſi ſeruus plurium. de le. 1.à cõſuetudine.Dyn⁹& Philippus.

rumpatur

rumpatur & redeatur ad cauſam inteſtati : ſi hæres ſcriptus dicat filium ingratum, & filius dicit ſe gratum : quæritur, cui incumbit onus probandi? Certe in dubio præſumitur pro filio : quia plerunque filij conſueuerunt eſſe grati & obedientes parentibus propter affectionem ſanguinis : & in dubio præſumitur quod eſt veriſimilius : ideo iſta præſumptio transfert onus probandi in hæredem.

¶ *Prima glo. dicit vnde ſumpta: ponit exempla, & remittit.*

mus [a] in obſcuris quod eſt veriſimilius, vel quod plerunque fieri conſueuit.

¶ Idem.

REGVLA XLVI.

IS qui [b] in ius ſuccedit alteri⁹, eo iure, quo ille vti debebit.

a ¶ *Inſpicimus.*]Hæc regula ſumpta eſt ex l.ff. eod.tit.l.in obſcuris inſpicimus. Pone caſum in viro, qui ɔ̃xit cum vidua, & longo tempore habitauit cum ea: illa dicit ſe incognitam: in hoc obſcuro præſumitur cognita: quod eſt veriſimilius.33.q.1.ſi quis acceperit. Item cancellata vel obſcurata littera nominis, præſumitur ibi illam litterã fuiſſe, de qua eſt veriſimilius. de fide inſtru. inter dilectos. Item in dubio veriſimile eſt filium iniuſte exhæredatum. C. de inoffic.teſtam.Authen.non liceat parenti. [Quia veriſimile eſt, quòd ingratitudinem non commiſit, vt in hoc ad propoſitum.] Hic autem repete quod dixi ſ̃.eod.tit.in obſcuris.

ADDITIO. Quæ eſt contra, cum dicat ſpectandum quod eſt minimum: & ibi ſoluitur: quæ ſolutio etiam patet ex textu.l.eo.tit. ſemper in ſtipulationibus. quem ibi vide. Ioan.And.

1 Dicit hic Ioan. And. ꝙ iuramẽtũ Apoſtolici iurantis ſeruare ſtat uta nõ extẽditur ad illa, quibus litteræ ſuæ ſpecialiter d̃rogant.

IS *qui in ius* 1.] Caſus poteſt figurari per c.Eleutherius.28. q.2. & per c.dilecti.de foro competen. in anti. Dr̃ in cap. Eleutherius. quòd quædam mulier fundauit monaſterium de licentia diœceſani, in cuius diœceſi erigebatur iſtud monaſterium: & ipſum dotauit redditibus: in die dedicationis ipſius monaſterij inter epiſcopũ & religioſos fuit facta conuentio, videlicet ꝙ oblationes quæ euenirent in feſtis dedicationis & martyrum, quorum reliquiæ erant in monaſterio, ep̃s haberet mediam partem, & abbas & religioſi aliam mediam: Hoc facto, tractu temporis mortuus eſt abbas: ſucceſsit alius abbas, qui noluit ſeruare illam conuentionem: Dubitatum fuit vtrum ipſe teneretur vti eo iure, quo vſus fuit prædeceſſor? Reſpondetur quòd ſic, per regulam huius textus.

¶ Item in cap.dilecti.dr̃, Impetraui aliquod reſcriptum delegatorium ɔ̃ te: antequã vterer meo reſcripto es mortuus : nunquid virtute reſcripti potero facere conuenire tuos hæredes? Dr̃ ꝙ ſic, nec obſtat cap.P.& G.de offic.deleg.in antiq.vbi dr̃ ꝙ reſcriptum delegatorium non extenditur ad perſonas in reſcripto nõ expreſſas: quia illud intelligitur qñ ſunt omnino alienæ perſonæ: ſecus ſi ſint eædem perſonæ vere vel iuris fictione. Et iſtud verũ, qñ reſcriptũ eſt impetratum ɔ̃ aliquem expreſſum in reſcripto : ſecus ſi ſolũ eſſet comprehenſus virtute clauſulæ generalis, & quidam alij : quia tunc hæredes illorum comprehenſorum in illa clauſula generali non poſſent conueniri virtute clauſulæ generalis illius reſcripti.

¶ *Prima glo. dicit vnde ſumpta: ponit exempla: ſecũdo ponit ſex caſus exceptos: tertio reddit rationem regulæ, dicens eam in priuilegio perſonali vel pacto locum non habere.*

2 Aliàs, incipit ſi quis. ſed littera is q. venit ſub bulla. Ioan. And.

b ¶ *Is qui in ius* 2.] Hæc regula ſũpta eſt ex l.ff.eo.tit.q in ius.[& l.aliud.§.fi.& l.non debeo.] pone caſum in pacto: quia eodem vtetur ſucceſſor quo prædeceſſor.18.q.2. Eleutherius. Item conuenitur ſucceſſor per reſcriptum impetratũ ɔ̃ prædeceſſorem.ſ̃.de foro compe.dilecti.de hoc de reſcri.ſignificauit. Itẽ pone in hærede q nõ vſucapit qđ nõ vſucapiebat defunctus.ff.de diuer.& temp.præſcrip.l.cũ hæres. quod dic vt dixi ſ̃.eo.cum quis in ius. hæres enim ſucceſſor eſt iuris. Hæc regula fallit.ff.de proba. l. Procula. vbi illa Procula fideicommiſſum quod compenſare potuiſſet cum teſtatore, cum hæredibus non compenſat 3. Item fallit vbicunque morte defuncti confirmatur donatio: ibi enim non pœnitet hæres. C. fa. erciſcun.l.filiæ. item in caſu.ff.ad leg. Fal. reperitur. Item fallit in conuentionibus, vbi ex perſona ſucceſſoris mutatur forus: hinc eſt ꝙ clericus etiam in ciuilibus & patrimonialibus conuenitur corã ſuo iudice.11.q.1.nullus ep̃s.& c.clericum nullus. vbi de hoc de foro compe.cum ſit.& c.ſi diligenti. Item fallit in caſu. ſ̃. eod.lib.de iur.pat.c.vnico. vbi eccleſia, quæ ſuccedit laico patrono, habet ſex menſes, cum tamen ipſe laicus ſolũ quatuor habeat. Itẽ legatarius legatũ acceptare non poteſt pro parte, & pro parte reſpuere : ſi tñ decedat pluribus relictis hæredibus, vnus pro ſua parte poterit acceptare: & alter pro ſua reſpuere.ff.de leg.1.l.legatarius [aliàs incipit, pro parte.] Et eſt ratio huius regulæ: quare eo iure vti debet: quia plus iuris habere non poteſt: quia nemo plus iuris, &c. ĩ.eod. nemo poteſt. cum ſimilibus. minus nõ ; quia hæres cenſetur eadem perſona cum defuncto, ſucceſſor cum prædeceſſore: patet ergo idẽ ius vtriuſque. Et not. ꝙ dicit, eo iure: quia non eo priuilegio ex ſui perſona: ſi perſonale 4 fuerat prædeceſſoris priuilegium, vt ſ̃.eod. priuilegium. cum ſuis concor. Idem dico de pacto perſonali ſ̃. de tranſact.de cætero.& ſ̃.de præben.niſi cum ſimilibus. & facit hæc regula ad ea quæ not.de præben.tuis.

3 Ratio eſt; præſumitur enim fratri debitum nũquam petitũ remiſiſſe.

4 Idem Dynus per modũ obiectionis declarãs per concor. ad quas remittit hęc gl. per quod cõcludit reg. ꝓcedere in iure cohærẽte perſonæ Ioan. And Philip.

PRæſumitur ignorantia.]Caſus poteſt figurari per cap. ſi vero 2.de ſent.excom, in antiq.vbi dr̃: ſi clericus nõ incedat in habitu clericali: & aliquis iniiciat manus violentas in eum; non incurrit excõicationem, ſi ipſe ignorabat talem eſſe clericum ; ſecus ſi ſciebat. Sed quid in dubio pręſumemus, vtrum præſumetur ꝙ ipſe ſciebat talem clericum vel ꝙ ignorabat, & ſi ſit ꝓſumptio ſcientiæ, ꝙ ſibi incumbebat onus probandi? Rñdeo ꝙ præſumitur ignorantia : quia habitus demonſtrabit illum laicum : ideo iſta ꝓſumptio trãsfert onus probandi in clericum. ¶ Item poteſt figurari caſus per l. verius.ff. de probatio. Sed pro intellectu iſtius caſus eſt præſupponẽdum, ꝙ ſi teſtator legat rem ſuam vel alienam, valet legatum: & ſi legat teſtator rem alienam, hæres tenetur illam redimere, ſi poſsit, vel tradere æſtimationem. & hoc verum ſi teſtator ſciebat rem alienam: ſecus ſi ignorabat; quia credebat rem eſſe ſuam. Sed ponamus ꝙ aliquis Titius teſtator legauit mihi rem alienam, forte pratum vicini ſui: poſtea mortuus eſt teſtator: eo mortuo egi ɔ̃ hæredẽ ſcriptum : & petij vt mihi traderet illud legatum : hæres excipiendo propoſuit, ꝙ illud legatum non valebat ex eo ꝙ teſtator legauerat mihi rem alienam : Ego eɔ̃ replicãdo allegaui: ꝙ licet teſtator legaſſet mihi rem alienam, tñ ipſe ſciebat rem alienam: & ſic petebã vt hęres illam redimeret, & mihi traderet: vel mihi daret æſtimationem, vtrum hæres teneatur probare ꝙ teſtator ignorabat illam rem alienam? Reſpondetur quòd non: ſed ego legatarius teneor probare ꝙ ipſe teſtator ſciebat rem alienam : quia in dubio præſumitur ignorantia: quæ præſumptio transfert onus probandi in me legatarium.

¶ Idem.

REGVLA XLVII.

PRæſumitur [c] ignorãtia, vbi ſcientia non probatur.

¶ Idem.

REGVLA XLVIII.

LOCVPLE-

¶ *Prima gl. ponit exempla. Secũdo ſignat contraria, & ſoluit remittẽdo. Tertio dicit regulã ceſſare in his quæ quis ſcire vel indagare tenetur, in his quæ ſunt iuris naturalis, intermittẽs de virtute hui⁹ præſumptionis, & de triplici modo probãdi ignorãtiã.*

c ¶ *Præſumitur ignorantia.*]5. Pone caſum 82. diſt. propoſuiſti. in fi. ſecundum ꝙ ibi iacet littera. de ſent.excom. ſi vero 2. & ff. de proba. l. verius. [Sic & dñs præſumitur ignoraſſe cum ſeruus eius ſuſcepit militiam. C. qui milita. non poſ. ſuper ſeruis. Dynus.] contra. 16. diſt. quod dicitis. 1. q. 1. ſi qui à ſimoniacis. 9. q. 1. ordinationes. 34. q. 2. in lectum. ſ̃.de elect. innotuit. cum ſi. in quibus iuribus dr̃, ꝙ non præſumitur ignorantia, ſed potius ſcientia. Sed l. dic vt not. de poſtu. c.1.in 3. glo. de conſti.c.2.& in prædict. c. 82. diſ. propoſuiſti. ꝙ circa ea quæ publice fiunt, præſumitur ſcientia, niſi probetur ignorantia: circa ea autem quæ fiũt occulte, præſumitur ignorantia, niſi probetur ſcientia, vt hic. Et ſcias ꝙ hæc regula vera eſt in his quæ quis ſcire vel indagare non tenetur. In his autem quæ quis ſcire vel indagare tenetur, non habet locum: ſicut in eligendo prælato. 62. diſt. c. 2. 8. q. 2. dilectiſsimi. de elect. cum in cunctis. & ideo ibi præſumitur ſcientia, niſi probetur ignorãtia, vt eo. tit. innotuit. Ad hoc eſt quod dicit lex, quòd magiſtratus tenetur de idoneitate tutoris vel curatoris, quẽ nominauit, inquirere: & ideo imputatur ei, ſi idoneus non eſt. C. de magiſtra. conue. l. penulti. & per totum 6 : Et illud ꝙ hæc regula dicit, præſumitur. Eſt autẽ huius virtutis hæc præſumptio, vt transferat onus probandi in aduerſarium, vt ſ̃. dixi. & idem eſt in aliis caſibus qui not. 6. q. vlti. actor. ſ̃. vt eccle. benefi. vt noſtrum. Item not. ꝙ ignorantia tribus modis probatur: Vno modo per ſacramentum: & ſic probo in veritate me ignoraſſe. de ſent. excom. ſi vero 2. de excep, paſtoralis ſ̃. eod. libr. de elect. vt circa. & tunc demum admittitur probatio hæc, cum eſt probabilis, vt not. in prædict. cap. propoſuiſti. Secundo qñ probatur id ex quo neceſſario 7 ſequitur me ignoraſſe: puta me tunc anniculũ, vel furioſum. 3. q. 9. indicans. de ſucceſ. ab inteſta. cum dilectus. Tertio qñ probatur id ex quo non neceſſario, ſed veriſimiliter ſequitur me ignoraſſe: puta me tunc abſentem fuiſſe. & hoc dicere voluit Ioan. 1. q. 1. ſi qui à ſimoniacis. & licet in facto proprio probabilis interdum ſit ignorantia, vt 34. q. 2. in lectum. probabilior tñ in alieno. ff. pro ſuo. l. vlti. quod dic vt not. 1. q. 4. §. notandum. & quia ignorantia iuris præcipue naturalis nõ excuſat: quod dic vt not. in prædi. §. notandum. de tali ignorantia non loquitur hæc regula, cum ibi par ſit pœna ſcienti & ignoranti. 16. q. 1. ſi cupis. C. de in ius vo. l. 2.

5 Et vt dicit Dynus ad ignorantiã facti reſtringit hæc regu. & ſecũdũ eum poteſt poni exemplũ de tutore qui ꝓſumit ignoraſſe ſe tuto rẽdatum. ff. d̃ admi. tu. l. hoc autem. Ioan. And.

6 Ad idem ſ̃. de crim. fal. ad falſariorũ. in princi. Ioan. And.

7 Ad hoc exemplũ & ſequens facit ff. de iis qui ſui vel alie. iu. ſunt. l. filium. Ioã. And.

LOcupletari.]Caſus primo ponitur per l. naturaliter. in fi. cũ l. ſeq. ff. de condi. inde. ſic. Ponamus ꝙ alicui pupillo mutuaui pecuniam ſine auctoritate ſui tutoris: qui pupillus pecuniam illam non conſumpſit : ſed eam expoſuit vt bonus paterfamilias, ita ꝙ ex illa eſt factus locupletior: ipſe illam pecuniam mihi reſtituit: poſtea vult repetere tanquam indebite ſolutam: an ſit audiendus? Certe nõ: nã ex quo conſtat ꝙ ex pecunia mea fuit factus locupletior:

ſict

eſſet ꝯ naturam ꝙ ipſe locupletaretur cum damno meo. ¶ Item poteſt poni caſus per l.vlti.C.de vſuca. pro emp.Ponamus ꝙ à pupillo emi aliquam rem, quam mihi vendidit ſine auctoritate tutoris: ipſe tradidit mihi rem: ſolui ei pretium: modo ipſe vult repetere ipſam rem & retinere pretium quod apud ſe habet, ſaltẽ ex quo factus eſt locupletior: an ſit audiendus? Rñdetur quòd non.

tari [a] non debet aliquis cum alterius iniuria, vel iactura [b].

¶ Idem.

REGVLA XLIX.

IN pœnis [c] † benignior [d] eſt interpretatio [e] facienda [f].

*¶ Prima gloſſa dicit vnde ſumpta, & ponit exempla. Secundo ponit quatuor caſus in quibus fallit, rationẽ reddens, & exponens hic diſiunctam pro coniuncta. Tertio allegat concor. ſignat contraria & ſoluit: etiam regulam exponit de enormi iactura.*

† Hic adde quod vbi in dubio vertitur fauor animæ, durior pœna imponitur. arg. not. c. ad audientiam. de homicid. vnde Ancha. conſil. 179. ĩterpretatur eum qui cõfitetur ſe vſurariũ fuiſſe ta'em tota vita ſua.

a ¶ *Locupletari.*] Hæc regula ſumpta eſt ex l.ff.eo.tit.l.iure naturæ.Pone caſum 17.q.vlti.ſ̃.de dona.Apoſtolicæ.vbi non ditatur monaſterium cum iactura cathedralis eccleſiæ. ff. de condic. indebi. l.naturaliter.in fi.& l.ſeq.vbi ſi pupillus accepit mutuum & locupletior inde factus ſoluit, non repetit. Et emens à pupillo ſine tutoris auctoritate, ſi ex ſua pecunia locupletior factus eſt pupillus, eum poſt pubertatem agentem exceptione repellit.C. de vſuca. ꝓ emptore.l.vlti.& concor.99.di.ecce.12.q.2.bonæ rei. 11.q. 3. ſi quis vero.14.q.5.denique.22.q.2.primum.in princ.C. de epiſc.& cleri.ſi quis presbyter.& ſ̃.de pœ.ſuam.vbi ſunt hæc verba:& ideo priuilegium interpretamur ne alteri enorme præiudiciũ afferat.de verborum ſign.quid per nouale.9.q.3.nunc vero.25.q.2. de eccleſiaſticis.de cõſue.cum olim.in fi.cum ſimilibus.Hęc regula fallit in pręſcriptionibus & vſucapionibus, vt per te vides. [Vt dicit Io.Mona. hoc ne dominia rerum ſint in incerto. ff. de vſucap. l. 1. vt ſit finis litium.ff.pro ſuo.l.fin. ſ̃. de præſcrip. vigilanti.] Et in exceptione non numeratæ pecuniæ, quæ ſi infra debitum tempus non opponitur, locupletatur petens cum aliena iactura.C.de non numera.pecu.l.in contractibus.Item in expenſis factis in re aliena. ff. de do. exceptio.l.Paulus.ſed vbi eſt auctoritas iuris, non poteſt dici iniuria.23.q.4.qui peccat.Quod ergo hic dicit, iniuria vel iactura: expone vel, pro &.ſic 87.diſt.cap.1.ſ̃.de foro compe.dilecti.C.de verborum ſignific.l.penult.& ideo etiam prædict.l.iure naturæ.ff.eo. tit.vnde hæc ſumpta fuit, dixit detrimento, & iniuria 1, & cautius. Concord.ad hanc regulam ff.de ſerui. ruſti. prædio. l.imperatores. in fine. vbi aqua de publico flumine ita demum duci permittitur, ſi ſine alterius iniuria id fiat.ad idem ff.de ſerui.vrba. prædio. l.fiſtulam.C.de ſerui.l.vlti.in fi.cum ſimilibus.ex quibus probatur, ꝙ etiam in meo facere non debeo quod noceat in alieno. contrariũ tamen probatur.ff.de damno infect.l.fluminum.§. vlti.& l.Proculus.ff.de aqua pluuia arcen.l.1.§.denique.Dici ſolet, cum facio aliquid in meo ex quo alij noceo, aut immitto in alienum, vel opus facio:& tunc non licet, vt ff.ſi ſerui.vendi.l.ſicuti.§. Ariſto. & l.teſtatrix.aut non immitto, nec opus facio in alienum: & tunc aut id dolo facio, vt noceam alteri:& tunc prohibeor: aut non facio dolo, ſed eo ſolo propoſito vt mihi proſim, licet per id alij noceam: & tunc non prohibeor.ff.de aqua pluuia arcen.l.1.§.denique. cum ſuis concor.& facit ad hoc quod not.11.q.3. ſi quis vero. de aucto. & vſu pal.cap.3.Et quod dicit hæc regula, iactura: intelligas enormi: nam priuilegium bene affert iacturam: licet enormem inferre non debeat.de hoc 25.q.2.reſcripta. de verborum ſignifi. olim. ad hoc C.de preci.impe.offer.l.quotiens.

Iniuria dici non poteſt, vbi eſt iuris auctoritas.

1 Idem Areti.in prædictis tribus vel quatuor caſib⁹: & idẽ Dynus ꝑ modum obiectionum.Io. And.

b ¶ *Iactura.*] 2 Large ſumitur pro omni damno.de pœnis, ſuam. ADDITIO. Dicebat Dynus, ꝙ regula iuris ciuilis, ſcilicet.l.iure naturæ.ff.eo.vnde hæc ſumpta fuit, vbi dicitur detrimẽto & iniuria: propter copulam ponebat vnum caſum: Iſta vr̃ ponere duos propter diſiunctam. Ad primum alleg.ff. de condi. & demon. cum pupillus.§.diſiunctiuo. Ad ſecundum eod.tit. ſi hæredi plures.

2 Hæc gloſſula ex nouella Ioan. An. huc fuit tranſlata.

IN *pœnis.*] Caſus figuratur per cap.ex litteris.ſ̃.de conſt.& l.hæc enim.§.1.ff.de ſuſpec.tut.primo. per c. ex parte. Quidam doctor Pariſieñ.fuit priuatus à collegio aliorum doctorum & emolumentis regentiæ pro ſua contumacia, eo ꝙ nolebat obedire ſtatutis illius collegij: & fuit priuatus ſimpliciter, non dicendo in perpetuũ, vel quamdiu durat in illa inobedientia: Dubitatur, vtrum illa pœna duraret in perpetuum, vel quamdiu ipſe perſeueraret in ſua inobedientia: Rñdetur ꝙ in dubio præſumitur ꝙ illa priuatio eſt tẽporalis: quamdiu ipſe perſeuerabit in contumacia ſua. ¶ Item poteſt caſus figurari per l.hoc enim, alleg. Pro cuius intellectu eſt primo pręſupponẽdum, ꝙ qñ tutor alicuius pupilli remouetur ab adminiſtratione propter dolum ſuum, efficitur infamis. Si vero fuerit remotus propter culpam ſuam vel negligentiam, non efficitur infamis. Inſti.de ſuſpec.tut.circa medium tit. Hoc præſuppoſito ponamus ſic caſum. Quidam Titius erat tutor alicuius pupilli, qui fuit remotus ab adminiſtratione per ſententiam iudicis: ſed in ſententia iudicis non dicebatur quòd erat ſuſpectus, eo quòd inſidiis penſatis in tali re pupilli damnificauerat, vel quia erat negligens in adminiſtratione: ſed dictum fuit generaliter, quòd remouebatur ab adminiſtratione, eo quia erat ſuſpectus: quæritur vtrum in dubio ſit præſumẽdum quòd fuit remotus ob dolum vel ob culpam ſiue negligentiam? Rñdetur ꝙ præſumitur ꝙ ipſe fuit remotus ob negligentiam ſiue culpam: & ſic non eſt infamis quia in pœnis benignior eſt interpretatio facienda,

¶ Idem.

REGVLA L.

ACtus [g] legitimi conditionem non recipiunt, neq; diem.

*¶ Prima gl. dicit vnde ſumpta, & ponit exempla: ſecundo arguit: tertio ſpecificat quinque modos circa regulam.*

c ¶ *In pœnis*] Hæc regula ſumpta eſt ex l. ff. eod.tit. factum cuique. §. in pœnalibus. Pone caſum in iudice qui ita pronuntiauit: temere accuſaſti: calumniatorem non pronuntiat. 2. q. 3. c.ſi quem.§. notandum. Priuatus à collegio doctorum non perpetuo, ſed temporaliter priuatus intelligitur.de conſtitu.ex litteris.Tutor remotus non expreſſo, an propter dolum, an propter culpam remotus intelligitur propter culpam.ff.de ſuſpect.tut.l.hæ enim.§.1. concor.de pœni.diſt.1.§. pœnæ.ſ̃.eod.lib.de elect. ſtatutum.ff. de pœn. ſi præſes. Et ex hac regula, & eo quod dixi, eſt arg. 3 quòd in dubio præſumitur caſſatio electionis facta non vitio perſonæ, ſed electionis modo. & ſic addi poteſt ad decret.de elect. ſuper eo.vt ibi not.per Compoſt.nam etiam iudice pronuntiante ꝙ vim feciſti, de priuata intelligitur, vt in prædicta l.ſi præſes.& l.penult.Et not. ꝙ hæc benigna interpretatio fit in multis: Primo ex multiplici pœna expreſſa eligimus mitiorem. 50. diſt.eos. 24. q. 1. ſi quis dederit.Item quia ſi verbum poteſt importare pœnam perpetuam & temporalem, eligimus tẽporalem. 33. q. 4.non oportet.2. ſaluo eo quod habes 50. diſt. cap. 1.& ſ̃.de conſtit.ex litteris. per Ber.& modernos, & per Accur.ff. de poſtu.puto.§.1.Item quia de pœnis non arguimus ad ſimilia 4: quia pœnæ non excedunt proprium caſum. de pœni.diſt.1.§. pœnæ.Item vbi eſt tale verbum, puniantur, priuentur: intelligimus ꝑ ſententiam, non ipſo iure.de elect.cap.quia propter.niſi ibi eſſent verba quæ aliud ſaperent: puta, ipſo iure, vel eo ipſo. ſ̃.eod. lib.de elect.quàm ſit. in fine.licet ibi Gar. contra. ſed primum credo ſecundum Guli.Item quia in dubio mitiorem caſum eligimus. ff. de ſuſpect.tut.l.hæ enim.& ſ̃. dixi.An iudex poſſit pœnas moderari, not.2.q.3.c.ſi quem.§.notandum.in gloſſa, quæ incipit, vt ĩ.3.q.

3 Idem Io. Mon. dicit tamen, quod non diceretur dubium quando ex actis appare re poſſet caſſationis cauſa. C.de ſen. quę ſine certaquanti.l.3. ff.de re. milit. milites. §. miſſionũ. & dixi in decr. ſuper e. Ioan. And.

4 Quæ non ſunt de mente, nec habent eũdem effectum. ſuper quo vide quod ſcripſi ſ̃. eod. lib. de elec. ſi poſtquam. §. 1. ſuper gl.& ita.& remiſſiones quas ibi dedi, &c. Ioan. And.

d ¶ *Benignior.*] Dicit canõ: illa digniora ſunt imitatione, quæ ſunt excellentiora pietate.9.diſt.c.vlti.

e ¶ *Interpretatio.*] De multiplici interpretatione vide quod not. 11.q.1.c.clericum nullus.§.ex his omnibus.de poſtu præla.c.1.

*¶ Glo. ſeq. ponit rationem.*

f ¶ *Facienda.*] Ratio: quia odia reſtringi, & fauores conuenit ampliari.ſ̃.eod.odia.cum ſuis concor.

A*Ctus legitimi.*] Caſus ponitur per cap.in electionibus. ſ̃.de elect.eo.lib. hoc modo: vacante eccleſia Pictaueñ. canonici illius eccleſiæ conuenerunt in vnum, tractaturi de electione futuri paſtoris: tractatu inter eos habito aliqui ex canonicis conſenſerunt in aliquem Titium vſque ad certum tempus: vel in ipſum cõſenſerunt caſu quo nauis veniret ex Aſia: an valeat talis electio? Rñdetur ꝙ nõ: quia actus legitimi nõ recipiũt diẽ neq; cõditionẽ. ¶ Item poteſt poni caſus per c. ſolet quæri. 32.q.2. in matrimonio carnali hoc modo: Aliquis Titius ꝯxit matrimoniũ cũ aliqua Berta vſque ad certam diẽ: an valeat matrimonium? Rñdetur ꝙ non, per rationem huius regulæ: quia actus legitimi.

*¶ Prima glo. dicit vnde ſumpta: & ponit exẽpla: ſecundo ſignat ſucceſſiue ſex contraria, & ſoluit: tertio oſtendit regulam iuris ciuilis cautius formatam.*

g ¶ *Actus legitimi.*] Hæc regula ſumpta eſt ex l.ff.eod.tit.l.actus legitimi.vt emãcipatio, acceptilatio, hęreditatis aditio, ſerui optio, tutoris datio, &c.per quam exemplificare potes hanc regulam [Ponit etiam Dynus exemplum in auctoritate tutoris: quæ ſi interponatur ſub conditione, interpoſitio eſt nulla. ff. de aucto. tutor. l. 1. & ſic conditionalis.] Item exemplum pone in ſententia, quæ non debet ferri ſub conditione.2.q.6. biduum. Item electio vel poſtulatio non debet fieri ſub conditione.ſ̃.eod.lib.de elect. in electionibus.Item matrimonium non ꝯhitur in diẽ.32. q. 2. ſolet quæri. ſ̃. de condi. appo.cap. vltimo. Contra 18.diſt. c.vlti. 86.diſt.tanta. 10.q.3.vnio.in fin.in quibus excõicatur quis vſque ad duos menſes.Sol.ibi ſumitur excõmunicatio pro remotione à ſacramentis: excommunicatio enim debet eſſe perpetua.10.q.1. quia ſacerdotes. exponimus tñ perpetuam, id eſt, donec pœnituerit.27.q.1.de viduis.1.reſponſo.quia pro contumacia fertur. facit ſ̃. de cõſti.ex litteris. Item ꝯ §.de elect.cum in veteri. vbi eligendi poteſtas in certum tempus confertur.Sol.electio eſt ille actus legitimus, qui non recipit diem: vnde non poſſunt canonici ſibi aliquem eligere in prælatũ vſque ad feſtum Reſurrectionis, vt hic: ſed poteſtas eligendi non eſt ille actus, & ideo datur in tempus, vt ibi: nam & ꝓcurator datur ad tempus.ſ̃.eod.lib.de pocura.ſi quem ſub ea. hinc eſt quòd etiam de iure communi tempora ad eligendũ ſunt taxa

ta.de elect.ne pro defectu.de conceſ.præben.c.2.s̃.eod.lib. de iure patr.cap.vnico.cum ſimi.Item ꝯ.7.q.1.paſtoralis.s̃.de fi.presby. veniens.vbi prælatura eccleſiæ dari videtur ad tempus.Solu.vt ibi nota,in vlti. glo. 1 Item ꝯ : quia matrimonium licet non recipiat diem 2.vt s̃.recipit tñ cõditionem.de condi.appo.ſuper eo.Sol.Veritate inſpecta nondum eſt matrimonium vbi non interuenit purus conſenſus, vt ibi patet, immo nec ſponſalia: vt s̃.eod.lib. de ſpon.c.1.in fi.Item contra ad id qđ s̃.dixi de donatione tutoris.inſtit.qui teſta. tu. da.poſ.§.ad certum.vbi tutoris datio diem recipit.Sol. quod s̃.dixi, habet locum in tutore dato à iudice:ſecus 3 ſi à teſtatore,vt in prædic.§.Item.ad idem ꝯ. ff.de tutelis.l.muto. §.penul. vbi datur à iudice ſub conditione,ſi ſatisdederit;& illa ſi ſatiſdederit,pura eſt.Et facit quod habes s̃.de elect.ſignificaſti.Et not.ꝙ ſicut hi actus non recipiunt conditioné vel diem,ſic nec diſiunctionem, vt in prædicto c.in electionibus. Et eod.tit.vt quis duas. Item nota ꝙ regula iſta indiſtincte loquitur de actibus legitimis, qui non recipiunt cõditionem nec diem: lex autem ſtrictius dixit, Actus legitimi qui non recipiunt, & c. quaſi dicat,aliqui ſunt qui recipiunt,& aliqui non. & loquitur ipſa lex in actibus qui non ſunt contractus,ſed quaſi. Contractus enim bene recipiunt conditionem.ff.de ꝯhen.empt.l.hęc venditio. Et ſic etiam poteſt ſolui id quod ſupra dixit de matrimonio, ſecundum Lau.Gof.& Ber.qui hoc not.de condi. appo.ſuper eo.in princip.& facit j.eod.contractus.

1 Eſt propter mandatum Papę dicit Philip.allegans Ioan. And. c. cum de beneficio. de pręben.s̃. eo.

2 Etiam ex diſpenſatione Papæ.ſecundũ Ioan. An.licet multi dicant cõtra.

3 Quare ſecus not. C. de teſta. tu. l.1. vbi duas rationes reddit.glo.additur tertia quæ omiſſũ à teſtatore propter dié vel cõditionem ſuppleri poteſt per iudicem:quod non conuertitur. Ioan. And.

¶ Idem.

REGVLA LI.

SEmel [a] Deo dicatum, non eſt ad vſus humanos [b] vlterius transferendum [c].

¶ Idem.

ADDITIO.Ad probandum ꝙ ꝯctus bene recipiunt conditioné,allegat Dynus inſti.de emp.& ven.§.emptio.ff.de in dię addi. l.2.de peri.& com.rei ven.l.neceſſario.pro empto.l.2.§. ſi ſub conditione.vnde locatio,ſocietas,mandatum, & ſimilia qui ſunt legitimi actus,certum eſt ꝙ conditionem & diem recipiunt.Io.And.

SEmel Deo.] Caſus in hac regu.figuratur multis modis. Primo per c.ligna.de conſe.diſt.1.Ponamus ꝙ aliqua eccleſia vetuſtate conſumitur,ita ꝙ iſta eccleſia pro ſui conſeruatione indiget nouo tecto.deponũtur ligna antiqua:vtrum ſit licitum de illis lignis ædificare domum priuatam?Rñdetur ꝙ nõ, quia ex quo illa ſemel fuerunt Deo dedicata,non debent redire ad vſum hominum.

¶ Item poteſt poni caſus in c.veſtimenta.ea.diſt. Ponamus:aliqua caſula vel aliud ornamentum eccleſię eſt de panno aureo:iſtud ornamentum vetuſtate conſumitur:ſunt aliquæ petię integrę:vtrum ex illis ſit licitum facere burſas ad vſus hominũ? Rñdetur ꝙ non: quia ex quo ſemel ille petiæ fuerunt dicatę Deo, ex illis nõ debet aliquid fieri ad vſum priuatorum hominum. ¶ Vel poteſt poni caſus ſic, Ponamus ꝙ aliquis priuatus fecit fieri vnum calicem: qui calix eſt in dñio illius qui calicem fieri fecit antequam ſit conſecratus.Sed ponamus ꝙ iſte calix cecidit inter manus ep̃i,qui illum conſecrauit;vtrum ep̃s teneatur reddere calicẽ illi cuius erat ante conſecrationem?Rñdetur ꝙ non:ſed tenetur ſoluere pretium calicis illi cuius erat antequam eſſet cõſecratus. Et hic eſt vnus caſus, in quo inuitus cogitur accipere pretium rei ſuæ.

¶ *Prima glo.ponit exempla:ſecundo dicit etiam in re aliena regulam procedere.Item in eadem forma.tertio dicit, quòd in non dicatis non procedit:ſignat contrarium & remittit: quarto notat nedum dominium,ſed etiam vſum prohibitum.*

a ¶ *Semel Deo* 4.] Pone caſum.12.q.2.nulli.s̃.de relig.do. ad hæc. ff.de reli.& ſum.fu.l.ſi quis ſepulchrum.§.1.ad idem 19.q.3.quæ ſemel.de conſe.diſt.1.ligna.& cap.veſtimenta.de foro competen. cõqueſtus.de rerum permuta.mancipia.C.de ſacroſan.eccle.Authen. præterea.Et habet locum hæc regula non ſolum in re propria,ſed etiam in aliena conſecrata:vnde ſi aurifaber habebat calicem,quẽ epiſcopus conſecrauit: amplius non reddetur aurifici calix ipſe: ſed eius æſtimatio.& eſt caſus ſpecialis, in quo priuatur quis re ſua.14.q.6.comperimus.Et quod dixi in calice, idem eſt in qualibet re inanimata:ſecus autem in animata,puta in ſeruo. & ſic non eſt.ꝯ.54.diſt.frequens.& ca.ſeq.ratio eſt,quam ibi not.Ioan.in prædi.c.comperimus.& Ber.in prędi.decre.de reli.do.ad hæc.quia res animata,ſcilicet homo,delinquit permittendo ſe conſecrari:inanimata vero non.Et eſt ſi.7.q.1.epiſcopus in diœceſi. & ff. de acquir. poſ.ſi rem mobilem.& l.Pomponius. in princ. Et hoc quod hic dĩ, intelligas in eadem forma:quia ob redemptionem captiuorum vel vrgentia debita, calices,& vaſa alia eccleſiaſtica vendi poſſunt et laicis,conflata tñ & minuta.10.q.2.hoc ius.& prædi. authen. præterea.Item not. ꝙ dicit, dicatum: quia bona eccleſiæ non dicata vel conſecrata bene tranſeunt ad humanos vſus,etiam ſerui eccleſiæ venduntur vel donantur laicis etiam ad ſeruiendum.12.q.2. eccleſiaſticis.Arg.contra de re.permu.c.3.dic vt ibi.Item not.quòd dicit ad vſus:quia non ſolum in dominium laicorum, ſed nec etiam in vſum tranſire debent res Deo dicatæ.ad idem de conſecr.diſt.1, veſtimenta.ne vltio quæ Balthaſar,&c. vt ibi. [& Danielis 5.]

4 Dynus ponit exemplũ in æde ſacra quę ſi deſtruatur vel corruit:locus tamen remanet ſacer. In ſti.de re. di ui.§.loc⁹. ff. de rerũ.diu. in tantũ. §. ſacræ. & de contrahen. emptio.l.§. des ſacrę.Io. And.

b ¶ *Humanos.*] id eſt,ſeculares,id eſt,ſecularium perſonarum,ad idem 1.diſ.c. 1. 12.q. 2.qui diuinis & humanis. de teſta. cum eſſes. Hoc dico:quia ad vſus clericorum qui & homines ſunt,bene poſſunt reduci.de conſe.diſt.1. ligna.Alibi ſumitur humanum pro humili.50.diſt.eos.24.q.1.ſi quis dederit 33.q.2.latorem.in fine.

ADDITIO.Human⁹ accipit etiã ꝓ benigno, mãſueto, & miſericordi: & inhumanitas eꝯ, ꝓ feritate,& crudelitate,& impietate.s̃. de ꝑſcr.cũ ex officij.in prin. de cen. licet. & in cle. de reli.do.quia contingit,poſt princ.Ioa.And.

REGVLA LII.

NOn † præſtat impedimẽtum [d], quod de iure non ſortitur effectum.

¶ Idem.

REGVLA LIII.

CVILI-

† Per hanc regu. dicunt Phili. Ioan. And.non tolli ſponſalia ꝑ matrimonium ob cõſanguinitaté reſolutũ: & fallit hæc regu.in iis qui b⁹ tacita voluntas ſufficit. de lega. 1. plane. in princ.Ange. Fab.§.poſteriore.q modis infirm.

c ¶ *Transferendum.*] Adde quod dixi s̃.eo. priuilegium.Ioa.And.

NOn præſtat impedimentum.] Caſus figuratur per c.ſi verũ.31. q.2.hoc modo:Titius ꝯxit matrimonium cum Berta conſanguinea ſua,& in effectu inter ipſos erat impedimentum,ita ꝙ matrimonium non tenet, obſtante impedimento:poſtea ꝯxit cũ alia, in qua non erat impedimentum;vtrum valeat iſtud ſecundum matrimonium?Rñdetur ꝙ ſic, nec obſtat primum matrimoniũ, quòd fuit nullum,& ꝙ de iure non eſt ſortitum effectum. Vel in electionibus ponamus ſic caſum: Canonici eccleſiæ Pictaueñ. vacante ſua eccleſia celebrauerunt electionem nullam:poſtea iſta electione non caſſata celebrauerunt ſecundam electonem: vtrum prima electio quæ fuit nulla(non tñ fuit caſſata) præſtet impedimentum ſecundæ electioni?Dĩ ꝙ non. Contra iſtam regulam opponit glo. de c.1.s̃.de ſpon.eo.lib.vbi ſponſalia quæ ſunt nulla, præſtant impedimentum matrimonio ꝯhendo:vt contraxi ſponſalia cum Berta,quæ non tenuerunt propter impedimentum religionis vel conſanguinitatis:vtrum potero ꝯhere matrimonium cum conſanguinea Bertæ?Dĩ ꝙ non.Dicendum ꝙ illud intelligitur quando ſponſalia ſunt nulla non ex defectu conſenſus:ſed ſi eſſent nulla ex defectu conſenſus, poſſem contrahere matrimonium cum conſanguinea Bertæ,vt dicitur in d.c. 1.

¶ *Prima gl.primo ponit exẽpla: ſecũdo quinque caſus exceptos, & quintũ nõ approbat:tertio notat in maleficiis regulã nõ loqui.*

d ¶ *Non præſtat impedimentũ.*] 5 pone caſum in matrimonio qđ non tenet: quod non præſtat etiam impedimentum ſecundo. 31. q. 2.ſi verum.In electione quæ non tenet s̃.de elect.cõgregato. In ſtipulatione quæ non tenet.ff.de verb.oblig.ſi dari ſtipuler. Vides tñ circa matrimoniũ ꝙ ſponſalia, quæ ſunt nulla propter affinitatem vel conſanguinitatem, præſtant impedimentum in conſanguineis alterutrius, ex publicæ honeſtatis iuſtitia. Ratio eſt; quia publicæ honeſtatis iuſtitia inducitur ex ſolo conſenſu:vnde ex quo ſunt aliqua ex conſenſu, licet aliàs ſint nulla, inducitur publicæ honeſtatis iuſtitia. Si autem eſſent nulla ex defectu conſenſus,non inducitur.s̃.eod.lib.de ſponſa. c. 1. ſicut & impedimentum affinitatis inducitur etiam per illegitimum coitum. 35.q. 3. de inceſtis. Circa electionem etiam vides,ꝙ electio quæ nulla eſt, ſecundam impedit.s̃.de elect. auditis.quod non proſequor:ſed dic vt ibi.Idem in denuntiatione noui operis quæ ſiue ſit iuſta,ſiue iniuſta, impedimentum præſtat futuro ædificio. s̃.de noui ope. nun.c.1.& ff.eod. tit.l.1.in prin.Item etiam in apppellatione,quæ & ſi ex falſa cauſa ſit interpoſita,dum tamen probabili:tali quæ ſi foret probata, debeat reputari legitima: ea interpoſita nihil eſt innouandum. 2. q. 6.appellatione. Item in litteris Papæ per mendacium impetratis, quæ licet ſint nullæ quo ad iuris effectum præſtant impedimentũ aliis impetrandis,ſi de eis mentio non fiat. s̃.de reſcrip. cæterum. & c.ex parte. ſecundũ Goff.qui hos quatuor caſus quos ꝑmiſi not. de deſpon.impub.litteras.Sed Ber.in hoc vlti.contra.s̃.de reſcrip. ex tenore in glo.1.in fin. 6 per decre.de confir.vti,vel inuti. bonæ. Et not.hanc regulam veram,niſi in pœnam aliquibus prohibeatur: hoc dico propter maleficia,quæ non ſortiuntur effectum à iure:& tñ impedimentum præſtant promouendis.50.diſt.c.1.2.& 3.Interdũ matrimonio ꝯhendo.iuxta ea quæ not. 33.q.2.hoc ipſum.§. hoc autem quamquam.& s̃.de pœnit.& remiſ.qui preſbyterum.& eſt ſimile quod not. C. de legi. non dubium. habetur enim pro infecto quod ꝯ iura fit.10.diſt.vides.vbi de hoc,& j.eo.quæ ꝯ ius. & ibi dicam. Et quod dicit, non ſortitur effectum: dic à principio vel ex poſtfacto.quod dic vt dixi s̃.eod.non firmatur.

5 Io. Mon. allegat ꝓ exemplis multa iura quæ hic vide per Ioa. An. in mercu.

6 Vide qđ ibi dixi,& de hoc in ꝑ alle. decret. cũ noſtris.de conceſ.præbe.in 4.glo. Ioan. And.

ADDITIO.In hac regula,non præſtat,& c.Dynus ponit exemplum cum legata eſt mihi optio ſerui; & ego elegi;ſed electio non habuit effectum:iterum eligam. ff.de opt.leg. l. 2. 3. & 4. Item ponit per l. quod pupillæ. ff. quando di.leg.ced. de cond. & demon. hæc conditio.Ioan.And.

CVi licet.] Caſus primo figuratur per cap.ecce.95.diſt.vbi quæritur,vtrum liceat ſacerdoti benedicere populum in fine miſſæ:Rñdetur ꝙ ſic;quia licitum eſt ſacerdoti quod eſt plus, ſcilicet conficere corpus Chriſti; ergo eſt ei licitum quod eſt minus,ſcilicet benedicere populum in fine Miſſæ. Et hoc intelligitur de benedictione ſimplici,non autem de benedictione ſolemni, quæ de iure com

iure cōi ſpectat ſolis epis & aliis ſuperioribus: licet ex priuilegio ſpectet aliqbus abbatibus: quæ benedictio ſolemnis impertitur in tribus horis, videlicet in Matutinis, in Miſſa, & in Veſperis. ¶ Itē pōt caſus figurari per c. ex parte 3. de deci. in antiq. Papa cōceſsit priuilegiū aliquibus religioſis, vt ipſi poſsint percipere decimas in certa parochia: poſtea fuerunt facta noualia: vtrū ex illis noualibus ipſi percipiūt decimas? Rn̄detur ꝙ ſic, per rationē huius regulæ: q̄a ſi fuit eis conceſſum qđ eſt plus, vr̄ eis conceſſum illud quod minus.

† Nota licitū eſſe in licitis & permiſſis arguere à maiori. de quo plene Baldus in l. cōuenticulā. C. de epiſco. & cleri.

cet a † quod eſt plus, licet vtique quod eſt minus.

3 ¶ Idem.

## REGVLA LIIII.

Qui prior † eſt tēpore b, potior eſt iure.

Secus ſi illud priuilegium eſſet conceſſum alicui laico, per c. tua. eod. titu. Item ſecus ſi religioſi præſcripſiſſent decimas antiquas: quia cum præſcriptiones ſint odioſæ, non poſſent percipere decimas de noualibus: nam præſcriptio non currit ſine poſſeſsione, quia iſti religioſi non poſſent dicere ꝙ habuerunt poſſeſsionem iſtorum noualium.

† De materia regulæ vide quę pleniſſime tradit Caſſane⁹ in catalogo gloriæ mūdi par. 12. conſideratione 99.

*¶ Prima gloſſa dicit vnde ſumpta: & ponit exempla: ſecūdo ponit brocharda: tertio ſucceſsiue ſignat, & ſoluit ſeptem contraria: quarto ſignat contraria ad negatiuam.*

a ¶ *Cui licet.*] hæc regula ſumpta eſt ex l. ff. e. tit. nō debet cui plus licet, quod minus eſt non licere. Et fallit hæc regula in caſibus ibi not. Pone caſum: Presbyter in Miſſa conficit corpus Chriſti, quod maius eſt: bene ergo poteſt benedicere populum, quod eſt minus. 95. diſt. ecce. Item conceſsis decimis laborum, quod maius eſt, & noualium quod minus eſt. s̃. de decim. ex parte 3. Item cui conceſſum eſt teſtari, puta filiofamilias in peculio caſtrēſi: ergo & donare cauſa mortis. ff. de dona. cauſa mortis. l. tam is. concor. 12. q. 1. præcipimus. cui committuntur animæ, & res eccleſiæ etiā. s̃. de dote poſt diuor. reſti. per veſtras. cui cōmittit vxor corpus, bene pōt cōmittere dotem. Et not. quòd iſtud eſt vnū brochardū: cui licet plus, & minus. Aliud, quod licet maiori, & minori. 95. diſt. illud ſuperfluū. Aliud negādo: cui nō licet minus, nec maius. de ſent. excom. cum illorum. & quod non licet in minori, nec in maiori. de elec. cum in cunctis. vbi de hoc. Contra ad hanc regulam. ſupra eod. lib. de præben. cui de non ſacerdotali. Solu. illud facit forma mandati. & eodem modo rn̄de ad c. eod. tit. cum in illis. §. vlti. & facit quod dixi s̃. e. plus ſemper. Item ꝯ. de conſecra. diſt. 2. cōperimus. Sed illud ſpeciale propter vnionem. Et ſic etiam reſpondetur ad l. ff. de admini. tut. cum quæritur 1. Nā pupillus poteſt omnia nomina quæ fecit tutor reſpuere: ſed nōn quædam reſpuere & quædam approbare. Item ꝯ. de tranſla. c. vlt. vbi permittitur trāſire ad maiorem dignitatem, ſed non ad minorē. Solue vt ibi not. in glo. penul. Item ꝯ. 33. q. 2. latorem. vbi poteſt communicare, ſed non oblationem dare. ad idem. 17. q. 4. miror. Item ꝯ de torneamētis. c. 1. de rapt. c. 2. vbi conceditur pœnitentia & non ſepultura. Solu. vt not. in præd. c. 1. de torneamen. quia regulare eſt qđ hic dr̄: niſi à minore prohibeatur ex cauſa, vel vt conſulatur viuis, vt ibi, vel ob aliam cauſam. Item ad negatiuam ꝯ. 36. diſt. qui eccleſiaſticis. & 1. q. 1. ſi qui epi. vbi qui iniuſte ordinem contulit, priuatur collatione illius ordinis: ſed non minoris vel maioris, ſecundum Ber. licet Hugo contra. ſed dic vt s̃. proxi. dixi. Plus ergo qualitate includit minus, ſed non ſemper, vt s̃. ſicut plus quantitate non ſemper includit minus, vt dixi s̃. eo. tit. plus ſemper.

1 Eadem reſponſio ad l. in cauſę. vbi licet proc. ff. de procuratore in totū reuocare non in parte ſecundū Dynum.

ADDITIO. In hac regula, cui licet, &c. Io Mo. dicit ponēdum exemplū per §. is qui exequitur. Inſti. manda. vbi ſi mādaui fundū emi pro cētū, mādaſſe videor ꝙ ematur pro minori ſi haberi pōt: & remittit ad regulam, plus ſemper. Dynus ponit exemplum in patre, cui licet occidere adulterum inuentum cum filia: multo magis contumeliis afficere. ff. de adul. nec in ea. §. ius occidendi. Item iudex poteſt deferre actori iuramentū in litem, quod eſt plus: poterit ergo taxationem iuriſiurandi adiicere, quod eſt minus. ff. de in lit. iuran. videamus. §. penult. Ioan. And.

Qui prior eſt tempore.] Caſus figuratur per c. vlt. 17. diſt. iūcto. c. 1. de maio. & obe. in antiq. Ponamus ꝙ inter canonicos alicuius eccleſiæ eſt contentio, quis debeat primo ſe ſubſcribere in inſtrumento, in quo continētur actus capitulares. vel eſt contētio inter canonicos in ſeſsionibus, quis debeat eſſe in loco honorabiliori: vel in optione præbendæ eſt contentio, quis debeat habere electionem? Rn̄detur ꝙ antiquior canonicus eſt cæteris præferendus: quia qui prior eſt tempore, potior eſt iure. ¶ Item poteſt poni caſus in pluribus expectantibus auctoritate Apoſtolica, quorum vnus ꝓcedit in data, vt ponamus ꝙ Papa hoc anno fecit mihi gratiam in eccleſia Pictaueñ. quia mandauit canonicis illius eccleſiæ vt conferrent mihi præbendam ſi qua vacaret, alias primo vacaturam: poſtea Papa in dicta eccleſia fecit tibi ſimilem gratiā: quæritur quis noſtrum ſit præferendus in aſſecutione præbendæ? Rn̄detur ꝙ ego, qui ſum prior in data: quia qui prior eſt tempore, potior eſt iure. ¶ Item poteſt poni caſus in pluribus creditoribus, vt ſi ſint plures creditores alicuius debitoris, & vendantur res ipſius debitoris: quærit̄ quis debeat eſſe prior in debito conſequendo? Reſpōdetur idem, quòd ille, qui eſt prior in tempore.

*¶ Prima gloſ. dicit vnde ſumpta, & ponit exempla: ad vltimum exemplū ſignat contrariū & ſoluit: ſecundo dicit regulā procedere in his quæ pendēt à volūtate duorū, nō in legibus vel teſtamētis: ſignat cōtrariū & remittit: Itē procedit cū par eſt ius vtriuſq;.*

b ¶ *Qui prior eſt tempore.*] Hæc regula ſumpta eſt ex l. ff. eod. tit. l. quotiēs vtriuſque. Pone caſum in iure ceſsionis & ſubſcriptionis. 17. diſ. c. vlt. ibi ꝑponitur prius ordinatus. [& s̃. đ ma. & obe. c. 1. vbi de hoc. Dyn⁹ alleg. ff. de albo ſcri. l. 1. 2. & 3. & C. đ ꝯſu. l. 1. lib. 12.] In aſſecutione præbendæ qui primo impetrauit 2. s̃. eo. lib. de præbē. eū cui. Ex duobus emptoribus vel donatariis præponitur in rei vendicatione ille, cui res prius tradita fuit. C. de rei ven, quotiens. in prin. & in fi. Sed quare in hoc vlt. caſu præfertur ille, cui fuit primo res tradita, & non ille cui primo fuit vendita vel donata: quod eſſe deberet ſcđm hāc regulā? Sol. hæc regula locum habet in iis quorum vtriuſque par eſt cauſa, vt in prædi. l. quotiens. ff. eo. tit. ſed poſt venditionē quis remanet dominus. vendendo ergo & tradendo ſecundo, potior eſt cauſa ſecundi, vt ibi 3. hoc probatur C. de hære. vel act. ven. l. qui tibi tenetur. tñ priori exempto quanti ſua intereſt, vt ibi: ſed per litteras Papæ quis ſtatim eſt canonicus: & ideo in eis attendimus datum, vt in prædicta decre. eū cui, & facit quod not. de ſpon. duorū. c. vlt. in 1. gl. Et nota ꝙ hæc regula locum habet in ꝯtibus, & in iis quæ duorū voluntate dependent: ſed in legibus & conſtitutionibus quæ pendent ex vnius voluntate, reuocat poſterior priorem. Idē in teſtamentis eadem de cauſa: quia ex vnius voluntate dependent. Ad primum de conſe. diſt. 1. c. vaſa. de cogna. ſpiri. c. 1. ff. de leg. non eſt nouum. & s̃. eo. lib. de conſtit. c. 1. vbi etiam de hoc. Ad ſcđm. 13. q. 2. vltima volūtas. Et s̃. de celebra. Miſ. cum Marthæ. & ff. de leg. 1. ſi mihi. Ad primum, ꝯ. 33. q. 2. hoc ipſum. in fi. 50. diſt. Domino ſancto. vbi dr̄, ꝙ potius ſtamus antiquo iuri quàm nouo. Sed dic vt ibi, & vt s̃. dixi. Hæc regula in his locū habet quæ per ius habent: nam priuilegia conſiderātur non ſolūm ex tpe, ſed ex cauſa. ff. de priuil. cred. in priuilegia. hinc eſt ꝙ receptus auctoritate Apoſtolica præfertur omnibus etiā ante receptis aliorū auctoritate. s̃. eo. lib. de præb. hi qui. Et creditrix dotalis præfertur etiam quibuſdam anterioribus creditoribus, nō tñ filiis ex priori matrimonio qui agunt de dote materna. C. qui pot. in pig. hab. l. vlt. & ibi de hoc. & plene per Azo. in ſumma eo. tit. [Sed longe plenius hic per Dynum cuius diſtinctionem vide.]

2 In pari forma, & đ hoc plane s̃. eo. lib. de concel. præb. ſi ſoli. in vlt. gloſ.

3 Niſi prius ſe conſtituiſſet prioris nomine poſſidere: vt tori pſi in Specul. de emptione & vendi. c. 2. vbi gloſſatur verbum, cōſtituit poſſidere. Ioan. And.

ADDITIO. In hac regula, qui prior, &c. Dynus ponit exemplū in creditoribus, quibus res ſunt obligatæ, vt potior ſit qui prior eſt tempore. ff. qui pot. in pign. l. potior. & l. creditor. & C. eo. l. ſi fundum, &c. Ioan. And.

¶ Idem.

## REGVLA LV.

Qui c ſentit onus, ſentire

Qui ſentit onus.] Caſus primo figuratur per cap. de lapſis. 16. q. 6. Ponamus ꝙ aliquis clericus perpetrauit aliquod delictū propter quod fuit condemnatus agere pœnitentiam in aliquo monaſterio: nunquid bona ſua tranſeunt in monaſterium, vel monaſterium teneatur ipſum alere expēſis monaſterij? Rn̄detur ꝙ ſi fuit condemnatus ad agendum perpetuam pœnitentiam in monaſterio, bona ſua tranſeunt in monaſterium: quia ex quo monaſterium ſentit onus, etiam debet ſentire emolumentum. ¶ Item poteſt poni caſus per c. 1. de ſepul. s̃. eo. lib. vbi dr̄, ꝙ ſi parochianus eligat ſepulturā alibi quàm in ſua eccleſia parochiali: ex illis quæ obuenerūt ratione funeris, eccleſia parochialis debet habere quartam, vel aliam portionē, ſcđm cōſuetudinē regionis. c. certificari. eo. tit. in antiq. quia ſicut eccleſia parochialis ſuſtinuit labores adminiſtrando & celebrādo diuina: ita ſimiliter debet eſſe particeps in emolumētis. ¶ Item poteſt poni caſus per c. filiis. 16. q. 7. Certū eſt ꝙ patronus in eccleſia patronata ex iure patronatus conſequitur aliqua emolumenta: quia ad illam eccleſiam poteſt præſentare virum idoneum. Item in ſeſsionibus & ſepultura eſt præ cæteris honorādus. Itē ſi patronus deueniat ad paupertatem, eccleſia tenetur ſibi ſubuenire præ cæteris egentibus. Sed quid? ponamus ꝙ eccleſia opprimitur: nunquid patronus tenetur eandem defendere? Rn̄detur ꝙ ſic: quia ex quo ſentit commodū, ſentire debet onus. ¶ Item poteſt figurari caſus per c. ſignificatum. de præb. in antiq. vbi dr̄, ꝙ ex quo clericus percipit fructus & emolumēta eccleſiæ: ita ſimiliter tenetur & debet eam officiare, & facere diuinum ſeruitium: quia ex quo conſequitur emolumentum, etiam debet habere onus, quia beneficium datur propter officium.

*¶ Prima gloſſa dicit vnde ſumpta: & ponit exempla in vtroque dicto: ſecundo ponit quatuor caſus quibus fallit regula.*

c ¶ *Qui ſentit onus* 4.] Hæc regula ſumpta eſt ex l. ff. eo. tit. l. ſcđm naturā cuiuſque rei. Pone caſum in clerico, qui ꝑꝑ lapſum detrudit in monaſteriū ad pœnitētiā peragēdā: quia res eius proficient monaſterio. 16. q. 6. de lapſis. Ad idem s̃. de ſepul. cap. 1. ibi, ſint

4 In hac regul. tenet Io. And. declaratus per Phil. quod monaſterium priuilegiatum tempore interdicti admittere familiares diuinis: admittet receptos poſt priuilegium. idem de epiſcopo priuilegiato vt quatuor ſui familiares abſentes recipiāt fructus ſuorum beneficiorū.



3 [illegible] creditorum [illegible] prior creditor [illegible] in ſola [illegible] creditor [illegible] lib. 1. [illegible] 3. [illegible] fol. 282.

conſolationum ſocij,&c.& C.de fur.& ſer.cor.l.vlt.§.ſed cũ in ſecunda.vbi cõmodatarius ſi furtiue ab eo ſurripiatur res cõmodata,& agens furti cõſequatur pœnã à fure: pœnã ipſam non reſtituit dño,ne ſit dãno tantũmodo deditus qui rẽ cõmodatã accepit: ſed liceat & lucrũ ſperare. In ſcđo dicto ibi.ſ.& econtra:pone caſum in patrono qui defenſare debet eccleſiã. 16.q.7.filiis,in clerico q. officiare debet eccleſiã. de præb.ſignificatum.Et dicit lex, non eſt ferendus qui lucrum amplectitur, onus autẽ ſubire

debet commodũ,& econtra [a].

¶ Idem.

## REGVLA LVI.

**IN re [b] communi,potior eſt conditio prohibentis [c].**

recuſat.C.de cad.tol.l.vnica,§.pro ſecundo.in fi.Cõcor. ad hanc regulam.7.q.1.c.ibi.22.q.2.charitatẽ.cum ſuis concor. & j.eo.rõni, & ſ.eo.lib.de elect.cum nõ deceat.ff.de peri.& cõmo.rei ven. l.id quod poſt.Et not.ꝙ hæc regula fallit interdum rõne ætatis vel perſonæ: interdum rõne naturæ contractuũ: interdũ ex ſpeciali pacto.Primum patet.C.de leg.tut.l.vlt.in fin. ibi enim minores licet ad tutelæ grauamen non veniant, ſucceſsionis emolumentũ non amittunt.inſtit.de leg.tut.in fi.ibi dicit textus,plerunq; vbi ſucceſsionis eſt emolumentũ, ibi & onus tutelæ debet eſſe:ideo autẽ diximus,plerũq;: quia ſi fœmina impubes manumittitur, ipſa ad hæreditatẽ vocatur,cũ alius tutor ſit.Secũdum patet.ff.pro ſocio.l.de illo.& l.non ob eã. ibi.n.non ſit cõpenſatio emolumẽti qđ ſocius attulit ſocietati dãno quod intulit: immo eo nõ obſtante damnũ emendare tenetur.& eſt ratio,vt dixi,natura cõtractus: contrahitur.n.ſocietas tm̃ ob lucrũ. [Vide quod not.ff.de neg. geſt. l.ſi negotia abſentis.] Tertium patet.ff.de pac,do.l.familiæ.ad idẽ.ff.fa. ercif.l.licet.Ad hoc ſ.eo.lib.de pac.c.1.& vlt. Item fallit vbi ex cauſa quis prohibetur ab emolumento,licet onus habeat:ſicut in iudice qui nihil à partibus debet exigere, niſi expenſas mdoeratas cũ ꝓficiſcitur pro cauſa.nec tunc illas, ſi partes notabiliter pauperes ſunt.ſ.eo.lib.de reſcrip.ſtatutum,§.inſuper.& §.ſeq. & idem in ſimilibus.Et concor.ad regulam ea.decre.§.aſſeſſorem.

1 Hæc gloſſula ex nouella Ioan.And. huc fuit trãſlata.

a ¶ *Et econtra.*] Vnus 1 intellectus eſt:qui ſentit commodum,ſentiat onus.& hunc glo.proſequitur. Alius ſenſus eſt: qui non ſentit onus,non ſentiat commodum. & pro hoc 33.diſt,præter hæc.ſ.eo. lib.de elect.generali.§.illos,&c.Ioan.And.

IN *re communi.*] Caſus in hac regula figuratur primo per c.1. 33.q.5.hoc modo:Ponamus ꝙ Titius contraxit matrimoniũ cum Berta:contracto matrimonio & cõſummato, alter coniugum vult intrare religionẽ altero inuito,& in preiudiciũ alterius? Rñdetur quòd non poteſt:quia in re cõi potior eſt conditio prohibentis.

¶ Item poteſt poni caſus per cap.quia propter.de electio.in antiq. Vacante eccleſia Pictauenſi canonici eccleſiæ ſuper electione futuri prælati voluerunt compromittere in aliquos arbitros: aliqui ex canonicis non conſenſerunt:ſed dicunt ꝙ volunt haberẽ vocẽ; vtrum poſsint impedire poteſtatem tranſlationis in arbitros,& ne fiat compromiſſum? Reſpondetur ꝙ ſic: quia in tranſlatione poteſtatis in arbitros requiritur conſenſus omnium:& hoc per rationẽ huius regulæ: quia in re communi potior eſt conditio prohibẽtis.

¶ *Prima glo.ponit exempla,& remittit: & vj.caſus excipit.*

2 Vide Decium conſil. 45.

b ¶ *In re communi* 2.] Pone caſum in duobus coniugatis: quorũ vno vouere volente & altero prohibente, potior eſt cauſa prohibentis.33.q.5.c.1.Item vno ꝓhibente ne ꝓcedatur per viã compromiſsi potior eſt ipſius cõditio. ſ.de elec.quia propter.ibi,vice omniũ.Itẽ duobus cõem habẽtibus parietẽ,alter nõ põt deſtruere & reficere altero ꝓhibente.ff.de ſer.vrb.præd.parietẽ. & fuerãt hæc verba l.ff.cõi di.l.Sabinus.& ibi de hoc.Et fallit hæc regula in caſibus ibi not.Primo qñ non intereſt ſocij: puta quia incruſtare vult vel depingere.ff.de ſer.vrb. præd. l.quidã Hiberus. §.parietem.vel vult ſcalas iuxta parietẽ ponere,vt eo.tit.fiſtulam.in fi. Secũdo qñ ob hoc q̃ſita eſt vt opus fiat.ff.cõi di.ſi ædes.[Et ſic loquitur. ff.pro ſocio,cũ duobus.§.item Mela.] Itẽ qñ ædificiũ reficeret.C.de ædi. priua.ſi vt ꝓponis.ff.de dam.infe.ſi ædibus.& l.in reficiẽdo. [Intellige ꝙ in his caſibus quibus reficere vel facere licet, nõ velit ſocius facere iure ſeruitutis:quod nõ liceret.præalleg.l.parietem.de ſer.vrb.præd.ſed iure cõionis licet.& ſic intendit gl.Et facit ff. pro ſocio,cũ duobus. §.idẽ rñdit.] Itẽ religionis fauore, vt ſi ibi ſepelire velit,vt ff.de reli.ſi plures. vel in cõmune ſepulchrũ aliũ mittere.Inſti.de rer.di.§.religioſum.ver.in cõmune. Item cũ donator rem cõem habet cũ donatario.C.de don. ſancimus. §.ne autẽ.Accur.Et ſcire debes aliquid eſſe cõmune vt ſingulis:aliquid vt collegio,vt tetigi ſ.eo.ꝙ oẽs.& habes ſ.de conſti.cum oẽs. Ioan.And.

¶ *Gloſſa ſequens ponit rationem regulæ.*

c ¶ *Prohibentis.*] quia volens non ſolũ dominus eſt,vt in prædi. l.parietem.ff.de ſer.vrb.præd.Ioan.And.

In pręſentia. đ proba. per cas⁹ poſitionem peculiariter declaratur.

C*Ontra eum.*] Caſus in hac regula primo põt figurari per c.in præſentia.de proba.in antiq.hoc modo:Ponamus ꝙ dicebãt ab aliquibus ꝙ intrauerã aliquã religionẽ, & in ea fecerã ꝓfeſsionem:ego autẽ excipiẽdo ꝓpoſui, ꝙ eo tpe quo intraui religionẽ, erã minor annis,& ſic ꝓfeſsio nõ tenebat: ꝓpterea nõ erã obligat⁹ religioni,Ad ꝓbandũ meã intẽtionẽ,videlicet ꝙ erã minor annis, feci meos articulos,in quibus cauebatur,ꝙ erã minor annis:& nõ dicebatur vtrũ eſſem minor annis xiiij.vel xxv.vnde iudex examinauit meos teſtes,qui oẽs depoſuerunt,ꝙ quãdo intraui religionẽ erã minor annis:publicatis atteſtationibus meorũ teſtiũ, pars aduerſa contra me propoſuit, ꝙ non probauerã ſufficienter mẽã intentionem: quia ſolum probaueram, ꝙ erã minor annis,& non ꝙ erã impubes & minor xiiij.annis: eſt ibi textus ꝙ fiet

¶ Idem.

## REGVLA LVII.

**COntra [d] † eum qui legẽ dicere potuit apertius,eſt interpretatio facienda.**

4 Nota ꝙ verba obſcura vel dubia interpretanda ſunt contra proferentem,q apertius dicere potuit. ad hoc c.cũ dilectus.de cõſuetud.

interpretatio contra me,vt præſumatur ꝙ volueram dicere, quòd eram minor xxv.annis.¶ Item poteſt poni caſus per l.cum in lege. ff.de contrah.emp.& vend. Ponamus ꝙ habebam duas ædes vicinas & contiguas;quælibet ipſarũ erat altior diuerſis reſpectibus: quia vna in parte anteriori erat altior altera: reliqua autem erat altior in parte inferiori: vendidi tibi vnam iſtarum domorum, & in venditione appoſui iſtud pactum; ſtillicidia vt nunc ſunt ita erunt in futurum: Vtrum videar appoſuiſſe ſeruitutem domui retentæ,vt non poſsim eã eleuare in illa parte,in qua recipit ſtillicidia domus venditæ? Reſpondetur ꝙ in dubio præſumitur ꝙ appoſui ſeruitutẽ domui retentæ,vt nõ poſſem eã altius eleuare in illa parte,in qua recipit ſtillicidia domus vẽditæ: quia fuit in poteſtate mea apertius declarare.l.veteribus.C.de pac.Bart.in l.Labeo.ff. de contrah.emp.& vend. Et hic eſt etiã glo. ſatis ampla. Sed quid dicemus ad l.ſi in emptione. ff.de act. emp. & vend. vbi textus in contrariũ:quia ibi dr̃ cum fundus venderetur: ſeruus Stichus accederet,id eſt,venditus fuit ſeruus Stichus cum fundo: & venditor habebat duos ſeruos Stichos: dubitatur de quo Sticho intelligitur tale pactum? Dicitur ibi ꝙ eſt in poteſtate venditoris retinere quẽ voluerit:& ibi illa verba fuerunt dicta non à vẽditore, ſed ab emptore.Ideo dicũt aliqui,ꝙ ſi verba fuiſſent prolata à venditore, ꝙ fieret interpretatio contra emptorẽ:quia verba ſic proferrentur in contractu:nec inſpiceretur à quo fuerũt prolata, ſed cuius fauore ꝓferrentur:ita ꝙ ſi illa verba apponerentur gratia venditoris,fiet interpretatio contra venditorem:Si gratia emptoris:fiet interpretatio contra emptorem.Tamen iſtud non placet glo. nec Barto.in d.l.veteribus.immo dicunt,ſi cõſtet quis protulit verba,fiet interpretatio contra eum. ſed in l.illa non conſtabat à quo fuerant illa verba prolata:ideo eſt in optione venditoris tradere quem Stichũ voluerit.Vel dicit gloſſa ꝙ iſta regula fallit in iudiciis,quia non fit interpretatio contra proferentem.l.ſi quis.ff.de iud.Ratio eſt:quia ſi fieret interpretatio ſecundum intentionem rei conuenti,& non actoris libellantis,reus diceret ꝙ de illa re nõ intellexerat. ¶ Item fallit hæc regula quando aliàs contractus eſſet inutilis:vt ſi ſtipulatus ſum hoc modo, Promittis mihi dare centum calendis Iulij: non dico proximis:quæritur de quibus calendis intelligatur: vtrũ de proximis vel de aliis? eſt ibi textus quòd intelligitur de proximis,& interpretatio fit pro me ſtipulante:quia ſi attenderetur tua intentio,tu diceres quòd tu intelligeres de vltimis,quæ ſunt circa iudicium finale,& ſic ſtipulatio eſſet inutilis.

3 Circa iſtã glo.ibi.cum dubitatur qđ ſit veriſimilius.dicit Philip. interpretandũ ſecundum ꝙ appa ret ex principali conuẽtiõe: aut verbis eam præcedentibus, aut ſequentibus.l.inſulam. ff. qui potio.in pig. habeã. aliàs interp̃tamur contra proferentem, in d. l.veterib⁹. l.arborem.§. hęc lex.ff.de ſerui. ruſti. prædio. niſi conſtet, ait Dynus,proferentem paciſci voluiſſe in ſuum fauorem, ſi non conſtet à quo ſint ꝓlata verba: aut forte ab omnibus æqualiter dicta ſunt: eſt interpretandum contra illum cuius fauor verſat. l. ſi ita.ff. de auro & argẽ. cle. quia circa.đ reſcrip.

¶ *Glo.ſeq.dicit vnde ſumpta,& ponit exempla,& ad alterũ remittit.Secũdo ſucceſsiue ſignat, & ſoluit ſeptẽ cõtraria: tertio diſtinguit principaliter v. mẽbra: ſextũ & ſeptimũ addit in fi.*

d ¶ *Contra eum* 3.] Hæc regula ſumpta eſt ex l.eo.tit.l.in contrahenda venditione. Pone caſum in dicto teſtis cuius interpretatio fit contra producentem.ſ de proba.in præſentia. Item per l.ff.de contrah.emp.l.Labeo. vbi obſcuritas pacti nocet venditori qui legem apertius dicere potuit.ad idem ff.de pact.l.veteribus.vbi plene de hoc.Contra ff.de iudi.ſi quis intẽtione. Sol.illud in iudiciis, hoc in contractibus.Sed adhuc contra.ſ.eo. cum ſunt partium iura obſcura.Sed ibi ſolui.Item contra. ff.de contrahen. empt. ſi ita diſtrahatur,illa,aut illa res quam elegerit vẽditor,hæc erit empta. Sol.verba illa fuerunt dicta ab emptore: vel naturale eſt in alternatiuis:ꝙ ſit debitoris electio.j.eo.in alternatiuis. cum ſuis cõcor. Item contra.eo.tit.ſi in emptione.in prin. vbi ſi in emptione fundi dictum fuerit accedere Stichum ſeruum: accedit ille de quo venditor intellexit. Sol.hoc in principali, illud in acceſſorio:ſed hoc nihil eſt.vnde dic ibi verba prolata fuiſſe ab emptore. Item cõtra ff.de ſer.vrb.præd.ſi ſeruitus.ibi;ne luminibus officiatur: intelligitur de præſentibus & futuris.Sed ibi non eſt obſcuritas,ſed generalitas.ad idẽ de priuileg.quia circa.vbi generaliter remittens decimas,futuras & præſentes intelligitur remiſiſſe. Item cõtra.ff.de verb.oblig. l.eum qui. vbi intelliguntur calendæ primæ ad voluntatẽ ſtipulantis.Sol.inutilis eſſet ſtipulatio, ſi ad voluntatẽ debentis qui de vltimi mũdi calendis intelligeret & diceret.Item cõtra. ff.eo.tit.l.in ambiguis.vbi ſtatur animo proferẽtis.Sol.illa in teſtamentis,reſcriptis,& legibus,vt ibi not.hic autem in contractibus. Vt igitur plene liqueat hæc materia:licet de ipſa tractetur de ſpõ. ex litteris 1.ff.de pact.l.veteribus. tu tamen nota quòd obſcuritas vel ambiguitas aut apponitur in vltimis voluntatibus, aut in conuentio-

uentionibus factis in iudicio,aut in cōfeſsionibus, aut in cōtracti bus & pactis,aut in ſentētiis 1.Si in vltimis voluntatibus, ſubdiſtingue:quia aut cōſtat de voluntate expreſſe vel tacite. Si expreſſe,illa ſeruatur:quia nihil eſt quod tm̄ debeatur hominibus, q̃ ꝙ vltimæ voluntatis liber ſit ſtylus. 23. q.2. vltima voluntas. de teſt. officij.de condi. appoſ. in ma. c. 2. C. de ſacroſan.eccle. l.1. Si conſtat tacite,vt per coniecturã,illa ſeruatur. ad hoc 26.q.6.qui recedunt. de teſt. requiſiti. ff.de leg.1. ſi ſeruus plurium.in fi.niſi dicta voluntas turpis eſſet,vt ff.de cōdi. inſti.l.quidã.vel aliàs ꝯ ius.Pone exēplũ.ſ.de teſt.tua. c.Raynutius. in fi.ff.ad leg.Fal. Titia. quia priuata diſpoſitio teſtatoris, &c. de teſta.requiſiſti.ff.de leg.1.l.nemo poteſt. ſi non cōſtat expreſſe nec tacite,ſtetur verbis teſtamenti.ad hoc 22.q.2.is autem. de celebra. Miſ. in quadã.de ſpon.ex litteris 1.ff.de exer.l.1.§.ſi is qui nauem. ff.de leg.3.l.non aliter.Si autē verba ſunt nimis larga,ſequimur benignius,& minimũ.ff.de leg.3.l.nummis.ſ.eo.in obſcuris.cum ſuis cōcor.& ſic eſſet hæredis electio.C.de condi.indeb.l.ſi quis ſeruũ. ff.de leg.1.legato.Et lex.ff.eo.tit.ſi domus.& l.qui duos. loquuntur cum hæres eſt in mora,vt not.de teſt.indicāte.ad hoc.Inſti.de leg. §.ſi generaliter.Si vero nō apparet quæ pars ſit benignior vel minor,neutra tenetur.ff.de teſt.tut.l.duo ſunt.ff.de manumiſ.teſt.l.cũ ex pluribus.ff.de libe.& poſthu.nominatim. Si quæratur ad quem ſpectat indagatio? Dic ꝙ ad iudicē. C.de fideicōmiſ. l.voluntatis defuncti.Si in iudiciis ſit ambiguitas, fit interpretatio pro proferente 2.Ratio:quia debitor ſemper negaret ſe de hoc ſenſiſſe.C.de annali excep.l.vlt.in fi.ff.de verb.ob.inter ſtipulantē.§.1. arg.ff.de tribu.l.illud.§.1.& ff.de eo quod cer. loc. l.non vtique.§.damus.& hoc in litis exordio.de hoc de reſti.ſpo.cum ad ſedem. Si vero in probationibus ſit ambiguũ,interpretamur ꝯ producentē. de cōdi. appoſ.per tuas.de proba.in præſentia.de teſti.cum tu.de fid.inſtru. inter.in fi.debent enim ꝓbationes eſſe claræ.de præſcr.auditis. ſaluo eo ꝙ poſſent teſtes obſcure deponētes interdũ iterũ interrogari.de teſti.cũ clamor.quod dic vt ibi notatur.Et eo.tit.ꝑ tuas.& in prædic.decr.in præſentia.in 4.glo. In confeſsionibus ſi cōfiteatur quis incertũ,certificare cogitur.ff.de confeſ.l.certum.alioquin accipietur quod magis expediet aduerſario,vt ibi:& ff.de inter. act. de ætate.§.nihil.Ad hoc ſ.de accuſa.cũ dilecti. ſ.eo.lib.de confeſ. c.2.In ꝯtibus aut eſt certũ de cōſenſu,aut de diſſenſu,aut eſt dubiũ.In primo ſtatur ei quod ſenſerunt. ff.de reb.dub. l.in ambigua. de ſponſa.c.1.Secundo nil valet.27.q.2.ſufficiat.30.q.2.c.vnico.ſ.de rapt.cum cauſa.de pigno.illo vos.29.q.1.§.1.ff.de contrahen. emp. l.in venditionibus.& ibi error non ſolum corporis,ſed etiam materiæ venditionem impedit: nil enim tam ꝯrium conſenſui ſicut error.ff.de iuriſd.om.iud.ſi per errorem.ff.de iudi.l.2. & errare eſt aliud pro alio putare.37.diſt.quamuis.& 22.q.2.in quibus. non tamen omnis error 3 matrimonium impedit, ſed error tantum perſonæ & conditionis.quod dic vt 29.q.1.§.1. & in ſumma tenet etiã pignus.cum obligatur æs pro auro.ff.de pign.act. l.1. In tertio caſu,ſ.cum eſt dubiũ:ſubdiſtingue,aut pōt valere ſecundũ vnius intellectum tm̄,aut ſecundũ vtriuſq; : ſi ſecundũ vnũ tm̄, valeat ſm̄ quē valere poteſt.ff.de ver.obli.l.quotiens. Et habet hoc locũ etiã in ꝯctu matrimoniali in foro iudiciali. In foro autē animæ ſtaretur ei qui diſſenſiſſet in tali dubio,vt ſ.de ſpon.tua nos. ſi ſecundũ vtriuſq; intellectum pōt valere,valeat quod eſt veriſimilius. ff.de verb.obli.l.eum qui ita ſtipulatus.ff.eo.tit.l.in obſcuris.& de verb. ſig.abbate.& ſ.eo.inſpicimus.cum ſuis cōcor. Sed ſi dubitatur qđ eſt veriſimilius,ſeruetur quod in hac regula dr̄.ff.de verb.oblig. l. quicquid.& l.ſi quis ex pluribus fundis. Et hæc vera, cum neuter dolum cōmittit. Si autē alter dolum committat, ꝯ eum fieret interpretatio.22.q.5.c.qui peierare.§.ex his.& c.quacũque. ſi vterq;, tunc ad cōem ſignificationē recurreretur,vt in dicta decre.ex litteris.vbi de hoc.22.q.5.c.hoc videtur.§.ſi ergo.& idem repetitur in iuramentis,vt ibi not.In ſententiis ſuis interpretari poterit præſes prouinciæ vel procurator Cæſaris.ff.de app.ab executore.in prin. minor nō.C.de ſent.ex breuic.rec.l.2.vbi de hoc.ff.de re iudi. l.iudex.functus eſt enim officio ſuo,ſiue bene, ſiue male iudicãdo,qđ intellige in diffinitiua;ſecus in interlocutoria. quod dic vt not.de appel.cum ceſſante.& ibi plenius ſcripſi.De fructibus tñ & expenſis ſupplere poteſt eadem die.ff.de re iudi.l.Paulus. & ſ.eo.lib.de app.cum appellationibus.& de hoc not. 35.q.9. c.loci noſtri.§. q̃a ergo.aliàs incipit,his ita.in 1.glo.11.q.1.c.clericum nullus. §.ex his. de poſtula.præla.c.1.& ibi de multiplici interpretatione. De legibus non eſt dictum: quia in eis nihil eſt obſcurum vel ambiguum. 4.diſt.c.erit.& in proœmio decretalium. C.de nouo Cod.com.in 1.conſti.ibi,erit lex certa & breui ſermone conſcripta.Si tamē ambiguitas videretur in eis eſſe,recurritur ad condentem: quia ille ſolus interpretari poteſt,qui condere.11.q.1. §.ex his. de iudi.cum veniſſent.de ſent.excom.inter alia.C.de leg.l.vlt.Et idem in priuilegiis,quæ ſunt leges priuatæ,per eadem iura. [& ſ.de offi.ordin. §.ſi vero.& ff.eo.tit.l.Neratius.& vide quod dixi poſt Innoc.Hoſt. & Compoſt.de reſcrip.cauſam.ſuper gl.penult.]

1 Aut in ſtipulatione ꝑtoria:& tunc ꝑtoris erit interꝑtatio. ff. de præto. ſtipu.l.1.§.ſi. & l. prætoriis. Dynus.

† Vide B. Thomam.2. 2. q. 89. art. 7.

2 Sic actor vel reus ſecundum Dynum,qui allegat quod not.in l.ſi qs intentione. Ioan.And.

3 Quotuplex ſit error, & qualis error impediat matrimonium, vide Magiſtrum,& ibi dē late theologos Scholaſticos lib. 4. Scholaſticos lib.4.ſēt. diſt.30.

Sententiam ſuam an poſſit iudex interpretari.

ADDITIO. Per l.veteribus.ff.de pac.ſuperius.circa princ.huius glo.allegatam,& ff.de ſer.vrb.præd.ſi arborem.§.hæc lex.& de contrah.emp.cum in lege.& l.Labeo.ponit Dynus in eo qui vendens & tradens domũ dicit; ſtillicidia vti nũc ſunt,ita ſint: videtur dicere ꝙ domui venditæ debeatur à vicinis ſeruitus ſtillicidiorum: nō econtra ꝙ domus vendita debeat ſeruitutem vicinis.Ioan.And.

¶ Idem.

## REGVLA LVIII.

Non † eſt [a] obligatoriũ, contra bonos mores præſtitum iuramentum.

¶Idem.

## REGVLA LIX.

Do-

Non eſt obligatorium.] 4 Caſus in hac regula poteſt figurari multis modis:primo per l.contractus. ver. excepto. ff.eod. Ego depoſui apud te libros meos,vel aliam rem, & fuit appoſitũ pactum inter nos,quia volui,vt ſi res perderetur dolo tuo, vel eã venderes,ꝙ non poſſem agere contra te actione depoſiti, & iuraui illud,videlicet ꝙ non agerem contra te, etiam ſi in re depoſita dolum committeres:vtrum valeat tale pactum iuramēto firmatũ, vt non poſsim agere contra te? Reſpondetur ꝙ non:quia iſtud iuramentum eſt contra bonos mores,& inuitat te ad delinquendũ: & non eſt obligatoriũ contra bonos mores iuramentũ.¶Item poteſt caſus figurari per c.1.22.q.4.Ego promiſi tibi occidere patrem meum:& caſu quo ipſum non occiderem, tibi ſtipulanti promiſi & iuraui ſoluere centum:non occidi patrem meum: vtrum poſsis agere contra me etiam condictione ex ſtipulatu ad centum? Certe non:quia iſtud iuramentum eſt contra bonos mores,& ideo nō eſt obligatorium.¶Item figuratur caſus per cap. Quintauallis. de iureiur.in antiq.Vxor & filiæ Quintauallis, id eſt, illius hominis ſic vocati,habuerunt verba,immo verbera cum vicinis ſuis:vicinę fecerunt conueniri vxorem & filias Quintauallis ſuper actione iniuriarum:Quintauallis promiſit & iurauit ꝙ erat contentus ſtare ordinationi & voluntati vicinæ iniuriatæ: ipſa vicina noluit habere emendam pro iniuria ſibi illata: ſed voluit pro omni emenda ꝙ Quintauallis expelleret à ſe vxorem,& filias exhæredaret, ſi vnquam verbũ iniurioſum proferrent contra ipſam vicinam:accidit ꝙ vxor & filiæ Quintauallis protulerunt verbum iniurioſum contra vicinam,aliàs iniuriatam:dubitauit Quintauallis vtrũ eſſet obligatus ad repellendum à ſe vxorem,& exhæredandum filias: vnde ipſe conſuluit Romanum Pontificem: qui conſultus reſpondit quòd non: quia ſuum iuramentum erat contra bonos mores: & non eſt obligatorium contra bonos mores iuramentum.

4 Vide hic tractatum regularum Sozini.

Cap. Quintauallis. de iure iur.peculiariter declaratur.

¶*Prima glo.dicit vnde ſumpta, & ponit exempla: ſecundo dicit fallere regulam decre. ſi vero. tertio iſtius regulæ dat cōcor. & aſsignat duplicem rationem.*

a ¶*Non eſt obligatorium.*] Hæc regula ſumi potuit ex l.ff.eo.tit. l.contractus 5 quidam. verſi.excepto. per quam pone exemplum: nam non valet pactum ꝙ dolus futurus non præſtetur,vt ibi.Item pone in eo qui iurauit patrem occidere, vel ſimile quid facere.22. q.4.c.1.& per totum. In eo qui iurauit vxorem & filios expellere. de iureiur.Quintauallis.& per l.ff.de leg.1. ſi quis inquilinos.in fi. vbi quod ſcriptum eſt in teſtamento contra bonos mores & iuramētum, nullius eſt momenti.ad idem de pac.dot.l.conuenire.vbi pactum ne cum vxore agatur rerum amotarum,non valet: quia ꝑ illud inuitantur mulieres ad furandum.Non eſt ergo præciſe vera regula,quæ dicit,ꝙ iuramentum ſeruandum eſt,ſi poteſt ſine interitu ſalutis æternæ ſeruari.ſ.de iureiur. ſi vero 6. nam ſi eſt contra bonos mores,non obligat, vt hic, & in ſupradictis iuribus. Idem in quolibet temerario.eod.titu.ſicut.& c.tua nos.& qñ vi vel dolo præſtitũ eſt.ſ.eod.lib.de iureiur.licet. quod dic vt ſ.quod met.cau. abbas.& 15.q.6.c.2.Et facit ad hãc regulã.j.eo.in malis.[Facit etiã. ſ.eo.lib.de elect.vbi periculum.§.quid aũt.& c.quia ſæpe. de reb. eccle.non alie.§.cōtractus.] Et habuiſti idem de impoſsibili.ſ.eo. nemo poteſt.[vt ibi dixi,hoc eſt impoſsibile moris vel iuris: & vt hic dicit Dynus quæ contra bonos mores ſunt impoſsibilia dicunt de iure.ff.de cōdi.inſti.filius.& l.conditiones.& l.quidē ergo,&c.] Non tenet ergo turpe pactum vel contra bonos mores. ſ.de pact. c.vlt.ergo nec iuramentum quod acceſſorium eſt.& facit.ſ.eo.acceſſoriũ.& vide quod ibi dixi. Et not. quòd debemus rebus vti eo modo ad quem ſunt inſtitutæ,vt 22.q.2.is autem. Sed iuramentum non eſt inſtitutum,vt ſit iniquitatis vinculum. 22.q.4. inter cætera. ergo iniquitatem non vinculat vel obligat,vt hic vides.

5 Ibi vidĕ do. Phillp.

6 Hic intelligit Phil. ꝙ non ſolũ mores qui iure canonico reprobantur, dicuntur mali, ſed etiam illi,qui iure ciuili.tamen Ioan.And. c. quēadmodũ. ſupra de iure iu.ver.vel naſũ.vult qđ iuramentũ contra mores à iure ciuili reꝓbatos non ſit nullum, niſi reprobetur etiam iure canonico, ſed de iſto latius ibi Immo.char.12. & 13. Philip.

ADDITIO. Loquitur ergo regula, cum dicit ꝯ bonos mores: in prohibitis ꝑꝑ turpitudinem ſui. In prohibitis vero fauore perſonæ,iuramentum illius cuius fauorem reſpicit,facit valere quod nō valebat ſecundũ Dyn.vt in Auth.ſacramēta. C.ſi aduer.ven.ſ. eo.lib.de pact.c.2.de iureiur.c.2.cum ſuis concor.Ioan.And.

D*Olo facit.*]Caſus figuratur per c.nullus.14.q.4.iuncto c.debitores.de iureiu.in antiq.& l.dolo.ff.de exce.doli.hoc modo: Ponamus quod Titius mutuauit mihi ſub vſuris aliquã pecuniæ ſummam,& fuit facta pactio vallata ſtipulatione:quia ex nudo pacto etiã iuxta ꝯctum non oritur actio,niſi ſit vallatũ ſtipulatione.

l.1.C.de vſur.ergo Titius mutuauit mihi pecuniam ſub vſuris: ſatisfeci de ſorte principali, de vſuris non ſatisfeci: vult agere cõtra me ad vſuras, dico ꝙ non teneor: quia etiam ſi ſoluerem vſuras, poſſem eas repetere tamquam indebitas, & eſſet illas mihi reſtituturus, & ſic dolo petit illud qđ eſt mihi reſtituturus; vtrum bene dicam? Reſpondetur ꝙ ſic. Sed ſi iuraſſem ſoluere vſuras: tunc deberem ſoluere, vt ſeruarẽ iuramentum, non autẽ virtute obligationis & ex vi actionis: ſed ideo quia poſſum ſeruare iuramentum ſine interitu ſalutis æternæ: ideo debeo vſuras ſoluere vt ſeruem iuramẽtum; ſed poſtea potero illas condicere tamquam indebite ſolutas.

lo a facit, qui petit quod reſtituere oportet eundem.

¶ Idem.

REGVLA LX.

NOn b eſt in mora, qui poteſt exceptione legitima ſe tueri.

¶ *Prima glo. dicit vnde ſumpta, & ponit exempla; ſecundo notat duo neceſſaria vt procedat regula.*

a ¶ *Dolo facit.*] Hæc regula ſumpta ex l.ff.eo.tit. l.in condemnatione.§.dolo facit. Pone ergo caſum in vſurario qui non petit vſuras à debitore: ipſas enim reſtituere cogeretur. 14.q.4. nullus. ad idem de iureiur.debitores, 1.reſpõ.ad idem ff.de excep.do. l.dolo, vbi hærede damnato à debitore, debitor non poteſt ex teſtamẽto agere: & doli mali exceptione vti poteſt, & ibi etiam ſunt hæc verba, duo autem notantur circa hanc regulam; Primo ꝙ hic dicitur locum habere qñ reſtituẽda eſt res ei à quo petitur: commodatarius enim repetit rem à fure quam reſtituere eum oportet domino.C.de fur.& ſer.corrup.l.vlt, §.ſed cum. Vir ſoluto matrimonio petit dotem à ſocero, quam vxori & eius liberis eum reſtituere oportet. ff.ſol, matr. ſi ſocer. §.Lucius. [Et ibi de hoc, & C.loca, ſi quis conductionis. ſi enim reſtituturus eſſet ſocero à quo petit, locus eſſet regulæ. ] Idem in vſurario qui vſuras repetit quas aliis ſoluit, ſi non eſt ſoluendo; præſtita cautiõne de ipſis reſtituendis ei à quo percepit.arg, de reſti.ſpo. olim 2. & not.de vſu. quia fruſtra. Secundo nota hanc regulam nõ habere locum in poſſeſſoriis iudiciis, ſed in petitoriis. & hoc etam not.Gof.de offi.deleg.venerabili.& Ber.de reſti.ſpo, in litteris. & probatur ff.quo.lega. l.1.in princ.vbi dr̃ ꝙ hæredi reſtituitur quod legatorum nomine præter eius voluntatem per legatarios poſsidetur.3.q.1.cap.2.de ord.cog. c.vlt.& in prædict, decre. in litteris. & in c.ſeq. & C.de rei vend. ordinarij.cum ſuis concor.& ff.de iudi.ſi de vi.Ioan.And.

Regula dolo facit, in poſſeſſoriis locum non habet.

NOn eſt in mora.] Caſus in hac regula figuratur multis modis: Primo modo per c.incognitus.17.q.2. Pro intellectu huius regulæ eſt præſupponendũ, ꝙ ſi ſeruus alicuius domini domino ignorãte efficiatur monachus, & faciat profeſsionẽ: non tenet profeſsio: ſed dñs poteſt illum repetere. quod verũ eſt, niſi dñs tacuerit per triennium: ita ꝙ per lapſum illius tpis triennij cum taciturnitate validatur ingreſſus.& hoc facit tacitus cõſenſus reſultans ex iſta taciturnitate. Hoc præſuppoſito pone ſic caſum. Habẽbam aliquẽ ſeruũ, qui me dño ignorante intrauit aliquã religionẽ, & in ea fecit profeſsionẽ: infra trienniũ non reuocaui ſeruũ meũ: ſed etiã per me non ſtetit: quia non poterã ire ad loca longinqua ꝑꝑ infirmitatẽ, vel aliud iuſtum impedimentũ: vtrum debeat mihi imputari, vt non poſsim ſeruũ meũ repetere obſtante lapſu triennij? Rñdetur ꝙ non: ſed ipſum ſeruũ poſſum repetere nõ obſtante lapſu triennij: quia non fui in mora. ¶ Item poteſt caſus figurari ꝑ c.de quarta.de præſcr.in anti.Ego rector alicuius eccleſiæ parochialis non ſolui quartã diœceſano, quia prædeceſſores mei præſcripſerant; vtrũ dicar eſſe in mora, & ſim puniendus tamquã moroſus vt incurrã pœnã impoſitã contra moroſos per diœceſanũ? Rñdetur ꝙ non: quia poſſum me tueri defenſione legitima. Item põt poni caſus per l.lecta.§.ſed cũ ſortis.ff.ſi cer.pet. Vſuræ nõ currunt qñ quis nõ eſt in mora: Pone ꝙ promiſi tibi reddere centũ cũ vſuris: poſtea feciſti mihi pactũ de ſorte principali ſoluenda: vtrũ durante tpe currant vſuræ? Rñdetur ꝙ non: quia poterã me tueri exceptione legitima: ideo propter exceptionem non ſum in mora.

¶ *Prima glo. primo dicit vnde ſumpta, & ponit exẽpla; ſecundo reddit rationem, & ponderat quòd dicit, legitima.*

b ¶ *Non eſt in mora.*] Hæc regula ſumpta eſt ex l.ff.eo.tit.nulla intelligitur.& nihil intereſt 1.Pone exẽplũ in dño q nõ requiſiuit infra trienniũ ſeruũ ſuũ fugitiuũ monachũ factũ: dr̃.n.fuiſſe in mora: qđ eſt verũ, niſi tueri ſe poſsit exceptione legitima: puta lõginquitate loci.17.q.2.ſi quis incognitus. Item pone in clerico qui nõ dr̃ in mora ſoluẽdi quartã decimarũ: ſi tutus eſt exceptione præſcrip.ſ.de pſcri.de quarta.Item pone per l. ff.ſi cer.pet. l.lecta eſt. §.ſed cũ ſortis.vbi ſunt hęc verba: vbi ille qui tutus erat exceptione dilatæ ſortis, per tertiũ pactũ non dr̃ in mora, & ſic non veniũt vſuræ, vt ibi.ad idem vt lit.non cõteſt: quoniã.§.ſi vero aliter. in fi. Potes ẽt exẽplificare per ea q̃ dixi ſ.eo.imputari non debet. Et nota quia vt dixi ſ.eo.mora ſua cuilibet.vt quis dicatur moroſus neceſſe eſt ꝙ ſciat vel ſcire debeat ſe debere: ſed ille q tut⁹ eſt exceptione legitima, neſcit ſe debere, vel neſcire debet: ergo nõ eſt in mora. [ita ꝙ ꝓut dicit Dynus ab omnibus effectibus moræ, quos poſt eum ſcripſi in regula, mora. ſuper 1.glo. exemptus erit & indemnis.] Item not.ꝙ dicit, exceptione legitima, quæ eſt cum eſt obligatus iure naturali & ciuili: ſed obſtat exceptio: puta pactum de non petendo, vel ſimilis. vel eſt obligatus iure naturali tantum. Et facit quod circa indebitum not.1.q.4.in fi.& ff.de ſol.is qui. Et intelligitur exceptio illa legitima quæ replicatione nõ eliditur: pone exemplũ, Debebas mihi decem: tibi feci pactum de non petendo: ſed per metum vel furoris tempore hoc feci: tunc exceptio pacti nõ eſt legitima: quia eliditur replicatione furoris vel metus; & ideo diceris in mora fuiſſe. & idem in ſimilibus.

1 Ioã. Mon. dicit ponendum caſum per l. ff. de compen. cũ alter, & l.ſeq. de iudi. nõ videtur. ff. de re iudi. cõtumacia. §.vlt. ff. de vſu. cũ quidam. §.ſi pupillo. Ioã. And.

Exceptio dicitur legitima, quæ non eliditur replicatione.

ADDITIO. Idem Dynus ad hoc. ff.eod. nihil. ff.de excep. l.2. De replicatione plene ſcripſi de excep.à nobis. Ioan.And.

¶ Idem.

REGVLA LXI.

QVod † ob c gratiã alicuius conceditur, nõ eſt in eius diſpendium retorquendum.

† Nota ꝙ introducta in alicuius fauorem, vel vtilitatẽ non debẽt in eiꝰ odiũ vel læſionẽ retorqueri. Philippus.

QVod ob 2.] Caſus in hac regula põt poni multis modis: Primo modo per c, ad Apoſtolicã.de regu.in antiq. Intraui religionem non Mendicantiũ: nondũ lapſo anno volo facere profeſsionẽ ſolemnẽ, i. promittere in manibus ꝑlati ſeruare obedientiã, paupertatẽ, & caſtitatẽ; conuẽtus autẽ conſentit: vtrũ poſsim facere talem profeſsionẽ probationis? Dr̃ ꝙ ſic: quia annus ꝓbationis fuit introductus in fauorẽ intrãtis, vt experiatur ne aſſumat onus importabile. Itẽ in fauorẽ monaſterij, vt poſsit experiri mores intrantis: ideo nõ debet retorqueri in eorũ læſionẽ. Item põt figurari per l.non eo minus.C.de proc. Certũ eſt ꝙ ſi minor fuit in iudicio ſine auctoritate curatoris, & feratur ſnĩa ↄ ipſum: non tenet ſnĩa. Sed ponamus ꝙ minor fuit in iudicio ſine auctoritate tutoris vel curatoris: licet aliqui teneant ꝙ ſi litiget per ſe, nõ tenet ſnĩa: ſecus ſi per ꝓcuratorẽ. Ponamus ergo quòd minor conſtituit procuratorem ſine auctoritate curatoris: qui ꝓcurator fuit admiſſus, quia non fuit ei oppoſitũ ꝙ ipſe fuerat cõſtitutus à minore ſine auctoritate curatoris, fuit deuẽtum vſque ad ſnĩam diffinitiuam, quæ fuit lata pro minore vſque ad ſuam vtilitatem: an valeat talis ſententia? Dicitur ꝙ ſic: ne illud quod eſt introductum in fauorem minoris, vertatur in eius detrimentum: quia fuit introductum in fauorem minoris, vt interueniret curator, ne minor decipiatur.

2 Hic vide Iaſonem, & omnes in l. qđ fauore, C.de legi. & li.c.intelleximus.de iudi. ca. dilectus, de reſcrip. 1. col. ver. octaua cõcluſio.

¶ *Prima glo. ponit exempla: ſecundo ſucceſsiue ſignat & ſoluit ſeptem contraria: tertio conuertit regulam.*

c ¶ *Quod ob gratiam.*] Oeconomus qui in fauorẽ eccleſiæ cõſtitutus eſt, eccleſiã vacantẽ grauare nõ debet. 12.q.2. charitatẽ. Item pone ꝑ decr.de regu.ad Apoſtolicã. In religionibus nõ Mendicãtibus; per decre.eo.tit.non ſolũ.ſ.eo.lib.& c.ſeq. Item pone per l. C.de procu.non eo minus.vbi ſnĩa pro minore lata qui ſine tutore cauſam egit, bene tenet. vnde dicit ibi textus, minoribus ætas in damnis ſubuenire, non in rebus proſpere geſtis obeſſe conſueuit. & habes idem C.de legi. l.quod fauore. ff.de legi. l.nulla iuris ratio.& proſequere vt ibi vtrobique. & facit in Auth. de Illuſtri. & qui ſuperilluſtres ſunt.colla.5.vbi licet cõceſſum ſit clariſsimis, ꝙ ꝑ procuratorẽ agere poſsint, nihilominus & per ſe agunt ſi volũt: nec cogere põt aduerſarius minorẽ vti beneficio reſtitutionis in integrũ ſibi conceſſo ↄ ↄctum. ff.de mino. l.ſi iudex. [ Dat Dynus aliud exemplũ per l.3.§.duæ.ff.ad Car. Dicit etiam ꝙ confirmatur hæc regula & ipſius exempla traduntur.ff.de leg.commi. l.2.de in diem adiec.Sabinus.de fide inſtru.l.plures.de ſecun.nup. generaliter.§.in his.] Contra.ſ.eo.lib, de præben. cui de non ſacerdotali. Sol.illud facit forma mãdati.& facit quod dixi ſ.eo. plus ſemper. Item ↄ ſ.de mu.pet.prudentiam.vbi clauſula, appellatione remota, impetrãtis fauore appoſita, in læſionem retorquetur ipſius. Sol. ibi: quia id locum habet, cum princeps aliquid concedit ad iſtantiam petentis, hoc cum motu proprio: puta minoribus vel eccleſiis 3. Et ſic etiam rñdetur ad decre.de conſti.cum omnes. ff.quod quiſq; iur.l.1.& probatur eo. tit. l.3. & facit optime ad hanc ſolutionem.ſ.eo.lib.de præb.ſi motu ꝓprio. Item ↄ. ff.de iur.au.annu. l.2.vbi lata ſententia pro me ſuper ingenuitate, perdo ius annulorum: ſed hoc non inducit ſnĩa, ſed tacita mea renuntiatio: quia eligendo vnum ex contrariis, alteri renuntio.ſ.de elec. vt quis.C.de fur.l.1. 4 Item contra.C.de quæſt.l.pridem.vbi ſeruus pro domino non torquetur. Sol.non poſſet torqueri pro domino quinetiã torqueretur contra eum: quia pro vtraq; parte teſtis iurat dicere veritatem. Item ↄ.C.de Iudæ.l.die ſabbati. vbi præcipitur, ꝙ Iudæi non conueniantur: nec conueniant in ſolemnitatibus ſuis. Sol.ſpeciale eſt ꝑꝑ feſtiuitatem. Vel poſſet dici, ꝙ conceſsio illius priuilegij nõ ſtetit in finibus propriis [propter æqualitatẽ in iudiciis ſeruandã 5.] Item contra.ff.de peri.& com.rei vend.ſi vina.vbi in fauorem emptoris vina ementis excepta fuerunt acida & mucida, & tñ ipſe emptor illa inuito venditore habere non poſſet. Sol.ibi nullus fauor: ſed ius commune: hic autẽ de gratia vel fauore loquitur, quod eſt proprie contra ius cõe, ſecundum Accurſium. Item ſignatur ↄ.ff.de auct.tut.l.obligari.§.hæreditatem.& inſtit. de Atil.tu.§.neque 6, vbi dr̃, ꝙ pupillus non poteſt adire hæreditatem etiam

3 Placet Philippo & Dyno.

4 Idẽ Dyn⁹.

5 Idẽ Dynus & Philipp⁹.

6 Ibi vide dominum meũ Nico. Brux.

etiam locupletem ſine tutoris auctoritate. Sol. in his quibus certũ eſt conditionẽ pupilli effici meliorem, valet factum à pupillo etiã ſine tutoris auctoritate, vt ſi feratur pro eo ſnĩ 1, vt in l.non eo minus. In his vero quibus certum eſt conditionem pupilli deteriorẽ conſtitui, vt ſi alicui ſe obliget, vel actionẽ cedat: factum ſine tutoris auctoritate non tenet. C. de auct. præſt. l. 2. & 3. In his verò quibus dubium eſſe poteſt, an pupilli conditio conſtituatur melior vel deterior: vt in hæreditatis aditione, quæ poteſt habere latentia onera: factum à pupillo ſine tutoris auctoritate non tenet, vt in dictis contrariis: & hoc fauore pupilli, ne oneribus implicetur. ff. de acqui. hære. l. more. & l. pupillus. Et hæc regula habet veritatem in ſui contrario, ſcilicet quòd pœna vel odium nõ debet conuerti in præmium. 16. q. 1. legi. s. de ſent. excom. ſi vere. cum ſuis concor. ff. de leg. 1. l. ſi ſeruus plurium. §. qui autem.

Pœna vel odium non debet conuerti in præmium.

ADDITIO. Dynus etiam allegat. ff. de inter. & releg. relegatorum. §. vlt. & l. ſeq. & quod not. in Auth. de hære. & fal. §. ſi vero. colla. 1. Ioan. And.

¶ Idem.

REGVLA LXII.

Nvllus [a] ex conſilio, dummodo fraudulentum nõ fuerit, obligatur.

¶ Idem.

REGVLA LXIII.

Exceptionem [b] obiiciens, non videtur de intẽtione aduerſarij confiteri.

Nvllus ex conſilio.] Caſus figuratur per l. 2. in fi. ff. mand. Cum Titius haberet aliquã pecuniã, & erat dubius an deberet illã fœnerare, i. mutuare ſub vſuris, vel exponere in emptionẽ prędiorum, ipſe petiit à me conſilium: ego dedi conſiliũ ei, vt potius pecuniam ſuam fœneraret, quàm in emptionem prædiorum collocaret: quod fecit inſequendo conſilium meum: poſtea ſui debitores, quibus pecuniam fœnerauerat, ſunt facti non ſoluendo: quia mercantiæ ſuæ pertinebant ad alios mercatores: ipſe videt ſe deceptum ex conſilio meo: vult agere contra me actione mãdati, vt reſtituam ſibi damna & intereſſe, quæ ipſe conſecutus eſt ex conſilio meo: vtrum poſsit? Reſpondet quòd non: niſi fraudulenter fecerim, vt ſi erant debitores mei: & dedi ei tale conſilium, vt debitores mei mihi ſatisfacerent: tunc ex conſilio doloſo tenerer.

¶ *Prima gl. dicit vnde ſumpta: ponit rõnẽ regulæ & exceptionẽ: ſecundo diſtinguit. tertio oſtendit quid differt cõſiliũ à mandato.*

a ¶ *Nullus ex conſilio.*] Hæc regula ſũpta eſt ex l. ff. eo. tit. l. ꝯ ſilij. Ratio huius regulæ colligitur ex canone 14. q. 1. quod præcipitur. ex decre. de arb. cũ olim. ex l. ff. man. l. 2. in fi. per quã exẽplificare potes. & ibi de hoc. Et ff. de verb. ſig. ſæpe. in fi. & Inſti. de obli. quæ ex deli. §. ope. Nullus. n. tenetur conſilium ſequi: immo explorare & deliberare debet apud ſeipſum, an ſibi expediat, necne, vt in p̃dictis iuribus. Si autẽ conſiliũ ſit fraudulentũ, bene obligatur conſulens: licet duret ratio ſupradicta, & hoc ratione fraudis. exẽplifica per canonem 86. diſt. tanta. s. de renun. ſane. ff. de dolo. ꝙ ſi cum ſcires. Nota igitur & breuiter circa hoc, aut conſilium datur circa ꝯctum vel quaſi, aut circa maleficium vel quaſi: Primo caſu ſubdiſtingue, aut tale conſiliũ non eſt fraudulentũ, & tunc nõ tenetur 1, vt hic, & in ſupradictis iuribus. ff. de dolo. eleganter. in fin. aut eſt fraudulentum, & tunc tenetur actione de dolo ipſi cui cõſiliũ dedit, vt in p̃dict. l. ꝙ ſi cum ſcires. vbi ille qui doloſe mihi conſuluit, & forte ſui lucri cauſa, mutuare debitori nõ idoneo: tenetur mihi actione de dolo. ad idem ff. de proxenetis. l. 2. in ſecũdo caſu. ſ. cũ datur circa maleficium: tunc tenetur cõſulens, non tñ illi cui, ſed illi ꝯ quẽ conſiliũ dedit: nec tũc tenetur actione de dolo, ſed eius maleficij nomine: nã ſi cõſuluit occidi, homicida eſt 50. diſt. ſi quis viduã. de homi. ſicut dignũ. Si cõſuluit ſeruo vt fugeret, vel furtum faceret, tenetur furti 2 vel ſerui corrupti. ff. de ſer. cor. l. 1. §. perſuadere. Si cõſuluit Titium mihi iniuriã facere, tenetur mihi actione iniuriarum, de pœn. diſt. 1. non ſolum. ff. de iniur. l. non ſolum. Idem vbicunque cadit in nomen maleficij: ipſi autem cui dedit conſiliũ non tenetur: tum quia ſcirę debebat id ſibi nõ expedire, vt s. dixi. tum quia ex improbitate ſua nullus conſequitur actionem. ff. de fur. itaque fullo. Differentia eſt ergo inter mandatum & cõſilium: nam mandator obligatur mandando: ſed non conſulens conſulendo. ff. man. l. 2. & Inſti. man. §. tria genera. vbi de hoc.

1 Sẽtit Bart. l. nõ ſolum. §. ſi mãdato. ff. de iniur. circa fi. & l. ſi remunerãdi. §. ſi tibi. in mandato nõ cõſilio loquitur. Philip.

2 Non tamẽ condictione furtiua. ff. de condi. furt. proinde. qđ dic vt ibi not. & prædict. l. ſæpe. Ioan. And.

Exceptionem.] Caſus figuratur per c. illud. s. de præſcr. hoc modo: Titius detinebat rem ad me pertinentẽ: feci eum cõueniri corã iudice cõpetente: obtuli ei libellũ, cui petij rñderi: Cũ reſtaret per ipſum rñdere meo libello: Titius excipiendo propoſuit, ꝙ ipſe poſſederat illã rem per tp̃s ſufficiens ad p̃ſcriptionem: petebã vt ipſe probaret ſe præſcripſiſſe illam rem: Dicebat ipſe, probato primo ꝙ res fuerit tua, dixi ꝙ ſufficienter probaui meã intentionẽ per tuã exceptionẽ peremptoriã: & ꝙ aliter nõ teneor probare rẽ ad me pertinere: quæritur an bene dicã? Rñdet ꝙ non, quia teneor probare me eſſe dominum illius rei, quam peto: quia exceptionem obiiciens non vr̃ aliquid de intentione aduerſarij cõfiteri. Vel pone ꝙ à te petij centum ſcuta, & per libellũ meum dicebam, ꝙ illa promiſeras mihi ſoluere infra certum tp̃s: & petebam te condemnari ad reddendũ & tradendũ illa centum vnà cũ expenſis: tu excipiendo propoſuiſti, ꝙ mihi ſolueras illa centũ, vel tibi fecerã pactum de non petendo: vtrũ per illã confeſsionẽ videaris mihi confiteri quod mihi promiſiſti, vt ſim releuatus ab onere probãdi meã intentionem? Rñdetur ꝙ non. Et glo. ponit tres rationes iſtius dicti: quia poteſt fieri ꝙ dicas, ꝙ feciſſem tibi pactũ de non petendo, licet non eſſes mihi obligatus. Item ſi dicat reus rem pręſcripſiſſe, non vr̃ confiteri ꝙ res pertinebat ad actorem: quia forte pertinebat ad alium: & non tenetur quis rem reſtituere actori: niſi probet ſuã eſſe. l. fi. C. de rei vendi. Item opponens exceptionẽ peremptoriã vr̃ negare intentionẽ actoris: & ſi ex ꝓpoſitione huiuſmodi exceptionis reſultaret confeſsio, ipſa produceret duos effectus contrarios. ſ. affirmationem & negationem: quod eſt contra l. qui hominem. §. vlt. ff. de ſolu. Et obiiciens exceptionẽ peremptoriam videtur negare intentionem actoris. Pro hoc facit l. vnica. C. de lit. conteſt. vnde tria ſunt de ſubſtantia ordinis iudiciarij: videlicet quòd offeratur libellus. Item ꝙ fiat litis conteſtatio: & feratur ſentẽtia in ſcriptis. vt glo. in d. c. de cauſis. de offi. & poteſta. iudi. deleg. in antiq. & in l. prolatam. C. de ſent. & interlo. om. iudi. Quæritur vtrum per propoſitionem exceptionis peremptoriæ fiat litis conteſtatio? Dicit Cynus in d. l. vnica. de litis conteſta. quòd ſic: quia ſi quis negaret intentionem actoris, videtur facta litis conteſtatio: modo proponendo exceptionem peremptoriam reus tacite videtur negare intentionem actoris: Nam exceptio peremptoria tacite habet negationem incluſam. Sed habemus contrarium in c. 2. de litis conteſt. iſtomet lib. & Bar. in d. l. vnica. alleg. reſpon. ad illud. cap. dicit. quòd procedit opinio Cyni, quando oblato libello per actorem, reus incontinenti proponeret exceptionem peremptoriam: ſecus ſi dato libello reus captaret terminum ad reſpondendum libello, & termino adueniente reus proponeret exceptionem peremptoriam. Panor. in c. vnico. de lit. conte. in antiq. concludit ꝯ Bar. quia c. 2. de lit. conteſt. iſtomet lib. loquitur indiſtincte ꝙ per propoſitionem exceptionis peremptorię non fit litis conteſtatio, non diſtinguendo vtrum illa propoſitio exceptionis peremptoriæ fiat ex interuallo vel incontinenti. Item quia exceptio peremptoria proponitur ad contrarium effectum litis conteſtationis. & iura allegata pro alia parte nõ faciunt contra: quia reſpondendo ad factum ſiue narrata vel ad ius fit litis cõteſtatio: & ſufficit rñdere ad narrata dicẽdo, nego narrata in tuo libello eſſe vera: vel ad ius dico petita in libello non debere fieri: tamen practici communiter faciunt lit. conteſt. reſpondendo ad vtrumque, ſcilicet ad factum & ad ius. de hoc per glo. in c. 2. allegatam.

¶ *Prima gloſſa ponit exempla & remittit: ſecundo obiicit: ponit opinionem, quam non approbat, & ſoluit reddens triplicem rationem regulæ, & ſupplẽs cautelam, quam improbat: tertio prorogat regulam ad replicationem.*

b ¶ *Exceptionem.*] Pone caſum s. de p̃ſcr. illud. ff. de excep. l. non vtique. & habes hæc verba s. de excep. cum venerabilis. Et proſequere hanc materiam, vt ibi not. Et aduerte quia mirabilis vr̃ hæc regula. nam ſi ego excipio de pacto de non petendo, videor confiteri debitum fuiſſe: ſi dico interrupi præſcriptionẽ, videor fateri te præſcripſiſſe: ſi dico ꝯ te præſcripſi 3: ergo primo id tibi debitũ erat quod pręſcripſi, & ſic actor nil amodo deberet cogi probare, ſed excipiens tantum. & facit ad hoc s. de tranſact. præterea 2. & ideo dixerunt quidam 4 hic loqui de exceptione nõ numeratæ pecuniæ, & ſimilibus. [Quas Dynus hic dicit non eſſe exceptiones iuris, ſed facti vel intentionis.] in quibus reus nil fatetur, vt not. in d. l. non vtique. Sed ſecundum hoc mihi vr̃ hæc regula ſuperflua, & ipſius nulla dubitatio. Dic ergo ꝙ huius regulæ ratio triplex eſt: Prima, quia licet dicã, feciſti pactum de non petendo: poterat eſſe, ꝙ illud non erat vere debitum, vel naturaliter debitum tantũ, vel nullo modo. Item licet dicam, interrupi: forte non erat completa præſcriptio: immo hoc dicere videor, quòd completa non fuerit dicendo me interrupiſſe, vel ſi completa fuerat, ſine titulo fuerat & bona fide. Idem in aliis exceptionibus. Secũda, quia per exceptionem nego me debere, ſi per ipſam de intentione actoris dicerer confiteri, eadem exceptio duos ꝯtrios effectus haberet: quod eſſe non debet. ff. de ſol. qui hominem. §. vlt. de baptiſ. & eius effect. maiores. Cum igitur per exceptionem neget intẽtionem aduerſarij, non eſt congruum me per ipſam dici fateri. Et quod dicitur ff. cõmo. ſi is. §. vlt. ſit ſpeciale propter iuſtam ignorantiã ſoluẽtis, ne ſit in damno ſolum. Tertia, quia reus priuilegiatus eſt, vt poſsit proponere duas exceptiones etiam ꝯtrias, vt dixi s. eo. nullus pluribꝰ. Sicut ergo expreſſe dicere poſſet, nego te præſcripſiſſe: & poſtea ſi præſcripſiſti, interrupi: vel nego me promiſiſſe, & poſtea pactum opponere de non petendo. ſic dicendo tuam p̃ſcriptionẽ interrupi vel pactũ de non petendo feciſti, vel his ſimile, intentionẽ aduerſarij non fatetur: cũ adhuc dicere poſsit, non promiſi, non præſcripſiſti: & ſic de ſingulis. Tutius tñ eſſet ipſi reo ſic dicere 5: Nego me ꝓmiſiſſe: & poſito ꝙ ꝓmiſerim, mihi pactũ de nõ petẽdo feciſti: & ſic de ſingulis. Ad hoc 13. q. 2. in prin. & not. in prædic. decre.

3 Not. hoc & remiſſionem quã ſtatim dabo. Io. And.

4 Vt not. in Spec. de except. §. viſo. poſt prin. & ibi vide qđ de p̃ſcriptione ibi ſcripſi ſuper prima forma. Ioan. And.

5 Et hoc caſu intelligit Dynus hanc regulã inducẽdo l. ſi quidem. C. de except. 2. & 3. reſponſo quod non placet vt ſequitur in gloſ. Ioan. And.

cum venerabilis.& in prædict. l.non vtique. Sed quia hæc forma verborum docet mentiri, vbi conſcientia & veritas eſt in contrarium, non eſt amplectenda 1: cum prius animas, demum linguas oporteat fieri eruditas, vt in procemio.ff. in fin. Et facit quod dixi s̃.de confeſ.c.1.in gl.1.ver.ad poſitiones. Vnum no. quia idem quod dicit hæc regula in exceptione: intelligas & in replicatione: vnde ſicut excipiens non confitetur actionẽ: ita nec replicãs exceptionem, eadem de cauſa. ſicut enim ſe habet exceptio ad actionem: ita replicatio 2 ad exceptionem: & triplicatio ad replicationem. & hoc ſatis probatur s̃.de excep.dilecti.[ff.de excep.l.2.]

1 Nec eſt neceſſaria, dũmodo ſtetur in meris exceptiõis. ſuper quo vide qđ not.ſupra eod.lib. de lite conte.c.2.in gl. antepe. Ioã. And.

2 Et fortius, vt dixi de except. à nobis. in ſum. replicationũ, in 4. membro. Ioan. And.

¶ Idem.

REGVLA LXIIII.

QVæ [a] contra ius fiunt, debent vtique pro infectis haberi.

¶ Idem.

QVæ contra.] Caſus in hac regula figuratur multis modis: Primo per cap.non ſolum.s̃.de regu. Iure prohibetur Mendicantibus religioſis ne ipſi recipiant aliquem ad profeſsionem faciendam infra annum probationis: Sed pone quòd ipſi fecerunt contrarium: vtrum teneat profeſsio? Eſt ibi textus quòd non: quia talis ꝓfeſsio eſt facta ↄ̃ ius. ¶ Item ponitur caſus per c.2. de teſti. in antiq. Prohibetur iudicibus ne recipiãt aliquos teſtes parte nõ vocata. Sed pone quòd cum litigarem contra te coram iudice cõpetente: lite conteſtata negatiue ſuper meo libello, & datis meis articulis iudici, ipſe iudex te non vocato neque citato recepit & examinauit meos teſtes: an valeat receptio & examinatio teſtiũ? Reſpondetur quòd non. ¶ Item poteſt poni caſus in alienatione rei eccleſiaſticæ, quæ non poteſt alienari ſine cauſa, & cum auctoritate prælati: ſi cauſa non ſubſiſtente & ſine auctoritate ſuperioris fuerit alienata, non valet alienatio.

*¶ Prima glo. remittit ad exẽpla, & ponit alia, & remittit de materia. Secundo obiicit in ſpecie & in genere de prohibitis, quæ facta tenent vel confirmantur, & tripliciter ſoluit: ponit & quartam ſolutionem, quam improbat: tertio obiicit de maleficiis, & ſoluit.*

a ¶ *Quæ contra.*] Pone exempla, quæ dixi s̃.eo.non præſtat impedimentum. Item 25.q.2.imperiali. vbi ſunt hæc verba. & s̃.eod.lib. de reg.non ſolum.& s̃.de teſti.c.2.& C.de leg.non dubium.vbi de hoc. Obiicitur ad hãc regulam de matrimonio ↄ̃tracto poſt ſimplex votum, ꝙ tenet. s̃.eo.lib.de vot.cap.vnico.& de matrimonio ↄ̃tracto poſt interdictum eccleſiæ. s̃.de ma. ↄ̃t. ↄ̃ interdi.eccle. per totũ. & inter compatres ex catechiſmo. s̃.eo.lib.de cogna.ſpi. c.2. & de ſñia ſub ↄditione lata, quæ tenet.2.q.6.biduum. & in eccleſia cõſecrata ꝑ alienum epũ, vt 7.q.1.epiſcopus.in diœceſi. & de omnibus quæ fieri prohibentur: tñ facta tenent 3. Item obiicitur de iis quæ fiunt ↄ̃ ius, & poſtea ↄfirmantur: quæ allegaui s̃. c. non firmatur. Sol. generaliter dici poteſt ſm Ioan. qui hoc not. 10.diſt.vides. & Ber.qui idem not.de ſpon.duo.c.vlt.in vlt.gl.& Accur.in prædict.l. non dubium: hanc regulã habere locum in iis quæ perpetuam habent ꝓhibitionis cauſam: Contraria in iis quæ temporalẽ. Vel dic hanc regulã eſſe veram niſi eodem vel alio iure tolleretur 4. & ſic intelligũtur ↄ̃ria. Et de hoc in Spec.de diſpu.& alleg.eo.tit. §.poſt hæc.ver.vel illud ius, &c. Vel dic ꝙ illa nõ ſunt directe ↄ̃ ius: quia licet ius non aſsiſtat, non tñ plene reſiſtit. Quidam tñ diſtinguere voluerunt, dicentes, ꝙ aut ius prohibet, & addit, ꝙ ſi ↄ̃ prohibitionem fiat, nõ valeat: aut ſimpliciter prohibet. In primo caſu habeat locum hæc regula cum ſuis concor. In ſecundo habeant locũ ↄ̃ria & ſua ſimilia. & facit ad hoc s̃.de reg. ad Apoſtolicã. ſed hæc diſtinctio reprobatur per ꝑdict.l.non dubium. vbi habes expreſſe, ꝙ ſufficit legiſlatorem aliquid prohibuiſſe, licet non adiecerit, ſi ↄ̃ factũ fuerit, nõ valere. Idem vr̃ tenere Gul.s̃.de offi.ord. Romana. iuxta fi. Item obiicitur de maleficiis, quæ ↄ̃ ius fiunt, nec tñ habentur pro infectis. Sol. hæc regula habet locũ in iis quæ de iure ſortiuntur effectum, id eſt, aliàs ſortiri poſſunt. Et facit quod dixi s̃. eo.tit.non præſtat impedimẽtum. & illud hic adde: nam matrimonium nullum interdũ non habetur pro infecto: immo præſtat impedimentum ſecundo, & electio nulla interdum præſtat impedimentum ſecundæ: quod dic vt not.de elect.auditis. Ioan. And.

3 Dat Dyn⁹ exemplũ ď l. relegatorũ. §.ad temp⁹. ff.de inter.& releg. ad idẽ ff.de fer. Io. And.

4 Ad annullandum certa actio vel exceptio paretur, vt in iis que fiunt dolo vel metu. Dynus q̃ factũ tenet, licet non teneat conſiderato effectu. ff.eo. nihil intereſt. Ioan. And.

IN pari.] Caſus figuratur primum per cap.non ſane.14.q.5. Cum haberem litẽ cum Titio, fuit taliter proceſſum, ꝙ fuit deuentũ ad renuntiatonẽ & concluſionẽ: viſis meis actis & atteſtationibus teſtium, vidi ꝙ habebã cauſam iniuſtam, vidi iudicẽ corruptibilẽ: dedi ei certam pecuniæ quantitatem, vt ipſe ferret ſñiam pro me: iudex illam pecuniã recepit: non eſt dubium ꝙ ipſe iudex illã pecuniam turpiter recepit, & ego ſimiliter illam turpiter dedi: volo poſtea repetere illam pecuniã ſic per me traditã, dicendo ꝙ ipſe illam recepit ob turpem cauſam: vtrum poſsim? Reſpondeo ꝙ nõ: quia ipſe eſt poſſeſſor, & in pari delicto melior eſt conditio poſsidentis: tñ pecunia non deberet remanere apud iudicem, ſed fiſcus debet illã habere: ſed ſi ſolum promiſiſſem, nõ poſſet iudex agere ↄ̃ me, quia ſum poſſeſſor. ¶ Item poteſt poni caſus per cap.quia fruſtra.s̃.de vſur. hoc modo: Exercui vſuras per aliqua tẽpora: poſtea deueni ad paupertatem, & illas vſuras non reſtitui: Et ponamus ꝙ etiam accepi pecuniam ſub vſuris: illas vſuras cũ ſorte principali ſolui creditori: volo illas vſuras repetere tamquam indebite ſolutas: fuit pro parte aduerſa oppoſitum, ꝙ à pluribus aliis debitoribus acceperam vſuras: dr̃ ibi quòd nõ poſſum repetere vſuras, niſi reſtituam vſuras illis, à quibus recepi. ¶ Item poteſt poni caſus per l. vbi autem. ff.de condi. ob turp.cau. Aliquis Titius dedit pecuniã alicui virgini ob ſtuprum committẽdum cum ea: iſta mulier recepit illã pecuniam: Titius vult eam repetere, dicendo quòd mulier illam recepit ob turpem cauſam, vtrum poſsit? Eſt ibi tex. quòd nõ: quia eſt ibi in pari turpitudine: vnde dicit glo. in pari turpitudine, vel in pari cauſa. ¶ Et reſpectu cauſæ poteſt ſic poni exemplum per c. ſi à ſede.s̃.de præben.eo.lib. Cum vacaret aliquod beneficium, fuit collatum duobus: quia Papa illud tibi contulit, & ordinarius mihi: quæritur quis erit potior, quia non apparet de prioritate collationis? Dicitur quòd ille eſt potior, qui poſsidet: & ſi neuter poſsidet, ille eſt potior qui habet cauſam à Papa.

REGVLA LXV.

IN † pari [b] ďlicto vel cauſa potior eſt conditio poſſidentis.

† De cõmodo poſſeſſionis vide doctores in l. quotiens C. de rei vend.

¶ Idem.

REGVLA LXVI.

CVM

*¶ Prima glo. dicit vnde in vtroque membro ſit ſumpta, & vtriuſque membri ponit exempla: obiicit ad vnum exemplum, & ſoluit: ſecundo notat, ſignat contrarium, & ibi remittit.*

b ¶ *In pari.*] Inquantũ hæc regula dicit de delicto, ſumpta eſt de l.ff.eo.tit.l.cum par delictum. inquantum dicit de cauſa, ſumpta eſt de l.ff.eo.tit.in pari cauſa. Pone caſum in delicto per can.14.q.5.nõ ſane. In eo.ſ. qui repetit pecuniam quam dedit pro iniquo iudicio. Item in eo qui vſuras quas ſoluit, repetit: cum ipſe ſit in pari delicto 5. de vſur.quia fruſtra. Item per l.ff.de condi.ob turp.cau.l.vbi autem.& l.ſeq. vbi habes ꝙ non repetitur quod ꝑꝑ ſtuprum, vel vt male iudicetur datum eſt. De cauſa pone per decre. s̃.eod.lib. de præben.ſi à ſede.& per l.ff.de verb.oblig. ſi ſeruũ. aliàs incipit, ſi Stichum.§.ſequitur. vbi dr̃, ꝙ cum quæritur de damno, & par eſt vtriuſq; cauſa, potior eſt qui tenet, quàm qui proſequitur. Et aduerte: quia male videor exemplificare per decre. illam, ſi à ſe. nam ibi non erat par cauſa: quia fuerat vni collata per Papam, alteri ꝑ ordinarium. Sed nõ quæritur de paritate quo ad poteſtatẽ conferentium: ſed de paritate quo ad tempus: quia cui primo collata fuerit, dubitatur: & ideo in hac pari cauſa tp̃is, potior erit conditio poſsidentis 6. Et nota quia hic exhibetur fauor reo: quia abſoluitur in pari cauſa vel delicto. C.de condi.ob turp.cau.l.2. vnde ſemper dicere conſueuimus, ꝙ in pari delicto vel cauſa, potior ſit excipiẽtis conditio, vt in præalleg. iuribus. Ad hoc de conceſ. ꝑbẽ. ex tenore. de adult.c.pen.& vlt. Contradicere vr̃ decre. illa de conceſ. præb. cum ſuper. ſed ſolue vt ibi in glo. quæ incipit, quia fruſtra. in fine. [Dynus ponit hic diſtinctionem 7 cuius verba vide ad litteram.] ADDITIO. Ioan. Mona. in decre. s̃.eo.lib.de teſti. c.1. dixit regulam iſtam in pari, &c. locum habere in iis quæ in ſe ſunt turpia, vt occidere & furari. Vbi vero factum in ſe nõ eſt turpe, ſed qualitas rei adiectæ vel perſonarum facit illud turpe: tunc non eſt melior conditio poſsidentis. quod dicit probari de ſimo. veniens. & ratio redditur ff.de condi.ſine cau.l.auunculo.1.& 2.reſpon. Et hic dicit ꝙ allegatio ibi poſita facit ꝑ regula: licet deciſio videat̃ facere contra: quæ plus reſpexit factum quàm qualitatem, ne agens eſſet in damno: loquitur lex de pecunia data nomine dotis per neptem auunculo: quæ permittitur repeti quaſi ex nulla cauſa data: dare ergo non eſt prohibitum etiam in ſpiritalibus: ſed adiectio facit illud turpe, quãdo ſcilicet datur ex pacto, vel taxatione, quæ habet vim pacti, & ideo repetitur. facit s̃.de magi. cap. 2. & vide quod notatur de ſimo. in c. dẽ hoc. Ioan. And.

5 Nec obſtat ꝙ delictum ſit circa diuerſa. Dyn⁹.

6 Vide Felinũ c. capitulum ſanctæ crucis. col. 14.& 15. de reſcrip. gloſ. & ibi notata. c. quia ſæpe. de ꝑben. lib. 6.

7 Dicit ꝙ ď eodem crimine tu non accuſas: ſed ď diuerſo pari vel minori bene: dũ tuã tuorũque iniuriam ꝓſequeris. l. neganda. C. qui accuſa. non poſ. aliàs nõ auditis, niſi maius crimẽ obiicias. ſi ciuiliter agas, ꝓcedit regula. Bart. l. cũ mulier. ſolu. ma. vide Angelũ inſti. de exceptio. col. 13. Panor. c. intelleximus. nu. 5. de adulter.

CVm non ſtat.] Caſus figuratur primo ꝑ c. ſi quælibet. §. ꝓphetauit. 22. q. 2. vbi eſt textus, ꝙ Deus mãdauit Abrahæ, vt filium ſuũ duceret in montẽ, & ſibi illũ ſacrificaret: ad præceptũ Domini Abrahã filiũ ſuũ duxit in mõtẽ, & cũ paratus eſſet illum occidere & Deo ſacrificare, fuit impeditus ꝑ Angelũ: vtrũ perinde ſit ac ſi filiũ ſuũ occidiſſet quantũ ad meritũ? Rñdetur ꝙ ſic. Item figuratur caſus per c. quoniã frequẽter. §. porro. s̃. vt lit. nõ ↄteſt. in antiq. Certum eſt ꝙ iudex non poteſt procedere ad ſñiam diffinitiuam ferẽdam parte nõ citata, & ſi pars ſit abſens, debet citari citatione formali ad audiendũ ſñiam: Ponamus ꝙ iudex decreuit citationẽ ↄ̃ eũ abſentẽ, & miſit executorẽ vt ipſe reus veniret auditurus ferri ſñiam: iſte reus miſit ſuos familiares, qui impedierunt executorem, ne poſſet eum citare: nunquid habetur pro citato? Rñdeo ꝙ ſic: quia per eũ non ſtetit. Item põt poni caſus per l. vlt. C. de cõdi. inſertis. Aliquis Titius veniens ad mortẽ condidit ſuum teſtamentum, in quo legauit ſeruo ſuo libertatem, ſi ipſe ſeruus daret decẽ ſcuta hæredi teſtatoris: ſeruus poſt mortẽ domini ſui obtulit illa decem ſcuta hæredi ſcripto, qui hæres noluit illa accipere: vtrum conditio habeatur pro cõpleta vt ſeruus conſequatur libertatem? Rñdetur ꝙ ſic. Idem ſi alius nomine ſerui obtuliſſet illã pecuniã.

¶ *Prima*

¶ *Prima gloſſa dicit vnde ſumpta, & ponit exempla. Secundo notat tria. Tertio obiicit, & ſoluit diſtinguendo.*

a ¶ *Cum non ſtat.*] Hæc regula ſumpta eſt ex l.ff.eo.tit. l.in iure ciuili. Pone exēplum Abrahæ Geñ.xxij. per quem nō ſtetit quo minus ſecundum Dñi præceptum filiũ immolaret: vnde perinde apud Dominum gratũ fuit ac ſi immolaſſet. 22.q.2. c.ſi quælibet.§. ꝓphetauit.& c.ſeq.Itē pone in eo q impedit, ne ad eum citatio perueniat, vt ſ. vt lit.non conteſt.quoniã.§.porro.In ſtipulatione ff.de condi.& demon.l.iure ciuili. Itē potes ponere in libertate legata, vt aliquid detur hæredi: & p hæredē ſtat. C.de condi.inſer.l.pe.aliàs eſt vlt. & idem in aliis legatis. ff.de cōdi.& demon.l.cũ pupillus.& in inſtitutione hæredis.ff.de condi.inſti.l.3. Nota tñ quod ſi mihi decem ꝓmiſeris ſi te vicero, tacite vĩ hoc actũ, vt reſiſtere poſſis: & ſic habet pro expreſſo. ff. ſi cer. pet.l.cum quid, Et not.quod dicit, per eum ad quē pertinet: nam ſi ſtaret per aliũ tertium: vel etiã per impedimentũ mei ipſius: tũc habet locum regula ſ.eo.imputari. quia tunc licet non imputet quod per me non ſtat, vt ibi: tamen non habebitur pro impleto, vt hic 1: & ff.de cond.& demon.l.quibus diebus.in prin. Itē not. quod ſi libertas legata eſt ſeruo ſi decē hæredi dederit, & per hæredem ſteterit, quo minus ſeruus dederit illa decem: perinde eſt ac ſi impleta eſſet conditio: quia ille liber erit: tenetur tñ poſtmodũ ad illa decē, niſi forte obtulerit, & hæres nō ſuſceperit. C.de cōdi.inſer.l.vlt. Sed dicit lex, quod ſi teſtator legat liberto decem ſub cōditione, ſi cũ filio ſteterit, & filius moriatur: & ſic per eum vel p caſum in eius perſona contingentē ſtat quominus conditio impleatur: non tñ debetur relictum.ff. de adim.lega.l.Seio.in prin. Sol.cũ ſtat per eum, i.per factum eius vel impedimentum ab eo preſtitũ, habetur conditio pro impleta: & ſic ſimpliciter vera eſt regula. Sed ſi ſtat p caſum in perſona eius cōtingentē, diſtingue: aut erat relictũ contēplatione eius in cuius pſona erat implēda cōditio: & tũc nō debetur relictũ, vt in pdicta l.Seio. aut fauore eius cui relinquitur: & eo caſu debetur.ff.de an.lega.l.Meuia. inprin. aut dubitatur: & eo caſu relictũ debetur, quaſi in dubio ſit interpretãdũ legatarij fauore relictũ, ſi ex veritate vel ex ꝯiecturis aliud non apparet.ff.de cond.& demon.l.illis libertis.& C.de legi.l.r. ADDITIO. Idē Dynus, & plenius C.de inſt.& ſubſti.l.1.Io.And.

† Io.An. circa hanc 67. regulã quærit, an quis poſſet tractare cauſam nomine procuratoris, q non poſſet ſuo, vide Bart. & doct.in l.hæreditariæ.ff. de furtis.

1 Et ſic patet quod iſta per illã non eſt ſuperflua. Dynus tñ dicit illam loqui quando impeditur per caſum: iſtã vero quando impeditur p eũ cuius intereſt conditionē nō impleri. Io. An.

non [a] ſtat per eum ad quem pertinet, quo minus conditio impleatur: haberi debet perinde ac ſi impleta fuiſſet.

¶ Idem.

## REGVLA LXVIII.

QVod [b] † alicui ſuo nō licet nomine, nec alieno licebit.

¶ Idem.

QVod alicui 2.] Caſus figuratur per c.ſicut non ſuo. 46.diſt. Certum eſt quod quis non pōt exercere vſuras nomine ſuo: aliàs incurrit varias pœnas à iure ſtatutas: quia denegatur ei cōio quãdiu eſt in ſeculo, & ſepultura poſt mortē: ſed & patitur alias pœnas, de quibus dictũ fuit ſ. de vſu. eo.lib. ſed vtrũ ad minus aliquis poſſit nomine alieno, i.ad vtilitatē alterius exercere vſuras? Reſpondetur quod non, per rationem huius cap. ¶ Item poteſt poni caſus per l.ſi quis.in fi.de iuriſ.om.iudi. Certum eſt quod corrumpens album prætoris incidit in pœnam illius legis. Sed vtrũ ſit mihi licitum corrumpere album prętoris nomine alieno, id eſt, ad mandatum alterius? Reſpondetur quòd non: immo incido in pœnam, & etiam ipſe mandans, ſi ratum habuerit,

2 Illis q Dynus dicit de tutoribus ad de ſingula. Gem. à Petra ſacta. 57. ibi tractatur quando tutor poſſit cũ pupillis contrahere. & quid faciat iudicis pręſentia.

¶ *Prima glo. ponit exempla: ſecundo dicit in maleficiis regulam loqui: aliàs ipſius falſitas pateret in delegato, liberto & laico: Item locum habet in eis quæ ſunt ordinis.*

b ¶ *Quod alicui.*] Pone caſum per cap. 46.diſt. ſicut nō ſuo. meo enim nomine mihi non licet fœnus exercere: ita nec alieno. Item per decret.de crimi.fal.ad falſariorum. ſicut.n. proprio nomine litteras Papales falſare non debeo: ita nec alieno. Item nec noīe alieno nec proprio albũ prætoris corrũpere debeo. ff.de iuriſd. om.iudi.ſi quis id.in fine. [Cremen.de reg.vt profeſſores.dat nouum exemplum huic regulæ. Dynus ēt ponit per auth. vt hi qui obl.§.ſi quis. vbi ſicut tutor nō inquietat pupillũ noīe proprio, ita nec alieno, vt ex iure ceſſo.] Et not. quod hęc regula vera eſt in maleficiis. Indecens.n.eſt crimen ſuum cōmodis alienis impēdere, vt in d.c.ſicut nō ſuo. hoc dico quia delegatus ex delegatione cognoſcit de cauſa, de qua & ꝓprio nomine cognoſcere non poſſet, 2.q.6. ſiquis eps.exponit quos aliàs punire nō poſſet. ff.de offi.deleg. ſane 2. Et libertus nomine alieno vocat patronum in ius: quod nomine proprio nō poteſt. ff.de in ius vo. l. quæſitum. Et laicus qui non poteſt cauſam ſpiritualē tractare proprio nomine, tractat alieno, vt ſ.eod.lib.de procu.c.1.& idem in fi. Item habet locum in iis quæ vt demandari poſſint, requirunt ordinis adminiculum: vnde ſicut ſuo nomine ſacerdos ſimplex nō chriſmat in fronte, non ordinat ad ſacros: ita nec epiſcopi ſui mandato: cum tali demandari 3 non poſsit, & de hoc ſ.de cōſecr.eccl. vel alta.aqua.& facit quod dixi ſ.eod.ea quæ.Ioan.And.

3 Scilicet ab epō. Papa tñ bene pōt cōmittere ſimplici ſacerdoti, vt cōferat ſacramentũ confirmationis. facit cōciliũ Tridēt. ſeſſio.7. de cōfirmatione canone 3. & ſeſſio.23. in in principio. c.4.& quod tradit B. Th. par. 3.q. 72. art.11.

POteſt.] Caſus poteſt figurari p c.vlt.ſ.de procur.& per l.1. ff.de procu. in matrimonio hoc modo: Aliquis vult contrahere matrimonium cum aliqua muliere per procuratorem: nunquid poterit? Eſt ibi textus quod ſic: & hoc verum, dummodo ipſe procurator habeat mãdatum ſpeciale à domino ſuo. Et in hoc articulo dicitur habere mandatum ſpeciale quando habet mandatũ de contrahendo cũ certa muliere, puta cum Berta: quia nō ſufficeret mandatum generale, videlicet ad cōtrahendum cũ aliqua honeſta muliere. ¶ Item poteſt poni caſus per l. Arethuſa.in fi.ff.de ſta. ho. Aliquis teſtator dedit libertatem ancillæ ſuæ ſi ipſa daret decem millia hæredi ſuo: accidit quod iſta ancilla erat prægnãs, & cum eſſet in actu pariendi quidã Titius adimpleuit conditionem: nunquid ſtatim efficitur libera, vt pariat liberum? Reſpondetur quod ſic: quia qui poteſt per ſe, pōt per alium. Io.And.

## REGVLA LXVII.

POteſt [c] † quis per aliũ, quod poteſt facere per ſeipſum.

† Dicit Dynus regulã reſtringuendam ad ea quæ poſſunt per alios explicari. allegat quod no.ff. de vi & vi ar.l.1. §. quotiens. Ioan. An.

¶ *Prima glo. ponit exempla, & xvj. caſus exceptos: ſecundo ponit quinque caſus exceptos a regula conuerſa: rationem ipſorum reddit, & adiungit duo ſimilia, dicens regulam, qui facit: non eſſe ſuperfluam. in fi. arguit & remittit.*

c ¶ *Poteſt.*] Poteſt quis per alium iurare. 63. diſt. tibi dño: ſicut per alium matrimonium ꝯhere. ſ.eo.lib.de procur.c.vlt. ſic ff.de procu.l.1.§.2. [Et ibi de hoc, & ff.de admini.re.ad ci.l.2. in glo.] de ſta.ho.l. Arethuſa. in fi. Hæc regula fallit in eo cui cōmittitur certũ miniſteriũ. ſ.de offi.deleg.c.vlt. ſ.eo.lib.eo.tit.is cui.& optime.C.de cad.tollen.l.vnica.§.ne autem.ad idē 2.q.3. abolitio.de cleri.non reſi.quia nonnulli.ff.de ſol.inter artifices. Item in pœnitētia ſuſcipienda.de pœni.diſt.1.quē pœnitet.& in prin. quam per ſe quiſq; recipere debet. Ratio eſt pudor, qui eſt maxima pars pœnitentiæ, vt ibi. Item in eo viro qui veniã ætatis impetrat: quod per ſe facere debet. C.de iis qui ve. æta.impe.l.2. Item adoptare vel arrogare nō pōt quis per alium.ff.de adoptio. poſt mortem.§.neque. Ratio eſt: quia adoptio imitatur naturã. Item fallit in iudice q p ſeipſum recitare debet ſnĩam: niſi ſit eps ſiue ſuperior 4 .ſ.eo.lib.de re iud.c.vlt.C.de iudi.auth.ad hæc. Item in eo qui incipit conferre ſacrm vnitatis: qui id per aliũ perficere non poteſt. 23.diſt.in.quorundã. Item abbas per ſe verberando pōt corrigere monachũ, non p aliũ, maxime laicũ. de ſent.excō. vniuerſitatis. Item dñs nouũ emphyteutã non per procuratorē, ſed per ſe in poſſeſſionē inducere debet. C.de iu.emphyte.l.vlt. §.pen. [Item violentũ ſtatim pōt de poſſeſſione expellere per ſe, tñ non per procuratorē.ff.de vi & vi ar.l.cum fundum. Dynus.] Item qui eſt in poſſeſſione ſeruitutis, & ꝓclamat in libertatem: per ſe agit, & non p procuratorē. C.de aſſer.tollen.l.1.& regulariter in criminali cauſa, vt 2.q.6 ſi quando. Item q ſunt meri imperij, vel gladij poteſtatis, non delegantur ſm leges, niſi in caſu. ff.de offi.eius cui man.eſt iuriſd.l.1. ſecus ſm canones. de hoc not.95. diſt.c.1.23.q.4.illud.& ſ.de offi.ordi.quod ſedem. & de rapto.in archiepatu. & per ſe rñdere debet adultus, qui catechizatur, & non per aliũ.de conſe.diſt.4.cum p paruulis. Item fallit in caſu. ſ.eo.lib.de elect.cupientes. Item in caſu ſ.eod.lib.de iudi.c.1.& in caſu ſ.eod.lib.de offi.lega.c.penult.2.rñſo.& de hære. c.2. in prin. hæc igitur & ſimilia ſpecialia ſunt. Et not. quod etiam econuerſo quædã per alium poſſunt, quæ non per me 5. Epiſcopus clericum ſuum per alium pōt verberare, non autem per ſeipſum. 86. diſt.non liceat. C.de epiſco.& cleri.authen.ſed neque. Item eps per aliũ litigare debet 5.q.3.c.vlt. [Et idē in illuſtri. C.de procu. l.penul. Dynus.] Item prælatus clericus habens temporalem iuriſdictionem audit & iudicat de cauſa ſanguinis per alium, non per ſe. ſ.eo.lib.ne cler.vel mona.c.vlt. Item religioſa mulier per alium pōt eſſe in iudicio, non per ſe. ſ.eod.lib.de iudi.c.2. ſ.eod. lib.de elect.indemnitatibus.§.ſed cum eas. Item eps tuitionem, gubernationē, & curam viduarum & pupillorũ & peregrinorũ non per ſeipſum, ſed per aliũ archipresbyterum.ſ. vel archidiaconum gerere debet. 88.diſt.epiſcopus gubernationem. & ibi de hoc. & omnia iſta ſunt etiam ſpecialia contra regulam ſm quam quod poſſum per aliũ, & per me. Et accidit hoc, vel ratione perſonæ cui hoc non conuenit, vel etiã ratione rei, puta cauſæ criminalis. & interdum per alterum conſequitur quis quod per ſe conſequi non poſſet, vt ſ.eod.lib.de conceſ.præb.c.auctoritate. & ff.de ſta. ho. Imperator 2.ff.quæ res pig.obli.non poſ.l.Ariſto. ſicut & quædam poteſt quis tamquam alius, non tamquam ipſe. inſti. de inoffi.teſt.§.ſi tutor.ff.de adopt.ſi pater.§.qui duos. vbi nepotem ex filio adoptat auus tamquam genitum ex alio filio: & hoc non tamquam auus, ſed tamquam quidam extraneus. ad idem ff.de in ius voc.l.quæſitum.cum ſimilibus. [Multa exempla quibus licet alieno nomine, quod nō licet proprio, & vide ſ.eo. quod alicui ſuo. in ſecũda parte quæſtionis.] Et not. quia id dicimur poſſe, quod de iure poſſumus. hãc igitur regulã credo loqui de iis quæ de iure ſortiuntur vel ſortiri poſſunt effectum. non

4 Idē in inquiſitore hęreticæ prauitatis, qui per alios poteſt etiam ſententiam recitare. Geminianus, & Peruſinus & alij in cap. vt cōmiſſi.de hæret. lib. 6. & Conradus Brunus libr. 4. de hæret. c.10.in fi.

5 Vt dixi de ſent.excom. ſacro. ſuper fin.5.gl. vbi etiam alleg. ff. de negot. geſt. atqui. §. cum me. Ioan.And.

Epiſcopus habet tuitionem curã & gubernationem pupillorum, viduarum, & peregrinorũ per alium.

Poſſe dicimur, quod de iure poſſumus.

igitur ſuperabundat regula.ꝫ.eo.qui facit per alium, quæ generaliter loquitur,vt etiã maleficia cõprehendat,& iſta regula loquitur de poteſtate faciendi,illa de effectu iam facti 1.Item not. ex hac regula,ꝙ ſicut per ſe põt quis ſubſcribere,ita per alium. quod dic,vt not.ſ.de re iudic.cum inter vos.in glo.poteſt enim.

1 Idem ibi Dynus.

IN *malis.*] CASVS. Titius ꝓmiſit mihi ſuũ patrẽ occidere,vel adulterium cõmittere, vel aliud malum perpetrare : vtrum teneatur iſtam ſuam ꝓmiſſionẽ adimplere, & poſſit ad hoc compelli?R̃ſidetur ꝙ non.Vel ponamus ꝙ Titius apud me depoſuit rem ſuã: & ꝓmiſit etiã ꝙ ſi committerem dolũ in re depoſita,ipſe non ageret ꝯ̃ me ad rem reſtituendam:poſtea dolum commiſi in ipſa re;quia per dolum meum illam rem perdidi:nunquid poterit ipſe agere cõtra me,non obſtãte ſua promiſſione,vt ſibi reſtituam rem depoſitam vel æſtimationem rei?Reſpondetur quòd ſic:nec tenetur obſeruare ſuam promiſsionem . De hac materia tractatur ſ.in regula, non eſt obligatorium, & poſſunt hic poni exempla quæ ponuntur in illa regula.

† Vide B. Thomam 2. 2.q.89. atti. 7. & Turrecrematã in c. ſi aliquid. 22.q.4.

† In aliquot vulgatis codicibus legitur, electoris. ſed in omnibus antiquis vt eſt impreſſum.

¶Idem.

REGVLA LXIX.

IN † malis [a] promiſsis fidem non expedit [b] obſeruari.

¶Idem.

REGVLA LXX.

IN alternatiuis [c] debitoris † eſt electio:& ſufficit alterũ adimpleri.

¶ *Prima gloſſa pro exemplis & materia remittit: & diſtinguit malum promiſſum à male promiſſo.*

a ¶*In malis.*] Pone exempla quæ poſui ſ.eo. nõ eſt obligatoriũ. & ꝓſequere hanc regulã,vt ibi dixi.Et habes hæc verba. 22.q.4. c.in malis promiſsis. & ibi de hoc per totam quæſtionẽ.Et not. ꝙ dicit,in malis promiſsis : nam licet mala ꝓmiſſa non debeant ſeruari:tamen interdum male promiſſa,puta per dolum vel metum,ſeruantur:quando ſcilicet ſeruari poſſunt ſine ſalutis æternæ diſpendio,ſi iuramentum interceſsit.de iureiur.ſi vero. in antiq. & dixi in prædicta regula.ſ.eo,non eſt.

ADDITIO. Idẽ Dynus, qui dicit mala promiſſa ipſo iure vitiari.ff.de pact.iuregentium. §.& generaliter.& de verb. oblig. l.generaliter.& l.veluti . & l.ſtipulatio. hoc modo. & l.ſi plagij. & l.ſi ſtipuler.inſti.de inuti.ſtip.§.qđ turpi . Sed male promiſſa: puta per dolum vel metum , vitiantur interdum ope exceptionis.C.de inuti.ſtip.l.dolo,&c.Ioan.And.

b ¶*Non expedit.*] ſecundum 2 vtilitatem : nec licet ſecundum æquitatem:nec decet ſecundum honeſtatem, & de his omnibus ſ. de vo.magnæ.poſt prin.Ioan.And.

2 Hæc gloſſula ex nouella Io. An. huc fuit trãſlata.

IN *alternatiuis.*]Caſus figuratur per c.inter cæteras. ſ.de reſcrip.Ego expoſui dño Papæ, ꝙ Titius rector eccleſiæ ſancti Deſiderij Pictauenſis erat homicida, ſimoniacus, cõcubinarius, & plures alios defectus patiebatur , ꝓp quos erat indignus beneficio eccleſiaſtico:vnde Papa ſcribit quibuſdã iudicibus,ſi conſtaret Titium eſſe homicidam , concubinarium,ſimoniacum , ꝙ ipſi ſibi eccleſiã per ſententiam auferrent, & forte mihi conferrent:vtrum neceſſe ſit ꝓbare omnes iſtos defectus antequã poſſit remoueri ab eccleſia ? Reſpondet ꝙ non : ſed ſufficit probare vnũ ex illis:dum tamen iſte defectus per ſe ſufficiat ad probationem 3: quia illi defectus ſunt expreſſi alternatiue:& in alternatiuis erit in optione mea exprimere defectum quem voluero.Idẽ eſt ſi illi defectus fuiſſent expreſſi copulatiue hoc modo : Si tibi conſtet quòd talis Titius commiſerit ſimoniam & homicidium, auferas ſibi eccleſiam ſancti Deſiderij Pictauenſis: tunc enim ex quo alterũ ſufficit ad priuationẽ:dictio,&,accipitur pro, vel,vt dicitur in d.c.inter ceteras.¶Item poteſt poni caſus in debitore hoc modo:Titius mihi ſtipulanti promiſit dare equum,vel decẽ ſcuta,vtrum poſſim petere,vt compellatur mihi ſoluere equum & decem ſcuta? Reſpondet quòd non, ſed debeo eſſe contentus altero ipſorum. ſed vtrũ ſit in electione ſua ſoluere decem ſcuta,vel equum?Reſpondet quòd ſic:quia in alternatiuis,&c.

3 Aliàs,priuationem.

¶*Prima gl.dicit vnde ſumpta: & ponit exempla. Secundo ſubdit de alternatiuis ordinis.Tertio ſignat cõtrariũ,ſoluit,& remittit.*

c ¶ *In alternatiuis* 4.] Hæc regula ſumpta fuit ex l. ff. eo.tit.l.in eo qđ plus eſt.vbi verba ꝯiuncta non ſunt, ſufficit alterutrũ eſſe factum.Pone exemplũ per canonẽ 12.q.2.bonæ rei. in fin.ſ.de reſcri.inter cæteras.& in viro qui in cauſam ſoluti matrimonij dotem vel eius æſtimationẽ reſtituere ꝓmiſit.ff.de iu.dot.plerũque. in fine.ad idem.ſ.de plus peti.c.vnico.vbi dr̃, plus petere cauſa: & in expenſis ꝯdẽnatur,qui ex duobus alternatiue debitis p̃ciſe petit alterũ.ad idem de app.ſignificauit.vbi de hoc. & de reſcri. ex parte.& facit de p̃b.c.2.ff.de ꝯdi.inſti.l.ſi hæredi plures. Sunt tñ quædã alternatiua, in quibus debet ordo ſeruari. ff.de lega.2. cum pater.§.penult.vt cum mãdat teſtator aliquid dari liberis; aut his deficientibus,ꝯſanguineis,aut affinibus : quia tũc ſequimur ordinem. Eſt ad hoc argumentum qđ dixi de ordine ſequendo.43.diſt.ſit rector.in fi.ſ.eo.lib.de elect.c.pen.in prin.& eo.lib. de præben.mandato.in fi.[Et hoc eo.tit. inſpicimus.vt ibi dixi.] Contradicit ad hãc regulam inſtitu.de leg.§.ſi generaliter. Sol. illud cum eligens fuit in mora.ff.de op.leg. l.mancipiorum.ſ.eo. lib.de conſuet.cap.vlt.& ſic not. Bern.in prædic.decr. de reſcri. inter cæteras.& facit quod dixi ſ. eo.contra eum.

4 Intellige in affirmatiuis:in negatiuis non requiritur ꝙ neutrũ fiat

¶Idem.

REGVLA LXXI.

QVi [d] ad agendũ admittitur,eſt ad excipiendum multo magis admittendus.

¶Idem.

REGVLA LXXII.

QVi facit [e] per alium, eſt perinde [f] ac ſi faciat per ſeipſum.

QVi ad agendũ 5.] Caſus in hac regula figuratur p̃ §.poteſt. 16. q.3. & l. ſi quis emptionis. C. de p̃ſcr. xxx. vel xl. annorum. Titius poſſedit rẽ alienam cum titulo, bona fide,& cũ aliis requiſitis ad præſcriptionem legitimam:Certum eſt ꝙ ſi cadat à poſſeſsione illius rei quam præſcripſit , habet actionẽ ad illam petendam:Sed quid, ſi non cecidit à poſſeſsione , & verus dñs agit contra eum : nunquid poteſt excipere de p̃ſcriptione ? Reſpondeo ꝙ ſic : quia qui admittitur ad agendum , multo magis ad excipiendum.Item figuratur caſus p̃ l.1.§.qđ ait.ff.de ſuperficie.vbi eſt textus, ꝙ ſi quis ꝯducat rem alienam ad longum tempus,& cadat à poſſeſsione rei , poteſt agere ꝯ̃ poſſeſſorem ; & hoc verum actione vtili,& non directa:iuxta notata.ff.ſi ager vectigalis.Sed nunquid poterit excipere contra verum dominũ? Reſpondetur quòd ſic,per rationem huius regulæ.

5 Ioan.And. & Phil. hic dicunt regulam procedere in eccleſia præſcribente & priuari lõgo tempore.

¶ *Prima gloſſa dicit vnde ſumpta , & ponit exempla . Secundo ponit rationem regulæ . Tertio dicit regulam procedere in eiſdem perſonis.Quarto dicit eam fallere in poſſeſſoriis.*

d ¶*Qui ad agendum.*]Hæc 6 regula ſumpta eſt ex l.ff.eo.tit. inuitus nemo.§. cui damus.Pone caſum in eo qui legitime p̃ſcribit: qa ſi cadit à poſſeſsione,datur ſibi actio : multo fortius dũ poſſidet,datur exceptio.16.q.3.c.placuit vt. §.poteſt. in prin.ad idẽ de præſcr.illud.in antiq.Item ꝯductor ſoli ad ſuperficiem ad nõ modicum tempus habet vtilem rei vẽdicationem etiam ꝯ̃ dñm? multo fortius exceptionem.ff.de ſuperfi.l.1.§.quod ait.Rationẽ huius regulæ ẽt habuiſti.ſ.eo.cui licet plus.& minus licet 7.ſed plus eſt agere q̃ excipere. ergo ſi poteſt primum , multo fortius ſm̃,vt hic,nam video exceptionem dari cui non datur actio , vt excõicato.ſ.de excep.cum inter priorẽ. Item qui mala fide præſcripſit,ſm̃ leges exceptionem habet aduerſus oẽm petentem:& ſi a poſſeſsione cadat,non habet actionẽ.16.q.3.§.poteſt. ver. qđ ſi.& C.de p̃ſcr.xxx.vel.xl.an. ſiquis emptionis. Et vbi actio tpe tollitur,ꝑpetuo durat exceptio.ff.de do.excep.pure.§.vlt.& venit in compenſatione,qđ non venit in petitione. ſm̃ l.vt debitũ naturale.ff.de cõpen.l.etiã.Et ecõuerſo interdum venit in petitione qđ non in cõpenſatione: ſicut eſt videre in depoſito. C.de compen.l.vlt.& ſ.de depo.bona fides.& eſt ſpeciale.Et adde qđ not. de iureiu.quemadmodum in glo.nam cui. Et dic ꝙ ad agendum admittitur. ꝯ̃ eum ꝯ̃ quẽ excipere vult.hoc dico,ne obſtet quod dr̃ de Publiciana:nã habens Publicanã actionẽ ꝯtra alios excipit non ꝯ̃ dñm.ff.de public.l.penul.& vlt. & idem de ſimilibus.hoc autem regulariter fallit in poſſeſſoriis iudiciis.C.de loca.& condu.l.ſi quis conductionis.vbi conuentus poſſeſſorio, ſi dicit ſe conduxiſſe,ante omnia poſſeſsionem reſtituit 8 : & poſt agit.& facit quod dixi ſ.eo.dolo.nã ꝯ̃ p̃donem agentẽ poſſeſſorio [ ſcilicet interdicto vnde vi.] non admittitur exceptio : tamen admittitur actio.de reſt.ſpo.in litteris.& c.ſeq. Et generaliter agenti poſſeſſorio, refertur queſtio proprietatis agẽdo , & tamen non excipiendo.de ordine cognitio.c.vlti.C.de rei vend. ordinarij.de conceſ.præb.poſt electionem.in fi.de appel.conſtitutis 2.in fi. de accuſa.accedens.

6 Hæc regula fallit ſi actio & exceptio tẽdũt ad diuerſa.c.inter dilectos. in prin. de exce.prela. Itẽ fallit ſi aliqđ ſubeſſet repellẽs exceptionem.c.ꝗ debitores. ꝗ iureiurãdo.

7 Dynus dicit ꝙ ratio ſumitur ꝗ regula,fauorabiliores.r.ff. eo. & ſic ad idẽ ſupra eo, cũ ſunt.& c, non licet.Io. Andr.

8 Eſſet enim ſpecies ſpoliationis poſſeſſionẽ denegare locatori.ff. de p̃ca.l.vlt. & ideo ſuper dominio nõ auditur, niſi facta reſtitutione.ff.ſi p̃ vim vel alio modo.l. 1. Dynus.

d ¶ *Pontificatus.*] Scire debes ꝙ Romanus Pontifex ex ſola electione facta à duabus partibus Cardinalium vocem habentium: de quo dic vt ſ. eo. lib. de elec. vbi periculum. præſulatum aſſumit. ſ. de elect. licet deuitanda. Sed conſuetudo eſt Romanorum Pontificum (quæ potius eorum ſolito vſu, quàm iure roboratur) quòd poſt electionem ante conſecrationem & coronationem non ſcribunt pontificatum in data: licet præ dict. decre. licet. ſupra eod. de elect. dicat, Romanus Pontifex habeatur qui à duabus partibus, &c. Inquantum dicit pontifex, videtur ꝙ extunc pontificatũ ſcribere poſsit 1. Tamen pro illa conſuetudine facit lex C. de quadri. præſcrip. l. vlt. in fine. ibi: ex quo imperiales ſuſcepimus infulas. vnde & dies coronationis dicitur ortus imperij, & ſic poteſt intelligi. C. de fer. l. vltima. nec dicitur Imperator, niſi corona ſuſcepta. ff. de mili. teſta. l. antepenult. ſicut nec archieþs niſi recepto pallio. ſupra de vſu pal. niſi. ad idem. C. lib. 12. de decu. l. fin. ff. de re mili. l. ex eo. in Authen. de con. in fi. col. 5. ſed tunc ante coronationem ſcribunt ante datam, locum & diem ponendo. Data ſuſcepti à nobis Apoſtolatus officij anno, &c. & tunc etiam non ſcribunt ſe ſimpliciter epiſcopos: ſed ſic ſcribunt: Talis (pone) Bonifacius electus epiſcopus. Item tunc non bullant bulla integra: ſed tũc temporis ſi quas litteras cõcedunt, ponũt mediam bullam, id eſt, illam partem, quæ habet capita ſculpta: & ex alio latere quo ponitur nomen, plana eſt bulla ſine nomine 3. poſt coronationem autem ſcribunt pontificatum in data, vnde quod prius ſcribebãt, data ſuſcepti à nobis Apoſtolatus officij: ſcribunt data pontificatus noſtri. Item vocant ſe ſimpliciter epiſcopos & dant bullam cum nomine ſuo. Et ſunt hæc bene notanda: quia iam vidi in quadam eccleſia cathedrali hic vicina, cuius nomen ſileo, ſecundum expectantem ex hoc errore in aſſecutione præbendæ primo præferri. Et hoc modo Bonifacius fuit electus die ſecunda exeunte Decembri: coronatus & conſecratus fuit die xxiij. Ianuarij. Habebat vnus expectãs eius auctoritate litteras cum tali data: data quarto calend. Ianuarij, pontificatus noſtri anno iij. Alius expectãs eadem auctoritate & in eadem eccleſia, habebat litteras huius datæ: data nonas Aprilis, pontificatus noſtri anno iij. & hoc eſt dicere, data quinto die Aprilis, & ſuperior data tertia die exeunte Decembri, vt ſ. dixi proxi. gloſ. vacabat præbenda in illa eccleſia, & quærebat cui deberetur: & errore peritorũ huius iuris hunc modũ ignorantiũ pronuntiatũ & obtentum fuit, illũ qui habebat datam ſub tertia die exeunte Decembri priorem eſſe, & debere præferri: quia conſiderabant dicti iuriſperiti, ꝙ ſiue annus inciperet à promotione Romani pontificis, quæ fuerat, vt prædixi, die ſecunda exeunte Decembri, ſiue à natiuitate, omnimodo ille erat primus: & verum dicebant illo modo computando: ſed quia annus pontificatus incipit à conſecratione & coronatione, non ab electione, vt ſ. dixi: quæ coronatio, vt prædixi fuerat xxiij. die Ianuarij: ideo male fuit obtentum: & huius rei errore fuit poſterior priori prælatus: quia certum eſt, ꝙ ex quo annus pontificatus Bonifacij incipiebat, vt prædixi, ꝙ is qui nonas Aprilis, id eſt, quinto die Aprilis habuit gratiam, præcedebat in gratia illum, qui habebat datam ſub tertio die exeunte Decembri, ſcilicet iiij. calend. Ianuarij, eodem anno fere in nouem menſibus, vt clare patet computanti. Semper ergo iuriſperiti, qui pronuntiare habent ſuper poſteritate & prioritate impetrantium, aduertere debent diem pontificatus, id eſt, coronationis, vt recte pronuntient. & idem in ſimilibus caſibus. & hoc aliàs, vt dixi, in iure non bene probatur: qua de cauſa, vt talis error ab eis euitetur, hoc hic ſcripſi, quod aliàs ſcriptum non reperi.

ADDITIO. Computationem annorum domini quidã inchoãt à natiuitate, alij à circunciſione, alij ab incarnatione, alij viij. calend. Octobris, ſicut fiebat ante aduentum Chriſti. de hoc vide in Specu. de inſtru. edi. §. 2. 1. & 2. col. Ioan. And.

1 Benefacit. ſ. eod. lib. de conceſ. p̃bẽ. cap. vlt. in principio põderato in textu ſũmi pontificatus, & q̃d ibi no. in gl. 3. & q̃d ĩ. ſequitur in hac gloſ. per quę coniuncta patet, ꝙ Bonifacius tempus Pontificatus vocat quo non erat cõſecratus. Ioã. And.

2 Aliàs, confirmationẽ.

3 De hoc vide in Specul. de reſcrip. p̃ſẽs. §. vlt. ver. item quod obtentũ eſt. & circa hoc adde extra uag. Quia nonnulli.

**D**ata Romæ [b] apud ſanctũ Petrum, quinto nonas Martij [c], Pontificatus [d] noſtri anno [e] quarto.

¶ *Vltima gloſſa quærit: arguit pro & contra: opiniones ponit, & ſoluit: vltimo ponit concluſionem operis.*

e ¶ *Anno quarto.*] fuit hæc data, & iſte annus pontificatus ſui currentibus annis domini M. ccxcviij. Quæro autem quando inceperunt ligare nouæ cõſtitutiones 4 huius Sexti libri? De iis loquor quæ ſunt iuris noui promulgatoriæ, non declaratoriæ veteris iuris. [Vide quod not. in procœmio cle. in gl. videtur per hanc.] Et videtur quòd à tempore huius publicationis poſt duos menſes. in Authen. vt ſa. no. conſtit. in rubro & nigro circa princ. §. vt autem apertius. & hoc tenet Ber. ſ. in procœmio, in fi. glo. & ſ. de conſti. c. 2. & facit quod not. de poſtu. præla. c. 1. cũ enim id ſit iure ciuili expreſſum: & noſtro iure contrarium expreſſe non ſit cautum: ergo illud ius ſeruabimus: & ideo ſecundum hoc finitis duobus menſibus ſcilicet tertia die intrante Maio, eodem anno inceperũt ligare. Item & noſtro videtur iure roboratum. ſ. ne cle. vel mo. c. vlt. & ſ. de ſent. excom. nouerit. & ſ. eod. lib. de conceſ. præbend. quia cunctis. circa prin. & in his omnibus. De hoc tamen videtur tenere Ioan. 82. diſt. propoſuiſti. in gloſ. ex hoc. ꝙ ſecundum canones ligat conſtitutio poſt ſex menſes: allegat 18. diſt. c. vlt. quod de conſtitutione principis non loquitur: ſed ꝙ illud tempus duorum menſium non ſit tempus ordinariorum, videtur probari ſ. de pœni. & remiſ. cum infirmitas. vbi conſtitutio principis non ligat, niſi ex quo per prælatos fuerit publicata. ad idem ſ. eod. lib. de præb. cum ſingula. vbi datur vnus menſis à tempore notitiæ. ad idem in Authent. vt in priuatis do. ſacra myſt. non fi. circa fin. col. 5. vbi dantur tres menſes. & in Authen. vt neque miles neque fœderatus. §. ſi igitur. coll. 9. vbi dantur xxx. dies tãtum. Dixit Accurſius ꝙ in prædictis legibus dicitur eſſe ſpeciale. & idem de ſupra

dictis

4 Hoc dicit propter conſtitutiones ſeptẽ prædeceſſorum, de quib⁹ nõ dubitaſ quin prius ligarẽt licet nouiter p Bonifaciũ fuerint hic inſertæ. Illi autem fuerũt Grego. ix. & x. & Inn. iiij. Alexã. Vrba. & Cle. Nicola. iij. Aliorũ conſtitutiones non memini hic inſertas. Ioan. And.

dictis decreta eſt dicendum. Fateor enim ꝙ licet conſtitutio principis liget poſt duos menſes, vt ſupra dixi: id locum habet cum in ipſa conſtitutione aliud non cauetur, nec tempus adiicitur: illud enim ſeruandum eſt: & intelliguntur ſic contraria vtriuſq; iuris. De hoc habui quæſtionem de facto à principio huius libri. Et dicebant contra me quidam aduocati, ꝙ conſtitutiones huius libri non ligabant, niſi ex quo iſte liber publicatus fuit Bonon. vt ſic ignorantes non ligarentur: per cap. propoſuiſti. 82. diſtinct. & 32. quæſt. 4. dixit Sara. & ego contra eos dicens, quòd ſecundum dictum ipſorum in ciuitatibus, in quibus non viget ſtudium, & ad quas liber iſte directus non fuit, adhuc conſtitutiones huius libri non ligarent: quod eſſet abſurdum. Satis ergo probabili ratione id tenendum videtur quod ſupra dixi & audiui etiam tempore Nicolai tertij caſſatam electionem cuiuſdam epiſcopi, quia non ſeruauerat decret. cupientes. ſ. eod. lib. de elect. quæ tamen ante duos menſes ſolummodo fuerat publicata. An autem conſtitutio reſpiciat pendentia, dixi ſupra eod. lib. de elect. licet canon. Quæ his ſcriptis ſunt ſuperflua, defectuoſa, vel falſa, radenda, ſupplenda, & corrigenda ſe offerunt: in quibus aliqualiter excuſari mereor: quia corrigi ſum paratus: tum quia ex quo ſcribere cœpi, ſingulis quaſi diebus binis lectionibus, & aliis præter lecturam ineuitabilibus negotiis implicatus ſingula ponderare non potui: tum quia domini mei ſuperius iam dicti mandato, & ſtudentium deuictus inſtantia, ea non meo velle librata publicare compellor: quinimo etiam ex falſis ſcriptis ſecundum Philo. 2. Metaphy. commendabor: quia per ipſa veritatis inueſtigandæ materiam aliis præparaui. [Sicut canones. 1. quæſt. 1. ſpiritusſanctus. in fin. & c. ita fit. quòd etiam per miniſteriũ reproborum ſpiritusſanctus probos colligit.] Suſcipiant igitur iſtic ſtudentes minutæ ſcientiæ labores meos, reminiſcentes quòd vidua, quæ obtulit duo ſola minuta, propter ſui affectum larga plus omnibus dicitur obtuliſſe, Mar. 12. 24. quæſtio. 1. odi. de pœn. diſt. 1. c. 1. verſus fi. nam ſi Deus dederit, maiores & ſumme vtiles eis in poſterum labores meos offeram, iam licet nouiter inchoatos.

*Excuſatio Ioan. And.*

*Largius ex affectu, & nõ ex quãtitate doni procedit.*

ADDITIO. Data huius Sexti, vt dictum eſt ſ. in principio huius glo. fuit anno Domini M. ccxcviij. de tempore compilationis Decreti not. 2. quæſt. 6. §. forma. De tempore Lateran. concilij dixi de iis quæ fi. à prælatis, cum Apoſtolica. in fine. De tempore generalis, dixi de deci. cap. penult. De tempore vtriuſque Lugdunẽ. dixi ſupra eodem lib. de elect. nemo. ſuper glo. 2. De tẽpore Vien. concilij. vide not. in cle. de cenſi. cum ſit naturæ conſonum. in glo. penult. Ioan. And.

FINIS.

# REGVLAE IVRIS CAESAREI, EX QVIBVS MAIORI EX PARTE

ſumptæ ſunt regulæ pontificij iuris, ordine Alphabetico ex pandectis Florentinis hic referuntur.

ABSENTIA eius qui reipublicæ cauſa abeſt, neque ei, neque alij damnoſa eſſe debet. Regula clxxxiij.

1 Sic Flor. in cæteris, nõ recipiũt. & in achetypo erat additum, non.

Actus legitimi qui recipiunt 1 diem, vel conditionem, veluti mancipatio, acceptilatio, hæreditatis aditio, ſerui optio, datio tutoris: in totum vitiantur per temporis vel conditionis adiectionem. Nonnunquam tamen actus ſupraſcripti tacite recipiunt, quæ aperte comprehenſa vitium adferunt: nam ſi acceptum feratur ei qui ſub conditione promiſit: ita demum egiſſe aliquid acceptilatio intelligitur, ſi obligationis conditio extiterit: quæ ſi verbis nominatim acceptilationis comprehendatur: nullius momenti faciet actum. lxxviij.

2 l. 13. §. ſi tutoris. ſupra qđ vi aut clam.

Ad ea 2 quæ non habent attrocitatem facinoris vel ſceleris: ignoſcitur ſeruis, ſi vel dominis, vel iis qui vice dominorum ſunt, veluti tutoribus, & curatoribus obtemperauerint. ¶ Semper qui dolo fecit quò minus haberet, pro eo eſt habendus ac ſi haberet. ¶ In contractibus ſucceſſores, ex dolo eorum quibus ſucceſſerunt, non tantum in id quod ad eos peruenit, verum etiam inſolidum tenentur: hoc eſt, vnuſquiſque pro ea parte qua hæres eſt 3, conueniatur. cc.

3 Duo puncta addebantur hic in archetypo, vt mos erat addi ad finem ſingulorum capitũ. Ant. Aug. lib. 1. cap. 1.

Aliud eſt vendere, aliud eſt vendenti conſentire. ¶ Refertur ad vniuerſos quod publice fit per maiorem partem. ¶ Abſurdum eſt plus iuris habere eũ cui legatus ſit fundus quàm hæredem, aut ipſum teſtatorem ſi viueret. cxxj.

Alterius circunuentio alij non præbet actionem.

BOna fides non patitur, vt bis idem exigatur. lviij.

Bona fides tantundem poſſidenti præſtat, quantum veritas: quoties lex impedimento non eſt. clxxix.

4 Al. Rapiẽda.

CApienda 4 occaſio eſt quæ præbet benignius reſponſum. ¶ Quod factum eſt cum in obſcuro ſit, ex affectione cuiuſque capit interpretationem. cxxix.

l. 20. ſupra prò Soc. vnde videtur emendanda inſcriptio huius legis. Vlp. lib. 31. ad edict. l. 3. ſupra de dinor.

Conſilij non fraudulenti nulla obligatio eſt. Cæterum ſi dolus & calliditas interceſſit, de dolo actio competit. ¶ Socij mei ſocius, meus ſocius nõ eſt. xlviij.

Contractus quidam dolum tantum dumtaxat recipiunt: quidam & dolum, & culpam. Dolum tantum depoſitum, & precarium: Dolum & culpam, mandatum, commodatum, venditum, pignori acceptum, locatum. Item dotis datio, tutelæ, negotia geſta: in his quidem 5 & diligentiam. Societas, & rerum communio, & dolum, & culpam recipit: ſed hoc ita, niſi ſi quid nominatim conuenit, vel plus, vel minus in ſingulis contractibus. nam hoc ſeruabitur quod initio conuenit: legem enim cõtractus dedit, excepto eo quòd Celſus putat non valere ſi conuenerit, ne dolus præſtetur. Hoc enim bonæ fidei iudicio contrarium eſt; & ita vtimur. ¶ Animalium vero caſus mortes, quæque ſine culpa accidunt, fugæ ſeruorum qui cuſtodiri non ſolent, rapinæ, tumultus, incẽdia, aquarum magnitudines, impetus prædonum à nullo præſtantur. xxiiij.

5 Vulg. quidam, quam lectionem quidam magis probãt, quam. Flor.

Creditor qui permittit rem venire, pignus dimittit. cxix.

Cuius effectus omnibus prodeſt, eius & partes ad omnes pertinent. cxcj.

Cuius per errorem dati repetitio eſt, eius conſulto dati donatio eſt. liiij.

Cuius 6 eſt donandi, eidem & vendendi, & concedendi ius eſt. cxxiiij.

6 i. Cui ius.

Culpa caret qui ſcit, ſed prohibere non poteſt. lj.

Culpa eſt immiſcere ſe rei ad ſe non pertinenti. xxxvij.

Cum amplius ſolutum eſt quàm debebatur, cuius pars non inuenitur quæ repeti poſſit: totum eſſe in debitum intelligitur, manẽte priſtina obligatione. ¶ Is natura debet, quem iure gentium dare oportet: cuius fidem ſecuti ſumus. lxxxv.

l. Iulian⁹. ſupra de condic. inde.

Cum par delictum eſt duorum, ſemper oneratur petitor: & melior habetur poſſeſſoris cauſa: ſicut fit cum de dolo excipitur petitoris. neque enim datur talis replicatio petitori: aut ſi rei quoque in ea re dolo actum ſit. ¶ Illi debet permitti pœnam petere, qui in ipſam non incidit. cxcvij.

Cum prætor in hæredem dat actionem quatenus ad eum peruenit: ſufficit ſi vel momento ad eum peruenit ex dolo defuncti. clxx.

Cum principalis cauſa nõ conſiſtat: plerumq; nec ea quidem quæ ſequuntur, locum habent. cxxxix.

l. 129. ſupra eo. ſuper vacuo bis repetitur.

Cum quis poſſit alienare, poterit & conſentire alienationi. Cui autem donare non conceditur, probãdum erit: nec ſi donationis cauſa conſenſerit, ratã eius voluntatem habendam. cxxvj.

Cum ſeruis nulla actio eſt. cviij.

Cum tempus in teſtamento adiicitur, credendum eſt pro hærede adiectum, niſi alia mens fuerit teſtatoris: ſicut in ſtipulationibus promiſſoris gratia tẽpus adiicitur. xvij.

DIuus pius reſcripſit eos qui ex liberalitate conueniuntur in id quod facere poſſunt condemnandos. xxix.

l. Si extraneus. ſupra de iure dotiũ.

Domum ſuam reficere vnicuique licet: dum non officiat inuito alteri, in quo ius non habet. lxij.

Donari videtur quod nullo iure cogente conceditur. lxxxiij.

EA eſt natura cauillationis, quàm Græci σωρίτην, appellant, vt ab euidẽter veris per breuiſſimas mutationes diſputatio ad ea quæ euidenter falſa ſunt, perducatur. Regula. lxvj.

l. 117. ſupra tit. proxi.

Ea quæ

Ea quæ dari impoſſibilia ſunt, vel quæ in rerum na tura non ſunt, pro non adiectis habentur. clxxviij.

Ea quæ in partes diuidi non poſſunt, ſolida à ſingulis hæredibus debentur. ¶ In re dubia benigniorẽ interpretationem ſequi nõ minus iuſtũ eſt, quàm tutum. ciiij.

l. 3. ſupra de lei. leg. l. pẽ. ſupra de his quæ in teſt. del.

Ea quæ raro accidunt, non temerè in agendis negotiis computantur. lxv.

Ea ſola deportationis ſententia aufert quæ ad fiſcum perueniunt. xcviij.

Eius eſt 1 nolle, qui poteſt velle. iij.

1 Perperam Haolãd. Ei⁹ eſt nõ velle, &c. Ant. Augu. lib. 1. c. 2. quidam tamen magis probãt Haolãnd. lect. q̃ ita legiſſe videntur Græci, & Harmeno. In manuſcrip. eſt, Ei⁹ eſt nolle.

Et ſi 2 nihil facile mutandum eſt ex ſolemnibus: tamen vbi æquitas euidens expoſcit, ſubueniendum eſt. cxliiij.

Ex pœnalibus cauſis non ſolet in patrem de peculio actio dari. lix.

Expreſſa 3 nocent: non expreſſa non nocent. clvj.

Ex qua perſona quis lucrum capit, eius factum præſtare debet. cxcij.

FActum à iudice quod ad officium eius non pertinet, ratum non eſt. cxxxij.

l. Diuus. ſ. de in integ. reſt.

Factum cuique ſuum, non aduerſario nocere debet. ¶ Non videtur vim facere, qui ſuo iure vtitur, & ordinaria actione experitur. ¶ In pœnalibus cauſis benignius interpretandum eſt. cxcviij.

3 l. 52. ſupra de cõd. & dr. l. 38. ſupra d verb. ſign.

Fauorabiliores 4 rei potius quàm actores habentur. clxviij.

Fœminæ ab omnibus officiis ciuilibus vel publicis remotæ ſunt: & ideo nec iudices eſſe poſſunt: nec magiſtratum gerere, nec poſtulare: nec pro alio interuenire, nec procuratrices exiſtere. ¶ Item impubes ab omnibus officiis ciuilibus debent abſtinere. ij.

4 Idẽ Ariſt. ꝓble. quæ ad ius pertinent.

Fere in omnibus pœnalibus iudiciis & ætati & imprudentiæ ſuccurritur. cix.

l. quẽadmodum. ſupra d adquir. poſſe.

Fere quibuſcunque modis obligamur, iiſdem in contrarium actis liberamur. Cum quibus modis acquirimus, iiſdem in cõtrarium actis amittimus. Vt igitur nulla poſſeſſio acquiri niſi animo & corpore poteſt: ita nulla amittitur, niſi in qua vtrumq; in contrarium actum eſt. cxcvj.

l. 18. ſ. de caſtr. pecu.

Filiusfamilias neque retinere, neque recuperare, neque adipiſci poſſeſſionem rei peculiaris videtur. xciiij.

Fraudis interpretatio ſemper in iure ciuili non ex euentu dumtaxat, ſed ex conſilio quoque deſideratur. lxxx.

Fructus rei eſt vel pignori dare licere. lxxij.

Furioſi vel eius cui bonis interdictum ſit, nulla voluntas eſt. xlj.

5 Harmenon. lib. 6. tit. eod. non quid non habeat actor.

GEneraliter cũ de fraude diſputatur, nõ quid 5 habeat actor: ſed quid per aduerſarium habere non potuit, conſiderandum eſt. lxxix.

HAEredem eiuſdem poteſtatis iuriſque eſſe, cuius fuit defunctus, conſtat. lx.

*l. 24. ſupra tit. proxi.

Hæreditas * nihil aliud eſt, quàm ſucceſſio in vniuerſum ius quod defunctus habuerit. lxiij.

6. l. 1. ſ. deieciſſe. ſupra d vi & vi arma. vnde apparet hic legendũ eſſe, Deiecit & q mandat. In maleficio ratihabitio mandato cõparatur.

Hoc iure vtimur, vt quidquid omnino per vim fiat, aut in vis publicæ, aut in vis priuatæ crimen incidat. ¶ Deiecit 6, qui vel iuſſit, vel mandauit, vel ratum habuit. Rati enim habitio mandato comparatur. ¶ In contractibus quibus doli præſtatio, vel bona fides ineſt, hæres inſolidum tenetur. cxcv.

ID quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro ad alium transferri non poteſt. xj.

Imaginaria venditio non eſt pretio accedente. xvj.

l. 9. ſ. 5. ſupra locat. Inſt. de leg. Aquil. ſ. imperitia.

Imperitia culpæ adnumeratur. clxxv.

Impoſſibilium nulla obligatio eſt. cxlv.

In ambiguis orationibus maxime ſententia ſpectãda eius eſt, qui eas protuliſſet. xcvij.

In ambiguis pro dotibus reſpondere melius eſt.

l. 70. ſupra d iur. dot.

¶ Non eſt nouum, vt quæ ſemel vtiliter conſtituta ſunt, durent: licet ille caſus extiterit à quo initiũ capere non potuerunt. ¶ Quoties æquitatem deſiderij naturalis ratio aut dubitatio iuris moratur: iuſtis decretis res temperanda eſt. lxxxvj.

l. 19. ſupra de re iud.

In condemnatione perſonarum, quæ in id quod facere poſſunt, damnantur: non totum quod habent extorquendum eſt: ſed & ipſarum ratio habenda eſt ne egeãt. ¶ Cum verbum, reſtituas, in lege inuenitur: & ſi non ſpecialiter de fructibus additũ eſt: tamen etiã fructus ſunt reſtituẽdi. ¶ Vnicuiq; ſua mora nocet, quod & in duobus reis promittendi obſeruatur. ¶ Dolo facit qui petit quod redditurus eſt. cxxxiiij.

Ant. Aug. lib. 1. c. 7. l. videamus. ſ. de vſur.

l. dolo. ſupra de dol. excep.

In contrahenda venditione ambiguum pactũ contra venditorem interpretandum eſt. ¶ Ambigua autem intentio ita accipienda eſt, vt res ſalua actori ſit. cxxxiij.

In eo quod plus ſit, ſemper ineſt & minus. ¶ Nemo alienæ rei expromiſſor idoneus videtur, niſi ſi cũ ſatiſdatione. ¶ Pupillus pati poſſe non intelligitur. ¶ Vbi verba coniuncta non ſunt, ſufficit alterutrũ eſſe factum. ¶ Mulieribus tunc ſuccurrendũ eſt, cũ defraudantur, non vt facilius calumnientur. cxj.

In eo quod vel is qui petit, vel is à quo petitur, lucrũ petiturus eſt, durior cauſa eſt petitoris. xxxiiij.

In vulg. In his officiis.

In iis quæ officium per liberas fieri perſonas leges deſiderant, ſeruus interuenire non poteſt. ¶ Non debeo melioris cõditionis eſſe, quàm auctor meus, à quo ius me tranſit. cxxxvj.

l. 24. ſupra de cond. & demon.

In iure ciuili receptum eſt quoties per eum, cuius intereſt conditionem non impleri, fiat quominus impleatur, perinde haberi ac ſi impleta conditio fuiſſet: quod ad libertates & legata, & ad hæredũ inſtitutiones perducitur, quibus exemplis ſtipulationes quoque committuntur, cum per promiſſorem factum eſſet quominus ſtipulator conditioni pareret. cxxij.

In negotiis contrahendis, alia cauſa habita eſt furioſorum, alia eorũ qui fari poſſunt, quamuis actũ rei nõ intelligerent. Nam furioſus nullum negotiũ contrahere poteſt, pupillus omnia tutore auctore agere poteſt. v.

In obſcura voluntate manumittentis fauendũ eſt libertati. cxl.

In obſcuris inſpici ſolet quod veriſimilius eſt, aut quod plerumque fieri ſolet. cxv.

In omnib⁹ cauſis id obſeruatur, vt ibi perſonæ cõditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea, beneficium quoque deficiat. Vbi vero genus actionis id deſiderat, ibi ad quemuis perſecutio eius deuenerit, non deficiat ratio auxilij. lxix.

In omnibus cauſis pro facto accipitur id in quo quis alium perhorreſcit quo minus fiat. xl.

In omnibus obligationibus in quibus dies non ponitur, præſenti die debetur. xiiij.

In omnibus quidem, maxime tamen in iure æquitas ſpectanda eſt. xcj.

In pari cauſa poſſeſſor potior haberi debet. ¶ Hi qui in vniuerſum ius ſuccedunt, hæredis loco habentur.

bentur. clxxj.

In perſonam ſeruilem nulla cadit obligatio. ¶ Generaliter probandum eſt vbicunque in bonæ fidei iudiciis cõfertur in arbitrium domini vel procuratoris eius conditio, pro boni viri arbitrio hoc habẽdum eſſe. xxiij.

In teſtamentis plenius voluntates teſtantium interpretantur 1. xij.

1 Sic Flor. poſſi ie accipiendum.

In totum oĩa quæ animi deſtinatione agẽda ſunt, nõ niſi vera & certa ſciẽtia perfici poſſunt. lxxvij.

Cic. 2. de Inuen. de contrar. leg.

In toto & pars continetur. cxiiij.

In toto iure generi per ſpeciem derogatur. Et illud potiſſimũ habetur, qđ ad ſpeciẽ directũ eſt. lxxxj.

Inuitus 2 nemo rem cogitur defendere. ¶ Cui damus actionẽ, eidem & exceptionem cõpetere multo magis quis dixerit. ¶ Cum quis in alicuius locũ ſucceſſerit, non eſt æquum ei nocere hoc quod aduerſus eum 3 nocuit in cuius locum ſucceſſerit. ¶ Plerumque emptoris eadem cauſa debet eſſe circa petẽdũ ac defendẽdũ quę fuit auctoris. ¶ Quod cuique pro eo præſtatur inuito nõ tribuitur. cxcix.

2 l. 1. §. 4. ſ. de ſuperf.

3 Non, videtur addendum, vt in vulg. libris cũ hic locus negatiue legit l. 3. §. ſi quis. ſupra đ itin. actuque priu.

Inuito 4 beneficium non datur. lxx.

Is damnum 5 dat qui iubet dare. eius vero nulla culpa eſt, cui 6 parere neceſſe ſit. ¶ Quod pendet, non eſt pro eo quaſi ſit. cxxx.

4 l. ſolet. ſupra de offi. preſb.

Ius noſtrum non patitur eumdem in paganis & teſtato & inteſtato deceſsiſſe: earumque rerum naturaliter inter ſe pugna eſt, vt teſtatus & inteſtatus quis ſit. vij.

5 l. in fraudem. §. vlti. ſupra de iis qui. vt indi. l. 37. ſupra ad l. aquil.

Iure 7 naturæ æquũ eſt neminem cum alterius detrimento & iniuria fieri locupletiorem. ccvij.

Iura ſanguinis nullo iure ciuili dirimi poſſunt. viij.

6 An qui ꝑ cui.

Libertas inæſtimabilis res eſt. cvij

Libertas omnibus reb⁹ fauorabilior eſt. clxv.

7 l. 14. ſupra de cod. in d.

Marcellus ait, Definit debitor eſſe is qui nactus eſt exceptionẽ iuſtam, nec ab æquitate naturali abhorrentem. lxvij.

Melior conditio noſtra per ſeruos fieri poteſt, deterior fieri non poteſt. clxxvj.

Minus eſt actionem habere quàm rem. ccv.

Nec ex prætorio, nec ex ſolẽni iure priuatorũ conuentione quidquã immutandũ eſt, quãuis obligationum cauſæ pactione poſſunt immutari, & ipſo iure & per pacti conuenti exceptionem; quia actionũ mod⁹ vel lege, vel ꝑ prætorẽ introductus priuatorũ pactionibus nõ infirmatur, niſi tunc cum inchoatur actio, inter eos conuenit. xxviij.

Nemo alieno nomine lege agere poteſt. ¶ Temporaria permutatio ius prouinciæ nõ innouat. clxvj.

Nemo damnum facit, niſi qui id fecit, quod facere ius non habet. cxciiij.

l. Sed & ſi. ſ. de in i⁹ voc.

Nemo de domo ſua extrahi debet. ciiij.

Nemo dubitat, ſoluendo videri eum qui defenditur. xcvj.

Nemo enim in ꝑſequẽdo deteriorẽ cauſã, ſed meliorẽ facit, &c. Melius eſt §. ſub regula, non ſolet deterior, &c. quã ſit regula ab aliis diſtincta. lxxxviij.

Nemo ex iis qui negant ſe debere, prohibetur etiã alia defenſione vti: niſi lex impediat. ¶ Quotiẽs cõcurrunt plures actiones eiuſdem rei nomine, vna quis experiri debet. xliiij.

In vulg. An nemo, legitur.

Nemo ideo obligatur quia recepturus eſt ab alio quod præſtiterit. cxxxj.

Nemo poteſt gladij poteſtatem ſibi datam, vel cuiuſlibet alterius coerctionis ad aliũ transferre. lxxj.

Nemo poteſt mutare conſilium ſuum in alterius iniuriam. lxxvj.

Nemo plus commodi hæredi ſuo relinquit, quàm quod ipſe habuit. clxiij.

Nemo plus iuris ad alium transferre poteſt, quàm ipſe haberet. lv.

Nemo prædo eſt qui pretium numerauit. ¶ Locupletior nõ eſt factus qui libertum adquiſierit. ¶ Cũ de lucro duorum quæritur, melior eſt cauſa poſsidentis. clxix.

l. 13. §. 6. ſupra đ hęred. petit.

Nemo qui condemnare non poteſt, abſoluere poteſt. xxxviij.

Nemo videtur fraudare eos qui ſciunt & conſentiunt. clxxxviij.

Neque in interdicto, neque in cæteris cauſis pupillo nocere oportet dolum tutoris, ſiue ſoluẽdo eſt, ſiue non eſt. clx.

Neque pignus, neque depoſitũ, neque precariũ, neque emptio, neque locatio ſuæ rei cõſiſtere poteſt. ¶ Priuatorũ cõuẽtio iuri publico nõ derogat. xlvj.

Neratius conſultus, an quod beneficium dare ſe quaſi viuenti Cæſar reſcripſerat, iam defuncto dediſſe exiſtimaretur: reſpondit non videri ſibi principem quod ei quẽ viuere exiſtimabat conceſsiſſet, defuncto conceſsiſſe: quẽ tamen modum eſſe beneficij ſui vellet, ipſius æſtimationem eſſe. clij.

Nihil conſenſui tam contrarium eſt, qui & bonæ fidei iudicia ſuſtinet, quàm vis atque metus, quem comprobare contra bonos mores eſt: ¶ Non capitur qui ius publicum ſequitur. ¶ Non vidẽtur conſentire qui errant. cxvij.

Nihil dolo creditor facit, qui ſuum recipit. ¶ Cum principalis cauſa non conſiſtit, nec ea quidem quæ ſequuntur, locum habent. clxxij.

l. 178. infra eo.

Nihil intereſt ipſo iure quis actionem nõ habeat, an per exceptionem infirmetur. cxiij.

l. 188. ſupra eo.

Nihil peti poteſt ante id tempus quo per rerum naturam perſolui poſsit. Et cũ ſoluendi tẽpus obligationi additur, niſi eo ꝑterito peti nõ poteſt. cxlvij.

Nihil tam naturale eſt, quàm eo genere quidque diſſoluere, quo colligatum eſt: ideo verborum obligatio verbis tollitur. nudi conſenſus obligatio contrario conſenſu diſſoluitur. xxxvj.

Non alienat qui dũtaxat omittit poſſeſsionẽ. clvij.

Non debet actori licere quod reo non permittitur. ¶ In re obſcura melius eſt fauere repetitioni, quã aduentitio lucro. xlij.

Non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri. lxxv.

Nõ debet, cui pl⁹ licet, quod min⁹ eſt, nõ licere. xxij.

Non eſt ſingulis concedendum quod per magiſtratum publice poſsit fieri, ne occaſio ſit maioris tumultus faciendi. ¶ Infinita æſtimatio eſt libertatis & neceſsitudinis. cxxxvij.

l. 13. & 14. ſupra de iniuriis.

Non fraudantur creditores cum quid non adquiritur à debitore, ſed cum quid de bonis diminuitur. ¶ Nemo ex ſuo delicto meliorem ſuam conditionem facere poteſt. clxxvij.

Non omne quod licet, honeſtũ eſt. ¶ In ſtipulationibus id tẽpus ſpectatur quo cõtrahimus. clxxxvij.

Nõ poteſt dolo carere qui imperio magiſtratus nõ paruit. clix.

Nõ poteſt videri deſiſſe habere qui numquam habuit. ccix.

Non poteſt videri improbus qui ignorat quantum ſoluere debeat. c.

Non ſolet deterior conditio fieri eorum qui litem

conteſtati ſunt, quàm ſi non eſſent, ſed plerumque melior. lxxxvij.

Nemo enim perſequendo deteriorem cauſam, ſed meliorem facit. denique poſt litem conteſtatã hæredi quoque proſpicitur: & hæres tenetur ex omnibus cauſis. lxxxviij.

Non ſolent quæ abundant vitiare ſcripturas. xcv.

Non videtur cepiſſe, qui per exceptionem remouetur à petitione. xiij.

Non videtur defendere, non tantum qui latitat, ſed & is qui præſens negat ſe defendere, aut non vult ſuſcipere actionem. liij.

Non videtur quiſquam id capere, quod ei neceſſe eſt alij reſtituere. lij.

l. 71. ſupra tit. proxim. In vulgatis Non videtur.

Non videt͛ rẽ amittere, cuius ꝓpria nõ fuit. lxxxiiij.

Non videntur data quæ eo tempore quo dantur accipientis non fiunt. ¶ Qui iuſſu iudicis aliquid facit, non videtur dolo malo facere, quia parere neceſſe habet. cxxviij.

Non vt pluribus cauſis deberi nobis idem poteſt, ita ex pluribus cauſis idem poſſit noſtrũ eſſe. cxx.

Non vult hæres eſſe, qui ad alium trãſferre voluit hæreditatem. vj.

Nullus videtur dolo facere, qui ſuo iure vtitur. lvj.

Nulla intelligitur mora ibi fieri, vbi nulla petitio eſt. lxxxix.

l. ſi pupillus. ſ. de verbo. obli.

Nullum crimen patitur is qui non prohibet, cum prohibere non poſſit. cx.

l. pen. ſupra de oblig.

Numquam actiones, præſertim pęnales de eadem re concurrentes alia aliam conſumit. clxxiij.

Nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit. xxxj.

l. 15. ſupra d̃ cond. & demon. Aug. lib. 4. c. 9.

OMnis definitio in iure ciuili periculoſa eſt: parum eſt enim vt non ſubuerti poſſit. cciij.

Omnis hæreditas quamuis poſtea adeatur: tamen cum tempore mortis continuatur. ¶ Numquã ex poſtfacto creſcit præteriti delicti æſtimatio. clxxxj.

Omnes actiones q̃ morte aut tp̃e pereũt, ſemel incluſæ iudicio, ſaluæ permanent. ¶ Non vr̃ perfecte cuiuſq; id eſſe quod ex cauſa auferri põt. clxxxij.

l. 138. ſ. e.

Omnia fere iura hæredum perinde habentur ac ſi continuo ſub tp̃s mortis hæredes extitiſſent.

l. 9. §. 1. de of. proconſ.

Omnia quæcunque cauſæ cognitionem deſiderant, per libellum expediri non poſſunt. lxxiij.

Omnia quæ ex teſtamento proficiſcuntur, ita ſtatum euentus capiunt, ſi initium quidem ſine vitio ceperint. ccij.

Omnia quæ iure contrahuntur, contrario iure pereunt. cj.

PArẽ eſſe cõditionẽ oportet eius qui quid poſſideat vel habeat, atque eius cuius dolo malo factũ ſit, quo minus poſſideret vel haberet. cxciij.

Pœnalia iudicia ſemel accepta, in hæredes tranſmitti poſſunt. cxxv.

Plerumq; fit vt etiam ea quæ à nobis abire poſſint, perinde in eo ſtatu ſint, atq; ſi non eſſent eius conditionis vt abire poſſent. Et ideo quod fiſco obligamus, & vendicare interdum, & alienare, & ſeruitutem in prædio imponere poſſumus. ccvj.

Plus cautionis in rem eſt, quàm in perſonam. xxvj.

Prætor bonorum poſſeſſorem hæredis loco in omni cauſa habet. cxviij.

Priuilegia quædam cauſæ ſunt, quædam perſonæ: & ideo quædam ad hæredem tranſmittuntur, quæ cauſæ ſunt, Quæ perſonæ ſunt, ad hæredem non tranſeunt. clvij.

Pupillus nec velle, nec nolle in ea ætate, niſi appoſita tutoris auctoritate creditur: nam quod animi iudicio fit, in eo tutoris auctoritas neceſſaria eſt. cl.

Pupillum qui proximus pubertati ſit, capacẽ eſſe, & furandi, & iniuriæ faciendæ. ¶ In hæredem non ſolent actiones tranſire, quæ pœnales ſunt ex maleficio: veluti furti, damni, iniuriæ, vi bonorum raptorum, iniuriarum. cxj.

QVamdiu poſſit valere teſtamentum: tamdiu legitimus hæres non admittitur. xc. [xxv.

Quaten⁹ cuiuſq; interſit, in facto nõ iure cõſiſtit.

Quæ ab initio inutilis fuit inſtitutio, temporis tractu conualeſcere non poteſt. ccx.

l. 29. ſ. eo.

Quę dubitationis tollendæ cauſa contractibus inſeruntur, ius commune non lędunt. lxxxij.

l. 56. ſupra mandat.

Quæ legata mortuis nobis ad hæredem noſtrum tranſeunt, eorum commodum per nos iis quorum in poteſtate ſumus eodem caſu adquirimus aliter atque cum ſtipulati ſumus: nam & ſub conditione ſtipulantes omni modo eis adquirimus: etiã ſi libertate nobis pręſtita, à dominis conditio extitit 1. xviij.

1 Perperam hic in vulgat. editis. additur. l. Si filius fami. quæ eſt l. 78. ſupra de verb. obli. nã nec in antiq. nec in manuſcr. extat, nec eã Bulgar. interptat⁹ eſt.

Quæ 2 propter neceſſitatem recepta ſunt, non debent in argumentum trahi. cxxiij.

2 l. infra eo. 167. & 169.

Qui 3 actionem habet ad rem recuperandam: ipſam rem habere videtur. xv.

3 l. is qui actionem.

Qui auctore iudice cõparauit, bonæ fidei poſſeſſor eſt. clxxx.

Quidquid in calore iracũdiæ vel fit, vel dicitur, nõ prius ratum eſt, quàm ſi perſeuerantia apparuerit iudicium animi fuiſſe: ideoque breui reuerſa vxor, nec diuertiſſe videtur. xlix.

Qui cum alio contrahit, vel eſt, vel eſſe debet non ignarus conditionis eius: hæredi autem eius hoc imputari non poteſt: cum non ſponte cum legatariis contrahit. ¶ Nõ ſolet doli exceptio nocere his quibus voluntas teſtatoris non refragatur. xx.

Qui dolo deſierit poſſidere, pro poſſidente damnatur: quia pro poſſeſſione dolus eſt. clxxiiij.

Qui in alterius locũ ſuccedũt, iuſtam habent cauſam ignorãtię: an id q̃d peteretur, deberetur. ¶ Fideiuſſores quoq; nõ minus quàm hęredes, iuſtã ignorãtiã poſſunt allegare. hęc ita de hęrede dicta ſunt ſi cũ eo agetur: nõ etiam ſi agat: nã plane qui agit, certus eſſe debet, cum ſit in poteſtate eius quando velit experiri: & ante debet rem diligenter explorare: & tunc ad agendum procedere. xliij.

Qui in ius dominiũve alterius ſuccedit, iure eius vti debet. ¶ Nemo videtur dolo exequi, qui ignorat cauſam cur non debeat petere. cxxxviij.

Qui in ſeruitute eſt, vſucapere non poteſt. nam cũ poſſideatur poſſidere non videtur. clxj.

Qui non facit quod facere debet, videtur facere aduerſus ea: quæ nõ facit. & qui facit quod facere nõ debet: nõ vr̃ facere id q̃d facere iuſſ⁹ eſt. clxiij.

Quintus Mutius Sẽpronio. Quo tutela redit, &c. in regula, Quo tutela redit. quę eſt. lxxiiij.

Qui per ſucceſſionem quamuis longiſſimã defuncto hęredes cõſtiterũt, nõ minus hæredes intelligũtur, quàm qui prĩcipaliter hęredes extiterint. clv.

Qui poteſt facere vt poſſit conditioni parere: iam poſſe videtur. ¶ Quod quis ſi velit habere non poteſt, id repudiare non poteſt. cxxxv.

l. 8. ſupra d̃ bo. poſſeſ.

Qui poteſt inuitis alienare, multo magis & ignorãtibus & abſentibus poteſt. xxvij. [cxxvij.

Qui rẽ alienã defendit, nũquã locuples habetur,

Qui ſine dolo malo ad iudicium prouocat: non videtur

detur moram facere. lxiiij.
Qui tacet, non vtique fatetur: ſed tamen verum eſt eum non negare. clxxxv.
Qui vetante prætore fecit, hic aduerſus edictũ feciſſe proprie dicitur. ¶ Eius eſt actionem denegare, qui poſſit & dare. ciij.
Quod à quoquam pœnæ nomine exactum eſt, id eidem reſtituere nemo cogitur. xlvij.
Quod attinet ad ius ciuile, ſerui pro nullis habentur: non tñ ex iure naturali: quia quod ad ius naturale attinet, omnes homines æquales ſunt. xxxiij.

Ariſt. 1. Polit. c. 8.

Quod contra rationem iuris receptum eſt, non eſt producendum ad conſequentia. clxxxiiij.

l. Quod vero. ſupra de le.

Quod euincitur in bonis non eſt. clj.
Quod ab initio vitioſum eſt, non poteſt tractu tẽporis conualeſcere. xxx.
Quod ipſis qui contraxerunt obſtat, & ſucceſſoribus eorum obſtabit. clxxxvj.
Quod iuſſu alterius ſoluitur, pro eo eſt quaſi ipſi ſolutum eſſet. cxlj.
Quod nullius eſſe poteſt, id vt alicuius fieret, nulla obligatio valet efficere. cxliij.
Quod quis, dum ſeruus eſſet, egit: proficere libero facto non poteſt. clxxxix.
Quod quis ex culpa ſua damnum ſentit, non intelligitur damnum ſentire. cciij.
Quo tutela redit, eo & hæreditas peruenit, niſi cũ fœminæ hæredes intercedunt. Nemo põt tutorem dare cuiquam niſi ei quem in ſuis hæredibus cum moritur habuit, habiturusve eſſet ſi vixiſſet. ¶ Vi factum id videtur eſſe, quod de re quis cum prohiberetur, fecit. Clam quod quiſq; cum controuerſiã haberet, habiturumve ſe putaret, fecit. ¶ Quæ in teſtamento ita ſcripta ſunt, vt intelligi non poſſint: perinde ſunt ac ſi ſcripta non eſſent. ¶ Nec paciſcendo, nec legem dicendo, nec ſtipulando quiſquam alteri cauere poteſt. lxxiiij.

l. vlti. ſupra de vſur.

Ant. Aug. lib. 1. c. 4.

Quotiens dubia eſt interpretatio libertatis, ſecundum libertatem reſpondendum erit. xxj.
Quotiens duplici iure defertur alicui ſucceſſio, repudiato nouo iure, quod ante defertur, ſupererit vetus. xcij.
Quotiens idem ſermo duas ſententias exprimit, ea potiſſimum accipiatur, quæ rei gerendæ aptior eſt. lxviij.
Quotiẽs nihil ſine captione inueſtigari poteſt, eligendum eſt quod minimum habet iniquitatis. ccj.
Quotiens vtriuſque cauſa lucri ratio vertitur: is præferendus eſt cuius in lucro cauſa tempore præcedit. xcix.

Regula eſt quæ rem quæ eſt, breuiter enarrat. non vt ex regula ius ſumatur: ſed ex iure q̃d eſt, regula fiat. Per regulam igitur breuis rerũ narratio traditur. Et (vt ait Sabinus) quaſi cauſæ coniectio 1 eſt: quæ ſimul cum in aliquo vitiata eſt, perdit officium ſuum. j.
Res 2 iudicata pro veritate accipitur. ccviij.

1 Sic Flor. cauſæ coniectionis meminit Aſcõ. & Gell. l. 5. c 10. Græci manuſcri. & vulg. hic legunt coniũctio.

2 l. 2. ſupra d̃ ſtat. homi.

Secundum naturam eſt commoda cuiuſq; rei eum ſequi, quem ſequuntur incommoda. x.
Semper 3 in coniunctionibus, nõ ſolum q̃d liceat, conſiderandum eſt: ſed & quod honeſtũ eſt. clviij.
Semper in dubiis benigniora præferenda ſunt. lvij.

3 l. 42. ſ̃. de ritu nupt.

Semper generalibus ſpecialia inſunt. cxc.
Semper in obſcuris quod minimum eſt ſequimur. ix.
Semper in ſtipulationibus, & in cæteris contractibus id ſequimur quod actum eſt; aut ſi non appareat quid actum eſt, erit conſequens vt id ſequamur quod in regione in qua actum eſt, frequentatur: Quid ergo ſi neque regionis mos appareat quia varius fuit? ad id quod minimum eſt, redigenda ſumma eſt. xxxv.
Semper qui non prohibet pro ſe interuenire, mãdare creditur. Sed & ſi quis ratũ habuerit quod geſtum eſt, obſtringitur mandati actione. lxj.
Seruitutem mortalitati fere comparamus 4. ccx.
Seruus Reipublicæ cauſa abeſſe non poteſt. ccxij.
Sicuti pœna ex delicto defuncti hæres teneri non debet: ita nec lucrum facere ſi quid ex ea re ad eũ perueniſſet. xxcix.

4 Adſimulamus. l. 59. ſupra de cõd. & demon.

Si filiusfamilias ſub conditione ſtipulatus emancipatus fuerit: deinde extiterit conditio, patri actio cõpetit: quia in ſtipulationibus id tempus ſpectatur quo contrahimus. xix.
Si in duabus actionibus alibi ſumma maior, alibi infamia eſt: præponẽda eſt cauſa æſtimationis. vbi autem æquiparantur famoſa iudicia, & ſi ſummã rei diſparem habeant, pro paribus tamen accipienda ſunt. cv.
Si librarius in trãſcribẽdis ſtipulationis verbis erraſſet: nihil noceret quominus & reus & fideiuſſor teneantur. xciij.
Si nemo ſubiit hæreditatem: omne ius teſtamenti ſoluitur. cxlij.

l. 89. ſupra eo.

Si quis obligatione liberatus ſit, poteſt videri cepiſſe. ¶ Non poteſt videri accepiſſe; qui ſtipulatus poteſt exceptione ſubmoueri. cxvj.

l. 1. ſupra de calum.

Si quis prægnantem vxorem reliquit, non videtur ſine liberis deceſsiſſe. cxlviij.

Totiẽs in hæredẽ damus 5 de eo quod ad eum peruenit: quotiẽs ex dolo defuncti cõuenitur, non quotiens ex ſuo. xlv.

5 eleganter ſubauditur, actionem.

Vani timoris iuſta excuſatio 6 non eſt. cxlvj.
Vbicunque cauſæ cognitio eſt, ibi prætor deſideratur. cvj.

l. Si quis ab alio. ſupra de de re iud.

6 in d. l. 13. de re iud. legitur, extimatio.

Vbi lex duorum menſium fecit mẽtionem: & qui ſexageſimo & 7 primo die venerit, audiẽdus eſt. Ita etenim Imperator noſter Antoninus cum diuo patre ſuo reſcripſit. cij.

7 Græci dũtaxat habent ſexageſimo die, quam lectionẽ plerique magis amplectuntur.

Vbi nõ voce, ſed præſentia opus eſt, mutus ſi intellectum habet, poteſt videri reſpondere. Idem & in ſurdo hic quidem reſponderi poteſt. ¶ Furioſus abſentis loco eſt: & ita Pompo. lib. 1. epiſtolarum ſcribit. clxvij.
Vbi pugnantia inter ſe in teſtamento inuenirentur, neutrum ratum eſt. ¶ Quę rerum natura prohibentur, nulla lege confirmata ſunt. cxlix.
Velle non creditur qui obſequitur imperio patris vel domini. iiij.
Verum eſt neque pacta neque ſtipulationes factũ poſſe tollere: quod enim impoſsibile eſt, neque pacto neque ſtipulatione poteſt comprehendi, vt vtilem actionem aut factum efficere poſsit. xxxij.
Vni duo ꝓ ſolido heredes eſſe nõ poſsũt. clxxxiiij.

FINIS.

# Arbor Conſanguinitatis.

*Non gignunt dextros qui ſtant in parte ſiniſtra.*
*Læua dat vxores, dat tibi dextra mares.*

CONSANGuinitas per tres regulas declaratur.

*Prima regula magiſtralis pro linea recta.*] Aſcendentium & deſcendẽtium quot ſunt perſonę de quibus quæritur cõputatis intermediis vna dempta, tot ſunt gradus inter eas. Si igitur vis ſcire quantũ diſtat abauus à Petrucio (Petruciũ eſſe fingimus in cellula vbi eſt facies) vtroq; cõputato & intermediis, quinq; ſunt perſonæ: deme vnam, quatuor ſunt gradus: & ſic de aliis.

¶ *Pro linea collaterali duæ ſunt regulæ*

¶ Collateraliũ in linea æquali quoto gradu quis diſtat à communi ſtipite, toto diſtant inter ſe, vel ſibi attinent. Exẽplum pone: Cũ facis abauum ſtipitẽ inter P. & pronepotẽ propatrui (nã illi ſunt in linea æquali) quilibet diſtat à ſtipite quarto gradu: ergo inter ſe quarto. De computatione tãtummodo canonica loquor.

¶ Collateraliũ in linea inæquali quoto gradu remotior diſtat à cõmuni ſtipite, toto diſtant inter ſe. Exemplum pone faciendo abauum ſtipitem P. & filius propatrui ſunt in linea inæquali. Cõputemus ergo à remotiori, ſcilicet à P. ſed P. diſtat à ſtipite quarto gradu, ergo à filio propatrui quarto. Sẽper intellige ſecundum canones.

¶ *Pro arbore cõſanguinitatis ſecundum computationem ciuilem dantur tales regulæ.*

PRIMA. In linea recta aſcendentium & deſcendentiũ quot ſunt perſonæ de quibus quæritur, cõputatis intermediis vna dẽpta, tot ſunt gradus inter eas.

*Figura præſens arboreæ licet ad ſeptimum deberet gradũ protendi, cum vſq; ad eũ ſecundũ decreta ſit prohibitio coniugalis. ſupra q. 35. de affinitate & extra de clande. deſpon c. cũ inhibitio. tamen quia per iura noua ipſa coniugalis prohibitio eſt in tribus poſtremis gradibus reuocata: vt dicto c. cum inhibitio. & de conſang. & affin. c. non debet. ideo vſque ad quartum gradum duntaxat figuram hanc duximus extendendam. Nec id ipſum graduũ cognitionem quoque pacto impedit. Qui enim duorum aut triũ cõputationem agnouerit, illam etiam vſque in gradum cẽteſimum, & eo amplius ſi opus ſit, deducere poterit. Quàm aptiſſime hæc imprimatur, tũ cõſanguinitatis tum affinitatis arbor, iudicet qui huiuſce cauſæ trigeſimæ quintæ canones & legit, & intelligit. Conſanguinitas attinentia perſonarum ex eo proueniens, quòd vna deſcendit ab altera, vel ambæ ab eadẽ. Vel eſt vinculum perſonarũ ab eodẽ ſtipite deſcendentiũ carnali propagatione cõtractũ. Et dicitur à con, quod eſt ſimul, vel vnitũ, & ſãguine, quaſi ſanguinis vnitas. Linea eſt collectio perſonarũ ab eodẽ ſtipite deſcendẽtium gradus continẽs, & numeros diſtinguens, & eſt triplex, ſcilicet graduũ deſcẽdentiũ, aſcẽdẽtium, & collateralium. Gradus eſt habitudo diſtantium perſonarum, qua cognoſcitur quota agnationis vel cognationis diſtantia duæ perſonæ inter ſe differũt. Et dicitur gradus ad ſimilitudinem graduũ ſcalarũ, vel locorum procliuiũ, quia gradimur de proximo in proximum.*




¶ *Pro linea collaterali.*

¶ Collateraliũ in linea æquali quoto gradu quis diſtat à cõmuni ſtipite, toto duplicato diſtant inter ſe, vel ſibi attinent. Nam ſecundum leges quęlibet perſona gradum facit in collateralibus. Computatio enim Legiſtarum ob aliud fit quàm computatio Decretiſtarum.

¶ Collateraliũ in linea inęquali quot ſunt pſonæ ſtipite dẽpto, tot ſũt gradus. Si ampliorẽ optas enucleationẽ, recurre ad Ioa. And. declarationem.

CIRCA lecturam arboris diuerſis olim diuerſum modũ tenẽtibus, Ioãnes de Deo Hiſpanus poſt illos lecturæ ipſius arboris nouũ modũ aſſumẽs, per ſuas metricas regulas ipſius intellectum niſus fuit aperire: ſed propter multitudinẽ regularũ, & verſuum obſcuritatem, aliquibus notũ ignotum, aliis ignotũ ignotius reddidit. Attendens igitur ego Ioan. And. inter decretorum doctores minimus & indignus, inuentionem arboris ex eo fuiſſe, vt habentibus materiam conſanguinitatis & affinitatis ignotam, nota: & habentibus notam, ex oculorum inſpectione notiſſima fieret: antiquorum ſcripta reuolui, & (prout expedire credidi) compilaui.

¶ Primo, quærens ad vtramque arborem ad quid fuerit inuentio arboris neceſſaria. Secundo, an ſit authentica. Tertio, ad quid in volumine decretalium reperita, quæ olim fuerat in decretis.

Oculis multa ſubiiciũtur.

¶ Primæ quæſtionis ex ſuperius dictis patet ſolutio. probatio enim ad oculum alias vincit. Inſt. de gradi. §. agnationis. 27. q. 1. nec aliqua. Ex oſtenſione enim facti quædam melius percipiuntur quàm elocutione. extr. de dona. Apoſtolicæ. ver. ſi. Hinc eſt quòd agrorum menſio ſubiicitur oculis 16. q. 3. inter. de præſcrip. quia indicante. C. ſi. reg. l. 3. Ventris inſpectio, an mulier ſit prægnans. ff. de ven. inſpi. l. 1. in prin. Locorum pudicitiæ inueſtigatio, an mulier ſit virgo. extra de prob. ꝓpoſuiſti. an arcta. de frig. & mal. fraternitatis. vel aliter impedita. eod. tit. ex litteris. Iniurię an ſit atrox æſtimatio. ff. ꝺ̄ ſer. l. 2. Et litteræ Papales an ſint verę vel falſæ. ꝺ̄ crim. fal. licet.

¶ Ad ſecundum dic quòd arbor authentica eſt: quod patet ex canonibus Iſidori & Alexandri. 35. q. 5. c. 1. 2. vlt.

¶ Ad tertium dic quòd quia in decretis de conſanguinitate & affinitate tractatur, vtile fuit ibi arborem ponere, & quia in decretalibus eſt idem tractatus, & in hoc volumine vtile fuit repeti, ex eo maxime, quia nemini venit in dubium, id ſatis eſſe validum ſatiſque famoſum, quod repetita lectio probat. C. de emen. Iu. co. l. vna. Item ex eo, quia antiqui canones circa materiam illam multum fuerunt correcti: vnde expediens fuit ſecundum ſtatum iurium nouorum antiquam arborem decidere.

DEINDE ad arborem cõſanguinitatis ſpecialiter deſcẽdam⁹. Et primo quæritur quid ſit conſanguinitas, & vnde dicatur, quid linea, quid gradus. Secundo quæritur quomodo arbor formetur: & quare ſic formetur, & quare ſic punctetur. & interſeremus regulas per quas cognoſcuntur gradus. Demum ponemus quædam notanda, & quaſdam quæſtiones.

Conſanguinitatis diffinitio.

¶ Ad primum dico, quòd conſanguinitas eſt attinentia perſonarum ex eo proueniens, quia vna deſcendit ab altera: vel ambæ ab eadem. Vel eſt vinculum perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium carnali propagatio-

# Declaratio arboris Conſanguinit.

ne contractum:quod ſatis eſt idem. Dicitur autem conſanguinitas, quaſi ſanguinis vnitas:à con,& ſanguine:quia de communi ſanguine deſcendunt. Et quo ad probationem coniugij non diſtinguo an tales conſanguinei ſint producti ex vxorio coitu, vel ex fornicario, quod eſt expreſſum. extra de proba. per tuas.

**Lineæ diffinitio:& eius multiplicitas.**

¶ Linea vero eſt collectio perſonarum ab eodem ſtipite deſcẽdẽtium gradus continens,& numeros diſtinguens. Et eſt triplex linea, ſcilicet graduum deſcendentium, aſcendentium,& collateralium, vt infra patebit. & ff. de gradi. l. 1. & l. iuriſconſultus.

**Gradus deſcriptio.**

¶ Gradus eſt habitudo diſtantium perſonarum, qua cognoſcitur quota agnationis vel cognationis diſtantia duæ perſonæ inter ſe differunt. Et dicuntur gradus ad ſimilitudinem graduum ſcalarum, vel locorũ procliuiũ: qa ita gradimur de ꝓximo in ꝓximũ. ff. de gradi. l. iuriſcõſultus. §. grad’.

**Arboris conſanguinitatis formatio.**

¶ Formatur autẽ ſic arbor. Primo vide cellulas aſcendentium: ſecundo deſcendentium: demum collateralium. Aſcende ſuper cellulã vacuam: quæ remanſit ideo vacua quia non potuit nomen proprium habere, cũ aliæ cellulæ ( exceptis his, quæ per genitiuum nominantur ) ſumant nomen ab ipſa. Quomodo enim poſſemus illam cellulam nominare, quam dicimus filium patris, fratrẽ fratris, patrẽ filij, & ſic de ſingulis?& eã alij vocant Ioachim: alij Protheũ: alij truncũ. Nos autẽ à nomine bidelli noſtri vocemus eam Petrucium. Et ſcire debes, quòd competenter illæ cellulæ mediæ aſcendentium & deſcendentium diuiderentur directè per medium, vt à latere dextro illarum cellularum ponerentur nomina marium, vt abauus, proauus,&c. à latere ſiniſtro nomina mulierũ, vt abauia, proauia,&c. quia poſiti à latere dextro deſcendunt à maribus,& econuerſo. Supra cellulam vacuam eſt cellula hæc continens pater mater, & vnũ punctum ſupra,& vnum infra. Supra illam eſt cellula auus auia, continens duo puncta ſupra, & duo infra. Supra illam eſt cellula proauus proauia, continens tria puncta ſupra,& tria infra. Supra illam eſt cellula abauus abauia, habens quatuor ſupra, & quatuor infra. Deſcendendo ſub cellula vacua eſt cellula habens filiũ & filiã:& habet vnum punctũ ſupra, & vnũ infra. Sub illa habens nepotẽ & neptem,& duo puncta ſupra,& duo infra. Sub illa ꝓnepotem & proneptẽ:& tria puncta ſupra,& tria infra. Sub illa abnepotem & abneptem,& quatuor puncta ſupra,& quatuor infra.

¶ Antequam ad collaterales tranſeamus, ſcire debes quòd punctorum numeratio eſt numeratio graduum habito reſpectu ad cellulam vacuam, & puncti ſuperiores denotant computationem ſecundum ius canonicum: puncti inferiores ſecundum ius ciuile,&c. Ponitur autem computatio canonica in ſuperiori parte cellularum: ciuilis vero in inferiori, vt detur intelligi excellentia iuris canonici ad ciuile:& maxime quo ad hunc caſum quo inſtruimur in matramoniis, quę licite contrahi poſſint necne,& cum matrimonium ſit ſacramentum eccleſiæ, in eo præcipue lex minor eſt canone. extra de ſecun nup. c. pen.& vlt. Vides autem ex punctatione prædicta, quòd in computatione aſcendentium & deſcendentium concordat vtrumque ius: quia in eis ſemper perſona addita perſonæ per carnis propagationem gradum adiicit.

**Ius canonicũ eſt excellentius Ciuili.**

**Regula lineæ rectæ.**

¶ Ad inueniendum autem gradus inter eos ſecundum vtrumque ius, tolle hanc magiſtralem regulam. Aſcendentium & deſcendentium quot ſunt perſonæ de quibus quæritur computatis intermediis vna dempta, tot ſunt gradus inter eas. Si igitur vis ſcire quantum diſtat abauus à Petrucio: vtroque computato & intermediis, quinque ſunt perſonæ: deme vnam, quatuor ſunt gradus. Idem dico de ipſo P. ad abnepotem: quia eo modo erit reperire quinque perſonas:& ſic quatuor ſunt gradus. Si velis ſcire quot diſtet abauus P. ab abnepote P. inuenies ibi nouem perſonas computato P. & ſic octo erunt gradus. Scias autem quòd iſte P. non habet totam ſuam computationem in arbore, Scias enim ꝙ quilibet habet duos parentes, quatuor auos, octo proauos, ſedecim abauos,& ſic ſemper aſcendentes duplicantur. Vnde impoſſibile fuiſſet tot perſonas in arbore ſcribere.

**Coniugalis ꝓhibitio in recta linea eſt ꝓpetua.**

¶ Quero an inter aſcendentes & deſcendentes prohibitio copulæ coniugalis excedat quartum gradum? Et dicit Goffre. in ſum. de conſangui.& affini. §. item quantum. quòd non, per decre. non debet. eod. tit. quæ generaliter loquitur. Alij communiter contradicentes inter aſcendentes & deſcendentes perpetuam eſſe prohibitionem dicunt:& quod de quarto gradu dicitur, in collateralibus locum habet. ad hoc 35. q. 3. progeniem.& duobus capitulis ſeqq. in quibus dicitur, quòd olim non ſolum vſque ad ſecundum gradum, ſed etiam inquantum notitia erat parentelæ, extendebatur prohibitio. Ex quo ergo certum eſt alterum deſcendentem, & alterum aſcendentem, perdurat prohibitio. ad idem inſtit. de nupt. §. 1. ff. de ritu nupt. l. nuptiæ.& hoc verum puto.

**Regula collateralium.**

¶ Ad collaterales tranſeamus,& ad fratrem & ſororem:& cauſa breuitatis proſequendo ſolum partem mediam arboris ad modum vexilli qua intellecta reliqua intelligetur: quod per ſe patet, dicamus de fratre & deſcendentibus. Sub cellula fratris, fratris filius filia: ex illa fratris nepos neptis: ex illa fratris pronepos ꝓneptis.& frater P. eſt cũ P. in primo gradu ſecundum canones: in ſecundo ſecundum leges. Eius filius in ſecundo ſecundum canones: in tertio ſecundum leges. Nepos in tertio ſecundum canones: in quarto ſecundum leges. Fratris pronepos eſt ipſi P. in quarto ſecundum canones: in quinto ſecundum leges:& ſic debet eſſe vtraque punctatio,& iſti ſunt collaterales ad P. Et nunc de cellula patris fecimus ſtipitem. Fac conſequenter ſtipitem de auo: ex eo patruus amita: ex illa frater patruelis & amitinus, ſoror patruelis & amitina: ex illa horum filius filia: ex illa horum nepos neptis. Patruus eſt P. ſecundo gradu, frater patruelis etiã ſecundo gradu: filius in tertio, nepos in quarto ſecũdum canones. Per leges autem patruus in tertio, frater patruelis in quarto, filius in quinto, nepos in ſexto:& ſic debet eſſe vtraque pũctatio. Poſtea fac proauum ſtipitem,& habet filios patruum magnum, amitam magnam, auum & auiam, auunculum magnum, & materteram magnam. Illos non proſequimur. Ex cellula patrui magni propior ſobrin⁹, propior ſobrina, ex illa horum filius filia, ex illa eorundem nepos neptis. Et quia P. diſtat à proauo, quem nunc feci ſtipitem tertio gradu, ergo à patruo tertio, & à propiori ſobrino tertio:& à filio tertio,& à nepote, qui exit lineam æqualitatis, quarto ſecundum canones. Secundum leges vero diſtat P. à patruo magno quarto, à propiori ſobrino quinto,& à filio ſexto, à nepote ſeptimo, & ſic debet eſſe vtraque punctatio. Modo fac abauum ſtipitem cum tribus filiis, ſcilicet propatruo, proauo,& proauunculo. de proauunculo non proſequor. Ex cellula propatrui oritur cellula horum filius filia, ex horum illa nepos neptis, ex illa eorundem pronepos proneptis. Iſti omnes ſunt cum P. in quarto gradu, quia P. diſtat à ſtipite in quarto gradu, & ex illa linea nullus exit lineam æqualitatis, ergo omnes diſtant quarto. Secundum leges propatruus diſtat v. filius vj. nepos vij. pronepos viij. & ſic debet eſſe vtraque punctatio.

¶ Nunc videndum eſt quibus regulis gradus illorum collateralium cognoſcantur. Collateralium æqualis lineæ vnam trado regulam ſecundum canones.

**Regula canonica ꝓ collateralibus in linea æquali.**

¶ Collateralium in linea æquali quoto gradu quis diſtat à communi ſtipite: toto diſtant inter ſe, vel ſibi attinent: hoc ſecundum canones. Exemplum pone: quando facis abauum ſtipitem inter P. & pronepotem propatrui. nam quia illi ſunt in linea æquali, quilibet diſtat à ſtipite quarto gradu: ergo inter ſe quarto.

¶ Secundum leges vero aliter eſt, & ſic dicimus regulam. Collateralium in linea æquali quoto gradu quis diſtat à communi ſtipite: toto duplicato diſtant inter ſe: vel ſibi attinent. Vides ergo ex ſuperius dictis, & ex punctatione, quòd prædicti P.& pronepos propatrui diſtant viij. Et inſurgit illa diuerſitas, quia ſecũdum leges quælibet perſona gradum facit in collateralibus. Vnde duo fratres faciunt duos gradus: ſecundum canones vero duæ perſonæ faciunt vnum gradum. Vnde ( vt patet in cellula fratris) frater eſt cum P. in primo gradu ſecundum canones, in ſecundo ſecũdum leges: ſed computatio eorum ob aliud fit quàm noſtra. 35. q. 5. cap. 2. Bene ergo dicitur ſecundum leges, quòd in æquali linea collateralium ſiue linea ſit paris numeri, ſiue diſparis: non eſt reperire diſparem gradum. vide in linea paris numeri ſecunda, vel iiij, diſparis numeri. vel iij. In prima ij. gradus, in ſecunda iiij. in tertia vj. in quarta viij. quod non eſt ſecundum canones, quia in æquali linea diſparis numeri habemus diſparem gradum: quia in prima primũ, in tertia tertium, in quinta quintũ:& ſic de ſingulis.

**Regula ciuilis pro collateralibus in linea æquali.**

**Regula canonica in linea inæquali.**

¶ Nunc reſtat videre de collateralibus in linea æquali, de quibus traditur talis regula ſecundum canones. Collateraliũ in linea inæquali quoto gradu remotior diſtat à communi ſtipite: toto diſtant inter ſe. Exemplum pone faciendo abauum ſtipitem P. & filius propatrui ſunt in linea inæquali. computemus ergo à remotiori, ſcilicet à P. ſed P. diſtat à ſtipite quarto gradu: ergo à filio propatrui iiij. & idem in deſcendentibus vſque ad lineam æqualitatis:& hoc eſt quod dicimus, quòd perſona addita perſonæ vſque ad lineam æqualitatis non creſcit gradus: quia propatruus, filius eius, nepos& pronepos omnes diſtant iiij. gradu à P. Sed aliter ſecundum leges, ſecundum quas talem regulam tradimus.

**Regula ciuilis in linea inæquali.**

¶ Collateralium in linea inæquali quot ſunt perſonæ (ſtipite dempto) tot ſunt gradus. vnde P. à ſtipite diſtat iiij. à propatruo v. à filio vj. à nepote vij. à pronepote viij.& ſic quælibet perſona facit gradum. Vides ex ſupradictis quòd P. non poteſt contrahere cum aliqua de arbore. Diſtat enim à ſummo, ſcilicet abauo: ab imo, ſcilicet à nepote: ab extremis collateralium, ab omnibus his quarto: à mediis citeriori: per quod ſatis patet, quòd cum nullo poteſt contrahere. Sed ſi extremus in collateralibus: vt puta ſi pronepos propatrui, vel pronepos fratris, procrearet filiam, poſſet P. cum illa contrahere. Licet autem contrahatur in quinto gradu, remanet tamen conſanguinitas, prohibitio enim, quæ per ius poſitiuum proceſſerat, potuit tolli. ſed naturalia ſunt immutabilia. 5. diſt. in princ.

¶ Scire debes, quòd communiter dicunt doctores, quòd abauus & proauus & auus ſunt bigami, dicentes, quòd ſi non eſſent bigami, non poſſent filij eorum coniungi, cum eſſent fratres: ſed de hoc non multum curo: quia eadem ratione ſic eſſet de aliis cellulis duplicibus, quòd perſonæ earum eſſent bigami. vnde fingamus perinde ac ſi in qualibet duplici cellula haberemus quatuor perſonas, ac ſi diceretur propatruus & vxor, proamita & maritus, vnde duplicatio poſita fuit, vt nomina demonſtraret in vtroque ſexu, non vt eos coniuges denotaret. Sciendum eſt etiam, quòd in collateralibus æqualis lineæ bene ſequitur iſta regula affirmando & negando. Ego & tu ſumus conſanguinei in linea æquali, & ego poſſum accipere filiam tuam: ergo tu meam. Et negatiue, Ego non poſſum accipere filiam tuam: ergo nec tu meam. Affirmatiua procedit in linea æquali quarti gradus. Negatiua in tertio vel citeriori. Sed in linea inæquali hoc non procedit affirmando vel negando: quia ſi vnus eſt in quarto, alter in tertio vel citeriori, qui eſt in tertio vel citeriori, poteſt contrahere cum filia eius, qui eſt in quarto gradu,& non econuerſo. vnde propatruus huius filius & nepos contrahere poſſunt cum filia P. ſed non econuerſo.

**Quæſtio notabilis.**

¶ Demum quæritur, an collaterales, quorum vnus eſt in quinto, & alter in primo, puta filia P.& propatruus poſſint adinuicem contrahere? Dicit Hoſti. quòd non.& hoc not. extra eod. quod dilectio.& cap. tua.& in ſumma huius tit. de conſan. §. nunquid. in v.& vj. quod per ſua argumenta nititur probare ſic, ſcilicet pater & filius vna perſona cẽſentur. C. de impub. & aliis ſub, l. vlt. ſicut ergo non contrahitur cum ſtipite; ſic nec cum filiis ſtipitis. benefacit prædicta decret. tua. vbi fratres videntur poni pro ſtipite. Contrarium tenet Bern. quod colligitur ex gloſ. quam ponit ſupra eod. tit. cap. vlt. & Ra.& Ioan. de Deo:& hoc eſt veriſſimum, quod probat verba regulæ poſitæ ſupra eod. cap. vlt. dum dicit ibi; deſcendentium ab eodem. ſed certum eſt quòd propatruus deſcendit à ſtipite. Præterea aut dicis quòd eſt inter eos prohibitio aſcendentium & deſcẽdentium, aut collateralium: de primo patet negando, quòd certum eſt filium P. non deſcendiſſe à propatruo. Eſt ergo prohibitio collateralium. ſed certum eſt, quòd iſti diſtant quinto, quid igitur impediat iſtos collaterales contrahere, non video. Ioan. And.

# Arbor Affinitatis.

*Multa dies, variuſque labor huiuſce parauit*
*Artis notitiam: quæ modò clara patet.*




## AFFINITATIS DECLARATIO.

Affinitas ſecundum canones eſt perſonarum proximitas ex coitu proueniens omni carens parentela. Et dicitur affinitas: quaſi duorum ad vnum finem vnitas, eo quòd duæ cognationes diuerſæ per nuptias ſecundum leges, vel per coitum ſecundum canones copulantur, & alter ad alterius cognationis finem accedit, vt ff. de gradi. cogna. l. non facile. §. affines.

¶ Scias autem quod affinitas eſt perpetuum impedimentum, quod durat etiam mortua perſona, qua mediante contrahitur. 35. q. 10. fraternitatis.

¶ Per carnalem copulam viri & mulieris inter conſanguineos mulieris & virum, & inter conſanguineos viri & mulierem contrahitur affinitas primi generis eiuſdem gradus, cuius eſt conſanguinitas. Si ergo conſanguineus tuus cognoſcat mulierem: ſi vis ſcire quoto gradu affinitatis attinet tibi mulier illa, vide quoto gradu eſt tibi conſanguineus tuus, & quoto eſt tibi ille conſanguineus, to o mulier eſt tibi affinis, & ſemper in primo genere. Dictum eſt in regula viri & mulieris, & non viri & vxoris: quia ſecundum canones etiam per coitum fornicarium & inceſtuoſum contrahitur affinitas. patet de eo qui cogn. conſan. vxor. ſuæ. c. diſcretione. & c. pen. Inter conſanguineos mulieris & virum & conſanguineos viri & mulierem, ideo dicitur: quia inter virum & mulierem non contrahitur affinitas, ſed ipſi ſunt affinitatis cauſa. Item inter conſanguineos viri, & conſanguineos mulieris nulla eſt affinitas. Vnde duo fratres contrahunt cum duabus ſororibus, pater & filius cum matre & filia. ſed eſt affinitas inter conſanguineos mulieris & ipſum virum, & conſanguineos viri & ipſam mulierem. de conſan. & affin. quod ſuper his.

REGVLA. Quotieſcunque inter vnam perſonarum, de quibus quæritur, & coniugem alterius non eſt, vel non fuit conſanguinitas intra quartum gradum incluſiue, nulla eſt prohibitio, vt inter me & coniugem nepotis mei non poteſt eſſe matrimonium, quia nepos meus eſt mihi cōſanguineus intra quartum gradum.

ALIVD EXEMPLVM. Soror mea habuit maritum, ea mortua maritus eius aliam accepit, quod eſuncto potero contrahere cum eius relicta: quia inter me & illam relictam nulla eſt nec fuit conſanguinitas.

Ad arborem affinitatis & eius materiam tranſeamus. Et primo videndum eſt, quid ſit affinitas, & vnde dicatur: & quomodo ipſius genera inſurgant, & gradus computentur: deinde arborem formemus. Ponemus poſtea quædam notabilia, & quaſdam quæſtiones.

§ Eſt autem affinitas perſonarum proximitas ex coitu proueniens omni carens parentela. hoc ſecundum canones: ſed ſecundum leges eſt proximitas proueniens ex nuptiis: & requiritur ſecundum leges, quod legitimæ ſint nuptiæ, non interdictæ, vt contrahatur affinitas. ff. de gradi. l. non facile. §. ſciendum. Et dicitur affinitas quaſi duorum ad vnum finem vnitas: eo quod duæ cognationes diuerſæ per nuptias ſecundum leges vel per coitum ſecundum canones copulantur, & alter ad alterius cognationis finem accedit, vt in ead. l. §. affines. Affinitatis definitio.

§ Sed quod per fornicarium coitum, & inceſtuoſum ſecundum nos contrahatur affinitas patet de eo qui cog. conſan. vxo. ſuæ. c. diſcretionem. & eo. tit. c. penul. Sed conſideratio legis fuit circa hæreditates & tutelas deferendas, & ne quis cogatur aduerſus affinem teſtimoniū dicere. ff. de gradi. l. iuriſconſultus. in princ. & ff. de teſti. l. iij. & iiij. q. iij. §. item in Affinita per coitū nefariū cōtrahitur.

# Declaratio arboris Affinitatis.

criminali. verſi. item lege Iulia. Sed canon quo ad matrimonia prohibenda conſiderauit vnionem carnis, quæ inſurgit ex copula. Et eſt videre ſecundum hoc, quod concurrere poteſt attinentia conſanguinitatis & affinitatis: vt ſi quis cognoſcat conſanguineam ſuam, omnes conſanguinei vtriuſque ſunt vtrique affines. Scias autem quòd affinitas eſt perpetuum impedimentum, quod durat etiam mortua perſona, qua mediante contrahitur. xxxv. q. x. fraternitatis. Nec oritur affinitas ex pollutione extraordinaria, quæ fit extra clauſtra pudoris. xxxv. q. iij. extra ordinaria, & adde quod ibi not.

¶ Et inſurgit affinitas ex coitu interdum cum publica honeſtate, interdum ſine: & publica honeſtas interdum ſine affinitate, vt ſi cognoſco vxorem vel ſponſam, hic impedimentum eſt publicæ honeſtatis & affinitatis: ſi cognoſco non ſponſam, hic affinitas ſola eſt. ſi ſponſam nondum cognoui, ibi ſola publica honeſtas. Hoc dico quia ſi mortua eſt vxor tua, & vis contrahere de diſpenſatione eccleſiæ cum conſanguinea ſua, & eccleſia diſpenſat, quòd poſſis contrahere cum illa, non obſtante quòd ſit tibi affinis, tali gradu per diſpenſationem adhuc contrahere non poteris: quia licet ſublatum ſit impedimentum affinitatis, non tamen ſublatum eſt impedimentum publicæ honeſtatis. Debes ergo facere exprimi, quod poſſis cum tali contrahere, non obſtante impedimento publicæ honeſtatis pro eo, quod deſponſaſti conſanguineam eius in quarto gradu: & non obſtante quod eſt tibi affinis in quarto pro eo quod dictam deſponſatam carnaliter cognouiſti, & tunc matrimonium procedere poterit.

*Affinitatis genꝰ per quã regulam cognoſcitur.*

¶ Genus affinitatis cognoſcitur per hanc regulam, ſed non gradus. Perſona addita perſonæ per carnis copulam mutat genus, ſed non gradum. Iſto modo, ſi is qui eſt mihi in ſecundo gradu conſanguinitatis, cognoſcit mulierem, illa eſt mihi ſecundo gradu affinitatis, & primo genere: ſi alius eam cognoſcit, ille attinet mihi ſecundo genere affinitatis, & ſecũdo gradu: ſi ille aliam mulierem cognoſcit, illa attinet mihi tertio genere affinitatis, & ſecundo gradu. Sed quia ſolum primum genus hodie habet prohibitionem, & quia B. plene tradidit extra de conſang. & affin. c. non debet. hic circa hoc non inſiſto. ergo ſi perſona mihi conſanguinea coniungat ſibi aliam perſonam carnali copula, perſona iuncta eſt mihi affinis primo genere affinitatis. ſi attinens mihi primo genere affinitatis carnali copula ſe alteri commiſceat, illa attinet mihi ſecundo genere. ſi affinis mihi ſecundo genere aliquam cognoſcat, illa eſt mihi affinis tertio genere, ſed eodem gradu. Eſt igitur videre de gradibus. Certum eſt, quòd affinitas non habet hodie prohibitionem niſi in primo genere, & in illo vſque ad quartum gradum: licet affinitas non habeat ſuam ſpecialem computationem graduum: ſed computantur gradus affinitatis ſecundum gradus conſanguinitatis. Si ergo conſanguineus tuus cognoſcat mulierẽ, ſi vis ſcire quoto gradu affinitatis attinet tibi illa mulier; vide quoto gradu eſt tibi conſanguineus tuus ſecundum regulas quas tradidi in proxima arbore; & quoto eſt tibi ille conſanguineus, toto mulier eſt tibi affinis, & ſemper in primo genere.

*Affinitatis gradꝰ computantur ſicut gradus conſanguinitatis.*

*Arboris affinitatis formatio.*

¶ Nunc formemus arborem, & in medio arboris ſunt quatuor cellulæ, & in prima ſuperiori ponitur primus gradus, in ſecunda ſecundus, in tertia tertius, in quarta quartus gradus. Et de his primo quæritur, quare ponantur in medio fratris & ſororis. Secundo, quare non exprimãt attinentiam, dicendo, primus gradus affinitatis, & ſic de ſingulis. Ad primum dic hoc fuiſſe vt detur intelligi, quòd affinitas oritur ex conſanguinitate, & quòd ab vtroque ſexu virili & fœmineo affinitas contrahatur. Ad ſecundum dic attinentiam non fuiſſe expreſſam: vt illa computatio graduum ad conſanguinitatem & affinitatem referatur. vnde ſoror & frater ſunt in primo gradu conſanguinitatis, & frater & vir ſororis ſunt in primo gradu affinitatis, & ſic de aliis. Deinde à latere dextro dictæ lineæ ponitur alia linea quatuor cellulas continens: in prima ſcribitur frater, in ſecunda fratris filius, in tertia fratris nepos, in quarta fratris pronepos. Ad dorſum huius alia linea continens alias quatuor cellulas: in quarum prima ſcribitur vxor fratris olim relicta, in ſecunda vxor filij fratris, in tertia vxor nepotis fratris, in quarta vxor pronepotis fratris. A latere ſiniſtro ſunt aliæ quatuor cellulæ: quarum prima ſoror, ſecunda ſororis filia, tertia ſororis neptis, quarta ſororis proneptis. Ad dorſum harũ ſunt alię quatuor: prima vir ſororis olim relictus, ſecunda vir filiæ ſororis, tertia vir neptis ſororis, quarta vir proneptis ſororis. Ponuntur etiam aliæ duæ cellulæ, vna à latere dextro continens, relictus relictæ fratris: à ſiniſtris relicta relicti ſororis, quæ ſecundum omnes ponuntur ad decorem, & ad demonſtrandum genera affinitatis, quæ hodie prohibitionem nõ habent. Adhuc habes duas lineas reflexas, quarum vna oritur in cellula fratris, & terminatur in cellula viri ſororis: in qua ſcribitur primum genus affinitatis. Item alia linea reflexa, quæ oritur in cellula ſororis, & terminatur in cellula vxoris fratris, in qua idem ſcribitur.

*Queſtio*

¶ Circa hoc quæro, quare in cellula vxor fratris ſcribitur, olim relicta, quod non ponitur in aliis cellulis inferioribus eiuſdem lineæ? Et dic hoc factum fuiſſe propter cellulam, quæ ponitur ad dorſum illius: quaſi dicat, frater habuit vxorem, mortuo fratre vxor ab eo relicta contraxit cum alio viro, illa demum mortua iſte relictus à relicta fratris vult contrahere cum ſorore, numquid poteſt? olim non poterat, quia erat ſibi in ſecundo genere, & primo gradu: hodie vero poteſt. Idem ſit reperitum quo ad cellulam viri ſororis

*Regula magiſtralis gradus affinitatis, & genus manifeſtãs.*

¶ Ad cognoſcendum ergo gradus affinitatis & genus tam per formam arboris, quàm ex prius dictis, tolle hanc ſolam regulam magiſtralem. Per carnalem copulam viri & mulieris inter conſanguineos mulieris & virũ, & inter conſanguineos viri & mulierem contrahitur affinitas primi generis, & eiuſdem gradus cuius eſt conſanguinitas. Quare dicatur in regula per carnalem copulam viri, & mulieris, & non viri & vxoris, collige ex his, quæ in principio dixi. Inter conſanguineos mulieris & virum, & conſanguineos viri & mulierem, ideo dixi: quia inter virum & mulierem non contrahitur affinitas, ſed ipſi ſunt affinitatis cauſa. Item inter conſanguineos viri & conſanguineos mulieris nulla eſt affinitas: vnde duo fratres contrahunt cum duabus ſororibus, pater & filius cum matre & filia. Sed eſt affinitas inter conſanguineos mulieris & ipſum virum, & conſanguineos viri & ipſam mulierem. extra de conſang. & affinita. quod ſuper his. Primi generis quare dixerim, etiam ex ſuperioribus patuit, & eiuſdem gradus cuius eſt conſanguinitas. vide hoc in arbore. nam frater & ſoror ſunt in primo gradu conſanguinitatis, maritus ſororis eſt fratri in primo gradu affinitatis, & ſic vxor fratris ſorori, & ſic filia ſororis eſt filio fratris & ipſi fratri in ſecundo gradu conſanguinitatis, maritus eius in ſecũdo gradu affinitatis, & econuerſo, & ſic in reliquis. Vnde vir proneptis ſororis attinet fratri & omnibus deſcendentibus, qui ſunt in arbore; quarto gradu affinitatis. & hoc ideo, quia toto gradu conſanguinitatis attinet prædictis ipſa proneptis. Qui ſunt in arbore, ideo dixi, quia ſi pronepos fratris haberet filium, ille excederet lineam æqualitatis, & ſic attinet quinto gradu ſecundum regulas traditas in proxima arbore.

*Affinitas per notabilia declaratur.*

¶ Poſt hoc notandum eſt, illud præciſe non ſequitur, ego & tu ſumus affines ergo filius, quem procreo, eſt tibi affinis. Nam interdum filius meus mutat genus attinentiæ, quia ego ſum tibi affinis, & ipſe conſanguineus. interdum nil attinet tibi, interdum mutat gradum, interdum nec mutat genus, nec gradum. Exemplum, ſi ego & tu ſumus affines per appoſitionem mei, quia ſcilicet contraxi cum conſanguinea tua, ſi ex dicta conſanguinea tua filium procreo, ille eſt tibi conſanguineus, non affinis. ſed ſi ego maritus conſanguineæ tuæ ex alia muliere filium procreo, ille nec eſt tibi conſanguineus, nec affinis. Si verò tu conſanguineus vxoris meæ filium procreas, hic filius non mutat genus attinentiæ, quia tu pater es mihi affinis, & ipſe affinis. ſed ſi tu & vxor mea eratis in æquali linea, vel inæquali, & eras remotior, quia tu eras in tertio, ipſa in ſecundo vel primo: tunc ipſe filius mutat gradum, quia tu pater es mihi in tertio gradu affinitatis, & ipſe mihi in quarto. Si vero tu & vxor mea eratis conſanguinei in linea inæquali, ſed vxor mea erat remotior, vt quia ipſa in tertio, & tu in ſecundo: tunc filius tuus non mutat genus nec gradum, quia tu mihi affinis, & ipſe affinis: tu in tertio gradu, & ipſe in tertio gradu. Item nota quòd iſtud etiam non ſequitur, ègo & tu ſumus affines, & ego non poſſum accipere filiam tuam, ergo nec tu meam: quia ſi habeam conſanguineam tuam in vxorem, tu bene potes contrahere cum filia mea, quam habui ex alia muliere: quia affinitas non contrahitur inter conſanguineos viri, & conſanguineos mulieris: ſed inter virum & conſanguineos mulieris, & inter mulierem & conſanguineos viri, vt dixi, & probatur extra de conſang. & affini. quod ſuper his. Sed ego non poſſum contrahere cum filia tua, niſi forſan illa excederet quartum gradum, vt quia eſſet in quinto. & eſt ſimile ſecundum quod dixi ſupra in proxima arbore circa finem.

*Affinitatis prohibitio inter aſcẽdẽtes & deſcendẽtes eſt ꝑpetua.*

¶ Nunc quæritur, an affinitas inter aſcendentes & deſcendentes habeat perpetuam prohibitionem, an extendatur tantum vſque ad quartum gradum? Et ſi teneremus opin. Goffre. de qua dixi ſupra in arbore proxima circa medium, diceremus quod vſque ad quartum gradum tantum. Sed tenendo contrariam opinionem dicemus, quod prohibitio ſit perpetua. Dicit enim textus, quod ita abſtinere debemus à conſanguineis vxoris, vt à propriis. extr. de conſang. & affin. c. j. xxxv. q. iij. de propinquis. & c. æqualiter. Si ergo inter conſanguineos aſcendentes & deſcendentes prohibitio extenditur in infinitum: ergo inter affines. ad idem inſtit. de nupt. §. affinitatis. & dicit lex, quod tales affines aſcendentes & deſcendentes, habentur loco parentum & liberorum. ff. de gradi. l. non facil. §. retro. in fi. Eodem modo poſſet formari quæſtio de affinibus, quorum vnus eſt in primo gradu, alter in quinto, ſicut in conſanguineis dixi ſupra in arbore proxi. in fin. An autem liceat diuerſis temporibus habere in vxores duas cognatas, ſcilicet vxores duorum fratrum, & an coniuncti olim in gradu prohibito hodie permiſſo ſimul manere poſſint, de hoc vide not. extra de conſang. & affinit. cap. non debet.

*Conſanguinei, & affines quo iure prohibẽtur coniungi.*

¶ Vltimo quæritur ad vtramque arborem, an prohibitio conſanguineorum vel affinium coniungendorum procedat ex prohibitione diuina, an ex humana, & quare facta fuit prohibitio. Breuiter ſcias quod olim propter neceſſitatem frater neceſſario habuit contrahere cum ſorore, & conſanguinei cum conſanguineis. vnde tunc in collateralibus non erat prohibitio. hoc fuit à principio generis humani in filiis & nepotibus Adæ. hoc etiam fuit poſt diluuium in nepotibus Noe. In Leuitico vero prohibitæ fuerunt fere duodecim perſonæ, quas vide nota. extra de reſti. ſpol. litteras. & de diuor. c. gaudemus. Demum ius poſitiuum canonicum prohibuit conſanguineos & affines primi generis coniungi in ſeptimo gradu & citeriori: quæ prohibitio poſtea vſque ad quartum gradũ eſt reſtricta. extra eod. non debet. reuocatis etiam quibuſdam aliis prohibitionibus, vt patet. Reuocatio verò fuit ex cauſa, quæ ibi ponitur, & extra de reſti. cap. licet ex quadam. per quod patet, quod prohibitio partim procedit ex iure diuino, & partim ex poſitiuo. Vnde in ſecundo gradu æqualis lineæ collaterales contrahere poſſunt iure diuino, ſed non poſitiuo. Ratio vero prohibitionis ſumitur xxxv. q. j. §. j. cap. j. fuit enim propter charitatem ampliandam. Nam ſi contraherem cum ſorore, idem eſſet pater & ſocer, mater & ſocrus, vir & frater, &c. Sed ſi alium habeo patrem, alium ſocerum, numeroſius ſe charitas protenderet: in qua vniuerſi fideles & præcipuè ſtudentes continue perſeuerent per gratiam eius, qui eſt benedictus in ſæcula ſæculorum. Amen.

# CLEMENTIS † PAPAE QVINTI CONSTITVTIONES

## PROOEMIVM.

IOannes[a] epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilectis filiis doctoribus, & ſcholaribus vniuerſis Bononiæ cōmorantibus, ſalutem & Apoſtolicā benedictionem.

† In antiqs codicib⁹ titulus huius libri habet ita, Incipiūt conſtitutiones Clementis Papæ Quinti.

Procemii diuiſio, & ipſius familiaris declaratio ſecundū dominum Heliam.

IOannes epiſcopus.] Diuide in quatuor partes, aut in duas,& ſecundā in tres:In prima ponitur ſalutatio, dum dicit:*Ioannes epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei*, mādat ſuppleo,& dicit ſalutē & Apoſtolicā benedictiōnē,*Dilectis filijs*,ſci licet doctoribus & vniuerſis ſcholaribus Bononiæ cōmorātibus : ideſt,morā gerētibus & faciētib⁹. Et ſequitur in textu, *Quoniā nulla iuris ſanctio*. Et ibi ponit exordium.Dicit Clemēs in hoc exordio,quòd iura ſunt ita ambigua & dubia,ꝙ nõ pōt reperiri modus aliquis, vt iura bñ declarentur ꝓ malitiā hominū : qa dum iura fiunt de nouo , & quamuis bene & ſufficienter clara,tñ homines ſunt adeo & intantum procliui & habiles,ſeu proni ad malum,ꝙ ipſi interpretantur iura aliter q̃ legis lator ea intellexerit,& illa diuertūt & ſubuertūt ď intētione ipſi⁹ legiſlatoris.Et narrat Clemēs Papa,ꝙ tāti caſus emergūt de nouo quotidie,ꝙ impoſsibile eſt tot iura cōdi & fieri:quare dicit,vt tantæ malitię vitētur,& iura aliquo modo clarificētur,& de cætero nō tm̃ diuerſificētur,ꝙ recurrēdū eſt ad auctoritatē principis,q̃ in hoc eſt neceſſaria, q. princeps declarabit ipſa iura & declarationē illā tenebūtur hoīes inſeq̃,& ſic ſuo ſenſui nō innitētur.Quare dixit formalis textus.Qm̄,pro q̃a.Et no.ꝙ q̃a,& qm̄,ponūtur in eodē ſenſu,ſed qm̄,propriè ꝓponitur,& ſic ſequētē ſenſum alligat,vt qm̄ diſcis,diſco : q̃a ꝗppe poſtponitur, & ſupiorē ſenſum cōfirmat,dic ergo q̃a nulla ſanctio,i.nulla conſtitutio iuris digeſta,i.ordinata.cōſummata,& explicata,quantūcunq; cōſilio perpēſo,i.valde penſato & cogitato, ſufficit ad varietatē humanæ naturæ:nec ſufficit ad machinationes,i.ad dubitationes inopinabiles eius,ſ.iuris:nec vlla ſanctio attingit,i.iuxta tangit,ad deciſionē lucidā,i.lucidandam:ambiguitatis nodoſæ,i. difficilis,eo pſertim,i.intm̃ ꝙ vix aliq̃d ſtatuitur : adeo certum,i. taliter,& ſic certum:quoque pro &,& clarū q̃n reuocetur in dubium,i.q̃n dubitetur,ex cauſis emergētibus iura iam poſita,i.iam edita & facta nō poſſunt mederi,ſ.quo ad deciſionē q̄nū emergentium.Sequitur in textu:*Quia ergo*,aliàs eſt,q̃a etiā.Et hic dat cōſilium ac ſi diceret.Poſtquā iura ſunt taliter & ita ambigua ſeu dubia,ꝙ nulla ſanctio poſsit fieri ita clara,q̃n adhuc remaneant dubia aliqua:& ideo hic dat vnū conſiliū,ꝙ auctoritas principis eſt neceſſaria ꝓ malitiā hominum,qui hoīes ab adoleſcētia ſua ſunt procliui ad malum,ideo dicit textus, Ergo, id eſt, ꝓ rōnem ſequētē:q̃a ſenſualitas humana declinat ad malū ab adoleſcētia viri procliui,i.facilis,ſcilicet ad malum:per qđ,i.propter quā malitiam nō pñt fieri iura ita clara,q̃n homo,q̃ eſt procliuus ad malum,ea reddat ambigua:ideo ſubuerſio,i.deſtructio morum, ſ.bonorum obrepit,i.latenter ſubintrat:frequenter,i.ſæpe,in clero, in oībus clericis & populo intellige:quare auctoritas ſuperioris eſt neceſſaria,vt declaret iura dubia ſic facta dubia propter malitiā hoīs procliui ad malum,vt ipſa auctoritas,i.vt ipſa iura declarata auctoritate principis,ſeu declaratio ipſius principis tollat ambigua,ſ.dubia,lites auferat per elucidationē,i.per declarationē iurium:& dirimat,i.ſopiat & extinguat altercationes tam per ſuffragium,i.auxilium determinationis opportunæ, q̃ extirpet vitia per ſarculum cultoris prouidi.Et ponitur ibi ſarculum tranſſumptiue:nā ſarculum dicitur inſtrumentū quo euelluntur inutiles herbæ:ſic princeps per ſarculū ſuū,i.per auctoritatē ſuā tollit fatuas interpretationes hominū.Et dic vt auctoritas principis inſerat,i.ſeminet virtutes per declarationē iuris : q̃a qñ princeps declarabit iura ambigua,i.ſeminabit virtutes & verā ſcientiā, cum ſua auctoritas nō minorē vim habeat,q̃ ipſa lex bñ interpretata. Et vt auctoritas ipſius principis corrigat exceſſus:quæ,pro &, & vt reformet mores corruptos in bonos[*Hæc ſane*.] Hic eſt narratio,in qua Ioannes Papa cōmendat vel laudat actū Clementis,i. laudat Clementē qui fecit iſtas Clemētinas, & excuſat tarditatē ſuam,videlicet quare citius librū iſtum non tradidit Clemens. Et dicit ipſe Ioannes narrans ꝙ Clemēs Papa videns & attēdēs hæc quæ diximus in exordio,& volens ſeu cupiens proſpicere reformationi deformatorū,& ſoluere difficilia,& intēdens promulgare,i.pronuntiare & manifeſtare plurimas cōſtitutiones quas edidit,i.quas fecit & cōpoſuit,in quib⁹ ſtatuit multa ſalubria,id eſt, multa vtilia ad ſalutem.Et q̃uis ipſe Clemens decreuiſſet,i.deliberaſſet mittere iſtas cōſtitutiones collectas, id eſt, ſimul aggregatas in vnū volumē:tñ propter hoc ꝙ nimium,i.valde fuit occupatus circa magna,& propter hoc ꝙ ſublatus eſt de medio,id eſt, propter hoc ꝙ mortuus eſt,ſcilicet non nimis ſenex, iſta fuerunt in cauſa quare non expleuit,id eſt,quare non adimpleuit propoſitum ſuum,i.ſuā voluntatē,quæ erat de mittendo ſubditis Clementinas:quare dicit Ioannes Papa ſic:Nos Ioannes, q̃ ſucceſſimus eiſdē Clementi Papæ,etiā impediti fuimus à tpe noſtræ promotionis,i.à tpe quo fuimus electi in Papā,ꝙ non potuimus cōmittere,& mittere pdictas cōſtitutiones.ſ.iſtas Clementinas ſub bullā noſtra.Et dic ordinādo aliqualiter textū : Sane,id.eſt, certe, Clemens Papa quintus prædeceſſor noſter,attendens,i.intelligēs hæc q̃ diximus in exordio : & cupiens, id eſt, deſiderans proſpicere reformationi deformatorum,& cupiens ſoluere difficilia,elidit, id eſt, fecit cōſtitutiones plurimas ante & poſt conciliū,in quib⁹ conſtitutionibus ipſe ſtatuit multa ſalubria , id eſt, vtilia, & ipſe Clemens decidit,id eſt,terminauit nonnulla dubia,i.aliqua dubia, quæ dubia ſunt frequentia in iudiciis & extra iudicia.Et licet,i.q̃uis Clemens decreuiſſet mittere eas, ſcilicet, Clementinas collectas,id eſt,aggregatas in vnū volumen & q̃uis decreuiſſet,id eſt,deliberaſſet mittere eas collocatas ſub cōgruis titulis,& dare eas ſubiectis,*ſcilicet ſuis in cōmune*,id eſt, vt cōicarentur inter ſubditos,tñ occupatio aſsidua circa magna, quia erat impeditus ſuper rebus arduis:ac, id eſt,etiā cōditio humanæ ſortis,i.humanæ fortunæ,quæ ſuſtulit, id eſt, remouit ipſum Clementem de medio per mortē,iſta ſcilicet fuerūt in cā, quare ipſe Clemens nō expleuit propoſitū ſuum,i.ſuam deliberationē. Nos etiam Ioānes qui ſucceſsimus eidē Clementi Deo permittente,& ſic diſponente in officio Apoſtolatus : q̃a ſumus Papa,id eſt, vicarius Chriſti,ſicut & ipſe Clemēs fuit:Et ſupple poſtquam ſucceſſimus eidē Clementi in officio Apoſtolatus,ſic debemus ſibi ſucceſſiſſe in plenitudine effectus & poteſtatis : ſuppleo, & maxime debemus ſibi ſucceſsiſſe in his,ſ.rebus,quæ cōcernunt cōpendiū, i.lucrum vniuerſi,ſcilicet orbis:Et nos Ioānes circūſepti,i.circūquaque ſepti & circūdati,& vndiq; cincti tot grādibus agēdis,& arduis rebus fuimus hactenus,i.vſq; huc,& vſq; ad hoc tps impediti ab exordio,i.à principio noſtræ promotionis, ꝙ tam ex hoc quod dicimus,q̃ ex aliis cauſis rōnabilibus,quas prouidimus cōmittendas ſub ſilentio,i.quas tacemus,pro nunc ſuppleo, nō potuimus has cōſtitutiones ſeu Clementinas cōicare. Nunc igitur, id eſt,modo & in præſenti tpe trāſmittimus,i.vobis mittimus illas conſtitutiones ſeu Clementinas, captata opportunitate,i.captato & deſiderato tpe congruo & cōuenienti.Sequitur textus, *Vniuerſitati*.Et hic ponitur cōcluſio:quare nos Ioānes mādantes vniuerſitati Bononienſi per ſcripta Apoſtolica,quatenus eas, ſcilicet Clementinas ſuſcipiatis prōpto affectu & ſtudio alacri,vſuri ſcilicet ſitis eis Clemētinis ſeu cōſtitutionibus de cætero.i.amodo in iudiciis & ſcholis,illis ſuppleo cōſtitutionibus ſeu Clemētinis exiſtentibus vobis manifeſtatis & cognitis.h.d.præſens decretalis.Nota primo ibi,*Doctoribus*.doctores præferēdos ſcholaribus ex ordine litteræ.pro hoc.43.diſt.ſit rector.No.ex verbo, *Commorantibus*.id quod notat gloſſa,& extra gloſſ.in procemio Gregoriano.Et colligit Paulus quinq; neceſſaria ſcholaribus vt proficiant,quæ ponit Hoſtien.in c.vnico.de officio primi.& ibi dixi. Nō.ꝙ ſenſualitas humana procliuis eſt ad malum.No.cauſas quare oporteat aliquem eſſe principem humani generis.Zabar.

¶*Glo.prima primo allegat duo propter quæ nomē Ioānis nō extollit, oſtēdēs hoc nomē viguiſſe in Romanis Pontificibus,in gloſſatoribus & doctoribus canoniſtis.Secūdo rōnē inducēs,operis imperfectionē excuſat.Tertio auctorē procemij de ſex virtuoſis cōmēdat,& de mutatione nominis & alijs in ſalutatione dicēdis remittit, & procemiū diuidit.*

a ¶ *Ioannes*.] Gratioſum hoc nomen per interpretationes, deriuationes,vel etymologias extollere non eſt meū:ſuſpicionis rō patet.Eſſet etiā hoc refricare notiſsima.In apoſtolatu tñ hoc nomē ſup cætera viguit xxij.Eſt em̄ ipe q̃ loq̃tur,cū tñ reliqua Romanorū Pontificum noīa xj.nō trāſcēderint numerū,ad quē etiā ſolius Bñdicti nomē aſcēdit.Inter canoniſtas ēt cōmētarios hoc nomē viguit.Habuimus em̄ Ioannē Theutonicū pferendū,nō ex ordine ſed ex fructu.Ioannē Galeñ.Vulteranū,Ioannē Hiſpanū, Ioānem Fanetinū,Ioannē de Faucona,Ioannē de Anchona,Ioānē de Deo etiā Hiſpanū:Ioānē de Languicella Ceſenateñ.Ioannē monachū cardinalē:Ego etiā q̃ minor ſum inter xij.doctores collegij Bononienſis me quartū fuiſſe Ioannē,nunc inter eos ſolus,ſed iter cōmētatores docimus:& denigro forte papyrū nō dign⁹ occupare mēbranas.Et q̃a(prout patet hic in exordio)ēt cōpoſitores iuriū vix pñt tā clarū certūq; ſtatuere,q̃n dubia multa relinquāt,excuſabilis ero.ꝙ in hac prima lectione vel gloſſatione ſingula ñ pfecte rimātur.Nā etiā in rebus experimur,q̃ naturaliter generanť,ꝙ in eis paulatim de impfecto ad pfectū venit.Sic & q̃ de veritatis cognitione à principio parū attingūt, poſtea quaſi pedetētim ad quādā pleniorē veritatis menſurā perueniunt.Igitur ſub hoc excuſationis clypeo,licet variis occupatus,p fiduciā clemētiæ diui-

Ioānis nomen viguit ſuper cætera iter ſummos Pontifices, & iuris canonicis interpretes.

Voniã nulla [a] iuris [b] ſanctio [c] q̃tũcũq; perpẽſo [d] digeſta [e] cõſilio ad humanæ naturæ varietatẽ [f], & machinationes [g] eius inopinabiles ſufficit, nec ad deciſionẽ lucidã ſuæ nodoſæ [h] ambiguitatis [i] attingit: eo p̃ſertim q̃ vix [k] aliq̃d adeo certũ clarũq; ſtatuitur, quin ex cauſis emergẽtibus, q̃bus iura iã poſita mederi [l] nõ poſſint, in dubiũ reuocetur: Quia ẽt † ab adoleſcẽtia viri ꝓcliuis [m] ad malũ ſenſualitas [n] humana declinat: ꝑ q̃ morũ ſubuerſio in clero & populo frequẽter obrepit [o] †, neceſſaria eſt ſuperioris auctoritas, vt tã ꝑ determinationis [p] opportunæ ſuffragiũ tollat ambigua, lites auferat altercationes [q] dirimat, & obſcura ſuccidat [r] †, q̃ ꝑ cultoris prouidi ſarculũ [s] extirpet vitia, virtutes inſerat [t], corrigat exceſs⁹, moreſq; reformet [u]. ¶Hæc [x] ſane felicis recordatiõis Clemẽs Papa [y] q̃ntus p̃deceſſor noſter prudẽter attẽdẽs, & ꝓuide cupiens deformatorũ reformationi † ꝓſpicere, ſoluere difficilia, ac ſanctiones q̃nibus & negotiis imminẽtibus cõſonas [z] promulgare: Dudũ nedũ in cõcilio Viennẽſi, q̃n etiã ante [a] & poſt ip̃m cõciliũ cõſtitutiones plurimas edidit, in quib⁹ multa vtilia ſtatuit atq; ſalubria, & nõ nulla dubia in iudiciis & extra frequẽtata decidit [b]. Et licet eas collectas in vnũ [c] volumẽ, & ſub cõgruis titulis collocatas mittere decreuiſſet, & dare [d] in cõcſubiectis: aſſidua tñ occupatio circa magna, ac ſortis [e] humanæ cõditio, quæ ip̃m de medio [f] ſuſtulit, in cã fuerũt, quare ſuum in hac parte propoſitũ nõ impleuit [g]. ¶Nos etiã qui ſicut eidem (licet immeriti) in Apoſtolatus officio, Dño permittẽte [h], ſucceſſimus, ſic & in affect⁹ plenitudine, in his q̃ cõpẽdiũ [i] vniuerſi cõcernũt [k], ſucceſſiſſe debemus [l], tot grãdibus agẽdis & arduis fuimus à noſtræ promotionis exordio circũſepti [m], q̃ tã ex hoc, q̃ ex cauſis rationabilibus aliis, quas ſub † ſilentio [n] prouidimus cõmittendas, prædictas vobis cõmunicare cõſtitutiones fuimus hactenus impediti. Nunc igitur (opportunitate [o] captata) illas vobis ſub bul-

næ has Clemẽtinas gloſſandas aggredior. Eſt autẽ ſciendũ, q̃ iſte dñs Io. Pontifex induſtrioſus & mundus, ſimoniã fugans & iuſtitiã amãs, ſcientia magnus, ſtatura puſillus, cõceptu magnanimus, prius Iacobus vocabatur. De hac vero mutatione nõis & aliis, q̃ ſalutationẽ hãc reſpiciũt, dic vt no. in ſalutatiõe lib. 6. Diuido aũt hoc procemiũ p̃ter datam, in quatuor partes, aut in duas, & ſecundã in tres, vt ibi, In prima ponitur ſalutatio vſq; ibi: *Quoniam.* ibi exordium, vſq; ibi. *Hæc ſane.* ibi narratio vſque ibi, *Vniuerſitati.* ibi cõcluſio vſque in finem.

¶*Gl. ſeq. primo ponit actũ diuerſum Clementis & Ioãnis: Secũdo quærit de differentia triũ exordiorum, quam declaras.*

† Aliàs. quia ergo.

Voniã nulla.] Exordiũ. Eſt ſciẽdũ q̃ Clemens ſuo exordio ad inſtar Innocẽtij iiij. & Gregor. x. narrabat, q̃uo cõſtitutiones quaſdã ante cõciliũ & in cõcilio Viennẽ. & poſt cõcilium promulgauerat: quibus præcipiebat vti ĩ iudiciis & in ſcholis: Ioãnes autẽ deciſo ſub bulla illo ꝓœmio Clemẽtis, ponit procemium ſuum cum exordio. Sed cũ habeamus tria exordia Gregorij ix. Bonifacij viij. & Io. xxij. in quo differãt videam⁹. & dico q̃ Gregorius in ſuo exordio principaliť oſtẽdit qualiť emanauerit ius poſitiuũ, & ipſius iuris effectus: vt ibi plenius dixi. Bonifacius in ſuo exordio recognoſcit, q̃ ex debito regiminis ſibi cõmiſsi habet intendere ſubiectorũ cõmodis: q̃ď dicit ſe ſollicite facere noua iura cõdendo, & antiqua declarãdo, vt tollat ipſorum lites & ſcãdala. Ioannes autem in hoc exordio volens excuſare multiplicationem conſtitutionũ & voluminũ, quod præuiderat Eccleſiaſtes vlt. c. ſic dicẽs, Faciendi plures libros nullus eſt finis: dicit, q̃ principis auctoritas neceſſaria eſt ꝑꝑ duo: Prĩo, q̃a ius poſitiuũ quantũcunq; mature certe & clare cõpoſitum, non ſufficit ad caſus emergẽtes: ꝑꝑ q̃ď opportuna eſt [& neceſſaria 1] declaratio principis. Secundo, quia homo pronus ad malũ, facile mores ſubuertit: ꝑꝑ quod eſt neceſſaria principis poteſtas ad inſerẽdas virtutes, & vitia extirpãda. Patet ergo q̃ in his trib⁹ exordiis nulla eſt inculcatio, ſuperfluitas vel repetitio. Quomodo autem exordientium propoſito prædicta conueniant, per ſe patet.

† Aliàs, obrepſit.

† ſuccindat.

† Aliàs, reformatione proſpicere.

1 Hæc duo verba: & neceſſaria: deſunt in antiquorib⁹ codicibus.

b ¶*Iuris.*] humani poſitiui, ſicut canonicum vel ciuile, ſynodale vel municipale 2. Naturale vero vel diuinũ morale eſt inmutabile. 5. diſt. in prin. & eſt perfectum: quia manauit ab illo qui non nouit imperfectum opus, de bap. maiores. ver. ſed adhuc.

2 Placet Panor. in cap. Quintaualle. de iureiurãn.

c ¶*Sanctio.*] hic, & ĩ. ver. hæc ſane. late ſumitur: nam ponitur ſtricte pro conſtitutione pœnali. vt no. 3. diſt. in ſumma.

d ¶*Perpenſo.*] quaſi perfecte penſato & deliberato. habetur ſimile verbum de pac. c. vlt. circa medium. lib. 6.

e ¶*Digeſta.*] alibi dicitur decocta. 35. q. 9. Apoſtolicæ, & hæc bene conueniunt. de conſe. diſt. 5. ne tales. & cap. penul. Io. And.

f ¶*Varietatẽ.*] ſumi potuit de corpore auth. de nõ alie. aut ꝑmut. re. ec. §. vt autem. in prin. coll. 2. & de inſtr. cau. poſt prin. coll. 6.

g ¶*Machinationes.*] quaſi aſtuta ingenia, quid eſt enim quod homo ſemel deditus malitiæ non adinueniat 3? in Authen. vt hi qui ſe ob. per hi poſt prin. coll. 6.

3 Vt aduocatus. glo. l. ab Anaſtaſio. C. manda.

h ¶*Nodoſæ.*] de ver. ſig. cũ olim. & de reliq. c. vnico. in prin. libr. 6

i ¶*Ambiguitatis.*] de triplici ambiguitate iuris, facti, & perſonæ, nota. 33. diſt. c. ſi. in glo. 1.

k ¶*Vix.*] innuit fieri poſſe. de cog. ſpi. c. 2. lib. 6.

l ¶*Mederi.*] facit in Auth. hæc conſtitutio inno. cõ. in prin. coll. 8.

m ¶*Procliuis.*] 20. q. 3. procliuus. facit 12. q. 1. c. 1. & in Authen. de mo. §. ſi quis igitur. ad fin. coll. 1. Et dicitur procliuis quaſi præceps, prompta, facilis vel inclinabilis.

n ¶*Senſualitas.*] de hac, de ſacra vnc. cap. vnico. ver. in vertice. & per hanc appetimus delectabilia corpori, & fugimus nociua: nec omnino poteſt extingui, vt dicam infra. de hære. ad noſtrũ. verſic. ſecundo quòd [in verbo, ſenſualitas.]

o ¶*Obrepit.*] quaſi latenter ſubintrat. & idẽ verbũ. 61. diſt. nullus inuitis. & de cele. Miſ. cũ creatura. & ĩ. de ſtatu mo. ne ĩ agro. ĩ prin.

p ¶*Determinationis.*] facit. ĩ. de elect. ne Romani. in prin.

q ¶*Altercationes.*] quo ad verborũ certamina.

r ¶*Succidat.*] reſpicit q̃ď prius dixerãt vſque ad ver. quia etiã. q̃ď ſequitur reſpicit q̃ď dixerat in ipſo ver. quia.

s ¶*Sarculum.*] Inſtrumentũ quo euelluntur malæ & inutiles herbę, quæ naſcũtur inter bonas: quod Boñ. vocant roncare. Eſaiæ 7. in fin. Vepres & ſpinæ ĩ vniuerſa terra, & oẽs montes ſarculo ſarcientur. Et 1. Reg. 13. in fi. Deſcẽdit omnis Iſrael vt acueret vnuſquiſque vomerem ſuum, ligonẽ, ſecurim, & ſarculũ. Differẽtia inter fullonem & ſarcinatorem notatur inſti. man. in fi.

Sarculum quid ſit præter gloſ. hic, vide Iſidorũ libr. 10. Etymologiarũ cap. 14.

t ¶*Inſerat.*] Hiere. 1. ſ. de maio. & obe. ſolitæ. ver. potuiſſes.

v ¶*Reformet.*] de accuſa. ſicut olim.

† Dictio, ſub, deeſt in antiquioribus exemplaribus.

x ¶*Hæc ſane.*] Narratio ponens & cõmendans actum Clemẽtis, illius etiam propriam tarditatem excuſans.

y ¶*Papa.*] i. admirabilis. Et dr̃ à Papæ, quod eſt interiectio admirãtis, & vere admirabilis: quia vices Dei ĩ terris gerit. Inde dixit ille Anglicus in poetria noua: Papa ſtupor mundi. & circa fi. Qui maxima rerum. Nec Deus es 4. nec homo, quaſi neuter es inter vtrũque. Etymologia vero nominis eſt, id eſt, pater patrum.

4 Hæc verba ſano modo ſunt accipienda: prolata enim ſunt ad oſtẽdẽdũ ampliſſimam eſſe Romani Põtificis poteſtatem.

z ¶*Conſonas.*] 4. diſt. erit autem.

a ¶*Ante.*] iſtæ ſolæ emanauerũt ante cõciliũ. de iud. dudũ. de immu. eccl. q̃m. de ſen. exc. ex frequentibus. Reliquæ omnes in concilio vel poſt concilium, vt in ipſorum ſubſcriptionibus patebit.

b ¶*Decidit.*] concor. procemium Gregorij ix.

c ¶*In vnum volumen.*] non tñ ſub noĩe libri. vnde male dicũt qui allegant ſeptimũ librum: nã ſi ſub noĩe libri compoſuiſſet conſtitutiones, quæ emanauerũt poſt compilationem ſexti, iuxta morẽ inſertæ fuiſſent. Item hoc expreſsiſſet, vt fecit in procemio ſexti.

d ¶*Dare.*] nota pro eo quod in fine dicam.

e ¶*Sortis.*] ſumitur hic pro fortuna vel euentu. ſic 26. q. 2. ſors. alibi pro ſortilegio. de ſorti. c. 1. alibi pro capitali. de vſur. ca. 1. & 2. alibi pro parte vel portione. de præb. cum ſm. 21. diſt. cleros. in princ.

f ¶*De medio.*] id eſt, de hac vita: quæ quare dicatur medium, habes 23. q. 4. hæc autem vita.

g ¶*Non impleuit.*] concor. de pigno. c. 3.

h ¶*Permittente.*] & forſan agente. omnia enim quæ fiunt, aut iuſto iudicio facit, aut ſuo permiſſu ita fieri ſinit. 26. q. 5. nec mirum. §. aruſpicine. ver. nec ideo.

i ¶*Compendium.*] quod eſt breue & vtile. de hoc de reſcri. diſpendia. lib. 6.

k ¶*Concernunt.*] quaſi ſimul cernunt, vel conſpiciunt.

l ¶*Debemus.*] debet ergo ſucceſſor perficere factum prædeceſſoris ſui. 12. q. 5. quia Ioannes. 63. diſt. c. 2. de reſcri. litteris. vbi de hoc. & 11. q. 3. ſi epiſcopus ante.

m ¶*Circunſepti.*] id eſt, circundati, vel vndique cincti.

n ¶*Silentio.*] ſit rector diſcretus in ſilentio. 43. diſtin. ſit rector. in prin. contra illos qui dicũt tacenda. Ouidius ſine titulo: *Quis minor eſt vnquam, quàm tacuiſſe labor?* & Cato, *Virtutem primam eſſe puta compeſcere linguam.* & Seneca ait: Dixiſſe me quãdoque pœnituit, tacuiſſe nunquam.

o ¶*Opportunitate.*] 23. q. 4. non poteſt. in fin. & de eo qui cogno

conſan

conſangui.vxo.veniens 2.

a ¶*Vniuerſati.*]concluſio huius procemij.

b ¶*Alacri.*]concordat procemium inſtitutionum.in fi.

c ¶*Sic.*]ſcilicet permiſsionem noſtram ſub bulla.

¶*Gl.ſeq.primo per hunc tex.arguit & remittit.Secundo excludit vt caſus non dubios, contra quintum allegãs, dicens reliquos ſic examinãdos, maxime in tribus ſpeciebus.Tertio narrat quædã euenientia tp̄e Clemẽtis & poſt mortẽ ipſius: ex quibus arguẽs pro & cõtra trib.rõnib⁹ cõcludit, quòd eius tempore ligauerint:& tribus alijs cõcludit contrarium,quod dicit æquum, definitionẽ Papæ reſeruans.*

la noſtra tranſmittimus: Vniuerſitati [a] veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus eas prompto affectu ſuſcipiatis, & ſtudio alacri [b], eis ſic [c] vobis manifeſtatis & cognitis, vſuri de cætero [d] in iudiciis & in ſcholis [e]. Data [f] Auinione † viij.Calend.Nouẽbris [g], Pontificatus [h] noſtri anno ſecundo.

TITVLVS I.

†Hoc inducit Zaberella ad qõnẽ, an videlicet in inſtrumẽtis apponi debeat loc⁹ in quo ſunt confecta:eũ videto.

d ¶*De cætero.*]Vr̃ per hanc litterã ꝙ hæ conſtitutiones non ligauerint tp̄e Clementis.Itẽ nec tp̄e Ioannis: niſi poſt hanc datam,& poſt duos menſes ab illa.& vide quod ſcripſi ſuper data 6.lib.Hunc paſſum (quem periculoſum eſt decidere) proſequendo,excludamus primo caſus indubios. Indubitatũ eſt autem,ꝙ cõſtitutiones quæ præceſſerunt conciliũ,de quibus dixi ſuper verba,ante,etiam tunc ligabant.Item indubitatũ eſt ꝙ ante mortẽ Clemẽtis ligabant.j̃.eo.tit.c.vnico.& j̃.de elect.ne Romani.de iureiu.Romani.de re iudic.paſtoralis.Conſtat enim ꝙ Papa Clemẽs ſolẽniter illas publicauerat,& ꝙ ſtatim ligarẽt, mãdauerat.Itẽ indubitatum eſt,ꝙ conſtitutiones declaratoriæ ligabãt:& hoc ſiue princeps in illis vtatur verbo,declarationis,vt j̃.de elec. qđ circa.& c.ſeq.ſiue nõ,vt j̃.ti.2.gratiæ.& j̃.ti.3.conſtitutionẽ.de offi.dele.iudices.de teſti.c.2.& decr.quæ ſunt ſub tit.de præb.& 3. & vlteriores ſub tit.de ap.& his ſimiles.Itẽ ſunt quædã quæ ſine pœnæ adiectione p̃cipiunt vetera iura ſeruari,vt j̃.de æta.& quali.c.1.de offi.ord.c.1.de cenſi.c.fi.& de reliqui.& vene.ſan.c.1.& de illis non expedit dubitare vel quærere.Idem dico de his quæ priuilegiant.j̃.de celebra.Miſ.dignũ. de bap.c.vnico.de priuileg.archiepo.& facit ad hoc de cõceſ.præb.c.1.poſt princ.lib.6.Hæc vera,niſi dicas aliud in priuilegio 1 ſimpliciter dato, & aliud in eo qđ dat cõſtitutio:quo caſu imitari debet naturã cõſtitutionis.facit de offi.deleg.ſi ſuper gratia.lib.6.in aliis ergo remanet dubiũ quod expedit examinari,& maxime in pœnalibus,quæ ſunt multæ,& in his quæ decretũ apponunt.de elec.c.4.& vlt.& ca.in pleriſque.vel quæ excludunt:de æta.& qual.vt hi q.de reg.vt profeſſores.Circa hoc ſciẽdum eſt,ꝙ cõſtitutiones cõcilij, licet nõ oẽs fuerint ĩ cõcilio publicatæ,tñ poſtea de facto fuerũt publicatæ:& ipſarũ habita copia,& iam habebatur,ꝙ ligarẽt:& q̃a patuit aliquas ex illis inepte,aliquas prolixe,aliquas defectiue compoſitas, aliquas etiã nõ expedire,noluit Clemens ꝙ cõpoſitio illa procederet:ſed(vt fertur)ſub excõicationis pœna mãdauit, ꝙ illas habẽtes infra certos dies reſtituerẽt cameræ,vel incẽderẽt,vel dilacerarent etiã eaſdẽ.Demũ ꝑ peritiores fecit illas recenſeri, q̃ aliquas & paucas in totũ reſeruauerunt,aliquas in totũ reſecarunt, aliquas mutauerunt quo ad verba,mẽte ſeruata:in aliq̃bus mẽti & verbis detraxerũt,& addiderunt:& has licet nõ ſub his verbis in cõcilio publicatæ fuiſſent,voluit ſub noĩe concilij reſeruari,& multas cõſtitutiones vtiles addẽs,de q̃bus nõ fuerat ĩ cõcilio tractatum,vt de reſcriptis oẽs,quæ ſunt poſt ſecundã.& de elec.oẽs poſt primã,cũ ſimilib.fecit illas vnà cũ quibuſdã cõſtitutionibus, quas prius ediderat ſub debitis titulis cõpilari.Et(vt à dño Attrebaten.audiui,q̃ tũc erat cõtradictarũ auditor)Clemens p̃cepit illas in audiẽtia publicari,& ipſe dñs auditor dixit,ꝙ inchoauit & finiuit ĩ audiẽtia publicationẽ illarũ.Memini tũc audiuiſſe, ꝙ Clemẽs mãdauerat,ꝙ ꝯſtitutiones p̃ter p̃dictas quatuor ligarẽt poſt quatuor mẽſes.Aliq̃ dicebãt,ꝙ ordinauerat eas ligare, poſtq̃ eſſent ꝑ ſtudia publicatæ.mortuo Clemẽte iſtarũ cõſtitutionũ haberi copia de cãcellaria nõ poterat,& ſic tenuerũt curiales,ꝙ vltra illas quatuor nõ ligarẽt.Creato aũt dño Ioãne,adhuc prĩo anno ſui Põtificatus & vltra viguit hoc dubiũ.Sed q̃a q̃buſdã petẽtibus ꝑ ipſum auditores dari in cauſis beneficialibus cũ clauſula, ſimpliciter & de plano,&c,interdum ſic rñdit,cõſtitutionẽ habetis: cœperunt dicere auditores palatij,ꝙ ipſe videbatur velle, ꝙ cõſtitutiones ligarent.Contrariũ videbatur:q̃a petiuerat & receperat conſtitutiones ipſas examinãdas,& corrigendas, & aliquas correxit & mutauit,vt j̃.ti.1.c.vnico.Finaliter deliberauerunt auditores illã habere pro cõſtitutione,de qua Papa ſic dixerat, reliquas priori dubio relinquẽdo.Ex his ergo cõcluditur pro & ꝯtra: ꝙ ligauerint,facit p̃dicta aſſertio dñi auditoris q̃ dicit ſe de mãdato Clementis publicationẽ in audientia finiuiſſe 2: & ſic fuit omnis actus legis cõdendæ perfectus.de quo.C.de legi.humanũ.

C*Vm rationis.*]Iſta cõſtitutio prohibet religioſis vnius profeſsionis,ne eligantur prælati in profeſsione alterius religionis.Et figura ſic caſum:Cum in ciuitate aliqua,puta ciuitate Pariſiẽſi, ſint religioſi diuerſæ ꝓfeſsionis , ſcilicet monachi nigri, & monachi albi, qui nuncupantur vulgariter monachi ſancti Ambroſij : Accidit quòd Abbas monachorum nigrorum ſenio fractus ſublatus eſt de medio : conuentus tendens ad electionem noui abbatis, camerarium ſancti Ambroſij ( qui erat alterius profeſsionis:quia monachus albus ) elegit in ſuum abbatem & prælatum : quæritur an bene fecerint? Reſpondet Papa in hac Clementina & dicit:Prohibemus ne religioſus aliquis eligatur in abbatem alterius religionis vel habitus,quàm ſuæ. Et reddit rationem , cum rationi non congruat,vt homines diſparis profeſsionis vel habitus ſocientur ſimul,id eſt,eiſdem monaſteriis:quod ſi ſecus, id eſt,aliter fuerit factum quàm iſta Clementina intelligat , eoipſo irritum ſit & inane.Et ſumus in verſiculo, *Per hoc autem.* Pater ſanctiſsime audiui qualiter prohibuiſtis ne religioſi vnius profeſsionis eligantur in abbatem alterius : Sed quæro à vobis quid ſi aliquod capitulum ſeculare vellet eligere vnũ monachum nigrum vel album in ſuum epiſcopum:quæritur an poſsit eligi in epm cuiuslibet eccleſiæ regularis vel ſecularis?Et vr̃ ꝙ non:cum idem monachus nõ ſit eiuſdem profeſsionis cũ capitulo:Ad hoc rñdet Papa in hæc verba:Per hoc autem nõ intendimus prohibere quin religioſus licite poſsit eligi in epiſcopũ cuiuslibet eccleſiæ hoc dicit.Not.quòd eſt idem in mulieribus religioſis:cum dicat,*Homines*:quod nomen comprehendit vtrumque ſexum : cum

declinetur

declinetur hic & hæc homo,cõis generis. Not.rationẽ de omnibus eſſe reddẽdã:de quo hic tractat Zenzelinus:ſed plene dixi de reſcrip.ſi qñ.Not.ꝙ ſufficit inducere rationem etiam non inducto aliquo textu vel glo.vel alia auctoritate alicuius doctoris:qđ not.hic Zẽzel.& probat principiũ hic in verbo,rationis,pro hoc de præb.ratio.nam etiã lex non eſt aliud quàm id quod ratione conſiſtit. 1. diſt conſuetudo. Zabarel.

tioni [a] non congruat, vt homines [b] diſparis profeſſionis vel habitus,ſimul in eiſdem monaſterijs [c] ſocientur [d] : Prohibemus,ne religioſus aliquis in abbatem, vel prælatum [e] alterius religionis [f] vel habitus [g] de cætero [h] eligatur [i]. Quod ſi ſecus actum extiterit,ſit eoipſo irritũ & inane [k] †. Per hoc autem, quin religioſus [l] in epiſcopum ſecularis [m], vel cuiuslibet [n] regularis eccleſiæ licite poſſit eligi, non intendimus prohibere.

¶*Prima glo.ſummat,& diuidit,& dicit quid corrigit,& ſoluit quæſtionẽ.*

a ¶*Cum rationi.*]Religioſus eligi non poteſt ad ꝓlaturã non eꝓalem alterius religionis vel habitus : Si contra fiat, eſt irritũ.Et primo ꝓhibitionis cauſam ponit: ſecundo prohibet : tertio decernit quarto ꝓteſtatur.partes patent.Prima pars corrigit cõem opinionem iure fulcitã & conſuetudine approbatam,quæ habebat, ꝙ profeſſus vnius religionis ĩ prælatũ alterius poſſet aſſumi.Et licet quidam diſtinguerent religionem maiorem à minori,ego putabam ꝙ ſatis eſſet eligẽdum eſſe profeſſum tria ſubſtantialia regulæ,vt maiori vel minori religioni præfici poſſet.quod etiam placebat Archid.16.q.1.qui vere.eo.tit.nullus.lib.6. per quam decretalẽ aperte hoc probatur ibi dum dicit, vel alterius. Probabam etiam hac ratione:quia ſi præfici poteſt religioſus eccleſiæ ſeculari propter curam,vt probatur 16.q.1.doctos.& c.ſeq.de ſtat.mon.ꝙ Dei.Fortius ergo regulari.licet minoris religionis,vt dicere ſoleo in decret.cum ad monaſterium.eod.tit.hic autem expediuntur ibi no. & 16.q.7.in nona.

† Barbatia pulcherrima examinat virtutem decreti. & tenet cõtra Cardi. illud afficere ignorantes etiã ante publicationẽ cõſtitutionis. ſolus Princeps tamen ignorantes ligare põt Compoſt.in cap.capitulum ſanctæ crucis reſcrip.& dixi Io. de Imol. in l. ex facto.ff đ vul gari ꝙ pupil. & principe confirmante ſtatuta inferiorũ per appoſitionem decreti nõ poſſunt inferiores illa declarare.Font.

¶*Glo.ſeq.ſoluit dubium reſpondens huic decretalis.Secundo querit: arguit pro:contrarium ſoluit,& ad ſimile remittit.*

b ¶*Homines.*]hic & hæc homo comprehendit etiam feminam: vnde etiam in monaſterio monialium quo ad ſuas prælaturas habet hoc locum:nec impedit verbũ,religioſus,quod ſequitur : qa femininum ſub illo maſculino comprehenditur.de hoc eo.tit.generali,lib.6.in glo.1.Sed dubitari poſſet an locũ haberet in monaſterio monialiũ 1 quæ per mares leguntur.18.q.2.qui religioſis.& in c.decima.Vr̃ ꝙ nõ:qa inter illos nõ eſt ſocietas,de qua ſequir̃, nec eſſe debet,vt in cap.in decima.Satis puto idem per verba generalia quæ ſequuntur,& ſimilis quæſtio not.eo.tit.indemnitatibus.§.ſane.in fi.magnæ glo.

¶*Glo.ſeq.quærit & ſoluit.*

c ¶*Monaſteriis.*]eccleſias ergo ſeculares non cõprehẽdit,vt ĩ.dicetur.Quid de eccleſia ſancti Ambroſij Mediolañ. vbi eſt duplex collegium,ſcilicet monachorum & regulariũ canonicorũ ? Dic ꝙ cum quodlibet collegiũ ſit ibi diuiſum:quia monachi per abbatem reguntur,& canonici per præpoſitum,locus erit huic conſtitutioni in illis prælatis aſſumendis.Ioan.And.

1 Vide ad hanc gloſſam quæ notat hic Ioannes de Imola.

¶*Gl ſe.alleg.duas concor.ponit prouiſionem & reſponſionẽ antiquã.*

d ¶*Socientur.*]habebatur hoc 16.q.7.in nona.& facit eo.tit. cum cauſam.ſed ſecundum ſtatum antiquum prouidebamus ad hoc: quia ſe conformabat prælatus habitui illorum,quibus præfectus erat.ſ.de vi.& hone.cler.Deus qui. vbi de hoc. Ad cap. in nona. reſpõdebamus illud in vera diſparitate,qualis eſt ſecularis clerici vel laici ad ꝓfeſſos.& circa hoc vide quod ſcripſi de teſta.Ioãnes.in 3.appoſitione.& quod not.eod.tit.officij.in glo.penulti.

2 Vide concilium Trident.ſeſſio 25 tit.de Regularibus & Monialib⁹, c.7.

¶*Glo.ſeq.ponit nomina,ſoluit dubium,& remittit.*

e ¶*Prælatum.*]puta Priorem,Magiſtrum,Miniſtrum,Cuſtodem, Præpoſitum,Archipresbyterum,vel quodcunq; ſit nomẽ. Et not. ꝙ licet ratio ſuperior ſit generalis etiam quo ad ſocios, tamẽ nõ prohibet eligi in ſocium & fratrem : quod intellige cum diſtinctione,an ſit minoris religionis,paris,vel minoris,vt not.de præben.cum ſingula.§.penult.lib.6.

f ¶*Religionis.*[ſ.dixit,profeſsionis.ex quo ergo diuerſa eſt religio,puta Ciſtercieñ. & Cartuſieñ. licet forſan idem profiteatur, vtraque cadit ſub prohibitione.

¶*Glo.ſeq.tractat de regularibus canonicis,licet diuerſi coloris.*

g ¶*Vel habitus.*]non dicit coloris,ꝓ quod vr̃ ꝙ omnes regulares canonici,ꝑ profitenť regulã Auguſtini,licet variẽt in colores,qa aliq habent colorẽ nigrũ,alij albũ,alij griſeũ,alij miſelũ, inuicem eligi poſſunt,quod vr̃, maxime : quia dr̃ ipſorum habitum eſſe lineam togam quam ſub cappa deportant.facit etiam ĩ.de ſtat.mone in agro.poſt prin.facit etiam qđ not.16.q.7.in nona.Itẽ in quibuſdam religionibus eſt videre, ꝙ eſt etiam duplex color : vñ videmus ꝙ Ciſtercienſes & griſeo & albo colore,prout placet,vtũtur:vbi vero color eſſet de habitu & ipſi⁹ ſubſtãtia, diuerſitas coloris induceret diuerſitatẽ habituũ.& facit ĩ.de rég.eos.qui.I. A.

h ¶*Decætero.*]electiones ergo prius factas non vitiat,etiam ſi ſuper illis conſtitutionis tempore lis pẽderet.facit qđ not. & dixi de poſtu.c.vnico.lib.6.

¶*Gloſſa ſequens primo ſoluit duo dubia,ſecundo querit,arguit pro, & ſoluit.*

¶Idem.

¶*Cætus Cardinalium ſede vacante iuriſdictionem Papalem non exercet, niſi inquantum permittit concilium Lugdun. nec illud, vel eius partem alterare poteſt. Ioan.And.*

NE CAP. II. RO-

i ¶*Eligatur.*]non prohibet poſtulari ex cauſa : ſed puto ꝙ à Papa. & ſimi.not.de elect. c. indẽnitatib⁹.poſt princip.lib. 6. Sed nunquid ꝑ viam prouiſionis talis ꝓfici poterit? Quod vr̃,cum iſta ſunt diuerſa. de præben. cum in illis.lib.6. & hæc conſtitutio ius vetus corrigit:in caſu ergo nõ expreſſo ſtetur iuri antiquo.C.de app.præcipimus.in fi. de teſta. ſancimus.& licet hoc poſſet defendi,contrarium tñ eſſe vr̃ 3 de mente conſtituentis per rationem hic expreſſam,quæ cõis eſt,& hoc ſaltem in eo qui prouidet ex iure ad ipſum deuoluto propter delictum vel negligentiã electoris.facit ĩ.de ſug.neg.præla.c.1.quod ibi dicam.

3 Idẽ Pau. quia ratio hu us c. adaptatur ad omnem modũ quo eccleſiis ꝓuidetur:& ratio legis extẽdit verba ad cauſam vbi eadẽ ratio reperitur:facit qđ dixi. ſupra. e.tit.ſi.poſtquam. libr. 1. Pet. adde Barbat. tractantem de extenſione pœnali.

k ¶*Inane.*]confirmatio ergo ſecuta nihil operatur,concor.quod not.ſ.eod.quàm ſit.lib.6.in fi.vlt.glo.

l ¶*Religioſus.*]etiam nouitius.ſ.eod.tit.nullus.lib.6.& vide quòd ibi not.in vlti.glo.etiam ſi ſit mendicans:ſaluo quod habes eod. tit.quorundam.lib.6.ĩ.de regula.vt profeſſores.

¶*Glo.ſeq.ponit opinionem quam reprobat de ſecularibus collegiatis: arguit pro & contra,& declarationem expoſuit.*

n ¶*Secularis.*]dicũt quidã ꝙ ex quo religioſus permittitur eligi in epm eccleſiæ ſecularis 4,in prælatũ alterius ſecularis eccleſiæ non poterit eligi:ſed hoc non credo per prædictum verbum,ſcilicet in eiſdem monaſterijs:& cum id non ſit expreſſe mutatum,in ſuo ſtatu perſiſtant antiqua iura quæ id permittũt.51.diſt. priſcis. 58.diſt.c.1.16.q.1.doctos.cum multis cap.ſeq.de ſta.mo.ꝙ Dei. Incidenter ergo dictum eſt hic de ſeculari,cum principaliter de regulari intenderet proteſtari,vt ſequitur:& ſatis placet hoc in ſecularibus eccleſijs nõ collegiatis.Sed de collegiatis maius eſt dubium:ſed ꝙ & in illis poſsit,facit qđ not.Ber.ſ.ſta.mona.c.2. in 3. glo.& c.quòd Dei timorem.& not.Ioan.63.diſt.c.2.74.diſt.c. quorundam.16.q.7.in nona.In contrarium facit quod not. Hoſti. in prædicta decr.ꝙ Dei.vbi tenet monachum non poſſe habere præpoſituram vel decanatum eccleſiæ ſecularis, niſi ex diſpẽſatione hoc fiat ob neceſsitatem curæ animarum.Item hic ſola diſparitas habitus impedit:fortius impedire debet diſparitas habitus & ꝓfeſsionis,vt in caſu iſto:ſcilicet cũ religioſus præficitur collegio ſecularium clericorũ,& hoc maxime in ſimul viuentibus,in quibus plus arctat principiũ decre.& qui quãdoque ſunguntur priuilegijs religioſorum.de vi.& ho.cler.quoniam.& not.16.q.1. decimas.Egeret hoc declaratione:ſed vt prædixi verbum,in eiſdem monaſterijs,multũ facit,quod poſsit hodie ſicut olim : niſi dicas ꝙ verbum,monaſterijs,ponatur pro eccleſijs.ſic. 16. q. 7. nemini. Poſſet etiam dici,ꝙ clerici ſeculares nõ habent certũ habitũ:cũ nõ ſit expreſſum in iure de colore vel forma,per quæ vel quorum alterum oportet habitũ diſcerni,vt prædixi.& licet fatear certas formas,& colores eis eſſe prohibitos.ĩ.de vi.& ho.cle.quoniam. ſ.eod.tit.clerici,non ex hoc ſequitur certum habitum eſſe præfixum:large tñ dicimus habitum clericalem conuenientem & nõ prohibitum clericis,ſicut & laicalem conuenientẽ laicis. de ſen. excom.ſi iudex.lib.6.

4 Quomodo tunc viuet,vide gl. cap de monachis.16.q.1.& pleniſsime B.Thomam & Caietanum 2.2.q.187.art. 8.

n ¶*Cuiuslibet.*]quaſi diceret etiam ſi ſit alterius religionis vel habitus.Ioan.And.

Diuiſio.

NE *Romani.*]Diuiditur in ſex partes;Quia primo ponit de poteſtate Cardinalium ſede vacante:ſecundo de officio Camerarij vel pænitentiarij:ibi,*Eo tamẽ*:Tertio determinat quid cõprehendatur appellatione diœceſis, & quid ſi Papa moritur extra curiam:ibi,*Sane.*Quarto.determinat quid ſi cõtingat omnes Cardinales exire conclaue:ibi,*Porro.*Quinto de exceptione cenſuræ non opponendæ contra Cardinales eligentes Romanum Pontificem:ibi,*Cæterum.*Sexto arctat venire debentes exiſtentes extra curiam vt veniant,licet intellexerint ſedem vacare : ibi, *Verum* Ioannes de Imola.

Additio domini Heliæ præmittens caſum.

¶Iſtud cap.determinat ſeu ſupplet cõcilium Lugduñ.in cap. vbi periculum.lib.6.eod.tit.In illo cap.iſta dicũtur:Si Papa moriatur, Cardinales præſentes debent expectare abſentes per decẽ dies, vt ipſi cõgregati in vnum tractent de electione noui Romani Põtificis:qui quidem Cardinales intrabunt quoddã conclaue,id eſt quendã locum ſecretum,qđ conclaue erit planũ,& nulla erũt in illo cõclaui intermedia,ſeu nullæ erũt partes ĩ medio:& iſti Cardinales

dinales ſemel incluſi in conclaui,non poterũt exire,& nullus cũ eis poterit loqui.Et per vnam feneſtram bene arctam & ſtrictam miniſtrabitur Cardinalibus potus & cibus:Et ſi īfra tres dies nõ eligant Papam,ipſi non habebunt per quinque dies niſi vnũ ferculum,id eſt,non comedent niſi de vno epulo:Et ſi in illis quinque diebus adhuc non eligant, ipſi non habebunt niſi panem, vinũ, & aquam, & non recipient ſuas diſtributiones de camera:immo ſi aliquas recipient ibi tenebuntur illas reſtituere.Et debẽt eſſe ita intenti ad electionem dicti dñi Papæ,quòd non debent ſe interponere de aliquo alio negotio quouſq; electionẽ ſuã

mani [a] electioni Pontificis indeterminata [b] opinionum diuerſitas aliquod poſſit obſtaculum vel dilationem [c] afferre: Nos inter cætera [d] præcipue attendentes, quòd lex ſuperioris per inferiorem [e] tolli [f] non poteſt [g]:opinionem aſtruere(ſicut accepimus) ſatagentem, quod conſtitutio fœlicis recordationis Gregorij Papæ decimi prędeceſſoris noſtri, circa electionem præfactam edita in concilio Lugdunen. [h] per cœtum [i] Cardinalium [k] Romanę Eccleſiæ (ipſa vacante) modificari [l] poſſit †, corrigi vel immutari, aut quicquam ei detrahi, ſiue

fecerint.Item ſi quis Cardinalium non intrauerit conclaue,vel ſi intrauerit tñ exijt:alij exiſtentes nihilominus procedãt in dicta electione,& illium exeuntem non admittent,id eſt,illum amplius non recipient,niſi exierit propter infirmitatem:quia poſt infirmitatem recipietur,ſi inter pendente negotio electionis. Itẽm expectari per decem dies, ſi ipſæ veniãt ipſi admittentur.Item illud cap.vbi periculum.dicit ꝙ aliquotiens Papa moritur alibi quàm Romæ,quid erit ſi moriatur alibi.Ibi dicit ꝙ ſi Papa obierit extra ciuitatem Romanam,ꝙ Cardinales debent illum eligere in ciuitate illius territorij, ĩ quo obijt.Et dicit ꝙ rectores illius ciuitatis ita cito quàm ſcient mortem Papæ, ꝙ ipſi debent compellere Cardinales,vt ipſi eligant Papam,& ſi ipſi non faciant (dicit Papa)ipſi rectores erunt infames,& priuabuntur officijs ſuis. Et dicit concilium ꝙ feudis,ſi feuda habeant.Item dicit ꝙ Cardinales debent eligere Papam libere, & ſine conuentione vel pactione aliqua.Et ſi aliquod iuramẽtũ ipſi Cardinales alicui præſtitiſſent de aliquo eligendo,dicit Papa ꝙ tale iuramentum non valet.Itẽ dicit ꝙ tota eccleſia debet orare ſup̱ prouiſione electionis noui Pontificis.

Caſus litteralis domini Heliæ.

¶His ſuppoſitis accedo ad Clementiam, quæ aliquotiens aliquid ſupplet ad dictum capitulum:aliquotiens cõfirmat & terminat:ea quæ deciduntur in dicto cap.vbi periculum, iam determinato. ¶Figura caſum:Pater ſancte, Deus vos conſeruet à mala peſte, q̃a vidi ſi aliquos caſu eſſetis ſublatus de medio, id eſt ſi eſſetis mortuus,quomodo vos docetis me qualiter deberẽt eligere,ſi ius haberem eligendi Romanum Pontificem?Sed quæro vobis,an nullæ ſint aliæ ſolemnitates ad eligendum Romanũ Pontificem præter iſtas poſitas in dicto capitulo, vbi periculum. & ſi ego obſeruarem dictum capitulum,vt iacet ad pedem litteræ,ad mea electio eſſet valida?Et reſpondet Papa,ꝙ ſic: dummodo adiungam ea quæ ſunt in iſto capitulo, ſeu in iſto Clementina:in cuius principio dicitur,ꝙ olim erãt diuerſæ opiniones an cap.vbi periculum.poſſet modificari.corrigi,vel immutari,vel aliquid ei detrahi,vel addi per cœtum Cardinalium:Summus Pontifex conſiderans, ꝙ lex ſuperioris non debet tolli per legẽ inferioris,reprobat opinionem ſatagentem,id eſt,dicentem & procurantem,ꝙ conſtitutio edita in cõcilio Lugduñ.in c.vbi periculũ. (Eccleſia vacante)poteſt corrigi,immutari,aut quicquam, id eſt, aliqui poteſt ab ea detrahi.Et dicit ꝙ nõ vult ꝙ Cardinales ſede vacãte aliam iuriſdictionẽ habeant,præter iuriſdictionem eis cõceſſam in dicto concilio,vbi periculum.

Caſus.§.Eo tamen.

¶Hoc tñ plus habent:q̃a ſi contingat ꝙ Camerarius moriatur pendẽte tempore,quo Papa eſt mortuus:vel maior,vel aliqui ex pænitentiarijs,Papa Clemẽs vult,ꝙ cœtus & cõgregatio Cardinalium tales perſonas eligãt: quia Papa intendit ꝙ per obitũ ſuũ talia officia vacent. Et maxime,id eſt,præcipue vult vt pænitentiarij eligantur,cum ſint ipſi populo per quàm neceſſarij:quia ipſe Clemens vult,ſi pænitẽtiarij moriantur,non obſtante ꝙ ſint impediti in electione Romani Pontificis, tñ vult ꝙ eligantur noui,& ꝙ in locum pænitentiariorum mortuorum Cardinales ſubrogent nouos:

Caſus.§.Sane.

¶Item quia cõcilium dicit in c.vbi periculum.ꝙ ſi contingat Papam mori extra ciuitatem Romanam,ꝙ Papa eſt eligendus in ciuitate illius territorij,in quo mortuus eſt:Sed ſupplico,declaretis mihi quid vos intelligatis p̱ territorium,& dicatis quid continet?Rñdet Papa, ꝙ nomine territorij tota diœceſis intelligitur,& intelligatis ꝙ ſi audientia cauſarum & litterarum Apoſtolicarum ſit in vno loco, & ꝙ contingat Papã mori in alio loco,ꝙ Papa non eſt eligendus in loco in quo morit̃,ſed in quo remanſit curia ſua.Et niſi forſan Papa antequã moreretur determinaſſet audientiam cauſarũ alibi profecturam,quo caſu conſtitutio concilij Lugduñ.obſeruare tur.

Caſus.§.Porro.

¶Sed pone,accidit ꝙ Cardinalas exiſtentes in conclaui non fecerunt electionem,immo omnes ſimul exierunt conclaue, vel ſucceſsiue exierunt,quæritur q̃d iuris,an p̱p̱ hoc electio nõ ſit facienda?Rñdet Papa,ꝙ rectores ciuitatis ad quos executio prædictæ cõſtitutionis,vbi periculũ pertinet,conſtringens ipſos Cardinales ad iterum intrandum cónclaue:aliàs ſi non faciant,incurrunt pœnas contentas in dicta conſtitutione,vbi periculum.Sed quæreret aliquis:qñ Cardinales reintrabunt conclaue deputatũ, incipient ne ipſi de nouo procedere in electione, ac ſi nunquam intraſſent?Rñdet Papa non:ſed incipient in ſtatu in quo erãt qñ exierunt cõclaue.

Caſus §. Cæteru

¶Itẽ quæro,pone ꝙ ſũt multi Cardinales excõicati,eruntne ipſi repellendi ab electione, cũ ſint incapaces.Rñdet Papa, ꝙ tales non poterunt repelli aliqua exceptione,vt vitentur ſeu euitentur diſſenſiones vel diuiſiones ſeu ſchiſmata:quia ſi poſſent repelli exceptione excõicationis, ipſi Cardinales fortaſſe negarent ſe excõicatos,& eſſet longum expectare probationes aliorum, & nimis prolongaretur vel differretur electio, qđ eſſe nõ debet.

† Fallit iſtud ſecundum Barbat.in aliis, quæ ſede vacante habẽt iuriſdictionẽ:ſed ratio iſtius tex. eſt periculũ vacationis ſedis Papalis.Fonta.

¶Sed 1 quæro,durãte tẽpore electionis ſunt aliqui in prouincijs,qui fuerunt electi aliquibus dignitatibus; qđ facient ipſi,quomodo ipſis prouidebitur de cõfirmatione ſuæ electionis, an teneantur venire ad ciuitatem Romanam, ac ſi Papa non eſſet mortuus?Rñdet ꝙ tenentur venire vel mittere,ac ſi curia Romana nõ vacaret.hoc dicit totum iſtud cap.cuius ordo facilis eſt.Not.ꝙ opiniones doctorum variæ præbent obſtaculum & dilationem expeditioni alicuius negotij:Nam in tali varietate alteram ſequi,non eſt temerarium,vt notatur in d.c.ne innitaris. s̃.de conſtit.Et ſecundum Pau.ſine reprehẽſione poteſt vnus adhærere vni,& alter alteri:quia opinionibus eſt deferendum.s̃.de reſti.ſpo.Et per hoc dicendum eſt,ꝙ ſi iudex in iudicando ſequitur vnam opinionem de pluribus,non facit litem ſuam,quod dic vt no.Bar.in l.cum prolatis.ff.de re iudi.Vide hic plenius per Pet. de Anch.Not.ꝙ opinio nõ conſonans veritati eſt reiiciẽda.Zaba.

1 Caſus. §. Verum.

¶*Prima gloſſa ponens caſum ſimul ſummat,& diuidit:& dicit quid ſupplendo determinat:& quid prima pars approbat vel reprobet.*

a ¶*Ne Romani.*]Caſus Cœtus Cardinalium ſede vacante iuriſdictionem Papalem non exercet,niſi inquantum permittit cõciliũ Lugduñ.nec illud vel eius partem alterare poteſt. Secundo dicit, quod officium Camerarij, vel Pænitentiariorum Papæ durat eo mortuo,q̃ ſi deficiunt,poterit cœtus pro tẽpore vacationis alios ſubrogare.Tertio determinans diœceſim intelligi id quod in cõcilio dicit de territorio & diſtrictu,ſtatuit moriẽte Papa extra curiam, ipſis electionem fieri debere in loco,vbi erat cauſarum & litterarum audientia,licet ſuſpenſa:niſi prius ordinatum eſſet de curia transferenda.Quarto prouidet caſui,quo cõtingeret Cardinales omnes exire cõclaue.Quinto ſtatuit per exceptionẽ excõmunicationis,ſuſpenſionis, vel interdicti ab electione nõ repelli.Vltimo electos & alios,qui mittere vel ire tenentur ad curiam aſtringit ad id ſede vacãte.Et principaliter determinat & ſupplet decre.vbi periculum. s̃. co. Quas autem opiniones approbet vel reprobet,dicam per partes.Et prima pars determinat qđ not.79. diſt.nullus 2.& corrigit quod not.Hoſt.de pæni.& remiſ. cum ex eo.cuius opinionem & rationes ſcripſi,de ſchiſma.cap.vnico.lib. 6.& approbat quod ibi not.& quod tenet Archi.in decre. prædicta,vbi periculum.§.cæterum.in fi.quod ſpecialius contingit hũc caſum.Car.etiam ſequebatur Hoſti.eo.titu.cupiens.§.ꝙ ſi.vt etiã dicam j̃.§.fi.

2 Placuit doctoribus & nota, quòd inferior nõ ſemp̱ (gratia exempli) epiſcopus recipit poteſtatẽ à ſuperiore, ſcilicet archiepiſcopo.c. paſtoralis.in princip. de off. ord.

b ¶*Indeterminata.*]habes igitur exemplum opportunæ determinationis,de quo loquitur procemium harum conſtitutionum.

c ¶*Dilationem.*]ſumme periculoſã,vt in ea.conſti.in prin.Io.An.

d ¶*Cætera.*]quæ patere poſſunt ex glo.prædictis.ſupra.

e ¶*Inferiorem.*]21.diſt.inferior.s̃.de maio.& obe.cum inferior.C. de leg.fin.& hoc maxime cum ille inferior ab illo ſuperiore recipit poteſtatem 2, vt in caſu noſtro cœtus Cardinalium à Papa: per quod idem vr̃ de concil.s̃.eod.tit.ſignificaſti.9.q.3.cuncta.

f ¶*Tolli.*]iuuari poſſet per pœnæ adiectionem 3. de hoc dixi de offi.archipresbyte.cap.fi.

g ¶*Non poteſt.*]hoc etiam fatebatur Hoſti.s̃.eod. licet. dicens ꝙ Cardinales illi conſtitutioni expreſſe renuntiare non poterant per hanc rationem:tacite ſic,vt j̃.dicam.

h ¶*Lugdunenſi.*]s̃.eod.vbi periculum.lib.6.

¶*Glo.ſeq.ponit alia duo nomina,& remittit.*

3 Sequuntur doct.facit c. vt animarum Periculis. de conſtit. lib. 6.gl.1.cle.vt hi. quis de æta de qualit.Barba. Fonta.

i ¶*Cœtum.*]Collegium vocatur de ſchiſma.c.vnico.lib.6.quæ ſatis reſonant in idem, vt patet 15.diſt.canones. in fi.alibi dr̃ gremium.23.diſt.nomine Dñi.ante medium. Quomodo vero Cardinales habẽt ius collegij vel capituli.nec cẽſentur iure ſingulorũ ĩ diuerſis titulis locatorũ,ſatis tractauit Hoſ.d̃ Iudæ.ad liberãdã.

k ¶*Cardinalium.*]vnde ſic dicantur,not.s̃.de offi. archipresby. c. 2.in 1.glo.Ioan.And.

l ¶*Modificari.*]diminutionẽ continet.de verbo.ſigni.c.fi.& multa ve,

ta verba hic ponit, ſeptem ſcilicet, vt omnem modum per quem conſtitutio tangi poſſet, includat. Ioan. And.

a ¶*Diſpenſari.*] hoc addit: quia ſtante conſtitutione maioris, minor quandoque contra illam diſpenſat. de ætate & qualita. cap. vnico. lib. 6. cum ſimilibus.

b ¶*Partem.*] quid iuris ſit de toto, & c. ff. de rei ven. quæ de tota. & ṡ. de dona. inter virum & vxo. nuper.

¶*Glo. ſeq. reſpondet ad rationem Hoſt. quem excuſat, & hanc deſinitionem coadiuuat.*

c ¶*Non conſonam.*] qđ ergo dicebat Hoſtiėſis quòd alia collegia hoc habent, ergo & collegium Cardinalium? Reſpondetur illis permiſſum, huic expreſſe prohibitum, & ſi per antiqua iura cõceſſum prius erat, per iſtam poſteriorem cõſtitutionem eſt correctum. de conſtitu. cap. 1. lib. 6. Et ſic breuiter rñdetur ad quam plures ex rationib9 Hoſtienſis, qui tñ excuſabilis eſt quia non vidit decret. vbi periculum. Ad id quod dr̄, nõ eſſe veriſimile, filium Dei voluiſſe mortuo Papa gregem fideliũ eſſe ſine paſtore, vel Eccleſiã ſine ſponſo: Rñdetur ꝙ ſpõſus, rector & paſtor & Chriſtus, & caput 1 Eccleſiæ, quæ eſt ipſius corpus. Primum patet. 76. diſt. ieiunium 2. in fine. Secundum 96. diſt. cap. 1. circa medium. Tertium de ſacra vnctio. cap. 1. verſi. ſed vbi. 3. q. 4. cap. fin. Licet ergo deficiat vicarius non deficit principalis, qui vicariatus ſolum Petro & ſucceſſoribus Apoſtolicis datus fuit Abſurditas autem huius opinionis apparet: quia ſecundum eam non eſſet neceſſariũ Papam eligi 2, ex quo cœtus Cardinalium Chriſti vicarium haberet. Itė nec eſſet hoc expediens, quod cuique patet. & facit de conceſ. præben. quia diuerſitatem. in prin. & in deciſa.

† Notat Barbat. ꝙ Papa poteſt facere conſtitutionem ſuper electione ſucceſſoris, nõ ſic epſ: quia poſt obitum non erit iudex, ergo non valet quod agit. l. cum qui. §. fi. ff. de iur. om. in Fonta.

1 Vide Turrecrematã in ſumma de eccleſia li. 1. cap. 44. & ſeq.

2 Quod eſt falſum, vnde infert. Barbat. ꝙ auctoritas Chriſti nõ tranſit ad concilium ſede vacante, vide glo. c quod. vnque ligaueris. 24. q. 1. Font.

addi, vel diſpenſari [a] quomodolibet circa ipſam ſeu aliquam eius partem [b], aut eidem etiam renuntiari per eum, tamquam veritati non conſonam [c] de fratrum noſtrorum cõſilio reprobamus [d] †: irritum nihilominus & inane decernentes, quicquid poteſtatis [e] aut iuriſdictionis ad Romanum, dum viuit, Pontificė pertinẽtis [f] (niſi quatenus in conſtitutione prædicta permittitur) [g] cœtus ipſe duxerit (eadem vacante Eccleſia) exercendum.

¶ *Officium Camerarij, vel Pœnitentiariorum Papæ durat eo mortuo, qui ſi deſiciant poterit cœtus Cardinalium pro tempore vacationis alios ſubrogare. Ioan. And.*

¶Eo tamen prouiſo, quòd ſi eiuſdė Eccleſiæ Camerarium [h], aut maiorem [i], vel aliquos alios ex pœnitentiarijs (quorum [k] officium per obitum eiuſdė Pon-

¶*Glo. ſeq. quærit, negatiue ſoluit.*

d ¶*Reprobamus.* Sed nunquid per hoc reprobatur opinio Goffre. Hoſtienſ. & Cõpoſt. & Guliel. quæ habet. Cardinales tollere poſſe, quod de numero duarum partium ſtatuit concilium Lateraṅ. ṡ. eod. tit. licet. ſcilicet ordinando ꝙ nominatus à pluribus in ſcrutinio ſit Papa, vt ibi ſcripſit? Dic ꝙ non: quia illud concilium illam opinionem approbat cũ dicit, niſi maior interuenerit cõcordia. ex quo ergo concordant nominatum vel nominandum à pluribus eſſe Papam; videtur ille nominatus ab omnibus, & facit ꝙ not. ṡ. eod. tit. ſi cui. lib. 6. in glo. nota.

¶*Glo. ſeq. dicit opi. Hug. reprobatam, & rationem eius tolli per inſtantiam.*

e ¶*Poteſtatis.*] reprobatur ergo quod notat Hug. 79. diſtin. nullus 1. cuius dictum recitat Hoſtien. ṡ. eod. licet. qui dixerat Cardinales poſſe tunc creare Cardinalem: cum poſſint tunc creare Papam, quod plus eſt: ſed videmus quod capitulum creat epm, nec tamen confert beneficia ad illius ſolius collationem ſpectantia, ne ſede vacante. cap. vnico, lib. 6.

f ¶*Pertinentis.*] ſi ergo aliquid diuiſim ad collegiũ pertinet, qđ forte prior ipſorum expedit, vt eſt moris, hoc non impedit. facit prædic. decre. vnica. & de reſcrip. edoceri.

g ¶*Permittitur.*] in §. idem quoque.

h ¶*Camerarium.*] ad quem ſpectat temporalia pauperibus erogare, vt not. Io. 8. q. 1. c. 1. hodie autem magnum eſt officium: & iuriſdictionem exercet circa omnes debentes Cameræ: & auditorem habet etiam ad hoc, quem puto ꝙ habere poſſit ſede vacãte, per hanc litteram, prouiſione tñ pendente Cardinales nil ab ipſo recipient, vt in prædicta decre. vbi. §. prouiſionis.

i ¶*Maiorem.*] ex pœnitentiarijs 3, qđ ſequitur, & eſt ſenſus ꝙ officium pœnitentiarij maioris, qui ſolet eſſe Cardinalis, vel aliorũ minorum, non expirat. Tempore tñ incluſionis maior pœnitentiarius, ſi eſt Cardinalis, per ſe non poteſt vti officio: ſi tamen nollet in clauſula manere etiam perſonaliter vtetur officio, vt fecit dominus Tuſculanus.

3 Vide Ludouicũ Gomes in prooemio regularum Cancellanæ de officio ſacræ pœnitẽtianæ.

k ¶*Quorum.*] interpoſitio.

¶*Glo. ſeq. dicit quid approbat, duas lecturas ponens.*

l ¶*Expirare.*] hoc de pœnitentiarijs, tenebat Hoſt. de ſen. excom. ꝙ de his. in fi. vbi determinat quod not. in Specula. tit. 3. § 1. vbi defendit Gul. ꝙ Camerarius Mareſchallus, & auditor cameræ habent ordinariam. quod ſi verũ eſſet de iure cõmuni duraret illorum officium mortuo Papa de offic. leg. c. 2. lib. 6. ſed hic de mareſchallo nil dr̄. & vide ꝙ dixi ṡ. ead. compil. tit. 1. audito. in 1. gloſ. Secundum quod dicimus iſtos habere delegatam, ſpeciale hic inducit, quod durat delegata poſt mortem delegantis, ſicut & ſupra de hære. in fidei. lib. 6.

Camerarius Papæ & Mareſchallus an habeant ordinariam vel delegatam.

tificis nolumus expirare [l] (per mortem, vel aliàs deficere quouis modo [m] contingat: valeat idem cœtus [n] ad tempus vacationis huiuſmodi, pro numero deficientium [o], vel ampliori etiam, quantum [p] ad pœnitentiarios (ſi hoc [q] eidem cœtui concorditer [r] expedire videbitur) alios ſubrogare.

¶ *Determinans diœceſim intelligi id quod in concilio dicitur de territorio & diſtrictu, ſtatuit moriente Papa extra curiam, ipſius electionem fieri debere in loco, vbi erat cauſarum & litterarum audientia, licet ſuſpenſa: niſi prius ordinatum eſſet de curia transferenda. Ioan. And.*

¶Sane cum iuxta conſtitutionem [s] prædictam Papa extra ciuitatem, in qua cũ ſua erat curia, moriente [t], in ciuitate in cuius diſtrictu ſeu territorio moritur, ſit regulariter [u] ſucceſſoris electio celebrãda: diſtrictus, ſeu territorij nomine, diœceſim [x]

m ¶*Quouiſmodo* 4.] puta qa incidit in furorė, vel infirmitatem, quæ impedit executionė officij. idem puto ſi recederes, vel nollet officiũ exercere.

4 De hoc verbo vide Decium in c. ſedes. extra de reſcrip.

n ¶*Cœtus.*] poteſt ſuppleri vel pars maior: qa quod maior, & c. 6. di. Apoſtolica. de electio. cum inter canonicos. ī prin. ff. ad munici. l. qđ maior. & hoc verũ vbi ſolum pro numero deficientium ſubrogant. vbi vero pro amplior: neceſſaria ſit plena concordia 5. & ſic intelligo quod ſequitur.

5 Vide Abbatem in c. non poteſt extra de re iud.

o ¶*Deficientium.*] tolle quod eſt j. alios ſubrogare.

p ¶*Quantum ad pœnitentiarios.*] ſecus ergo quo ad Cameraiũ.

¶*Glo. ſeq. quærit, & ſoluit.*

q ¶*Si hoc.*] videlicet quòd pro ampliori numero ſubrogėtur pœnitentiarij. Sed nũquid nullo deficiėte poterit cœtus pro ampliori numero concorditer pœnitentiarios ſubrogare? De verbis vr̄ ꝙ non, cum conſtitutio ſit prohibitoria præter caſus præmiſſos. & iſtud non videtur permiſſum, niſi cum aliquis deficit. Ioan. And.

r ¶*Concorditer.*] idem in decre. vbi periculum. §. nulli. & §. idem quoque. vnus 6 ergo ſolus hoc impedire poterit, facit quod not. ṡ. eod. tit. quia propter. ver. vel ſaltem.

6 Vide Alexandrũ con ſi. 12. in 1. volu.

ſ ¶*Conſtitutionem prædictam.*] in §. porro.

¶*Glo. ſeq. ſoluit dubium, & reſpondet contrario.*

t ¶*Moriente.*] vel cedente, quod eſſe poteſt, vt de renun. c. 1. lib. 6. Nam tunc quo ad ſedem cenſetur mortuus 7. 7. q. 1. §. ecce. in quibus. & cum hic ſit eadem ratio & fauor prouiſionis Eccleſiæ, & ceſſet ambitio, ceſſat etiam contrarium de decre. ſuſceptum. de reſcrip. lib. 6.

7 Mors enĩ ciuilis æqui paratur naturali, vbi operatur eũ dė effectũ, de quo vide Abbatė in c. niſi. de proba. & Alexandrum conſil. 1. in 5. volum.

v ¶*Regulariter.*] hoc dicit propter caſus interdicti & rebellionis ibidem exceptos. Ioan. And.

¶*Glo. ſeq. fortificat textum per ſimile, & per rationem. Secũdo obijcit, & reſpondet.*

x ¶*Diœceſim.*] iuſtum fuit hic plus ponderari diœceſim, quàm diſtrictum, ſicut & in caſu, de reſcrip. ſtatutum. lib. 6. maximė quia ſtante diœceſi, diſtrictus facile variantur, qñque per cõceſsiones imperiales, quãdoque per occupationes principum, vel ciuitatũ. ad tales autem mutabilitates eccleſiarum ſtatus non mutatur. 10. diſt. cap. 1. 101. diſt. c. 1. & de relig. domi. c. 1. Si ergo Papa moritur apud Bazanum vel Nouantulam, quæ loca ſunt diſtrictus Bonoñ. quia tamen loca ipſa ſunt diœceſis Mutineñ. in ciuitate Mutineñ. conuenire debent Cardinales, & ibidem includi. Sed cũm locus ille non diſtringatur per ciuitatem Mutineñ. quomodo regens ciuitatem Mutineñ. illos includet. quare melius videbatur accipere proprie territorium vel diſtrictum. Sed forte põderauit auctor ꝙ multa ſunt loca 8, quæ non diſtringũtur per ciuitates aliquas, ſed per ſingularia dominia, qui dñi etiam ciuitatibus non reſpõdent. Illi ergo nõ ſunt de diſtrictu ciuitatis, ſunt tamė de diœceſi. Ad primum dico quòd Cardinales ſe debent offerre, & ſperandum eſt quòd hoc facient: quia non facile continget quin aliqui ſe offerant, quo alij ſequentur nolentes perdere vocem ſuam, vt de facto videmus. Poſſet etiam eſſe locus remiſsioni, de qua j. de re iudic. paſtoralis, circa medium.

8 Talia loca non ſunt de diſtrictũ ciuitatis ſecundum hanc glo. quam not. & ad de qđ. not. Io. And. ſupra de iureiurand. nimis & dixi in c. ſtatutum. §. cum vero. de reſcrip. & in c. ſi pro pter. e. tit. c. 1. ver. ad idė quæritur. li. 6. Pet.

a ¶*Hoc*

a ¶*Hoc caſu.*]Alijs ergo caſibus ſumitur vt habetur.ff.de verbo. ſig.pupillus.§.territorium.tñ & alibi territoriũ ponitur pro diœceſi.26.q.2.ſi quis eporum.cui concor.de conſti.c.2.lib.6. Quādoque etiam parochia ponitur pro diœceſi.12.q.2.bonæ rei. de dona. Apoſtolicæ.in prin.quandoque ponitur pro regione.9.q.2. epiſcoporum.

b ¶*Alibi.*] id eſt in loco alterius diœceſis.

c ¶*Non ibi.*]vt morit.

¶*Gl.ſeq.dat duo ſimilia.*

d ¶*Vacare.*]licet vacet inſpicimus primum ſtatum, ita mulier vidua vacans denominatur à dignitate prioris mariti,donec alteri nupſerit.concord.in decr. de fo.competen.ex parte.in fin. vlti. glo. Ponderamus igitur hic habitum ſine actu. ſic s̃. ead.compil.de ſum.trinit.c.1.in fin.

e ¶*Ordinatũ.*] Ad idē de præben. ſi Apoſtolica.in fin.lib.6.

f ¶*Transferenda.*] ad aliam diœceſim, aliàs idem quod s̃.

g ¶*Prouiſio.*]ſcilicet ꝙ fiat electio in loco vbi Papa moritur,vt in dicto §.porro.

h ¶*Porro.*] prouidet caſui non determinato per c. vbi periculum: Nam licet ibi in §.ſane prouiderit q̃d iuris cũ aliqui ex Cardinalibus exeunt cōclaue, improuiſum erat quid iuris, quando omnes exeũt. & caſus iſte poſt mortē Clemētis fuit de facto.

i ¶*Omnes.*]bene dicit: quia ſi aliqui vel aliq̃s remaneret, in illos vel illum reſideret ius eligendi,vt colligitur ex prædicta decret.§.ſane. & facit quod not.ď poſtul. prælat. gratum. cũ ſuis concor. 1 Vbi vero omnes mortui eſsēt quid iuris: ſcripſi poſt Hoſt.s̃.eod.licet.

k ¶*Hi ad quos.*]de q̃bus habetur ĩ §.ꝑterea.

† Notat Per. de Anchara.quòd ſi prima executio non eſt ſortita effectũ iterum inchoatur.alle.Bar. in l. ſi. fideiuſſor.§.me minisse. ff. de lega.1.

1 Capitulo igitur aggregato,nō dicitur diſſolui collegium per receſſum etiã maioris par tis: qu a in ſolo remanente dicitur ius collegij remanere: ſed antequam congregentur,niſi duæ partes accedant,nō fingitur capitulum conueniſſe in loco 1 e .de Ancha.

hoc caſu[a] intelligendā fore cenſemus.Eo tamē adiecto, ꝙ ſi in certo loco cauſarũ & litterarũ Apoſtolicarum audientia remanente,Papam alibi[b] mori cōtingat,nō[c] ibi,ſed vbi prædicta fuerit audientia,memorata electio celebretur:etiam ſi eadē audientia tempore mortis huius vacare[d] noſcatur: niſi forſan ante mortem eādem ordinatum[e] eſſet per Papam de curia transferenda[f]:quo caſu ſeruetur prouiſio[g] conſtitutionis prædictæ.

¶*Prouidet caſui,quo contingeret Cardinales omnes exire conclaue.*

¶Porro[h] ſi Romano non electo Pontifice, Cardinales omnes[i] ſimul vel ſucceſſiue(quod abſit) exire contingeret conclaue deputatum eiſdē.hi)ad quos[k] pertinet executio cōſtitutionis prędictę)illos ex ipſis,q̃bus infirmitas corporis, aut nota debilitas excuſationē nō dabit,idem conclaue(q̃ cito poterũt) re intrare cōpellant†:pœnes in dicta conſtitutione contentas[m], niſi hoc fecerint,incurſuri[n].Cardinales autem huiuſmodi conclaue reintrantes,ad electionem iã dictam procedant:& aliàs conſtitutionē præfatã obſeruent ſecũdum ſtatum in quo[o] erant in eodem conclaui, quãdo ipſum(vt præmittitur)exiuerunt.

¶*Statuit Cardinalis per exceptionem excommunicationis,ſuſpenſionis.vel interdicti ab electione non repelli.I.A.*

¶Cæterum[p], vt circa electionem prædictam,eo magis vitētur diſſenſiones, & ſchiſmata, quo minor eligentibus aderit diſſidendi facultas[q]: Decernimus,vt nullus† Cardinalium cuiuſlibet[r] excommunicationis,ſuſpenſionis,aut interdicti prætextu,à dicta valeat electione repelli:Iuribus alijs[s] circa electionem eandem hactenus editis, plene in ſuo robore duraturis.

¶*Glo.ſeq.querit, & ſoluit:ſecundo duas quæſtiones ſubdit, de quibus remittit:Tertio quærit & quæſtionem ampliando,prouiſionem expoſcit.*

l ¶*Compellan t.*]ſed quid ſi aliqui territorium illorum exeant?faciant de his qui infra diſtrictum ipſum manent. Sed nunquid illi ſoli poterunt eligere?Item quid ſi nulli remanēt?Vide quod dixi s̃.in glo.iuſtum.Item quid ſi omnes remanent,& aliqui citius reintrant conclaue,nunquid illi poterunt eligere,et ſi alij nō haberent iuſtam cauſam,planum eſſet.Sed quid ſi alij non intrãtes habent iuſtum metum mortis,vt allegabatur poſt mortem Clementis,& dicatur dominus temporalis non eſſe potens ad ſecuritatem ipſorum,vel etiam tunc dicebatur:quid fiet,& quis de iuſta cauſa metus cognoſcet.Iſta non deciſa, nec tunc prouiſa adhuc egebunt prouiſione.

m ¶*Contentas.*]In §.quod ſi præmiſſa.

n ¶*Incurſuri.*] quia pœna ciuium & rectorũ eſt punitio ciuitatis videntur etiam includi pœnæ,de quibus ibi in §.ciuitas.

o ¶*In quo erãt.*]habita diſtinctione,an lapũ eſſent tres dies tantum,an etiam octo,vt ibi in §.conclaue.

¶*Glo.ſe.dicit quid approbat, & quid prorogat,& opi.Cōpo.recitat.*

p ¶*Cæterum.*]iſte §.approbat quod not.Ioan.79.diſt.c.1.vbi not. de vitio eligentium obijci non poſſe:& prorogat opinionē Cōpoſt not.s̃.eod.licet.qui dixit contra electionem factam per duas partes excipi non poſſe de excōicatione vel ſuſpenſione eligētiũ etiam ſi ſit notoria.Nec obſtat ſecũdum eum ꝙ peccãt alij communicādo talibus:faciunt enim hoc auctoritate illius iuris,quod omnē exceptionem remouet.alleg.ff.de riuis.l.Seruius.§. ſi quis riuum.Itē ſecũdũ ipſum in caſu neceſsitatis licite excōicato cōicatur,ſed maior neceſsitas,q̃ carentia vicarij Ieſu Chriſti nō poſſet haberi.22.diſt.omnes.2.q.6.ad Romanã.& facis s̃.de hær. præſidentes.lib.6. hic approbatur hæc opinio. etiam quo ad actũ electionis faciendæ.

q ¶*Facultas.*] facit s̃. eod.indemnitatibus.§. vt autem.lib.6.

r ¶*Cuiuslibet.*] iuris vel hominis.Item qualiſcunque ſit ſuſpenſio, vel interdictum.

† Aliàs ita: vt nullius ex Cardinalibus.

ſ ¶*Iuribus aliis.*]79.diſtin.per totum. 23. diſt. in nomine Domini. s̃. eod.licet.

¶*Glo.ſeq.dicit approbatã opi.Gar.& Io.Mona. licet mala ratione falſificatam,& contrariã reprobatam,ſubdens abſurditatis cauſam.*

¶*Electos & alios(qui mittere vel ire tenentur ad curiam)aſtringit ad id ſede vacante.hoc dicit.Ioan.And.*

¶Verum[t] quia tam ex prouiſis[u] remedijs,quàm ex orationibus[x] ad Deum ſuper† huius negotio effundendis[y], quòd breuiter huiuſmodi celebretur electio, præſumendum eſt probabiliter, & ſperãdum:Statuimus, vt electi & alij[z] (qui ex quacunque[a] cauſa ad ſedem Apoſtolicam venire,vel mittere[b] ſunt aſtricti) ad ipſam cum vacat,ac[c] ſi non vacaret, venire vel mittere teneantur.

† aliàs ita: ſuper hoc eius negotio.aliàs ita: ſuper huiuſmodi negotio,&c.

¶Idem.

¶*Primo ponit formam ſecundum quam appellans appellationem intimat appellato,vt per ipſam cauſa beneficialis ad curiam deuoluatur.Secundo, prouidet cum appellatus vel ipſius ſpecialis procurator nequit haberi.Tertio,prouidet cum per metum appellati, vel ſuorum intimatio fieri non poteſt. Quarto, vitiat intimationem aliter factam.Quinto,prorogat hunc modum intimandi ad alios caſus. hoc dicit. Ioan.And.*

## CAP. III.

CAV.

t ¶*Verum quia.*]approbat q̃ď not.Gar. & Ioã. Monachus s̃.eod.cupiētes.1. reſpon.lib. 6. ſup verſi. comparere.qui dicebant electum nō venientem tunc infra tp̃s illius cōſtitutionis incurrere pœnã mouebãtur autem illa ratione: q̃a iuriſdictio Papæ. & ipſius exercitium remanet penes collegiũ Cardinalium,quæ ratio reprobatur.s̃.1.rñſo.Dicebãt tñ ꝙ Papa deberet pęnã remittere,ex quo venit ante creationē. Papæ,licet poſt tēpora. alle.ff.ſi quis in ius vo. non ierit.l.2.§.fi. Archi. ibi in fine.primæ partis propter verbum, corã nobis, tenebat contrarium,ſcilicet ꝙ non incideret in pœnam tũc non veniendo.Cũ ſcripſi ſuper illa decretali, hunc caſum non tetigi q̃a mihi videbatur ꝯtra æquitatem,ꝙ tunc incideret,& ꝑ illud verbũ, coram nobis.de rigore videbaẽ ꝙ incideret:Quis enim pōt diuinare aſtrictus ad veniendũ q̃ñ ſit Papa creandus.cũ ergo poſſet omni die creari,ergo omni die paratus ſit is q̃ aſtrictus eſt ad cauſam proſequendã.& licet rigoroſum videatur,reſpicit tñ expeditionē Eccleſiarũ & forte ꝑꝑ hoc nō vtitur hic verbo,declaramus:ſed verbo, ſtatuimus.

v ¶*Prouiſis.*]per decr.vbi.& iura quæ allegauit in fi.prox.partis.

x ¶*Orationibus.*]qualis debeat eſſe oratio 2,vide quod dicam.j. de reliqui.& venera.ſan.ſi Dominum.ad fi.& quomodo in ea ſperandum eſt, ibi dixi ſatis in vltimo membro gloſſæ.

2 De hac materia vide plene per B.Thomam 2.2.q.83. arti. 12.13.& 14.

y ¶*Effundendis.*]vt in decre.vbi periculum.in fi.& verbum, effuſionis.largitatem & abundantiam denotat.16.q.1.reuertimini.

z ¶*Alii.*]perſonæ inſtructæ apponentes & appellantes 3.

3 Et ſecundum Bart. perſonæ ꝑ uiſæ ꝑ defunctũ Papam pōderando verbũ, aſtricti. & ver. prouiſi iuncta glo.in c.cupientes §.1. ĩ verbo, electi de electi lib.6.Pō 12.

a ¶*Quacunque cauſa.*]per hoc vr̃ ꝙ citatus q̃ tenetur ire vel mittere ad curiam,mortuo Papa teneatur ad idem:cuius contrarium not.Hoſti.s̃.de accuſa.licet.vt ipi ſcripſi ſuper verbo, acceſsiſſes.

b ¶*Mittere.*]ſicut hi quos arctat decre.1.s̃.eod.lib.6.decre.1.de appellat.& decre.quamuis de offi.ord.eo.lib.Item electi cathedralium vel regularium eccleſiarum,quos arctat conſtitutio,cupientes niſi ſint iuſte impediti,vt eo.c.§.ꝙ ſi.Item poſtulati,quia ſunt eccleſijs alligati,vt ibi.§.denique.vel fœminæ.s̃. eo. indemnitatibus.§.ſed cum eas.lib.6.

c ¶*Ac ſi non vacaret.*]& ſic patet ꝙ infra tempora ſtatuta.

C*Auſam electionis.*] Diuiditur in quinque partes,vt patet in rubro,quarum ſecunda eſt:ibi,*Quòd ſi forſan.*Tertia:ibi, *Verum:*

Quarta:

Quarta:ibi,*Intimatio*.Quinta:ibi,*Idem quoque.*

¶Præſupponatis notata in c.ſtatuimus.lib.6.eo.tit.vbi dr̃, ſi aliqs fuerit electus ad aliquam dignitatem,vel fuit ſibi prouiſum de beneficio,vel forſan fuit poſtulatus,ꝙ ſi aliqs cõtra talé prouiſioné electionem,vel poſtulationé ſe opponat, vel forte fuit appellatū à tali electione, prouiſione,vel poſtulatione, ꝙ talis appellans ſimiliter & appellatus ſeu defendens, debēt arripere iter ſuū à die quo ſe oppoſuerunt vel appellauerunt infra menſem,vt vadāt ad Papā,qui de cā appellationis diſceptabit. Itē dicit dictum cap.ꝙ ſi vna pars à die quo ſe oppoſuit,infra menſem iuit Romam,& ibi ſuam partem aduerſam per xx.dies expectauit,& non venit,procedetur in negotio electionis,nõ obſtãte cu iuſque abſentia, ſicut de iure fuit.Itē aliquotiens aliqs opponit in formā electionis,i.cõtra formā electionis,dicendo electionem rite nõ eſſe factā:immo ꝙ fuerunt omiſſæ ſolēnitates iuris:ſi talis opponēs non poſsit probare peccatū formæ,i.electionē non eſſe factam ſm formam,quā accepit à iure, tunc talis condemnabitur alteri parti in expenſis:quia ipſe ſoluet expēſas, dāna & intereſſe,quæ vel quas habuit ille vel fecit,cõtra quē oppoſitū eſt in formam.Aliquotiens aliquis ſe opponit non in forma electionis, ſed in perſonam,i.contra perſonā electam,dicens eam non eſſe capacem electionis:quia dicit talem eſſe excõicatum,quare eſt ineligibilis.Vel dicit talem perſonā non eſſe legitimā,nec de legitimo matrimonio,ideo illā perſonā dicit non eſſe eligēdam, & ſic opponit in pſonā,i.contra perſonā illā electam.Et ille qui opponit in perſonam,ſi non probet ea quæ opponit contra illā:tunc talis opponens eſt ſuſpenſus triēnio à ſuis beneficiis:immo perpetuo priuatus eſt,ſi ſe interim,id eſt,pēdente illo triennio immiſcuerit ad illa beneficia.His auditis figura caſum in Clemētina.Pater ſanctiſsime,audio doctrinam veſtram,in qua dicitis,ꝙ ſi aliquid opponatur cõtra prouiſionē,electionē,vel poſtulationē factā ad pſonatū,dignitatem,vel canoniam,& ob hoc fuerit appellatum ad Papā,appellans & defendēs,& quorū intereſt à die oppoſitionis vel appellationis infra menſem arripiant ſuū iter eundi Romā:qa cauſa eſt deuoluta ad ſummum Pontificem:Sed quæro,an eo ipſo ꝙ oppoſui me cõtra aliquē,qa fuit electus ad dignitatē,& me oppono contra formā,vel an eoipſo ꝙ appellaui vel me oppoſui, cā ipſa ſit deuoluta ad ſedem Apoſtolicam?Et rñdet Papa ꝙ non, ſic dicendo:Nos cenſemus cām electionis, poſtulationis, ſeu prouiſionis emiſſam,i.deuolutam ad ſedem Apoſtolicam, cum ipſa appellatio fuerit ſpecialiter interpoſita in præſentia appellati,i.in præſentia illius contra quēm appellatur : aut ſi fuerit interpoſita in præſentia procuratoris eiuſdem appellati,aut cum fuerit intimata,id eſt,notificata alteri eorum,ſcilicet,in perſonam appellati,aut in perſonā ſui procuratoris infra mēſem ab interpoſitione ipſius appellationis,vel ſaltem cum fuerit intimata poſt lapſum tpis.ſ.poſt menſem quam cito poterit fieri commode.Intelligatis cum fuerit intimata,porrecto,id eſt,dato libello ſub ſcriptura authentica,vel lecto tenore illius : quia talis appellatio qñ intimat̃, debet legi corā appellato,& copia appellationis data modo ſimili ſicut modis ſupradictis,ſi ipſa copia fuerit petita, & inde fuerit data.Et ſic habemus,ꝙ cā appellationis nõ dicitur emiſſa,nec deuoluta ad ſedem Apoſtolicam , niſi fuerit infra menſem , vel poſt menſem quàm cito commode poterit,intimata & notificata : ſic videlicet,vobis Petro tali electo ad talem dignitatē:quia ſcio electionem eſſe inualidam,vel quia ſcio vos incapacē illius electionis,vobis intimo & notifico,ꝙ de tali electione de vobis facta appello ad curiam Romanā:& ibi cauſam appellationis proſeq intendo.Hoc facto,cā appellationis dicitur emiſſa ad ſedē Apoſtolicam.Sed quæro,ſi appellans non poſsit intimare,i.notificare appellationem ſuam appellato,quomodo prouidebitur:quia forſan appellatus aufugit,& non eſt in prouincia,nec poteſt eius procurator inueniri,vel forſan quia appellatus habet domum remotā, ita ꝙ appellans non poteſt ſibi intimare : Reſpondet Papa,ꝙ appellans debet ire ad eccleſiam cathedralem in ciuitate vel diœceſi cuius ſit beneficiū vel dignitas de qua fuit electus, & ibi ſuā appellationem publicari faciet,& copiam dabit appellato modo præmiſſo ſupra,qñcūque copia petita fuerit.Et ideo dicit textus, ꝙ ſi forſan contingat appellatum abeſſe, id eſt , abſentem eſſe, & contingat talem procuratorem non inueniri,ſcilicet,ꝙ poſsit intimari appellatio:tunc appellans faciat appellationem ſuam publicari in domo,in qua ipſe appellatus cõſueuit cõiter habitare. Vel ſi talis publicatio non poſsit fieri in domo,quia domus eadē exiſtit in remotis partibus:tunc faciat publicari ſuam appellationem in eccleſia cathedrali, in cuius ciuitate vel diœceſi beneficium quod litigioſum eſt, conſiſtat, id eſt, ſit. Et nihilominus volumus publicari dictam appellationem vtroque caſu,ſcilicet,in eccleſia cathedrali,vel in loco in quo eſt beneficium, ac de ipſa,ſ.publicatione qñcunq; fuerit petitū, fieri copiam appellato volumus modo præmiſſo & ſupradicto.Et ſum in verſiculo, *Verum.* Et quæro ponendo ſic, ꝙ appellatus non abeſt,nec eius procurator,nec domus eius longe diſtat:ſed ipſe appellatus, hoc eſt, ille contra quem appellatum ēſt,eſt ita potens & ita timendus,ꝙ appellans non audet intimare ſuam appellationem?Rñdet Papa,ꝙ talis appellatio debet publicari ſolēniter in loco publico,in quo loco eſt veriſimile ipſum appellatum vel eius porcuratorē veriſimiliter nõ pōſſe ignorare.Et ideo dicit textus, *Verum*,pro,ſed,ſi intimatio fieri nequeat,vt præfertur propter metū appellati : quia eſt ita potens ꝙ appellans non eſt audens ire ad eum:vel ſi intimatio fieri nequeat propter metum & timorē ſuorum parentum:Nos Clemens volumus eādem appellationem ſic publicari ſolemniter in loco publico, q poſsit veriſimiliter peruenire ad notitiā appellati,ſeu procuratoris eius.Intimatio vero aliter facta careat omni effectu:nec cauſa cēſeatur deuoluta ad ſedem Apoſtolicam per eādem appellationē, niſi certa notitia eius appellationis aliter perueniſſet ad appellatū infra tempus prædictum,ſ.infra menſem.Et iſtum modum intimādi vult obſeruari in aliis caſibus,in quibus requiritur intimatio facienda : ideo dicit textus.*Idem quoque obſeruari volumus in alijs caſibus, in quibus requiritur intimatio facienda.*hoc dicit.No.primo ibi, *Vel ſaltem*, de aduerſatiua,*Vel*,cui quando adiicitur dictio,*Saltem*,vt hic, ſignat diminutionem.de reſcri.ſtatutum.§.cum vero.lib.6.Nota ſecundo caſum,in quo datur tempus arbitrarium ad purgandum moram temporis determinati.de quo in gl.in verbo,commode.Zabar.

†Vide concilium Trident. ſeſſio. 14.de reformat.c.10.

ſam [a] † electionis [b],poſtulationis,ſeu prouiſionis [c],per appellationem ab ipſa vel occaſione [d] ipſius,ad ſedem [e] Apoſtolicam emiſſam : tunc demum ad ſedem eandem deuolui [f] cenſemus,cū in appellati [g] aut procuratoris eiuſdem in ipſa cauſa ſpecialiter [h] cõſtituti præſentia interpoſita [i] fuerit : aut eorum

*¶Prima gloſſa ponens caſum ſimul ſummat,& diuidit, & dicit quid determinat.*

a ¶*Cauſam.*]Caſus primo ponit formam, ſecundum quā appellans appellationem intimat appellato,vt per ipſam cauſa beneficialis ad curiam deuoluatur.Secundo prouidet cum appellatus, vel ipſius ſpecialis procurator nequit haberi.Tertio prouidet cū per metum appellati,vel ſuorum intimatio fieri nõ poteſt.Quarto vitiat intimationem aliter factam.Quinto prorogat hunc modum intimandi ad alios caſus.Et determinat not.per Inno.Hoſti. Io.Mo.& Archi.eo.tit.c.1 lib.6.ſuper verbo,infra mēſem.per Compoſt.ibidem.& Guli.in Spe.tit.de citatio.§.ſequitur.poſt prin.plenius de appel.§.qualiter.verſic.cautus etiam ſit.& verſicu.quid ſi procuratori.adhuc apertius per Guliel.Mandegoti,in libello electionum.in fi.per ipſum Io.Monach.de regu.iur.in generali.lib.6. vltra medium.& quod no.ſ.eodem.cupientes.1.reſponſo.libro 6. ſuper ver.notitiam.

b ¶*Electionis.*]etiā epalis vel cathedralis eccleſiæ, vt dicā.j.§.pe.

c ¶*Prouiſionis.*]hæc tria exprimit decre.1.eo.tit.lib.6.

*¶Gl.ſeq.approbat opi.Compoſt.quam plenius recitat.*

d ¶*Occaſione.*] id eſt, propter cauſam electionis, poſtulationis, vel prouiſionis,vt ſi appelletur à grauamine illato in iudicio:quo caſu locum habet decre.1.ſ.eo.lib.6.ſecundum Compoſt.qui plus ibi no.ꝙ ſi ſuper prima appellatione deuuit iudices extra curiā, & ab illorum grauamine appelletur,locum habet decr.illa.& dicit ſic ſeruaſſe Innocentium,licet quidam contra,ꝙ ſolū in cauſa primæ appellationis habet locum hæc decretalis,quod eſt contra mentem:quia per ſecundam appellationem ſicut per primā poſſit protelari vacatio.

C*Vm illuſio.*] C A S V S. Abbas noſtræ dominæ de Exulduno, vel prior aliquis, forſan ſancti Paterni, conſtituit procuratorẽm ſuum ad reſignandũ beneficium ſuum in manibus ſuis ſuperioris: facta conſtitutione procuratoris ad renũtiandum beneficio ſuo vel abbatiæ ſuæ: ipſe vel prior conſtituens pœnitentia ductus reuocauit huiuſmodi procuratorem: ſed ipſam reuocationem non notificauit, nec inſinuauit ipſi procuratori, nec ſuperiori in cuius manibus erat fienda renuntiatio: procurator conſtitutus ignorans iſtam reuocationẽ, hoc eſt ignorans quòd fuit reuocatus, renuntiauit, id eſt, reſignauit huiuſmodi beneficium in manibus ſuperioris, quæ renuntiatio fuit admiſſa per ſuperiorem: quæritur vtrũ teneat renuntiatio ſiue reſignatio, & vtrum ſuperior poſsit illud beneficium conferri alteri? Dicit quòd cum illuſio ſit reprobata in perſonis eccleſiaſticis, quæ debent monſtrare exemplum bonitatis cæteris hominibus, ideo valet renuntiatio facta per procuratorem, & collatio alteri facta per ſuperiorem valet, ac ſi nunquam fuiſſet facta reuocatio per ipſum conſtituentem: Et hoc niſi ipſe conſtituens notificauerit procuratori vel ſuperiori ipſam reuocationem: quia ſi conſtituens (puta abbas prędictus) notificaret qualiter ipſe reuocauit procuratorem ſuum: tunc talis procurator non poſſet reſignare dictum ſuum beneficium. Sed vtrum iſtud indiſtincte ſit verum, etiam ſi per procuratorem ſteterit, quo minus reuocatio fuerit ſibi notificata, quia forte procurator intelligens reuocationem factam, celauit ſe, ne ſibi notificaretur quòd ipſe eſſet reuocatus, vel forſan ipſe procurator fecit detineri nuntium in itinere, vel ſi forte ſteterit per ſuperiorem, ne notificatio reſignationis perueniret, vel forte ſtetit per extraneum, dicit quòd tunc renuntiatio ſiue ceſsio vel reſignatio beneficij habetur pro non facta, & intimatio ſeu notificatio reſignationis habetur pro facta. hoc dicit H. r. Nota primo caſum, in quo ſufficit quòd reuocatio perueniat ad procuratorem: rationem reddit gloſſa in verbo, *Ignorantem.* Nota ſecundo, quòd reuocatio procuratoris poteſt fieri expreſſe & tacite. probat verbum, *Quomodolibet*, iuncta gloſſa. Zabar. Not. ꝙ quis poteſt renuntiare beneficio per procuratorem. Pro hoc vide gloſſam ſuper verbo, *Procuratorem.* Nota principium huius textus, ad quod allegatur ꝙ maior conſtantia & honeſtas requiritur in perſonis eccleſiaſticis, quàm in cæteris: ideo variatio magis reprobatur in clericis quàm in laicis: nam laici ſe conformant vitæ clericorum & prælatorum, iuxta illud: Si peccauerit vnctus, faciet peccare populum, & dic *Vnctus*, id eſt, clericus vel prælatus. Nota ꝙ varians non eſt audiendus. l. ſi quis. C. de iureiurand. Nota principalem effectum, ꝙ ſi quis reuocauerit procuratorẽ ſuum, & nõ notificauerit reuocationem, ſi aduerſarius fecerit impẽſas, ipſe reuocans tenetur ſoluere expenſas. No. ꝙ paria ſunt notificatio reuocationis, vel ſi ſtetit per procuratorem vel per alium, quo minus reuocatio veniret ad eius notitiam, & hoc quo ad audiendam renuntiationem, & effectum ipſius. Sed quæritur, q̃d iuris ſi cõſtituens non notificauit reuocationem, ſed ipſe procurator fuit aliũde certioratus, ꝙ ipſe eſt reuocatus, forte ꝑ aliquos vicinos vł extraneos, reddendo ei inſtrumẽtum reuocationis: vtrũ hoc ſufficiat? Dicendum ꝙ ſufficit ꝙ fiat ſibi notificatio, & nõ refert, id eſt non eſt curæ ꝑ quẽ notificatio fiat. Sed q̃d in tacita reuocatione, q̃a conſtituens eſt mortuus, vtrum valeat renuntiatio ſiue reſignatio beneficij poſtea per procuratorẽ facta? Dicendum eſt ꝙ non: quia per mortem conſtituentis beneficium erat vacans. Et hoc fuit practicatum in archiepiſcopum Tholoſanum, qui licet haberet archiepiſcopatum per renuntiationẽ ſeu reſignationem, tamen neceſſaria fuit alia collatio.

† Vide Feli. in c. ex parte decani, extra de reſcr.

† Sub iſta voce dicit Car. per tex. hũc non cõprehẽdi epatũ. Feli. in rub. de maio. & obed. in col. 6. Fon.

CAP. VNICVM.

C Vm [b] † illuſio [c] & variatio in perſonis eccleſiaſticis [d] maxĩe [e] ſint vitãdę: p̃ſenti cõſtitutione ſancimus: vt ſi q̃s ad cedẽdũ [f] Põtificali aut alij cuilibet dignitati †, vel bñficio procuratorem [g] ſponte [h] ac libere [i] conſtiterit, & ipſum ignorantem [k] poſtmodum duxerit quomodolibet [l] reuocandum: te-

¶ *Prima glo. ſummat, & dicit quid determinat.*

b ¶ *Cùm illuſio,*] Renũtiatio dignitatis vel beneficij facta ꝑ procuratorem ad hoc conſtitutum, tenet: licet prius procurator fuerit reuocatus: ipſo tamen & ſuperiorẽ, cui fiebat ceſsio ignorãte: niſi per malitiam ipſorum, vel aliorum reuocatio ipſis fuerit occultata. Ponit dictum, & exceptionem à dicto: ibi, niſi forte. Et determinat not. per Inno. ſ. eo. tit. veniens. quæ quaſi ad litteram no. Archi. ſ. eo. c. 2. lib. 6. Item not. per Goff. Inno. & Hoſt. & Aegi. ſ. eo. quidam. Ioan. And.

¶ *Gl. ſeq. alle. duas concor. vbi idem verbum habetur, & illud exponit.*

c ¶ *Illuſio.*] Idem verbum de poſtu. pręla. bonæ 2. ver. nec obſtabat, de re iud. cum olim. de ali. iudi. mu. cau. fac. c. 1. de appel. ſuggeſtũ. de præbend. dilectus. ff. de re iudic. ſi prætor. de Iudæ. in nonnullis. infra de re. permu. cap. vnico. Et ponitur pro deceptione 1 vel deriſione.

1 Illuſio q̃d ſignificet, & de ea vide Feli in ca. ex parte decani. extra de reſcrip.

d ¶ *Eccleſiaſticis.*] de iurepa. cum autem, ſ. de elec. publicato. & eo. tit. nulli. lib. 6. 8. q. 2. dilectiſsimi.

e ¶ *Maxime.*] hoc dicit: quia etiam laicis regulariter prohibetur variatio, de quo ſatis not. de reg. iur. quod ſemel. lib. 6.

¶ *Glo. ſeq. quærit, opinionem ponit, quæ contrario reſpondet, ſoluit, & de alio caſu remittit.*

f ¶ *Cedendam.*] quid de procuratore dato ſolũ ad petendã licentiam cedendi? Dicebat Vin. de elec. cum poſt petitam. per ver. ibi, obtentam, & Inno. in decre. quidam. per decre. lectæ. eo. ti. ꝙ valet reuocatio, etiam poſt petitionem præſentatam ſuperiori. Nec obſtat quod dicitur de poſtulatione, cũ iſta nõ fiat ita publice & ſolemniter vt illa, & cũ hic nullius interſit, & ſic ſoluitur de poſtular. bonæ 2. ver. nec obſtabat. ſed ſi ſuperior ignorans reuocationẽ, dedit licentiam, tenet licentia ſecundum Inno. quamuis ſecũdum eum diſtingui poſſet, an per procuratorem, an per nũtium petierit ceſsionem, ad quod facit littera ſequens, & quod infra dicam. Satis dici poſſet per hanc decre. ꝙ ſi procuratori ad hoc cõſtituto, & hoc petenti data ſit licentia cedendi priuſquam reuocatio peruenerit ad procuratorem vel ſuperiorem, ceſſante malitia, cogatur cedere per decre. quidam. De poſtulatione vero poſt reuocationem ſuperiori præſentatam quid iuris, ſcripſi poſt Hoſtiẽ. in prædi. decre. bonæ. ver. nec nocebat. ſuper verbo, videtur.

Procurator ad petẽdam licẽtiam cedẽdi datus, quando poteſt reuocari.

g ¶ *Procuratorem.*] non video ꝙ quo ad hoc ſit ius diuerſum: an conſtituat vnum vel plures inſolidum vel coniunctim, laicum vel clericum. de procu. c. 1. lib. 6. videtur tamen tutius conſtituere clericum. facit quod *ſcripſi* de procu. accedens.

g ¶ *Sponte.*] ſecus ergo ſi per iuſtum metum.

h ¶ *Ac libere.*] poteſt reſpicere libertatem cõſtituentis. & facit. ſ. de procu. accedens. & libertatem conſtituti: ſcilicet pure, non in diem vel ſub conditione. ſed hoc caſu putarem idem: ſi ante ceſſionem & notitiam reuocationis dies vel conditio eueniſſet, cum extunc cenſeatur pura. ff. qui po. in pig. ha. l. potior. 2. reſponſo. & facit de reſcrip. ſi pro te. lib. 6. & quod ibi not.

i ¶ *Ignorantem.*] planum eſt ergo, ꝙ ſi reuocatio perueniſſet ad procuratorem, ſatis eſſet per hanc litteram. & ſit ratio: quia talis procurator cenſetur conſtitutus ad negotiũ, in quo ſufficit ꝙ reuocatio ad ipſum peruenerit. ff. man. ſi mandaſſem. ſ. de reſcrip. ex parte decan.

k ¶ *Quomodolibet.*] puta, expreſſe reuocando, vel inhibendo, vel

aliu.n

alium ad illud conſtituendò,non reſeruato primo.de procura.nõ iniuſte.Si vero mortuus fuiſſet prius ipſe conſtituens,planum eſt mandatum tunc reuocatum,& diceretur beneficium vacare morte,non renuntiatione.de præben.dudum.lib.6.

¶ *Glo.ſeq.ponit opinio.Vin.& tres alias,quas omnes quo ad hunc caſum oſtendit reuocatas.*

neat[a] ceſſio facta per eum, antequam ad ipſius vel illius (in cuius manibus[b] ceſſio fuerat facienda[c]) notitiam reuocatio huiuſmodi ſit deducta[d]: Niſi forte per ipſos[e] aut alios[f] malitioſe factum fuerit, quo minus ad eos,vel eorum[g] alterum ante ceſſionem potuerit reuocatio perueniſſe[h].

TITVLVS V.

## De ſupplenda negligentia prælatorum.

a ¶ *Teneat.* ] Vincentius primo videbatur hoc tenere in prædict. decre.veniens.ſed ſubdebat poſtea,ꝙ ſi conſtituens poſſeſsioni incumbebat, & publice reuocauerat mandatũ quòd concedi poterat ꝙ renuntiatio non tenebat, licet teneaẗ ad expẽſas & intereſſe ei, cuius interfuit. allega. ff.ſi cer.pet. eius qui.& quod habetur de præb. dudum.in fin.lib. 6. facit ad idẽ de procu. c. vlt.lib.6.in fi. Sed illud ſpãliſsimum in carnali matrimonio cõtrahendo. vt ibi not.concor. ff.de manumiſ.vin. l. ſi pater.ĩ prĩ.pro & ꝯtra. ff.de diuo.l.ſi pœnituit.Et vide:quia quo ad caſum iſtum tollitur opinio Dyni,qui dicebat in præallega.l.ſi pater.quod ſufficiebat procuratorem reuocatum,licet non certioratum,ad hoc vt impediretur actus,quem procurator gerebat,ex quo ipſius mandatarij non intereat.Alij dicebant,ſemper procuratorẽ de expreſſa reuocatione certificari debere,per prædi.l.ſi mandaſſem.ff. man.ſecus in tacita,quæ fit per mortem?& ſic rñdent ad l. eius qui. ſed primo dicto contradicit.l.illa,ſi pater.Quare dicunt alij,quod aut mandatarius interuenit vt nudus miniſter,aut vt procurator.Primo caſu reuocato ſine certioratione impedit actum gerendum, & ſic loquitur lex illa,ſi pater.vbi filius erat miniſter patris,quod probant:quia manu miſſus non eſt ipſius,ſed patris libertus.ff. de manumiſ.l.nepos.ff.de iurep.filius.& ſic loquaẗ.l.p̃dic.ſi pœnituit. & p̃di.decr.vlt.de procu.Scd'o caſu eũ procurator verba ꝯtractus concipiat in ſuam perſonam.ff. de conſti. pecu. eum qui. §. ſed ſi actori diſtingunt, ſi actus gerendus eſt talis ad cuius eſſe requiritur voluntas dñi : tunc vt non valeat actus, ſufficit reuocatio ſine certioratione:exemplũ in trãslatione dominij rei meæ.ff. de reg.iur.id quod noſtrum.ſic loquitur l.eius qui.§.quas vero.ff. de dona.l.2.§.ſed ſi quis donaturus. Fallit fauore liberationis. ff. de ſol.cum quis.§.1.& l.qui hominem.§.ſi Titium.Si vero ad eſſe contractus non requiritur conſenſus domini, vt ſi mandauit librum, vel equum emi,reuocatio ſine certioratione non impedit illum actum,vt l.ſi mandaſſem.Quicquid dicatur in aliis caſibus,quo ad caſum iſtum reuocatio ſine certioratione procuratoris vel ſuperioris non impedit ceſsionem, licet mandatarij non interſit, & tractetur de perdendo dominio:ratio conſtitutionis ponitur in prin.& concor.quod no.ff.de contrahen.ẽmp.l.1.in fi.

Procuratoris act⁹ poſt reuocationem geſtus an ſit validus.

b ¶ *Manibus.*[ſcilicet Papæ,ſi fuit dignitas ep̃alis.de transla.ca.1. & 2.ſi inferior,in manibus cõfirmatoris vel collatoris,etiam ſi ſit inferior epiſcopo.de hoc.s̃.eodem.admonet.& 7.q.1.de loco.Not. tamen Inno.quòd in dubiis non improbabiliter dicitur in illius manibus quem renuntiare deberet,qui poſſet illum inuitum deſtituere.

Renũtiatio beneficiorũ in cuius manibus ſit facienda.

ADDITIO.Vide s̃.eo.cap.fi.& ibi Inno.Quid iuris ſi ad abbatem ſpectat præſentatio,& ad epiſcopum confirmatio ? Dicit ibi Inno.quòd requiritur conſenſus abbatis in renuntiatione, cum requiritur conſenſus eligentium, ſicut & præſentantis.quod tenet hic Paulus,& remittit ad not.per Inno.in c.ſuper hoc.eo.tit. Pet.de Ancha.

c ¶ *Facienda.*]ſi perſona cui facienda erat *ceſsio*,fuit expreſſa in mandato,illi facienda erat notificatio.Si vero mãdatum erat generale,puta ad cedendũ in manibus eius,qui recipere poſſet,non videtur iuuare notificatio,niſi facta ſit illi qui recipit;imputet eñ ſibi qui omnibus debuit intimare,vel ſaltem procuratori.

d ¶ *Deducta.*]& de hoc per ipſum fiat fides.ſimile.s̃.ea.cõpil.de ele.conſtitutionem.§.penul.

e ¶ *Per ipſos.*]ſuperiorem vel procuratorem.

f ¶ *Alios.*]reſolue plurale in ſingulare,vt s̃.de priui.vt priuilegia. facit.ff.vi bo.rap.l.prætor ait.§.homines.

g ¶ *Eorum alterum.*]ſatis eſt ergo ꝙ impedita fuit notificatio facienda,etiam ſi alteri fieri potuiſſet.

h ¶ *Perueniſſe.*]videtur ꝙ in hac intimatione ſeruanda ſit forma decre.de elect.cauſam,vt ibi dixi in fi.

DE SVPPLENDA NEGLIGENTIA. prælatorum.

Continuatio.

¶ *Viſuus eſt ſupra qualiter prælati in eccleſia inſtituantur:verũ quia aliquando pralati ſunt negligentes,dubitaret aliquis quis poſſet ſupplere negligentiã ipſorum:ideo hic inſeritur rubrica, de ſupplẽda negligentia prælatoruu.*

¶ Clemens v.in concilio. Viennẽ.

¶ *Si prælati regulares non conferunt infra ſex menſes prioratus, adminiſtrationes, & eccleſias vacantes,quæ non ſunt de menſa:ſed ſolent ſpeciales, licet obedientiarios,rectores habere: diœceſani auctoritate ſua, vel Apoſtolica, ſi ſint exempta,conferunt illa perſonis,quibus per prælatos fuerant conferenda. Nec permittunt illa applicari menſis prælatorum: vel penſionibus grauari. Declarantur etiam decr.de off.ordi.præſenti. & de præbend. cum ſingula.in talibus prioratibus & eccleſiis locum habere.Ioan. And.*

C. VNIC.

QVIA[i]

*Via regulares.*] ¶ Pro intellectu huius cap. preſupponitur illud quod dictũ eſt in c.nulla.s̃.de conceſ.præbend. in antiq. vbi dicitur,quòd ſi collatio alicuius beneficij ſpectet ad prælatum alicuius eccleſiæ, forte ad prælatum inferiorem epiſcopo:quia forte ad prælatum eccleſiæ collegiatæ, ſi ipſe prælatus infra ſex menſes non cõferat,& hoc à tempore ſuæ ſcientiæ, id eſt, à tempore quo ipſe ſcit quòd beneficium vacat: tunc collatio deuoluitur ad ſuperiorem,ſcilicet ad epiſcopum.

CASVS.Aliquis abbas regularis fuit negligens ad conferẽdum aliquod beneficium per ſex menſes à tempore quo beneficium ſpectabat ad eius collationem:an diœceſani,hoc eſt, epiſcopi vel archiepiſcopi poſsint ſupplere negligentiam prælati ſecularis, ſicut poſſunt ſupplere negligentiam prælati ſecularis?Reſpondet Clemens,quòd ſic.Sed quæritur,qua auctoritate poſſunt ſupplere,an auctoritate ſua iure ad eos deuoluto, vel auctoritate Apoſtolica ſibi à Papa delegata?Clemens diſtinguit : aut ille prælatus negligens erat exemptus à iuriſdictione epiſcopi, aut non erat exemptus:Si ipſe non erat exemptus, tunc iure ſuo collatio deuoluitur ad ipſum epiſcopum:Si vero erat exẽptus à iuriſdictione epiſcopi : tunc prælatus ſuperior facit auctoritate Apoſtolica ſibi delegata per hoc cap.& non ſua: cum non ſit ſuperior ad illum prælatum.Sed quæritur,vtrum epiſcopus illud beneficiũ regulare poterit conferre clerico ſeculari : vel ſi ſit beneficium ſeculare poterit conferre regulari:Dicit quòd non:ſed regulare beneficium debet conferre clerico regulari, & ſeculare ſeculari. Et ſum in verſi.*Eadem quoque auctoritate.*Sed quæritur, quid iuris ſi prælati regulares volunt huiuſmodi beneficium vacans retinere, & ſuæ mẽſæ venire,vtrum epiſcopus debeat illud tolerare, id eſt, pati?Dicit ꝙ non:ſed ad epiſcopum ſpectat vtrũ debeat vniri vel non.Sed quid ſi ipſe prælatus velit augmentare penſiones antiquas,vtrum ſit ei permiſſum?Dicit Clemẽs ꝙ non.& ſum in verſi. *Præmiſſa.*Sed quæritur,vtrum illud ſit verum indiſtincte, ꝙ infra ſex menſes ipſi prælati teneantur huiuſmodi conferre beneficia: Dicit ꝙ non eſt intelligendum de beneficiis ſpectantibus ad menſem poſt vnionẽ.hoc dicit.R.No.ꝙ epiſcopus poteſt ſupplere negligentiam prælati regularis,& conferre beneficia regularia,etiã poſito ꝙ prælatus regularis negligens ſit exemptus à iuriſdictione ep̃i:quia tunc cõfert auctoritate Apoſtolica delegata per hoc cap. Not.ꝙ qñ collatio deuoluitur ad ſuperiorem,tunc ſuperior tenetur conferre illi perſonæ,cui prælatus negligens debebat cõferre. Not.ꝙ collatio deuoluitur ad ſuperiorem,in cuius diœceſi eſt beneficium vacans,& non ad ep̃m in cuius diœceſi eſt prælatus negligẽs. Not.ꝙ prælati exempti à iuriſdictione epiſcopi,non poſſunt beneficia ſpectãtia ad ſuam collationem vnire ſuæ menſæ,etiam ſi ipſe prælatus haberet ep̃alem dignitatem:quia nullus eſt auctor in cauſa ſua : tñ bene poſſet vnire menſæ conuentus. Not.ꝙ prælatus regularis non poteſt imponere nouas penſiones nec antiquas augere:ſed ſpectat ad ep̃m ne illud fiat. Not.ꝙ prælati regulares non poſſunt occupare bona alicuius beneficij, qđ ſpectat ad ipſorũ collationem,ſed debẽt reſeruare ſucceſſoribus. Not.finaliter ad id quod allegatur iſtud cap.ꝙ regulares non poſſunt retinere beneficia plura,etiam ſimplicia.Et not.quòd omnia beneficia ſecularia regularibus ſunt incompatibilia.

Caſus.§.Eadem quoque.

¶ *Prima gl.ſummat,& dicit quid declaret:deinde diuidit, & rurſus dicit quid declaret.*

i ¶ *Quia regulares.*]Caſus.Si prælati regulares nõ cõferunt infra ſex menſes prioratus,adminiſtrationes,& eccleſias vacantes,quę non ſunt de menſa:ſed ſolent ſpeciales(licet obediẽtiarios rectores)habere:diœceſani auctoritate ſua,vel Apoſtolica, ſi ſint exempta,conferunt illa perſonis,quibus per prælatos fuerãt conferenda.Nec permittunt illa applicari menſis prælatorum, vel penſionibus

nibus grauari.Declarantur etiam decr.de offi.ord.præſenti.& de præbend.cum ſingula.in talibus prioratibus & eccleſijs locum habere.Et ſunt quatuor partes:prima ponit de negligentia Regularium in beneficijs conferendis per diœceſanos ſupplẽda:& de modo ſupplendi:Secunda de eccleſijs non applicãdis mẽſis prælatorum:nec penſionibus grauandis: ibi, *Eadem*. Tertia determinat de quibus eccleſijs p̃dicta intelligantur:ibi: *Præmiſſa*. Quarta declarat duas Bonifacianas: ibi, *In quibus*. & quas opiniones declaret infra dicetur.

† Id eſt, cõcilium Lateran.ſub Alexandro 3. cap.8.

regulares[a] p̃lati[b] prioratus,eccleſias,adminiſtrationes, aut quæuis alia beneficia[c] ad eorũ diſpoſitionem[d] ſpectantia cũ vacant, interdũ cõmittere[e] negligunt, vel conferre infra tẽpus in Lateran.[f] † concilio conſtitutũ:diœceſani locorũ[g] in non exemptis ſua[h], in exẽptis[i] vero Apoſtolica[k] auctoritate negligẽtiã[l] ſuper hoc ſuppleant eorundẽ.Prioratus,eccleſias, adminiſtrationes & beneficia huiuſmodi,illa † videlicet quæ cõſueuerunt per ſeculares clericos gubernari,ſecu laribus[m] clericis:alia † vero quæ religioſis[n] dũtaxat cõmitti ſunt ſolita vel conferri,religioſis monaſteriorum[o], quorũ prælati huiuſmodi negligẽtes fuerint cõ-

a ¶ *Regulares*.]in ſecularibus ergo non haberet locum hæc conſtitutio, inquantum ponit ius nouum,& præiudicat priuilegio exemptionis.

† Vide cõcilium Trident.ſeſsio. 14.de reformat.c.,o.

b ¶ *Prælati*.] ſi ad collegia regularium ſine prælato ſpectaret collatio,quod eſſe poteſt,de regu.cap.ſi.lib. 6. prius ad prælatum, & demũ ad diœceſanum deuolueretur poteſtas 1. facit j.de præben.ſi de beneficio.

† Aliàs ita: illa vero, &c.

1 Idem Panor. & Imola hic notãtes,ꝙ negligentia inferioris deuoluit immediatũ ad ſuperiorẽ.Fonta.

c ¶ *Beneficia*.] eccleſiaſtica. & vide quod dixi de cle.coniug.c.cum Ioannes.

d ¶ *Diſpoſitionem*.]id eſt collationem vel prouiſionem.hoc dico quia ſi ad ſolam præſentationem vel electionem ipſorum ſpectarent:tunc ad confirmantem vel inſtituentem deuolueretur poteſtas,ſiue ſit diœceſanus,ſiue alius 2.

e ¶ *Committere*.]vtitur iſto verbo:quia ſe prælati excuſabant dicentes,ꝙ illarum eccleſiarum non fiebat collatio vel prouiſio, ſed ſolum quædam commiſsio,quaſi illis eſſent caſtaldi, miniſtri, vel pædagogi.

2 Idem Panor.hic,& c.c.cum in cũctis. de ele. notans ꝙ negligẽtia deuoluit ius eligentia deuoluit ius eligendi, p̃ſentandi ad confirmantem.Fon.

¶ *Glo.ſeq.ponit lecturam ſecundum quam reprobat opinionem, ſubdens caſum indubitatum.*

f ¶ *Lateranen*.]de conce.præbẽ.c.2.Et ſi intelligimus de prioribus etiam conuentualibus,hic reprobatur opinio quæ habet, ꝙ tempus generalis concilij,ſcilicet trium menſium,locum habeat in prouiſionibus talium,ſicut in electionibus: nã vt dicebat Inn. in decre.ne pro defectu.de elect.inter electionem & prouiſionẽ diuerſitatis ratio non apparet:qđ Compoſt.verum eſſe dicebat in perpetuis,ſed nòn in temporalibus.Hoc autem certum eſt, ꝙ ſi prioratus eſt principalis prælatura in eccleſia regulari collegiata,& ei prior per viam electionis prouidetur,locum habet cap. ne pro defectu.

g ¶ *Locorum*.]ergo nõ perſonarũ.ſi ergo p̃latus alterius diœceſis habet prioratũ,quẽ conferre negligit in diœceſi Bonoñ.eṗs Bonoñ.ſupplebit.ꝓbat hoc decre.2.eo.ti.ibi,in tuo eṗatu.nec diſtinguit vnde ſint collatores,facit quod dicam infra in glo.proxi.

¶ *Glo.ſeq.ſoluit duo dubia,& obiectioni reſpondet:ſecundo ſoluit alia duo fortiora.*

h ¶ *Sua*.]auctoritate.qđ ſeq̃tur,Et procedit hoc in prioratibus, eccleſijs,& adminiſtrationibus non exemptis:etiam ſi prælati ad quos prouiſio pertinet,ſint exempti.de priuileg.quoniam.& c.ex ore.facit de præben.c.1.lib.6.Item procedit hæc ſuppletio quam facit diœceſanus ſuo iure infra ſecũdum ſemeſtre:quo elapſo ad proximum ſuperiorem,ſiue ſit metropolitatus ſiue Papa,collatio deuoluetur.co.tit.c.vlti.Non obſtat littera quæ ſequitur: quia licet circa exempta concedat Papa ius ſuũ,circa nõ exempta nõ. Item licet concedat ſuppleri vice ſua negligentiam aliorum,nõ tamen concedit diœceſanis vt ſuppleant ſuam propriam.Sed modo remanet dubium ſatis forte,nũquid in exemptis deuolutis ad eṗm currat tẽpus,ſemeſtre eṗo:& ſi currit,an ad metropolitanũ deuoluatur poteſtas tempore lapſo,an ad Papam:Et circa primũ vr̃ ꝙ non currat.j.de præben.ſi de beneficio.& quod ibi not. in glo.ſed nunquid.Circa ſecundum,dato ꝙ currat,vr̃ ꝙ ad Papam non ad archieṗm deuoluatur.ad hoc de cler.ægro.cap.vnico.lib. 6.& vide quod dixi de hære.ad abolendam.ſuper glo.ſi.

Papa nõ cõcedit alicui vt ſuppleat propriã negligentiam

i ¶ *In exemptis*.]olim ſecus.eo.tit.ſicut.& de præben. cum ſingula.in ſi.lib.6.& ſic in hoc ius nouum inducit.

k ¶ *Apoſtolica*.]concor.de offi.ordi. irrefragabili. & de hære. ad abolendam.de cler. ægro.c.vnico.lib.6.eodem lib.de ſta. mo.cap. vnico.& j.de ſtatu mona.attendentes.de reli.do.quia contingit.

¶ *Glo.ſeq.ſoluit vnam quæſtionem.*

l ¶ *Negligentiam*. inquantum hæc decre.ponit ius nouũ,& præiudicat priuilegiis exemptionis,non puto ꝙ locum habeat qñ p̃latus priuatus eſſet propter delictum,cum hoc non ſit expreſſum facit de elect.quamquam.1.reſponſo lib.6.ſecus in non exemptis, vt eo.c.in fin.

ferendo.¶ Eadem[p] quoque auctoritate[q] diœceſani ſuffulti nullo modo permittãt, ꝙ ijdẽ prælati prioratus,eccleſias,adminiſtrationes,aut beneficia huiuſmodi applicent[r] mẽſis ſuis,penſiones ve[s] nouas[t] eis imponãt[u], aut veteres augeãt,ſiue quæ ipſis de nouo impoſitæ,ſiue auctæ, ſoluantur[x].Præmiſſa[y] vero de prioratibus, eccleſijs, adminiſtrationibus,& beneficijs,intelligimus,quæ non ſunt de menſa[z] prælatorũ ipſorum,ſed ſpeciales priores, adminiſtratores ſeu rectores conſueuerunt habere, licet priores ſeu adminiſtratores huiuſmodi libere poſſint ad clauſtrum (cum oportuerit[a]) reuocari[b]. ¶ In qui-

¶ *Glo.ſeq.alleg.vnam cõcor.et arguit pro opi.quã determinat.*

m ¶ *Secularibus*.] facit de præben.cum de beneficio.lib.6. Facit hæc littera pro eo quod no. Pet.& Abbas in prædi. decre.eod.tit. ſicut. vbi dicunt, ꝙ ad eccleſiam quæ conſueuit regi per ſeculares clericos,monachi regularem præſentare non poſſunt. ꝙ verum crederẽ in non curatis:vel ſi præſentãt illum vt clauſtralem.

¶ *Gl.ſe.idem facit quod ſuperior proxima.*

n ¶ *Religioſis*.]concor. de reb. eccle. non alie. poſſeſsiones. dicebat ibi Abbas ꝙ illud cap. non loquitur de conuẽtualibus eccleſijs monachorum,ſed de alijs, in quibus miniſtrare conſueuerunt, & ꝙ ſi per negligentiam monachorum deuoluitur ius conferendi talem eccleſiam ad eṗm,non ponet ibi clericum,ſed monachum 3: qđ hic approbatur,& limitatur per litteram quæ ſequitur.

3 Et ſic poteſtas ſuperioris in cõferendis beneficiis deuolutis, modificatur & regulatur ſecundum poteſtatem ipſius inferioris: vt quibus ipſe conferre nõ potuiſſet,ſimiliter nec poſſit ſuperior. tráslationes enim de perſona in perſonam fiũt cũ ſua cauſa, & ſuis qualitatibus, modis & cõditionibus, vel. Caio Seio.ff.d'alim.& ciba. lega.& l.legatũ ſub cõditione. de adi. leg.P.r.

¶ *Glo.ſeq.alleg.concor.& ibi remittit,& arguit ad duas quæſtiones.*

o ¶ *Monaſteriorũ*.]cõcor.de præben.cum ſingula.§.prohibemus. lib.6.Et quid ſi non ſit idoneus in monaſterio:ibi not.Et optime facit hæc littera coniuncta cum illa, ad quæſtionem quam olim diſputaui:An is ad quem deuoluitur eligendi poteſtas, teneatur eligere de illo collegio de quo tenebatur qui neglexit:quam vide in mercurialibus ſub hoc tit. & eſt poſita ſub regula,contra eum.Item beneficia ad id quod ſcripſi s̃.de elec.c.publicato in vltima quæſtione.

p ¶ *Eadem*.]Iſte §.ſequens determinat not.per Inno,& Hoſtien. de præben.in Lateraneñ.de priuileg.paſtoralis.

q ¶ *Auctoritate*.]ſcilicet Apoſtolica,etiam in exemptis.

r ¶ *Applicent*.]vide quod dicam j.de ſta.reg.ne in agro.§.ad hoc vbi patet,ꝙ licet eſſet caſus veniendi,per ordinarios fieri debet.

ſ ¶ *Penſioneſve*.]de præben.auaritiæ.de cenſi.prohibemus.

t ¶ *Nouas*.]quæ dicantur nouæ,not.de cenſi.ſignificauit.

v ¶ *Imponant*.]auctoritate ſua aliàs ex cauſa poſſent,nouæ penſiones imponi,vel antiquæ augeri per epiſcopum.de hoc de cenſi.prohibemus.quod quomodo intelligant Innocen. & Hoſtien. ibi dixi ſuper glo.2.

x ¶ *Soluantur*.]concor.prodi.decre.ſignificauit.de cenſi.& de iureiuran.tua nos 1.Ioan.And.

y ¶ *Præmiſſa*.] ſcilicet quæ dicta ſunt s̃.in 1.& 2.reſponſo.

z ¶ *De menſa*.illa ergo non intelligerentur vacare: & ſic in illis non habebit locum quod dr̃ de negligentia ſupplenda,vt probatur j.de exceſsi.prælato.frequens.verſi. quidam etiam. Item nec habebit locum quod dicitur de penſione imponẽda vel de augẽda,cum totum ſit abbatis.& abbates fructus talium poſſunt vendere & locare,vt in prædi.ver.quidam.& facit quod not. Innoc. de ſta.reg.c.2.verſi.prioratus.

a ¶ *Cum oportuerit*.]idem videtur de ſta.mona.cum ad monaſterium.verſi.tales.& vide quod ibi dixi,& qui cle.vel vo. inſinuante.ſuper glo.3.

¶ *Glo.ſeq.ponit dictum de quo remittit:Secundo obijcit,& ſoluit:Tertio dat dubium ſolutum ſuper quo nouum ſtatutum expoſcit.*

b ¶ *Reuocari*.]Et in talibus clauſtralibus habet locum quod dicitur eos non habere ſtare ſolos,vt patebit j.de ſtatu regula. ne in agro.§.ad hoc.Sed aduerte:quia non videbatur ꝙ in talibus obedientiarijs locum haberet concilium Lateranenſe:deriſorũ enim eſt dicere,ꝙ eṗs hodie cõferat monacho prioratum,& abbas cuius negligentiam ſuppleuit eṗs,cras reuocet illum. Nec dicas ꝙ ſic inſtitutum per epiſcopum ſupplẽtem,abbas reuocare nõ poſſit;quia nec plus nec aliter confert ſupplens quàm negligens, vt probatur s̃.1.rñſo.Item ſecundum illud aperta eſſet via ad perpetuandum clauſtrales:quod tamen etiam Papa non facit.s̃.de confir.vti.vel inuti.ad noſtrã.& c.porrecta.Volens enim abbas præ-

ficere

Religioſus per epiſcopum inſtitutus, ſupplendo abbatis negligentiam, non poſsit per ipſum abbatem reuocari.

ficere nepotem vel ſibi charũ,permitteret labi tempus,vt ille demũ p epm inſtitutus eſſet perpetuus,& tali fraudi claudenda eſt via.de diuer.quanto.in fi.& propter hanc cauſam cõiter olim hæ ſuppletiones non fiebant,ſed ſatis eſt ꝙ ſatisfiat iuri in eo ꝙ ſuppletur:quod abbas facere neglexit.Nec poteſt negari quin hoc ſit vtile:ſaltem enim erubeſcent abbates de negligẽtia notari.Et ſcias per hanc decre. hodie teneri,ꝙ manualia quę non ſunt de menſa, & tẽporales prioratus vacant per mortẽ vel remotionem eorum, qui præſident illis:Vnde & hodie Papa qui recipit fructus vacantium, recipit fructus taliũ, nec reſiſti poteſt per hanc litteram & per ſequentem, & tendit hoc ad noxiam: quia ſuperiores locorum manualiũ tales occupationes fructuum timentes dimittunt in talibus prioratibus illos, quos aliàs remouerẽt,& quos remoueri forſitã expediret: & ſic inducit hic quaſi quandam perpetuationem clauſtraliũ. Et ob hanc cauſam ſi aſsiſterem Papæ, conſulerem declarari vel ſtatui,ꝙ cum ſibi reſeruat,vel alteri concedit fructus vacantium in vrbe,prouincia vel diœceſi.non includerentur manualia,ſed quãdiu duraret gratia xx.vel alia quota,de qua videretur ſtatuendum fructuum ipſorũ manualiũ ſolueretur priuilegiato ſingulis annis:& ſic non impediretur clauſtralium priorum correctio & remotio,nec illis priuilegiatus fruſtraretur priuilegio.

bus [a] etiam conſtitutionem [b] Bonifacij Papæ octaui prædeceſſoris noſtri bona beneficiorum vacantium occupari à prelatis vel alijs prohibentem, ac nihilominus in prioratibus huiuſmodi & eccleſiis illud Bonifacij eiuſdem ſtatutum [c], quod religioſum quemcunque pluribus præeſſe prohibet prioratibus, aut eccleſijs curiam [d] animarum habentibus (etiam ſi cura ipſa non per eum, ſed per alium [e] habeat exerceri) locum ſibi cenſuimus vendicare, licet etiam eiſdem prioratibus cura non immineat ſupradicta.

TITVLVS VI.

## De ætate & qualitate, & ordine præficiendorum.

¶Clemens v.in concilio Viennenſi.

*¶Diœceſani ſeruare debent,& à ſuis ſubditis ſeruari facere iura loquentia de qualitate perſonarum præficiendarum eccleſiis.Ioan.And.*

CAP. I.

Cum † eccleſiæ [f], quibus preficiuntur perſonæ minus idoneæ ſcientia [g], moribus, vel ætate [h], grauia propter hoc (vt docet [i] experientia) nonnunquam perferant in ſpiritualibus & tẽporalibus detrimẽta: Nos volentes per locorũ diœceſanos, quibus ratione [k] officij hoc competit, præcipue [l] ſuper hoc diligentius præcaueri, eis diſtricte iniungimus, vt ipſi ſtatuta canonica [m], quæ ſuper

† Vide concilium Trident. ſeſsio. 24. de reformat. c. 12.

a ¶*In quibus.*]prioratibus,adminiſtrationibus,& eccleſijs manualibus,quæ non ſunt de menſa.

¶*Glo.ſeq.dicit quid determinat,& quid reprobat.*

b ¶*Conſtitutionem.*]de of.ord.præſenti.lib.6.& determinat quod ibi prolixe not.Archid.& reprobat quod ibi not.Ioan.Monac.qui dicebat prioratus commendatitios proprie nõ vacare:& ideo in illis decretalem illam locum non habere.Sed ſi intellexit de his quæ ſunt de menſa.tunc vera.

¶*Glo.ſeq.dicit quid approbat,& reprobat, & rationi contrariæ reſpondet.*

c ¶*Statutum.*]de præben.cũ ſingula.lib.6.& approbat hic duas opiniones meas ibi nòt.in 1.reſponſo.in 4.& vlti.glo.Prima ſcilicet ꝙ decretalis illa locum habere etiam in prioratibus manualibus:Secunda,ꝙ locum haberet etiam in non curatis.In ſecunda concordabat Archid.In prima reſiſtebat,probans per id qđ habetur ibi.In ſecundo rñſo datur illis optio.Dicebat enim Bonifaciũ conſultum ſic reſpondiſſe,ſed cum vltimo legi Sextũ,quod inducit Archid.pro ſe reuoluebam contra eum:Certum eſt enim ꝙ in perpetuis nõ daretur optio,etiam ante illam decretalem,per decre.de multa.ergo de temporalibus debebat intelligi.

d ¶*Curam.*] hoc inducebat dubium,an determinaret etiam verbum,prioratibus.& hoc decidit in fine.

e ¶*Alium.*]puta ſecularem presbyterum,vt in dicta decret.cum ſingula.im prin.de ſta.mo.no.in agro.§.cæterum.

DE AETATE ET QVALITATE, &c.

*¶Viſum eſt quibus titulis & modis præficiuntur homines in eccleſiis: dubitaret aliquis vtrum prælati debeant eſſe idonei:Et quia idoneitas conſiſtit in ætate,& qualitate,& ordine: ideo annectit rubricam de ætate & qualitate ordinandorum.*

C*vm eccleſiæ.*]¶Præmiſſa ratione excitat officium diœceſanorum circa obſeruantiam canonum loquentium de promouendis ad beneficia:ibi,*Nos volentes.* Imola.

CASVS.Iure cautum eſt in capit.cum in cunctis. capit.ne pro defectu. capitu.nihil de elect. in antiqu. capit.graue. de præbend. & dignit. quod ille ad quem ſpectat collatio beneficiorum,debet illa conferre perſonis idoneis, quæ idoneita conſideratur reſpectu ætatis, videlicet quòd ille qui confertur dignitas minor dignitate epiſcopali,ſit ætatis xxv.annorũ.& ille cui confertur epatus,ſit ætatis completæ triginta annorũ, & inchoaueri t xxxj.annũ.Itẽ idoneitas conſideratur reſpecta qualitatis, puta ꝙ ille cui confertur dignitas,ſit bonæ famæ & honeſtæ conuerſationis,ex legitimo matrimonio,& ꝙ ſit ſufficientis ſcientiæ. Item idoneitas conſideratur reſpectu ordinis,vt nemo aſſumatur in epm,niſi ſit in ordine ſubdiaconatus.Sed quæritur,ad cuius ſufficiũt ꝑtinet iſta obſeruare? Dicit Clemens, ꝙ eps quantum ad ſe debet ſeruare iura antiqua,videlicet ꝙ non conferat beneficiũ vacãs,niſi perſonis idoneis.Item eps quantum ad patronos ſibi ſubditos,debet illos compellere,vt nõ conferãt beneficia,niſi pſonis qualificatis.Et in hoc iſtud capitulum continet aliquid noui: qa nihil dr̃ de diœceſano in iuribꝰ antiquis; licet dicatur aliquid de concilio generali.c. graue. allegato. hoc dicit. Colligo aliqua notabilia. Nota ꝙ quis non eſt præficiẽdus,id eſt,inſtituendus in aliqua eccleſia, niſi ſit idoneus ſcientia,moribus, & ætate: Vnde ſecundum diuerſitatem beneficiorum requiritur diuerſa ætas,qa in epatu requiritur ætas triginta annorum,in eccleſia parochiali & alij dignitatibus inferioribus ab epatu.requiritur ætas xxiiij. annorũ,tñ pro ſimplici dignitate põt eps diſpenſare in xx.anno: in alijs beneficijs,vt in prębendis requiritur ætas xiiij.annorum: qa ibi ſufficit maturitas conſilij: ideo ita ætas requiritur.In alijs vt in capellaniis,quæ non requirũt maturitatem conſilij,requiritur ætas ſeptem annorum.In alijs,vt in prioratibus qui nõ habẽt curam animarum,requiritur ætas xx.annorum.Et de hac materia ſingulariter tractat Panor.in c.cum ſis.de præbend. & dignita.in anti.Itẽ in præficiẽdo requiritur idoneitas in moribus:qa ſi eſſet malæ vitæ.poſſet inducere laicos ad malũ exemplũ. Itẽ requirit ꝙ ſit ſufficientis ſcientiæ:quin epo requiritur theologia,& quòd ſciat nouũ & vetus teſtamẽtũ ad ꝑdicãdũ ſuis ſubditis.Itẽ requiritur ꝙ ſit iuriſta,vt poſsit ↄſeruare iura ſuæ eccleſiæ.In habate vero non requiritur magna ſcientia:ſed ſufficit ꝙ ſit expertus in negotijs.In rectore eccleſiæ parochialis ſufficit ſciẽtia canonũ pœnitentialiũ.Hæc optima tractat Inno.in c.cũ in cunctis.de ele. in antiq.Not.ꝙ eps poteſt compellere ſubditos ſuos ad obſeruationem canonum,id eſt quòd poteſt monere prælatus ſibi ſubditos, vt non conferant bñficia perſonis non idoneis.Quæritur hic: Si prælati ſint negligẽtes ſuper eo qđ hic diſponitur,qualiter peccent.Dicit Lau.& Zen.ꝙ mortaliter.4.diſt.denique.qđ not.glo.de of.Archid.ea quæ.de quo per Archid.76.diſt.vtinam.pro hoc iſta litera ibi,*Diſtricte iniungimus.*Zabarella.

¶*Prima glo.ſumma,& exponit.*

f ¶*Cum eccleſiæ.*]Caſus diœceſanis ſeruare debẽt,& à ſuis ſubditis ſeruari facere iura loquentia de qualitate perſonarum præficiẽdarũ eccleſijs.Et neſcio ſi aliquem fructum inducet hæc cõſtitutio.Sed hoc ſcio,ꝙ innouata ſine pœnarum adiectionibus raro proficiunt,vide ſub rubri.s̃.de magi.& poteſt exponi,eccleſiæ, id eſt eccleſiaſtica miniſteria.de elec.cũ in cunctis,in princi.de quibus etiam poteſt intelligi,licet ſolum de regimine eccleſiarum videatur hic loqui:nihil enim intereſt,cum nil nouum inducat.

g ¶*Scientia.*]qualis ſcientia requiratur in epiſcopo & in alijs miniſtris,& quæ ſit eminens,& quæ competens, & quid de parum ſciente,an poſsit promoueri,& an peccet recipiendo officium, ad quod ſcientia ſua non ſufficit,ſcripſi poſt Innocen. & Hoſtiẽ. & compoſt.de elect.cum in cunctis.ſuper ver.ſcientia.

h ¶*Aetate.*]de ordine nihil dixit,ſicut nec decre.eam te.s̃.eod.Et vide quod not.de præben.ſi pro pauperibus lib.6.in glo.2.

i ¶*Docet.*]facit s̃.de elect.quàm ſit.in princip.libr.6. vbi de hoc.

k ¶*Ratione officij.*excitat ergo ipſorum officium,non conſtituit illos delegatus.s̃.de offi.ordi.licet.& penult.

l ¶*Præcipue.*]duplex punctuatio.

m ¶*Canonica.*]ſupra eodem per totum.de elect.cum in cunctis. & cap.

& cap.nihil.de præbend.graue.cum ſimilibus.

a ¶*Subditis.*]non ſufficit prælato,ꝙ ſit bonus in ſe:niſi etiam ſit, quantũ eſt in ſe,bonus in ſubditis.de ſimo.licet.in prin.cũ cõcor.

b ¶*Diuinam offenſam.*]concor.huic fini de elect. vbi periculum. §.qui autem.& c.perpetuæ.& c.commiſſa.in fi.lib.6. & j. de cen. ad noſtram.in fin.

præficiendis perſonis in huiuſmodi eccleſijs hactenus emanarunt, diligentius per ſeipſos obſeruent:& faciant à ſuis ſubditis [a] inuiolabiliter obſeruari: ſi diuinam [b] offenſam,& ſedis Apoſtolicæ debitam vitare voluerint vltionem [c].

¶Idem.

¶*In capitulo cathedralis eccleſiæ vel collegiatæ vocem non habet qui non eſt ſubdiaconus. Habens beneficium, cui annexus eſt ordo, poſt annum, niſi prius (impedimento ceſſante) promoueatur ad illum, in capitulo vocem non habet donec fuerit ordinatus:& interim perdit diſtributionem dimidiam. Ioan. And.*

CAP. II.

VT ij [d], qui diuinis in cathedralibus vel collegiatis ſecularibus vel regularibus [e] eccleſijs ſunt mancipati [f] officijs [g], vel mancipabuntur in poſterum [h], ad ſuſcipiendos ſacros ordines propenſius [i] inducantur: Statuimus, vt nullus [k] de cætero in huiuſmodi eccleſijs vocem in capitulo [l] habeat

c ¶*Vltionem.*] ſpecialiter circa hoc ſtatutã: de gñali vide qđ not. de treu.& pa.c.1.de celeb.Miſ.dolẽtes.de ele. generali.lib.6.

VT ij qui.] ¶ Primo declarat non exiſtentem in ſacris nõ habere vocẽ in capitulo cathedralis eccleſiæ vel collegiatæ:Secũdo idẽ dicit de habente beneficium, cui annexus ſit ordo,niſi ad illum promoueatur ceſſante impedimento infra annũ: quia illo elapſo tũc nõ habet vocem in capitulo,& ei ſubtrahitur pars dimidia diſtributionum Secunda:ibi, *Illi vero.*Imola.

CASVS.Vacat eccleſia cathedralis,collegiata vel conuentualis forte per mortem prælati:tũc canonici vel regulares profeſsi cõuenerunt ſuper electione facienda:ſunt tñ aliqui canonici vel religioſi,q non ſunt in ſacris conſtituti,licet ſunt profeſsi vel canonici præbendati:ſed conſtituti in ſacris propoſuerũt ex parte ſua ꝙ alij non conſtituti in ſacris non admitterentur,id eſt, nõ reciperentur ad electionem faciẽdam:Quæritur,quid iuris?Dicit Romanus Pontifex Clemens,vt intitulati in eccleſia inducantur ad ſuſpiciendos ſacros ordines:ſtatuit,id eſt,ſtatutũ facit,ꝙ iſti non conſtituti in ſacris non habeant vocem in capitulo,dum celebrabitur electio,vel aliud capitulum.Sed ponamus ꝙ ſit dignitas vacans,vel perſonatus,vel aliud beneficium,qđ requirit certum ordinem:puta ꝙ ſi quis aſſumatur ad talem dignitatem, ꝙ ipſe ſit diaconus vel presbyter:quidam ſubdiaconus fuit aſſumptus ad illam dignitatẽ vel beneficium,& non fecit ſe promoueri infra annum ad ordinem requiſitum illi dignitati vel beneficio:quæritur quam pœnã incurrit talis qui accepit talem beneficium vel dignitatem, & non ponit ſe in ordine annexo illi beneficio vel dignitati?Rñdet Clemens,ꝙ talis non habebit vocẽ in capitulo,& ꝙ ꝑdit medietatem diſtributionũ,donec fuerit promotus ad ordinẽ requiſitum in tali beneficio,Sed quæritur vtrum pœnæ antiquæ ſint ſublatæ per iſtud capitulum?Dicit ꝙ non:ſed remanẽt in ſuo robore.Et ſunt illæ pœnæ,ꝙ ſi quis beneficiatus fuerit monitus vt infra annũ promoueatur ad ſacros ordines,& infra annum nõ fecerit ſe promoueri,tunc poterit priuari illo beneficio.Sed ꝑ c. licet.de ele.in 6.fuit ſtatutum in eccleſia parochiali, ꝙ ipſo iure perdit beneficium abſque monitione:ſed nõ loquitur in alijs beneficijs:ideo in alijs beneficijs remanẽt iura antiqua incorrecta: videlicet ꝙ debẽt promoueri poſt monitionem:ſed abſque monitione incurrunt pœnas huius capituli.Not.ꝙ ordo non dr̃ annexus ita ꝙ nõ conſtitutus in tali ordine nõ poſsit habere illud beneficium:ſed intelligitur ꝙ habẽs illud beneficium debet promoueri ad illũ ordinẽ.Not.ꝙ mancipati,id eſt,deputati diuinis officijs & miniſteriis,quãcitius pñt debẽt promoueri ad ſacros ordines ad illum finem,vt ab illo ſtatu non poſsint retrocedere : hoc eſt,ꝙ poſtquam habent beneficiũ,& dicunt velle eccleſiaſticari, & ſub illa ſpe accipiunt beneficium,non retrocedaut,id eſt,non mutent ſuam volũtatem,nec vxorem accipiant:quare qñ ſunt ſemel in ordine,non poſſunt retrocedere, id eſt ,reaccipere ſtatum quem dimiſerunt tacite,accipiendo beneficium vel dignitatem, Et ſi retrocedit,& habebat animũ retrocedendi dum accipit beneficium:talis tenetur ad reſtitutionem omniũ fructuũ beneficij: Secus autem ſi non haberet animũ retrocedendi à principio:qa forſan poſtquam tenuit beneficium ꝑ aliquod ſpatiũ, ipſe cognouit ꝙ non poſſet ſaluari cum beneficio,& ꝙ melius ſolueretur cũ matrimonio,& dimittit beneficium & retrocedit:credo ꝙ talis ñ tenetur ad reſtitutionem fructuũ,niſi eſſet opulẽtiſsimus,ita ꝙ reſtituendo,facultates ſuæ & ſtatus eius parũ diminuerentur.Not. ꝙ cõſtitutus in ſacris habet vocem in capitulo:& hoc accipiẽdo capitulum improprie,ſcilicet pro collegio & cõuentu:quia proprie capitulũ dr̃ in eccleſia cathedrali,collegium dr̃ in alijs eccleſijs ſecularibus,& conuentus in eccleſijs regularibus:ſed vnũ ſępe ponitur pro reliquo.Not.ꝙ habens dignitatem requirentem certum ordinem,& illam tenet per lapſum vnius anni,& nõ promouetur ad illum ordinẽ requiſitum illi dignitati,nõ priuatur illa dignitate,ſed punitur pœnis hic contentis in c.cum in cunctis de elect.in antiq.& in c.licet.de elect.lib.6.Not.de dictione, *Vt*, quæ hic ponitur in vim cauſæ:ſed regulariter facit modum.de cõdi.appo.verum.& quod ibi dixi.Not.ꝙ inhabilitas vocis, ſurgens ex defectu ordinum ſacrorum,non eſt remiſsibilis per habiles: etiam ſi hoc ſibi aliis concedatur. concor.ponit glo.in verbo, *Concordatur.*Zaba.

¶*Primo glo.ſummat, & dicit quid dederit cauſam conſtitutionis: & infert à ſimili.*

d ¶*Vt ij.*]Caſus.In capitulo cathedralis eccleſiæ , vel collegiatæ vocem non habet, qui nõ eſt ſubdiaconus,habens beneficium , cui annexus eſt ordo, poſt annum,niſi prius, (impedimento ceſſante ) promoueatur ad illum, in capitulo vocem non habet donec fuerit ordinatus : & interim ꝑdit diſtributionem dimidiã.partes ſunt duę: quæ ſatis patent.Cauſam dedit conſtitutioni.quod not. Hoſt. de præben.extirpandæ.§.qui vero.vbi dicit eſſe æquum, ꝙ ſicut minor ſubdiacono non eligitur in epm:ita nec eligat,vt bene cõueniant electus & eligentes:dicens ibi per conſtitutiones legatorũ in prouincia Prouinciæ hoc eſſe ſtatutum,ꝙ non exiſtentes in ſacris nõ habeãt vocem talem autem conſtitutionẽ facere poſſunt nedum legati,ſed etiam epi [1],vt ſcripſi poſt eum de offic.archipreſ.c.ſi.vnde conſtat,ꝙ multi epi tales conſtitutiones habebant

† Vide cõcilium Trident.ſeſsio.7. de refor. c.12. & ſeſſ.24. refor. c.12.

Not.etiam ipſe Hoſt.eod.tit.de offi.archipreſ.cap. 2. ꝙ ſicut inter Cardinales nullus eſt quin ſit ſaltẽ diaconus:ita & inter canonicos nullus deberet eſſe,quin eſſet ſaltem ſubdiaconus.argu.s̃.eo. quæris.de conſe.diſt.1.epiſcopus Deo ſacrificans. & c.iubemus. facit qđ dicit canõ,illicitum eſſe eũ qui non ſit in ordine , eccleſiaſticis miſceri tractatibus.96.diſt.ſatis euidenter.tales enim retrocedere poſſunt à ſtatu clericali.de elec.cum ex eo.lib.6.

1 Vide Alexandrũ cõſi. 106.in 2. volum. colum.6.

e ¶*Regularibus.*]Si ergo in eccleſijs regularibus nõ cõſtitutus in ſacris vocẽ nõ habet:ergo nec in numero cõputatur de facto,nõ de fictione,vt not.in cle.s̃.de elec.quod circa.in fine penulti. glo.

¶*Glo.ſeq.exponit & infert ſolutionem dubij.quam fortificat,prorogat & determinat.*

f ¶*Mancipati.*]quaſi dicat,nuncupati,electi,vel deputati.& quia mancipare eſt ſeruire,vel in ſeruitium,vel in poteſtatẽ reducere: ideo vtitur hoc verbo:quod etiam habetur 28.diſt.de his.in prin. 1.q.3.ſaluator.vltra medium.In his ergo qui non ſunt deputati ad diuina officia , quales ſunt conuerſi vel profeſsi laici,pręcipue in eccleſijs regularibus,nihil puto mutatum per hanc cõſtitutionẽ. & ſic ſaluum manet quo not.de elect.ex eo ꝙ lib.6.in fi.& ita ſeruatur:aliàs ſequeretur ꝙ per hanc conſtitutionem moniales non haberent vocem in ſuis capitulis,quæ propter ſexus fragilitatem non ſunt capaces [2] ordinum.de hoc 27.q.1. diaconiſſam. hac eadem rationẽ videretur ꝙ extranei,qui non ſunt eccleſijs inſtituti,ſed in certis actibus habent vocem in capitulo,non includantur hac conſtitutione.quod intelligo,niſi per ius capituli ſuæ eccleſiæ habeant talem vocem in aliena.

2 Feminæ cur ſacrorũ ordinũ ſint incapaces , docẽt theologi ſcholaſtici libr. 4. ſent.diſt.2 . vbi late Sotus.q.1.ar.2.

g ¶*Officijs.*]etiam ſi ſacri ordines annexi non ſint,& ſic differt à proxi.reſponſo.

¶*Glo.ſeq.dupliciter obijcit,ſoluit,& vtrique obiectioni reſpondet.*

h ¶*In poſterum.*]ꝙ poſteris indici poſsit aſperior ſtatus,nõ dubitatur:ſed vr̃ abſurdum ꝙ hic indicatur iam intitulatis, ſaltem nõ profeſsis.hoc dico propter id quod not.de reg.iu.quod omnes.li. 6.Item vr̃ abſurdum,ꝙ cõſtitutio liget præterita ꝯtra id.s̃.de cõſti.c.ſi.Dicas.ꝙ hæc decre.non priuat eos beneficio,ſed ſolum voce capituli:& tñ certum eſt,ꝙ cum beneficium aſſumpſerit,vt expediens & neceſſarium officiũ eccleſiæ gerat,ſi ingrueret neceſsitas cũ ad ſacros ordinari,& hoc renueret,poſſet etiã priuari bñficio.s̃.e.quæris.Nõ mãducet ergo qui nõ vult laborare. Quod primo in ꝯtrariũ allegaui,locũ habet in continentia,quæ nõ inducitur inuito.32.q.1.integritas.Quod dixi ſecundo, non obſtat : quia cõſtitutio iſta nõ ligat præteritas inſtitutiones,ſed futuros tractatus & actus capitulorũ.Itẽ nõ vitiat vocẽ in capitulo præſtitã,ꝙ eſſet reſpicere præterita,ſed præſtandum:& ſic reſpicit futura.

i ¶*Propenſius.*]idem verbum de offi.ord. c. 1. deriuatores exponunt,id eſt,extenſius.ſed illud:vbi dicimus protenſius:ſed propẽſius deriuatur à prope vel propere,quaſi velociter,vel feſtine.

Propenſius quid ſignificat.

k ¶*Vt nullus.*]iã inſtitutus vel inſtituẽdus,vt patet per ꝓcedẽtia.

¶*Glo.ſeq.ponderat verbum,per quod ſoluit dubium ad ſolutionẽ inducens quatuor ſimilia.*

l ¶*In capitulo.*]ſtallum chori non aufert.& per hoc verbum patet,ꝙ

Canonicus non in ſacris ꝓ actus nõ collegiales exercere poteſt.

tet,ꝙ fieſſet actus expediendus vt à priuatis nõ à capitulo,ad tale bene admitteretur.per quod puto ꝙ talis canonicus nõ in ſacris,præbendam & domum optare poſsit,ſicut conſtitutus in ſacris,ſi eccleſiæ ſtatutum vel conſuetudo non obuiet cũ ille actus non ſit collegialis,& competat ex canonica & præbenda:non ex voce capituli: ſicut & poteſt delegatus dari. de reſcrip.ſtatutum lib.6.agere pro præbenda. de proba. ex litteris. epiſcopum ſociare, & fructus ꝑcipere,de cle. non reſi. ad audientiã. eccleſiã defendere. de conceſ.pręben. ex parte de elec. generali. de reb.eccle. non alienan. c.2.lib.6.

(etiam ſi hoc ſibi ab aliis libere [illegible]ncedatur[a])niſi ſaltem in ſubdiaconatus ordine fuerit conſtitutus[b]. ¶Illi vero qui dignitates, perſonatus, officia, vel præbendas[c], quibus certi[d] ordines ſunt annexi[e] pacifice nũc obtinent in eiſdem[f] eccleſijs vel obtinuerint in futurum:niſi(iuſto impedimento[g] ceſſante) ad huiuſmodi ordines ſe promoueri fecerint infra annum[h], extunc[i] donec[k] ad eos promoti fuerint, nullo modo[l] vocem in capitulo habeant earundem. Ipſiſque diſtributionum[m], quæ dantur his qui certis[n] horis interſunt[o], pars

*¶Glo.ſeq.alleg.duas concordantias:quærit pro,contrarium ſoluit,illud amplians.*

a ¶*Concedatur.*]concor.ſ.de e[illegible]nſtitutus.& j.de regul. vt profeſſores.Sed quid ſi actum electi[illegible]s imminentis participant ſibi ſocij?Videtur ꝙ poſsint,per ea quæ not.ſ.de elect.cum Vintoñ.in vlti.glo.Cõtrarium crederem,quaſi ſit inhabilitas in perſona,per hanc litteram,per quam etiã nõ credo epm ꝯtra.hoc diſponſare poſſe.& facit verbum,nullo modo.j.proximo reſponſo.

*¶Glo.ſeq.primo quærit:arguit negatiue,contrarium ſoluit per duo iura & tria ſimilia,& contrario reſpondet:ſecundo quærit,& ſoluit per vnum capitulum, & quatuor abſurditates: tertio ſubdit duas quæſtiones,& ſoluit.*

Canonico ſufficit eſſe in ſatis tẽpore electionis, ad hoc vt eligere poſsit.

b ¶*Conſtitutus.*]& habens ætatem,de qua infra,cap.proxi.quod cap.fuit ſumme neceſſarium propter iſtud,vt ibi dicam.Sed pone (quod de facto nũc ſatis occurrit)canonicus dum vacat eccleſia non eſt in ſacris,ſed tempore quo imminet electio faciẽda,eſt in ſacris, habetne vocem in electione?Si ponderemus initium iuxta ea quæ not.de elect.dudum 1.vr̃ ꝙ non:quia tunc non erat habilis:Tu dicas ꝙ ſatis eſt,ꝙ tempore faciendæ electionis ſit habilis: quod ſatis probatur ſ.de elect.cum inter R.in fi. & ſ.de excep. Apoſtolicæ.Item enim decernimus de eligendo vt in præd.decr. dudum 1.& 2.Sic etiam is qui non eſſet,canonicus tempore vacationis,ſi tempore electionis canonicus eſſet, admitteretur cũ alijs,& eligeret.& qui tempore vacationis non eſſet in loco vñ vocari deberet,ſi tempore electionis præſens eſſet, admitteretur ad eligendũ.de hoc ſ.de elect.eccleſia 2.Quod dr̃ in electionibus ſpectari initium,intelligitur de initio electionis,non vocationis.

Canonicus in ſacris nõ conſtitutus nõ eſt ab aliis expectãdus,licet velit ordinari infra terminum iuris datũ ad eligendum.

Sed fortius quæro,nũquid canonicum nõ conſtitutum in ſacris. in proximis temporibus ordinari volentẽ,quæ tempora incidũt infra terminum iuris datum ad eligendum,teneantur ſocij expectare.maxime ſi hoc patet:Puto ꝙ non : quod bene probatur,ne ſe.vacan.c.vnico.1.reſponſo.lib.6.aliàs ſequeretur ꝙ ſecundum iura vetera impuberem,cuius pubertas finitur infra terminũ, expectare tenerentur,vel abſentem in loco de quo vocari non dẽt dicentem ſe velle ad eccleſiã redire:vel excommunicatum,dicentem ſe velle abſolutionem petere:vel nouitium,dicentem ſe velle profiteri,vel hic ſimilia.Sed qd ſi nullus de capitulo eſt in ſacris? tunc ſolus prælatus expediat quæ incumbunt,per decreta,præal leg.& facit quod ſcripſi de elect.cum eccleſia. Sed quid ſi ipſius prælati electio imminet faciẽda,& nullus de capitulo eſt ĩ ſacris? Hic ſatis crederẽ,ꝙ ſuperior habeat expectare lapſum termini iuris.facit prædicta decre.vnica,ne ſede va.2.reſpon.de elect. commiſſa.in prin.lib.6.licet ergo canonici,qui ſunt in ſatis non expectẽt canonicum,cum ipſi ſint capitulum:ſuperior tñ qui habet vt iure douoluto,vt pœnæ deuolutionis ſit locus habebit neceſſe vſque ad iuris terminum capitulum expectare.& hæc etiã egerent declaratione,& repetita intelligantur infra proxi.reſpon.

Electio prælati ꝑ quem fiet, ſit nullus de capitulo ſit in ſacris.

c ¶*Præbendas.*]in collegiatis eccleſijs,vt j.dicam.

d ¶*Certi.*]non dicit,ſacri:per quod dico etiam in minoribus hoc locum habere.

*¶Glo.ſeq.tria dicit exponendo quod de annexione dixit.*

e ¶*Annexi.*]de iure communi,primæua inſtitutione,antiqua cõſuetudine vel ſtatuto.Et intelligo hanc litteram,ſiue certis præbẽdis annexi ſint ordines,ſiue incertis,quæ tamẽ poſtea certificatæ ſunt,puta quia tertia vacans eſt ſacerdotis 1, vt ſcripſi,de conceſ.præben.propoſuit in princi.Nec intelligo de annexione,qua nõ poſſunt conferri.niſi ei q ſit in illo ordine:quia tunc nõ eſt dare ꝙ habeat iſtud beneficiũ nõ habens ordinẽ annexum.Dico tñ ꝙ ſi per litteras Papales ad hoc ſufficiẽtes conſequeretur bñficiũ nõ exiſtens in ordine,adhuc locus eſſet huic decret.niſi etiã ad non recipiendum ordinem ſufficientem diſpẽſationem haberet.

1 Vide cõcilium Trident.ſeſsio. 24 de refor. c.12.

*¶Glo.ſeq.quærit de principali prælato: allegat propter duas rationes,contrario plus accedit,& declarationem expoſcit.*

f ¶*In eiſdem.*]cathedralibus vel collegiatis, de quibus præmiſit. Sed mihi remanet dubiũ,an hoc cap.in vtroque reſponſo locum habeat in principalibus prælatis eccleſiarum collegiatarum,puta archipresbyteris vel plebanis plebium,vel his ſimilibus.Et videtur ꝙ ſic per verbum,dignitates:quod præcedit. facit de reſcrip. ſtatutum,lib.6.eod.lib.de offi.leg.cap. penul.in princip. Certum eſt autem ꝙ illi dignitati annexus eſt ordo presbyteralis.ſ.eod.c. 1.ſi ergo non fiant presbyteri infra annum,locus erit huic pœnæ. Nec occurrit ratio quare plus arctetur habẽs perſonatum vel canoniã,quàm habens principalem prælaturam, immo videtur maior in iſto ratio,quia plus eſt adſtrictus. de reſcript. edoceri. & ĩ ſeipſo debet oſtẽdere quid ſubditis facere oporteat de elect.cum in cunctis,in princip.& à capite inchoari debet rationis editio.ff.de eden.argẽtarius.§. edi autem.In contrarium facit de ele.ſtatutum.lib.6.Nec obſtat hæc littera:quia tales non habent dignitatem in eccleſijs:immo habent eccleſias,vel dignitates eccleſiarum.ſuper quo vide quod dicam j.de præben.c.1.Item abſurdum videretur principalem prælatũ eccleſiæ priuari voce propter ordinis defectũ,nõ ſine graui damno eccleſiæ,cuius negotia debet ordinare.Vnde poteſt dici,ꝙ cũ prælatus & capitulum ſint diuerſa.ſ.de his quæ fi.à præla.in rub. & nigro.ne ſede vacan.cap.vnico.lib.6.cum multi.ſimilibus, ſub appellatione capituli non includatur prælatus,vt hic,& ſ.proxi. reſponſo.Et ſi dicatur,ꝙ de quadam largiſsima verbi ſignificatione prælatus nomine capituli comprehendatur,quaſi illius corporis caput, de his quæ fi.à prælat.nouit.& faciant not.de conceſ. præben.poſt electionem. Mihi tamen eſt ſatis, ꝙ communiter nõ comprehendatur,vt probant iura prædicta,vt ſit hoc ius correctiuum iuris veteris,& pœnale non largiſsimã,ſed potius ſtrictam, interpretationem recipiat.de regu.iur.quæ à iure.& cap.in pœnis.lib.6.Item licet prælatus & capitulum faciant vnum corpus & vnam eccleſiam,& ſic loquuntur ꝯtraria nõ per hoc ſequitur prælatum includi ſub appellatione capituli,immo potius ſumitur contrarium.& idem videretur dicẽdum circa decretalem, vt profeſſores.j.de regu.& tamẽ vtrobique neceſſaria eſſet declaratio.

Archipreſbyter ſi non ſit presbyter, an poſſit admitti ad eligendũ.

g ¶*Impedimento.*]concor.ſ.de elect.commiſſa.§.1.lib.6.& ibi videas exempla:vbi vero impedimentum proueniſſet ex culpa ſua, non videtur excuſari.de hoc ſ.eo.1.& in hoc differ à parte ſ.proxi.in qua non excuſat impedimentũ,& merito.hic aliud:quia hic eſt pœna negligentis.

h ¶*Infra annum.*]à tempore quo ligat conſtitutio in prius inſtitutis,& à tempore habitæ poſſeſsionis:vel quo ꝑ eos ſtetit, quo minus haberet in inſtituendis.ſ.de elect.commiſſa.§.1.& de præben.licet.2.lib.6.

i ¶*Ex tunc.*]ſcilicet anno elapſo prius ergo non eſt locus huic pœnæ:poſſit tamen excludi etiam prius à voce capituli ex alio capite.ſ.proxi.reſponſo.hoc eſt dicere,ſi habens præbendam diaconalem ſubdiaconus eſt,licet non diaconus,nõ excluditur à voce niſi poſt annum.Si vero nec eſſet ſubdiaconus,& ſi ipſa præbenda eſſet ſubdiaconalis tãtum,excluditur etiam infra annum: ſed à diſtributionibus ſolum poſt annum, & eum excuſat impedimentum.

k ¶*Donec.*] 2 Illis ergo ordinatis ceſſat pœna.concord.ſ.de elec. quia ſæpe.lib.6.& quod not.de mat.contract.contra.c.fin.

2 De hac dictione,donec,vide Alexandrũ cõſil.66.incip.viſo teſtamento,in 3 volum.

l ¶*Nullo modo.*]Vniuerſale negatiuum excludit conceſsionẽ capituli,vt ſ.proxi.reſpon.& diſpenſationem epiſcopi,vt ibi dixi.

*¶Glo.ſeq.arguit,& dubium ſoluit.*

m ¶*Diſtributionum.*]per hoc verbum,& verbum,capitulo,quod præcedit,patet in beneficijs quibus non debetur vox capituli,& in quibus non ſunt diſtributiones,has pœnas non competere:puro tamen ꝙ ſi in eccleſia collegiata eſt capellania vel altare,ex cuius inſtitutione etiam capellanus tenetur officiare eccleſiã:vt in eccleſia Bonoñ.ſi in illis horis aliquæ diſtributiones eis deberentur,quo ad illas locus eſſet huic pœnæ,ſi promotus non eſſet,licet non ad redditus capellaniæ vel altaris, de quibus hic non cauetur.

n ¶*Certis horis.*]Not.pro conſuetudine eccleſiarum collegiatarũ,quæ diſtributiones ordinant non per omnes horas 3, ſed per certas,& aliquas atribuunt Miſſæ,q̃ non eſt de horis.de cele.Miſ. c.1.& decr.vnica.de cler.nõ reſid.non dicit de horis, ſed de officijs.Honeſtius eſſet & iuri conſonans,vt per omnes horas fieret ipſarum compartitio.& autẽ pro Miſſa,matutino, & veſpera debeat fieri æqua contributio,facit infra,de reliq.ꝙ vene.ſanct.cap. vnico.in fine.

3 De his horis.vide Abbatem in c.1. extra de celebrat. Miſ.

o ¶*Interſunt.*]dato ꝙ prædictis interſint, aliàs priuarentur illis in totum.quod dic vt ſ.de cler.non reſi.c.vnico.lib.6.

*¶Glo.ſeq.ſoluit duo dubia de inopia:& cui pars accreſcat.*

2¶*Pars dimi-*

dimidia [a] ſubtrahatur, non obſtātibus quibuſlibet conſuetudinibus [b] vel ſtatutis [c]. Pœnis alijs, quæ contra tales promoueri ad ordines recuſantes ſtatuuntur in iure [d], nihilominus in ſuo robore permanſuris.

¶Idem.

*¶In xviij. anno ad ſubdiaconatum. In xx. ad diaconatum. In xxv. ad presbyteratum poteſt quis libere promoueri. hoc dicit. Ioan. And.*

CAP. III.

GEneralem [e] †Eccleſiæ obſeruantiam [f] volentes antiqs [g] iuribus in hac parte præferri: Decernimus [h], vt (alio non obſtante impedimento † canonico) poſſit quis libere [i] in decimo octauo [k] ad ſubdiaconatus, in vigeſimo ad diaconatus [l], & in vigeſimo quinto ætatis ſuæ anno [m] ad presbyteratus ordines promoueri [n].

TITVLVS VII.

## Dɔ officio vicarij.

¶ Clemens v. in concilio Viennenſi.

*¶Iura loquentia de eccleſiis curatis, locum habent quo ad tria in vicarijs perpetuis eccleſiarum parochialium. Ioan. And.*

C. VNIC.

QVæ de ec-

---

1 Hanc gloſſam reprehēdit Guil. de monte Lauduno: ſed eam defēdit hic Io. Imola. quē videto.

a ¶*Pars dimidia.*] etiam ſi reliqua dimidia ad ſubſtentationē ipſorū non ſufficit 1: & imputēt ſibi cū per ordinis receptionē hāc pœnā vitare poſsint. facit qđ not. de ele. q̃a ſæpe. li. 6. in glo. aliud. Et ſic non obſtat quod not. de elec. cū Vintonień. in gloſ. nota ꝙ. in fi. & vide qđ not. & dixi de appel. paſtoralis. in fi. vlt. gl. Et ſcias ꝙ iſta dimidia ſubtracta accreſcit alijs interessentibus diuinis. inſtit. de leg. §. ſi eadem. ff. de vſufr. accreſ. l. 1. in fi. niſi eſſet aliter ordinatum. facit dē cler. nō reſid. c. vnico. lib. 6. & vide quod dicam ǰ. de vita & hone. cleric. c. 2.

b ¶ *Conſuetudinibus.*] concor. ǰ. de ſepul. c. 2. §. pen. in fi. & ǰ. de ſtat. mona. c. 1. §. ſane. & 2. in fi. de relig. do. c. 2. §. vt autem. & §. penul. de iure patro. c. 1. in prin. & in fi. & ſimi. ſ̃. de pœ. ſi quis ſuadēte. poſt prin. de pœni. & remiſ. c. 1. de ſen. excom. c. 1.

† Vide qđ diſponat cōcilium Tridēt. ſeſsio. 23. de reforma. cap. 11.

c ¶*Statutis.*] Nota ꝙ nō reuocat priuilegia. concor. de capel. mo. c. vnico. lib. 6. & quod ibi not.

†Dictio, impedimento, deeſt in antiquioribus exemplaribus.

d ¶*In iure.*] ſ̃. eod. quæris. de elect. licet. canon. lib. 6. & vide quod ibi. not. in gloſ. antepenult. de regularibus. habes. ǰ. de ſta. mona. ne in agro. §. cęterum. Ioan.

GEneralem.] C A S V S. Viſum eſt ſ̃. qualiter reqritur certa ętas in præficiendis: nunc quæritur vtrū requiratur certa ætas in ordinandis? Et rńdet ꝙ ſic quia in ſubdiacono requiritur ꝙ cōpleuerit decimū ſeptimū annū, & attigerit decimū octauū: In diacono requiritur qđ cōpleuerit xix. & ꝙ ſit in xx. In presbytero reqritur ꝙ compleuerit xxiiij. annum, & ꝙ ſit in xxv. anno. In minoribus vero ordinibus ſufficit ꝙ fuerit extra īfantiā, & cōpleuerit ſeptimum annū. h. d. H. K. ¶Colligo aliqua notabilia: Primo, ꝙ qs nō poteſt promoueri ad diaconatus ordinē, niſi ſit ī xx. anno: nec ad presbyterarū, niſi ſit in xxv. Sed quæritur vtrū defectus ætatis impediat receptionē ordinis? Dicendū ꝙ nō, immo quis in xx. anno poterit recipere ordinē presbyteratus, ſed nō habebit executionē illius ordinis donec attigerit ętatē legitimā, & ipſo iure eſt ſuſpenſus ab executione ordinū vſq; ad illā ætatē legitimā: & ſi qs presbyter in ætate minori xxv. annorū celebraret, tunc ꝯtraheret irregularitatem. Not. dictionem *Vero*, vt ſ̃. in c. conſtitutionē. de ele. etiam videbis dictionem, *Decernimus*. Not. ꝙ ad receptionem ordinum requiritur, vt ordinato non obſtet aliquid canonicum: ſupplet Paulus ſcilicet impedimentum. de ſen. excom. ꝙ de his. & c. quamuis. puta ſecūdum Gen. irregularitatis defectus vel vitium. de corp. vitia. per totum. Zabarella.

*¶Gloſſa prima commendat cap. & dicit quid corrigit, & quid determinat, & obiectionem ſoluit.*

e ¶*Generalem.*] breue & ſumme neceſſarium propter conſtitutionē ſ̃. proxi. Determinat aūt ætatē ſacrorū ordinum, & corrigit canones. 87. diſt. peruenit. per totum. 78. diſt. c. 1. & 3. & vlt. & 28. diſt. de his. in quibus dicebatur, ꝙ habens xx. annos ſubdiaconus, xxv. diaconus, xxx. presbyter fieri poterant, & debebant eſſe anni completi, & ibi determinat etiam non. de elect. cum in cūctis. §. inferiora. de tempo. ordin. vel non eſt compos. Et ſine dubio, licet hæc decretal. optime coniungatur proximę: melius tń intitulata fuiſſet ſub rubr. de temp. ord. iſta enim rubrica tractat de ætate & qualitate eorum qui præficiuntur, illa de qualitate illorum qui ordinantur, ſed propter connexitatem ſic tranſit. & eſt ſimile quod dixi ſupra eodem, ad aures.

*¶Gloſſa ſequens allegat ſimile: probat obſeruantiam: ponit opinionē quam impugnat, & expedientiam huius iuris. in fin. quærit & ſoluit, de alia quæſtione remittit.*

2 De materia hui⁹ gloſſæ tene qđ nouiſsime ſanciuit cōcilium Tridēt. ſeſsio. 23. de reforma. c. 11. 12. & ſeq.

f ¶*Obſeruantiam.*] ſimile 2 ǰ. de appella. quamuis. Procedebat autem hæc obſeruantia à præalle. §. inferiora. quia cum ibi de ætate antiquorū canonū in ſacerdotio demantur v. anni & plus quia q. xxv. attingit, poteſt fieri ſacerdos ita videbātur v. demendi de ætate diaconi & ſubdiaconi, per quam etiam in xv. dabatur ſubdiaconatus. nec mirū, ſi dicebātur antiqui canones in hoc correcti: nā per illos ſeruabanť interſtitia temporū inter ordinē, & ordinē, q̃ hodie non ſeruantur. Vide laicus in carniſpriuio, in feſto reſurrectionis presbyter eſſe poſſet. Sed Hoſtiē. dicēs antiquos canones ſeruandos, dicebat ꝙ in §. inferiora. diſpenſabatur in ætate propter curam animarum, & ſm Innocen. ſuberat neceſsitas, ex quo vocatus fuerat ad beneficium, quòd requirebat ordinem. Sed mirandum eſt hoc, cū enim ſine aliqua diſpenſatione promoueatur ad curam, ergo & ad ordinem annexum curæ. Itē ſonat in abſurdum, ꝙ maior xxiiij. annis poſsit habere curam & ſacerdotium, & non ſolum ſacerdotium. Item aliud abſurdum: quia ſecundum id eadem erit ætas epi & ſacerdotis: quare ſæpe clamaui in ſcholis, & ad curiam ſcripſi, & præcipue domino Richardo ſancti Euſtachij diacono Cardinali, vt determinareť hęc ætas, quod ſumma fuit neceſſarium propter proximam decretalem, aliàs innumeroſæ & inextricabiles q̃ſtiones emerſiſſent. volens enim habere vocem ī capitulo maior xiiij. minor xx. recepiſſet ſubdiaconatū, fuiſſet obiectum, illum nihilominus excludendum, quaſi nō rite promotum propter defectum ætatis, iuxta illud quod not. de præben. ei cui. lib. 6. Ipſi replicaſſent antiqua iura correcta per diſſuetudinem, & per §. inferiora, contra quos duplicatū fuiſſet de prædicta opinione Innocē. & Hoſtien. quam etiā ſequitur Archidiaco. in prædicta decreta. ei cui. Sed quid de promotis ante hanc decretalem infra hanc ætatem? puto ſatis eſſe ꝙ nunc ſit in ætate. ſ̃. de tēpo. ordin. vel nō eſt. Si vero nec adhuc ſunt in ætate, excludentur ab executione ordinis vſque ad ætatem legitimam, vt ibi. De ordinato vero infra pubertatem ad ſacros, an teneatur continere 3, not. & ſcripſit de cleri. per ſalt. promo. cap. vnico.

3 De hoc dubio vide Richardum li. 4. ſent. diſt. 25. art. 4. q. 2. & Paludanum eadem diſt. q 3.

g ¶*Antiquis.*] allegatis in 1. gl. Sed ꝯtra: quia canon antiquus. 77. diſt. c. 1. permittebat quem ſubdiaconari in xiiij. anno. Sol. illud verum, computationem inchoando poſt infantiam, vt ibi not.

h ¶*Decernimus.*] non dicit declaramus, qđ facit pro opinione Inno. & Hoſtienſis.

i ¶*Libere.*] id eſt, ſine diſpenſatione, dato ꝙ non habeat beneficium quod ordinem requirat.

k ¶*In decimo octauo.*] intelligo inchoato: ſatis ergo ꝙ attigerit, vt in §. inferiora. & idem de ſequentibus. Certū eſt enim ꝙ maior xvij. eſt in anno xviij. nec littera requirit ꝙ ſit xviij. annorum, ſed in xviij. olim ſecus, vt dixi in 1. glo. Nota per hanc decretalem cōiunctam ſ̃. c. proxi. 1. reſponſo, hodie puberem non habere vocem in capitulo, niſi exceſſerit xviij. annum.

l ¶*Diaconatus.*] licet in anno xx. poſsit quis eſſe diaconus, non ꝓ hoc putes quòd poſsit eſſe archidiaconus. De ætate 4 enim promouendorum ad dignitates terminata per §. inferiora. nihil hic immutatur: aliàs ſequeretur, ꝙ cum ſubdiaconus poſsit in epiſcopum eligi, eo. tit. à multis. & maior xvij. ſubdiaconus eſſe poſsit, vt hic, ergo poteſt eligi: quod eſt falſum.

4 Vide omnino concilium Trident. ſeſsio. 24. de reforma. c. 12.

m ¶*Anno.*] ſi prius ordinatur, ſuſpenditur ordinans à collatione ordinū, & ordinat⁹ ab executione ipſius ordinis vſq; ad ætatē legitimam. de tempo. ordin. vel non eſt. & per prædi. decre. eo. tit. dilectus. non puto epiſcopum circa ætatem hanc diſpenſare poſſe.

n ¶*Promoueri.*] ſed quæ eſt ætas minorum ordinum? Dic ꝙ maior infantia. 28. diſt. de his. de tēp. ord. nullus. lib. 6. 78. diſt. cap. 2. & vide quod ibi notaui in ſumma. & c. ſuper inordinata. de præbend. Ioan. And.

DE OFFICIO VICARII.

*¶Iſta rub. continuatur ad præcedentes: 1 Dictum eſt ſupra per diſcurſum titulorum de promotione clericorum ad beneficia eccleſiaſtica: verū quia ſic promoti quandoque ſub ſe habent vicarios: ideo annectitur rubr. de officio vicarij.*

Continuatio.

QVæ de eccleſiis.] Diuiditur in tres partes. Secunda: ibi, *Ac de ipſarum.* Tertia: ibi, *Et de eorum.*

C A S V S. Iſtud capitulū ſecundum gloſ. ſeipſum ſummat, & decidit tria dubia. Caſus ſic poteſt poni ſecundum primum dubium: Cauetur in cap. de multa. de preben. & digni. in antiq. & in conſtitutione, Execrabilis. quòd ſi obtinens eccleſiam parochialem, dignitatem, perſonatum, aut beneficium acceptet, & apprehendat pacificam poſſeſsionem illius beneficij ſecundi, ſeu dignitatis, vacat prima eccleſia, ſeu primum beneficium. Sed quæritur vtrum ſit idem de vicaria perpetua, vt ipſa vicaria perdatur per aſſecutionem ſecundæ

cundæ vicariæ perpetuæ,ſicut perditur eccleſia parochialis, dignitas, vel perſonatus: Et reſponde Romanus Pontifex quòd idem eſt:Nam quod iura ſanxerunt circa eccleſias parochiales perdendas per aſſecutionem ſecundi beneficij, illud idem ſanxerunt in vicarijs perpetuis.Secundum dubium oritur ex cap. licet canon.de elec.lib.6.vbi dicitur, quòd promotus ad eccleſiam parochialem debet facere ſe promoueri ad ordinem presbyteratus infra annum numerandũ à tẽpore habitæ poſſeſsionis.Sed ponamus quòd quidam fuit promotus ad vicariam perpetuã, & ſic non erat rector, ſed vicarius perpetuus quæritur vtrum promotus ſic ad vicariam debet promoueri ad ſacerdotiũ infra annum numerandum à tempore adeptæ pacificæ poſſeſsionis; & ſi non fuerit promotus, vtrum vacet illa vicaria perpetua: reſpondet quòd ſic.Tertium dubium ſumitur ex cap.cum in cunctis.de elect.in antiq.vbi dicitur quòd promotus an eccleſiam parochialem debet habere ætatem xxv. annorum:Quæritur vtrum ſit idem in promouendo ad vicariam perpetuam?Reſpondet Romanus Pontifex quòd ſic.hoc dicit. H. R. ¶ Colligo aliqua notabilia.Et primo iuncta gloſ.quòd ſi obtinenti eccleſiã parochialem conferatur alia eccleſia parochialis, vel vicaria perpetua eccleſiæ parochialis: & habuerit iſtius eccleſiæ ſecundæ adeptæ pacificam poſſeſsionem:immediate & ipſo facto vacat prima parochialis, & poterit ſuperior cui ſpectat collatio illius eccleſiæ, illam conferre,etiam non vocato poſſeſſore. Not.quòd ſicut promotus ad eccleſiam parochialem debet promoueri intra annum ad ſacerdotium,ita etiam promouendus ad vicariam perpetuam debet promoueri ad ſacerdotium infra annum.Nota ꝙ in promouendo ad vicariam eccleſiæ parochialis, requiritur ætas xxv.annorũ:quia iſta ætas reqritur ĩ promouẽdo ad eccleſiam parochialem.Not.de vicario perpetuo,ex quo nota eſſe dare etiã temporalẽ,vt patet in iuribus allegatis ĩ glo.in ver. perpetuis.Nota ꝙ verb.*Volumus*,eſt inductiuũ noui iuris: quod colligitur ex glo.& ideo.vtitur verbo, volumus. Fran. de Zabar.

† De vicariis perpetuis vide multa per Felinum in cap.G. perpetuus ex tra. de fide inſtru.

Quæ de eccleſijs[a] curam[b] animarum habẽtibus per receptionem aliarum ſimilium amittendis[c]. Ac de ipſarum[d] rectoribus promouendis[e] ad ſacerdotium[f], Et de eorũ[g] ætate[h] à iure ſtatuta nõ ſcũtur: in perpetuis[i] †eccleſiarũ parochialiũ[k] vicarijs & aſſũptis ad eas volumus[l] obſeruari.

## TITVLVS VII.
## De officio & poteſtate iudicis deleg.

*¶Prima gloſſa dicit quid facit.*

a ¶*Quæ de eccleſiis.*]Se ſummat tria dicens.

b ¶*Curam.*]in foro iudiciali vel pœnitentiali, vt ſcripſit poſt Innoc.& Hoſt.de præben.de multa.

*¶Gloſſa ſequens remittit ad caſus exceptos:& dubium ſoluit.*

c ¶*Amittendis.*]niſi in caſibus exceptis,quo collegi s̃.de præben. de multa.& puto quòd etiam conſtitutio Ioan. xxij. execrabilis. locum habeat in his vicarijs,cum expreſſe loquatur de beneficijs & officijs curatis in §.qui vero.

d ¶*De ipſarum.*]eccleſiarum curatarum:& intellige de non collegiatis. de elect.ſtatutum.lib.6.

*¶Gloſſa ſequens ponit vnam differentiam,& dubium ſoluit.*

e ¶*Promouendis.*]infra annum.de elect.licet canon. lib. 6. & qñ incipiat currere,ibi patet,& eod.tit.commiſſa.Et in hoc differt à commenda talis vicaria,quia commenda parochialis eccleſiæ nõ poteſt fieri non ſacerdoti. de elect.nemo deinceps.li.6. vicaria ſicut & rectoria.de inſtitut.c.2.lib.6. concedi poteſt nõ ſacerdoti, dummodo ſacerdos fieri poſsit,vt hic,& eo,tit,cap.fin.Et ſcias ꝙ pœna illius decre.vlt.non eſt ſublata per iſtam.quod eſt dicere,ꝙ etiam infra annum ſi moniti non promouentur, priuari poſſunt, ſicut de rectore not.quo ad pœnam.§.inferiora.in decret.licet canon.in glo.antepe.in principio.

Commenda & vicaria differũt.

*¶Gloſſa ſequens dicit quid reprobat:quærit arguit,negatiue,contrarium ſoluit,& in contrarium allegatis reſpondet.*

f ¶*Sacerdotium.*]in hoc corrigitur quod not.Archid.de ele. licet canon.lib.6.in ver,is etiam.vbi tenebat in perpetuis vicarijs illud capitulũ locũ nõ habere,cũ de rectore loquatur, vt ibi patet:Sed nunquid epi cũ iſtius vicarijs ſuper differendo ſacerdotio per ſe ptemniũ poterunt diſpẽſare ſm formã c.cum ex eo.de elect. lib. 6.Vr̃ ꝙ non:fortius enim adſtrictus eſt vicarius ad reſidentiã perſonalem,q̃ rector de præben.extirpandæ.§.q. vero.Item vicarius non dat vicarium,eod.tit.clericos.Contrarium puto per decre. iſtam & quia decret.cum ex eo.generaliter permittit.epos diſpẽſare cum his qui obtinent eccleſias,quod verbum ita includit vicarios rectores.Item ratio permiſsionis illius eſt commune ius iſtis vt illis,ergo idem ius.de conſti.tranſlato.Ad decret. clericos, reſpondeo,ꝙ hic vicarius non dabit vicarium,ſed epiſcopus. diſpenſans,ſi vt aliàs loco rectoris:ita & hic loco perpetui vicarij ponet vicarium ſeptemnalem,vt in decre,cum ex eo.§.porro,

g ¶*Eorum.*]ſcilicet rectorum.

h ¶*Aetate.*]ſcilicet ꝙ attigerint xxv.annũ.habetur hoc de elect. cum in cunctis.§.inferiora.eo.tit.licet canon.lib. 6. Et dico ꝙ ſicut cum rectore nõ diſpenſat eps in ætate,de æta. & quali.c.vnico.lib.6.ita nec cum vicario per hanc litteram.

¶Clemens quintus in concilio Vienneſi.

*¶ Iudex ad receptionem teſtium in ciuili, & executor ad prouidendum certæ perſonæ, cognitione præmiſſa à Papa deputati licite ſubdelegant.*

C. VNI.

IVDI-

i ¶*Perpetuis.*] in temporalibus ergo nõ habet hoc locũ.de quibus s̃.de appel. peruenit 2. de cle. non reſi. c. pen. de voto.c.1.de elect. cũ ex eo.libr.6.de regularib.beneficium. eo. lib. Sic & alibi diſtinguimus vicariã perpetuã à tẽporali.de reſcrip.poſtulaſti.de filijs presbyte.conſtitutus.& c. Michael. Perpetuos autẽ vicarios cognoſcas per id quod habes.e.tit. ad hoc.de præben. extirpãdæ. §. q. vero,de capel. mo.cap.vno.lib.6.

k ¶*Parochialium.*]de his loquitur, & non ſimpliciter de curatis, quia ſolum eccleſijs parochialibus annexis perpetua vicaria vr̃ permiſſa,& non ſimpliciter in beneficijs curatis per decret.extirpandæ.§.qui vero,de præben.

Vicaria perpetua in quibus eccleſiis eſt permiſſa.

*¶Glo.ſeq.obijcit quòd vti debuerat verbo declarationis,& ſoluit.*

l ¶*Volumus.*]probari videbantur hæc per antiqua iura.primum, de pluralitate.s̃.eo.c.1.& c.prouideas.ſecundum, de ſacerdotio.s̃. eo.tit.c.fin.tertium,de ætate probari poterat per eandem decre. fi.quæ probat eum curatum:& per decre.ſuper eo.de præben.lib. 6.Sed quia licet decret.1. prohiberet eum habere vicariam cum eccleſia:Et decret.prouideas.prohiberet illum plures habere vicarias,non tñ priuabant illum prima per adeptionem ſecundæ. Itẽ licet decret.vlt.præciperet illum fieri ſacerdotem:nõ tñ priuabat illum hoc nõ facientẽ.Idẽ de ætate.ideo vtitur verbo volumus 1, nõ verbo declaramus,prorogando his caſibus pœnas iuris ad tales vicarios.& forte ſatis erat:de mente,vt in primo caſu not.Ber. s̃.eo.c.1.de ſecundo probat decre.commiſſa.de elect.lib.6.quæ ſic late in ſuo princ.ponit ver.commiſſa.de tertio ſatis patet,vbi ponimus ſecundum.Siue ergo recipiat talis vicarius ſimilẽ vicariam,ſiue dignitatem, perſonam vel beneficium curatum, vacat prima.Idem ſi conuertas,vt quia habens dignitatem,perſonatum vel beneficium curatum,recipit talem vicariam, vacat prima De dignitatibus vero & perſonatibus hic ſubticuit,quia non conueniebat illis,ꝙ hic de ſacerdotio dicitur.

1 Verbum, volumus, in vicarius de nouo. vide Abbatem in cap. Sedes Apoſtolica de reſcrip. & in c. ex ratione. de appella. & Bart.& doctores in l. 1.C de ſum. trini.& fi. catho.

## DE OFFICIO ET POTESTATE, &c.

*¶Viſum eſt de his qui gerunt vices aliorum in foro pœnitentiali,nũc videndum eſt de his qui gerunt vices aliorum in foro iudiciali, & contentioſo.*

Continuatio.

I*Vdices.*]præſupponendum eſt primo, quòd ille cui à ſede Apoſtolica commiſſum eſt nudum miniſterium, debet illud in propria perſona exercere: ita quòd nõ poteſt alteri vices ſuas committere ſeu ſubdelegare ſecus eſſet ſi haberet iuriſdictionem delegatam.l.à iudice.C.de iudic.Secundo præſupponendum eſt illud quod dicitur in c.fi.eod.tit,in antiq.videlicet,quòd ille cui Papa committit propter induſtriam ſuæ perſonæ,talis non poteſt ſubdelegare nec committere alijs vices ſuas.

CASVS.Tu & ego habebamus cauſam, in qua proceſſum fuit vſq; ad productionem teſtium hincinde ſuper petitione tua,& ſuper meis defenſionibus:quia tñ teſtes erant in patria longinqua, & multum diſtãtes à nobis,nec commode venire potuiſſent, niſi cum magnis ſumptibus & expenſis,Papa commiſit vices ſuas alicui iudici de receptione & examinatione iſtorum teſtium:Accidit ꝙ iſte commiſſarius Papæ fuit impeditus,& non potuit vacare receptioni,& examinationi teſtiũ,& voluit ſubdelegare aliũ, qui reciperet & examinaret:Quæritur vtrum poſsit?Dicit Romanus Pontifex quòd ſic:nam iſte deputatus ſeu delegatus non eſt nudus miniſter,nec recipit nudum miniſterium: ideo poteſt vices ſuas ſubdelegare: ſecus ſi reciperet nudum miniſterium,puta ſolam examinationem ſine iuriſdictione.Sed quid ſanctiſsime pater,ſi aliquis fuit datus executor ad prouidẽdum aliquibus certis clericis de aliquibus beneficijs in genere,puta quia mãdauit executori vt prouideret iſti,& cõtentis in reſcripto de beneficio, ſi eſſent vitæ laudabilis,& honeſtæ conuerſationis:Si iſte executor fuerit impeditus,vtrum poſsit alium ſubdelegare?Vr̃ ꝙ non, quia Papa videtur elegiſſe ſuam induſtriam,& non fuit ei mandatum ſimpliciter,ſed ſub conditione: Tamen dicit Romanus Pontifex quòd poteſt ſubdelegare,poſito quòd fuit ei mãdatum ſub conditione

ditione ſi iſte eſſet vitæ laudabilis & conuerſationis honeſtæ. & per illam clauſulam non videtur eligiſſe induſtriam perſonæ, ſed ſolum declaraſſe officium:quia ſi illa clauſula non fuiſſet expreſſa,tamen tacite intellegebatur.hoc dicit.Nota quòd in cauſa criminali iudex non debet committere examinationem teſtium, ſed ipſe pſonaliter eos debet examinare:ſecus in cauſa ciuili: & tunc iudex cui committitur receptio & examinatio teſtiũ, poteſt alium ſubdelegare.Not.quòd executor datus ad prouidendum alicui de beneficio,poteſt vices ſuas committere.

† An quod hic dicit de receptiõe teſtium, procedat in qualibet parte iudicii, vt deputat⁹ ſuppilla à principe poſſit ſubdelegare,vide Inn. in c.quoniã contra falſam. extra de proba.

ces [a] ſuper receptione† teſtium in cauſa ciuili [b]: Nec non [c] executores [d] ad prouidendum aliquibus [e]: ſi per inquiſitionem [f] ſolertem [g] eos [h] eſſe vitæ laudabilis, & conuerſationis honeſtæ repererint [i], à ſede Apoſtolica [k] deputati, alijs poſſint committere [l] licite vices ſuas [m].

Sed vtrum ſit dandus *caſus* in quo deputatus à ſede Apoſtolica in cauſa ciuili ad examinandum teſtes,non poſsit committere alteri?Et dicendum eſt quòd ſic,videlicet,ſi iſte qui vult ſubdelegare non recipiat iuriſdictionem, ſed ei ſolum ſit delegatum nudum miniſterium,puta ad examinandum ſolum, & non ad recipiendum, iurari faciendum, & ad citandum partem aduerſam vt det interrogatoria: quia tũc videtur ſibi commiſſa iuriſdictio, quam poſſet ſubdelegare.Et ſic nota quòd commiſſarius ad teſtes recipiendos & examinandos poteſt exercere omnia ſine quibus non poſſet negotium explicari, licet de illis non fiat mentio in reſcripto.Nota dictionem, *Solertem*: Solers, tis, id eſt, ſapiens ingenioſus,ſagax,cautus.Nota quòd inquiſitio debet fieri cum ſolertia,in verbo ſolertem,quod expone vt in gloſ. quaſi. & concor.ĩ.de ſtatu.reg.cap.2.Nota quòd beneficiandi debent eſſe vitæ laudabilis,& conuerſationis honeſtæ.ſimile.ĩ.de cõceſ.præben.clemen.vnica.Zabarel.

¶*Prima gloſſa dicit quid primum,& ſecundum dictum determinat, ponit differentiam inter iudicem & miniſtrum.*

a ¶*Iudices.*]Se ſummat dicens duo.Et primum determinat not. per Inño.& Hoſt.ſ.eod.tit.c.ſi.& quæ ibi ſcripſi in vlt. gloſ. & de re iud.cum Bartholdus.& quæ ibi ſcripſi ſuper glo. ſed qualiter. Secundum dictum approbat.quod not.Io.Mo.ſ.eod.tit.is cui. lib. 6.vbi tenet,quòd ſi committitur executori examinatio illius cui eſt facienda prouiſio,vt fit in forma pauperum, quòd ſubdelegare poterat.& not.hoc principium, quod dicit,iudices: per quod patet,quòd tunc demum talis receptor teſtium ſubdelegat quando iudex eſt ſecus ergo ſi ſit nudus miniſter: puta quia receptis teſtium iuramentis, examinatis articulis ſuper quibus producuntur, & interrogatorijs, ſecundum quæ debet fieri examinatio,committitur id alicui expediendum: iſte enim nõ eſt iudex, nec proprie receptor,ſed potius examinator ipſorum teſtium,& talis actus fieret die feriato, vt no. Gul.in Spe. de ferijs.§. 2. ver. ſed quid ſi tunc.receptor autem, qui iudex eſt,cogit teſtes,citat eum contra quem producuntur ad videndum eos iurare, audit exceptiones,recipit iuramenta,refrænat multitudinem teſtium, examinat interrogatoria,punit teſtem qui aures eius offendit.C. de teſti.l.nullum cum ergo iuriſdictionem habeat, ex quo illam habet à principe,ſubdelegat.Videbatur autem contrarium,quaſi eſſet nudus miniſter:per prædict.decr.vlt. ſ. eod. ſed illud procederet in examinatore.Et huic verſi.iudices.coniunge litteram. ĩ. in fine,à ſede Apoſtolica deputati.

b ¶*Ciuili.*]Non intendit per hæc verba excludere cauſas ſpirituales, ſed criminales, in quibus debent teſtes exhiberi coram iudice,vt in Authen.de teſti.§.& quoniam. coll. 8. C. de fide inſtru.authen.apud eloquentiſsimum.& not.3. q. 6. teſtes. de iudi. at ſi clerici.in 4.gloſ.de teſt.cog. c. 1. Bene tamen poſſet criminalis cauſa delegari.de hoc 23.q.4.iſtud.95.diſt.c.1.de rapto.in archiepiſcopatu.de reſti.in integ.c.penult.& in Spec.de iudi.deleg.§. ſi.ver.item quòd eſt delegatus in cauſa.Ioan.And.

Cauſa criminalis poteſt delegari.

Negatio duplex affirmat.

c ¶*Nec non.*] reſoluuntur in vnam affirmationem.ff.de verb.ſig. duobus & operantur copulam,ſcilicet ac ſi diceret,&.

1 Facit 30.q. 5.iudicantẽ. & de iud.exhibita. cum ibi notatis. Io.de Imol.

d ¶*Executores.*]deputati à ſede Apoſtolica.quod eſt infra. Et ex titu.patet quòd iſti habent delegatam iuriſdictionem, vt not.de reſcrip.tibi qui.in glo.2.lib.6.

e ¶*Aliquibus.*]nominatis.ſ.eo.is cui.lib.6.

f ¶*Si per inquiſitionem.*]hoc inducebat dubium quaſi in inquiſitione ſit electa induſtria perſonæ 1.& hæc clauſula communiter ponitur in forma pauperum,in qua ſcribitur,ꝙ cum fuerit repertus idoneus in litteratura per examinatores ad hoc deputatos, committit Papa,quòd ſi,&c.

2 De materia huius gloſſæ vide Alex.conſil. 218.inci. viſis verbis.li. 2.& Oldrad. conſi. 41.incip.breuiter videtur. & Bal.& Felin. c.ſi.de præſumpt.

g ¶*Solertem.*]quaſi ſolicitam,vigilantem, aſtutam,ſagacem, & induſtrioſam,& ſcribitur,per vnicum l.datur verſus.

*Exiguo pulchram ducit ſolertia vitam.*Aliàs,
*Exiguo placitam ducit ſolertia vitam.*

h ¶*Eos.*]pro quibus ſcribitur.Ioan.And.

¶*Glo.ſeq.quærit arguit pro,ponit diſtinctionem Inno. an ſapiat monitionem,an conditionem: ſecundo,in arbitrio executoris:tertio, in effectu proceſſus.Secundo ponit aliam opi.in forma conditionis,an alius lædatur nec ne;cui obijcit,& dupliciter ſoluit:Tertio ponit finale dictum Innoc.non curantis an ſit monitio vel conditio,ſed an dicatur ſi eſt,an ſi conſtiterit,& an aliter lædatur vel non:& per id dicit quæſtionem ſolui.*

i ¶*Repererint.*]ſed nunquid 2 eis neceſſe erit ꝙ præcedet ſuper hoc cognitio vocatis quorũ intereſt?Vr̃ quòd ſic ꝑꝑ verbũ iſtud. & verbũ,per inquiſitionem,dicit Innoc.in decre.vlt. de præſump. ꝙ ſunt clauſulæ, quæ ſonãt in monitionẽ, non in conditione, puta ſi perſona ſit idonea,& ſimilia: & iſtæ non dant nouam formam mandato,ſed inſtruunt executorem quaſi perſonæ prouideat:quare teneret tum prouiſio facta indigno, & excommunicatio propter hoc lata,licet ſit iniuſta:cum executor in his iuriſdictionem habeat.Sed ſunt quæ bene ſonant in conditionem,vt ſi dicitur prouideas P.in tali eccleſia,ſi de tali vico ſit oriundus:hoc enim ſapit conditionem,& formam certam adijcit mandato,vnde ſi non eſt vera,non valet prouiſio,nec excommunicatio propter id lata,propter trangreſsionem mandati. de reſcript.cum dilecta.nec audiretur prouiſionem ante omnia ſortiri ſuum effectum,cum negetur iuriſdictionis fundamentum, cuius acceſſorium eſt prouiſio,vt ibi plenius proſequitur. Dicit tamen Inno.quòd in prima & ſecunda clauſula is cui ſcribitur ſi vult. poteſt eſſe merus executor,& ſine cauſæ cognitione prouidere de vacante:poteſt etiam aſſumere partes iudicis, inquirendo de prædictis vocatis,& non vocatis ijs,quos res tangit, dummodo committẽs iuriſdictionem habuerit,vt ſic poſsit delegatus quod poterat delegans.Differunt tamen proceſſus facti cum cauſæ cognitione,ab ijs qui fiunt cauſa non cognita quo ad præiudicium eorum quos res tangit,vt ibi not.Innoc.& Hoſtien.qui etiam dicunt,quòd dato quòd clauſula:ſi perſona ſit idonea:nõ ſit in reſcripto,poteſt executor ſuper ea partes iudicis aſſumere, cũ ſubintelligatur hæc vera,niſi merum miniſterium eſſet illi commiſſum.Dicit demum Inno.alios melius diſtinguere in clauſula, quæ ſonat in conditionem,ſi de tali vico eſt, vel ſi doctoratus eſt in theologia,vel ſimile:quòd ſi per tales litteras tollitur vel læditur ius alicuius, puta prouiſoris ordinarij, non prouidebit executor, niſi vocatis his quos res tangit, de conditione cognoſcat: tamen de plano ſine libello & litis cõteſtatione, quod hodie patet.ĩ.de iudi.diſpendioſam.Et idem in ſimilibus vbi in reſcripto præambula eſt conditio non ſubintellecta, vt ſcilicet primo partibus præſentibus illa diffiniatur:vt ſi mandaretur inquiſitio veritatis fieri contra aliquem ſi fuerit infamatus. Si vero per litteras non tollitur nec læditur ius alterius,vt ſi prouiſor mãdat alicui quòd prouideat ſub illis conditionibus, tenet prouiſio etiam ſuper illis inquiſitione *non facta*,nec vocatis partibus: *quia* nec congruæ ſunt hic partes.Et ſi dicis præiudicium fit eccleſiæ, cui plus expediret habere iſtum ſic conditionatum, quàm alium, reſpondeo quòd opponi non poteſt contra prouiſionem delegati, ſicut nec delegantis.Vel dic ꝙ licet prouiſio delegati ex eo quod non ſeruauit formã,ſit nulla,non per hoc ſequitur ꝙ neceſſe fuerit partes in prouiſione vocari.Dicit demum Inno.ꝙ ſiue in monitionem,ſiue in conditionem ſonet clauſula,tenet prouiſio delegati non præmiſſa cognitione:quia nõ eſt iudex, ſed prouiſor.de elect.venerabilem.verſi.exercuit.tñ ſi monitio vel conditio non eſt vera,caſſatur vel caſſum nuntiatur quod attentauit prouiſor tamquam obreptitium.de re iud.cum olim.in fin.poteſt tñ prouiſor aſſumere partes iudicis:& tunc ſi non admittit oppoſitionem cõtradictoris de falſitate clauſulæ,poterit ab eo appellari,ex quo partes iudicis aſſumpſit,vt prædixi.Alij contra,cum ad id non teneatur:& facit id ſolum ad ſuam inſtructionem.nec ſit ſententia neceſſaria.ſecus ſi dicatur in littera,ſi tibi conſtiterit, ꝙ ſit de tali vico,& c.tunc enim ſi iuri alterius præiudicatur:cum talis fungatur vice iudicis,non poterit cõſtare niſi partibus præſentibus, & ſi non præmittit cognitionem,proceſſus nõ valebit:ꝙ ſi alteri nõ præiudicatur,tunc valebit quod ſine cognitione facit: cum non tamquam iudici,ſed tamquam bono viro,ſit hoc ſibi commiſſum ex quo ergo non eſt iudex vel inquiſitor, ſatis eſt ꝙ inſtruat ſe. Et placuit (quia vtile hoc putaui) ſic ſummare prædictas gloſſas Innocentij & Hoſtienſis valde prolixas.Et per hũc finem pateat ſolutio quæſtionis.

k ¶*A ſede Apoſtolica.*]aliàs non eſſet dubium.

l ¶*Committere.*]eadem ratione dicam,ꝙ ſuccedat in his illis ſucceſſor. ſi ſcriptum fuit dignitati nõ expreſſo nomine perſonæ.ſ. eo.quoniam abbas.Quid autem ſi fuiſſet nudum miniſterium 3, an tunc ſuccederet,not.Inno.& Hoſti.ſ.eo.cap.ſi.

3 Vide Abbatem in c. de cætero. extra de re iudicata.

m ¶*Vices ſuas.*]de miniſterio quod occurreret in iudicio faciendum, non dubitatur: quia illud committit delegatus ab ordinario vt dixi ſupra eodem.ſuper quæſtionum.in princip.ſuper gloſ. ſi ergo.de hoc per Guliel.in Specul.eodem titu.§.primo.verſi.ſed nunquid.

DE OFFICIO IVDICIS ORDINARII.

Continuatio.

¶*Quia iudicum duplicia ſunt genera: Nam quidam ſunt delegati, & quidam ordinarij:* Delegatis *viſum eſt in tit. præcedenti, qui delegati ſunt maiores quibuſcunque ordinarijs, quia repreſentant principem, & tamquam princeps ſunt honorandi: ideo dicendum eſt nunc de ipſis ordinarijs.*

## TITVLVS IX.

## De officio iudicis ordinarij.

¶Clemens v. in concilio Viennenſi.

¶*Epiſcopi ita debent corrigere clericorũ exceſſus, quòd metu pœnæ ipſi arceantur, & alij pertimeſcant. Io. And.*

### CAP. I.

VT clericorum [a] audacia[b] (q. prętextu priuilegij[c] clericalis ordinis† impunitatẽ exceſſuũ obtinere ſperantes [d], †nonnulla multotiens committunt enormia, per quæ nimirum † diffamatur [e] Eccleſia, & ſcandala [f] grauia in populo [g] generantur, potiſſime cum talia per epiſcopos, ad quos horum ſpectat correctio, deferantur vt plurimum) incorrecta propenſius [h] compeſcatur: Eiſdem epiſcopis [i] diſtricte iniungimus†, quatenus ſic circa correctionem clericorum huiuſmodi vigilanter intendant, & diligenter ſui officij dubium exequantur, quòd & ijdem clerici metu[k] pœnæ à ſuis arceantur inſolentiis [l], † & alij eorum exẽplo perterriti [m] proſilire ad ſimilia merito pertimeſcant.

¶Idem.

¶*Valet collatio beneficij facta à collatore quolibet citra legatum Apoſtolicum, non facta mentione de beneficio, quod prius habebat is cui ſit. h. d. Ioan. And.*

### CAP. II.

ET ſi ab Apoſtolicæ [n] ſedis legato[o] de beneficio facta[p] collatio beneficium [q] aliud obtinenti, non valeat, niſi de illo quod obtinet facta fuerit mentio ſpecialis [r]: In aliis tamen quibuslibet [s] collationem [t]

VT *clericorum.*] ¶Iſtud capitulũ cõtinet exhortationẽ ordinariorum, vt ipſi intendant ad ea quæ pertinent ad eorum officium.

CASVS. Quidam clerici alicuius diœceſis perpetrauerunt aliqua crimina, puta homicidium, vel furtũ, vel rapinam, vel aliud delictum: nũc quæritur ad quẽ ſpectat correctio, & quis debet illos punire: Dicit Romanus Pontifex & correctio ipſorum de iure communi ſpectat ad epm, qui epiſcopus in clericis corrigendis debet adhibere tantã diligentiã, ꝗ metu pœnæ alij pertimeſcant in futurũ talia perpetrare hoc dicit. H. R. ¶Colligo huius capituli flores: Primo ex principio text⁹ iuncta gl. ꝗ clerici pro ſuis delictis non ſunt cõueniendi coram iudice ſeculari, ſed corã iudice eccleſiaſtico, nec per iudicẽ ſecularem ſunt puniendi. Secundo nota, ꝗ impunitas parit & tribuit intẽtiuum & cupiditatem delinquendi, & ſic facilitas veniæ tribuit incẽtiuũ delinquẽdi. Tertio no. ꝗ propter exceſſus clericorũ, Eccleſia dehoneſtatⁱ & ſcandalum in populo generatur. Et hoc verũ de Eccleſia quo ad opinionem vulgi, quia Eccleſia non dehoneſtatur. Vel dicendum, ꝗ Eccleſia dehoneſtatur, id eſt, ſtatus clericorũ vilificatur & deturpatur. No. ꝗ nomine clericorum veniunt omnes clerici etiam in ſacris conſtituti. 11. q. 1. de perſona. in fi. Nota ꝗ audacia reprobatur, & accipitur hic in malum. gl. 2. alleg. concor. Zarabel.

† Dictio, ordinis, deeſt in antiquioribus exemplaribus.

† Debẽt merito ſpe fruſtrari per l. ſed ſi ex parte. §. quamquam. ff. qđ cũ eo. l relegatorũ. §. fi. ff. de interd. & releg. l. penul. ff. de iure, dot. per quam legẽ hoc no. Bal. in c. ex parte. de cõſue. facit. l. etiã. §. 1. ff. ſolut. mat. eſt tex. in l. 1. §. ſi qs reſta. liber eſſe.

¶*Prima gloſſa ſummat, diuidit, & remittit.*

† Aliàs nimium.

a ¶*Vt clericorum.*] Epiſcopi ita debent corrigere clericorum exceſſus, ꝗ metu pœnæ ipſi arceantur, & alij pertimeſcant. Et præmittit cauſam mandati quod ſecundo ſubmittit: ibi, *Eiſdem.* & repete quod dixi. ſ. ea. compilatione. de æta. & quali. c. 1. in 1. gl.

b ¶*Audacia.*] tolle verbum, propenſius compeſcatur, quod eſt. j. & ponitur hic audacia in mala parte. ſic 3. diſt. factæ ſunt. alibi in bona. 8. q. 1. audacter.

1 Et gl. notat Car. ꝗ priuilegiũ denotat immunitatẽ perſonæ & fori. Fõt.

c ¶*Priuilegij* 1.] tam immunitatis perſonæ, de qua 17. q. 4. ſiquis. quàm fori. ſ. de fo. compe. nullus.

d ¶*Sperantes.*] propter quam ſpem qui ſunt nequam, fiunt nequiores. de ſen. excom. vt famæ. & facilitas veniæ incentiuum, &c. de vita hone. cleri. vt clericorum.

e ¶*Diffamatur.*] id eſt, male de ipſa prædicatur: vel, id eſt, vilificatur & dehoneſtatur. ſic etiam exponitur. ſ. de oblig. ad ratiocinia. cap. vnico. in fi. & concor. 2. q. 5. ſi mala fama.

f ¶*Scandala.*] quibus obuiandum eſt etiam ſi puſilla ſunt. ſ. de noui ope. nun. c. 2.

g ¶*Populo.*] concor. 2. q. 5. presbyter ſi à plebe. de purg. can. c. 2.

h ¶*Propenſius.*] idem verbum vide. ſ. ea. compil. de æta. & qualit. vt hi qui. & vide quod ibi dixi.

2 Vide Sicu. in cap. cum contingat.

i ¶*Epiſcopis.*] ad quos de iure communi hoc pertinet: poſſet tamen ad alios de iure ſpeciali ſpectare 2. eo. tit. irrefragabili. de fo. compe. cum contingat. dic vt ibi.

k ¶*Metu 3 pœnæ.*] concor. de elect. cum in cunctis. de vita & hone. cle. vt clericorum. cum ſuis concor.

3 Huc ſpectat illud: oderũt peccare boni virtutis amore: oderunt peccare mali formid ne pœnæ.

l ¶*Inſolentiis.*] de accuſ. qualiter 2. ver. verum. Inſolentia eſt morũ inconuenientia, fatuitas, vel ſuperbia, vel prauus vſus, quaſi cõtra ſolitum & debitum naturæ curſum.

m ¶*Perterriti.*] concor. 2. q. 7. quapropter. eo. titul. irrefragabili. de calum. c. 2. de Iudæ. ad liberandam.

ET *ſi ab Apoſtolicæ.*] Ponit duo dicta: Primo vnum in legatis ſedis Apoſtolicæ; Secũdo, aliud in aliis collatoribus: ibi, *In aliis.* Imola. ¶Præſupponendum eſt, ꝗ obtinens beneficiũ quantumcunque modicum, ſi impetrat aliud à Papa, & nõ facit mẽtionem de primo, ſua impetratio eſt ſurreptitia, & nulla ipſo iure: & hoc verum, niſi Papa ſuo proprio metu ei concederet beneficium, vt in c. ſi motu proprio. de præben. lib. 6.

CASVS. Eſt aliquis Cardinalis legatus in Frãcia in ciuitate Pariſieñ. habens poteſtatem cõferendi beneficia ex legatione gñali, vel alias habẽs ad hoc ſpeciale mandatum, qa legatus concurrit cum quocunque ordinario, tamen inter ipſum & ordinarium eſt locus præuentioni: quia primus qui confert beneficium, dat ius illi cui confert: Ego impetraui beneficium à legato, & nullam feci mẽtionem de bñficio quod obtinebam: modo quæritur an mea impetratio ſit ſurreptitia, ac ſi eſſet impetrata à Papa? Rñdetur ꝗ ſic. Sed quid ſi ĩpetraui ab epo, & non feci mẽtionem de primo, vtrum impetratio cenſeatⁱ ſurreptitia? Dicit, ꝗ non, niſi illud eſſet incompatibile cum primo: quia tunc primum ipſo iure vacaret. c. vnico. ſ. de offic. vic. & cap. de multa. extra de præb. in antiqu. hoc dicit. H. R. ¶Colligo aliqua notabilia: Primo ꝗ legatus de latere, hoc eſt Cardinalis, ex legatione ſua generali poteſt conferre beneficia in prouincia ſibi decreta, durante tempore ſuæ legationis. No. ꝗ ligatus non habet poteſtatem excluſiue ſupra ordinarios, ſed accumulatiue: qa concurrit cum aliis ordinariis, & inter ipſos eſt locus præuẽtioni: hoc eſt, ſi legatus primo conferat, nunc collatio ordinarij eſt nulla: Si ordinarius primo cõferat, & legatus poſt, collatio legati eſt nulla. Not. iuncta gloſſ. ꝗ in legatione legati cauetur, ꝗ poſsit conferre beneficia: quia ſi eſt legatus, & non eſt Cardinalis, tunc non poteſt conferre beneficia, niſi ad hoc habeat ſpeciale mandatum. Quòd caueatur in commiſsione legati, ꝗ poſsit conferre beneficia, cauetur in c. 1. de offi. leg. in 6. No. ꝗ ſicut taciturnitas beneficij vitiat collationem Papæ, ita etiam vitiat collationem legati: non tñ vitiat collationem epi, & aliorum ordinariorum. Et ſic eſt differẽtia inter legatos Papæ, & inter ordinarios: rationem aſsignat gl. pen. Nota caſum in quo non ſufficit mentio generalitatis quod dic vt in gl. in verbo, ſpecialis. Zabar.

† Si negligant peccãt mortaliter. 4. diſt. c. denique. Au. fre. Font.

† Ob iſtam cauſam puniuntur rei in ipſo loco delicti. Sali. in Authen. ſi vero. C. de adul. Font.

¶*Prima gloſſa dicit quid declaret, & quid corrigat, & exponit.*

n ¶*Et ſi ab Apoſtolicæ.*] Breue eſt declarans decre. vlti. de offi. leg. lib. 6. Et principale dictum corrigit, quod ibi no. Arch. qui dicebat idem in aliis ordinariis, quod in legatis, qui etiam ſunt ordinarii: & approbat quod ibi no. Et exponas, etſi, pro quamuis.

o ¶*Legato.*] de latere: nam alij beneficia conferre non poſſunt. quod dic vt de offi. leg. c. 1. lib. 6.

p ¶*Facta.*] declarari debuiſſet (ꝗ procuraſſem ſi compilatoribus adhæſiſſem) an intelligeretur hoc de collatione facta etiam motu proprio legati, circa quod ſunt opiniones: mihi videtur quòd valeat 4. Ioan. Mo. contra. in decre. vlt. de offi. leg. & Arch. in decre. ſi motu. de præben. lib. 6. in prin.

4 Idẽ Cardinalis, & Ioã. Imola.

q ¶*Beneficium.*] quantumcunque modicum. de præben. ſi motu proprio. lib. 6. in prin.

r ¶*Specialis.*] In hoc approbat quod not. Archid. in prædic. decre. vlt. vbi dicebat ꝗ in tali collatione facienda erat mentio ſpecialis 5 beneficij: nec ſufficiebat generalis, qualis eſt illa de præbend. non poteſt. in fi. lib. 6. & facit pro Hoſti. contra Compoſtellanum in his quæ ſcripſi de præſcri. in noſtra. in fi. An vero etiam de qualitate curæ beneficij quod habet impetrans, facienda ſit mentio, dicam. j. de præben. c. 1.

5 Specialis id eſt, expreſſa, Alexand. in l. 1 poſt glo. ff. de offi. eius cui manda. eſt iuriſd. & de materia gloſſæ vide Calder. in c. in noſtra. de reſcri. & Rotam decil. 105. & 281. in antiquis.

s ¶*Quibuslibet.*] Si ergo metropolitanus, eps, archidiaconus, vel quiuis alius confert beneficiũ, in collatione nõ eſt facienda mentio prioris beneficij: ſed habeatur diſtinctio, an de iure communi poſsit vtrunque teneri, vel an ſit diſpenſatio neceſſaria, & cuius.

t ¶*Collationem.*] De electione vel præſentatione non dubitabatur, pendent enim illa ex officio confirmatoris. ſ. eo. tit. cum vos. de elect. nihil eſt.

2 ¶Haben

a ¶*Habentibus.*]iure proprio vel deuoluto. Et licet de ordinarijs loquatur: quod patet ex titu. idem in delegatis ab eis, ad hoc verbum. ſ. quibuſlibet.

b ¶*Nolumus.* Sed quæ eſt ratio huius iuris diuerſi legatorum ad alios ordinarios? Solu. licet legati de latere per poteſtate expreſſam in iure, & alij legati ex ſpeciali commiſsione quandoque beneficia conferant: faciunt hoc Apoſtolica auctoritate, nec sũt collatores ordinarij, immo per factum ipſorum ſit præiudicium illis, ad quos collatio pertinet: ipſorum ergo collatio, vt extraordinaria ſuper inducta, & collatorib[9] præiudicans eſt reſtringenda: Ordinariorum vero collatio vt naturalis & fauorabilis ampliãda. facit de reſcri. ad hoc. de re iud. c. fin. de reg. iur. odia. libr. 6. & eſt ſimilis differentia, de reſcrip. ſtatutum. lib. 6.

beneficiorum habentibus[a], hoc nolumus[b] obſeruari[c].

TITVLVS X.

## De procuratoribus.

¶Clemens v. in concilio Viennenſi.

¶*Qui ſciens ſine proteſtatione recipit inſtrumentum, vel litteras ſuæ procurationis, quibus conſtituens pro ipſo cauebat, ſuper incluſis in procuratorio, dominum defendere cogitur. Io. And.*

CAP. I.

INſtrumento[d] † vel litteris[e], quibus te aliquis in cauſis[f] ſuis procuratorem conſtituens, pro te debito modo[g] cauit[h], ſimpliciter (nulla facta proteſtatione[i]) à te ſcienter[k] receptis[l], non potes poſtea recuſare defenſionem illius: immo cogi[m] poteris ipſum defendere in omnibus[n] cauſis[o] & negotijs, ad quæ prædicta inſtrumenta ſeu litteræ ſe extendunt: Cum per hæc[p] ad omnia tuum præſtitiſſe videaris aſſenſum[q].

† Inſtrumẽto, ſcilicet manu publica debite cõfecto, vt differat à ſcriptura alia, de qua ſequitur. Bonifacius de Vital.

c ¶*Obſeruari.*]licet ergo interdum non valeat collatio in caſu. ſ. eo. ordinarij. in fi. lib. 6. hoc tñ non eſt ex vi ſuppreſsionis tantum. & vide quod dicam ſ. de præben. ſi plures. in glo. ſi intelligas.

DE PROCVRATORIBVS.

¶*Viſum eſt ſupra de iudicibus, nunc videndum eſt de iudicijs, quæ exercentur per ipſos iudices: verum quia perſonæ quandoque nõ poſſunt perſonaliter comparere, & conſtituunt alios procuratores: ideo præmittit rubricam de procuratoribus.*

Continuatio domini Heliæ.

INſtrumento.]ponitur dictum & eius ratio: ibi, *Cum per hæc.* ¶Præſupponendum eſt illud quod dicitur in l. filius familias. & in l. non cogendum. ff. de procu. videlicet, quòd procurator alicuius, non poteſt cogi præciſe, vt defendat cauſam ſui domini: immo poteſt cauſam ſui domini deſerere & dimittere: ſed tamen tenetur domino ad intereſſe: hoc fallit in caſu huius capituli.

CASVS. Feci te citari corã iudice, noluiſti vel nõ potuiſti perſonaliter comparere, & cõſtituiſti procuratorem, & in procuratorio ſeu inſtrumento procurationis cauiſti de iudicato ſoluẽdo: nuntius tuus notificauit conſtitutionẽ tuam tuo procuratori: ipſe procurator certioratus per receptionẽ inſtrumenti procuratorij dicit ſe compariturum, tñ ſine proteſtatione: ſcilicet quia non dicit, ſuſcipio procuratorium, & poſtea dabo reſponſionem: ſed ſimpliciter dicit ꝙ ipſum defenderet adueniẽte die aſsignationis poſt dationem mei libelli petij, vt procurator tuus reſpõderet libello meo: dicit procurator ꝙ te non defenderet, ſed ꝙ acciperẽ defectum: imploraui officium iudicis, vt procuratorem compelleret ad reſpondendum libello: quia malo ꝙ cauſa accipiat bonum finem, quàm acciperet defectum: Quæritur vtrũ procurator poſſit compelli? Dicit Romanus Pontifex ꝙ ſic: quia ſm leges ſi procurator præſens fuerit conſtitutus, ipſe compellitur ipſum defendere, ita etiam ſi fuerit abſens, vt hic. ¶Colligo aliqua notabilia iuncta gl. Primo ꝙ procurator poteſt conſtitui per litteras priuatas ſignatas ſigno manuali dñi cõſtituentis, dũ tñ fuerit probatũ ſignũ: & ſic eſt caſus in quo priuata litterã facit fidẽ. Not. ꝙ procurator rei quantuncunque conſtet de procuratorio, tenetur cauere, id eſt cautionẽ dare de iudicato ſoluendo, quæ cautio cõtinet tres clauſulas: Primo ꝙ defendet dominum vſque ad finem: ſecundo, ꝙ dolum nõ committet: Tertio, ꝙ ſoluet id in quo reus erit condemnatus: Secus de procuratorio actoris, qui nõ præſtat iſtam cautionem. niſi qñ eſt dubium de procuratorio. l. 1. C. eo. Et dr̃ eſſe dubiũ de procuratorio qñ ipſum procuratorium eſt ſuſpectum: quia dubitatur vtrum notarius ſcripſerit vel non. Non aũt dr̃ dubium ꝙ omnino reprobetur, & perinde eſſet ac ſi nullũ eſſet reprobatum: & tunc qñ procuratorium eſt dubium, procurator debet cauere de rato. Nota caſum in quo procurator rei præciſe compellitur ad defendendum dominum ſuum. Not. ꝙ poteſt procurator conſtitui ad plures cauſas per verbum, *In cauſis:* ſic etiam ad vnam, vt hic in gloſ. 3. Item Zenzel. Nota quòd paria ſunt non facere, vel non debito modo facere: ibi, *Debito modo.* quod dic vt in gloſ. 4. & idem Paulus. pro hoc quod not. ſ. eod. c. 1. & c. mandato. Zabar.

¶*Prima glo. ſummat, & diuidit.*

d ¶*Inſtrumento.*]Caſus Qui ſciens ſine poteſtatione recipit inſtrumentum, vel litteras ſuæ procurationis, quibus cõſtituẽs pro ipſo cauebat ſuper incluſis in procuratorio, dominum defendere cogitur. Ponitur dictum, & eius ratio: ibi, *Cum per hoc.*

e ¶*Vel litteris.*]per quas etiam conſtituitur procurator. ff. eo. l. 1. in prin. ſ. eo. ex inſinuatione. de cẽſi. ſopitæ. & eſt caſus quo littera & ſigillũ priuati facit fidem. ff. eo. tit. ſi procuratorem. vbi de hoc.

f ¶*Cauſis.*]Ad vnam enim & ad plures, & ad omnes dari poteſt. ff. eo. l. 1. & 3. & ſ. eod. is qui. lib. 6.

g ¶*Debito modo.*] An ſit idonea cautio cum ꝑmittit dominus ratũ habere quod legitime fecerit procurator, ſatis ſcripſi de dila. c. fina. & huic litteræ concor. l. ff. qui ſatiſda. cog. quotiens. quod enim vitioſe cautum vel ſatiſdatum eſt, non vr̃ cautũ.

Cauere nõ ſufficit habere ratum, quod legitime fit per procuratorem.

h ¶*Cauit.*] de iudicato ſoluendo. loquitur enim hic de procuratore rei, vt j. patet per verbum, defenſionem. ad idem ff. eo. filius. §. fi. & de hac cautione not. ſ. eod. mandato. Ioan. And.

¶*Glo. ſeq. ponit. duas lecturas, & contrarium ſoluit.*

i ¶*Proteſtatione.*]Poteſt intelligi de generali & ſpeciali proteſtatione. de prima, puta quia proteſtatur ꝙ recipiendo inſtrumentũ procuratorium vel litteras, non intendit ſe obligare mãdato, ſed ſe velle deliberare. facit de reſti. ſpo. olim. 3. De ſecunda, vt quia de certa cã incluſa in procuratorio proteſtatur, ꝙ illam vel illius mãdatum ſuſcipere nõ intendit: & ſic proteſtatio iuuat: quia nec primo nec ſecũdo caſu eſt contraria facto. bene enim compatiuntur ſe inſtrumentum recipere & deliberare velle. Item recipere & acceptare mandatum in quibuſdam, & in alijs 1 non: vbi vero proteſtatio & factum ſe nõ compatiuntur, proteſtatio nõ iuuat. de hoc. ſ. de conſti. cum M. cum ſuis concor.

1 Scilicet ſe paratis. idẽ in ratificante Alexãdr. & Aret. in l. 4. 9. Cato. ff. de verbo. oblig. vbi Roman[9] nu. 6. fortaſsis in capute dicit dominũ nõ poſſe reuocare quo ad quędam: quia immo poteſt pro parte reuocare in ſep a ratis: ſed tunc procurator poteſt totũ negotium relinquere ſignificãdo dño. niſi dñs ex iuſta cauſa variaret.

¶*Gloſſa ſequens not. à contrario, & illud probat: addit ſecũdum, inducens duo ſimilia.*

k ¶*Scienter.*]Requiritur ſcientia: ſecus ergo ſi ignoraret quid cõtineretur in inſtrumento, vel litteris. ignorans autem vel errans non conſentit. 38. diſt. quamuis. de præben. ſi de beneficio. lib. 6. de iuriſ. om. iu. ſi per errorem. ſicut nec contemnit. de excep. Apoſtolicæ. de ſenten. excom. ſi vero aliquis. de conſti. c. 2. li. 6. Requiritur etiam ꝙ ſponte receperit, quia officium eſt voluntarium. C. eo. l. inuitus. ſic alibi requiruntur hæc duo coniunctim. de regul. conſtitutione, in fi. lib. 6. & in cõfeſsione. de hoc ſ. de cõfeſ. c. fi. lib. 6.

l ¶*Receptis.*]etiam ſi prius recuſauerat, & re integra pœnituit, & recepit. ſ. eo. licet. lib. 6. Poſt hanc autem receptionem competit huic exercitiũ officij, ſicut de iudice dicitur. de appel. ſuper eo. 2. facit eod. tit. is qui. lib. 6. 4. q. 5. c. vnico, & quod not. de cle. excom. mi. c. penul.

¶*Gloſſa ſequens ponit regulam, & quatuor caſus, quibus fallit: obiectionem ſoluit, & vnum caſum excipit:*

m ¶*Cogi.*]præciſe. Licet eñ regulariter procurator ſpecialis vel generalis non cogatur præciſe dñm defendere, etiam ſi ſatiſdedit de iudicato ſoluẽdo & de dño defendẽdo. ff. eo. l. mutus. §. vlt. & l. ſeq. ſed ſatis eſt ſtipulationẽ cõmitti. ff. eo. nõ cogendũ. & eũ teneri dño ad intereſſe inſti. man. §. mandatũ. tñ in caſibus cogitur: ſ. cũ dñs ſatiſdedit pro procuratore præſente, & non contradicẽte. ff. eo. filius. §. fi. vbi de hoc & in l. ſed & hæ. §. pen. & hoc ne fallat fidẽ dño & aduerſario. & idẽ ſi pro abſente, & poſtea procurator expreſſe vel tacite ratũ habet. ff. eo. ſidefu nctus. 1. reſpon. & circa hoc verſatur decreta. iſta. Eſt & alius caſus qñ agit: cogitur enim defendere, aliàs denegat actio. ff. eo. l. mutus. §. pœna. Alius caſus eſt in actione peritura, vt cogatur ſaltẽ litẽ cõteſtari. ff. eo. ſed etiã ex his. & l. mutus. §. fi. 2 Et per hoc ſoluitur ꝙ obijci poſſet procuratorẽ etiã poſt ſuſceptũ mandatũ re integra pænitere priuſquã interſit aduerſarij. inſtitu. man. §. mandatũ. quia illud verũ in procuratore, pro quo conſtituens non cauit, ſecus in illo pro quo cauit, de quo hic loquimur. Quod autẽ dicit hæc littera talẽ procuratorẽ cogi, verũ intelligas niſi iuſta cã procuratorem excuſaret, vt prædicta ſi. filius, §. fi. cũ ſeq. ex quibus patent exẽpla, nã ex illis etiam dñs eum reuocaret poſt litẽ conteſtatam. ſ. eo. c. 2. lib. 6.

2 Hic ſunt caſus in quibus qs præciſe compellitur ad factũ. contra regulã, qua cauetur, ꝙ quis ad factũ præciſe non cõpellitur, ſed ſufficit ꝙ ſuccedat obligatio: ð quo plene p Bar. in l. ſtipulationes non diuiduntur. §. Celſus. ff. de verb. obli. Per.

n ¶*In omnibus.*]tacita ergo acceptario vniuerſalis eſt ad omnia etiam futura, ſi ſint incluſa, quod eſſe poteſt. ſ. eo. non iniuſte.

o ¶*Cauſis & negotijs.*]quid iſta ſint, habetur de verbo. ſig. forus.

p ¶*Cum per hæc.*]ſcilicet quòd procuratorium vel litteras ſine proteſtatione recepiſti.

¶*Gloſſa ſequens ſignat contrarium, & ſoluit.*

q ¶*Aſſenſum.*]ↄtra procurator nõ datur inuitus. C. e. l. inuitus & qđ dicit l. 1. ff. eo. ad fi. ꝙ officium iſtud eſt neceſſariũ, ſumitur ibi

neceſſariũ pro vtili vel expediẽti, interdum tñ etiã eſt neceſſariũ ex parte conſtituentis.ſ.de elect.cupientes.§.ꝙ ſi.de ſta.reg.c.vnico.§.eps.lib.6.C.eo.tit.l.penul.ſed ex parte cõſtituti nõ:quia etiã dr̃ inuitus,nõ ſolũ cũ ꝯtradicit,ſed etiã ſi nõ conſentit.ff.eo.l.filiꝰ.§.inuitus.Sol.§.ille determinatur per hãc decre.Verum eſt enim ꝙ inſtitutus ſimpliciter tacens,nõ habetur pro conſentiente,vt ibi,ſed qui non ſimpliciter tacet,ſed agit recipiendo ſimpliciter chartã procuratoris,iſte cõſentit, vt hic.qđ ergo dicit l.1. in fi.& l.2. ff. eo. ꝙ abſens cõſtituitur procurator,dũmodo ratũ habeat,determinatur per hanc decre.vt ratũ cenſeatur habere ſimpliciter recipiẽdo chartam procuratorij.Multos caſus quibus quis ipſo facto agit,vel conſentit,vide not.11.q.3.æſtimant.de appel.dilecti 2.de offic.dele.cum ſuper.& facit de hære.accuſatus.§.ille.lib.6.Ioan.And.

† Idem & multo magis ſi ad alterum tantum:cũ tũc procuratoris minor eſſet poteſtas.

¶Idem.

*¶Procurator habens mandatum iurandi & omnia faciendi quæ requirunt ſpeciale mandatum, contra electum vel prouiſum opponere non poteſt crimina vel defectus.Ioan.And.*

CAP. II.

NOn poteſt[a] procurator ad agendum vel defendendum†,iurandumque[b] de calumnia,& veritate dicẽda, & generaliter ad omnia alia, quæ ſpeciale mandatũ exigunt, conſtitutus (niſi aliud ſuper[c] hoc in mãdatis[d] habeat[e]) opponere in perſonã[f] electi[g], ſeu eius cui eſt prouiſio facienda vel facta, crimina † vel defectus: Cũ ſub generalitate tali grauiora[h] non veniant,vel maiora[i], quàm in ipſo procuratorio ſint expreſſa.

NOn poteſt.]Ponit dictũ & eius rationem:ibi,*Cum ſub*.¶Præſupponẽdum eſt illud qđ habetur in c.qui ad agendũ.eo.tit. in 6.vbi dr̃,ꝙ ſi quis fuerit conſtitutus procurator ad omnes cauſas,& fiat ſpecificatio aliquorũ requirentiũ ſpeciale mandatũ, & ipſis aliquibus expreſsis ponatur clauſula generalis:& generaliter ad faciendum omnia alia & ſimilia,quæ ipſe conſtituens faceret.ſi præſens eſſet talis procurator admittitur ad alia ſpecialia, licet de ipſis non fuerit mentio facta in procuratorio.

CASVS.Cum quidam Titius electus fuiſſet in epm Pictauen, vel forte ſibi fuiſſet prouiſum iure deuoluto per archiepm Burdegalẽ.ego volẽs impedire confirmationem vel conſecrationẽ ipſius me oppoſui,& cõſtitui procuratorem ſpecialiter ad petendũ reſtitutionem in integrũ cũ clauſula generali:& generaliter ad faciendũ & exercendũ omnia alia & ſimilia,q̃ ipſe ego conſtituẽs facerem,ſi præſens eſſem:procurator meus voluit obijcere aliqua crimina,vel defectus ꝯtra ipm Titiũ electũ,forte q̃a homicida vel irregularis,vel illegitimus:oppoſitũ fuit ꝓcuratori meo ex parte Titij electi,ꝙ ipſe nõ habebat ſufficiẽs mandatum ad opponendũ iſta crimina vel defectus:quæritur quid iuris? Reſpondet Romanus Põtifex,ꝙ licet procurator meus cõſtitutus ſit generaliter aliquibus ſpecialiter expreſsis,puta iurandi de calumnia vel petẽdi reſtitutionem, & poſtea ſuppoſita clauſula generali,tñ ille procurator nõ admittitur ad opponẽdum defectus vel crimina,niſi nominatim illud caueatur in ꝓcuratorio:Ratio dicendi eſt in c. qui ad agendum.in 6.hoc dicit H.R.Not.ꝙ in cauſis ciuilibus.iuratur de calumnia & in criminalibus iuratur de veritate dicenda. Not. ꝙ ad iurandum de calumnia & veritate dicenda,requiritur mandatum ſpeciale.cap.fi.de iuramento calumniæ,in 6.Not. ꝙ iſtud cap.limitat cap.qui ad agendum.eo.tit.in 6.quia illud c. intelligitur quando paria vel æqualia,& non maiora opponuntur, quam fuerint illa ſpecialiter expreſſa in procuratorio: ſecus ſi maiora vel grauiora vt in fi.huius c.Not.ꝙ procurator vt ſit idoneus,debet dari nõ intantum ad agendum,ſed etiam ad defendendũ.pro hoc eo.tit.accedens.vbi de hoc.Not.ex hoc c.ꝙ verborum ſubſequẽtium generalitas reſtringitur ad ea quæ ſunt ſimilia præcedẽtibus.Zenzelinus pro hoc iura allegat in glo.fin.in princ.Zabarel.

*¶Prima glo.ſummat,diuidit,& dicit quod determinat.*

a ¶*Non poteſt.*]Caſu.Procurator habens mandatum iurandi & oĩa faciendi,quæ requirunt ſpeciale mandatum ꝯtra electum, vel prouiſum,opponere non poteſt crimina vel defectus,ponit dictũ & eius rõnem:ibi,*Cum ſub*.Determinat quod not.Inno.de accuſ. ſuper his.in fine.& Compoſt.de elect.c.1.lib.6.in gl.quæritur quis procur.& Pet.de Samp.& Archid.ibi.& Guli.in Spec.de procu. §.1.ver.ſed nunquid media.vt ĩ.declarabitur.Expreſsius autem fuerat hæc quæſtio deputata per recolendæ memoriæ dominum Ioã. de monte Murulo,vt in mercuria,eod.tit.ſub littera G.

b ¶*Iurandumque.*]hoc verbum cum clauſula quæ ſequitur, inducebat dubium per decre.qui ad agendum.ſ.eo.lib.6.vbi habes, ꝙ ſi in procuratorio exprimatur aliquid requirẽs mãdatũ ſpecialẽ, generali clauſula ſumiſſa,illius virtute poterit non expreſſa. iſta vero iuramẽta requirũt ſpeciale mãdatũ.de iura.calum.c.fi. lib.6.

c ¶*Super hoc.*quod ſequitur de oppoſitiõe criminũ & defectuũ.

*¶Gloſſa ſequens ſoluit dubium,ex quo infert differentiam.*

d ¶*In Mandatis.*]quia ſcilicet habet mandatum opponẽdi crimina & defectus ꝯtra illũ:nec eſt neceſſe ꝙ crimina vel defectꝰ ſpecificentur in procuratorio,vt not.Compoſt.in glo.præc.& ibi per Archid.& Ioan.Mo.in quæſt.prædict.& Guli. in præd. §. ver. ſed nunquid ſufficit.Et in hoc differt.procurator ſolum excipiens vel opponens ab appellante:ille enim habere debet crimina & circũſtantias ſpecificatas in procuratorio,ſ.de elect.procurator. lib.6.

e ¶*Habeat.*]tenet Compoſt.in fi.glo.quam allegauit in 1.glo. & Guli.in prædi.§.ſed quid ſi procuratorium.ꝙ non eſt ſatis de hoc caſu procuratorium factum eſſe, niſi per procuratorem ſit receptum,& officium ſuſceptum.facit ſ.eo.c.prox.& quod ibi dixi ſuper verbo,receptis.

*¶Gloſſa ſequens ſoluit dubium.*

f ¶*In perſonam.*]in formam ergo poſſet, vel in perſonas eligentiũ, vel prouidentium, iudicum, teſtium, & his ſimilium: nam tales etiam ex probatione nõ puniuntur.de ord.cog. c. 2. & Guli. hoc tenet in ver. alleg. in 1. gloſ. in fin.Sit etiam ratio, q̃a exceptio illos principaliter non cõtingit.

† Criminis intelligemus vel praua, dũtamẽ talia ſint,ꝙ probata repellerẽt electum à beneficio, de quo agatur, iuxta.c.1.de elect.li.6.& Clement.cõſtitutionẽ, ſupra đ ele. Bonifaciꝰ.

*¶Gloſſa ſequens primo ſoluit duo dubia:ſecundo not.contra opinionẽ & diſtinguit,& alteri membro coaptat rationes Inno.ex quibus infert quod reprobat.*

g ¶*Electi.*]vel eligendi ex quo cõtra certam perſonam.de elect. qui contra certam.lib.6.ad hoc ver.faciẽda,quod ſequitur. & idẽ dic de poſtulato.de elect.c.1.in prin.lib. 6. Et 1 not. ꝙ iſta littera non diſtinguit an cauſa iſtius electi ſit in curia per appellationẽ necne,& ſic vr̃ tolli.qđ not.Cõpoſt.in gl.præ.& Guli. in Specul. in præc.§.ver.ſed quid ſi cauſa. qui dicebant pœnam decre. 1. de elect.lib.6.non habere locum,niſi cum cauſa eſt in curia per appellationem,Si ergo eſſet coram metropolitano, vel alio ordinario,vel in curia aliter quàm per appellationem,dicebant non eſſe locum pœnæ, per conſequens generale procuratorium ſufficere propter rationem, quam ſtatim dicam.Sed hoc dictum vr̃ hic tolli,quare poſſet dici,ꝙ licet decret.1.de elect.libr. 6. quo ad deuolutionem negotij & citationem partium locum ſolum habeat in appellationibus interiectis ad Papam,& ſic intelligatur quod ibi not.quo ad pœnam opponentium,locum habeat etiam in appellationibus interiectis ad alios,vel etiam ſi non fuerit appellatum, quod forte fuit de mente.Facit de elect.vt circa.in fi.& c.ſi forte.lib.6.& ſic intelligamus rationes quas inducebat Inno. in prædi.decret.ſuper, his bene adaptabũtur huic caſui ſic generaliter poſito:dicebat enim ꝙ quia per obiectiones criminũ de quibus hic loquimur,diminuebatur ſtatus opponẽtis ex eo ꝙ in ꝓbatione deficiens ſuſpenſus erat ab eccleſiaſticis beneficijs per triennium,per conſtitutionem prædictam.& ſi ſe interim diuinis ingereret,perpetuo erit priuatus.ergo hic procurator ꝑ quẽ ſtatus diminui poterat.ff.de va.& extraor.eo.l.pe.ſine ſpeciali mandato non poterat opponere,alleg.ff.de mino.l.illud.de procu. nõ ſolum.§.fi.& licet primo gradu pœna ſit temporalis,nihilominus diminutionẽ ſtatus cõtinet:nam & relegatio & dãnatio in opus publicum ſunt temporales,& tñ diminutionem ſtatus continent ff.de pœnis.l.quidam.& ſic rñdebat ad leges.ff.pro ſocio actione. §.renunciare.§.de iniur.ſed ſi vnius.§.procuratorem.Qua diſſoluere ſocietatem,vel agere iniuriarum actione, dato ꝙ ſuccũbat, non cõtinet diminutionem ſtatus,& ideo non requiritur expreſſum hoc in illo qui habet omnium adminiſtrationem:hanc tñ rationem textus infra nõ exprimit,niſi dicas maioritatem vel grauitatẽ ex prædictis conſiderari,quod ſatis videretur,vt ſtatim dicã. Sed cũ prædicta pœna ſit hodie reſtricta ad beneficia ipſius eccleſiæ.de elect.ſi compromiſſarius.lib.6.in fi.ſi conſtituens nõ habet ibi beneficia,ceſſat ratio ergo ſufficiat generale,ſed puto ꝯtrariũ per ibi not.in vlt.gloſ.& per decret.per inquiſitionem.de elect.

1 Nota bene hanc glo. ex qua inter alia habes intellectum c.1.de elect.lib.6.& nõ eſt alibi hæc gloſ. Io.Imolã.

Pœna etiam temporalis diminutionem ſtatus continet.

*¶Gl.ſe.alle.vnã cõcor.ponit dictũ,de quo remittit & ſoluit obſtaculũ.*

h ¶*Grauiora.*]concordat quo ad reſcripta.ſ.de reſcr.ſedes, quod tñ regulariter etiam in procuratoribus locum non habet, vt ibi ſcripſi ſuper 3.glo.nec obſtat hęc littera,per quam prima facie videretur(quod nõ puto de mente)ꝙ ſi in procuratorio expreſsit cauſam fidei epiſcopalem,vel ſimilem,generalitas tunc comprehendet hunc caſum.Sunt enim cauſæ maiores,mediæ, & minores 2,de quibus ſcripſi poſt Hoſti.de cri.falſi.c.fi. Sed ſi diligenter attendas, littera non dicit,ꝙ generalitas abiecta procuratorio expreſsioni cauſæ, non includat maiores cauſas: nam & illa generalitas ſine expreſsione includeret:vt ſi nulla cauſa expreſſa cõſtitui te procuratorem ad omnes cauſas meas.ff.eo.l.1.ſed dicit ꝙ generalitas adiecta in procuratorio cauſæ,quæ requirit ſpeciale mandatum,non includit grauiora.Et ſatis puto ꝙ grauiora intellexerit per modum de quo prædixi.Item ſunt iſta odioſa intantũ ꝙ eccleſia excluſa per peremptoriũ non reſtituitur ad iſta proponenda,ſecundum Compoſtel.q. hoc not.de elect.ꝙ ſicut. & Gali. in Spec.parte 2.de reſt.in integ.§.2.ver.ſed pone,eccleſia.

2 Not. hic Lau. quatuor eſſe genera cauſarũ:quædam maximæ, vt cauſa fidei. de bapt.ſ.c. maiores.quædã maiores, ſicut epõrũ & maioris dignitatis.đ elect. quamuis.lib.6. quædã mediæ, vt cauſæ beneficiales & ſpirituales đ cri. fal.c. ſi. vbi plene ꝑ Hoſtien.Et quędam inferiores, vt ciuiles,& pecuniariæ Petrꝰ de Anchara.

*¶Glo.ſeq.allegat 4.concor.obijcit,& ſoluit.*

i ¶*Maiora.*]ꝯcor.ff.de vino,tritico & oleo leg.l.vlt.in fi.đ auto.& arg.leg.

argu.leg.l.Plautius.12.diſt. nos conſuetudinem. de elect. ſcriptum ad fi.Sed cum anima ſit pretioſior corpore.de pœnit,& remiſ. cũ infirmitas.in fi.cum concor.ergo expreſſa iuramenta, quæ ligant animam ad pœnam æternam, grauiora videntur quàm iſti obiectus,qui ligãt corpus ad pœnam temporalem.Sol.nego animam conſtituentis ligari ad periurium per procuratorem, niſi conſtituens ſit in culpa, quod dic vt de iureiu.c.vlt.lib.6.

Religioſus. ] Primo ponit caſum ſimilem,per quem ſecundo decidit caſum aliũ : ibi, *Ita*.Immola.

¶Præſupponendum eſt ꝙ religioſus nõ poteſt eſſe procurator vel aduocatus niſi in vno caſu,videlicet pro vtilitate ſui monaſterij:& tũc requiritur ꝙ aſſumat illud officium de licentia abbatis.

¶Idem.

*¶ Religioſus etiam pro conreligioſo, niſi pro conſorte eiuſdem litis, non poteſt procurator conſtitui ſine licentia ſuperioris, nec etiam alium conſtituere, nec ſubſtituere,licet hoc habeat in mandatis.* Ioan. *And.*

CAP. III.

Religioſus [a] procurator,etſi per aliũ [b] religioſũ ſui vel alterius monaſterij fuerit conſtitutus,ſicut nõ poteſt ſine ſui ſuperioris licentia [c] procurationis† officium ſuſcipere [d], niſi pro ſuo in eadem lite conſorte [e]: ita non poteſt alium procuratorẽ conſtituere [f] ſeu ſubſtituere [g], etiam ſi per conſtituentem hoc ſibi expreſſe [h] fuerit commiſſum [i].

† Alias procuratoris.

CASVS.Aliquis religioſus clauſtralis,vel alius fuit ꝯſtitutus procurator, vel aduocatus à conuentu in cauſa monaſterij : certum eſt ꝙ non põt aſſumere procuratorium,nec exercere niſi licẽtia ſui abbatis, quæritur ſi conuentus illum conſtituit procuratorem ad ſubſtituendũ alios,vtrum poſsit accipere procuratorium ſine licentia ſui abbatis?Dicit Romanus Pontifex ꝙ non quia ſicut non poteſt aſſumere procurationem ſiue inſtrumentũ procuratoriũ ſine licẽtia ſui abbatis,vt in c.2.de poſtulando,in antiq.ita nec poteſt aſſumere procuratoriũ ad alium ſubſtituendum ſine licẽtia ſui abbatis.hoc dicit.H.R.Colligo aliqua notabilia:Primo,ꝙ religioſus regulariter nõ põt eſſe procurator:fallit in caſu iſtius capituli,qñ eſt pro vtilitate monaſterij.& de licẽtia ſui abbatis.De hac materia vide Panor.in dicto.c.2.de poſtu.in antiq. Not. ꝙ licet miles armatæ militiæ poſsit eſſe procurator pro ſuis cõmilitonibus, tñ religioſus non poteſt eſſe procurator pro ſuis conreligioſis. Not. quòd religioſus in cauſa aliqua põt eſſe procurator vel aduocatus pro monaſterio,ſi habet cõſortem eiuſdẽ litis,poteſt eſſe procurator pro ſuo cõſorte:nã ratione huiuſmodi cõionis cauſæ aliqua permittuntur,quæ aliàs non permitterentur.Not.ꝙ textus iſte facit in argumentũ ꝙ inhabilis ad conſtituendũ vel ſit procurator,puta miles,vel mulier,vel minor,nõ eſt etiã habilis nec aptus vt cõſtituatur ad ſubſtituendũ:& ſic facit pro illa qõne q̃ formatur per legiſtas in l.quod quis.C.eo.tñ iſta gl. diſtinguit, qa ſi ſit inhabilis omni inhabilitate,vt ſeruus vel monachus,tunc nõ admittitur ad ſubſtituendum,ſicut nec ad conſtituendũ,vt hic:Sed ſi ſit ſolũ inhabilis ope exceptionis,quia miles tũc poteſt aliũ ſubſtituere.

Nota ꝙ ratio huius c.eſt,quia monachus poſuit velle & nolle in ſinu & archa ſui abbatis,ꝙ ſi aſſumeret onus ad ſubſtituendũ, ipſe abdicaret,id eſt ſepararet,abſtraheret & denegaret ſuũ velle & nolle.Not.ꝙ ſufficit licentiam ſuperioris interuenire in ſuſceptione mandati,vt probat verbum,ſuſcipere.Not.finaliter quòd pro conſorte eiuſdẽ litis poteſt religioſus ſine licentia ſuperioris eſſe procurator. quod dicit Panor. verum in ciuilibus. pro hoc quod not.Archid.2.q.5.ſtatuit.& 2.q.vlt.ſi quando.Zabarel..

*¶Glo.prima dicit quid determinat,& litterã exponens,dubiũ ſoluit.*

a ¶*Religioſus.*]Se ſummat determinans notata per Inno.& Hoſt. de re iud.cũ I.& A.in prin.Et qđ dicit,religioſus, generale verbũ eſt,& includit omnem profeſſum:intelligo tñ de clauſtrali,ſecus in prælato.& facit de cenſi.ſopitæ.& quod ibi not.Hoſti.& Ioan. 16.q.1.de præſentium.& quod not.de teſta.c.2.lib.6.

Religioſus eſt verbum generale.

b ¶*Et ſi per alium.*]hoc dictum:quia quandoque licet inter homines eiuſdem collegij vel profeſsionis,quod non licet inter extraneos.s̃.ead.compil.de elect.c.1.eod.tit.quia propter. ad finem.

c ¶*Licentia.*]15.q.1.monachi 2.s̃.de poſtu.c.2.per quæ iura videtur ꝙ non ſufficiat licentia, niſi ſubſit vtilitas monaſterij. Ad id quod opponitur de milite qui procurat cauſam numeri ſui, reſpondet vt not.in prædic.c.monachi.

*¶Glo.ſeq.ponit duas opi.contrarias:& remittit.*

d ¶*Suſcipere.*]Et ſi ſuſcipiat & conteſtetur litem licet quidã dicant deinceps excipi non poſſe:verius tñ eſt ꝙ excipi poteſt, ſecundum Hoſt.vt ſatis ſcripſi s̃.eo.in noſtra.ſuper glo. quando dicatur.vt quo ad ipſum mundo mortuũ exceptio ſit peremptoria. Et quare aliud in milite,ibi dixi.

e ¶*Conſorte.*]vt patet in prædic.decre.cũ I.& A.in prin.de accuſat.olim.& cap.ex parte.de cenſi.ſopitæ.An vero cõſors pro conſorte audiatur ante litẽ cõteſtatã,vel poſt ſine mãdato,collige ꝑ not.de conſti.cũ M.in 1.gl.de dolo & cõtu.cum dilecti.in 1.glo. & in his q̃ ibi dixi.& patet C.de conſor.l.1.& 2.ff.de iudi.ſi petitor.

*¶Gl.ſe.litterã determinat:& determinationẽ tripliciter exẽplificat.*

f ¶*Conſtituere.*]repete ſine licentia prælati.& intellige in his caſibus,quibus ſine licentia prælati perſonaliter eſſe in iudicio non poſſet:aliàs in illis caſibus quibus quod ꝑ ſe poteſt,per aliũ poterit.de reg.iur.põt.lib.6.ff.eo.tit.l.filius.in prin.immo melius eſt ꝙ per alium. de ſyndi. c. vnico.puta.cum ipſum ſuperiorẽ denũtiat vel accuſat,vt in præd. decret.de accuſ.ex parte. & c.olim.Item ad cauſam electionis monaſterij ſui.de conſue. cũ dilectus.de reſcri.cũ dilecta,de re iud. ad probãdum, vel ſuæ propriæ, cui de ſuperioris licentia conſenſit:ergo procuratorẽ dare poterit quaſi licentiã ẽt ad hoc habuerit,ex quo licentiam habuit conſentiẽdi de offi.deleg. præterea.& cap. ſuſpicionis.

Religioſus quandoque ſine prælati licẽtia poteſt eſſe in iudicio.

¶Idem.

*¶Per obitum rectoris eccleſiæ reuocatur procurator ab eo pro eccleſia conſtitutus, etiam quo ad iam cœpta.*

CAP. IIII.

Procuratorem [k] à prælato, rectore [l], vel alio quolibet,

*¶Glo.ſeq.obiicijt & ſol.*

g ¶*Subſtituere.*]repete,ſine ſuperioris licentia.Per verbũ,ita,qđ precedit,videbatẽ ꝯtra,quaſi iſte eſſet pica vel organũ cõſtituẽtis, & per ipſum quaſi,per fiſtulam vel lapideum canalem deueniret poteſtas de conſtituente ad ſubſtitutum.arg.1.q ſi fuerit. Sed negari nõ põt quin in eo ꝙ vult actũ ſubſtitutionis ſuſcipere & ſubſtituere,frangatur abdicatiovoluntatis,& obedientia quam promiſit:& hæc eſt ratio huius iuris.12.q.1.non dicatis.de elect. ſi religioſus.lib.6.nec ſine eius actu recipit officiũ ſubſtitutus.Et facit qđ not.de elect.c.pen.lib.6.in vlt.gl.& vide quod dicã in vlt. glo.

h ¶*Expreſſe.*]forſan expreſſa ꝑſona:ſed de hoc ñ curo,ſatis eſt.n. ꝙ habeat mandatũ ſubſtituendi etiã in certũ.s̃.eo.c.1.2. reſponſo.

*¶Glo.ſeq.not.ad quæſtionem.opi.ponit,& diſtinguit.*

i ¶*Commiſſum.*]not.ad quæſtionem de illo qui conſtituit procuratorem inhabilem cui dedit mandatum ſubſtituendi, an ſubſtituere poſsit?Et videbatur quibuſdã,vt Petro de Bel.C.eod.quod quis iur.ꝙ ſic per regulam,qui per aliũ, de reg.iur.lib.6.quaſi videatur à dño cõſtitutus.ff.quod cuiuſque vni.l.item eorũ.§.ſi decuriones.ff.de condi.inſti.l.inſtitutio talis.vbi licet hæres nõ inſtituatur ĩ codicilis,poteſt tñ inſtitui in teſtamẽto nominandus in codicillo ad hoc facit ff.de ſerui.ruſt.præd.cum eſſent. §. 1. vbi ſeruitus conceſſa ab eo qui habuit ab alio poteſtatẽ concedendi, non ab ipſo,ſed à primo domino videretur eſſe conceſſa.ad hoc bene facit de offic.deleg.iudex.lib.6.vbi delegatus inhabilis ſubdelegat.Tu diſtinguas inhabilitatis ſpeciem:aut enim penitus & ipſo iure inhabilis eſt,quo caſu nec ſubſtituet.ad hoc præd. decr. iudex.in fin.Aut eſt inhabilis ad officium propter defectum auctoritatis,qua intercedẽte habilis eſſet,& eo caſu neceſſe ſit illiꝰ auctoritatẽ ĩteruenire,vt ſubſtituere poſsit,vt hic.Aut eſt inhabilis per exceptionẽ,qua ñ oppoſita habilis eſſet.& eo caſu ſubſtitueret.argumen.prædi.decr.iudex.in princ.& ꝑ hoc ſoluitur.quæſtio de excõicato,an ſubſtituat,quam dixi.de proba.poſt ceſsionem.

Procurator inhabilis habens mandatum ſubſtituendi, an ſubſtituere poſsit.

ADDITIO.Huic eſt ſimilis quæſtio de incapace inſtituto, & rogato reſtituere capaci,vtrum poſsit cogi adire,& reſtituere,de qua plene in l.eam quam.C.de fideicõ.Item & illa vtrum nepos filij ſpurij poſsit inſtitui ab auo:per medium enim filium ſpurium deuenitur ad nepotem.vtrum ergo radix infecta inficiat totum, de qua per Bart.in l.Gallus.ff.de lib.& poſt.hu.Petrus.

Procuratorem 1.]Notabilis eſt caſus ꝯtra quẽ prĩa facie qlibet rñderet.Primo ponit dictũ:Scđo,illud ampliat & declarat:ibi, *Etiam*.Imol.¶Præſupponendũ eſt illud ]qđ dr̃ inſti. mandati. & l. mãdatũ.C.mãdati.vbi dr̃,ꝙ re integra morte mãdãtis expirat mãdatũ.Et dr̃ res integra vſque ad litis conteſtationem,ſed in mãdato iuriſdictionis res dicitur integra vſque ad citationem, & extra iudicium dicitur res integra antequam mandans, vel mandatarius fecerit aliqua præparatoria.

1 Iſta Clement.an habeat locum in ciuiliter mortuo,vide omnino Guidonem Papæ deciſione. 578. Font.

CASVS.Cum eſſem litigaturus ꝯtra te: qa occupabas decimas meæ eccleſiæ,cõſtitui ꝑcuratorẽ:lite cõteſtata ſum mortuus:vtrũ per mortẽ meã ſit reuocata poteſtas mei procuratoris,& vtrũ ſit neceſſe ꝙ prælatus mihi ſuccedens cõſtituat nouũ procuratorẽ? Et dicit ꝙ ſic hoc dicit.H.R.Nota caſum in quo reuocatur mandatum per obitum conſtituentis,etiam re non integra.Zabare.

*¶Gloſſa prima dicit quid approbet,vel reprobet.*

k ¶*Procuratorem.*]Se ſummat reprobans quod not.Inno.de foro compet.dilecti.& approbat in parte quod ibi not.Hoſt.de hoc in Specul.de ſyndi.§.1.ver.quid ſi aliqua.& hoc.eod.tit. §. 2. ver. ſed nunquid procurator.per Arch.eod.tit.ſi duo.lib.6.

l ¶*Rectore.*]de eccleſiaſtico loquitur, quod patet per verba ſequentia,tñ etiã de rectore ciuitatis loquebãtur Innoc.& Specul.

*¶Glo.ſeq.dicit quid de cauſa propria,& explanat opi.Inno.*

Mandatum an finiatur per mortẽ mandantis.

a ¶*Pro eccleſia.*]Innuit quod ſecus ſi pro cauſa propria, mandatum enim tunc finiretur morte re integra:non integra,non.ff.eo. ſi defunctus.inſti.man.§.item ſi adhuc.ff.man.inter cauſas C.mã. l.mandatum.& ibi not.& in præd.§.Item ſi. Quando dicatur res integra,dic quòd in iudicijs,ante litem conteſtatam:in negotijs, antequam fecerit præparaměta. Hoc aũt ꝙ pro eccleſia cõſtitutus erat mouebat Inno.qui dicebat, ꝙ cum eccleſia nó moriatur.12.q.2.c.liberti.de reſcri.ſi gratioſe. li.6. & procurator pro ea ſi datus ab eo qui poterit,ſcilicet prælato etiam ſine conſenſu capituli.de reſcrip. edoceri.nihil eſt ꝙ prohibeat illum agere cauſam ſibi commiſſam, etiam ſi res ſit integra, ꝑ præd. decre.dilecti.& per decre.petitio.ſ.eo.tit.& per l.annua.ff.de annu.lega.de procuratore conſtituto ad negotia,quamuis generaliter fatebatur, ꝙ poſt mortẽ cõſtituentis nó debebat incipere noua negotia.ff.de neg. geſt.nam & Seruius.§.ſi viuo.ſed Hoſt.aliter,vt ſtatim dicam.

† Nota ꝙ beneſiciatus poteſt dicere beneficiũ eſſe ſuũ facit c. ſi tibi abſenti. de præben.li.6.

Eccleſia nõ moritur.

pro eccleſia [a] † ſua vel beneficio conſtitutum, per mortem conſtituentis reuocari [b] cenſemus:Etiã quo ad negotia [c] iam incepta,& cauſas in quibus per ipſum lis fuerit ante mortem huiuſmodi conteſtata.

## TITVLVS XI.

## De reſtitutione in integrum.

¶Clemens v.in concilio Viennenſi.

*¶Gloſſa ſequens primo ponit opi.Hoſt.& ipſius motiua,quam oſtendit partim reprobatam:ſecundo opi.Archid.*

1 Procurator,ſi eſt cõſtitut⁹ à collegio in cauſis in quibus põt omnib⁹ de collegio mortuis & aliis ſubrogatis,durat eius officiũ vt determinat Dynus in compromiſſo facto ad collegium, vbi ſunt decẽ, ex quibus v.vel vii. poſtea mortui ſunt: tenet enim ꝙ nõ extinguatur compromiſſum:qa vnũ & id in collegiũ remanet,& cẽſetur etiam aliis ſubrogatis,vel. ꝑ ponebatur. ff. de iud. & ita not Bar. in l. quid in rerum.§.& ſi nauem ff. de lega.1,l e trus.

b ¶*Reuocari cenſemus.*]dicebatur Hoſtiẽſis ꝙ procurator iudiciorũ nõ agit prælato mortuo 1 donec ſit eccleſiæ de prælato prouiſum:Ratio ſm eum eſt:quia tũc cum vacat ſedes, nil debet innouari,ne ſe.va.c.1.& vlt.ꝙ loquitur de lit.conteſt.cũ tractet de receptione teſtiũ,& mirabatur Hoſtien. quomodo dubitabatur de hoc nec valet ſm eũ ſi dicas ꝙ in prædictis c.loquitur de prælato conuento,non de agente:nã ſi non permittitur tũc defendere qđ fauorabilius eſt,multominus agere.alleg.ff.eo.ſeruũ quoque.§.publice.& l.Pomponius.in fi.& C.eo.alienã.etſi Hoſtienſis per hæc verba intellexit ꝙ prædictus procurator ſubſtituto ꝓlato ex primo procuratorio litem conſequi poſſit; hoc reprobaretur ꝑ hãc litteram quæ dicit,reuocari cenſemus,non dicit,impediri vel ſuſpendi.Archi.tractans hanc materiã ſatis exquiſite in prædi.decr. ſi duo dicit procuratorem conſtitutũ à prælato & capitulo in cã cõi vel principaliter capituli durare poſt mortẽ ꝓlati:in cauſa vero diſcreta prælati ſecus:& ſic opiniones prædictas voluit cõcordare.Et an hãc opinionẽ hæc decre.reuocare intẽdat,nõ video:ꝙ exprimi fuiſſet expediens.ꝑ ea tñ facit qđ ſcripſi poſt.Inno.de cõſue.cũ dilectus,ſuper 1.glo.& quod not.de reſti.in integ. c. 2. vbi dicit ꝙ mortuo abbate cõuẽtus per ſyndicũ agere põt, & cõueniri de iuribus quæ pertinẽt ad cõuẽtũ,vel ſimul.ad vtroſque:ſecus in his quæ ſegregatim ꝑtinent ad abbatẽ.ne ſe.va.c.vlt.Poſſet tñ dici hanc opinionẽ Archi.verã,ꝙ durat procuratoriũ primis duobus caſibus,nõ tñ procedat procurator vacante eccleſia.in cauſis quæ illa vacãte tractari nõ poſſunt:inſtituto tñ prælato procedet ex veteri procuratorio.In tertio vero caſu locũ habet hæc decret.

c ¶*Negotia.*]credo ꝙ intendit per hoc deſignare procuratorem negotiorum,& per verba ſequentia procuratorem iudiciorum.

*¶Gloſſa ſequens dat ſimile,& notat ad duas quæſtiones.*

d ¶*Conteſtata.*]quantumcunque ergo ſit dñs inſtãtiæ, mors reuocat,ſicut & viuens ex certis cauſis reuocare poſſet inuitũ. de quibus ſ.eo.c.2.lib.6.Et facit hæc decre.ad id quod not. poſt Hoſtien.de offi.vica.c.penul.ꝙ mortuo eo cui dedi vicarium, expirat illius officium 2:& ita ſeruamus allegat.de offi.vica.Romana.lib. 6.per quã probatur ꝙ ſi non eſſet mortuus,ſed excõicatus ſuſpẽditur,ſed nõ reuocatur officiũ vices gerentis,& ſic diceremus in procuratore prælatis agentis.Facit etiã ad qõnem not.in Specul. de arbi.§.finitur ver.quid ſi prælatus.ſcilicet ꝙ mortuo ꝓlato,qui compromiſit de rebus eccleſiæ,finiatur cõpromiſſum.ibi videas.

2 Periſtam glo Panor. in c. extirpandæ.§. qa vero. tradidit regulam ꝙ vicarius domino ſuo mortuo, iuriſdictione vel officio ſuo ſuſpenſo, non adminiſtrat. Fonta.

## DE RESTITVTIONE IN INTEGRVM.

*¶Viſum eſt ſupra de procuratoribus:verũ quia Eccleſia aliquando litigat per procuratorem,& per negligentiam procuratoris ſui aliquãdo læditur, & tunc debet reſtitui:ideo occaſione à procuratoribus ſumpta,ponit titulum generalem,de in integrum reſtitutione.*

AB *eccleſia.*]¶Ponit primo dictum.Secundo illud terminat & declarat:ibi,*Sed non fiet.*

CASVS.Eccleſia aliqua litigat per procuratorem contra Titium,& procurator eccleſiæ petijt terminum ad producendum teſtes, acta, litteras,& quæcunque alia munimenta ſub pœna excluſionis:procurator iſte fuit negligens ad producendum ſuos teſtes & munimenta:quæritur vtrum aduerſus iſtum lapſum temporis eccleſia habeat releuamentum:hoc eſt, vtrum hoc lapſu non obſtante poſſit producere ſuos teſtes,& c.Dicit quòd ſic.Sed quæritur ad quantum tempus eccleſia reſtituitur:puta qa forte eccleſia habuit tres mẽſes,& fuit impedita per duos mẽſes,vtrum reſtituetur ad tres mẽſes?Dicit ꝙ non,ſed ſolum reſtituetur ad tempus, in quo fuit læſa. Sed quærit infra qđ tẽpus poſſit repetere iſtã reſtitutionem? Dicit ꝙ infra quadrienniũ.Not. ꝙ cauſa reſtitutiõis in integrũ debet inchoari & finiri infra quadriẽnium à tempore læſionis,& ſic officiũ nobile quod imploratur ad impetrãdũ reſtitutionem in integrũ, non perpetuatur per litis cõteſtationẽ:Secus ẽ de actione.l.fi.C. de præſc. xxx. vel xl. annorum. & C. qñ libe.prin.dat. l. 1. & 2.Not.ꝙ eccleſia petit reſtitutionem infra quadriẽniũ, licet tempus ſit minus quadriennio.Et ſic confunditur opinio aliquorum legiſtarũ dicentiũ,ꝙ ſolum quis debet reſtitui infra illud tempus ad quod fuit leſus.vt ſi aliquis in præſentia mea inceperit vſucapere rem meam per biennium,& in primo anno fui abſens cauſa reipublicæ,durante illo anno.vſucapit,volo reſtitui:Dicunt iſti ꝙ non poſſunt reſtitui niſi infra annũ.Not.ꝙ officiũ reſcindens eſt officium nobile,quod imploratur,vt iudex tollat impedimentum quod obſtat,puta tollat vſucapionem vel præſcriptionem:quo impedimento ſublato,reſtituor ad actionem,quam prius habebam, & iſta actio dr̃ actio reſciſſoria.& ipſam debeo intentare poſt reſtitutionẽ infra tempus quo fui læſus.Not.ſm gloſ.ꝙ iſta reſtitutio intelligitur de lapſu tẽporis iudicialis. Hoc idẽ tenet gloſ. in c.auditis.in antiq.tñ maior pars doctorum tenet ꝯtrariũ,& dicũt ꝙ iſtud cap.loquitur indiſtincte, ſiue eccleſia ſit læſa in iudicio, ſiue extra.Not.ꝙ ad hoc vt audiatur eccleſia petens ſe reſtituit, ſufficit quòd affirmet ſe læſam,vt hic in verbo.affirmat. & glo. in hoc verbo.Not.ꝙ eccleſia læſa reſtituitur in integrum,& eſt hæc reſtitutio in priſtinum ſtatum reſtauratio.C.de reputa.quæ fiunt in iud..l.1.ff.de mino.l.quod ſi,§.reſtitutio.Zabarel.

*¶Eccleſia probans ſe læſam per lapſum temporis, ad illud tempus tantum reſtituitur, & infra quadriennium à tempore læſionis.*

## CAP. VNICVM.

AB eccleſia [e] † aduerſus [f] lapſum temporis [g], in quo [h] ſe læſam [i] affirmat [k], in integrũ reſtitutio peti [l] poteſt, & eã reſtitutionis huiuſmodi finiri [m]

† De intellectu huius Clement. Matthæ⁹ de afflictis,deciſione 17.

*¶Prima gloſſa ſummat & dicit quid determinat.*

e ¶*Ab eccleſia.*]Caſus.Eccleſia probans ſe læſam per lapſum tẽporis,ad illud tempus tantũ reſtituitur:& infra quadrienniũ à tẽpore læſionis determinat.not.ff.ex,quib.cau.ma.ſed & ſi ꝑ prætorem.§.quotiens.& l.necnon.§.ſi quis ſæpius.C.de tem.in integ.reſtit.l.fi.de reſti.mi.l.quod tempore.& quod not.Guli. in Specul. 2.parte.eod.tit.§.infra quod.in prin.& §.2.verſi.ſed cum dixerim.

e ¶*Eccleſia.*]cuius nomine hanc reſtitutionẽ patet prælatus,etiã ſine ſpeciali mandato,ſm Inno.q. hoc not.ſ.eod.ſuſcitata. & Gul. in Spec.eo.tit.§.2.ver.prælatus autem.Si vero per lapſum temporis non læderetur eccleſia, ſed ſolum perſonæ ipſius eccleſiæ, vt quia lapſum eſt tempus quo prælatus debuit prouidere,vel canonici debuerunt eligere?tunc non competit reſtitutio,vt ſcripſi ſ. eod.c.ſi.in 6.oppo.& not.in prædi.§.ver.vt autem.

Prælatus ſine mandato põt nomine eccleſiæ reſtitutionem petere.

f ¶*Aduerſus 3.*]vſitatum eſt hoc verbum in iure,& maxime in hac materia,patet C.ſi aduer.rem iu.& in rub.ſeq.ſ.eod. c. 2. lib. 6. & ponitur pro contra.

3 De dictione,aduerſus vide Cald. in c. ſuper ſpoliatione, de ord.cog. Ruinũ conſil.76.lib. 1. & conſil. 3. lib.3.

g ¶*Lapſum temporis.*]pone exemplum ſ.c.2.& c.auditis.& c. coram.quia infra tempus ſtatutum probationes non produxit, vel non obtulit infra tempus ſtatutum pretium emptori,cum poſſet. eo.tit,conſtitutus.vel pone in decennio appellationis interponẽdæ.eo.tit.c.fi.Quid de biennio proſequendæ appellationis:an eccleſia infra illud tempus non proſequens iuſte impedita indigeat reſtitutione,vel ipſo iure ſeruetur illæſa?not.ꝑ Inno. & Hoſti. de appel.ex ratione.De præſcriptione vero xl.annorum ꝯtra eccleſiam nil immutatur per hanc conſtitutionem:ſed dic vt not.ſ.auditis.loquitur enim hic de illo temporis lapſu,contra quod reſtitutio competit,ſed contra illud non competit,vt ibi.

h ¶*In quo.*]ſcilicet lapſu temporis.

i ¶*Læſam.*]enormiter.quod dic vt no.ſ.eod. c. 1. & patet. de re. eccl.non alienam.c.pen.Nunquid autem ex eo ꝙ non poſuit declinatorias infra terminum ad id datum ſit læſa,& reſtitutio competat?ſatis ſcripſi poſt Inno.& Hoſt.ſ.eod,coram.

k ¶*Affirmat.*]in fine dicit,probabit:& ibi dicam.

l ¶*Peti poteſt.*]de hoc non dubitabatur,nam maior læſus ex tempore quo abfuit cauſa reipu.vel alia iuſta cauſa, reſtituitur. ff. ex qui.cau.ma.l.1.cum ſimilibus.

m ¶*Finiri.*]hoc eſt quod dicimus non perpetuari hoc caſu iudicis officium

debet infra quadriennium [a] continuum [b] à tempore [c] læſionis, etiam ſi minus [d] quadriennio [e] tempus læſionis exiſtat. Sed non fiet reſtitutio niſi ad tantum tempus, quantum ſe læſa fore probabit [f].

FINIS LIBRI.

PRIMI.

cis officium per conteſtationem.de hoc.ſ.de offi.iud.c.2.ſi tamen non ſtaret per eccleſiam,ſed per iudicem vel aduerſarium,nõ imputatur eccleſiæ.C.de tempo.in integ.reſti.l.petendæ.in fi.vnde ſi per appellationem aduerſarij fuerit protelata,non imputatur eccleſiæ,ſicut nec minori.ff.de mi.infra vtile.& facit de re iu.imputari libr.6.& facit eod. titu.c.1.lib.6.& vide qđ ſcripſi ſupra eod. tum ex litteris.ſuper gloſ.2. Sed quid ſi poſt finitum quadriēnium detur reſtitutio? gloſ.in l. fi.C.de temp.in integr. reſti.dicit ꝙ tenet,quia contra ius litigatoris,quod puto eum intellexiſſe,ſi non appelletur.C.quando prouo.non eſt neceſ.l.2.ſ. de re iudic.cum inter vos.Quidam contra 1 dicentes, quòd quia huiuſmodi conſtitutiones contra ius commune cõceduntur,ſunt reſtringendæ.ff.de actio.& oblig.in honorariis.§.ſed cum reſciſſa.de reg.iur.quæ à iure.lib.6.Item qua ratione non tenet ipſo iure ſententia lata poſt tempus accuſationis.ff.de execu.tu. ſcire oportet.§.conſequens.eadem ratione nec hic.& facit quod not.C. de iud.properandum.poſt prin.& hoc placuit Dyno,pro quo facit.ʒ.de appel.ſi appellationem.

Officium iudicis non ſemper perpetuatur p litis cõteſtationem.

Reſtitutio poſt quadriēnium data, an teneat.

1 Et bene Panor. neſciēs gl.iſtā alibi per quā dicit ſentētiā cõtra ius litigatoris priuilegiati aduerſus ius cõmune eſſe nullā ipſo iure.ſic limitatur c.inter vos.de re iudi.Font.

a ¶*Quadriennium.*]olim dabatur annus vtilis, qui vario modo computabatur ex diuerſitate locorum,quæ hodie ſublata eſt, & loco illius,datur quadriennium.C.de temp.in integ.reſti.l.fi.

¶*Glo.ſeq.inſtruit de tempore continuo & vtili.*

b ¶*Continuum.*]habemus in iure tempus continuū & vtile:continuum eſt quod continue currit,diebus feriatis & non feriatis: in præſentia & in abſentia,ſiue ſit copia iudicis ſiue non.C.de præſcri.long.temp.l.fi.Tempus vero vtile non currit diebus feriatis,diebus abſentiæ,& diebus qbus non eſt agendi copia.Et iſtud eſt multiplex:quia quoddā eſt continue vtile,quoddam vtile quo ad ſui principium tantum,quo ad progreſſum non:qn̄que eſt continuum vno reſpectu,vt veniant dies feriati,& non alio,quia non currit iuſte impedito.de hoc ſcripſi de conceſ.præbend.c.2.& ca. quia diuerſitatem.in fi.& forte hoc intendit hæc littera, ꝙ continuum ſit in principio:per litteram quæ ſequitur.

Reſtitutio quādo peti debet ab eccleſia, minore & maiore læſis.

¶*Glo.ſeq.ponit differentiam:ſecundo notat pro opi.Inno.*

c ¶*A tempore.*]læſionis.in hoc differt eccleſia à minore & à maiore,quia minori currit in prin.xxvj.anni ætatis ſuæ : ſcilicet cum factus eſt maior.C.de temp.in integ.reſti.l.fi.maiori læſo tempore abſentiæ currit poſt reuerſionem.ff.ex qui.cau.ma.ab hoſtibus.§. fi.in eccleſia non ſic,vt patet hic,& ſ.eo.c.1.& 2.lib.6.Et no.quòd hæc littera facit pro eo quod no.Inno.ſ.eod.coram.vbi dicit,ꝙ ſi eccleſia non probauit in peremptorio:à ſine termini incipit currere quadriennium petendæ reſtitutionis,& non à die ſententiæ: quod patet,quia finito termino completa fuit læſio ex qua daretur reſtitutio,etiam ſi nulla ſequeretur ſententia.ſ.eo.tit.c.2.& 3. vnde dicit ꝙ caute facit læſus in omiſsione probationū,& in ſententia,ſi petit reſtitui contra ſententiam,& ad probationes omiſſas.Alij ſecundum eum,ꝙ quadriennium computatur à tempore ſententiæ,& ſatis eſt contra ſententiam reſtitutionem petere.ad hoc ff.de mino.l.1.§.1.ſed prius dictum plus placet Innocentio.

¶*Gl.ſeq.ponit tres opi.& tertiam hic approbatam coadiuuat,& contrariis reſpondet.*

1 Hāc gloſſam late ſuo more declarat hic Ioā. Imol.cū videtꝰ.

d ¶*Si minus.*]Hic erant 2 opiniones legiſtarum, de quibus in 1. gl.Dicebant enim,aut eſt læſio in contractu vel ſententia, aut in tempore.Primo caſu fatentur indiſtincte verum ꝙ datur integrū quadriennium.ſ.eo.ca.1.lib.6.ſ.eod.conſtitutus.C.de temp.in integ.reſtit.l.fi.ſecundo caſu.ſubdiſtinguunt, aut læſio eſt tanti temporis quantum eſt quadriennium,& tunc infra quadriennium in integ.datur reſtitutio:aut læſio eſt minoris temporis:& tunc dicunt ꝙ non datur integrum quadriennium,ſed ſolum tantū tempus ad reſtitutionem petendam,quantum fuit tempus læſionis.& hoc placuit Bul.& Azo.& Accur.quos ſequitur Dynus in §.rurſus.inſt.de act.Iac.Bal.contra quem ſequi videtur Odofredus diſtinguens tempus infra quod,& tēpus ad quod fit reſtitutio, dicens ꝙ dummodo non reperiatur negligēs infra tantum tempus quantum erat tempus læſionis,habebit integrum quadriennium, alias ſi infra illud tēpus reperiatur negligens,non reſtituitur poſtea etiam infra quadriennium,quia tempus negligentiæ computatur cum tempore læſionis vel abſentiæ.& ſic intelligit.ff.quæ in frau.cred.ait prætor.§.ſi conditionalis.quam primi allegant pro ſe.Alij in hoc vltimo dicto diſcordant, dicētes ꝙ tempus infra quod, ſemper eſt vniforme,& ſemper habet quatuor annos,vt hic,& in concor.tp̄s vero ad quod, non datur amplius quā fuerit tēpus læſionis.& ſic loquitur.ff.ex qui.cau.ma.ſed & ſi per prætorem.§.ſi feriæ.& l.necnon.§.ſi quis ſæpius.ff. de mino.l.fi. nam in lucro foret is qui reſtituitur ſi amplius haberet de tempore quam fuerit tempus læſionis:quod eſſe non debet.ff.ex quibus cau.ma.l.1.in princip.& l.videlicet.& hoc placuit Petro de Bel.& hoc approbatur,& merito:eſſet enim mirabilis rigor dicere quòd læſus in die debeat obtinuiſſe reſtitutionē infra diem, quod vult prima opinio,vel ſaltem neceſſario ſeparaſſe,quod vult ſecunda. Item concludit prima opinio quadriennium non dari cõtra vſucapionem,quæ finitur triennio.inſti.de vſuc.in princi.cum tamen loco anni vtilis qui dabatur olim.C.de reſt.milit.ſi quid. & l.ſeq. detur hodie quadriennium.C.de temp.in inte.reſti.l.fi.quod præſcriptioni & vſucapioni eſt commune.Reſtat ergo reſpondere ad contraria quæ inducit gl.in §.quotiens.primo ipſe.§.quotiens.& ead.l.§.ſi feriæ.determinant ſolum tempus ad quod,puta vt læſus in die reſtituatur ad diem,& ſic concordant,ſed non determināt tempus infra quod.Eodem modo reſponderi poteſt ad l.necnon. §.ſi quis ſæpius.eod.tit.vt ſcilicet loquatur de tempore ad quod. Vel ſi vis intelligere de tempore infra quod,loquitur de anno vtili:cuius loco datur hodie quadriēnium:ſicut ſi hodie diceremus læſum in quadriennio reſtitui infra quadriennium. Lex vlti.ff.de mino.facit pro:quia ibi tempus infra quod præcedit tempus ad quod,& dantur ibi hæc duo tempora diuerſis. Ibi enim ex tempore in integrum reſtitutionis conceſſæ minori qui nouauerat, reſtituitur creditori tempus quod ſibi ſupererat de temporali actione nouationis tempore.Per eundem modum reſponderi poteſt ad l.ſi debitrix.§.final.ff.ad Velle.ſi diceretur quòd ibi reſtitutio fiat per iudicis officium. Vel dic verius, vt ibi not.ſcilicet quòd ſine temporis interuallo ipſo iure per l.reſtituitur prima actio.& per eundem modum reſponde ad §.ſi conditionalis.ſuperius alleg.ad l.cum poſt.ff.quando act.de pec.reſponde vt ibi not.nec ibi de reſtitutione loquitur.Ad rationem quam dicebāt primi,quòd aliàs erit deterior conditio illius qui vſucepit tempore minoris ætatis,vel abſentiæ cauſa reipublicæ, quàm ſi non vſucepiſſet : completa enim ætate vel ceſſante cauſa vſucepiſſet per triennium,& tu das quadriennium:Reſpondeo quòd non eſt deterior,quia ceſſante vſucapione ille poſſet vendicare quod modo non poteſt : immo ſecundum quoſdam eſt prius neceſſarium iudicium reſcindendæ:quod eſt dicere,quòd prius reſcindant impedimentum vſucapionis,& poſtea reſciſſorium datur,id eſt,priſtina actio, quæ datur vſucapione reſciſſa : tamen ſeruatur quòd ſimul vtrumque intentatur:quod fieri poteſt.vt not.Guil.in Spec. iiij.parte eo.tit.ver.ſed nunquid in eodem.Nec eſt melior conditio eius contra quem vſucapitur in abſentia, quàm in præſentia, quia vendicando infra triennium perpetuaret ſibi actionem per conteſtationem,ſed officium non perpetuatur per conteſtationem,vt ſupradixi,æque igitur datur tempus longius.

Iudiciū reſcindens & reſciſſoriū ſimul intentari poſſūt.

¶*Glo.ſeq.obijcit,& remittit.*

e ¶*Quadriennio.*]Sed contra,temporalis præſcriptio non currit minori,ſed ipſo iure ſeruatur illæſus.C.in quib.cau.l.fin.ergo nec eccleſiæ.Solue vt dixi ſ.eo.conſtitutus.ſuper gl.conſuetudo.& c. fi.in 6.oppo.

f ¶*Probabit.*] Licet ergo ex affirmatione minoris vel eccleſiæ examinentur cauſæ reſtitutionis in integrum,vt ſupra:nõ tamen conceditur reſtitutio niſi læſione probata,vt hic,de quo vide in Spe.eo.tit.§.2.ver.illud quoque.

LIBER.

FINIS LIBRI PRIMI.

LIBER SECVNDVS

DE IVDICIIS.

Continuatio. ¶*Viſum eſt de præparatorijs iudiciorum & iudicibus, nunc videndum eſt de iudicijs, quæ p magiſtratus exercentur, & redduntur, quare ponitur rubrica, de iudicijs.*

# LIBER SECVNDVS

## TITVLVS I.

## De iudiciis.

¶Clemens v. in concilio Viennenſi.

¶*Conſtitutio Bonifacij, quæ habet, quòd citationes etiam extra dies ſolemnes publice factæ de mandato Papæ, in audientia litterarum Apoſtolicarum, vel Papali palatio affixæ ianuis maioris eccleſiæ loci in quo Papa cum curia ſua degit, arctent citatum ac ſi ad eum perſonaliter deueniſſent, reſtringitur ad eos, qui impediunt ne ad eos poſſit citatio peruenire, vel quorum domicilium tute non poteſt adiri. Ioannes Andreas.*

CAP. I.

Dudum [a] † Bonifacius Papa octauus prædeceſſor noſter conſtituit [b], vt citationes [c] auctoritate Apoſtolica de perſonis quibuſcunq; [d], ac etiam vndecunque [e] ad inſtar edictorum in albo [f] prætoris propoſitorum, etiam extra dies ſolemnes [g], in quibus Romani Pontifices proceſſus con ſueuerunt facere generales [h], ipſo Papa [i] ſpecialiter [k] & ex certa ſcientia [l] id mandante [m] factæ, in Apoſtolicarũ audientia publica litterarum [n]: vel in Papali palatio [o] publice poſtmodum maioris [p] eccleſiæ loci, in quo Romanus Pontifex cum ſua curia reſidebit, ianuis affigendæ, ſic valeant atque ar-

Dudum. ] ¶Prio, ponit conſtitutioné Bonifacij: ſecundo, illam reſtringit, ibi: *Quia vero.* Tertio, proteſtatur, ibi: *Porro.*

¶Præſupponédum eſt quod habetur in conſtitutione Bonifacii octaui, quæ incipiebat, rem non nouam. videlicet, ꝙ citandus citabatur in audientia contradictoriarum, vel in aula palatij Papæ, & poſtea affigebatur ſchedula in valuis, id eſt, in portis eccleſiæ principalis vbi erat Papa, & hoc fiebat ſi per ipſum ſteterat quo minus poſſet citari, vel ſi ad eum non patebat tutus acceſſus: Et condita ſeu facta fuit hæc Clementina propter opiniones, quia aliqui exponebant, præſertim, id eſt, maxime, alij exponebant, præſertim, id eſt, tantum. Secundo, præſupponendum eſt, quòd auditor ſeu audientiator audientiarum dat litteras ſimplices iuſtitiæ, & non tenet ſuum auditorium cum aliis in palatio Papæ, ſed exercet in tertio ponte eundo verſus ſanctum Michaelem.

† Modus citandi p edictum in forma [illegible] Clemé loci [illegible] Papa, vt [illegible] hic Zabarella. [illegible]

CASVS. Inter Titium & me pendebat lis coram Papa, & erat articulus, qui non poterat expediri niſi citato Titio, quia erat ſententia ferenda, vel teſtes producẽdi: quæritur qualiter ſit citãdus? Dicit ꝙ ſecundum conſtitutionem Bonifacij ſufficit ꝙ citetur in ordinario contradictoriarum, vel in palatio Papæ, dum tamé non citetur in diebus ſolemnibus, ſed citetur extra dies ſolemnes, & poſt affigatur citatio in valuis eccleſiæ principalis, vbi eſt Papa cum collegio: Tamen illa erat nimis rigoroſa pluribus, ideo hic mitigatur, quia illa conſtitutio Bonifacij ſolum habet locum contra eos, qui impediunt quominus poſſint citari, vel quãdo ad eos tutus non patet acceſſus, & tunc valet modo prædicto, videlicet ꝙ citetur vt tactũ eſt: tñ ſi Papa decerneret ex certa ſcientia eum citandum ex conſtitutione Bonifacij, quamuis per eum non ſtat quominus citetur, vel ſi ad eum bene ſit tutus acceſſus, & dicat ꝙ ipſe vult vt executio talis citationis valeat, tũc valebit perinde ac ſi eſſet facta in perſonã. No. ꝙ quis eſt citandus perſonaliter ſi poſſit apprehendi, aliàs citandus eſt de intimatione. ſ. de elect. in ca. cauſam. videlicet ꝙ citatio eſt affigenda in valuis eccleſiæ vel alterius loci, ita ꝙ veriſimile ſit, ꝙ executio citationis deueniat ad eius notitiam. No. caſum in quo citatur quis vltra duas dietas, vt hic in glo. in verbo, vndecunque. & idem Lau. & Zen.

Not. ꝙ ceſſante cauſa legis, ceſſat lex. probatur hoc in eo ꝙ excuſat conſtitutionem Bonifacij propter malitiam temporis Zab.

¶*Prima gl. ſummat, & diuidit: & ponit tempus conſtitutionis.*

a ¶*Dudum.*] Caſus Conſtitutio Bonifacij, quæ habet, quod citationes etiam extra dies ſolemnes publice factæ de mãdato Papæ in audientia litterarum Apoſtolicarum, vel Papali palatio, affixæ ianuis maioris Eccleſiæ loci, in quo Papa cum curia ſua degit, arctent citatum ac ſi ad eum perſonaliter deueniſſent: reſtringitur ad eos, qui impediunt, ne ad eos poſſit citatio peruenire, vel quorum domicilium tute non poteſt adiri. Et primo ponit conſtitutionem Bonifacij: ſecundo illam reſtringit: tertio proteſtatur, ibi: *Porro.* Et conſtitutio iſta præceſſit cõcilium, vt in proœmio dixi, & patet infra cap. proximo.

¶*Glo. ſecunda tempus exprimit.*

b ¶*Conſtituit.*] in ſua Extrauag. quæ emanauit poſt Sextum, quæ incipit, rem non nouam.

¶*Glo. ſeq. ſoluit obiectionem intitulationis.*

c ¶*Citationes.*] Licet (quia de citatione hic tractatur) cõpetenter poni potuiſſet ſub tit. de dilationibus, maxime cum prima [1] citatio videatur anteiudicialis. iuxta not. per Inno. & Hoſtien. de proba. quoniam, vt ibi ſcripſi ſuper verſi. citationes, quia tñ etiam per primam firmatur iudicium, & perpetuatur, & præuenitur iuriſdictio. de fo. cõpe. propoſuiſti. de offi. deleg. gratum. cũ concor. & ideo in iſto titulo congrue ponitur, vt ſciatur ſuper tali citatione poſſe firmari iudicium. facit inſtit. de pœna teme. lit. §. fi. & quod no. ff. de in ius vo. ſuper rub. & eſt huic ſi. eo. ti. c. 1. & 2. lib. 6.

1 Vide Marianum Soc. tract. de citatione, art. 31.

r ¶[*Exercere.*] etiã per alium, dummodo in loco illo moram trahat. ad hoc.ſ.proxi.reſponſo.ibi,citari faciant. de reg.iur.poteſt.lib.6.

¶*Glo.ſe.litterã exponit, & dubium mouet.*

s ¶[*Non fuerint.*] quaſi hi qui tales fuerũt poſſint vlterius trahi:nam ſi proceditur cõtra eos vt expulſionis culpabiles,ſatis eſt quòd locus ſit vicinior, licet vltra duas dietas, vt ſ.Sed ſi ad petitionem aliorũ citantur,videtur ſufficere ꝙ epiſcopus ibi moretur,licet locus diſtet vltra duas dietas:& hoc durum eſt ſecundum quod poſſet trahi vltra quatuor dietas.Si ergo hoc intendit littera,debuerat aliquam metam adijcere:puta, ꝙ tunc licet vltra duas dietas,non tamẽ vltra quatuor trahi poſſet, vt ſæpe facit curia Romana,maxime in litteris conſeruatoriis.

t ¶[*Dietas.*]vulgares.de hoc ſatis de reſcri.nonnulli.

v [*A fine.*]concor.de reſcri.ſtatutum.§.cum vero.lib.6.

x ¶[*Non trahãtur.*]quod intelligo etiã ſi infra illas de facto trahi non poſsint.

y ¶[*Ante omnia.*]non valet ergo proceſſus factus licentia non petita.ſimile de electio.prouida.lib.6.

ADDITIO.Vtrum iſta licentia debeat præcedere exercitium, vide hic per Pet.de Anch.in 14.notabili,qui dicit, ꝙ qñ diſpoſitio requirit iuſſum tunc debet præcedere, & non ſequi. Auctoritas autem debet adhiberi in ipſo actu incontinenti ante vel poſt: Conſenſus vero poteſt præcedere vel ſequi. Sed licentia debet præcedere,vt hic.Et ſimiliter cõſilium.concor.vide hic per eum. Iſta eſt diſtinctio Bar.in l.ſi autem plures.ff.de aqua plu.arcen.Ex Pet.de Ancharano.

¶*Glo.ſeq.ſoluit quatuor dubia:ſcilicet de inferiori.de officiali,de diſtante,& capitulo vacante ſede.*

z ¶[*Diœceſanis.*]Per diœceſanos intelligo eos qui habẽt in loco epali iuriſdictionem vel quaſi 6 .facit ſi.c.& quod ibi dicã, quod intelligo ſi eam ſic habent ꝙ diœceſanus eps illam exercere non poſſit ibidem,aliàs ſi diœceſanus poſſet,licet & illi poſsint, ſemper eps requiretur.Sed an officialis epi dare poterit hanc licentiam,vel ſufficiet ab eo peti,non puto ex generali officialatu.facit de tẽpo.ord.cum nullus.2.rñſo.lib.6.eo.lib.de offi.vica.c.2.& 3. & maxime præſente epo.de offi.ordi.Roma.in ſi.eo.lib.per quam videtur epm requirendum,ſi eſt in diœceſi,vel circa illam.Sed qđ ſi multum diſtat,nec eſt ibi officialis à quo poſsit haberi?videtur de mente ꝙ facta requiſitione apud locũ habitationis hoc poterit,facit 2.q.6.biduum.ĩ.ea.compi.de elect.cauſam.ff.de iud.ſi longius.& facit quod no.de reſti.in integ.tum ex litteris.in ſi.Capitulum autem vacante ſede hanc licentiam dare poterit, vel ſufficiet illam ab eo peti.facit ſin.cap.& prædic.decre.cum nullus.§. 2.& ĩ.de hære.c.1.& quod ibi dicam.

6 Idem Cardi.licet irregulariter,appellatione diœceſanarum veniãt ſoli epiſcopi.gl.in c.1. de vi & hon.cle.gl.in c.1. de iure patro.Font.

¶*Glo ſeq.ſoluit dubium:quærit,& ſoluit.*

a ¶[*In præmißis.*]Per hoc puto ꝙ etiam primum caſum includat, qui eſt de præmiſsis.Sed nunquid ſufficiet generalis petitio,ſcilicet ꝙ poſſet contra expulſores procedere, & inter ſubditos ius reddere?puto ꝙ ſic,graue eñ eſſet in ſingulis pſonis vel cauſis licentiam petere:dico tñ ꝙ ſi de ſpeciali cauſa fuit petita licentia, ſiue data fuerit,ſiue denegata,pro alia cauſa debebit peti.

b ¶[*Nequiuerint.*]concor.ĩ.de ſepul.dudum.verſi.ſi vero.ſ.de regu.licet.& ſatis eſt per hanc litteram,ꝙ nequit habere licentiam, ſiue quia denegatur,ſiue quia petita & expectata non datur.facit de appel.ab eo.lib.6.

¶*Glo.ſeq.ſoluit quæſtionem,& de incidenti remittit.*

c ¶[*Procedant.*]virtute huius conſtitutionis.Et per hoc patet, ꝙ ſi ſubditi

expreſſum.¶Sane [a] ſi prædicti epiſcopi aſſeruerint ſe non fuiſſe auſos præfatos expulſores, conſiliarios, vel fautores, perſonaliter, vel ad domũ aut publice (vt pręmittitur) in eorũ eccleſia cathedrali citare, vel ipſos malitioſe pręſtitiſſe impedimẽtum, ne per eos potuerint ſic citari, aut q̄ in ſuis diœceſibus iuriſdictionẽ per ſe vel per alium contra ipſos [b] exercere nequeũt vel non audent, ſtari ſuper his [c] volumus aſſertionibus [d] eorundem: ipſis diſtrictius iniungentes ſub interminatione diuini iudicij, ne circa præmiſſa cõtra conſcientiam [e] quicquã mendaciter aut doloſe aſſerãt, vel confingant. ¶Eorundem autẽ epiſcoporum ſententias & proceſſus, quos in pręmiſſis caſibus [f] in aliis diœceſibus duxerint faciẽdos, denuntient ſeu denuntiari faciant per ſuas diœceſes conuicini ep̃i, cum ab eis [g] fuerint requiſiti [h]. ¶Per præmiſſa quoque nullum ex tranſcurſu temporis quanticunque [i], vel aliàs quoquo modo locorum diœceſanis vel aliis quibuſcunque iuriſdictionem habentibus [k] in locis præmiſſis, in quibus prædicti epiſcopi ſic expulſi iuriſdictionem (vt prædicitur [l] †) exercebunt, præiudicium generetur [m].

ſi ſubditi de proceſſu iniquo ep̃i vellent conqueri coram diœceſano loci, nõ poſſent, cum propter neceſsitatem expulſionis hæc conſtitutio communicet ſibi locum: & par in parem, &c. de elec. innotuit, ſi tamen aliàs præter caſum quo cedere põt ibi per hãc conſtitutionem, ibi delinqueret, bene cognoſceret diœceſanus. 4. q 6. c. 1. & de rapt. cap. 1. Quid de minore prælato habente iuriſdictionẽ in loco, ſcripſi poſt Inno. & Hoſt. de ma. & obe. cum inferior.

a ¶*Sane.*] ſumme fuit neceſſarius iſte. §. vt aliquis fructus ex ſuperioribus haberetur.

b ¶*Contra ipſos.*] Not. q̄a dato q̄ ep̃i expulſi contra alios vel circa alia poſſent per ſe, vel per alios iuriſdictionẽ in ſuis diœceſib9 exercere: ſatis eſt q̄ contra illos nõ poſsint, vt locum habeat cõſtitutio.

¶ *Gloſſ. ſeq. notat à contrario, tria ponens exempla.*

c ¶*Super his.*] Super aliis ergo ipſorum aſſertioni non ſtabitur: vnde ſi dicant loca ad quæ citant illos eis fore ſecura, in hoc eis nõ creditur, cum hoc non ſit de hic expreſsis. Eadem ratione nõ creditur ſi dicãt loca ĩ quibus procedunt, eſſe viciniora, in quibus poſſint tute manere & ꝓceſſus facere, & citati venire. Item nec creditur eis in eo q̄ dicant aliquem expulſorem, conſiliarium, vel fautorem: ille tamen cui hoc impingitur, habet ſe ſuper eo defendere. & ſic intelligas ſupradicta.

¶*Glo. ſeq. exprimit quatuor ſpecialia, ſic ſoluens contrarium.*

d ¶*Aſſertionibus.*] Hic multa ſpecialia, q̄ creditur aſſertioni iudicis. Item q̄ creditur ſine iuramento, & q̄ vni ſoli, & in cauſa propria. Regulariter contra. de proba. quoniam. de teſti. veniens. & c. licet. & c. nuper. vbi de hoc. de conſe. diſt. 4. paruulos. 4. q. 4. nullus. cum ſimilibus.

e ¶*Conſcientiam.*] concor. de renun. niſi. in fi. de vot. c. fi. de reſcri. ſtatutum. §. aſſerorem. lib. *6*.

¶*Gl. ſeq. arguit à contrario: contra illud argumẽtũ obijcit, & ſoluit.*

f ¶*Præmiſſis caſibus.*] ergo alios proceſſus vicini nuntiare nõ tenentur. contra. 11. q. 3. curæ. de treuga. & pa. c. 1. Sol. patet per litterã ſequentem, nam factos in alienis diœceſibus extra prædictos caſus exequi non tenentur, factos in propriis ſic, vt in contrariis.

g ¶*Ab eis.*] non videtur ergo ſufficere q̄ requirantur à tertio, etiam cuius interſit.

¶*Glo. ſeq. alleg. duas concor. & dubium ſoluit.*

h ¶*Requiſiti.*] ſimile de for. cõpe. poſtulaſti. eo. tit. Romana. ver. fi. lib. *6*. epiſcopus requirens illos non facientes punire non poſſet: aget tamen coram illius ſuperiore, vt illum cogat & puniat. de iurepatro. nullus. niſi iuſtam haberet cauſam non parendi, vt quia notorij ſunt iniuſti. de offi. deleg. ſi quando. de offi. leg. ſtuduiſti.

i ¶*Quanticunque.*] etiam cuius initij vel contrarij nõ ſit memoria, quod alias releuat ab onere probandi titulum. de præſcrip. c. 1. lib. *6*.

k ¶*Habentibus.*] habent enim quandoque inferiores in loca vel in perſonas epiſcopalem iuriſdictionem vel quaſi. de priuil. abbates. in fi. lib. *6*.

¶*Glo. ſeq. arguit à contrario, & huius rationem reddit.*

l ¶*Vt prædicitur.*] dat intelligere q̄ ſi aliàs inter ſubditos ipſorũ diœceſanorum iudicarent, bene per taciturnitatem & temporis lapſum eis præiudicari poſſet: ſed iſto caſu cum hoc faciunt iuris auctoritate, diœceſanis nulla negligẽtia poteſt adſcribi, ergo nec contra ipſos præſcribi 1.

m ¶*Generetur.*] quando exercens iuriſdictionem in loca vel in certas perſonas vel cauſas acquirat poſſeſsionẽ illius generalem vel ſpecialem, & quando præſcribat, ſatis ſcripſi poſt Inno. de capel. mona. c. 2. & de hoc in Spe. de iuriſ. om. iud. ad fi. ver. illud etiã. & de præben. §. 1. verſi. ſed pone miles.

1 Ex hac gl. iuncto textu, not. Car. q̄ vtens poteſtate ſibi per ius cõcedente priuilegium cõpetenti, nõ cẽſetur hoc facere animo ꝓſcribendi. Font.

† al. præmittitur.

DE CAVSA POSSESSIONIS ET proprietatis.

Cõtinuatio.

¶*Viſum eſt ſupra de iudiciis foro competenti: verũ quia aliqua cauſa intentatur ſuper proprietate rei deductæ in iudicio, quædã ſuper poſſeßione ipſius rei, dubitaret aliquis quid ſit cã proprietatis, & q̄d cauſa poſſeßionis: ideo ad nos informandum annectit rubricam, de cauſa poſſeßionis & proprietatis.*

## TIVLTVS III.

## De cauſa poſſeſsionis & proprietatis.

¶Clemens v. in concilio Viennenſi.

¶*In cauſa beneficiali delata etiã per appellationem ad curiam, vtraque pars poteſt petitorium & poſſeſſorium intentare. Et ante cauſæ concluſionem poteſt ſpoliatus ſuſpenſo petitorio ſuo vel aduerſarij, poſſeſſorium proſequi.*

C. VNIC.

CAV-

C*Auſa.*] ¶Duæ ſũt partes ſicut duo ſunt dicta. Secũda ibi, *Et in ſpoliantis*. Imo. ¶ Præſupponẽdum eſt primo illud quod dicitur in cap. appellanti. j. de appel. & 2. q. 6. ad fi. & l. eos. C. de app. videlicet, quòd ad officium iudicis appellationis ſpectat cognoſcere an bene vel male fuerit appellatum, ſed de alio articulo appellationis non debet ſe intromittere. Simile dr̃ in cap. Romana. de fo. compe. in. *6*. Secundo præſupponitur pro ratione decidendi ad textum, quod licet de iure ciuili non poſsit adiri Imperator in prima inſtantia omiſsis medijs: tamen de iure canonico licitum eſt adire Papam omiſsis mediis etiam in prima inſtantia: quia Papa eſt ordinarius totius orbis, & cõcurrit cum omnibus aliis: ideo in electione actoris eſt coram quo velit defenſorem ſiue reum conuenire, vel coram epiſcopo, hoc eſt coram iudice ordinario, vel coram Papa, qui Papa dicitur ordinarius ordinariorum.

CASVS. Tu & ego litigabamus corã officiali Pictauien. ſup aliquo beneficio, qui officialis cõtra te tulit ſententiã, à qua appellaſti immediate ad Papã, tñ poteras ſi voluiſſes appellare ad archiep̃m Burdegaleñ. quod non feciſti: Intimaſti & notificaſti appellationem, & comparuimus ambo coram Papa, & voluimus q̄ dimiſſa cauſa appellationis ipſe Papa cognoſceret de cã principali: quæritur vtrum poſsit iſtud fieri? Et vr̃ prima facie q̄ non, vt dictum eſt in prima præſuppoſitione: tñ Romanus Pontifex dicit q̄ poterit cognoſcere de principali, id eſt, dimiſſo articulo appellationis, cũ ipſe Papa ſit generalis ordinarius, & concurrat cũ omnibus ordinarijs. Sic etiam, vt dr̃, legatus Papæ omiſſo articulo appellationis poteſt cognoſcere de pricipali cauſa. cap. 1. de offi. delega. in antiquis. ſed ponamus ſanctiſsime pater q̄ aliquis fuit ſpoliatus re aliqua, & mouit cõtrouerſiam ſuper articulo proprietatis, in quo proceſſum extitit vſque ad concluſionem & renuntiationem cauſæ: Ego actor qui fui ſpoliatus antequam fuerat renũtiatum & concluſum in cauſa, volo ſuſpẽdere cauſam proprietatis, & venire ad poſſeſsionẽ, an poſsim? Dicit q̄ ſic, & hoc in odiũ ſpoliantis. hoc dicit. H. R. ¶Colligo aliqua notabilia. Et primo q̄ quis non debet appellare ad Papam omiſſo medio, niſi obſeruet formam c. 1. de appel. in *6*. Not. ſecundo, q̄ quis etiam in prima inſtantia põt litigare corã Papa omiſſo medio. Not. tertio, q̄ ſi ſpoliatus intentauit petitorium infra concluſionẽ & renuntiationẽ, id eſt, ante quàm fuerit concluſum & renũtiatum in cauſa, poteſt ſuſpẽdere & dimittere petitoriũ, & venire ad poſſeſſorium. Et eſt ratio: quia probationes ſunt faciliores in poſſeſſorio, quàm in petitorio: quia in poſſeſſorio ſufficit probare poſſeſsionẽ & ſpoliationem: in petitorio vero requiritur probatio dñij, quæ probatio eſt valde difficilis: ideo conſuluit lex, qui petitorio. ff. de rei vẽdi. q̄ quis primo agat poſſeſſorio, quàm petitorio. Sed tñ (vt hic dr̃, & in c. paſtoralis. eo. tit. in antiquis) aliquis poteſt primo intentare petitorium, deinde venire ad poſſeſſorium. Sed quæritur, nõne dimittens petitorium, & veniens ad poſſeſſorium venit condemnandus in expenſis? Dicit gló. q̄ non: q̄a nihil præiudicat aduerſario, cum poterit poſtea venire ad petitorium in eodem ſtatu, in quo prius remanſit. Et hoc debet facere ante cõcluſionem cauſæ,

videlicet

videlicet ꝙ poteſt ſuſpẽdere petitorium & venire ad poſſeſſoriũ: ſecus ſi poſt concluſionem. Vnde concludere & renunciare in cauſa, eſt qñ partes nihil amplius volunt allegare nec producere, & tunc iudex dicit, poſtquã nihil aliud vultis allegare nec producere, ego habeo pro concluſo & renuntiato. Not. vlterius, ꝙ vt actus pariat effectum, debet eſſe legitime factus: ꝓbatur in verbo, legitime. ad hoc de tranſlat. c. 2. de proc. cle. 1. & qđ ibi not. gl. in verbo, debito. Not. finaliter, ꝙ appellatio eſt commune remedium appellanti & appellato, ibi, *Tam appellanti quàm appellato*: pro hoc de appel. ſæpe. c. oblatæ. & c. Nicolao. & cap. interpoſita. Zabarel.

† Vide Paulũ de Caſtro conſil. 277. lib. 1. & de intellectu Couarruuiã lib. 1. variar. reſolut. c. 16. nu. 13.

ſa [a] † beneficiali [b] per appellationem [c] ad ſedem Apoſtolicam [d] legitime deuoluta [e], tã appellanti, quàm appellato [f] licere decernimus nedum petitorium, ſed & poſſeſſorium intentare. Et in ſpoliantis [g] odiũ ante cauſæ concluſionem [h] ſuſpendere [i] petitorium à ſe & [k] ab aduerſario [l] intentatum, in ſolo [m] poſſeſſorio procedendo.

## TITVLVS IIII.

a ¶ *Cauſa.*] ſe ſummat.

¶ *Gloſſa ſecunda ſoluit duo dubia.*

b ¶ *Beneficiali.*] comprehendit minora & maiora beneficia, & præbẽdas. & de hoc de reg. iur. c. 1. lib. 6. in non beneficialibus autem non habet hoc locũ, etiam ſi de eccleſia vt de proprietate ſit quæſtio. facit quod dixi ſ̃. ea. compil. de iud. diſpendioſam. ſuper verbo, beneficiis.

¶ *Gloſſa ſequens obiicit, & ſoluit.*

Reconuẽtio non fit corã iudice appellationis.

c ¶ *Per appellationem.*] fortius ſi per querelam, videbatur autẽ ꝙ illud ſolum ſuper quo appellatum erat, eſſet per appellationis iudicẽ cognoſcendũ, vnde corã iudice appellationis nõ fit reconuẽtio. de hoc ſcripſi de mu. pet. c. 1. cognoſcat ergo id ſolũ ſuper quo appellatur, ſiue ante ſñiam fuerit appellatũ, ad hoc j. de appel. appellanti. cum ſuis concor. ſiue à ſententia. 2. q. 6. ad finem: ſiue extra iudicium, de elect. vt circa. lib. 6. ſed ex quo deuoluta eſt cauſa per decret. 1. de elect. lib. 6. non expectato appellationis euentu, voluit Papa hoc licere. & hoc probat ver. j. decernimus. per quod reſpondetur ad iura prædicta. Poteſt etiam dici, ꝙ decret. vt circa. locum non habet cum quis ſuum proſequitur intereſſe, vt ſ̃. ea. compil. de elect. conſtitutionem. in principio.

d ¶ *Ad ſedem Apoſtolicam.*] in inferioribus ergo ſecus.

e ¶ *Deuoluta.*] ita quòd cauſa ipſa eſt in curia, ſecundum formã decret. 1. de elect. lib. 6. vt quia appellatio legitime interpoſita eſt. eo. tit. vt circa. & appellato legitime inſinuata, vt in cle. ſ̃. de elect. cauſam. & infra debitum tempus, vt ibi. §. penult.

f ¶ *Appellato.*] vtrũq; n. æqualiter arctat illa cõſtitutio 1. de elec. vterq; ergo ſentiat cõmodũ ſicut onus. de reg. iur. qui ſentit. lib. 6.

¶ *Gl. ſeq. notat & remittit: ↄ glo. obiicit, & dupliciter reſpõdet.*

Petitorio ſuſpenſo tranſire licet ad poſſeſſoriũ, ſed non ecõuerſo.

g ¶ *Spoliantis.*] per hoc patet ꝙ loquitur in poſſeſſorio recuperãdæ. de poſſeſſorio retinendæ, an intentari poſsit per eum qui petitoriũ intentauit illa pendente, notaui & dixi ſ̃. eo. paſtoralis. ſuper 4. glo. quæ gl. in ea parte qua dicit ante mediũ, ꝙ de poſſeſſorio poteſt rediri ad iudiciũ proprietatis, reprobari vr̃ per hunc textũ: Si enim ſpeciale hoc inducitur in odiũ ſpoliãtis, ꝙ ſuſpenſo petitorio tranſitur ad poſſeſſorium, ergo id non licebit in caſu conuerſo, in quo caſu ceſſat. Sed gloſſa dupliciter põt defendi, ſcilicet q̃a nõ dicit ꝙ ſuſpenſo poſſeſſorio redeatur ad petitoriũ: ſed ꝙ de poſſeſſorio inchoato reditur ad petitoriũ, qđ põt intelligi renuntiato priori iudicio. Itẽ volens dicere ꝙ ſuſpẽdi & pẽdere poſsit poſſeſſoriũ dicet hoc ſpeciale hic addi in cauſa appellationis, vt dixi in gl. fortius, vt quod ibi olim nõ licuiſſet, hodie liceat in odiũ ſpoliantis.

¶ *Gl. ſeq. ſoluit obiectionẽ: arguit à cõtrario, & illud determinat.*

Cõcluſio in cauſa beneficiali poteſt omitti.

h ¶ *Concluſionem.*] quæ licet fieri poſsit, vt hic: tamen in his beneficialibus poteſt omitti. j. de verb. ſig. ſæpe contingit. facta ergo cõcluſione hoc non licebit. quod verum puto niſi in caſu decret. paſtoralis. in fi. ſ̃. eod. vt ſicut hoc in aliis cauſis non beneficialibus tũc liceret. & in iſta ſaltem in eo caſu quo ſuſpẽdit petitorium inchoatum à ſe, in quo loquitur illa decret.

i ¶ *Suſpendere.*] ſine metu condemnationis expenſarum, vt dixi, eod. tit. paſtoralis. ſuper ver. agi poteſt.

k ¶ *Et.*] pro vel, vt ff. de ver. ſigni. ſæpe. de reſcrip. c. 2. vbi de hoc.

¶ *Gloſ. ſeq. not. pro opi. & recitat contrarium.*

Petitorium ſi intentetur per vnum & poſſeſſoriũ per alterum qs prius auditur.

l ¶ *Aduerſario.*] Hæc littera & ſequens approbare vr̃ qđ not. Io. 2. q. 2. c. 1. & Ber. ſ̃. de ordi. cogni. c. fi. Goffre. & Innoc. & Abbas de reſtit. ſpo. ex conqueſtione. ſcilicet quando ſuper eadem re intẽtat vnus petitorium, alter ſuper illa intentat poſſeſſorium recuperandæ, prius auditur, & ſic vtilius eſt ſibi agere quàm excipere. quod Hoſt. non placuit: qui dicebat ex vi actionis eum non prius audiẽdum ſed ſimul, dicens ꝙ in decret. ex conquæſtione prius excepit, poſtmodum egit, vt ibi ſcripſi.

Beneficij reſtitutionem petens an habeat probare titulum.

¶ *Glo. ſeq. not. ſignat ↄriũ, ibi remittit, & huic litteræ reſpõdet.*

m ¶ *Solo.*] quaſi nil habeat docere de petitorio. Et per hoc vr̃, ꝙ petens reſtitutionẽ beneficij, non habeat iuſtificare poſſeſsionẽ, vel probare titulũ. de reſti. ſpo. in litteris. ↄ. de filiis presby. conſtitutus. vide qđ dixi ſuper glo. 2. & qđ not. Hoſt. in ſum. de reſt. ſpo. §. in caſibus. ver. quid ergo. volẽs ſe defendere ↄ hunc tex. rñdebit per decr. ex parte. de reſti. ſpo. vbi intẽtãs poſſeſſoriũ, probat coniugium. & per decr. ad decimas. eod. titul. lib. 6. Aliud eſt ergo intentare petitoriũ, aliud iuſtificare poſſeſſoriũ ex titulo, vbi natura poſſeſſorij hoc requirit: ſed vide qđ dixi in p̃di. decre. ex parte. in glo. qua ſi dicat, vltra medium.

## De dolo & contumacia.

¶ Clemens v. in concilio Viennenſi.

¶ *Appellans ante diffinitiuam, etiam à diffinitiua lata eo abſente citato vel nõ, appellare poteſt: niſi prima appellatio fuerit friuola manifeſte, quo caſu non appellat tanquam manifeſtus contumax. Ioan. And.*

CAP. VNIC.

SI † AN-

DE DOLO ET contumacia.

Cõtinuatio.

¶ *Viſum eſt ſupra de cauſa poſſeſsionis & proprietatis: & quia aliquando in cauſa poſſeſsionis & proprietatis dolus committitur ratione cõtumaciæ, quare poſſet aliquis dubitare de effectu illius doli vel contumaciæ: ideo ponit Clemens de dolo & contumacia rubricam.*

† Nota ꝙ appellari põt ante diffinitiuã: ꝙ eſt verum indiſtincte đ iure canonico, dum tamen appelletur ex cauſa rationabili, cap. vt debitus. extra de appel. ſed đ iure ciuili nõ appellat, niſi in certis caſib⁹. Zabarella.

SI ante.] Ponit dictum, à quo ſecundo excipit: ibi, *Niſi.* Imola. ¶ Præſupponendum eſt quòd contumax in non veniendo non poteſt appellare, & hoc in odium ſuæ contumaciæ, puta ſi fuit citatus vt veniret coram iudice ad audiendam ſententiam & non venit, & ſic fuit contumax, talis non poteſt appellare. 2. q. 6. §. ſunt quorum. in prin. 24. q. 3. c. de illicita. C. de iudi. l. properandum. §. cum autem. & quorum appellationes non recipiuntur. l. 1. & l. cum autem. C. de iudiciis. Secundo præſupponendum eſt, quòd iudex non tenetur deferre appellationi friuolæ interiectæ ab interlocutoria. & poteſt dare apoſtolos refutatorios & procedere ad vlteriora, & citare partem appellantem ſi velit, vel ſi nolit, non requiritur quòd citet, vt in cap. eum qui. eod. tit. in 6. quia fruſtra citaretur.

CASVS. Ego conueni te coram competenti iudice, & proceſſum fuit vſque ad productiones teſtiũ hincinde, ſaltem pro parte mea feci probationes & productiones, & probaui meã intentionem: tu reus propoſuiſti tuas defenſiones, & admiſſus, id eſt, receptus ad illas probandas, cum velles producere aliquos teſtes, ego actor dixi illos non eſſe recipiendos: iudex in loquendo pronuntiauit nõ debere recipi: tu reus ab illa ſententia interlocutoria appellaſti: iudex vidit ꝙ tua appellatio erat friuola, forte quia inſerta in inſtrumento appellatorio erant falſa, & ſic non detulit, id eſt, aliquem honorem non fecit tuæ appellationi ob reuerentiam iudicis ſuperioris ad quem appellabas, ſed dedit tibi apoſtolos refutatorios, & citauit te ad procedendum ad vlteriora cauſæ, vel te non citauit: nunc adueniente die aſsignationis iudex procedit ad expeditionem cauſæ, & tandem tulit ſententiam diffinitiuã ↄ te: Poſtea peruenit ad notitiam tuam ꝙ ſententia fuit lata ↄ te: voluiſti appellare, quæritur, vtrum poſsis? Dicit ꝙ ſi manifeſte conſtaret, ꝙ appellatio prima interiecta ab interlocutoria eſſet friuola, puta quia nullam cauſam grauaminis expreſſerat in ſua appellatione: vel forte bene expreſsit cauſam, ſed illa cauſa erat notorie falſa: vel forte expreſsit cauſam veram, ſed non erat rationabilis; certe illo modo ſecunda appellatio à diffinitiua nõ eſt admittẽda: & ea non obſtante iudex à quo non debet exequi ſuam ſentẽtiam diffinitiuam, hoc dicit. H. R. Nota ꝙ appellans ante ſñiam diffinitiuam à iudice & recedens, etiam ſi eo citato contra eum feratur diffinitiua ſñia, poteſt à dicta ſñia appellare infra tẽpus debitũ, niſi eius prima appellatio eſſet friuola manifeſte: quia ſi prima appellatio interpoſita in interlocutoria eſſet friuola, tunc ipſe non poſſet amplius appellare à diffinitiua: & iſtud notabile continet medullam totius capituli. Nota ꝙ de iure canonico quis poteſt appellare à ſñia interlocutoria, & à quocunq; grauamine: Secus eſt de iure ciuili, niſi eſſet tale grauamen ꝙ non poſſet reparari in diffinitiua: quia ſi non poſſet reparari in diffinitiua, etiã de iure ciuili ab interlocutoria poſſet appellari. l. ante diffinitiuæ tempus. C. quorum appellationes non recipiuntur. & l. 2. C. de ep̃ali audientia. Nota ꝙ qñ appellatur ab interlocutoria, iudex poteſt dare apoſtolos refutatorios, & non obſtante appellatione ipſe põt procedere ad vlteriora, poſito ꝙ cauſa appellationis ſit irrationabilis. c. eum qui. eo. tit. in 6. niſi poſt cognitionẽ appellationis dicatur, bene appellatũ: quia tũc reuocatur qđ geſtũ eſt pendente appellatione: Secus in diffinitiua: quia ibi pendẽte appellatiõe iudex nõ poteſt ꝓcedere, nec debet. Not. ꝙ ſi is qui appellauit ante ſententiam, appellet iterum à ſñia diffinitiua ↄ ſe lata, propter hoc non renuntiat appellationi prius interpoſitæ, vt in gl. ſuper verbo, appellare. Not. ex

magna glo.in prin.quatuor modos,ꝑ quos quælibet appellatio ab interlocutoria dr̃ manifeſte friuola,& quilibet illorũ modorũ excludit à facultate denuo appellãdi.videatis dñm Panor.in cle.iſta: quia bene elucidat iſtã magnã gl.

te [a] diffinitiuam ſententiã [b], à iudice quis appellãdo recedat, & iudex ſuæ appellationi non deferens [c], eo citato vel etiam non citato [d] vlterius in cauſa procedens, cõtra ipſum etiam abſentem [e] ſententiam diffinitiuam promulget [f], poterit idẽ appellans à dicta ſententia infra tẽpus debitũ [g] appellare [h]: Niſi eius prima appellatio eſſet friuola manifeſte [i].

Not.tex ibi, *Diffinitiuã ſententiã*.& not.primo ꝙ ſententia in genere ſm Hug.eſt iudiciũ,vel litis deciſio, vel infirma, & indubitata, & ſecura reſponſio, vel animaduerſio, vel ſenſus ſiue intellectus,& dr̃ à ſentio,ſentis. Item ſententia quidam color rhetoricus dr̃: ſcilicet breuis oratio aliquid moralitatis generaliter comprehendens,vt, *Obſequium amicos,veritas odium parit.* Inde ſententioſus ſa,ſum,id eſt plenus ſententiis. Itẽ ſm Iſidorum,ſententia eſt determinata acceptio alterius partis ɔ̃dictionis. Sentẽtia ſm Azonẽ in ſumma.C.quomodo & qñ iudex ſñiam proferre debeat:qñque poteſt dici cuiuſque orationis ſignificatio,quãdoq; ponitur pro opinione magiſtrorũ,qñq; dr̃ quicqd de re aliqua placet:qñque eſt deportatio,qñque excõicatio,vel interdictũ,ſed improprie:quia excõicatio vel interdictũ poti⁹ punit ꝗ̃ finẽ ſententiæ imponit,ideo potius poteſt pœna dici quàm ſñia vel diffinitio:quãdoq; ſñia dr̃,quãdoq; iudicãtis præceptũ,nõ naturæ,non iuri,nõ bonis moribus ɔ̃rium.Et ſm hanc ſignificationem diſtinguitur:qa ſñiarũ alia eſt diffinitiua, alia interlocutoria, alia conuentionalis,alia quæ dr̃ præceptũ,alia multa, alia diſpenſationis.Sñia diffinitiua eſt diffinitio iudicialis cõtrouerſiæ finẽ imponens ex pronũtiatione iudicis,dãnationẽ,id eſt,condẽnationẽ vel abſolutionẽ cõtinens. Et hæc ſñia diffinit principalem quæſtionẽ, vt quãdo auditis vtriuſq; partis allegationibus cauſa terminatur, & finis principalis negotio imponitur,ꝗ̃ ſemel latã iudex reuocare nõ poteſt. Sententia interlocutoria eſt ſentẽtia ſemiplena, quæ profertur inter principiũ & finẽ cauſæ,nõ ſuꝑ principali, ſed ſuꝑ emergentibus & incidentibus quæſtionibus,puta ſuper libello offerendo vel concipiendo,vel danda dilatione,aut denegãda,& ſuper teſtibus recipiendis vel non, & ſimilibus,principali cauſa durãte,vt quãdo iudex nõ reſidens ꝓ tribunali,id eſt,in tribunali interloquendo inter partes ſine ſolẽnitate ſcripturæ aliqd pronũtiat de plano,vel ſuper aliquo incidenti vel emergenti extra primũ intentũ principale:& hanc ſñiam poteſt iudex reuocare ſiue ipſe ſit ordinarius,ſiue ſit delegatus,ſiue arbiter.Hoc debet tamẽ fieri cũ cauſæ cognitione & iudice cõcedente nõ procedẽte.3.q.3.§. à iudice.ſecundũ Goſ.Sentẽtia conuentionalis eſt amicabilis cõpoſitio,vt qñ iudex cõuenit aliquẽ & cõmonet eũ,ne faciat ɔ̃ cõuentionẽ.Sentẽtia ꝑ errorẽ lata,à qua non eſt appellatũ, reuocatur ſi error probabilis poſtea detegatur,vt in c.fraternitatis, de frigidis & maleficiatis.ſufficiat pro nunc. Vide glo. in c.ad cõpeſcendas. in verbo diffinitiua. Not.textum *Appellando.*appello,las,lare.2.p.id eſt,ad aliũ iudicẽ vocare,vel alterius iudicis audientiã poſtulare.Et vt dicit Ber.in lib.de conſideratione.Appellaſſe inique iniquũ eſt.Inique & impune,iniquarũ appellationũ fomes.iniqua autẽ omnis appellatio,ad quẽ iuſtitiæ inopia non coegit:Appellare nõ vt graues,ſed ſi graueris licet.Vnde appellatione interiecta debet apoſtolos petere à iudice à quo appellans.Vnde apoſtoli in iure,dicũtur litteræ datæ appellanti,in quibus continentur allegationes,& qualiter in cauſa proceſſum ſit.Item apoſtolorum alij ſunt conuentionales,ſcilicet quando pars admittit appellationem,ſiue in iudicio iudice refutante ſiue tacente,vel extra iudiciũ,vt extra de appel.c.ſæpe.& c.oblatæ.Alij ſunt apoſtoli teſtimoniales, teſtificantes de appellatione facta.Alij ſunt dimiſorij per quos apparet, quòd iudex detulit appellationi.Alij ſunt apoſtoli refutatorij, per quos apparet ꝙ iudex non detulit appellationi.Alij ſunt reuerẽdi ſiue reuerentiales,ſcilicet quando ob reuerentiam ſuperioris appellationi defertur,vt in c.1.de appel.in lib.6.in glo.

¶ *Gloſſa prima dicit quid determinat.*

a ¶ *Si ante.*] Se ſummat,& determinat caſum dubiũ circa decre. eum qui.eo.tit.lib.6.& quod ibi tangit Archid. & quod not. de re iudi.inter monaſterium.in vlt.gloſ.

b ¶ *Sententiam.*] & ſic oportet appellationẽ iuſtificari ſolũ ex virtute grauaminis illati, ꝑꝑ qđ appellauit,vt ĩ.de appella. appellãti.

c ¶ *Non deferens.*] ſi detuliſſet,ſentẽtia poſtea per ipſum lata nõ valuiſſet.quod dic vt de appel.cum appellationibus.lib.6. Bene autem fecit iudex non deferendo,ex quo putabat ex falſa cauſa appellatum,nũquam enim reuocabitur quod per eum fiet, niſi prius iuſtificetur appellatio,quod dic vt eo.tit.non ſolum.lib.6.

d ¶ *Non citato,*]quia citare nõ tenetur,vt in prædi.decre.cũ qui.

e ¶ *Abſentem.*]Fortificabant dubium hæc duo,quòd citatus fuit, & quòd fuit abſens:per quæ aperte videbatur contumacia in non veniendo,vt ĩ.dicam.

f ¶ *Promulget.*] qđ potuit ſi lis erat cõteſtata, & liquebat de cauſa ſ.eo.prout.Et idẽ ſi non erat conteſtata,ſed erat de caſibus, quibus procedi poteſt ad ſententiã lite non conteſtata contra contumacẽ:qui habentur vt lite nõ conteſtata,quoniã, in textu.& in gl,

g ¶ *Tempus debitum.*] ſcilicet decem dierum, & à tempore notitiæ.de appel.concertationi. lib.6.

¶ *Gl.ſeq.ponit.opi.quã probat:& pro ſolutiõe cõtrarij remittit,*

h ¶ *Appellare.*] Not.Innoc.& poſt eum Hoſt.de appel.dilecto. vt ibi ſcripſi in fi. vlt. gloſ. & Guli.in ſpecu.de ſen. prola.§.iuxta. verſic.qd ergo ſi appellatio.ꝙ appellans ante ſententiã, q poſtea appellat à ſententia per hoc non renuntiet primæ appellationi,nec ſententiam ratificat:geminatio enim appellationum non ſubmittit.ſed ſubtrahit appellantem à iudicis poteſtate.31.q.2.Lotharius. de appel. bonæ. & cap.dilectæ.Non obſtante ff.rem ratam hab. l. 3. §. falſus.quod ſolue vt not.Ber.de re iudica.cap.1.

¶ *Gloſſ ſeq.primo,ponit quatuor exempla.Secundo not. pro vero contumace non manifeſto.Tertio,ponit duplicem diſtinctionem Guli.Quarto,diſtinctionem Ia.de Arena.Quinto, quatuor opin. de vero contumace,& quatuor de ficto contumace, & vtriuſque ſecundam approbat.Sexto, de appellatione contumacis ponit alias quatuor,ex quibus nouam opi.infert,& concludit. Septimo,contra concluſionẽ obiicit per locũ à diuiſione,& quadrupliciter reſpondet.Octauo & vltimo,infert ſolutionẽ quæſtionis.*

i ¶ *Manifeſte.*] vt quia nulla cauſa fuit ibi expreſſa,vel nõ legitima, dato ꝙ eſſet vera: vel licet legitima, manifeſte falſa,vel iam pronuntiatũ eſſet illam falſam, & non appellatum 1. Et 2 aduerte quia probare vr̃ hæc littera,ꝙ vera contumacia in non veniendo non impedit appellantem vel appellationẽ,niſi ſit manifeſta,vt ſic in vera contumacia diſtinguatur inter manifeſtã & dubiã:appellans enim friuole,& recedẽs,vere cõtumax eſt:& tñ ſi hoc nõ eſt manifeſtũ, appellat. & ſm hoc intelligenda videntur iura quæ dicunt contumacẽ in nõ veniendo non appellare.2.q.6.§. ſunt quorũ.in prin.24.q.3.de illicita.C.de iudic.properandũ.§. cum autem. C.quorũ appel.non te.l.1.In nõ veniendo ideo dixi, qa contumax in nõ parendo,appellat.ff.de appel.creditor.§.iuſtus. & pro ratione diuerſitatis dicit ibi glo.ꝙ iſte peccat in vno tñ, ille in duob⁹: quod intelligo,quia iſte venit,ſed non paret:ille nec venit,nec paret.Guli.3 in ſpecu.de contu.§.1.ver.& not. Primo diſtinguit duplicem contumaciam,verã & præſumptã:Secundo triplicem,ſcilicet euidentẽ,verã,& præſumptã aut fictã,dicẽs ꝙ verus cõtumax quẽ citatio apprehendit,nõ auditur appellans,& multo minus euidẽs. Et euidentẽ vocat contumaciã illius qui dixit ſe nõ vẽturũ,& an ſufficiat hoc extra iudiciũ dixiſſe nũtio citanti, vide quod not. de ſen.excõ.venerabilibus.§.ſecus.lib.6.Verã, illius quem citatio nõ apprehendit:Fictã vel interpretatiuã,citati ad domũ,quem citatio non apprehendit.Iacobus 4 de Arena contumaciã quã ſ.dixi euidentẽ,dicebat veriſsimã, & dicebat fictum contumacem appellare,verũ venientẽ iudice ſedẽte ꝓ tribunali reſtitui ad appellandũ. ff.de in integr.reſti.l.diuus. veriſsimum nullo iure ad appellandũ admitti.ff.ex quibus cau.in poſ.ea.l.Fulcinius.§.fin.Sed circa 5 hoc eſt ſciendum,quòd in vero contumace quadruplex eſt opinio, & in ficto quadruplex:Nam aliqui dicunt verũ quem ſupra dixi euidentem vel veriſsimum,alij inuentum,alij non inuentum:tunc demum ſi ſe citatum nouit,alij citatum ab homine. Item quidam dicunt fictum inuentum qui dicit ſe venturum,vel tacuit,ſed non venit.& hanc etiam recitat glo.vlt.in l.fi.ff. de reſti.in integ. Alij dicunt hunc verum:ſed fictum,non inuentum.facit quod not. in l. ex conſenſu.§.fi.ff.de appel.Tertij in non inuento diſtinguunt, an citatio poſtmodum ad iſtum peruenerit,& ſit verus,an non, & tunc ſit fictus.& facit quod not.in l.1.§.1.ff.quando appel.ſit. Alij dicũt fictum cum ius citat,verum cum citat homo,quia nuntius, &c.ff. de arbi.Celſus.& facit quod not.Compoſt.& Archid.de elect. c. 1. lib.6.Sic vera interpellatio,quæ fit expreſſe per hominem.ff. de vſur.mora.Ficta quæ tacite fit per legem, vt in perſona minoris.ff. de lega.2.Titia Seio.§.vſuras.C.in quib.cau.reſti.in integ. non eſt ne.l.in minorum.De vero & ficto placet opinio ſecunda:reprobata prima & quarta.Et licet tertia in ſe ſit vera,quia vere iudici cõtumaciter reſiſtit is,qui non inuentus citationis notitiam habuit, & non venit:tamen quia id iudicialiter non conſtat,& ex præſumptione iudicamus;habemus illum pro ficto 6:vbi iudicialiter ergo conſtaret,haberetur pro vero,& ſic poſſet intelligi §.ſinautem. de quo ſubmittam.Item 7 ſciendum quòd circa contumacis appellationem eſt opinio etiam quadruplex:Communis habet quòd fictus appellat.C.quomodo & quando iud.ab eod.ff. quando appel. ſit.l.1.in fin.C.de lib.cau,ſi is.& facit hæc decre. Secunda ſingularis opinio Iac.Bald.& Odoſ.quam ſequebatur dominus meus in l. properandum. quòd etiam ficte contumax non appellet.& hoc dicunt per §. ſinautem. ead. l.de iudi. quæ loquitur de parte non inuenta.pro his facit ff. de iudi. l. & poſt edictum.in fin.ſine ſuppletione legendo. Sed vt ibi dicit glo.ſi finis ille loqueretur de eo

qui nec

1 Gloſ. hic relatam ad tex.Cardi.& Pan. reputãt ſing. Fontu.

2 Hic incipit ſecunda pars gloſſæ.

3 Hic tertia pars gloſſæ.

4 Hic incipit quarta pars gloſſæ.

5 Hic quinta pars gloſſæ.

6 Iſte ergo quem citatio à principio non apprehendit, ſed ipſius notitia ſuperuenit poſtmodum nec cõparuit debet cenſeri fictus,& non verus, quia de iſta ſcientia non apparet iudici in figura iudicij.Et hoc tenet Cy. in l. properandũ. C. de iud. in §.q.verſ.ſed quid ſi citatus.alleg.ff. qđ fal. tu. l. 2. Petrus de Anchara.

7 Hic eſt ſexta pars gloſſæ.

qui nec vere, nec ficte cõtumax eſſet: non eſſet neceſſaria appellatio: quia ipſo iure ſententia nulla eſſet. & ſi exponas quod ibi dicit: audietur beneficio nullitatis ſine appellationis remedio, non conuenit reſponſio narrãtis. ↄ illud de fide inſtru. inter. §. cæterũ. Alij dicunt ficte cõtumacem appellare poſſe, qui venit iudice ſedẽte pro tribunali, aliàs non appellat: & ſic intelligunt §. finautẽ. Alij dicunt nedum fictum, ſed etiã verũ appellare poſſe dummodo non ſit manifeſtus, quem ſ. vocaui euidentẽ vel veriſſimum. & pro his facit hæc littera & de ſentẽ. excom. venerabilibus. §. idẽ eſt. vbi vr̃ expreſſum ꝙ citatus non veniens ſit præſumptiue contumax: quia potuit impediri ſic ꝙ venire non potuit. Cum ergo eo caſu beneficio abſentiæ reſtitueretur ↄ ſententiam, de re iudi. cum Bertholdus. de reſti. in integ. ex litteris. & de hoc ff. de dam. infec. ſi finita. §. ſi forte. de re iudi. quæſitum. fortius ergo beneficiũ probabilis abſentiæ illũ excuſabit à contumacia, vt appellare poſſit vt præſens, & obtinere ſententiam retractari propter iniquitatẽ ſui, non propter abſentiam tantum. fateor tñ ꝙ vbi præſens appellare nõ poſſet: vt quia tertio citatus, tunc neceſſaria eſſet reſtitutio, de qua in prædictis iuribus. Et ex his concludi poſſet (& ſcio ꝙ nouum videbitur) ꝙ ſi contumax qui non venit, appellat: iudex à quo appellat, ſi ſcit illum euidentem vel verum contumacẽ, appellationi non deferet, ſed in cauſa vel executione procedet: iudex tamen ad quem appellationem recipiet, & prius, de hoc præiudiciali cognoſcet, ſcilicet an potuerit appellare: & ſi cauſa cognita inuenerit illum manifeſtum, vel euidentem contumacem vel verũ, ſiue inuentũ, ſiue nõ inuentũ: quia tamen poſtea citatũ ſe nouit, nec apparet ipſius iuſtũ impedimentũ vel excuſatio, & ſic contẽpſit, pronunciabit appellationem non deuoluere, & in appellationis cauſa non procedet. Si vero ſibi conſtabit illũ, licet inuentũ, fortius non inuentũ qui poſtea ſe citatũ nouit, iuſte impeditum, ꝑ quod venire non potuit, vel ſaltẽ excuſabilẽ, vt quia credidit terminũ prorogatũ. de reſti. in integ. ex litteris. & facit quod ibi ſcripſi poſt Vin. & Tan. cũ per hoc appareat eũ nõ fuiſſe contumacẽ, q̃a nõ contẽpſit. ff. de re iud. contumacia. ꝓnuntiabit appellationẽ deuoluere, & de illa cognoſcet. Et eſt ſimile quod ſcripſi ſ. de appel. ad hoc ſi in vna. & ſ. de reſti. ſpo. ſolicite. de teſt. veniẽs 2. de appel. ad hoc ſi in vna. & ſ. de reſti. ſpo. ſolicite. de teſt. veniẽs 2. de appe. non ſolũ. lib. 6. in 3. glo. Ad textũ ergo redeũdo vr̃ ſm prædicta, ꝙ de prima appellatione vt præiudiciali primo cognoſcetur. de ord. cog. tuam. cuius euentus alterius cognitioni dabit vel denegabit initium. de elect. ſi forte. lib. 6. Sed 1 ſm hoc quid releuat ſcd̃a appellatio, cum

1 Hic incipit ſeptima pars gloſſæ.

pronunciato ꝙ primo fuerit bene appellatũ, reuocetur ſñia ꝑ modũ nullitatis vel attentati. de appel. non ſolũ. lib. 6. & pronunciato, ꝙ male fuerit appellatũ, apparet illũ poſtea contumacem fuiſſe, & ſic nil reuocabitur. & facit quod ſcripſi poſt Inn. & Hoſt. de appel. interpoſita. in fi. 1. rñ. Rñdeo: valet ad hoc: quia nõ cogitur proſequi primã, ſed ꝓſequendo ſcd̃am, ſi excipiatur de cõtumacia, replicabit de iuſta appellatione, de qua iudex ſcd̃o cognoſcet, nõ vt pronuntiet bene vel male appellatũ, vel vt reuocet attentata, ſed ſolũ vt pronuntiet illũ appellare potuiſſe vel nõ, & ſic appellationẽ deuoluere vel nõ: & ſic iudex appellationis tertio ſuper eodẽ articulo interiectæ (quod non licuit) de hoc cognoſcit & pronuntiat. ſ. de appel. ſua nobis. Itẽ valet: q̃a ſm hoc audietur ꝓſequẽs ſcd̃am, licet tẽpore quo proſequitur ſit lapſum tẽpus primæ ꝓſequendæ. bene facit de ſẽn. excõ. licet. lib. 6. Si vero etiã tẽpore ſcd̃æ appellationis lapſum erat tẽpus proſecutionis primæ, vide quod ſcripſi de appel. directe. ſuper gl. 2. Itẽ valet ꝙ poſſet aliquod probabile dubiũ primo appellantẽ excuſare à contumacia, licet appellatio per probata iuſta pronuntiari nõ poteſt: facit de elect. c. 1. lib. 6. Itẽ poſſet ſcd̃a eſſe interpoſita ad alium iudicẽ qui magis expediret appellanti q̃ primus. Ex prædictis 2 ſolui vr̃ quod not. ſ. ea. compil. de elect. cauſam. §. penult. in vlt. glo. ꝙ arctatus per decre. illam, qui non venit nec miſit, ſi appellat à diffinitiua, ſi non doceat de iuſto impedimento, quod excuſet contumaciam, non debeat audiri: fortius enim cadit vera contumacia in citato per ius commune, qđ ignorare non licuit, quàm in citato per iudicem.

2 Hic eſt octaua & vltima pars gloſſæ.

Cõtinuatio Dñi Heliæ.

VT LITE PENDENTE NIL INNOVETVR.

¶ *Viſum eſt ſupra de contumacia: quia per eam fit miſſio in poſſeſſionem, quandoque ex primo decreto, quandoque ex ſecundo, & ſic fit nouatio & aliquid innouatur. Et dubitaret aliquis vtrum lite pendente aliquid debeat innouari, vel vtrum omnia debẽat manere in eodem ſtatu, quo ſunt lite pẽdente, ideo annectit, id eſt, adiungit hic rubricam, vt lite pendente.*

# TITVLVS V.

## Vt lite pendente nil innouetur.

¶ Clemens v. in concilio Viennenſi.

¶ *Si duo litigantes ſuper beneficio, moriantur, ſiue vterque in curia vel ſolus poſſidens, vel neutro poſſidente alter tãtum, altero alibi moriente, ad Papam, & in conuerſis caſibus ad ordinarium ſpectat collatio, ſi ad alterum beneficium pertinebat. Si autem alter tantum moritur, ſi ſuperſtes vel alius cuius intersit, litem proſequitur, ex futuro euentu apparebit, ad quem collatio ſpectat. Ioann. Andr.*

CAP. I.

SI duobus [a] in Ro-

S*I duobus.*] Præſupponendum eſt illud qđ habetur in c. 2. de præben. lib. 6. videlicet ꝙ licet generaliter collatio beneficiorũ ſpectet ad Papam ratione plenitudinis poteſtatis: tñ ſpecialiter & priuatiue collatio beneficiorũ vacantium in curia Romana ad ipſum Papam ſpectat: ita ꝙ nullꝰ alius illa beneficia põt conferre ſine ipſius mãdato ſpeciali: Alia vero beneficia vacantia extra curiam Romanam ordinarij poſſũt conferre, & concurrunt cum Papa accumulatiue, & poſſunt præuenire Papam, niſi Papa inhibuiſſet ne ipſi haberent conferre. CASVS. Duo litigabant coram Papa in curia Romana ſuper aliquo beneficio, qđ beneficium quilibet dicebat ad ſe pertinere: iſti litigantes ſunt mortui in curia Romana: quæritur ad quẽ ſpectat collatio beneficij? Dicit Romanus Pontifex Clemens, ꝙ ad ſolũ Papã ſpectat collatio, niſi ius illius beneficij neutri cõpetiſſet: quia ſi nullus eorum litigantiũ haberet ius in beneficio, ſed aliquis tertius habebat ius: tunc Papa illud beneficiũ cõferre nõ debet, cum non vacet. Sed quid ſi vnus eſt mortuus in curia, alius mortuus eſt extra curiã, quæritur ad quem ſpectat collatio? Diſtinguit Clemens, an poſſidens beneficium mortuus eſt in curia, & alius non poſſidens mortuus eſt extra curiã: & tunc collatio beneficij pertinet ad ſolũ Papã priuatiue: ſi autẽ poſſeſſor mortuus eſt extra curiã: tũc collatio pertinet ad ordinariũ loci in quo eſt beneficiũ, qui ordinarius poteſt præuenire Papã. Sed q̃d iuris ſi neuter poſſideat, & vnus mortuus eſt in curia, alius mortuꝰ eſt extra? Dicit Clemens ꝙ collatio ſpectat ad Papã ratione ſuæ poteſtatis. Et idem ſi ambo poſſediſſent, ſm gl. Sed quid ſi vnus mortuus eſt altero ſuperſtite, id eſt viuente: Dicit ꝙ non eſt conferendũ donec lis fuerit finita ↄ ſuperſtitẽ, & tunc euentus demonſtrabit ad quẽ ſpectat collatio: quia ſi dicatur beneficiũ ſpectare ad defunctum, tũc cõſiderandum an defunctus ſit mortuus in curia Romana, quo caſu collatio beneficij ſpectat ad Papã: aut mortuꝰ eſt extra curiã, & tunc collatio ſpectat ad ordinariũ. Sed quæritur, nunq̃d loco defuncti poterit ordinarius alium ſubrogare? Dicit Clemens ꝙ ſic. Sed quæritur an per iſtã Clementinã Papa idẽ intelligat in perſonatibus, in dignitatibus, & aliis beneficiis in quibus ratione ſuæ poteſtatis habet plenam & merã diſpoſitionem: ita ꝙ ſi is qui moritur extra curiam, habebat perſonatum vel dignitatẽ in controuerſia cũ aliquo, an ordinarius poſſit perſonatum vel dignitatem conferre, ſicut diximus de ſimplici beneficio? Dicit Clemens quòd per iſtã clementinã nõ intendit derogare principio capituli ſecũdi de præb. lib. 6. ſed iſta clementina fuit ſpecialiter facta ad decidendũ dubiũ qđ fuit qñ vnus moritur in curia, alius autem moritur extra curiã. hoc dicit. H. R. ¶ Colligo aliqua notabilia. Et primo ꝙ ſi beneficiatus moriatur in curia Romana, tunc collatio ipſius ſpectat ad ſolum Papam priuatiue, ita ꝙ nullus alius poteſt conferre illud beneficium niſi ipſe Papa, & ſic collatio ad ipſum Papam ſpectat priuatiue: quia priuat omnes ordinarios. Not. ꝙ iſta clementina venit declaratiue ſiue ad declarationem capituli ſecundi de præben. lib. 6. Nota de Romana curia, & dicit Pau. quòd pro eodem accipiuntur hoc caſu ſedes Apoſtolica & Romana curia. de cõceſ. præ. c. 1. & c. præſenti. lib. 6. cuius c. præſenti. moderationẽ dicit Paulus locum habere in caſu huius cle. Not. quòd per obitum beneficiati extinguitur titulus beneficij. Nam ſecundum Zen. mors eſt diſſolutio corporis & animæ. de pœnit. diſt. 2. charitas. ver. corpus. de celeb. Miſ. in quadam.

¶ *Prima gloſ. dicit quid determinat, ponit caſum, & diuidit.*

a ¶ *Si duobus.*] Determinat caſum dubium circa decret. ſecundã de præb. lib. 6. quæ reſeruat collationi Papali beneficia in curia vacantia, an locum habeat in duobus litigantibus in curia ſuper beneficio ſibi collato ſi alter moritur, vel vterque. Et diſtinguit principaliter duo membra: quia aut vterque moritur in curia: aut vterque extra, aut alter tantum. In primo diſtinguit, aut vterque moritur in curia: aut vterque extra: aut alter intus & alter extra. & hoc vltimo caſu, aut alter tantum poſſidebat, aut neuter. & ſi alter, aut qui moritur in curia, aut qui extra. In ſecundo etiam principali membro, ſcilicet cum moritur alter tantum: tunc ſubdiſtinguit: quia aut beneficium ſpectabat ad mortuum, aut ad ſuperſtitem, aut ad neutrum. & ſi ad mortuum: aut moritur in curia, aut extra. & ſecundũ principale membrum proſequitur: ibi, *Si vero alter.* Tertio proteſtatur: ibi: *Salua tamen.*

a ¶ *Duobus.*] vel pluribus, cum ſit eadem ratio, concordat quod not. de reſcrip. duobus. lib. 6.

mana [a] curia ſuper beneficio [b] ſibi collato [c] litigantibus [d], in eadem † curia mori [e] contingat [f] vtrumque, collationẽ huiuſmodi beneficij ad Romanũ Pontificẽ [g], ſi vero extra dictã curiã [h], ad ordinariũ [i] decernimus pertinere: niſi [k] forſan alius ab eis [l] in dicto beneficio ius [m] haberet. Quòd ſi vnũ in dicta curia, alterum vero extra mori contingat, ſi moriens in curia beneficiũ poſſidebat [n] †, ad Romanũ Pontificẽ [o]: ſi vero alius [p], ad ordinariũ pertineat collatio ſupradicta. Neutro [q] autẽ ipſorũ [r] beneficium poſſidente, erit Romanus Põtifex propter auctoritatis prærogatiuã [s] in collatione huiuſmodi præferẽdus. ¶ Si vero [t] alter tantũmodo ſiuẽ poſſeſſor, ſiue petitor decedat: ſi [v] ſuperſtes vel alius cuius interſit [x], cauſã nihilominus proſequatur [y]. (cũ interim [z] beneficium de iure conferri non poſſit [a]) ad quem collatio eius pertineat, futurus declarabit euentus [b]. Nã ſi ad defunctũ pertinuiſſe beneficiũ fuerit declaratum, pertinebit [c] ad Papam, ſi ille in curia [d]: vel ad ordinarium, ſi extra curiam ſit defunctus. Quòd ſi ad neutrũ [e] illud ſpectaſſe conſtiterit, ad ordinariũ collatio pertinebit [f]: Salua tñ in p̃miſsis omnibus Romani Põtificis poteſtate, ad quẽ Eccleſiarũ, perſonatuũ, dignitatũ, aliorũq; bñficiorũ eccleſiaſticorũ plena & libera diſpoſitio, ex ſuæ poteſtatis plenitudine noſcit̃ pertinere [g].

¶ Idem.

*¶ Lis dicitur pendere quo ad hoc, vt nihil debeat innouari cũ citatio legitime peruenit ad partem, vel per eam ſtetit quo minus perueniret, cum tali expreſſione quòd potuit inſtrui ſup̃ quo cõueniatur.*

CAP. II.

CVm † lite pen-

a ¶ *Romana curia.*] quod dic vt not.ſ̃.de præben. præſenti. lib.6.

b ¶ *Beneficio.*] large ſumitur comprehendens dignitates.de pręb. c.2.lib.6.ſaluo quod ibi not.in 2.gloſ.

¶ *Gloſ.ſeq.primo notat à contrario: ſecundo ſoluit dubiũ de electo, & per id opi fortificat: tertio quærit: ponit opi.quam partim reprobat: quarto impugnat obſeruãtiã curiæ.*

c ¶ *Collato.*] Secus ergo ſi litigarent illud ſibi debitum, & concor. qđ dixi ſ̃.in cle.de reſcrip. auditor. Et per hoc puto ſolui quod dubie tangebat Archi.de elect.ſi electio. lib. 6. de electo in præpoſitum non confirmato, qui moritur in curia, an præpoſitura vacet in curia, allegabat p̃ & contra, quæ not. 63. diſt. quanto. puto quòd non, etiam ſi ibidem ſuper electione vel confirmatione litigabant, per hanc litteram: durat enim prima vacatio 1 vſque ad confirmationem. facit de elect. cupientes. & cap. quàm ſit. in prin. lib. 6. quæ per confirmationem deſinit. de tranſla. c. 1. & 2. facit hoc pro opinione quam tenui de elect. cupientes. §. quid ſi. in vlt. glo. quæ incipit, & pertinet. Sed de prioribus beneficiis cõfirmati in curia ad dignitatem cuius adeptio facit illa vacare, dubitatur an vacent in curia, & placet Archid. in decre. commiſſa. de electio. lib. 6. quòd non: quia non vacant per confirmationem, ſed per poſſeſsionem pacificam: vel ex quo ſtat per confirmatum quo minus illam habeat, vt ibi. & de præbend. licet epiſcopus. eod. lib. dicebat tamen, ꝙ ſi ille confirmatus manet in curia, & per procuratores poſſeſsionem apprehendit, ꝙ beneficia vacabunt in curia, q̃a talis poſſeſsio quo ad priora beneficia fingit illum mortuum. 7. q. 1. §. ecce in quibus. ſed mori nõ poteſt niſi vbi perſonaliter eſt, ergo, &c. Non placet hoc dictum, ex quo ſequeretur, ꝙ beneficium per procuratorem renuntiatum in curia, vacaret eo loco vbi eſſet renuntiationis tempore qui procuratorem conſtituit: quod eſt falſum, vt ipſe idẽ not. in decr. 2. de præben. & ad §. ecce. reſponde per not. de reſcript. ſuſceptũ. lib. 6. in glo. penult. quia nõ eſt vere mortuus, ſed fingitur: & illa fictio bene poteſt trahi ad locum vbi poſſeſsionem apprehendit: vbi ergo procurator mandatũ habens poſſeſsionem apprehendit: ibi & ea die vacat beneficium: ſed vbi amicus vel negotiorum geſtor 2 id feciſſet, procedere poſſet illa opinio, quia tũc vacant per acceptionem vel ratificationem per illum factam in curia, & non prius. facit de præben. ſi tibi abſenti. lib. 6. Itẽ aduertendum eſt, quòd ſæpe curia priora beneficia electi in epiſcopum in curia conſecrati ſtatim confert: quod puto fieri non poſſe illo non conſentiente, niſi prius habeat poſſeſsionem epiſcopatus: nõ enim per ſolam conſecrationem vacant priora, ſed per conſecrationem & tranſlationem, & lapſum temporis quo debuit cõſecrari, prout etiam ſcripſi poſt Inno. & Compoſt. de elect. cum in cunctis. ver. cum vero. ſuper vlt. gl. ſi ergo conſecrationis tempore poſſeſsionẽ habebat, tunc ſtatim vacant priora, & in curia vbi conſecratur. & per hoc videtur quòd ſi conſecratus in curia poſſeſsionem non habens, vadit ad partes epiſcopatus, & poſſeſsionem apprehendit, ꝙ priora illius beneficia non vacent in curia, niſi ſpecialiter fuerint reſeruata. Scio tamen quòd curia hoc non reciperet.

*† Aliàs, Romana.*

*† Not. hic Imola, ꝙ ex poſſeſsione p̃ſumitur titulus, non ſolum ad cõmodum poſſidentis, ſed etiam tertij. Font.*

*1 Vide Decium in c. 1. de cõfir. vtil. vel inutili. & conſil. 149.*

*2 Vide Rotã deciſio. 290. in nouis.*

d ¶ *Litigantibus.*] in hoc ad titulum.

¶ *Gloſſa ſequens ſoluit duo dubia.*

e ¶ *Mori.*] Idem puto in renuntiatione, vel alia vacationis forma, etiam ſi immiſceantur, vt quia vnus moritur, alius renuntiat, cum ſit eadem ratio, & facit præalleg. §. ecce. 7. q. 1.

f ¶ *Contingat.*] ſimul vel ſucceſsiue.

g ¶ *Pontificem.*] tolle litteram, decernimus pertinere.

h ¶ *Curiam.*] repete, mori contingat vtrumque, collationem huiuſmodi beneficij, & cætera.

i ¶ *Ordinarium.* 3] id eſt, collatorem, etiam ſi aliàs non haberet ordinariam iuriſdictionem. ſic de conceſ. præben. ſi ſoli. lib. 6.

k ¶ *Niſi.*] hanc exceptionem etiam in inferioribus membris intelligas repetitam.

*3 Vid̃ Deciũ in c. poſt ceſſionẽ. in primo notab. de proba. & Felinũ in c. olim. in principio, d̃ præſcript.*

l ¶ *Ab eis.*] litigantibus mortuis.

m ¶ *Ius.*] in re vel ad rem. de vtroq; de cõceſ. præben. c. vlt. lib. 6.

¶ *Gloſſa ſequens primo dat ſimile: Secundo ponẽs ius vetus commendat hoc nouum.*

n ¶ *Poßidebat.*] Sicut ergo in multis caſibus eſt melior conditio poſſeſſoris. de præben. ſi à ſede. lib. 6. ſic ſit melior conditio illius, penes quem moritur poſſeſſor. Et not. ꝙ ſi hæc conſtitutio non emanaſſet, videret̃ adhuc poſt mortem quærẽdum ad quem de iure beneficiũ ſpectaſſet, vt ĩ. dr̃, cũ alter moritur, vt eo cognito haberetur conſideratio loci mortis illi⁹: ſed q̃a hoc fuiſſet difficile, & facile neglectũ: ideo fuit vtiliter prouiſum.

o ¶ *Pontificem.*] collatio, &c. vt ſequitur.

p ¶ *Alius.*] ſcilicet moriens extra curiam: & repete, beneficium poſſidebat.

¶ *Gloſſa ſequens quæſtionem ſoluit.*

q ¶ *Neutro.*] Idem puto vbi poſsidebat vterque, vt in paritate poſſeſsionis ſemper ſit potior conditio Papæ. facit de reſcr. duobus. lib. 6. & quod not. eo. lib. de præben. ſi à ſede. & poſſent ambo prouocare in interdicto vti poſsidetis: vel quia vterq; ꝯ reliquum appellauit, vt ſæpius experimur. ſed forte hunc caſum omiſit, quia vtroq; poſſidente neuter poſsidere videtur, quia non inſolidum, facit de probatio. licet. vel quia non pacifice. facit de electio. commiſſa. lib. 6.

*† Vid̃ Deciũ in c. 1. ĩ fine. de reſcrip. & in c. vt debitus. de app. & Abbatem in c. cauſam. de teſtibus.*

r ¶ *Ipſorum.*] ſcilicet quorum alter mortuus eſt in curia, & alter extra curiam.

ſ ¶ *Prærogatiuam.*] concor. de præb. ſi à ſede. lib. 6.

t ¶ *Si vero.*] ſecundum principale membrum diſtinctionis.

v ¶ *Decedat.*] in curia vel extra.

x ¶ *Interſit.*] ſiue ratione tituli, in quo ius habebat in re, vel ad rẽ: ſiue ratione iuris eligendi, vel pręſentandi, vel conferendi quod ſe contendit habere: & forte mortuum elegerat, vel illi prouiderat. ſ̃. eod. cap. 2. lib. 6. in glo. penult.

y ¶ *Proſequatur.*] ſi 4 non proſequeretur, lis non penderet.

*4 Vide Rotę Deciſione. 411. in nouis.*

z ¶ *Interim.*] ſcilicet illa lite pendente.

a ¶ *Non poßit.*] ſ̃. eod. c. 2. lib. 6.

b ¶ *Euentus.*] Cõc. de elec. ſi forte. lib. 6. de frigi. fraternitatis. in fi. cũ ſuis cõcor. iſte autẽ euentus eſt dubius. ff. de pecul. qđ debetur.

c ¶ *Pertinebit.*] collatio de qua præmiſit.

d ¶ *In curia.*] ſit defunctus, quod ſequitur.

¶ *Gloſſa ſequens ſoluit duo quare.*

e ¶ *Ad neutrum.*] Alterũ membrũ ſubdiſtinctionis q̃ñ pronuntiaretur beneficiũ ſpectare ad ſuperſtitẽ, non exprimit quaſi indubitatum, quia tunc non vacat: & ſic nec per Papam, nec per ordinariũ conferendum. ad vtrumque autẽ impoſsibile eſt ſpectare. facit de elect. vt quis duas. lib. 6. & ideo etiam illud non fuit exprimendũ.

f ¶ *Pertinebit.*] Conſtat enim quòd in curia non vacauit. etiam ſi ille qui mortuus eſt, deceſſerit in curia.

g ¶ *Pertinere.*] concor. de præben. cap. 2. lib. 6. & facit de conceſ. præbend. propoſuit.

C*Vm lite.*] Ponit dictum quod ſecundo limitat & declarat: Secunda: ibi, *Dumtamen.* Imola.

¶ Lite pendente nihil eſt innouandum. Et quo ad hoc litem dicimus pendere poſtquam à iudice competenti citatio emanauit, & ad partem peruenit. Et capitulum iſtud venit declaratiue ad titulum, videlicet quando dicatur litis pendentia. Et dicit ex quo reus eſt citatus, & libellus eſt oblatus: q̃a in eo fuit inſerta petitio actoris, vel aliquid æquiualens, tunc lis dr̃ pendere. Sed quæritur, Iudex decreuit aliquem fore citandum, qui audiens ꝙ iuſſus erat citari, ſe abſentauit, & per eũ ſtetit, quo minus citaretur: Quæritur ſi nuntius iuerit ad domũ & illũ non repererit, ſed miſit citationẽ ad domum, vel eũ citauit in perſona vxoris, quæritur an per hoc lis dicatur pendere? Et rñdet ꝙ ſic. hoc dicit. Not. ꝙ competens iudex ſeu idoneus dr̃, qui habet in cauſa iuriſdictionem cum exercitio, dato ꝙ illa iuriſdictio poſſet per exceptionem elidi, ſiue exceptio

contingat

contingat iuriſdictionem, ſiue contingat perſonã, valet enim vtroque caſu proceſſus, ſi non excipiatur, merito ante exceptionem dr̃ competens, ſeu idoneus. Et not. gl. in cle. noſtra ſingulariter: quia poteſt facere ad multa, cum ſæpe fiat merito de iudice competenti. Not. ꝙ quamquam ad perpetuandam iuriſdictionem ſufficiat citationem emanaſſe à iudice. licet non peruenerit ad partem, tñ quo ad inducendã litis pendẽtiam, oportet ꝙ peruenerit citatio ad partem, vt in gloſ. in ver. & ad partem. tñ dicit tex. ſi factum eſt per partẽ, quo minus citacio perueneri ad eã, tunc non impeditur litis pendentia. Not. conſilium glo. vlt. ad inducendam litis pendentiá, ꝙ inſeratur in citatione copia libelli, vt pars citata poſſit plene inſtrui ſuper quibus ſit in iudicio cõuenienda. Not. quòd quo ad hoc vt citatio inducat litis pendentiá, quo ad reuocandum innouata, expedit ꝙ facta ſit à iudice competenti. Not. quòd is per quem ſtat ꝙ citatio ad eũ nõ perueniat, habetur pro citato. ſimile ſm Zenze. ff. de euic. l. ſi ideo. & l. ſi dictum. §. præſente. Zabarel.

dẽte [a] nihil debeat innouari [b]: litem quo ad hoc [c] pendere cẽſemus, poſtquam [d] à iudice cõpetenti [e] in ea citatio [f] emanauit, & ad partem [g] citatam peruenit, vel per eam factũ [h] fuit, quo minus ad eius notitiã perueniret [i]: Dũtamen in citatione prędicta talia ſint expreſſa [k] per quæ plene [l] poſsit inſtrui ſuper quib⁹ in iudicio cõuenitur.

# TITVLVS VI.

## De ſequeſtratione poſſeſſionum & fructuum.

¶ *Gloſſa prima dicit, & proſequitur quid determinat.*

a ¶ *Cum lite pendente.*] Declarat qñ lis pendere dicatur: determinans quod not. Hoſti. eo. tit. c. 1. vbi dixit, ꝙ lis pendet nedum ea cõteſtata. de verb. ſig. ex parte. 2. ſed etiam libello principi oblato. C. quando libel. prin. da. l. 1. & ſi ad hoc non ſit impetratum. C. eod. tit. l. 1. fortius ex quo impetratum eſt. de appel. ſuggeſtum. & fortius ex quo negotium eſt commiſſum. de teſti. cauſam. 2. & fortius facta citatione. de offic. deleg. gratum. per quæ dixi ibi ſecure tenendum, ꝙ non ſolũ ea quæ poſt litem conteſtatam, ſed etiã 1 ea quæ ante ſaltẽ poſt citationem attentãtur ſine libello ex puro & mero iudicis officio, reuocantur in ſtatũ priſtinũ. alleg. de conſtit. cũ M. in fi. de deſpon. impu. ad diſſoluendũ. de accuſ. olim. in quibus non poteſt dici, ꝙ fuit lis conteſtata. Et in hoc differt hæc rubrica à rubrica. de reſtit. ſpol. ſm ipſum: q̃a hic de plano expeditur: ibi libellus offerẽ, & lis ↄteſtatur. de reſt. ſpol. olim. & tribus c. ſeq. & c. vlt.

1 Vide Peruſinum in ca. conſuluit. lo. 2. in 2. colu. extra de appel.

a ¶ *Pendente.*] Quoſdam caſus in quibus ponderatur pendentia, vide not. de offic. lega. præſenti. §. 1. in gloſ. 2. lib. 6.

b ¶ *Innouari 2.*] Quod fieret ſi poſſeſſor priuaretur poſſeſsione, vel alienaretur res litigioſa, vel ſuper ea interpretaretur priuilegiũ tacita litis pendentia: antiqua vero poſſeſsione vti, non eſt innouari. & vide quod ſcripſi eo. tit. ſuper rubrica.

2 An per impetrationem dicatur aliquid innouari, vide Felinum in cap. cæterum. de reſcrip.

c ¶ *Ad hoc.*] ſcilicet quo ad innouationem impediendam, & fortius quo ad iuriſdictionem perpetuandam. de fo. comp. propoſuiſti de offic. deleg. gratum.

d ¶ *Poſtquam.*] In pendentia ponderamus principium & finẽ: hic determinat primum, ſcilicet qñ incipiat. ſecundum, ſcilicet quãdo deſinat, patet eo. tit. c. 2. lib. 6. & 11. q. 1. quia res. ſcilicet lite finita: qđ eſſe poteſt per ſententiam, à qua non eſt appellatum, vel aliter, vt not. de lit. conteſt. c. 1. lib. 6. & vide quod dixi de confeſ. cap. vlt. ſuper vlt. glo. & quod not. j. tit. proxi. c. vnico.

¶ *Gloſ. ſeq. alleg. ſimile, & arguit: quæſtionẽ ſoluit, & prorogat.*

e ¶ *Competẽti.*] Alibi dr̃ idoneo. de appel. vt debitus. & facit hæc littera ad id quod ibi not. in gloſ. 2. Competentem autem hic dico eum, qui cauſæ iuriſdictionem habet cum exercitio, dato quòd illa poſsit 3 per exceptionem elidi, ſiue exceptio contingat perſonã, vt quia ſuſpectus, ſiue iuriſdictionem, vt quia reſcriptum ſurreptitium: planum eſt enim ꝙ his caſibus valet proceſſus in principali ſi non excipiatur. de re iudi. inter monaſterium. de hoc de reſcrip. ad audientiam 2. ſicut autem requiritur competentia in iudice, ſic & in citatione. facit quod ſcripſi de foro compe. propoſuiſti. de offic. delega. cum plures. lib. 6. in glo. finali.

3 Vide Decium in c. ex tenore. de reſcrip. & in c. ſi duob⁹. de appel. & Felinum in c. cum ordinẽ. de reſcrip.

f ¶ *Citatio.*] priuilegia vel reſcripta videntur impediri per ſolam cauſæ cõmiſsionem ſine citatione. de teſt. cauſam 2. & vide quod ibi dixi ſuper gloſ. penult.

¶ *Gloſſa ſequens ponit differentiam.*

g ¶ *Ad partem.*] Licet ergo quo ad perpetuandam iuriſdictionẽ ſufficiat citationem emanaſſe ſecundum canones, & vide quod dixi de offic. deleg. c. vlt. in fi. tamen quo ad inducendam litis pendentiam non ſufficit emanaſſe, niſi peruenerit, vt hic.

h ¶ *Factum.*] doloſe, vt in iuribus ſtatim allegandis.

i ¶ *Perueniret.*] Concor. cle. ſ. de elect. cauſam. de renuntia. c. vnico. de iudi. dudum. de fo. compe. quamuis.

k ¶ *Expreſſa. 4*] Concord. ſ. de procura. non poteſt. ad idem. de elect. vt circa. & c. procurator. lib. 6.

4 Vide Aretinum in c. licet. de accuſat in 2. col.

¶ *Gloſ ſeq. litteram exponit, conſulit, & dubium ſoluit.*

l ¶ *Plene.*] Si ergo 5 dicat iudex, compareas die tali reſponſurus Titio ſuper quadam domo, non erit ſufficiens expreſsio, nec dicetur lis pẽdere ſuper domo: vel domus eſſe litigioſa, & eſt ſimile de do. & contu. cap. 2. eſt ergo conſilium actoris cui expedit inducere litis pendentiam, ꝙ inſeratur libellus ĩ citatione. de dila. c. 2. bene facit cle. ſ. de elect. cauſam. tñ licet id nõ fiat, ſi tñ talis eſt expreſsio, ꝑ quã plene poſſet inſtrui, ſufficit vt hic: vbi vero iudex ſufficienter expreſsit, ſed nuntius non ſufficienter retulerit, non iuuat: debuit enim emanaſſe & perueniſſe, vt ſ. dicitur.

5 Vide Rotã deciſione 279. ĩ nouis.

† In vno manuſcripto ſicut eſt impreſſum.

¶ Idem †.

¶ *Si ſuper beneficio contra ipſius poſſeſſorem qui triennio non poſſedit in petitorio vel poſſeſſorio vna definitiua fertur in curia, etiam ſi nulla fore dicatur, ipſius beneficij ſequeſtratio per loci ordinarium fieri debet, quam impediens, vel ſequeſtratos fructus occupans excommunicatus eſt: & ſi eſt de litigantibus, cadit à iure ſuo, & reſpicit pendentia. Io. And.*

### CAP. VNIC.

AD † compeſcen-

DE SEQVESTRAtione poſſeſſ. &c.

† Vide Ægidium Bellameram deciſione, 54.

¶ *Viſum eſt ſupra an & quando nouatio poteſt fieri: dubitari poſſet an poſsit fieri ſequeſtratio rei litigioſæ poſſeſsionis & fructuum: ideo, &c.*

Cõtinuatio dñi Heliæ.

AD *compeſcendas.*] CASVS. Tu & ego litigabamus in curia Romana corã aliquo auditore ſuper beneficio in petitorio vel in poſſeſſorio: proceſsũ intantũ extitit, ꝙ auditor tulit ſñiam diffinitiuã ꝯ te poſſeſſorẽ, qui ab hoc triennio non poſſederas, appellaſti: pendẽte appellatione peto vt beneficiũ contentioſum ſequeſtretur vnà cum fructibus percipiendis: quęritur vtrũ debeat fieri ſequeſtratio? Dicit Clemens ꝙ ſic, etiã ſi opponatur de nullitate ſententiæ ipſius auditoris, & dicatur ꝙ ſententia auditoris lata ꝯ poſſeſſorẽ, non valet: tñ hoc non obſtãte iudex ordinarius poterit ſequeſtrare dictum beneficiũ. Sed quæritur, per quẽ fiet ſequeſtratio? Dicit ꝙ per iudicẽ, & ſequeſter exercebit ea, quæ pertinẽt ad beneficiũ. Item redditus non conuertentur in vtilitatem ipſius ſequeſtri. ſed imputabit beneficio: Et reſiduum debet reſeruare & reſtituere illi, qui habebit victoriã. Sed quid iuris ſi aliquis impedit ſequeſtrari, vel fructus ſequeſtratos occupat, vtrum iſte impediens vel occupans incidat in aliquã pœnã? Clemens diſtinguit: aut ille q impedit eſt vnus de litigatoribus, aut nõ, ſed alius: Si ſecũdo modo, incurrit pœnã excõicationis: q̃a ipſo facto ꝙ impedit vel occupat fructus, ipſe eſt excõicatus, nec venit abſoluendus, niſi omnia reſtituerit in manibus ſequeſtri: Primo caſu etiã incurrit ſñiam excõicationis, & vltra ꝑdit ius qđ habet, vel qđ ſibi cõpetebat in beneficio. Et hæc Clementina ſeu cõſtitutio habet locũ in litibus pendentibus, & nõ ſolum in futuris. hoc dicit. H. R. ¶ Colligo aliqua notabilia. Et primo, ſi ſuper beneficio ꝯ ipſius poſſeſſorẽ, qui triennio non poſſedit in petitorio vel poſſeſſorio vna diffinitiua fertur in curia, etiã ſi nulla fore dicatur, ipſius beneficij ſequeſtratio per loci ordinarium fieri debet: quam impediens vel ſequeſtratos fructus occupans, excõicatus eſt. Et ſi eſt de litigãtibus, cadit à iure ſuo; & reſpicit pendentia. Et eſt iſtud ſummarium Clementinæ. Not. ꝙ iudex & ſuperior debent obuiare malitiis hominum ſubditorũ: quia melius eſt ante tẽpus occurrere, quã poſt cauſam vulneratam remediũ quærere. Not. text. *Ad compeſcendas*, id eſt, refrænãdas, vt in gloſ. Not. *Apud*, id eſt, circa, & debet ſcribi per d. Not. *Promulgata*, vt ſ. in cle. ſi ante. de do. & contu. Not. *Sequeſtretur*. ſequeſtro, ſtras a. p. id eſt ſeparare, & proprie certantes pacificare. vnde: *Diuido, pacifico, dic deſignare ſequeſtro*. Inde ſequeſter, ſtri qđ, & tertiæ declinatiõis inuenit: ſed regulariter, id eſt, cõiter & ſæpius eſt ſcđæ, vt hic ſequeſter, ſtri, ſtro. Et dr̃ ſequeſter reconciliator, qui diſcordes pacificat, & qui certantibus medius interuenit, qui apud Græcos amelos dr̃, apud quem pignora vel res aliæ litigioſæ deponi ſolent, id eſt, ſolent tradi in cuſtodiã. Et dr̃ ſequeſter à ſequendo, vel à ſequor: eo ꝙ eius qui electus eſt vtraque pars certantium & litigantium ſequatur fidem: vnde Deu. 5. Ego ſequeſter & medius fui inter Deum & vos. Inde hæc ſequeſtra, ſtræ, id eſt reconciliatrix: & proprie certantes pacificans. Itẽ proprie (vt ad noſtrũ propoſitũ) ſequeſter eſt is apud quem res litigioſa deponitur à pluribus, & ſequeſtratur, vt ei qui in cauſa vicerit, reddatur. Itẽ ſequeſtrũ dr̃ illud ſcriptũ, qđ de ſequeſtratione cõficitur, & ſi ſit ex cauſa volũtaria, transfert poſſeſsionẽ in ſequeſtrũ. Sequeſtratio eſt rei de qua agitur ſeparatio, vel diſpoſitio, vel poſſeſsiõis interdictio: Interim. n. ꝙ res apud ſequeſtrũ eſt, nec actor

das[a] litigantiũ malitias, diffinimus, vt vna[b] cõtra[c] poſſeſſorem diffinitiua[d] ſnĩa ſup̃ beneficio[e] apud ſedẽ Apoſtolicã dũtaxat[f] in petitorio vel poſſeſſorio[g] promulgata[h], beneficiũ ipſum, etiã ſi[i] dignitas vel perſonatus exiſtat, & curã habeat animarum, à poſſeſſore hmõi (dũtamen triẽnio[l] †pacifice antea[m] ab eo poſſeſſum nõ fuerit) per loci[n] ordinarium apud aliquam perſonã idoneam[o] ſequeſtretur† quę plenam de ipſo & debitam curam gerens, id quod de fructibus ipſius (debitis eiuſdẽ ſupportatis oneribus[p]) ſup eſſe cõtigerit illi reſtituat[q], q finalẽ[r] in cã victoriã obtinebit[s]. ¶ Si quis[t] autem ſequeſtrationem huiuſmodi impedire, vel fructus ſequeſtratos quoquomodo p̃ſumpſerint occupare[u], excõicationis incurrat ſententiam ipſo facto[x]: à qua (niſi impedimento prius amoto, & occupatis per eum fructibus[y] reſtitutis[z]) nullatenus[a] abſoluatur. Et nihilominus[b] ſi de litigantibus fuerit[c]: iure (ſi quod in huiuſmodi beneficio, vel ad ipſum[d] forſitã competebat eidem) hoc ipſo ſe nouerit cecidiſſe[e]: Præmiſſis nedum circa futura, ſed †etiam circa per appellationem pendẽtia[f] negotia obſeruandis: Non obſtante[g] ſi contra præfatã ſnĩam de nullitate forſan opponatur.

nec reus poſsidet.ff.depo.l.licet.Not.ꝙ ſen tentia lata ſuper poſſeſſorio, poteſt eſſe diffinitiua.quod colligit glo.in verb.poſſeſſorio.quam nota.Nota finaliter caſum quod titulus beneficijs poteſt ſequeſtrari.quod colligit glo.in verbo, beneficium. Zabarel.

a ¶ *Ad compeſcendas.*] ſi ſuper bñficio ꝯtra ipſius poſſeſſorem, qui triennio non poſſedit, ĩ petitorio vel poſſeſſorio vna diffinitiua fertur in curia, etiã ſi nulla fore dicatur, ipſius beneficij ſequeſtratio p loci ordinarium fieri debet: quam impediens vel ſequeſtrator fruct[a] occupans, excommunicatus eſt: & ſi eſt de litigantibus cadit à iure ſuo, & reſcipit pendentia. Nouum & æquiſsimum eſt, quod inducit hæc cõſtitutio: quæ primo ponit nouũ caſum ſequeſtrationis fiendæ: ſecũdo punit impediẽtem; ibi, *Si quis autem.* Tertio cõſtitutionẽ ad pẽdẽtia prorogat: ibi, *Permiſsis.* Quarto exceptionẽ: ibi, Nõ *obſtante.*

† Supplet Bart. finitio ante lit. cõteſt. dicens ꝙ in pręſcriptione articulandũ eſt annos eſſe cõpletos ante motionẽ litis. c. commiſſa de ele. in 6. notabi. Bart. & moderni in l. Celſus, ff. de vſu cap. Fõ.

a ¶ *Compeſcendas.*] id eſt, reſignãdas. Et cõponitur à con, & peſco, ꝙ verbum non eſt in vſu. concor. Clement. de offic. ordi. cap. 1.

† De ſequeſtratione vide p glo. in c. dilectus. ſupra. eod. doc. in l. ab executore. C. quorum appel. nõ recipit.

b ¶ *Vna.*] fortius ergo ſi plures.

¶ *Gloſſa ſequens ſoluit tres caſus.*

c ¶ *Contra poſſeſſorem.*] ſi ergo cõtra petitorẽ pro poſſeſſore fert̃ ſententia, nõ fit ſequeſtratio, Item ſi inter duos vel plures petitores beneficij fertur ſnĩa pro vno ꝯtra reliquum vel reliquos, non fit ſequeſtratio. hoc probat hæc littera. Item ſi fertur ſnĩa contra poſſeſſorem: non tñ pro petitore, qui forſan ad probationem agebat, non eſt locus ſequeſtrationi 1. quod probat littera ſequens ibi, petitorio vel poſſeſſorio, & in fine huius partis. & facit quod not. Hoſt. in ſumma huius tituli, ad finem.

1 Tenet Bar. dicens idẽ ſit feratur pro petitore prætendenti in beneficio ius reale. Fõtanus.

d ¶ *Diffinitiua.*] in interlocutoria ergo nõ habet locũ hæc cõſtitutio. Eſt aũt intelocutoria, quæ inter principiũ & finẽ cauſæ fertur ſuper ijs quæ incidunt vel emergunt. Diffinitiua vero principalẽ quæſtionẽ: diffinit: de quo ſatis in Spec. de ſentẽ. prola. in 1. colum.

e ¶ *Super beneficio.*] eccleſiaſtico. concor. s̃. ea. compil. de iudi. c. 2. ſi ergo inter petitorem beneficij & poſſeſſorum eſſe quæſtio alia perſonalis vel realis, & feratur diffinitiua pro petitore, nõ erit locus conſtitutioni.

2 Et à tali appellatur ſi præiudicetur proprietati, aliàs ſecus ſic intelligit de Ancha. hoc notat. 2. q. 6. in ſumma. & c. cum ad ſedem ſupra. de re. ſpoliat. Fontanus.

f ¶ *Dumtaxat.*] ſi. s̃. ead. compil. de reſcriptis, auditur. & fuit hoc prudenter ſic temperatũ abſurdũ enim fuiſſet per ſingulas ſentẽtias ordinariũ vel delegatorum poſſeſſores poſſeſsione priuari.

g ¶ *Poſſeſſorio.*] hic patet quòd etiam ſuper poſſeſſorio fertur ſententia diffinitiua 2. concor. de iud. c. vlt.

h ¶ *Promulgata.*] per auditores curiæ, à quorum ſentẽtijs appellatur, & puto decr. producere, ſiue principalis ſentẽtia feratur in curia, ſiue ſuper ſententia lata per ordinarium à qua fuit appellatum ad curiam, diffinitiua ſentẽtia feratur ibidem, dummodo pro petitore contra poſſeſſorem, vt dixi.

i ¶ *Beneficium.*] Not. ꝙ non fructus tantum, immo etiam beneficium ſequeſtratur: & hæc ſunt diuerſa & eſt ſimile quod notatur de præb. ſi tibi conceſſo. lib. 6. in glo. 2. Iura ergo beneficijs & beneficiati exercebit ſequeſter qui poſsidet. ſuper quo vide quod not. & ſcripſi de iud. examinata.

3 Vide regulã Cancellariæ de triẽnali poſſeſſore.

k ¶ *Etiã ſi.*] prudẽter fuit hoc additũ ad tollẽdas cauillatiões dicẽtiũ, ꝙ in materia ſequeſtrationis odioſa appellatio beneficij non cõprehendit infra ſcripta. de pręben. c. vlt. eo. tit. cum in illis. lib 6.

l ¶ *Triennio* 3.] pacifice. ſi. C. de fideic. l. 1. Iſta duo requiruntur ne fiat ſequeſtratio, ꝙ triennio ſit poſſeſſum, & ꝙ pacifice, de his ergo præiudicialibus bene poterit poſſeſſor excipere & ꝓbare, nec puto ſufficere annum tertium inchoatum, vel pro maiore parte illius tertii anni illum poſſediſſe: requiritur enim triennium conſummatum. ſimile de regula. ad noſtram.

m ¶ *Antea.*] id eſt ante litem motam quæ nunc eſt finita per vnã ſententiam: poſt lite enim motam non poſsidetur pacifice, quod requirit hæc conſtitutio: & per hoc patet inutiliter de illo quæri, qui tempore ſententiæ non poſſederat triennio: quod tamen triẽnium eſt completum tempore quo petitur ſequeſtratio.

n ¶ *Loci ordinarium.*] non diſtinguit, an ad illum ſpectet inſtitutio nec ne. & eſt ſimile de vſu. quamquam. lib. 6. & quod ibi not. quandoque tñ per ordinarium comprehenditur inſtituẽs & deſtituens. de offi. or. c. 3. in prin. lib. 6. & s̃. tit. proxi. c. 1. Et not. caſum, in quo de cauſa deuoluta ad curiam ſe inferior intromittit. ad idem de appel. cum teneamus. & quod ibi dixi poſt Hoſti.

o ¶ *Idoneam.*] æquum eſſet hanc ſequeſtrationem fieri exiſtẽti in ordine quem requirit beneficium 4. de elect. nemo deinceps. & c. cũ ex eo. lib. 6. de regula. beneficium. eo. lib. ad hoc littera q̃ ſeq̃tur.

4 Facit c. ex ration. de æt. & qualita. in verb. idoneis clericis & æſtimat idoneitas ex cõi æſtimatione. l. ſi bonæ fidei. ff. de rei vẽ. vnde ſi reperiatur contrarium, locus eſt excuſationi. l. argentũ. ff. commu. gl. in c. cũ Apoſtolica de iis quæ fi. à prę la. Fõtanus.

p ¶ *Oneribus.*] concor. de offic. ord. præſenti. §. porro. lib. 6.

q ¶ *Reſtituat.*] cum ſequeſter habet limitatã poteſtatẽ, ſcilicet de reſtituẽdis fructibus, qui ad onera ſuper ſunt, dico ꝙ illos nõ poſſet in emptionẽ pręediorũ pro beneficio vel aliàs in vtilitatẽ bñficij conuertere: qđ poſſet vbi ñ eſſet talis limitatio, vt in prædicta decr. p̃ſenti. & de off. ord. cũ vos. in fi.

¶ *Glo. ſe. dat tria exẽpla.*

r ¶ *Finalem.*] per pronũtiationẽ Papalẽ, vel factam de ipſius ſpeciali mandata. facit de verb. ſig. conſtitutionẽ. 2. rñſo. li. 6. vel per ſecundã ſententiam, à qua non eſt appellatum, vel per tertiam, licet ſit appellatum. de appel. directæ. & c. ſua nobis. quod dic vt j̃. de re iudi. cap. 1.

† Aliàs ita: ſed & circa etiã per appellationem &c.

s ¶ *Obtinebit.*] hoc proprium eſt ſequeſtri, quòd res ſequeſtrata reſtituatur victori.

¶ *Glo. ſeq. ponit dictum, cuius obiectionem ſoluit.*

t ¶ *Si quis.*] pars vel alius, & includit epiſcopos. Non obſtat de ſent. excom. quia periculoſum. lib. 6. quia non loquitur hic de interdicto vel ſuſpenſione, ſed de excommunicatione.

v ¶ *Occupare.*] in mala parte ponitur, quandoque in bona. de hoc de elect. in generalis. 1. reſpon. lib. 6.

x ¶ *Ipſo facto.*] alios caſus in quibus ipſo facto per has cle. quis excommunicationem incurrit, not. & vide s̃. de ſen. excom. c. 1.

y ¶ *Fructibus.*] vel ipſorum æſtimatione. ſi fructus non extant. facit de tranſ. veniens.

z ¶ *Reſtitutis.*] non ſufficit ergo cautio de reſtituendo, & concor. quod not. de elect. quia ſæpe de immu. eccleſia. qñ. in fin. lib. 6.

¶ *Gloſſa ſequens dicit per quem: ſecundo arguit ad quæſtionem pro & contra: & remittit.*

a ¶ *Nullatenus abſoluatur.*] per ordinariũ qui aliàs his concurrentibus abſoluere poterit. de ſent. excom. nuper. & per iſtud negatiuum verbum vr̃ ꝙ abſolutio ꝯtra hæc facta non teneat 5. cui cõcor. j̃. de ſepult. c. 1. & de hære. c. 2. in fi. & c. 3. poſt prin. de pœnis. c. 1. In contrarium videtur, cum hæc forma ſit à iure data, non ab homine facit quod ſcripſi poſt Gof. de reſti. ſpo. c. vlt. in prin. ad idem facit de ſen. excom. venerabilibus. §. vbi autem. lib. 6. vide qđ dicam j̃. de iurepa. c. 1. poſt princip.

5 Ita tenet Zen. per c. Romana. §. ſentẽtias de ſent. excõ. Do. Pet. tenet ſecũdã opinionem Barb. Fon.

b ¶ *Nihilominus.*] id eſt, non eo minus ꝙ excommunicatus eſt, & ſic imponitur duplex pœna: quod dic vt not. de iudi. at ſi clerici.

c ¶ *Fuerit.*] ille impediens, vel fructus occupans.

d ¶ *Vel ad ipſum.*] hæc enim ſunt diuerſa, habere ius in re, vel ad rem, vt ſatis patet. de conceſ. præben. c. vlt. lib 6.

¶ *Glo. ſeq. alleg. concor. mouet dubium. alleg. pro & contra.*

e ¶ *Cecidiſſe.*] ſimile de præben. eum qui. 2. reſpon. lib. 6. Probabiliter dubitatur, an ordinarius ipſe pronũtiare vel declarare poſsit ipſum impedientẽ vel occupantem cecidiſſe à iure ſuo: mouet dubiũ: quia cauſa eſt in curia, vnde non vr̃ plus poſſe ordinarius, q̃ permittat iſta conſtitutio: & hoc non eſt de præmiſsis. Ad ꝯtrariũ mouet, ꝙ occupatio vel impedimentum fuit infra ſuam diœceſim, & ſic poterit pœnam iuris pro delicto declarare, præcipue cum hic non ſit neceſſaria priuatio, ſed ſufficit declaratio.

f ¶ *Pendentia.*] concor. cle. s̃. de iud. diſpendioſam. in fin. & vide quod ibi notatur.

¶ *Glo. ſeq. commendat finem & dubium ſoluit.*

g ¶ *Non obſtante.*] multum expediens fuit iſte finis, aliàs ad impediendam ſequeſtrationem quilibet de facto oppoſuiſſet nullitatẽ ſententiæ. & allegaſſet pro ſe ꝙ ſentẽtia nulla nõ meretur habere nomen ſententiæ. de iudi. c. fin. lib. 6. ff. de re iudi. l. 4. §. condemnatũ cũ ſuis concor. ff. de teſta. tute. l. 4. & de bo. poſ. ꝯtra tabu. l. non putauit. §. 2. ſunt autem multi modi nullitatis, quos not. de re iu. cap. 1. vbi de hoc. & remiſi ad Specu. de ſenten. prola. §. iuſta. puto tamen ꝙ licet alia nullitas non poſsit opponi, illa tamen opponi po-

1 Hæc g'oſ-ſa eſt ſingularis Secundum Bal. in l. generaliter. C de epiſc. & cler. & Marſiliũ ſingul. 10. & Deciũ conſil. 8.

poni poterit, per quam negetur iuriſdictio 1 . oportet eñ ꝙ conſtet de ſententia, vt hic dr̃, & per cõſequens de iuriſdictione auditoris, qui tulit illam ſententiam. bene facit. ff. de pœnis. l. 2. in fi. & quod no. de offic. deleg. cum in iure. ex quo tñ de iuriſdictione & pronuntiatione cõſtat, alia nullitas allegata ſequeſtrationem non impedit. fac. it de teſtib. veniens 2. deſpon. cap. vnico. libr. 6. C. de edic. di. Hadri. tol. l. fi.

DE PROBATIONIBUS.

*¶Viſum eſt ſupra de iudicijs: verum quia in iudicijs probationes ſunt neceſſariæ, ideo annectit rubr. de probationibus.*

*L Itteris.* ] Primo ponit dubiũ Secundo, illud oſtẽdit. Secunda: ibi, *Volentes*. Imola.

† Vide Alexand. conſi. 34. libr. 6. & Dec. conſil. 151. & 410. & 510. & Crauettam conſũ. 104. & Matthæum de Afflict's deci. 305.

CASVS. Papa mandauit archiepiſcopo Bituriceñ. vt mihi conferret & prouideret de beneficio vacante, puta ſic dicendo, Venerabili fratri archiepiſcopo Bituriceñ. in domino ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem: Mandamus quatenus conferas tale beneficiũ vacans iſti: quod beneficiũ reſeruauimus nobis cum decreto irritante. Accidit ꝙ archiepiſcopus Bituriceñ. dicit ſe beneficium alteri contuliſſe, an poſsit illud dicere: & ſi contulerit alteri, an valeat eius collatio? Certe dicit quòd non poteſt hoc dicere, quia Papa illud beneficium reſeruauerat ſibi cum decreto irritante. Et ad hoc probandum propono meam gratiam, in qua Papa dicit, quòd illud beneficium ſibi reſeruauerat cum decreto irritante: verum ſim audiendus, ita ꝙ illa verba narratiua in gratia mea faciant fidem? Dicit ꝙ ſic, cum ſuper illis verbis Papa fundat intentionem ſuam: ideo faciũt plenam fidem, vt dicit gl. hoc dicit. H. R.

¶Colligo aliqua notabilia, ꝙ verbis narratiuis alicuius non creditur citra Papam regulariter, etiam ſi narrans ſit legatus, & de reſeruatione per eum facta vult facere fidem, vt in gl. in verbo, reſeruaſſe. & dic vt not. in c. poſt ceſsionem. de proba. & in ca. ſuper his. de fide inſtru. Not. verba narratiua reſcriptorum Papalium quando faciant fidem & qñ non, & quam fidem faciant, diſtingue vt colligitur ex glo. fin. quia aut ſuper illis non fundatur intentio Papæ, & tunc non probant, & tunc habet locum c. ſi Papa. de priuile. lib. 6. & patet exemplum ibi in glo. 2. aut ſuper illis fundatur intentio Papæ, vt puta, quia confert beneficiũ, quod dicit ſuæ collationi prius reſeruaſſe per mortẽ beneficiati: & tunc aut illa verba ſunt ſuper facto alieno, & tunc faciunt fidem, ſed admittitur probatio in contrarium: aut ſunt de facto proprio, & tũc faciunt adeo fidem, vt non admittatur probatio in contrarium, ſm glo. & cõem intellectum. Vide dñm Panor. ſuper hoc in eo. c. Nota differentiam an Papa dicat, reſeruamus nobis: an dicat, ſedi Apoſtolicæ. de hoc in gl. 3. & idem Pau. nam primo caſu morte Papæ extinguitur: ſecundo non. de reſcri. ſi gratioſe. in 6.

## TITVLVS VII.

## De probationibus.

¶Clemens v. in concilio Viennenſi.

*¶Verba litterarum Apoſtolicarum quibus Papa proprium factum narrat, plene probant, ſi ſuper illis gratia vel intentio Papæ fundatur. Io. And.*

### CAP. VNICVM.

Litteris [a] † noſtris [b], quibus nos dignitates quaſlibet ſeu beneficia collationi noſtræ, vel ſedi Apoſtolicæ [c] reſeruaſſe [d], aut reſignationem beneficij alicuius recepiſſe, ſeu recipiendi poteſtatem alij commiſiſſe [e], vel aliquem excommunicaſſe, ſeu ſuſpendiſſe, ſeu aliquem capelanum noſtrum vel familiarem fuiſſe, vel alia [f] ſimilia, ſuper quibus gratia vel intentio [g] noſtra fundatur [h], feciſſe [i] narramus cenſemus [k] ſuper ſic narratis fidem plenariam adhibendam: Volentes ad præterita & pendentia [l] (etiam per appellationẽ) negotia hoc extendi.

*¶Prima gloſſa ſummat, & dicit quid inducebat dubium.*

2 Hic ex late recitatis p Barb. colligeꝙ crediturCardinali aſſerãt. ſe legatum Archi. c. nobiliſsimus 97. diſt. idẽ ſi aſſerat aliqd ſpãle ſibi cõmiſſum, qđ ſolet cõmitti legatis, & non pręiudicat alteri. c. ꝙ tranſlationem de offi. lega. cum l. 1. de ſuper indu. lib. 10. C. Font.

a ¶*Litteris.* ] Verba litterarũ Apoſtolicarũ, qb' Papa propriũ factũ narrat, plene probãt, ſi ſuper illis gratia vel intẽtio papæ fundatur. Inducebat dubiũ decre. ſi Papa. ſ̃. de priui. lib. 6. vt j. dicam.

b ¶ *Noſtris.* ] de litteris enim inferiorum dubitabatur, an fidem faciant etiam quo ad aſſertiua, de quo latis no. & ſcripſi. ſ̃. eodem. poſt ceſsionem.

c ¶*Sedi Apoſtolicæ.* ] quomodo hæc ſunt diuerſa, patet de reſcrip. ſi gratioſe. lib. 6.

d ¶*Reſeruaſſe.* ] narramus, qđ eſt j. Has reſeruationes faciũt etiã legati, cũm moderatione tñ, quæ habetur de offi. deleg. c. 2. & 4. lib. 6. ſed in hoc differunt, quia de legati reſeruatione non ſufficeret fieri fidẽ per ipſius verba narratiua 2 . de teſti. cũ à nobis. ſalua cõſuetudine curiæ, de qua ibi ſcripſi. & de fide inſtr. quod ſuper his.

e ¶*Commiſiſſe.* ] hæc poſſunt facere inferiores, non tamẽ poſſent concedere facultatem recipiendi renuntiationem, & conferendi. quod dic vt de offi. leg. c. penul. 2. reſponſo. lib. 6.

f ¶*Alia ſimilia.* ] vt quia cõfert beneficiũ quod narrat vacare per priuationẽ, quã fecit de Titio: vel ſcribit ordinario, ꝙ nullã iuriſdictionem exerceat in perſonas, vel loca quæ narrat ſe exemiſſe.

g ¶*Intentio.* ] licet ergo littera non ſit gratioſa, ſufficit ꝙ & ſup illis narratis intentio Papæ fundetur, vt qa mandat cõtumacẽ citari, moneri, priuari, vel capi, quem dicit ſæpius excõicaſſe, vel ſuſpendiſſe: vel mandat eũ euitari: vel cõmittit alicui prouiſionem beneficij expreſſa pſona, vel nõ expreſſa, cui prouideri debeat, qđ vacare narrat altero de prædictis modis.

*¶Gl. ſeq. ſoluit cõtrariũ, & de quæſtiõe remittit.*

h ¶*Fundatur.* ] in narratiuis ergo ſuper quibus non fundatur papalis intentio, haberet locum decret. ſi Papa. r. rñſo. de priuil. lib. 6. patet exẽplum in eo qđ ibi not. gloſ. 2. facit qđ no. 3. q. 6. hæc quippe. & 93. diſt. Dñs. Nunqd autem inſtrumentũ ſentẽtiæ, in quo dr̃ libellum oblatum, litẽ conteſtatam, & ſimilia, de his fidem faciat? Scripſi poſt Inno. & Hoſti. ſ̃. eo. qm̃ contra. ſuper verbo, q̃ occurrerint. & not. in Spe. de inſtru. edi. §. reſtat. ad fi. ver. in ſumma. & facit quod not. in Spe. de probat. §. fi. ver. ſed pone iudex. & de procu. §. 2. ad fin. ver. illud quoque.

*¶ Gloſſa ſequens quærit, arguit, & ſoluit diſtinguendo.*

## TITVLVS VIII.

## De teſtibus.

¶Clemens v. in concilio Viennenſi.

*¶Per teſtes Chriſtianos conuinci poſſunt Iudæi & Sarraceni, non obſtantibus contrarijs priuilegijs regum & principum, quibus ſi vtantur, ſubtrahitur illis Chriſtianorum cõmercium. Ioan. Andr.*

### CAP. I.

CVM † IV-

† Iudæi qñ poſsint eſſe teſtes cõtra Chriſtianos vide doctores in capit. contra Chriſtianos de hæret. lib. 6. & Feli. in c. Iudæi extra de teſtib.

i ¶*Feciſſe narramus.* ] qd ſi talia narrata 3 ſuper quibus fundatur intentio Papæ non ſunt de facto ſuo? Per hanc litterã vr̃ ꝙ illa nõ probẽt, & facit verſi. qui ſequitur, ſuper ſic narratis: ſecundum qđ vr̃, ꝙ ſi confert beneficiũ quod narrat in curia vacaſſe per mortẽ beneficiati, cum hæc narratio nõ ſit de facto ſuo: nõ probet: quod vr̃ graue, tñ rationem habet in tanto: quia in facto proprio nõ ſic præſumitur error, vt in alieno. de reſcri. ab excommunicato. cum ſuis concor. bene facit. j. de ſen. excõ. ſi ſummus. Satis puto ꝙ talia verba probant ſaltem præſumptiue, ex quo ſup illis fundatur intentio Papæ, ita ꝙ præſumptioni ſtabitur, niſi cõtrariũ probetur. facit quod no. de reſcript. nonnulli. in gl. penul. poterit tñ probari contrarium, puta illum mortuũ eſſe extra curiã, quod fieri nõ poſſet ĩ ijs quæ Papa narrat de ſuo facto. & hoc forte vult littera infra ibi, fidem plenariam 4 . quaſi intendat, vt cõtra illã rõnem non admittatur probatio: quod intelligo de probatione, quæ perimat narrationem, vel ipſam falſam oſtendat. Probatio vero per quam ſtante narratione releuaretur probãs, bene admitteretur. Pone in terminis. Papa narrans renuntiationẽ beneficij factã in manibus ſuis. & per eum acceptatam, confert illud, vel conferri mãdat. bene potero probare ꝙ illud beneficium tpe conceſsionis ſpectabat ad me, non ad cedentem: vel ꝙ ipſe cedens prius ceſſerat in manibus ordinarij, vel per ipſum fuerat illo priuatus, & his ſimilia, quæ narrationem Papæ non perimunt. facit de accu. cum dilecti. Ex his diſtingue narratiua reſcriptorum Papalium: aut ſuper his non fundatur intentio Papalis, & tunc non probant, vt in decre. ſi Papa. aut fundatur, & tũc ſubdiſtingue, aut ſunt de proprio facto, & faciunt pleniſsimam, quæ perimi non poteſt: aut de alieno. & tunc faciunt plenam, ſed perimi poteſt, vt prædixi.

3 Vide Alexan. cõſi 15. incip. viſis narratis, libro 5.

4 Etan per tale verbum excludatur cõtraria pbatio, vide Dec. in c. p poſuiſti. in 3. notab. de proba. & Alexã. conſil. 112. lib. 4.

k ¶*Cenſemus.* ] quaſi iudicamus, ſentẽtiamus, ſtatuimus, iubemus, deliberamus, exiſtimamus, hæc omnia ſonat hoc verbum, vt j. dicam. de conceſ. præb. c. 1.

l ¶*Pendentia.* ] cõcor. Clemẽt. de iudi. diſpendioſam. in fi. ibi vide

DE TESTIBVS.

C*Vm Iudæi,* ] Primo, ponit dictum. Secundo, contrafacienti pœnam imponit: ibi, *Quod ſi.* ¶Aliqui ponunt iſtam cle. in tit. de prob. tamen dominus Panor. ponit in tit. de teſti. Iſtud capitulum ſupplet concilium Lateraũ. ſ̃. eo. in c. Iudæi. In principio cap. dicitur, quòd Chriſtianus cõtra Iudæũ in teſtem admittitur, vbi dicit, decernimus feriendos quicunque voluerint Iudæos præferre Chriſtianis; & reddit rationem, cum eos ſcilicet Iudæos vel Sarracenos oporteat ſubiacere Chriſtianis, & cũ oporteat eos foueri ab ipſis Chriſtianis ſola humilitate. Iſta Clementina plus dicit, quia aliquotiens

quotiens principes auari vt tributum haberent ab iſtis Iudæis, ipſos faciebant venire ad ſuas ciuitates, & fulciebant quàm plurimis priuilegiis, forſan Iudæi erant priuilegiati, ꝙ in quacunque cauſa, ſiue in criminali, ſiue in ciuili, Chriſtiani non poſſent eſſe teſtes contra ipſos Iudæos, ita ꝙ nullus contra Iudæos ferret teſtimoniũ, niſi eſſet Iudæus, & ſic cõueniebat & decebat Chriſtiano, ſi volebat habere teſtẽ ꝯtra Iudæũ, ꝙ ipſe Chriſtian⁹ acciperet Iudæũ pro teſte: Et illud erat bene graue ipſis Chriſtianis, ꝙ ipſi Iudæi infideles eſſent melioris conditionis, quàm ipſi Chriſtiani: Ideo Papa Clemens facit hãc Clemẽtinam, in qua cauetur ꝙ nõ obſtante conſuetudine quacũq; vel priuilegio, ipi Iudæi cõuincatur ꝑ teſtes Chriſtianos. His præſuppoſitis figura ſic caſum:

dæi[a] quidam & Sarraceni[b] (ſicut accepimus) ꝙ ſuper ciuilibus aut criminalibus[c] conuinci per Chriſtianos[d] non poſſint, ſe priuilegiis regũ & principũ[e] tueantur: quia id nedũ iuri[f] contrarium, ſed Chriſtianę religioni[g] opprobrioſum eſt quãplurimum & aduerſum: reges eoſdem & principes ĩ Dño exhortamur[h], ne cõcedant huiuſmodi de cætero priuilegia, vel ſeruent, aut ſeruare † permittant[i] etiã iam cõceſſa. Quod ſi Iudęi aut Sarraceni priuilegiis talib⁹ vti[k] præſumpſerint, Chriſtianorũ cõmunio eis ſubtrahatur[l], ſic ꝙ Chriſtiani ab eorũ abſtinere cõione, cẽſura eccleſiaſtica (ſi opus fuerit[m]) cõpellãtur.

† Aliàs, ſeruari.

Sunt nõnulli principes & quamplurimi, qui auaritia cæci attrahunt ad prouincias multos Iudæos vel Sarracenos, vt ab iſtis Iudæis, vel Sarracenis quotãnis, id eſt ſingulis annis poſsint ab ipſis Iudæis vel Sarracenis pecuniã quaſi inuitã extorquere, dictos Iudæos vel Sarracenos priuilegiãdo priuilegiis priuantibus quamplurima iura cõia: & non ſolũ iura, ſed etiã Chriſtianã religionẽ inficiunt, & in opprobriũ quãplurimũ habent, ſiue religioni opprobrioſum eſt: Nos Clemens Papa conſtituti ad hoc vt orthodoxã, i. ſanctã fidẽ cõſeruemus, quẽadmodũ, id eſt ſicut fecit beatus Petrus, & melius ſi poſsibilitas nos nõ redarguat, in Dño exhortamur & ſupplicamus principes tales: ne decætero, id eſt deinceps, & amodo cõcedant talia priuilegia ipſis Iudæis vel Sarracenis, & ne permittant, id eſt patiantur ſeruare iam conceſſa: quia ſi ipſi Iudæi vel Sarraceni præſumpſerint vti talib⁹ priuilegiis cõceſsis à principibus: nos volumus ꝙ cõio, id eſt cõicatio Chriſtianorũ: eis id eſt ab eis, ſubtrahaꝛ, id eſt ſecludatur & remoueatur: & ſi ipſi Chriſtiani ꝑꝑ hoc noluerint abſtinere à cõione dictorũ Iudæorũ vel Sarracenorũ: cõpellãtur ipſi Chriſtiani abſtinere cenſura eccleſiaſtica, i. per cenſurã eccleſiaſticã, quæ eſt excõicatio, ſi opus fuerit. hoc dicit. H.R. Not. ꝙ Chriſtiani producti in teſtes cõtra Iudæos pñt per exceptionẽ criminis à teſtimonio repelli: qa licet Iudęi ſint, nõ tñ debet legitima exceptio illis ſubtrahi, vt no. gl. in verbo. Chriſtianos. Not. ꝙ Iudæi regulariter non cõpelluntur per Eccleſiã, ſed per iudices ſeculares, in caſibus tñ de eis iudicat eccleſia, vt in gl. in verbo principũ. Not. ꝙ principes nõ poſſunt priuilegiare Iudæos vel Sarracenos in ijs q̃ ſunt opprobrioſa fidei, vt hic textus iũcta gl. præal. in verbo principũ. in ſi. Not. ꝙ exhortatio eſt quoddã cõſiliũ, & eſt regulariter ad inſtar conſilij. Cõſiliũ autẽ reuerẽtiæ obligat, ſecus in cõſilio perfectionis, vt in gl. in verbo, exhortamur. vide Panor. Not. de religione Chriſtiana. ſumitur autẽ & alijs modis religio. de quo remittit glo. in verbo religioni. ſed Paul. proſequiꝛ. Not. ꝙ ſuperior ex officio debet ꝓhibere obſeruantiã illiciti & prohibiti, ſm Pau. de ijs q̃ fi. à ma. par. c. 2. ſte ſen. excõ. nouerint. de ſup. negl. præla. cle. vnica. Zabar.

*¶Prima gl. ſummat, & dicit quid ſupplet.*

a ¶*Cum Iudæi.*]Caſus. Per teſtes Chriſtianos cõuinci poſſunt Iudæi & Sarraceni, nõ obſtãtibus contrariis priuilegiis regũ & principum. quibus ſi vtãtur, ſubtrahitur illi Chriſtianorum commercium. per hoc partes patent, Secunda; ibi, *Quod ſi*, ſupplet concilium Lateranen. ſ. eo. Iudæi.

1 Iudæi & alii infideles, an & quãdo puniantur ꝑ Eccleſiã & in qbus caſibus, vel an ꝑ principes ſeculares, v. de Anchara num conſil. 15. Nicolaũ Eymericum in Directorio Inqſitorũ par 2. q. 46. Zanchinum. tra. de hæret. c. 36 Innocentiũ & doctores in c. quod ſuper his. de vot. & voti redemp.

b ¶*Sarraceni.*]vnde vtrique dicantur, ſcripſi de Iudæis & Sarracenis. ſuper rubrica.

c ¶*Criminalibus.*]de vtriſque forte continebat priuilegiũ, ſed forſan de alteris tantum.

d ¶*Chriſtianos.*]licet Chriſtiani contra illos recipiãtur in teſtes, poſſunt tamen per exceptionem criminis per eos à teſtimonio repelli, vt ſatis ſcripſi poſt Hoſt. ſ. eo. Iudæi.

*¶Gl. ſeq. ponit regulam: remittit ad caſus exceptos. & ponit motiuũ.*

e ¶*Principũ.*]vide qđ dixi. j. de bap. c. vnico. regulariter Iudæi nõ cõpeſcuntur per eccleſiam, ſed per ſeculares principes 1 ſub quibus degunt. de Iudæ Iudæi 2. & c. poſtulaſti. & c. nonnullis. in ſi. & facit j. de re iud. paſtoralis. in prin. & ſ. de vſur. poſt miſerabilem. in caſibus tñ eos iudicat eccleſia, qui not. in prædicto. c. Iudæi. ad quos addas iſtũ caſum. Conſueuerunt autẽ principes propter magnum lucrũ, quod à Iudæis in terris ſuis degentibus cõſequũtur, eis fauere, & eos priuilegiare, vt hic, & de vſu. quanto. circa illã tñ quæ ſunt opprobrioſa fidei, illos priuilegiare non debent, vt hic.

*¶Glo. ſeq. obijcit, & ſoluit.*

f ¶*Iuri.*]ſ. eo. Iudæi. Sed cum in iudicijs ſit ſeruanda paritas, de mut. pet. c. 2. C. de proxi. ſa. ſcrin. in ſacris. de exce. cũ inter. ergo vr̃ iuridicum, ꝙ ſicut Chriſtiani Iudæos non recipiũt ꝯtra ſe, ſic nec ipſi ꝯtra Iudæos recipi debeant. Sol. æqualitas iſta reſpicit ꝑſonas actoris & rei, vt regulariter non liceat vni quod non liceat alteri. de reg. iu. nõ licet. lib. 6. ſed non reſpicit ꝑſonas teſtiũ, aliàs ſequeretur ꝙ fidẽ dignus q̃ nõ recipit ꝯtra ſe criminoſum vel excõmunicatum in teſtem, nec cõtra illum in teſtimonium recipi poſſet.

g ¶*Religioni.*]quatuor modos quibus ſumitur religio, not. ſ. de regula. ſuper rubrica.

h ¶*Exhortamur.*]curialiter loqꝛ hic Papa. & eſt ſimile đ ſtat. mo. recolentes. j. de iud. c. 1. poterat em̃ eis comminari, & infligere eis pœnam. de Iudæ. Iudæi 2. de maio. & obe. omnes. & c. ſolitæ. de iudi. nouit. Licet autem hæc exhortatio videatur conſilium, eſt tamen reuerentiæ 2, cui neceſſario parendum eſt. de hoc de æta. & quali. ad aures.

2 Vide Decium in 2. nam concupiſcentiam de cõſtit. & in cap. ſi pro debilitate. in primo notab. de offi. deleg.

i ¶*Permittant.*]concor. de his q̃ fiũt à ma. par. c. quæſiuit. de ſent. exc. nouerit. concor. concil. Vienneñ. ſ. de ſup. negli. præla. c. vnic.

k ¶*Vti.*]non punit impetrantem tantum, ſed vtentem. ſimile de reſcrip. ex tenore.

l ¶*Subtrahatur.*]ſic indirecte excommunicat illos eccleſia. de Iudæis, Iudæi. & c. ſi Iudæos. & c. poſtulaſti. de deci. de terris. de vſu. poſt miſerabilem. & c. quanto. de priui. quanto.

m ¶*Si opus fuerit.*]ſcilicet quia monitioni non parent, quæ ſemper præcedit cenſuram. de ſen. excom. ſacro.

¶Idem.

*¶Publicatis atteſtationibus teſtes produci non poſſunt (etiam in cauſa appellationis) ſuper eiſdem articulis vel directe contrarÿs. Io. And.*

## CAP. II.

TESTI-

T*Eſtibus.*]Primo, decedit caſum dubium. Secũdo, illius rationem reddit: ibi, *Cum non minus.* Imola.

¶Iſta Clementina determinat cap. fraternitatis. in quo dr̃, ꝙ in cã appellationis ſuper nouis articulis ſeu capitulis teſtes noui & veteres producãtur: erat etiã dubiũ & nõ terminabatur per illud. c. an in cauſa principali etiã liceret producere nouos teſtes vel veteres. ſi minus fuerat probatũ, & fuerat renuntiatũ & ꝯcluſum in cauſa. Et ibi rñdet ꝙ nõ licet nouos teſtes ꝓducere, nec in cauſa principali ſuꝑ eiſdẽ articulis ſeu directo ꝯtrariis. His p̃ſuppoſitis. CASVS EST. Titius habebat domũ quã dicebã meã eſſe, & ſic intẽtabã ꝯtra ipſum rei vendicationẽ, & ſic cõtrouerſa inter nos fuit nata: nos in iudicio intantũ proceſsimus, ꝙ articulos, poſitiones & teſtes noſtros hincinde produximus, ita ꝙ renuntiauimus & concluſimus in cauſa, & teſtes publicauimus: id eſt quicquid teſtes depoſuerũt, & dicta ipſorũ legimus, & ſciuimus quicquid dixerũt & depoſuerũt. Hoc facto publicatis teſtibus, video ꝙ teſtes quos produxi, non ſatis dicunt pro me, vt poſsim per eos probare, me dñm domus, quã Titius poſsidet: quid facio? aduiſaui me ꝙ producerẽ tales & tales & inſtruã eos taliter, ꝙ ipſi dicant verba per quæ domus mihi adiudicabitur, vel etiã nõ volo producere teſtes nouos ſuꝑ eiſdẽ articulis datis, ſẽd ſuꝑ directo ꝯtrarijs, q̃ritur an poſſum? Rñdet Clemẽs ꝙ non, ꝑꝑ metũ ſubornationis. Or video ꝙ in cã principali nõ poſſum producere teſtes nouos ſuꝑ eiſdẽ articulis, vel directe cõtrariis: pono ꝙ in principali cã fui condẽnatus, à qua ſñia appellaui, q̃ro mõ an corã iudice ad quẽ, hoc eſt, corã iudice q̃ cognoſcit an bñ appellauerim vel non, poſsim producere teſtes nouos ad plenius probãdũ qđ minus plene probaui in cã principali? Et rñdet ꝙ nõ, pari rõne: Videlicet ꝑꝑ metũ ſubornationis. Sed an iterũ poſsim producere teſtes q̃ fuerũt producti in cã principali ſuꝑ nouis articulis? Rñdet ꝙ ſic. h. d. H.R. ¶Vide tex. Sicut nõ licet in cã principali producere alios vel eoſdẽ teſtes ſuꝑ eiſdẽ articulis, vel ſuꝑ directo ꝯtrariis: hoc dico, teſtib⁹ & eorũ atteſtationibns rite receptis & publicatis: ſic nõ debet licere in cã appellationis, cũ ſubornatio nõ ſit minus timẽda, immo tã eſt timẽda, q̃ in cã principali. h. d. Not. ꝙ publicatio atteſtationũ impedit teſtes ſuꝑ eiſdẽ articulis vel directe contrariis produci, qñ receptio illorũ teſtiũ ſeu depoſitio tenuit aliàs, vt in gl. cũ tex. in verbo, rite. No. ꝙ ſi publicatio atteſtationũ eſt indiſcrete facta: puta inſcia vel inuita parte ex cã rõnabili cõtradicẽte, nõ impedit quo minus pars quæ teſtificata non adhuc vidit, teſtes producere poſsit, vt gl. in verb. publicatis. Not. ꝙ parte aduerſa cõſentiente ceſſat diſpoſitio huius cle. No. gl. in verbo, *Perducere*, qa neſcio alibi. Not. ꝙ ſuper veteribus capitulis nullo modo probatis vel probabilib⁹ aliter q̃ ꝑ teſtes puta ꝑ inſtrumẽta, licet producere teſtes in cã appellationis, in qbus caſibus non habet locũ hæc Clemẽtina, ſed ꝓcedit lex, per hãc. C. de tẽporibus appel. in glo. fin. No. tex. *Rite*, id eſt recte ſm Priſcianũ. & dñi ritu. Papias vero dicit, rite, id eſt, iuxta morem, legitime, probe. Not. atteſtatio

*Atteſtationibus*,id eſt,dictis teſtium. Vnde atteſtationes ſunt dicta teſtium vel teſtimonia ordine iuris in ſcriptis redacta. Not. *Publicatis*.nota ꝙ dicta teſtium dicuntur publicata qñ inter partes legitur illud qđ quilibet teſtis depoſuit,& parte ſciunt quomodo teſtes depoſuerũt,vel ꝓ eis,vel ꝯtra,& actor ſcit ꝙ talis teſtis depoſuit tale quid, & illud facit pro me:& talis teſtis depoſuit tale q̃d,& illud facit ꝯtra me,& ſeruit reo.Econtra autem reus ſcit ꝙ talis teſtis depoſuit tale quid, quod facit pro eo:alius teſtis depoſuit aliud qđ facit ꝯtra eũ: & iſto modo dicta teſtium dicuntur publicata, quia publice fuerunt lecta,id eſt,coram partibus. Not. *Non minus*,immo tantum : quia tantum eſt timenda ſubornatio teſtium in cauſa appellationis ſicut in cauſa principali.Not.de verbo, rite,quod exponit Zen.id eſt,ſolemniter.quia hoc verbum iuris ſolemnitatem denotat. ff.de poſſ.contra tab.l. nòn putauit. §. non quæuis.de inoff.teſt.l.2.pro hoc de ſum.tri.c.1. ver. vnam. vbi diſtingait inter rite & recte.Not.de articulis exhibendis in litibus. de hoc.j.de ver.ſigni.ſæpe.Zabar.

bus[a] rite[b] receptis, & eorum atteſtationibus publicatis[c], ſicut nõ licet ſuper eiſdem[d] vel directo[e] cõtrarijs articulis alios[f] vel eoſdem teſtes in principali cauſa producere[g]:ſic non debet in appellationis[h] cauſa licere:Cũ[i] non minus in appellationibus, quam in principali cauſa ſubornatio[k] ſit timenda.

¶*Prima glo.ſummat,& ponit cauſam quare breuiter gloſſauerit hanc decretalem.*

a ¶*Teſtibus.*]Caſus.Publicatis atteſtationibus teſtes produci nõ poſſunt(etiã in cauſa appellationis)ſuper eiſdẽ articulis,vel directe contrarijs.Determinat no.s̃.eo.fraternitatis & 4.q.3.ſi quis teſtibus.Et quia decretalem illam ſolemniter commentaui,& ipſius commenti.habetur copia,facilius hanc tranſibo.

b ¶*Rite.*]hoc dicit pro tanto,quia ſi receptio teſtium non teneret puta facta per eum nõ erat iudex cauſæ 1 ,vel facta ſuper principali lite nõ conteſta.eo caſu quo fieri nõ potuit,vt lit. nõ conte.accedens 2.publicatio 2 iſtarum atteſtationum non impediret. productionem rite fiendam.facit quod not.s̃.eod.cum cauſam in fin.vlti.gl.Item ſi aliqui teſtes depoſuiſſent ſuper articulo nõ incluſo.ſuper quo vide quod ſcripſi poſt Inno.de decr.fraternitatis in 5.quæſt.

1 Fallit ſi teſtes erãt periturі. Ang. in l. cum hi. §.tranſactione.ff.de trã ſact.

c ¶*Publicatis.*]repete,rite.hoc dico pro tanto,quia ſi indiſcrete, inſcia vel inuita parte iudex publicaret,pars quæ teſtificata nondum didicit,ad huc & teſtes producere poſſet 3 : & hoc caſu verificari poſſet qđ not.Bar.s̃.eo.conſtitutis.2.in vlti.gl.vt ibi ſcripſi.

2 Idem ait Cardi.ſi teſtes non iurauerũt. An partes poſſunt iuramẽtum remittere, vid hic Barb.

d ¶*Eiſdem.*]ſuper nouis enim hoc licet etiam in cauſa principali,& quæ ſint noua,plene ſcripſi in decre.fraternitatis,in q.2.

¶*Glo.ſeq.primo dicit quid de indirecta.Secundo,de directa,dat caſum exceptum:& ponit exempla.*

e ¶*Directo contrariis* 4 .]indirectam vel contrarietatem bene licet probare ꝑ teſtes poſt tot atteſtationes publicatas,puta abſentia partis vel teſtis,à loco,eo tempore de quo deponit,per modũ decre.ex tenore s̃.eo.quod intellige vt ibi dixi.ad idem C. de cõtrahen.ſtipul.optimam.ſuper directa vero contrarietate nõ licet, niſi opponeretur falſitas directo ipſius teſtis cum corruptione. de quo ſcripſi de proba cap.licet ſuper gloſ.2.Eſſent autem directe contraria capitula de maioritate & minoritate,& de legitimitate & illegitimitate,& præſentia & abſentia, de furore & ſana mente,de actu ſpontaneo & coacto,de virginitate & corrruptione,quando talia & ſimilia de eiſdem perſonis & actibus, de eodem inſtanti tempori ſic contrarie formarentur.

3 Idem dicit Zen. ſi iudex rite publicaſſet. ad dit Bar. & ꝓbet ſe ñ didiciſſe teſtificata.& procedit etiam tex. ſi ꝓs dixerit nulla publicatione facta.

f ¶*Alios vel eoſdem.*]reprobat opinionem Hoſt.qui dicit in appellationis cauſa articulum antiquum poſſe reprobari per teſtes nouos,ſed non per antiquos.

g ¶*Producere.*]hoc regulare fallit in multis caſibus,quos ſcripſi in decret.fraternitatis.in 9.q.& nota Spe.in tit.de teſti.§.ſatis vtiliter.& quod dicit producere,intellige contra partem inuitam, ſuper quo vide quod ſcripſi in vlti.q.

4 Teſtis ſi primo dicit vnum , deinde aliud, cui dicto ſtabitur: vide hic ꝑ Per.& per Barba.in l.eos. ff. de fal.

ADDITIO.Petrus de Ancharano ponit hic xij.vel.xiij.caſus in quibus licet ſuper eiſdem articulis teſtes recipere atteſtationibus publicatis.

¶*Glo.ſeq.oſtendit.quid reprobat,& quid approbat.& remittit.*

h ¶*In appellationis cauſa.*]Reprobat cõem opinionem legiſtarũ dicentium,ꝙ publicatis atteſtationibus in principali,licebat producere in cauſa appellationis teſtes ſuper eiſdẽ capitulis.In hoc concor.Hug.Io.cre.Azo.& Accur.per l.eos. C.de appel. & C. de tem.appel.per hanc dicentes,ꝙ §.qui vero.in Authen.de teſtibus coli.7 loquitur de teſtibus producẽdis in cauſa principali,ſed canoniſtæ contra,ſcilicet Glo.Lau.Vin.Tan.Phil.Goffre.& Inno. in predi.decre.quibus vr̃ conſentire Guliel.in Spec. de teſti.§.ſatis vtiliter.verſi.& breuiter.& mouebãtur per rationem Hic inſerrã & vide quod nota in c.fraternitatis. in 3.glo. & quod ibi ſcripſi.

Atteſtationibus publicatis in principali,nõ licet in cauſa appellatiõis teſtes producere ſuper iiſdẽ capitulis.

1 Vide Caſſaneum in catalogo gloriæ mundi parte 5. conſideratione 28. vbi pleniſſime.

† Aliàs, vt id.

† Comitatū prouinciç dicit Bar. in extrauag. qui ſint rebelles. in glo. rebellando.

2 De hac remiſſione vide Bart. & doctores in Authēt. qua in ꝓuincia. C. vbi de crimi. agi opōr. & Guidonē Papæ, Deciſ. 202.

ruit,q̃ à iudice,qui per regẽ tute †adiri nõ potuit,& in loco notorie(vt ꝑfertur)nõ tuto,in abſentẽ nec citatũ[a] legitime ac inauditũ per cõſequẽs & in defenſum nõ maturo fuit iudicio,ſed ꝑcipitio,& de tãto ꝑſertim crimine ꝓmulgata?Rurſus nõ eſt ſilẽtio relinquẽdũ, ꝙ ipſe rex noſter & Eccleſiæ Romanæ rõne regni prędicti notorie ſubditus homoq;[b] ligius & vaſallus, ac † in eodẽ regno, nõ vt præmittitur, in imperio certũ, continuũ & notoriũ ſuũ habens domiciliũ,ac originẽ[c] inde trahẽs, Imperatori eo modo no ſubfuit[d], ꝙ in eum crimẽ lęſę maieſtatis cõmiſerit, quãtumlibet omnia in ſnĩa ſupradicta cõtenta veritatẽ indubiã cõtinerẽt ſicq; nedũ nõ iure, immo nec iuris colore tulit imperator ſnĩam ſupradictã†in regem ex cã, q̃ veritatis ſubſiſtentiam non habebat[e], ꝑꝑ quã[f] etiã quatenus in eo fuit,regem eundem priuãdo regno & regia dignitate, ac terris etiã alijs, & iuriſdictionibus ꝑpetuis & tẽporalibus,q̃ ſub eo nullãtenus vel ab eo,ſed à nobis & ſub nobis tenebat,nec nõ ꝓcedẽdo contra regem eundẽ ex illis q̃ ꝑ ipſius ſtipẽdiarios ac nõnullos Imperatoris eiuſdem ſubiectos ꝑ malitiã & inſtigationem regis ipſius cõtra eum fuiſſe cõmiſſa in vrbe dicebat:Cũ et ſi illa fuiſſent ibidẽ reuera cõmiſſa.punitio tamẽ eorũ in regẽ veluti extra diſtrictũ[g] imperij cõmiſſorũ ad Imperatorẽ nullatenus pertineret:inhibendo etiã in eadẽ ſnĩa ſub magnarũ appoſitione pœnarum,quarũ aliquas ſibi applicari mãdauit,nequis dicto regi pręſumeret in ſuis rñdere debitis[h], in ipſius ve familiaritate vel ſeruitio remanere, aut eidẽ cõtra ipm̃ Impatorẽ quouis mõ impẽdere cõſiliũ,auxiliũ,vel fauorẽ:cũ debitores,ſeruitores,& & auxiliatores hmõi extra imperiũ & in regno cõſtituti prædicto nullaten⁹ Imperatori ſub eſſent†,nec ex cõmittẽdis in regno eodem dictis poſſent pœnis aſtringi, vel aliqualiter cõdemnari per ipſum:abſoluendo quoque ab omni fidelitate[i],obligatione, ſeruitio, promiſſione, ac pacto prouincias omnes, ciuitates,& caſtra[ &†loca] ipſius que vaſallos,& feudatarios, & alios quoſlibet eidem regi quomodolibet obligatos:cũ includerentur in abſolutione hmõi terræ & perſonæ nobis & Eccleſiæ Romanæ ſubiectæ[k],proprię terminos poteſtatis exceſſit, in meſſem noſtrã mittẽs perperã ſuam falcẽ[l].¶Cæterũ defectus ſuppletio circa proceſſus ad habita ſupradictos,nõ tãtum valet ad iuſtificationẽ ipſorũ & ſnĩæ ſupradictæ,quãtũ ad eorũ ſugillationẽ & notã:cũ nullã ſuper præmiſſis poteſtatẽ haberet Imperator in regem,ſibi aliàs q̃ vt præfertur nõ ſubditũ,nõ citatũ legitime aut remiſſum, & extra diſtrictũ ipſiũs cõtinue ac notorie cõſiſtẽtem:nec prædicta ſuppletio circa ſubditum etiã ad ea potuiſſet de ratione referri, per quæ de crimine præſertim ſic graui[m] delato defenſionis ( quæ à iure prouenit naturali†) facultus adimi valuiſſet:cum illa Imperator tollere nõ licuerit[n] quę iuris naturalis exiſtunt.¶Vt igitur ſicut memorata ſnĩa iuris caret effectu,ſic auctoritate & nomine[o] rei careat iudicatę,vt nec in opinione cõi aut vulgi[p] labijs nomen habere ſnĩæ mereantur: vt etiam in magnum iuſtitiæ ac pacis obſequium ſcãdaloſis occurratur periculis,quæ cum noſtræ & eccleſiæ, prouinciarum multarũ regnorũ & gentiũ turbatione nõ modica poſſent occaſione ipſius ꝓ tẽpore ſuboriri:Nos tã ex ſuperioritate[q] quã ad imperiũ nõ eſt dubiũ nos habere,q̃ ex poteſtate,in qua vacãte imperio Imperatori ſuccedimus[r]:& nihilominus ex illi⁹ plenitudine poteſtatis,quã Chriſt⁹ rex regũ & dñs dominanti um[s]

65.diſ.c.fi.Cõtra eos facit qđ ibi no.Io.qđ credo verius, ſ.ꝙ male faciat iudex req̃ſitus nõ remittẽdo : is tñ q requirit,ſi aľs ñ eſt illius,iudex,illũ cogere vel punire nõ poterit,ſed agetur corã ſuperiore illius,ad qđ facit de for.cõpe.Romana.§.cõtrahẽtes.li.6.ibi, ad denũtiationem,nõ dicit ad mandatũ vel præceptum.facit etiã de offic.or.paſtoralis.in prin.& qđ not.de of.de leg.prudentiã.§.adijcimus.in vlt.glo. Nec obſtat illud verbũ,iubem⁹ in §.ſi vero.q̃a licet Imperator ibi iubeat, non dat ꝑ illud iudici requirenti poteſtatẽ iubendi vel puniendi,nõ cõceſſum igitur non attẽtet. 25.q.2.amputato. Dicũt etiã prędicti dñi legum ꝙ iudex requiſitus remittet ſine aliqua cognitione, tũ quia præſumptio eſt pro iudice requirente.de renun.in in præſentia.tũ quia requiſitus eſt merus executor.de offi.deleg.paſtoralis.§. ꝑterea. C. de execut.rei iu.ſi vt proponis. & ꝓ eis facit ꝑdi.l.ſi.cui.§.fi.ff. đ accu. Quidã ꝯtra,ꝙ pręcedat aliquis cognitio, aliàs ſine cã infamaret, q ſic ſtatim ligatus remitteret,ad hoc ff. de cuſto. & exhib.re.l.diu⁹.C. de exhib.re.l.fina.C.vbi de crimine agi oportet.l.1. Et hoc in ſua diſputatione tenuit Barto. de Pratis,per prædictam l. diuus.inducẽs etiã l.ne in arbitris. C. de arbit.

† Aliàs, ſecure.

† Ie quodam manuſcripto ita: ac in eodem regno,vt ꝑmittitur,nõ imperio certum &c.

† Aliàs ſæpe dictum.

a ¶Citatum.] vide qđ not. & dixi eod. tit. tenor. in glo. penultima.

¶Gl.ſe.alle.4.concor.dupliciter exponit & remittit,& differentiã ſubdit.

b ¶Homoque ligius.] đ homagio habet de accuſ.veniens.de ſimo.ex diligenti.de exceſ.prælа.grauem.de reg.iur.c. fin.qđ aliàs dr̃ hominis ligiũ.Dr̃ aũt ligius quaſi ligatus,vel legi⁹ quaſi legalitatem ſeruans.de hoc Martinus de Fano cõpoſuit quendam tractatũ,quem ponit Speculator.& latius proſequitur de ſeu.§,ſecũdo Et vt ibi not.hominis ligium fit Imperatori vel regi nullius alterius fidelitate ſalua,ſed in vaſallitico vel fidelitate reſeruatur ſaltem Imperatoris fidelitas vel auctoritas.in li.feu.de pro hi.feu.alie. l. imperialẽ. Nec videtur quis eſſe poſſe ligius duorum, ſed bene poteſt eſſe ligius 1 vnius, & vaſallus alterius, vt hic vel vaſallus plurium, & ibi de hoc verſi.10.& ver.ſequentibus.

1 Et tunc fœmina poteſt ſuccedere. Decius conſil.136.& vide Abbatem in c. eã te. de iure-patronat.

2 Vult hæc glo. iuncto text. ꝙ ratione originis ſortiтur quis forum. qđ intellige tam de origine propria, q̃ paterna, vel auita,vide p Bar.in l.aſſũptio. ff. ad municip. Abbas Siculus.

c ¶Originem.[Nota pro fero originis 2, de quo de paro.c.fi.in 1. glo.de temp.ordi.ordi.cum nullus,lib.6.& in Spec.de compet.iudi.adi.§.1.ver ſic 42.& 43.

d ¶Non ſubfuit.]innuit per non ſubditum crimen læſæ maieſtatis non committi.

e ¶Non habebat.]Not.non valere ſententiam ex cui us tenore deprehenditur euidens iniquitas.de hoc dixi poſt Inno.eod.tit.cum Bertholdus.ſuper verſ.conceſsimus.

ADDITIO.De hoc videre poteris Panor.in cap.qm̃.de probat.

f ¶Propter quam etiã.] tolle hic litterã quæ eſt in fin. huius §. proprie terminos poteſtatis ex ceſsit in meſſem, noſtram,&c.

† Aliàs ſubiacerent.

g ¶Diſtrictum.] cũ Roma ſit de tẽporali dominio Eccleſiæ. quadrageſimatertia di.ego Ludouicus.vigeſimatertia q. vlt.igitur de ele.fundamenta.lib.6.

† Hæc duo verba,& loca, deſunt in antiquioribus codicibus.

¶Gloſſa ſequens quærit & remittit.

h ¶Debitis.]q̃d de debitoribus ꝑ iuramentũ obligatis,hoc poſito ꝙ hæc ſnĩa fuiſſe iuſta,ſcripſi poſt Hoſtiẽ.đ cẽſib. ſignificauit.ſuper.glo.2.

i ¶Fidelitate.]hoc bñ facit Papa de ſubditis imperio.15.q. 6.alius. & c.nos ſanctorũ. & eod. tit.cap.2.lib.6.hoc ratione criminis. de hære. c. fin.de pœnis.c.fi. procedit autẽ hoc ex ſuperioritate,de qua ĩfra,§.fin.

k ¶Subiectæ.] argu. ad not.16.q.7 filijs.in 1.glo. ſ.ꝙ per damnationẽ vel confiſcationem iudicis ſecularis non perdit quis iuſpatronatus 3.

l ¶Falcem.] qđ facere non licuit.de elect. venerabilẽ.in princ. cum ſuis concor.

† l.vt vim, vbi late doctores.ff.de iuſtit.& iure.

m ¶Sic graui.]læſæ maieſtatis.

n ¶Licuerit.] facit ad not.ff. de conſti. prin.l. 1.& C. ſi contra ius vel vti. pu.l. vltim. per Innoc. de conſti. quæ in eccleſiarum. per Hoſtienſem in ſum. de reſcript.§.quas vires.ver. poteſt autem.facit etiã ad quæſtionem de iudice habente arbitrium, quam not.ĩ.de verb.ſignific.ſæpe.ſuper verſi. defenſiones.

3 Hãc gloſſam late proſequit̃ Io.Imo.tenens an bonis confiſcatis confiſcetur ius patronatus.

o ¶Nomine.]ſic eo.tit. cap.fi.lib.6.2.q.1. in primis in fin.

p ¶Vulgi.] cuius opinio quandoque inſpicitur.ff. de flu. l. 1. & ff. de ſun.inſtrum. l. cum de lanionis. §. aſinam. de pur. vul. per totum. & nota de reſcriptio. nonnullis. in 4. gloſſ. Ouidius de Ponto : Vulgus amicitias vtilitate probat.

q ¶Superioritate.] vt in conſtitutione Romani.ſ̃.de iureiur.

r ¶Succedimus.]de fo.compe.licet ex ſuſcepto & huiuſmodi poteſtati non participant legati de latere.de hoc Spec.tit.2. §. nunc oſtendendum.ver.19.Ioan.And.

s ¶Dominantium.]Apoca.19.c.vltra medium.1.ad Timoth.6. & facit 7.diſt.quæ contra mores in fi.de deci.tua.2.

a ¶Conceſſit.]

a ¶*Conceſſit.*]Matthæi xvi.
b ¶*Ex eis.*]concor.de elect.qualiter.in fin.j.de immu. eccle. qm̃.
c ¶*Conſilio.*]vide quod not.eo.tit.c.2.lib.6.in 1.glo.
d ¶*Reuocamus.*]Concor.de re.eccl.non alie.ſi quis.eo.tit. ad audientiam.& quod not.ibi.de offi.ordi.c. penul. & 2.q.1. primates.

nobis licet immeritis in ꝑſona beati Petri conceſſit[a], ſnĩam & ꝓceſſus oẽs ꝑdictos, & qcquid eis[b] ſecutũ eſt,vel occaſione ipſorũ,de fratrũ noſtrorũ cõſilio[c] declaramus fuiſſe ac eſſe omnino irritos & inanes,nullũq; debere aut debuiſſe ſortiri effectũ,ſeu nocumẽtũ vel notã afferre cuiquã,vel quomodolibet attuliſſe. Ipſoſque nihilominus quatenus proceſſerũt de facto, & quicquid ex eis ſecutũ eſt,vel ab eos,vel in poſterũ ſequi poſſet,in irritum reuocamus[d].

TITVLVS XII.

## De appellationibus.

¶Clemens v.in concilio Vienneñ.

¶*Valet appellatio coram maiore parte plurium iudicum.Sed appellato eſt appellatio,delatio,& termini præfixio intimanda.Zabarella.*

CAP. I.

SI à iudicibus[e] † duobus aut pluribus fuerit appellandum[f], quia forte de facili eorũ præſen-

*SI à iudicibus.*]CASVS. Tu & ego litigabamus ſup aliqua re corã pluribus iudicib⁹ delegatis nobis datis vel ordinarijs: tulerũt ſnĩam ꝯtra te abſentẽ legitime citatũ,vel ꝯtra te præſentem, & non appellaſti, ſed voluiſti peritos cõſulere,id eſt voluiſti petere cõſiliũ à peritis & ſapientibus,an deberes appellare vel non:conſilio habito vis appellare: quæritur, vtrum ad hoc ꝙ valeat appellatio, reqratur ꝙ omnes iudices ſimul conueniantur,vel an ſufficiat ꝙ adeantur ſeparatim vnus in domo,alius in eccleſia,& an etiã poſsis petere apoſtolos ſeparatim ab eis?Dicit Romanus Pontifex,ꝙ ſufficit interponere appellationem coram omnibus,vel coram maiori parte etiã ſeparatim,& valet ac ſi ſimul conuenirentur.Sed quid? appellaſti ab omnibus ſimul,& interpoſuiſti appellationẽ tuã in abſentia mea, nunquid debes mihi appellationẽ intimare, etiã delationem vbi delatũ eſt negotiũ principale,& etiã termini præfixionẽ.vt in termino poſsim me ꝑſentare corã iudice ad quẽ appellatur? Dicit ꝙ ſic:quia intimatio legitime eſt fienda mihi appellato, ſm̃ tenorẽ c.cauſam.s̃.de ele.hoc dicit.H.R. ¶Colligo aliqua notabilia. Primo iuncta gl.ꝙ quis põt appellare à pluribus iudicib⁹ ſeparatim, vel à maiori parte,licet olim ſecus.Not.ſecundo differentiam inter appellantẽ ab electione,prouiſione,vel poſtulatione,& appellantẽ à diffinitiua vel ab interlocutoria:quia appellãs ab electione,poſtulatiõe,vel prouiſione debet intimare,id eſt notificare appellationẽ ſuã parti appellatæ,hoc eſt ꝯtra quẽ appellatur & ſic debet intimare appellationẽ tantum.Sed qñ.appellatur à diffinitiua ſnĩa,vel ab interlocutoria,reqritur intimatio recuſationis, qa nõ detulit appellationi tuæ,vel admiſsioni appellationis ſiue delationi,vel quia detulit iudex appellationi tuæ,& debet intimare terminũ ſibi ꝑfixũ infra quẽ debet arripere iter ſuũ ad ꝓſequẽdã appellationẽ,vt ipſe appellatus etiã ſuũ iter arripiat ad ſe ꝑſentãdũ & defendendũ.Et ratio diuerſitatis eſt qa qñ appellat̃ ab electiõe.poſtulatiõe,vel ꝓuiſione,ſolũ intimat̃ appellatio,nõ tñ delatio,vel termini præfixio:qñ autem appellatur à ſententia diffinitiua,requiritur ꝙ intimetur appellato appellatio.¶Itẽ delatio vel recuſatio,& termini præfixio eſt quia in primo caſu terminus ſtatuitur à iure infra quem quis habet arripere ſuũ iter,ſi appellatio fuerit admiſſa,puta quia appellans intra menſem in ſecũdo caſu, qñ appellatur à diffinitiua,nõ ſtatuitur à iure terminus,vt qs proſequatur vel defendat appellationẽ,quare ſtatuitur ab homine.

Not. iuncta gl.Paria ſunt intimationem nullũ facere,& facere, ſed non legitime.Et dr̃ fieri nõ legitime qñ fit ad domicilium cũ poſsit apprehendi perſonaliter.Not.ꝙ licet quis poſsit appellare à pluribus ſeparatim iuxta formam hic cõtentam,tñ cũ quis appellat,non debet ab vno ſolo,ſed ab omnibus vel à maiori parte appellare,ex quo omnes pariter procedunt:quia nõ poteſt vnus ſolus iudex grauare,vt gloſ.in verbo,ſimul,prope finem:Si autem vnus ſolus ex pluribus grauet,tunc ab illo ſolo poteſt appellari.

Not.ꝙ tam appellatio,quàm apoſtolorum petitio poteſt ſeparatim corã iudicibus fieri,vt gl.hic in verbo,appellare.Ex quo not. ꝙ qualitas in fine poſita concernit omnia præcedẽtia.de quo per Bart.in l.præter.ff.vi bonorum rapto.Nota ꝙ appellatio non eſt neceſſario interponenda in præſentia appellati,ſed ſibi ignoranti eſt poſtea intimatio,id eſt notificatio,ſeu inſinuatio fienda,qñ talis eſt appellatio,quæ ipſo facto non deuoluit cauſam.Et vtrũ appellatus ire teneatur niſi citetur,vide hic per doctores, & in cle. cauſam.s̃.de elect.Not.licet coram pluribus iudicibus poſsit ſeparatim appellari,ipſi tñ iudices debent poſtea ſimul conuenire ad deferẽdum appellationi,id eſt,an debeant admittere appellationem vel non,& debent ſimul conuenire ad præfigendum, id eſt ad ſtatuendum terminum,vt in gloſ.in verbo,præficionis.

Nota textum,*à iudicibus.*Iudex enim dr̃,quaſi ius dicens populo,vel iure,ſiue iuſte diſceptãs,& eſt etymologia.Iure autem diſceptare eſt iuſte iudicare.Non enim eſt iudex,ſi non eſt in eo iuſtitia,vt cap.forus.§.in omni quoque negotio.de verbo.ſin.Et iudex eſt q ex iuriſdictiõe ꝓpria aut ſibi delegata & cõmiſſa,ius habet ſuper cauſas litigiorũ vel litigantiũ cognoſcẽdi.Et multi ſunt iudices:Quidã eſt iudex ordinarius,& eſt ille q habet poteſtatẽ à ſe iure ſuo hoc ipſo ꝙ eſt talis,vt ep̃s,balliuus,præſes ꝓuinciæ, & cõſimiles.Et alius iudex qui dr̃ delegatus,& eſt ille qui habet poteſtatẽ de cauſa aliqua cognoſcẽdi ab aliquo ſibi cõmiſſa, qui etiã dr̃ iudex extraordinarius. Vel iudex delegat⁹ eſt, cui cã cõmittitur terminãda vel exequenda vices delegãtis repræſẽtans,& in iuriſdictionẽ nihil propriũ habẽs, vt ff.de offi.eius cui man. eſt iuriſ.l. 1. in fi. & l. 3. de offi.dele.Vel delegatus ẽ is cui à sũmo Põtifice,vel ordinario,vel delegato principis cauſa cõmittitur. Inde ſub delegatus qui dr̃ reſpectu delegati. Et alius iudex qui dr̃ iudex cõpetens,qui cauſæ iuriſdictionem habet cum exercitio ſibi dato,quod per exceptionem poſsit elidi,ſiue exceptio cõtingat perſonã,vt quia ſuſpectus? ſiue cõtingat iuriſdictionem,vt quia reſcriptum ſurreptitium,vt in cle.cum lite.s̃.vt lite pendem.nihil inno.in gloſ.Et alius iudex, q dr̃ incompetens,& eſt in quem,licet non idoneum cõſenſerimus vel quia ipſe nullã iuriſdictionẽ habebat,vel quia interuenit error in adeundo ipſum,vel quia compulſus ſum in eum conſentire.Eſt alius iudex qui dr̃ compromiſſarius,& eſt ille qui ex compromiſſo,id eſt ex conſenſu partium.& ex litigantiũ electione de cauſa cognoſcit,qui nullam habet iuriſdictionem propriam ſeu delegatã.ff.de arbi.l.1.Et alius iudex qui dr̃ Pedaneus iudex, & eſt ille cuius officium eſt de minutis cauſis & infirmis cognoſcere,& inutilibus & vilibus,licet ſit ordinarius.Eſt alius iudex qui dr̃ iudex Chartularius.Et olim tales iudices erant priuilegiati ab Imperatore,vt qui vellent corã eis litigare,poſſent:ſed ipſi nõ poterant aliquẽ cogere ad litigãdũ corã eis.Et dicuntur etiã hodie iudices ordinarij creati à comite Palatino,q non habent adminiſtrationẽ niſi in habitu,vt notatur in l.prima.ff.de iudici.& l.fina. C.vbi & apud quos cognitio reſtitutionis agenda ſit.& iſti iudices vocantur hodie notarij Apoſtolici & imperiales,& chartularij à charta:quia dũ creantur,mittuntur in poſſeſsionem chartæ. Eſt alius iudex qui dr̃ domeſticus,& iſti iudices dicuntur eſſe,ex quibus pro magna parte pendet ius & conſilium.Hi etiam dicũtur aſſeſſores,eo ꝙ aſsident,id eſt,iuxta ſedent.Vel ſiunt ſimiles, ſiue comparantur iudici:& in cauſæ cognitione ſimul præbent conſiliũ vel officium, vt patet ex rubric.C.de Aſſeſſor.Not. *Apoſtolos.*Apoſtoli in iure dicuntur litteræ datæ appellãti, in quibus continentur allegationes,& qualiter in cauſa proceſſum ſit.Item apoſtolorum alij ſunt cõuentionales,ſcilicet qñ pars admittit appellationẽ,ſiue in iudicio iudice refutante ſiue tacente,vel extra iudicium,vt extra de appellatio:c.ſæpe.& c.oblatæ.Alij Apoſtoli ſunt teſtimoniales,teſtificãtes de appellatione facta.Alij ſunt dimiſſorij,ꝑ quos apparet quòd iudex detulit appellatiõi.Alij ſunt refutatorij,ꝑ quos apparet ꝙ iudex nõ detulit appellationi. Alij ſunt reuerẽdi ſiue reuerentiales,ſ. qñ ob reuerentiam ſuperioris appellationi defertur,vt c.1.de appellatio.lib.6.in glo.& s̃.in cle. ſi ante.de dolo & cõtu.Not.*Delationi.*Delatio, delationis venit à defero, defers,quid ſignificet,vide s̃.in cle.ſi ante. de do. contu. Not.*Terminum præfixionis.*Præfigo,gis cõponitur de præ & figo, quod idẽ eſt qđ imponere,immittere, inferre fortiter & ſtabiliter imponere,& producit ſi.Et dic terminũ præfixionis, id eſt impoſitiõis termini,qa iudex debet imponere,ſtatuere,& ordinare terminũ ipſi appellãti,intra quẽ ipſe arripiat iter ſuũ ad eundũ ꝓſecutũ appellationẽ ſuã.Not.*Intimatio,*onis,venit đ intimo,as, aui. a.p.id eſt demonſtrare,indicare,nũtiare,notificare. Et dr̃ ab intimus,vel ab in & timos,qđ eſt mens,quaſi in mente inculcare, & immittere,ſm̃ Hug.Vel dr̃ ab in,& time,quod eſt anima vel mẽs ſm̃ Papam.Nota ꝙ appellatio debet intimari appellato ignoranti.Dic tamen ſufficere ꝙ eius procuratori ſpecialiter in cauſa cõſtituto intimetur.de elect.cle.cauſam.1.reſpon.Zabarel.

¶*Prima glo.diuidit,& declarat de quibus iudicibus intelligatur.*

e ¶*Si à iudicibus.*]Se ſummat.Et ſunt duæ partes. Secunda: ibi, *Eſt tamen.*Et quod dicit iudicibus,intelligo ordinarijs vel delegatis,ſiue ſint ad cauſas,ſiue ſint executores ad gratias:& idem etiã puto de arbitris iuris,à quibus appellari poteſt.de of.dele.ab arbitris.cum eadem ſit ratio.

f ¶*Appellandum.*]in iudicio vel extra à ſnĩa vel grauamine forte.

† Nota ꝙ indiffinite dicitur iudicibus in omnibus igitur cuiuſcuque ſpeciei iudicibus vendicat ſibi locũ vt in gloſ. 1. Petrus de Anchara.

dato ergo ꝙ haberi poſſet ipſorum copia,locus eſſet ei quod hic dr̃.Sed ante conſtitutionem iſtam tunc ſolum ſic diuiſim de facto appellabamus,quando cõiter iudices haberi non poterant, vnde ſeruabatur,quòd ſingulariter requirebantur,vt conuenirent.

¶*Gloſſa ſequens ponit opinionem Innoc.quam coaptat.*

tia ſimul[a] haberi non poſſet, liceat coram ipſis [b] vel maiori [c] parte ipſorum appellare [d], & apoſtolos petere ſeparatim: valebitque appellatio talis [e], ac ſi ſimul [f] fuiſſe in eorum præſentia ab omnibus appellatũ.Eſt † tamen appellato ignoranti [g], appellationis, nec non delationis[h], eorum [i], & termini præfixionis [k], ſi ſubſecutæ fuerint, intimatio legitime [l] facienda.

Appellãs ab vno ex pluribus iudicibus an bene appellet.

a ¶*Simul.*]Scire debes ꝙ Inno,in decr. cum ſuper, de offic. delega, in gl.magna. circa mediũ, dicit quòd ab vno ex pluribus iudicibus nõ poteſt appellari, niſi appelletur ab omnibus: quia cum non ſit licitũ appellare niſi à grauamine,& vnus ſine alijs grauare non poſsit, qa ſolus iuriſdictionẽ non habet,ergo nõ ab vno, ſed ab omnibus ſimul appellandum eſt ſed ſi Inno.intellexit ſimul in loco, ſcilicet congregatis tẽpore quo appellat̃,hoc hic corrigitur : ſed ſi intellexit ſimul reſpectu formæ vel interpoſitionis,hoc hic nõ tãgitur:licet.n.hic ſeparatim appelletur,tñ ab omnibus appellat̃.Hoc tñ ſcias,ꝙ quotiẽs vnus ex plurib⁹ iudicibus ꝓcedere põt,& ab ipſo ſolo ſi procedit,poterit appellari de primo vide quod not.de arbi.c.2. lib. 6.

† In quodã manuſcri- pto ita : Eſt tamẽ appellato etiam ignoranti, &c.

b ¶*Coram ipſis.*]vide quod not.de elect.vt circa.lib.6.in præſentia enim iudicis appellandum eſt.2.q.6.biduum.vbi de hoc, & s̃. eod.tit.ſuggeſtum.

¶*Gloſſa ſequens exponit,quærit & ſoluit.*

c ¶*Maiori.*]quando ſunt plures q̃ duo.Nam in duobus nõ eſt dare partem maiorem:oportebit ergo tunc ꝙ coram ambobus fiat appellatio,ſi diuiſim poſſunt haberi.Sed quid ſi ambo etiam diuiſim non poſſunt haberi,vel qñ ſunt plures , nõ poteſt haberi pars maior etiã diuiſim?Solu.ex quo non ſtat per appellantẽ , ſibi non nocet.facta igitur poteſtatione appellet coram illis,vel illo,quos vel quem habere poteſt,vel ſi nullũ poteſt habere , coram publicis & honeſtis,perſonis.eo.tit.c.ſi.de offic.ord.paſtoralis.ſi haberet copiam iudicis ad quem,coram illo appellet.2.q.6.biduum.

Appellatio qualiter interponetᷣ à duobus iudicibus,qui etiam diuiſim haberi nõ poſſunt.

d ¶*Appellare.*]ſeparatim,vt ſequitur.eſt enim mens litteræ, quod quilibet iſtorum actuum appellatio & apoſtolorum petitio ſeparatim fieri poſsit.

e ¶*Talis.*ſupple,& apoſtolorum petitio.

f ¶*Ac ſi ſimul.*]concor.de re iudi.c.penul.lib.6.

g ¶*Ignoranti.*]ſciens enim certificari non debet.de reg.iur.eum qui certus.lib.6.Præſumitur autem ignorantia.de reg.iur. præſumitur.lib.6.cum concor.

Ignorantia præſumitur.

h ¶*Delationi.*]vbi delatum eſt,tunc negotiũ principale per hoc eſt corã in iudice appellationis.s̃.eo.cũ appellationibus.lib. 6. & ideo intimandũ eſt appellato.Et facit hæc littera ad id quod not. ꝙ deferre appellationi,& terminum illi præfigere ſunt diuerſa.

i ¶*Eorum.*]ſcilicet iudicium.

¶*Gloſſa ſequens rationem reddit,quærit & ſoluit.*

k ¶*Præfixionis.*]ad iter enim arripiendum,vel ad ſe præſentãdũ potuerunt terminũ aſsignare.eod.tit.cũ ſit Romana,quæ termini aſsignatio,quia multũ operatur,vt eo.ti.ſæpe.ideo parti hoc ignoranti debet intimari,Sed nunquid hæc delatio & termini præfixio ſeparatim per illos iudices fieri poterit?quod vr̃ per hanc litterã: ſed forſan eſt mens litteræ,ꝙ iudices illi poſtea conueniẽt.& deferent,vel terminum ſtatuent,quod intimati debet appellato.

Index appellat oni poteſt præfigere terminum appellanti ad iter arripiendũ, & ad ſe ſuperiori ꝑſentandum.

¶*Glo.ſeq.exponit,dubium ſoluit,& vnã diuerſitatis rationẽ ſubdit.*

l ¶*Legitime.*]per modũ qui habetur s̃.ea.compil.de elect.cauſam. vt ibi patet in fin.Nec puto hanc intimationẽ ſolum faciendã,qñ ſic ſeparatim appellatur,ſed etiam fiet qñ ſimul à iudicibus appellatur,vel qñ vnus ſolus eſſet iudex à quo appellatur, propter rõnes quas s̃.notaui.Et aduerte,quia decre.illa cauſam.nil. dicit de intimatione delationis vel termini,ſed ſolius appellationis, & eſt ratio,quia cauſæ beneficiales,de quibus ibi dr̃,quo ad principale deferuntur per appellationes,& habẽt terminũ ſtatutũ à iure ad ſe præſentandum.& hæc pars cui notificatur appellatio ignorare non debet,aliævero non:& ideo ſi deferatur,vel terminus ſtatuatur ab homine,notificentur hæc appellato, qui potuit ignorare.

Appellãti in cauſa beneficiali ſufficit ſolam appellationẽ appellato intimare.

QVamuis.]Præſupponẽdum eſt, ꝙ qui poteſt appellare à quocunque grauamine,ſiue inferatur in interlocutoria , ſiue in diffinitiua.Et appellans debet petere apoſtolos,id eſt reſponſionem iudicis.Et quare dicantur apoſtoli,vide s̃.de apoſtolis dimiſſorijs & reuerentialibus.

CASVS.Iudex dedit ſnĩam ↄtra me:appellauit quærit̃ an debeã petere apoſtolos ſæpius,vel vlt.ſit neceſſe ꝙ inter petitiones apoſtolorũ ſit aliquod interuallũ,id eſt,aliqđ ſpatiũ tẽporis,vel vtrũ ſufficiat multiplicare vno & eodem contextu,dicendo:Dñe detis mihi apoſtolos,& iterũ ſupplico ꝙ detis mihi apoſtolos,& iterũ vos dep̃cor ꝙ detis mihi apoſtolos ? Et dicit ꝙ poſsũ petere apoſtolos ſæpius vno & eodẽ cõtextu.Sed qđ erit ſi iudex à quo appellaui non dedit apoſtolos,ſed mihi aſsignauit terminũ ad dãdũ apoſtolos,quæritur vtrũ die aſsignata debeã cõparere corã iudice , vt illa die recipiam apoſtolos,ita ꝙ videar renuntiare appellationi,niſi compaream?Dicit ꝙ illa die debeo cõparere,aliàs ſi nõ compaream,ſentẽtia poteſt executioni demandari. Sed quid ſi iudex aſsignet mihi diem infra terminum iuris,qui terminus eſt triginta dierum à die ſententiæ, cõputãdo quando fertur ſnĩa contra præſentem. l.à iudicibus. C. eod. Si aũt feratur ↄtra abſentem,tunc incipiunt currere illi dies triginta à tempore notitiæ.l.2.C.quomodo & quando iudex.vtrũ ſit neceſſe comparere in omnibus illis triginta diebus,vel vtrum ſufficiat ſemel comparere ? Dicit ꝙ ſufficit aliquo die comparere,dũ tamen compaream loco & tempore cõgruis, puta,ꝙ non compaream dum iudex eſt in menſa,vel in lecto , vel in balneo.Sed quid iuris,ſi iudex noluit dare apoſtolos, vel promiſsit dare,& aſsignauit terminum:ille autem die aſsignata,ſiue in illo termino aſsignato nõ dedit apoſtolos?Dicit ꝙ poſſum ꝓſequi meam appellationẽ,ac ſi iudex apoſtolos dare denegaſſet. hoc dicit.H.R. ¶ Colligo aliqua notabilia.Primo nota,ꝙ æquitas præfertur rigori.& hoc verũ,loquendo de æquitate ſcripta, & rigore ſcripto ſecus ſi nõ eſſet æquitas ſcripta : quia nullus alius à principe põt ſequi æquitatem non ſcriptam , dummodo rigor ſit ſcriptus:quia nullus alius poteſt iudicare vtrum rigor contineat æquitatem vel nõ.l.inter æquitatem.C.de legib.tñ dicunt aliqui, quòd domini de parlamẽto poſſunt præferre æquitatem nõ ſcriptam rigori ſcripto,tñ iſtud non reperitur iure cautum, licet dñi de parlamento illud obſeruent.Nota ꝙ apoſtoli ſunt ſæpius petendi,& non requiritur ꝙ petãtur per interuallum,id eſt,ꝙ interponatur actus extraneus, ſed ſufficit ꝙ eodem cõtextu petantur.

Not.ꝙ ſi alicui appellanti iudex aſsignet certum terminum ad dandum apoſtolos,tunc appellans debet comparere illa die,aliàs ſententia non impediretur executioni mandari. Nota quarto, ꝙ ſi iudex aſsignet appellanti terminum iuris,ſufficit appellanti ſemel comparere coram iudice. Nota ꝙ paria ſunt denegare expreſſe apoſtolos , & fraudulenter diſsimulare. Nota ꝙ tempus, præfixum,id eſt ſtatutum ad petendum apoſtolos,currit à tempore ſententiæ,& illud tempus eſt triginta dierum : quia appellans infra xxx.dies à tẽpore latæ ſententiæ debet petere apoſtolos,vel incipit currere eo tempore quo incipit currere decendiũ appellationis interponendæ,id eſt tempore ſententiæ latæ,vt in gloſ. 3. hic:Nota ibi,*Decernimus.*ꝙ iſtud verbum decernimus,inducit ius nouum,vt gl.in verbo,decernimus.Nota quòd apoſtoli , qui petuntur in cauſa appellationis,interdũ vocantur epiſtolæ, interdũ dimiſſoriæ.Et quid ſint apoſtoli,& vnde dicantur,dixi s̃.proxime. & etiam vide Specul.eo.tit.in quarta parte.verſi.ſequitur.& glo. in c.cordi.eod.tit.lib.6.Et dantur apoſtoli vt inſtruatur iudex ad quem,vt dicit gl.in verſi.nec.petat.Nota ꝙ obſeruantia cõis attendenda eſt:talis enim obſeruãtia ſecundum Lau.eſt optima legum interpres.de conſue.cum dilectus.maxime ſi in Romana curia obſeruetur:quia quod Romæ fit,ſpectandum eſt ff.de offi. præſi.ſed licet.12.diſt.c.1.& 4.Nota infra iuris terminum. qui terminus dicitur triginta dierum,& infra illos triginta dies debet apoſtolos petere,& etiam infra illum terminum debet iudex illos dare vel recuſare,& iſte terminus ita bene arctat iudicem ſicut appellantẽ.Nota,*Cõgruo*,id eſt competenti.apto.Not.*Recuſat*, id eſt refutet,renuat,vt s̃.i cle.paſtoralis.de ſen.& re iud.in verbo.recuſantem.Nota.*Oblatos*.i.datos de offero,vt s̃.ead.cle.prox.allegata.

Apoſtoli intra triginta dies ſunt petendi.

¶Idem.

¶ *Sufficit apoſtolos peti vno contextu ſæpius & inſtanter : ad quos recipiendos ſi iudex certum terminum ſtatuat, appellans illos non petens in termino , appellationi renuntiat.Item cum iudex ſtatuit terminum iuris incertum,intra quem appellans illos debite non petiuit,vel oblatos recipere renuit.*

CAP. II.

QVãuis[m] rigor iuris[n] expoſcat,eũ qui appellat debere petere apoſtolos congruo loco & tẽpore[o],ſæpi⁹ & inſtãter.

¶*Glo. prima ſummat,diuidit.& dicit quid determinat, & remittit.*

m ¶*Quãuis.*] Caſus ſufficit apoſtolos peti vno cõtextu ſæpi⁹ & ĩſtãter:ad quos recipiẽdos ſi iudex certũ terminũ ſtatuat, appellãs illos ñ petẽs ĩ termino,appellationi renũciat.Itẽ cũ iudex ſtatuat terminũ iuris incertũ,infra quẽ appellãs illos debite ñ petiuit,vel oblatos recipere renuit.ponit vlti.tres caſus,qb⁹ appellãs ñ habẽs apoſtolos,appellationẽ proſeq.põt.Et ſunt quatuor partes.Scđa: ibi,*Verum.*Tertia:ibi,*Similiter.*Quarta:ibi,*Quod ſi.*Et determinat primũ dictũ quod not.s̃.eo.tit.ab eo.lib.6.in 3.gl. vbi patet quod mihi placebat iſte rigor,de quo loqtur principiũ,& idẽ ibi Arch.

n ¶*Iuris.*]2.q.6.poſt appellationẽ.& §.vlt.ad ſi.C.eo.tit.iudicibus,

o ¶*Tempore.*]ſcilicet xxx.dierũ,qui currunt à tẽpore ſententiæ,

vel ab eo

yel ab eo tempore, à quo incipit currere decẽdium appellationis interponendæ. ſic intellige quod not. ſ. eod. tit. ab eod. in glo. 2. & eſt ſimile qđ not. ff. de execu. tuto. l. quinquaginta. olim dabantur v. dies. 2. q. 6. ab eo. & eſt iſte terminus etiam iudicis ad tradendũ, vt probant iura prædicta.

Nos autem antiquam & cõmunem obſeruantiam[a] † litigantiũ ſequi, & æquitatẽ rigori præferri[b] volẽtes: decernimus[c] ſufficere ꝙ per appellantem ſimul vno contextu[d] apoſtoli[e] inſtanter & ſæpius poſtulentur. ¶ Verum ſi iudex à quo appellatur, certum[f] terminum ad recipiendos apoſtolos appellanti aſſignet, & appellãs in aſſignato ſibi termino non compareat coram eo, nec petat[g] apoſtolos ſibi tradi, appellationi ſuæ renũtiaſſe videtur[h]. ¶ Similiter † ſi iudex appellanti reſponderit, infra iuris terminũ apoſtolos ſe daturum, appellationi ſuæ renuntiaſſe appellans intelligitur, niſi infra dictum[i] terminum[k] congruo loco & tẽpore inſtanter & ſæpius ſaltem vno contextu petat apoſtolos ab eodem iudice ſibi dari †, vel ſi reciperet recuſat oblatos[l].

*¶ Ponit tres caſus, quibus appellans non habens apoſtolos, appellationem proſequi poteſt hoc dicit. Ioan. And.*

¶ Quòd iudex in termino ad dandum apoſtolos præfixo per eum, ipſos appellanti petenti non dederit[m]: aut ſi[n] dum peterentur apoſtoli reſponderit ſe daturum eoſdem, nullo termino certo ſibi præfixo[o] †: vel infra,[p] iuris terminum ſe eos aſſeruerit velle dare, & poſtea per appellantem congruo † loco & tempore ſæpius & inſtanter vno contextu etiam requiſitus, eos non curauerit infra eũdem terminum exhibere: appellationem ſuam ex tũc[q] proſequi poſſit appellãs, ac ſi expreſſe fuiſſent eidem apoſtoli denegati[r].

¶ Idem.

*¶ Appellans, proſequi & finire tenetur appellationem extraiudicialem infra annum à die interpoſitæ appellationis, vel illati grauaminis: quo non facto (impedimento iuſto ceſſante) appellatio eſt deſerta. h. d.*

CAP. III.

Sicut appella-

† Nota ꝙ obſeruãtia cõis attendenda eſt talis enim obſeruentia ſecũdũ Laud. eſt optima legum interpres. de conſuetu. cum dilectus. Zab.

a ¶ *Obſeruantiam.*] ſimile. ſ. ea. cõpil. de æta. & quali. generalẽ intantũ autem vigebat hęc obſeruãtia, ꝙ dicebat Guli. ꝙ nonquam viderat hoc opponi, vt not. in decre. ab eo.

b ¶ *Præferri.*] ſimile de re. permu. c. vnico. lib. 6. Quibus autem caſibus præferatur æquitas rigori, & econtra, ſatis ſcripſi de tranſa. c. fi.

† Nota ꝙ terminus iuris h'c æquiparatur termino hominis: ſicut enim nõ potẽs apoſtolos in termino hominis cenſetur appellationem deſeruiſſe, ſupra §. proximo: ita & in termino iuris, vt hic.

c ¶ *Decernimus.*] ꝑ viã declarationis. debuiſſet enĩ dici ꝯtrariũ, vt ſ. patet. & ideo vtitur iſto verbo. ſimile de regula. conſtitutionem. lib. 6.

*¶ Gl. ſeq. litteram exponit, & dubium ſoluit.*

d ¶ *Vno contextu.*] Lex dicit de teſtamento in ſcriptis, ꝙ vno cõtextu fieri debet. & declarat vno contextu fieri, cũ nullus alienus actus miſcetur. ff. de teſta. hæredes palam. ad fi. ſic etiã electio vno cõtextu fieri debet. ſ. de elect. quia ꝑ ꝑ. ſed hic non imponitur neceſsitas hoc faciẽdi vno contextu. ſed dr̃ ꝙ ſi ſic fiat, valet. non curo an hæc petitio fiat vno contextu cum appellationis interpoſitione nec ne. facit quod not ff. eo. l. 1. in gl. fi. & in Specul. de appel. §. ſequitur. in fi.

† al. tradi.

Apoſtoli varia habent nomina.

*¶ Glo. ſeq. ponit alias denominationes, & de 4. remittit.*

e ¶ *Apoſtoli*] quos interdum epiſtolas. interdum dimiſſorias vocamus. 2. q. 6. ab eo. & cap. poſt appellationem. Quid ſint apoſtoli, & vnde dicantur, & de quadruplici eorum ſpecie & eorum formis, vide in Specul. eod. tit. 4. parte, §. ſequitur.

f ¶ *Certum.*] ſiue per denominationem dici, puta die Iouis proxima: vel per numerũ, puta hodie ad viij. dies, vel octaua die menſis.

*¶ Glo. ſeq. ponit diuerſitatem, & eius rationem.*

g ¶ *Nec petat.*] ſola ergo cõparatio non ſufficeret. non ſic in caſu decr. ſi à iudice. eo. titu. li. 6. eſt enĩ caſus ille ab iſto diuerſus: apoſtoli enim dãtur vt inſtruatur iudex ad quẽ. eo. tit. vt ſuꝑ lib. 6. ſed reuocatio grauaminis fit: vt iuriſdictionẽ reſumat iudex à quo ñ eſt ergo mirũ, ſi plus circa primũ quàm circa ſ̃m arctat̃ appellans, & iudex à quo plus circa ſecundũ quàm circa primum. Ioan. An.

*¶ Glo. ſeq. fortificat textum quærit: & ſub dubio ſoluit.*

h ¶ *Videtur.*] etiã ſi iret vel mitteret pro illa ꝓſequenda ſ. eo. ab eo. lib. 6. Sed quid dices: ſi in iſto caſu vel ſequẽti cõparuit appellãns in termino certo, vt hic: vel infra incertũ, vt j. proxi. rñ. iudex aſsignat nouũ terminũ ab illo recipiẽdo, in quo nõ cõpareat appellans: nunquid renuntiaſſe vr̃? Forte fuit de mẽte huius iuris, ꝙ vltra ſecundã vicẽ nõ teneatur appellans corã ipſo ꝓ hac cã cõparere. Tutius eſt ex quo ſecũdus terminus eſt infra tẽpus iuris 1 infra qđ ad hũc actũ iudex eſt, corã illo in termino prorogato cõpareat: nõ tñ puto ꝙ teneatur plus petere. ſic procedat qđ dixi de vice ſecunda: ſed ſatis eſt ꝙ exhibeat ſe paratũ recipere, ſicut in præd. decr. ſi à iudice. Et licet (vt dixi) hoc ſit tutius: nõ tñ æſtimo eum qui bis cõparuit negligentẽ vel renunciantẽ dici poſſe: aliàs ſequeretur ꝙ ſingulis diebus de termino xxx. dierum poſt appellationem extantibus ad comparendum poſſet vigeri.

1 Nota ꝙ iudex põt præuenire terminũ ſibi ſtatutũ: ſed terminum, quen ius parti aſſignat, non poteſt arctare, d reg. iu. indultũ. 28. diſt. de his. niſi vbi ius hoc ꝓmittit c. cũ ſit. ſupra eo. Imo. Fonta.

*¶ Glo. ſeq. not. differentiam litteræ, quam declarat, & ex eo diſſert.*

i ¶ *Infra dictum.* Not. quia ſ. proxi. rñſo dixi in aſsignato termino: hic dicit, infra dictũ terminũ. vbi ergo eſt certus terminus, debet in termino comparere: nec tũc ſufficeret id ante terminũ facere. vbi vero ſub hac incertitudine, ſcilicet infra terminũ iuris, ſatis eſt infra illũ terminũ petere iterato. Et not. ꝙ licet terminus ſit incertus, cũ rñdit ſe daturũ infra terminũ iuris: puto tñ ꝙ ſi rñderet ſe daturũ in termino iuris, vel vltima, vel penultima die termini iuris ꝙ terminus certus eſſet, nec tũc ſufficeret, ante terminũ cõparere. Et ꝑ id vr̃ hic expreſſum, ꝙ citatus vel iuſſus vt cõpareat, vel aliquid agat infra certum terminũ, vt quotidie fit, ſatis eſt ꝙ infra terminum quandocunque: dumtamen loco & tempore congruo compareat, vel id agat. exempla patent de do. & contu. cum dilecti. de conſue. c. fin. & de præben. ſi pluribus. lib. 6. eod. lib. de elect. c. 2. & c. cupientes. §. quòd ſi per 20.

Iudex reſpondens.

ſe daturum apoſtolos infra terminũ iuris, terminũ aſsignat incertum.

k ¶ *Terminum.*] qui etiam ipſum iudicem arctat, vt dixi in 1. rñſo.

*¶ Glo. ſeq. quærit & ſoluit, contrariam obſeruãtiam ponens, quã partim cõmendat: in fine quærit & arguit.*

l ¶ *Oblatos.*] Sæpius vidi dubitari, cuius expẽſis apoſtoli ſint tradendi. Cõius ſeruat̃ ꝙ expenſis appellantis: ſed hæc littera facit ĩ ꝯtrariũ dũ dicit, oblatos ſicut ergo libellũ, quẽ actor tenet̃ reo offerre. 3. q. 3. offerat̃. ſuis expenſis tradit: ſic & iudex, apoſtolos. ad idem de offi. ordi. ſi canonici. ꝓ hoc facit 2. q. 6. ab eo. vbi eſ̃ ꝙ traditio apoſtolorum expeditur ex officio iudicis. Item facit C. eo. tit. eos. in fin. vbi dr̃ ꝙ etiam non petenti dari debent. hic etiã vtitur verbo dandi, & verbo exhibendi, quo verbo etiam vtitur decre. pia. & decre. ab eo. eod. tit. lib. 6. & decre. vt ſuper. eod. tit. dicit, tribuat. & l. iudicibus. C. eod. canonizata. 2. q. 6. in fi. dicit, cõuenit ꝑſtari: ſatis eſt ergo, ꝙ cuicunque horum verborum attribui poſsit gratuita datio. Itẽ ꝓcedens decre. 1. & decre. vt ſuper. præcipiũt eos exhiberi, & quod præcipitur neceſſe eſt fieri. 14. q. 1. quod præcipitur. de verbo. ſigni. in his, ex quibus vr̃ gratis offerẽdos apoſtolos. & facit ad materiam quod ſcripſi de electio, vt præteritæ. vt dixi. Contrariũ ſeruatur, quod æquitatem habet ſaltem in delegatis. Dubitari ſolet etiam an clauſos & ſigillatos appellans recipere teneatur. & ar. decret. intimaſti. eod. tit. videtur quòd non.

Apoſtoli cuius expenſis debẽt tradi.

† Dictio ꝓfixo, deeſt in antiquioribus codicibus.

† Habes ꝙ illud quod incũbit iudici, debet quis petere congruo loco & tẽpore loco, nõ qñ eſt in prandio, vel in Miſſa, tempore, nõ de nocte, vel cũ eſt in maioribus occupatus facit l. cum filius. §. fin. ff. d verb. obli. & ibi per Bar. Petr.

m ¶ *Dederit.*] hic tolle litteram infra appellationem ſuam, ex tũc & c. idem facias in fine ſequen. verſ.

n ¶ *Aut ſi.*] ſecundus caſus per quẽ patet, ꝙ appellans ſi ſufficienter petit apoſtolos coram iudice, qui rñdit ſe illos daturum, nullo termino ſtatuto, cõparere vlterius nõ tenetur. fortius ergo ſi nihil rñderit. aliàs inutile foret qđ dicitur ſ. 1. reſponſo. & adhuc fortius ſi denegauerit: ſed hoc erat expeditum in decre. ab eo.

o ¶ *Præfixo.*] tunc vel poſtea.

p ¶ *Vel infra.*] tertius caſus. & per id qđ dr̃ hic, & ſ. eo. §. ſimiliter patet, ꝙ iudex à quo, poteſt infra tempus iuris tenere impeditum appellantem: nec enim cogitur infra terminum illos dare. facit de elect. commiſſa. lib. 6. licet ergo ſatis ſit appellanti infra terminum illos petere per modum qui ſeqtur, tenetur tñ finem termini expectare, vt videat an iudex offeret & moram purgaret.

q ¶ *Ex tunc.*] ſcilicet in primo caſu lapſo termino præfixo per iudicem in ſecundo poſt reſponſionem iudicis, ſi poſtea terminum non ſtatuerit, in tertio poſt iuris terminum. ſic intelligo litteram vt ſic cuique caſui continuetur iſte finis, vt ſ. dixi.

*¶ Gl. ſe. ſpecificat ſeptẽ caſus ex textu, & duos addit, & pœnã ponit.*

r ¶ *Denegati.*] nec tenet ꝓceſſus ſuꝑ principali poſtea factus ꝑ iudicẽ à quo. qđ dic vt ſ. e. ab eo. in fi. lib. 6. Ex hac ergo cõſtitutione eliceas quatuor caſus ꝯtra appellantẽ, & tres ꝯtra iudicẽ. Primus, ꝯtra appellantẽ, cũ apoſtolos nõ petit. Secundus & tertius, cũ in termino certo ad id dato, vel infra incertũ illos nõ repetit. Quartus cũ illos ſibi oblatos nõ recipit. Cõtra iudicẽ, vt denegaſſe videat̃, ſunt tres caſus, cũ in certo termino ꝑ ſe ſtatuto illos nõ tradit, vel ſe traditurũ dicit, ſed terminũ nõ ſtatuit, vel dicẽs ſe daturũ, infra iuris terminũ reqſitus illos nõ tradit. Duos caſus addit, ſcilicet qñ rñdet vel denegat. Iudicis pœna eſt, vt proceſſus per ipſum habitus poſtea non teneat. Appellantis, vt appellationi renuntiaſſe videatur. ſ. eod. vt ſuper. & c. ab eo. lib. 6. & hic. Ioan. An.

S*Icut Appellationẽ.*] ¶ Præſupponẽdũ eſt ꝙ appellatio debet proſequi & finiri infra annum, & ſi appellans fuerit impeditus in primo anno, dabitur ſibi alius annus. Sed quærit̃, quid iuris ſi fuerit impeditus etiã in ſecũdo anno, vtrũ dabitur ſibi tertius annus?

tionem [a] iudicialem [b], ſic & extra iudicialem [c] infra annum à die [d] interpoſitionis ipſius, vel à die illati grauaminis, vbi à futuro [e] grauamine appellatur, proſequi & finire [f] tenetur appellãs. Quod ſi iuſto impedimẽto [g] ceſſante nõ fecerit, debebit eius appellatio deſerta [h] cenſeri.

¶Idem.

*¶Tempus ad proſequendam appellationẽ ab homine vel à iure præfixũ, nõ currit appellanti compromiſſo durante, vel de partium expreſſo conſenſu, niſi periculo imminente ex mora iudex aliud decernat.*

CAP. IIII.

QVAM-

Vide Panormit.in c.ſi ratione.in antiq.eod.tit.

CASVS. Appellaui à grauamine extraiudiciali, puta cum eſſem in pacifica poſſeſsiõe vineæ, domus, prati, vidi te paratũ cũ armis ad me impediendũ: appellaui à futuro grauamine, vel cũ canonici vellent eligere inhabilẽ in epm: ego decanus me oppoſui. vtrum iſta appellatio debeat terminari & proſequi infra annum? Dicit ꝙ ſic: aliàs appellatio ceſſebit deſerta, id eſt, derelicta. Sed quæritur, qñ incipit currere annus? Dicit ꝙ ſi appellauerim à grauamine illato: tũc incipit currere annus à die ĩterpoſitę appellationis. Si vero appellaui à futuro grauamine, tuncincipit currere à die grauaminis. hoc dicit. H.R. ¶ Colligo aliqua notabilia. Et primo not, ꝙ dies appellatiõis in qua interponitur appellatio, nõ cõputatur in termino anni ad proſequendum & finiendum præfixi. gl. in verbo, à die. Ex quo nota, ꝙ dictio, a, coniuncta dierum numero, excludit illam diẽ cui adiungitur. exemplũ hic in littera à tali die ſimile notatur in c. ſtatutũ. de præbend. lib. 6. Nota ꝙ à futuro grauamine appellatur extra iudicium dumtaxat, & tũc tempus anni currit non à die interpoſitionis ipſius, ſed à die illati grauaminis. Et not. ſingulariter duo ex hac littera. Primum notabile: quia ſicut datur annus ad proſequendum in appellatione iudiciali, & ex cauſa datur biennium, ita ĩ extraiudiciales, Secũdũ notabile, ꝙ tẽpus anni datur ad proſequendũ & finiẽdũ in vtraque appellatione: & ꝙ ceſſante impedimento vtraque appellatio per lapſum anni remanet deſerta. Et circa impedimẽta vide hic. glo. penult. Et dic. latius vt notatur in c. cũ ſit de appla. Nota ꝙ appellatio extra iudicium comparatur appellationi iudiciali. diſcomparatur etiam, vt not. eo. tit. bonæ de hoc in glo. 3. in fine. Not. quòd extra iudicium appellatur à futuro grauamine de hoc in gloſ. in verbo, à futuro. Zabarella.

*¶Prima glo. dicit quid approbet, & reprobet, & remittit.*

a ¶*Sicut appellationem.*] in hac decret. & ſequẽs, breuiloquus fuit auctor, ita quòd ſummandæ non ſunt. Hic approbat in vno dicto quod not. Inn. eo. tit. cõſtitutus. & c. bonæ. in alio determinat no. C. de tempo. appel. l. fi. §. illud. & reprobat opinionẽ Hoſt. qua no. e. ti. ex rõne approbat qđ olim diſputãdo terminaui, vt j. patebit.

b ¶*Iudicialem.*] 2. q. 6. ei qui. ſ. eo. tit. cum ſit Romana,

c ¶*Extra iudicialem.*] De qua eod. tit. concertationi. lib. 6. & hoc probabamus olim per decret. conſtitutus. eo. tit. quæ loquitur de appellatione extraiudiciali: & tñ appellans non impeditus excluditur à proſecutione poſt annũ. qđ ibi Inno. tenebat cũ determinatione huiuſmodi capituli, ſcilicet ꝙ quando appellat à futuro grauamine, tunc à tempore grauaminis annus proſecutionis incipiat. Et xij. differentias inter extraiudicialem & inter iudicialem appellationem ſcripſi poſt Hoſt. eod. tit. bonæ.

*¶Cl. ſe. primo notat, allegans 4. concor. & vnã differẽtiã. Secũdo ponit 5. opi. et quintã coadiuuat 5. rationibus. Tertio primã approbatã probat alijs 5. rationibus. Quarto reſpõdet ad opi. & rationes cõtrarias.*

d ¶*A die.*] Ergo vr̃ ꝙ illas pars diei in qua appellatur, cedat lucro appellantis, nec cõputetur in anno. ſic de elect. c. 1. de except. pia. de reſti. ſpo. frequens. ſ. de præben. ſtatutum. lib. 6. & in hoc differat à tempore appellationis interponendæ, qđ currit de momẽto ad momentũ. de re iud. ꝙ ad conſultationem. Scire debes ꝙ olim hanc quæſtionẽ diſputaui, ſcilicet qñ deberet currere tempus appellationis proſequẽdæ. Accur. in l. fi. C. de temp. appel. ponit tres opiniones, ſcilicet hic approbatã, & aliam ꝙ incipiat à tempore inchoatæ proſecutionis: pro qua facit lex illa ibi: & annale tẽpus poſt inchoatã litem præterierit. Tertia eſt, ꝙ appellãs ſi nõ proſequitur infra annũ à tempore appellationis, vel biennium ex cauſa, rata manet ſententia: ſed ſi inchoauit infra hæc tempora: tũc à tempore inchoationis habet annum, & ex cauſa biennium: ſed vt ibi not. ſm has duas opiniones poſſet proſecutionis tẽpus extendi ad quadriennium. Et quarta opinio, quam ipſe not. in Auth. de iud. §. appellationes. coll. 6. vt curſui ipſius anni præponãtur duo menſes per §. prædictum. vbi vr̃ expreſſum. Et quinta opinio, quæ placet Hoſt. eo. tit. ex ratione. ꝙ currat annus à tempore ſentẽtiæ, à qua fuit appellatum. alleg. 2. q. 6. anteriorum. ver. & ſancimus. ſed ibi loquitur de tempore appellationis interponendæ. Iuuabã hanc opinionem per l. iudicibus. C. eo. quæ habetur 2. q. 6. in fi. vbi tempus apoſtolorum petendorũ currit à tempore ſnĩæ, vt etiam dixi ſ. c. proxi. in glo. 3. ad idẽ ea. q. propter ſuperfluam facit eo. tit. non ſolũ. lib. 6. vbi attenta poſt ſententiam, ſcilicet ante appellationem reuocantur per modũ attentati. Item tempus reſtitutionis in integrũ & ſupplicationis contra ſnĩam currit à tẽpore ſententiæ, de reſti. in integ. c. 1. lib. 6. C. de preci. Impe. offe. Authen. quæ ſupplicatio. Itẽ annus excutionis, qui datur delegato, currit à tempore ſententiæ, de offi. deleg. quærenti. ſic dicam de iſto. & vr̃, caſus C. de temp. appel. l. 1. quod de tẽpore ꝓſecutionis vr̃ debere intelligi. Prima opinio quam ſolutione tunc tenui, ſic probatur: Iſtud tẽpus datur appellãti & ad proſecutionẽ appellationis. 2. q. 6. ei qui. alias incipit, ſi quis appellat. C. de tempo. appel. ei qui. eo. tit. cum ſit. & c. reprehenſibus ſæpe. & c. conſtitutus. de ſen. excom. licet. lib. 6. ergo oportet appellationem præcedere huius tẽporis curſum, ne lex ſit impoſsibilis. 4. diſt. erit autem. cum ſi. Item decre. ad hoc 2. eod. tit. dicit poſt appellationem. Itẽ lex. in prin. & l. 3. poſt prin. C. de tẽp. appel. ad idem. eo. tit, Nicolao. de do. & contu, cum olim. in fi. Itẽ. cum decem dies dentur ad deliberandũ an expediat appellare, nõ cõputabunt in tempore proſecutionis: nã iſta diuerſa ſunt. quod patet de procu. nõ iniuſte. in fi. C. eo. tit. inuitus. Et facit qđ ibi not. aliàs cũ tempus interponendæ currat à tẽpore ſcientiæ illius ſnĩæ. 2. q. 6. biduũ. eo. tit. concertationi. lib. 6. ſi tẽpus proſequendæ curreret à tempore ſnĩæ 1, ſm id poſt annum poſſet appellare, ſed non ꝓſequi. ſimile quod not. ff. de excu. tu quinquaginta. facit ff. de re. qui. re. l. annus per quæ iura, & per decret. ex parte. ſ. de reſcr. hãc partẽ elegi, quæ hic approbatur. Ad ꝯtraria rñdetur, ꝙ ſcđa & tertia opinio abſurditatẽ habet, de qua dixi ſ. poteſt ergo exponi ꝙ dicit ibi lex, vt ibi not. præterierit, id eſt p̃teriſſe noſcatur, vel clàrius, id eſt, curſum ſuum cõpleuerit, & per eũdem modũ tollitur quarta. & qđ dicit. §. appellationes. poſt duos mẽſes tẽpus fatale ſuum inchoare curſum, exponas, id eſt, in choatũ proſequi & finire vel qđ ibi dr̃ eſt locare vel ſpeciale, vt ibi not. Pro quinta opinione nõ facit decre. ex rõne. vt patet ex ea, & ibi ſcripſi. Lex iudicibus non oſtat, quia licet appellare & apoſtolos petere ſint diuerſa, & habeant diuerſa tempora: quia tñ fiunt corã eodẽ & ſm acceſſoriũ primi, & in ſola verbali petitionẽ conſiſtũt, voluit ius vnũ tempus cum alio confundi: ſed appellatio & proſecutio fiũt corã diuerſis, quę proſecutio in multa difficultate conſiſtit, quare ius noluit vnum tempus in aliud imputari. In tempore reſtitutionis, ſupplicationis, & executionis, nõ eſt dare diuerſa tẽpora, quæ poſſunt confundi, ſed vnum ſolum. decret. non ſolum. in beneficio deliberandi procedit, quod habet nictus per decẽdiũ quo reuocantur ante appellationem & poſt ſentẽtiam innouatã. Lex 1. C. de temp. appel. varios habet intellectus, vt ibi not. Ioan. And.

e ¶*A futuro.*] quia in iudicio non appellatur niſi à grauamine illato, vel cõminato: ideo non in iudiciali, ſed extraiudiciali ꝓcedit hæc diſtinctio. ſi ergo appellat canonicus ne fiat electio eo excluſo, vel ne fiat de Titio, vel ne fiat niſi de nominato ꝑ maiorẽ partẽ capituli, vel appellat poſſeſſor ne poſſeſsiõe inquietet ex tũc & ñ prius cũ ꝯtra appellationis factũ fuerat, illas ꝓſeq̃ tenet. ſic loquũtur de elect. cũ nobis. & c. auditis. & eod. tit. conſtitutus. c. bonæ.

f ¶*Finire.*] in hoc conuenit tempus reſtitutionis in integr. ſ. ea. compil. de reſtit. in integ. c. vnico. & approbat in hoc quod not. Inno. ſ. eo. ex ratione. & Ber. ſ. eo. cum ſit. & c. oblatæ.

g ¶*Impedimento.*] de hoc quod prouenit quãdoque ex parte iudicis, quandoque ex parte appellantis, quãdoque ex parte appellati, ſatis ſ. eo. ex ratione. & in Specul. eo. tit. §. nunc breuiter.

h ¶*Deſerta.*] idem verbum. j. eo. c. 3. & C. eo. l. quonia. 1. Ioan. And.

Q*Vamdiu.*] Primo ponit dictum. Secũdo, ab illo exceptionem: ibi, *Niſi.* Inno. ¶ Præſupponẽdũ eſt illud qđ dr̃ in c. Romana. eo. tit. li. 6. videlicet, ꝙ licet appellãs de iure habeat annũ ad proſequendam ſuam appellationẽ, ita ꝙ nõ efficitur deſerta niſi poſt annum verumtamen iudex à quo, poteſt illũ terminum abbreuiare. & hoc verum, reſpectu proſequendæ appellationis, nõ autem reſpectu finiendæ & terminandæ appellationis.

CASVS. Tu & ego litigabamus: fuit lata ſnĩa contra te: appellaſti: Iudex dedit tibi apoſtolos aſsignando tibi terminum duorum menſium ad proſequendam tuam appellationem: Pendete illo termino duorum menſium, compromiſimus in arbitros, id eſt, cõſenſimus in aliquos arbitros, qui haberent decidere cauſam principalem infra medium annum: Quæritur vtrum pendente illo termino medij anni, currat tempus aſsignatum ad petendum apoſtolos? Dicit ꝙ non, ſed pendente termino arbitrij, terminus aſsignationis quieſcit. Et finito cõpromiſſo habebis tẽpus, quod reſtat. Sed quid ſi expreſſe, & ex conſenſu noſtro prorogauimus terminum vſque ad annum: quia forte viget tempeſtas & peſtis: Vtrum pendente prorogatione currat tempus aſsignationis? Dicit ꝙ non, immo partes poſſunt facere iſtam prorogationem, niſi iudex ex ſuo officio videns periculum imminere, præciperet partibus vt procederent, & inciperet tunc currere à tempore præcepti; quia forte ex cauſa matrimonij vel electionis, vbi imminet, peri-

Appellationis proſequẽdæ, quã do incipit tẽpus currere.

Reſtitutionis, & executionis tẽpus currit à tẽpore ſententiæ.

1 Aliàs ſciẽtiæ.

Appellari non poteſt in iudicio à grauamine futuro.

net,periculum.Nota primo, ꝙ pendente compromiſſo inter appellantem & appellatum,non currit tẽpus aſsignationis ad proſequendam appellationem tm̃, vel proſequendam & finiendam. No.ꝙ partes ex cõi cõſenſu aliter q̃ per cõpromiſſum poſſunt ꝓtelare & prorogare tempus ad proſequẽdam appellationẽ tm̃,vel proſequẽdã & finiendam.No.ꝙ iudex ex cã põt præcipere partibꝰ, vt procedant in cã appellationis, non obſtãte cõpromiſſo vel alio cõſenſu partium:& ſic iſta Clementina addit tria ad Authen.ſi tñ.C. de temp.appel.quæ ſumitur ex illa Authenti. vt prima glo.dicit.Primo addit:quia Authentica bene dicit, ꝙ pendente compromiſſo non currit tp̃s ad finiendam appellationem, & nihil dicebat de termino aſsignationis ad proſequẽdam tantũ. Secundo,quia illa Authentica ſolum loquitur de cõpromiſſo, & non de prorogatione vel alio cõſenſu:iſta cle.loquitur de omni conſenſu.Tertio addit in hoc quod dicit, ꝙ iudex de officio ſuo poteſt præcipere partibus vt procedãt, & hoc ex cã,videlicet qñ cauſa appellationis deſiderat celeritatẽ, vt in matrimonio ſpirituali & carnali. Not.*Ex dilatione*,id eſt,ex prorogatione.Nam dilatio,eſt temporis in cauſa prorogatio.Vel ſecundum Bal.eſt tempus quod habet certum principium & certum finẽ.Vel ſic: Eſt tempus datum à lege vel à iudice partibus ad veniẽdum. Et talis eſt duplex,ſcilicet prima,quæ datur ab hoĩe vel à iudice. Secunda,quæ datur à iure vel à lege,vt patet in rubrica de feriis.Et dilationum(ſecundum Hoſti.in ſum.tit.de dilatio.§.1.)aliæ ſunt citatoriæ,quæ dantur vocato ad cauſam,vel ad veniendũ ad iudicem ante litis cõteſtationẽ:infra quas citatus ſe præparabit, vt veniat in termino,& nihilominus poſt terminum,vt de offi.delega.conſuluit.Aliæ ſunt dilationes reſtitutoriæ,quæ dantur his q̃ ſpoliati fuerunt,vel quæ dantur ad appellandum, quæ ſunt decẽ dierum, vel ad reſtitutionem in integrum petendam,quę olim infra annũ vtilem,hodie infra quadriennium continuum dantur,vt C.de in integ.reſti.l.fi.Aliæ ſunt deliberatoriæ,quæ dantur reis ad deliberandum,de quibus.C.de litis conteſt.Aliæ ſunt peremptoriæ,quæ dantur volenti probare,de quibus in l.1.C.de dilationibus. Aliæ ſunt executoriæ,quæ dantur condemnato ad hoc ꝙ ſatisfaciat,de his.l.2.de vſur.Aliæ ſunt reuocatoriæ,quæ dantur habenti ius reuocandi domũ:de quibus habetur.l.2.§.legatis.ff.de iudiciis.Aliæ ſunt vocatoriæ ſiue feriales,vt in l.1.C.de feriis.& ff.eo.& 25.q.4. per totum.Aliæ ſunt perſecutoriæ,quæ dantur ad appellationem proſequendam,de quibus in Authen.ei qui appellat.C.de temp. appel.Et hic in noſtro propoſito.Aliæ ſunt ſaluatoriæ, vt pœnitẽtiales.Aliæ præceptoriæ,de appel.c.præterea.Aliæ electoriæ,vt de conuer.coniu.c.ex publico.ff.de adop.l.mancipiorum.& de elect. ne pro defectu.Aliæ expertoriæ,vt de frigi.& malefi.cap.laudabilem.Aliæ exemptoriæ,vt qui matri.accu.poſſunt.c.fi.Aliæ refutatoriæ,vt de appel.perſonas.& c.ſecundo requiris. Aliæ executoriæ,ſcilicet ad proponendas exceptiones conceſſas à iure.de excep.paſtoralis.Not.ꝙ pendente compromiſſo,dormit curſus fatalium,& ſic finito compromiſſo,reaſſumit ſuum curſum,& computantur vltima tempora cum prioribus.de ver.ſig.dilecto.& de in integr.reſti.cle. vnica.Not.ꝙ in cauſis in quibus vertitur periculum,poteſt iudex etiam partibus non proſequentibus ad appellationem procedere.de hoc in gl.in ver.imminere.Zabarel.

† De intellectu vide, Matthesilanum in Authent.ſi tamen. C. de tẽpo. appel.

Dilatio qd ſit.

diu[a] † appellationis proſecutio per cõpromiſſum[b] vel aliàs[c] de partium expreſſo[d] cõſenſu differtur, tp̃s ad proſequendũ eandem ab homine[e] vel à iure præfixum, currere[f] nolumus appellanti[g]. Niſi[h] forte iudex videns ex dilatione periculũ imminere[i], præciperet[k] in illa procedi.

¶*Glo.prima dicit vnde ſumpta,& litteram exponit.*

a ¶*Quamdiu.*]Sumi potuit ex Authen.ſi tamen.C.de temp.appel. ſumpta de corpore Authenticorum de appel.§.1.coll.8.quæ tamẽ in tribus hic ſuppletur,vt ĩ.dicam.& quod dicit quamdiu,exponas,id eſt,quantumcunque diu,vnde dicit Authẽt.etiam ſi decies mille anni influxerint.

¶*Gloſſ.ſequens ponit caſum diuerſum,pro ratione remittit,& litteram declarat.*

b ¶*Compromiſſum.*]non ſic in eligentibus, qui compromittunt, quibus bene currunt electionum tempora.de elec.ſi compromiſſarius.1.reſponſo.lib.6.& ratio diuerſitatis ibi no.in gl.fi.Si ergo compromiſſarius non pronuntiat:reuertitur appellans ad iudicẽ, & idem puto ſi pronuntiat:ſed appellans vult pœnam ſoluere & appellationem proſequi:nec iſta littera contradicit:immo fauet, cum dicit tempus interim non currere.Item etiam ante pronuntiationem compromiſſo durante,poterit appellans ad iudicẽ redire ſoluendo pœnam,vt no.de offi.dele.ſignificantibus.in 3.glo.

1 Si nõ conueniſſẽt,peſtis non excuſaret, inquit Panor. vide eũdem inc.cũ dilecti.de do.& contu. Fon.

c ¶*Vel aliàs.*]hoc ſupplet hæc decre.quod non dicebat Authent. pone mortalitas,vel alia peſtis cœpit eſſe in loco appellationis proſequendæ,ita ꝙ cõuenerunt 1 appellans & appellatus differre ad certum tempus,ita ꝙ tempora non currerent,vel aliquid tale.

¶*Glo.ſeq.not.à contrario,ponit exempla,& cauſam reddit.*

d ¶*Expreſſo.*]non ſufficeret ergo tacitus.puta ꝙ ſimul appellans & appellatus ad domicilium redeũt, vel lõgam peregrinationem ſimul arripiunt,vel aliquid tale:imputet enim ſibi appellans, qui ſic itinerat.Item per procuratorem proſequi poterat.

¶Idem.

¶*Ante diffinitiuam appellanti non licet proſequi cauſas in appellatione nominatim non expreſſas.*Nec *proceſſus primi iudicis iuſtificari, vel impugnari poteſt, niſi ex actis coram eo.*

CAP. V.

APpellanti[l] ab interlocutoria[m], vel à grauamine iudi

e ¶*Ab homine.*]hoc eſt ſecundum,in quo ſuppletur Authen.quæ loquebatur ſolum de tẽpore iuris.

f ¶*Currere.*]non intelligas, ꝙ compromiſſo deſerto, vel tempore, de quo conuenit, finito, habeat appellans integrum tempus: ſed ſolum habebit quãtum tempore compromiſsi ſupererat:dormit enim tunc illius temporis curſus.facit.ſ.ea.compil.de reſti.in integr.c. vnico.quod plene no.de verb.ſigni.dilecto.ff.ex qui.cau.ma.ſed & ſi per prætorem.§.quotiens.

g ¶*Appellanti.*]nec appellato.

h ¶*Niſi forte.*]tertium,in quo ſuppletur Authentica.

i ¶*Imminere.*]ſ. eo.oblatæ.ad fin.quæ ponit exemplum de cauſa electionis,vel matrimonio ſpirituali.idẽ ibi dixi de matrimonio carnali,ſecundum Gof.Hoſt.& Aegi.alleg.vt lit.non conte.quoniam.Item dicit ibi Gof.in aliis quæ celeritatem deſiderant.ff.de dam.infe.l.1.de fer.l.1.& 2.

ADDITIO.Idem ſi ex dilatione fit aliis præiudicium,vt ſi eſſet quæſtio hæreditaria,vel natalium,quæ differtur in fraudem legatorum.qui filij ſint legi.lator.Ex quo no.ſecundum Lau.ꝙ vbi intereſt tertij,puta reipublicæ,ſeu Eccleſiæ,vel priuati:vel vbi periculum animarum imminet,poteſt iudex cõpellere partes ad litigandũ.C.quomodo & quando iudex.Authen.qui ſemel.de collu. c.1.& quod ibi not.Cardinalis.

k ¶*Præciperet.*]poſt illud ergo præceptum incipient currere tempora.hoc intendit.

A*Ppellanti.* 2.]CASVS.Appellaui ab interlocutoria iudicialiter lata,vel à grauamine extraiudiciali. A grauamine hoc modo:quia cum eſſem canonicus Eccleſiæ Bituricẽſis, alij canonici volebãt eligere.Titiũ:appellaui ne eligerẽt, & ĩ appellatione inſerui cauſam appellationis:q̃a dixi ꝙ erat illegitimus:inueni ꝙ hæc cauſa erat falſa: volo proſequi alia,ſcilicet ꝙ eſt excõicatus, vtrũ poſsim?Dicit ꝙ non.Sed q̃d ſi iudex aliq̃s fecit me citari ad locũ non tutũ,& eſt notoriũ,ꝙ locus nõ eſt tutus? Certum eſt ꝙ non teneor comparere:verũtamen ex abundanti appellaui:pendente appellatione fui reconciliatus,ita ꝙ modo habeo tutũ acceſſum:aduerſarius meus vult impugnare aſsignationem mihi factam ex iſta noua cauſa,quia nunc patet tutus acceſſus, vtrũ poſſit?Dicit ꝙ ex cauſa ſuperuenienti aſsignatio non iuſtificatur. Et quid ſi iudex fecit me citari?Dicit ꝙ non teneor rñdere corã ipſo quia excõicatus eſt minori excõicatione. Iudex interlocutus eſt ꝯtra me:appellauit:nunc dico ꝙ erat excõicatus maiori excõicatione, vtrũ ex iſta noua cauſa poſsim iuſtificare meã appellationem? Dicit ꝙ non.hoc dicit.H.R. ¶Colligo aliqua notabilia: & primo ꝙ appellans ab interlocutoria vel grauamine,tenetur cauſam grauaminis exprimere in ſua appellatione,nec poteſt iuſtificare appellationẽ ſuam ex nouis cauſis expreſsis in appellatione:ſecus ſi appellatur à diffinitiua:q̃a nõ eſt opus exprimere cauſam,ſed ſufficit dicere:volo à veſtra ſentẽtia diffinitiua tamquam iniuſta appellare:vel appello à veſtra ſnĩa diffinitiua tamquã iniuſta.No.ſecundo,ꝙ ſicut appellatio nõ poteſt iuſtificari ex cauſa non expreſſa in appellatione,ita proceſſus iudicialis non poteſt iuſtificari ex cauſa coram iudice non propoſita, vel de nouo expreſſa:fallit,vt dictum eſt,in ſententia diffinitiua,vbi non requiritur expreſsio cauſæ,& hoc verum niſi in caſibus, in quibus ius dicit appellationem non eſſe admittẽdam, quia tunc cauſa etiam in definitiua eſſet exprimenda. Not.ibi,*Cauſas*.ꝙ in appellatione ante ſententiam poteſt quis exprimere & proſequi plures cauſas:& de hoc in gl.in ver.expreſſas.ibi,& not.quæ hic vult.Zab.

2 Lud.Rõ. ſingulari. 278.1. partẽ huius Clẽ. poſt Bald.in l. per hanc C.de temp. appel. limitat non procedere ĩ cauſis, quæ de nouo ſuperuenerũt. Itẽ ſi interlocutoria ſic grauet, ꝙ ꝑ appellationẽ à diffinitiua nõ poſſet ſeparari. ſed an verũ dicat Ludo.tu videbis hic Zabarel. & Bar.cum Alexan.Ibi in prima additione in l. eius qui. ff. de app.vide Felt c. qualiter.col.4 de accuſa. Fõt.

¶*Prima glo.dicit quid facit.*

l ¶*Appellanti.*]Se ſummat,habens duo dicta,quæ varias opiniones determinant,vt infra dicetur.

¶*Gloſſ.ſequens oſtendit reprobatam opi.Innocentij & contrariam reprobatam.*

m ¶*Ab interlocutoria.*]Per hoc & per verbum, nominatim, quod ĩ.ſequitur,reprobatur opinio Inno.quam not.de no.oper.nun.c. pen.vbi tenet,ꝙ ſatis eſt appellantem ab interlocutoria exprimere illam iniuſtam,etiam ſi non adijciat in quo,vel quare: & licet ibi hoc approbet,prius tamen ibi dixerat, ꝙ nimis eſt generale hoc verbum,ſicut & ſi diceret ſe grauatum,& non exprimeret in quo.Dicit autem opinionem ſuam amplius procedere, quando

Appellans ab interlocutoria, quid exprimere debet.

appellans

appellans diceret ſententiam iniuſtã,qa ex inſtrumentis,teſtibus, vel aliis productis aliter vel cõtrarium pronuntiari debuerat.inducit decre.eo.tit.ex parte 1.Hoſti.ibi contra,dicens, ꝙ appellans habet exprimere cauſam quare ſit iniuſta, & maxime per decret. cordi.eo.tit.lib.6.& hoc placet Guli.in Spec.de appel.§.qualiter. in prin.& hic approbatur,& merito,quia non eſſet aliàs differẽtia in expreſsione inter appellantem à diffinitiua & ab interlocutoria, cuius cõtrariũ vult decre.vt debitus.ſ̃.eod.& prædi.decret.condi. & facit quod ibi not.in 5.gloſ.An vero ſententia ſuper peremptorio ſit diffinitiua vel interlocutoria,dicam.j̃.ca.fin. in prin.

cis[a],non licet alias[b] cauſas proſequi,quàm in appellatione ſua nominatim[c] duntaxat expreſſas[d]: Nec proceſſus[e] primi iudicis[f] ex nouis[g] aut de nouo probandis[h] iuſtificari poteſt, vel etiam impugnari[i]: ſed tantum ex illis, quæ acta fuerunt, vel exhibita coram ipſo.

¶Idem.

a ¶*Iudicis.*] Facit pro Inno.qui intellexit decre.cordi.quãdo extra iudicium appellatur tantum à iudice.vide quod ibi no.in 4.gl.& hoc dicit,quia appellatio contra partem,iuſtificatur ex futuro grauamine,vt ſ̃.c.2.

b ¶*Alias cauſas.*]etiam notorias, licet enim notorium releuare poſsit ab onere probandi,non tamen releuat ab onere proponendi 1,vt ſcripſi.ſ̃.vt lit.non conteſt.c.2.ſuper 1.glo.

1 Sequuntur Pa.& Imo.hic vide Ia.in l.2.col.7.ff. ſi quis in ius voc. nõ ierit.Fel. c.cum dilecta de reſcr. col.16. Fon.

c ¶*Nominatim.*]Concor.de ſent.excom.conſtitutionem.libr.6.in appellationibus,in quibus arctat decre.vt circa.de elect.lib.6.fortior ſit expreſsio,vt ibi,& eo.tit.conſtitutio.& in cle.de elect.conſtitutionem.2.reſpon.

¶*Glo.ſeq.primo dicit opi.Ber.approbatam, & contrariam reprobatam.Secundo notat & remittit.*

d ¶*Expreſſas.*]Approbat quod no.Ber.eo.tit.cum cauſam.in vlti. glo.& reprobat quod no.Ioan.2.q.6.non ita,& ipſe Vin.& Goffr. in decre.vt debitus.vt ibi ſcripſi ſuper verbo, probabili. & iura quæ pro eo faciunt loquuntur cum appellatur à diffinitiua.ff.eo. ſcio.in fin.Et not.per hoc plurale quod adiicitur cauſas, & per iſtud ſingulare verbum,appellanti,contra ſtylum curiæ, quæ habet ex pluribus cauſis expreſsis in appellatione non exprimere niſi vnam in reſcripto commiſsionis,ſuper quo vide quod ſcripſi in prædi.decre.cum cauſam.ſuper vlt.gl.& quod no.in Spe.de appel.§.de officio.in penul.col.

Stylus curiæ in committenda cã appellationis.

¶*Glo.ſeq.oſtendit opi.Inno.approbatam, & contrariam reprobatam, cuius iuribus reſpondet hic, & infra.glo.2.*

e ¶*Nec proceſſus.*]Hic approbat quod not.Inno.in prædi.decret. penul.de noui ope.nun.reprobans quod ibi not.Hoſtien.& quod not.gloſ.in decre.2.vt lit.non conteſt.in gl.quare dicit.quod etiã tenebat Io.& Vin.ibi.tamen Hoſti.cõtra.& no.ꝙ dicit proceſſus, quia diffinitiua à qua fuit appellatũ,bene poteſt iuſtificari,& impugnari ex nouis cauſis vel nouiter probandis, & ſic loquuntur iura quæ inducebat Hoſti.de fide inſtru.cum Ioã.de teſtib.fraternitatis.ſaluo quod habes in cle.de teſti.c.2.

Appellatio à diffinitiua ex nouis cauſis iuſtificari poteſt.

f ¶*Iudicis.*]à cuius grauamine vel interlocutoria fuit appellatũ, de quo præmiſit.

g ¶*Ex nouis.*]Vnde quod dicebat gl.prædi.decre.2.vt li.non conteſt.ꝙ ex grauamine receptionis teſtium factæ lite non conteſtata iuſtificabatur præcedens appellatio,reprobabã olim inducens decre.dilecto.ſ̃.eo.tit.per quam patet,ꝙ etiam præcedens grauamen non iuſtificat appellationem,niſi fuerit expreſſum in illa : ſi ergo iniquitas iudicis præcedens appellationem illam non iuſtificat,ergo nec ſubſequens.duo ergo requiruntur coniunctim, ꝙ grauamen præceſſerit appellationẽ, vt hic, & ꝙ fuerit expreſſum in illa,vt ſupra proximo reſponſo.

¶*Glo.ſeq.reprobat vnam lecturam,ponens aliam quam exemplificat.*

h ¶*Probandis.*]Non intelligas ꝙ veritas grauaminis probãda non ſit coram iudice ad quem,etiam ad iuſtificandam appellationem, licet probata non fuerit coram iudice à quo:quod dic vt ſ̃.eo.tit. interpoſita.1.reſpon.ſed hic intelligit grauamen iudicis, vel iniuſtitia proceſſus oportet ꝙ pateat ex actis corã iudice:vnde ſi propoſui exceptionem,probationem obtuli,& admiſſus non fui,hoc probato apparet grauamẽ : ſed ſi exceptionem legitimam probaui,& iudex illam repulit,hoc probato grauamẽ apparet.Sed ſi excipiebam actorem excommunicatum minori,iudex illam repulit, non iuſtificatur appellatio,nec impugnatur proceſſus probando illum excommunicatum maiori,de quo in primo iudicio nõ fuerat obiectum.Item ſi appellaui propter exceptionem de loco nõ tuto non admiſſam,non iuſtificabitur proceſſus, licet nunc probetur me poſtea reconciliatum.

i ¶*Impugnari.*]Impugnatio reſpicit appellantem,iuſtificatio reſpicit appellatum:neuter autem ipſorum vti poterit his quæ coram ipſo acta vel exhibita non fuerunt.

S I *appellationem.*]C A S V S.Tu & ego litigabamus coram officiali Bituricenſi:ipſe tulit ſnĩam cõtra te:infra xxx.dies nõ petiſti Apoſtolos:vel ſi petiſti,non comparuiſti in termino tibi aſsignato per iudicem à quo,ad dãdum tibi apoſtolos:vel ſi comparuiſti tñ non introduxiſti tuam appellationem infra terminũ tibi aſsignatum,tñ poſtea proſecutus fuiſti tuam appellationem : Vtrum non obſtante proſecutione prima ſententia tranſierit in rem iudicatam?dicit ꝙ ſic.

¶*Proſecutio appellationis deſertæ non impedit quin ſententia cenſeatur in rem iudicatam tranſiuiſſe.hoc dicit.Zaba.*

CAP. VI.

SI † appellationem[k] per negligentiã[l] appellantis deſertam[m], appellans ipſe cum appellato[n], aut appellatus[o] etiã per ſe & principaliter proſequatur:non ideo minus in rem

¶Colligo aliqua notabilia.Et primo ꝙ ꝑ negligentiam appellantis efficitur appellatio deſerta,id eſt,perinde habetur ac ſi non fuiſſet appellatum : nec tunc fiet deuolutio ad ſuperiorem. Not. ſecundo ꝙ appellatus põt proſequi cauſam appellationis appellante non proſequente:quia appellans poteſt renuntiare appellationi quo ad effectũ eius,ita ꝙ appellatio deſerta non aſſumit vires ex proſecutione.No.ergo ſententiã totius c.videlicet,ꝙ ſententia à qua fuit appellatum, tranſit in rem iudicatam ac ſi non fuiſſet appellatum,dummodo appellatio non fuerit proſecuta ſed deſerta,puta,lata eſt ſententia contra me,à qua appellaui,ſed infra xxx.dies non petij apoſtolos:Quæritur, an talis ſententia tranſiuerit in rẽ iudicatam ac ſi non fuiſſet appellatum ? Dicit ꝙ ſic. Sed pono ꝙ poſt xxx.dies petij apoſtolos,& proſequor meam appellationem: Quæro an iſta proſecutio impediat executionem ſententiæ? Certe non:quia poſtquam tranſiuit in rem iudicatam poteſt mandari executioni infra tempus legitimum,forſan infra quatuor mẽſes, qui dantur iudicatis ad ſoluendum iudicatum.

† Pro limitatione huius Cle.vide Abb.in c.ex parte. el 1. extra de reſcript. & de materia ibidem pleniſſime Feli.

¶*Gl.prima dicit quid reprobat vel approbet.*

k ¶*Si appellationem.*]Reprobat quod not.Inno.eo.tit.ex ratione. approbans & fortificans quod ibi not.Hoſtienſis.

l ¶*Per negligentiam.*]vt quia neglexit apoſtolos petere , vt in c. quamuis.ſ̃.eo.vel neglexit proſequi infra tempus iuris vel hominis,vt in decre.ſicut.ſ̃.eo.

¶*Glo.ſeq.alleg.concor.& ſoluit duo dubia.*

m *Deſertam.*]Idem verbum in prædi. decre. ſicut. Et not. quia ſi in appellatione q̃ à principio tenuit & poſtea tenere deſiit, procedit hoc dictum,fortius puto procedere in appellatione quæ diceretur à principio non tenuiſſe,vt quia dicitur interpoſita tertio vel poſt decem dies.Item ſi procedit in tacite deſerta per negligentiam,fortius in expreſſe deſerta per renuntiationem. facit eod.tit.Romana.§.ſi vero.& §.ſi autem.lib.6.

Appellatio põt eſſe deſerta tacite & expreſſe.

n ¶*Cum appellato,*]Licet ergo dilationes quas petit appellatus,ꝑ quas protelatur appellationis proſecutio,proſint appellãti , ſicut etiã reſtitutionẽ petenti proſunt quas petit reus ɔtra quẽ petit. C.de tẽpo.reſti.in integ.l.penulti.ipſa tñ proſecutio , quã facit ẽt appellatus ſibi non prodeſt,vt hic per rationem quam j̃. dicam

Dilationes appellati ꝓſunt appellanti.

¶*Glo.ſeq.ponit dictum Inno.& duas rationes ipſius,ad quas ſecundo reſpondet,ponens contrarium dictum Hoſt. quod fortificat,& rationem reddit,cui rationi obiicit.& ſoluit.*

o ¶*Appellatus.*Hic fortificat dictũ Hoſtienſis.quærebat enim Inn. quid ſi poſt lapſum tempus proſecutionis fertur ſnĩa infirmans primam ſentẽtiam,poſtea petit appellatus ipſam primam executioni mandari?Tenebat ꝙ ipſi appellato obſtabit exceptio rei iudicatæ ex ſecunda ſentẽtia infirmationis:nec valebit ſi dicat per lapſum temporis ante ſententiam infirmationis primam ſentẽtiã ratificatam:quia ſecundum eũ prætextu huius nouæ defenſionis non debet ſecunda infirmationis ſentẽtia retractari.de re iud.inter monaſterium.C.de tranſact.ſub prætextu.nec valet etiam dicere ꝙ non valet ſecunda ſnĩa lata ɔtra primam:quia vt dicit, ſm id nonquam valeret ſententia appellationis primam infirmans:nec eſt enim ſuper eo prima lata in cauſa principali,& ſecũda lata in cauſa appellationis.& hoc reprobat Hoſti.dicens, ꝙ lapſus tẽporis ratificat ſententiam,& facit haberi perinde ac ſi nõ fuiſſet appellatũ:ſententia ergo infirmationis poſtea lata,à non ſuo iudice lata fuit.Itẽ non valet ſententia contra rẽ iudicatã.de hoc in prędi.decre.inter.Nec obſtat prima ratio Inn.quæ procederet in ſententia lata à ſuo iudice.Nec obſtat ſecũda ratio : quia vbi per appellationem ſuſpenſa manet prima ſententia,bene tenet ſecunda cõtra primã:ſed ex quo ceſſat p̄dicta ſuſpenſio appellatione deſerta,non valet ſecunda,ſicut non valeret ſi appellatũ nõ fuiſſet.hoc hic approbatur & fortificatur intantũ:quia p̄dicta procedũt non ſolum cum ſolus appellans proſequitur,ſed etiam cũ vterque : & quod plus eſt,etiam ſi ſolus appellatus,quod forſan nõ cogitauerat Hoſtiẽ.Sit huius ratio,quia petendo pronuntiari male appellatum,non eſt ſibi contrarius in eo ꝙ dicit ſnĩam tranſiſſe in rem iudicatam:licet enim de appellante dubitetur propter ɔtrarietatem,quæ

Snĩa infirmationis lata poſt tẽpus appellationis proſequendæ,an poſſit appellatus petere , vt prima ſentẽtia executioni mãdetur.

tem,quæ vĩ ineſſe,an poſsit ſimul proſequi appellationẽ & nullitatem ſententiæ:de quo ſatis ſcripſi eo.tit,dilecto.in vlt.gl.[poſt Inno.& Hoſtien.& vide in Specu.de ſen.prolat.§.iuxta.ad fin.] In appellato tñ dicente male appellatũ & ſententiam trãſiſſe in rem iudicatam,nulla eſt contrarietas.Sed dices, immo eſt cõtrarietas inquantum dicit appellationem deſertam: & propter hoc ſentẽtiam tranſiſſe in rem iudicatam, & non deſertam, in quantum ſuper eius iuſtitia pronunciari petit per appellationis iudicem, & ſic negat & aſſerit illum iudicem. Solu.Et ſi vis ꝙ fatear hic aliquã cõtrarietatẽ ineſſe, tñ appellatus ꝗ reus eſt,p̃t vti ɔtrariis, maxime quorum finis non eſt cõtrarius, & actor põt in diuerſis inſtantiis.quod dic.vt not.de reg.iur.nullus plurib⁹.libr.6.nec hic dicitur,ꝙ in eadem inſtantia hæc duo proponat appellatus.

iudicatam [a] cenſebitur tranſiuiſſe ſententia [b], à qua fuerat appellatum.

¶Idem.

*¶ A peremptoria repulſa ex alio quàm propter ineptitudinem,ſecundo appellans & ſuccumbens non auditur ſuper ea in appellatione à diffinitiua. hoc dicit. Zabarella.*

CAP. VII.

CVm [c] à repulſione [d] exceptionis perẽptoriæ [e] ſecundo [f] appellans ſuccũbit [g],non eſt in cauſa appellationis poſtmodum à diffinitiua [h] emiſſæ audiendus vlterius ſuper [i] ea:Niſi tunc rite propoſita ex eo prius [k] repulſa fuiſſet,quia proponebatur inepte [l].

a ¶*Rem iud catam.*]hoc eſt ergo quod dicunt iura,ꝙ rat ı manet ſententia,& ꝙ appellans cadit à cauſa.eo.tit.cum ſit.& c.ſæpe.

¶*Gl.ſeq.dubium reſoluit.*

b ¶*Sententia.*]quæ tamen erat aliqua,vt quia cõtra ius litigatoris lata.ſi enim à principio fuiſſet nulla,ſicut propter appellationem omiſſam non trãſiret in rẽ iudicatam,ita nec propter interpoſitam & deſertam.de ſen.exc licet.lib.6.& quod ibi not.

CVm.]¶Primo ponit dictum à quo, ſecundo excipit:ibi, *Niſi.* Imola.

CASVS.Tu & ego litigabamus coram archidiacono Pictaueñ. propoſuiſti defenſiones peremptorias ad excludendã intentionẽ meam,archidiaconus interlocutus eſt illas defenſiones nõ debere admitti,nec eſſe admittẽdas:Appellaſti de archidiacono ad officialem epĩ,qui confirmauit ſñiam interlocutoriã archidiaconi: Secundo appellaſti de officiali epĩ ad archiepm̃ Burdegaleñ. qui etiam confirmauit illas duas ſentẽtias contra te latas:certũ eſt,ꝙ tu non poſſes amplius appellare:Tu reuerſus ad archidiaconũ, ꝗ cognouit ſuper principali,qui etiã ſñiam diffinitiuam tulit cõtra te.& iterum ab illa ſententia diffinitiua appellaſti:in cauſa appellationis vis allegare exceptiones peremptorias, quæ fuerunt repulſæ à principio,quæritur vtrum poſsis?Dicit Clemẽs ꝙ non,niſi repulſæ fuerint,quia eas proponebas inepte,& nunc in cã appellationis proponis rite:quia forte allegabas præſcriptionem, & non allegabas bonam fidẽ & titulum,& ideo archidiaconus illas non admiſit:Nunc vero proponis bonã fidem & titulum,ideo poſſum admitti in cauſa appellationis.No.ꝙ non licet tertio appellare.de hoc in gl.in verbo, *Succumbit.* No.ꝙ ſicut actor ſuccũbens propter ineptitudinem iterum auditur.de iudic.examinata. ita & appellans.Zabarel.

¶*Glo.prima dicit quid determinat,& caſum ponit.*

c ¶*Dum à repulſione.*]determinat caſum dubium circa decre.vlt. eo.tit.lib.6.qui talis eſt:Titius cõtra me oppoſuit exceptionẽ peremptoriam,quæ per interlocutoriã eſt repulſa.appellauit,& confirmata eſt prima interlocutoria,iterum appellauit & iterũ confirmata eſt prima & ſecunda:quia non potuit plus appellare:proceſsit in principali,& lata contra ipſum diffinitiua appellauit ab illa,& in cauſa huius appellationis vult repetere contra illam interlocutoriam,& videbatur ꝙ poſſet per prædictam decre.cõtrarium hic reſpondetur,vnus tamen caſus excipitur.

¶*Gl.ſeq.primo dat duas lecturas,& duas remiſsiones circa illas. Secundo proſequitur quæſtionem,opinionem ponens,& probat.*

d ¶*Repulſione.*]verbali per interlocutoriam,vt prædixi.nõ eſt tñ neceſſe in peremptoriis interloqui.de hoc ſatis de ordi.cog.ca.1. Idem tñ in repulſione facti,cũ illam non recipit, vel ad vlteriora litis procedit.eo.tit.ex parte 2.caute tñ facit excipiẽs, ſi procurat interloqui,vt no.in Spec.de appel.§.qualiter.verſi.Item ꝙ faciat. & dixi eo.tit.dilecto.Et per hanc decre.& illam patet ꝙ ſentẽtia lata ſuper peremptoria,interlocutoria eſt,nõ diffinitiua:& hoc tenebat Gar.in decr.cupientes.de elect.ver.inſuper.vbi etiam allegabat ad hoc decre.cum dilecti.de electio.& decre.ſua.hic eo.tit. Ad idem de offic.delega.ſignificantibus.& quia vt hic patet, hæc repulſio peremptoriæ non eſt diffinitiua,ergo nec pronuntiatio pro ipſa erit diffinitiua,vbi eñ abſolutoria definit,& condemnatoria,& econtra.C.de ſen.& interlo.præſes.ff.de re iudi.l.1.vt contrariorum ſit eadẽ diſciplina.32.diſt.hoſpitiolum.ff.de his qui ſui vel alieni iu.ſunt.l.1.de accuſa.qui accuſare.Præterea natura diffinitiuæ eſt,ꝙ ex ea oriatur actio in factũ,ſed à ſentẽtia lata ſuper peremptoria non oritur actio,ſed exceptio.arg.in prædi.decre.cũ dilecti.in fin.C.de re.credi.l.actori.Item ſi ſententia ſuper peremptoria & pro ea lata eſſet diffinitiua,nõ eſſet alia diffinitiua ferẽda,cum tñ de neceſsitate ſuper principali,volũtate ſuper peremptoria pronũtietur de hoc in prædi. decre. 1. de ord.cog.dicebat ergo Gar.ꝙ ſiue ſuper dilatoria,ſiue ſup peremptoria, ſiue ſup eo qđ perimit appellationẽ, id eſt,ꝙ appellans non potuerit appellare,feratur ſentẽtia,interlocutoria eſt:ſecus cum iudex cognoſcens de appellatione ĩterpoſita à diffinitiua, pronuntiat bene iudicatum & male appellatum, vel econuerſo: tunc enim diffinitiua eſt.C.de app.eos.ff.de his qui not.infa.l.furti.In effectu tamen fatetur,ꝙ ſententia lata ſuper peremptoria ꝙ obſtet,habet vim diffinitiuæ. Actio in factum oritur ex ſententia diffinitiua.

e ¶*Peremptoriæ.*]& ſic parat præiudicium negotio principali: aliàs non liceret repeti,vt in prædi.decret.

¶*Glo.ſeq.notat à contrario,mouet dubium,allegat,pro & contra,& ſoluit.*

f ¶*Secundo.*]Si ergo ſemel tm̃ appellaſſet & ſuccubuiſſet,non haberet locum quod hic dicitur:Si vero ſecundo appellat,ſed appellationem non proſequitur,hic videtur decre.locum habere.arg.ſ. cap.proxi.videtur contra per id quod.j.dicã.quod credo vbi renuntiat ſponte:quaſi licet tarde vtaẽ iuris cõſilio expectãdo euẽtum negotij principalis:& ſic non poſſetenus reſiſtat,vt j.dicam.

g ¶*Succumbit.*]ſi ſuccumbit in ſecunda appellatione, ergo tres habet ſñias ɔtra ſe,& ſic à tertia nõ licuit appellare.e.ti.directe.& c.ſua nobis.C.ne lib.in vna cauſa.l.vna.ſ.ea.compi.de re iudi.ca.1. Appellare tertio non licet.

¶*Glo.ſeq.ponit tria exempla.*

h ¶*Diffinitiua.*]prolata ſiue per primum ad quem debuit cauſa remitti,ex quo fuit pronuntiatum male appellatum, per quaſcunque manus.de excep.dilectæ.ſiue p vltimũ, qui forſan ex vi dilationis in principali proceſsit:ſiue per alium, ad quem forte poſt cauſam remiſſam ad primum fuit in alio articulo bene appellatũ, ita ꝙ expedito appellationis articulo,definit poſtea principale.

¶*Gl.ſeq.obijcit & ſoluit.*

i ¶*Super ea.*]peremptoria ſic tertio repulſa.& eſt mirabile ꝙ non appellans auditur,vt in prædi.decre.ſi.ſed ſecundo appellans & ſuccumbens non,vt hic,cum ſecunda repulſio appellationis non deberet plus poſſe quàm appellationis omiſsio.Nã & in appellatione à diffinitiua,æquiparamus iſta, non appellare, vel, ſecundo appellare & ſuccumbere:ſed licet iſta æquiparẽtur in diffinitiua, in interlocutoria non.lata enim tali interlocutoria,ſecundum leges debuit,ſed ſecundum canones potuit appellationem differre ad euentum negotij primi.primum patet.C.de epiſ.audi.l.2.de iudi.apertiſsimi.C.eo.titu.eos.§.ſuper his.& quorum appel.non recip.l.penul.ſecũdum patet in prædi.decre.vlt.ſi ergo diſtulit iuris conſilio,& poſtea victus appellauit,cõtra talem interlocutoriam auditur:ſed ſi poſſetenus interlocutoriam impugnauit,ſcilicet ſemel & iterum appellando,ille articulus tam ſolemniter diſcuſſus vlterius examinari non debet,ex quo in ſecũda ſuccubuit.per qđ videtur r,ꝙ etiam iudex cauſæ principalis ante diffinitiuam non poſsit illam interlocutoriam reuocare,niſi tunc,ſcilicet in cauſa appellationis interpoſitæ à diffinitiua. Appellare ſecundo & ſuccumbere,tantũ eſt quantũ non appellare. r Idem videtur Cardin. hic.Fel.in c. qualiter & quando. de accuſa.Fonta.

k ¶*Prius.*]in cauſa principali.

¶*Glo.ſeq.ponit quatuor exempla.*

l ¶*Inepte.*]ſimile de iudic.examinata.ff.de flu.l.1.§.Labeo. exẽplũ: petebas hæreditatem vel electionis cõfirmationem, excipiebam te illegitimum,& quia non ſpecificaui quod debui, tertio ſuccubui:qđ modo ſpecifico in appellatione diffinitiuæ:ſuper quo vide qđ ſcripſi,qui filij ſint legi.peruenit.ſuper 1.glo.Ad idem faciunt quæ ſcripſi de elect.dudum 2.in princ.Vel cõtra prouiſum poſſeſſionem petentem excipiebam de crimine, nunc addo infamiam. de accu.accedens.Vel cum ius commune fundaret actionẽ ſuam, excipiebam de præſcriptione:nunc ex primo titulum de præſcri. c.1.lib.6.Vel opponebam peremptoriam nõ priuilegiatam, vt lite non conteſt.c.1.lib.6.in vim dilatoriæ ad impediendum litem conteſtatam ſuccubui primo, ſecundo, & tertio, rediens ad iudicem principalis cauſæ,lata diffinitiua à qua appellaui, illam exceptionem in vim peremptoriæ proponere potero.

FINIS LIBRI TERTII.

# LIBER TERTIVS.

DE VITA ET HONESTATE clericorum.

Continuatio triplex.

¶*Viſum eſt ſupra de iudicijs & ſingulis partibus iudiciorũ:verũ quia clerici in ſacris conſtituti debent ab ipſis abſtinere per cap.vnicum ſupra de ſyndi.& ſupra de poſtul.per totum:ideo poſt illa annectit rubricam, &c.Vel ſic:Viſum eſt ſupra de iudiciis & ſingulis partibus iudiciorũ, à quibus clerici debẽt abſtinere:Et quia non ſolum ab illis debent abſtinere, ſed etiam à vita & moribus malorũ debent abſtinere, vt præſtent exẽplum bonæ vitæ cæteris: ideo, &c. Vel ſic. Viſum eſt ſupra de actibus iudicialibus,nunc videndum eſt de actibus extraiudicialibus, qui competunt tã laicis quàm clericis: Et quia clerici ſunt digniores, ideo præmittit de actibus competẽtibus clericis,& poſtea determinat de actibus competentibus laicis.*

# LIBER TERTIVS.

## TITVLVS I.

## De vita & honeſtate clericorum.

¶Clemens quintus in concilio Viennenſi.

¶*Punit clericos coniugatos,& alios perſonaliter & publice carnificum & tabernariorum officium exercẽtes,qui per diœceſanos nominatim & tertio moniti illud officium non dimittunt,vel dimiſſum reaſſumunt.Excitat etiam diœceſanos contra illos clericos,qui ſeculares actus exercent.Ioan.And.*

### CAP. I.

DIœceſanis [a] †locorum diſtricte præcipimus, vt clericos [b] carnificum [c], ſeu macellariorum [d], aut tabernariorum [e] officium publice & perſonaliter [f] exercentes, nominatim [g] & tertio [h] moneant, vt ſic ab huiuſmodi officiis infra conuenientem † terminum monẽtium ipſorum arbitrio moderandum [i] deſiſtant, & quòd ipſa nullo [k] vnquam tempore reaſſumant. ¶Qui ſi taliter [l] moniti ab his non deſtiterint,aut ipſa (vt præmiſſum [m] eſt)exercẽdo reſumpſerint [n] quandocunque [o], coniugati omnino [p] ,non coniugati vero in rebus [q] , & ſi omnino incedant vt laici †, in perſonis priuilegium clericale , quamdiu [r] præmiſſis inſtiterint , eo ipſo [s] amittant.

†Vide concilium Trident. ſeſſio. 22.de refor. ca 1.& Bernardinum Diaz ĩ prac. crimi.canonica.c.63.

D*Iœceſanis.*] ¶Tria facit: præcipit,punit & excitat.Secunda ibi, *Qui ſi.* Tertia ibi *Aduerſus.*

CASVS.Quidam iuuenis cõſtitutus in præſentia Romani Pontificis quæſiuit ab eo,vtrum omnes artes competant clericis ex debito ſuæ honeſtatis:Et reſpondet Romanus Pontifex ꝙ non, immo ſi velint euitare pœnas hic contentas,ipſi debent abſtinere ab officio carnificum,& ab officio tabernariorum. Et ſpectat ad officium diœceſani,vt clerici abſtineant ab iſtis officiis. Sed quæritur,quibus pœnis diœceſani poſsint compellere clericos, vt abſtineant ab iſtis officiis?Dicit ꝙ non bñficiati,& nõ exiſtentes in ſacris debent moneri vt à talibus officiis deſiſtant:& ſi non deſiſtant & ſint coniugati,ipſi amittunt duo priuilegia clericalia: videlicet ꝙ quis verberando eos nõ incurrit ſententiam excõicationis,& pro crimine poterunt conueniri corã iudice ſeculari:Si ipſi non ſint coniugati,perdunt priuilegium in rebus ſuis tantũ: quia tenentur ſoluere ſubſidia extraordinaria de rebus ſuis. hoc dicit.H.R.¶Colligo aliqua notabilia.Et primo nota duo officia propoſito clericali nõ cõuenientia:ſcilicet officium carnificis, & officium tabernarij.Not.ꝙ clericus coniugatus ſi exercet illa officia,ipſe perdit duo priuilegia clericalia.de quibus in glo.Sed non coniugati perdunt priuilegium,quod eis competit in rebus ſuis.

Not.*Commercijs.*Cõmercium cõmercij,cio, n.ſ.id eſt, pluribus rebus vna venditio,vel diuerſarum rerum commutatio, vt ſi quis daret vel commutaret mantellum pro capa:vel econuerſo : Vnde dicitur commercium quaſi commutatio mercium. Illa vero mirabilis incarnatio Ieſu Chriſti fuit commercium quaſi commutatio mercium,ſcilicet diuinitatis & humanitatis:Nã homo quodammodo conceſsit Deo humanitatem,Deus homini largitus eſt diuinitatem.Deſcendit diuinitas,& aſcendit humanitas, & exaltata eſt ſuper choros angelorum:Vnde canitur,O admirabile cõmercium,creator generis humani animatum corpus ſumens,&c. Not.ꝙ hæc diſpoſitio eſt ſtricti præcipit : ibi, *Diſtricte præcipimus.* concor.de decimis.non eſt.Ex quo infertur contrafacientes mortaliter peccare.4.diſt.deniq;.in fi.de offi.archi.ea quæ.vbi de hoc. Not.caſum in quo requiritur monitionem fieri per ipſum prælatum in verbo,*Moneant*.vnde ſecundum Pau. non ſufficeret alterius monitio.de hoc.j.de deci.cle.1.Zabarella.

¶*Gl.prima ſummat,diuidit,dicit quid determinat, & dubium ſoluit.*

a ¶*Diœceſanis.*]Caſus.punit clericos coniugatos, & alios perſonaliter & publice carnificũ,& tabernariorũ officium exercẽtes, qui per diœceſanos nominatim & tertio moniti illud officiũ nõ dimittũt,vel dimiſſum reaſſumũt.Excitat ẽt diœceſanos ꝯtra illos clericos,qui ſeculares actus exercẽt.Et tria facit : præcipit,punit, & excitat.ſecũda ibi: *Qui ſi.*Tertia ibi:*Aduerſus.*Determinat & declarat decre.penul.in prin.& vlt.eo.tit.& quod not.Guli.in Spec. de cleric.coniu.ver.ſed nunquid dices.Et not. Verbum, *Diœceſanis*,non dicit ordinariis locorum,ſicut.ſ.ea.compi.de ſeque. poſ. cap.1.per quod videtur ꝙ alij ordinarij licet in loco iuriſdictionẽ habeant,hoc non poſsint inquantum hæc conſtitutio nouũ inducit.& facit quod dicam.j.de iurepa.c.1.poſt prin.

¶*Gl.ſeq.ſoluit dubium de exemptis:circa quod diſtinguit.*

b ¶*Clericos.*]puta ꝙ includat etiã exemptos qui delinquerẽt in loco nõ exẽpto:cũ per id ſubſint diœceſanis: vbi vero delĩquerẽt in loco exempto,nõ vĩ ꝙ ad illos extẽdatur hæc ꝯſtitutio, cũ excitet officiũ diœceſanorũ tm̃. ad hoc de offi.ordin.licet.& ca.pen.maxime: quia qñ iura iſta volũt dare iuriſdictionẽ ſup exemptos , hoc exprimũt,vt patet.ſ.ea.cõpi. de ſup. negli.præla.ca. vnico.cũ ſuis concor.

†al.competentem.

Carnifex vnde dicitur.

c ¶*Carnificum.*] carnifex dr̃ à carnifico, cas: q̃a carnes facit & vendit.facit de app.ſignificãte.vnde & homicidæ ſolent dici carnifices.

Macellarii qui dicunt.

¶*Gl.ſeq.dicit vnde dicãtur,cauſam ponit,& dubium ſoluit.*

d ¶*Macellariorũ.*] Hi ſic dicuntur:quia pecora vel quadrupedia mactãt:à macello,as,quod eſt mactare & trucidare.& ꝑꝑ horrorẽ & vilitatẽ iſtorũ duorũ officiorum,ſcilicet marcellarij & tabernarij, hoc eſt ſpãliter de his prouiſum:& licet multa alia ſint vilia,puta aptare pelles & coria, & his ſimilia:tamen conſtitutio locum habet ſolum in expreſsis.

†A contrario ergo ſi ſaltem tõſuram portẽt, non ſunt vt laici puniendi. Cardin. Fonta.

Taberna vnde dicitur.

e ¶*Tabernariorũ.*]Taberna dicta eſt à tabulis,quę mercibus ſubſternuntur,& proprie dicitur domus in qua panis, vinum & carnes coctę venduntur:talia loca nedum tenere,ſed nec ingredi debent clerici.eo.tit.clerici.44.diſt.clerici.

¶*Gl.ſeq.ſoluit dubium,& contrario reſpondet.*

f ¶*Publice & perſonaliter.*]Cõiũctim reqrunẽ hæc duo.ſi ergo occulte vel ꝑ aliũ hoc exercet,ceſſat pœna,licet ñ culpa.& ſi ſoluit qđ opponi poſſet de decr.fundamẽta.de elect.li.6.§.vt ergo.& §. ſeq.đ decr.mulieres.de ſen.excõ.q ꝑ aliũ. dereg.iur.li.6. cũ. cõco.

g ¶*Nominatim.*]id eſt,proprijs nominibus eorũ expreſsis:quaſi non ſufficiat diœceſano monere ĩ genere clericos diœceſis ſuæ, vel clericos talis plebanatus,vel talis eccleſiæ:ſed monere debet exprimendo illius vel illorum nomina.& concor.de ſent.excom. conſtitutionem.lib.6.& j.de ſen.excom.grauis.in fi.

h ¶*Tertio.*]de ſen.exc.ſacro.& c.cõſtitutionem.lib.6.debẽt ergo habere aliquorum dierum interualla , vt ibi dicitur.nec videtur hoc ſufficere ꝙ emanaret vnum peremptorium per hanc litterã.

i ¶*Moderandum.*]de appel.cum ſit Romana.

k ¶*Nullo.*]Simile de coha.cleri.& mulie.ſicut.

l ¶*Taliter.*]ſcilicet per diœceſanos nominatim.& tertio præfixo termino congruenti.

m ¶*Præmiſſum.*]ſcilicet publice & perſonaliter.

n ¶*Reſumpſerint.*] lapſo termino.hoc dico:quia ſi habuiſſet terminum menſis,& v.die dimiſiſſent, decimaquinta reſumpſiſſent, dũmodo infra terminũ poſtea dimiſiſſent,nõ eſſet locus pœnæ 1:

1 Quia in talib⁹ finis eſt ſpectandus. Panor. Cardi.Fonta.

o ¶*Quandocunque.*]quaſi etiam poſt tempora longiora.& eſt ſimi'e de ordi.cog.c.2.Ioan.And.

¶*Gl.ſeq.litteram exponit,duas lecturas ponit,& inducit ſimile.*

p ¶*Omnino.*]ſ.quo ad duo priuilegia,q̃ poterãt habere , ꝑ decre. vnicã.de cle.coniu.lib.6.& ſi hic cõiungis totã illã partẽ, ſcilicet priuilegiũ clericale quãdiu,& c.multũ facit ad id qđ not. de cle. cõiug.Ioãnes.in 4.q.ſed ſi iſtud.omnino,intẽdit perperuitatẽ priuationis ĩducere,vt ſi cõiungatur hic illud verbũ ſolũ,priuilegiũ clericale eo ipſo amittãt,reſultaret ꝯtrarius intellectus ſimilis diſputatio de hac dictione, oĩno.ff.de fideiuſſorib⁹.l.Græce.§.illud.

q ¶*In rebus.*]propriis,in quibus aliàs gauderent immunitate.eo. tit.cap.vlti.de immu.ecce.c.1.lib.6.

r ¶*Quamdiu.*]Recuperabunt ergo deſiſtentes priuilegium.& facit de vita & hone.cle.c.vlti.qđ ibi dixi poſt Inn.ibi etiam. not. Ber.& facit qđ no.32.diſt.nullus.& 81.diſt.ſi qui ſunt presbyteri.

2 De hoc verbo vide Iaſ.in l.Centurio.ff. de vulg.& Abbatem in c.1.in vlti.no. extra de ſẽ. & re iudica.

s ¶*Eoipſo.*] 2 Licet ergo ſit neceſſaria monitio:non tñ eſt neceſſaria priuatio concordat de ſen.excom.in audientia.& c. cõtingit. ſimile de præbend.extirpandæ. de rapto.excommunicationi.j.de deci.c.1.de ſta.mo,attendentes.in fi.

a ¶*Alios*

a ¶ *Alios.*]non carnifices,vel tabernarios.

b ¶*Inſtituta.*]eo.tit.c.2.& c.clerici.& c.vnico.lib.6.ne clerici vel mona.c.1.de ſen.excom.contingit.

Q*Voniam.*]¶Diuiditur in ſex partes,vt patet in rubro. Secunda ibi,*Si vero.*Tertia ibi,*Idem quoque.*Quarta ibi,*Dignitatē.* Quinta ibi. *Sed tales.* Sexta ibi, *Huic inſuper.* Imola.

¶Aduerſus vero alios[a] clericos negotiationibus vel commerciis ſecularibus,vel officiis non conuenientibus clericali propoſito publice inſiſtentes, vel arma portantes, ſic canònica ſeruare ſtudeant inſtituta[b], quòd & illi ab exceſſibus compeſcantur huiuſmodi,& ipſi de damnabili circa hæc negligentia nequeant reprehendi.

¶Idem.

¶*Premiſſo exordio punit primo clericos beneficiatos vtentes publice virgata vel partita veſte.Secundo ſubdiaconos,& diaconos.Tertio,omnes clericos tonſuram publice cum tali veſte portātes.Quarto, habentes dignitatem, perſonatum, beneficium curatum, & ſacerdotes & religioſos publice portantes talem veſtem vel infulam. Quinto, punit omnes prædictos vtentes tabardo notabiliter breui, integre foderato Sexto, certas caligas clericis interdicit.Io.an.And.*

CASVS. Viſum eſt.ſ. qualiter clerici debent abſtinere à quibuſdam artibus: Sed quæritur vtrum debeāt abſtinere à quibuſdā veſtibus, vel vtrū ſit eis licitum vti quibuſcūque veſtibus?Dicit ꝙ clerici debent abſtinere à veſte diuerſo colore colorata, & ſi vtantur publice, ipſi incurrunt pœnas hic contentas. Sed quæritur nūquid preſbyteri poſſunt portare caligas ſcacatas? Dicit ꝙ non.h.d.H.R.

¶Colligo aliqua notabilia. Et primo, ꝙ per decentiam exteriorem cognoſcitur honeſtas morum interiorū.Not. ꝙ clerici prohibentur portare veſtes diuerſis colorib⁹ coloratas:Vnde ſi ſint clerici beneficiati,ipſo facto ſunt ſuſpenſi à perceptione fructuum ſui beneficij per ſex menſes: Si non ſunt beneficiati,tunc per ſex menſes ſunt inhabiles ad obtinendum beneficium quodcunque. Si vero ſint in dignitate conſtituti,tunc magis puniuntur.Not.quod clerici interueniente cauſa ſufficienti, puta cauſa timoris, poſſunt aſſumere veſtes laici.Not.*virgata*,id eſt,viridi.Not. *Sancimus*.vt ſ. in clem.cum illuſio.de denuntiatione.Not.*Cenſemus*.vt ſ.c.e.cautam.de electione. Not. T*onſuram*, id eſt coronam clericalem. de tondeo.Not. *Deferentibus*,id eſt,portantibus à defero,defers, detuli:quod eſt compoſitum de fero, fers vt ſ.in clem.ſi ante.de dolo & contu.Not.*Perſonatum*,perſonatus, tus, tui.Et perſona ſœ. ge.eſt rationabilis creaturæ indiuidua eſſentia. Et ſecundum hoc dicitur perſona, quaſi per ſe vna. & eſt etymologia. Et ſecundum hoc perſona videtur ſpectare ad deitatem. Item perſona dicitur hiſtrio, repreſentator comœdiarum: quia diuerſis modis perſonat diuerſas perſonas repreſentando.Et hinc perſona dr̄ in Gramatica ipſum ſuppoſitum, q̄nque proprietas ſuppoſiti, q̄nq; proprietas vocis,q̄nq; vox ipſa,q̄nq; modus ſignificandi, & q̄nq; perſonalis proprietas. Itē perſona dr̄ in Eccleſia, qui dignitatem habet præ cæteris. Et hoc ab hiſtrione ſumptum eſt, qui diuerſas perſonas repreſentando,diuerſos ſolet accipere ornatus,ſecundū dignitatem perſonæ,quam habet repreſentare· Et hinc tractū eſt vt perſona dicatur in Eccleſia,quæ dignitas perſonatus dr̄,nam ſecundum diuerſos gradus dignitatis perſonæ diſtinguntur in Eccleſia.Et hinc etiam tractū eſt,vt in Grammatica vna perſona dicatur prima,alia ſecūda,alia tertia,quod fit ratione dignitatis.Inde venit hic perſonatus,tui, dignitatis vel officium perſonæ, ſecundum Hug.& hæc perſonalitas, tatis. Not. *Per decentiam*, id eſt,ꝑ conuenientiā habitus:quia non omnes habitus ſunt conuenītes clericis.Not.ibi,*Scacatis*.ꝙ ſcacatio dr̄ claudum vel claudico,ſiue inæqualitas,& eſt Græcum.& inde ſumptum eſt hoc nomen ſcacatus,ta,tum.Et dic caligis ſcacatis, id eſt, inæqualibus. Glo.tractat pro reſiduo.Not.ex cauſa rationabili licitum eſt clerico vti veſte virgata vel partita,& dic rationabilem cauſam ſcilicet timoris.eo.tit.clerici.Not.ꝙ hic punitur ſolū qui publice vtitur tali veſte:ſecus ergo ſi occulte,puta in camera vel in prandio vt quia caret alio panno.ſolus ergo publicus vſus hanc pœnam meretur.ſi.ſ.c.proxi.ſecundum Pau.Zabarella.

¶*Glo.prima ſummando diuidit,& dicit.ad quid emanauit.*

¶ c*Quoniam.*]Caſus præmiſſo exordio punit primo clericos beneficiatos vtentes publice virgata vel partita veſte:Secundo ſubdiaconos & diaconos.Tertio,omnes clericos tonſurā publice cum tali veſte portantes.Quarto habentes dignitatem,perſonatum,beneficium curatū,& ſacerdotes & religioſos publice portantes talem veſtem vel infulam.Qinto punit omnes prædictos vtentes tabaroo notabiliter breui integre foderato.Sexto certas caligas clericis interdicit.emanauit executiue ad iura.21.q.4.per totum.eo.tit.c.penult.

d ¶*Congruentibus.*]congruentiam veſtium reſpicit non ſolū clericos.de quibus hic & in iuribus præallegatis, & monachos, de quibus.j.de ſta.mona.ne in agro.ſed etiam omnes laicos.41.diſt. §.1.& c.parſimoniam.30.diſt.ſi quis virorum.& variatur ex diuerſitate ſexuum.ea.diſt.ſi qua mulier.

CAP. II.

QVoniam[c] † qui obiectis veſtib⁹ proprio congruētibus[d] † ordini,alias aſſumere, & in publico portare rationabili cauſa ceſſante[e] præſumit, profeſſorum illius ordinis prærogatiua ſe reddit indignum[f]: Præſenti conſtitutione ſancimus,quòd quicūque clericus[g] virgata vel partita[h] veſte publice[i] vtetur[k] (niſi cauſa rationabilis[l] ſubſit)ſi beneficiatus extiterit.per ſex menſes[m] à perceptione fructuū beneficiorum[n], quæ obtinet, ſit † eoipſo[o] ſuſpēſus[p]. Si vero beneficiatus non fuerit:in ſacris tamen ordinib⁹ citra ſacerdotium[q] conſtitutus,per idem tempus[r] reddatur eoipſo inhabilis[s] ad eccle-

† Hanc conſtitutionem innouat & ampliat cōcilium Trident. ſeſſio. 14.de refor. c.6.

† al. conuenientibus.

† al. ita:ſit ipſo facto ſuſpenſus.

e ¶*Ceſſante.*]ſ.e.Deus qui.

f ¶ *Indignum.*] de ſen. excom. in audiētia.eo. tit.ſi iudex laicus. libr. 6.de iniu.item apud.§. ſi quis virgines. & eſt ſimile de ſtat.mona.recolentes.

g ¶*Clericus.*] includit habentem primā tonſuram tantum. de æta. & qualita.cum contingat.

Clericus eſt qui primam tonſurā habet.

¶*Glo.ſeq. allegat duas concor. & dubiū ſoluit.*

h ¶*Partita.*] dicit canon, ꝙ diuerſi coloris, vel diuerſæ partis veſtis eſſe non debet.20. q.1.c.vlti.in fin.alibi, ꝙ veſtis nō debet eſſe varia ſericis texturis, nec habere variorum colorum ornamenta.21.q.4. ca.1.in fin.Et not.quòd licet veſtes rubei & viridis coloris prohibitæ ſint clericis.ſ.eo.ca.pe. pœnæ tamē iſtius conſtitutionis locum habent ſolum in veſtibus hic expreſsis.& concor.quod dixi.ſ.c.proxi.

Veſtes virides & rubeæ,ſunt clericis prohibitæ.

i ¶*Publice.*]concor.ſ.c.proxi.

ADDITIO.Dicit Lau.ꝙ dicitur publice portare,cum multitudini hoc patet:ſicut etiam dicitur publice aleator, vel vſurarius, vel maleficus,vel meretrix,vel excommunicatus.de excel.prælat. inter.de malefi.cap.2.de exceptione.exceptionem.34.diſt.vidua.In domo vero dicitur ſecrete:quia domus rem ſecretam,& non publicam denotat.6.q.1.ex merito.Zabarella.

¶*Glo.ſeq.ſoluit dubium,& ſolutionis obiectionem.*

k ¶*Vtetur.*]veſtibus ergo etiam prius factis publice vti non poterit ſine hac pœna,nec propter hoc conſtitutio reſpicit ꝓterita: damnat enim ſolum futurum vſum.& facit quod dixi.ſ.ea.compl. de æta.& quali.vt hi qui.in glo.quòd poſteris.

l ¶*Rationabilis.*]puta timoris.eo.ti.c.penul.

m ¶*Sex menſes.*]inchoandos poſt talem publicam delationem.

¶*Gl.ſeq.quæſt.ſoluit,& rationem reddens contrario reſpondet:inducit ſimile,& dubium ſoluit.*

n ¶*Beneficiorum.*]omnium,propter indefinitam.de hoc de elect. vt circa.lib 6.offendit enim vniuerſum ſtatum Eccleſiæ, nec minus vnam eccleſiam quàm aliam.& ſic ſoluitur de elect.ſi cōpromiſſarius.§.huiuſmodi.& §.ſeq.lib.6.vbi ſpecialiter offenditur eccleſia,ad quam indignus eligitur,vel ad quam dignus electus impeditur.& eſt ſimile. j.de pœnis.c.1.poſt princi.poſſet autem talis eligere de elect.cum Vintoñ.

o ¶*Eoipſo.*]hic ergo non eſt neceſſaria monitio nec ſententia.aliter.ſ.ca.proximo.

¶*Gl.ſeq.primo ſoluit tria dubia:ſecundo quærit & ſoluit,& de duobus remittit.*

p ¶*Suſpenſus.*]ſi tñ interim illos perciperet, non eſt irregularis, cum hoc non ſit expreſſum in iure.de ſen.excom.is qui.libr.6.nec beneficiis priuatus,cum hoc hic non exprimatur,ſicut in caſu de elect.c.1.§.ſi.& c.cupientes.§.cæterū.lib.6.tenetur tamen ad ipſorum reſtitutionem.Sed cui fiet reſtitutio?hic vidēdum eſt cui accreſcant fructus tempore ſuſpenſionis,puto ꝙ quotidianæ diſtributiones accreſcant ſociis,vt dixi.ſ.ea.compi.de æta.& qualita.vt hi qui fructus præbendæ vel diſtincti beneficii accreſcant eccleſiæ.de cleri.non reſi.c.penulti.& ſic intellige quod not.91.diſtinc. clericus victum.& quod not.Innocen.de coha.cleri.ſicut.Quid autem ſi iſti ſuſpenſi nollent interim officiare eccleſiam, & an interim eligant vel eligantur?Vide quod not.in præalle.§.cæterum. in glo.non ergo.

Suſpēſionis tempore durante cui accreſcūt fructus clerici ſuſpenſi.

q ¶*Sacerdotium.*]hic ergo eſt ius diuerſum inter ſacerdotium & alios ſacros ordines.concor.54.diſt.ex antiquis.ne cle.vel mo.c.ſi.

r ¶*Per idem tempus.*]ſex menſium.

a ¶*Inhabilis.*]tenet Guli.in Specu.tit.2.§.ſupereſt.verſic.ſed nunquid poteſt.ꝙ legatus & eps hæc pœnam infligere poſsint, etiam in perpetuum clerico & laico ex cauſa.& vides ꝙ in defectū beneficij

neficij ſuccedit hæc pœna 1 inhabilitatis: alibi deficienti beneficio ſuccedit pœna excommunicationis ſ. de deci. cap. 1.

1 Not. Imo. ꝙ inferior à Papa ex ſtatuto inhabilitare poteſt clericos ad obtinẽda beneficia. Fon.

a ¶ *Aliis.*] qui nec beneficiati ſunt, nec in ſacris.

b ¶ *Talem.*] virgatam vel partitam.

¶ *Glo. ſeq. infert ex copula, & arguit. Secundo quærit: quæſtionẽ declarat. ſoluit. opi. ponit. Tertio, ſpecialia quærit & ſoluit.*

ſiaſticum beneficiũ obtinẽdũ. Idem quoq; cenſemus de clericis aliis[a] veſtẽ talẽ[b] ſimul & tonſuram[c] publice deferẽtibꝰ clericalẽ. ¶Dignitatẽ vero, per ſonatũ, ſeu beneficiũ aliud obtinens, cui cura immineat animarũ, necnõ cæteri in ſacerdotio cõſtituti, ac religioſi quilibet, quos oportet ꝑ decẽtiã habitus extrinſeci[d] morũ intrinſecam honeſtatẽ oſtẽdere, ſi (præterquam ex cauſa rationabili) publice veſtem ferant huiuſmodi, aut infulam[e] ſeu pileũ† lineum[f] publice portent in capite, ſint eoipſo beneficiati videlicet à perceptione fructuũ beneficiorum, quæ obtinẽt, ſuſpenſi per annum. Cæteri[g] vero ſacerdotes & religioſi quilibet per idem tempus[h] reddantur inhabiles ad quodcũque[i]

† al. pileum iuuenum.

D*Vdum.*] Præſupponendum eſt ꝙ facultas prædicãdi verbum Dei pertinet ſolis ep̃is & rectoribus parochialum eccleſiarũ de iure cõi. Item facultas audiendi confeſsiones, iniungendi pœnitentias & abſoluendi de iure cõi pertinet ep̃is, & archiep̃is, & rectoribus parochialium eccleſiarũ. Item facultas funerandi, id eſt, ſepeliendi, pertinet ſolis rectoribus parochialium: & non pertinet monaſteriis, niſi reſpectu ſuorum fratrum. Item præſuppone quòd Minores & Prædicatores fuerunt priuilegiati in iſtis tribus: quod priuilegium fuit eis conceſſum multũ large: poſtea fuit caſſatũ huiuſmodi priuilegiũ: & tũc quia erãt magnæ diſcordiæ, ideo huiuſmodi p̃dicandi facultas eis fuit data, videlicet ꝙ ipſi poſſent p̃dicare in ſuis domibus & aliis locis publicis, niſi ep̃s vellet p̃dicare, vel p̃dicari facere: quia tũc ipſi ceſſant. Quãtum ad ſecundã facultatẽ ipſi Minores & Prædicatores petãt licentiã pro audiendis cõfeſsionibus ab ipſis ep̃is: & licentia obtenta eligant ex fratribus idoneiores ad confeſsiones audiendas, & abſoluãt à peccatis, niſi à caſibus ep̃alibus: tñ abſoluere poſſunt à caſibus ep̃alibus, ſi ſibi fuerit permiſſum ab ep̃o. Quantum ad tertiam facultatem ipſi Minores & Prædicatores poſſunt ſepelire corpora mortuorum, dum tñ ſoluant quartam vel legitimam rectori eccleſiæ parochialis. Itẽ ipſi non debent procurare ꝙ aliqui eligant ſepulturam in domib⁹ ipſorum, vt faciant eis donationes inter viuos, quas facerent inter mortuos, aliàs ipſi rectores habebunt quartam ſiue legitimam, ac ſi illi feciſſent donationem in morte. hoc intendit totum iſtud magnum capitulum. Not. ꝙ de iure communi officium prædicandi ſpectat ad epiſcopos & rectores parochialium: tamen etiam ex ſpeciali priuilegio poteſt competere aliis. & non extenditur iſtud priuilegium ad alios Mendicantes, cum ſit odioſum: ſed crederem ꝙ alij Mendicantes etiam haberent ſimile: ſed illud non eſt clauſum in corpore iuris: ideo ſi eis moueretur quæſtio, ipſi tenerentur probare. Not. ꝙ Prædicatores & Minores ſolum habent facultatem prædicandi in ſuis domibus & locis publicis. Not. ꝙ parochianus dimiſſo proprio curato poteſt fratribus priuilegiatis confiteri; nec tenetur petere licentiam à ſuo proprio curato: licet eſſet ſibi meritorium, ſi peteret propter bonum obedientiæ. Not. formam, quam debet quis obſeruare in confeſsionibus audiẽdis: quia primo debet audire confeſsionem; deinde pœnitẽtiam iniungere, & poſtea abſoluere. Et ſi confitens ſit excommunicatus, tunc preſbyter debet illum abſoluere ab excommunicatione. Not. ꝙ iſti Prædicatores & Minores eandem habent poteſtatem quam habent rectores parochiarum. ¶ Item nota quòd ipſi habent ius liberæ ſepulturæ. Et dicunt doctores, quòd ſi conſuetudo ſit quòd primo portetur corpus ad eccleſiam parochialem; & ibi rector ſeu curatus liberet eis illud corpus, quòd illa conſuetudo eſt ſeruanda: ſed aliàs ipſi Mendicantes poſſunt proceſsionaliter ire ad domum defuncti, & portare corpus: licet gloſ. teneat contrarium:

quia in

dum [a]† à Bonifacio Papa octauo pdeceſſore noſtro infraſcripta edita decretali, Benedictus Papa vndecimus prædeceſſor noſter aliā [b] illius reuocatoriā promulgauit: quæ quia (vt probauit effectus) nedū [c] pacis ab auctore [d] ipſius ſperatæ fructū nō attulit, quinimo diſcordiæ, pro qua ſedanda pceſſerat, fomentū [e] non modicū miniſtrauit [f]: nos eā omnino [g] caſſantes, aliā à præfato Bonifacio editā ſacro inſtāte [h] & approbāte cōcilio innouamus: ſubiiciētes tenorem [i] illius, qui dignoſcitur eſſe talis: Bonifacius epiſcopus ſeruus ſeruorū Dei ad ppetuā rei memoriā [k]. Sup cathedrā [l] præeminētiæ paſtoralis diuina diſponente clementia conſtituti: etſi [m] multis & arduis, quæ in amplū Romanæ curiæ alueū [n] vndique confluunt [o] quaſi torrens [p], prægauemur negotiis, curis excitemur innumeris, cogitationibus plurimis diſtrahamur, circa id tamen feruentibus† votis intēdimus, vacamus inſtantius [q], ac operoſæ ſtudiū ſollicitudinis impartimur, vt ad diuini nominis† gloriā, exaltationē catholicæ fidei, & profectum fideliū animarum (præciſis radicitus [r] diſſidiorum vepribus [s], & litigiorum anfractibus [t] omnino ſubductis) inter eccleſiarum antiſtites [v] ad curam & regimen gregis Dominici deputatos, cæteraſque perſonas, quas ordo clericalis includit [x], pacis tranquillitas vigeat, feruor charitatis exæſtuet [y], inualeſcat [z] concordiæ vnitas†, animorum identitas perſeueret: Scimus enim & ex euidentia [a] facti colligimus, quòd non niſi in pacis tempore bene colitur pacis auctor: nec ignoramus, quod diſſenſiones & ſcandala prauis actibus [b] aditum præparant, rancores & odia ſuſcitant, & illicitis moribus auſum præbent [c]. ¶ Ab olim ſiquidem inter prælatos & rectores ſeu ſacerdotes ac clericos parochialium eccleſiarum per diuerſas mundi prouincias cōſtitutos ex vna parte, & Prædicatorum & Minorum ordinum fratres ex altera (pacis æmulo [d], ſatore [e]† zizaniæ [f] procurante) grauis & periculoſa diſcordia extitit ſuſcitata, ſup prædicationibus fidelium populis faciendis, eorum confeſſionibus audiendis, pœnitētiis iniungendis eiſdem, & tumulādis defunctorum corporibus, qui apud fratrum ipſorum eccleſias ſiue loca noſcuntur eligere ſepulturam. ¶ Nos autem (pij patris [g] more laudabili) moleſte ferentes incommoda ſi-

quia in hoc non approbatur. Not. de verbo, innouamus, quod exponit Laū. id eſt, reſtituimus: quia fuerat reuocata. de reſcrip. quamuis. lib. 6. q. 3. §. notandum. & dicit Lau. ꝙ innouare nihil aliud eſt niſi canones qui in deſuetudinem abierant reparare. 18. diſt. propter. Not. ibi, *Bonifacius*. ꝙ conſtitutiones fiunt ad perpetuam memoriā, pro qua etiam fiunt inſtrumēta & ſcripturæ aliæ: & ſic recipiuntur teſtes & publicantur. 1. q. 7. ſaluberrimum. Zabare.

Not. ꝙ quæſtio erat inter rectores, & clericos ex vna parte, & iſtos fratres ex altera. Ex hoc colligit Paulus, ꝙ nedum ſacerdos ſed clericus habeat partem oblationum & funeralium. ad hoc de fil. pſby. c. propoſuit. & c. ex parte. quod ſatis vr̃ verū ſcd̃m eū: niſi conſuetudo vel ſtatutum aliud inducat. de verb. ſignifi. cum inter. In ɔ̃rium tñ facit littera ĵ. in verſi. verum: ibi, *Sacerdotibus & eccleſiarum rectoribus*, &c. Soluit quòd illud non excludit portionem clerici, ſi eſt in eccleſia cauſa iuuandi ſacerdotem, qui ſine clerico celebrare & alia ſimilia facere nō poteſt. de conſec. diſt. 1. iubemus. & de vita & honeſtate cleric. vt quiſquis.

Not. in ver. *Hora illa dumtaxat*, &c. ꝙ in concurſu prædicationis pferūtur prælati iſtis fratribus: habent enim plati in hoc ius potētius, vt pote ordinariū & ius cōe: fratres autem extraordinarium & priuilegium: ſed in concurſu talium fortius eſt ius cōe, quàm ſingulare, & ordinarium auxilium quàm extraordinarium: vt l. eius militis. §. ſi militia. ff. de teſta. mili. & l. in cauſæ. ff. de mino. §. cauſa. Et potentior eſt cauſa naturalis quàm accidentalis. vt l. qui habet. ff. de tutel. & l. libertus. §. præſcriptio. ff. ad municipa. Petrus de Ancha.

† An hæc Clement. cōprehendat alios religioſos Mendicātes, vel non Mendicātes præter cōprehēſos ſeu nominatos ī ea, vide oīo p gloſſam in ea. quæ à iure. de regul. iur. lib. 6.

† al. frequentibus.

† al. numinis.

¶ *Gloß. prima diuidit, & ſubdiuidit, & docet quid vnaquæque pars faciat: & ſummat partem, quæ titulum recipit.*

a ¶ *Dudum.*] Duæ ſunt principales partes: in prima prooemium Clementis innouans in concilio conſtitutionem Bonifacij, & caſſans reuocatoriam Benedicti: in ſecūda conſtitutio: ibi, *Bonifacius*. quæ ſubdiuiditur in titulum & conſtitutionem, ibi: *Super Cathedam.* quæ conſtitutio præmittit exordium: in quo dicit ſe vigilē circa ſcandala cleri tollenda. Secunda ibi: *Ab olim.* narrans diſcordiam Prædicatorum & Minorum cum clero ſuper prædicationibus, confeſsionibus, & ſepulturis, primo prouidet circa prædicationes, Secundo ibi: *Statuimus.* circa confeſsiones. Tertio ibi: *Huiuſmodi.* circa ſepulturas. Quarto ibi: *Nos etenim.* reuocat priuilegia, cōſuetudines, ſtatuta, & pacta contraria. Quinto ibi: *Cæterum.* hortatur & præcipit prædictos ordines, & profeſſores ipſorum p clerum benigne tractari: & cōtrafacientibus comminatur. Et pars quæ titulum reſpicit hoc intendit: Prædicatores & minores in locis ſuis libere ſepeliunt illos, qui hoc elegerint. De funeralibus tñ & quibuſcunq; obuentionibus, & relictis etiam de quibus aliàs nō debetur canonica, quartā & non vltra ſoluent eccleſiæ parochiali.

b ¶ *Aliam.*] quæ incipiebat: inter cunctos.

c ¶ *Nedum.*] non attulit fructum, quod eſt infra.

d ¶ *Ab auctore.*] Benedicto.

e ¶ *Fomentum.*] id eſt, nutrimentum.

f ¶ *Miniſtrauit.*] ſimile de æta. & qualita. ad aures.

g ¶ *Omnino.*] ſimile de immu. eccle. quoniam.

¶ *Glo. ſe. alle. x. iura huius cōſtitutiōis præter iſtud, per quæ derogatur priuilegiis vel exemptionibus.*

h ¶ *Inſtante.*] multotiens dixi quòd concilia fieri priuilegiatis vel exemptis non expedit. quod collige ex hoc Vienneñ. concilio hic, & ſupra cap. proxi. & s. tit. proxi. cap. vnico. & ſupra de ſup. negli. præla. quia regulares. de ſta. reg. attendentes. de religio. do. quia contingit. de iure patronatus, vt conſtitutio. de priuileg. religioſi. & cap. archiepiſcopi. de pœni. & remiſ. abuſionibus. de ſenten. excommu. cap. 1.

Concilia fieri exemptis nō expedit.

i ¶ *Tenorem.*] ſimile de confirma. vti. vel inuti. cap. penul.

K ¶ *Memoriā.*] vide qd̃ not. de re iudi. ad Apoſtolicæ. in 1. glo. lib. 6.

† al. & animorum, &c.

l ¶ *Cathedram.*] ſecundum Hug. Græcum eſt, & ponitur pro alta vel excelſa ſede iudicis pſidentis: & componitur à chatos, quod eſt ſedes, & edra, quod eſt ſponda, quaſi ſpondata ſedes, ponitur etiā pro ſede doctoris. vnde in Græciſmo:

*Rex ſoliū, doctor cathedrā, iudexq; tribunal.*
*Poßidet, ac ſedē præſul, prætorque curule.*

Quaſi currule: quia ferebantur in curru. De hac cathedra iudicantis & docentis 40. diſtin. multi.

† al. Satore que.

m ¶ *Etſi.*] pro quamuis.

n ¶ *Alueum.*] alueus dicitur venter fluuiorum. dicitur etiam vas factum ad modum aluei fluuij, in quo lauantur pedes, carnes, & olera: & dicitur ab aluo quod eſt quoddam ventris receptaculum recipiens cibum.

o ¶ *Confluunt.*] 2. q. 6. c. 2. cum ſeptem. c. ſeq.

p ¶ *Torrens.*] dicitur fluuius vel aqua veniens cum impetu in imbre, quæ in æſtate torreſcit, i. eſt. areſcit.

q ¶ *Inſtantius.*] Nota quòd habens ad multa intendere, ad id quod eſt grauius debet manum apponere: ſicut iuris præſumptione, qui vult ſe liberare, ſoluendo ſe liberat ab eo, quod eſt grauius, ff. & C. de ſolutio. leg. 1. ſecundum Ioan. Mona.

r ¶ *Radicitus.*] fruſtra ramos conatur incidere, qui radicem non euellit. de pœni. diſt. 2. quia radix.

ſ ¶ *Vepribus.*] vepres dicuntur ſpinæ, quæ vi præhendunt, & lacerant carnes & veſtes.

t ¶ *Anfractibus.*] ſic dicti: quia vndique frangunt, & dicuntur viæ aſperæ plenæ diuerticulis circunfractionibus & ruinis. & habetur idem verbum de elect. quorundam. lib. 6.

u ¶ *Antiſtites.*] hi ſolent dici epiſcopi, quaſi ante alios ſtantes.

x ¶ *Includit.*] 12. quæſtio. 2. duo ſunt. de æta. & qualita. cum contingat.

y ¶ *Exæſtuet.*] quaſi ferueat, bulliat, vel caleſcat.

z ¶ *Inualeſcat.*] quaſi valde valeat, creſcat, & abundet.

a ¶ *Ex euidentia.*] de electio. quàm ſit. in prin. lib. 6.

b ¶ *Actibus.*] Eccleſiaſt. 28. abſtine te à lite, & minues peccata.

c ¶ *Præbent.*] concor. C. de iudi. properandum. in principio.

d ¶ *Aemulo.*] concor. proœ. compila. Grego. de hoc ver not. 43. diſtinctio. ſcimus. & facit 16. quæſtio. 2. capitul. 1. poſt. principium.

e ¶ *Satore.*] id eſt, ſeminatore.

f ¶ *Zizaniæ.*] ſeges vel herba peruerſa, ſcilicet lolium. 56. diſt. naſci. 24. q. 1. quoniam. Et quandoque ponitur pro ſorde omnium ſegetum. huic litteræ concor. de elect. licet.

g ¶ *Patris.*] qui habet quærere conſilium pro liberis. ff. de adult. nec in ea, in fine. Ioan. Mona.

a ¶ *Exacta.*]

a ¶ *Exactæ.*] quaſi exquiſitæ. C. mandati, in re mandata. Ioan. Mo.
b ¶ *Periculi.*] dictis à pereo, peris.
c ¶ *Onuſta.*] quaſi onerata. de elect. vbi periculum. in prin. lib. 6.
d ¶ *Exoſa.*] id eſt, perfecte odioſa.
e ¶ *Salubrem.*] quaſi ſalutis vberem.
f ¶ *Solertiæ.*] vide quod dixi s. ea. compila. de offic. deleg. c. vnico.
g ¶ *Ad honorem.*] ſimile de vſu pal. cap. ad honorem.
h ¶ *Locis eorum.*] quicquid eſt infra ſepta vel ambitum, etiam in pratis, vel hortis, vel aliis ſpatiis, vſ includere.
i ¶ *Communibus.*] in priuatis ergo ſecus.
k ¶ *Prædicare.*] etiam tempore interdicti. de ſen. excõicationis. rñſo.
l ¶ *Verbum Dei.*] de of. ordi. inter cætera. in princip.
m ¶ *Prælati.*] iure cõi vel conſuetudinario, ſecundum Ioan. Mon. qui dicit rectorem eccleſiæ non contineri nomine prælati, cũ ſupra ſit expreſſus poſt prælatũ in ver. ab olim. de vicario. tñ dicit idẽ quod de p̄lato: quia qđ per ſe non poſſunt ordinarij, per alios faciunt, de offic. ordi. inter cætera. & eo. tit. ſi epiſcopus. lib. 6.
n ¶ *In qua.*] hora.
o ¶ *Generalibus.*] id eſt, locis habẽtibus ſtudiũ ex priuilegio, vel cõſuetudine: cuius initij non ſit memoria. de cle. non reſi. tuæ. infra de priui. c. 2. lib. 6. & in procemio digeſtorum §. hæc antem tria.
p ¶ *Niſi.*] à primo dicto huius ver. excipit, non à duobus ſequentibus, quòd ſatis verba demonſtrant.
q ¶ *Superior.*] non reſpectu ep̄i de quo præmiſit ſed clerici cui ſupereſt de conſuetudine vel priuilegio, ſecundũ Ioan. Monac.
r ¶ *Generaliter.*] ſecus ergo vbi ſpecialiter vocaret prælatos, doctores vel huius ſimiles.
ſ ¶ *Eccleſiis.*] nec ipſarum capellis vel cœmeteriis, de ſen. excõ. ſi ciuitas. lib. 6. ſm. Io. Mo, ſm quem not. q in ver. præceden. permittitur his prædicare cũ certa modificatione; hic prohibetur niſi certis caſibus; quare cum de iure cõi illis prædicare non cõpetat, ſed ſolũ prælatis & curatis. infra §. huiuſmodi. reputat iſtis omnem locum interdictum, qui non reperitur hic permiſſus.
t ¶ *Sacerdotibus.*] puto ſufficere ſi iſti ſunt vicarij perpetui, cum ad eos ſpectet cura. de offi. vica. c. ſi. de præb. ſuper eo. lib. 6. & idẽ puto in temporalibus datis in caſu licito auctoritate epiſcopi, vt de elect. cum ex eo. lib. 6.

† al. ita: auctore Dño.

Prælati nomine nõ venit rector eccleſiæ.

† al. ita: de fratrum noſtrorum conſilio, &c.

† Ideſt publicis, & ideo ait Pet. đ Ancha. Papa ſine aliorum præiudicio de eis diſponit. argu. l. ſi eut locus. §. ſi. ff. quemadmodũ ſerui amitta. ex quo ego infero, q Papa põt diſponere aliquid faciendum in re dñi tẽporalis fauore fidei. Font.

† Supple. Zen. etiam extra monaſteria & loca ſua, vt verba operent aliqd vltra præcedentia. de verbo. ſigni ſi. Abbate. Font.

liorum, reducẽtes ad exactæ [a] cõſiderationis examẽ, ac infra pectoris clauſtra ſolicite reuoluentes, quàm ſit plena periculis [b], quàm onuſta [c] diſpendiis, quamque in diuinæ maieſtatis cõſpectu reddatur exoſa [d] diſcordia ſupradicta: Et propterea intẽdentes paternæ ſollicitudinis ſtudio illã prorſus euellere, ac omnimode ſubmouere, nullis vnquã futuris tẽporibus fauente † Domino ſuſcitandam: grãdi quoque deſiderio cupiẽtes, vt huiuſmodi negotiũ qđ potiſſime inſidet cordi noſtro, finẽ ſalubrẽ [e] & celerẽ per Apoſtolicæ ſolertiæ [f] ſtudiũ conſequatur, diligenti cũ fratribus noſtris deliberatione præhabita ſuper eo, ad honorẽ [g] Dei & exaltationem catholicæ fidei, quietũ ſtatũ partiũ prædictarũ, ac ſalutis animarum fideliũ incrementum, de † ipſorum fratrũ conſilio auctoritate Apoſtolica, ſtatuimus & ordinamus, vt dictorum ordinũ fratres in eccleſiis & locis [h] eorũ, ac in plateis communibus [i] † libere valeant clero & populo prædicare [k], ac proponere verbum [l] Dei hora ila dumtaxat excepta, in qua locorum prælati [m] prædicare voluerint, vel coram ſe facere ſolemniter prædicari, in qua [n] prædicare ceſſabunt: præterquam ſi aliud de prælatorum ipſorum voluntate proceſſerit ac licentia ſpeciali. In ſtudiis autem generalibus [o], vbi ſermones ad clerum ex more fieri ſolent diebus illis, quibus prædicari ſolemniter conſueuit, ad funera etiam mortuorum, & in feſtis ſpecialibus ſiue peculiaribus eorundẽ fratrum, poſſunt iidem fratres, & liceat eis libere prædicare †: niſi [p] forte illa hora, qua ſolet ad clerum in prædictis locis Dei verbum proponi, epiſcopus vel prælatus ſuperior [q] clerum ad ſe generaliter [r] conuocaret, aut ex aliqua ratione vel cauſa vrgente clerum ipſum duceret cõgregandum. In eccleſiis [s] autem parochialibus fratres illi nullatenus audeant, vel † debeãt p̄dicare, vel ꝓponere verbũ Dei: niſi fratres prędicti à parochialibus ſacerdotibus [t] inuitati † fuerint vel vocati, & de ipſorũ beneplacito & aſſenſu, ſeu petita licẽtia fuerit obtenta: niſi epiſcopus vel prælatus ſuperior per eoſdẽ fratres prædicari mãdaret. ¶ Statuimus [v] etiã & ordinamus auctoritate prædicta, vt in ſingulis ciuitatibus & diœceſibus in quibus loca fratrũ ipſorũ conſiſtere dignoſcũtur, vel in ciuitatibus & diœceſibꝰ locis ipſis vicinis, in quibꝰ loca huiuſmodi nõ habẽtur [x], Magiſtri † Priores prouinciales Prædicatorum aut eorũ vicarij: & Generales † & prouinciales Miniſtri, & cuſtodes [y] Minorũ, & ordinũ prædictorũ, ad præſentiam prælatorum [z] eorũdem locorũ ſe conferant per ſe vel per fratres, quos ad hoc idoneos fore putauerint, humiliter petituri, vt fratres qui ad hoc electi fuerint in eorũ ciuitatibus & diœceſibus confeſſiones ſubditorum ſuorũ confiteri ſibi volentiũ audire [a] libere valeant, & huiuſmodi confitẽtibus (prout ſecundũ Deum expedire cognouerint) pœnitẽtias imponere ſalutares, atque eiſdem abſolutionis beneficiũ impẽdere de licentia, gratia, & beneplacito eorũdem: Ac deinde [b] præfati Magiſtri, Priores, ꝓuinciales & Miniſtri [c] ordinum prædictorum, eligere ſtudeant perſonas ſufficiẽtes [d], idoneas, vita probatas [e], diſcretas, modeſtas atque peritas, ad tam ſalubre miniſterium & officiũ [f] exequendum: quas ſic ab ipſis electas repręſentent, vel faciãt præſentari [g] pręlatis, vt de eorũ licentia, gratia, & beneplacito in ciuitatibus & diœceſibus eorundẽ huiuſmodi perſonæ ſic electæ confeſſiones confiteri ſibi volentium audiãt, imponãt pœnitentias ſalutares, & beneficium abſolutionis (in poſterum †) impendant [h], prout ſu-

¶ *Gloſſa ſequens ſubdiuidit.*
u ¶ *Statuimus.*] ſecundus articulus confeſsionum circa quas prouidet, primo, de licentia petenda. ſecundo de confeſſoribus eligendis & præſentandis: ibi, *Ac deinde.* tertio limitat locum & numerum: ibi, *Extra ciuitates.* quarto prouidet qñ licẽtia datur, & electi acceptantur, & qñ non acceptantur: ibi, *Et ſi iidem.* quinto, qñ denegatur licẽtia, dat gratiam cum certo moderamine: ibi, *Si vero.*
x ¶ *Non habentur.*] dato ergo q fratres nõ haberent locum Mutinæ, poſſent tñ prælati de quibus ſequitur ab ep̄o Mutineñ. petere quod ſequitur, & pro ipſa diœceſi electionem facere.
y ¶ *Cuſtodes.*] Priores ergo conuentuales quo ad prædicatores, & Guardiani quo ad Minores, hoc nõ poſſunt.
z ¶ *Prælatorum.*] ſcilicet ep̄orum & ſuperiorum de quibus præmiſit, & patet hoc j. ibi, in eorum ciuitatibus, &c.
a ¶ *Audire.*] Nota hũc ordinem 1, vt primo audiatur confeſsio, ſecundo imponatur pœnitentia, tertio fiat abſolutio. non ergo præcedat abſolutio impoſitionẽ pœnitentiæ, vt ſic abſolutionẽ præcedat cordis contritio, oris cõfeſsio, operis ſatisfactio, ſaltẽ affectu.
b ¶ *Deinde.*] ergo non prius: nõ tñ eſt neceſſe q talem licentiam habeant: ſed ſatis eſt q petant quo ad hoc, vt eligere poſsint.
c ¶ *Miniſtri.*] ſcilicet generales vel prouinciales. Et nota, quia de vicariis priorum prouincialium, & de Cuſtodibus non repetit, de quibus præmiſerat. licet ergo illi petitionem poſſint facere, de qua præmiſit: non tñ electionẽ, de qua hic loquitur.
d ¶ *Sufficientes.*] ſex qualitates exprimit. Io. Mon.
e ¶ *Probatas.*] Beatus Bernardus ad Eugeniũ Probatos oportet eligi nõ ꝓbãdos. & facit de p̄ben. in Lateraũ. in fin.
f ¶ *Officium.*] quod eſt ars artium. de æta. & quali. c. cum ſit. Ioã. Mo.
g ¶ *Præſentari.*] perſonalis ergo præſentatio fieri debet. Nã dr̃ præſens qui præbetur ſenſibus corporis. facit ff. de verbo. obli. l. 1. in prin.
¶ *Gloſ. ſeq. arguit iſtos curatos: tenet contrariũ, & rationẽ reddit.*
h ¶ *Impendant.*] cũ determinatione, quæ habetur j. ver. per huiuſmodi. & licet iſta ſint de cura animarum, & articulus præcedens & ſubſequens: per quod videretur iſtos eſſe curatos ſaltem in tanto, vel ex delegata poteſtate, vt hic vel ordinaria, vt j. ver. ſi vero. Dicit finaliter Ioan. Monac. q iſti non ſunt 2 curati: quod etiam ſecundum

† Aliàs, nec debeant.

† In quodã manuſcripto ita: inuitati fuerint, vel vocati fortaſſis extiterint, aut de ipſorũ beneplacito, &c.

Pęnitẽtię impoſitio abſolutioné præcedere debet.

† Aliàs, Magiſter.

† al. Generalis Miniſter.

1 Vide textum & notata ibi in hac editione in ca. vlt. de cẽ. ſib. lib. 6. vbi refellit hæc glo.

Probati & non probandi ſunt eligendi.

Præſens dicitur qui p̄betur ſenſibus.

† Hæ duæ dictiones: in poſterum, deſunt in antiquiorib9 codicibus.

2 Ex hac gl. cognoſces quado beneficium dicatur curatũ. Pan. in c. de multa. de p̄ben. Font.

ſecūdum eum eſſet quo ad fratres Minores ꝯ conſtitutionē exiit. de verb.ſig.lib.6. ſit ratio:quia nec ipſi adſtricti ſunt ad executionem vel exercitium iſtorum actuum:nec fideles ſunt adſtricti, vt in his ad eos recurrant:& ſic licet ex priuilegio huius perpetuæ cōſtitutionis hoc poſsint,non per hoc ſunt cenſendi curati.

perius eſt expreſſum:extra ciuitates & diœceſes,in quibus fuerint deputatæ,per quas eas volumus & nō p̄ prouincias deputari [a], confeſſiones nullatenus audituræ [b]. ¶ Numerus autem perſonarū aſſumendarū ad huiuſmodi officiū exercendū eſſe debet prout † vniuerſitas cleri & populi ac multitudò vel paucitas [c] exigit [d] eorundem. ¶ Et ſi iidem prælati petitā licentiā cōfeſſionum huiuſmodi audiēdarū conceſſerint [e]:illam præfati Magiſtri,Miniſtri,& alij cū gratiarum recipiant actione [f], dictæque perſonæ ſic electæ cōmiſſum ſibi officium exequantur. Quòd ſi forte iā dicti prælati quemquam [g] ex dictis fratribus præſentatis eiſdem ad huiuſmodi officium nollent [h] habere vel non ducerēt admittendum : eo amoto vel ſubtracto loco ipſius ſimiliter eiſdem præſentandus prælatis poſſit & debeat alius ſurrogari [i]. ¶ Si vero iidē prælati præfatis fratribus ad confeſſiones(vt præmittitur) audiendas electis,huiuſmodi exhibere licentiam recuſarint [k]:nos exnunc ipſis vt cōfeſſiones ſibi cōfiteri volētiū [l] libere [m] † liciteq; audire valeāt, & eiſdē pœnitentias imponere ſalutares,atque eiſdē beneficiū abſolutionis impartiri [n] gratioſe concedimus [o] de plenitudine Apoſtolicæ poteſtatis. ¶ Per huiuſmodi autē cōceſſionem nequaquā intēdimus perſonis ſeu fratribus ipſis ad id taliter deputatis,poteſtatē in hoc impendere ampliorē,quam in eo curatis vel parochialibus ſacerdotibus eſt à iure conceſſa [p]:niſi forſan eis eccleſiarum prælati [q] vberiorē in hac parte gratiā ſpecialiter ducerēt faciēdā. ¶ Huiuſmodi [r] quoque ſtatuto & ordinationibus noſtris adiicimus, vt fratres dictorū ordinū in eccleſiis vel locis ſuis † vbilibet cōſtitutis liberā (vt ſequit̄) habeāt ſepulturā [s]:videlicet ꝙ omnes ad eam recipere valeāt, qui ſepeliri elegerint in locis& eccleſiis memoratis. ¶ Verum ne parochiales eccleſiæ & ipſarum curati ſiue rectores, qui miniſtrare habent eccleſiaſtica ſacramēta, quibus noſcitur de iure cōpetere, prædicare [t], ſeu proponere verbum Dei, & confeſſiones audire fidelium debitis & neceſſariis beneficiis defraudentur,cū operariis mercedis exhibitio debeatur [v]:auctoritate Apoſtolica conſtituimus & ordinamus eadē, vt dictorum ordinum fratres de obuentionibus [x] omnibus,tam †

a ¶ *Deputati.*] ſimile de accu.ſicut olim.

¶ *Gloſ.ſeq.dubium ſol. & remittit.*

b ¶ *Audituræ.*] ſi non electus ſe ingerit, vel elect' extra diœceſim, in qua deputatus eſt bona fide illi confeſſus & ab illo abſolutus, tutus eſſet quo ad Deum. & vide quod not.de elect. dudum 2. in gloſſa, q̄a cum iam deſierit. & q̄d ibi ſcripſi.

† Aliàs ita: p̄ut vniuerſitas cleri & populi multitudo vel paucitas exigit eorundem.

c ¶ *Paucitas.*] ſimile de voto ꝙ ſuper his. ver. quamuis.21. diſt. in nouo.in fi.

¶ *Glo.ſeq.notat, quæſt. ſoluit,& conſulit.*

d ¶ *Exigit.*] Not.numerum præſidum deputari ſecundum quantitatem ſubiectorum. Simile de vi.& hone. cleri. quoniam. cum ſuis concor.ſi autē contendit ep̄s cū fratribus, dicēs minorē numerū ſufficere : recipiat ep̄s numerū de quo ſibi vī, de reliquis recurrat ad arbitrium boni viri,id eſt, iudicis, ff.de verb. obli. continuus.§.cum ita.ſecundum Ioan. Mo. qui dixit,ꝙ caute forte faceret ep̄s, ſi in principio cum concedit licentiā, taxaret numerum : liceret enim à principio quandoqne quod nō liceret ex poſtfacto.ff.de pact. in traditionibus. C.de do.quæ ſub mo. l. 1.& l. perfecta. facit de condi.appoſ.verum.

Numerus p̄ſidentium ſecundū quantitatem ſubiectorum eſt deputandus.

†De hoc verbo,libere. vide Franciſcū de Aretio cō ſil.76. incip. Diligēter. & Decium cōſil.131.& in c.ſi pro debilitate. de offic.deleg.

e ¶ *Conceſſerint.*] quam ſine cauſa reuocare non poſſent.de regu. iur.decet.lib.6.

f ¶ *Actione.*] ſimile de cenſi.cum Apoſtolus.ante medium.de immunita.eccle.aduerſus.

¶ *Glo.ſeq.arguit ad quæſtionem,& contrarium ſoluit.*

g ¶ *Quemquam.*] videtur ꝙ omnes refutari nō poſsint:dic ꝯ ſecūdum Io.Mo.cum hoc verbum, iuris æquipolleat vniuerſali : & extendatur in edictis prætorum.ff.vi bo.rap. prætor.§.homines.ff. de conſti. pecu. l. 1.§.1.de neg. geſt. l.1. §.1.& 3.aliàs ſecundum eum fieri poſſet fraus conſtitutioni:quæ multa requirit in talibus fratribus.ſ̄.ver.ac deinde.

h ¶ *Nollent.*] factum & proprium motum, non cauſæ cognitionem denotat,ſecundum Ioan Monac.

i ¶ *Surrogari.*] ſi non recipitur, ſed ex iuſta cauſa : quia non eſt qualis ſupra deſcribitur,ſibi imputent qui malum elegerunt, ſi ſine cauſa ſuccedit Papæ licentia, vt ſtatim ſequitur, ſecundum Ioan.Monac.

¶ *Glo.ſeq.ſupplet tertium caſum.*

K ¶ *Recuſarint.*] ſi non recuſat expreſſe:ſed non dat vel negligit, videretur ꝙ locum haberet hoc priuilegium poſt trinam monitionem vel requiſitionem:per decre.1. de ſupplen. negli. præla. & facit de appel.ab eo.lib.6.& ſ̄.ead.compil.de app el.quamnis.

l ¶ *Volentium.*] forte non intellexit de religioſis, qui ſecundum ſuorum ordinum ſtatuta ſuis prælatis confiteri debent, vt etiam dicebat conſtitutio Benedicti.

¶ *Glo.ſeq.notat contra opinionem.*

m ¶ *Libere.*] denotat ꝙ non eſt neceſſe licentiā ſacerdotis parochialis haberi.& eſt ſimile de præben.licet epiſcopus.lib. 6. cuius contrarium videtur hic velle Ioan.Monac.

¶ *Gl.ſeq ſoluit dubium,reſpondens ad contrarium, & opi.ponit.*

n ¶ *Impartiri.*] abſoluti ergo non habebunt neceſſe vlterius confiteri proprio 1 ſacerdoti:nec obſtat decre.omnis.in princ.de pœni. & remiſ.quæ intelligitur de illo qui alteri legitime confeſſus non eſt,vt dicebat Benedictus in cōſtitutione,inter cunctas.Et vide q̄d ſcripſi poſt Hoſt. in c.omnis.ſuper verbo, proprio.huius tñ ꝯrium tenebat prolixe hic Io. Mo.niſi cum iuſta cauſa ſubeſſet,non confitēdo proprio ſacerdoti. Ioan.And.

1 Et hæc ſētentia eſt iā declarata p̄ extrauagantē incip. Vas electiōis.habetur in extrauagan. cōmunib.tit.ā hæret.

o ¶ *Concedimus.*] concor. ſ̄. ea compil.de fo. compe. quamuis, §. volumus.

¶ *Gl ſeq.exponit & remittit:quæſt. ſoluit:ſolutionis obiectioni reſpondet.*

p ¶ *Conceſſa.*] hoc intēdit: ꝙ in caſibus ep̄is reſeruatis non poſſunt abſoluere:& qui ſint illi not. de pœnit. &.remiſ.ſi ep̄s. lib. 6. & hic per Io.Mo.& plene per Hoſt. in ſumma huius tit. §. cui confitendum. in fi. 2.coll. Dicit autem hic Io.Mo. ꝙ ep̄s caſus de quibus ante hanc cōſtitutionem poterāt curati abſoluere,ſibi reſeruare.poſſet hac conſtitutione nō obſtante,q̄a licet fratres ſint exempti,parochiani non : allegat de priui. ex ore. eod. tit. per exemptionem. lib. 6. Nec dicitur à iure conceſſum, quod iure reuocatum eſt, argumen.ff.de diuor. l.diuortium. Item ſi poteſt arctare poteſtatem ordinariam curatorum, fortius hanc extraordinariam, ne idem ſubditus cenſeatur diuerſi iuris quo ad curatos & quo ad fratres. de priuileg. quia circa.ſit ergo ſenſus ꝙ non abſoluat frater,quē nō abſoluit curatus.iſta igitur accidētalia & de bene eſſe, non mutant ſubſtantialem & ordinariam poteſtatem ep̄orum. de hære.per hoc lib.6.Nō obſtat ſi dicas,ꝙ hoc erit auferre vel decurtare priuilegium:quod fieri non poterit,etiam indirecte.de priui. quanto.quia licitum eſt cuilibet facere quodlibet in re propria: dummodo non faciat animo iniuriandi,nec alicui faciat iniuriam, & c. de elect.cum eccleſia Vulterana.cum ſuis conco.

† Aliàs, eorum.

† al.ita : tam ā̄ funeralib' quam de quibuſcunque, &c.

q ¶ *Prælati.*] ep̄i & ſuperiores:vnde videmus ꝙ hodie aliquibus ex illis concedunt caſus reſeruatos,

r ¶ *Huiuſmodi quoque.*] circa partem iſtam plures quæſtiones occurrūt quàm circa præcedentes:ratio patet, quia hic de lana & lacte vel redditu agitur,ſed non ibi.vidi autem & habeo formam cuiuſdam litteræ,quæ dī ab ipſo Bonifacio ep̄o Moreñ.emanaſſe ad querelam cleri Moreñ.quæ quaſdā ex illis determinat, declarādo & iudicem dando in modum conſeruatoris, quas infra ſubiungam,& rationes quas inducit,per iura probabo.

ſ ¶ *Sepulturam.*] quam aliàs de iure communi non haberent, ex quo populum non habent.& hoc ſcripſi poſt Inno.& Hoſtien.eo. tit.c.1.in principio.

t ¶ *Prædicare.*] vide quod ſcripſi poſt Inno.& Hoſt. de hære. excommunicatus 1.§.quia vero.

v ¶ *Debeatur.*] ſ̄.eod.tit.c.1.12.q.2.quicunque ſuffragio.

¶ *Gl.ſeq.tractat de diſtributis in ipſos,de mandato defuncti vel ſine,per executores vel legatarios.*

x ¶ *Obuentionibus omnibus.*] declarat prædicta cōmiſsio,ꝙ ſi nō relinquitur fratribus : ſed frater datur executor ad certā ſummam diſtribuendam arbitrio ſuo, vel ſibi legatur aliquid diſtribuendū: quam ſummam,vel quod legatum ipſe executor vel legatarius poſtea diſtribuit in eoſdem, ꝙ debetur quarta:cū eo caſu recipiatur ab executore vel legatario,vt à miniſtro.ff.de lega.2. ſi quis Titio. & ſi cui plus quàm per legem Falcidiam.l.diuus. Nec obſtat litterā infra,ad

funeralibus, [a] quàm quibuſcũque & quomodocunq; relictis diſtincte vel indiſtincte, † ad quoſcũq; certos vel determinatos vſus, de quib⁹ etiã quarta ſiue canonica portio dari ſiue exigi nõ cõſueuit, vel nõ debet de iure [b], necnon de datis [c] vel qualitercũq; donatis in morte, ſeu mortis articulo in infirmitate donãtis, vel dãtis, de qua deceſſerit [d] quomodocũque directe vel indirecte [e] fratrib⁹ ipſis, vel aliis pro eiſdẽ quartã [f] partẽ (quã auctoritate Apoſtolica taxamus & etiã limitamus) parochialibus ſacerdotibus & eccleſiarũ rectoribus ſeu curatis largiri [g] integre [h] teneãtur: Facturi & curaturi, q̃ nec alij, nec aliis a quibus quarta huiuſmodi minime deberetur, ad ipſorũ fratrum vtilitatem vel commodũ huiuſmodi fiant relicta, aut in eos taliter data vel donata procedant, ſeu q̃d in morte vel ab infirmis huiuſmodi dandũ vel donandũ fratribus ipſis exiſteret, in eorundẽ dantiũ vel donãtiũ ſanitate ſibi dari vel donari procurent. In quibus ꝑ ipſos vitãdis, eorũ intẽdimus cõſciẽtias onerare [i]: vt ſi (quod abſit) ꝑ fratres ipſos dolo vel fraude quicquam in hac parte agi fortaſſe contigerit (ꝑter id quod eos propterea dictis ſacerdotibus, rectoribus, & curatis teneri volumus) etiã diſtricta ratio in extremi iudicij examine requiratur ab eis. Vltra portionem autẽ huiuſmodi nihil valeãt parochiales rectores curati & prælati exigere ſupradicti, neque illis dicti fratres amplius impendere ſint adſtricti, neq; ad id a quoquã poſſint aliqualiter coerceri. [k] Nos etenim (vt in cunctis æqualiter & pacifice fauente Domino procedatur) vniuerſa priuilegia, gratias, indulgentias, verbo [l] ſeu ſcripto, ſub quacumque forma [m] vel expreſſione ſeu conceptione verborum, à nobis vel predeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus cuicumque ordinũ prædictorum conceſſa, necnon conſuetudines, conuentiones, ſtatuta & pacta [n], inquantũ ſunt præmiſ-

ra infra, ad quoſcunque, &c. quæ cum cauſa dubitationis tollendæ adiecta fuerit, obuẽtionum generalitatẽ non minuit. ff. mand. qui mutuam. & ff. de reg. iur. quæ dubitationis. Idẽ ibi declaratur q̃ñ nil relinquitur fratribus; ſed decedẽs mandat executori, vt ipſis fratrib⁹ det aliquid vel promittat; quia cũ illud palã capere poſſint, relicti iure cenſetur & debetur quarta, ſicut & fideicõmiſſum tacitũ nõ capaci dimiſſum ſubiacet Falcidiæ: ꝓbantur hæc ff. de iure fiſci. l. 3. §. ſi quis. & §. q̃ñ. ff. de iis q. vt indig. l. in fraudem. C. ad legẽ Falcidiam. l. 3.

¶ *Glo. ſeq. ponit ius reuocatum ex quo infert duo rigoroſa.*

a ¶ *Funeralibus.*] declarauerat Benedictus illa eſſe funeralia, quæ cũ funere deferunt, in prædicta conſtitutione, inter cunctas. & ibi ſtatuerat de candelis quæ dãtur ad manus, quartam non deberi: ſed ex quo reuocata eſt illa cõſtitutio, puto etiam de illis cãdelis deberi: & licet hoc ſit rigoroſum: hoc tñ vult iſta littera, & verbũ, omnibus, quòd præcedit, & quibuſcunque, quod ſequit: per hæc [1] verba etiã puto eos teneri de iis, quæ legãtur pro Miſsis dicendis.

¶ *Glo. ſeq. quæſtionem ſoluit & remittit.*

b ¶ *De iure.*] vt patet de teſta. c. fin. de verbo. ſignificat. ex parte 3. Et per hoc patet, q̃ iſta cõſtitutio eſt iuris veteris correctoria: & ſic reſtringenda, & ad alios quàm ad *Prædicatores & Minores* nõ extendenda; vt not. de regu. iur. quæ à iure. lib. 6. & eod. lib. de regula. conſtitutionem.

ADDITIO. Iſta conſtitutio eſt veteris iuris correctoria: cũ debeatur quarta vigore eius etiam de relictis priuilegiatis. 5. c fi. de teſta. ideo merito eſt reſtringenda. vt dicit hæc glo. Abbas Siculus.

¶ *Gloſſa ſequens dicit quid de legato in vita ſoluto.*

c ¶ *Datis.*] declarat prædicta commiſsio, quòd ſi teſtator legatũ ſoluit in vita, nihilominus debetur quarta: quia vr̃ ſoluere vt legatum: vnde legatarius illud iterum poſt mortem non petit: & ſi Falcidiæ locus ſit, illã propterea non euadit. primum probatur C. de lega. l. filia, ff. de leg. 2. Lucius. 1. & l. Lucius. 2. §. impuberem. ad idẽ ff. ad leg. Fal. c. cum quo. §. fin. ſecundum probatur C. ad. leg. Falcid. in donationibus. & l. penult. C. fami. ercif. ſi cogitationem.

¶ *Gloſſ. ſeq. dicit quid de ſepulto in ipſorum habitu.*

d ¶ *Deceſſerit.*] hac ratione declarat prædicta commiſsio, quòd licet tales petant cum illorum habitu ſepeliri, quarta debetur: nam etſi ad ipſorum religionem tranſirent in ægritudine, de qua decederent, deberetur quarta. eod. tit. de his.

¶ *Glo. ſe. tractat quid de dato vel relicto ſingularibus fratribus.*

e ¶ *Indirecte.*] per hoc dicit commiſsio prædicta patere, q̃ quarta debetur de iis, quæ teſtatores relinquunt, vel dãt in infirmitate de qua decedunt vel dari mandãt poſt mortem, de hoc in teſtamẽto mentione non facta ſingularibus [2] fratribus, ad eorum commoditates: puta emptiones librorum vel veſtium: addens rationem, q̃ id eis vel conuentui quæritur: ſicut per monachum monaſterio, per ſeruum domino, & patri per filium. xij. q. 1. non dicatis. 19. q. 1. cap. 1. in fin. inſti. per quas perſonas. in prin. C. eod. titu. l. 1. in fi. & l. vlti. & in legato ſerui inſpicitur perſona domini: & an ſibi legare potuerit: & ex tali legato poteſt dominus fideicommiſſo grauari, hæc probantur ff. de lega. 1. l. cum filioſa. de lega. 2. ſi alienus ſeruus. de hered. inſti. l. non minus. C. de hæred. inſti. l. neq;. Nõ obſtat prædictis de teſta. requiſiſti. ad fin. quod loquitur in illo qui poteſt habere proprium. Ioan. And.

¶ *Glo ſe. quærit, recitat opi. contrarias, & declarat circa primã.*

f ¶ *Quartam.*] quæro an Prædicatores & Minores teneantur ad hanc quartam de iis quæ relinquuntur eiſdem per eos qui apud illos non ſepeliuntur? Prædicta commiſsio recitat q̃ non leuis opinionis doctores dixerunt quartam deberi eccleſiæ parochiali de omnibus relictis a ſuis parochianis, etiam ſi ſepulti fuerint apud illam. placuit autem hæc opinio Hoſtien. Pet. & Aegid. Sed Tancr. gloſſ. Innocen. & Abbas contra: quæ opinio placet Archidia. & mihi, vt ſcripſi eod. tit. cap. 1. & hic Ioan. Mona. dicit demum illa commiſsio, q̃ ex qualitate perſonarum, & quantitate relictorum, & ex præteritis præſumi poteſt fraus, maxime quia quando nõ tenebãtur ad quartam, ſepulturas præcipue diuitum totis viribus procurabãt, & vt dicit ex his iura quandoque præſumunt fraudẽ & faciunt coniecturas: ſuppoſita vero fraude conſtat q̃ debetur. de teſtamen. officij. & cap. requiſiſti. in fin. & cap. fin. primũ probat de renũtia. c. 2. lib. 6. ff. ſi quis omiſ. cauſa teſt. l. 6. & l. Iul. de actio. emp. Iulianus aliàs inter eum. §. ibidẽ. de vſur. qui ſemiſſes. de pig. act. l. vel vniuerſorum. de lega. 1. ſi ſeruus pluriũ. in fin. Ioannes And.

¶ *Glo. ſeq. tractat an legatũ integrum ſoluendum ſit fratribus.*

g ¶ *Largiri.*] per hoc dicebant ipſi fratres, q̃ hæredes debebant eis ſoluere integra legata, quorum quartam curati de manibus ſuis recipere debebant, ſed declarat prædicta commiſſio, quòd ſicut Falcidia eſt in bonis hæredis, ſic iſta quarta in bonis eccleſiarũ parochialium, quare curati [3] eã vendicare poſſunt, & inhibere hæredib⁹, vel ꝑ fideicõmiſſum grauatis, ne illam ſoluãt fratribus; ꝑcipue cum illos ſuſpectos habere poſsint, quòd ſibi non ſoluant eandem. ad hoc ff. ad Trebel. hæres. in fi. ff. ad leg. Falc. lineam margaritarum.

¶ *Glo. ſeq tria dicit circa funus: primo de ferendum ad eccleſiam parochialem.*

h ¶ *Integre.*] ita quòd non diminuetur propter obuẽtiones quas habuit parochialis ſacerdos in *Miſſa funeris* dicta apud ſuam eccleſiam priuſquam funus portaretur ad fratres, ſecundum Io. Mo. quia iuri communi ſtatur, vbi non eſt mutatum. alleg. de elect. conſtitutio, lib. 6. Dicit etiam q̃ ſi conſuetudo habet, ſemper prius funus portabitur ad propriam eccleſiam. Iſta enim decre. non tollit conſuetudines, niſi præcedentibus aduerſas. Dicit etiam, quòd vbi non eſt conſuetudo etiam eſſet deferendum, vt ſic haberet Miſſam in propria eccleſia, & ſic recipiat ibi vltimum vale, à ſuo curato, alleg. in argu. de conſe. di. 5. non oportet. 2. nec iſtud electioni ſepulturę repugnat, ſed concordat.

i ¶ *Onerare.*] concor. s̃. ead. compil. de foro competen. quamuis. §. penult. in fine.

k ¶ *Coerceri.*] innuit q̃ ad quartã coerceri poſſent; ſed propter exemptiones ipſorum non habet clerus à quo iuſtitiam conſequi poſsit, & de hoc ſumme conqueritur.

¶ *Gloſſ. ſeq. notat ad quæſtionem. de qua remittit.*

l ¶ *Verbo.*] hic videtur expreſſum, q̃ valeat priuilegium vel gratia Apoſtolica de qua conſtat, licet ſcriptura ſuper ea confecta nõ ſit. de quo ſatis not. Archidi. in proœ. ſexti. & vltra ea quę ibi allegat, bene facit 25. q. 2. inſtitutionis. & quod ibi not. de hoc vide in Mercu. ſub rub. de priuileg.

m ¶ *Forma.*] concor. s̃. eod. c. proxi. in fi. Io. And.

*Gloſſ. ſeq. tractat quid de pacto firmato per ſententiam & confirmationem.*

n ¶ *Pacta.*] dicit Ioan. Mona. q̃ ſi ſuper pacto quod erat ſuper ſepultura, ſententiatũ erat per Papam, & confirmatum pactum ante hanc conſtitutionem, q̃ per iſtam litteram illa ſententia & confirmatio non tollitur, immo ſtabit, quia non eſt expreſſe ſublatum, C. de appel. præcipimus. in fi. nec ſequitur, pactum eſt ſublatum ergo & pactum firmatum ſententia & confirmatione [4]: Plus enim poteſt hoc tale quàm hoc ſimplex. facit de pact. quamuis. de iureiur. licet. de foro competenti. c. fi. libr. 6. Inducit etiam authent.

vt cum

† Iſta verba dicit Oldra. conſil. 289. quod videntur loqui de legatis factis vniuerſo collegio fratrum. non iis quæ fiunt alicui ſingulari fratri, quia de illis nõ eſt dãda quarta. arg. l. tutor peritus. §. 1. ff. de caſt. pec. l. à filio. §. fi. ff. de ali. & cib. leg. Fõt.

1 Vide Alexandrum cõſil. 196. incip. viſo teſtamento. li. 2.

2 Idem Federicus de Senis conſil. 4. Calderinus cõſil. vlt. eo. tit. Petrus de Ancharano, cõſil. 369. & Geminian⁹ conſil. 46. tñ quod non cadant in quartam ceſſante fraude, vt quando contemplatione conſanguinitatis tenet Oldradus quæſt. 224. & q. 287. & q. 289. & Baldus conſil. 104. lib. 1. & cõſil. 236. li. 2.

3 Præter ꝓ not. hic vide Federicũ de Senis conſil. 10. & Oldradum conſil. 287.

Priuilegiũ etiã ſine ſcriptura valet.

4 Romanus ſingul. vij. ꝑ glo. dicit pactum iuratũ non tolli per clauſulã non obſtante pacto, vide Rotã in nouis deciſ. 298. Cor. ĩ repet. 2. rub. de iureiur. in 21. priuil. remiſſiones ibi poſitas. & glo. cum ibi per me notatis cap. cum nõ deceat. de electio. lib. 6. Fonta.

ſis vel alicui præmiſſorũ[a] cõtraria, ea penitus reuocamus, vacuamus, caſſamus & irritamus: quinimo caſſa, vacua & irrita nunciamus, & decernimus nullius prorſus exiſtere firmitatis. ¶ Cæterũ vniuerſos eccleſiarũ prælatos cuiuſcunque præminentiæ, ſtatus vel dignitatis exiſtant ac ſacerdotes parochiales, & curatos ſiue rectores prædictos, pſentiũ tenore rogamus & hortamur attẽte, nihilominuſque † eis diſtricte præcipiendo mãdamus, quatenus pro diuina & Apoſtolicæ ſedis reuerentia prædictos ordines & ꝓfeſſores corũ habẽtes affectu beneuolo cõmendatos, fratribus ipſis non ſe difficiles, graues, duros, aut aſperos, ſed potius fauorabiles, ꝓpitios, ac benignos, piaq; municẽtia liberales ſe ſtudeãt exhibere: ſic eos in prædicationis officio & † propoſitionibus verbi Dei, ac in omnibus alijs ſupradictis tãquã cooperatores[b] corũ idoneos, & laborũ ſuorũ participes prompta benignitate recipiãt, ac affectuoſe admittere nõ omittãt, vt proinde illis æternæ beatitudinis præmiũ augeatur, & animarum ſalutis incrementa fœlicia procurentur. Nec ipſos lateat, quòd ſi ſecus ab eis agi fortaſſe cotingerit in hac parte, Apoſtolicæ ſedis benignitas, quæ ordines & profeſſores eoſdem vbere fauore proſequitur, & gerit in viſceribus charitatis, contra eos non immerito turbaretur: nec eadem æquanimiter pati poſſet, quin ſuper hoc prouiſionis opportunę remediũ adhiberet, ipſoſque nihilomin⁹ cæleſtis indignatio principis digna pro meritis rependentis: cuius obſequia fratrum ipſorum ſedulitas curioſa proſequitur, minime præteriret.

† Aliàs ita: nihilomin⁹ eis diſtricte pręcipiẽdo mandantes, &c.

† Aliàs, & propoſitionis.

vt cũ ď appel.cog.in prin.& §.1.colla.8.vbi not.legẽ nouã nõ extendi ad cauſam pendentẽ vel deciſam, etiã ſi ad pterita referat.
a ¶*Præmiſſorum.*]ergo non ſolum vltimum articulum de ſepulturis: ſed etiam præcedentes duos reſpicit, ſecundum Ioan.Mon.
b ¶*Cooperatores.*]de offic.ordin.inter cætera.in fine.

TITVLVS VIII.

## De decimis, [primitijs † & oblationibus.]

¶Clemens v.in concilio Vienneſi.

*¶Ponit quatuor caſus, in quibus religioſi grauantes vel fraudantes eccleſias circa decimas eis debitas, ſi requiſiti per illos quorum intereſt, non deſiſtunt infra menſem, vel de vſurpatis vel retẽtis infra duos menſes non fecerint emẽdam, ſuſpenſi ſunt ab officiis, adminiſtrationibus, & beneficiis: & talia non habentes ſunt excommunicati. Secundus, tertius & quartus caſus ibi, Seu qui. Ioan. And.*

CAP. I.

Religioſi[c] † quicũque[d], qui noualiũ[e] aut alias decimas eccleſijs[f] debitas[g] ad eos ex aliqua cauſa legitima non ſpectantes[h], appropriare[i] ſibi pręſumpſerint, aut exquiſitis fraudibus ſiue coloribus[k] vſurpare. Seu qui de animalibus[l]

† In antiquioribus codicib⁹ etiã impreſſis deſunt hæc tria verba: primitiis, & oblationibus.

DE DECIMIS, primitijs, & oblationibus.

Continuatio.

*¶Viſum eſt ſupra de vno iure parochiali, ſcilicet de iure funerandi: verũ quia eſt vnum aliud ius parochiale, ſcilicet ius decimarũ: ideo, & c.* De iuribus parochianorum *vide Panor.in rub. de paroch. & alien. parochianis. in antiq.*

Religioſi.] ¶Præſupponẽdum eſt, quòd licet religioſi cuiuſcunque ordinis teneãtur ſoluere decimas de fructibus ſuarum poſſeſsionum: tamen ſunt aliqui exempti, vt non ſoluant decimas de terris quas proprijs manibus excolunt, & excoli ſuis faciunt proprijs ſumptibus: ſimiliter non ſoluũt decimas de fructibus animalium. Secundo præſupponendum eſt, quòd iſti religioſi exempti aliquando committebant fraudes: quia coniungebant animalia ſuorum vicinorum cum ſuis, vt fraudarent eccleſias parochiales à decimis: vel etiam fingebãt emere animalia, & dimittebant empta apud venditorem.

CASVS. Sum in titulo de decimis, vellem informari de tali dubio, ſcio ꝙ ſanctitas veſtra aliquos religioſos priuilegiauit, vt non teneãtur ſoluere decimas de fructibus poſſeſsionum ſuarum, quas proprijs manibus excolunt, vel etiam quas excolũt proprijs ſumptibus, nec etiã de ſuis animalibus: ſed accidit ꝙ iſti religioſi tradũt poſſeſsiones ſuas excolẽdas aliquibus colonis pro certis redditibus, & tradũt illas poſſeſsiones liberas à decimis: vt cõſequãtur maiores redditus. Item ducũt animalia vicinorũ ſuorũ cum ſuis, vt vicini ſui nõ ſoluant decimas. quæritur, vtrũ poſsint iſtud facere impune? Dicit Clemens ꝙ non: immo ſi tales religioſi habeant adminiſtrationem, poſt vnum menſem poſtquã fuerint requiſiti à rectoribus eccleſiarũ reſtituere decimas, ſunt ſuſpenſi à diuinis. Si vero ſint ſimplices religioſi, tũc poſt duos menſes ipſo facto incurrunt excõicationem, à qua nõ veniunt abſoluendi niſi poſt reſtitutionẽ. Sed ponamus ꝙ laicus donauit ſe & ſua monaſterio priuilegiato: quæritur, vtrũ talis laicus debeat ſoluere decimas? Dicit Clemens ꝙ non. hoc dicit. Helias Regnier. ¶ Colligo aliqua notabilia. Primo, ꝙ religioſi priuilegiati magis sũt puniẽdi q̃ ñ priuilegiati: q̃a priuilegiati faciẽtes fraudes circa decimas, ſuſtinent pœnas hic contentas, ſecus de nõ priuilegiatis. Nota ꝙ religioſi exẽpti à ſolutione decimarũ circa decimas nõ debẽt facere fraudes. Nota ꝙ religioſi iſti nõ ſunt exempti à decimis, niſi quãdo excolunt poſſeſsiones proprijs manibus, vel colere faciũt proprijs ſumptibus. Et dicuntur excolere proprijs ſumptibus, qñ habent aliquem mercenarium, cui tradunt aliquam penſionem annuam: ſiue percipiant fructus, ſiue non. Nota. ibi, *Immiſcentium.* contra cap. quod in dubijs. de conſec. eccleſi. vel alta. admiſtum non ſortitur naturam eius qui admiſcetur, & hoc quia tali admiſtione fieret legi fraus. l. athletas. §. prætor ait. ff. de infa. Item miſta poſſunt hic ſeparari: & de iſta miſtura ſeparabiliũ & inſeparabilium, vide (ait Ancha.) quæ in ſimili notat gloſ. in l. ſi ſponſus. §. generaliter. ff. de ijs, qui not. infa. Et Bart. in l. cotem ferro. §. dominus. ff. de public. nota de confiſcatione illicitorũ adiunctorum licitis. Fontanus. Nota de verbo, *Vſurpare*, quòd ſumitur in malum. de elect. generali. vbi de hoc per Archid. Nota de verbo *Requiſitionem*, quòd cũ ſit in ſingulari, probat hoc caſu ſufficere vnã requiſitionem, de hoc in gloſ. concor. Zabarel.

*¶Prima gloſ. ſummat, diuidit, & ſoluit duo dubia.*

c ¶*Religioſi.*] Ponit quatuor caſus, in quibus religioſi grauantes vel fraudantes eccleſias circa decimas eis debitas, ſi requiſiti per illos, quorum intereſt, nõ deſiſtunt infra menſem, vel de vſurpatis vel retentis infra duos menſes non fecerint emendam, ſuſpenſi ſunt ab officijs, adminiſtrationibus, & beneficijs: & talia non habentes ſunt excõmunicati. Secundus, tertius, & quartus caſus: ibi, *Seu qui.* Et primo ponit conſtitutionem cum ſuis pœnis, quã ſecundo moderatur: ibi, *Cæterum.* Et per hoc verbum, religioſi, patet in ſecularibus clericis vel laicis q̃ in hoc delinquerẽt, nõ eſſe locum his pœnis. concord. ſ. ea. compil. de teſta. cap. vnico. j. de priuil. c. 1. & facit quod j. dicam in caſu ſecundo. & poteſt eſſe ratio quia communius religioſi delinquebant in his: & quia ambire & concupiſcere aliena reprobabilius eſt in religioſo. de electione, quorundam. libr. 6. ſi. mi. de hæreticis accuſatus. in fi. eod. lib. In religioſo translato ad eccleſiam ſecularem (licet forte non fuerit de mente) videtur has pœnas locum habere per verbum vniuerſale quod ſequitur: & facit quod nota de electione. quorundam. libro ſexto, in gloſ. penult.

† Vide concilium Trident. ſeſsio. 25. de reforma. c. 12.

d ¶*Quicunque.*] etiam Hoſpitalarios & Ciſtercienſes includit. de quibus eo. tit. ex parte. 1. Et comprehendit etiam fœnimas. de hoc de elect. generali. lib. 6. in glo. 2.

Fœmininũ comprehenditur p maſculinum.

e ¶*Noualium.*] quid ſi nouale, habetur de verb. ſig. cap. 1. & cap. quid per nouale. de priuileg. cap. vlt.

*¶Gloſſa ſequens ſoluit quæſtionem, quando debentur priuatis.*

f ¶*Eccleſiis.*] per hoc puto conſtitutionem locum non habere, quando illæ decimæ deberentur priuatis, puta per antiquum feudum. de ijs quæ fiu. à præla. cum Apoſtolica. vel priuilegium. facit j. cap. proxi. agant ergo tunc via ordinaria. iſta enim conſtitutio illis noluit ſubuenire. facit eo. tit. tua 1.

g ¶*Debitas.*] de iure communi vel ſingulari: eſt autem debitum quod exigitur ab inuito. ff. de verbo. ſignifi. l. debitor. facit. 14. q. 1. quod debetur. Ioan. And.

h ¶*Spectantes.*] tunc ergo ceſſat conſtitutio, & merito: quia nemini facit iniuriam qui iure ſuo vtitur, ſ. de elect. cum eccleſia cum concor.

i ¶*Appropriare.*] infra dicit, vſurpare. & de his j. dicam.

k ¶*Coloribus.*] concor. de elect. auaritiæ. lib. 6. & infra. tit. 2. cap. 1. §. quia vero.

*¶Gloſſa ſequens notat pro Aegidio.*

l ¶*Animalibus.*] per hunc verb. & ſequẽtem approbata vĩ lectura

Aegidij dicentis, de eccl.ædifi.cum dicat, ꝙ priuilegium leproſorum de non ſoluendis decimis, de nutrimentis animarum intelligitur, id eſt, de animalibus quæ nutriunt. ſic eñ adaptantur fraudes quæ ſequuntur. ſic ergo vr̃ intelligenda decre. ex parte 1. ſ. eo. tit. Licet autem religioſi facientes has duas fraudes ligentur his pœnis, leproſi non: ſi aliàs religioſi non ſint, vt dixi in 1. gloſ. Ioan. And.

CASVS. Frater meus & ego habebamus ius patronat⁹ in aliqua eccleſia, volumus præſentare perſonam idoneam: certum eſt quòd ſi patroni diſſentiāt, tunc præſentatus à maiori parte debet inſtitui c. quoniā. eo. ti. in antiq. Sed quæritur, vtrũ filij fratris mei habebũt quilibet ſuā vocē, vel vtrũ ipſi ſimul habeant vnā vocē? Dicit ꝙ ſolum habent vnam vocem, quia iuſpatronatus competit per ſtirpes non per capita. Sed quæritur, vtrum poſſumus conuenire inter nos vt præſentemus epiſcopo aliquem clericum alternis vicibus? Dicit ꝙ ſic, vt facilius prouideatur eccleſiis. Sed vtrum laicus poſsit præſentare tres clericos ſub conditione, vt epiſcopus eligat quem voluerit? Dicit ꝙ ſic, quia poteſt laicus patronus variare: ſecus ſi eſſet patronus clericus. ¶ Colligo aliqua notabilia. Primo, ꝙ plures hæredes non habent niſi vnam vocem, quia ſi defunctus viueret, ipſe non haberet niſi vnam vocem. Nota, ꝙ patroni poſſunt conuenire inter ſe, vt præſentent alternatis vicibus. Not. ꝙ patroni plurium eccleſiarum inter ſe poſſunt illa iura diuidere, vt ſcilicet vnus ſit patronus in vna, alius in alia, licet ſit ſecus in patronatu libertorum: talis enim patronatus inter patronos diuidi non poteſt, licet alimentorum præſtantiones diuidere poſsint. ff. famil. erciſ. l. quædam. Et primo ideo quia fortius eſt ius patronatus libertorũ, quàm eccleſiarũ: vnde illud nō alienatur, iſtud autem ſic. Itē illud trāſit in ſuos, ēt nō hæredes, vt ff. de iurepatro. l. filij. iſtud nō. Hoc vult glo. in verſi. libere. Not. dicitur patronis eccleſiæ, & dic eccleſiæ: q̄a ſunt & alij patroni, de quib⁹ in gl. habemus. Not. in §. *Quibus.* de verbo, *permittimus.* ex quo inducitur nouum ius, vt probatur hic, iūcta gloſſa in hoc verbo, qđ not. ſingulariter. Zabarella.

*¶ Glo. prima primo dicit quid prima pars determinet, recitans duas opiniones contrarias, & tertiam mediam, quā impugnat. ſecundo pro opinione reprobata inducit tres æquitates, & tria ſimilia, & vnam decre. & intricationem, quæ inſurgit ex opinione hic approbata, quam explicat. tertio ſubdit dictũ Goff. quarto inducit pro opinione approbata duo iura, & æquitatem, propter quam indicat quid videtur faciendum.*

* ¶ *Plures.*] Se ſũmat tria dicēs: & partes, quarũ prima pars deter

minat notata 16. q. vlt. piæ mentis.plenius ead.q.ſi plures.& eod. ti.c.1.per quæ patet hic reprobari opinionẽ, quæ placere videbatur Alan.Hug.Lau.Ioan.Tanc.Vincen.Bernard.& Goffre.quæ mihi etiam placebat.Et approbatur opinio Innoc. & Hoſtien.dicentiũ in præd.c.1.ꝙ in iurepatronatus ſucceſſio fit per ſtirpes, non per capita:cum hoc eſſe debeat in linea deſcendenti.inſtitu. de hæred. quę ab inteſta.defe.§.& quia placuit. vt ſic plures vni ſuccedentes, loco vnius habeantur. ff.

Ius patronatus trãſit ad hæredes per ſtirpes.

ab vno [a] ex patronis [b] eccleſiæ relicti [c] hæredes [d], vocem dũtaxat vnius habebũt in præſentatione rectoris [e]. ¶ Et vt [f] facilius [g] prouideatur eccleſiis, nõ inconueniens reputamus, patronos [h] ipſos inter ſe poſſe libere [i] conuenire, de recto-

de condi.& demonſt.cui fundus.& dicebat Inno.hanc ęquitatem præferendam ſubtilitati ꝯriæ.ff.ad l.Aquil.ita vulneratus. in fin.ff. de inſti.l.1. his concor.Roffredus Beneuentanus in libello ſuo, eo. tit.§.nunc de vltimo. Primi ꝯ.Ad quod inducebat Vin.ꝙ patroni veniunt ad ſucceſſionem liberti per capita, non per ſtirpes.inſtit. de ſucceſ.liber.§.ſed noſtra.aliàs incipit, multis. facit ad hoc:quia ſtipulationes indiuiduæ non diuiduntur inter hæredes.ff.de verb. obli.l.2.& l.eadem.§.Cato.& l.ſtipulationes non diuiduntur. Archid.in prædi.c.ſi plures.concordare voluit opiniones, dicens opinionem Innocentij eſſe veram in his, qui ex diuerſis cauſis ſunt patroni.Et ita ponebat Rof.vt ſi vnus ex fundo, alter ex dote:Omnes.n.ex altero deſcendentes loco vnius habentur:qñ vero vnicus fuit patronus, tunc locum habeat opinio ꝯria, vt ſic inſpiciamus initium.Sed licet hoc aliquantulũ mulceat aures, cui nec vr̃ hæc decr.obſtare:quæ ponit plures patronos, & vnum ex pluribus, non vnum ſolum:tñ non video rationem quare aliud in duobus patronis ex diuerſa cauſa, quàm ex eadem, vt ſi duo dederint dotẽ. Itẽ nec video quare magis inſpiciamus ſtirpem primo gradu, quàm ſecundo vel vlterioribus. Cum igitur in hoc omnes concordent, ꝙ hoc ius eſt ſimplex & indiuiſibile:Itẽ cõcordent ꝙ in hęredes & in æqualibus partibus æqualiter tranſit, licet forſan vt dicebat Inno.pinguior ſit vox illius qui plus habet in hæreditate: Item cum omnes concordent eum qui aliquid in dote poſuit, ita patronũ eſſe ſicut eum qui plus poſuit, & de omnibus his ſcripſi eo.tit.c.1. mihi placebat opinio hic reprobata, quæ licet in parte haberet cõtrariã æquitatem, tñ expediens mihi videbatur eccleſiis, vt ſicut patronis per capita debetur ius proceſſionis, ius alimẽtorum, & ius defenſionis.ita per capita debeat ius præſentationis: ſcilicet vt quot ſunt capita patronorum, tot ſint ſuffragia vocum, & non plura.ad hoc facit eo.tit.c.3.qđ loquit̃ etiã de hæredibus fundatorũ in pluri, & tñ dicit præficiendũ illum qui plurimorum approbatur aſſenſu:& non plura dixit, vt ſcilicet ſi patronus ſit hæres cõpatroni, ſolũ vnã vocẽ habeat, cuius ꝯriũ innuit hæc littera, vt ſcilicet ſi ſit de hæredibus trium patronorum, in tribus vocibus partem habeat, vel ſi ſolus eſſet hæres trium, habeat tres voces.facit de re iudi. cũ olim.Et ex opinione hic approbata timeo ꝙ naſcentur inextricabiles quæſtiones.Pone ꝙ A.patronus, cuius hæredes haberi debent pro vna voce, habuit tres filios, quorum primus B.nomine, habuit duos filios, ſecũdus C.nomine, habuit quatuor, tertius D. nomine, habuit ſex, quo iure oẽs iſti habent vnã vocẽ, eo iure habent duo filij B.tertiã illius vocis, quatuor filij C.aliã tertiã:ſex filij D.aliam tertiã.Si ergo ad aperiendũ intellectum dicendorum, hanc vocem reducamus ad vnũ as, ideſt ad xij.vncias, & faciamus ꝙ quælibet vncia in voce ſit Bonoñ.groſſus, & quilibet groſſus valeat xij.Bonoñ.paruos, quælibet ſtirps habebit quatuor vncias: quid erit ergo ſi vnus ex duobus, tres ex quatuor.& duo ex ſex, præſentant Titiũ:& reliq, ſcilicet vnus ex duobus, vnus ex quatuor, & quatuor ex ſex ꝑſentant Seiũ, de numero perſonarũ patet, de vnciis etiã patet:quia præſentatores Titij habẽt ſex vncias & quatuor denarios, ꝑſentatores Seij habẽt quinq; vncias & octo denarios: ſed explica ſtirpẽ.Itẽ deſcẽdẽdo ad tertiũ gradũ; ſi vnus ex illis duobus filiis B.habeat vnũ ſolũ filiũ q clericus eſt, alter octo, quorũ duo ẽt ſunt clerici, ille ſol⁹ habebit duas vncias, & illi octo diuidẽt alias duas, & ſic quilibet ex illis octo habebit tres denarios.Itẽ ſi quilibet ex quatuor filiis C.habuit filios:primus quatuor, quorum vnus cleric⁹:ſecũdus tres, quorũ duo clerici:tertius duos clericos:quartus vnũ, quatuor filij primi habent vnciã, & ſic quilibet tres denarios, tres filij ſecundi vnciã, & ſic quilibet quatuor denarios:duo filij tertij vnciã aliã, & ſic quilibet ſex denarios, & ſolus filius quarti habet integrã vnciã.Itẽ ſi ex tertia ſtirpe, ſ. ex ſex filiis D. quilibet habet filios:pone quilibet ex tribus duos, & ſic ſex: quorũ vn⁹ ſolus eſt cleric⁹, & quilibet ex aliis trib⁹ quatuor, & ſic duodecim, quorũ octo ſunt clerici, quilibet ex parentibus habebit octo denarios, quilibet ergo ex duobus filiis primorũ triũ habebit quatuor denarios:& quilibet ex quatuor filiis ſecundorũ triũ habebit duos denarios.Habem⁹ ergo ſm prædicta triginta ſeptẽ pronepotes ex duodecim nepotibus natis ex tribus filiis patroni: Finge ꝙ vacat eccleſia, & iſti triginta ſeptẽ diſcordant:viginti laici ex eis pręſentãt vnũ, decẽ & ſeptẽ quos dixi clericos, aliũ:Tu qui dicis per ſtirpes deberi voces patronorũ, extrica mihi caſum iſtũ, quo iure etenim ponderas ſtirpẽ in primo gradu, eo iure & in vlterioribus, vt

Stipulatiões indiuiduę inter hæredes non diuidũtur.

Patrono quę iura debent.

Ius patronatus quæſtiones in extricabiles ꝓducere põt ex hæredũ multitudine ad quos tranſit.

prædixi, in vnciis bene põt explicari:qa pars clericorũ habet ſex vncias & vnũ denariũ, pars laicorũ ſex vncias minus vno denario. Adhuc fortior intricatio, vbi ponit aliũ cõpatronũ habuiſſe totidẽ deſcendentes, quorũ aliqui cõcordant cũ clericis prædictis, alij cũ laicis. Et ſcias ꝙ ſi in prædicto cõputo fuiſſem vltra ternariũ vſus impari numero:vt v.vij. vel ix. adhuc fortior eſſet intricatio. Item ſi eſſet intricatio tanta in pronepotibus, quanto amplior in filiis pronepotũ vel vlterioribus? qđ eſt dicere, ſi hæc intricatio eſt in tertio gradu, quanto maior in quarto, quinto, & vlterioribus.Itẽ ſi intricatio eſt in caſu ſic explicite & certitudinaliter poſito, quanto maior in eo poſt ꝓbationes certificãdo?Pro tãto terreor de hac approbatione: nec ſic terreor đ eo qđ ſcripſi poſt Inno.& Hoſt.de elect.ſcriptũ. ſuꝑ verbo ꝓpoſiti:vbi dico ꝙ prælatus poſſit habere tertiã electionis, capitulum tertiã, clerus tertiã:qa fateor vt ibi ſcripſi, ꝙ poſſit eſſe intricatio in calculo, nõ tñ tãta vt hic:& hoc pp ſucceſſiuas ſtirpes. Dicebat ergo Gof.eo.tit.c.1.ꝙ cõſuetudo per quã in quibuſdã partibus, vt Neapoli, ius patronatus diuiditur per vncias, poſſit excuſari, vt fiat diuiſio nõ reſpectu iuris patronat⁹, qđ eſt indiuiſibile, ſed reſpectu portionũ ſm quas hæredes ſucceſſerũt patrono vni vel pluribus, & nõ reſpectu portionum, quas contulerunt ædificando vel dotando.& poteſt eſſe vtilitas harũ diuiſionũ, vt eccleſia in alẽdo & in honoribus magis teneatur ei à quo plus receperit, ſed actus præſentandi cõis ſic omnibus.Poſſet etiã circa gratificationem (q̃ aliquando facienda eſt.eo.tit. cũ autẽ.) vox illius præferri, q plus cõtulit, & hoc dictũ mihi placebat.Sed vt dixi, opinio hic approbata pro qua facit de reſcrip.paſtoralis.in princ.de teſta.licet ex quadã.ibi, non vtique, vno.&c.in tanto.habet æquitatẽ: quia abſurdũ erat patronũ inſtituendo decẽ hæredes, forſan ad hũc finem, vt defraudare poſſet cõpatronũ actu præſentandi, quod eſſet ſi iſti haberent decẽ voces, & ille vnã.& qa hoc ita poſſet cõtingere in ſcđo gradu, tertio & vlterioribus, ſicut in primo, nõ vr̃ habere rationẽ opinio Archidiaconi.Et pp hanc fraudẽ vel iniquitatẽ multotiẽs cogitauerã, ꝙ bonũ eſſet ſtatuere, ꝙ extantibus deſcendentibus hæredibus ſanguinis ex aliquo patronorũ, ius iſtud nõ poſſet trãſmitti in extraneos.In hæredes vero ſanguinis trãſiret per capita etiã quo ad actum præſentationis:& tunc non conqueratur patronus de cõpatrono, ſed de Deo creante, ſi plures deſcendentes, præbuit compatrono quàm ſibi.Deficientibus vero compatronis, tunc patronus deſcendentes non habens, poſſet tranſmittere in extraneos:quibus etiã ſuccederent ſoli deſcendentes ſanguinis, & per capita.Et forſan non eſſet abſurdum ſtatuere, ꝙ nullo caſu in extraneos, id eſt, non deſcendentes poſſet tranſmitti, vt ſic facilius liberarentur eccleſiæ ab hoc iure.facit de deci.prohibemus.& c.ſi.

Ius patronatus ꝑ vncias Neapoli diuiditur.

¶ *Gloſſa ſecunda quærit, & ſoluit.*

* ¶ *Plures.*] quotcũq;, cũ ſit eadẽ rõ, ſed ad minus duos cõprehẽdit.de reg.iur.pluralis.lib.6.cũ concor.& dic plures ẽt ſingulares: in collegiatis eñ minus eſt dubiũ.de iis q̃ ſi.à præla.c.ea noſcitur.

a ¶ *Ab vno.*] ergo ſecus ſi plures à pluribus, vel vnus à pluribus, vt dixi in magna gloſſa.

b ¶ *Patronis eccleſiæ.*] habemus patronos libertorum, & patronos cauſarum, de quibus dixi eo.tit.ſuper rubrica.

Patroni ſunt triplices.

¶ *Gloſſa ſequens dubium ſoluit.*

c ¶ *Relicti.*] licet verbum, relicti, ad viui tabulas non pertineat.ff. de tab.exhi.l.1.ad ſi.facit de fo.comp.conqueſtus. idem tñ puto ſi inter viuos trãsferat vendendo pluribus vniuerſitatem, vel permutando cum pluribus, vel pluribus donando, qui ſunt modi transferendi, vt not.eo.tit.cum ſeculum.donationem tñ non poſſet facere priuatis ſine conſenſu epiſcopi, vt plene ſcripſi eo.tit.illud.

Ius patronatus multipliciter tranſfertur.

d ¶ *Hæredes.*] ſui vel extranei, cum non diſtinguat.de hoc.16.q.7. conſiderandum, & dixi eo.tit.cum ſeculum.

e ¶ *Rectoris.*] & clerici, cũ eadẽ ſit ratio.eſt tñ in hoc opinio, an patronus præſentet clericum:tenet tñ quod not.eod.tit.poſtulaſti.

¶ *Glo.ſeq.docet de tribus opi.primam approbatã, & duas alias reprobatas.*

f ¶ *Et vt.*] circa hunc ver.erat triplex opinio. Prima, ꝙ hoc fieri poſſet:Secunda, ꝙ non poſſet:Tertia, ꝙ poſſet de auctoritate epi, aliàs non.hic reprobatur ſecunda quam tenebat Inno.eo.tit.cap.1. & tertia, quam ipſe idem tenebat eo.tit. querimoniã. & approbat primam quam tenebat Ber.eod.tit.c. 1. in ſi.1.gloſſæ.& apertius ibi Tan.quod placebat Vin.Phili.& Goffr.inducebant l.quotiens.ff.de vſufru.& ff.de ſer.l.via.in fine.ad idem ff.communi diui.l. communi diuidundo.§.cum de vſufructu.

g ¶ *Facilius.*] optarẽ hanc rationẽ ponderatã fuiſſe ſ.proxi.rñſo.

h ¶ *Patronos.*] omnes.facit quod not.de elect.quia propter. verſi. vel ſaltem.aliàs iure communi, &c.de reg.iur.in re communi.lib.6.

¶ *Glo.ſeq.dupliciter litterã exponit, & cõtrariũ ſoluit:ſcđo ſoluit quæſt.cõtra ſol.alleg.tria iura quib⁹ reſpõdet.& ſol.iuſtificat.*

i ¶ *Libere.*] id eſt ſine ſuperioris auctoritate.& ſic improbat quod not.Inno.

not.Inno.in decre.querimoniam.Item dic libere etiã ſi nonvacet eccleſia.facit de dona.conſultationibus.ſ.ea,compil.de reb.eccle. non alie.ſi vna.hoc probat plurale alternis vicibus : certũ eſt enim ꝙ vna vice non concurrit duplex vacatio. Non obſtat de conceſ. præb.c.fi.quia illud fiebat in fraudẽ vacaturæ,hoc autẽ fit ad tollẽdã diſcordiã, & ad faciliorem prouiſionem eccleſiæ. Et eadẽ ratione videretur patronos plurium eccleſiarum poſſe inter ſe diuidere : ſcilicet vt vnus ſit patronus in vna , & alius in alia, vt not.Vin.eo.tit.c.1. & c. ex inſinuatione. Sed ꝯ. ff.fami.erciſ. l. quædam. ff. de ali.leg.l.3.ff. de iurepa.l. fi. per quæ patet patronatũ libertorũ inter patronos diuidi nõ poſſe, licet alimẽtorũ præſtationes diuidere poſsint. Sed dici poſſet ꝙ fortius eſt ius patronatus libertorum, q̃ eccleſiarum, vnde illud nõ alienatur , iſtud ſic : illud tranſit in ſuos etiã nõ hæredes.ff.d̃ iurepa.filij.ff.de lib.le.Aurelio.§.Caius. iſtud nõ, vt ſcripſi poſt Inno. eo. tit.cum ſeculum. Itẽ vt ibi not. permutatur patronatus cum patronatu, quare ergo pars patronatus vnius eccleſiæ cum patre quam habet compatronus in alia,non poterit permutari,vt quod iuris de toto, &c.de offic. deleg.paſtoralis.§.1.ff.de rei vendic.quæ de tota.

Patroni pluriũ eccleſiarũ poſſunt inter ſe facere, ꝙ vnus ſit patronus in vna, & alius in alia.

re ab eis alternis [a] vicibus præſentando : Quibus [b] etiam ex eadem [c] cauſa permittimus [d], vt plures [e] ad vacantem eccleſiam poſſint eo modo præſentare [f] perſonas [g], quòd vna ex eis eligi per epiſcopum [h] valeat,& admitti,

# TITVLVS XIII.

## De cenſibus, exactionibus, & procurationibus.

¶ Clemens quintus in concilio Viennenſi.

*¶ Religioſi ſubire tenentur onera, quæ incumbebant eccleſiis per eos ante hoc concilium acquiſitis,niſi priuilegio,exẽptione,vel alia iuſta cauſa iuuentur,quæ priuilegia vel exemptiones non iuuant in eccleſiis poſt concilium acquirendis, hoc dicit.Ioan.Andr.*

a ¶ *Alternis vicibus.*] id eſt , ꝙ vnus prima vice qua occurreret vacatio,alter ſecunda,alter tertia,has etiam viciſsitudines quandoque ſeruãt ſingulares perſonæ collegiorum in collationibus ſpectantibus ad collegia.de præben. c.vlt.lib.6.

Collationes quãdoq; fiũt per vices.

b ¶ *Quibus etiam.*] tertium dictum inducens ius nouum & æquiſſimum.quod intelligo de laicis,vt ĩ.dicam.

c ¶ *Ex eadem cauſa.*] facilioris prouiſionis eccleſiarum.

d ¶ *Permittimus.*] olim ergo hoc nõ licebat:bene.n. poterat laicus præſentato vno aliũ præſentare.eo.tit.quod autẽ. & c.cũ autẽ. & potior erat conditio inſtituti ab epo,vt ibi.videbatur tñ eps primo teneri : qđ intellige vt dixi eo.tit.paſtoralis. Si ergo licebat ſic ſucceſsiue accumulare,honeſtũ eſt,vt liceat etiam ſic præſentare.

e ¶ *Plures.*] quotcunque,vt dixi in prin. cap.

f ¶ *Præſentare.*] ſimul vel ſucceſsiue , licet enim cũ olim laicus pſentabat ſm,daretur optio epo,ipſe tñ laicus inſtabat pro ſcđo. modovero poteſt relinquere hoc epi optioni.Et ſic not.ꝙ licet electiones non poſsint fieri alternatiue.de elect.c.2.lib.6.præſentationes ſic,vt hic.quod de laicis intelligo vel clericis præſentantibus ex patrimonio,in quibus locum habebat quod dixi ſupra.

Electiones non poſſunt alternatiue fieri.

g ¶ *Perſonas.*] etiam in minoribus conſtitutas.quod dic vt de inſti. cap.2. lib.6.Ioan.And.

h ¶ *Per epiſcopum.*] vel alium inſtituentem,cum eadem ſit ratio.

DE CENSIBVS, EXACTIONIBVS,&c.

Cõtinuatio. *¶ Viſum eſt ſupra de iu.pat.verum quia patronus aliquando in fundatione & etiam dotatione retinet aliquem cenſum auctoritate epiſcopi,& aliquas procurationes ſeu comeſſationes : ideo annectit rubricam de cenſibus, &c.*

C *Vm ſit.*] Duæ ſunt partes:quia primo, ratione præmiſſa ponit ſtatutũ ſuũ cũ exceptione. Scđo , exceptionem limitat & declarat:ibi, *Priuilegia.* Imol. CASVS.Papa alicui loco religioſo eccleſiam Pictauẽſis vel Bituricenſis diœceſis donauit, vel forte ipſe epiſcopus cum conſenſu ſui capituli,à qua eccleſia epiſcopus conſueuerat habere iura epiſcopalia,puta exigere procurationem ratione viſitationis : quæritur vtrum per iſtam donationem eccleſia ſit exempta ab omnibus oneribus & iuribus epiſcopalibus,vel vtrum religioſi illa onera teneantur ſoluere?Dicit Clemẽs quòd tenentur ſupportare huiuſmodi onera , niſi velint aſsignare congruam penſionem vicario,vt poſsit illa onera ſupportare : & & hoc verum niſi iuuarentur priuilegio exemptionis, vel alia cauſa legitima,tamen priuilegium vel exemptio (ſi qua competat) nõ proficit in eccleſiis poſt concilium acquirendis. Not. quòd qui ſentit commodum,non debet onus recuſare vulgariter:Qui ſentit onus,ſentire debet & cõmodum.Et ſumpta ſunt hæc. ff. de reg.iu. tamẽ melius diceretur ꝙ ſumuntur à iuribus vnde ſumitur regula. l.1.ff.de reg.iur. Not.magis ſpecifice cum eccleſia datur loco religioſo ex donatione epi,Papæ,vel legati, tunc datur cũ omnibus oneribus ſuis,& hoc niſi donarent penſionem vicario , vt ſuſtineret huiuſmodi onera. Not.iuncta gloſ.ꝙ Papa poteſt priuilegiare aliquem, vt non teneatur ad procurationem Apoſtolicæ ſedis, vel vt non teneatur ad iura epãlia. Et ſic princeps poteſt priuilegiare aliquem à ſolutione talliarum , vt ille priuilegiatus non teneatur ſoluere talliam:tñ ſm doctores illam portionem nõ debet imponere aliis, aliàs peccat. Not.ꝙ vicarij conſtituti in beneficiis ſpectantibus ad monachos, nõ tenentur ad onera,ſed ipſi monachi. Not. ꝙ priuilegia ſunt reſtringenda, pro hoc hæc littera in fi.ibi, *Non extendi.* & de reſcrip.c.vlt. lib.6. de deci.c.2.eo.lib.Zabarel.

CAP. I.

CVm ſit [i] naturæ [k] cõſonum illos non recuſare onera,qui rerum commoda complectuntur : Hac in perpetuum valitura cõſtitutione ſancimus,vt religioſi [l] quicunque pro monaſteriis & eccleſiis, quę ad eos quocunque ſunt titulo [m] deuoluta,procurationes legatorũ ſedis [n] Apoſtolicæ,ac iura epiſcopalia [o] , & alia præſtari pro ipſis antequam ad eos perueniſſent, ſolita [p] prompte ſoluere ſtudeant:niſi forſan ſedis Apoſtolicæ priuilegio [q], exemptione [r] ,vel alia cauſa legitima [s] ab his ſe valeant excuſare. ¶ Priuilegia vero ſeu exemptiones [t] huiuſmodi ad monaſteria,ſeu eccleſias , quæ ad eos obuenire contingent,

¶ *Gloſſa prima ſummat, & diuidit.*

i ¶ *Cum ſit.*] Religioſi ſubire tenentur onera, quæ incumbebant eccleſiis per eos ante hoc conciliũ acquiſitis : niſi priuilegio, exemptione vel iuſta cauſa iuuentur:quæ priuilegia vel exẽptiones non iuuant in eccleſiis poſt concilium acquirendis.Secunda:ibi,*Priuilegia.*

¶ *Glo.ſeq.dubium ſoluit inducens duo ſimilia.*

k ¶ *Naturæ.*] ſumptum de regula formata per modum cõuerſum. ff.de reg.iur.ſecundum naturam.& vide de reg.iur.qui ſentit.lib.6. & dicit lex quòd non eſt ferendus qui lucrum amplectitur,&c. C. de cadu.tol.l.vnica.§.pro ſecundo.in fine.

l ¶ *Religioſi.*] in aliis ergo locum non habet inquantum inducit ius nouum.ſimile ſ.compi.de deci.c.1.de teſta.c.1.

¶ *Gloſ ſeq.tria exempla approbat, & tria reprobat.*

m ¶ *Titulo.*] vt dominatione,de do,conſultationibus.permutatione.de re;permut.ad quæſtiones.vel præſcriptione,de iurepa.cura. titulo vero emptionis haberi non poteſt.de ſimo. querelam.de iurepa.de iure.& an tranſeat cũ vniuerſitate,ſcripſi eo.tit.ex litteris. titulus etia ædificationis vel fundationis nõ adaptatur huic caſui.

Titulo multiplici poſſũt eccleſiæ ad religioſos pertinere.

n ¶ *Sedis Apoſtolicæ.*] de iureiur.ego N.de cenſi. cum inſtantia.

¶ *Gloſ ſeq.quæſtionem ſoluit.*

o ¶ *Iura epiſcopalia.*] de quibus de offi.ord.conquerente. ſ. tit. 1. c.1.Et vides quòd procuratio legatorum & iura epiſcopalia ponũtur vt diuerſa:per quod patet,quòd qui ex pacto tenentur ad iura epiſcopalia,non per id tenentur ad procurationem prædictam.

¶ *Glo.ſeq.tria ponit exempla.*

p ¶ *Solita.*] vel ex impoſitione facta tempore fundationis. 18. q.2. Eleutherius,eod.tit. quanto.de iur.pat. præterea 2. vel ex antiquo vſu.de hoc eo.tit.peruenit.vel qa res aliqua habens onus annexũ, peruenit ad eccleſiam,in quam trãſiuit cũ ſuo onere.16.q.1.ſi quis laic⁹.de deci.paſtoralis,đ pig.c.ex litteris.ff.đ ꝯh.emp. alienatio.

q ¶ *Priuilegio.*] hoc iuuat quo ad omnia prædicta.

r ¶ *Exemptione.*] ſi intelligas ab epali iuriſdictione, hoc non iuuat quo ad procurationes legatorũ ſedis Apoſtolicæ, ad quas exẽpti tenentur.non obſtat eod.tit. cum inſtantia.quod expone vt ibi dixi.ꝯ illas etiam non valet præſcriptio.de præſcrip. accedentes.

¶ *Gloſſa ſequens ponit tria exempla. in primo, & tertio diſtinguit. ſecundo quærit & ſoluit.*

s ¶ *Legitima.*] puta compoſitione.ĩ.c.proxi.verſ.nec compoſitiones.quod intellige quo ad illa in quibus valeret cõpoſitio. de hoc eod.titul.cum venerabilis.vel res iudicata.de re.iudi. cum inter.& not.de præſcrip.cum ex officij. in vlt. glo. Præſcriptio non vr̃ hic adaptari,cũ loquatur textus de his q̃ præſtari ſolebant:noua vero præſcriptio poſt acquiſitionem illarum bene poſſet adaptari in his iuribus quæ ſunt præſcriptibilia.de præſcrip.de quarta.Sed nũquid erit legitima cauſa ſi dicatur indebita fuiſſe?Sol.puto de mẽte huius conſtitutionis quòd percipiens in poſſeſsione defendatur donec probetur indebitum.eod.tit.peruenit.facit de elect.querelam. ad finem.& quod ibi not.de offi.ord.duo ſimul in 3. gloſ.

t ¶ *Exceptiones huiuſmodi.*] intelligo gñales vel à pdictis iurib⁹.

¶ *Gloſ ſeq.alleg. 2. concor.ponit tempus concilij: quærit & ſoluit.*



a ¶ *In po-*

a ¶ *In poſterum.*] Concor.de deci.nuper.ſimile ſ. ead. compi. de reſcri.litteras.Vides ergo quod priuilegia vel exemptiones, quas habebant religioſi, etiam circa eccleſias acquirendas, non habent locum niſi in acquiſitis ante concilium Vienneñ. De religioſis dixi: quia circa ſeculares nil immutat iſta conſtitutio.Et ſcias quod concilium inchoauit anno dñi M.cccxj. die calen. Octobris, & terminatū fuit anno ſequenti 6.die Aprilis,& ſic durauit vltra ſex menſes.Scito ergo quando acquiſiuerint, ſcias ante conciliū vel poſt. Quid de acquiſitis durante concilio, vel poſt concilium antequam conſtitutiones ligarent? de quo ſatis dixi in procemio, æquum videretur quod acquiſitæ antequā ligarent conſtitutiones, priuilegiis & exēptionibus gaudeant per ea quæ ibi dixi.

Clementinæ quando fuerunt factæ.

Volūtas quādoq; eſt pro ratione.

¶ *Gloſſa ſequens obiectionem ſoluit, & allegat quatuor ſimilia.*

b ¶ *Volumus.*] ſit pro ratione voluntas, cum aliàs deceat priuilegiū principis eſſe manſurū. de reg.iur. decet. lib.6. cum concor. & eſt ſi. ſ. ead. compil. de ſepul. dudum.§.pen. in fi.& ſ. tit.1.c.1. in fi.de reſcript. cap.vlt.de deci. cap.2.li. 6.fuit tamen motiuum, quia priuilegium tendebat ad noxam. de deci. ſuggeſtum, vbi de hoc.

† Vide c. cū Apoſtolus. extra de cenſib⁹.&c. 1.2. & 3.eo.titu. lib. 6. & oīo cōciliū Trident. ſeſſio. 24. de reforma.c. 3. vbi plene de materia viſitationis.

in poſterum a volumus b non extendi.

¶ Idem.

¶ *Ponit quædam grauamina, quæ prælati inferebant exemptis, præcipue Ciſtercienſibus, & illa fieri prohibet, ſtatuens quòd epiſcopi qui in monaſteriis Ciſtercienſis ordinis charitatiue procurantur, ſint contenti cibariis, quæ per illos ſibi miniſtrantur. Si vero procurantur ex debito, ipſis volentibus carnes miniſtrari debent extra ſepta monaſterij, vel ſaltē extra portam, quæ dicitur* Regularis. *Ipſorum etiam eleemoſynarij fragmenta menſarum poſſunt pauperibus erogare. hoc dicit* Io. *And.*

CAP. II.

AD † noſtrum c (quod dolentes d referimus) peruenit auditum, quòd eccleſiarū prælati ad monaſteria Ciſtercienſis ordinis accedentes, licet ab eis charitatiue recipiantur, & eis curialiter neceſſaria miniſtrentur, cibis tamen regularibus e non contenti contra priuilegia dicti ordinis carnes petunt, & ſi eis non miniſtrentur, auferunt violenter. Et licet in locis eiſdem fiant eleemoſynæ competenter, ipſi tamē prælati ipſis religioſis inuitis f alias eleemoſynas faciūt, etiam in aliquibus locis in quibus procurationes non habent de conſuetudine, vel de iure. Pro equitaturis quoque ferrandis, licet ferris g non egeant, & coci eorum ſui officij h ratione pecuniam exigunt & extorquent: Nec cōpoſitiones i ſuper procurationibus inter prælatos ipſos & eos initas eis ſeruant: Ipſis k etiā in recipiendis procurationibus ita graues exiſtunt, quòd ipſis in eorum monaſteris & eccleſiis procurationes recipiētibus longi tēporis victū breuis hora cōſumit l: & dū procurationes recipiunt, canes venaticos, falcones, & accipitres ſecū

AD *noſtrum.*] Præſupponendum eſt quod aliquando patroni faciunt ordinari per epiſcopum, vt tali die illa eccleſia teneatur dare vnam procurationem, id eſt, comeſtionem.

CASVS. A nonnullis in concilio Viennenſi fuit expoſitū, quod epi in fundatione ordinis Ciſtercienſis, qui ordo eſt exēptus à diœceſanis, petebant procurationes, ſiue comeſtiones quas monaſteria tenebantur ſoluere: iſti epi non erant cōtenti cibis vel epulis regularibus & cōibus ipſis ſm regulā ſuā, ſed petebant carnes, & etiā illas petebant adminiſtrari ſibi infra ſepta monaſteriorum, quod eſt contra ipſorum regulam. Et cum ipſi Ciſtercienſes non velint ſibi dare procurationes, vt ipſi epi petunt, ipſi rapiunt violenter, & faciunt quod plures eleemoſynas de bonis religioſorū, quamuis etiam ipſi religioſi ſufficientes eleemoſynas faciāt, & etiā epi iſtas procurationes accipiunt in pluribus locis, in quibus non debent habere de iure vel conſuetudine. Item epi vt magis grauarent monaſteria Ciſtercien. faciebant ferrari equos ſuos quamuis non indigerent. Item coci eporum dicebant, dare mihi pecunias, ego feci coquinam, & paraui cibaria veſtra domino meo, ego non teneor ſibi parare tempore viſitationis, immo monaſteria tenentur mihi ſoluere, & ſic iſte cocus exigebat vnam quantitatem pecuniæ. Item iſti epiſcopi non approbabāt compoſitiones factas inter prælatos ſuper procurationibus recipiendis, immo exiſtebāt graues & rebelles, ſic quod multa bona monaſteriorum dilaniabant & conſumebant in modico tempore: & adhuc non erant contenti de procurationibus ſuarum perſonarum, ſed etiam habebāt magnos & paruos canes venaticos, quibus neceſſe erat procurationes dari. Item habebant aues venaticas, vt accipitres, & quàm plurima alia onera inferebant. Nam ſi religioſi non ſatisfaciebant voluntati ipſorū eporum, ipſi vel ſeruitores frangebant portas monaſteriorum. Item ipſi recipiunt plures procurationes in die: quia accipiunt pecuniā loco procurationum, & non viſitant quæ viſitare debent, immo omittunt viſitare accepta pecunia pro procurationibus, & ſic ipſi prælati accipiunt & exigunt ab ipſis religioſis illa ad quæ ipſi non tenentur. Item ſunt aliqui prælati qui quando vident quod Papa mittit aliquos nuntios in diœceſi ipſorum, ipſi exigunt pecuniam pro procuratione illorum nuntiorum, & illam exigunt: ſaltem exigunt maiorem partem à locis exemptis & aliis locis religioſis, & hoc faciunt vt ipſi non tantum grauent presbyteros ſuos, & etiam vt ipſi ſeipſos liberent. Et illi qui iſta expoſuerunt in concilio, dicebant quod iſti prælati grauabant monaſteria exempta in multis aliis, quare iſti exponentes quærunt à Romano Pontifice quid fiendū de iſtis? Et dicit Clemens, quod ſi iſti prælati epi veniant ad iſta monaſteria exempta non cauſa viſitationis, ſed charitatiue & gratia hoſpitalitatis: tunc ipſi debent eſſe contenti & debent recipere victualia regularia, & iſta cibaria debēt illis tradi intra ſepta ipſorum religioſorum, non tamē intra portam quam regularem appellant, & hoc maxime ſi illa cibaria non ſint conſueta nec ſecundū regulam ipſorum religioſorum. Et ad hoc quod ſupra dixi, quod iſti faciebāt eleemoſynas, quamuis religioſi ſufficienter facerēt: Reſpondet, quod ipſi poſſunt facere eleemoſynas de fragmentis menſæ, hoc eſt, de reſiduo eorum quæ reſtant ex menſa. Et ſi de cętero iſti prælati velint euitare indignationem ſedis Apoſtolicæ, decet eos quieſcere ab iſtis grauaminibus ſuperius expreſsis. Not. quod eps non debet recipere eadem die plures procurationes, niſi hoc haberet ex priuilegio ſedis Apoſtolicæ; ideo dicit textus, pluresque procurationes recipiūt vna die ſedis Apoſtolicæ priuilegio non ſuffulti.

Nota iuncta gloſſa, quod poteſt fieri compoſitio de & ſuper modo procurandi & numero procurandorum, ſi contentio & controuerſia fuerit inter procurandum & illum qui debet procurare: puta eps poteſt facere talem compoſitionem, totiens quotiens ego veniam charitatiue vos viſitando, dabitis procurationem, id eſt alimenta pro me, & ſex de meis ſeruitoribus, vel quatuor, vel plus, vel minus. Nota quod epiſcopi cum viſitant, non debent habere canes venaticos, nec aues: immo etiam non debent habere dum non viſitant: quia omnia iſta ſunt prohibita clericis etiam ſecularibus. Nota: ibi, *Sunt nonnulli.* quod tam exēpti quàm non exempti tenentur conferre ad procurationem legati ſeu nuntij ſedis Apoſtolicæ. Nota: ibi, *Charitatiue recipiantur.* quòd monaſteria tenentur ad recipiendos hoſpites. ſic & alij clerici. de præben. de monachis. de emp. & vendi. c. 1. Et dicit Lau. quod ad hoc poſſunt per excommunicationem compelli. 44. diſt. §. hinc etiam. Nota de cibis regularibus. & de hoc in gloſ. 3. & ſunt oua, caſeus, & piſces. Zabarella.

¶ *Prima gloſſa ſummat, & diuidit.*

c ¶ *Ad noſtrum.*] Ponit quædam grauamina, quæ prælati inferebant exemptis, præcipue Ciſtercienſibus, & illa fieri prohibet, ſtatuens quòd epiſcopi, qui in monaſteriis Ciſtercieñ. ordinis charitatiue procurantur, ſint contenti cibariis, quæ per illos miniſtrantur. Si vero procurantur ex debito, ipſis valentibus carnes miniſtrari debent extra ſepta monaſterij, vel ſaltem extra portam, quæ dicitur Regularis. Ipſorum etiam eleemoſynarij fragmenta menſarū poſſunt pauperibus erogare. Prima pars ponit grauamina, ſecunda prouidet: ibi, *Nos igitur.*

d ¶ *Dolentes.*] ſ. ead. compil. de ſtatu mona. cap. 2. ver. viſitatores. & ibi concor.

e ¶ *Regularibus.*] de quibus in regula B. Benedicti. 39. cap.

f ¶ *Inuitis.*] non erat ergo dicenda eleemoſyna quæ de rapina fiebat. 1. q. 1. non eſt putanda.

g ¶ *Ferris.*] vide quod not. eo. tit. exigit. in glo. 2. lib. 6.

h ¶ *Officij.*] contra id eo. tit. Romana. §. procurationes. lib. 6.

¶ *Gloſſa ſequens obiectionem ſoluit.*

i ¶ *Compoſitiones.*] compoſitio 1 per quam tollatur procuratio debita viſitanti, non valet: ſicut enim viſitatio per compoſitionē tolli non poſſet, ita nec procuratio quæ debetur iure annexionis, ſicut de præſcriptione dicitur. de præſcript. cum ex officij. ſed erant cōpoſitiones ſuper modo procurandi vel numero procurandorum, quæ ſeruandæ erant. facit quod not. 16. q. 7. quicunque. ſicut etiam ſuper decimis fit compoſitio, de deci. ex multiplici.

1 Procuratio viſitanti debita tolli nō pōt per compoſitionem, vide plene Abbatem in c. cum ex officij. de præſcript.

k ¶ *Ipſis.*] prælatis.

l ¶ *Conſumit.*] contra id eod. tit. cum Apoſtolus. Refert Suetonius libro 2. quòd Tiberius præſidibus ſuadentibus prouincias onerari tributo, reſcripſit: boni paſtoris eſt tondere pecus non deglutire.

Paſtoris boni officium.

ADDITIO. Vel potius deglubere, id eſt, pilos euellere: ita debet eſſe; qui aliter legit, non intelligit.

a ¶ *Habent.*]

a ¶ *Habent.*] contra id eo.tit.cum Apoſtolus.de cle.vena.c.1.& 2.
b ¶ *Valuæ.*] de ſpon.conſultationi. in principio.
c ¶ *Franguntur.*] an hæc liceant etiam habenti iuſtam cauſam & poſsidenti, cui denegatur penſio vel hoſpitium, vel procuratio: plene ſcripſi poſt Inno.de immu.eccle. c.1. 1

1 Vide ibidẽ Panormitanum.

d ¶ *Exportantur.*] hoc nõ poſſuntetiã collectores decimarũ.ʒ̄.ea.compil.đ deci.ſi bñficiorũ.
e ¶ *Vna die.*] cum tñ numerus procurationũ nõ debeat excedere numerum dierum.eod.tit. procurationes.quod locum habet etiã in viſitante plura loca, quorũ quilibet ad procurationem ſufficiat.eo. tit. felicis. lib.6.

Procurationum numerus dierum numerũ nõ excedat.

f ¶ *Impenſo.*] ʒ̄ id, eo. tit. procurationes. & c. exigit.lib.6. eod. lib. de offic.ordi.ſi epiſcopus.
g ¶ *Aſſumẽtes.*] ʒ̄ id đ reg.iur.ꝙ omnes.lib.6.
h ¶ *Aliis.*] de quibus đ exceſ.præla.frequens.

† Aliàs, ſunt etiam, &c.

i ¶ *Vtroque.*] de priuileg. quoniam.
k ¶ *Supradicta.*] ſcilicet Ciſtercienſis ordinis, tñ & đ aliis idem videretur, ab identitate rationis.& ʒ̄.proxi.generaliter loquitur de exẽptis.
l ¶ *Gratioſe.*] dicit prouerbium Italicorũ, non reſpiciendum dentem equi donati [ vnde quidam: *Quadrupedis dentes donati cernere noli*] cui conuenit. ff.de ædi. edic.ad res donatas.
m ¶ *Speciali.*] puta pacto vel onere impoſito fundationis tempore, vt dixi ʒ̄.c.proxi.
n ¶ *Ipſorum.*] ergo nõ aliorum priuatorum, vel eccleſiarum, etiam ſi domus eſſent ad hoc aptæ, niſi ipſi prælati conſentirent ibi procurari.
o ¶ *Alioquin.*] idem ſi extra ſepta non fuerint domus monaſterij ad hoc aptæ.

habent [a]: Et niſi voluntati ſatisfiat eorum, valuæ [b] monaſteriorum ſeu eccleſiarũ per violentiam ſæpe franguntur [c], & ornamenta eccleſiæ exportantur [d], pluresq; procurationes recipiũt vna [e] die ſedis Apoſtolicę priuilegio non ſuffulti: interdum in pecunia numerata, viſitationis ẽt officio nõ impẽſo [f], & occaſione dictarũ procurationum iidẽ prælati ab ipſis frequenter exigunt, quæ illis ſoluere non tenentur, intolerabilia eiſdẽ grauamina cumulantes. Sunt † & nõnulli, qui procurationes nũtiorum Apoſtolicæ ſedis, aliaque extra ordinaria onera exemptis, & aliis religioſis pro maiori parte imponũt: vt ſe ac presbyteros liberẽt ſeculares religioſos ad ordinãdũ huiuſmodi onerum diſtributionem minime aſſumentes [g]: In multis etiam aliis [h] præfati prçlati, exempta monaſteria, & ipſorum eccleſias vtroq; [i] illis iure ſubiectas, grauãt in procurationibus recipiẽdis, & oneribus inſolitis imponẽdis. ¶ Nos igitur ſuper his volẽtes de opportuno remedio prouidere, ſacri approbatione cõcilij duximus ſtatuẽdũ, vt ſi epiſcopi nõ cauſa viſitationis, ſed charitatiuæ hoſpitalitatis ad monaſteria venerĩt ſupradicta [k], victualia gratioſe [l] recipiãt, quæ charitatis gratia eis fuerint miniſtrata. Ipſis autẽ epiſcopis ad monaſteria venientibus ſupradicta, & procurationes ibidẽ recipiẽtibus ſibi debitas de iure cõmuni, cõſuetudine, priuilegio, vel iure alio ſpeciali [m], in domibus ipſorum [n] monaſteriorũ, extra tamẽ ſepta ipſorũ exiſtẽtibus, ſi quæ fuerint ad hoc aptę, alioquin [o] intra ſepta ipſa, non tamen intra portam, quam regularem [p] appellãt, carnium pro cõgruentia temporis ſi voluerint [q] (priuilegio non obſtante quocunque) cibaria miniſtrentur. Nec incõueniẽs reputamꝰ, ſi fragmẽta [r], quæ de mẽſis ipſorum epiſcoporum, & ſuorum familiarium [s] colliguntur [t], per ipſorũ epiſcoporũ eleemoſynarios ibidẽ [v] pauperibus erogentur. Ab aliis autẽ grauaminibus expreſſis ſuperius, prælati diligenter † abſtineãt, ſi Dei & Apoſtolicæ ſedis indignationem voluerint euitare [x].

† Aliàs ita: diligenter protius abſtineant.

¶ *Gloſ.ſeq.alleg.vnam concor.quærit & ſoluit, & ſolutionem determinat.*

p ¶ *Regularem.*] licet ergo in partes domus quod in alia parte nõ licet.de ſta.mo.cum ad monaſterium. Sed quid ſi extrà portam illam non eſt locus aptus? Satis vr̃ ꝙ propter neceſsitatem, quæ ſic arctat, poſsint tunc intra portam illam miniſtrari, vt ſicut propter neceſsitatem tempore prohibito licet carnes comedere, ſic liceat ex eadem cauſa etiam in loco prohibito.de obſer. ieiu. conſilium. in fine de reg.iur.quod non eſt.facit de cuſto.Eucha. c.2. Poſſet tñ dici ꝙ cum priuilegium iſtorũ non tollatur intra portam, ꝙ tunc eṗs ſ̃m formam priuilegij cibis regularibus debeat contentari: vbi vero non haberent priuilegiũ ʒ̄rium, ſit locus ei quod prius dixi.

Carnes licet comedere tẽpore prohibito propter neceſſitatẽ.

q ¶ *Si voluerit.*] honeſte facerent eṗs declinando ibidem ſexta feria vel ſabbato, vel die qua cibaria regularia cõuenirent: tamẽ ſi alio die declinant, ſubditi ſuperiori inuito lege cibariorum nõ dabunt.41.diſt.non cogantur.& concor.de cen.cum inſtantia.in fine.
r ¶ *Fragmenta.*] dicta à frango, gis. panes ergo integros, qui de menſa leuantur, inuitis monachis non dabit eleemoſynarius, vel capones integros, vel ſimilia.
ſ ¶ *Familiarium.*] cum epiſcopo, vel poſt comedentium.
t ¶ *Colliguntur.*] in procuratione quæ datur ex debito, hoc eſt certum: ſed in illa quæ datur gratuito, non videtur id inuitis monachis fieri poſſe, & forſan auctor de vtraque intendit, quaſi fragmẽta videantur eſſe largita.
v ¶ *Ibidem.*] ad alium ergo locum mittere non poſſet diſtribuenda illis inuitis.

x ¶ *Euitare.*] vide quod dixi j. de ſentent. excom.cap.1.in gloſ. Mendicantes.in fine.

P*Ræſenti.*] CASVS. Iſta Clementina venit executiue, vel eſt executio cap.quamquam.eo.tit. lib.6. quia illud c.dicit ꝙ exigentes à clericis pedagia vel guidagia ipſo facto ſunt excommunicati: Iſtud c. mandat omnibus diœceſanis, vt illos exactores denũtient & faciant publice denuntiari excommunicatos, donec & quouſque venerint ad condignã ſatisfactionem.

Not. *deferunt.* id eſt, portant. Nota ꝙ verbum, *iubeo*, eſt præceptiuum & obligat, vt glo.hic in verbo, *iubemus.* & per conſequens infertur ꝙ prælati non obſeruantes huiuſmodi clementinæ diſpoſitionem, peccant mortaliter, vt in cap.quod præcipitur.14.q.1.iuncto. c. 2.de maio.& obed.

Nota: ibi, *Vel perſonis.* ꝙ bona clericorum gaudent eodem priuilegio cum ꝗ rebus eccleſiarũ, ſecundum Lau. & Pau.

Nota ex verbo, *negotiandi*, à contrario, ꝙ in his quæ deferunt clerici cauſa negotiandi, non gaudent immunitate. de hoc in glo. à contrario. Zabarella.

¶ Idem in eodem.

¶ *Diœceſani (quibus hoc conſtat) illos qui exigendo à clericis pedagia vel guidagia excommunicati ſunt vel interdicti, publicare debent. Ioan. And.*

CAP. III.

PRæſenti [y] † cõſtitutione iubemꝰ [z], vt locorũ diœceſani cõtra eos, qui ab eccleſiis vel perſonis [a] eccleſiaſticis ꝓ earũ rebus [b] propriis [c], quas nõ negotiãdi [d] cã deferunt, aut deferri faciunt vel trãſmittũt, pedagia [e] vel guidagia ſuo vel alieno [f] nomine exigũt vel extorquẽt [g] in

¶ *Prima gl.ſummat & dicit quid declarat.*

y ¶ *Præſenti.*] Caſus. Diœceſani (quibus hoc conſtat) illos qui exigendo à clericis pedagia vel guidagia excommunicati ſunt vel interdicti, publicare debent. venit executiue ad decret. quamquam. eod. tit.lib.6.

† Nota ꝙ res clericorum gaudet eodem priuilegio quo res eccleſiarum.c.vlt.de vita & honeſt.cleri.c. eccleſiarum ſeruos. 12. q.1.Anchar.

z ¶ *Iubemus.*] ergo obligat ex præcepto. 14. q. 1.quod pręcipitur.quod non bene ponderatur. ſimile ʒ̄.ea.cõpil. de ſta. mo.c.2.de relig.do. c.2.

a ¶ *Perſonis.*] vide quod dixi in decre.quamquam.
b ¶ *Rebus.*] vel perſonis, vt in prædicta decre.quamquam.
c ¶ *Propriis.*] ſcilicet perſonarum vel eccleſiarum, vt ſic etiã ꝓfeſſos, qui proprium habere nõ poſſunt, includat.pro talibus rebus quæ ad vſum proprium portantur, etiam laici non ſoluunt vectigalia.C.de vecti.& com.l.vniuerſi. Plures alios caſus in quibus non ſoluuntur, vide quæ not.ff.de publi.l.4.

Laici quandoque vectigalia non tenentur ſoluere.

¶ *Glo.ſeq.arguit ad cõtraria, & remittit: mouet dubia, & ſoluit.*

d ¶ *Non negotiandi.*] à ʒ̄rio datur intelligi quòd in his quas cauſa negotiandi deferunt, non gaudent immunitate, vt etiã not.Guli. in Specu.de immu.eccl.in fi. vbi etiam arguit ʒ̄. emptores redditu um clericorum, qui volunt immunitate gaudere, ſed ipſi etiam clerici nõ gauderent negotiationis cauſa deferendo, vt hic. Si autem inter leuatorem pedagij & delatorem ſit quæſtio, vt quia ille negat eum clericum, vel dicit res deferri negotiationis cauſa, vel res illius non eſſe, graue eſſet ſemper iudicem adiri pro fide huiꝰ rei recipienda, vnde vr̃ committendum iuramento deferentiũ vel ſuorum nuntiorum ſi perſonarum qualitas non diſſuadeat, vel niſi de ʒ̄rio fides haberetur in promptu.facit de iureiur.c.fi.quod me. cau.c.fin. Quo ad perſonam videtur ſufficere ſi ſit in habitu & tonſura clericali.per decre.ſi iudex.de ſenten.excom.lib.6.

Pedagij ratione orta quæſtio inter leuatorẽ ipſius & delatorẽ rerũ, qualiter terminabitur.

e ¶ *Pedagia vel guidagia.*] exponuntur hæc de verborum ſignificatione.ſuper quibuſdam.& omnia iſta dicuntur portaria vel vectigalia, vt ibi not.
f ¶ *Alieno.*] de reg.iur.quod alicui.lib.6. cum concor.
g ¶ *Extorquent.*] vbi enim reciperent iſta à ſponte ſoluentibus, non eſt locus pœnis.ſimile de ſimo.dilectus 2.

a ¶ *Excommunicationis.*] quo ad ſingulares perſonas.
b ¶ *Interdicti.*] quo ad ciuitates, caſtra, vel loca, quorum collegia vel vniuerſitates delinquunt, & periculoſiſsimum eſt: per quod forſan tota Italia eſt interdicta, de vltra Italiam teſtificētur experti. & vide quod dicam j. de ſent. excom. grauis. in princip.
c ¶ *A iure.*] eod. titul. quamquam. lib. 6.
¶ *Gloſſa ſeq. ſupplet & remittit: ſecūdo dubiū ſoluit per duas rōnes.*
d ¶ *Conſtiterit.*] parte vocata, contra quam fit publicatio. de quo ſatis ſcripſi ea. compi. de offi. deleg. c. vnico. Puto autem de hoc inquiri, & conſtare poſſe etiam in illo qui ſoluit de hoc non conquerente: tum quia hoc beneficium reſpicit fauorem ordinis clericalis, non perſonæ tantū, & ſpectat ad ius publicum. de foro compe. ſi diligenti. de ſent. excom. contingit. 1. diſt. ius publicum. tum propter animarū periculū, de quo præmiſit, & præcipue in facto manifeſto. de vſu. cum in diœceſi. de diuor. porro.
e ¶ *Subditis.*] vicinos etiam epiſcopos requirere poſſunt. 11. q. 3. curæ. de treu. & pace. c. 1. s. ead. compi. de foro compe. quamuis. §. penult.
f ¶ *Donec.*] Licet iſti reſtituant, & ſatisfaciant, vt ſequitur: eſt tn̄ neceſſaria abſolutio excommunicationis, vel relaxatio interdicti, vt in prædicta decre. quamquam. in fine.

† Aliàs, de ipſis eis conſtiterit, &c.

† Aliàs, extorta.

† Aliàs ita: de celebratione Miſſarum, & aliorum officiorum.

† De materia hu' Clement. præter doctores hic vide canoniſtas in c. 1. & c. dolentes. extra de celeb. Miſſarū.

animarum ſuarum periculū, & eorum à quibus ea exigūt præiudicium & grauamen excommunicationis [a] & interdicti [b] ſentētias à iure [c] prolatas, poſtquam de† his ipſis cōſtiterit [d], omnino publicēt, vel à ſuis ſubditis [e] tamdiu faciant publicari, donec [f] illi ſic exacta† reſtituerint [g], & de transgreſſione huiuſmodi ſatisfecerint [h] competenter.

# TITVLVS XIIII.

## De celebratione † Miſſarum, & aliis diuinis officiis.

¶ Clemens v. in concilio Viennenſi.

¶ *Prælati ad quos ſpectat correctio, & illis negligentibus ſuperiores ipſorum debent eſſe ſolliciti, vt horis debitis in cathedralibus, regularibus, & collegiatis eccleſiis Horæ canonicæ deuote pſallantur, & quòd in eccleſiis aliis celebretur conuenienter & debite diurnum officiū & nocturnum. Ioan. And.*

### CAP. I.

Graui [i] † nimirum turbatione mouemur, quòd ex nonnullorum rectorum negligentia, quæ [k] dum ſpem impunitatis permittit, multam nutrire peſtilentiam conſueuit [l] in ſubditis, plerique eccleſiarum miniſtri [m] modeſtia ordinis clericalis abiecta, dum offerre Deo ſacrificiū laudis [n] fructum [o] labiorum ſuorum in puritate conſcientiæ & animi deuotiōe deberēt, Horas [p] Canonicas [q] dicere, ſeu pſallere [r], tranſcurrendo, ſyncopando [s], extranea quidem & plerunque vana [t], profana, & inhoneſta intermiſcendo colloquia [v], tarde ad chorū conueniendo, ſeu eccleſiā ipſam abſque rationabili [x] cauſa ante finem officij exeundo [y] frequenter, aues interdū portando ſeu faciendo portari, caneſque ſecum ducendo venaticos [z], ac quaſi nihil prętendētes de clericali militia [a], in corona veſtibus & tonſura [b] diuina etiam celebrare, aut eis intereſſe nimis indeuote præſumūt. ¶ Nōnulli etiam tam clerici quàm laici præſertim in feſtorū certorum vigiliis [c], dum in eccleſiis

g ¶ *Reſtituerint.*] plenarie dicit decre. quamquam. quod forſan hic omittit: quaſi ſonet in idem verbum reſtitutionis & plenæ reſtitutionis. facit ff. de verb. ſigni. cum prætor. ff. de vſur. videamus 2. §. in Fauiana. nec ſufficeret hic cautio. concor. quod not. de elect. quia ſæpe. lib. 6.

Reſtitutio & plena reſtitutio in idem ſonant.

h ¶ *Satisfecerint.*] vide quod dixi poſt Inn. de cohabi. cleri. ſicut.

DE CELEBRATIONE MISSARVM, &c.

¶ *Viſum eſt ſupra de capellis & eccleſiis tam religioſorū, quàm ſecularium, in quibus diuina officia & Miſſarum ſolemnia celebrantur: ideo, &c.*

Graui.] CASVS. Concilio generali Spiritu ſancto legitime congregato fuit propoſitū, quòd plures clerici dicebant Horas Canonicas diſcurrēdo, & quandoque verba inhoneſta proferendo, & dū ibant ad diuinum officium, ducebant ſecum canes venaticos, & aues: vnde modicam reuerentiam faciebant ipſi eccleſiæ, & ſcandalum inde oriebatur: conſtituit concilium quòd ipſi celebrent diuinum officium cum deuotione & reuerentia, & pro hoc deputauit aliquos, vt compellant clericos ad celebrandum cum deuotione vt decet: & cantor, vel decanus, vel Prior tenetur compellere clericos ſuæ eccleſiæ, & in defectu ipſorum epiſcopus. Nota: ibi, *Miniſtri.* iuncta gloſſa, quòd clerici non beneficiati non tenentur ad Horas Canonicas dicendas, niſi eſſent in ſacris conſtituti. Nota: ibi, *Fructum.* iuncto c. dolentes. eod. tit. in antiq. videlicet quòd qui eſt aſtrictus ad dicendum Horas, illas debet dicere attente. Nota quòd obligatus ad Horas Canonicas debet ſingulas dictiones & ſyllabas diſtincte proferre. Nota quòd beneficiati cùm ad ipſas eccleſias accedunt, debent accedere, id eſt ire cum humilitate. Item debent eſſe honeſti in corona ſeu tonſura & in veſtibus: Vnde tonſura eſt raſura in ſuperiori parte capitis: Sed raſura eſt in inferiori parte capitis. Nota quòd in cœmeteriis non debent celebrari choreæ, nec cantilenæ dici, & multo minus in eccleſiis. Nota quòd licitum eſt turbari ſuper delinquentes: nam Deus turbatur & iraſcitur. de reb. eccle. non alie. ſi quis. Nota quòd Horæ Canonicæ debent dici cum puritate. Ex hoc arg. quòd qui eſt in mortali, ſi dicit eas, nihil agit, ſicut ſunt concubinarij, fures, & ſimiles, vnde in pſal. Peccatori autem dicit Deus, quare tu enarras iuſtitias meas? Zabarella.

¶ *Prima gloſſa dicit quid facit, & diuidit, & ſummat.*
i ¶ *Graui.*] Prima pars ponit tres ſpecies exceſſuum, quos ſecūda pars per ſuperiores corrigi præcipit: ibi, *Ne igitur.* Et eſt prima ſpecies de clericorum exceſſibus in celebratione diuinorum. Secunda: ibi, *Nonnulli.* de diſſolutionibus clericorū & laicorū, quas in eccleſiis & ſuis cœmeteriis faciebant. Tertia: ibi, *In multis.* de indecentia veſtimentorū, vaſorum, & ornamentorum eccleſiaſticorū. Et principaliter hoc intendit: prælati ad quos ſpectat correctio, & illis negligentibus ſuperiores ipſorum debent eſſe ſolliciti, vt horis debitis in cathedralib', regularibus, & collegiatis eccleſiis Horæ Canonicæ deuote pſallantur, & quod in eccleſiis aliis celebretur conueniēter, & debite diurnum officium, & nocturnum.
k ¶ *Quæ.*] negligentia.
l ¶ *Conſueuit.*] de vita & hone. cle. vt clericorum. cum ſuis concor.
m ¶ *Miniſtri.*] argue pro clericis qui beneficiati non ſunt, quòd nō teneantur 1 ad horas. de quo ſatis ſcripſi. eod. tit. cap. 1. ſuper glo. finali.

1 Vide Io. And. & alios in c. 1. de celebra. Miſſa. & Archidiaconum in c. Eleutherius 91. diſt.

n ¶ *Laudis.*] Pſalm. 49. Deus Deorum. ibi, Immola Deo ſacrificiū laudis.
¶ *Glo. ſequens dat quotā: arguit & remittit.*
o ¶ *Fructum labiorū.*] ſumptum ad Hebræos vltimo, vltra medium. Et arguitur ex hoc quòd ſatis eſt labiis 2 ſeruire in diuinis Horis, licet cor diuertat ad alia, de hoc ſcripſi poſt Inno. & Hoſtien. eo. tit. dolentes. & facit quod de oratione dicam j. de relig. c. vnico. in gloſſa de oratione, in ſeptimo membro.

2 Priuſquam deſcendas in hanc gloſſæ ſententiā, cōſule Theologos & præſertī B. Thomam lib. 4. 4. ſent. diſt. 15. q. 4 art. 1 q. 4. & ibidē Paludanū diſt. 15. q. 5. & Gabrielē in canone Miſſæ lectione 61.

p ¶ *Horas.*] aſpiratur, vt dixi s. ead. cōpil. de vi. & hone. cleri. c. 2.
q ¶ *Canonicas.*] ſeptem. de quibus eod. tit. c. 1. & quare ſic fuerint per eccleſiam inſtitutę, & qui teneātur ad eas dicendas, ibi ſcripſi: Miſſam de officio dicimus, ſed non de Horis: quod patet, quia etiā epiſcopi de honeſtate inuitantur ad illas dicendas vel audiendas de priuileg. c. ſi. lib. 6. diſtributiones tamen pro Miſsis vt pro Horis in eccleſiis ſtatuuntur. facit j. tit. 2. c. 1. in fine. Canon diſtinguit ſolū duas Horas, Matutinalem, & Veſpertinam. 11. q. 3. ſi quis epiſcopus in concilio. quod quomodo intelligatur, not. 92. diſt. c. vlt. Pythagoras etiam dicebat duorum temporum curam habendam, ſcilicet mane & veſperi, id eſt eorum quæ acturi ſumus, & eorum quæ geſsimus.
r ¶ *Pſallere.*] hic iunge litteram infra, nimis indeuote præſumūt.
ſ ¶ *Syncopando.*] hoc exponitur. eod. tit. dolentes. in 1. gloſ.
t ¶ *Vana.*] cum tamen de omni verbo otioſo reddituri ſumus rationem in die iudicij. Matth. 12. 22. q. vlt. c. quotiens.

Verbi cuiuſlibet otioſi reddēda eſt ratio.

v ¶ *Colloquia.*] 1. ad Corinth. 15. Corrumpunt bonos mores colloquia mala. & not. 37. diſt. turbat.
x ¶ *Rationabili cauſa.*] eſſet rationabilis quando nimis fatigatus eſt ſpiritus, & cauſa recreationis ſine ſcandalo aliquantulum exiit eccleſiam, vt ſcripſi poſt Inno. eod. tit. dolentes. Idem ſi infirmitas vel iuſta occupatio ſuperueniret. 7. q. 1. illud. & c. ſeq. de conſe. diſt. 1. nullus. de cleri. non reſi. ex parte 2. eo. tit. c. vnico. lib. 6.
y ¶ *Exeundo.*] etiam laici Miſſam audientes ante benedictionem ſacerdotis exire non debent. de conſe. diſt. 1. Miſſam. & c. ſequenti.

Miſſa integraliter eſt audienda.

z ¶ *Venaticos.*] quod etiam extra eccleſiam eis non licet. de cle. vena. per totum.
a ¶ *Militia.*] quæ cæleſtis eſt. 11. q. 1. Chriſtianis de cleri. ægro. c. 1. ne cle. vel mo. c. 1. in fine.
b ¶ *Tonſura.*] ſic de vita & hone. cleri. clerici. 1. & s. ead. compil. eo. tit. c. 2. & quid corona & tonſura deſignet, ibi ſcripſi, & habetur 12. q. 1. duo ſunt.
c ¶ *Vigiliis.*] in quibus clericalis modeſtia deberet ſtudioſius obſeruari.

ſeruari.de ſtatu mona.cum ad monaſterium.ver. in refectorio.vbi ſæpius dixi verbum Senecæ.18.epiſtola ad Lucillum:Feſtiuis maxime diebus animo imperandum eſt, vt tunc à voluptatibus ſolus abſtineat,cum in illas omnis turba procubuerit.

Senecæ dictum notabile.

a ¶ *Orationi.*] vide quod de oratione dicam j.tit.2. c.vnico.ad fi.

b ¶ *Choreas.*] dr̃ à choro:chorizantes enim in ſuis ludicris,cantilenis, & ſaltibus quodammodo tenent chorum. & đ his forte loquitur Pſal. 11.In circuitu impij ambulant. & facit de vita & honeſta. cleric. cum decorem. 16. q.1.legi.& has euitare debent Moniales.s̃.ead.compil. de ſtatu mona.c.2.

Chorea vnđ dicitur.

† Aliàs ita: etiam interdum,&c.

c ¶ *Cantilenas.*]37.diſt. c.2.

† Aliàs,perturbant.

d ¶ *Inſolentias.*]de offic.ordi.c.1. ea. compil. & ibi expoſui.

e ¶ *Violationes.*] in talibus enim facile veniri ſolet de ludo ad rixam ex qua ſequi ſolent effuſiones ſanguinis,vulnera & homicidia, p̱ quæ loca polluũtur. de conſecra.eccle.vel alta. pro poſuiſti. & .qñ vno polluto pollutum ſit reliquum, dic vt eod. tit.c. vnico.lib.6.

Pollutio loci ſacri ex quibus procedit.

f ¶ *Perturbatur.*] vide quod not.& dixi de appel.dilectus.

g ¶ *Indecentibus.*] non ex immunditia ꝯ quam prouiſum erat. đ cuſto. Eucha.cap.2.ſed ex vilitate pretij, vel æſtimationis ipſorum:quod patet ex eo quod de facultatibus quæritur. & de his de conſec. diſt.1.altaris palla.& c. vaſa. cũ duobus cap.ſeq. In fratribus vero Minoribus reprobatur exceſſus circa iſta ornamenta.j̃. de verb.ſigni. exiui. verſus finem.§.quamuis.

† Aliàs ita: diurnum officium pariter & nocturnum.

h ¶ *Inualeſcant.*] principiis obſta, &c.vt not. de reſcr.ad hæc.in finẽ.

¶ *Gloſſa ſequens arguit,& remittit.*

i ¶ *Negligẽtiã.*] arguo ꝙ de iuriſdictione minorum prælatorum diœceſani ſe non intromittunt, niſi in caſu negligentiæ.de hoc de offi.ordi.cum ab eccleſiarum. & c.paſtoralis.

¶ *Glo.ſeq.quæſtionem ſoluit.*

k ¶ *Superiores.*] voluit his caſibus dare diœceſanis delegatam poteſtatem,ſicut fecit ead.compil.de ſupplen.negli.præla. cap.vnico. de ſta.mona.c.2.de relig.domi.c. 2. quia propter hęc multum vſitata,nimis præiudicatum fuiſſet priuilegiis exemptionis.

l ¶ *Relegata.*] hic iũge litterã, ſollicitã curẽt diligentiã adhibere.

m ¶ *Debitis.*] dicebat Hoſt.eo.tit.c.1. ꝙ pulſare & pſallere Horas debitis horis ſeruabatur in cathedralibus & collegiatis eccleſiis.

n ¶ *Nocturnum.*] eod.tit.dolentes.in fine.

o ¶ *Exercere pertineat.*] excludit fœminas licet p̃latas. quod dic vt de maio.& obe.dilecta.De maioribus curatis,& qui iuriſdictioni præſunt,dic vt not.2.q.1.nemo.de offic. ordin. cum ab eccleſiarum.plenius per Hoſtien. in ſum.de ſenten. excom. §. quis poſsit excommunicare.in vlt.col.Ioan.And.

p ¶ *Ad quæ.*] ſtatuta.Ioan.And.

q ¶ *Scienda.*] propter mediũ horũ trium quæ præmiſit, ſcilicet de reformatione morũ,nõ eſſet facile iura colligere,de quibus ſciendis hortatur,ſed ſufficiat allegare.de vi.& hone.cle. per totum.ad primũ eo.tit.per totum.de confec.diſt. 1. per totum. ad vltimũ. de cul.Eucha.c.2.de immuni.eccle.per totũ. & eo. tit.per totũ. lib. 6.

deberẽt orationi [a] inſiſtere,nõ verentur in ipſis earumque cœmeteriis choreas [b] facere diſſolutas,&† interdũ canere cãtilenas [c],ac multas inſolẽtias [d] perpetrare,ex quibus eccleſiarum & cœmeteriorũ violationes [e],inhoneſta variaque delicta quãdoque ſequuntur, & eccleſiaſticum plerunque perturbatur [f]† officium in diuinę maieſtatis offenſam, & aſtantium ſcandalum populorũ.¶ In multis inſuper eccleſiis cum vaſis, veſtimentis,& cæteris ornamẽtis ad diuinum cultum neceſſariis,indecentibus [g] vtique (pẽſatis earum facultatibus) deſeruitur.¶ Ne igitur tranſgreſſiones inualeſcant [h] huiuſmodi, aliiſque veniant in exemplum, ſacri cõcilij approbatione hoc fieri prohibentes:ſancimus, vt illi ad quos id pertinet,& in eorum ſi vtique exempti nõ ſint, negligentiam [i] vel defectum locorum ordinarij:ſi vero exempti fuerint, aut aliàs circa hoc priuilegiati,ſuperiores [k] ipſorũ (omni negligentia vel incuria penitus relegata [l]) circa reformanda præmiſſa,& eorum ſingula corrigenda, necnon vt in Cathedralibus,Regularibus,& Collegiatis eccleſiis horis debitis [m] deuote pſallatur. In aliis vero cõuenienter & debite celebretur diuinum † diurnum, & nocturnum [n] officium,ſi Dei & Apoſtolicæ ſedis indignationem euitare voluerint, ſollicitam curent diligentiam adhibere:contradictores per cenſuram eccleſiaſticam dummodo ad eos illam exercere [o] pertineat)aliiſque opportunis remediis compeſcendo, facientes prout ad eos ſpectat in his, & aliis quæ ad diuinum cultum, & morum reformationem pertinent,ac eccleſiarum & cœmeteriorum reſpiciunt honeſtatẽ, ſacrorum ſtatuta canonum, ad quæ [p] ſcienda [q] diligens curẽt adhibere ſtudium [r],irrefragabiliter obſeruari.

¶ Idem in eodem.

*¶ Clerici etiam religioſi,domeſtici,commenſales Cardinalium vel epiſcoporum, ſe poſſunt illis in diuinis officiis coaptare. hoc dicit.Ioan.And.*

CAP. II.

DIgnum [s] † prorſus & congruũ [t] arbitrantes, quòd clerici tã religioſi, quàm alij [v] Cardinalium ſacroſanctæ Romanæ [x] Eccleſiæ,ac quoruncũque Pontificũ [y] gratiam & cõmunionem Apoſtolicæ ſedis habentium [z],commenſales domeſtici [a] ſe poſſint [b] ipſis [c] in diuinis officiis [d] coaptare [e], vt illud quod iidem Cardinales ſeu Pontifices dicent officiũ [f] licite [g] dicere valeant:Nec ad dicendũ aliquod aliud teneantur,ſacri † approbatione concilij indulgemus [h].

# TITVLVS XV.

## De baptiſmo & eius effectu.

¶ Clemens v.in concilio Viennenſi.

*¶ In fontibus eccleſiarum non in priuatis domibus debet baptiſma concedi. duos caſus excipit,& tranſgreſſores puniri præcipit.Io.And.*

r ¶ *Studium.*] 20.diſt.ſi decreta.

D*Ignum.*] Primo ponit dictum.Secundo circa illud remouet dubium.Secunda:ibi,*Nec ad dicendum.*Imol.¶ Præſupponẽdum eſt quòd quilibet tenetur dicere Horas canonicas ad vſum illius diœceſis,in qua eſt beneficiatus.

CASVS.Ego ſum cõmenſalis vel domeſticus alicuius Cardinalis vel ep̃i,qui dicit Horas ad vſum eccleſiæ Romanæ : Ego ſum de alia diœceſi, q̃ritur an poſſim dicere Horas meas ſicut ipſe, & in tali vſu? Dicit Clemens ꝙ ſic.

Not. ꝙ appellatione Pontificum non veniũt electi in ep̃os & confirmati,niſi ſint conſecrati,etiam in conceſsione priuilegiorum, vt gloſ. cum tex.in verbo, Pontificum. Not.quòd quis debet ſe coaptare iis cũ quibus conuerſatur. 12. diſt.illa.in fin.40. diſt.c. 1.in tantum quòd etiam ſibi propter hoc licent aliqua,quæ non licerẽt, vt hic. de hoc de ſtatu. mo.recolentes.

† Vid oĩo Extrauagantem Pij V. Pontificis maximi incip. Quod à nobis.p̱ quã recitatio Romani Breuiarij reſtituiť, & aliorũ aboletur.

¶ *Glo. prima ſummat.*

s ¶ *Dignum.*] Clerici etiam religioſi,domeſtici,comenſales Cardinalium vel ep̃orum ſe poſſunt illis in diuinis officiis coaptare.

t ¶ *Congruum.*] quaſi conueniens.

v ¶ *Alij.*] commẽſales domeſtici, quod eſt j̃.

x ¶ *Romanæ.*] non Cõpoſtellanæ vel Rauennatis. de offi. archipresby. c.2.& dixi de conſtit. cũ omnes. ſuper tertia gloſſa.

† Aliàs ita: ſacro approbante concilio indulgemus.

y ¶ *Pontificum.*] electos confirmatos nondum conſecratos non videtur includere.

z ¶ *Habentium.*] ſimile de præſcrip. veniens. & exponitur hoc verbũ de offi.ordin. ꝙ ſedem. in vlt.gloſ.

a ¶ *Domeſtici.*] de his de verborum ſignific.c. fin.lib.6.

b ¶ *Poßint.*] non dicit quòd teneantur:facit ff.de iud.non quicquid.

c ¶ *Ipſis.*] Cardinalibus vel epiſcopis.

d ¶ *Officiis.*] ſi de cibis addidiſſet,hoc multum monachis placuiſſet,per ea quæ not.16.q.1. cap.3.

e ¶ *Coaptare.*] facit.12.diſt.illa.& hic iunge finem.

f ¶ *Officium.*] ſit Gregorianum,Ambroſianum,vel monachale cuiuſuis ordinis.Item ſiue dicant de Feria, vel de feſto.

g ¶ *Licite dicere.*] Nota ad quæſtionem 1 de monacho prælato eccleſiæ ſecularis,quòd reget illam ſecundum officium clericale nõ monachale.hoc placet Ioan.16.q.1.c.3.Goffr.de ſtatu mona.in ſumma.§.ſed nunquid abſoluitur.& Hoſti.in ſum.ipſius tit.§. 2. verſic. ſed nunquid talis.facit de præſcrip.cum olim. Sed dices contrariũ probari per hanc decretalem.dum hic fuerit conceſſa ſpecialis indulgentia,præter quam hoc non licuiſſet,vt dicam in fin.Solut.iſti non ſunt perpetuo tranſlati, ſed ille nihil habet commune cũ monachis.16.q.1.ne pro cuiuſlibet.

1 Monachus eccleſię ſecularis ꝙ officium dicet, huc ſpectãt tradita p̱ B. Thomã.2.2. q.185.art.8. eum videto.

h ¶ *Indulgemus.*] prius ergo hoc non licebat.

DE BAPTISMO ET EIVS EFFECTV.

*¶ Viſum eſt de ſacramento Eccleſiæ,quod eſt ſacramentum Euchariſtiæ:nunc videndum eſt de ſacramento baptiſmi.*

PRæſenti.] Tres ſunt partes principales,quia primo ponit regulam.Secundo duos caſus excipit ab ea:ibi,*Niſi*.Tertio punit contra facientes:ibi,*Quia autem*.Imol. CASVS.Fuit à nonnullis in concilio generali expoſitum, quòd licet fuiſſent in eccleſiis parochialibus deputati ſacri fontes ad baptizandos paruulos:tamẽ plures baptizabant in ſuis domibus, vel aliis locis priuatis,propter qđ fuit ortum ſcandalum:ideo conſtituit concilium, quòd decætero nullibi baptizentur niſi in eccleſiis,demptis & exceptis filiis principum,vel niſi ſubſit rationabilis cauſa, & contrafacientes puniuntur, vt in textu. Nota,quòd ęquiparantur nobilitas & neceſsitas. de hoc in gloſ. hic, comparantur. Nota quòd neceſsitas legi non ſubiacet. de obſer. ieiu. conſilium. regula, quod non eſt. lib.6. Zabarella.

† Conferunt tradita per B. Thomam par.3. q. 83. art.3.

## CAP. VNICVM.

PRæſenti [a] † prohibemus edicto,ne [b] quis decætero in aulis [c], vel cameris [d], aut aliis priuatis [e] domibus,ſed dũtaxat in eccleſiis, in quibus ſunt ad hoo fontes ſpecialiter deputati [f], aliquos [g] ( Niſi regum [h] vel principum, quibus valeat in hoc caſu deferri,liberi [i] extiterint, Aut talis neceſſitas [k] emerſerit,propter quam nequeat ad eccleſiam abſque periculo [l] propter hoc acceſſus haberi ) audeat baptizare. Qui autem ſecus præſumpſerit [m],aut ſuam in hoc præſentiam [n] exhibuerit, taliter per epiſcopum ſuum caſtigetur [o], quòd alij attentare ſimilia non præſumant [p].

¶ *Gloſſa prima ſummat,& diuidit.*

a ¶ *Præſenti.*] in fontibus eccleſiarum,non in priuatis domibus debet baptiſma concedi.Duos caſus excipit,& tranſgreſſores puniri præcipit.Exceptio:ibi,*Niſi*. punitio:ibi,*Qui autem*.

b ¶ *Ne quis.*] omnes comprehendit,nedum eos quibus ex officio competit baptizare 1,vt presbyteros.De diaconibus dic vt 94.diſt. diaconos.

1 Vide B. Thomam 3. part.q.67.de miniſtris ſacramenti baptiſmi.

c ¶ *In aulis.*] aula dicitur ſala vel ſpatioſum habitaculum communiter quatuor habens alas.

d ¶ *Cameris.*] concor.de appel.qua frõte.& quod ibi not. in gl. 2.

e ¶ *Priuatis domibus.*] bene concor.in Authent.vt in priua.do. ſacra myſt.non fiant.coll.5. per totum.

f ¶ *Deputati.*] de maio.& obe.his quæ.đ cape. mo.c.2. & tales eccleſiæ dicuntur baptiſmales.de no.ope.nun. c. 1. in princ.& de his 16.q.1.de decimis.§.2. 13. q. 1. §. 2. ver.decimas.& quia renaſcimur per baptiſmum,dicuntur matrices.de præſcrip.ex tranſmiſſa.ĩ. de ſent.excom.cap.1.

Eccleſiæ baptiſmales dicuntur matrices.

g ¶ *Aliquos.*] hic iunge litteram infra, audeat baptizare.

¶ *Gloſſa ſequens dat tres concord.quærit quis dicatur princeps: ponit xij.æquiuocationes,& ſoluit,dicens tyrannos non includi, & reſpondet contrario.*

h ¶ *Regum.*] ſimile đ offi.delega.c. vltimo.de priuil.ne aliqui. lib. 6.Sed iura illa loquuntur ſolum de regibus,hic addit de principibus.ſic ſ̃.ead.comp.de teſtib.c.1.Et quos hic dicat princeps, dubitatur.Deus enim princeps dĩ,Iſaiæ 9.ibi,Deus fortis, pater futuri ſeculi,princeps pacis.Interdum Angelus de ſe dicẽs Ioſuæ 9. Ego ſum princeps exercitus.Interdum Papa.de conſecra.diſt.1. corpora.Interdum epi.de maio. & obe. ſi quis. vel alij iudices eccleſiaſtici,17.q.4.diffiniuit.in fin. Imperator. de re iudic. ad Apoſtolicæ. in princ.lib.6.Rex.de ſacra vnc.cap. vnico. ver. vnde in veteri. de accuſ.veniens.de elect.innotuit.de bap.maiores.circa fi.45.diſt.de Iudæis.vel alius principans populo.de maio.& obe.omnes.Exodi. 22.principi populi tui non maledices,vel loco.de Iudæis. Iudæi.& cap.ſequen.& cap.in nonnullis.in fin.de vſuris. quanto. & infra de Iudæis.cap.1.in prin.de hæreti.cum ſecundum.in fin.de homi. pro humani.lib.6.Sed ſi ſic large principatus ſumatur pro dominio vel dominatione populi, iam videretur quòd omnis baroniam habens,ſit princeps:ſic & large omnis regens prouinciam,dominiũ, gentem,prolem,vel plebem dici poteſt rex.23.q. 4. duo iſta. Apes etiam & grues habent principem.7. q.1.in apibus. & diabolus etiã dicitur princeps mundi,Ioan.14.& vitiorum.de poenit.diſt.2.princeps.& in his multum poſſet inſtari,ſed non expedit.Et componitur princeps ex primum,& capio,& dr̃ quaſi primum capiens locum vel dignitatem.Sunt etiam certæ dignitates ſeculares ſpecialiter ſic vocatæ,vt principatꝰ Achaiæ,& his ſimiles. ad illas tñ hũc textum non puto reſtringi.facit de ver.ſig.quamuis. Eſt aduertendum,ꝙ decret.fundamenta.§.vt ergo. loquens de Imperatore,rege,& principe,ſubmittit de marchione,duce, comite, & barone, vel alio 2 notabili potẽtatu;per quod vr̃ ex ordine quòd princeps maior ſit prædictis,marchione,duce,&c.Et ex hoc puto ꝙ principatus hic ſumatur pro notabili potentatu merito comparando regiæ dignitati.facit ead. decre.fundamenta.in fin.Tyrannos autem (quibus in Italia conſtellatio nunc fauet) includi non puto: Nam (vt ait Gregorius) Tyrannus eſt proprie qui in republica nõ iure principatur:Et Philoſophus:quòd ſicut regnum eſt rectus principatus,ita tyrannis eſt peruerſum dominium.de quo ſatis.4. & 5. Politi.cum ergo princeps tendat ad bonum commune,tyrannus ad proprium:ergo nõ eſt princeps:Vnde Iſa.32. Princeps ea quæ ſunt digna principe cogitat. Abſit ergo quòd illos quanticunque ſint potentatus,hæc cõſtitutio priuilegiet.ad hoc de reſcri. ſi gratioſe.in fi. lib.6. ff. de leg. 1. legata inutiliter.2. reſponſo. Nõ obſtat de hæret.præſidentes.lib.6. quia illud ſpeciale fauore fidei.

Principis appellatio multos comprehendit.

Princeps vnde dicitur.

2 Aliàs ita: vel alio notabilis potentatus.

Tyrãnus qs dicitur.

# TITVLVS XVI.

## De reliquiis & veneratione Sanctorum.

¶ Clemens v.in concilio Viennenſi.

¶ *Feſtum corporis Chriſti celebrari debet feria quinta poſt octauam Pentecoſtes, & certæ indulgentiæ conceduntur iis qui in feſto vel intra octauam officio, vel horis intererunt.Ioa. Andr.*

### CAP. VNI.

SI DOMI-

¶ *Gloſa ſequens ponit differẽtiam inter filios & liberos: arguit pro naturalibus:ſoluit contrarium, ad allegata reſpondens.*

i ¶ *Liberi.*] comprehẽdit nepotes ex filiis & alios deſcendentes.ff.đ verb. ſign. l. liberorum. ſecus ſi dixiſſet,filij. Appellatio enim filiorum regulariter non cõprehendit nepotes.inſtitu.qui teſta. dari tu.poſ. in fi.caſualiter ỡ.ff.de verborũ ſignific.filij. & ibi de hoc. Et quod dixi,comprehendit nepotes, intellige de deſcendentibus ex filiis maſculis.ff.de ſena.l.liberos.in fin.de poenis, vbicunque.lib.6. Videtur hoc etiam intelligi poſſe de naturalibus, non de legitimis, per prædictam l.liberos.1.reſponſo. & per id quod notat de probat.in præſentia.in princ.1.gloſ.& dixi poſt Hoſtien.de ſent. excõ. ſi vero.§.fina.Verius videtur illos non comprehendi,per l.cum legitime.& per ibi nota.ff.de ſtat.ho.facit inſtitu.de nup.§.fina.ff.de in ius vo.quia ſemper.in authen.qui.mo.na.effi.ſui.§.fin.colla.8.& 3 l.liberos.non intelligitur de naturalibus qui legitimi ſunt, vt ibi not.Ad not.in decreta.in præſentia.reſponde per not.in l.ibi allegata.ff.ad Trebel.l.ex facto. §. ſi quis rogatus. Ad vlt. allega.dic ꝙ quo ad parentum reuerentiam bene habetur ratio naturalium tantum,ſed quo ad commodum liberorum vel honores, non:vt in contrariis.

Liberi & filij differunt.

3 In pleriſq; antiquioribꝰ codicibꝰ ita: & lex liberos. intelligitur de naturalibus, qui legitimi ſũt, & ita videt legere Ioan. Imola.

k ¶ *Neceſſitas.*] hic comparantur nobilitas & neceſsitas,alibi nobilitas & litteratura,de præben.de multa.in fine.

l ¶ *Periculo.*]forte pueri baptizandi exiſtentis in mortis articulo, eod.tit.cap.penult. vel deferentium,vt quia eſt hoſtilitas vel locus obſeſſus.

m ¶ *Præſumpſerit.*] baptizando in locis talibus.

n ¶ *Præſentiam.*] ex propoſito.ſ̃.ea.compil.de ſta.mo. ne in agro. §.porro.in fi.& §.ſeq.& huic concor.de vi.& hone. cle. clerici. ne cle.vel mo.c.penult.in princip.& de clande.deſpon.c. vlt. circa finem.de vſur.quamquam. lib.6. ad finem.

o ¶ *Caſtigetur.*] arbitrarie.de offi.deleg.de cauſis.cũ cõcordãtiis.

p ¶ *Non præſumant.*] ſ̃.ead.compil.de offi.ordinar.c. 1. cum ſuis concordantiis.licet autẽ puniatur faciens, baptiſmi collatio tenet: ex quo enim cõcurrunt debita materia & debita forma cũ intẽtione baptizandi,valet à quocunq; 4 collatũ.de ſumma trinitate, c.1. §.ſacramentum.& in quocunque loco.facit de baptiſ.debitum.

4 Vide B. Thomam 3. par. q. 67. p totam quæſtionem.vnde intelliges veritatẽ huiꝰ gloſſæ.

### DE RELIQVIIS ET VENERAtione Sanctorum.

¶*Viſum eſt ſupra de eccleſiis tam ſecularibus quàm regularibus, etiam de quibuſdam ſacramentis eccleſiaſticis: nunc videndum eſt de reliquiis & veneratione Sanctorum.*

SI dominum.] ¶ Præſupponendum eſt quòd Vrbanus Papa Gallicus qui præfuit Eccleſiæ Romanæ tribus annis,fecit conſtitutionem,quòd feria quinta poſt feſtum Pentecoſtes celebretur feſtum de corpore Chriſti,& ad animandum populum Chriſtianum dedit indulgentias illis qui intereſſent diuinis officiis.Et quia illa conſtitutio Vrbani nõ fuit recepta ab omnibus,ideo Clemẽs Papa quintus innouauit illam conſtitutionẽ,& illam pręcepit ab omnibus ſeruari.Accipiatis diuiſionem gloſ.& proſequamini ſicut ipſa tradit.

¶ Colligo aliqua notabilia.Primo ex principio textus, quòd valet argumentum

num [a] † in ſanctis eius laudare iubemur [b], dignum profecto [c] iuſtum & ſalutare nobis exiſtit, vt ſibi in ſui [d] quo nos quotidie ſpiritualiter reficit [e] memoriã corporis, laudes feſtiuæ venerationis & gratias referamus. Hac igitur cõſideratione inducti, cõſtitutionẽ à bonæ memoriæ Vrbano [f] Papa quarto prædeceſſore noſtro ſuper hoc editã, de fratrum noſtrorũ cõſilio diſtricte pręcipimus [g] obſeruari, cuius tenor ſequitur in hæc verba: Vrbanus Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei venerabilibus fratribus, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis eccleſiarũ prælatis: & cætera. ¶ Tráſiturus de hoc † mũdo ad patrẽ Saluator noſter Domin⁹ Ieſus Chriſtus, cũ tẽpus ſuę paſſionis inſtaret, ſumpta [h] cœna, in memoriã mortis ſuæ inſtituit [i] † ſummũ & magnificũ ſui corporis & ſanguinis ſacramentum, corpus in cibũ, & ſanguinẽ in poculum [k] tribuendo: Nã quotiens hunc panem manducamus, & calicem bibimus, mortẽ Domini annuntiamus [l]. In inſtitutione quidem huius ſacramẽti dixit ipſe Apoſtolis [m]: Hoc facite in meam cõmemorationem: vt præcipuum & inſigne memoriale ſui amoris eximij, quo nos dilexit, eſſet nobis hoc pcelſum & venerabile ſacramẽtum, memoriale, inquã, mirabile ac ſtupendũ, delectabile, ſuaue, tutiſſimũ, ac ſuper omnia pretioſum [n], in quo innouata ſunt ſigna, & mirabilia [o] immutata, in quo habetur omne delectamentũ, & omnis ſaporis ſuauitas [p] ipſaq; dulcedo Domini deguſtatur, in quo vtique vitæ ſuffragiũ conſequimur & ſalutis [q]. Hoc eſt memoriale dulciſſimum † memoriale ſacratiſſimum, memoriale ſaluificũ, in quo gratã redẽptionis noſtræ recenſemus memoriã [r], in quo à malo retrahimur & in bono [s] confortamur, & ad virtutum & gratiarum proficimus incrementa, in quo profecto proficimus ipſius corporali præſentia Saluatoris. Alia namque quorum memoriam agimus, ſpiritu menteq; cõplectimur: ſed non propter hoc realem eorũ pręſentiã obtinemus. In hac vero ſacramentali Chriſti cõmemoratione Ieſus Chriſtus præſens ſub alia quidem

argumentum à minori ad maius affirmatiue, vt in authen. multo magis. C. de ſacroſan. eccle. Nota plura miracula & plures effectus ſacramenti altaris. Nota rationem conſtitutionis feſti omnium ſanctorum, cur in illo die fiat. Nota effectum huius cap. ꝙ die Iouis poſt feſtum Pentecoſtes debet celebrari feſtũ Corporis Chriſti. Et nota indulgẽtias conceſſas illis, qui intererũt omnibus diuinis officiis. Nota lecturã tui textus, & pulchra verba in illo exiſtentia.

† Vide conciliũ Tridẽt. ſeſſio. 13. de ſanctiſſimo Euchariſtiæ ſacramẽto. & ſeſſio. 22. de ſacrificio Miſſæ, & B. Thomã opuſculo 57.

Nota ꝙ Deũ iubemur laudare in ſanctis eius, id eſt laudare Dei mirabilia, laudando ea quæ ſancti fecerunt in Dei virtute. de hoc in glo. 2.

Nota quòd quandoq; iuſtum & honeſtum ſimul concurrunt, vt in littera: ibi, *Dignũ profecto, iuſtũ*, &c. quandoq; videſ aliter. Zabarella.

¶ *Prima glo. diuidit dicens quid ſingulæ partes faciant, & deinde ponit ſummam.*

a ¶ *Si Dominum.*] duæ ſunt principales partes: in prima procœmiũ Clemẽtis, q. expſſo motiuo ſeruari præcipit cõſtitutionẽ Vrbani. in ſecũda prædicta cõſtitutio ibi: *Vrbanus.* quæ ſubdiuiditur in titulum & proſam: ibi, *Tranſiturus.* in qua præmittit de corpore Chriſti ſuaue, formoſum & prolixum exordium, principaliter oſtẽdens cauſam inſtitutionis ipſius ſacramenti, & ipſius effectum. Secunda: ibi, *Licet igitur.* ponitur narratio: in qua pmiſſa multiplici cauſa celebrationis feſti corporis Chriſti, diẽ ſtatuit, qua debeat celebrari. Tertio: ibi, *Ideoque.* cõcludit ponẽs exhortationẽ de feſto colendo cum certis indulgẽtiis. Et hoc intendit. Feſtum corporis Chriſti celebrari debet feria quinta poſt octauã Pentecoſtes, & certæ indulgentiæ cõcedũtur his, qui in feſto vel infra octauam officio vel Horis intererunt.

† In antiquiorib⁹ codicib⁹ deeſt dictio, hoc.

† Vide oĩo B. Thomam par. 3. quæſt. 73. art. 5. & q. 83. art. 2. vbi agit de glorioſa & ſanctiſſima huius venerabilis ſacramenti inſtitutione.

b ¶ *Iubemur.*] Pſalm. vlt. Laudate Dominum in ſanct s eius.

ADDITIO Facit eod. tit. c. 2. & eod. tit. glorioſus. lib. 6.

c ¶ *Profecto.*] pro certe. 1 & eſt ſenſus, ſi laudare iubemur Dominum in ſanctis, fortius in ſeipſo. & eſt argumentum à minori. de quo de elect. cum in cunctis. vel quo dicimus, propter quod vnumquodque tale, & illud magis.

1 Hæc gloſ. notanda eſt propter modos arguendi. Ioan. Immola.

d ¶ *In ſui.*] corporis memoriam, quod ſequitur.

e ¶ *Reficit.*] de conſecra. diſt. 2. qui manducat. in principio.

f ¶ *Vrbano.*] qui fuit natione Gallicus & Trecenſis, & parũ vixit vltra triennium in Papatu. & fuit is qui regnũ Siciliæ contra Manfredum contulit Carolo fratri regis Franciæ, vt patet in Chronicis.

g ¶ *Præcipimus.*] Licet hoc procœmium ſit ſimile illi quod habetur s. ea. compil. de ſepul. dudum. tamẽ in hoc differunt: quia illud in concilio, hoc eſt extra concilium. Item hic conſtitutio Vrbani ſolum ſeruari præcipitur: ibi conſtitutio Bonifacij innouatur. ratio patet quia illa fuit per conſtitutionem Benedicti reuocata, iſta vero non fuit reuocata, ſed per aliquos non recepta.

h ¶ *Sumpta cœna.*] ratio huius habetur de conſe. diſt. 2. liquido.

i ¶ *Inſtituit.*] Matthæi 26. de conſe. diſt. 2. panis eſt in altari. de celebra. Miſ. cum Marthæ.

k ¶ *Poculum.*] facit hæc littera quòd alia ſit tranſubſtãtiatio corporis, & alia ſanguinis. de hoc de conſecra. diſt. 2. cum omne. & c. comperimus. & cap. quia corpus.

l ¶ *Annuntiamus.*] 1. ad Corinth. 11. circa finem.

m ¶ *Apoſtolis.*] Lucæ 22. de conſe. diſt. 2. in Chriſto ſemel. in fine. & vide quod ibi not.

n ¶ *Pretioſum.*] 95. diſt. ecce. de conſecra. diſt. 2. nihil.

¶ *Gl. ſeq. primo allegat quotã, & remittit: ſcd'o ponit ſeptẽ mirabilia ĩ corpore Xpi, ad ſingula inducẽs ſaltẽ vnũ caſũ & figurã.*

o ¶ *Mirabilia.*] quod optauit Eccleſiaſt. 36. cap. ibi: Innoua ſigna, & immuta mirabilia. de his mirabilibus dixi de celebr. Miſ. cum Marthæ. §. quæſiuiſti. Et nunc aliter tractando dicamus cum theologis, quòd in hoc ſacramento notatur mirabilis productio: quia de cælo nobis productum eſt, & ad vocem ſacerdotis aperiuntur cæli, &c. de conſecra. diſtin. 2. quid eſt ſanguis, quòd figuratum 2 fuit. Exod. 16. in prin. Ego pluã vobis panes de cœlo. Itẽ notatur mirabilis multiplicatio, quæ quotidie cõficitur & ſumitur, nec conſumiẽ. de conſe. diſt. 2. in Chriſto ſemel. & cap. qui manducat 2. quod figuratum fuit 2. Regũ 6. circa finem, vbi diciẽ, quòd Dauid partitus eſt in vniuerſalem Iſraelis multitudinẽ ſingulis collyridam panis vnam, & aſſaturam bubalæ carnis vnam. & 4. Regum 4. in fine. de viginti panibus ſaturati ſunt centũ viri. Item mirabilis miniſtratio, quia quo ad effectum, ita per malos 3 vt per bonos miniſtratur. 1. quæſt. 1. intra catholicam. cum cap. ſequen. vſque ad §. ſed obiicitur. de conſec. diſtin. 2. vtrum. quod figuratum eſt 3. Regum 17. in princip. vbi dicitur quòd Heliæ qui fugerat ad torrentem, corui deferebant panem, & carnes mane & veſpere. Item mirabilis confortatio: quia fulcit animæ noſtræ ſubſtantiam, & quotidie 4 accipiend⁹ eſt iſte panis, vt quotidie proſit. de conſecr. diſtinctio. 2. non iſte panis. & qui de eo manducat, in æternum non deficit. ead. diſt. Chriſtus panis eſt. & hoc figuratum fuit 3. Regum 19. poſt princ. vbi Heliæ fugienti per deſertum viam vnius Dei, & tandem dormienti Angelus ad caput eius poſuit panem ſubcinericium, dicens ſurge & comede, qui cum comediſſet, ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Et qui contemnit vel negligit hunc panem ſumere, debilitatur & cadit a virtutibus. de conſecr. diſtinct. 2. ſi quotiens. & cap. ſi quis intrat: quod figuratum eſt 1. Regum 28. ad finem. ibi: ſtatimq; Saul cecidit ſuper terram, & robur non erat in eo: quia panem non comederat illa die. Item mirabilis munditia: quia niſi digne & a dignis ſumatur, propinat mortis iudicium 5. de conſecra. diſtinctio. 2. qui ſcelerate. & capitu. timorem. quod tangere voluit Pſalm. dicens: Qui manducatis panem doloris. & cum bucella quam Chriſtus dedit Iudæ, introiuit diabolus in eum. de conſecra. diſtinct. 2. eſca. Item mirabilis tranſlatio, qui etiam prece iniuſti 6 fit tranſubſtantiatio virtute Spiritus ſancti, non merito ſacerdotis. 1. quæſtio. 1. cum ſcriptura. quod figuratũ fuit in hiſtoria, quæ ibi tãgitur dę Gedeon, Iudicũ 6. circa mediũ, cui præcepit Angelus, quòd panes azimos & carnes tolleret, & illa poneret ſuper petrã: & extẽdit angelus ſummitatẽ virgæ quã habebat in manu, & aſcendit ignis de petra, & conſumpſit ſacrificiũ. Item mirabilis tranſmiſſio, quia trãſmittitur etiã ad defunctos: non ſumme malos, nec ſumme bonos. 13. quæſt. 2. non æſtimemus. & cap. animæ. quod figuratum fuit Danielis vlt. ad finem. vbi præcepit angelus Abachuc quòd panes & pulmentũ, quod ferebat meſſoribus, portaret in Babylonẽ Danieli poſito in lacu leonum, & cum neſciret Abachuc locũ apprehendit illum angelus capillo capitis ſui, & poſuit eum in Babylonẽ ſuper lacum, & accepit Daniel prandiũ, &c. Quædã alia mirãda ex inferioribus collige. I. A.

2 De figuris huius ſacramẽti, B. Thomas 3. par. q. 73. art. 6. & q. 80. art. 10. ad 2. argumẽtum.

† B. Thomas opuſculo 57.

3 B. Thomas 3 par. q. 82. art. 7. & 8.

4 Vide oĩo B. Thomam 3. part. q. 80. art. 10.

5 B. Thomas 3. part. q. 80. art. 4. & 5.

6 B. Thomas 3. par. q. 82. art. 7. & 8.

p ¶ *Suauitas.*] Sapientiæ 16.

q ¶ *Salutis.*] de conſec. diſt. 2. cum omne. in princip. & c. ſpecies. in fin. Ioan. And.

r ¶ *Memoriam.*] de conſecr. diſt. 2. ſemel Chriſtus. & cap. in Chriſto ſemel.

ſ ¶ *In bono.*] ſic de ſtatu mona. cum ad monaſterium. ver. prior.

forma [a] in propria vero ſubſtãtia eſt nobiſcũ: Aſcenſurus enĩ in cælũ dixit [b] Apoſtolis & eorũ ſequacibus: [c] Ecce ego vobiſcũ ſum omnibus diebus vſq; ad cõſummationẽ ſeculi: benigna ipſos promiſſione cõfortãs, q; remaneret & eſſet cum eis etiã præſentia corporali. O digna & nunquã intermittẽda memoria, in qua mortẽ [d] noſtrã recolimus mortuã, noſtrumq; interitum interiiſſe, ac lignũ [e] viuificum ligno crucis affixum fructum nobis attuliſſe ſalutis.

Hæc eſt commemoratio glorioſa, quæ fidelium animos replet gaudio ſalutari, & cũ infuſione lætitiæ deuotionis lacrymas ſubminiſtrat. Exultamus nimirum noſtrã memorando liberationem, & recolẽdo paſſionem Dominicã, per quã liberati ſumus, vix lacrymas cõtinemus. In hac itaq; ſacratiſſima commemoratione aſſunt nobis ſuauitatis gaudiũ ſimul & lacrymæ: quia & in ea congaudemus lacrymantes, & lacrymamur [f] deuote gaudẽtes, lætas habẽdo lacrymas, & lætitiam lacrymantem: nã & cor ingenti perfuſum gaudio, dulces per oculos ſtillat guttas. O diuini amoris immenſitas, diuinę pietatis ſuperabundantia, diuinæ affluẽtia largitatis: dedit † enim nobis Dominus omnia, quæ ſubiecit ſub pedibus [g] noſtris, & ſuper vniuerſas terræ creaturas cõtulit nobis dominij principatum. ¶ Ex miniſtris etiã ſpirituũ ſuperiorum † nobilitat & ſublimat hominis dignitatẽ: Adminiſtratorij [h] namq; ſunt omnes in miniſteriũ propter eos qui hæreditatẽ ſalutis capiũt deſtinati. Et cũ tam copioſa fuerit erga nos eius munificentia, volẽs adhuc ipſe in nobis ſuã exuberantem charitatẽ præcipua liberalitate monſtrare, ſemetipſum [i] nobis exhibuit, & tranſcẽdẽs omnẽ plenitudinem largitatis, omnẽ modum dilectionis excedens, attribuit ſe in cibum. O ſingularis & admiranda liberalitas, vbi donator venit in donum, & datũ eſt idem penitus cum datore [k]. Quàm larga & prodiga largitas, cum tribuit quis ſe ipſum [l]. Dedit igitur nobis ſe in pabulum: vt quia per mortem [m] homo corruerat, & per cibum ipſe [n] releuaretur ad vitam: cecidit homo per cibum ligni mortiferũ †, releuatus eſt homo ꝑ cibũ ligni vitalis: In illo pependit eſca mortis, in iſto pependit vitæ alimẽtum. Illius eſus meruit læſionẽ, iſtius guſtꝰ intulit ſanitatẽ: guſtus ſauciauit & guſtus ſanauit. vide quia vnde vulnus eſt ortũ, ꝓdiit & medela [o]: & vnde mors ſubiit, exinde vita euenit [p]. De illo ſiquidẽ guſtu dicitꝰ [q]: Quacunq; die comederis, morte morieris. De iſto vero legitur [r]: Si quis comederit ex hoc pane, viuet in æternũ. Hic eſt cibus qui plene reficit, vere nutrit, ſummeq; impinguat: nõ corpus ſed cor, nõ carnẽ ſed animam [s], nõ vẽtrẽ [t] ſed mentem. Homini ergo qui ſpirituali alimonia indigebat, ſaluator ipſe miſericors de nobiliori & potẽtiori huiuſmũdi alimẽto ꝓ animæ refectione pia diſpoſitione prouidit, decẽs quoque liberalitas extitit, & † cõueniens operatio pietatis, vt verbũ Dei æternũ qđ rationabilis creaturæ cibus eſt & refectio, factũ [u] caro, ſe rationabili creaturæ carni & corpori, homini videlicet in edulium largiretur: panẽ enim Angelorũ manducauit [x] homo: & ideo ſaluator ait [y]. Caro mea vere eſt cibus. Hic panis ſumitꝰ, ſed vere nõ cõſumitur: mãducatur, ſed nõ trãſmutatur: quia in edentẽ minime transformatur: ſed ſi digne recipitur, ſibi recipiẽs cõformatur [z]. O excellẽtiſſimum ſacramentum. O adorandũ, venerandũ, colendũ, glorificãdũ, ꝓcipuis magnificãdũ laudibus, dignis ꝓconiis exaltandũ, cunctis honorandũ ſtudiis, deuotis proſequẽdum obſequiis & ſinceris mentibus retinendum.

O memoriale nobiliſſimum intimis commendandum præcordiis, firmiter animo alligandum, diligenter reſeruandum in cordis vtero, & meditatione, ac celebratione ſedula recenſendum. Huius memorialis continuã debemus celebrare memoriam, vt illius cuius ipſum fore memoriale cognoſcimus, ſemper memores exiſtamus: quia cuius donũ vel munus frequẽtius aſpicitur, huius memoria ſtrictius retinetur. ¶ Licet [a] igitur hoc memoriale ſacramentũ in quotidianis Miſſarũ ſolẽniis frequẽtetur [b]: cõueniẽs † tamẽ arbitramur & dignũ, vt de ipſo ſemel ſaltẽ in anno ad cõfundendam ſpecialiter hæreticorũ perfidiã & inſaniã [c], memoria ſolẽnior & celebrior habeatꝰ. In die nãq; cœnę Domini, quo die ipſe Chriſtus hoc inſtituit ſacramentũ, vniuerſalis Eccleſia pro pœnitentiũ recõciliatione, ſacri confectione [d] chriſmatis, adimpletione mandati circa lotionẽ [e] pedum, & aliis plurimum occupata, plene vacare

non

---

Matt. vlt.

Gen. 2.

Ioan. 6.

Pſal. 77.

Ioan. 6.

Ioan. 13.

† Aliàs ita: dedit enĩ Dominus nobis omnia, quia ſubiecit oĩa ſub pedibus noſtris, & ſuper, &c.

† Aliàs, ſupernorum.

† Aliàs, mortiferi.

† Al. ita: non inconueniens, &c.

† Vide concilium Trident. ſeſſio. 13. đ ſanctiſſimo Euchariſtiæ ſacramento c. 5. & cano. 6.

---

a ¶ *Forma.* ] & quare hoc, not. d e conſe. diſt. 2. forte.

b ¶ *Dicit.* ] Mathæi vltimo in fine.

c ¶ *Sequacibus.* ] per fidem. de ſucceſſoribus Apoſtolorum not. 12. q. 1. videntes.

d ¶ *Mortem noſtram.* ] æternam.

e ¶ *Lignum viuificũ.* ] ſcilicet Chriſtum.

f ¶ *Lacrymamur.* ] ſimile 2. ad Corint. 6. de exceſ. præl. nimis 1. in princip.

g ¶ *Sub pedibꝰ noſtris.* ] Pſal. 8. Domine Dominus noſter. & ad Hebr. 2. vbi dicit Apoſtolus, quòd omnia ſubmittendo nil dimiſit non ſubiectum. & concor. de maio. & obed. ſolitæ. circa finem.

h ¶ *Adminiſtratorij.* ] ſumptum ad Heb. 1. c.

i ¶ *Semetipſum.* ] ad Epheſios 5.

k ¶ *Cum datore.* ] concor. de conſecr. diſt. 2. nec Moyſes. de ſum. trinit. cap. 1. §. vna. in princi.

¶ *Gloſ. ſeq. duo notat, & ſecundum tripliciter probat.*

l ¶ *Seipſum.* ] Not. pro forma ſalutationis, qua quis offert ſeipſum: qua breuitatis etiam cauſa multum vtor. Item not. pro theologis qui tenent, q; idem opus meritoriũ laudabilius eſt in vouente 1 vel profeſſo, quàm in alio probant, quia vouere opus latriæ eſt, quæ præcipua virtus eſt inter morales: opus autem nobilioris virtutis eſt melius & magis meritoriũ, ergo & de latria q̃ eſt cultus & ſeruitus, quæ ſoli Deo debetur. de conſecr. diſt. 3. venerabiles. Secundo, quia vouens non ſolum quo ad actum, ſed etiam quo ad poteſtatẽ ſubiicit ſe Deo, vt de cætero aliud agere non poſsit: ergo plus dat, ſecundum Anſelmum lib. de ſimilitudinibus: cum det fructum & arborem, quàm qui dat ſolum fructum. Tertio, quia propter votum immobiliter voluntas firmatur in bonum: Ad perfectionem autem virtutis pertinet aliquid agere ex voluntate firmata in bono, vt patet per Philoſophum 2. Ethicorum. Et Auguſtinus: Felix neceſsitas quæ ad meliora compellit. ergo magis meritoriũ. Ioan. And.

1 Vide præ cæteris B. Thomã. 2-2. quæſt. 88. art. 6. vbi plene de hac q̃ſtione. & eũ per omnia ſequitur hic gloſſa.

m ¶ *Mortem.* ] clarius ad propoſitum dixiſſet, quia per cibum in mortem homo, & cætera.

n ¶ *Ipſe.* ] homo.

o ¶ *Medela.* ] & ſic de cibo dicere poſſumus, cibus damnauit qui ſaluauit, vt de muliere dicitur. & not. de ſacra vnct. c. vnico. ver. per frontis. ſed nõ eſt idem ſpecie, vt hic patet. Ioa. And.

p ¶ *Euenit.* ] concor. præfatio crucis. vt dixi, s̃. ead. compil. de ſum. trinit. c. 1. ſuper ver. cruci.

q ¶ *Dicitur.* ] Geneſ. 2. circa medium.

r ¶ *Legitur.* ] Io. 6. circa finem. de pœnit. diſt. 2. charitas eſt à qua. Io. Andr.

ſ ¶ *Animam.* ] de offic. ordi. inter cætera.

t ¶ *Non ventrem.* ] de conſe. diſt. 2. vt quid paras.

u ¶ *Factum caro.* ] Io. 1. de biga. debitum.

x ¶ *Mãducauit homo.* ] Pſal. 77. Attendite popule meus.

y ¶ *Ait.* ] Io. 6. de conſe. diſt. 2. dupliciter.

z ¶ *Cõformatur.* ] Vide quod not. de conſecrat. diſt. 2. non iſte. & quod not. & dixi de Iud. etſi Iudæos.

a ¶ *Licet igitur.* ] ſecunda pars.

b ¶ *Frequentetur.* ] qđ ex multis cauſis ſapientia Dei vtile fore præuidit. quod dic vt de conſecr. diſt. 2. iteratur.

c ¶ *Inſaniam.* ] de quibuſdam illorum erroribus. de cõſecra. diſt. 2. cum omne. Ioan. And.

d ¶ *Confectione.* ] quæ fieri debet ſingulis annis & vetus cremari. de conſe. diſt. 3. in litteris. Et poteſt fieri tempore interdicti. de ſen. excom. quoniam. lib. 6.

e ¶ *Lotionem pedum.* ] Ioan. 13.

a ¶ *Cer-*

non poteſt celebrationi huius maximi ſacramenti. Hoc enim circa ſanctos, quos per anni circulũ veneramur, ipſa obſeruat Eccleſia, vt quãuis in letaniis & Miſſis, ac aliis etiam ipſorũ memoriã ſæpius renouemus: nihilominus tamẽ ipſorũ natalitia certis diebus per annũ ſolemnius recolat, feſta propter hoc eiſdem diebus ſpecialia celebrãdo. Et quia in his feſtis circa ſolemnitatis debitũ aliquid per negligentiã, aut rei familiaris occupationẽ, aut aliàs ex humana fragilitate omittitur, ſtatuit ipſa mater Eccleſia certã [a] diem, in qua generaliter omniũ [b] ſanctorum cõmemoratio fieret: vt in hac ipſorũ celebratione cõmuni, quicquid in propriis ipſorum feſtiuitatibus omiſſum exiſteret †, ſolueretur. Potiſſime igitur exequendum eſt erga hoc viuificum ſacramẽtum corporis & ſanguinis Ieſu Chriſti, qui eſt ſanctorũ omniũ gloria & corona [c], vt feſtiuitate ac celebritate prefulgeat ſpeciali: quatenus in eo, quod in aliis Miſſarum officiis circa ſolemnitatem eſt forſitan præter miſſum, deuota diligentia ſuppleatur, & fideles, feſtiuitate ipſa inſtãte, intra ſe præterita memorantes, id quod in ipſis Miſſarum ſolẽniis ſecularibus forſan agẽdis impliciti, aut aliàs ex negligentia vel fragilitate humana minus plene geſſerunt: tunc attente in humilitate ſpiritus & animi puritate reſtaurent. Intelleximus autem olim dum in minori eſſemus officio conſtituti, q̃ fuerat quibuſdam catholicis diuinitus reuelatũ [d], feſtum huiuſmodi generaliter in Eccleſia celebrandum. Nos itaque ad corroborationem & exaltationẽ catholicæ fidei, digne ac rationabiliter duximus ſtatuendum, vt de tanto ſacramẽto preter quotidianam memoriã, quã de ipſo facit Eccleſia, ſolẽnior & ſpecialior annuatim memoria celebretur: certũ ad hoc deſignãtes & deſcribẽtes diẽ, videlicet feriam [e] quintam proximã [f] poſt octauam [g] Pentecoſtes [h]: vt in ipſa quinta feria deuotæ turbæ fideliũ propter hoc ad eccleſias affectuoſe cõcurrat, & tã clerici, quàm populi gaudentes in cantica [i] laudum ſurgant: tũc enim omniũ corda, & vota, ora, & labia, hymnos [k] perſoluant lætitiæ ſalutaris: tunc pſallat fides, ſpes tripudiet, exultet charitas, deuotio plaudat [l], iubilet [m] chorus, puritas iucundetur: tunc ſinguli alacri animo pronaque voluntate conueniant, ſua ſtudia laudabiliter exequendo tanti feſti ſolemnia celebrantes: & vtinã ad Chriſti ſeruitiũ ſic eius fideles ardor inflãmet, vt ꝑ hæc & alia proficiẽtibus ipſis meritorũ cumulis apud eũ, q ſeſe dedit ꝓ eis in pretiũ [n] tribuitque ſe ipſis in pabulũ, tãdẽ poſt huius vitæ decurſum eis ſe in præmium [o] largiať. ¶ Ideoq; vniuerſitatem veſtrã monemus & hortamur in Domino & ꝑ Apoſtolica ſcripta in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte p̃cipiendo mãdamus in remiſſionẽ peccaminũ iniungentes, quatenus tã excelſum & tã glorioſum feſtũ, p̃dicta quinta feria ſingulis annis deuote ac ſolemniter celebretis, & faciatis ſtudioſe per vniuerſas eccleſias ciuitatum veſtrarum & diœceſum celebrari ſubditos veſtros in Dominica, dictam quintã feriam proxime præcedente, ſalutaribus monitis ſollicite per vos & per alios exhortantes vt per veram & puram cõfeſſionem, eleemoſynarum largitionẽ [p], attẽtas [q] & ſedulas orationes [r], & alia deuotionis & pietatis

a ¶ *Certam diem.*] ſcilicet calendæ Nouembris ſic dicti: quia nonus menſis inchoando à Martio, vt inchoabant antiqui, qui ſolum decem menſes habuerunt vſque ad tempus Iulij Cæſaris & Numæ Pompilij, & tunc diſtincto & correcto anno ſecundum curſum ſolis redeuntis in finem anni ad eundem punctum additi fuerunt duo mẽſes in principio anni, ſcilicet Ianuarius & Februarius: & ꝓpter horas ſex quæ ſupererant, oportuit ſingulis quatuor annis addi diem biſſextilem. qđ dic vt de verb. ſig. quæſiuit. & tunc temporis Iulius vocabatur Quintilis, & Auguſtus Sextilis: qui poſtea à Iulio & Auguſto denominati fuere vel propter ipſorum ortum, vel propter rem proſpere geſtam.

b ¶ *Omnium ſanctorũ.*] quo Italici anſeres denorant: quod Romani facere non deberent. vt enim dicit Ambroſius in Hexameron, 5. Merito debes anſeribus Roma quòd regnas. dij tui dormiebant & anſeres vigilabant: illis potius debes ſacrificare quàm Ioui, cedãt enim dij veſtri anſeribus, à quibus ſe ſentiunt eſſe defenſos: ne & ipſi ab hoſte caperentur. Et Iſidorus 12. etymolog. Gallorum aſcẽſus in Capitolio anſeris clangore deprehẽſus eſt. nullum enim animal ita odorem hominis ſentit vt anſer. Ioan. And.

† Aliàs, extitit.

c ¶ *Corona.*] ad Philip. iiij.

*Philip. 4.*

d ¶ *Reuelatũ.*] hoc nõ creditur ſimpliciter aſſerenti. de hæret. cum ex iniuncto. Mihi autẽ reuelatur, ꝙ hoc feſtum adiungetur ad alia feſta: de quibus in decre. vlt. de ſent. excom. lib. 6. & tunc eadem conſtitutione notabilia ipſius cõſtitutionis dubia ſupplico declarari.

Feria quid ſignificat, & vnde dicitur.

e ¶ *Feriã quintã.*] ſcilicet diem Iouis. & licet proprie feria ſumatur pro feſto: tamen omnem diem vocamus feriã, vel a fando: quia qualibet die fabať De' Gẽn. 1. vel quia ſingulis diebus fari poſſumus in diuinis vel humanis. ſimile de verb. ſignific. forus.

f ¶ *Proximam.*] intelligebatur. ff. de verb. obli. eum qui calendis.

¶ *Glo. ſeq. ſignat contrarium & ſoluit.*

g ¶ *Octauam.*] contra de feriis, capellanus. illud quo ad officij celebrationem, hoc quo ad dierum numerum. & concor. eod. tit. c. 2. de reſti. in integ. coram. in fine.

Pentecoſte quid eſt, & vnde dicitur

h ¶ *Pentecoſtes.*] ſic dicitur a pẽte quod eſt quinque (facit de de ci. cap. 1. in fi. & quod ibi not.) & coſte decẽ, quia quinquies x. dies ſunt inter feſtum Reſurrectionis & Pentecoſtes, copulato vtroque feſto, & quidam declinant pentecoſte pentecoſtes: alij vero hoc pentecoſte indeclinabile.

i ¶ *Cantica.*] ad Epheſios 5.

k ¶ *Hymnos.*] hi ſunt cantica laudis. ſicut Threni cantica lamentationis, vt ſcripſi de immu. eccle. non minus.

Hymni & threni differunt.

l ¶ *Plaudat.*] quaſi manus iungat.

m ¶ *Iubilet.*] quod eſt cantare voce quadam confuſa præ gaudio. vnde dicunt quidam quòd iubilus eſt gaudium quod verbis explicari non poteſt, nec tamen penitus reticeri.

Iubilus qd eſt.

n ¶ *In pretium.*] 1. Corint. 6. in fi. ibi, Empti enim eſtis pretio magno.

o ¶ *In præmium.*] Tobiæ. iiij. poſt princip.

p ¶ *Largitionem.*] 86. diſt. fratrem. de triplici elleemoſyna. 45. di. tria. ſed aliter per Hoſt. in ſumma de pœnit. §. quis ſit effectus. ver. eleemoſina. de temp. ord. §. & cui. ſub §. ſeptima.

Eleemoſina eſt triplex.

q ¶ *Attentas & ſedulas.*] id, eſt continuas vel aſſiduas.

¶ *Gl. ſe. de oratione. primo remittit. ſecũdo format ſummam, quærens de nouem. in fi. gl. prolixitatem excuſat. Ad primum mẽbrum ſummæ quadrupliciter reſpondet. Ad ſecundum datur miſta etymologia. Ad tertium vnica diuiſio. Ad quartum & ad incidens prouerbium reſpondet, & obiectionem ſoluit. Ad quintum reſpondet & incidenter quærit, an peccatorum oratio exaudiatur, arguit pro & cõtra, & ſoluit. Ad ſextum reſpõdet, & reſponſum determinat. De ſeptimo remittit ad plura: ſed quatuor proſequitur, incidenter quærens an oratio debeat eſſe vocalis. alleg. pro & contra, & ſoluit. Circa octauum tria proſequitur. Circa nonũ & vltimum ponit duplicẽ effectũ, ſecundũ probans iuribus, quinque auctoritatibus, & tribus exemplis, de pluribus remittens.*

r ¶ *Orationes.*] De oratione [1] tractauit Hoſti. in ſum. de pœnit. §. quis ſit effectus. ver. carnis autem maceratio. Sed plenius per modũ ſummæ videamus quid ſit oratio: vnde dicatur, quæ ſit eius diuiſio, ad quẽ ſit porrigenda, per quem, ad quid, qualiter, vbi, & quis ſit eius effectus. De primo: oratio ſecundũ Auguſtinum lib. de verbis Domini, eſt quædã petitio. Alibi dicit, ꝙ eſt pius mentis affectus directus in Deum, & plerumq; ne pigritetur in vocem prorumpens: & colligitur de cõſec. diſt. 1. quando autem. Vel oratio eſt congeries vocum in Deum tendentium ad aliquid impetrandum. Et ſecundum Damaſcenũ eſt aſcenſus intellectus in Deum, vel petitio ducentium ad Deum, vel petitio deſcendentium a Deo. 20. diſt. cap. fi. Ad ſecundum dic, ꝙ dicitur ſecundum Caſſianũ Iſidorum & Bernardũ quaſi oris ratio: vt ſcilicet rationabile petatur: aliàs non eſſet oratio: ſimile de reb. eccle. nõ ali. c. fi. & per hoc videtur quòd debeat eſſe vocalis: de quo dicam ſub ſeptimo membro. De tertio ſciendum quòd Caſſianus [2]

1 De materia hui' gloſſæ vidẽ pleniſſime B. Thomãm 2. 2. q. 83. per totã quæſtionẽ.

2 In collationibus patrũ, collat. 9 cap. 11. 12. & 13.

poſt

opera, taliter ſe ſtudeant præparare, quòd huius pretioſiſſimi ſacramenti mereãtur fieri participes illa die, poſſintq; ipſum ſuſcipere reuerẽter, ac eius virtute augmentum conſequi gratiarum. Nos enim Chriſti fideles ad colendum tantum feſtũ & celebrandum donis volẽtes ſpiritalibus animare, omnibus

poſt Apoſtolum 1. ad Timot. 2. hanc diuidit in quatuor ſpecies: In obſecrationem, qua quis compunctus pro commiſsis veniam deprecatur: Orationem, per quam fit aſcenſus intellectus in Deum, vel per quam aliquid Deo vouetur vel offertur: Poſtulationem, quam conſtitutus in ſpiritus feruore pro aliis ſolet emittere: Gratiarum actionem, quam mens Deo refert per exceſſum ineffabilem recolendo præterita Dei beneficia, vel contemplando præſentia, vel proſpiciẽdo futura iam præparata dilectis. Beatus Bernardus in quodam ſermone dicit, quòd obſecrationes fiunt affectu verecundo, orationes puro, poſtulationes amplo, gratiarum actiones deuoto.

Oratio ad quem porrigi debet.

De quarto dic, quòd porrigenda eſt ad Deum, Matthæi 6. Cum oraueritis, dicite; Pater noſter, & c. Ad Sanctos autem porrigi poteſt non tamquam per ipſos implenda, ſed vt precibus & meritis ipſorum exaudiatur à Deo. patet hoc ex modo orandi, quo vtitur Eccleſia; ad Chriſtum enim non dicit ora pro nobis: ſed audi nos, vel miſerere nobis: ad Sanctum dicit, ora pro nobis. Et tenent Theologi, quòd Sancti orationes noſtras cognoſcunt; vnuſquiſque enim beatus tantum in eſſentia Dei videt quantum perfectio beatitudinis requirit: hoc autem requiritur ad perfectionem beatitudinis, vt homo habeat quicquid velit, nec velit aliquid inordinatum: ſed recta voluntate quilibet cognoſcere vult quæ ad eum pertinent; ergo etiam Sancti (cum eis nulla rectitudo deſit) hoc volunt: oportet igitur quòd vota hominum, orationes, & deuotiones in verbo cognoſcant: Nam ad eorum gloriam pertinet quòd auxilium egentibus præbeant ad ſalutem: Sic enim Dei cooperatores efficiuntur. Et ſi dicis, ſolus Deus cognitor eſt cordium; de ſimo. tua, in fin. cum concor. ſed oratio conſiſtit in corde: ergo, &c? Reſpondeo quòd cordium cogitationes ſolus Deus nouit per ſeipſum, ſed tantum alij cognoſcere poſſunt quantum eis reuelatur, vel per viſionem verbi vel alio modo. Fatendum ergo quòd orationes quas ad Sanctos verbo vel corde dirigimus, Deo manifeſtante cognoſcunt. De quinto dic, quòd porrigenda eſt per bene diſpoſitum, contritum, & pœnitentem; quia cum is qui diſplicet, & c. 3. quæſt. 7. iudices. 49. diſtinct. §. 1. vbi etiam not. an orationes malorum proſint iis pro quibus orant. Competit autem orare etiam ſumme perfectis: vt dicam infra de hæret. ad noſtrum. verſic. 2. De hoc autem dubitatur, an exaudiat Deus peccatores orantes. Argu. quòd ſic. 1. quæſt. 1. ipſi contra. ead. quæſt. ſi quis inquit. ver. ad hæc omnia. & c. ſacroſancta. Dicit Thomas 1 quòd ſi peccator petit aliquid inquantum peccator, ideſt, ſecundum deſiderium peccati, non auditur à Deo ex miſericordia; ſed quandoque exauditur ad vindictam, dum permittitur amplius ruere in peccata. Vnde ſecundum Auguſt. 2 Deus quædam negat propitius, quæ concedit iratus. Sed ſi peccatoris oratio procedit ex deſiderio bonæ naturæ, Deus exaudit, non quaſi ex iuſtitia: quia talis non meretur: ſed ex pura miſericordia: ſi tamen alia in oratione concurrant, de quibus infra dicetur. De ſexto dicendum, quòd orare debemus principaliter ſalutifera, Matth. 6. Primum quærite regnum Dei, & iuſtitiam eius. & licet Valerius lib. 7. cap. 2. dicat quòd Socrates quaſi quoddam humanæ ſapientiæ terreſtre oraculum nil vltra petendum à diis immortalibus arbitrabatur quam vt bona tribuerent: patet tamen ex oratione Dominica quòd etiam aliquid determinate petere poſſumus. vnde Auguſt. ad Probam, 3 dicit quòd ad Deum id licet orare, quod licet deſiderare; dicens quòd oratio Dominica oſtendit etiam temporalia à Deo peti poſſe. dum dicit: Panem noſtrum quotidianum, & c. Tenent ergo Theologi quòd temporalia à Deo orando petere poſſumus, non vt finem conſtituamus in illis, ſed vt ſint adminicula beatitudinis conſequendæ: vt ſcilicet quaſi inſtrumentaliter nobis deſeruiant ad ſuſtentationem vitæ corporalis exercendæ ad actus virtuoſos. facit 1. quæſt. 3. ſi quis obiecerit. & quod dixi de regula. Ioannes. in oppo. 2. De ſeptimo ſcias quòd Hoſt. in prædict. ver. ponit xiiij. quæ requiruntur in oratione: ſcilicet quod ſit fidelis, ſecura, humilis, diſcreta, deuota, verecunda, ſecreta, pura, lachrymoſa, attenta, communis, feruida, operoſa, & aſsidua. Sed tu quantum ad præſens membrum pertinet, breuiter dic quòd modus orandi requirit humiliationem corporis, deuotionem cordis, attentionem, & breuiloquium. de primo Eccleſ. 35. Oratio humiliantis ſe penetrabit nubes. de elect. vbi periculum. §. pen. lib. 6. & Cyprianus lib. de oratione Dominica. Sit orantibus ſermo cum diſciplina quietem continens & pudorem; incuruatio tamen vel corporis humiliatio non refectionis ſed deuotionis obtentu fieri debet: vt dicit Caſsianus, & facit 8. q. 1. ſciendum. C. de iis qui ſpon. mu. ſub. l. 1. & 2. Et de ſecundo probatur de vo. magnæ. circa finem, & prædic. decr. vbi periculum. §. penult. Et Aug. Quid prodeſt ſtrepitus labiorũ ſi mutum eſt cor? & Grego. in moral. Veraciter orare eſt amaros in cõpuctione gemitus, non verba compoſita reſonare. Et ibidem: Animarum verba ſunt ipſa deſideria, in quibus tanto quis minus clamat, quanto minus deſiderat. De tertio patet hic, de conſecr. diſtinct. 5. numquam. in princip. & Cyprianus: Nil aliud cogitet animus quàm id ſolum quod precatur. de conſecr. diſtinct. 1. quando autem. & dicit Grego. quòd illam orationem Deus non audit, cui ille qui orat non attendit. Dicunt tamen theologi 4 hoc intelligendũ quando attentio nullo modo orationi coniungitur; non enim requiritur quòd attentio ſemper maneat in oratione per actus eſſentiam. vnde Pſalm. 37. Cor meum dereliquit me. ſatis enim eſt quòd maneat per virtutem: quod eſt quando cum bona intentione quis ad orationem accedit, etſi in proſecutione mens ad alia rapiatur. Semper enim primæ intentionis vis permanet: niſi tanta ſit euagatio quòd attentio omnino depereat, & tunc locus eſſet ei quod dicit Cyprianus libro de oratione Dominica: Quomodo à Deo audiri te poſtulas, cum ipſe te non audias? & Beatus Bernardus; Cauſamur nobis deeſſe gratiam: ſed iuſtius ipſa gratia conqueritur nonnullos deeſſe ſibi. & Caſsianus: Numquam orat quiſquis etiam flexis genibus, ſi vagatione diſtrahitur. & facit quod de officiis ſcripſi de celebra. Miſ. dolentes. De quarto Matth. 6. Cum oraueritis, nolite multum loqui, & c. facit de conſecr. diſtin. 5. non mediocriter. & vide quod not. de æta. & qualita. cap. penult. in vlt. gloſ. Nec tamen putes breuiloquium eſſe de neceſsitate orationis: nam oratio non ſolum ſecundum ſuam cauſam, quæ eſt deſiderium charitatis: ſed etiam ſecundum ſeipſam poteſt eſſe diuturna: nam & de Chriſto legimus ꝙ pernoctauit orando, Lucæ 6. & quod prolixius orauit, Lucæ 22. Item dicitur Luc. 18. in prin. Oportet ſemper orare, & non deficere. facit 76. diſtinct. noſſe. ibi: orationi pernoctanter inſtitimus. Sed quia vt dicit Aug. ad Probam: Multum loqui in orando, eſt rem neceſſariam ſuperfluis agere verbis, cum plerumque hoc negotium plus gemitibus quàm ſermonibus agatur: ideo monemur ad breuiloquium; nam vt dicunt Sancti, frequens & breuis debet eſſe oratio: ne immorantibus nobis aliud cordi noſtro inſerat inimicus. Sed dubitatur an oratio debeat eſſe vocalis: 6 quod videtur Pſalm. 3. & 76. Voce mea ad Dominum clamaui: voce mea ad Dominum deprecatus ſum. Contra, oratio Deo porrigitur, vt dictum eſt; ſed Deus cordis locutionem cognoſcit: fruſtra igitur vox oris adiungitur. facit 38. diſtincti. ſedulo. Dicunt Theologi, quòd communis oratio quæ fit per miniſtros Eccleſiæ 12. quæſt. 1. duo ſunt. in princip. in perſonam totius populi: vt innoteſcat ei pro quo fit, merito ex inſtitutione debet eſſe vocalis: Sed ſingularis, quam quis pro ſe vel alio porrigit, de neceſsitate non eſt vocalis: adiungitur tamen vox triplici ratione: Primo ad excitandum interiorem deuotionem: verbis enim & ſignis nos ipſos interius excitamus ad ſanctum deſiderium augendum, vt dicit Auguſt. ad Probam 7. Secundo ad redditionem debiti, ſcilicet vt ſeruiat orans Deo ſecundum ſe totum, ſcilicet, corde & corpore. de conſecra. diſtinctio. 5. numquam. Tertio ex quadam redundantia ab anima in corpus ex vehementi affectione. vnde Pſalm. 15. Lætatum eſt cor meum, & exultauit lingua mea. De octauo patet Matth. 6. Cum oraueris intra cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora patrem tuum in abſcondito. Et vt dicit Caſsianus, intra cubiculum oramus, cum à cogitationum & ſollicitudinum ſtrepitu corde remoto, ſecrete & familiariter preces noſtras ſoli Deo reſeramus. & facit quod not. 41. diſtinct. parſimoniam. & Auguſt. de ſermone Domini: Videri ab hominibus non eſt nefas, ſed id agere vt ab hominibus videaris: recipit enim ille mercedem ſuam. de pœnit. diſtinct. 3. cauendum. Orationes enim principaliter ſunt in Eccleſia faciendæ. de pur. poſt par. cap. vnico. de immu. Eccleſi. decet. lib. 6. ſupra ead. compil. de cele. Miſſ. cap. 1. Sed vt dicit beatus Bernar. lib. d meitationum: Vbicunque fueris, intra teipſum ora, ſi longe fueris ab oratorio, non quæras locum; quoniam ipſe locus eſt. Videtur quibuſdam quòd fieri debeat ad Orientem: ſed cum Deus ſit vbique, ad omnem partem poſſumus ad eum orare: æque tamen oramus & Miſſæ ſacrificium facimus verſus Orientem. de hoc 11. diſtinct. eccleſiaſticarum. De vltimo dicendum, quòd orationis effectus 8 eſt duplex: habet enim virtutem merendi & impetrandi. primum dupliciter. Primo, quia vitatur per eam tentatio. Hieron. ſuper Matth. 14. In tentationem intrat, qui orare negligit. Et Auguſt. Oratio eſt oranti præſidium, aduerſario incendium, Angelis ſolatium, Deo gratum ſacrificium. Nam principaliter valet cõtra vitia ſpititualia, vnde Hyerony. ſuper Matth. c. 17. ibi, Hoc genus dæmoniorum non eiicitur, niſi in oratione & ieiunio.

1 Id habet B. Thomas 2. 2. quæſt. 83. art. 16.

2 Tractat. 73. in Ioannem. & de verbis Domini, ſermone 53.

3 Epiſtola 121. cap. 4. 5. & 12.

4 Vide B. Thomã, 2. 2. quæſt. 83. art. 13.

5 B. Thomas 2. 2. q. 83. art. 14.

6 Oro an debeat eſſe vocalis, B. Thomas 2. 2. q. 83. art. 12

7 Epiſtola 121. cap. 9.

8 B. Thomas 2. 2. q. 83. art. 15.

iunio.quod etiam habetur Matth. ix. dicit ſic:Non ſanat oculum *quod ſanat calcaneum*:Ieiunio ſanantur peſtes corporis:oratione vero ſanantur peſtes mentis.Secundo quia procedit ex radice charitatis,penes quam conſiſtit omne meritum,& eſt fons viuus,&c. de pœnit.diſt.2.charitas 2.de regula. licet. in fi. De virtute impetrandi probatur 23.q.8. in qualibet. ſ. ea. compil.de elect. ne Romani.in fi.Mar. xi. Quodcumque orantes petitis credite quia accipietis. Vnde per orationẽ reuelantur ſecreta diuina. 8. q. 1. ſi ergo. Boetius dicit:non fruſtra in Deo ſpes ponitur: preces enim quæ recte fiũt, inefficaces eſſe non poſſunt, & beatus Bernardus lib. meditationum: Ex duobus vnum indubitanter ſperare debemus: aut dabit nobis quod petimus,aut quod nouit eſſe vtili'. Et Au. in lib.ſenten.Proſperi 1 dicit orans miſericorditer auditur,&miſericorditer non auditur.Quid enim infirmo ſit vtile, magis nouit medicus quàm ægrotus. De his Valerius lib.7.c.2.dicit, quod votis ſæpe expetimus quod non impetraſſe melius foret.& ponit exempla, dicens: Diuitias appetis, quæ multis fuerunt exitio:honores concupiſcis, qui quamplures peſſundederunt:regna tecum ipſa voluis, quorum exitus ſæpenumero miſerabiles cernuntur: ſplendidis coniugiis manus iniicis ad hoc vt aliquando te illuſtrent,iſta nonnumquam funditus domos euertunt.Suadet ergo cæleſti arbitrio nos ſubmitti 2:Effectum orationis ſumus in Italia nuper experti: quando enim cum verſibus illis:Exurgat Deus,&c.cœpit Eccleſia contra rebelles orare:perempti & exterminati ſunt quaſi ſubito qui cenſura eccleſiaſtica & armis bellicis iam dudum domari nõ potuere.bene facit.36.diſt.c. vlti.vbi dicitur quòd orante Moyſe vincebat populus:vincebatur autem dum dimittebat manus.& vide Hoſt.in ſum.de remiſ.§. ad quid valent.verſic.fateor.vbi ponit exempla de Daniele,Moyſe,& Dauid orantibus.Sed qui leget tripertitam hiſtoriam Hug. Horaceſi.Helimandum, Rufinum, & hiſtoriographos, inueniet quòd Theodoſius Imperator ſenior ſuis orationibus miraculoſam victoriam obtinuit contra Eugenium & Arbogaſtem,quorum exercitus iacula vehemẽtiſsimus ventus retorquebat in ipſos,& iacula partis Theodoſij cum maiori fortitudine vltra menſurã humani ictus impingebat in illos,& hoc voluit ipſe Claudianus poeta qui tunc florebat dicens:

† al. octauã.

1 cap. 211.

Valerij digniſſima ſententia.

2 Non tamẽ hinc inferas nõ eſſe orandum:ſed ita orãdum, vt ipſeq omnia nouit, liberet nos à malo.

Claudiani verſus.

*O nimium dilecte Deo,cui militat ether:*
*Et coniurati veniũt ad claßica venti.*

Hoc autem obtinuit ipſius Theodoſij oratio quæ talis fuiſſe legitur: Omnipotens Deus, tu noſti quòd in nomine Chriſti filij tui vltionis iuſtæ, vt puto,prælia ſuſcepi:ſin aliter in me vindica:ſi vero cum iuſta cauſa,& in te confiſus huc veni, porrige dexteram tuis:ne forte dicant gentes, vbi eſt Deus eorum.concor.huic fi. de vo. magnæ. poſt princip. Et huic glo.ſit finis:de cuius prolixitate ſum excuſabilis: tum quia in orationis ſuffragio ſperans,ſum illius effectum expertus in aſſequendis proſperis & euitandis vel ſaltem temperandis aduerſis: tum quia ſecũdum materiam deberem eſſe prolixior:& ſi per iſta nõ ſatisfeci,excuſet coæquatio textualis [de hoc de immuni.eccl. decet.lib.6.per Archid.1.q.1.dictum.]

Oratio Theodoſij.

vere pœnitentibus & confeſſis [a],qui Matutinali officio feſti eiuſdem in eccleſia [b] in qua idem celebrabitur, interfuerint,centum [c]: Qui vero Miſſæ,totidem:Qui autem in primis [d] ipſius feſti veſperis interfuerint,ſimiliter centum: Qui vero in ſecundis: totidem [e]: Illis vero qui Primæ, Tertiæ, & Sextæ,Nonæ ac Completorij officiis interfuerint, pro qualibet Horarum ipſarum quadraginta [f]: Illis autem qui per octauas † illius feſti Matutinalibus, Veſpertinis, Miſſæ, ac prędictarum Horarum officiis [g] interfuerint,centum dies ſingulis octauarum ipſarum diebus de omnipotentis Dei miſericordia ac beatorum Apoſtolorum eius Petri & Pauli auctoritate confiſi de iniunctis [h] ſibi pœnitentiis relaxamus.

a ¶ *Confeßis.*] Quis eſt hic,& laudabimus illum? Eccle.31. has ergo remiſsiones quibus pauci participant, amarè interpretari nec decet,nec expedit.vt dixi de pœnit.& remiſ.quòd autem.

Remiſſiones feſti corporis Chriſti pauci participant.

b ¶ *In Eccleſia.*] per hanc litteram quæ habetur etiam ſupra parte proxi.in fin. patet quòd non ſufficit intereſſe Horis extra eccleſiam:quod intelligo etiam ſi dicantur in priuato oratorio. de quo de conſecra.diſt.1.concedimus.& cap. vnicuique.& cap.ſi quis.extra de cenſibus.cap.fi.

c ¶ *Centum.*] dies.quod eſt infra.

d ¶ *In primis.*] facit ad not.de ſenten.excommu.c.vlt.§.in feſtiuitatibus.lib.6.in 1.glo.& quod de cõpletorio ſequitur facit contra.

¶ *Glo.ſeq.arguit ad duo.*

e ¶ *Totidem.*] argue pro æquandis diſtributionibus in his tribus Horis: Matutino, Miſſa, & Veſpere. Item argue quòd vbi in illis Horis dantur decem, in aliis dari debent quatuor. vide quod dixi ſ.ead.compil.de ætat.& qualitat.vt hi qui.ad finem.

f ¶ *Quadraginta.*] & ſic ducentos.

¶ *Gloſ.ſequens dubium ſoluit.*

g ¶ *Officiis.*] omnibus quo ad dies octauæ.nec puto quòd hic fiat diſtributio, vt partem habeat qui certis intereſt.

h ¶ *De iniunctis.*] vide quod ſcripſi de pœnit. & remiſ.cum ex eo.

# TITVLVS XVII.

## De immunitate eccleſiarum.

¶ Clemens quintus in concilio Viennenſi.

¶ *Reuocat & pro infectis vult haberi decretalem, clericis.eod. tit. lib. 6. cum ſuis declarationibus.Ioan.And.*

DE IMMVNITATE eccleſiarum.

### CAP. VNICVM.

QVoniam [i] † ex cõſtitutione Bonifacij Papæ octaui prædeceſſoris noſtri, quæ incipit,Clericis [k] laicos. & ex declaratione [l] ſeu declarationibus [m] ex illa poſtmodum ſubſecutis, nonulla ſcandala, magna pericula, & incommoda grauia ſunt ſecuta, & ampliora ſequi (niſi celeri [n] remedio ſuccurratur) præſumitur † veri-

¶ *Viſum eſt ſupra de eccleſiis & rebus ipſarum: verum quia res eccleſiæ gaudent immunitate eccleſiarum: ideo,&c.*

†Not. ſuccurrendum eſſe magnis periculis & incõmodis grauibus.de dolo,finẽ, de offic. ord. vt litigantes.li. 6.de ſtatu Regul.vt pericu loſa.lib.6.

QVoniam.] Primo præmittit cauſam & reuocationem cõſtitutionis c.clericis laicos.ſupra eodem lib.6.Secundo illam reuocat. Tertio ſeruari præcipit ius antiquum ante prædictam conſtitutionem.Secunda:ibi,*Nos*. Tertia:ibi.*Volentes*.Imol.

† Al. præſumuntur.

¶ Præſupponendum eſt illud quod habetur in c. non minus. & in cap. aduerſus. eodem titul. in antiq. dicitur in cap. non minus. quòd clerici pro rebus ſuis non debent ſoluere tallias, nec aliqua onera, ad quæ laici adſtringuntur: Et ſi domini temporales compellant eos ad ſoluendum huiuſmodi onera de rebus eccleſiarum ſuarum, etiam de rebus propriis tales domini temporales ſunt monendi vt non compellant:& ſi non deſiſtant, ſunt excommunicandi: tamen dicitur quòd clerici poſſunt dare per modum eleemoſynæ de conſenſu prælati aliquid laicis. Et dicitur in cap. clericis. eod. tit. libro ſexto, quòd etiam clerici de conſenſu prælati non poſſunt dare laicis: immo dicitur quòd recipientes huiuſmodi dona etiam gratis, ſunt excommunicati ipſo facto: & poſitum fuit illud cap. clericis. in odium Philippi regis Franciæ, qui conferebat beneficia in ſuo regno:vnde Papa indignatus fecit illam conſtitutionem, clericis. & ex illa conſtitutione fuerunt orta multa ſcandala: vnde clemens Papa voluit quòd antiqua iura ſeruarentur, & non illa conſtitutio, clericis. eodem titulo, in 6. vide diuiſionem gloſſa. Not.quòd laudatur celeritas. de hoc in gloſ.concor.

¶ *Prima gloſ.ſummat & diuidit,ponit tempus editionis,& cauſam conſtitutionis.*

i ¶ *Quoniam ex conſtitutione.*]Caſus reuocat,& pro infectis vult haberi decret.clericis.eod.tit.lib.6. cum ſuis declarationibus, & præmittit reuocationis cauſam. Secundo reuocat:ibi,*Nos*.Tertio ſeruari præcipit ius antiquum ibi: *Volentes*. Et fuit iſta de primis conſtitutionibus Clementis editis à principio promotionis ſuæ,& incipiebat;Paſtoralis.cuius decidit exordium, poſt quod ſequebatur,ſane quoniam,&c. Et Rex Franciæ qui fuit paſsiua cauſa conſtitutionis,fuit actiua cauſa reuocationis, vt ſic conueniat. de reg. iur.cap.1.

k ¶ *Clericis.*] eod.tit.lib.6.

l ¶ *Declaratione.*]declarauerat enim Benedictus in ſua extrauag. quæ incipit:Quod olim.illam quo ad ſui pœnas extendi ſolum ad exigentes,vel dantes in exigendo auxilium, conſilium, vel fauorem:ita quòd pœnæ locum non haberent in ſoluentibus,vel recipientibus a ſponte ſoluentibus.

m ¶ *Declarationibus.*] dicebantur & aliæ proceſsiſſe:& ideo ad omne dubium tollendum plurali vtitur.

n ¶ *Celeri.*] concor. de accu.cap. fi. ſupra ead.compil.de iureiur. Romani.in principio.

ADDITIO. De reſcript. ad hæc. Et caſus in quibus deſideratur cleritas,not.Archid. 93.diſtin.cap. 1. & illos in quibus nõ deſideratur, notat. 23.diſt.communis.& de hoc de elect.cap.fin.lib.6. Cardinalis,

a ¶ Ob

ſimiliter in futurum: Nos de conſilio fratrum noſtrorũ conſtitutionem & declarationem ſeu declarationes prædictas, & † quicquid ex eis ſecutũ eſt, vel ob [a] eas, penitus reuocamus, & eas haberi volumus pro infectis [b]: Volentes & firmiter ſtatuentes illud [c] (contra quoſcumque [d] laicos exigẽtes ſeu extorquentes ab eccleſiis eccleſiaſticiſque perſonis tallias, ſeu collectas, aut exactiones quaſcunq; [e], & cõtra dantes [f] ad id faciendum conſiliũ, auxilium, vel fauorem [g]: nec nõ & circa præſtandas ſubuentiones laicis ab eccleſiarũ Prælatis, ac aliis viris eccleſiaſticis) inuiolabiliter obſeruari, quod ſuper his à prædeceſſoribus [h] noſtris in Lateranẽ. & generali conciliis [i], quæ nos ſub obteſtatione diuini iudicij præcipimus obſeruari diſtricte, ſalubriter eſt prouiſum.

# FINIS LIBRI TERTII.

a ¶ *Ob eas.*] concor. de elect. qualiter. in fine.

b ¶ *Pro infectis.*] per hoc puto quòd excommunicatus ex viribus illius conſtitutionis abſolutione non egeat. Et vide quanta eſt papalis poteſtas 1 circa ea quæ ſimpliciter ſunt de iure poſitiuo: quia reuocat illa vt extunc. & facit ad ea quæ ſcripſi, qui fi. ſint legi. per venerabilem. glo. 2.

c ¶ *Illud.*] inuiolabiliter obſeruari: qđ eſt. j.

d ¶ *Contra quoſcũque, &c.*] quod ſuper his, &c. vſque ad finem.

e ¶ *Quoſcumque.*] vide quod not. & dixi eod. tit. non minus. Ioa. And.

f ¶ *Dantes.*] dicebat cõſtitutio Bonifacij publice vel occulte: per quod probatur quòd excommunicatio canonis ligat etiam occulta 2 delicta: vt j. dicam de hæret. multorum. ad finem.

g ¶ *Fauorem.*] Vide quod dicam infra de pœnit. ſi quis. in princip.

h ¶ *Prædeceſſoribus.*] Alexand. iij. eodem titulo non minus. Innoc. iij. eodem titu. aduerſus.

i ¶ *Conciliis.*] vtrumq; generale, & Lateranẽ. ſed Alexãdrinum vocamus Lateranenſe: Innocentianum vocamus generale. de hoc de cap. monach. c. finali.

1 Vide Turrecrematam in ſumma de Eccleſia lib. 2. c. 52. ver. nono, plenitudo Romani Pontificis.

† In vetuſto codice manuſcripto ita: ac omnia & ſingula contenta in eis penitus, &c.

2 Vide ſingularem diſtinctionẽ Caietani apud D. Thomã 2. 2. quæſt. 11. art. 3. & Alfõſũ Caſt. lib. 2. đ iuſta hæret. punit. ca. 13.

# LIBER QVARTVS
## DE CONSANGVINITATE & affinitate.

Cõtinuatio.

¶ *Viſum eſt ſupra de actibus clericis cõpetentibus: nũc videndũ eſt de actibus laicis cõuenientibus: ideo, &c.*

EOs qui.] Primo ponit ſtatutum pœnale. Secundo illud aggrauat. Tertio proteſtatur. Secunda ibi: *Præcipientes.* Tertia ibi: *Per prædicta.* Imola.

# LIBER QVARTVS.
## TITVLVS I.
## De conſanguinitate [a] & affinitate.

¶ Clemens v. in concilio Viennenſi.

¶ *Scienter contrahens matrimonium in gradu conſanguinitatis vel affinitatis prohibito, vel cum moniali, excommunicatus eſt ipſo iure, & publicari debet & vitari. Idem in profeſſo & profeſſa vel conſtituto in ſacris. Ioan. And.*

### CAP. VNICVM.

EOs [b] † qui diuino timore [c] poſtpoſito, in ſuarum periculum animarum ſcienter [d] in gradibus conſanguinitatis & affinitatis conſtitutione canonica [e] interdictis [f], aut cum Monialibus contrahere [g] matrimonialiter [h] non verentur: Necnon religioſos [i] & Moniales [k] ac clericos in ſacris [l] ordinibus cõſtitutos matrimonia † contrahentes [m], refrænare metu pœnæ ab huiuſmodi eorum temeritatis audacia cupientes: Ipſos excommunicationis ſententiæ ipſo facto decernimus ſubiacere: Præcipientes eccleſiarum prælatis, vt illos quos eis cõſtiterit [n] taliter contraxiſſe, excommunicatos publice tandiu nuntient, ſeu à ſuis ſub-

¶ Habemus in iure, ꝙ contrahentes inceſtas nuptias, graues pœnas ſuſtinent: videlicet ꝙ ſunt infames, & quòd bona ipſorum confiſcantur, & plures alias pœnas ſuſtinent: de quibus in authen. inceſtas. C. de inceſt. & inutilibus nuptiis. Sed quæritur, vtrum de iure canonico, incurrant alias pœnas Dicit Clemens quòd ſic. Et dicit, Contrahens cum conſanguinea ſua, incurrit ſententiam excommunicationis ipſo facto. Idem ſi cum moniali. Idem ſi clericus in ſacris conſtitutus contrahat matrimonium. Idem ſi monachus profeſſus contrahat, poſito quòd matrimonium non fuerit conſummatum. hoc dicit. H.R. Colligo aliqua notabilia. Primo, quòd ratione conſanguinitatis vel affinitatis matrimonium eſt prohibitũ vſque ad quartum gradum. c. non debet. eod. tit. in antiq. Not. ſecundo, ꝙ nõ ſolũ contrahentes in caſibus prohibitis in lege canonica, debent ſuſtinere pœnas hic contentas: immo etiã contrahentes in caſibus prohibitis in lege diuina. Not. ꝙ contrahens cum conſanguinea vel affine ipſo facto incurrit ſententiã excommunicationis, nec ipſa excommunicatio eſt relaxanda, niſi ſatisfactione habita. Not. quòd ſi ſint alia iura imponentia pœnam ſic contrahentibus, quòd ipſe Clemens nõ intendit illis iuribus per hanc clementinam derogare.

† Vide conciliũ Tridẽt. ſeſſio. 24. de reformat. matri. c. 5. & ad intellectu B. Antoninũ tract. de excõicatione, cap. 34. adde Couarruuiã lib. 4. Decretalium part. 2. cap. 3. §. 2. nu. 8.

¶ *Gloſ. ſuper Rubrica notat varietatem.*

a ¶ *Rubrica de cõſanguinitate & affinitate.*] ita venit ſub bulla: ſed vidi quoſdam hic habere rubricam de ſponſalibus. Ioan. And.

¶ *Prima gloſ. ſummat, & duas quæſtiones ſoluit.*

b ¶ *Eos qui.*] Scienter contrahens matrimonium in gradu cõſanguinitatis vel affinitatis prohibito, vel cum Moniali, excommunicatus eſt ipſo iure: & publicari debet & vitari, idem in profeſſo & profeſſa, vel conſtituto in ſacris. Et incipe conſtructum ibi, *Cupientes.* Et nota 1 quòd in ſex caſibus hic expreſsis tantum locum habet hæc conſtitutio & eius pœna: vnde ſi contrahat quis cum habente maritum, vel cum Iudæa, vel cum Pagana, vel cum cognata ſpiritualiter vel legaliter, vel contra impedimentum publicæ honeſtatis, licet non teneant matrimonia: tamen non eſt locus huic pœnæ, quæ in iis caſibus vel ſimilibus expreſſa non eſt. Item in his ſex caſibus tunc demum eſt locus pœnæ, quando illicite cõtrahuntur. Si enim licite, vt ex diſpenſatione Papę: tũc ceſſat culpa, ergo & pœna. de cõſti. 2. de qua diſpẽſatione not. de reſt. ſpol. literas. in prin. de ſta. mona. cũ ad monaſterium. & ſcripſi de vo. c. 1.

1 Hanc gloſſã ſuo more explicat hic Ioãnes Imola, cũ videto.

c ¶ *Timore.*] concor. de elect. cum in cunctis. ad finem.

¶ *Glo. ſeq. primo not. à contrario, & illud determinat, & incidens dubium ſoluit. ſecundo quærit, arguit: pro contrario ſoluit: tertio quærit & remittit.*

d ¶ *Scienter.*] Ignorantes 2 ergo non ligat conſtitutio quod intelligo in ignorantia facti probabili, & non affectata, ſcilicet quia ignorabant ſe conſanguineos vel affines. Si vero ignorabant ius, neſciẽtes gradum in quo erant, eſſe prohibitum: ex quo enim ſciebant gradum, ligat conſtitutio. de reg. iur. ignorantia. lib. 6. cum ſuis cõcor. Si vero alter ſolus ſciebat, ille ſolus ligatur. facit 34. q. 2. non ſatis. & c. in lectum. de ſimo. de ſimoniace. C. ſoluto matri. ſi ignorans. Sed quid ſi contraxit ignorans: poſt tempora ſciuit & cohabitauit conſanguineæ? videtur ligari. arg. 1. q. 1. eos. in fi. de ſimo. ſicut tuis. C. de inceſt. nupt. cum ancillis. Contrarium credo cũ iſta conſtitutio non puniat cohabitationem vel inceſtũ, ſed contractũ: vt ĩ. dicam. facit ff. de iis qui not. infamia. quid ergo. in princ. C. de vſuſca. transfor. l. 1. ad fi. ff. de vſu. qui ſcit. in fi. & ff. de bo. lib. qui cum maior. & de minori. l. 3. §. ſcio. ſicut qui ignoranter eligit indignum, licet poſtea ſciat, non incurrit pœnam concilij, cum in cunctis. de elect. cum in hoc ponderetur initium. eod. tit. dudum. probatur hæc ſolutio ex eo, quia ſine iudicio Eccleſiæ ab illa diuertere non poſſet. de diuor. porro. cum ſuis cõcor. fateor tñ ꝙ peccat cognoſcendo: & ſic loquuntur contraria. de ſent. excõ. inquiſitioni. Quid ſi contraxi cum illa, quam credebam eſſe conſanguineam, affinem, vel monialem, ſed in veritate non erat? Solue per not. de ſent. excom. ſi vero 2. & c. in audientia 2.

2 Vide Præpoſitũ in ca. nõ debet. extra de cõſãg. & affinit. circa finem. nu. 21. verſic. pro cõplemento. quæro.

e ¶ *Canonica.*] nedum diuina.

f ¶ *Interdictis*] ſcilicet in quarto vel citeriori gradu conſanguinitatis vel affinitatis primi generis. eo. tit. non debet.

† In vetuſto codice manu ſcripto ita: matrimonia contrahẽtes, & inter eos ſciẽter eadẽ celebrantes, refrænare, &c.

¶ *Gl. ſeq. notat, quærit, allegat duo iura pro: ſoluit contrarium, & ad illa iura reſpondet.*

g ¶ *Cõtrahere.*] nõ punit ergo inceſtũ vel coitum, ſed contractum: vt ſic contrahens ligetur, licet non conſummet. Quid ſi non contraxit matrimoniũ, ſed ſponſalia tantum? Arg. ꝙ ligetur. ff. de ſpon. oratio. vbi prohibitio nuptiarum includit ſponſalia. Ad idem, de eo qui duxit in matrimonium. c. cum haberet. vbi æquiparantur ſponſalia & matrimonium. Non puto ligari cũ conſtitutio ſit pœnalis, & verba hoc nõ importent: quod verum puto niſi conſummauerit per copulam carnalẽ: quia tunc ligatur quaſi tunc contraxiſſe videatur. de ſponſa. veniens. & c. is qui. Contrariũ non obſtat: quia licet fatear, ꝙ vbi prohibetur matrimonium, prohibentur ſponſalia: non ſequitur quòd contrahenti ſponſalia ſit eadem pœna quæ contrahenti matrimonium. bene facit de elect. perpetuo. lib. 6. In decre. cum haberet. ſponſalia cum adulterio inducunt impedimentum matrimonij, ſicut inducunt publicam honeſtatem. de ſpon. c. vnico. lib. 6.

¶ *Glo. ſeq. arguit: & illud determinat in vno membro: in alia alleg. pro: ſoluit contrarium, & allegatis reſpondet.*

h ¶ *Matrimonialiter.*] per hanc litterã, & per litteram ĩ. eod. matrimonia contrahentes. videtur ꝙ coactus ad contrahendum non incurrat hãc pœnam. Et ſi de abſoluta coactione loquimur, hoc certum quod met. cauſ. ſacris. ſed ſi de conditionali, licet tali, quæ debuerit cadere in conſtantem virum, videtur ligari per eã decretalem: ſed cum non ſit matrimonium deficiente conſenſu, ita quòd non inducit publicam honeſtatem. de ſpon. cap. vnico. lib. 6. de æquitate videtur talis non ligari. facit de ſen. excom. ſignificauit. In decre. ſacris. punitur communio, quæ ibi interuenit, licet per metum.

i ¶ *Religioſos.*] ſcilicet profeſſos 3 tacite vel expreſſe religionem approbatam. de vo. c. vnico. lib. 6. quod intelligo etiam ſi profeſſio illa tacita vel expreſſa non obligat illi religioni, ſed religioni in genere. pone exemplum de reg. non ſolum. & c. ſeq. lib. 6.

3 Quis dicatur religioſus vide per doctores in Rubrica de relig. dom. & in c. eccleſia ſãctę Marię. de conſtit. & in c. 1. de voto, li. 6. adde Felinũ in c. nõ dubiũ. de ſentẽ. excõ. lib. 6

k ¶ *Et Moniales.*] quia ſupra iam nominauerat cõtrahentem cum Moniali, & hic repetit de Moniali: videtur hic probari ꝙ communicans in illo actu pro quo quis excommunicationem incurrit, excommunicatus non eſt. de hoc ſcripſi de ſent. excomm. contingit. 1. Poſſet tamen dici quòd ſupra punit ſcienter contrahentem cum Moniali: hic vero punit Monialem contrahentem etiam eo caſu, quo cum ea contrahens non ligatur: vt quia hoc ignorat.

l ¶ *In ſacris.*] ſtricte hoc dico propter not. 32. diſt. in ſumma.

¶ *Gl. ſe. dicit quare nõ repetit ſciẽter, & dictũ illud determinat.*

m ¶ *Contrahentes.*] non repetit ſcienter quia licet ignoranter poſſet quis contrahere cum conſanguinea, affine, vel monacha: non tamen in monachum, monacham, vel conſtitutum in ſacris contrahentem cadit ignorantia. facit de reſcript. ab excommunicato. C. de hæret. inſtit. l. fin. Puto tamen, quòd vbi eſſet probabilis ignorantia, vt in ordinato ad ſacros in amẽtia vel dormitione: etiam eo caſu quo character imprimitur. de bap. maiores. in fin. vel intra pubertatem. de cleri. per ſal. promo. c. vnico. non eſſet locus huic pœnæ.

n ¶ *Conſtiterit.*] etiam ex officio & nemine deferente: de diuor. porro.

porro.2.reſpon.& vide quod dixi ſ.ea.compil.de cenſi.c.fi.

Satisfactio præcedit in manifeſta offenſa.

a ¶ *Separentur.*] Præcedit ſatisfactio ſicut in manifeſta offenſa. de ſent.excom.venerabilibus. lib.6.

b ¶ *Obtinere.*] per epm.de ſent.exco. nuper. & hic patet ꝙ non ſufficit ſatisfactio, niſi ſequatur abſolutio. e.tit.cum deſideres.in fi.

¶ *Glo ſeq.ponit triplicem ſpeciem iurium.*

† In eodem vetuſto codice manuſcripto ita: ſeparentur abinuicem, & ipſi quā celebrantes prædicti abſolutionis beneficiū obtinere, &c.

c ¶ *Iuribus.*] de clandeſt. deſpon. cap.fin.C. de inceſt.nupt.qui contra. Inſtit. de nupt. §. ſi aduerſus.de hære. cum ſecundum in princi.lib. 6. & hic. Quo ad primum, de conſanguineis & affinibus. de hoc de donat. inter virum & vxor. & ſi neceſſe. Quo ad ſecundum, de profeſsis. 27. diſtinctione, capitulo 3.& capit. ſequenti.27. quæſtione 1.per totum. 26. quæſtione 2. ſi quis non dicam. Quo ad tertium, de conſtitutis in ſacris.28. diſt. presbyterum. 15. quæſt. vlt. cum multæ. de clerici. coniug. cap. 1. & c. ſane 2. qui cler. vel vo. c.1 & 2. cum ſimilibus.

ditis faciant nuntiari, donec ſuum humiliter recognoſcentes errorē ſeparentur [a] † ab inuicē, & abſolutionis obtinere [b] beneficiū mereantur. Per prædicta quoq; iurib⁹ [c], quę ſic cō trahentibus alias pœnas imponūt, in nullo volum⁹ derogari.

# FINIS LIBRI QVARTI.

# LIBER QVINTVS.

DE MAGISTRIS: ET NE ALIquid exigatur pro, &c.

Cõtinuatio domini Heliæ.

*¶ Continua ſic rubricã. Viſum eſt ſupra de eccleſiis & rebus ipſarũ: verũ quia eccleſia ad ſui regimen indiget magiſtris: ideo annectit rubricam de magiſtris, &c.*

# LIBER QVINTVS

## TITVLVS I.

## De magiſtris: & ne aliquid exigatur pro licentia docendi.

¶ Clemens quintus in concilio Viennenſi.

*¶ In ſtudiis Romanæ curiæ, Pariſien. Oxonien. Bononien. & Salamantino debent eſſe magiſtri catholici ſcholas regentes in linguis Hebraica, Arabica, & Chaldæa, duo ſcilicet pro qualibet lingua. Et ſtatuitur per quos eis debeat de ſtipendiis & ſumptibus prouideri.*

CAP. I.

Nter[a] † ſollicitudines[b] noſtris humeris incũbentes perpeti[c] cura reuoluimus, vt errantes in viam veritatis inducere[d], ipſoſque lucrifacere Deo ſua nobis cooperante[e] gratia, valeamus: hoc eſt quod profecto deſideranter exquirimus, [f] ad id noſtrę mentis ſedulo deſtinamus affectum, ac circa illud diligenti ſtudio, & ſtudioſa diligẽtia vigilamus. ¶ Nõ ambigimus autem, quin ad huiuſmodi noſtrum deſiderium aſſequendum † diuinorum eloquiorum ſit expoſitio congrua, ipſorumque fidelis prædicatio admodum[g] opportuna. Sed nec ignoramus, quin & hæc promi[h] noſcantur inaniter[i], vacuaque redire, ſi auribus linguam loquentis ignorantium proferantur[k]: Ideoq; illius cuius vicem in terris (licet immeriti) gerimus, imitantes exemplum, qui ituros per vniuerſum mundum ad Euangelizandum Apoſtolos, in omni linguarum genere fore voluit[l] eruditos, viris catholicis notitiam linguarum habentibus, quibus vtuntur infideles præcipue, abundare ſanctam affectamus eccleſiam, qui[m] infideles ipſos ſciant, & valeant ſacris inſtitutis inſtruere, chriſticolarumque collegio per doctrinam Chriſtianæ fidei, ac ſuſceptionem ſacri baptiſmatis aggregare. ¶ Vt igitur peritia linguarum huiuſmodi poſſit habiliter per inſtructionis efficaciam obtineri[n]: Hoc ſacro approbante cõcilio ſcholas in ſubſcriptarum linguarum generibus vbicunque Romanã[o] curiam reſidere[p] contigerit †, necnõ in Pariſieñ. & Oxonieñ. Bononieñ.[q] & Salamãtino ſtudiis prouidimus erigendas: Statuentes, vt † in quolibet locorum ipſorum teneantur viri catholici ſufficientem[r] habentes Hebraicæ[s] †, Arabicæ, & Chaldææ linguarum notitiã: duo videlicet vniuſcuiuſque linguæ periti, qui ſcholas regant inibi, & libros de linguis ipſis in Latinum fideliter transferentes, alios linguas ipſas ſollicite doceãt, earumque peritiam ſtu-

Nter.] Iſtud cap. dicit, quod in ciuitate Romana, in ciuitate Pariſieñ. Oxonienſi, Bononienſi, & Salamãtina: vbi eſt vniuerſitas generalis, debent eſſe duo magiſtri, qui ſciant loqui idiomata de quibus in textu, & quòd valeãt docere & erudire infideles, & errantes ibi exiſtentes, qui diuerſarum linguarum exiſtunt: & iſti magiſtri in vniuerſitate Pariſienſi debent inſtitui per regem Franciæ: In Oxonienſi debent inſtitui per regem Angliæ: & ſic de aliis: vt in littera. hoc dicit. H.R. Nota quòd in hac cle. primo ponit exordium: in quo facit duo. Primo ponit intentionem ſuam generalem: Secundo ſpecialem: ibi, *Non ambigimus*. Et dic, non ambigimus, id eſt dubitãmus. de ambigo, gis, quod idem eſt quod dubito, dubitas. ſecunda: ibi, *Vt igitur*. vide glo. Nota quòd Papa debet eſſe ſollicitus vt errantes reducat ad viam veritatis. de hoc in gloſ. 2. 3. & 4. Nota quòd commendatur vigilia cum ſtudioſa diligentiã. Zabarel.

† Vide Ludouicũ Gomeziũ in regula cancellariæ de idiomate vbi plene de materia linguarum.

† Aliàs, exequendam.

*¶ Prima gloſſa ſummat, & diuidit.*

a ¶ *Inter*.] In ſtudiis Romanæ curiæ, Pariſieñ. Oxonieñ. Bononieñ. & Salamantinò debent eſſe magiſtri catholici ſcholas regentes in linguis Hebraica, & Arabica, & Chaldæa, duo ſcilicet pro qualibet lingua. Et ſtatuitur per quos eis debeat de ſtipendiis & ſumptibus prouideri. Et ponitur primo exordium, in quo duo facit, primo ponit intentionem ſuam generalem, Secundo ſpecialem: ibi, *Non ambigimus*. In ſecunda: ibi, *Vt igitur*. ponitur conſtitutio primo prouidens circa loca magiſtrorum, ſecundo circa expenſas: ibi, *Quibus*.

b ¶ *Sollicitudines*.] concor. de purga. cano. inter. vbi ponitur alia ſcilicet de vulpeculis capiendis.

c ¶ *Perpeti*.] quaſi perpetua, continua, vel aſsidua, & eſt infinitiuum huius verbi perpetior: & ponitur pro diu tolerare, vel valde pati.

d ¶ *Inducere*.] 45. diſt. tria ſunt. de ſpon. inter opera.

*¶ Gloſſa ſequens exponit, & de gratia duas opin. ponit: quibus inducit duo ſimilia.*

e ¶ *Cooperante gratia*.] per quam cognoſcitur quid agendum ſit, & quid vitandum, & adiuuamur ad faciendum. de conſe. diſtin. 4. gratia. & tribus vltimis capitulis. Eſt autem gratia operans[1], & cooperans: prima præparat hominis voluntatem vt velit bonum: Secunda adiuuat ne fruſtra velit. videtur tamen quibuſdam quòd eadem ſit gratia, idem donum, vel eadem virtus operans & cooperans: ſed propter diuerſos affectus diſtinguuntur in verbo. Gratia enim quæ parat hominis voluntatem ad bonum, cum non ſit otioſa, vt augeatur & aucta perficiatur, coadiuuat ne fruſtra velit, ſed perducat ad opus: quodcunque recipias coaptabitur hæc littera. Huic altercationi Theologorum eſt ſimilis altercatio Canoniſtarum. an ſit vna fides cõiugij, an ſint duæ, de qua 27. q. 2. coniuges. Item alteratio Legiſtarum, an ſint duæ poſſeſſiones differentes ſpecie, an vna tantum diuerſificata per accidentia. de qua ſatis patet per Dynum de regu. iur. in tertia regul. lib. 6. Et an ſit vnicum intereſſe, an triplex: de quo etiam ſatis per eum. eo. tit. mora. Ioan. And.

1 De hac gratiæ diuiſione vide oĩo B. Tho. 1.2. quæſt. 3. 4. 2.

f ¶ *Ad id*.] ſcilicet ad inducendum errantes ad veritatis viam.

g ¶ *Admodum*.] pro valde. concord. vide ſupra ead. compil. de iureiuran. Romani. verſi. nos itaque.

h ¶ *Promi*.] id eſt proferri vel promulgari. & habetur hoc verbum, de iud. nouit. ver. quicunque. 23. qu[illegible] non poteſt. in f[illegible]r enim prom[illegible] proferre, manif[illegible]e, aperire, ore dicere.

P[illegible]mo qd ſignificat.

i ¶ *Inaniter*.] quaſi in vanum vel inutiliter.

k ¶ *Proferantur*.] ſimile de offi. ordin. quoniam.

† Aliàs, continget.

l ¶ *Voluit*.] Actuum 2. in prin. & de varietate linguarum. 16. diſtin. ſeptuaginta. in fine.

m ¶ *Qui*.] viri catholici.

† Aliàs ita: vt in locorũ ipſorum ſtudiis, &c.

n ¶ *Obtineri*.] ſimile eod. tit. c. finali.

o ¶ *Romanã curiam*.] quæ habet ſtudium generale, & priuilegia ſtudij. de priuileg. cap. 2. lib. 6.

† In aliquot antiquiorib⁹ codicib⁹ ita: Hebraicæ, Græcæ, Arabicæ, & Chaldææ, &c. vid. gloſſam hic in verbo, Hebraicæ.

p ¶ *Reſidere*.] quod dic vt ſupra ead. compil. de elect. ne Romani. §. ſane.

*¶ Gloſſa ſequens ponit etymologiam tractans de ordine litteræ, & de tempore huius ſtudij.*

q ¶ *Bononien*.] dicitur Bononia, quaſi ſuper omnia bona, vel bonorum notitia nimis amabilis. non puto quòd ordo iſte procedat ex ordine ſtudiorum, ſed ex gratificatione prouinciarum. & hoc quia dicebat Romanam curiam præmitti, quæ vltimo ſtudium habuit à tempore Innocen. iiij. vt prædict. decre. 2. de priuileg. libro ſexto. Quicquid ſit, hoc conſtat quòd Bonoñ. habuit priuilegia ſtudij à Theodoſio: de minore tamen intelligo, qui regnare cœpit (prout ex Chronicis quas veriores puto, percipio) anno Domini ccccxxv. & regnauit annis xxvij. quo tamen anno ſui imperij hæc conceſſerit, non percipio. currentibus autem ccccliij. ſucceſſit Martianus

r ¶ *Sufficientem*.] non dicit eminentem. concord. de electio. cum nobis olim. de præb. c. penult.

ſ ¶ *Hebraicæ*.] in originali habuimus Hebraicæ, Græcæ, Arabicæ, &c. & illud, Græcæ, in ipſo originali erat cancellatũ: & forte propter litteram, quæ eſt ſupra, quibus vtuntur infideles, &c. cancellata fuit cum Græci fideles ſint, & olim ſub obedientia Eccleſiæ. de baptiſ. licet. & facit quod not, de ſum. trin. cap. 1. lib. 6. tamen hodie ſchiſmatici ſunt, nec recognoſcunt caput Romanæ eccleſiæ: & forte eſſet expedientior ſuæ linguæ doctrina quàm aliarum. Iudæi autem habent litteram Hebraicam: ſed linguam ſpecialem in

vulgari non habent: habemus enim ꝙ euanuit ipſorũ lingua vulgaris. Arabica littera eſt Sarracenorum. Chaldæa Chaldæorum. de qua 37. diſt. §. hinc etiam. & c. turbat. & c. de quibuſdam. & tamen fertur ꝙ hæc littera hodie non habeatur.

a ¶ *Per ſedem Apoſtolicam.*] in ſtipendiis cõpetentibus & ſumptibus volumus prouideri, quod ſequitur.

b ¶ *Vualiæ.*] ſcribitur per duplex u, vt dixi de temp. ord.. cap. 2.

c ¶ *Rectores.*] alios beneficiatos non videtur excludere.

d ¶ *Volumus.*] hæc voluntas in ſuis manet terminis: quia non fuit de executore prouiſum.

† Aliàs, regentibus.

e ¶ *Facultatum.*] de cenſi. ſopitæ. cum ſuis concor. & ĩ. c. proximo.

f ¶ *Ad alia.*] concor. ȝ. ead. compil. de ſtatu monac. cap. 2. de relig. domi. cap. 2.

CVm ſit.] ¶ Quia nulli doctoratum ſiue magiſterium aſſumentes, conſiderantes ꝙ non erant perfecti in ſcientia, faciebant magnum feſtum in aſſumptione ipſius gradus, vnde multotiens redibant ad ſuas partes vacui, & nihil poſsidẽtes, & etiam multis creditoribus obnoxij, id eſt obligati; propter quod oriebatur magnũ ſcandalum: ideo Papa Clemens in concilio Viennenſi ſtatuit, ꝙ nullo modo tales recipiantur ab iis qui ſibi dant auctoritatem magiſterij, niſi primo iurauerint nõ expẽdere vltra ſummam ducentorum quinquaginta aureorum.

¶ *Prima gloſſa ſummat & diuidit.*

g ¶ *Cum ſit.*] Is ad quẽ ſpectat magiſterium, vel doctoratum tribuere, prius à doctorando recipiat iuramentum, quod in ſolẽnitate ſua non expẽdet vltra ſummam trium millium Turoneñ. argenteorum: qđ ſi non fecerit, etiam ſi ſit epiſcopus, per ſex mẽſes à collatione magiſterij eſt ſuſpenſus, partes patent. In prima exordium ponens conſtitutionis cauſam. In ſecunda conſtitutionem: ibi, *Volentes*. In tertia punitionẽ tranſgreſſorum: ibi, *Si quis*.

† Not. primo principiũ, ꝙ nimis abſurdũ eſt vt qs cũ vanitate vel imperitia aſcendat ad honorem peritiæ litterarũ: pro hoc, ꝗa aſcenſus debet eſſe ꝑ gradum virtutum non vitiorum. de pœnit. diſt. 2. dũ ſanctã. in fine. Not. ſecundo, ꝙ prohibetur exceſſus expenſarum, de hoc in gl. in ver. excedũt. Zabarella.

h ¶ *Scholaſticos.*] idem verbum. 38. diſt. ſedulo, in princ. de hæret. cum ex iniuncto. §. licet. de reſti. ſpol. frequens. lib. 6.

¶ *Gloſſa ſequens ponit differentiam, quam improbat, & diuinationem ſubdit.*

i ¶ *Doctoratus vel magiſterij.*] ſic 37. diſt. de quibuſdam. Et dicunt quidam, quòd doctores in iure canonico vel ciuili: magiſtri dicuntur in theologia vel artibus; & qui doceant ſeptem liberales artes, ſatis per Hoſtien. in ſumma huius titu. §. 4. facit ad primum, procœmium lib. 6 circa medium. ad ſecundum eod. titu. cap. penult. & vlt. & hoc recipitur apud Italicos. Sed vltramontani communiter vocant magiſtros. Nec debet alicui hæc denominatio fore moleſta, cum Chriſtus ſic à diſcipulis vocaretur. Ioan. 3. quod ipſe acceptabat Ioan. 12. dicens, Vos vocatis me magiſter & Domine, & bene dicitis: ſum etenim. Et dicitur magiſter quaſi maior in ſtatione: ſicut miniſter quaſi minor. ibidem infra titu. 2. cap. 1. §. ſane. dicitur etiam à monendo vel à monſtrando. & de his per Hoſtien. in ſumma. eod. tit. §. 1.

Magiſter vnde dicitur.

diosa in illos inſtructione tranſfundant: vt inſtructi & edocti ſufficiẽter in linguis huiuſmodi, fructum ſperatum poſſint (Deo auctore) producere, fidẽ propagaturi ſalubriter in ipſos populos infideles. ¶ Quibus equidem in Romana curia legentibus † per ſedem Apoſtolicã [a], in ſtudiis vero Pariſieñ. per regẽ Franciæ, in Oxonieñ. Angliæ, Scotiæ, Hyberniæ, ac Vualiæ [b], in Bononieñ. per Italiæ, in Salamantino per Hiſpaniæ prælatos, monaſteria, capitula, conuentus, collegia exempta & non exempta, & eccleſiarum rectores [c] in ſtipẽdiis competentibus, & ſumptibus volumus [d] prouideri: contributionis onere ſingulis iuxta facultatum [e] exigentiam imponendo: Priuilegiis & exemptionibus quibuſcunque contrariis nequaquam obſtantibus: quibus tamen nolumus quoad [f] alia præiudicium generari.

¶ Idem.

*¶ Is ad quem ſpectat magiſterium vel doctoratum tribuere, prius à doctorando recipiat iuramentum, quod in ſolemnitate ſua non expendet vltra ſummam trium millium Turonen. argenteorum: Quod ſi non fecerit, etiam ſi ſit epiſcopus per ſex menſes à collatione magiſterij eſt ſuſpenſus. hoc dicit. Ioan. And.*

CAP. II.

CVm † ſit [g] nimis abſurdũ, vt quis cũ vanitate & imperitia ad honorem aſcendat peritiæ litterarum, nõ ſine turbatione miramur illum apud ſcholaſticos [h] inualuiſſe abuſum, quòd plerique eorum, qui in quauis ſcientia ad doctoratus [i] vel magiſterij aſſumuntur honorem [k], cum ſua ſolemniter principia [l] faciunt, aut ſui recipiunt inſignia [m] doctoratus, circa cibos, veſtes, & alia ſic in expẽſis excedunt [n], quòd & ipſi tranſeunte expenſarum huiuſmodi vanitate vacui [o] plerunque remaneant & grauati [p]: Et cæteri, qui vel nolunt, vel nequeunt ſimiles expenſas ſubire, hac occaſione frequenter à receptione honoris huiuſmodi retrahuntur. ¶ Volentes igitur de opportuno ſuper his remedio ꝓuidere, illis ad quos vbilibet pertinet honorem tribuere memoratum, diſtricte præcipimus, vt quoſcunque ab eis decætero dictum recipientes honorẽ, iuramento [q] prius aſtringant, ne vltra tria millia Turoneñ. argenteorum [r] † in ſolemnitate, circa huiuſmodi doctoratum [s] aut magiſterium quomodolibet adhibenda, expendant: Ipſos † nihilominus (niſi forſan notabilis † conditionis extiterint) vt infra ſummam prædictam huiuſmodi moderentur expenſæ, efficaciter exhortantes: ac ſi hoc illorum congruere ſtatui viderint, iuramentum exiſtentes ab eis, quòd certos infra ſummam præfatam taxandos [t] ab ipſis expenſarum terminos non excedant. ¶ Si quis autem pontificali [v] etiam † dignitate præfulgens, non recepto prius iuramento præfato, honorem cuiquam tribuerit ſupradictum: à collatione magiſterij ſeu doctoratus cuiuſlibet [x] per ſex menſes ſequentes [y] eoipſo no-

k ¶ *Honorem.*] hunc honorem ſine peccato quis poſtulat in quacunque ſcientia ſi eſt dignus. 8. 1. in ſcripturis. ver. ecce ego. eod. tit. quanto. Ratio quia per hoc petit opportunitatem communicandi quod habet, & quod laudabile eſt, & ad charitatem pertinens. In indigno vero eſt peccatum præſumptionis. de hoc per Archidiac. 48. diſtin. cap. 1.

Doctoratus & magiſteriũ ſine peccato poſtulari poſſunt.

l ¶ *Principia.*] ita loquuntur quidam in ſtudiis quibuſdam vltramontanis.

m ¶ *Inſignia doctoratus.*] ita loquimur nos. & iſta inſignia ſunt cathedra, birretum: apud aliquos liber, annulus, oſculum.

n ¶ *Excedunt.*] ſicut quandoque imperfectũ ſcientiæ ſupplet perfectio charitatis. de renuncia. niſi. §. pro defectu. ſic quandoque in talibus imperfectum ſcientiæ ſupplet perfectio expenſarum.

Scientiæ imperfectũ expẽſarũ perfectione qñq; ſuppletur.

o ¶ *Vacui.*] prius habitis & conſumptis.

p ¶ *Grauati.*] onere debitorum. Ioan. And.

q ¶ *Iuramento.*] ſimile de Iudæ. ſignificauit. ſupra ead. compil. de relig. domi. quia. verſic. illi etiam. & infra tit. 1. cap. 1. §. porro. De multis iuramentorum formis expreſsis in iure, vide in Spec. de iureiurã. §. 1. ver. illud. ad quas addas iſtas.

Iuramentorum formæ multæ ſunt.

† Aliàs, argenti.

† Aliàs, ipſoſque.

† Aliàs, nobilis.

r ¶ *Argenteorũ.*] aſcẽdunt 1 ad monetam Bonoñ. quingentas libras Bononenorum paruorum: ponendo Turoñ. pro duobus Venetis vel 40. Bonoñ. paruis, vt valere conſueuerant.

1 Vide Couarruuiam tract. de veterum numiſmatum collatione, c. 5. §. 2.

ſ ¶ *Doctoratum.*] expẽſas priuati examinis nõ videtur includere.

t ¶ *Taxandos.*] ſimile ȝ. de vſur. quamquam. ver. cæterum. lib. 6.

† Dictio ẽt, deeſt in antiquorib' exẽplaribus & impreſſis.

v ¶ *Pontificali.*] Aliàs non includeretur. de ſentent. excommunica. quia periculoſum. de elect. ſi compromiſſarius. §. huiuſmodi. libro ſexto.

x ¶ *Cuiuſlibet.*] non illius ſcientiæ tantum, cuius doctoratum contulit non recepto iuramento. Et eſt ſimile de tempo. ordin. vel non eſt.

¶ *Gloſſa ſequens quærit, ſoluit, & remittit. Iterum quærit & remittit.*

y ¶ *Sequentes.*] immediate. ſi autem pẽdente primo ſemeſtri iterum violet hanc conſtitutionem, an ſtatim currat ſecundum ſemeſtre, an tunc cum finitum fuerit primum, dubitatur & cõiter tenetur ꝙ non ſit duplicatio totius: ſed ſtatim poſt ſecundam tranſgreſſionem, inchoat ſecundũ ſemeſtre ꝑ leges. ff. ad leg. Aquil. ita vulneratus. & ad Turp. l. in ſenatus. in fi. ad Carbo. l. Carbonianum. §. fin. & l. ſeq. & facit ĩ. de priuileg. cap. 1. ver. ſi qui vero, de hoc ſatis ſcripſi de elect. cum in cunctis. in fi. Sed nunquid ſuſpenſione pendente valet collatio doctoratus facta per ſuſpenſum? cõſtat quòd iſte non eſt caſus quo imprimatur character: Item nec datur hoc officiũ ex impreſſo charactere, ſed ex poteſtate officij: & eſt quædam auctorizatio & declaratio, quæ declarat illum dignum ad officium doctrinæ, & dat auctoritatẽ vt doceat: puto igitur quòd ſi ſuſpenſio erat occulta, hanc auctoritatis dationem non ſit ne-

ceſſe

ceſſe iterari: ſecus ſi eſſet publica. facit de re iudic. ad probandum. quod ibi not. & vide quod dixi de hæret. ſi aduerſus. & quod not. in Spec. de inſtru. edi. §. reſtat. ver. quid ſi tabellio.

¶ *Gloſſa ſequens primo ſoluit dubium. Secundo mouet aliud dubium & ſoluit. tertio quærit & ſoluit.*

uerit ſe ſuſpenſum [a].

# TITVLVS II.

## De Iudæis & Sarracenis.

¶ Clemens quintus in concilio Viennenſi.

¶ *Principes Chriſtiani compeſcere debent Sarracenos ſibi ſubiectos ab inuocatione publica nominis Machometi, & à peregrinatione, quam facere ſolent ad ſepulchrum ipſius. hoc dicit. Ioannes Andreas.*

### CAP. VNICVM.

Cedit quidem [b] in offenſam [c] diuini nominis, & opprobrium fidei Chriſtianæ, quòd in quibuſdam mundi partibus principibus Chriſtianis ſubiectis, in quibus interdum ſeorſum [d], interdum vero permiſtim [e] cum Chriſtianis habitant Sarraceni [f], ſacerdotes eorum Zabazala [g] vulgariter nuncupati, in templis ſeu Meſquitis [h] ſuis, ad quæ iidem Sarraceni conueniunt [i], vt ibidem adorẽt perfidum Machometum [k], diebus ſingulis, certis horis in loco aliquo eminẽti eiuſdem Machometi nomẽ, Chriſtianis & Sarracenis audientibus, alta voce inuocant & extollunt, ac ibidem verba quædam in illius honorem publice profitentur. Ad locum [l] inſuper vbi olim quidam ſepultus extitit Sarracenus [m], quem vt ſanctum Sarraceni alij [n] venerantur & colunt, ma-

a ¶ *Suſpenſum.* ] violans hanc ſuſpẽſionem, irregularis non eſt. de ſent. excom. is qui. lib. 6. & dixi de exceſ. præla. cap. fin. declarari debuiſſet ad quem tunc ſpectaret collatio: ſicut factum fuit s. ead. compil. de ſtatu mon. cap. 1. ver. abbate. Et ſciendũ, ꝙ aliqui conferunt auctoritate Apoſtolica: vt archidiaconus Bononienſis aliqui de conſuetudine, aliqui de iure communi, ſecũdum Hoſt. qui not. in ſumma eo. tit. §. penult. in prin. ꝙ vbi nõ aliud apparet, eps cum capitulo hoc faciet. alleg. eo. tit. quia. ver. verum. parum facit & maxime ponderata decre. 2. eod. tit. & ipſius ſuperſcriptione: puto ꝙ in ſtudio iſto, cum ex priuilegio Apoſtolico dato ab Honorio iij. archidiaconus hoc faciat, deuolueretur ad Papam. de conceſ. præben. quia diuerſitatem. ſed quia per aliud priuilegium Apoſtolicum mortuo vel abſente archidiacono epiſcopus & capitulum exercent officium, ipſi ſuccederent. & idem eſſet vbi archidiaconus vel alius conferret de conſuetudine vel de iure: quia ſuperior ſuppleret. eod. tit. c. 2. 1. reſponſo. Quid de officiali archidiaconi? Dico quòd ipſe ſuſpenſus eſt, non archidiaconus, niſi ratum habuiſſet. de electio. ſi compromiſſarius. §. porro. lib. 6.

Doctorat⁹ & alij gradus à qbus conferri poſſunt.

### DE IVDAEIS ET SARRACENIS.

Cedit.] ¶ Iſta clementina iubet principibus, vt ipſi compeſcant Sarracenos ſibi ſubditos ab inuocatione Machometi: Et prohibet ipſis principibus ne patiantur eos ire ad ſepulchrum ipſius. Figura ſic caſum: Sunt aliqui principes Chriſtiani in pluribus mundi partibus, qui propter eorum auaritiam, vt accipiant tributum à Iudæis & Sarracenis, in ſuis partibus tolerant & patiũtur eſſe & morari: aliquotiens patiuntur eos eſſe ſeorſum, id eſt diuiſos à Chriſtianis: aliquotiens patiuntur & tolerant eſſe miſtos cum Chriſtianis in eadem ciuitate, in eodem vico: qui quidem Sarraceni conueniunt in vnum, ideſt ſimul in Meſquitis, id eſt templis eorum: & ibi faciunt inuocationem Machometi. Item quid vltra faciunt? Certe ſciatis quod ipſi faciunt talia: Eſt vnus qui aliàs fuit ſepultus in quodam ſepulchro, & iſtum tamquam ſanctum in lege eorum habent, & annis ſingulis & diebus vadunt ad peregrinationem ad illud ſepulchrum: quare graue ſcandalum in cordibus fidelium generatur. Quare quæro à vobis ſancte pater, an tales principes benefaciant? Et reſpondet ꝙ non: quia illud quod Deo diſplicet, non eſt tolerandum: quare inhibemus & prohibemus vniuerſis & ſingulis principibus catholicis, ſub quorum dominio iſti Sarraceni morantur, quòd de terris ſuis omnimodo dictos Iudæos & Sarracenos auferant, depellant, & procurent auferri à ſubditis ſuis. Et inhibemus & prohibemus expreſſe, ne pfata inuocatio Machometi ſeu profeſſio ſui nominis publice valeat ab aliquo Sarracenorum ſubditorum inuocari: quòd ſi qui contrarium fecerint, caſtigentur, id eſt, puniantur ob diuinam reuerentiam, vt alij perterriti exemplo, taliã facere non præſumant. videatis textum. Not. ꝙ aliqui puniuntur vt cæteri capiant exemplum. ſimile in clemen. vt clericorum, s. de offi. ord. Nota quòd cauenda eſt Dei offenſa, & per ſuperiorem non eſt diſſimulanda: vt dicit gloſ. 2. Nota de modo quo Sarraceni conueniunt ad ſuas Meſquitas. de hoc in gloſ. audiui. Zabarella.

¶ *Prima gloſſa ſummat, & diuidit.*

b ¶ *Cedit quidem.*] Principes Chriſtiani compeſcere debent Sarracenos ſibi ſubiectos ab inuocatione publica Machometi, & à peregrinatione, quam facere ſolent ad ſepulchrum ipſius. Et prima pars ponit duplicem Sarracenorum exceſſum, quem ſecunda corrigi præcipit: ibi, *Cum autem.*

c ¶ *Offenſam.*] quæ diſsimulanda non eſt. eodem titulo, in nonnullis.

d ¶ *Seorſum.*] puta quia totam vnam terram, villam, vel populationem tenent ſub principe Chriſtiano: vel habent vnam extremitatem terræ vel parochiæ.

e ¶ *Permiſtim.*] quia in qualibet parte ciuitatis cohabitant Chriſtiani: quodlibet iſtorum fertur eſſe in Aragonia, & diuerſis terris Hiſpaniæ.

f ¶ *Sarraceni.*] qui debent à Chriſtianis publice diſtingui per habitum. eod. titu. in nonnullis.

Sarraceni duo genera ſacerdotum habent.

¶ *Glo. ſeq. de ſacerdotibus Sarracenorũ ponit duas ſpecies. Item ponit de ipſorum miniſteriis, & eorum officiis. Item de horis ipſorum.*

g ¶ *Zabazala.*] habui à reuerendo viro antiquo dño Ioanne theſaurario regis Franciæ, qui fuit captiuus eorum p quadriennium, ꝙ erratum eſt in vocabulo: quia duo habent genera ſacerdotum. Primi in ſingulari vocantur Foqui: in plurali vocantur Foca: & iſti ſunt vxorati: & manent in Meſquitis. Secundi vocantur Alhages: & iſti communiter non ſunt vxorati, & relinquunt mundum, & ſic diuerſi ſunt à primis in habitu & aliis: ſicut apud nos religioſi à ſecularibus clericis: & iſti ſemel accedunt ad ſepulchrum Machometi: & quælibet meſquita habet vnum ſacerdotem de primis, & vnum miniſtrum, qui vocatur Muetdem, quod ſonat præco, qui ſupplet defectum campanarum, quas licet Sarraceni multum commendẽt: quia tamen Chriſtiani in eis habendis præuenerunt, nolunt eis vti. Illius præconis officium eſt: quia horis de quibus infra dicetur, aſcendit turrim Meſquitæ quadratam, in qualibet parte ſui feneſtram magnam habentem: & ad illarum quamlibet clamat alta voce obturatis auribus cum digitis, vt vox fortius reſonet in ſua lingua verba hæc ſonantia: nil aliud poſſe, niſi Deus & Machometus eius nuntius: venite ad orationem faciendam in releuationem peccatorum veſtrorum: & poſtea ſubmittit: Legalip ille Halla: quod eſt dicere, non eſt alius victor, niſi ſolus Deus: & hæc verba omnes milites Sarraceni portant in ſcutis ſuis: & adhuc ſubmittit: Deus eſt omnipotens. *Horæ autem quibus hoc facit* (de quibus infra ſequitur) ſunt quinque. Prima eſt in aurora quam vocant Zalarazobh, quod eſt dicere oratio matutinalis. Et forte hæc fuit cauſa erroris huius verbi ſecundum eum male recepti, cum ab illo præcone profertur. Secunda hora eſt in tertiis. Tertia, in veſperis. Quarta, in completorio, quæ reſonat in cœnam. Quinta, in crepuſculo noctis, quæ ſua lingua reſonat in tenebris: & qualibet iſtarum horarum Sarraceni faciũt certas genuflexiones: ſicut de ſero nos facimus ad laudem Virginis.

Sarraceni campanis nõ vtuntur.

Sarraceni quinque horas obſeruant.

h ¶ *Meſquitis.*] quod nos vocamus baſilicas vel eccleſias: ipſi vocant Meſquitas, Iudæi ſynagogas eodem titulo, Iudæi. & cap. conſuluit.

Baſilicę, Meſquitæ, ſynagogæ differunt.

i ¶ *Conueniunt.*] audiui ꝙ fœminæ non conueniunt ibi cum maribus: & quãdo intrant, hoc faciunt nudis & lotis pedibus, & cum certa deuotione.

k ¶ *Machometum.*] in hiſtoria eccleſiaſtica legitur Machometum 1 nutritum fuiſſe à quodam clerico nobili Romano: qui cum tempore Bonifacij Papæ quarti quædam petita impetrare non potuiſſet: apoſtatauit à fide, & nutriuit illum cum quadam columba alba, quæ recipiebat grana de aure eius: & ſic erudita per hoc quòd quando volebat Machometus, illa ponebat in publico os ad aurem; & ſic dicebat quod ſpiritus ſanctus alloquebatur & inſtruebat illum: iſte poſtmodum dedit legem Sarracenis, vt hæc in hiſtoriis eccleſiaſticis plenius reperiri poſſunt.

1 De Machometi initiis incremento & nefaria ac impia ſecta conſule bonorũ auctorum hiſtorias.

l ¶ *Ad locum.*] qui dicitur Mœcha.

m ¶ *Sarracenus.*] communiter habemus ꝙ fuerit Machometus de quo præmittit.

Machomet⁹ legem Sarracenis dedit.

n ¶ *Alij.*] qui non cohabitant Chriſtianis.

a ¶ *Principibus.*] ad quos ſpectat coercere tales: cum enim non ſint creaturæ eccleſiæ, illos eccleſia non coercet, de diuor. graude mus. Ioan. And.

b ¶ *Perterriti.*] ꝟ. ead. compil. de offi. ord. c. 1. cum concor.

gna Sarracenorum earundem partium, & etiam aliarum confluit publice multitudo: ex quibus noſtræ fidei non modicum detrahitur, & graue in cordibus fidelium ſcandalum generatur. ¶ Cum autem hæc in † diuinæ maieſtatis diſplicentia non ſint vllatenus toleranda, ſacro approbante concilio, ipſa in terris Chriſtianorum diſtrictius fieri deinceps inhibemus vniuerſis & ſingulis principibus [a] catholicis, ſub quorum dominio dicti Sarraceni morãtur, & fiunt prædicta ſub obteſtatione diuini iudicij obnoxius † iniungentes: quatenus ipſi tamquam veri catholici & Chriſtianæ fidei ſeduli zelatores, opprobriũ, quod tam ipſis quàm cæteris Chriſticolis per præmiſſa ingeritur, debita conſideratione penſantes: ipſum (vt proinde æternæ beatitudinis præmium aſſequantur) de terris ſuis omnino auferant, & à ſuis ſubditis auferri procurent: inhibẽdo expreſſe, ne præfata inuocatio ſeu profeſſio nominis ipſius ſacrilegi Machometi publice, aut peregrinatio prælibata ab aliquo in eorum exiſtente dñio audeat attentari decætero, vel quomodolibet ſuſtineri. Hi vero qui ſecus præſumpſerint, taliter ob diuinam reuerentiam caſtigentur ab ipſis, quòd alij eorum exemplo perterriti [b] à præſumptione ſimili arceantur.

† Dictio, in, deeſt in antiquioribus codicibus etiã impreſſis.

† In antiquoribus etiam impreſſis cõſtanter legitur, obnixi⁹.

# TITVLVS III.

## De hæreticis.

¶ Clemens v. in concilio Viennenſi.

¶ *Præmittit conſtitutionis cauſam. Ioannes Andr.*

CAP. I.

Multorum [c] † querela ſedis Apoſtolicæ pulſauit [d] auditum, quòd nonnulli inquiſitores per ſedem eandem contra prauitatem hæreticam deputati metas [e] ſibi traditas excedentes [f], ſic interdum extendunt † ſuæ poteſtatis officium, vt quod in augmentũ fidei per circumſpectam eiuſdem ſedis vigilantiam ſalubriter eſt prouiſum (dum ſub pietatis [g] ſpecie grauantur innoxij [h]) cedat in fidelium detrimentum [i].

† Aliàs, excedunt.

¶ *Ponit conſtitutionem de officio inquiſitionis exercẽdo per diœceſanos & inquiſitores: primo ponens quinque, quæ poteſt alter ſine altero. Secundo tria, quæ non poteſt, & decretum apponit ſubmittens, quomodo impeditus vel intereſſe nolens committit alij vel conſentit. Ioan. And.*

¶ Propter quod ad Dei gloriã & augmentum eiuſdem fidei, vt negotium inquiſitionis huiuſmodi eò proſperetur felicius, quò deinceps eiuſdem labis indago [k] ſolemnius, diligentius, & cautius peragetur: ipſum tam per diœceſanos Epiſcopos, quàm per inquiſitores à ſede Apoſtolica deputatos [l] (omni carnali amore [m], odio, vel timore, ac cuiuſlibet commodi temporalis affectione ſemotis) decernimus exerceri: Sic quod quilibet de prædictis ſine alio citare [n] poſſit, & arreſtare, ſiue capere [o], ac tutæ cuſtodiæ mancipare [p], ponendo [q] etiam in compedibus vel manicis [r] ferreis ſi ei viſum fuerit faciendum: ſuper quo ipſius conſcientiã oneramus [s], necnon inquirere [t] contra illos, de quibus pro huiuſmodi negotio, ſecundum Deum & iuſtitiam viderit expedire: Duro [u] tamen tradere carceri ſiue arcto, qui magis ad [x] pœnam, quàm ad cuſtodiam videatur, vel tormentis [y] exponere illos, aut ad ſententiam [z] procede-

Multorum.] ¶ Iſta clementina eſt longa, cape diuiſionem gloſſæ, & ꝑ ſequere tex. Et dicit, querela multorum pulſauit auditum ſedis Apoſtolicæ: ac ſi diceret Papa: fuerunt nonnulli, qui conquerebantur de tali re vel tali. Nota ꝙ querelæ multorum mouent principem. de hoc in glo. 2. & dicit Paulus eũ moueri, qñ querelantes mouentur bono zelo: vt hic, & de accuſa. qualiter. 2. aliàs ſecus. vt in c. cũ in iuuentute. de pur. cano. Nota ꝙ non debemus excedere metas noſtras. de hoc in gloſ. 3. & pro hoc fines mandati ſunt diligenter ſeruãdi. de reſcrip. cum dilecta. de offi. deleg. cum venerabili. Zabarel.

¶ *Prima gloſſa ſimul diuidit & ſummat.*

c ¶ *Multorum.*] Primo præmittit conſtitutionis cauſam. Secũdo: ibi: *Propter quod.* ponit cõſtitutionẽ de officio inquiſitionis exercendo per diœceſanos & inquiſitores. Primo ponẽs quinque, quæ poteſt alter ſine altero. Secundo tria, quæ non poteſt: & decretum apponit: ſubmittens quomodo impeditus, vel intereſſe nolens committit alij vel cõſentit. Tertio: ibi, *Sane.* ꝓuidet circa muros, vel carceres hæreticorum ipſorum, claues, cuſtodes, & cuſtodum miniſtros. Quarto: ibi, *Porro.* ponit iuſm cuſtodum, miniſtrorum ſuorum, notariorum, & aliorũ officialiũ. Quinto: ibi, *Verum.* punit epiſcopos, inquiſitores, & eorum ſubſtitutos, qui faciendo vel omittẽdo delinquunt in officio. Sexto: ibi, *Alia.* confirmat antiqua iura huic conſtitutioni non obuia. Ioan. And.

d ¶ *Pulſauit.*] talis pulſatio cõiter princeps mouet, vt hic: quandoq; etiam non mouet ex cauſa. de purg. cano. cum in iuuentute.

† De materia & intellectu vide doctores in c. vt commiſſi. & c. per hoc. de hæreti. lib. 6.

e ¶ *Metas.*] dicitur à metior metiris: & eſt finis vel terminus agri, vel cuiuſcunque rei. habemus meto, metis, quod ponitur pro collectione meſſium. de pœnit. & remiſ. cum ex eod. poſt princip. inde dixit quidam: *Dum tua rura metis, vicinis parcito metis.* Has vero metas non licet tranſgredi. de ſepul. c. 1. vbi de hoc.

Meta, quid eſt, vide l. cũ delanionis. ff. de fund. iſtr. vel iuſt. leg. & c. fi. de of. archid.

f ¶ *Excedentes.*] aliàs, extendentes.

g ¶ *Pietatis ſpecie.*] concor. 30. q. 1. noſſe. cum ſuis concor. eo. tit. excommunicamus. §. quia vero. de ſimo. ad Apoſtolicam. infra c. fi. verſi. nonnulla.

h ¶ *Innoxij.*] quod eſſe non debet. de ſent. excom. Romana. in fi. libro ſexto.

i ¶ *Detrimentum.*] quod eſſe non debet. de pœnis. in quibuſdam. de app. c. 3. & c. ſuggeſtum. de offi. ord. irrefragabili.

k ¶ *Indago.*] quaſi indagatio, inquiſitio, vel inueſtigatio, de iureiuran. quanto. poſt prin. de offi. deleg. c. 1. & vlt. lib. 6.

l ¶ *Deputatos.*] generaliter. ꝟ. eod. tit. per hoc. lib. 6. & vide quod ibi notatur in prima gloſſa.

m ¶ *Amore.*] quatuor modos 1 exprimit, quibus peruerti ſolet humanũ iudicium. 11. q. 3. quatuor. de re iud. cum æterni. libro 6. [Et iſti quatuor modi poſſunt his verſibus comprehendi.

*Quatuor iſta: metus, odium, dilectio, cenſus*
*Sæpe ſolent hominũ rectos peruertere ſenſus.*

1 Vide alios modos quibus peruerti[tur] humanũ iudicium per gloſſam & Turrecrematam in c. quatuor. & c. quicumque. 11. q. 3.

n ¶ *Citare.*] hoc eſt primum de quinque, de quibus dixi.

o ¶ *Capere*] ſecũdum quòd differt à ſequenti, ſæpe etenim capitur qui non incarceratur. de ſenten. excommu. ſi clericos. lib. 6. infra de exceſ. præla. frequens: in princip. & poſt principium.

p ¶ *Mancipare.*] tertium.

q ¶ *Ponendo.*] quartum.

r ¶ *Manicis.*] ſicut cõpedes ſunt catenæ vel vincula circa pedes: ita manicæ catenæ vel vincula circa manus. de vtroque Pſal. penult. 2 Ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. Ioan. And.

Manicæ & cõpedes ſũt vincula.

2 Pſal. 149. incip. Cãtate Domino cãticum nouum.

s ¶ *Oneramus.*] cõcor. ꝟ. ead. compil. de iure pat. c. 1. & ibi dedi concord. de hoc.

t ¶ *Inquirere.*] quintum.

u ¶ *Duro.*] poſuit quinque alteri ſoli permiſſa: nunc ponit tria prohibita: & ecce primum.

x ¶ *Ad pœnam.*] de pœnis quamuis. lib. 6. de verb. ſigni. nouimus. de apoſta. cap. penult.

¶ *Gloſſa ſequens de tormentis remittit, & dubium ſoluit.*

y ¶ *Tormentis.*] ſecundum. De tormentis teſtium actoris & rei notatur 15. quæſt. 6. in ſumma. facit 5. quæſt. 5. illi qui. de regu. iur. cum in contemplatione. Puto autem quòd ieiunia, quæ inquiſitores ad veritatem eruendam ſolent indicere, ſint tormenta: ita quòd alter hoc non poſſit ſine altero: per hanc litteram. Nam quæſtionis verbo, intelligimus tormenta corporis, dolores, & malam manſionem. ff. de iniu. item apud. §. quæſtionem. & §. quæſtionis. & ff. ad Syllania. l. 1. §. quæſtionem. item patet per etymologiam, qua dicitur tormentum, quaſi torquens mentem. Ioan. And.

Quæſtio qd cõprehẽdit.

Tormẽtum torquet mẽtem.

z ¶ *Ad ſententiam.*] tertium. Olim autem quãdo alter ſolus procedebat, ſolus ſententiabat. Si ambo procedebant licet diuiſim, communicabant ſibi proceſſus in fine, cum non reſtabat niſi ferre ſententiam. eod. tit. per hoc. lib. 6. & in extrauagan. Benedicti, ex

eo quod

eo.quod tamen adhuc hodie ſeruabitur: quod dicit decretalis per hoc vt ſi diſcordent in ſententia,conſulatur Papa.

¶ *Gloſſa ſequens quærit an ſolus abſoluat ſoluit quòd ſic.*

a ¶ *Contra eos.*] ſed nunquid pro eis [1] poſſet alter ſine altero definire? videtur ꝙ ſic: quia à iure veteri non recedimus, niſi inquantum inuenitur expreſſum. Sed ita eſt ꝙ olim & hodie alter ſolus poteſt inquirere, & de iure veteri, cū ſolus procedit ſolus pronuntiat: vt dixi in glo. proxima. quod hodie immutatū eſt ſi cōdemnat ꝑ hanc litterā: ergo ſi abſoluit, remanet ius antiquum. facit de elect. ſtatutum. lib. 6. & eſt ſimile quod notatur 12. diſt. præceptis. 3. q. 6. accuſatus.

[1] De materia gloſſæ & an rei poſſint abſolui ab inquiſitore ſine epiſcopo, & ecōtra vidē Zanchi. in tract. de hæret. c. 15. nu. 2. Felinū in c. 3. de ſent. & re iudi. Decium in l. nemo. ff. de reg. iur.

¶ *Gloſſa ſeq. ad duos caſus prorogat.*

b ¶ *Sede vacante.*] vel quaſi vacante: vt in caſu decretalis ſi epiſcopus. de ſuppl. negl. ꝑla. lib. 6. Item intelligo ſedem vacare quo ad hūc caſum iuriſdictionis capituli: etiam quādo prouiſum eſt, ſed prouiſus adminiſtrare nō poteſt: quia nondum habet litteras per conſtit. Bonifacij iniunctas. facit de tranſl. cap. 2.

¶ *Glo. ſeq. ad quæſtionem, an capitulum viſitet, arguit pro & contra. ponit opinionem Ioan. Mona. & contrariam: & declarationē expoſcit, & opiniones concordat.*

c ¶ *Capituli.*] hæc littera infra pluries repetita: & decretalis infra proxima faciūt ad quæſtionem, an capitulum ſede vacante [2] poſsit viſitare, & debeat procurari: de quo per Ioan. Mona. de ſuppl. negl. præl. eccleſiæ. & per Archid. eod. tit. ſi epiſcopus. & quòd poſsit, alleg. quia epiſcopus hoc poteſt: & eſt iuriſdictionis in qua ſuccedit capitulū. de maio. & obed. his quæ. & c. cum olim. eod. tit. c. 1. lib. 6. de inſtit. c. 1. eod. lib. ergo hoc poterit: aliàs tempore vacationis remanebunt crimina incorrecta. alleg. etiam prædictam decretalem, eccleſiæ. vbi viſitator datus à metropolitano à quo certus caſus excipitur, in aliis videtur poteſtatem habere: quaſi per exceptionem firmetur regula. ff. de fun. inſtr. quæſitum. §. denique Neratius. 32. q. 7. dñs. Cum autem metropolitanus nil habeat niſi de iure transfuſo de capitulo in metropolitanum: ergo capitulum hoc habet. faciunt notata per Inno. de hære. ad abolendam. In contrarium hoc non eſt iure expreſſum, ergo nec attribuendum: licet enim capitulum conſeruet iura epiſcopatus. 12. q. 2. charitatem. & c. illud. & ius reddat agentibus, accuſantibus, & denuntiantibus; non tamen viſitat: ſed is qui datur à Papa. 61. diſt. obitum. vbi probatur ꝙ vacans Eccleſia deſtituitur viſitatione. Sed ſecundum Archid. dici poſſet, ꝙ illud deſtitutæ non reſpicit viſitationis operam, ſed eccleſiæ vacationem: ſicut de elect. eccleſia 1. & 2. in princ. Item capitulum [3] eſt neceſſarius, non voluntarius adminiſtrator. ergo non poterit quod adminiſtrationi neceſſario non incumbit. Et hoc tenet Ioan. Mona. ſed Archid. non eligit: videtur tamen plus accedere primo dicto, pro quo facit: quia iſte non eſt actus per quem præiudicetur epiſcopo: ſicut beneficiorum collatio, & alienatio perſonarum, & rerum. de quibus. de maio. & obed. cap. 1. 71. diſt. fraternitatem. 12. q. 2. ſi qua de rebus. egeret declaratione non ſolum in hoc, ſed in pluribus aliis articulis hoc quod dicitur capitulum ſuccedere in iuriſdictione vacante ſede. Volens tenere opinionem Ioan. poſſet dicere illam veram in generali viſitatione ciuitatis & diœceſis, contrariam in ſpeciali viſitatione vel inquiſitione contra certas perſonas vel loca.

[2] Capitulum vtrū ſede vacāte poſſit viſitare & procurationem exigere. vidē Io. de Lignano, & Abbatem in ca. cū olim. extra de maior. & obedien.

[3] Vide Abbatem in c. verum. de foro comp. & Felin. in c. cum omnes. de conſtitu. & deciſione Rota 32. in nouis.

¶ *Gloſſa ſequens notat & remittit, & duo dubia ſoluit.*

d ¶ *Requiſierint.*] requirit ergo par parem. de hoc de offi. deleg. cum cauſa. in 1. glo. & puto ſufficere vnam [4] requiſitionem. & facit

[4] Vide Feli. in c. ex litteris. de conſt. Panormi. c. ego enim. de iureiurand. Romā. conſ. 416. Alciat. conſi. 82. lib. 6.

re contra [a] eos, epiſcopus ſine inquiſitore, aut inquiſitor ſine epiſcopo diœceſano, aut eius officiali, vel epiſcopali ſede [b] vacante capituli [c] ſuper hoc delegato, ſi ſui adinuicem copiam habere valeāt intra octo dierum ſpatium, poſtquam ſe inuicem requiſierint [d], non valebit. Et ſi ſecus præſumptū fuerit, nullum ſit, & irritum ipſo [e] iure. ¶ Verum ſi epiſcopus vel eius capituli ſede vacante delegatus cum inquiſitore, aut inquiſitor cum altero eorundem propter præmiſſa nequeat, aut nolit [f] perſonaliter conuenire: poſsit epiſcopus vel eius ſeu capituli ſede vacante delegatus inqſitori [g], & inquiſitor epiſcopo vel eius delegato: ſeu ſede vacante illi, qui ad hoc per capitulum fuerit deputatus ſuper [h] illis committere vices ſuas, vel ſuum ſignificare per [i] litteras conſilium & conſenſum [k].

¶ *Prouidet circa muros vel carceres hæreticorum, ipſorum claues, cuſtodes, & cuſtodum miniſtros. Ioan. And.*

¶ Sane, quia circa cuſtodiā carcerum hæreticaliū, qui muri [l] in quibuſdā partibus vulgariter [m] nuncupātur, multas fraudes dudū intelleximus perpetratas: Nos † volētes ſuper hoc ꝓuidere: ſtatuimus, vt quilibet talis carcer vel murus, quē de cætero epiſcopo & inquiſitori prædictis volumus fore cōem, duos [n] cuſtodes habeat principales, diſcretos, induſtrios & fideles: vnum quē volet eṗs & prouidebit [o] eidem, alium, de quo voluerit inquiſitor, cui etiam [p] prouidebit: & quilibet ꝑdictorū cuſtodū ſub ſe alium bonū & fidū poterit habere miniſtrum [q]. In quolibet etiā conclaui [r] eiuſdē carceris ſiue muri erunt duæ claues diuerſæ [s]: quarum vnā vnus, aliā alius tenebit prædictorū cuſtodum, & eam cum officio miniſtrandi, quæ incarceratis fuerint miniſtranda, ſuo poterit committere vel ſubdelegare [t] miniſtro.

† De materia iſtius §. vide Zanch. tract. de hær. c. 8. & 10 Gondiſaluū trac. d hære. q. 11. Syluest. ī ver. hæreſ. 2.

¶ *Ponit iuramentum cuſtodum, miniſtrorum ſuorum, & notariorum, & aliorum officialium. Ioan. And.*

¶ Porro coram epiſcopo vel capitulo ſede vacante & inquiſitore prædictis, vel ſubſtitutis ab eis cuſtodes ſupradicti, antequam ſuū officium exequātur, iurabunt [v] ad ſancta Dei

quod notatur 18. diſt. ſi epiſcopus. in vlt. glo. & quod dixi de iureiurando, ego N. & in requiſitione non eſt neceſſe terminum exprimi, ſed ipſo iure ſtatim currit. ſic de excep pia. lib. 6. & 5. ead. compil. de deci. cap. 1. & hic adde quod ibi dixi. Ioan. And.

e ¶ *Ipſo iure.*] quo ad iuris effectum [5]. ſi enim de facto tortus eſt, vel dure carcerat' hoc nequit non fuiſſe. ff. de capt. & poſtli. reuer. l. in bello. §. factæ. & facit quod dixi de appella. vt noſtrum. Sed ſi interlocutoria ſolum lata eſſet ſuper carcere vel tortura, illa nulla eſſet: & lex permittit tunc appellare: quia grauamen tolli non poſſet per appellationem interponēdam poſtmodum à definitiua. de appel. ſuper eo 2. 1. reſpon. 2. q. 6. ante ſententiam. ff. de app. recip. vel non. l. 2.

[5] De materia gloſſę vidē Corſetū in ſuis ſingularibus in verbo confeſſio, & in verbo appellatio. & Zanchinū ī trac. de hæret. ca. 29.

f ¶ *Nolit.*] ſimile de reſcrip. ſciſcitatus. in fi.

g ¶ *Inquiſitori.*] hic iunge finem, ſuper illis, &c.

h ¶ *Super illis.*] carceratione, tortura, & ſententia.

i ¶ *Per litteras.*] concord. 64. diſt. cap. 1. & 2. de temp. ordin. nec epiſcopi.

¶ *Glo. ſeq. ponit diuerſitatem & rationem diſiunctæ.*

k ¶ *Conſenſum.*] ſufficit ergo quòd committat vel conſentiat illum procedere: quæ ſunt diuerſa. facit quod ſcripſi de foro compe. ſignificaſti. ſuper gloſ. fina. de eccle. ædifi. ad audientiam 2. ſuper 1. glo. vnde in electione licet primum, & nō ſecundum. de elect. c. penul. in fi. lib. 6. ita hic delegatus epiſcopi vel capituli poteſt ſecundum & non primum: quod forte fuit cauſa huius diſiunctæ: alterum vero iſtorum hic eſt neceſſariū infra octo dies poſt requiſitionem. poſt octo vero dies neutrum eſt neceſſarium, vt ſupra.

l ¶ *Muri.*] eod. tit. vt commiſsi. lib. 6. ver. & illorum.

m ¶ *Vulgariter.*] ſimile 5. ead. compil. de relig. domi. c. 1. in princ. & ibi concord.

¶ *Glo. ſeq. in quæſtionem allegat pro, & ſoluit contrarium.*

n ¶ *Duos.*] niſi de vno concordarent: in caſu enim diſcordiæ manaſſe videtur hæc prouiſio. facit de appel. cum ſpeciali. puto contrarium, ſcilicet ꝙ de vno conuenire non poſsint; ſed neceſſarij ſint duo: nec eſt hoc prouiſum propter diſcordiam, ſed ad ſecuriorem cuſtodiam: quod ſatis ſonant verba. facit optime ff. de cuſtod. reo. l. vlt. in prin. ibi, nec vni. ſed duobus cuſtodia committenda eſt. & idem dicimus de miniſtris, de quibus ſequitur.

o ¶ *Prouidebit eidem.*] de ſuis reditibus, non de parte prouentuum inquiſitionis officio deputata, vt in extrauagan. Benedicti, ex eo quòd. §. verum quia.

p ¶ *Etiam prouidebit.*] inquiſitor, ſcilicet de prouentibus deputatis officio.

q ¶ *Miniſtrum.*] ſimile de fil. presby. propoſuit. in fi. facit quod dixi ſuper rubrica, de offi. cuſt. Ioan. And.

r ¶ *Conclaui.*] concordat de electio. vbi periculum. §. in eodem. cum ſuis concor. lib. 6.

ſ ¶ *Diuerſæ.*] ne vnus cuſtos ſine altero poſsit aperire. Interdum enim in eadem ſera habent plures ſocij plures claues, vt quilibet per ſe & aperire & claudere poſsit: cuius contrarium hic intendit.

t ¶ *Subdelegare.*] quod aliàs non poſſet: cum ſibi miniſterium demandetur ſine iuriſdictione, in quo videtur electa induſtria perſonæ. de offic. delega. cap. fina. & puto per hanc litteram, quòd in aſſumendo miniſtro non requiretur conſenſus epiſcopi vel inquiſitoris.

v ¶ *Iurabunt.*] ſimile. 5. ead. compil. de relig. domi. cap. 2. ver. illi etiam. de magiſt. c. 2. ſed in illis nihil dicitur de corporali tactu.

¶ *Gloſſa ſequens de corporali iuramento remittit, & opinionem ponit, cuius rationem determinat, ponit dictum Innocentij: ſubdit quadruplicem formam iurandi, & conſuetudinis interpretationem quam determinat.*

a ¶ *Tacta.*] vt not. de electio. vt circa. ver. coram. lib. 6. in gloſ. 2. in corporali iuramento non ſufficit præſentia, ſed requiritur tactura Euangeliorum. Quidam dicunt, quòd corporale iuramentum ſatis eſt q̄ habeat corporis ſenſum, vt viſum. facit 35. quæſt. 6. epiſcopus. per id quod de poſſeſſione dicitur, quòd ibi requiritur actus corporalis, & cum viſu transfertur. ff. de acquiren. poſſeſ. leg. quod meo. §. ſi per venditorem. & l. 1. §. penult. & not. de conſue. c. 2. ſed illud verum, cum tradens & accipiens hoc intendunt. ſecus ſi poſſeſſio erat vacua, vt ibi not. Vt ergo ſcripſi poſt Innocen. de iureiuran. etſi Chriſtus. verſi. quòd autem. iuramenta quæ præcipiuntur à iure, ſicut teſtis, calumniæ, veritatis, vel quæ à iure, iudice, vel parte ex neceſſitate deferuntur, debẽt fieri tactis Euangeliis: aliàs fieri poſſunt ſine tactura. & vide quod not. 22. q. 1. in ſumma. Sed videtur quòd plus obliget corporale. facit 2. quæſt. 5. quanto. & cap. ſequen. C. ſi minor ſe maior dixe. l. ſi alterius. Quędam autem iura dicunt ſimpliciter iurari, quædam corporaliter, quædam ſuper ſancta Dei Euangelia, quædam addunt ipſorum tacturam, vt hic, & 1. quæſt. 7. quoties. & ſupra ead. compila. de iureiuran. Romani. verb. porro. de frigid. & maleſi. laudabilem. Patet de primo, de iureiur. eod. titu. per totum. lib. 6. de teſtib. præſentium. & cap. penult. de excep. paſtoralis. qui ma. accu. poſſ. cum in tua. de ſenten. excommu. ex tenore. De ſecundo, de hære. ad abolendam. §. ſtatuimus. de ſenten. excommu. venerabilibus. de electio. vbi periculum. §. ſuper his. & cap. vt circa. & cap. procurator. lib. 6. De tertio, de purga. cano. quoties. Apud Italicos interpretatur conſuetudo, quòd ſufficit quemlibet librum vel quamlibet ſcripturã tangere: quod ſatis puto procedere, etiam vbi de corporali iuramento exprimitur. non ſic vbi de tactura Euangeliorum: vt hic, & in concordan.

† Vide Archidiaconũ in c. cleric⁹. 1. diſt. & in c. ſi peccauerit 2. q. 1. Ioan. And. in c. vlt. de hæret.

Iuramẽta an ſemper præſtari debeãt tactis Euangeliis, vide abbatem in c. etſi Chriſt⁹ de iureiurã. & in c. fraternitatis. de teſtib. Ancharanum in c. vt circa. de elect. lib. 6. & Felinũ in c. 1. de fide inſtr.

† De iuramento notariorum. Hoſtien. & doctores in c. vt officium. §. ad conſcribẽdas. de hęret. li. 6. & in c. ſicut ne cleri. vel monachi.

b ¶ *Ponendorum.*] vbi hoc exprimitur, iuratur ſuper futuris: & ſic non obſtat de iureiur. cap. penult.

c ¶ *Poterunt.*] 22. q. 2. faciat.

d ¶ *Secreto.*] ſimile de elect. vbi periculum. §. nulli. libro ſexto. cum ſuis concord. & de ſecreto habetur infra capitu. proxi. de pœniten. diſt. 1. §. hoc ergo. in princ. & verb. filiam. & de hæret. cap. vlt. lib. 6. nec ſumitur tam amarè hoc verbum, quin alter cuſtos in abſentia alterius captiuum alloqui poſſit, de non ſecretis ipſis incarceratis.

e ¶ *Abſque diminutione.*] non ſicut infideles ſeruientes: vel miniſtri, qui ſemper de eo quod dominis datur decimam, vel aliam quotam ſubtrahunt. vt notat. 1. quæſt. 1. Chriſtus. 13. quæſt. 1. §. 2. verb. ſed videte.

Miniſtri q̄dam ſunt infideles dominis ſuis.

Euangelia corporaliter à ſe tacta [a], quòd in cuſtodia immuratorũ & aliorum pro crimine ſupradicto in ſua cuſtodia poſitorum & ponendorum [b], omnem diligentiam & ſollicitudinem, quam poterunt [c], fideliter adhibebunt: Et quòd alicui incarcerato nihil vnus in ſecreto [d] † loquetur, quin hoc audiat alter cuſtos. Et quòd prouiſionem, quam incarcerati recipiunt ex ordinatione cõmuni, & illud quod à parentibus & amicis, vel aliis perſonis fidelibus offeretur eiſdem (niſi epiſcopi & inquiſitoris vel ſuorum commiſſariorum ordinatio refragetur) ipſis fideliter & abſque [e] diminutione aliqua miniſtrabunt, nec in his fraudẽ aliquam adhibebunt. Et idem iuramentum & coram [f] eiſdẽ perſonis miniſtri cuſtodũ, priuſquam ſuum exerceant officiũ exhibebunt. Et quia ſæpe contingit epiſcopos proprios habere carceres, ſibi & dictis inquiſitoribus non communes: volumus & diſtricte præcipimus, vt cuſtodes ad incarceratorũ pro dicto crimine [g] cuſtodiam per epiſcopos, vel ſede vacante per capitulum deputandi [h], & eorum miniſtri coram dictis inquiſitoribus vel ſubſtitutis ab eis præſtent ſimile iuramentũ. Notarij [i] † quoque inquiſitionis coram epiſcopo & inquiſitore vel ſubſtitutis ab eis, iurabunt [k] ſuum officium fideliter exercere. Et idem fiet de aliis perſonis [l] neceſſariis ad prædictum officium exequendum.

¶ *Punit epiſcopos, inquiſitores, & eorum ſubſtitutos, qui faciendo vel omittendo delinquunt in officio. hoc dicit.*

¶ Verum, quia nimis eſt graue ad exterminationem prauitatis prædictæ non agere [m] quod ipſius cõtagioſa enormitas agẽdum requirit: graue eſt quoq; & damnatione digniſſimum [n] malitioſe inſontibus eandem imponere prauitatem: epiſcopo & inquiſitori prædictis, ac aliis ad dicti executionem officij ſubſtituendis ab eis, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub interminatione maledictionis æternæ præcipimus, vt ſic diſcrete & prompte contra ſuſpectos vel diffamatos de huiuſmodi prauitate ꝓcedant, quòd malitioſe aut fraudulenter [o] tantam labem, ſeu quòd ipſos in executione officij inquiſitionis impediat, falſo alicui non imponãt. Quòd ſi odij, gratiæ, vel amoris, lucri, aut commodi temporalis obtentu [p], contra iuſtitiam & conſcientiam [q] ſuã omiſerint, contra quemquam procedere vbi fuerit procedendum ſuper huiuſmodi prauitate, aut obtentu eodem [r] prauitatem ipſam vel impedimentum officij ſui alicui imponendo, eum ſuper hoc præſumpſerint quoquo modo vexare (præter alias pœnas, pro qualitate culpæ imponendas eiſdem) epiſcopus aut ſuperior ſuſpenſionis ab officio per triennium, alij vero [s] excommunicationis ſententias eoipſo [t] incurrant:

f ¶ *Coram eiſdem.*] epiſcopo, vel capitulo, & inquiſitore vel ſubſtitutis ab illis.

g ¶ *Pro dicto crimine.*] de incarcerandis ergo pro aliis criminibus non iurant inquiſitori.

h ¶ *Deputandi.*] dato ergo q̄ capitulum haberet iuriſdictionẽ & carcerem: non tamen in ſuo carcere, ſed epiſcopali tales tenebit ſede vacante.

i ¶ *Notarij.*] qui poſſunt eſſe conſtituti in ſacris & religioſi: quod dic vt eod. titu. vt officium. §. ad conſcribendas. lib. 6.

k ¶ *Iurabunt.*] ſpeciale 1 eſt propter magnitudinem criminis, & fauorem fidei: aliàs ſufficere deberet iuramentum in creatione præſtitum. de præſcriptio. ad audientiam. de cuius forma ſcripſi. ne cleric. vel monach. ſicut te. [ & Specu. de fide inſtru. §. reſtat. verb. ſed quæro.]

1 Vide Aretatanum de hæret. notab. 36. Bernardum in lucerna, verb. notarius primo.

l ¶ *Perſonis:*] officialibus nuntiis ad citationes faciendas, & apparitoribus, de quibus infra cap. proxi.

m *Non agere.*] concord. de ſimo. nemo. & quod ibi notat.

n ¶ *Digniſſimum.*] idẽ verbum 81. diſtin. cap. 1. in fin.

o ¶ *Fraudulenter.*] falſo alicui non imponant quod ſequitur.

p ¶ *Obtentu.*] vbi ergo non propter alterum prædictorum: ſed forte timore, vel propter vitandum ſcandalum hoc omitterent, non eſt locus pœnæ.

q ¶ *Et conſcientiam.*] Nota, &, quòd copulat. 2 concord. de re iudicata, cum æterni. lib. 6.

2 Et, copulat. l. ea tamẽ adiectio. ff. de leg. 3. l. hæredi. §. Caio, ff. de fund. inſtru.

r ¶ *Eodem.*] odij, gratiæ, & c. vt ſupra.

ſ ¶ *Alij vero.*] ſcilicet inquiſitores, vel ſubſtituti ab eis, vel ab epiſcopis, vel capitulis vacante ſede.

¶ *Gloſſa ſequens inducit hoc computato, xx. iura, quòd conſtitutio eccleſiæ liget ad pœnam omnino occultam: dicens per hoc indubiã quæſtionem de dubio hæretico. In qua recitat opinionem. In contrarium inducit xiij. iura: ſubdit duas opiniones, & prius dictum approbat.*

Crimina occulta an ligẽtur per conſtitutionem eccleſiæ militantis vide doctores ꝉ. citatos.

t ¶ *Eo ipſo incurrant.*] Hic patet aperte, q̄ conſtitutio eccleſiæ militantis ligat crimen omnino occultum quo ad pœnas ſuſpenſionis & excommunicationis. ad idem ſ. ead. compil. de ſtat. mon. c. 1. §. quia vero. ꝉ. de pœn. c. cupientes. §. qui vero. Nec turbentur aliqui: nam hoc idem probatur de ſchiſma. c. 1. verb. omnem. lib. 6. & eod. lib. de elect. vbi periculum. verb. nulli. & c. fundamenta. §. q̄ ſi ſecus. & c. quia ſæpe. facit eo. tit. ſciant. & c. ſeq. & c. indemnitatibus. §. poſtremo. de offi. deleg. c. ſi. §. pars vero. de offi. ord. c. vlt. de iudi. cap. 2. verb. prouiſo. de re iudic. cap. 1. & 2. ad fin. de homici. pro humani. verb. ſacri. Ad idem antiqua iura. de ſenten. excommu. porro. & cap. cum non ab homine. de tempor. ordin. cap. vlt. parebat idem de immunitate eccleſiæ, clericis. lib. 6. verb. necnon. Et ex his videtur indubitatum, q̄ Archid. habebat pro dubio: & diſputationi relinquebat in decretali, cum quis. de ſent. excom. lib. 6. an hæreticus 3 omnino occultus ſit excommunicatus. Ioan. tenet q̄ ſic. 34. q. 1. in ſumma, & in glo. ſeq. de pœn. diſt. 1. cogitationis. Placet etiam Gof. & Ray. in ſumma, de hære. Ad contrarium

3 Hæretic⁹ oĩo occult⁹, an ſit excommunicatus, de quo vide oĩo Alfonſũ Caſtrum. li. 2. c. 18. de iuſta hæret. punit. & Cajetanũ apud B. Thomã, 2. 2. q. 11. ar. 3.

rium inducitur.32.diſt. erubeſcant. & quod ibi notatur. 33.diſtin. habuiſſe.50.diſtin.§.ſed illud.in fin. 2.quæſt.1. nomen. & quæſt.5. conſuluiſti.& 6.quæſt.1. ſi omnia. 15.quæſt.6. cap.1. ver.non poteſt. 30.quæſt.vlt.§.his ita. & cap.ſequen. 32.quæſt.5. cap. vlt. de ſimo. ſicut tuis.in fi.& cap.ſequen.Facit ad hoc: quia ex voluntate, quæ non procedit in actum, non ſcandalizatur Eccleſia. 14.quæſt.3. Deus quibus.Sunt qui nolunt fateri per clauem Eccleſiæ ligari poſſe omnino occulta, niſi illa ſint expreſſe lege diuina damnata:vt vſura in qua damnatur ſpes occulta. de vſu. conſuluit. Alij dicunt, quòd ſi factum eſt publicum, ſed occultum quis fecerit. ligari poteſt per Eccleſiam.5.quæſt.1. quidam. de offi.ord. ſi ſacerdos. Si vero & factum & faciẽs ſunt occulta:ſecus vt in contrariis. Sed vtrique dicto obuiãt iura allegata in princip. gloſſæ: quare de plano fateamur, ꝙ conſtitutio militantis Eccleſiæ ligat omnino occulta: nõ tamẽ nominatim de illis iudicat tribunal Eccleſiæ: immo ipſa Eccleſia inquantũ per hominem,iudicat hominẽ nominatim, & inquantum eſt collectio fidelium: ligatos ſic occultos habet pro ſolutis. de ſent. excom. à nobis 2.& ſic loquuntur contraria.

† In mortis articulo nulla eſt caſuũ reſeruatio: atq; ideo omnes ſacerdotes quoslibet pœnitentes à quibuſuis peccatis & cenſuris abſoluere poſſunt. ita conciliũ Trident. ſeſſio. 14.c.7.đ caſuũ reſeruatione.

A qua quidem excommunicationis [a] ſententia, qui eandem incurrerint, niſi per Romanũ Pontificem nequeant, prærterquam in mortis [b] articulo †,& tunc [c] ſatisfactione præmiſſa, abſolutionis beneficium obtinere: nullo in hac parte priuilegio ſuffragante.

¶ *Confirmat antiqua iura huic conſtitutioni non obuia.Ioan. And.*

¶ Alia ſane, quæ circa præmiſſum inquiſitionis officiũ à noſtris ſunt prædeceſſoribus inſtituta (quatenus præſenti decreto non obuiant) ſacri approbatione concilij roborata, in ſua volumus firmitate manere [d].

¶ Idem in eodem.

¶ *Primo, ponens conſtitutionis cauſam, determinat ætatem inquiſitorum. Secundo, punit inquiſitores, qui prætextu officij pecuniam illicitis modis extorquent, vel ob delictum clericorum Eccleſiarum bona confiſcant. Tertio, præcipit notariis, officialibus, & ſociis, vt hoc facientes reprehendant, & ſuperioribus denuntient ſi probare poſſunt. Quarto, prohibet inquiſitoribus abuſum armorum, & circa quantitatem vel qualitatem officialiũ. hoc dicit. Ioan. And.*

¶ *Gloſſa ſequens in quæſtione alleg. affirmatiue, & ſoluit contrarium. format incidentem quæſtionem, quam ſoluit.*

a ¶ *Excommunicationis ſententia*] de ſuſpenſione 1 nil dicit, quare videtur ꝙ ab illa ſuperior poſsit abſoluere. Dic contra: & ratio illius omiſsionis fuit, quia tempus habet determinatũ:& vbi ſic determinatum eſt, videtur ꝙ non poſsit ſuperior abſoluere: vt not.de electione.cupientes.§.cæterum. in glo.eſt ergo.Sed quid ſi tempus determinatum non eſſet? Videtur quòd poſsit, ex quo ſuperior non reſeruat.de ſenten.excommu. nuper. nec prohibet, vt ĩ.de priuileg.cap.1.ver.ſi qui.facit quod not.de regu.non ſolũ.in fi. lib.6.& quod dixi de ſolu. c.2. in fin. ſecus ſi reſeruaſſet. de teſti. tam litteris. in fi.

1 Vide Abbatem in cap. litteris, de reſtibus.

b ¶ *Mortis articulo.*] qui caſus ſemper excipitur. ĩ.cap.proxi.de offi.ord.paſtoralis.& vide quod ibi not.

c ¶ *Et tunc.*] ſcilicet quando in mortis articulo per epiſcopum vel presbyterum abſoluuntur:& hoc intelligo ſi facultas eſt ſatiſfaciendi,& tempus hoc patitur:aliàs abſoluetur cum cautione.facit ĩ.cap.proxi.de ſepul.c.vlt.de ſent.excom.à nobis.

d ¶ *Manere.*] concor.eo.tit.c.vlt.in fi.lib.6.

NOlentes.] Diuiditur in quatuor partes, vt patet in rubro. Secunda:ibi, *Inquiſitoribus.* Tertia:ibi, *Notarij.* Quarta:ibi, *Porro.* Imola. ¶ Pro caſu nota quòd Inquiſitor hæreticæ prauitatis nõ eſt aliquis deputandus, niſi habeat quadrageſimum annum.Et ſic eſt caſus ſpecialis contra cap.cum viceſimum. de offic. & poteſta.iudi. deleg. in antiq. Et illud fit, quia agitur de magno ſcandalo. Nota ꝙ inquiſitor vel eius commiſſarij ſub vmbra ſui officij facientes illicitas exactiones, eſt ipſo facto excommunicatus, à qua excommunicatione non abſoluitur niſi ſatisfactione plenarie facta:niſi in articulo mortis. Nota ꝙ pro delicto Prælati bona Eccleſiæ non confiſcantur.& hoc verum, quando ſolus Prælatus deliquit. ſecus ſi Prælatus & capitulum deliquerunt habita deliberatione.tunc enim bona Eccleſiæ confiſcarentur. l.iubemus. de ſacroſan.eccle.C.vbi nauis eccleſiæ fuit confiſcata Imperatori. Nota quòd ſi in conſtitutione ponatur verbum, extunc, incipit ipſa conſtitutio obligare à tempore ipſius publicationis:non expectato lapſu duorum menſium, qui aliàs regulariter præfigitur: quod intelligo quo ad hoc vt econtra factum non valeat; non autem quo ad hoc vt contra faciẽtes hoc ignorantes obligati ſint ad culpam: vt not.glo.notabilis in verbo, exnunc. Pro clara intelligentia huius Clementinæ accipe diuiſionem gloſſæ,& illam proſequere. Nota de ſplendore fidei. Et dicit Laureñ. quòd talia quæ ſunt fidei, in luce & ſplendore tractari debẽt. Nota quòd improbi actus vitandi ſunt.de hoc in glo.2.Zabarella.

Eccleſiæ bona ꝓpter delictum prælati non confiſcantur.

¶ *Prima gloſſa ſimul diuidit & ſummat.*

e ¶ *Nolentes.*] Caſus.Primo, ponens conſtitutionis cauſam, determinat ætatem inquiſitorum: Secundo, punit inquiſitores, qui prætextu officij pecuniam illicitis modis extorquent, vel ob delictum clericorum Eccleſiarum bona confiſcant.Tertio, præcipit notariis, officialibus,& ſociis, vt hæc facientes reprehendant,& ſuperioribus denuntient ſi probare poſſunt. Quarto, prohibet inquiſitoribus abuſum armorum, & circa quantitatem vel qualitatem officialium. partes patent.

## CAP. II.

NOlentes [e] ſplendorem ſolitum negotij fidei per actus indiſcretos & improbos [f] quorumuis inquiſitorum hæreticæ prauitatis, quaſi tenebroſi fumi caligine [g] obfuſcari: hoc ſacro concilio approbante ſtatuimus nullis extunc [h], niſi qui quadrageſimum [i] ætatis annum attigerint, officium inquiſitionis prædictæ committi [k] inquiſitoribus. Et tam ipſorum [l], quàm epiſcoporum, ſeu capitulorum, ſede vacante ſuper hoc deputatis commiſſariis [m], quibuſcunque diſtrictius iniungentes, ne præ-

f ¶ *Improbos.*] qui dederunt cauſam & merito huic conſtitutioni & præcedenti.

[ADDITIO 49.diſt. huic etenim. Zabarel.]

g ¶ *Caligine.*] Eſaiæ 5. in fin. Lux obtenebrata eſt in caligine.

¶ *Gloſſa ſequens duas lecturas ponit.*

h ¶ *Extunc.*] ac ſi dicat, deinceps. vel forſan 2 voluit Papa per hoc quòd hæc pars conſtitutionis ſtatim ligaret à tempore promulgationis, non expectato lapſu duorum menſium. de quo dixi in prooemio: non quo ad hoc ꝙ contra facientes hoc ignorantes obligati eſſent ad culpam:ſed quo ad hoc vt contra factum non valeret: prius vero datos afficere non intendit.

2 Vide abbatem Felinũ & doctores in c.2.de cõſtitut.

i ¶ *Quadrageſimum.*] concor.20.q.1.ſanctimoniales. Et 3 eſt mirandum quòd in inquiſitore maior ætas requiritur, quàm in epiſcopo, qui tamen Inquiſitor eſt.& eſt ſimile de elect. nemo deinceps. lib.6.& hoc eſt de arbitrariis. de quibus non cogimur reddere rationem.vt ſcripſi de reſcrip.ſi quando.

3 Inquiſitor debet eſſe ſenior Epiſcopo. Vide Conradum Brunũ de hæreti.li. 4.c.1.

¶ *Glo. ſeq. dicit per quos. ſecundo quærit, ſoluit, & remittit.*

k ¶ *Committi.*] per prælatos prouinciales, vel Miniſtros illorum ordinum, quibus deputatio talium à ſede Apoſtolica eſt commiſſa.Idem puto de inquiſitoribus ab epiſcopis vel capitulis ſede vacante:vt ij quibus committunt, habere debeant hanc ætatem. Sed quid ſi contra fiat? certum eſt quòd puniendi ſunt committentes, tranſgredientes hoc præceptum.& vide quod not. de elect. generali.§.illos.in vlt. glo. lib.6. & licet hic non apponatur decretum: videtur tamen quòd non valeat commiſsio.pro & contra.de elec. licet canon.lib.6.& vide quod not.in glo.2.

¶ *Gloſſa ſequens dicit hic quæſtionem ſolui, contra quam allegat, deinde illud fortificat, & contrario reſpondet.*

l ¶ *Ipſorum.*] commiſſariis, quod eſt infra.Et per hoc, & per cap. ſupra proxi.ſoluitur quod olim dubitabatur, an Inquiſitores poſſent committere vices ſuas: & videbatur quòd non: quia decretalis vt commiſsi.in princip.eod.tit.libro ſexto. permittit vt committant citationes & ſententiarum denuntiationes: vltra illa ergo permiſſa committere non poterant. de tranſla. cap.2. facit de offic. deleg. cap. vlt. §.vices quoque. vbi etiam conſeruator non committit niſi illa duo. videtur enim electa induſtria perſonæ. de offic.deleg.cap.vltimo.& cap.is cui.lib.6.Contra: quia ſiue ordinariam, ſiue delegatam iuriſdictionem inquiſitor habeat, committere poteſt.Primum patet.Secundum ſcilicet cum dicitur, delegatus: quod videtur verius per decretalem, per hoc. eod.titu. lib.6. pro & contra eod.tit. ne aliqui. eſt tamen delegatus principis, & cum iuriſdictione, non cum miniſterio tantum: ergo committit. ita ſeruatur.dant ergo inquiſitores commiſſarios, quos vocamus vicarios vel ſubſtitutos.ſupra eod.cap.proxi. §.porro.& §.notarij. & §.verum. Ad decretalem vt commiſsi. reſpondetur quòd non loquitur negatiue, ſicut illa quæ loquitur de conſeruatore, ſcilicet quòd non poſsint niſi illa duo committere, ſed loquitur affirmatiue 4, ſcilicet quòd illa duo committere poſsint. & de illis forte dubitabatur quaſi ante citationem non eſſet perpetua iuriſdictio: & per diffinitiuam eſſet functus ſuo officio.Ad primum, de offi.deleg.paſtoralis.§.1.Ad ſecundum, eod.tit.in litteris.Ioan.And.

Inquiſitores hæreticorũ an poſſint aliis vices ſuas cõmittere. Vide Deciũ in c. cauſã. đ appella. Gondiſſaluũ đ hære. q.7. Zãchinum đ hære. c. 30.

4 Vide Felinum in c.nõ ne. de præſumptio.

m ¶ *Commiſſariis.*] de epiſcopis loqui non videtur: & ideo licet etiam ipſi ab his debeant abſtinere; pœna tamen quæ ſequitur

textu [a] officij [b] inqſitionis quibuſuis modis illicitis [c] ab aliquibus pecuniã [d] extorqueãt: nec ſcienter [e] attentent eccleſiarum [f] bona ob clericorũ delictum [g] † p̃dicti occaſione officij fiſco etiã eccleſiæ [h] applicare [i]. Quod ſi ſecus in his [k] vel eorũ altero fecerint, excõicationis ſñiæ eos ſubiacere decernimus ipſo facto: A qua nõ poſſint abſolui [l], præterquã in mortis [m] articulo, donec illis à quibus extorſerint, plene ſatisfecerint [n] de pecunia ſic extorta: Nullis priuilegiis, pactis, aut remiſsionibus [o] ſuper hoc valituris. Notarij vero & officiales dicti officij, necnon fratres & ſocij inquiſitorũ & cõmiſſariorũ ipſorũ, qui dictos inquiſitores aut commiſſarios [p] ſecrete nouerint talia [q] commiſiſſe (ſi indignationem Dei & Apoſtolicæ ſedis vitare voluerint, & offenſam) ipſos grauiter arguere & corrigere [r] ſtudeant in ſecreto [s]. Quòd ſi taliter ea ſciuerint, vt ea probare valeant [t]: ſi ſit opus, hæc prælatis inquiſitorum & commiſſariorum eorũdem, ad quos id pertinebit, nuntiare ſollicite debeant. Qui equidem prælati, inquiſitores & cõmiſſarios prædictos reos inde repertos ab officiis amouere [v], & amotos aliàs punire debite ſeu corrigere teneantur [x]. Prælatis autem inquiſitorum id negligentibus agere, præmiſſa omnia nuntiari per prædictos [y] locorum ordinarios volumus: quibus [z], vt ea in Apoſtolicæ ſedis notitiam perferant [a], in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte præcipimus, & mandamus. ¶ Porro inquiſitoribus ipſis diſtrictius inhibemus, vt nec abutantur quomodolibet conceſsione [b] portationis armorum †, nec officiales, niſi ſibi neceſſarios habeant, tales, qui ſe conferant ad ſua cum inquiſitoribus ipſis officia exequenda [c].

non habet locum in illis. concor. infra verſi. notarij. voluit ergo dignitati deferre. de offi. deleg. c. 2. lib. 6.

a ¶ *Prætextu.*] vbi ergo non eo prætextu illicite exigit licet male faciat, non tamen eſt locus pœnæ.

b ¶ *Officij.*] & ſic committit crimẽ concuſsionis. de quo. 1. q. 1. ad fin. 23. q. 1. c. 2. in fi. & c. militare. & de immuni. eccle. quia plerique. tamen tales abſolui permittit infra reſtituendo ſimplum tantum: cum tamen concuſſor ſoluat quadruplum. 18. diſtin. quoniam. in fin.

† Delictum prælati q̃ñ noceat eccleſiis vide Felinum in ca. ad audiẽtiã. de reſcrip. & Alexan. conſil. 23. lib. 1.

c ¶ *Illicitis.*] pœnas pecuniarias 1 applicandas officio non prohibet imponi & exigi, ſed illicitas exactiones fieri. ff. de offi. præſid. illicitas. in princ. de ſimo. intantum. & c. audiuimus. & c. ſeq.

1 Vide gloſſam in c. licet. de pœn. Ioan. And. in c. 1. de homi. in 6. Anchar. cõſ. 12. & Zanchin. tract. de hære. c. 19.

d ¶ *Pecuniam.*] intelligo large. 1. q. 3. per totum.

e ¶ *Scienter.*] ignoranter ergo non tenet hæc pœna. ſimile s̃. ead. compil. de conſang. & affin. c. vnico.

¶ *Glo. ſeq. not. à contrario: & ſoluit quæſtionem de monacho.*

f ¶ *Eccleſiarum.*] de bonis ergo clericorum ꝓpriis non ꝓhibet. Et ꝑ hoc dico, ꝙ ſi monach' ꝓpreſſet Eccleſiæ, quòd etiã eorum quæ acquiſiuit intuitu perſonæ, applicatio iſta fieri non poſſet. cum. n. impediente profeſsione ſibi non poſsit acquirere: & ſic acquiſita poſt poſſeſsionem adeptá ſint Eccleſiæ. 18. q. 1. c. vnico. de priuile. cũ olim 2. ergo etiã in illis eſt locus ei q̃d hic dr̃. quod tñ in quodam inquiſitoris cõſilio ante hãc conſtitutionẽ clamare non profuit.

Monachus ſibi acquirere non põt.

g ¶ *Delictum.*] de reg. iur. delictum. cum ſuis concor. lib. 6.

h ¶ *Eccleſiæ.*] multo minus ſibiipſis, vel officialibus, vel fiſco ſeculari, cui aliàs applicata ſunt ipſo iure bona laicorum damnatorum. de hære. eod. titu. cum ſecundum. lib. 6. Et vide quod not. de conceſsio. præbend. quia diuerſitatem. & quod ibi dixi ſuper gloſſa antepenulti.

i ¶ *Applicare.*] idem verbum, de præbẽ. c. 3. probatur autem hoc eod. tit. excommunicamus. in princ. vbi bona clericorum damnatorum diuidi iubentur inter Eccleſias, à quibus beneficiati ſunt.

k ¶ *In his.*] duobus proxime dictis, ſcilicet de pecunia extorquẽda, & de bonis Eccleſiæ confiſcandis. primum enim caſum, ſcilicet de ætate, includi non puto. quod patet per ſequentia: ibi, donec illis, &c.

l ¶ *Abſolui.*] per ordinarios. cum ſibi non reſeruet. de ſenten. excommu. nuper.

m ¶ *In mortis articulo.*] s̃. c. proxi. in fi.

Paupertas excuſat.

n ¶ *Satisfecerint.*] ſi habent vnde: aliàs vero paupertas excuſat. de vſu. cum tu. de rap. cap. 2. & vide quod not. de verb. ſignifi. ex parte 1. in fi. 4. glo.

o ¶ *Remiſsionibus.*] concor. de cenſi. exigit. ad fi. de reſcrip. ſtatutum. circa finem. lib. 6. & adde quod ibi not.

p ¶ *Commiſſarios.*] nil dicit de epiſcopis, vt etiam ſupra dixi. & facit infra verbum, prælatis.

q ¶ *Talia.*] in aliis ergo non habet locum quod ſequitur.

Corrigere & corripere differunt.

r ¶ *Corrigere.*] quantum in eis eſt: vel, id eſt corripere, quod poſſunt, ſed non corrigere: manus comprimere poſſunt, ſed non animum mutare. 47. diſt. §. neceſſe. in fi. Ioan. And.

s ¶ *Secreto.*] 2. quæſt. 1. ſi peccauerit.

t ¶ *Valeant.*] aliàs, teneant. 2. q. 7. plerumque. Ioan. And.

v ¶ *Amouere.*] licet Prælatus 2 inquiſitoris, ſcilicet Prouincialis illum ab officio remouere poſsit, vt hic patet: iuriſdictio tamen inquiſitoris non ab ipſo Prælato, ſed à Papa immediate dependet: vt ſolus actus committendi vel remouẽdi pendeat penes illum. & hęc patent in priuilegiis officij: ex quo ſequitur quòd corrigere vel alterare non poſſet facta per illum virtute officij: ſed illum amotum puniat, vt hic.

2 Inquiſitor hęreticę prauatis an poſſit remoueri ab eo qui ſibi iuriſdictionem nõ dedit, vide notata per doctores in c. fin. & reſcript. & Cynũ in Authẽti. qua in ꝓuincia. cap. vbi de crimine agi opor.

x ¶ *Teneantur.*] non dicit, poſsint.

y ¶ *Prædictos.*] notarios, officiales, & ſocios. Ioan. And.

z ¶ *Quibus.*] ordinariis locorum.

† Vide Gondiſſaluum d̃ hæret. q. 11.

a ¶ *Perferant.*] de ſtatu reg. cap. vlt. de cleri. ægro. cap. vnico. §. ſi autem. lib. 6.

b ¶ *Conceſsione.*] facta per priuilegia officij, vt habere poſsint officiales armatos.

c ¶ *Exequenda.*] ſint enim tales qui velint & poſsint officio deſeruire. s̃. de præben. ſuper inordinata. de cler. non reſiden. c. 3. & 4.

¶ Idem in eodem.

¶ *Damnat ſectam Beguardorum & Beguinarum Alemaniæ, & octo ipſius errores, excitans diœceſanorum & inquiſitorum officium contra illos. hoc dicit. Ioan. And.*

## CAP. III.

AD † noſtrũ [d] (qui deſiderãter in votis gerimus, vt fides catholica noſtris proſperetur temporibus: & prauitas hæretica de finibus fideliũ extirpetur) non ſine diſplicentia [e] grandi peruenit auditum, quòd ſecta [f] quædam abominabilis, quorundam hominum malignorum, qui Beguardi, & quarundam infidelium mulierum, quæ Beguinæ [g] vulgariter appellantur in regno Alemaniæ (procurante ſatore [h] malorũ operum) damnabiliter inſurrexit: tenẽs & aſſerens doctrina ſua ſacrilega & peruerſa inferius deſignatos errores:

AD noſtrũ.] A non nullis in concilio Viennẽſi fuit expoſitũ, quòd erat quædam ſecta hominum, qui homines vulgariter appellãtur Beguardi: & quædã mulieres nũcupatæ Beguinæ: quæ ſub vmbra cuiuſdam ſanctitatis ſeminabant multos errores: de quibus ponuntur octo in textu: tunc concilium reprobauit illam ſectam & errores ſuos: & præcepit eis vt deſiſterent à tali ſecta: & ſimiliter præcepit epiſcopis vt illos non admitterent: & impoſuit pœnam ſi perſeuerauerint in ſua ſecta. Nota de verbo, *Secta.* quòd accipitur hic in malum, alibi in bonum. de hoc in glo. 3. Nota quòd diabolus dicitur ſator malorum. de hoc in glo. in verb. ſatore. de ſepul. clemen. dudum. verſi. ab olim. Zabarel.

De ſecta & errorib' Beguardorũ, vide Clement. 1. s̃. de relig. dom. & extraua. Ioan. 22. incip. Sancta Romana. de religi. domibus, & extrauag. eiuſdẽ Ioãnis xxij. incip. Ratio recta. eo. tit. d̃ relig. dom. inter cões. adde Guidonẽ Carmelitã in ſũma d̃ hæreſib' tit. de hæreſib' Beguinorũ, & Eymericũ in Directorio Inquiſitorum par. 2. q. 15.

¶ *Prima gloſſa ſummat, & diuidit.*

d ¶ *Ad noſtrum.*] Caſus. Damnat ſectam Beguardorum & Beguinarum Alemaniæ, & octo ipſius errores, excitans diœceſanorum, & inquiſitorum officium contra illos, & Primo ponit ſectam & errores. Secundo: ibi, *Cum autem.* illam damnat. Tertio excitat: ibi, *Porro.*

e ¶ *Diſplicentia.*] ſimile s̃. ea. compil. de cenſi. ad noſtrum.

¶ *Gloſſa ſequens ponit differentiam.*

f ¶ *Secta.*] ſcribitur per c, & non per p, & dicitur à ſeco ſecas. alij quòd à ſequor ſequeris: & eſt proprie habitus animorum, & propoſitum in malo circa falſam diſciplinam. inde tales dicuntur ſecti, id eſt ſeparati & diuiſi ab vnitate fidei & Eccleſiæ: tamen interdum ſumitur in bona parte. C. de pact. l. vlt. in fin. Per p, ſcripta deſignat clauſuram s̃. ead. compil. de ſtatu monach. ne in agro. poſt princip.

ADDITIO. Scribitur etiam ſeta ſine c, & p, & ſignificat pilum durum cum quo poteſt trahi filum. de pœniten. diſtin. 2. ſicut ſeta. Zabarella.

g ¶ *Beguinæ.*] de quibus ſupra ead. compilat. de religio. domib. cap. primo.

h ¶ *Satore.*] id eſt ſeminatore diabolo. s̃. de elect. licet de euitanda. in prin. & s̃. ead. compil. de ſepult. dudum. poſt prin.

a ¶ *Primo*

a ¶ *Primo videlicet.*] Scio ꝙ expedit textum cuicunq; facultati conueniant per gloſſam aperiri. Item puto dicere ꝙ in declarãdis infraſcriptis erroribus loquar apertius mere canoniſta: quia in ſacra pagina licet modicum ſtudui ſub ipſo excellentiſsimo doctore magiſtro Ioan. de Parma ordinis Prædicatorum. per cuius doctrinam Deo duce iſta clareſcẽt: hoc dixi, vt prolixitati parcatur.

Primo [a] videlicet, quòd homo in vita præſenti tantũ & talem perfectionis gradũ [b] poteſt acquirere, quòd reddetur penitus impeccabilis [c], & amplius in gratia ꝓficere nõ valebit [d]: nam (vt dicunt) ſiquis ſemper poſſet proficere, poſſet aliquis Chriſto perfectior [e] inueniri. Secundo [f], quòd ieiunare non oportet hominem, nec orare [g] poſtquam gradum perfectionis huiuſmodi fuerit aſſecutꝰ: quia tunc ſenſualitas [h] eſt ita perfecte ſpiritui & rationi ſubiecta, quòd homo poteſt libere corpori cõcedere quicquid placet [i]. Tertio, quòd illi, qui ſunt in prædicto gradu perfectionis & ſpiritu libertatis, nõ ſunt humanæ ſubiecti obediẽtiæ [k], nec ad aliqua præcepta Eccleſiæ [l] obligantur: quia (vt aſſerunt) vbi ſpiritus Domini, ibi libertas [m]. Quarto, quòd homo poteſt ita finalem beatitudinem,

b ¶ *Gradum.*] vide qđ not. de pœnit. diſt. 2. radicata. §. hæc quæ de charitate, in 1. & 2. glo. & 47. diſt. omnes. in fin.

¶ *Glo. ſeq. ponit duos intellectus, quorum primus catholicus, ſecundus hæreticus. ad auctoritatem quæ facit pro ſecundo, remittendo reſpondet.*

Impeccabilis an poſſit aliquis fieri.

c ¶ *Impeccabilis.*] ſi hoc intelligeretur de Dei potentia abſoluta: catholice dictum eſſet, per eam reddi poſſe quem impeccabilem. & hoc priuilegium glorioſæ Virgini Mariæ creditur datũ eſſe diuinitus: dicere autem hominem hoc poſſe ſecundum legem cõem, qua Deus ſanctis dona gratiæ ſuæ diſpenſat, hoc eſt hæreticum. Nam ſecundum legem communẽ nullus poteſt impeccabilis fieri, niſi per Dei beatificam viſionem, qualis ſolũ poſt hanc vitam datur beatis, vt infra dicetur. & etiam dicit Beatus Thomas parte 1. q. 100. art. 2. Forte mouebãtur iſti auctoritate Ioan. in epiſtola 1. c. 3. ibi, *Omnis qui natus eſt ex Deo, non peccat.* Sed Hieronymus contra Iouinianum plene huic auctoritati reſpondet. de pœnit. diſt. 2. ſi enim inquit, probans multis auctoritatibus, hominẽ etiam perfectum in via aut in hac vita peccare poſſe: illud idem probans exemplis Dauidis, Salomonis, Ioſuæ, Petri, & aliorum præelectorum, qui in via peccauerunt. Ioan. And.

Charitas perfectiſſima in hac vita haberi nõ põt.

d ¶ *Non valebit.*] Auguſtinus ad Hieronymum contradicens, ꝙ charitas in quibuſdã eſt perfecta, in quibuſdã imperfecta, ſed perfectiſsima in hac vita haberi nõ poteſt. de pœni. diſt. 2. charitas in quibuſdam facit. ead. diſt. ſiquis tantam. dicebat enim Pſalmiſta 1 Ambulabunt de virtute in virtutem. & Apoſtoli Lucæ 17. in princ. Auge nobis fidem. quæ plene videas de pœnit. diſt. 2. cum ſanctam.

1 *Pſal.* 83.

¶ *Gloſſa ſequens arguit. reſpondet per rationem, quam per ſimile probat, & concludit.*

Gratia hominis gratiæ Chriſti æquari non poteſt.

e ¶ *Perfectior.*] hoc eſt falſum: minus enim per augmentum põt peruenire ad quantitatem maioris in iis quæ habent quantitatem vnius rationis. & facit de priuileg. ex ore. ver. porro. ſed gratia alterius hominis ſe habet ad gratiã Chriſti, ſicut virtus particularis ad vniuerſalẽ. vnde ſicut virtus ignis quantũcumq; creſcat, nõ poteſt æquari virtuti Solis: ita gratia hominis quantũcumq; perfecti, non poteſt æquari virtuti & gratiæ Chriſti: vt etiam dicit Tho. 3. par. q. 7. art. 11. in fin. non eſt ergo facienda æquatio finiti ad infinitum. facit de ſum. trini. damnamus. ver. cum ergo. in fine.

¶ *Glo. ſeq. primo hoc dictum improbat ratione & exemplo. Secundo allegat pro illo dicto auctoritatem Euangelij: & tripliciter reſpondet.*

Ieiunare tenentur etiã perfecti.

f ¶ *Secundo quòd ieiunare.*] hoc eſt hæreticum. conſtat. n. ꝙ perfectio quantũcumq; magna in hac vita ordinẽ eccleſiæ non ſubuertit, ſed perficit: ſed quamdiu manet ordo Eccleſiæ, manet obedientia inferiorũ ad ſuperiores: ſic ſcilicet ꝙ eorũ præceptis obedire tenentur. 93. diſt. per totũ. de maio. & obed. per totum. ergo ꝑ nullũ gradũ perfectionis abſoluitur à p̃cepto ieiunij vel aliis præceptis Eccleſiæ: vt dicã infra verſi. proxi. Qui tñ teneantur ad ieiunia Eccleſiæ, ſcripſi de obſer. ieiu. ſuper rubrica, & c. 2. in fi. Paulus ergo qui perfectiſsimus fuit, per ieiunia & corporalia exercitia caſtigabat corpus ſuũ, dicens: Caſtigo corpus meum, &c. 1. ad Corin. c. 9. in fi. & de pœnit. diſt. 2. ſi enim. verſi. Paulus. Sed pro iſtis faciebat Lucæ 5. ibi, Non poſſunt filij ſponſi ieiunare quamdiu cũ ipſis eſt ſponſus. Sed ſponſus eſt cum perfectis ſpiritualiter illos inhabitans, Matthæi vlt. Vobiſcum ſum vſq; ad conſummationem ſæculi: ergo perfecti ad ieiunia Eccleſiæ non obligantur. Sed ad hoc r̃ndetur tripliciter. Primo ſecũdum Chryſoſt. iſtud intelligitur de diſcipulis, qui adhuc imbecilles in corporali præſentia Chriſti, magis erant fouendi dulcedine, q̃ exercendi auſteritate ieiunij. Vel ſecundum Hieronymum, illud de ieiunio veterum obſeruantiarum, quaſi per id innuat Dominus Apoſtolos non detinendos in veteribus obſeruantiis, quos perfundi oportebat gratiæ nouitate. vel tertio ſecundum Auguſtinum illud intelligitur de ieiunio quod pertinet ad humilitatem tribulationis. vnde vbi Lucas dixit filios ſponſi ieiunare. Matth. 9. c. dixit lugere. hoc non cõuenit perfectis, quibus conuenit ieiunium cum gaudio mentis in ſpiritualia ſuſpenſæ. & de hoc Tho. 2. 2. q. 147. art. 4.

¶ *Glo ſeq. probat duplicem orationem conuenire cuique perfecto. & de vtraque remittit.*

Orare tenẽt etiã ꝑfecti.

g ¶ *Nec orare.*] hoc eſt falſum: nam homo quantumcumque in ſtatu viæ perfectus, habet orare: vt diuina virtute perſeueret in illa perfectione, ad quam perſeuerantiam virtus propria non ſufficit. vnde omnibus viatoribus quantũcumq; perfectis dicere incumbit ex Dei præcepto. Matt. 6. Et ne nos inducas in tentationem: & reliqua cõtenta in oratione Dominica. hoc dicit Auguſtinus. in lib. de perſeuerantia. cõſtat etiã quòd multis dat gratia, quibus non datur perſeuerantia in gratia: nec negés per hoc illam gratiam. habebant enim per illam quòd perſeuerare poterant: Item illa inchoata eſt quantum ad mentem, ſed non conſummata quantum ad carnem quod prius erit in patria. vbi non ſolum perſeuerare poterit, immo non perſeuerare non poterit. & hoc per Tho. 1. ſecundæ q. 109. ar. vl. Item quantumcumque in vita perfectus habet orare pro beatitudinis adeptione, quam nondum habet. ſicut Pſalmiſta: Vnam petij à Domino, hãc requirã vt inhabitẽ in domo Domini. Vnde Chriſtus in quantũ homo orauit pro corporis gloria & ſimilibus: dicens, Ioan. xvij. Clarifica filium tuum, &c. & de hoc etiam quomodo Chriſto conueniebat oratio, Tho. parte 3. q. 21. art. 3. De oratione autem ſatis ſcripſi ŝ. ead. compil. de reli. c. vnico. ad finem.

Senſualitas quid eſt.

h ¶ *Senſualitas.*] quæ eſt vis animæ appetens deſiderabilia corpori: & refutans nociua: & hãc dicimus animam ſenſitiuam: de qua ſatis dixi ŝ. ead. compil. de ſum. trin. c. vnico. 2. reſponſo.

i ¶ *Placet.*] dicunt iſti licere quodlibet. 4. diſt. denique. in fi. Alexander ad Didymum. Ea quæ voluntas ſibi vendicat, honeſtate plerunque negamus admittere: dedit nobis multas natura blanditias, quas plerumque virtus cohibet. Ouidius epiſtolarum:

*Eſt virtus placitis abſtinuiſſe bonis.*

Ouidij dictũ ſingulare.

facit 11. q. 1. aliud. & q. 3. quid ergo.

Papæ contẽnẽs obedire paganitatẽ incurrit.

k ¶ *Tertio quòd, &c. obedientiæ.*] Reprobatur. de renuntia. niſi. ver. ſed dices. de regul. licet. & peccatũ paganitatis incurrit qui cũ Chriſtianum ſe aſſerat, ſedi Apoſtolicæ obedire contemnit. 81. *diſt.* ſi qui ſunt. in fi. quod intellige vt not. 19. diſt. nulli fas. & de elect. generali. §. illos. lib. 6.

¶ *Glo ſeq. improbat dictum per auctoritatem & ſimilitudinem Eccleſiæ, triumphantis, & per naturalem rationem.*

Eccleſia quare eſt vna.

l ¶ *Eccleſiæ.*] hæc ſunt omnino hæretica & contraria illi articulo fidei, vnam ſanctam catholicam Eccleſiam. Conſtat enim Eccleſiam ideo vnam, quia in vniuerſali Eccleſia eſt vnum caput ſupremum, cui omnes de Eccleſia obedire tenentur, ſcilicet Papæ. hoc illo ſtatuente per quem reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt. Prouer. 8. aliàs 3. Eſt enim Eccleſia militans exemplata diuinitus à triumphante, dicente Ioan. in Apoc. 21. in prin. vidi Hieruſalem ſanctam nouam deſcendentem de cœlo, &c. Et Moyſi dictum eſt. Exod. 25. in fi. quòd omnia faceret ſecundum exemplar ſibi monſtratum in monte: cum igitur in Eccleſia triumphante ſit vnus princeps ſupremus, cuius obediẽtiæ tota ipſa Eccleſia perfectiſsime eſt ſubiecta, ſcilicet Deus: neceſſario ſequitur toti militãti vnum ſupremum Principem præſidere ſcilicet Papam, cuius p̃ceptis omnes obedire tenẽtur: & hoc eſt de neceſsitate ſalutis, vt in extrauag. Bonifacij, vnam ſanctam. & fortius in iis, qui ſunt perfecti. 22. q. 2. ne quis. Inde prædictum fuit, Oſeæ. 1. Congregabuntur filij Iudæ, & filij Iſrael pariter, & ponent ſibi caput vnum. & Ioan. 10. Fiet vnum ouile & vnus paſtor. de bap. licet. & infra de ſenten. excommu. c. 1. cum concor. Hanc obedientiam probat naturalis ratio: ſicut enim operationes rerum naturalium procedunt ex naturalibus potentiis, ita operationes humanæ procedunt ex humana voluntate. oportuit autem in naturalibus vt ſuperiora mouerent inferiora ad ſuas actiones per excellentiã naturalis virtutis collatæ diuinitus: ſic oportet in rebus humanis ꝙ ſuperiores moueant inferiores per ſuam voluntatem ex vi auctoritatis diuinitus ordinatæ: vt ſatis probat Tho. 2. 2. q. 104. art. 1. Iſtorum autem ſuperiorum mouentium vnus eſt ſupremus, vt prædixi. Omnes igitur ſunt ſubiecti motioni illius: & ſunt in illo quaſi membra de membro, &c. de elec. ſignificaſti. quod allegant iſti, non obſtat vt ſtatim dicam.

Obedire Papę eſt d̃ neceſſitate ſalutis.

¶ *Glo. ſeq. reſpondet auctoritati Apoſtoli.*

Seruitus eſt duplex.

m ¶ *Libertas.*] 2. ad Cor. 3. 19. q. 2. duæ ſunt. in fi. & hoc intelligitur de libertate à ſeruitute peccati: non à ſeruitute qua viri quantumcumque perfecti ſunt adſtricti Prælatis Eccleſiæ vel ſeculari-

bus principibus: nam virtus qua homo ſubiicit homini ad corpus pertinet, nõ ad animã, quæ manet libera: licet ergo in via p Christi gratiã à defectibus animæ liberemur, nõ tñ à defectibus corporis: qđ patet p Apoſtolũ ad Rom. 7. Filij ergo Dei per gratiã licet ſint liberi à ſpirituali ſeruitute peccati, non tñ à corporali, qua eccleſiaſticis, vel tpalibus dominis ſunt adſtricti: vt dicit gloſſa ſuper 1. ad Timoth. 6. illi quicũque ſub iugo, &c.

¶ *Glo. ſeq. improbat primo hoc dictũ per rationẽ, de qua remittit. Secundo diſtinguit abſolutam Dei potẽtiam & legem communem. Item beatitudinẽ accidẽtalem & eſſentialẽ.*

ſecundum omnem gradũ perfectionis in præſenti aſſequi, ſicut eam in vita obtinebit beata [a]. Quinto, quòd quælibet intellectualis natura in ſe ipſa naturaliter eſt beata: quodque anima non indiget [b] lumine gloriæ ipſam eleuãte ad Deum videndum, & eo beate fruendum. Sexto, quòd ſe in actibus exercere virtutum eſt hominis imperfecti [c], & perfecta anima licentiat à ſe virtutes. Septimo [d], quòd mulieris oſculum (cum ad hoc natura nõ inclinet) eſt mortale peccatũ: Actus autem carnalis (cum ad hoc natura inclinet) peccatum

a ¶ *Quarto, quòd homo, &c. Beata.*] Hoc eſt falſum: quia vt ſ. dixi, in via huius peregrinationis charitas quantũcumq; perfecta deſeri põt, ſed non in patria. & vide qđ notaui de pœni. diſt. 2. in ſumma. & diſt. 4. ſi ex bono. circa mediũ in glo. vnde Ouidius. & facit Prou. 24. de pœn. diſt. 3. ſepties. vnde Apoſtolus 1. ad Corint. 13. in fine. Videmus nunc per ſpeculũ in ænigmate, tunc autẽ facie ad faciẽ. Circa hoc autẽ ſciendũ ꝙ homo mortalẽ vitã agens, etiam

Perfectionis beatificę omnem gratiam an quis ĩ hoc ſeculo poſſit obtinere.

per Dei potentiã abſolutã non vr̃ poſſe obtinere oẽm gradũ perfectionis beatificæ, loquẽdo de beatitudine accidentali. Ratio: q̃a ad illius beatitudinis perfectioné pertinet perfecta impaſſibilitas & glorificatio, quæ pp contradictoriũ cum eius paſſibilitate ſtare non põt: ſ̃m etiam legem cõem, qua Deus beatificat hoĩes, nullus põt eleuari à Deo ad ſuæ eſſentiæ beatificam viſionẽ, niſi totaliter moriatur, ſicut cõiter eſt de animabus nunc beatis. vnde Exod. 33. Non videbit me homo, & viuet: vel niſi ſic abſtrahatur à ſenſibus corporis, ꝙ neſciat an ſit in corpore, vel extra corpus ſicut accidit Paulo, vt ĩ. dicam. & de hoc Tho. par. 1. q. 12. art. 11. Sed dicere hoĩem per Dei potentiam abſolutã, & ipſius priuilegium ſpeciale poſſe finalem beatitudinẽ conſequi ſ̃m omnem gradum beatificæ perfectionis, quantũ ad eſſentialé beatitudiné, quæ conſiſtit in perfecta viſione diuinæ eſſentiæ: & ſecundũ quoſdam in perfecta Dei dilectione & fruitione, ſecundũ doctorem meũ catholicum eſt: & inducit illud Auguſtini 11. ſuper Geneſim ad litteram: & in lib. de videndo Deum ad Paulinã dicentis, ꝙ Moyſes ex Dei priuilegio ſpeciali adhuc mortalẽ vitam agens, Deum per eſſentiam vidit tãquã futurus Iudæorũ doctor. vnde Numeri 12. de ipſo, palã vidit Deũ, & non per ænigmata: & facie ad faciẽ allocutus eſt eum, Exod. 33. 8. q. 1. Moyſes. vbi de hoc. & Paulus idem priuilegium habuit tanquam futurus doctor gentium. vnde dicit 2. ad Corinth. 12. ſe raptũ in paradiſum Dei. conſtat autem intelligentibus ſecũdum eum, ꝙ omnem perfectionem beatificæ viſionis & fruitionis puræ creaturæ poſſibilem potuiſſet Deus eis conferre & communicare per ſuam potentiam abſolutam. alleg. Tho. 4. ſent. diſt. 46. art. 7.

¶ *Glo. ſeq. errorẽ litteræ oſtẽdit per canonẽ, auctoritatẽ, & rõnẽ.*

b ¶ *Quinto, quòd, &c. Non indiget.*] quaſi hoc poſſit ſua naturali virtute. Hoc expreſſe eſt hæreticum & reprobatum. de conſe. diſt. 4. cap. vlt. & ibi ſoluitur quod opponitur de libertate arbitrij: & eſt contra doctrinam Apoſtoli ad Rom. 6. Gratia Dei vita æterna, id eſt beatitudo perfecta. Huius ratio eſt: quia illud quod eſt proprium ſuperioris naturæ, non poteſt natura inferior aſſequi: niſi per actionem ſuperioris naturę, cuius illud eſt proprium, ſicut nec aqua poteſt fieri calida, niſi per actionem ignis: videre autem

Deum videre per eſſentiã nulla intellectualis natura põt.

Deum per eſſentiam (in quo perfecta beatitudo conſiſtit) ſoli Deo eſt proprium: nulla igitur natura intellectualis poteſt Deum per eſſentiam videre, niſi Deo hoc faciente: propter quod Dominus Ioan. 14. Qui diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligã eum, & manifeſtabo ei meipſum. & vide quod dixi ſ. ead. compilat. de magiſt. c. 1. in prin. in glo. per quam.

¶ *Gloſſa ſequens ponit duplex ſignificatum imperfecti, ſcilicet pro non habente ſummam perfectionem, & pro vitioſo. ponit etiam duas ſpecies virtutum purgatorias, & animi purgati: per hæc concludens hæreſim. in fine oſtendit inſaniam.*

c ¶ *Sexto, quòd ſe, &c. Imperfecti.*] Ad huius intelligentiã ſciendum ꝙ Macrobius ſuper ſcđo de ſomnio Scipionis dicit, ꝙ Plotinus

Virtutũ moralium duo sũt genera.

inter philoſophiæ pfeſſores cũ Platone maxime diſtinguebat duo genera moraliũ virtutum. quam diſtinctionẽ approbant Theologi. quædam enim ſunt modificatiuæ paſſionum inſurgẽtium in ſenſualitate hominis, vel actionũ occurrentiũ homini, ſicut temperantia modificat delectationes exiſtentes in cibis & venereis; fortitudo timores & audacias, quæ ſunt circa pericula mortis, & ſic de aliis. & iſtæ dicuntur purgatoriæ: quia ſunt hominũ nondũ purgatorum à paſſionũ inſultibus, & per conſequens nõ ſumme perfectorum, ſed ad id toto conatu tendentiũ. Aliæ ſunt non regulantes paſſiones ſenſualitatis, ſed ſolũ tenentes animã hominis in Deo & in ſumma perfectione, vt ſi temperantia terrenas concupiſcentias ignoret, fortitudo paſſiones neſciat, prudentia ſolis diuinis intẽdat, iuſtitia mentẽ cum Deo perpetuo fœdere teneat: & hæ virtutes dicuntur animi purgati, quia ſunt ſolũ hominũ totaliter purgatorum à paſſionum moleſtiis, qđ eſt ſolũ beatorũ vel paucisſimorum in hac vita perfectiſſimorum. huic cõuenit qđ dicit Auguſtinus 12. de Trini. quod nunc agit iuſtitia in ſubueniendo miſeris, quod prudentia in præcauendis inſidiis, qđ fortitudo in pferendis moleſtiis, qđ temperantia in coercendis delectationibus prauis, ibi non erit vbi nil mali erit: ſed iuſtitię erit Deo regenti ſubditum eſſe: prudentiæ nullum bonũ Deo præponere vel æquare: fortitudinis, ei firmiſſime cohærere: temperãtiæ, nullo affectu noxio delectari. Et per hoc patet hoc ſuſtineri poſſe, ꝙ anima perfecta perfectione patriæ vel ſumma perfectione, quã paucisſimi habuerunt in via, licentiat virtutes has quantũ ad actũ: quia habent alios actus ſpecie ab iis, qui in viatoribus inueniuntur: ſed nõ licentiat quo ad habitũ: immo tũc perfectiſſime illas habet: nã habet charitatẽ in ſummo: & per conſequens omnes habitus virtutum moralium. Vñ Apoſtolus 1. ad Cor. 13. Charitas patiẽs eſt, benigna eſt, &c. & facit de pœni. diſt. 2. charitas 2. Hoc viſo ſciẽ-

Exercere ſe in actib' virtutum moralium an ſit hominis imperfecti.

dum eſt, ꝙ dicere imperfecti hominis eſſe ſe exercere in actibus virtutum moralium reprimẽdo ſcilicet impetũ paſſionum per iudicium rationis, & imperium volũtatis, hoc eſt bene dictum: ſi ſumamus imperfectũ pro nõdum habẽte ſummã perfectionem, vt prius dixi, qualẽ ſcilicet habent beati in patria, & qualem habuerunt paucisſimi in hac vita, ſcilicet Chriſtus, beata Virgo, primi parentes in ſtatu innocentiæ: & forſan alij ex priuilegio ſpeciali. Sed ſi ſumamus imperfectũ pro vitioſo, vel carente perfectione neceſſaria ad ſalutẽ, hoc eſt hæreticũ. Apoſtolus enim qui perfectiſſimus fuit in via, reprimebat inſultus carnalium paſſionum. vñ dicit 1. ad Corinth. 9. in fi. Sic pugno, nõ quaſi aerẽ verberans: ſed caſtigo corpus meũ, ſcilicet motus carnis illicitos reprimẽdo, ſcđm Auguſtinũ, & in ſeruitutẽ redigo, ſcilicet carnẽ ſpiritui ſeruire cogẽdo, ſcđm eũ ad idẽ ad Rom. 7. Video aliã legẽ, &c. & 2. ad Cor. 12. Ne magnitudo reuelationũ me extollat, datus eſt mihi ſtimulus carnis. Itẽ Hierem. & Ioan. Bapt. qui fuerunt ſanctificati in vtero, ſcđm Theologos habuerunt fomitẽ inclinantẽ ad venialia, licet nõ ad mortalia: & contra tales inſultus bellauerunt. vnde cantat Eccleſia de Ioan. Baptiſta: Antra deſerti teneris ſub annis, ciuium turmas fugiens petiſti, ne leui ſaltem maculare vitã famine poſſes. Beatus Martinus legitur ꝙ carnẽ ſpiritui ſeruire cogebat. De beato Benedicto Gregorius dicit 2. dialogo. quòd inſultus carnalis tẽtationis repreſſit proiiciẽdo ſe inter vrticas & ſpinas, vt per vulnera corporis educeret ab anima vulnus mentis. Ex quibus patet ꝙ perfecti perfectione neceſſaria ad ſalutẽ nõ licẽtiãt à ſe virtutes etiã in actu: immo ſe exercẽt in actibus virtutũ moraliũ. vñ ipſe Apoſtolus ad Philip. 4. Quæcumq; ſunt vera, quæcumq; pudica, quæcumq; iuſta, quæcumque amabilia, quæcumq; bonæ famæ: ſi qua virtus, ſi qua laus diſciplinæ, hoc cogitate quæ accepiſtis, & audiſtis, & vidiſtis in me. De hæreſi vidimus. De inſania etiã huius opinionis patet: quis enim ſciat ſe perfectum vt licẽtiare poſſit virtutũ actus, certe nullus. de pœn. diſt. 2. ſi enim. verſ. nos autẽ iuxta. & de purg. can. c. vlt. ver. ſed hoc. & quod ibi dixi. Ioan. An.

Ioã. Bapti. & Hieremias fuerunt in vtero ſanctificati.

¶ *Glo. ſeq. diſtinguendo duplex mortale. ſcilicet ſecundum ſpeciẽ, & ſecundum cauſam: concludit hæreſim, & negat rationem, in fine oſtendit inſaniam, dato quòd ratio eſſet vera.*

d ¶ *Septimo, quòd mulieris oſculum.*] Et eſt ſciẽdum, quòd peccatum mortale dicitur dupliciter. Vno modo ſecundum ſuam ſpeciem, vt furtum, adulterium, periurium. de iureiur. etſi Chriſtus. ver. quædam. & hoc modo oſcula, amplexus, vel tactus non ſunt mortalia, cum poſſint abſq; libidine fieri, vel ex conſuetudine regionis, vel propter pacem, vel aliam neceſſariam vel rationabilem cauſam. Alio modo dicitur mortale, procedens ex inordinata & mala cauſa: vnde peccat mortaliter dãs eleemoſynam pauperi, vt illum inducat ad hæreſim. Cum ergo non ſolum deliberatus conſenſus in actum peccati mortalis, ſed etiã in delectationem ei annexam (ſecundum Auguſtinum & Theologos) ſit peccatum mortale: & per conſequens conſenſus deliberatus in actum luxuriæ & delectationis ei annexæ, vt probant doctores ſit mortale: oſcula autem libidinoſa, amplexus, & tactus ſi fiant propter delectationem huiuſmodi, ſic enim ſolum libidinoſa cenſentur, manifeſtum eſt propter hanc cauſam libidinoſa oſcula fore mortalia: & hoc tenet Tho. 2. 2. q. 154. art. 4. nec mirum, cum id dicatur etiam de libidinoſo aſpectu. 32. q. 5. nec ſolo. & c. ſeq. Et falſa eſt ratio, quòd natura non inclinet ad illa, cum illa ordinentur ad actum carnalem conſummatum ſicut ad finem. ſicut autem natura inclinat aliquid

Peccatũ dicitur mortale dupliciter.

Oſcula libidinoſa ſunt mortalia.

non [a] eſt, maxime cum tentatur [b] exercẽs. Octauo, quòd in eleuatione corporis Ieſu Chriſti non debẽt aſſurgere, nec eidem reuerẽtiã exhibere [c]: aſſerentes ꝙ eſſet imperfectionis eiſdẽ, ſi à puritate & altitudine ſuæ contẽplationis tantũ deſcẽderent, ꝙ circa miniſteriũ ſeu ſacramẽtũ Euchariſtiæ, aut circa paſsionẽ humanitatis Chriſti aliqua cogitarent: Nonnulla etiã alia ſub ſimulata quadam ſanctitatis [d] ſpecie dicunt, faciunt, & committunt, quæ oculos diuinæ maieſtatis offendũt, & graue in ſe continent periculũ animarũ. ¶ Cum autẽ ex debito commiſſi nobis officij hmõi ſectã deteſtabilẽ, & præmiſſos ipſius execrãdos errores (ne propagẽtur [e] vlterius, & ꝑ eos corda fideliũ damnabiliter corrũpantur) extirpare ab Eccleſia Catholica neceſſario habeamus: Nos ſacro approbante cõcilio, ſectã ipſam cũ ꝓmiſsis erroribus dãnamus & reprobamus omnino, inhibentes diſtrictius, ne quis ipſos decætero teneat, approbet, vel defendat: Eos autem, qui ſecus egerint, animaduerſione canonica decernimus puniendos. ¶ Porro diœceſani & illarum partium inquiſitores hæreticæ prauitatis, in quibus Beguardi & Beguinæ huiuſmodi commorantur [f], ſuum officium circa eos diligẽter exerceãt, inquirentes de vita & conuerſatione ipſorum, qualiterve ſentiant de articulis fidei & Eccleſiæ ſacramentis. In illos vero quos culpabiles repererint, niſi abiuratis ſponte prædictis erroribus pœnituerint, & ſatisfactionem exhibuerint competentem) debitam exerceant vltionem [g].

quid in proprium finem, ita inclinat in omnia de ſe ordinata in illum finem. ſicut enim grauitas rei grauis naturaliter inclinat illã ad eſſe deorſum; ita ad deſcendendum deorſum. Item dato ꝙ ratio eſſet vera: non tamen concludit, ſi enim aliquid eſſet mortale, quia natura nõ inclinat: ergo ieiunare & peregrinari, & alia pœnalia facere: credere Deum trinum & vnũ, & alia quæ fidei ſunt, ad quæ non inclinat natura, eſſent mortalia: quod eſt inſanum.

¶ *Glo. ſeq. reprobat id per canonem, & quinque auctoritates: & de ratione remittit.*

a ¶ *Non eſt.*] hoc reprobatur etiã in ſimplici fornicatione. 25. diſt. §. aliàs ea demum, 22. q. 1. prædicandum. 32. q. 4. meretrices. Hoc ꝓbat Apoſtolus ad Galat. 5. vbi præmiſſa fornicatione, & aliis vitiis ſubmittit: Qui talia agunt, regnum Dei non poſsidebunt. ſolum autem mortale excludit à regno Dei: ergo, &c. ad idem Tob. 4. ibi, Attende tibi ab omni fornicatione: & præter vxorem tuam non patieris crimen ſcire: ſed crimẽ importat mortale. 81. diſt. c. 1. ad idem. de pœ. & remiſ. Deus qui. Itẽ eſt præceptum decalogi, Non mœchaberis. Exod. 20. 32. quæſt. 6. non mœchaberis. Ad idem Deut. 23. ibi, Non erit meretrix, &c. & 1. ad Corinth. 6. Fugite fornicationem, &c. hoc idem ratione concluditur, quam plene Tho. proſequitur quæſtione, quam proxima gloſſa allegaui in ſecundo articulo.

* Fornicatio ſimplex eſt peccatum mortale.

b ¶ *Cum tentatur.*] Tunc eſt reſiſtendum, & actu virtutis vtendũ, vt dixi ſ. verſi. proxi. non ferro. de corpo. viti. ſignificauit.

¶ *Glo. ſeq. reprobat hoc dictum per auctoritates, canones, & per rationes, in fine oſtendens illorum rationem eſſe inſaniam.*

c ¶ *Octauo, quòd, &c. Exhibere.*] cum tamẽ ſcribatur ad Philip. 2. quòd in nomine Ieſu omne genu flectatur. & de immu. eccle. decet. lib. 6. reprobatur etiam hoc de celeb. miſ. ſane. de conſec. diſt. 2. nihil. Nam etiam cum Euangelium legitur, curuari debemus. de conſecra. diſtin. 1. Apoſtolica. ad idem 50. diſtin. in capite. Hæreſis autem & inſania huius dicti patet: quia contradicit doctrinæ vtriuſque teſtamenti. præcipit enim Propheta etiam perfectis in Pſal. 97. Dominus regnauit, iraſcantur populi: ibi, Adorate ſcabellum pedum eius, quoniam ſanctum eſt: quod de Chriſti humanitate, & ſpecialiter de Chriſti carne exponit Auguſtinus: ſic etiam dicit Apoſtolus ad Hebræ. 1. Introducit primogenitum in orbem terræ, & adorent eum omnes angeli Dei. Conſtat etiam nõ ſolum per præceptum Eccleſiæ de pœniten. & remiſsio. omnis. ſed etiam per præceptum Chriſti, quòd omnes quantumcumque perfecti, tenentur determinato tempore ſumere corpus Chriſti. Ioan. 6. Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, &c. de conſec. diſtin. 2. prima. & Luc. 22. Apoſtolis ſumme perfectis 1 dixit: Hoc facite in meam commemorationem. ſ. ead. compil. de reliq. & vene. ſi dominum. poſt princ. Sed qua ratione tenetur quis corpus Chriſti ſumere & ſpiritualiter manducare, eadem ratione tenetur ipſum adorare, etiam latriæ adoratione, vt probat Auguſtinus ſuper Pſal. prædi. & probat Tho. 3. par. quæſt. 25. art. 1. & 2. Ratio autem iſtorum quæ ſequitur eſt inſania, ſecundum quam Virgo beata, Euangeliſtæ, Apoſtoli: item Patriarchæ, Prophetæ fuiſſent ſumme imperfecti. cum ex geſtis & verbis ipſorum appareat, quòd circa hoc iugiter cogitabant plus: quia omnes beati de imperfectione notarentur, qui in diuina eſſentia vident quotidie omnia ſacramenta humanitatis Chriſti, & illa liquidiſsime contemplantur.

1 Collatis cum eis qui ſucceſſerunt tamquã fundamenta toti⁹ Eccleſiæ.

d ¶ *Sanctitatis.*] vide qđ ſuper eodem verſi. dixi. ead. compil. de relig. dom. c. 1. Tullius lib. 1. de Offi. Totius iniuſtitiæ nulla capitalior, q̃ eorum qui cũ maxime fallãt, id agũt vt boni viri videantur.

Tullius contra ſimulatores.

e ¶ *Propagentur.*] eſt propago propaginis vitis extenſa ſub terra. Item alicuius progenies vel proſapia, eſt propago propagas, quod reſpicit producentem vel procreantem. inde dixit quidam:

*Vitem propago, bibet inde futura propago.*

Propago eſt æquiuocum.

f ¶ *Commorantur.*] vide eod. tit. vt commiſsi. li. 6. ver. & contra illos.

g ¶ *Vltionem.*] eod. tit. ad abolendam. &c. excommunicamus.

# TITVLVS IIII.

## De homicidio voluntario, vel caſuali.

¶ Clemens v. in concilio Viennenſi.

¶ *Furioſus, infans, vel dormiens hominem mutilans vel occidens, non efficitur irregularis: nec etiam ille qui aliter mortem vitare nequiens ſuum inuaſorem occidit vel mutilat. hoc dicit,*

CAP. VNICVM.

SI † furio-

DE HOMICIdio voluntario, vel caſuali.

¶ *Viſum eſt ſuperius de crimine hæreſis, quòd eſt grauiſsimum crimen: nunc videndum eſt de alio crimine, videlicet de homicidio. Et quia homicidium aliquando committitur voluntarie cũ deliberatione, aliquando caſualiter: ideo annectitur præſens rubrica, de homicidio voluntario vel cauſali.*

Cõtinuatio.

S*I furioſus.*] ſummat habẽs duo dicta, in quorum primo determinat tres caſus: in ſecundo, quartum. Præſupponendum eſt ꝙ ſi quis hominem occiderit, vel hominis membrũ mutilauerit, ideſt, ſeparauerit, talis efficitur irregularis: adeo ꝙ ſi tempore homicidij non ſit promotus ad ſacros ordines, non poterit promoueri. Si vero ſit promotus, non poterit miniſtrare in ordinibus ſuſceptis, niſi cum eo diſpenſetur. Et licet dicant quidam, ꝙ nullo modo poſsit diſpenſari cum talibus: quia ſunt irregulares de iure diuino. per illa verba ad Dauid regem: Non ædificabis mihi templum, quia vir ſanguinis es: tamen communis opinio eſt, quòd poſsit diſpenſari: ſed Papa non conſueuit diſpenſare cum talibus.

† Hanc Clementinam latiſſimè repetiuit Didac⁹ Couarruuias, eum videto.

CASVS. Quidam furioſus incidit in furiam, adeo ꝙ erat mente alienatus: iſte non fuit poſitus ſub cuſtodia à ſuis parentibus: qđ fieri debebat, per l. diuus. ff. de offic. præſ. Iſte furioſus occidit aliquem, vel mutilauit membrum hominis: poſtea fuit à furore liberatus: Quæritur, an poſsit in ordinibus ſuſceptis miniſtrare: Dicit Clemens ꝙ ſic. Idem dicendũ eſt de infante. Idem de illo qui dormiendo aliquẽ occidit. Idem de illo qui occidit aggreſſorem, cũ non poſsit aliàs mortẽ euitare, adeo ꝙ iſte ſic inuaſus poſſet ſe defendere. hoc dicit H. R. ¶ Colligo aliqua notabilia. Primo, quòd mutilatio fit per ſeparationem membri: ſed debilitatio eſt quãdo non fit ſeparatio, ſed redditur corpus debile. Nota ꝙ furioſus ex homicidio non incurrit irregularitatem. Nota quòd furioſus proprie non delinquit, quia delictum non fit ſine animo deliquendi. Nota ꝙ ex homicidio vel mutilatione incurritur irregularitas.

Nota quod idem dicendum eſt de infante, ſicut dictum eſt de furioſo: ſecus de impubere proximo pubertati: quia in eo cadit omne delictum præter delictum carnis, niſi malitia & vigor naturalis ſuppleãt ætatem: quia etiam talis impubes poteſt contrahere matrimonium. Nota ex quibus quis incurrit irregularitatem, ſcilicet ex homicidio & mutilatione, & requiritur ꝙ ſit membrum principale: ideo clericus mutilando digitum, non efficitur irregularis, quia digitus nõ eſt membrũ, ſed officium membri. l. hermaphroditus. ff. de ſtatu homi. Nota quòd licet ſit licitum alicui vim illatam repellere, ita ꝙ non teneatur fugere, cum eſſet honeſta perſona, cui non eſſet honeſtum fugere, ſi reſiſtendo occidat, incurrit irregularitatem, licet non veniat puniendus in foro ſeculari.

Nota ꝙ mutilare & occidere æquiparantur quo ad contrahendã irregularitatem. de hoc in glo. not. quo ad irregularitatem.

Nota

ſus [a], aut infans [b] ſeu dormiēs [c] hominē mutilet [d], vel occidat, nullam [e] ex hoc irregularitatē incurrit. Et idem [f] de illo cenſemus, qui mortem [g] aliter vitare non [h] valens, ſuum [i] occidit [k] vel mutilat inuaſorem.

# TITVLVS V.

## De vſuris.

¶ Clemens quintus in concilio Viennenſi.

¶ *Officiales communitatum facientes, dictantes, vel ſcribentes ſtatuta ſuper vſuris ſoluendis, non repetendis, vel non reſtituendis, vel iudicantes ſecundū illa, vel non delentes illa (ſi poſſunt) infra tres menſes de libris communitatum, vel illa ſeruantes, excommunicati ſunt. Ioa. An.*

### CAP. VNICVM.

EX† graui [l] ad nos inſinuatione peruenit, quòd quorundam communitates locorum in offenſam Dei & proximi [m], ac contra iu-

Nota ꝙ multiplex eſt irregularitas, qđ vř velle littera ibi: *Nullā irregularitatē*. eſt.n. quædam quę tm̄ impedit promouendū: quędam deiicit etiam iam ꝓmotū, vt not. 50. diſt. de his. de homi. ſicut.

¶ *Prima gloſſa dicit quid determinat.*

a ¶ *Si furioſus.*] Se ſummat habens duo dicta, in quorum primo determinat tres caſus: in ſecundo quartum. Et primū determinat, quæ habentur 15. q. 1. §. de furioſis. vſque ad finē quæſtionis. & quæ not. ea. q. in ſumma. & c. merito.

¶ *Glo. ſeq. per ſeptē ſimilia, & per rationem coadiuuat textum.*

a ¶ *Furioſus.*] iſte ſiue cōtinuo furore laboret ſiue per interualla: quādiu furit, pati poteſt iniuriam, ſed non facere. ff. de iniur. illud. canonizata. 15. q. 1. illud. & quod per eum fit, habetur perinde, ac ſi caſu aliquo accidiſſet ſine facto pſonæ. ff. de admi. tut. l. vlt. in fi. vnde ſi damnū dat nō tenetur Aquil. ſed eſt perinde ac ſi quadrupes feciſſet, vel regula cecidiſſet. ff. ad leg. Aquil. ſed & ſi quęcumque. §. 2. Et idem ibi dicitur de infante: & alibi dicitur, ꝙ infans vel furioſus perdidit vel corrupit, impunitum eſt. ff. de rei vendi. quod infans. & rationem reddit lex, quæ de homicidio loquitur. ff. ad leg. Corne. de ſica. l. infans. vbi dicitur: infans vel furioſus ſi hominem occiderit, lege Cornelia non tenetur, cum alterum innocentia conſilij, alterum fati infelicitas excuſet. ſatis ergo ſuo furore punitur. ff. ad leg. Pomp. de paric. l. penul. in fi. ff. de offi. præſi. diuus. 1. reſpon. & afflicto non eſt addenda afflictio. 7. q. 1. cum percuſſio. de cler. ægro. c. pen. C. de epiſc. aud. tam dementis. in fi. Sicut ergo furioſus non teſtatur. C. qui teſt. fac. poſ. furioſum. de ſuc. ab inteſt. c. fi. nec religionē profitetur. 17. q. 1. Gonſaldus. de regul. ſicut tenor. nec matrimonium contrahit. de ſpon. dilectus. nec baptizat. de hoc. 1. q. 1. §. ecce. quando nec baptiſmum recipit niſi in caſu. de bapt. maiores. ita nec occidendo irregularitatem cōtrahit, vt hic. & facit 3. q. 9. indicas. & quis probet, ibi not. & in prædi. decre. cum dilectus. in glo. hoc ideo. & quomodo probetur, ibi ſcripſi. & facit quod not. 46. diſt. cap. 1.

Furioſus iniuriā facere non poteſt.

Furioſus teſtari nō pōt, nec religionē profiteri, &c.

¶ *Gloſſa ſequens rationem reddit, quam fortificat. ſecundo ponit opin. Hoſt. hic reprobatam.*

b ¶ *Infans.*] minor ſepténio. C. de iu. delib. l. ſi infanti. de deſpon. impu. c. vnico. in prin. lib. 6. & eſt ratio (de qua ſ. dixi) quia ætas illa ignorat qđ videt. C. de fal. mo. l. 1. inde eſt ꝙ ex talium ſponſalibus non ꝯhitur publica honeſtas. de deſpō. impu. litteras. & c. acceſsit. Sed Hoſt. in decret. illa de delictis puerorum, dicebat ꝙ puer non doli capax ſi proiiciendo lapidem vel cultellum occidit aliquem, irregularis eſt, licet non habuerit animum occidendi: quia in lege promotionis non voluntas, ſed factum attenditur: dicebat tn̄ tale homicidium diſpenſatione dignum, cum cenſeatur quaſi caſuale non habita diſtinctione, ex quo non diſcernit an dederit operam rei licitæ, vel adhibuerit diligentiam, hoc hic reprobatur.

Puer non doli capax aliquem occidens, an ſit irregularis.

c ¶ *Dormiens.*] de iſto habetur de baptiſ. maiores. §. verum. ff. de acqui. poſ. l. 1. §. furioſus. ſicut aliqui dormiendo loquuntur, ita ſunt qui agunt etiam dormiendo.

Dormiendo aliqua agi poſſunt.

¶ *Gloßa ſequens æquiparationem probat per alia nouem iura.*

d ¶ *Mutilet.*] Nota quo ad irregularitatem mutilationem homicidio comparari. ad idem 51. diſt. aliquantos. & c. ſi quis poſt. & c. qui in aliquo. 54. diſt. ſi Euangelica. ne cler. vel mon. clericis. & cap. ſententiam. de rapt. in archiepiſcopatu. de cler. pug. in due. c. 1. in fi. eod. tit. is qui. lib. 6.

e ¶ *Nullā.*] hoc tollit dictū illorū qui dicebant tales quo ad ordines ſuſcipiendos irregulares eſſe, ſed nō quo ad ſuſceptos: qđ videbatur placere Gratiano 15. q. 1. in fi. Item illorum qui diſtinguebant diſpenſabilem ab indiſpenſabili, vt dixi in glo. minor. in fine.

¶ *Glo. ſeq. dicit quid determinat ſecunda pars, & tres opi. ponit.*

f ¶ *Et idem.*] determinat not. 50. diſt. de his. ſ. eo. tit. c. 2. & c. ſicut dignum. in fi. magnæ glo. per quæ patet, ꝙ triplex in hoc erat opinio: Prima, Hug. ꝙ talis erat irregularis. Secunda, Ioan. & Goſ. ꝙ quo ad ſuſcipiendos irregularis eſſet, ſed diſpenſabilis: ſed in ſuſceptis licite miniſtraret. Tertia hic approbata fuit. Bart. Brixien. in prædicto c. de his. & in quæſtione quæ incipit: Aliquis repellendo violentiam quam tenebat Hoſt. in prædi. decre. 2. & in decre. ſicut. dicens quòd Clemens quartus & curia ſic tenebat.

1 Vide Alexandrum cōſil. 109. lib. 1. incip. Viſis & vt oportet conſideratis. & Aretinum cōſil. 90.

g ¶ *Mortem.*] propriam, vt ſequitur.

¶ *Gloſſa ſequens exemplificat, & dubium ſoluit.*

h ¶ *Non valens.*] Inangulatus erat, vel ſic arctatus ꝙ fugere nō poterat 1 nec ſe iuuare clamore, vel aliter. Si de hoc dubitatur, in foro contentioſo non crederetur ſibi: ſed per circunſtantias apparentes oporteret hoc iudicari, in foro pœnitētiali crederetur hoc aſſerenti. eod. tit. ſignificaſti 2. de ſpon. tua.

¶ *Gl. ſe. not. à contrario, & id approbat, & obiectioni reſpondet.*

i ¶ *Suum.*] Hæc littera innuit ſecus in illo qui occiderit volentē occidere patrem, filiū, coniugem, vel perſonā coniunctam, quam aliter iuuare non poterat: quod verum puto, quaſi caſus ille non includatr ſub neceſsitate ineuitabili, ſed euitabili. Et hoc dico, dato ꝙ verum ſit quod not. Inno. de ſent. excom̄. ſi vero 1. vbi tenet, ꝙ eo caſu percutiens clericū non eſt excōmunicatus, vt ibi ſcripſi. irregularitas enim iſta cōtrahitur ſine culpa etiam ex merito, vt in iudice iuſte occidente. 51. diſt. c. 1. & dixi de ſpon. inter opera. ſed illa excommunicatio non: immo oportet ꝙ præcedat diabolica ſuaſio circa clericum percutiendum. 17. q. 4. ſi quis ſuadente.

† Pro materiæ itellectu vide B. Thomam 2. 2. q. 78. per totā quęſtionem.

k ¶ *Occidit.*] etiam vibrando, nec reſtringas ad exemplum quod ponit glo. penul. Ber. in decret. ſicut.

DE VSVRIS.

¶ *Viſum eſt ſupra de quibuſdam delictis: verum quia crimen vſurarum eſt graue: ideo videndum eſt de vſuris.*

Cōtinuatio.

E *x graui.*] Tres ſunt partes principales. In prima parte præmittit abuſum circa vſurarum ſolutionem, & repetitionem, & conſtitutionem per quam excommunicat ipſo facto fauentes vſurariis in ſex caſibus hic poſitis. In ſecunda præmiſſa ratione ſtatuit librum ſeu codicem rationum vſurarij debere exhiberi: ibi, *Cæterum.* In tertia parte declarat hæreticū eſſe aſſerere pertinaciter exercere vſuras nō eſſe peccatū: & cōtra ſuſpectos de hoc vel diffamatos de hoc velut de hæreſi poſſe procedere; tertia: ibi, *Sane.* Imola. ¶. In concilio generali in ciuitate Viēnenſi celebrato, plures iudices ciuitatū in fraudē cōcilij Lateranēſis, de quo in c. quia fruſtra. eod. tit. in antiq. faciebāt ſtatuta de vſuris nō repetēdis, & nō ſoluēdis: & per ſua ſtatuta cogebāt debitores ad illas vſuras ſoluēdas indirecte, ſic videlicet, cū bene ſcirēt ꝙ vſuras nō poſſent habere à ſuis debitoribus, ipſi mutuabant pecunias, & conueniebāt ſimul dicentes: Ego mutuabo tibi centū vſq; ad decē annos, & tu in termino ſolues mihi illa centū: Et iterū dabis mihi nomine mutui totidē. hoc eſt iterū te obligabis in centū: & iſtud erat magis graue debitoribus, quàm ſi ſoluerent vſuras. Conciliū ordinauit, ꝙ talia ſtatuentes, & etiā dictātes ſtatuta illa, & etiā ſucceſſores eorū vtētes illis ſtatutis ſunt excōmunicati. Sed quid ſi ſolui vſuras, & illas volo repetere, ad ꝓbandū ſolutionē vſurarū peto mihi edi librū rationū: vtrū teneatur creditor mihi edere, ideſt monſtrare & oſtēdere librū rationū? Videtur ꝙ nō: quia eſt inſtrumentū priuatū, & inſtrumenta priuata nō debēt edi: Dicit ꝙ immo debet edi: & hoc eſt ſpeciale in odiū vſurarū. Colligo aliqua notabilia. Primo ꝙ facientes ſtatuta impediētia repetitionē vſurarū, vel cōpellentia debitores ad ſolutionē vſurarū, ipſo facto ſunt excōicati. Idē de ſcribentibus vel dictātibus illa ſtatuta. Not. ꝙ licet regulariter reus nō teneatur edere inſtrumenta ad fundandū intentionē actoris. l. qui accuſare. C. de edē. fallit in vſurariis. & hoc in odiū vſurarū, vt ipſe teneatur edere, id eſt monſtrare inſtrumentū ad fundandam intentionē actoris.

Not. ꝙ aſſerens, ideſt affirmans exercere vſurā nō eſſe peccatū, poteſt vt hæreticus puniri ſi pertinaciter aſſerat, & peccat cōtra articulū, In vnā ſanctā eccleſiā catholicā. Not. ꝙ in offenſam Dei eſt quidquid ſtatuit in fauorē vſurarū, & dicit Stephanus, ꝙ eſt in offenſā: qa per hoc ei animas furātur. 14. q. 5. pœnale. Not. ꝯ ſtatuta iniqua: & facit Iſa. 10. Væ vobis q conditis leges iniquas. Zaba.

¶ *Prima gloſſa ſimul ſummat, & diuidit.*

l ¶ *Ex graui.*] Caſus. Officiales cōitatū facientes, dictātes, vel ſcribentes ſtatuta ſup vſuris ſoluēdis, nō repetēdis, vel nō reſtituēdis: vel iudicātes ſcđm illa, vel nō delētes illa ſi poſſunt infra tres mēſes de libris cōitatum; vel illa ſeruantes excōicati ſunt. hoc primo. Fœneratores in cauſis vſurarū edere coguntur libros rationū ſuarum. hoc ſecundo. Pertinaciter aſſerens exercere vſuras non eſſe peccatum, hæreticus eſt. hoc tertio, partes patent.

¶ *Glo. ſeq. in quæſtione remittit.*

m ¶ *Proximi.*] cui reſtitutio debetur. An vero valeant talia ſtatuta quæ tollunt rerū dominia, vel actiones ꝓueniētes de iure gētiū, vel ci-

vel ciuili, ſatis ſcripſi poſt Inno.& Hoſt.& Compoſt.de conſti.quæ in eccleſiarum.& facit quod not.ff.de conſti.princ.l.1.

a ¶ *Iura diuina* ] Leuitici 25.Deut.23.Lucæ 6.

b ¶ *Humana.*] ideſt ab homine tradita,& de iure canonico loquitur, ſaluo ꝙ not.14.q.4.quid dicã.& eod.tit.c.3.& C.eo.tit.Auth.ad hæc.& in Auth.de eccl. tit.in prin.colla.9.

in inſtrumentis. Si igitur vt priuatus quis conficiat ſcripturã in libro de datis & acceptis, nõ cogitur ad illas rationes edendas ſine cauſæ cognitione,& in cauſæ cognitione vertiẽ ꝙ illis vtatur, vel ꝙ petens ſit priuilegiatus, vt fiſcus.ff.de eden. l.3. & ſic poteſt recte intelligi.l.1.C.de eden.hoc ergo nouũ facit hæc conſtitutio, ꝙ addit alium caſum priuilegiatũ, in quo etiam taliũ rationũ fit editio. quæ ante conſtitutionẽ iſtam non fiebat, vt fuit olim determinatũ ꝑ dominũ Iacobum de Myſio fratrem Archidiaconi, qui quærebat de manifeſto vſurario, qui epiſcopo ſatisdederat. qđ vide in Mercu. hoc tit. ſub littera B. Item ſcias ꝙ iſtis rationibus ſtaretur 4 contra eos, pro eis nõ.C.de prob. l. inſtrumẽta. & l.rationes. & l.exemplo. & not. ff. de edend.l.quædam. §. nũmularios.in gloſ. ſed an idem hodie. & facit quod not.de fid. inſt. c. 2. in fi. 1. glo. & 24. q. 2.ſane ꝑfertur. in glo. ſed quod.

4 Vide Abbatẽ in c. 2. de fi. inſtru.

ra [a] diuina pariter & humana [b] vſurariã approbantes quodam modo prauitatẽ, per ſtatuta ſua iuramento [c] quãdoq; firmata, vſuras exigi & ſolui nedũ concedunt, ſed † ad ſoluendas eas debitores ſciẽter cõpellũt, ac † iuxta ipſorũ continentiã ſtatutorum grauia, imponendo plerunq; vſuras repetentibus onera [d], aliiſq; vtendo ſuper his diuerſis coloribus, & fraudibus exquiſitis [e] repetitionem impediunt earundem. ¶ Nos igitur pernicioſis his auſibus obuiare volentes, ſacro approbante cõcilio ſtatuimus, vt quicumque communitatum ipſarum Poteſtates, capitanei, rectores, conſules, iudices, cõſiliarij, aut alij quiuis officiales ſtatutã huiuſmodi decætero [f] facere [g], ſcribere, vel dictare [h], aut quòd ſoluantur vſuræ, vel quòd ſolutæ cum repetuntur nõ reſtituãtur plene ac libere, ſcienter iudicare [i] præſumpſerint, ſententiam excõmunicationis incurrant [k]; Eandem etiam ſententiam incurſuri, niſi ſtatuta huiuſmodi hactenus edita de libris communitatum ipſarum (ſi ſuper hoc poteſtatem [l] habuerint) infra tres [m] menſes deleuerint, aut ſi ipſa ſtatuta ſiue conſuetudines effectum eorum [n] habentes quoquo modo præſumpſerint obſeruare [o].

¶ *Fœneratores in cauſis vſurarum edere coguntur libros rationum ſuarum. Ioan. And.*

¶ Cæterum quia fœneratores ſic vt plurimum cõtractus vſurarios occulte ineunt & doloſe [p], quòd vix conuinci poſſunt de vſuraria prauitate, ad exhibendum cũ de vſuris agetur [q] ſuarum codices [r] rationum [s], cenſura [t] ipſos [v] decernimus eccleſiaſtica compellendos [x].

¶ *Pertinaciter aſſerens exercere vſuras non eſſe peccatum, hæreticus eſt. Ioan. And.*

¶ Sane ſi quis [y] in illum errorẽ inciderit, vt pertinaciter [z] affirmare [a] præſumat, exercere vſuras non eſſe [b] peccatũ: Decer-

¶ *Glo. ſeq. ponit dictũ, & eius rationem, & obiectionem ſoluit.*

c ¶ *Iuramento.* ] quod nõ obligat 1.de reg.iur. non eſt.lib.6.cum principale nõ teneat. de fo. compe.ſi diligenti. Non obſtat de iureiur. debitores. quia licet valeat iurãm debitoris ſuꝑ vſura ſoluẽda, cum ſeruari poſsit ſine periculo animæ, nec ſit in alterius ꝑiudiciũ iurãm: tñ ſuper ſeruãdo iniquo ſtatuto, de quo hic loquitur, reſpicit alterius ꝑiudiciũ, vt ſupra: nec ſeruari poteſt ſine periculo ſalutis ęternę, ſicut nec ſtatutũ.

† al. ſed & ad ſoluendũ eaſdem, &c.

† Aliàs. aut.

1 Vide B. Thomã 2.2. q. 78. art.2.

d ¶ *Onera.* ] Fertur ꝙ Pergami eſt ſtatutũ, ꝙ repetentes vſuras in foro eccleſiaſtico per Poteſtatem cogantur vſurario mutuare tantã pecuniam ã tanto tempore, quãto tenuerunt pecuniam vſurarij: deducunt ergo naturalẽ obligationem in ciuilem, quod non licet 2, vt ſcripſi eod. titu. conſuluit. [Ibi ſcribit Ioã.& Goffred.14.q.3.cap.1.]

2 Vide Decium conſil. 118. col. 3.

¶ *Glo ſeq not. ex pœna expreſſa, & remittit, ſecũdo quæſtionẽ ſoluit.*

t ¶ *Cenſura.*] quid contineat, habetur de verb. ſigni. quærenti: Nõ vult ergo hæc conſtitutio, ipſo inuito domũ ipſius ingredi, vel arcã ipſius frangi. & vide qđ not. in Spec. de inſtru. edi, §.videndum reſtat. ver. pone inſtrumenta. Et quia hanc cenſuram licet non directe, tamen indirecte contra Iudæos exercet Eccleſia. eo.tit. poſt miſerabilem, &c. quanto. ſatis videretur, ꝙ etiã in Iudæis haberet hoc locũ ſi per ſeculares principes tales libros edere non cogantur per iura prædicta. & facit quod dicam infra parte proxima.

Iudæi indirecte poſſunt ab Eccleſia excommunicari.

e ¶ *Exquiſitis.*] ſimile de hæret. ſtatutum 1.lib.6.

f ¶ *Decætero.*] quo ad pœnam excommunicationis, quam imponit infra, reſpicit futura: ratio tamen conſtitutionis eſt antiqua. eod.tit.cum tu.Ioan.And.

¶ *Gloſſa ſequens quærit, arguit pro, ſoluit contrarium.*

g ¶ *Facere.*] quid ſi fiat ſtatutum; ꝙ nullus pro vſura recipiat vltra 3 duos denarios pro libra in menſe? videtur quòd locum habeat pœna. quaſi de pluri negando videatur de tanto concedere. de præſump. nonne. cum concor. contrarium puto eod.tit.quanto. de treug.& pace.cap.1.

3 Idẽ ꝗ dictione præter, tenet apoſtilla ad Abbatẽ in c.litteras. de præſump. & Decius conſil.87.col. 2. in 2. volum.

h ¶ *Dictare.*] concor.ne cler.vel mon.ſententiam.

i ¶ *Iudicare.*] de ſcribentibus iudicata non exprimit, ſicut in decre.nouerit.de ſent.excom.

k ¶ *Incurrant.*] incontinenti ſine temporis interuallo, & vide quod ſcripſi in decre.nouerit.ſuper verbo, ſtatuarios.

l ¶ *Poteſtatem.*] ſic ergo intelligatur de ſent. excom. nouerit. & ibi not.per Innoc.& Hoſt. & eod.tit.grauem.& intelligo de poteſtate iuris & facti.

m ¶ *Tres menſes.*] in decret.nouerit.dantur duo tantum, ſed caſus ſunt diuerſi: & ibi ſtatutum erat contra libertatem eccleſiæ, hic aliàs iniquum.

n ¶ *Eorum.*] ſcilicet ſtatutorum. Et hoc dicit, quia quandoque nõ ſtatuunt talia, ſed aſſueſcunt, id eſt conſuetudinem deducunt.

o ¶ *Obſeruare.*] vt ſcripſi ſecundum Inno.in decre.nouerit.obſeruantes, niſi ſint de perſonis expreſsis, excommunicati non ſunt.

p ¶ *Doloſe.*] ſatis ſcripſi de empt.& vend.ad noſtram.

q ¶ *Agetur.*] quo caſu proceditur ſimpliciter & de plano. s.cad. compil.de iudi.diſpendioſam.

r ¶ *Codices.*] licet hoc ſit ſpeciale nomen cuiuſdam libri ciuilis ſcientiæ: tamen ampliatur ad omnes libros.de ſum. trin. damnamus.ver.non enim.ff.de eden.argentarius.§.1.

Codex qđ ſignificat.

A*Buſionibus.*] Tres ſunt partes principales, quæ patent. CASVS.Fuit in concilio Vienneſ.expoſitum, ꝙ nonnulli, id eſt, aliqui quæſtores eleemoſynarum plures abuſus perpetrabant,vt ſubtraherent pecunias à populo. Concilium decreuit vt nullus quæſtor admittatur, niſi oſtendat litteras domini Papæ, vel diœceſani, per quas ſit ei conceſſa facultas & licentia faciendi quæſtum: & niſi etiam declaret cauſam ſui aduentus,& debet litteras ſuas oſtendere diœceſano, in cuius diœceſi vult facere quæſtum. Et ſi Diœceſanus timet de abuſu; non debet illos admittere, niſi conſtet de approbatione ſedis Apoſtolicæ. Poſtea in verſicu.*Ad hæc.* recitat Clemens abuſus quos perpetrabant & faciebant iſti quæſtores, & mandat vt ab ipſis abſtineant.hoc dicit.H.R.

† Quæſtorū nomen & vſū oīo aboleuit conciliū Tridentinum ſeſſio.21.de reform.c.9.

† Aliàs, cedunt.

† Aliàs, ſtatutum.

### CAP. II.

ABuſionibus [i] †, quas nōnulli eleemoſynarū quæſtores in ſuis proponunt prædicationibus, vt ſimplices decipiant,& aurū ſubtili vel fallaci potius ingenio [k] extorqueant ab eiſdē:cum in animarum cedat † periculum & ſcandalum plurimorum,viā, prout eſt nobis poſſibile [l], præcludere cupientes, iuxta ſtatuta † concilij generalis [m] duximus prohibēdum diſtricte,ne quęſtores [n] aliqui(niſi Apoſtolicas,vel diœceſani epiſcopi litteras exhibuerint)quomodolibet admittantur,nec permittantur [o] (Cū ſolum ipſis competat [p] indulgentias ſibi conceſſas inſinuare populo, & charitatiua poſtulare ſubſidia ſuppliciter ab eodem) vllatenus ipſi populo prædicare, nec [q] aliud exponere, quàm quod in litteris continebitur ſupradictis:Litteras [r] quoque Apoſtolicas diœceſani epiſcopi (ne quid fraudis cōmitti valeat per eaſdem) antequam admittant quæſtores ipſos examinent diligenter.

¶ *Ponit octo reprehenſibiles actus quæſtorum,quos fieri prohibet,& contraria priuilegia reuocat. Ioan.And.*

¶ Ad hęc cū aliqui ex huiuſmodi quæſtoribus, ſicut ad noſtrā audientiā eſt perlatū, non ſine multa temeritatis audacia, & deceptiōe multiplici animarū indulgentias populo motu ſuo ꝓprio de facto [s] cōcedāt,ſuper

¶ Colligo aliqua notabilia. ¶ Primo,ex principio cap. ꝙ quæſtores non ſunt permittendi prædicare, ſed ſolū declarare contenta in ſuis indulgentiis. Nota ꝙ quæſtores non ſunt recipiendi,niſi exhibeant, id eſt,niſi oſtendant litteras ſuæ facultatis & poteſtatis. Nota iuncta glo. ꝙ minores epiſcopis non poſſunt ſua auctoritate concedere indulgentias. Not. ex fine.ꝙ quęſtores in huiuſmodi officio ſubiiciuntur ordinariis: non obſtante priuilegio exemptionis. Nota ꝙ abuſio eſt euitanda:vnde priuilegium perdit qui abutitur.11.q.3.priuilegium. damnatur etiam abuſus clauium.11.q.3.ipſe.Not. quòd ſimplices nō ſunt decipiendi. & videtur hic excuſari ſimplicitas & quo ad hoc ſimplices dicuntur qui de facili credunt.22.q.4.innocens.Zabarella.

¶ *Prima gloſſa dicit quid facit, & diuidit.*

i ¶ *Abuſionibus.*] repetit concilium generale de quæſtoribus non admittendis ſine litteris Apoſtolicis,vel diœceſanorum. Et addit per diœceſanos litteras Apoſtolicas prius examinari.Ponit ſecundo octo reprehenſibiles actus quæſtorum, quos fieri prohibet: & contraria priuilegia reuocat.Tertio delinquentes per epiſcopos puniri præcipit non obſtantibus priuilegiis.Secunda:ibi, *Ad hæc.* Tertia:ibi, *Quæſtores.*

k ¶ *Ingenio.*] ſumptū.C.de commer.& mer.l.2.facit 14.q.5. dixit.

l ¶ *Poſsibile.*] de elect.vt circa.in princ.lib.6.j.de ver. ſigni.ſæpe.

m ¶ *Generalis.*] eod.tit.cap.cum ex eo.

n ¶ *Quæſtores.*] eleemoſynarum. de quibus de priui. tuarum. in princ.habemus enim quæſtores iudiciorum, de quibus de verbo. ſigni.forus.& de his quæſtoribus pecuniarum & ærariorum, vide quod not.ff.de offi.quæſto.l.vnica.

o ¶ *Nec permittantur.*] vllatenus ipſi populo prædicare, quod ſequitur.

p ¶ *Competat.*] concor.de hæret.vt officium.§.compeſcēdi.lib.6.

q ¶ *Nec.*] repete,permittantur.

r ¶ *Litteras.*] hoc addit concilium generale.

ſ ¶ *De facto.*] Hoc enim eſt epiſcoporum, & non inferiorum. de exceſ.præla.accedentibus. & quo ad proprios ſubditos, non quo ad extraneos.eod.tit.quod autem.

a ¶ *Votis.*]

a ¶ *Votis.*] hoc etiam eſt epiſcoporum. quod dic vt dixi de vo.c.1.
b ¶ *Incerta.*] vide qđ dixi s̃.ea. cōpil.de priuil.c.1. ver.nec legata.
c ¶ *Quartam.*] idem puto de alia quota.
d ¶ *Mendaciter.*] cum ſint Dei iudicio reſeruatæ.25.diſtin.qualis. profunt tamen ſuffragia, 1 de quibus 14. q.2.animæ defunctorum. & vide quod dixi s̃.eo. tit.quòd autem.& quod not. Hoſt. in ſumma.de remiſ.§.quibus proſint. & §. vlt.

1 Vid̃ Theologos ſcholaſticos li. 4. ſen.diſt. 45. & Ioannem Roffenſẽ cõtra Lutherũ art.19.& aliquot ſequẽtibus.

votis [a] diſpenſent, à periuriis, homicidiis, & peccatis aliis ſibi confitẽtes abſoluant: male ablata incerta [b] (data ſibi aliqua pecuniæ quantitate) remittãt, tertiam †, aut quartam [c] partem de pœnitentiis iniunctis relaxent: animas tres vel plures parentum vel amicorum illorum, qui eleemoſynas eis conferunt, de purgatorio (vt aſſerunt mendaciter [d]) extrahant, & ad gaudia paradiſi perducãt, benefactoribus locorum, quorum quæſtores exiſtunt, remiſſionem plenariam peccatorum indulgeãt, & aliqui ex ipſis eos à pœna [e] & à culpa (vt eorum verbis vtamur [f]) abſoluant: Nos abuſus huiuſmodi p̄ quos cenſura vileſcit eccleſiaſtica, & clauiũ Eccleſiæ auctoritas ducitur in contemptũ, omnimodo aboleri volẽtes: Ea per quoſcumque queſtores fieri, vel attentari decætero diſtrictius inhibemus: Omnia & ſingula priuilegia, ſi qua ſuper præmiſſis, vel eorũ aliquo ſint aliquibus locis, ordinibus, vel perſonis [g] quæſtorũ huiuſmodi quomodocumque † conceſſa (ne ipſorum prætextu ſit eis materia talia vlterius præſumendi) auctoritate Apoſtolica quantum ad præmiſſa penitus reuocantes.

¶ *Delinquentes quæſtores per epiſcopos puniri præcipit, non obſtantibus priuilegiis. hoc dicit. Ioan. And.*

¶ Quæſtores aũt qui deinceps in præmiſſis vel aliquo præmiſſorũ deliquerint, vel aliàs etiã quibuſcunque ſuis priuilegiis abuſi fuerint, ſic per locorũ epiſcopos puniri [h] volumus (nullo prorſus eiſdem quæſtoribus in hac parte priuilegio ſuffragãte) quòd à ſuis temerariis auſibus, qui vbique (vt communis habet aſſertio) nimium excreuerũt, pœnę formidine propenſius [i] compeſcantur.

e ¶ *A pœna & culpa.*] iſta eſt illa pleniſsima peccatorũ remiſsio, quę conceditur cruce ſignatis p̄ ſubſidio vltramarino. de qua ſcripſi poſt Hoſti. de Iudæ. ad liberãdam. quæ datur in anno centenario 2 in extrauagãti Bonifacij: Antiquorũ habet. quam ſolus Papa concedit.

† Aliàs ita: tertiam aut quartam partem aliis de penitentiis, &c.

2 Vide aliàs extrauagantes aliorum põtificũ tit. de pœni & remiſ.1 cõib⁹. vbi annus cẽteſimus ad minus tẽpus reducitur.

f ¶ *Vtamur.*] concor. s̃. ead. compil. de priuile. c.1. in principio.
g ¶ *Vel perſonis.*] quandoque hæc differunt. de priuil. ne aliqui. lib.6.
¶ *Gloſ.ſeq. ponit quatuor ſpecies iuriſdictionis, quas per Clement. habent ordinarij in exemptos.*
h ¶ *Puniri.*] p̄ has Clementinas qñque ordinarius punit exemptos, vt hic, & s̃. de teſta. c.1. de ſta. reg. c.2. de reli. dom. c.2. de iure pat. c.1. qñq; non punit, ſed pœnã iuris publicat. s̃. de priu. c.1. quãdoq; nõ punit, ſed abſoluit. de ſepul. cap.1. qñque ſolum circa loca datur iuriſdictio. de ſup. negli. præla. c. vnico. de priuile. c. 2. generaliter datur iuriſdictio contra eos. de priuil. c.1. lib.6.

Exẽpti quãdoq; puniũt per ordinarium.

† al. quoquo modo.

i ¶ *Propenſius.*] idem verbum s̃. ead. compila. de ætate & qualitate. vt hi qui. & ibi expoſui.

# TITVLVS X.

## De ſententia excõmunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti.

¶ Clemens v. in concilio Viennenſi.

¶ *Religioſi etiam exempti violantes interdictum poſitum per ſedem Apoſtolicam vel ordinarium loci, vel generalem ceſſationem diuinorum factam per prouinciale concilium, vel eum qui hoc poſſit, ſeruatam per cathedralem vel matricem eccleſiam loci, excommunicati ſunt ipſo facto: Non obſtantibus priuilegiis, conuentionibus, conſuetudinibus & ſtatutis, & reſpicit pendentia. hoc dicit. Ioan. And.*

CAP. I.

Ex frequentibus [k] † prælatorum querelis [l] accepimus & nos ipſi experientia [m] certa probauimus, in minoribus conſtituti, quòd plerumque religioſi nunc patenter excuſationibus fucatis [n] & friuolis innitentes, nunc latenter eccleſiarum ſuarum ianuis perforatis, aut in eis factis feneſtris, ſeu modis aliis exquiſitis non abſque damno cathedralium & parochialium eccleſiarum & ſcandalo plurimorum, dirumpendo neruum [o] eccleſiaſticæ diſciplinæ, ciuitatum, terrarum, & aliorum locorũ generalia [p] interdicta præſumptione damnabili violare præſumunt. ¶ Nos igitur in ſancta Dei Eccleſia, cui diſponente domino præſidemus, quæ quidem vnica eſt, & vnũ Deũ prædicat atque colit, vnam [q] fidẽ firmiter & ſimpliciter cõfitetur, vniformitatem (quantum commode poſſumus) conſeruare volentes: circa interdictorum obſeruantiã prædicto-

DE SENTENTIA excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti.

¶ *Viſum eſt ſupra per diſcurſum titulorũ de pluribus delictis: verũ quia pro delictis homines incurrunt ſententiã excõmunicationis: ideo videndum eſt de ſententia excõmunicationis: Vel ſic poteſt continuari ad rubricam præcedentem, videlicet, de pœnitentiis, &c. Viſum eſt de ſacramento pœnitentiæ, cuius ſacramenti excommunicati ſunt incapaces: idcirco videndum eſt de ſententia excommunicationis.*

Ex *frequentibus.*] ¶ Caſus ſic figuratur. Concilio generali in ſpiritu ſancto legitime celebrato, fuit à nonnullis prælatis expoſitum, q̄ plures religioſi, maxime exẽpti tam Mendicantes, quàm non Mendicantes violabãt interdictum generale celebratũ in aliqua prouincia, & iſtud faciebant latenter & ſecrete ſeu colorando facta ſua: Cum enim prohibitũ ſit omnibus clericis celebrare diuinũ officiũ quotiẽs interdictũ eſt poſitũ. Item cũ ſit prohibitũ, vt nulli accedant ad Eccleſiã, vt valeant audire Miſſam vel aliud diuinũ officiũ: Iſti religioſi faciebant foramina in ianuis ſuis & in parietibus ſuis, vt populus audiret diuinũ officiũ: ex quo eccleſiæ cathedrali graue generabãt ſcandalũ, propter quod ordinauit conciliũ, vt poſtquã interdictum generale erit celebratũ, q̄ nulli ſint tã audaces vt faciãt de cætero & amodo ſeu deinceps talia foramina in ianuis ſuis vel parietibus ſuis: aliàs ipſo facto incurrunt ſententiam excõicationis, vt in c. alma. lib. 6. hoc dicit. H. R. Nota quòd vnica eſt eccleſia, licet ipſius plura ſunt membra. Et dicitur eccleſia congregatio fidelium in ea exiſtentiũ: quia Sarraceni & Turci nõ ſunt de eccleſia. Not quòd vniformitas eccleſiæ eſt ſeruanda. Not. q̄ religioſi exempti debẽt ſeruare interdictũ celebratũ in eccleſia matrice vel cathedrali. Not. q̄ non ſolũ in legẽ cõmittit qui offendit verba: ſed etiã ille qui offendit mentẽ legis. Not. q̄ tempore interdicti in tantum debet ianuis clauſis celebrari, vt nec per foramina vel feneſtras laici reſpiciant. Not. quòd ſententia cenſuræ eſt neruus eccleſiaſticæ diſciplinæ. de hoc in glo. 5. Zabarella.

† Not. ex verbo, frequentibus, qđ iura adaptantur ad ea, quæ frequẽter emergunt. de hoc de deſpõ. im pub. litteras. Zabarella.

¶ *Prima glo. ſummat, diuidit, & in fine remittit de tempore huius conſtitutionis.*

k ¶ Ex *frequentibus.*] Caſus. Religioſi etiã exẽpti violantes interdictũ poſitũ per ſedẽ Apoſtolicã, vel ordinariũ loci, vel generalem ceſſationẽ diuinorum factã per prouinciale conciliũ, vel eũ, qui hoc poſſit, ſeruatã per cathedralem, vel matricẽ eccleſiã loci, excõicati ſunt ipſo facto: nõ obſtantibus priuilegiis, conuentionibus, conſuetudinibus & ſtatutis. Et reſpicit pendẽtia. Et primo ponit religioſorũ exceſſum, qui fuit conſtitutionis cauſa. Secundo: ibi, *Nos igitur.* prouiſionem circa obſeruationem interdictorũ, & ceſſationũ cum ſui pœna, quã tertio: ibi, *Porro.* p̄rogat ad pendentia, & tollit obſtantia. Et vt in procemio dixi hæc decretalis præceſsit conciliũ: & hæc p̄bat ſequẽs.

l ¶ *Querelis.*] ſimile de priuileg. epõrum. lib.6.

m ¶ *Experientia.*] quæ eſt rerum magiſtra. de elect. quàm ſit. in princ. lib.6. vbi de hoc.

n ¶ *Fucatis.*] quaſi tinctis vel coloratis. & habetur hoc verbum de conſe. diſt.5. fucare. vbi not. verſus:

Fucatus qđ ſignificat.

*Si vitium frontis alicuius fucus inauret, &c.*

o ¶ *Neruum.*] de conſue. cũ inter. [Et expone neruũ, id eſt vigorem. Panormitanus.]

p ¶ *Generalia interdicta.*] de verb. ſigni. cum in partibus.

q ¶ *Vnam fidem.*] ad Epheſ.4. s̃. ead. compil. de ſum. tri. c. vnico. §. ad hæc. de exceſ. præl. frequens. ad fin. Vide quod de multiplici vnitate ſcripſi de ſum tri. damnamus. ſuper verbo, collectiuam.

Vnitas eſt multipex.

a ¶ *Sedis Apoſtolicæ.*] per hoc vr̃ cõprehendere interdictũ iuris. exemplũ s̃.ea.cõpi.de pœnis,ſi quis ſuadente.§.ciuitas.cũ concor.
¶ *Glo.ſeq.præter iſtam ponit decem clementinas,quæ ligant ſolos religioſos,& quatuor,diuerſimode tamen,ligant mendicantes,& duas eis fauentes,& ipſorum querelam.*

ter interdicto nulla eccleſia eſſet,niſi illa religioſorũ non ſeruãtiũ. Habeant ergo tunc locum iura antiqua,vt dicam j̃.in glo.additur.
e ¶ *Sciuerint.*] alio ſenſu quàm per viſum,de quo præmiſit.probabiliter ergo ignorantes talem obſeruantiam non ligat hæc pœna.
¶ *Glo.ſeq. quæſt.ſoluit,quinque rationes inducentes.*

rũ auctoritate ſedis [a] Apoſtolicæ, vel à locorum ordinariis poſitorum,de fratrum noſtrorum conſilio diſtricte præcipiẽdo mandamus; quatenus religioſi [b] quicũque tam exẽpti [c], quàm non exempti cuiuſcumque ordinis & conditionis exiſtant, cùm cathedralẽ vel matricem [d] [ſeu parochialem †] loci eccleſiam illa viderint aut ſciuerint [e] obſeruare [f] (nõ obſtantibus quibuſcumque appellationibus [g] antea etiam ad eandem ſedem, vel alium ſeu alios interiectis, & aliis obiectibus quibuſcumque [h]) abſque dolo & fraude cum moderatione tamen decretalis Alma [i].inuiolabiliter † conſeruent: Alioquin non ſeruantes excommunicationis ſententiæ [k] hoc ipſo volumus ſubiacere [l]. ¶ Quod etiã in interdictis,& in ceſſationibus [m] à diuinis indictis per prouincialium conciliorũ ſtatuta, vel ipſorum auctoritate (cum maius ſit prouinciale cõcilium,quam ſingularis prælati prouinciæ, ac iudicium integrum, quod plurimorum ſententiis comprobatur [n]) volumus obſeruari. ¶ In ceſſationibus vero generalibus [o] à diuinis ciuitatum, terrarum, & aliorum locorum, quas aliquando ex conſuetudine, vel aliàs capitula, collegia, vel conuentus ſecularium, aut regularium eccleſiarum ſibi vendicant (quia ipſos hoc vnico [p] lumine ad repellendas iniurias eis factas priuare nolumus nec debemus) idem intelligimus obſeruandũ. Ipſi vero ſint diligẽter attenti, vt ſtatuta Romanorũ pontificum prædeceſſorũ noſtrorũ ſuper his edi-

Religioſi p multas clementinas ligantur.

b ¶ *Religioſi quicunque.*] mẽdicãtes vel nõ. Et per hoc patet q̧ cle. ſeculares nõ ſeruantes interdictũ vel ceſſationem,quæ ſeruat matrix Eccleſia, non ligat hæc conſtitutio. Et multos tales caſus quibus per has clementinas ligantur religioſi tantũ,collige s̃. de elect. c. in pleriſq;.ver.nullus. de ſup. neg.præ.c.vnico.de rebus eccle. non alienan. c.1. de teſta. c.vnico.de dec. c. 1. de ſta. mo,c.1. de reli.do.c.1.ver. prædictis.de cenſi.cap.1. de priui. c.1. de pœnis,cupiẽtes. ver.illos etiã. & ver.ſeq.Specialiter contra mendicãtes qui trãſeunt ad non mendicantes,prouidet decr. 1,de. regul. Generaliter contra mendicantes prædi. decre.cupiẽtes. in prin. de pœnis.Specialiter ꝯ prædicatores & minores decre. dudum.de ſepul.ſpecialius ꝯ minores.j̃.eo.cum ex eo.pro religioſis emanauit. de cẽſibus,c.2.de exceſ.præl.frequens.conquerũtur tñ religioſi, q̧ conſtitutiones quæ fauorẽ ipſorum reſpiciunt,ſunt ſine pœna:ſed contra ipſos editæ ſunt pœnales.

† Hæc duo verba:ſeu parochialẽ, deſunt in antiquoribus exẽplaribus ẽt impreſſis.

† al. ita: inuiolabiliter ea ſeruent.

c ¶ *Exempti.*] quomodo per diuerſas conſtitutiones Clementinas probatur non expedire priuilegiatis vel exemptis q̧ fiant generalia concilia,dixi s̃.ea.compil.de ſepul.dudum.in principio.
¶ *Glo.ſeq.primo exponit quæ ſit matrix,& quare de ea dictum, & dubium ſoluit.Secũdo quærit miſtim de duobus,& ſoluit.Tertio quærit de metropolitana.Arguit pro,ſoluit contrariũ. Quarto quærit,quæſtionem ſpecificat,& ſoluit illam & ſimilem.*

Matrix eſt eccleſia baptiſmalis.

d ¶ *Matricem.*] id eſt maiorem & baptiſmalem, quæ dr̃ matrix: quia ſicut mater generat, ſic & illa regenerat per baptiſmum.ſic ſumitur de præſcrip.c.1.& c. ex tranſmiſſa. de tranſac. præterea 2. igitur interdicũtur quandoque loca non habentia intra ſe eccleſiã cathedralẽ,habent tñ matricẽ,ideo hoc expreſsit,& dico hoc locũ habere etiam cum illa matrix eccleſia religioſis non ſeruantibus ſubeſt quo ad præſentationem, collationem, vel quia ſit ipſorum vicaria cũ hic generaliter loquatur.Sed quid dices hic eccleſiam, an epiſcopum vel prælatũ tantum,vel capitulũ tantum,vel vtrumque miſtum?Et quid ſi vacat eccleſia cathedralis, & pars capituli ſeruat:& pars non ſeruat,& partes forte ſunt æquales?In omnibus his caſibus puto eccleſiã ſumi pro ipſa materiali eccleſia & ipſius eccleſiæ parietibus.de hoc,ne præla.vi.ſu.c.vlt.cũ concor.& q̧ ex quo in eccleſia celebretur continue ianuis apertis,&c.ſiue p prælatũ ſiue per capitulũ totũ,vel p partẽ,ſiue per alios clericos eccleſiæ,non ſit locus huic pœnæ licet pœnæ irregularitatis & aliæ de quibus j̃.dicã,poſſent locũ habere,vt ſit mens litteræ, q̧ ex quo in matrice eccleſia ſeruatur & in aliis obſeruetur.Sæpiſsime videm' q̧ in cathedralibus & matricibus eccleſiis inferiores clerici,manſionarij & capellani,vt plurimũ etiã ſine prælato & canonicis officiant eccleſias ipſas.Sed nunquid quo ad interdictum prouinciæ dicetur eccleſia metropolitana matrix,ita quòd illa ſeruãte interdictum religioſi totius prouinciæ non ſeruantes ligati ſint hac pœna:& de ſcientibus loquor.Vr̃ q̧ ſic.de poſt.cap.1. ver. ſed inde.12. diſt,de his contrariũ puto per hanc litterã quæ dicit,cathedralem vel matricẽ loci.Conſtat aũt q̧ metropolitana eccleſia, pone Rauennas,nõ eſt matrix vel cathedralis ciuitatis Bonoñ. vel Mutiñ. de offic.ord.paſtoralis.9. quæſt.3. ſi autem. &c. nullus. ligabuntur ergo religioſi diœceſis Rauẽnæ tãtũ.Item quid ſi interdicta eſt villa vel caſtrum non habens incluſam certam eccleſiam cathedralẽ vel matricẽ,quod eſſe poſſet:puta quia matrix eccleſia eſt in alia terra non interdicta,vel quia plures ſunt eccleſiæ in villa vel caſtro & nulla principalior, quia quælibet baptizat ſuos parochianos,& forte ex illis eccleſiis aliquæ ſeruant interdictũ, aliquæ nõ, Puto quod tunc non ſit locus huic conſtitutioni; deficiunt enim mens & verba ſicut nec locum haberet quando in loco ſingulari-

Eccleſia qd comprehendit,in cle. 1. de ſẽt.excõ.

Eccleſia metropolitana an dicaẽ matrix quo ad interdictum prouinciæ.

f ¶ *Obſeruare.*] Not.q᷑ non obſeruando nõ dicit q̧ ſe conforment:addere enim intendit hæc conſtitutio non diminuere ad obſeruantiam interdictorũ,vt patet in principio. s̃. ea, compil. de præben. c. 1. in fine. Et ſtatutũ hic factum ad pœnã,non debet trahi ad gratiã.de trãſlat. c.2. vltra mediũ. Et argumẽtũ à contrario ſenſu ceſſat:vbi illius argumenti contrarium reperitur in iure vt ſatis ſcripſi de elect. publicato. ſup vltima glo. Itẽ contrariorũ non eſt eadem diſciplina vbi verba & mẽs reſiſtunt,de verb. ſignific. c. fin. de offic. lega, ſtuduiſti. Exceſſus ergo clericorũ matricis eccleſiæ non dabit religioſis materiam delinquendi.de priuileg. peſtis. intelligo autem illos ſeruare quando abſtinet animo obſeruandi. & facit quod ibi dixi ſuper verbo,violauerint.

Argumentũ à contrario quandoque ceſſat.

Cõtrariorũ non ſemper eſt eadẽ diſciplina.

¶ *Gloſſa ſequens ſoluit contrarium.*

g ¶ *Appellationibus.*] nõ dicit q̧ præcedens appellatio nõ vitiet interdictũ ne corrigat.de appell.ad hoc quoniam.& c. dilectis. cũ ſimilibus. Sed dicit q̧ quamuis interdictũ ſit nullum propter præcedentem appellationem vel aliam cauſam, ex quo tamen matrix eccleſia illud ſeruat,religioſi violantes ſunt excommunicati.

h ¶ *Quibuſcunque.*] quibus allegarent nullitatem ſententiæ,quod poteſt eſſe multis modis.not.eo.tit.præſenti,lib.6.

i ¶ *Alma.*] eo.tit.lib.6.

¶ *Glo.ſeq.enumerat 52.caſus quibus excommunicant clementinæ:quorum 16.ſunt reſeruati.*

Excõicatur qs ipſo facto p clementinas in 52.caſibus.

k ¶ *Excommunicationis ſententiæ.*] eſt ſciendũ q̧ p 18.cõſtitutiones clementinas comprehenſi ſunt quinquaginta caſus, quorũ 16. ſunt reſeruati Papæ quibus quis ipſo iure excõicationem incurrit expreſſe,& per duas duo tacite. Et eſt præmittendũ qđ Hoſtienſis colligit triginta tales caſus iuris veteris in ſum. eodem titu. §.3. in princip. ego collegi 32. lib.6. eod. tit,eos qui.Nunc exprimam hos nouiſsimos.primus eſt de ſeque.poſ.c.1.Quattuor de ſepul. cap. 1. Alij quattuor de deci. c. 1. Duo de ſtatu mona.cap.1.§.quia vero. Duodecimis,eo. tit.c. 2. in fin.Tertius decimus & 14. de relig. do. c.1.Alij ſex & ſic 20.de conſangui,& affini, c.1. Tres, & ſic 23.& ſunt Apoſtolicæ ſedi reſeruati.de hæreti. c. 1.ad finẽ. Duo & ſic 25. eo,ti.c.2.Septẽ,& ſic 32.đ vſu.c.1. Alij 6.& ſic 38.& ſunt etiã Apoſtolici de priuil. c.1. ſtringamus ſub duobus caſibus qui ſunt etiam Apoſtolici.s̃,de pœnis c.1.in princip.& verſic poteſtas. Duo,& ſic 42.eod.tit.cupientes,in princip.43,eod.tit. §.qui vero. 44. eo. c. in fi. & eſt Apoſtolicus. 45.hic quatuor etiã Apoſtolici,& ſic 49. j̃.c. proxi.Quinquageſimus j̃.eo.cum ex eo. Duos autem caſus tacitos habemus de ſum.tri.c.vnico.§.porro.de vſu.ex graui,in fi.

¶ *Gloſ.ſeq̃.diſtinguit quatuor caſus diuerſos.*

l ¶ *Subiacere.*] addit hæc pœna ad alias quæ habẽtur de exceſ.pl. c.fi.đ priui. auctoritate.& c.epõrũ.lib.6.eo. ti.is qui.eo.lib. Poſſet tñ caſus eſſe in quo iſta pœna ſine illis ligaret, & econtra. Pone q̧ ſententia interdicti vere non ligat impediẽte appellatione vel aliã nullitate,tñ matrix eccleſia illã ſeruat,ligantur religioſi hac pœna, ſed non illis, Econtra bene ligat ſententia cum matrix eccleſia nõ ſeruat illã:tunc ligantur illis & nõ iſta.Quando vero tenet & ſeruatur per matricẽ tũc locum habet qđ prius dixi, q̧ ligantur vtriſque quãdoque nõ tenet nec ſeruatur p matricẽ, & tũc neutris ligãtur.

m ¶ *Ceſſationibus.*] generalibus,vt ſequitur.

n ¶ *Comprobatur.*] 20.diſt.de quibus. đ of. deleg.prudentiã.poſt prin.Prouer.14. Ibi ſalus vbi multa conſilia, & 15. Diſsipantur cogitationes vbi nõ eſt cõſiliũ.& vbi ſũt plures cõſiliarij, cõfirmanẽ.

o ¶ *Generalibus.*] ſpeciales enim ſeruantur ſolũ in eccleſiis, in quibus ſunt inductæ.de appell.dilectis.

p ¶ *Vnico lumine.*] ſumptum. ff. de off. præſi.illicitas.§.ne tenuis.

a ¶ *Edita.*]

a ¶*Edita.*]de offi.or.irrefragabili.§.cæterum.eo.tit.ſi canonici.& c.quamuis.lib.6.& ibi vide in vlt.glo.
b ¶*Pendentia.*]ↄcor.ſ.ea.cõpil.de iud.diſpẽdioſam.cũ ſuis ↄcord.
c ¶*Conuentionibus.*]ſic ſuprà ead.cõpil.de ſepult.dudum.circa fi.

ta [a], diligẽter obſeruent. ¶Porro hanc † ſanctionẽ ad pendentia [b] trahimus, non † obſtantibus priuilegijs, cõuẽtionibus [c] ſtatutis, & cõſuetudinibus quibuſlibet, quæ contra præmiſſa ſeu aliquod præmiſſorum religioſis ipſis in nullo volum⁹ ſuffragari.

† Al. ita. porro hanc ſetiã ſanctionẽ, &c.

† Al. ita: non obſtantibus priuilegiis cõceſſis eis, & ſtatutis, & conſuetudinibus quibuslibet, q̃ ſuper p̃miſſa, &c.

¶Idem.

*¶ Domini temporales, qui cogunt aliquos in loco interdicto celebrare diuina, vel qui per præcones faciunt tunc ad illa audienda populum euocari, vel prohibent ne publice excommunicati vel interdicti ſu er hoc per illos, qui Miſſas celebrant, moniti eccleſias exeant, & ipſi nominatim moniti qui nõ exeunt, excõmunicati ſunt, & per Papam abſoluendi, hoc dicit Io.an.And.*

CAP. II.

GRauis [d] ad nos prælatorũ querela perduxit, quòd nobiles † quidã & domini tẽporales [e] (terris eorum eccleſiaſtico ſuppoſitis [f] interdicto) nedum in locorum ſuorum capellis [g], ſed & in collegiatis & aliis inſignium [h] locorum eccleſiis, Miſſas & † alia diuina officia publice & ſolemniter faciunt celebrari. Ad officia eadem celebranda, nũc hos, nũc [i] illos vocãtes [k], & interdũ (ꝙ eſt deterius) cõpellentes: hiſq; non cõtẽti exceſſibus [l], per cãpanarum [m] nõ ſolũ pulſationẽ, ſed & voce p̃conia [n] populos etiã interdictos, vt (interdicti nõ obſtãte ſñia) ad audiẽdas Miſſas huiuſmodi veniãt, faciũt euocari. Nõnulli quoq; ipſorũ ſuis plerũque ſubiectis [o], ne (licet excõicationis, vel interdicti ſñia publice [p] ſint innodati) de eccleſiis dum in ipſis Miſſarũ celebrãtur ſolemnia inſtantibus etiã celebrantibus exeant, præcipere nõ verentur: Ex quo frequẽter cõtingit, ꝙ non ſine Dei offenſa, clerique ac populi ſcãdalo, ipſa Miſſarũ ſolẽnia remanẽt inexpleta [q]. ¶Ne igitur exceſſus ſic graues excedentiũ impunitate trahant ab aliis ĩ exẽplũ [r], p̃ſum ptores p̃fatos, q locis ĩterdicto ſuppoſitis quẽquã decætero diuina celebrare officia qũolibet [s]

† Nobiles qui dicantur, & cur ita vocẽtur late docet Tiraqu. tract. de nobilitate, c. 2.

† Al. ita: & alia diuina officia, & quandoque publice ac ſolemniter, &c.

GRauis.]¶Præſupponendum eſt illud quod dr̃ in c.alma.lib.6. e.ti.ꝙ ſi interdictũ ſit celebratũ in aliquo loco, canonici poſſunt celebrare diuinũ officium ſed hoc debẽt facere voce ſubmiſſa & baſſa, & ianuis clauſis, & ꝙ null⁹ admittat ad diuinũ officiũ audiẽdũ, aĩ, ſi quẽ admittãt, ipſo facto ſunt excõicati. CASVS. ſic figuratur. Concilio gñali in ſpiritu ſancto legitime celebrato fuit expoſitũ, ꝙ plures dñi tp̃ales, reges, barones in contẽptum eccleſiæ cogebãt presbyteros tp̃e interdicti in oĩbus eccleſiis celebrare diuina, & cũ non poterãt habere facultatem campanarũ, faciebãt populum per præconem cũ ſono tubæ conuocari, vt veniret ipſe populus & oẽs de populo ad diuinum officium. Et iſtud nõ ſolum faciebãt in ſuis capellis, quę capellæ ſunt in domibus ipſorũ ſeu in caſtris, ſed hoc faciebant in eccleſiis cathedralibus & matricib⁹, & aliquando vocabant aliquos, vt venirent ad diuinum officium, aliquando alios, & ſi venire ad diuinum officium nolebant, illos compellebant, quod eſt peius: Aliquando iſti domini temporales conuocabant aliquos excommunicatos, vt venirent ad diuinum officium, & dum clerici videbant illos excommunicatos, nolebant finire nec perficere diuinum officium, & ſic remanebat inexpletum & imperfectum: propter quos exceſſus oriebatur ſcandalum in clero & populo: Vnde conſtituit concilium, vt decætero talia non faciant ipſi domini temporales. Et quòd excommunicati moniti vt exeant ab eccleſia, immediate recedant ab ea: quod ſi ſecus fecerint, id eſt, ſi contrariũ fecerint, ipſi ſint excommunicati, nec abſolui poterunt niſi per Romanum Pontificem. Nota primo, ꝙ tẽpore interdicti generalis, puta quia tota vna diœceſis eſt ſuppoſita interdicto, non ſunt diuina officia celebranda. Nota pœnam principum, qui compellunt celebrare clericos tempore interdicti, nam ipſo facto incurrunt ſentẽtiam excommunicationis. Nota ꝙ quis nõ debet celebrare in præſentia excommunicati quem ſcit publice excommunicatum: aliàs ipſe ſuſpenditur à ſuis beneficiis. Not. ex tex. iuxta glo. ꝙ licet ſacerdos inceperit celebrare Miſſam, ſi ſuperueniat excommunicatus, debet ipſe ſacerdos ceſſare à celebratione Miſſæ. Et ſi ipſe excommunicatus monitus noluerit exire, ipſe ſacerdos debet illum realiter extrahere ab eccleſia: & ſi non poſſit, debet vocare præſentes in auxilium. Not. ꝙ excommunicatus poteſt iterum excommunicari: tamen ſecunda excommunicatio non habebit effectum niſi effectum retentionis: quia retinebit eum extra gremium eccleſiæ, quamuis fuerit recõciliatus de prima excommunicatione: tamen retinetur adhuc vt expulſus à gremio ipſius eccleſiæ, donec reconcilietur ſecundo. Not. ibi, *Nobiles*, qui dicuntur nobiles etiam ſi delinquant, vt hic. & hoc quia hic dicuntur nobiles à coruſcatione clari ſanguinis, ſecundũ Lau. Not. de locis inſignibus. de hoc in verbo, inſignium. in gl. & in Spe. de citatione. §.1. verſic. ſed quæ loca. Zaba.

¶*Prima glo. ſummat & diuidit.*

d ¶*Grauis.*]Caſus. Domini temporales, qui cogunt aliquos in loco interdicto celebrare diuina, vel qui per præcones faciũt tunc ad illa audienda populum euocari, vel prohibent ne publice excommunicati vel interdicti ſuper hoc per illos, qui Miſſas celebrant moniti eccleſias exeant, & ipſi nominatim moniti, qui non exeunt, excommunicati ſunt, & per Papam abſoluendi. Et primo narrat, ſecundo pœnam imponit ibi, *Ne igitur.*

e ¶*Temporales.*]etiam ſi ſint epiſcopi vel eccleſiarum prælati, videtur locum habere quod hic dicitur. ne cleri. vel mon. c. vlt. lib. 6. facit de exceſ. præla. tanta. & facit quod dixi ea. compil. de pœnis, multorum.

¶*Gl. ſeq. notat ad quæſtionem, pro qua alleg. duo iura & regulam, & opi. diſtinguendum. alleg. duo iura in contrarium ad quæ pro ipſorum reſponſione remittit, & prouiſionem petit.*

f ¶*Suppoſiti.*]ab homine vel à iure. & hæc litera facit ad quæſtionẽ de illo qui ſcit locum interdictum ab homine vel à iure: tamẽ denuntiatio eius non eſt facta an illud ſeruare teneatur: ſatis enim eſt locum eſſe interdicto ſuppoſitũ vt hic, licet non ſit publicatum. facit eo. tit. cum non ab homine. & qđ ibi not. eo. titu. cum deſideres. 1. reſpon. in fi. Qui enim ſciuit, certiorari non debuit. de reg. iur. eum qui. libr. 6. cum concor. & hoc placet Arch. eo. tit. is qui. lib. 6. Illa etiã ratione: quia celebrare dependet à voluntate agentis: Vnde in culpa eſt agendo rem illicitã propter ſuperioris p̃hibitionem & loci inhabilitatẽ. alle. de conſe. diſtinct. 1. ſicut. quod verum intelligit niſi factum eſſet occultum. 6. quæſtio. 2. ſi tantum. & prædi. decret. cum non ab homine. & facit qđ. ſ. dicam. in gloſſ. occultum. In contrarium facit. 11. q. 3. §. euidenter. ibi ſoluitur. Item contra. ſ. ca. proxi. à contrario ibi ſoluitur in gl. no. Forſan expediret 1 per conſtitutionem prouideri clericos non teneri ad obſeruationem interdictorum latorum à iure, niſi prius fiat illorum declaratio. ſimile de hæret. cum ſecundum. lib. 6. Ad quod dicendũ multum mouet de cenſi. quamquam. lib. 6. & ſ. ea. compi. eo. ti. præſenti. cuius etiam littera ſatis huic dicto conuenit.

Interdictũ nõdum denunc arum antiquis illud ſciẽs ſeruare teneatur.

1 Vide Feli. in c. Rodulphus extra de reſcrip.

g ¶*Capellis.*]non intendit quòd in talibus capellis ſitis in loco interdicto hoc liceat: ſed dicit vt aggrauet contemptum: quaſi dicat malum eſſet hoc facere in capellis, ſed grauius in talibus eccleſiis.

h ¶*Inſignium.*]de reſcrip. ſtatutum. poſt prin. lib. 6.

i ¶*Nunc illos.*]concor. de ſtatu monacho. cũ ad monaſteriorum. ver. ſed nec.

k ¶*Vocantes.*] licet de vocatione narret, ſolam coactionem punit.

l ¶*Exceſſibus.*] tolle litteram infra, faciunt euocari non ſolũ per campanarum, &c.

m ¶*Campanarum.*]de offic. cuſt. c. 1. cum concor. & ibi dixi de diuerſis campanarum officiis.

¶*Gl. ſeq. obiectionem ſoluit.*

n ¶*Voce præconia.*]vt dicitur in Authen. de litig. §. omnem. coll. 18. vox præconis quandoque paucis innoteſcit: & hoc reſpectu fortior videtur vocatio per campanam: ſed quia præco loquitur & edictum ponit ex parte mandantis, ideo maior eſt contemptus.

o ¶*Subiectis.*]præcipere non verentur. quod eſt infra.

p ¶*Publice.*]occultũ 2 eñ excõicatũ nõ vitamus in publico. 6. q. 2. c. 2. eo. ti. cum non ab hoĩe. vnde dicit Ray. in ſum. huius tit. §. itẽ quæritur. ꝙ ille qui ſcit occultum excõmunicatum etiã in eccleſia, caute ſi poterit exibi: ſi autẽ id nõ poſſet ſine ſcandalo, nõ debet exire, per iura prædicta, & ne ſit proditor. 2. q. 1. ſi peccauerit.

2 De articulo hui⁹ gloſ ſæplene Feli. in ca. Rodul. extra de reſcr. nu. 39. eũ videto.

q ¶*Inexpleta.*]debet enim ſacerdos dimittere officiũ Miſſæ propter præſentiam excommunicati, niſi iam incepiſſet canonẽ Miſſæ. de quo ſcripſi poſt modernos. eo. tit. c. nuper. & facit. 7. q. 1. illud. & c. nihil. & quod not. 11. q. 3. ſicut Apoſtoli.

r ¶*In exemplum.*]quia ſi ea quæ male vſurpantur, &c. 94. diſtinc. peruenit. 2. facit. 23. q. 1. paratus. in fi.

s ¶*Quomodolibet.*]omnem modum compulſionis realem perſonalem, directum & indirectum comprehendit, vt ſi res ipſorũ occupant, conſanguineos grauant in perſonis vel reb. facit de elec. ſciant cuncti. eo. tit. quicunque. lib. 6.

a ¶*Cogere.*

a ¶*Cogere.*]præſumpſerint,quod eſt infra,& hoc eſt primum.
b ¶*Euocare.*]præſumpſerint,quod ſequitur:& eſt ſecundum.
c ¶*Publice.*]concor.ſ.ea.compil.de ſepult.c.1.& ibi videas.
d ¶*Miſſarum.*]in alijs ergo diuinis officijs non eſt locus.pœnæ.
e ¶*Moniti.*]non dicit nominatim,vt j.proxi.verſi. per quod patet,quod ad prohibentes ſufficit generalis monitio,; puta monet ꝙ oẽs excommunicati & interdicti exeant, illæ præcipit vt non exeant.

cogere[a]: Aut qui modo prædicto ad officia eadem audienda aliquos excõmunicationis præſertim vel interdicti ligatos ſententia euocare[b]: Seu qui ne excõicati publice[c] aut interdicti de eccleſiis, dum in ipſis Miſſarum[d] aguntur ſolemnia, à celebrãtibus moniti[e] vt exeãt, prohibere[f] †: Necnon excõmunicatos publice & interdictos, qui in ipſis eccleſiis nominatim[g] à celebrantibus vt exeãt moniti, remanere[h] præſumpſerint: excommunicationis[i] ſententia (à qua per ſedem dumtaxat Apoſtolicã poſſint abſolui) ſacro approbante concilio innodamus.

¶Idem.

*¶ Fratres Minores ſi tempore interdicti recipiũt in ſuis eccleſiis ad diuina fratres & ſorores tertij ordinis, excõicati ſunt, nec priuilegia iuuant. hoc dicit. Io. Andr.*

CAP. III.

CVm † ex eo[k] ꝙ religioſi viri fratres Minores in ſuis recipiunt eccleſiis ad audiẽda diuina officia tpe ĩterdicti, fratres & ſorores[l] de ordine tertio[m] (quẽ beatus Frãciſcus inſtituit) exiſtẽtes, qui cõtinẽtes[n] ſeu de pœnitẽtia nuncupãtur, ſcandalum[o] aliorum, qui ab eis excluduntur mentibus generetur, cẽſura vileſcat[p] eccleſiaſtica, & minoris auctoritatis interdicti ſententia reputetur: Eiſdẽ fratribus Minoribus[q] diſtrictius inhibemus, ne decætero aliquẽ vel aliquos prædictorum (etiã ſi ſuper hoc hi[r] vel illi[s] priuilegijs quibuſcũque muniti extiterint quę ipſi in nullo prorſus quo ad hoc volumus ſuffragari) ad diuina in ſuis eccleſijs[t] tempore interdicti quoquomodo admittant[v]. Quod ſi fecerint, eo ipſo excõmunicationis ſententiæ ſe nouerint ſubiacere[x]: a qua per alium quàm per Romanũ Pontificẽ, vel ſatisfactione pmiſſa p locorũ epiſcopos (quos auctoritate Apoſtolica[y] fungi volumus in hac parte) abſolutionis beneficium nequeãt obtinere.

¶Idem.

*¶Si Papa etiam ſcienter excommunicato participat, illum per hoc non abſoluit, niſi exprimat hoc ſe velle. Et ſcienter ſub titulo dignitatis aliquem nominet vel honoret, per hoc illum in dignitate non approbat. Ioan. And.*

CAP. IIII.

SI SVM-

f ¶*Prohibere.*]præſumpſerint, quod ſequitur: & eſt tertium.

g ¶*Nominatim.*]ex generali ergo monitione nullus ligatur ex eo, ꝙ remanet: ſoli ergo nominatim moniti remanentes ligabuntur, concord. eo. tit. conſtitutionem. lib. 6. & ſ. ea. compil. de vita & honeſta. clerici. cap. 1.

† In manuſcripto ita: prohibere, vel etiã impedire; necnon, &c.

Compulſio eſt multiplex.

h ¶*Remanere.*]intellige etiam ſi ipſi temporales domini hoc non mandent.

i ¶ *Excõmunicationis.*] excommunicatus ergo iterum excommunicatur. de hoc 3. quæſt. 4. Engeltrudã. de Iudæis. ita quorundam.

† No. ꝙ iſta conſtitutio eſt particularis, quia ſolum concernit Fratres Minores & eorũ eccleſias: vnde nõ concernit alios Mendicãtes. Bonifacius de Vitalinis.

CVm ex eo.] ¶ Primo præmiſſa ratione ponit ſtatutum ſuũ: ſecundo contrafacientes punit: ibi, *Quod ſi.* Imola ¶ Præſupponẽdum primo eſt illud quod habetur ſ. in c. 1. videlicet, ꝙ religioſi cuiuſcunque ſtatus vel præeminentiæ exiſtant violentes ſeu non ſeruãtes interdictũ qđ debuit ſeruari ab eccleſia cathedrali ſeu matrice, hoc eſt parochiali, ſunt excõicati. Et dr̃ eccleſia matrix quaſi mater ſuorũ parochianorũ. Præſuppono vlterius illud qđ habet in gl. poſita in ver. Tertio. videlicet, ꝙ tres ſunt ordines Minorum: Primus fuit fratrũ Minorũ viuentium ſm regulã beati Franciſci: quorũ ordo eſt multũ arctus, & ſtrictus, & nõ poſſunt habere ꝓpriũ nec in particulari nec in cõi. Eſt ſecũdus ordo ſanctæ Claræ, & talis non eſt ita arctus: qa poſſunt aliqd habere in cõi. Tertius eſt ordo, in quo ſunt hoĩes qui dicuntur cõtinentes. ¶Caſus ſic figuratur: Nos vidimus in cap. præcedenti. ſ. eo. tit. ſeu rubrica, ꝙ religioſi cuiuſcunq; ſtatus exiſtant nõ ſeruantes interdictum, ſeu violãtes ꝙ celebratur in eccleſia cathedrali vel matrice, ſunt ipſo facto excõicati. Sed quęro, an fratres Minores q ſunt de primo ordine, poſsint admittere & recipere hoĩes cõtinẽtes ſeu de pœnitentia, q ſunt de tertio ordine ſancti Frãciſci? Et rñdet Papa ꝙ nõ, qđ ſi fecerint, ſunt ipſo facto excõicati, nec poterunt abſolui niſi per ſummũ Pontificẽ. h. d. H.R. ¶ Colligo aliqua notabilia, primo ex prin. c. iuncta gl. ꝙ beatus Frãciſcus tres ordines inſtituit. Prĩo ordinem fratrum Minorũ: & iſte ordo eſt arctiſsimus & ſtrictiſsimus, qa ipſi nõ debẽt habere granaria, ſed debẽt viuere ex incerta penſione. Itẽ non debent habere duas veſtes. Et alius ordo quẽ inſtituit beatus Frãciſcus, qui dr̃ ordo ſanctæ Claræ: & talis ordo non eſt ita arctus, nec ſtrictus, qa bene poſſunt habere aliquid in cõi. Alius eſt ordo cuius profeſſores vocãtur cõtinẽtes: & iſte nõ proprie verus ordo: qa non vouerũt tria neceſſaria q ſunt in profeſsione. No. ꝙ licet tertius ordo fuerit inſtitut⁹ à beato Frãciſco ſicut ordo Minorũ, & ſit aliqua cõio: tñ Minores nõ poſſunt illos admittere ſeu recipere ad diuinũ officiũ, ac ſi eſſent extranei: & ſi de facto admittãt, ſunt ipſo facto excõicati, & nõ pñt abſolui niſi p Romanũ Põtificẽ. No. ꝙ mulieres de tertio ordine beati Frãciſ. dicunt ſorores. Ex hoc infert gl. 2. ꝙ nõ ſunt Beguinæ: & ĩfert hoc ex eo: qa ſunt ſub obediẽtia ſm traditiones tertij ordinis: Beguinæ vero nõ ſunt ſub obediẽtia. remittit gl. de relig. do. cle. 1. vbi de hoc in glo. vide. No. caſum in quo ordinarij ſunt delegati Apoſtolici. ſimile de hæret. ad abolendam. de ſup. neg. præla. cle. vnica. de ſtat. mon. cle. vlt. Zabar.

*¶Prima glo. ſummat.*

k ¶*Cum ex eo.*]Fratres Minores ſi tempore interdicti recipiunt in ſuis eccleſijs ad diuina fratres & ſorores tertij ordinis, excõicati ſunt nec priuilegia iuuant.

l ¶*Sorores.*]illæ igit̃ ñ ſunt Beguinę, vt dixi ſ. e. cõpil. đ reli. do. c. 1.

*¶Glo. ſeq. declarat tres ordines beati Franciſci, & in quo differunt.*

m ¶*Tertio.*]Prim⁹ fuit fratrũ Minorum, qui eſt arctiſsimus, & caret ꝓprio etiã in cõi: de hoc ſatis. j. tit. 1. c. 1. Secũdus fuit ſanctæ Claræ, qui differt à primo, quia ordo ille licet etiã fœminis arctiſsimus, habet tñ proprium in cõmuni. Sed iſte tertius 1 ẽt pro viuentibus in coniugio marib⁹ & fœminis adinuẽtus eſt: & habẽt profeſsi proprium in ſingulari: & poti⁹ eſt modus viuendi, q̃ proprie dicatur regula: eſt tñ approbatus p Nicolaũ tertiũ, & hoc ꝯſtat.

Ordo ſancti Frãciſci eſt triplex.

1 Vide glo. cle. 1. ſuper ver. obediẽtiam. ſupra, de relig. do. Font.

*¶Gl. ſeq. obiectionẽ. ſol.*

n ¶*Continentes.*] non promittunt continentiã, immo viuunt in cõiugio, vt prædixi, tamẽ & ſecundum modum viuendi eis datum certis diebus qualibet ſeptimana abſtinẽt à thoro, ſicut & ſeptimana vicis ſuæ abſtinebant ſacerdotes veteris teſtamenti. 82. diſtinctio. plurimos.

o ¶*Scandalum.*]vitandum. quod dic vt not. de noui. oper. nun. capitulo. 2.

p ¶*Vileſcat.*]ad hoc & ad id quod ſequitur. concor. ſ. ea. compil. de pœni. & remiſ. c. 2.

q ¶*Minoribus.*]alios non ligat conſtitutio.

r ¶*Hi.*]fratres Minores.

s ¶*Vel illi.*]fratres & ſorores tertij ordinis, & eſt mirabile: quia eo caſu in alijs recipi poſſent, ſi priuilegium eſt generale.

t ¶*Suis eccleſiis.*]per hoc verbum, quod etiã ſ. præmiſit, dico ꝙ ſi in alienis eccleſiis hoc facerent ceſſat hæc pœna, poſſet tamẽ habere locum alia pœna communis. & eſt ſimile quòd dixi ſ. hoc tit. c. 1. in glo. additur.

v ¶*Admittant.*]niſi in quantum illis & aliis permittitur. per decr. vlt. eo. tit. lib. 6.

x ¶*Subiacere.*]ſi aliàs bene ſeruant interdictum, quod ſeruat matrix. eccleſia, non ligantur pœna illius decr. ſ. ea. 1. ſed iſta tantum. facit de iud. at ſi clerici. in ſi. cum ſuis concor.

y ¶*Authoritate Apoſtolica.* 2 ]hoc dicit propter exemptionem, & quia deliquerant in locis exemptis.

2 Sing. gl. ſecundum Panor. hic & in c. cũ tpe. ſupra, de arbi. ad hoc ꝙ exẽptus nõ põt renunciare priuilegio ſuę exemptionis etiã ſe ſubijciendo ordinario. Font.

SI *ſummus.*] ¶Primo ponit vnum dictũ. ſecundo, aliud illi ſimile: ibi, *Similiter*, Imola. ¶Pro declaratione huius. c. ſciẽdum eſt, ꝙ iſtud. c. emanauit ad declarationem c. ſi aliqñ. eo. tit. in ant. Et p̃ſuppono, regulariter cum aliquis excõicatur, oportet ꝙ abſoluat in forma Eccleſiæ, videlicet ꝙ p̃ſtet cautionẽ de parẽdo iuri. Præſuppono etiã ꝙ Imperator ſiue rex non eſt ſubditus legibus ſuis. ¶Caſus ſic figurat̃: Ponamus ꝙ ego ſum excõicatus iuſte, forte ꝓ cõtumacia vel al's. Papa ſciẽs me eſſe excõicatũ habuit mecũ cõionem: qa forte miſit mihi litteras, in qb. dabat mihi bñdictionẽ, & bñ me excõicatũ ſciebat: vel forte tradidit mihi oſculum, vel alio mõ habuit mecũ cõicare. Quęrit̃, vtrũ Papa ex hoc videat̃ mihi ĩpẽdiſſe bñficiũ abſolutiõis: Rñdet ꝙ nõ, niſi ipſe Papa expreſſe dicat, volo te abſolutũ eſſe, & tibi bñficiũ abſolutionis impẽdo. Sed ponamus, ꝙ eram intruſus in aliquo beneficio, ita ꝙ non habeã titulum; & Papa ſcripſit mihi litteras, in quibus appellauit me epiſcopum illius loci, quem obtinebam ſine titulo. Vel ponamus ꝙ illud beneficium vacabat, & nullus obtinebat, & ipſe in litteris ſuis appellauit me epiſcopum illius loci, an per hoc videatur mihi ius tribuere in illo beneficio? Reſpondet Clemens Papa, quòd non. hoc dicit. H.R. Not. quòd non ſolum ſufficit non loqui cõ ex-

comm u

communicato,ſed etiã nõ debent ſibi mitti litteræ. Not.ꝙ ſcribẽs litteras excõicato, incurrit minorẽ. de hoc in gloſ.arg.Idem dicit Lau.ſi mittit ei nuntiũ:quia hæc ſunt paria. de elec.vbi periculum. §.nulli.lib.6.& de hoc ibi. Not.ꝙ multis modis cõmunicari dicitur excommunicato.de hoc in glo.vt in conuiuio.Zabarella.

mus a † Pontifex ſcienter b etiam excommunicato participet c litteris d, verbo, vel oſculo e,ſeu alio quouis f modo:ipſum per hoc abſoluere nulla ratione cenſetur, niſi ſe velle g forſitan exprimat illum ex hoc pro abſoluto haberi. ¶ Similiter quoque ſi quem ſub titulo cuiuſlibet dignitatis h,ex certa etiam ſcientia verbo,conſtitutione, vel litteris nominet i †, honoret,ſeu quouis alio modo tractet k, per hoc in dignitate illa ipſum approbare l nõ intelligitur m, aut quicquam ei tribuere noui n iuris.

# TITVLVS XI.

## De verborum ſignificatione.

¶ Clemens v.in concilio Viennenſi.

*¶ Declaratur in aliquibus capit. Exiit. eod.titulo,libro ſexto.præſertim an fratres Minores teneantur ad obſeruationem eorum omnium, quæ in regula ſub verbis imperatiui modi ponuntur:deinde multa inſeruntur, ad quæ fratres ipſi obligantur Et conſequenter eorum nouẽ exceſſibus prolixe diſcuſſis, de electione miniſtri ipſorum luculentiſſime tractatur.*

CAP. I.

Exiui † de paradiſo, dixi,rigabo hortum plantationum o,ait ille cæleſtis agricola p,qui vere fons ſapiẽtiæ verbum Dei, à patre in patre manens, genitum ab æterno, nouiſſime diebus iſtis (fabricante ſancto ſpiritu)in vtero Virginis caro factum,exiuit homo ad opus arduũ redemptionis humani generis peragẽdũ::exẽplar† ſe dando cæleſtis vitæ,præbens hominibus ſemetipſum. Verũ quia plerumque mortalis vitæ ſollicitudinibus preſſus homo, mentis aſpectum ab exemplaris huiuſmodi intuitu† diuertebat:verus noſter Salomon q in ſolio militãtis eccleſiæ hortũ r voluptatis inter cæteros quendam fecit à procelloſis mundi fluctibus elongatũ,in quo quietius ac ſecurius vacaretur contẽplandis ſeruandiſq; huiuſmodi operibus exemplaris in hũc mundum introiuit ipſe,vt rigaret ipſum fœcundis aquis ſpiritualis gratiæ & doctrinæ. Hic hortus s ſiquidem eſt fratrum Minorum ſancta religio, quæ muris regularis obſeruantiæ firmiter vndique circumcluſa, intra ſe ſolo cõtenta Deo adornatur abũde nouellis plãtationibus filiorũ. Ad hunc veniens dilectus Dei filius mortificãtis pœnitentiæ myrrham metit t cum aromatibus u, quæ ſuauitate mira vniuerſis odorem attrahentis ſanctimoniæ circunfundũt. Hæc eſt illa cæleſtis vitæ forma & regula, quam deſcripſit ille cõfeſſor Chriſti eximius ſanctus Franciſcus,ac ſeruandã à ſuis filiis verbo docuit pariter & exẽplo. ¶ Quia vero dictæ ſanctæ regulę profeſſores ac æmulatores deuoti,vt & alumni & veri filij tanti patris affectabant,ſicut & feruenter affectant, ad purum & ad plenum præmiſſam regulã firmiter obſeruare: Attendentes quædã,

*¶ Gloſ prima ſummat, & dicit quare emanauit,& quid prima pars determinat.*

† Ratio decidendi in hac clemẽ. põt eſſe illa, quam affert gloſſa in c.2. extra de ſchiſmaticis, in verbo: diſpẽſatum. quia diſpẽſatio debet eſſe expreſſa. adde Decium in c.ſi quando. in 3. not. de reſcript.

a ¶ *Si ſummus.*] Si Papa etiã ſciẽter excõmunicato participat,illũ ꝑ hoc nõ abſoluit,niſi exprimat hoc ſe velle.Et ſi ſcienter ſub titulo dignitatis aliquem nominet, vel honoret, per hoc illum in dignitate nõ approbat.Creditur ꝙ propter dominũ Fredericũ de Sicilia emanauerit hęc decr.Pars prima determinat not. 92. diſt.ſi inimicus.& eod.tit.ſi aliquãdo. ꝑ Goff.in proœm.cõpil.Greg.per Inno.& Hoſt.de priuil.cũ olim 1.Et facit hoc c. ꝑ ibi not.per Inn.& Hoſt. vt ſicut per participium Papa non abſoluit, ita nec ꝑ euitationẽ excõicat:vnde nõ incurrit minorẽ qui participat illi, quẽ Papa vitat.&c.ſi inimic⁹. loquit̃ de illo quẽ vitat,& vitari præcipit.

† Vide Felinum in rubri.proœmij Gregoriani. & in c. cum vigeſimum. de offic. deleg.

b ¶ *Scienter.*] etiam ſi ignorãter. non erat dubium per præcedentem decret. ſi aliquando.

c ¶ *Participet.*] quo participio nõ ligatur minori,vt not. in iurib⁹ alle. in 1.glo.eo.tit.nulli.

d ¶ *Litteris.*] argue ꝙ ſcribẽs excõicato incurrit minorẽ. de hoc eod. titu.conſtitutionẽ.lib.6. in 3.glo.

Eccleſiaſtici 24.

e ¶ *Oſculo.*] formatur ab os, oris, nec debet ſcribi per h.

† Ioan. And. cuius ſunt gloſſæ in clement. nihil ſcripſit ſuper hac Clemen. cauſam tradunt Anchẽranus, Zabarella, & alij. gloſſæ vero quæ apponũtur,ex commẽtariis Zabarellę ſunt deſumptæ.

f ¶ *Quouis modo.*] vt in conuiuio,orõne, vel itinerãdo,vel cõſedẽdo.

g ¶ *Velle.*] eſt ſibi pro rõne volũtas.Inſt. de iure natu.§.ſed & ꝙ principi.ſic & princeps ſola volũtate manumittit.ff. de manu.apud eũ. C.de fidei cõ. lib. ſi volũtate. in inferioribus à Papa non haberet hoc locũ. eo.tit.cum deſideres.

h ¶ *Dignitatis.*] eccleſiaſticæ vel ſecularis,cum eadem ſit ratio.

i ¶ *Nominet.*] contrariũ videbatur notari 99.diſt.dominus. & vide qđ not.11.q.1.ſacerdotibus.qui fil.ſint leg.per tuas.cum concor.

k ¶ *Tractet.*] vocans illos qui ſunt eiuſdẽ dignitatis,vocat illum.

*¶ Gloſſa ſequens notat ad opinionem.*

l ¶ *Approbare.*] facit ad not.per Inn.& Hoſt.de ſi.presby.veniẽs. vbi tenent ꝙ ſi eps Miſſam audiat vel procurationẽ recipiat à male ordinato vel inſtituto,ꝙ per hoc non diſpenſat cum illo,dato ꝙ ſit caſus in quo diſpenſare poſſet,& ibi ſcripſi.

Epiſcopus audiens Miſſam à male ordinato nõ diſpenſat cũ eo.

*¶ Gloſſa ſequens obiectionem ſoluit.*

m ¶ *Non intelligitur.*] non obſtat ſ.ea.compil.de proba.c.vnico. illud enim intelligitur cum Papa narrat factum proprium,& ſuper eo fundatur ipſius intentio,vt ibi not.in glo.quid ſi talia.

n ¶ *Noui iuris.*] ſimile de hæret.præſidentes.in fin.lib.6. & intellige niſi hoc exprimat ſe velle, vt ſ.proxi.reſponſo.

DE VERBORVM SIGNIFICATIONE.

Cõtinuatio.

*¶ Viſum eſt ſupra per diſcurſum titulorum de ſingulis partibus iuris:verum quia in iure multæ dubitationes oriuntur circa verborum ſignificationem:ideo præſens annectitur rubrica.*

*Exiui.*] ¶ Gloſſa & alij ſcribentes quamplures nihil hic ſcripſere: forte quia Nicolaus iij. eo. tit. lib. 6. ( qđ cap. etiam exponit regulam ſancti Franciſci ) excommunicauit gloſſantes illud cap. & in gloſſando inducentes contrarietates, concordantias, ſeu opiniones diuerſas vel aduerſas: quia tamen permiſit gloſſas fieri per quas verbum, vel verbi ſenſus, ſeu conſtructio quaſi grammaticaliter ad litteram vel intelligibilius exponatur, & quia etiam pœnas illius cap. ſuſpendit Ioan.xxij.in extrauan. Quia non nunquam. & quia licet illa conſtitutio prohibita fuerit gloſſari, non ſic iſta.Item quia dimittendo hanc ſine expoſitione, inducuntur legentes ad omittendã ipſã, vnde cauſat̃ eius ignorantia, cum tamen ipſe Nicolaus præceperit vt illud cap.Exiit.ſicut cæteræ decretales legerẽtur in ſcholis, ideo aliqua breuia hic ſcribo. Quoniam autem per diuiſionem res melius intelligitur.Inſt.de leg.§. ſed non vſque.not.ff.de do.excep.l.1.gl.1. Ideo diuide:quia primo exordium, ſecundo narratio & petitio:ibi, *Quia vero dictæ.* tertio, exauditio:ibi, *Nos igitur.* Et ibi primo declarat non omnia euangelica conſilia eſſe præcepti quo ad fratres,declarãs quæ obligẽt eos ex præcepto. Secundo, in §. *Cæterum.* determinat qđ ſeruandum quo ad bona ingredientiũ. Tertio,in §. *Prætera.* de veſtibus & calceamentis fratrum. Quarto, in §. *Deinde.* de ieiuniis eorũ. Quinto in §. *Porro.* de non recipienda per eos pecunia.Sexto in §. *Proinde.* de paupertate & humilitate ipſorum. & enumerat 11.exceſſus qui ſunt contra paupertatem & humilitatem, quibus prouidet. Septimo in §. *Ex præmiſſis.* ſoluit dubium oriens ex his quæ de paupertate dicta ſunt. Octauo in §. *Dicere.* remouet quendam errorem. Nono in §. *Demum.* determinat de electione vel inſtitutione miniſtri prouincialis, Decimo in §. *In deſtitutione.* determinat de ipſorum miniſtrorum prouincialium deſtitutione. Vndecimo in §. *Cæterum.* determinat, quòd fratribus carentibus miniſtro generali ſuppleat vicarius ordinis vices eius. Duodecimo in §. *Porro.* apponit decretum in his quæ dicta ſunt de prouinciali miniſtro, ſi aliter fiat.

† Aliàs ita: exemplar ſe quendo cæleſtis,&c.

† Aliàs, cõtuitu.

Diuiſio materiam reddit faciliorẽ.

o ¶ *Plantationum.*] Eccleſiaſtici 24.

p ¶ *Agricola.*] Chriſtus.

q ¶ *Salomon.*] Chriſtus, de quo Matth. 12. Ecce pluſquam Salomon hic.

r ¶ *Hortum voluptatis.*] vitam Chriſti.ipſe enim cœpit facere & docere,Actuum 1.

s ¶ *Hic hortus.*] deſcendit ad ſpeciẽ,& applicat quæ dixit ad propoſitum.

t ¶ *Metit.*] aliàs meſſuit.

u ¶ *Aromatibus.*] Cant.5.& per myrram intelligit pœnitentiam: per aromata fructum exempli inde prouenientem.

a ¶ *Timoratæ.*]

a ¶ *Timoratæ.*] quinta diſtinctio.ad eius.

b ¶ *In obediētia.*] ſine proprio, & in caſtitate: tria ſubſtātialia religionis.de ſtatu mona. cum ad monaſteriū. Not.ibi *Superflue & nugatorie.* q̃ ſuperfluitas & nugatio reprobātur in procemio Greg.§.ſane.

† Cap. Exiij. §.pen.eo.tit. lib.6. Fontā.

c ¶ *Cum autem.*] Nota de natura termini reſtrictiui:quia per excluſionem aliquorum cætera includit;& hoc idē eſt dicere quod aliàs dicimus,quòd exceptio firmat regulam. ff. de mili.teſta.tribunus.§. fi. 32.q.7.dominus.not.Dynus de regulis iuris.ſuper rubr.in fin.lib.6.Secundo not.ibi,*Pæniten tia.* quòd id quod diſponitur de aliquo, intelligitur etiā de illo quod ad aliud pertinet.de offi.deleg.c.1. & c.præterea. Tertio not.ibi,*Pro nihilo, & vane.* quòd verba debent poni cum miniſterio.de priuile.in his. & eodem titulo. ſi Papa.lib.6. Quarto not. quòd de æquipollentiis idem iudicium hic,vt j. proximo §.& ff. manda. l. fina.de verbor.ſignifi. in his. de conſang. tua. & facit de iudic. cap.1. Quinto not.ibi, *Quo ad aliqua.* quòd id quod de vno dicitur, de alio excluditur.ff.de iudi.cū prætor. de præſumpt. nonne.

d ¶ *Item quia.*] Not.q̃ in his quæ animæ ſalutem reſpiciunt, pars ſecurior tenenda eſt. 68. diſt.presbyter.de ſponſal.iuuenis. not.de ſcru. in ord.fac. cap.vnico.in gloſſa finali. Secundo not. quòd non omnia quæ imperantur, important neceſsitatem. 28. q. 1.ſic enim.not. glo.14.q. 1.quod præcipitur. regulariter contra dicto ca. quod præcipitur.

quæ dubium poterant afferre ſenſum, in ipſius regulæ ſerie cōtineri:pro ipſorū declaratione habenda recurrerūt prudenter olim ad apicē Apoſtolicæ dignitatis †, vt certificati per ipſam,cuius pedibus etiam per ipſam regulā ſunt ſubiecti,poſſent Domino (pulſis cūctis dubiis) cū plena charitate cōſciētiæ deſeruire. Horum autē piis ac iuſtis ſupplicationibus plures prædeceſſores noſtri Romani Pontifices ſucceſſiue (ſicut dignū erat) applicantes aures & animū, declarauerūt ea quæ dubia videbantur:ediderūt nō nulla,& aliqua conceſſerūt, ſicut expedire videbant Fratrū conſcientiis, ac puræ obſeruantiæ ſtatus. Verū quia plerūque vbi culpa non eſt, eam timere ſolent conſcientiæ timoratæ [a], quæ in via Dei quodcunq; deuiū expaueſcunt nō ſunt ad plenum ex dictis declarationibus dictorum omniū Fratrū conſcientiæ quietatæ, quin circa aliqua ad regulam ipſorūq; ſtatum pertinētia, dubitationum in ipſis fluctus aliqui generētur & oriantur, ſicut ad aures noſtras pluries,& de quāpluribus in publicis & priuatis conſiſtoriis eſt perlatum. Quapropter per ipſos fratres nobis extitit humiliter ſupplicatum, quatenꝰ prædictis dubiis, quę occurrerunt,& quæ poſſunt occurrere in futurū,adhibere opportuna declaratiōis remedia,de benignitate ſedis Apoſtolicæ curaremus. ¶ Nos igitur (cuius animus ab ætate tenera pia deuotione efferbuit ad huiuſmodi profeſſores regulæ, & ad ordinē ipſum totū : nunc autē ex cōmuni cura paſtoralis regiminis, quā immeriti ſuſtinemus, ad ipſos fouendos dulcius, & attētius gratioſis fauoribus ꝓſequendos tanto prouocamur ardentius,quāto frequentius intenta mente reuoluimus fructus vberes,quos ex eorum exēplari vita & ſalutari doctrina,toti vniuerſali Eccleſię continue cernimus prouenire) tam pia ſupplicantium intentione cōmoti, ad peragendū diligēter qđ petitur,ſtudia noſtra duximus conuertenda:ipſaq; dubia per plures archiepiſcopos & epiſcopos,& in Theologia magiſtros, & alios litteratos prouidos,& diſcretos examinari fecimus diligenter. ¶ Cū igitur † in primis ex eo,q̃ in dictæ regulæ principio habetur : Regula & vita fratrum Minorum hæc eſt : ſcilicet Domini noſtri Ieſu Chriſti ſanctum Euangeliū obſeruare, in obedientia [b] viuendo ſine proprio,& in caſtitate. Item infra: Finito vero anno probationis † recipiantur ad obedientiam,promittentes vitam iſtam ſemper & regulam obſeruare. Itē circa finē regulæ:Paupertatem,& humilitatem,& ſanctum Euangeliū Domini noſtri Ieſu Chriſti,quod firmiter promiſimus, obſeruemus:Fuit hæſitatū , an Fratres eiuſdē ordinis ad omnia tā præcepta,quàm cōſilia Euangelij, ex profeſſione ſuæ regulæ teneantur:Quibuſdā dicentibus, q̃ ad omnia:aliis autē aſſerentibus,q̃ ad ſola illa tria conſilia,videlicet,viuere in obediētia, in caſtitate,& ſine proprio,& ad ea quæ ſub verbis obligatoriis ponūtur in regula,obligantur. Nos circa hunc articulū ꝑdeceſſorum noſtrorū veſtigiis inhærētes,ipſumque articulū quo ad aliquid clarius proſequentes,dictæ hæſitationi duximus reſpōdendū,q̃ cū votū determinatū † cuiuſlibet habeat cadere ſub certo,vouens regulam non poteſt dici teneri ex vi voti huiuſmodi ad ea cōſilia Euāgelica, quæ in regula nō ponūtur. Et quidē beati Frāciſci cōditoris regulę hæc ꝓbatur fuiſſe intentio,ex hoc q̃ quædā Euangelica cōſilia in regula poſuit, aliis prætermiſſis.Si enim per illud verbū:Regula & vita fratrum Minorū hæc eſt,& cætera:intēdiſſet eos ad omnia cōſilia Euangelica obligare, ſuperflue & nugatorie quædā eorū, ſuppreſſis cæteris, in regula expreſſiſſet.Cum autē [c] natura termini reſtrictiui hoc habeat, quòd ſic excludit ab ipſo extranea, quòd cuncta ad ipſum pertinentia cōcludit †:Declaramus & dicimus, q̃ dicti Fratres non ſolum ad illa tria vota nude & abſolute accepta ex profeſſione ſuæ regulæ obligantur,ſed etiam tenentur ad ea omnia implenda,quæ ſunt pertinentia ad hæc tria ꝑdicta,quæ regula ipſa ponit.Nā ſi ad hæc tria prędicta tantū præciſe & nude ꝓmittentes ſe ſeruare regulam viuēdo in obedientia, caſtitate,& ſine proprio,& non etiam ad omnia cōtenta in regula, quæ hæc tria modificant,arctarentur,pro nihilo & vane proferrētur hæc verba:Promitto ſemper hāc regulam obſeruare:ex quo ex his verbis nulla obligatio naſceretur.Nec tamen putandū eſt,q̃ beatus Franciſcus profeſſores huius regulæ, quantū ad omnia contenta in regula modificantia tria vota, ſeu ad alia in ipſa expreſſa,intenderit æqualiter eſſe obligatos, quin potius aperte diſcreuit, quòd quo ad quædam ipſorum ex vi verbi transgreſsio eſt mortalis, & quo ad quædam alia nō: Cum ād quædam ipſorum verbum apponat præcepti,vel æquipollentis eidem,& quo ad aliqua verbis aliis ſit contētus. ¶ Item [d] quia præter ea,quæ expreſſe verbo pręcepti,ac exhortationis ſeu monitionis ponūtur in regula : nōnulla verbo imperatiui modi negatiue vel affirmatiue appoſito inferuntur, hactenus extitit dubitatum, an tenerentur ad iſta, vt ad habentia vim præcepti. Et quia vt intelleximus,non minuitur hoc dubiū,ſed augetur ex eo quòd felicis recordationis Nicolaus Papa tertius † prædeceſſor noſter noſcitur declaraſſe,quòd fratres ipſi ex profeſſione ſuæ regulæ ſunt adſtricti ad ea cōſilia Euāgelica,quæ in ipſa regula pręceptorie vel inhibitorie, ſeu ſub verbis æquipollentibus exprimuntur, & nihilominus ad eorum omnium obſeruantiam, quæ ipſis in eadem regula ſub verbis obligatoriis indicuntur,ſupplicauerunt prædicti fratres, vt ad ipſorum conſcientias ſeruandas † declarare,quæ horū cenſeri debeant præceptis æquipollētia ac obligatoria dignaremur. Nos itaque,qui in ſynceris horum cōſciētiis delectamur, attendentes quòd in his quę animę ſalutē reſpiciunt,ad vitādos graues, remorſus conſcientiæ pars ſecurior eſt tenenda †: dicimus,

† Vide concilium Trid. ſeſſi.25 tit.đ Regularibus & Monialibus, c. 1.

† Vide concilium Trid. ſeſſio.25. titu. de regularibꝰ.& Monialibꝰ,c.15.

† Vide B. Thomam 2. 2.q.88. arti. 1.2.& 3.

† Per l.obęſ. C. de præd. min. ibi Sal. Barr. l. ſerui noīe. ff. de vſuca. etiam ſi cōſtitutio eēt pœna.gl. Sali.l. fin. C. đ reuo. don. aut ſi ſolum eſſent pertinentia đ conſuetudine. Barr. l. viros. C.de diuer. offi.lib. 12. vnde cōceſſo tibi, q̃ capias mutuo vſque ad centum, tū potes capere ad cambium : quia ita conſuetum eſt. Pontanus conſi. 114. Fonta.

† In codicibus antiquoribus etiam impreſſis cōſtanter legitur ita: Nicolaus Papa quartus. Et decretalis, Exiit. de qua loquitur iſte textus, quæ habetur eo. titu. lib. 6. etiam tribuitur Nicolao quarto in antiquioribus, & emendatioribus exēplaribus, ſicut in hac editione obſeruatū eſt.

† Aliàs, ſerenandas, ideſt clarificādas, ſiue ad ſerenitatē & trāquilitatē deducendas.

† Cap. conſilium. & ibi glo. đ obſer. ieiu. c. iuuenis. de ſpon. c. in lectum. 12. q. 2 facit ſīgulare Hippoliti 151. ibi allegatur Felinus c. audiuis, antep. de præſcr. pa.

dicimus, ꝙ licet n... res non ad omniũ, quæ ſub verbis ...mpera tiui modi ponuntur in reg...la, ſicut ad præceptorũ ſeu præceptis æquipollentium obſeruantiã teneantur: Expedit tamẽ ipſis fratribus ad obſeruandã puritatẽ regulæ & rigorem, ꝙ ad ea ſicut ad æquipollentia præceptis ſe nouerint obligatos, quæ hic inferius annotãtur. Vt autem hæc quæ videri poſſunt æquipollentia præceptis ex vi verbi, vel ſaltem ratione materiæ de qua agitur, ſeu ex vtroq; ſub cõpendio habeãtur: Declaramus, ꝙ illud quod ponitur in regula de non habendo plures tunicas, quàm vnã cum caputio, & aliam ſine caputio: Item de nõ portandis calceamentis, & de non equitando extra caſum neceſſitatis: Item ꝙ fratres vilibus induantur: Item ꝙ ieiunare à feſto omniũ ſanctorum vſque ad natale Domini, & in ſextis feriis teneantur: Item ꝙ clerici faciant diuinũ officium ſecundum ordinẽ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ: Item ꝙ Miniſtri & Cuſtodes pro neceſſitatibus infirmorum, & fratribus induendis ſollicitam curã gerãt: Item ꝙ ſi quis fratrum in infirmitatẽ ceciderit, alij fratres debent ei ſeruire: Item ꝙ fratres nõ prędicent in epiſcopatu alicuius epiſcopi, cum ab eo illis fuerit contradictum: Item ꝙ nullus audeat penitus populo prædicare, niſi à Generali Miniſtro vel aliis, quibus ſecundum declarationem prædictam id competit, fuerit examinatus, approbatus, & ad hoc inſtitutus: Item ꝙ fratres qui cognoſcerent ſe nõ poſſe præmiſſam regulã ſpecialiter obſeruare, debeant & poſsint ad ſuos Miniſtros recurrere: Item ꝙ omnia quæ ponuntur in regula ad formã habitus tam nouitiorum, quàm etiam profeſſorũ: necnõ ad receptionis modum ac profeſsionem ſpectantia, niſi recipientibus quo ad habitum nouitiorum (ſicut dicit regula) ſecundum Deũ aliter videatur: Hæc, inquã [a], omnia ſunt à fratribus tamquã obligatoria obſeruanda: Item [b] ordo cõmuniter ſenſit, tenet, & tenuit ab antiquo, quòd vbicumque ponitur in regula hoc vocabulũ, teneantur, obtinet vim præcepti: & obſeruari debet à fratribus ſicut tale. ¶ Cæterũ [c] quia Christi cõfeſſor prædictus agẽ d... ac ſeruandorũ circa recipien...s ad ordinẽ Miniſtris & Fratrib... modum præbens, dixit in reg... ꝙ caueãt Fratres & eorũ Mini...i, ne ſint ſolliciti de rebus ſui... emporalibus, vt libere faciãt d... is quicquid ipſis à Domino fu... inſpiratum; licentiã tamẽ hab... nt ipſi Miniſtri mittẽdi eos ad a... ros Deũ timẽtes ſi conſiliũ req... ratur quorum cõſilio ſua bona pauperibus erogentur: Dubitauerunt & dubitãt multi Fratrũ, an liceat ipſis de bonis ingredientiũ quicquã recipere ſi donetur: & ſi ad dandũ pſonis & cõuentibus poſſint eos inducere ſine culpa: ſi etiã ad diſponendũ de diſtributione rerũ taliũ debeãt ipſius miniſtri ſeu fratres dare conſilium, vbi ad conſulendum alij quàm ex ipſis ad quos ingreſſuri mittantur, poſſint idonei inueniri. Nos autem conſiderantes attẽte intẽdiſſe ſanctũ Franciſcum ſuæ regulæ profeſſores, quos fundauerat in maxima paupertate, ab affectu tẽporalium rerũ ipſorũ ingredientium per dicta verba ſpecialiter & totaliter elongare, vt quantum eſt ex parte fratrum ipſorum, receptio ad ordinem ſancta & puriſſima appareret, & ne aliquo modo oculum viderentur habere ad bona eorũ temporalia, ſed ad ipſos tantũ diuino ſeruitio mancipandos: Dicimus † de cætero debere tã miniſtros quàm fratres cæteros, à dictis inductionibus ad ſibi dandum & ſuaſionibus, necnõ & dãdis circa diſtributionẽ cõſiliis abſtinere: cum per hoc ad timẽtes Deũ ſtatus alterius mitti debeãt, nõ ad fratres: vt vere cũctis pateant eſſe tã ſalubris inſtituti paterni ſtudioſi zelatores ſeduli & perfecti. Cũ vero [d] facere de rebus ſuis quod Dominus inſpirabit ipſamet regula ingredientibus liberum velit eſſe: non videtur quin liceat eis recipere: conſideratis ſcilicet eorũ neceſſitatibus & moderaminibus declarationis iam dictę, ſi quid de bonis ſuis intrãs ſicut & cæteris pauperibus per modũ eleemoſynæ libere velit dare. Cauere tamen in acceptatione oblatorum talium decet fratres, ne ex receptorum quantitate notabili, præſumi poſsit ſiniſter oculus contra ipſos. ¶ Præterea [e] cum dicatur in regula, quòd illi qui iam promiſerunt obedientiã, habeant vnam tunicam cum caputio, & aliam ſine caputio, qui habere voluerint: Item quòd fratres omnes veſtimentis vilibus induantur: Noſque prædicta verba declarauerimus æquipollere præceptis: Volentes hæc determinari plenius: dicimus, quantum ad numerum tunicarum quòd pluribus vti non licet, niſi in neceſsitatib⁹ quæ haberi poſſunt ex regula, ſecundũ quòd hunc paſſum memoratus prędeceſſor noſter plenius declarauit: Vilitatem [f] autẽ veſtium

† Aliàs ita: Dicim⁹ oĩo debere tam miniſtros, &c.

a ¶ *Hæc inquam.*] omnia repetit vt clarior ſit oratio, & poteſt dici color rethoricus, qui dicitur repetitio.

b ¶ *Item ordo.*] Not. ꝙ antiqua interpretatio habet vim iuris: minime enim mutãda ſunt, &c. ff. de legi. minime. de conſuet. cum dilectus.

c ¶ *Cæterum.*] ſecũda tertiæ vbi de bonis ingredientium. Not. ibi, *Maxima paupertate.* ꝙ ordo Minorũ fundatus eſt in maxima paupertate. de exceſ. præla. nimis 2. vbi de ipſis & Prædicatorib⁹ dicitur, ꝙ in altiſsima paupertate Chriſto pauperi famulãtur. & dicitur maximum quod principalem gradum tenet. ff. de verbo. oblig. vbi autem. in princ. nam ſuperlatiuum vni ſoli conuenit. 63. diſt. metropolitano. vbi glo.

Gradus ſuplatiu⁹ vni ſoli conuenit.

Quomodo autem paupertas conueniat religioni, dixi, de regul. ſanc. q. 14. & per ibi notata patet, quòd in paupertate nõ eſt pfectio ſimpliciter, ſed in ſequela Chriſti: paupertas autem eſt inſtrumẽtũ perfectionis: & hoc vario modo prout variæ ſunt religiones. de hoc ibi, & per Thomã 2. 2. q. pen. art. 7. & j. §. proinde. Secundo not. ibi, *Cunctis pateant.* quòd curandum eſt de bono teſtimonio & opinione. de ſacra vnct. c. vnico. §. ad exhibendum.

d ¶ *Cum vero.*] hic de eadem declaratione Nicolai iij. ſ. §. item quia. Nota ꝙ quantitas notabilis facit illicitũ quod aliàs licet. ſic de reſcri. ſtatutum. §. inſuper. lib. 6.

Præſumitur ex futuris circa præterita.

Secundo not. ꝙ ex futuris præſumitur circa præteritum: nam hic vetat accipi notabilẽ quãtitatem etiam gratis: ne præſumatur ꝙ moti fuerint ad recipiendũ iſtũ: quia oculum habuerũt ad eius bona temporalia. ſic 33. q. 2. cum per bellicã. in fine. vbi glo. de multiplici præſumptione ſcribam in glo. fin.

Religionem ſi quis ingreditur nõ diſpoſito d bonis, qd fiet de illis.

Quæro, quia hic & in §. præcedẽti dicitur, ꝙ fratres non ſint ſolliciti de bonis temporalibus eius qui recipitur ad ordinem, licet poſsit ipſe dare fratribus de ſuis bonis per modum eleemoſynæ: quid ſi ingreditur non facta diſpoſitione de bonis ſuis? Solu. Quicquid ſit de aliis Mendicantibus, de quo not. de prob. in præſentia. quoad Fratres Minores dic, ꝙ nihil habebũt fratres: dicitur enim in regula, ꝙ volentibus ingredi dicatur ꝙ vendant omnia ſua, & ſtudeãt pauperibus erogare: & ſic fuit intentio beati Franciſci, ꝙ nõ recipiãtur niſi prius diſpoſito de bonis ſuis. quod ſi non fuit factum, dic ꝙ tranſeãt bona ad veniẽtes ab inteſtato: nam ſolus vnus modus permittitur fratribus habẽdi de ...nis illius, ſcilicet ſi ille ...tulit per modum eleem...ynæ, vt hic: ergo alij proh...entur. ff. de iudic. cum pr...or. de præſumptionibus ...õne. Ad hoc quod dico ... §. proinde. quæſt. 2.

e ¶ *Præterea.*] Hic de veſtibus fratrum declarauit in d. c. exiit. §. licet autẽ. ibi dicit, ꝙ de licẽtia Miniſtrorum & Cuſtodũ coniunctim & diuiſim in adminiſtrationibus ſibi cõmiſsis poſſint fratres vti pluribus: ipſi autẽ Miniſtri & Cuſtodes licentiam concedant cum eis videbitur, pẽſatis neceſsitatib⁹ & aliis circunſtantiis, quæ ſecundum Deum & regulam attendendæ videntur. pro hoc infra §. proximo vbi vtilitas attenditur ſecundum conſuetudinem patriæ, & arbitrium Miniſtrorũ & Cuſtodum.

f ¶ *Vilitatem.*] de eod. *nota ꝙ vilitas rei conſideratur ex pluribus.* in eo autẽ ꝙ dicit, vilita-

Vilitas habitus cordigerorũ cõmittitur arbitrio Miniſtrorũ,

...n interio
ſtiũ tam habitus, q... lligi debe-
rũ tunicarũ, illã i... ecũ dum con
re dicimus, qu... cõditionem pa-
ſuetudinẽ v... at quantũ ad colorẽ
triæ, de... pretiũ vilitas merito
panni ... ari: nõ enim quo ad regio
rep... omnes poteſt determinatꝰ
vnus modus in talibus aſſignari. Huiuſmodi etiam vilitatis iudiciũ Miniſtris & Cuſtodibus ſeu Gardianis duximus cõmittendũ, eorum ſuper hoc cõſciẽtias onerantes: ita tamen q̃ ſeruent in veſtibus vilitatẽ. Quorum [a] etiã miniſtrorum, cuſtodum, & gardianorum iudicio eodẽ modo relinquimus, pro qua neceſſitate poſſint ipſi fratres calceamenta portare.

¶ Deinde [b] cum duobus tẽporibus annotatis in regula, ſcilicet, à feſto omniũ Sanctorũ vſque ad natiuitatẽ Domini, & maxime Quadrageſimę, in quibus ieiunare tenẽtur, inſeratur in eadẽ regula: Aliis autem tẽporibus nõ teneantur niſi ſexta feria ieiunare: & ex hoc voluerũt aliqui dicere, q̃ dicti ordinis Fratres nõ tenentur niſi ex cõdecentia ad alia ieiunia, quàm ad iſta: Declaramus debere intelligi eos non teneri ad ieiuniũ aliis temporibus, prætérquã in ieiuniis ab Eccleſia conſtitutis: non eſt enim veriſimile, q̃ vel inſtitutor regulæ, vel etiã confirmator abſoluere ipſos intenderit à ſeruandis illis ieiuniis, ad quæ de cõmuni ſtatuto Eccleſiæ obligantur cæteri Chriſtiani. ¶ Porro [c] cũ dictus ſanctus volẽs fratres ſuos ſuper omnia à denariis ſeu pecunia eſſe totaliter alienos præcepit firmiter Fratribus vniuerſis, vt nullo modo denarios vel pecuniã recipiãt per ſe, vel per interpoſitam perſonã; iſtumq; articulũ declarans idem prædeceſſor noſter, caſus & modos poſuerit [d], quibus ſeruatis à fratribus nõ poſſint dici nec debẽt p̃ ſe vel aliũ pecuniæ receptatores cõtra regulã vel ſui ordinis puritatẽ: Dicimus fratres teneri cauere ſummopere, q̃ pro aliis cauſis, & ſub modis aliis, quã ponat dicti prędeceſſoris noſtri declaratio ad dãtes pecunias ſiue deputatos nũtios nõ recurrant: ne (ſi ſecus ab ipſis attentatũ fuerit) trãſgreſſores pręcepti & regulæ merito poſſint dici. nam vbi aliquid alicui generaliter prohibetur, quod expreſſe nõ conceditur intelligitur denegatũ. Quocirca quæſtus omnis pecuniæ, ac oblationũ pecuniarũ receptio in ecleſia, vel alibi, cippi [e] vel trunci ordinati ad offerentiũ ſeu donantiũ pecunias reponendas: necnõ & quicunque recurſus alius ad pecunias ſeu habẽtes ipſas, qui p̃ declarationem prædictã nõ cõceditur: hæc inquã omnia ſunt eis ſimpliciter interdicta. Cũ [f] etiã recurſus ad amicos ſpeciales expreſſe tantũ in duobus caſibus ſecundũ regulã cõcedatur: videlicet, pro neceſſitatibus infirmorũ, & fratribus induẽdis; idque pie & rationabiliter cõſiderata neceſſitate vitæ ad aliàs neceſſitates Fratrũ pro tempore occurrẽtes [g], ceſſantibꝰ eleemoſynis ſeu etiã ingruentes ſæpedictus prędeceſſor noſter duxerit [h] extendendũ: Attendant fratres præfati, quòd pro nullis cauſis aliis quàm prædictis vel ſimilibus [i], in via vel alibi recurrere licet eis ad amicos huiuſmodi, ſiue ſint dantes pecunias ſeu deputati per ipſos, ſiue nuntij vel depoſitarij, ſeu alio quouis nomine appellentur: etiam ſi conceſſi per eandem declarationem modi [k] circa pecuniã integre ſeruarentur. De-

tem attendi ſecundum conſuetudinẽ patriæ. pro hoc 93. diſt. legimus. vltra mediũ: ibi, *Priuilegium, &c.* Secundo. not. q̃ in iudicio de vilitatẽ attenditur reputatio. de hoc s̃. in proximo notabili ... etiã in æſtimando pretiũ rei attenditur reputatio nõ ſingu... um, ſed cõis. ff. ad leg. Falcid. pretia. in prin. Tertio, not. q̃ qu... q; ſpecialiter onerat̃ conſciẽtia commiſſarij, vt hic. Et an hoc caſu poſsit committere vices ſuas, dixi s̃. de conceſ. præb. cle. vnica. in princ. q. 6. Quarto not. quòd hoc d̃ vilitate veſtiũ nõ indiſtincte cõmittitur Miniſtris & Cuſtodibus: q̃a nõ poſſunt cõcedere q̃ vtãtur nõ vilibꝰ, ſed habẽt declarare quæ cẽ... ſeãtur viles: tñ ſi d... eas q̃ rent cenſeri vil... ptioſę, eſſent manif... talis decl... atio nõ excuſar... atres talibus vt... es, ſic nec præceptũ ... multũ excuſat. de tẽp. or. ad aures. immo nec cõpulſio ſuperioris. de exceſ. præla. cũ a. 32. q. 5. ita ne. & qđ hic de vilitate reliquitur arbitrio Miniſtrorũ & Cuſtodũ, extẽditur per ext. au. g. Ioan. xxij. quorundã. ad lõgitudinẽ, latitudinẽ, groſsitiẽ, & ſubtilitatẽ, & quo ad formã & figuram, & ſimilia accidentia, quę omnia relinquũtur arbitrio prędicto ũ.

a ¶ *Quorum.*] hic dę calceamentis.

Exceptio firmat regulã.

b ¶ *Deinde.*] Hic de ieiuniis eorũ. Not. ibi, *Sexta feria.* q̃ licet exceptio vnius aliorũ ſit incluſio: quia exceptio firmat regulã, vt dixi s̃. §. cũ autem. in primo notabili, tñ ſi per alia iura de illo erat diſpoſitum, nõ tollitur illa diſpoſitio [1]: licet enim hic dicat, & aliis temporibus quàm à feſto omniũ ſanctorũ vſq; ad natiuitatẽ, vel in Quadrageſima fratres nõ tenẽtur ieiunare, niſi ſexta feria, non per hoc includitur q̃ poſsint non ieiunare in ieiuniis ab Eccleſia inſtitutis: eſt ergo tantum ſenſus, q̃ ad ieiunia alia extra ſexta feriã nõ tenetur ex p̃cepto regulę, & ſic nõ plus quàm alij: ſed ad ieiuniũ ſextæ ferię tenẽtur plus quàm alij. de obſer. ieiun. c. fi. Secundo, nota argum. à veriſsimili. ff. quod met. cau. non eſt veriſimile. de prob. cũ de ætate, de teſtib. ob carmen. §. fin. de reg. iur. l. in obſcuris. de præſump. quia veriſimile. Tertio not. quòd inductũ ad augendũ non debet operari diminutionẽ: & idem econuerſo. ff. de adimen. lega. legata inutiliter. de condict. & demonſt. cum tale. §. fina. quia idem non operatur contrarios effectus, de iureiu. intellecto. regula, quod ob gratiam. lib. 6. Quarto nota, q̃ ad ieiunia indicta ab Eccleſia, omnes Chriſtiani obligantur. de obſerua. ieiun. conſilium. §. cum autẽ. quod declaro ibi q. 1. & 2. & dixi s̃. de hæret. ad noſtrum. §. 2. q. 1.

1 Facit c. litteras. & ibi Pan. de reſti. ſpoli. vid' De ci... l. 1. ff. de reg. iur. & ſcribẽtes reputant iſtum tex. hic ſingularẽ. Font.

c ¶ *Porro.*] hic de non recipienda per eos pecunia.

d ¶ *Poſuerit.*] dicto cap. exiit. §. cæterũ. vbi determinat q̃ nõ licet eis mutuũ contrahere, ſed ſi quis vult ſuccurrere, poſſunt ſe offerre q̃ volunt fideliter laborare vt ei ſatisfiat. & hoc male ſeruatur, quia ſępe cont... at mutuũ. declarantur ibi & quædam alia, ſed præcipuũ ... fratres nõ recipiant ipſi pecuniã: ſed tamẽ q̃ dare poſſun... quem eis notũ, cui per eum qui vult eis facere eleemoſy... committatur executio? dominiũ tamen ac proprietas ac poſſeſſio pecuniæ remanet penes dantem, cum libera poteſtate reuocandi vſque ad conuerſionẽ ipſius in rem deputatam. & dic plenius in dicto cap. & duobus ſequentibus.

e ¶ *Cippi vel trunci.*] vel, pro, id eſt: & eſt cippus lignũ inornatum & magnũ, & perforatur vt cedat loco capſæ. hæc tame male ſeruant fratres. nota differentiã inter denarios & pecuniã: quia denarius eſt q̃ pro decẽ nummis olim computabatur: pecunia vero proprie eſt ſubſtãtia de pecoribus proueniens: tamen hoc hodie cõiter hic accipitur pro eodem, & ideo expone litteram ibi, denarios vel pecuniam, vel, pro id eſt, & hic nomine denariorũ continetur omnis moneta magna vel parua, aurea vel argentea, vel alterius generis. & hoc, quiá fauorabile eſt ſic intelligi, & quia indiſtincte loquitur licet nummis legatis veniant exiguiores tantũ. ff. de legat. 3. nummis. Secundo nota quòd id quod per me non licet nec per interpoſitã perſonam. regula, qui per alium. lib. 6. Tertio nota, quòd in iis, quæ generaliter prohibentur, omnia intelliguntur prohibita quæ non inueniuntur conceſſa. de hoc de tranſla. c. 2. ver. ſed neque. in glo. argumentũ. vt ibi dixi.

Pecunia & denarius differunt.

f ¶ *Cum etiam.*] de eodem cum præcedenti.

g ¶ *Occurrẽtes.*] p̃ quibus ſubuentum fuit ab aliquo, cui habent fratres procurare vt reddatur pecunia, & ſic dicũtur neceſsitates non ingruẽtes, id eſt, imminentes de præſenti, ſed iam præteritæ: tamẽ quo ad hoc quod hic dicitur, idem in vtriſque, vt p̃bat quod ſequitur.

h ¶ *Duxerit.*] eod cap. exiit. §. porro. in fine.

i ¶ *Vel ſimilibus.*] neceſſariis non voluntariis. declaratur autem in dicto §. porro. quòd in iis, quæ ſunt neceſſaria ad victum, veſtitum, diuinum cultum, & ſpirituale ſtudium, conceſſus eſt fratribus vſus neceſſariarũ rerum. & hæ cauſæ videntur generaliter omnes neceſsitates cõprehendere: tamen quia quædam etiam ſunt eis neceſſaria, quæ non præciſe concernunt cauſas præmiſſas immediate: ideo hic adiecit quòd etiã hoc eis licet pro cauſis ſimilibus, vt ſi dum tranſeant de loco ad locum ex cauſa ordinis, non permittuntur in certo loco tranſire, niſi ſoluant pedagiũ: licet enim non debeant ad hoc cogi, tamen ex quo de facto coguntur, licitum eſt eis acquirere per eleemoſynam vt ſoluant, ne impediantur pro hoc quod in via ſequitur, &c.

k ¶ *Modi.*] vt quòd ipſi non recipiant nec adminiſtrent. pro hoc quod dixi ſupra §. porro. ſuper littera. & infra §. proximo.

a ¶ *Totaliter.*]

nique cũ idẽ confeſſor ſumme affectauerit ſuæ regulæ ꝓfeſſores totaliter [a] eſſe abſtractos ab affectu & deſiderio terrenorũ, & ſpecialiter à pecunia & eius vſu totaliter inexpertos, ſicut ꝓbat ꝓhibitio de recipiẽda pecunia in regula ſæpius repetita [b]: curare Fratres vigilãter neceſſe eſt, ꝗ cũ ex cauſis p̃dictis & modis ad habẽtes pecunias deputatas pro ipſorũ neceſsitatibus recurrere oportebit ad tenentes ipſas, quicũq; hi fuerint principales vel nuntij in omnibus ſic ſe gerãt, quòd ſe cunctis oſtendant in dictis pecuniis (ſicut nec habẽt [c]) penitus nil habere. Quapropter [d] p̃cipere ꝗ & qualiter pecunia expendat, cõputumque exigere de expẽſa, eam quomodocunque repetere ſiue deponere, aut deponi facere capſulam pecuniæ, vel eius clauem deferre, hos actus & conſimiles ſibi Fratres illicitos eſſe ſciãt: Prædicta enim facere ad ſolos dominos pertinet, qui dederunt, & eos quos ipſi deputauerũt, ad hoc ipſum.

¶ Proinde [e] cũ vir ſanctus paupertatis præmiſſæ in regula modũ exprimẽs dixerit in eadem: fratres nihil ſibi appropriẽt, nec domũ, nec locũ, nec aliquã rẽ: ſed tanquã peregrini & aduenę in hoc ſeculo, in paupertate, & & humilitate Domino famulãtes, vadãt ꝓ eleemoſyna confidenter: Sicq; declaratũ extitit p̃ nõnullos p̃deceſſores noſtros Romanos Põtifices, hãc expropriationẽ intelligi debere tã in ſpeciali, quã etiã in cõmuni, ꝓpter quod & rerũ omniũ conceſſarũ, oblatarũ, & donatarũ Fratribus (quas & quarũ vſum facti, ſcilicet ordini vel † ipſius Fratribus licet habere) proprietatẽ & dominiũ in ſe & Romana Eccleſia receperũt, dimiſſo ipſis fratribus in eis tantummodo vſu facti ſimplicis. Ad noſtrũ fuerũt deducta examẽ, quæ in ordine fieri diceb antur, & videbãtur p̃dicto voto & puritati ordinis repugnare: videlicet vt ea proſequamur ex ipſis quæ remedio credimus indigere, quòd ſe inſtitui hæredes non ſolum ſuſtinent, ſed procurant: Item quòd redditus annuos recipiunt interdum in tã notabili quantitate, quòd conuentus habentes totaliter inde viuunt. Item quòd cũ ipſorum negotia etiã pro rebus tẽporalibus in curiis agitãtur, aſſiſtunt aduocatis & procuratoribus, & ad inueſtigandũ eoſdẽ ſe ibi

† Aliàs, ita: vel ipſis.

a ¶ *Totaliter.*] nam hic ordo fundatus eſt in maxima paupertate. ſupra §. cæterum.

b ¶ *Repetita.*] ſupra 2. §. proximis.

c ¶ *Nec habent.*] vnde contra tales nõ habent actionem nec perſecutionem in iudicio, nec extra. dicto cap. exiit. §. cæterum. & infra, proximo §.

Poſſeſſio in pecunia non à dominio ſeparata.

d ¶ *Quapropter.*] Not. ſingulariter, quòd in pecunia non eſt dare poſſeſsionem ſeparatam à dominio: quod probat littera in eo quod dicit, ad ſolos dominos vel eorum cõmiſſarios ſpectare hæc quæ hic enumerantur: & eſt ratio, quia pœcunia facile fit noſtra: vnde etiam aliena mihi mutuata per non dominum per conmiſtionem cum mea fit mea: ſi bona fide accepi. ff. de ſolut. ſi alieni. quod eſt ſingulare. & eſt hoc propter ſingularia præcepta pecuniæ numeratæ. ff. ſi cert. peta. l. ſingularia.

e ¶ *Proinde.*] hic de paupertate & humilitate ipſorũ. Et numeratis nouem exceſsibus prouidet de primo: deinde prouidet de aliis in §. ſequenti. Nota quòd fratres Minores non habent proprium nec in ſpeciali nec in communi. & hoc non videtur ſpeciale in eis, ſed locum habet etiã in aliis mendicantibus, vt in Prædicatoribus & ſimilibus: quia ex regula nõ licet habere redditus aut poſſeſsiones, ſed ꝑ quæſtum publicum victum tribuere ſolet incerta mendicitas. de relig. dom. capitulo vnico. libro ſexto. tamen non in omnibus æquiparantur. Nam Prædicatores habent aliqua in communi quo ad proprietatem, vt in extrauagan. Ioa. xxij. quia quorundam. §. præterea. hic autem dicitur generaliter, ꝗ fratres Minores nihil ſibi approprient, & ꝗ hæc expropriatio intelligitur tam in ſpeciali, quàm in communi. differunt & in aliis. quod dic plenius, vt infra, quæſtione prima, in ſolutione tertiæ rationis. Secundo, not. in verſiculo, cum enim. ꝗ ex exterioribus actibus repræſentatur mentis diſpoſitio. de præſump. ex ſtudiis. quod tamẽ proprie non colligitur hic, ſed potius colligitur, ꝗ is qui vult eſſe rectus in mente, hoc indicet ex operibus: nam ex fructibus eorum cognoſcetis eos. Mat. 8. de regul. iur. cap. 2. Tertio not. quòd fratres Minores non ſunt capaces ſucceſsionum, ſed legatorum ſic: niſi fiat in fraudem. de hoc ĩ. q. 2. Quæro in eo ꝗ dixi in primo not. ꝗ fratres minores non habent proprium, nec in ſpeciali, nec in communi: An hoc procedat quo ad omnia? Antequam veniam ad argumenta, ſciendum eſt, ꝗ hæc quæſtio ſcrupuloſa eſt, & peperit in Eccleſia Dei pernicioſos effectus, præcipue tempore Ioannis Papæ xxij. quia nonnulli magiſtri ſacræ paginæ verbis & ſcriptis niſi ſunt oſtendere, ꝗ fratres prædicti etiam in rebus vſu conſumptibilibus habent tantum ſimplicem vſum facti; & ꝗ hæc eſt altiſsima paupertas, in qua ſunt fundati, & ꝗ hæc etiam fuit vita Chriſti & Apoſtolorũ: dicentes ꝗ perfectioni vitæ Chriſti & aliorum perfectorum non eſt cõſonum aliquid habere proprium, ſed ſolum facti vſum: & inter iſtos fuit Marſilius de Menandrino Paduanus, de quo memoraui de elect. venerabilem. verſi. verum. qui multis rationibus & auctoritatibus prædicta confirmat in libris quos allegaui in d. ver. verum. Ipſe autem Ioa. xxij. in extrauag. cũ inter nonnullos. declarauit, ꝗ aſſerere pertinaciter, ꝗ redemptor noſter & eius apoſtoli non habuerunt ius vtendi in iis quæ ſacra ſcriptura eos habuiſſe commemorat, & illa vendendi ſeu donandi, aut ex ipſis alia acquirendi, eſt hæreticum. & idem Ioan. xxij. in extrauag. quia quorundam. late proſequitur hæc, reſpondendo rationibus, quas tenentes õrium adducebant: & in eadem extrauag. dicitur, ꝗ in iis quæ ſunt vſu conſumptibilia, Fratres Minores habent ius vtendi. & idem dicitur in extrauag. eiuſdem Ioa. ad conditorem. quia non eſt poſsibile, ꝗ ſit vſus facti licitus ſine iure vtendi: & quia illi magiſtri, qui tenuerunt contrariũ, vſi ſunt rationibus apparentibus, habuerũt ſequaces multos: vnde ſecutum eſt, quòd adhuc hodie eſt magna multitudo, quæ dicitur Fraticellorum, qui ex hoc errore lapſi ſunt in alio, dicentes quòd à tempore illius Ioan. xxij. quem damnant propter prædictas extrauagantes tã quam hæreticum, non fuit aliquis verus Pontifex: & alia multa nefaria dogmatizant: & in his ſi cõprehenduntur per epiſcopos, perſiſtunt etiam permittentes ſe comburi, vt vidi Florentiæ. vnde ſæpe cogitaui, ꝗ vtile eſſet, quòd Eccleſia Romana ꝑmitteret libere de hoc diſputari, an Chriſtus habuerit, vel nõ habuerit, vel habere potuerit proprium, vel non potuerit & ſimiliter de vita Fratrum Minorum, an poſsint aliquid habere proprium, cũ in hoc nõ verſentur articuli ſidei; ex tali enim libertate occurretur eorum erroribus, qui forte de facili corrigerentur in aliis. nec per hoc etiam ſi diceretur quòd Chriſtus non habuerit proprium, aliquid inferri poſsit contra proprietatem Eccleſiæ Romanæ: cum multa ſint & in aliis immutata, prout viſum fuit ſanctis patribus ſecundum exigentiam temporum. Sed interea ſtantibus illis extrauagantibus, & hac conſtitutione, & conſtitutione cap. Exiit. videamus aliqua de quæſtione: Et videtur quòd Fratres habeant quo ad omnia ſolum ſimplicem vſum facti. per cap. exiit. §. porro, vbi dicitur quòd in rebus temporalibus eſt conſiderare proprietatem, poſſeſsionem, vſumfructum, ius vtendi, & ſimplicem facti vſum, & quòd vltimo tanquam neceſſario eget vita mortalium, licet prius carere poſsit, & quòd cõdecens eſt huic profeſsioni, quę ſponte deuouit Chriſtum pauperem in tanta paupertate ſectari, omnium abdicare dominium, & rerũ ſibi neceſſario vſu fore contentam. Secundo ad idem inducitur hæc littera, in eo quod dicit quòd rerum conceſſarum Fratribus, licitum eſt eis habere ſimplicem vſum facti: & quòd dominium & proprietas eſt penes Eccleſiam Romanam. Tertio quia Fratres iſti profitentur altiſsimã paupertatem. de exceſ. præla. nimis 2. & ſic talem, qua nulla maior dari poteſt. ſ̃. §. cæterum. vbi dixi in 1. not. maior autem eſt paupertas, quæ nihil ſibi appropriat, quàm quæ habet aliquid proprij. Quarto, quia in eorum regula ponitur in principio: Regula & vita Minorum hæc eſt, ſcilicet Domini noſtri Ieſu Chriſti ſanctum Euangelium obſeruare, viuendo in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate. ex quibus verbis videtur quòd beatus Franciſcus voluerit, quòd Fratres obſeruarent conſilium Euangelij traditum illis qui volunt eſſe perfecti, de quo Matth. 19. Si vis perfectus eſſe, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo. Quinto ad idem infra §. dicere. vbi dicit quòd temerarium eſt aſſerere, quòd ſit hæreticum dicere vſum pauperum includi, vel non includi ſub voto Euangelicæ paupertatis: & videtur velle, quòd ſub voto Euangelicæ paupertatis includitur vſus pauper, Sexto, inducitur Matth. 10. vbi Chriſtus dicit Apoſtolis: Nolite poſsidere neq; aurũ, neq; argentũ, neq; pecuniã, neq; perã, neq; duas tunicas, neq; calceamenta, &c. Item Matth. 19. Apoſtoli dixerũt ad Ieſum, Ecce nos reliquimus omnia & ſecuti ſumus te.

Fratres Minores an nihil proprij poſſint habere.

Fratricellorum error.

Item ipſe redemptor de ſe dixit Matt.8. Vulpes foueas habent,& volucres cœli nidos: filius autem hominis non habet vbi caput reclinet. Ex quibus & ſimilibus auctoritatibus & rationibus, quæ ad hoc inducuntur, nitũtur aliqui inferre, ꝙ perfectiſsima vita ſit carere omni proprio, & habere ſolum ſimplicem vſum facti, & ꝙ hæc fuerit vita quam Chriſtus docuit verbo, & exemplo firmauit, vt dr̃ in eo.c.exiit. §. porro. In ꝯ̃rium ſunt rationes, quæ fiunt in extrauag. præalleg. ad conditoré. & in extrauag. quia inter nonnullos. & in eadem extrauag. ad conditoré. determinatur, ꝙ in bonis quæ in poſterum conferentur vel offerentur, vel aliàs quomodolibet obuenire continget fratribus, ſeu ordini ſupradictis, nullum ius ſeu dominium acquiratur eccleſiæ Romanæ, cuius contrarium dr̃ hic, vt dixi s̃.in rationibus partis ꝯ̃riæ, ratione ſecunda. Item vr̃ ꝙ nihil habere proprij, non ſit ſummæ perfectionis: quia ep̃i habent propria. 12. q. 1. ep̃i 2. & c. ſequ. & tñ ſtatus ep̃orũ eſt perfectior, quàm religioſorum. de regula. licet. de renun. niſi. ad fi. ex quibus colligitur, ꝙ ex vita ep̃ali ſurgit maior fructus & vtilitas quàm ex religione. Vnde monachus licite poteſt eligi in ep̃m. 18.q.1.c.vnico. de elect. nullus. lib. 6. & quia in hoc habemus extrauagantes illas, quibus eſt ſtandum in eo quòd dicũt, ꝙ in his quæ conceduntur fratribus ad vſum, ipſi fratres nõ habent ſimplicem vſum facti, immo habent ius vtendi. non expedit in hoc inſtare in pluribus rationibus. Sol. vr̃ dicendum, ꝙ fratres nõ habent aliqua propria, nec in cõi nec in ſpeciali, ſed habẽt vſum facti nõ nudi, ſed facti iuſti & liciti, vt volunt dictæ extrauagantes. & ſic aliquo modo poſſunt dici aliquid habere propriũ: ſcilicet, ipſum vſum. Et ex hoc vr̃ ꝙ res vſu cõſumptibiles eorũ proprie dici poſsint: quia neque naturali ratione neque ciuili hæ res recipiunt vſumfructum. inſti. de vſufru. §. conſtituitur. & ſic cum vſus nõ ſeparetur à dñio, videtur ꝙ eoipſo ꝙ poſſunt vti, debeant cenſeri habere proprietatem. Sed qui vellet ſatisfacere tenentib⁹ ꝯ̃rium, dicere poſſet, ꝙ licet in his rebus non poſsit conſtitui vſus fructus, proprie tñ conſtituitur quaſi vſusfructus, & ſatisdatur de reſtituendo tantundẽ in quantitate: dicto §. conſtituitur. ff. de vſufru. earum rerum quæ vſu cõſu. l. 1. & 2. de pig. c. fi. Item licet nõ poſsit dari vſus licitus ſine iure vtẽdi: tñ dici poſſet ꝙ hoc ius vtẽdi nõ eſt niſi quædã facultas, quæ nõ infert aliqd eſſe propriũ: dr̃ enim res propria qñ quis põt de ipſa libere diſponere vt vult per modos iure non improbatos. quod dixi de reſti. ſpo. olim 1. fratres autem non acceptant res vt velint poſſe diſponere vt volunt, ſed ad vſum tm̃ facti. vt s̃. in 1. & 2. ratione partis cõtrariæ, id eſt, vt vtãtur de facto in ſuas neceſsitates: qui tñ vſus non infert aliquã proprietatem: ſed vtuntur de licentia dantis. & dicemus ꝙ ipſe dans, libere poteſt id quod dedit, reuocare quouſque vtantur: & ſic dicendo ſaluaretur intentio illorum qui dixerunt fratres excludi ab omni proprio quoquo modo; nec eſſet aliqua abſurditas: ſed non video ꝙ in hoc ſit ſumma perfectio, ſed potius eſt contentio de verbis: Nam dũmodo abdicauerint propria, ita ꝙ nihil dicãt propriũ quin parati ſint illud dimittere, nec velint pro illo in iudicio cõtendere, non poteſt dici ꝙ habeant propriũ quod impediat perfectionem. vbi conſiderandum ꝙ abrenuntiatio proprij prout eſt in actu, non dicit perfectionem, ſed eſt inſtrumentum perfectionis, ſcd̃m ea quæ dixi de regula. ſane. q. 14. & s̃. §. cæterũ. ſed prout ex animo ſurgit in hoc eſt perfectio, vt ſit homo paratus, ſi opus fuerit, omnia dimittere, vel diſtribuere. de hoc per Thomam ſecũda ſecundæ q. 182. art. 7. fratres tñ habent hanc expropriationem, ſeu habere debent vtroque modo. in ep̃is autem ſufficit ꝙ ſit vltimo modo, nec ex hoc dicũtur fratres eſſe in perfectiori ſtatu, quia aliis reſpectibus ep̃i ſunt perfectiores tamquam per quos veluti alios regentes maior fructus prouenit in congregatione fidelium, immo & inter religiones non poteſt argui, ꝙ vna ſit perfectior altera, ex eo ꝙ pauperior poſſet etiam alias excedere in iis quæ pertinẽt ad obedientiam & caſtitatẽ: & tunc diceretur ſimiliter perfectior: quia id quod excedit in melioribus, eſt ſimpliciter melius. de hoc per Thomam ſecunda ſecundæ. q. 188. art. 7. & dixi de regula. ſane. q. 14. & ſeq. Et ſi dicatur ſaltem cæteris paribus perfectior eſt ſtatus quãdo renuntiat quis omni proprietati: Dic ꝙ etiam hoc conceſſo nihil reſultat ꝯ̃ ſuperius dicta. Et denique cum multum cogitaui, videtur ꝙ dũmodo fratres minores abſtineãt à proprio, ita ꝙ non habeant poſſeſsiones immobilium, ex quibus fructus colligãtur, nec inſuper habeant mobilia de quibus agant tãquam dñi contrahendo: ſed habeant ſolum ad vtendum, & quæ parati ſunt dimittere, vt proximo dixi, nihil refert interdicere, ꝙ ipſi ſint domini locorum ſuorum ſuo modo, ſicut & alia collegia eccleſiaſtica, vel ꝙ ſint domini ſuorum librorum, vel aliorum vtenſilium, ſiue dicatur ꝙ habent tantum vſum, nam etiam ſi dicantur domini, tamen improprie dicuntur ſolũ quo ad hoc, quia poſsint libere vti: nec in hoc eſt vis niſi in verbo, niſi quo ad hoc ꝙ alij ſeculares vel religioſi nõ mendicantes pro prædictis agere poſſunt in iudicio: Ipſi autem fratres minores non. ĩ. §. verum. Illa vero diuerſitas quæ turbauit mundũ, vr̃ penitus exigua & nullius effectus quo ad fratres minores, an dicatur ꝙ in iis quibus vtuntur habeãt ius vtendi, an vero dicatur ꝙ habeãt vſum facti, quia vtroque modo ſaluatur perfectio ſtatus eorum, & cõſiſtit hoc in ſola diſputatione reſpectu eius quod proxime dixi, nec eſt conueniens in hac religione, quæ in ſimplicitate fundata eſt, his inſiſtere: ſufficit enim ꝙ ſibi nil approprient, vt per hoc velint iudicio contendere. pro hoc dictum cap. exiit. §. cæterum.

Ad contraria dic ad primam & ſecundam rationem, cum dr̃ ꝙ habent tantum vſum facti: dic ꝙ habent vſum tñ licitum, qui aliquo modo eſt iuris, nec propterea dr̃ non eſſe ſimplex vſus facti, quia in his in quibus vſus ſeparatur à dominio, habẽt tantũ vſum licitum. In aliis autem ſi dicis ꝙ habeant proprietatem, dic ꝙ non habent tamquam proprietatem, ſed in conſequentiam vſus. ſi autem dicis ꝙ non habent proprietatem, ſed eſt concedentis donec vſi fuerint, tunc ceſſat ratio. Et licet extrauagantes prædictæ approbent primum dictum, aliàs modum, ꝙ habẽt proprietaté propter inſeparabilitatem: non tñ multum in hoc refert, vt prædixi, quodcunque teneatur. Ad tertium cum dr̃, ꝙ ſunt in altiſsima paupertate, dic ꝙ non excludit hæc paupertas vſum neceſſarium modo nunc dicto. Item cap. nimis. præalleg. loquitur etiam de prædicatoribus, quos pariter dicit eſſe in altiſsima paupertate, & tñ fratres prædicatores habẽt aliqua in cõi quo ad proprietaté, vt in extrauag. quia quorundam. §. præterea. & dic aliqua vt ſunt horrea & cellaria, vt dicit ibi gl. Zen. quod dixi s̃. eo. §. in 1. notabili. fratres vero minores in altiori paupertate ſunt in eo quod dr̃ de pecunia. s̃. §. porro. & quia non habent proprietatem aliquam niſi vt prædixi s̃. ea. q. Item non poſſunt capere etiã vt vendant. ĩ. §. prox. quod ſecus vr̃ de prædicatoribus, vt dico ĩ. q. ſeq. c. fi. Ad quartum dic ꝙ obſeruant illud conſilium, vende omnia quæ habes, &c. nã qñ ingrediũtur, nihil ſecum afferunt, nec ex hoc aliquid fratribus obuenit, niſi dederint eis intuitu eleemoſynæ, s̃. §. cæterũ. & §. cũ vero. Ad quintum dic, ꝙ vſus paupertatis includitur in voto perfectionis ſeruato vſu licito, vt s̃. hac q. dixi. Ad ſextum dic ꝙ illud, nolite poſsidere neque aurum, &c. non prohibet conſeruationem rerum ad tempus, & quo ad vſum. de quo per Thomam ſecunda ſecundæ q. 188. art. 7. in fi. Ad illud, ecce nos reliquimus omnia. dic ꝙ facit pro his quæ dixi s̃. ea. q. ꝙ non ſit perfectio in hoc quod re-

† An ipſi poſſint eſſe teſtes in vltimis voluntatib⁹, Guido in deciſ. Delphinatus. q. 517. tenet ꝙ ſic: per gl. §. cogitãdum. authen. de mona. col. 1. licet Faber §. teſtes, inſtitut, de teſta. dicat contra riũ. Et idem Guid. q. 322. dicit, quòd poſſunt inſti tui hæredes. Font.

dem perſonaliter repræſentãt: Itẽ quòd executiones vltimarũ ſuſcipiunt† volũtatũ, & gerũt, ſeq; intromittunt quandoq; de vſurarũ vel male ablatorũ diſpoſitionibus ſeu reſtitutionib⁹ faciendis: Itẽ quòd alicubi nõ ſolum exceſsiuos hortos, ſed etiam vineas magnas habent, de quibus tã de oleribus, quã de vino multum colligitur ad vendendum: Item quòd tẽporibus meſsiũ vel vindemiarum ſic copioſe granum & vinũ mẽdicando, vel aliunde emendo colligũtur à fratribus, & in cellariis & granariis recõduntur, quòd per anni reſiduũ & abſq; eorũ mẽdicatione poſſunt trãſigere vitã ſuã: Item ꝙ eccleſias vel alia ædificia faciunt, vel procurãt fieri in quantitate & curioſitate figuræ, & formæ, ac ſumptuoſitate notabiliter exceſsiua, ſic quòd nõ vidẽtur habitacula pauperũ, ſed magnatũ Paramenta etiam eccleſiaſtica in pleriſq; locis tam multa habent, & tã notabiliter pretioſa, ꝙ excedũt in his magnas eccleſias cathedrales: Equos inſup & arma eis oblata in funeralib⁹ recipiũt indiſtincte: Tñ cõmunitas fratrũ & ſpecialiter rectores ipſi⁹ ordinis aſſerebãt, quòd prædicta ſeu plura ex ipſis in ordine nõ fiebãt, quòd & ſi qui reperiuntur rei in talibus, rigide puniũtur: necnõ cõtra talia ne fiãt, ſunt facta pluries ab antiquo ſtatuta in ordine multum ſtricta. Cupiẽtes igitur nos ipſorũ fratrũ prouidere cõſciẽtiis, & cũcta dubia (quantũ poſsibile nobis eſt) de ipſorũ pectorib⁹ remouere, ad prædicta, modo qui ſequitur, reſpondemus. Cũ enim ad veritatem vitæ pertineat, vt id qđ exterius agitur, interiorem mẽtis diſpoſitionẽ & habitum repræſentet: neceſſe habent fratres, qui ſe expropriatione tanta à tẽporalibus abſtraxerunt, ab omni eo quod dictæ expropriationi eſſet, vel poſſet videri contrarium, abſti

Fratres[illegible] dicato[illegible] bere p[illegible] aliqua[illegible] muni.

nere. Quia igitᷣ in ſucceſsionibus trãſit nõ ſolũ vſus rei, ſed & dominiũ ſuo tẽpore in hæredes: Fratres autẽ præfati nihil ſibi in ſpeciali acquirere, vel eorũ ordini poſſunt, etiã in cõi: declarãdo dicimus, ꝙ ſucceſsionũ † hmõi, quæ etiã ex ſui natura indifferenter ad pecuniã, & etiam ad alia mobilia & immobilia ſe extendunt, (conſiderata ſui puritate voti) nullatenus ſunt capaces: Nec licet eis valorem hæreditatum talium, vel tantam earum partem, quòd præſumi poſſet hoc in fraudem fieri, quaſi ſub modo & forma legati ſibi dimitti facere, vel ſic dimiſſa recipere: quin potius iſta ſic fieri ab ipſis ſimpliciter prohibemus. Cumque annui [a] redditus inter immobilia cenſeãtur à iure, ac hmõi redditus obtinere, paupertati & mẽdicitati repugnet, nulla dubitatio eſt, ꝙ prædictis fratrib9 reddit9 quoſcũq; ſicut & poſſeſsiones, vel earũ † etiã vſum (cũ eis non reperiatur conceſſus) recipere vel habere (cõditione cõſiderata ipſorum) non licet. Amplius [b] cũ non ſolum quod malũ eſſe dignoſcitur, ſed & omne quod ſpeciẽ habet mali ſit à viris perfectis ſpecialiter euitandũ [c]: Ex talibus autẽ aſsiſtẽtiis in curiis & inſtigationibus, cũ de rebus agitur in ipſorũ cõmoda cõuertendis, creduntur veri ſimiliter ex his quæ foris patẽt

quod reliquerunt, ſed in hoc quòd Chriſto adhæſerunt. vnde ſubiungitur, & ſecuti ſumus te: quod dixi de regu. ſane. q. 13. Ad illud: vulpes foueas habent, &c. dic ꝙ non probat niſi ꝙ Redemptor non habuit propriam domum, non per hoc infertur quin habuerit aliqua propria, vt dr̃ in extraua. cũ inter nõnullos. nam loculos habuit, Io. 12. & licet illi q̃ tenent vſum facti ſimplicem pertinere ad ſummam perfectionem, dicant, ꝙ habuit ſolum quo ad vſum facti ſimplicem, vt cõſeruaret ad caſum deficientium neceſſariorum, ꝯriũ tñ voluit Nicolaus iij. in c. exiit. §. porro. vbi dicit, ꝙ in hoc Chriſtus aſſumpſit perſonam infirmorum. quod dic. vt in dicta extrauagante, quia quorundam. & de hoc per Thomam in dicto art. 7. in ſolutione. Et poteſt in hoc etiã dici, ꝙ Chriſtus conſeruauit in loculis etiã ꝓ diſtribuendo in pauperes, vt patet Ioan. 12. & hoc etiã non diſſonat religioni, immo conſonat, dum tñ conſeruatio iſta non ſit ita diuturna, ꝙ per eã tollatur mendicitas. ĩ. §. rurſus. Secundo, quæro in eo ꝙ dixi in 3. not. ꝙ fratres non ſunt capaces ſucceſſionum, an hoc ſit indiſtincte verum? Sol. Bartolus fecit quendam libellum qui dr̃ Minoricarũ, in quo hæc & alia quamplura ſimilia proſequitur, quæ non eſt ad propoſitũ attingere, niſi quatenus declaretur hæc littera. Quo ad quæſitum autem dic, ꝙ quæri põt, an ſint capaces ſucceſsionum vniuerſalium ex teſtamento. Item an ab inteſtato? De vtroque tñ modo ſatis hic deciditur, ꝙ taliũ ſucceſsionũ non ſunt capaces, & ꝙ etiam nõ debeatur eis æſtimatio. vr̃ ex eo quod hic dicit, ꝙ etiam iure legati non licet eis dimitti valorem hæreditatum, vel tantam earum partem, ꝙ præſumi poſſit hoc in fraudem fieri, & ſic ſi iure ſucceſsionis relinquitur, non tenet etiam quo ad æſtimationem. pro hoc §. cæterum. & §. cum vero. quia nõ tranſeunt ad eos bona etiam eius qui profitetur eorum ordinem, de quo dixi in d. §. cum vero. quæ tñ bona tranſeunt ad religioſos aliarum religionum non Mendicantium. de proba. in præſentia. ergo multo minus debent poſſe capere ab extraneis hæreditates vniuerſales. Et ſi dicatur ꝙ hoc caſu ceſſat ratio de qua in prædictis §. quæ eſt, ne videãtur habere oculum ad bona ingredientium: ſubeſt tñ ratio generalis de qua ibi, vt fratres ſint remoti ab affectu temporalium: nam ſi ſuccederent in hæreditate: tenerentur ad onera, dicto c. in præſentia. & ſic oporteret eos implicari litibus. Contra id ĩ. §. verum. Et licet in hoc poſsit inſtari ex his quæ not. Bar. in tract. Minorica. & Bal. C. de ſacroſan. eccl. Auth. ingreſsi. tñ hæc littera clare hoc probat: quæ (vt prædixi) etiam iure legati prohibet fratres accipere valorem hæreditatum, vel tantam earum partem, ꝙ præſumi poſsit hoc fieri in fraudem, & ſic reliquit vnum ſolum caſum qñ legatur eis aliquid de hæreditate: quod non eſt tantum, ꝙ poſsit præſumi in fraudem hoc fieri. omnis ergo alius modus eſt prohibitus per id quod dixi s̃. §. cum vero. Ad idẽ s̃. §. porro. & §. cum etiam. vbi ſolum certi modi conſequendi eleemoſynam permittũtur. Ad idem eſt. c. exiit. §. ad hæc. vbi permittit tantum ꝙ iure legati poſsit eis relinqui. & vltra hoc oportet ꝙ in legato non adiiciatur modus, qui non ſit licitus fratribus: vnde ſi legatur fratribus vinea vel ager ad excolendũ, vel domus ad locandum, vel ſimilia, à tali legato debent fratres abſtinere, vt ibi: ſecus ſi modus eſt licitus, vt quia legatur pecunia pro neceſsitatibus fratrum vel domus, ager, vel vinea vt per idoneas perſonas diſtrahatur. & pecunia in neceſsitates fratrum conuertatur. Si autẽ modus non fuit adiectus in legato, declaratur in eodẽ §. ꝙ valet legatum, & intelligitur relictum ſub modo licito. cũ ergo tantũ de legato ibi permittatur, vr̃ aliud dicendũ de vniuerſali ſucceſsione. Et ſi dicatur ꝙ eodem modo deberet valere inſtitutio vniuerſalis, ſi adiectus eſt modus licitus ꝙ bona diſtribuantur, & pecunia in eorum vſus conuertatur, vel etiam ſi nullus modus eſt adiectus, vt proxime dixi. De legato, reſpõdeo vt dixi s̃. ea. q. eo tñ caſu quo inſtituto aliquo vniuerſaliter, præcipitur ei quòd hæreditas per eum vendatur & erogetur in fratres, non prohibebuntur capere talem erogationem, quia ceſſat ratio præmiſſa: tranſibunt enim bona in eos deductis oneribus alieni æris & ſimilibus. Et per hoc de æquitate dici poſſet, ꝙ quandoque frater inſtituitur eps, qui eſt executor legalis vltimarum voluntatum, præcipue piarum, qualis eſt hæc. arg. de teſta. cum tibi. capiet tamquam hæres, & deductis oneribus diſtribuet in fratres: ſed nõ poteſt hoc bene probari iure, & hoc quo ad fratres Minores, per ea quæ dixi ead. q. licet multi hoc vltimum ſeruent. In fratribus autem Prædicatoribus facilius hoc poteſt defendi, præcipue quia dicuntur habere priuilegium Apoſtolicum, ꝙ ſint capaces ſucceſsionum, & ꝙ poſsint apprehendere & vendere, & per illud priuilegium conſuluit Gaſpar de Calderinis, quòd bona ingredientis tranſeant in monaſterium, vt poſsit vendere & cõuertere in vſus ſuos: quia per hoc non dicuntur habere proprium, ſicut non dr̃ verſum quod nõ durat verſum. ff. de in rem ver. l. ꝓ parte. §. verſum. pro hoc quod dico de verb. ſign. nam & ego. & ita vt opinior tandem conceditur fratribus Minoribus: quia in multis locis habent & ipſi & Prædicatores poſſeſsiones & annuos redditus, licet faciant inſtrumenta fieri nomine monaſteriorum monialium eis ſubditarum: & ſic fit fraus legi. & quia hæc altiſsima paupertas (intelligo rigide vt volunt hæc conſtitutio, & cap. exiit.) propter refrigeſcentem charitatem non bene ſeruatur, propterea ad euitãda peiora, faueri poteſt opinioni illi, quę vult ꝙ capiant valorem ſucceſsionum: nam etiam ex cõiecturis poteſt percipi: tandem fient poſſeſsionati, & vtinam in aliis ſaltem bene ſeruent. ſtantibus autem illis conſtitutionibus fratres minores non poſſunt capere immobilia, etiam vt vendant. ĩ. §. proxi. vbi dico in 2. not.

† Per iſtum text. dicit Bar. in 1. lib. minor. 2. diſtin. ꝙ non põt eis relinq̃ hæreditas iure fideicõmiſſi: ſi tamẽ eſſet clauſula: & omni meliori modo: etiã debetur æſtimatio ceſſãte ſuſpicione fraudis. & vide hic quæ dixi in §. rurſus. in extrauagan. ad cõditorẽ. & eũdem Bart. 2. lib. per totã primã. diſt. Font.

Legati iure cordigeris poſſunt aliqua relinqui.

Fratres prædicatores poſſunt recipere & vẽdere bona illorum q̃ ſuã religionẽ ingrediuntur.

† Aliàs, eorum.

a ¶ *Cumque annui.*] prouidet ſecũdo exceſſui. Not. ꝙ annui redditus inter immobilia computantur, & ad hoc ſingulariter allegatur. & pro hoc in Authen. vt hi qui obli. ſe habe. perhi. res minorum. §. ſi vero. colla. 6. ibi glo. in verſi. redditus. de hoc. ĩ. q. 1. Secundo nota, ꝙ fratres iſti non poſſunt recipere poſſeſsiones, & ſic etiam ſi ſint diſtracturi. pro hoc quod dico ĩ. ſeq. qõ. Quæro in eo quod dixi in 1. not. ꝙ annui redditus computantur inter immobilia, an hoc ſit indiſtincte verum? Sol. Fridericus in conſi. 175. alias 180. vbi refert id quod ſibi quærenti reſpondit Ioan. Paliarenſis, q̃ dixit ꝙ ſi legatum annuum poteſt cõtinere perpetuitatem, vt quia legatarius non poteſt de facili deficere: tale legatum impugnatur in hoc §. ſed ſi perſona legatarij deficere poteſt, cum non ſit aptũ eſſe perpetuũ, vr̃ valere. Vnde dixit, ꝙ ſi legatᷣ hoſpitali ſanctæ Mariæ domus, ita ꝙ ſingulis annis teneatur dare Prædicatoribus annuatim decem ſolidos, iſtud legatum non valet: ſed ſi limitetur vſque ad decem annos, vr̃ valere. arg. opt. ff. qñ dies leg. ced. ſi cum præfinitione. hæc tñ lex non vr̃ facere: ibi enim dr̃ ꝙ legatum annuum cum præfinitione temporis, puta x. an. ſi eſt relictum cauſa alimentorum, intelliguntur plura legata: ſi ex alia cauſa, intelligitur eſſe vnum legatum, & primo caſu legatarius decedens non tranſmittit legatum ſequentiũ annorum ad hæredem. ſecũdo caſu ſic: illa tñ lex melius faceret ſi relinqueretur quòd daretur certis fratribus: quia tunc eorum obitu extingueretur legatum. Ipſe autem Frideri. in conſi. 112. ſuper hoc ponit duo conſilia: & tandẽ cõcludit diſtinguendo, ꝙ aut redditus annuus relinquitur ad certum vſum diuini cultus, puta vinũ pro ſacrificio, frumentum pro hoſtiis, & conuentus eſt capax. arg. de exceſ. præla. nimis 1. in fi. de teſta. c. fin. de ſepul. Clemen. dudum. §. verum. vbi dicit de relictis fratribus ad certos vſus quartam deberi & ſic præſupponit relinq̃ poſſe. pro hoc: quia per hoc non tollitur mendicitas fratrũ: aut redditus deputantur victui vel veſtitui, vel indiſtincte relinquitur, & aut ad modicum tempus, & cõuentus eſt capax: quia vr̃ vnum eſſe legatum, cuius ſumma eſt diuiſa quo ad ſolutionẽ: nec per hoc tollitur mendicitas, ſed ſubleuatur: aut relinquitur ad tempus non modicum, & non valet, quia tunc computatur inter immobilia, vt hic: quæ diſtinctio eſt æqua. & dic non modicum tempus eſſe decennium vel vltra, not. de rebus eccle. non alie. clemen. 1. in glo. fi. & bene facit illa cle. ad prædicta: quia ibi locatio reddit/uum ad modicum tempus non prohibetur tamquam alienatio.

b ¶ *Amplius.*] prouidet de tertio.

c ¶ *Euitandum.*] 1. ad Theſſal. 5. de vi. & hone. cle. cum ab omni.

(de quibus habẽt homines foris iudicare) in ipſis rebus fratres† aſsiſtẽtes aliquid querere tãquã ſuũ [a]: nullo modo debẽt hmõi voti & regulæ profeſſores ſe talib⁹ curiis & litigioſis actibus immiſcere: vt & teſtimoniũ habeant ab his qui foris [b] ſunt, & puritati ſatisfaciãt voti ſui, ac euitet per hoc ſcandalũ proximorũ [c]. Verũetiã [d] cũ dicti ordinis fratres nõ ſolũ à recceptione, proprietate, dominio, ſiue vſu ipſius pecuniæ, verum etiã à contractatione qualibet ipſius & ab ea ſint penitus alieni, queẽadmodũ ſæpedictus prædeceſſor noſter in declaratiõe hmõi regulæ plane dixit [e]: Cũque dicti ordinis profeſſores ꝓ nulla re tẽporali poſſunt in iudicio experiri, prædictis fratribus nõ licet nec cõpetit, quin potius conſiderata ſui puritate ſtatus, debẽt ſibi ſcire interdictũ, ꝙ hmõi executionib⁹ & diſpoſitionibus ſe exponãt: cũ hęc ſæpius abſq; litigio, & cõtrectatione vel adminiſtratione pecuniæ nequeãt expediri. Verũtamẽ in his exequẽdis dari cõſiliũ ipſorũ ſtatui nõ obſiſtit, cũ ex hoc ipſis circa bona temporalia nulla iuriſdictio, ſiue actio in iudicio, ſiue diſpenſatio tribuatur. ¶ Licet [f] vero non ſolũ ſit licitum, ſed & multum conueniens rationi, quòd fratres qui in laboribus ſpiritualibus orationis & ſtudij ſedulo occupantur, hortos, & areas habeãt competentes ad recollectionẽ vel recreationem ſui, & interdum ad ſeipſos poſt labores huiuſmodi corporaliter deducendos, necnõ ad habenda neceſſaria hortalitia pro ſeipſis: habere tamen hortos aliquos vt colantur ac olera, & alia hortalitia pretio diſtrahantur, necnon & vineas, repugnat ſuæ regulę, & ordinis puritati, ſecundũ ꝙ dictus prędeceſſor declarauit [g] ac etiã ordinauit: quòd ſi talia ad vſus proxime dictos, vt puta agrũ vel vineã ad colendũ, & cõſimilia fratrib⁹ legarentur, ꝑ omnẽ modũ fratres à receptione taliũ abſtinerẽt, cũ etiã præmiſſa habere vt pretiũ fructuũ ſuis temporibus habeatur†, ad naturã & formã prouẽtuũ appropinquet. Rurſus [h] cũ prædictus ſanctus, tã in exẽplis vitæ, quã verbis regulæ oſtẽderit ſe velle, ꝙ fratres ſui & filij diuinę prouidẽtiæ innitentes, ſuos in Deũ iacerẽt cogitatus, qui volucres cæli paſcit [i], quæ non cõgregãt in horrea, nec ſeminãt, nec metunt; non eſt veriſimile voluiſſe ipſum eos habere granaria, vel cellaria, vbi quotidianis mẽdicationibus deberent ſperare poſſe tranſigere vitam ſuam. Et idcirco non ex timore leui relaxare† ſe debent ad cõgregationes & cõſeruationes† huiuſmodi faciendas: ſed tunc tantũ, cum eſſet multum credibile ex iã expertis, quòd nõ poſſent vitæ neceſſaria aliter inuenire. Hoc autẽ miniſtrorũ & cuſtodũ ſimul & ſeparatim in ſuis adminiſtrationib⁹ & cuſtodiis (cũ gardiani & duorũ de cõuẽtu loci diſcretorũ ſacerdotũ & antiquorũ in ordine fratrũ conſilio & aſſenſu) duximus iudicio relinquẽdũ, eorũ ſuper hoc ſpecialiter conſcientias onerãtes. Hinc eſt [k] etiã quòd cũ vir ſanctus fratres ſuos in paupertate ſũma, ac humilitate fundare voluerit, quo ad affectũ pariter & effectũ, ſicut fere regula tota clamat: cõuenit ipſis, quòd nullo modo deinceps fieri faciant, vel fieri ſuſtineãt eccleſias vel alia quæcũq; ædificia, quæ (cõſiderato fratrũ inhabitãtiũ numero) exceſsiua in multitudine

† Aliàs ita: fratres & aſſiſtentes, &c.

† Aliàs, habeant

† Aliàs, laxare.

† Aliàs, obſeruationes.

a ¶ *Tãquã ſuũ.*] id eſt tẽporale. ad Phili. 2. de cenſi. cũ Apoſtolus.
b ¶ *Foris.*] 1. ad Timoth. 3. de ſacra vnc. cap. vnico. verſ. ad exhibendum. & dic foris, id eſt, infidelibus. vel id eſt, non tantum domeſticis, ſed etiam alienis, ſecundum Hieronymum.
c ¶ *Proximorum.*] 1. ad Corinth. 8. de renũtiatione. niſi. §. pro graui. de noui ope. nun. cũ ex iniuncto. Nota ꝙ fratres non debent ſe curiis immiſcere. & hoc non eſt in fratribus minoribus ſpeciale, ſed locum habet in omnibus monachis. de ſtatu monac. cleme. ne in agro. §. qui vero.
d ¶ *Verumetiam.*] prouidet de quarto.
e ¶ *Dixit.*] eo. tit. exiit. §. cæterum. ad idem ſ. §. porro. Nota ꝙ fratres non poſſunt eſſe executores vltimarum voluntatum, ſed poſſunt ſuꝑ eis exequẽdis dare cõſilium, quod dic vt in ſeq. q. Quæro, an hæc ꝓhibitio, ne fratres ſint executores vltimarum voluntatum indiſtincte procedat? Sol. Bartolus in Minorica diſtinguit: inter cætera dicit, ꝙ certo caſu valet: vt ſi quis requirit ꝙ x. floreñ. expendantur in x. pauperes, qui eligantur per talem fratrem Minorem, quia nullum litigium habebit fieri, nec ipſe frater habebit adminiſtrare pecuniam, ſed ſolum eligere: & ſic ceſſant rationes de quibus hic. Item nec hoc habet ſpeciem mali, immo ſi fideliter fiat, meritorium eſt: nam etiam ipſi fratres, qui audiũt confeſsiones, melius cognoſcunt pauperes verecũdos, quàm alij. Dic indiſtincte ſtandum litterę, quæ generaliter prohibet, ne ſuſcipiant executionem. arg. diſt. 19. ſi Romanorum. de maio. & obed. ſolitæ. & ſic tollitur diſtinctio. Bart. etiam in ꝗbuſdã aliis, in quibus limitat hanc litteram. Item quia electio eſt pars executionis: quia nec iſta fuit ſola ratio prohibendi ne ſint executores, vt non ſint in iudicio, vel ne contrectent pecuniam, ſed etiam ſubeſt ratio generalis, ne auocentur à ſpiritualib⁹ laboribus, quibus quotidie debent occupari. j. §. prox. Item poſſet fieri fraus, quia frater eligeret aliquos, cum quibus participaret: facile namque in talibus fraudes cõfinguntur: nam nec poteſt negari quin electio ſit pars executionis, vt nunc dixi: & indiſtincte hic prohibetur ne ſint executores: vnde etiam ſi ratio prohibitionis ceſſaret, ſtaret prohibitio: ſufficit enim ꝙ hoc aliquando contingere poteſt. pro hoc littera ibi, cum hæc ſæpius abſque litigio & contrectatione, &c. & ſic etiam ſi hoc non accidat, locum habet prohibitio.
f ¶ *Licet.*] prouidet de quinto.
g ¶ *Declarauit.*] dicto c. exiit. § ad hæc. Not. ꝙ orõ & ſtudiũ ſunt labores ſpirituales. & quomodo cõueniunt religioni, dixi de reg. ſane. q. 5. & 6. & de orõne. ſ. ď reliquiis. clem. ſi dominũ. ver. idcoque. in gloſ. de oratione. Scd̃o nota, ꝙ etiã religioſis licitũ eſt ſpatiari: dum tñ honeſte & per areã vel hortũ. & hoc ꝑꝑ recreationẽ ſui à laboribus ſtudij vel orationis: quod facit ꝫ eos qui ſine modeſtia immorantur ſtudio vel orationi: vnde accidit, ꝙ ſæpe incurrunt graues ęgritudines, & qñque etiam mentis alienationẽ, quod eſt cauendum: nam in omnibus debet ſeruari modus, vt cũ diſcretione fiant. de offi. cuſt. c. vnico. Terentius in Andria: Id arbitor in vita apprime eſſe vtile, vt ne quid nimis. Tertio nota, ꝙ non licet fratribus habere hortos, vt inde naſcentia pretio diſtrahantur: quia hoc appropinquat ad naturã prouentuum, vt in littera. & de hoc ſeq. ꝫtio.
Oppono ad hoc quòd iſtud nõ appropinquet ad naturã prouentuũ, immo ſint ꝓuentus: nã fructus generali vocabulo dicuntur redditus ſeu prouentus. ff. de annu. leg. libertæ. in prin. C. de dona. ſi quis argẽtum. §. 1. & redditus ſeu prouẽtus, quod dixi de deci. paſtoralis. q. 3. & 4. tñ vt ibi dixi, & probant iura alleg. hæc accipiuntur promiſcue: potuit enim hæc littera habere reſpectum, quia ſ. §. cumque annui. prohibiti ſunt fratribus annui redditus, qui tunc videntur dicendi annui qñ ſunt certi & conſtituti: quod non ſic eſt in fructibus horti, qui non ſunt certi. Item nõ ſemper venduntur: propter ea dicit ꝙ habere tales fructus vt pretium ſuis temporibus habeatur, appropinquat ad naturã prouentuũ, ꝗa non eſt proprie prouentus.
h ¶ *Rurſus.*] prouidet de ſexto.
i ¶ *Paſcit.*] Matthæi 6. Lucæ 12. Not. arti. à veriſimili. ſ. §. deinde. vbi dixi in 2. not. Secundo, not. ꝙ timor leuis non excuſat. quod metus cauſa. cũ dilectus. Tertio, not. argumen. ab experientia, de electio. quàm ſit. vbi de hoc in gloſſa tertia, lib. ſexto. Quarto, nota quòd ex præteritis præſumitur circa futura. de præſump. ſcribam. qñque econuerſo. ſ. §. cum vero. vbi dixi. Quinto nota, quòd non repugnat mendicanti conſeruare victualia, quando timetur quòd aliquo modo haberi non poterunt. Sexto not. differẽtiam inter conſilium & aſſenſum. de hoc de elect. cum in veteri. de arbit. cum olim. & in regula, nullus ex conſilio. libro ſexto. Septimo nota, quòd quandoque ſpecialiter oneratur conſcientia commiſſarij ſ. §. vtilitatem, vbi dixi in 3. notabili.
k ¶ *Hinc eſt.*] prouidet de ſeptimo. Nota ꝙ fratres fundati ſunt in ſumma paupertate & humilitate. & de paupertate ſ. §. cæterũ. vbi in 1. not. dixi. & §. proinde. in 1. q. de humilitate. de maior. & obed. humilis. Scd̃o nota, ꝙ nõ debent habere eccleſias, vel alia ædificia exceſsiua: hæc tñ nõ ſeruãtur. & mirũ eſt ꝙ auctor hoc adiecit, cui vſque tunc debuit conſtare, ꝙ in multis locis habent excellẽtiores eccleſias

& magnitudine, debeāt reputari. Ideoq; volum⁹, quòd vbiq; in ſuo ordine deinceps tēperatis & humilib⁹ ædificiis ſint cōtenti, ne huic tātę paupertati promiſſæ, quod patet oculis, cōtrariū foris clamet. Quāuis [a] etiá paramēta & vaſa eccleſiaſtica ad honorē diuini nominis ordinētur, propter quē omnia fecit ipſe Deus: tñ qui abſconditorū eſt cognitor, ad animū ſibi miniſtrātiū reſpicit principaliter non ad manū: nec per illas ſibi vult ſeruiri, quæ ſuorū ſeruitorū conditioni & ſtatui diſſonarēt: propter quod ſufficere debēt eis vaſa & paramēta eccleſiaſtica decētia, in numero & in magnitudine ſufficiētia cōpetēter. Superfluitas autē aut nimia pretioſitas, vel quęcunque curioſitas in his ſeu aliis qbuſcunque, nō pōt ipſorū profeſſioni vel ſtatui cōuenire. cū em̄ hæc ſapiāt theſaurizationē ſeu copiā, paupertati tantæ quo ad humanū iudiciū derogāt manifeſte; Quapropter præmiſſa ſeruari à fratribus volumus & mādamus. Circa [b] equorū vero & armorū oblationes, illud decernimus in omnibus & per omnia obſeruandū †, quod per declarationem prædictā [c] in pecuniariis noſcitur eleemoſynis diffinitū. ¶ Ex præmiſsis [d] autem ſuccreuit non parum ſcrupuloſa quæſtio inter fratres: videlicet, vtrum ex ſuæ profeſsione regulæ obligentur ad arctū & tenuē, ſiue pauperem vſum rerum: Quibuſdam ex ipſis credentibus & dicentibus, quòd ſicut quo ad dominium rerum habent ex voto abdicationem arctiſsimā, ita ipſis quo ad vſū arctitudo maxima & exilitas eſt indicta: Aliis in cōtrariū aſſerētibus, ꝙ ex profeſsione ſua ad nullū vſum pauperem, qui nō exprimatur in regula, obligantur, licet teneātur ad vſum moderatū temperātiæ, ſicut & magis ex cōdecenti quā cæteri Chriſtiani. Volentes itaq; conſciētiarū prædictorū fratrū prouidere quieti, & his altercationibus finē dare, declarādo dicimus, ꝙ fratres minores ex profeſsione ſuæ regulæ ſpecialiter obligant̃ ad arctos vſus ſeu pauperes, qui in ipſorū regula cōtinētur: & eo obligationis modo ſub quo cōtinet ſeu ponit regula dictos vſus. ¶ Dicere [e] autē, ſicut aliqui aſſerere perhibent, ꝙ hęreticū ſit, tenere vſum pauperē includi vel nō includi ſub voto Euāgelicæ paupertatis, p̄ſumptuoſum & temerariū iudicamus. ¶ Demū [f] quia ex eo ꝙ dicta regula per quos & vbi fieri debeat miniſtri Generalis electio tradēs, nullā facit de miniſtrorū prouincialiū electione vel inſtitutione penitus mentionem, oriri ſuper hoc poterat dubitatio inter fratres: Nos volentes poſſe ipſos clare ac ſecure procedere in omnibus factis ſuis: Declaramus, ſtatuimus etiā & ordinamus in hac cōſtitutione in perpetuū valitura, vt cū alicui prouincię de miniſtro fuerit prouidendū, ipſius miniſtri electio † penes capitulum prouinciale reſideat, quā idem capitulū die ſequenti, qua fuerit cōgregatū, facere teneatur. Ipſius aūt electionis confirmatio ad miniſtrū pertineat generalem. Et ſi quidem ad electionē huiuſmodi per formā ſcrutinij procedatur (votis in diuerſa diuiſis) electiones plures in diſcordia celebrari contingat, illa quæ à maiori parte capituli numero (nulla zeli vel meriti collatione, aut conſideratione habita) fuerit celebrata, exceptione ſeu contradictione quacunque alterius partis non obſtante, per dictum generalem miniſtrum de conſilio diſcretarum de ordine, (prius tamen ex officio, prout ſpectat ad ipſum, diligenti examinatione præmiſſa) confirmetur, vel etiā infirmetur, prout eis ſecundū Deum viſum fuerit expedire: Et ſi fuerit infirmata, ad capitulum prouinciale electio huiuſmodi reuertatur. ¶ Cæterum ſi

† Aliàs, ſeruandum.

† De modo electionis faciendæ, vide nouiſſime ſācita in concilio Tridēt. ſeſſio. 25. tit. de Regularibus & Monialibus cap. 6.

eccleſias, quàm ſint cathedrales, & Papa ſcit, & tolerat. Tertio, not. ꝙ ex actibus illicitis præſumitur de mente contaminata. de præſump. c. 1. ſic enim dicit ꝙ ex ædificiis immoderatis præſumitur contra humilitatem & promiſſam paupertatem fratrum.

a ¶ *Quamuis.*] prouidet de octauo. Not. ꝙ Deus fecit omnia ad honorē ſui ordinis. Pro. 16. Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus: & dic propter ſe, id eſt, propter ſuam bonitatem, vt ea fruamur. de hoc per Thomam parte 1. q. 45. art. 2. Secundo nota, quòd ſolus Deus eſt cognitor abſconditorū. 32. diſt. erubeſcant. de iudi. nouit. de ſent. excom. à nobis 2. quamquam enim hic non dicat ꝙ ſolus Deus, tñ illa iura hæc ſupplent. Item ſatis dr̃ hic cum hoc tamquam propriū ſibi attribuatur. Tertio nota ꝙ ſuperfluitas etiā reprobatur in rebus ad cultum diuinum deputatis: & ratio redditur in littera. & pro quia debet in omnibus ſeruari modus. quod dixi ſ̃. §. licet. in 2. not. Quarto nota, ꝙ curioſitas reprobatur. de renunt. c. 1. lib. 6. Quinto nota, ꝙ curandum eſt etiam per religioſos ne humano iudicio damnentur. ſ̃. §. cæterum.

b ¶ *Circa.*] prouidet de nono.

c ¶ *Prædictam.*] ſupra §. porro.

d ¶ *Ex præmiſsis.*] ſoluit dubium oriens ex prædictis de paupertate, & refert duas opiniones, & ſecundam approbat.

e ¶ *Dicere.*] remouet quendam errorem: quidam enim dicebant, ꝙ hæreticum erat dicere, ꝙ vſus pauper, id eſt, abdicatio paupertatis includatur vel non includatur ſub voto Euangelicæ paupertatis. Et videntur iſti velle, ꝙ ad votum Euangelicæ paupertatis nihil pertinet dicere ꝙ Redēptor & Apoſtoli habuerunt bona tātum in vſu, hoc autē aſſerere dicit temerarium & præſumptuoſum: & ſic videtur fauere illis qui dicunt, ꝙ vſus pauper includitur ſub voto Euangelicæ paupertatis: tamen hoc non affirmat: & hodie ſtandū eſt extrauaganti, cum inter nonnullos, de qua dixi ſ̃. §. proinde, q. 1. poſt principium.

f ¶ *Demum.*] hic de electione vel inſtitutione miniſtri Prouincialis. Et primo determinat generaliter quo ad totum ordinem: ſecundo, ſpecialem modum tradit quo ad prouincias vltramarinas Hyberniæ, & Græciæ, in §. verum. Prima ſubdiuiditur, qa primo determinat ꝙ electio fiat per capitulum prouinciale: & ꝙ fiat die ſequenti poſtquam fuerit congregatum. ſecundo: ibi, *Ipſius.* ꝙ confirmatio ſpectet ad Generalem. tertio: ibi, *Et ſi quidem.* ꝙ ſi plures eligerētur in diſcordia, confirmetur electus à maiori parte numero, omiſſa collatione, & reiectis exceptionib⁹. quarto: ibi, *Et ſi fuerit.* ꝙ ſi electio fuerit infirmata, redeat ad capitulum. quinto: ibi, *Cæterum.* ꝙ ſi capitulum prædicta die non elegerit, deuoluatur ad Generalem. Nota differentiam inter hæc verba: declaramus, ſtatuimus, & ordinamus, pro hoc quod not. de iudic. decernimus. videtur tamen ꝙ verbum, ordinamus, idem importet ꝙ ſtatuimus: & ſic ꝙ nouum ius inducat: ſimile quod not. de verbo, volumus. de offic. vica. clem. vnica. in glo. fin. Secundo, not. ꝙ in electione miniſtri Prouincialis non habet locū tempus Lateraā. concilij. de conceſ. præben. c. 2. hic tamen non diſponit de congregatione concilij, ſed debet intelligi ꝙ fiant prout conſtitutum fuerit in capitulo ante celebrato. Item ex hac cauſa quandoque congregatur, & ſolū poſt congregationē currit tempus, quod hic breuiſsimū cōſtituitur, ſcilicet diei: nec timeri poteſt ꝙ differatur capituli cōgregatio: quia ſup̄ hoc prouidet Generalis vel vicarius ordinis: d̃ quo ĩ. §. cæterū. Tertio not. *caſum ſingularem*, in quo confirmatur electio celebrata à minori parte capituli: dummodo ſit facta à maiori parte partium comparatione minorum: cuius 5̃rium aliàs eſt de iure. d̃ elect. eccleſia 1. Quarto nota alium caſum ſingularem, in quo in electione omittitur collatio zeli & meriti. Simile in electione abbatiſſæ, quæ fit per moniales. de elect. indemnitatibus. §. vt autem. lib. 6. Quinto nota, quòd in confirmatione Miniſtri prouincialis non proceditur iudicialiter: quia vt dicitur hic, non admittuntur exceptiones partis alterius, quæ tamen in aliis confirmationibus admittuntur. de election. cap. fin. lib. 6. Simile in electione abbatiſſæ facta à duabus partibus monialium, quæ etiam confirmatur non obſtante contradictione partis alterius, dicto cap. indemnitatibus. §. ſane. quamquam autem glo. ibi dicat, ꝙ admittetur exceptio quæ votū eligentis reddat nullum, tñ hic vr̃ ꝙ ſufficiat, ꝙ ſit facta à maiori parte numero, & ſic attēdūtur voces facti, ſicut fit de elect. ſ̃. cle. qđ circa. Sexto not. caſum in quo infirmata electione indiſtincte reuertitur ius eligendi ad eligētes: nec diſtin-

Electione caſſata quãque indiſtincte ius ad eligentes reuertitur.

guitur an elegerint indignum ſcienter vel ignoranter : cum tamē aliàs ſi elegerunt indignum ſcienter, non ad eos, ſed ad ſuperiorem deuoluatur. de elect. cum in cunctis. in fin. & cap. bonæ 1. & c. quamquam. lib. 6.

a ¶ *Verum.* ] hic de modo creandi miniſtrū prouincialem in ꝓuinciis vltramarinis Hyberniæ, & Græciæ : & permittit miniſtro generali ꝙ ſi ei & capitulo generali videbitur, poſſit ipſe cum proborum ordinis conſilio præficere Miniſtrum in prouinciis Hyberniæ & vltramarina : in Romana vero ſeu Græcia hoc idem poſſit quando miniſter illius prouinciæ moritur vel abſoluitur citra mare. Nota caſum in quo electio miniſtri prouincialis non ſpectat ad capitulum prouinciale : ſic etiam electio abbatis quandoque non libere ſpectat ad conuentum. de conſue. cum dilect⁹. Secundo not. in fin. ꝙ quandoque oneratur ſpecialiter conſcientia cōmiſſarij. ſ̃. §. rurſus. vbi dixi in 7. notabili.

b ¶ *In deſtitutione.* ] hic de deſtitutione miniſtrorū Prouincialium.

c ¶ *Cæterum.* ] hic determinat, ꝙ fratribus carentibus miniſtro generali, ſuppleat vicarius ordinis vices eius. Quæro per quem creabitur iſte vicarius? Sol. videtur ꝙ per Papam ex quo alius modus nō traditur. fratres autem Prædicatores dicuntur obſeruare, ꝙ miniſter illius prouinciæ, in qua occurrit celebrandum generale capitulū poſt obitum ſui magiſtri generalis, vicarius eſt ordinis vſque ad tempus capituli: & ſimiliter fratres minores habent conſtitutionem generalem, ꝙ generali mortuo, miniſter prouinciæ vbi occurrit celebrandum generale capitulum, poteſtatem habet ſuper alios in capitulo, quo ad ea quæ ſpectant ad expeditionem capituli : & ex hoc quia ſolum habet poteſtatem in his quæ ſpectant ad capitulum, patet ꝙ in aliis. arg. de præſump. nonne. & ꝙ mortuo generali non debeant fratres aliquem vicarium ordinis facere ſine licentia Papæ & protectoctoris ordinis, qui eſt. Contrarium determinat Nicolaus Papa, vt patet in eius litteris, quarū copiā vide inter cōſtitutiones fratrū.

d ¶ *Porro.* ] apponit decretum in his quæ de miniſtro prouinciali dicta ſunt ſupra. §. demum. & duobus ſeq. Not. de clauſula decreti. ſimile de reſcrip. ſtatutum. in fin. lib. 6. & pro hoc quod not. ſ̃. de immu. eccle. clem. vnica. in 6. notab. & 1. contrario. Cardinalis de Zabarella.

S*Aepe contingit.* ] CASVS. Ponamus ꝙ Romanus Pontifex alicui iudici commiſit aliquam cauſam, & eidem mandauit, ꝙ in eadem cauſa procedat de plano, ſummarie, ſine ſtrepitu, & ſine figura, id eſt, ſine aliqua forma iudicij : quæritur quid ſignificāt iſta verba ꝙ procedat de plano, ſummarie, &c. Vel ſic: Ponamus ꝙ tales cauſæ ſint examinandæ ſimpliciter, & de plano, ſummarie, & ſine ſtrepitu iudicij: Quæro quid importent talia verba, de plano, &c. Rn̄det Clemens, ꝙ talia verba hoc volunt : Nam iudex debet ꝓcedere in illa cauſa, & debet dimittere plures ſolemnitates: Primo enim vr̄ eſſe remiſſa & dimiſſa illa ſolemnitas, quæ fit in iudicio: videlicet oblatio libelli: quia ſufficit ꝙ in tali cauſa, in qua Papa mandat vt iudex procedat ſummarie & de plano, vt actor faciat demandam ſeu petitionem ſuam verbo, & ꝙ grapharius illam redigat apud acta curiæ : Item per dicta verba vr̄ eſſe remiſſa litis conteſtatio: Item per dicta verba dictus iudex accipit facultatem procedendi in cauſa tempore meſsium & vindemiarum, quod in aliis cauſis facere nō pōt propter ferias: Itē per huiuſmodi verba iudex qui cognoſcit, accipit facultatē amputandi dilationes : nam ipſe nullas debet dare dilationes: Item recipit facultatē, vt poſſit repellere dictas dilationes ſeu prolongationes, & exceptiones, & appellationes: Item aduocatorū & procuratorum iurgia ſeu contentiones poteſt repellere. Item poteſt repellere multitudinem teſtium. Et ſum in verſiculo. *Non ſic tamen iudex.* Et quæritur, vtrū iudex poſſit procedere reo non citato : Et reſpondet Clemens quòd non. Item dicit Romanus Pontifex, quòd per talem facultatem datam iudici, videlicet ꝙ procedat ſummarie & de plano: nō videtur eſſe remiſſa iuramenta de calumnia, niſi expreſſe remitteret. Et ſum in verſicu. *Verum quia.* qđ declarat principium capitu. dicimus, ꝙ actor poteſt in cauſa ſine libello procedere, quæro quomodo debeat illud intelligi : & quomodo ſciet iudex quid vult habere actor, niſi ipſe actor proponat libellum ſuū? Reſpondet Clemens ꝙ iſta demanda ſeu petitio actoris debet dari ſiue verbo ſiue in ſcriptis. Videatis ergo textum, & melius dicetis omnia : quoniam dummodo proponat ſuam demandam verbo, ſufficit : & hoc modo quòd grapharius redigat dictam demandam ſeu petitionem in actis eſſe prolatam verbo, & ſicut ipſe illam profert & pronuntiat. Hæc dicit H. R. doctor egregius. Nota in verbo, *Significatione.* iuncta gloſſa in hoc quòd decretales debent congruere titulis, ſ̃. in procemio Grego. & in proœ. Sexti, & in verſicu. *Tandem.* Nota differentiam inter conſtitutionem & ſanctionem. de hoc in glo. non dicit.

¶ *Glo. prima primo decretalem commendat dicens illam ſumme neceſſariam. ſecundo dicit quid & quas opiniones determinat. tertio diuidit ſummando. quarto aliter ſummat recitando.*

* ¶ *Sæpe contingit.* ] Quoniam ſecundum Quintilianum lib. 7. de oratoria inſtitutione, Optimarum rerū inuentio, & ſi lenociniis verborum deſtituta ſit, ipſa tamen ſui natura ſatis ornatur, cui bene conuenit ff. de in integ. reſti. l. 1. in prin. hanc conſtitutionem verborum blanditiis non egentem, gloſſandam aggredior : de cuius cauſa impulſiua pars fui. Ex quo enim ſciui mandaſſe concilium Viennen̄. ſ̃. de iudi. diſpendioſam. exiſtimans non tantum vtile ſed ſumme neceſſarium, verba de quibus hic loquimur declarari, dominos ac peritos curiæ ſollicitauit ſæpius pro cōſtitutione declaratoria procurāda, quæ deſiderata ſe nunc exhibet. Et in ſumma determinat & declarat quid ſignificent hæc verba inſerta in iudicialibus commiſsionibus, quæ fiunt à principe vel à iure, ſcilicet quòd procedatur ſimpliciter, & de plano, & ſine ſtrepitu & figura iudicij. Determinat autem notata per Innocē. & Hoſtié. de accuſ. olim. de ſtatu. regul. ea quæ per Aegid. de iudiciis nouit. in fin. per Gul. in Spec. de inquiſi. §. nunc tractemus. verſicu. quid igitur. & per Archidiac. de election. indemnitatibus. §. ſi vero. lib. 6. & per Ioan. Monac. & per me eod. lib. de hæret. cap. fin. Et ſunt 4. partes. In prima ponitur quæſtio. In ſecunda ſolutio : ibi, *Nos autem.* In tertia prorogatio: ibi, *Quæ omnia.* In quarta quędā inſtruens proteſtatio: ibi, *Si tamen.* Secunda pars in qua ponitur ſolutio ſubdiuiditur : quia primo ponit nouem ſpecialia. vel vndecim ſi diuidatur octauum in tria, quæ poteſt iudex ſic datus. ſecundo: ibi, *Non ſic.* ponit quintū vel ſeptimū diuidendo quartū in tria per formā huius nō excluſa. tertio: ibi, *Et quia.* ponit ſex, quæ talis iudex pōt, quatuor interſerens quæ nō poteſt. Si igitur non contētat ſummarie quod poſui: quia non eſt recitare ſummando, ſic recites diuidendo prohibita à permiſsis, vt melius apprehendas. Iudex qui

Res optime ſui natura ſatis ornatur.

Diuiſio & ſubdiuiſio textus.

capitulum memoratum die prædicta miniſtrū eligere prætermittat : extunc miniſtri prouincialis prouiſio ad generalē miniſtrum libere deuoluatur. Verum ᵃ ſi miniſtro prædicto & capitulo generalibus ex certa, manifeſta, ac rationabili cauſa videretur aliquando in prouinciis vltramarinis Hybernię, Græciæ, ſeu Romæ, in quibus hactenus alius prouidendi modus dicitur ex cauſa certa & rationabili fuiſſe ſeruatus, expedire miniſtrum prouincialem per miniſtrum generalem, cum proborum ordinis conſilio potius quàm per capituli prædicti electionē præfici in prouinciis Hyberniæ etiam vltramarinis irrefragabiliter: In Romana vero vel Græcia quando miniſter dictæ prouincię moreretur vel abſolueretur citra mare: illa vice ſeruetur abſque dolo, partialitate & fraude (ſuꝑ quo eorum cōſcientias oneramus) quod ſuper hoc dictus miniſter cum dictorum proborum conſilio duxerit ordinandum. ¶ In deſtitutione ᵇ vero dictorum miniſtrorum prouincialiū ſeruari volumus, quod ſuper hoc hactenus de ipſo ordine extiterit obſeruatum. ¶ Cæterum ᶜ ſi contingeret eoſdem miniſtro generali carere, per vicarium ordinis fiat ſuper hoc, quod faciendum fuerit per eundē miniſtrū vſquequo prouiſum fuerit de generali miniſtro. ¶ Porro ᵈ ſi quid de huiuſmodi miniſtro prouinciali ſecus attentari forte cōtigerit, illud ipſo facto ſit irritum & inane. Nulli igitur omnino hominum liceat hanc paginam noſtrarum declarationum, dictorum, commiſsionis, reſponſionis, prohibitionis, ordinationis, mandati, conſtitutionum, iudicationū, & voluntatū infringere, vel ei auſu temerario contraire : Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorū eius ſe nouerit incurſurum.

¶ Idem [Clemens † quintus.]

† Illa duo verba : Clemens quintus, abſunt à vetuſtiori bus codicibus.

¶ *Determinat & declarat quid ſignificent hæc verba inſerta in iudicialibus commiſsionibus, quæ fiunt à principe vel à iure, ſcilicet quòd procedatur ſimpliciter & de plano & ſine ſtrepitu & figura iudicij. Ioan, And.*

CAP. II.

SAepe contingit *, quòd

causas [a] committimus, & in earum aliquibus ſimpliciter [b] & de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura [c] iudicij procedi mandamus [d]: de quorum ſignificatione [e] verborũ à multis contenditur, & qualiter procedi debeat, dubitatur. Nos autem dubitationem huiuſmodi (quantũ nobis eſt poſsibile [f]) decidere cupientes [g] hac in perpetuũ [h] valitura cõſtitutione [i] ſancimus, vt iudex, cui taliter cauſam cõmittimus, neceſſario [k] libellũ

Declaratio textualis.

dex qui datus eſt ſimpliciter & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij, procedere poteſt ſine libello, litis conteſtatione, & feriis inductis fauore hominum, amputat dilationes, abbreuiat lites, repellit fruſtratorias exceptiones & appellationes, refrænat iurgia partium, & multitudinem teſtium: dat ſimul terminum ad ponendum & articulandum primo, ſecundo ad producenda omnia acta & munimenta cauſæ: interrogat partes vbi ſua deti æquitas: non citat peremptorie ad ſententiam, quã profert ſtans vel ſedens etiam cõcluſione non facta. Citare tamen tenetur & recipere petitionem in ſcriptis vel verbotenus, tunc ſcribendam in actis. Item iuramenta calumniæ, veritatis, vel malitiæ, probationes neceſſarias & defenſiones legitimas, & facta remiſsione pro teſtibus producendis debet tũc inſtrumenta recipere: tenetur partes ad ſententiam citare, quam tenetur in ſcriptis ferre, etiam ſecundum acta cauſæ. hoc dicit.

¶ *Gloſſa ſecunda dat concor. & dicit cur conſtitutum.*

* ¶ *Sæpe contingit.*] concor. de reſti. ſpol. ſæpe. de appella. ſæpe. ex quo vero id ſæpe accidebat, per conſtitutionem fuit prouidendũ, quæ tamen interdum etiam prouidet de raro contingentibus. de hoc de deſponſ. impub. litteras. in 3. gloſſa.

a ¶ *Cauſas.*] de negotiis extraiudicialibus ſic commiſsis nõ erat dubium. de accuſ. ſicut olim.

Simpliciter vnd dicitur.

b ¶ *Simpliciter.*] quaſi ſine plica vel inuolutione. facit de ſum. tri. firmiter. in princ. ff. de leg. 2. codicillis. §. inſtituto.

¶ *Gl. ſe. not. ad quæſtionẽ quã ſpecificat ponẽdo ſex aliàs ſpecies, & eã dubie ſoluit, declarationẽ poſcens. ſecundo quærit quid ſi vnica vel nulla ſit, vel ponantur hæc diſiũctim, & omnia ſoluit.*

Cauſa ſi cõmittat ſimpliciter ſolũ, vel ſimpliciter & de plano, an poſſit expediri ſine ordine iudiciario.

c ¶ *Et figura.*] Notandum eſt, quòd ad hæc quatuor verba triplex inſeritur copula, per quod videtur ſolui quod quæritur, an ſi aliquod iſtorum verborum deſit in forma commiſsionis, locus ſit huic conſtitutioni. vnde aduertendum eſt, quòd quandoque in commiſsione ponitur ſolum verbum, de plano. ſupra de iudic. nouit. ad fin. de ſponſ. cum in tua. concord. ff. de offic. proconſ. nec quicquam. §. de plano. ff. de accuſ. leuia. & de adult. l. miles. §. ſexaginta. ff. de quæſt. vnius. in fi. quis ordo in bon. poſſeſ. ſer. l. 2. Quandoque ponuntur ſimpliciter & de plano. de accu. ſicut olim. Quandoque abſque ſtrepitu. de ſtatu monach. ea quæ. §. quòd ſi. Quandoque de plano & abſque ſtrepitu. de accuſ. olim. Quandoque ſine ſtrepitu & figura. de elect. indemnitatibus. §. ſi vero. lib. 6. Quandoque hæc quatuor coniunguntur, vt hic, & ſupra de iudic. c. diſpendioſam. Quandoque ad hoc additur verbum aduocatorum. de hæret. cap. fin. in prin. lib. 6. Quid ergo dicemus de his formis vbi iſta quatuor non coniunguntur? Satis videtur conſtitutionem totam & quo ad omnem ſui partem tunc locum non habere propter has copulas repetitas. infra §. penul. & in cap. diſpendioſam. ſupra de iudic. cum enim exorbitet à iure communi, habilitandum vel dilatandum non eſt. de reg. iur. quæ à iure. cũ ſuis concord. lib. 6. dicebamus tamen olim principaliter per hoc vltimum verbum, figura ſubſtantialia iudiciorum tolli, vt patet in glo. in princ. alleg. & dicam infra gloſ. eſt mens. & in gloſſa facit ad hoc. & forſan adhuc idem dicere non eſſet abſurdum, ſecundum quòd etiam in caſu prædi. decre. indemnitatibus. §. ſi vero. locum haberet hæc conſtitutio ex vi verborum ſuorum, poſito quòd ille caſus non includeretur ſub prædicta conſtitutione, diſpendioſam. ſed certum eſt hodie, quòd illa conſtitutio includit caſum illius §. & ſic in illo non eſt dubium hanc conſtitutionem locum habere. In aliis ergo non incluſis remanet dubiũ, an aliquo ſuppreſſo habeat locum hæc conſtitutio. Si adhæſiſſem compilatoribus, procuraſſem declarari: quædã tamen ex infra dicendis alteri tantum iſtorum verborum adaptari videntur, vt infra dicam. Sed quid ſi iſta quatuor ponantur ſine copulis, vt quia dicitur, ſimpliciter, de plano, ſine ſtrepitu, & figura? Dicas idem, quòd vltima copula in præcedentibus repetita cenſetur. de appell. 1. ſecundo requiris. facit ff. de hæret. Inſtit. cum in teſtamento. §. 1. Plus dico, ꝙ etſi nulla ſit copula, idem erit. facit ff. de verb. ſignific. triplici modo. Et ſatis æque videretur dicendum, quòd etiam ſi diſiunctæ ponantur, puta ſimpliciter vel de plano, vel abſque iudicij ſtrepitu vel figura: idem ſit ſenſus, & locus erit conſtitutionis: cum ratio ſit eadem: & poneretur tunc diſiuncta pro coniuncta. C. eo. tit. l. penul. ff. eod. l. ſæpe. Non ſic ſi verba huius conſtitutionis prolata fuiſſent diſiunctiue: quia tunc ſoluta eſſet quæſtio principalis: & eſſet ſenſus, quòd quodlibet prædictorum verborum haberet hũc effectum, quem ponit hic conſtitutio.

d ¶ *Mandamus.*] quod alius non poſſet etiam legatus de latere, vt ſatis not. in præd. decret. ſi. de hæret. lib. 6. Et Guliel. in Spec. tit. 2. §. ſupereſt. in 1. colum.

e ¶ *Significatione.*] in hoc reſpicit titulum.

f ¶ *Poſsibile.*] facit proœmium harum conſtitutionum in princ. de elect. vt circa. lib. 6. ſæpe etenim per ſolutionem vnius dubitationis inducitur alia fortior. eod. tit. cum olim. vbi de hoc.

¶ *Glo. ſeq. oſtendit indigentiam nouæ conſtitutionis.*

g ¶ *Cupientes.*] ad eũ enim promulgatorem talium iuriũ vel reſcriptorum hoc ſpectabat. ſupra de ſent. excõmu. inter alia. cũ ſuis cõcor. & ſine dubio ad hoc dubium tollendum gloſſæ non ſufficiebant, ſed neceſſaria erat conſtitutio, vt per inferiora patebit: quis enim gloſſando probare potuiſſet plus requiri iuramenta præſtari, vel ſententiam iu ſcriptis ferri, quàm litem conteſtari? idem in ſimilibus.

h ¶ *In perpetuum valitura.*] ſuperfluit, quia intelligebatur 50. diſt. cap. 1. ſed eſt modus loquendi, cui concord. de poſtula. cap. vnico. de elect. perpetuæ. lib. 6.

Quia hic pœna non adijcitur. Zabarel.

i ¶ *Conſtitutione ſancimus.*] non dicit, ſanctione ſtatuimus: quia potius eſt conſtitutio, quàm ſanctio 1, de quo vide 3. diſtinct. in ſumma.

¶ *Glo. ſeq. arguit in aliis cauſis libellum offerendum: de quo remittit ad gloſſ. & ad Specu. ponit quinque opiniones, & ſuam ſolutionẽ, quã impugnat per hoc cap. & impugnationi reſpõdet.*

k ¶ *Neceſſario.*] datur per hoc intelligi quòd in aliis cauſis, quibus non proceditur ſimpliciter, &c. neceſſario ſit libellus offerendus. de hoc notaui ſupra de libel. obla. cap. 1. vbi Ber. Inno. & Hoſtien. tenent libellum eſſe de ſubſtantia iudiciorũ. inducunt prædict. decretal. & Authent. offeratur. 3. q. 3. & Inno. inducit Authẽt. de temp. non ſolu. pen. ſuper dote. §. conteſtationem. coll. 7. Hoſt. inducit Authent. de exhiben. & introd. re. §. illud. coll. 5. vbi dicit expreſſum. & reſpondet ad cap. ſi quis cum clerico. 11. q. 1. & ad decret. prout. de dolo & cõtuma. & ibi not. pro hac opinione facit: quia Auth. dicit libellum offerendum: ſed offertur proprie nõ petenti. ff. de leg. 3. fideicommiſſa. §. ſi rem. de reſti. ſpol. litteras. circa fi. de appell. interpoſita. in princ. Tancre. Vinc. & Phil. dicebant per prædi. cap. ſi quis. & prout. quòd de iure canonico libellus nõ erat de ſubſtantia. Guliel. de hoc tractabat nil approbans in Spec. de libe. concept. §. vtrum libellus. Accurſius in Authen. offeratur. C. de lit. conteſt. tenet quòd tacite poſſet omitti. ſed in principio §. illud. alleg. §. ſeq. in Auth. de exhib. & intro. re. tenet quòd etiam remitti expreſſe poſsit: vltra medium magnæ glo. Dominus meus in legibus dicebat, quòd ſi libellus petitur & offertur, bene proceditur: ſi nec petitur nec offertur, non tenet proceſſus: quia licet poſſet expreſſe remitti, ſecundum eum. C. de epiſ. & cler. Authen. generaliter. in fine. C. lib. 12. de priuileg. ſchol. l. quoties. in fi. non tamen tacite: per præd. Authen. offeratur. & C. de ſent. & interlo. l. prolatam. Si vero petitur & non offertur, non valet proceſſus, cum nulla remiſsio interuenerit. Si vero offertur, ſed non petitur nec recipitur oblatus, tunc valet proceſſus: tum quia fauore rei videtur inducta oblatio, & quilibet ſuo fauori renunciat. C. de pact. ſi quis in conſcribendo. & quia inuito nõ confertur beneficium, vt ff. de reg. iur. inuito. & quia ſecundum eum expreſſe renuntiare videtur oblatum non recipiendo. Alij dicunt reum renuntiare poſſe, ne libellus tradatur in ſcriptis: & tunc remittitur tacite, ſed ne vllo modo tradatur, renuntiari non poteſt tacite vel expreſſe. arg. ff. communi diuid. vt fundus. ff. de pœnis. ſi præſes. Vnde dicere ſoleo in præd. cap. 1. quòd petitio ſit de ſubſtantia: ſed ſi fiat in modum petitionis apud acta, non in modum libelli, & ſuper ea lis conteſtetur, credo tenere proceſſum: ſatis enim prouiſum eſt menti iuris, vt infra dicetur in ver. verum. parte vero petente neceſſe ſit in modum libelli petitionem offerri ꝑ iura primo allegata. Sed hæc opinio videtur hic reprobari: ſi enim ſpeciale eſt in his in quibus ꝓceditur ſimpliciter & de plano, &c. quòd non eſt neceſſe libellum offerri, ſed ſufficit petitionem apud acta deſcribi, vt ſequitur: ergo in aliis ſufficit petitionem ſic ſcribi, ſed eſt neceſſe libellum offerri. Solu. per hanc decret. ab opinione prædicta non recedo: Nam primo approbatur ea parte, qua dico de neceſsitate petitionem deſcribendã in actis: Si enim hoc in his, fortius in aliis. Ad oppoſitionem reſpondeo in his caſibus ſpeciale, quod in his etiam parti petenti non eſt neceſſario libellus offerendus: qui tamen petenti in aliis neceſſario debet offerri: quod intelligo exceptis his caſibus, quibus ſine libello proceditur, quorum aliquos not. Hoſti. in præd. decret. prima. de libel. oblat. & Accurſius in glo. præalleg. in Authen. de exhib. & introd. reis. ſed Guliel. plenius colligit in Specul. de libel. conte. §. nunc dicendum. Non tamen putes quòd in omni caſu quo non exigitur libellus, locus ſit huic cõſtitutioni: quod per multa exempla ibi poſita videre potes: & ſatis eſt hoc expreſſum non eſſe.

Libellus an ſit de ſubſtãtia iudiciorum.

Libellus debet offerri ſi petatur à parte, ſed ſi non petatur, ſufficit quod petitio in actu redigatur.



¶ Glo.

*¶ Glo.ſeq.oſtendit per verbum figura,iſta remiſſa:& ponit duas opiniones contrarias,& remittit.*

non exigat [a],litis conteſtationẽ [b] non poſtulet [c],tempore etiam feriarum [d] ob neceſsitates [e] hominum indultarum à iure [f],procedere valeat [g]: amputet [h] dilationum materiam, litẽ quantũ poterit [i] faciat breuiorem,exceptiones [k],appellationes dilatorias [l] & fruſtratorias repellendo:partium aduocatorum & procuratorum contentiones & iurgia [m],teſtiũque ſuperfluã multitudinẽ [n] refrænando;Non ſic tamen iudex litẽ abbreuiet,quin probationes neceſſariæ [o], & defenſiones [p]

a ¶ *Non exigat.*] eſt mens litteræ,quòd iudex neceſſario non habet exigere,nec actor neceſſario habet offerre: ſponte vero offerri poſſet & recipi, vt in fine. Iſtud autem & ſequens proprie ſunt de figura iudicij. Cum enim figura cuiuſq; rei ſit ipſius apparens forma vel facies, in qua rei ſubſtantia fingitur. ff.de actio. & oblig. nõ figura. facit de celebra. Miſſ. cum Marthæ. ver. ex eo. & iudicium ſit actus trium perſonarũ iudicis, actoris, & rei. eo.tit.forus.C.de aſſer. tol.l.1. in fi. ipſius forma, facies,& figura principaliter conſiſtit in his,ita quòd altero deficiente dicitur quaſi figura.C.de caduc.tol. l.vnica.§. ſimili modo, ibi enim quia non erant niſi duæ perſonæ: ſcilicet iudicis & domini,ſerui nominantis illum filium,non erat proprie figura.Sublata igitur figura non videtur iudex aſtrictus ad aliquas formas, rimulas vel figuras iudiciorum, niſi quantum hic exprimitur, & expreſſa plus reſpiciunt figuram facti, negotij,vel cauſæ, quàm iudicij,vt infra dicam. Dicunt etiam quidam libelli oblationem remitti per verbum,de plano. C. de naufra. l. de ſubmerſis nauibus.lib.11.Alij contra. & de hoc ff. de accu. leuia. & de offic.proconſ.nec quicquam,§.vbi decretum. & in tractatu quem allegabo infra glo.2.

*¶ Glo.ſeq.quærit de deliberatoriis:dicit quid in aliis cauſis, arguens in his illas non dari. ſoluit contrarium tribus rationibus.*

Deliberatoriæ an ſint reo dandę in cauſis ſummariis.

b ¶ *Litis conteſtationem.*] ſed cum petitio ſit in actis ſcribenda,vt infra verſi.verum.ſed lit. conteſt. non eſt facienda vt hic,quid erit de deliberatoriis: dabuntur ne aliquæ deliberatoriæ reo? In aliis iudiciis planum eſt deliberatorias eſſe de ſubſtantia, ſi petantur: vt not.2.q.1.in ſumma.& 3.q.3.cum accuſatus.& patet in Auth. offeratur.ea.q.vnde dicũt Inn.& Hoſt.de libel.obla.c.1. vt ibi ſcripſi ſuper 1.glo. deliberatorias arctari poſſe, ſed non penitus denegari,licet tacite & expreſſe poſsit illis renuntiari.alleg.ff. de fer. l. 1. C.de epiſco.& cleri.Auth.generaliter.& hoc etiam de dilat.c.1.& 2.ſed in his cauſis ex quo non eſt neceſſaria conteſtatio, non videtur neceſſaria deliberatio. Ad hoc facit,quia interdum in his quæ ſummariam cegnitionom requirunt, ſimul petitur & iuratur. ff. de eden.quædam.§.fi. Sed contra exigitur iuramentum calumniæ in his cauſis,vt ſequitur. Item poteſt reus conuenire, vt infra ver. verum. in deliberatoriis autem quomodo iurabit vel reconueniet? Item per hanc formam non tollitur iudicis recuſatio, cum exceptiones & defenſiones legitimæ reſeruentur,vt ſequitur.Item abſurdius eſſet hunc iudicem, ſi ſuſpectus eſt,recuſari non poſſe, quàm eum qui procedit in figura iudicij, cum iſte plus lædere poſsit:ſaltem igitur ſuper hoc deliberare permittatur,nec arctetur tam præcipiri feſtinatione iudicium ſuſcipere. ff. de adminiſt. tuto. tutor qui repertorium,§. 1. in fi.ff.de iure fiſ.l.edicto. §. cum autem.

c ¶ *Non poſtulet.*] Scire debes quòd Ioannes Faſcioli Piſanus legũ doctor compoſuit quendam tractatum de ſummaria cognitione,quem Guli.poſuit in Spec.1.parte de offic.iud.§.fi.vbi inter alia tractat,an in ſummariis requiratur libellus vel conteſtatio, de quo vide in prædi.§.ver.quinto.& ver.ſequenti.

d ¶ *Feriarum.*] iſtud forſan induceret ſolum verbũ,de plano:quaſi plane & in domo,non pro tribunali ſedendo id valeat expediri. facit ff.de fer.l.2.& l.miles.§.ſexaginta.ff.de adulte.

*¶ Glo.ſeq.primo exemplificat:ponit differentiam:& à contrario quæſtionem ſoluit.ſecundo quærit de repentinis,& ſoluit.*

Feriæ quotuplices ſũt, & quib' poſſunt litigantes renuntiare.

e ¶ *Ob neceſsitates.*] ſicut eſt tempus vindemiarum & meſsium, quibus etiam feriis partes renuntiare poſſunt.ſupra de fer.cap. fi. in fi.In hoc ergo differunt hæ cauſæ ab aliis: quia in his procedit iudex inuitis partibus, in aliis ſecus,in quibus præter appellationem ſententia eſſet nulla lata parte inuita vel abſente.ff.de fer. l.1. A contrario vero huius litteræ patet,quòd feriis introductis in honorem Dei vel Sanctorum procedere non poteſt talis iudex, per quod viderentur expedita quæ not.15. q. 4.in ſumma, per Guli. in Spec.de fer.§.2.ad fin.vt ſcilicet in cauſis matrimonialibus, beneficialibus,decimarum, & vſurarum non poſsit procedi feriis indictis ob honorem Dei, ſed in feriis ruſticis ſic, cum in illis procedatur ſimpliciter & de plano, &c. vt in decret. diſpendioſam. ſ. ead.compil. de iudic. Sed quid dices de feriis repentinis, quæ repente indicuntur propter principis coronationem, victoriam proſpere geſtam, vel ſimilem cauſam. de quibus ff. ex quibus cauſis maio.ſed & ſi per prætorem.§.ſi feriæ. C. de dila. ſiue pars. C. de fer.l.1.in fi. Puto quòd in illis procedere nõ poteſt talis iudex: ad quod ſufficit in illis nõ eſſe permiſſum, maxime cũ ab alio, quàm à principe indici non poſsint. C. de fer. à nullo. ergo prout ab eo ſunt indictæ,ſeruentur. Hoc maxime ſecundum veram opinionẽ, quæ habet etiam talibus feriis renuntiari non poſſe. de quo in Spec.de fer.§.fin.in principio.

Feriæ repentinæ à ſolo principe indicuntur.

f ¶ *A iure.*] tamen in miniſterio hominis:quia ius nõ determinat tempus propter varietatem locorum,quibus citius vel tardius prædicta colliguntur: & ſic citius vel tardius prædicta indicuntur.ff. de feriis.l.præſides. de offic. proconſ. ſi in aliquem. in principio.

*¶ Glo.ſeq.notat ex litera id quod dicit æquum, & illud probat per rationẽ, & ſimile.*

g ¶ *Valeat.*] non quicquid iudicis poteſtati, &c.ff. de iudi.non quicquid.ff.de offic.præſid.l.ſæpe. ſupra de offi. deleg. conſuluit. propter quod honeſtum puto, quòd ſi iudex ſic datus viderit grauiter lædi partẽ ex proceſſu tali tempore fiendo ſuperſedeat: habet emim iudex prouidere vtilitati cauſæ & partium,vt lit.non conteſt.accedens 2.de reſcript.ſtatutum.§.inſuper. lib.6.C.communi diuidun.l.iudicem.ff.de leg.1.l.poteſt.& facit qđ not.in Spec.de arbi.in fi.ver. ſed nunquid tunc ſedere. vbi tractatur quòd arbiter in cuius compromiſſo renuntiatum eſt his feriis, non tenetur procedere tali tempore feriato.

h ¶ *Amputet.*] iſtud & quæ ſequuntur vſque ad ver.non ſic. non videntur in his cauſis ſpecialia, cum in omni cauſa iudex laborare debeat ad lites breuiandas, dilationum materias amputandas: & alia quę ſequuntur,iura ſunt vulgaria.Sed dici poteſt ſpeciale, quòd in his fortius quàm in aliis iudex hoc poterit.

Poſsũ quod honeſte poſſum.

i ¶ *Poterit.*] id dicimus poſſe quod honeſte poſſumus.22. q. 2. faciat.ff.de cond.inſti.filius qui.de verb.ſigni.l. nepos. vnde hoc determinat fiendum ſine partium præiudicio.infra ver.non ſic.

k ¶ *Exceptiones.*] hæc & ſequentia videntur tolli per verbũ,abſque ſtrepitu:talia enim per quendam conuocum clamorem & tumultum ſolẽt examen obſtrepere,& veritati habendę obſtaculum præbere:vnde dicit canon,quòd cultum ſuum iuſtitia perdit quãdo ſilentia iudicij obſtrepentium turba perfundit.5. quæſt.4.in loco,ad quod facit C.de inoffic.teſta.ſi quis in ſuo. de conſor. eiuſdem tit.l.1.& de adult.l.adulterij.C.de ſtud.lib.vrb. Ro.l. vnica. in fi.lib.11.de tali ſtrepitu habetur de ſynd.c.vnico.de electiq. quorũdam.lib.6.

*¶ Glo. ſeq. dicit quare ſic ordinetur littera.quærit, & ſolutionem poſcit.*

l ¶ *Dilatorias.*] non dicit exceptiones dilatorias & appellationes fruſtratorias, vt p hoc innueret exceptiones ſurreptionis vel nullitatis cõtra reſcriptũ,vel recuſationis cõtra iudicẽ, vel dilatoriã ſolutionis,vel his ſimiles repellẽdas.ſed hoc intẽdit ꝙ omnis exceptio fruſtratoria & ad differendũ iudicis proceſſum malitioſe oppoſita repellatur.Sed quæro quã exceptionem vel appellationem per hæc verba,non dico per hanc cõſtitutionem,poſsit talis iudex repellere,quam alter iudex teneatur admittere:hoc vellẽ doceri.

m ¶ *Iurgia.*] de his ſupra de verb.ſigni.forus.§. iurgium.

n ¶ *Multitudinem.*] hoc commune videtur in omnibus cauſis.ſupra de teſti.ſignificauerunt.& cap.ſeq.& ff.de teſti.l. 1. in fi.tamen hoc in his amplius quàm in aliis poterunt per hanc litteram.

o ¶ *Neceſſariæ.*] actori vel reo.

*¶ Glo.ſeq.allegat quatuor iura,& notat ad quæſtionem Legiſtarum,quã ſoluit,& ſolutionis oppoſitioni diſtinguendo reſpõdet.*

Iudex habẽs arbitriũ, partem contra iura condemnare non poteſt.

p ¶ *Defenſiones legitimæ.*] facit ad hoc de offic.deleg.ex parte 2. quæſt.7.lator.& ibi not.C.de preci.Imper.offer.l. quotiens.Et facit hæc littera,& finis iſtius ſecundæ partis,& iura prædicta ad quæſtionem Legiſtarum de Poteſtate,qui habet arbitrium, an teneatur iuſtitiam partis ſeruare, vel poſsit illam contra iura & iuſtitiam condemnare,& voluntate vti. Et tenent quòd iuſtitia & legitima partis defenſio non tollitur per dationem arbitrij. alleg.C. de inoffic.teſta.ſi quando.ff.de condi.inde.ſi procurator.in prin.ff. de dona.ſi filius.& de pecul. l. qui peculij.ff.manda. l. creditor.§. Lucius.ad municip.l.Lucius.§.Imperator.ff. de pact. contra iuris. ff.ad Treb.ſi cum hærede.facit de regu.iur. in generali. lib.6. cum ſuis concor.& optime probat conſtitutio clem.ſupra de re iud.paſtoralis.§.pen.in fi.Et ſi dicas arbitrium, ab eo qui potuit conceſſum,debet aliquid operari: Reſpondetur, quòd ad ſolemnitates quæ figuram iudicij reſpiciunt, non tenetur, vt hic. Vnde not. quòd de iis quæ in iudicio aguntur,quædam ſunt acta cauſæ vel litis:quædam iudicij,confeſsiones ergo,atteſtationes, & ea quæ reſpiciunt factum,proprie ſunt acta cauſæ:Citationes,ſatiſdationes, & ſimilia ſunt acta iudicij.de hoc per Innoc. & Hoſtien. de teſti. cauſam.& per Archi.de elect. indemnitatibus. §. ſi vero. Verba igitur,ſine figura iudicij, licet tollant aliqua ex iis quæ ordinant iudicium,non tamen illa quæ inſtituunt & decidunt cauſam, non eſt ergo mirũ ſi probationes & legitimas defenſiones talis iudex admittit.

Actorũ quædã ſunt acta, cauſæ, quædam iudicij.

legitimæ admittãtur. Citationem [a] vero ac præſtationem iuramenti de calumnia vel malitia, ſiue de veritate dicenda, ne veritas occultetur, per commiſſionẽ huiuſmodi intelligimus non excludi [b]. ¶ Verum quia iuxta petitionis formam [c] pronũtiatio [d] ſequi debet, pro parte agẽtis, & etiam rei, ſi quid [e] petere voluerit, eſt in ipſo litis exordio [f] petitio facienda, ſiue in ſcriptis, ſiue verbo [g], actis tamen continuo [h] (vt ſuper quibus poſitiones & articuli formari [i] debeant, poſſit haberi plenior certitudo, & vt fiat diffinitio clarior [k]) inſerenda. Et quia poſitiones [l] ad faciliorẽ † expeditionem litium propter partium confeſſiones [m] & articulos [n] ad clariorem probationem vſus longæuus [o] in cauſis admiſit: Nos vſum huiuſmodi obſeruari [p] volentes: Statuimus, vt iudex ſic deputatus à nobis (niſi aliud de partium [q] voluntate procedat) ad dandũ ſimul vtroſque [r] terminum dare poſſit, & ad exhibendũ om-

admittit. Nil igitur talis iudex omittit per quod impediatur vel occultetur cognitio veritatis, vt ſequitur, & per ſingula diſcernere potes. illa vero quæ ſolemnitatem reſpiciunt, ſiue ſint actus, qui reſpiciunt iudicem, ſiue partem vtranque vel alteram, remittuntur. & facit ff. de leg. 1. l. ſi ſeruus vetitus. cum ſuis concor.

Citatio debet eſſe trina vel perẽptoria.

a ¶ *Citationẽ.*] per hoc ſingulare videtur quòd ſufficiat vnica, cum aliàs ſaltem in principio cauſæ requiratur trina vel peremptoria, vt lit. non conteſt. quoniam. §. porro. de hoc 24. q. 3. de illicita.

b ¶ *Non excludi.*] intellige pluſquam in aliis, in quibus non proceditur ſimpliciter & de plano: vnde ſicut in illis ſic & in iſto: ſi tamen tacite omittantur hæc iuramenta, non vitiatur proceſſus. de iur. calu. cap. 1. lib. 6.

c ¶ *Formam.*] de ordi. cogn. cap. 2. de accuſ. qualiter 2. de ſimo. licet. vbi de hoc. facit de cauſ. poſſ. cum ſuper. ff. de iudi. de qua re. ſupra de inſtr. inter dilectos. ver. cæterum.

¶ *Gloſſa. ſeq. ponit tres expedientias petitionis ſcribendæ. ſubdit opinionem, & caſum quo procedit.*

d ¶ *Pronuntiatio.*] expedit igitur petitionẽ in actis deſcribi propter iudicem, vt pronuntiationem petitioni conformet, vt hic, & ff. cõmuni diuid. vt fundus. propter actorem, ne fruſtra fatigetur, & vt videat ſuper quo poſitiones & articulos formet, vt ſequitur: & vt ſibi ex alia cauſa agenti non obſtet exceptio rei iudicatæ. ſupra de re iudic. abbate. lib. 6. expedit reo vt deliberare poſſit. 3. q. 3. offeratur. ſuas defenſiones formare, vt ex ineptitudine abſoluatur ab inſtantia, & abſolutus in principali, non poſſit iterum conueniri. Dicunt quidam quòd oblatio libelli ſolum reſpicit fauorẽ rei: quod ſi teneri velis, dicas id verum de oblatione quæ ſibi fit expenſis actoris: petitionem vero in actis deſcribi triplicem fauorem reſpicit. vt prædixi.

¶ *Gloſ. ſeq. tractat an in his fiat reconuentio de cauſa, quæ requirit plenam cognitionem, ponit opinionem quòd nõ ſecundo ponit contrarium. tertio reuertitur ad primam, reſpondens ad legem contrariam. quarto huic opponit, & dupliciter ſoluit.*

Conuentus in cauſa ſummaria an poſſit recõueniri in cauſa plenaria.

e ¶ *Si quid petere voluerit.*] quod requirat ſummariã cognitionem, & ſit eius naturæ quòd in eo poſſit procedi ſine ſtrepitu & figura, &c. hoc dico, quia not. Innoc. & Hoſti. poſt eum de mut. peti. cap. 1. quòd conuentus in cauſa quæ requirit ſummariam cauſæ cognitionem, reconuenire non poteſt, niſi ſuper cauſa conſimilis cognitionis ſit ratio ſecundum eos, quia cum conuentio & reconuentio ſimul ſint tractandæ. de ordi. cog. cap. 2. vbi vna requirit plenam cognitionem, altera ſummariã: reſtat quòd ſine alterius præiudicio ſimul tractari nõ poſſint, cum altera accelerationẽ exigat, altera dilationes longiores expoſcat. facit pro Inno. C. depoſi. l. fi. & C. de compen. l. fi. & ſupra depo. bona fides. in fi. & facit hoc dictum multum contra opinionẽ Inno. & pro opinione mea, de qua ſtatim dicam. Sed quidam Legiſtæ contra, per l. ſed hæ. §. non ſolum. ff. de procu. vbi ſi per procuratorem actoris petitur cautio damni infecti, quæ tamen celeritatem deſideret. ff. de dam. infec. l. 1. & 4. §. pen. ff. de fer. l. 2. & reus velit dominum in aliqua actione reconuenire: procurator tenetur illum defendere, & hunc intellectum approbat ibi glo. Petr. de Bel. ſequitur Inno. per l. 1. C. vbi cau. ſta. vbi hoc not. & C. de ſent. & inter. Authen. & conſequenter. & Cynus idem poſt eum per rationem Inno. Ad §. non ſolum. reſpondent, quòd §. eſt volubilis, & debet intelligi in procuratore, qui reconueniretur cauſa damni infecti, iuxta ſecundũ intellectum ibi poſitum in glo. Prædictis obſtare videtur decret. 2. de mut. peti. vbi modus præter vel contra ius datus in conuentione, ſeruatur in reconuentione: & ſic arguitur quòd in cauſis quæ requirunt plenam cognitionẽ, beneficio reconuentionis poſſit hoc caſu procedi ſummarie ſicut in conuentione, & ſic ceſſabit ratio Innoc. Volens tenere quod præmiſi, dicere poſſet, quòd aliud eſt per reſcriptum id tolli quod reſpicit fauorem partium, vt appellare, & tunc ſicut illud non licet reo in cõuentione: ita nec licebit actori in reconuentione, vt ibi: aliud eſt tolli ſubſtantialia iudicij per reſcriptum: & tunc reſtringitur ad caſum conuentionis expreſſum. facit de reg. iur. quæ à iure. lib. 6. cum concor. & ſit huius ratio: quia in primo valeret impetrãtis renuntiatio. C. de temp. appella. l. vlt. ad fin. in ſecundo non, vt dicam infra in vlt. gloſ. Aeque tamen dici poſſet quòd aut ordinarius vel delegatus cognoſcit de cauſa, in qua de ſui natura ſummarie proceditur, & tunc ſit locus prædictæ opinioni Innoc. & ſequacium, vt qualitas cauſæ reconuentionem impediat, ſicut & aliàs not. de mut. peti. c. 1. in fi. in pen. glo. & de arb. cum dilectus. in glo. 1. Aut delegatus virtute commiſsionis in cauſa, in qua aliàs plena cognitio requirebatur, ſummarie cognoſcit: & tunc ſubdiſtingue, aut Papa proprio motu tollit ſubſtantialia, & tunc idẽ quod ſupra: aut ad petitionem impetrantis, & tunc arg. prædictæ decretalis. & l. vlt. C. de fru. & li. expen. videatẽ eſſe remiſſa plena cognitio etiã in reconuentione, & ſic ceſſabit obſtaculum Innoc. vt prædixi. Pro hoc facit hæc littera ſic generaliter loquens, ſi quid petere voluerit, &c. & ad ſubdiſtinctionem facit de præb. ſi motu proprio. & c. ſeq. lib. 6. & quod not. in præd. decr. 2. in fi. vlt. glo.

† Nota quod poſitiones ſunt inuentæ ad faciliorẽ litis expeditionem: ſi enim quis confitetur, cito cauſa terminatur. vnde dicit Paul. quandoque dicitur non poſſe delinquere propter cõtumaciã partis: quia confeſſio haberi non poteſt, vt not. Inno. in dolo. prout Cardinalis.

¶ *Gloſ. ſeq. de conuentione, an fiat poſt litẽ cõteſtatam ponit duas opiniones contrarias. & ſecundam approbat per hunc textum.*

f ¶ *Exordio.*] Not. cõtra opinionẽ Ber. Vinc. Inno. & Guli. & Archid. quæ habet, quòd vſque ad concluſionem poſſit fieri reconuentio. & pro opinione Alani, Tan. Goff. & Hoſt. & Ioan. Mon. quæ placet, quòd ante lit. conteſt. ſit facienda, vel ſtatim poſt lit. conteſt. vt not. Accurſius in Authen. & conſequenter in gloſ. fi. in Authen. de excu. §. ſancimus. in 1. glo. vt plene ſcripſi de mut. peti. cap. 1. ſuper 1. glo. & contra ipſum Inno. facit quod poſt eum dixi ſupra proxi. glo. Hoc ergo teneas, quòd licet quandocunque reus conuenire poſſit actorẽ durante iudicio: non tamen illa conuentio vim reconuentionis habebit, vt ſcilicet ſimul tractetur, & firmatur, vt de ord. cog. c. 2. niſi fiat in litis exordio, vt hic.

g ¶ *Siue verbo.*] eligat ergo petẽs quod vult, vel ſcriptã dare vel verbo proferre, vt de ſuo ore ſcribatẽ apud acta, vt ſolet fieri poſtea.

h ¶ *Continuo.*] tolle verbum, inſerenda, quod infra, & interſerit quare.

Libellos triplicant cauti aduocati.

i ¶ *Formari debeant.*] cauti aduocati actorum faciunt triplicari libellos: vnum dant notario, qui ſcribit acta: alium reo: tertium ſibi ſeruant ad finem de quo dicitur, vt melius & certius poſitiones & articulos forment.

Memoria labilis eſt.

K ¶ *Clarior.*] tum ratione memoriæ, quæ labilis eſt. 23. diſt. præterea. C. qui teſt. fac. poſ. hac conſultiſsima. verſi. at cum humana. propter quod non ſcribere petitionem, poſſet impedire & occultare veritatem: tum quia ex quo petitio in actis deſcripta eſt exprimi poterit in ſententia, vt moris eſt.

Poſitionis vſus multũ releuat probantem.

l ¶ *Poſitiones.*] de his & ipſarum formis ſatis not. de confeſ. cap. 1. lib.

¶ *Glo. ſequens obiicit quòd poſitiones inutiliter fiant, & ſol.*

m ¶ *Cofẽßiones.*] ſed ſi pars negat quod petitur, quid releuat poſitiones facere, quas etiam negabit? Solu. ſæpe contingit quòd vſus poſitionum multum releuat probantem, vt ſi petam à te centum, quæ mutaui Titio cuius es hæres, reſiſtis negando: modo ponam quòd mutuaui Titio centum, quòd promiſit illa reſtituere tali die, quòd Titius inſtituit te hæredem, quòd mortuus eſt, quòd hæreditatem adiuiſti vel habuiſti, hæc omnia habeo neceſſe probare: ſed forte duas primas negabis, reliquas confiteberis: multum ergo me iuuat poſuiſſe: forte etiam licet reſiſtas, dicens exceptionem pacti ſolutionis vel ſimilem tibi competere: omnes prædictas poſitiones confiteberis: per quot patet quòd etiã ſuper principali, cui reſiſtit aduerſarius, ponere quandoque multum iuuat.

n ¶ *Articulos.*] de his ſupra de teſti. per tuas. & eod. tit præſentium. lib. 6. Et in quibuſdam foris dicitur intentio vel aſſertio. facit ſupra de cauſ. poſ. cum eccleſia. poſt prin. C. de tempo. appella. l. per hanc.

o ¶ *Longæuus.*] ſcilicet à tempore Gregorij ix. quia prius de poſitionibus non habebamus expreſſum: ſed per ipſum habemus. de elect. dudum 2. de lit. conteſt. cap. vnico.

p ¶ *Obſeruari volentes.*] in omnibus cauſis, nedum in his in quibus ſine figura proceditur, ita puto auctorem intellexiſſe. Et dato quòd dicas illum intellexiſſe ſolum de his in quibus proceditur ſine figura: fortius ergo ſeruandus eſt in aliis.

Poſitiones negatæ in articulos deducuntur.

q ¶ *De partium.*] propter plurale non puto quòd pars altera ſola reſiſtere poſſit: ambabus autem reſiſtentibus non videtur iudicem hoc poſſe: ſed per hoc collige, quod ſi iudex, qui ſine figura procedit inuitis partibus non dat ſimul terminum ad ponendum & articulandum, multo minus & alius.

r ¶ *Vtroſque.*] ſcilicet poſitiones & articulos: vnde & quidam in

cauſis hæc coniungunt: dicentes ponit, & ſi negetur probare intendit, &c. non tamen in aliis cauſis debet quis ad hoc cogi: primo enim poteſt ponere, & demum negata in articulos deducere. ADDITIO. De quo Specu. in titu.de teſt.§. nunc videndum. in principio.

a ¶ *Munimenta.*] ſcilicet per quæ munit cauſa. & idem ver. de electio. cupiẽtes,in fi.1.reſpon.& §. electos.de offic.ord. quamuis. lib. 6. & ſupra de in integ. reſti.coram.

¶ *Gloſſa ſeq. oſtendit hoc ſpeciale in his: ponit dictum Gulielmi.*

† Aliàs ita: aſſignatione termini non obſtante.

b ¶ *Partes.*] patet ergo quòd in his cauſis, quibus ſine figura proceditur, vnus & idem terminus datur actori & reo ad probandum, cũ in aliis cauſis dicatur fatuum eſſe, quòd reus ꝓbet defenſiones ſuas, niſi prius actoris intentio ſit fundata, vt not.

Reus fatuus eſſet ſi probaret defenſiones ſuas actoris intẽtione nõ fũdata.

nia acta & munimẽta [a] quibus partes [b] vti volunt in cauſa poſt dationẽ [c] articulorũ diem certã, quãdocunq; ſibi videbitur, valeat aſſignare: eo ſaluo, quòd vbi remiſſionẽ [d] fieri contingeret, pro teſtibus [e] ꝓducendis [f] poſſint etiã inſtrumenta ꝓduci aſſignatione † huiuſmodi non obſtante [g]. Interrogabit [h] etiã partes ſiue ad earum inſtantiã, ſiue ex officio vbicunque hoc æquitas ſuadebit. Sententiam vero diffinitiuã (citatis ad id [i] licet non peremptorie [k] partibus) in ſcriptis [l], & (prout ma-

ſupra de teſti. cap. de teſtibus. Dicebat Guliel.in ſpecul. de inſt. edi.§.nunc dicamus.ſæpe obtinuiſſe, quòd poſt litis conteſtationem & iuramentum, iudex poſſit partibus ſtatuere terminum peremptorium ad exhibenda omnia quibus in cauſa ſunt vſuræ. alleg. ff. de eden. l. prima,§. edenda. & quod ibi not. dicit tamen quod quibuſdam videtur hoc durum, cum id liceat vſque ad concluſionem. de fid. inſtr. cum dilectus. & dicunt quòd licet iudex id poſſit, non tamen debet. ff. de iudic.nõ quicquid. 11. quæſt. 1. aliud.& adde quod ſtatim dicam.

¶ *Gloſſa ſequens ponit duas lecturas, & primam approbat.*

c ¶ *Poſt dationem.*] ſi verbum iſtud coniungitur cum verbo, aſſignare, quod ſequitur, eſt ſenſus, quòd datis articulis, & non prius aſſignare poſſit hunc terminum. Si vero coniungatur cum verbo, exhibenda, erit ſenſus, quòd poterit dare terminum, pone decem dierum, ad ponendum & articulandum, & ex tunc dare alios decem vel menſem ad producendum, &c. vt ſic ſimul dentur duo termini, ſimile de teſtibus cogen. cap. 2.& facit littera, quandocunque ſibi videbitur. prima placet maxime: quia poſitionibus datis in termino, reſpondendum eſt: articuli etiam examinandi. illud ergo tempus quo ſuper his inſtatur, non currit in termino productionis: nec eſt congruum parti ſtatui terminum ad probandum prius quàm ſciat in quibus releuetur, & quos articulos probare teneatur.

d ¶ *Remiſſionem*] cuius formam habes ſupra de teſtibus. præſentium.lib.6.

e ¶ *Pro teſtibus.*] probatoriis, & hoc eſt certum: ſed quia littera generaliter loquitur, videtur idem in reprobatoriis, de quibus de proba. licet. de teſtib.licet 3. nam in illis etiam fit remiſſio, vt in præd.decreta.præſentium.

f ¶ *Producendis.*] nõ ſemper in dilatione data ad producenda inſtrumenta, licet producere teſtes, vt dixi poſt Pet. & Guli.de teſtib.cogen.peruenit 1.

g ¶ *Non obſtante.*] vbi ergo non fit remiſſio pro teſtibus producendis, terminus datus & elapſus bene obſtat ne produci poſſint vlterius inſtrumẽta. Et ſic videtur ſolui quod quæritur, an poſt terminum datum ad producenda inſtrumenta audiatur volens illa producere. Odof. & Guliel. in ſpecu. de dila. §. videndum. ver. quid ſi datus. dicunt quòd non: alleg. Guliel. ff. de optio. lega. l. mancipiorum. C. de inge. ma. diffamari. facit pro eis C. qui accuſ. non poſ. ſi ea quæ de remiſ. pig. ſi eo tempore. ſupra de prob. licet. in princ. & quod ibi not. in 1. glo. & quia boni iudicis eſt lites dirimere. ſupra de dolo & contuma. finem litibus. & cap. ſi. Alij contra, cum non ſit quis cogendus edere inſtrumenta, niſi cum eis vtitur. ff. de eden. l. 1. §. edenda. & videtur expreſſum ſupra de fid. inſtru. cum dilectus. vbi patet hoc licere vſque ad concluſionem. ad idem C. de iudi. iudices. & Authent. iubemus. & quod ibi not. Inducitur ad idem C. de lib. cau. nec omiſſa. ff. de quæſt. vnius. §. ſi. Confitebitur enim forſan aduerſarius videndo inſtrumenta pro & contra. facit conſtitutio Clem. ſupra de excep. excommunicationis. Tertij diſtinguunt (quod videtur æquum) an ius aduerſarij ſit læſum, vt quia perierunt teſtes per quos poterat inſtrumentum reprobaſſe ſi fuiſſet productum in termino: quo caſu audiatur, aut ipſius ius eſt illæſum, & eo caſu produci poterunt. hoc probant per prædictam l. mancipiorum. ff. de op. leg. ad quod facit de dolo & contuma. cap. 1. de præbend. ſi tibi abſenti. lib. 6. & quod not. ff. de euictio. ſi rem. §. quolibet. & dixi de emptione & venditione, cap. finali. ſuper 1. gloſſa.

h ¶ *Interrogabit.*] hoc non videtur in his ſpeciale. 30. q. 5. iudicantem. de fide inſtrumen. cum Ioannes. ad fin. ff. de interroga. actio. vbicunque. facit de iuram. calum. cap. 2. in fi. lib. 6. niſi dicas in his ſpeciale quòd etiam poſt cõcluſionem ad petitionem partis interroget.

gis ſibi placuerit) ſtans [m], vel ſedens proferat: etiam (ſi ei videbitur) cõcluſione [n] non facta ꝓut † ex petitione, & ꝓbatione & aliis actitatis in cauſa fuerit faciendum [o]. Quæ omnia etiã in illis caſibus, in quibus ꝑ aliã conſtitutionem [p] noſtram, vel aliàs [q] procedi poteſt ſimpliciter & de plano, ac ſine ſtrepitu & figura iudicij, volumus obſeruari. Si tamen in præmiſſis caſibus ſolemnis [r] ordo iudiciarius in toto vel in parte non contradicentibus [s] partibus [t] obſeruetur, non erit proceſſus

i ¶ *Ad id.*] non ſufficit ergo citari niſi exprimatur id, quod ad ſententiam audiendam. ff. quæ ſent. ſine appella. reſcin. l. 1. §. item cum ex edicto. facit de teſti. cum olim. in fi. de dolo & contuma. eum qui. lib. 6. nam ſi hoc in ſummariis, fortius in aliis, vt ſæpius dixi.

† In antiquioribus etiam impreſſis conſtanter legit ita: prout ex petitione, & ꝓbatis, & aliis, &c.

k ¶ *Nõ peremptorie.*] Argu. quòd in aliis cauſis, in quibus ſeruatur iudiciorum figura, ſit neceſſe peremptorium exprimi, vbi non fit trina citatio ad ſententiã audiendam. quod videtur tenere Ioan. 24. q. 3. de illicita. Bern. de offic. deleg. conſuluit. Innoc. de accuſ. ad petitionem. Guliel. in Specul. de cita. §. viſo de tempore. ver. aliàs autem. & in ver. quid ſi lata.

Citatio peremptoria an ſit ad ſententiam audiẽdam neceſſaria.

l ¶ *In ſcriptis.*] proferat quod eſt infra. Et huius contrarium tenebat Aegidius, in decreta. nouit. etiã ſolum ex vi illius verbi, de plano. Et per hoc not. duo, in quibus conueniunt iſtæ & aliæ cauſæ, ſcilicet quòd in his vt in aliis neceſſe ſit diffinitiuam in ſcripto proferri. Item quòd iudex ſicut in aliis, ita in his habet illam per ſe ipſum proferre. & de vtroque ſatis not. de ſent. & re iud. c. ſi. lib. 6. vbi videas. noluit ergo ſcripturam quæ in ſententiis requiritur, & prolationem iudicis in his cauſis prætermitti, ne per id contingeret occultari veritatem propalatam & in iudicio diffinitam, & per conſequens victorem ridiculoſe & fruſtra in tali proceſſus iudicio laboraſſe.

m ¶ *Stans.*] in hoc diuerſum eſt ius in his cauſis ad aliàs quæ requirunt figuram iudiciorum, quæ ferri debent à iudice ſedente. de quo vide not. in prædi decret. in fi. de re iud. lib. 6. in glo. penul. & videtur quibuſdam hoc induci etiam per ſolum illud verbum. de plano. vt dixi in principio huius partis. & hoc tenebat Aegid. in decreta. nouit.

n ¶ *Concluſione.*] iſta littera videtur velle, quòd in aliis cauſis requirentibus figuram iudiciorum neceſſaria ſit concluſio, & de concluſione habetur ſupra de procur. auditis, de cauſa poſſeſ. paſtoralis. & in conſtitutione Clem. eod tit. cauſa. de prob. quoniam contra. de fide inſtru. cum dilectus. & cap. cum Ioannes. Communiter in ſecularibus foris apud nos non fit concluſio: in eccleſiaſticis fit per partes. Item ipſis vel altera ipſarum inuita: ex quo ſufficientes dilationes datæ eſſent & elapſæ, pronuntiaret iudex concluſum in cauſa. & vide in Spec. de renun. & conclu. in princ.

Concluſio in cauſa an ſit neceſſaria.

o ¶ *Faciendum.*] patet ergo etiam in cauſis quibus tollitur figura iudicij ſecundum ius pronuntiari debere, vt dixi ſuper verbo, defenſiones.

p ¶ *Conſtitutionem noſtram.*] ſupra de iudic. diſpendioſam.

q ¶ *Aliàs.*] vt in caſu decret. ſi. de hæret. lib. 6. & in caſu decret. indemnitatibus. §. ſi vero. de electio. eod. lib. quòd dic vt dixi in princ. ſuper ver. figura.

r ¶ *Solemnis ordo.*] vt libelli oblatio, litis conteſtatio, & ſimilia.

ſ ¶ *Non contradicentibus.*] innuit quòd partibus contradicentibus nõ poſſit iudiciorum figura vel ſolemnitas vltra id quod hic exprimitur obſeruari, quod verum intelligo quando ſic procedere non eſt in iudicis poteſtate, vt quia Papa ſic procedi mandat, vt in prin. cap. ſecus. ſi ſic procedere voluntati iudicis relinquatur, vt in conſtitutione, diſpendioſam. ſupra de iudic. vt ibi dixi ſuper ver. valeat. Secundo nota caſum quo ſufficit tacitus conſenſus nõ reclamantis. concor. de accuſ. cap. 2. lib. 6. interdum requiritur expreſſus. eod. lib. de reſcript. ſtatutum. in nullo. alias non contradicere ſapit medium inter conſenſum & diſſenſum: quod dic vt not. de reg. iur. is qui tacet. lib. 6.

Conſenſus tacitus quãdoque ſufficit.

t ¶ *Partibus.*] videtur per plurale quòd contradictio vnius partis tantum non vitiet proceſſum: ita res de facili reuertitur ad ſui naturam, vt dicam in vlt. glo. & facit quod dixi ſuper ver. & quia. in glo. propter. aliàs dixiſſet, vel earũ altera. Sed forte hoc ſubauditũ eſt de mente: quod patet ſi reſoluatur non contradictio in ſenſum, vt ſi dixiſſet, conſentientibus partibus: quia tunc patet ꝙ alterius cõtradictio vitiaret, & eſt ſimilis altercatio quã ſcripſi. §. ea. comp. de elect. in pleriſque. Sed pone ꝙ de cõſenſu partiũ iudex ſeruauit

Iudex procedens vno modo de conſenſu partiũ, an poſſit illis penitentibus & inuitis illum modum proſequi.

ſolemnia

propter [a] hoc irritus [b], nec etiã irritandus [c]. Data Auinione xiij. Kalen. Decembris, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

ſolemnia ordinis iudiciarij:poſtea pœniter partes,& volunt quòd procedat ſine figura:nunquid deinceps illis inuitis poterit ſeruare ſolemnia? Videtur quòd ſic, per regulam, quòd ſemel.de reg. iur.lib.6.cum ſuis concor. & vnico actu quis renuntiat & cõſentit. de conſtit.cum acceſsiſſent. vbi de hoc.de offi. deleg. gratum. de appella. ſollicitudinem.& ſufficit ſemel factum. qui matr. accuſ. poſ. inſuper. & propter ſui contrarietatem iſtæ viæ præiudiciales videntur,& ſic vna electa non venit alia. de poſtul.c.vnico.de elect. ſi quis. lib. 6. Item vniformis debet eſſe finis principio, de baptiſ. maiores. ante medium.de appella. ſecundo requiris.His rationibus puto, quòd ſi partes expreſſe cõſenſerunt, quod iudex in tota lite vel ſimpliciter ſeruaret ordinem iudiciariũ,quòd inuito iudice qui ſic inchoauit procedere,pœnitere non poterunt: vbi vero non conſenſerunt expreſſe, ſed non contradixerunt: puto quòd in occurrẽtibus poſtea contradicere poterunt. facit littera præcedens ibi, *In toto vel in parte*.Item ſingulares actus iudiciorum ſunt per ſe actus perfecti: vnde ſingulariter intitulatur, de libel. obla. cum rubr. ſeq. bene facit quod ſcripſi poſt Vincen. & Compoſt.de reſcrip.dilectus 2. in princip. quod etiam not.Guliel.in Specu.de appella,reſtat.ver. & not. ſecundum Vincen. de cita.§.1.verſi.quid ſi reus.

a ¶ *Propter hoc.*] poſſet enim ſubeſſe alia cauſa irritationis.

b ¶ *Irritus.*] ipſo iure,vt aliàs de lit. conteſt.cap. vnico.& titu. ſeq.accedens 1. & 2.

c ¶ *Irritandus.*]per ſententiam, vt aliàs de re iudicata, cum cauſa, & cap. cum Bertholdus, in fi. & concor. huic.fini de iuramen.calum.c.1. 2.reſpon.in fi.lib. 6. Et ſcias quòd iſte finis non conuertitur: nam ſi in cauſis quæ requirunt figuram iudicij,procederetur, non contradicentibus partibus ſine figura, non teneret proceſſus,& idẽ ſi expreſſe conſentirent. de hoc de offic. deleg.de cauſis.in glo.2.2.q.1.in primis.in fi.& cap. ſeq. & in Specu.de ſent.prola.§.iuxta.ver.quid ſi de partium. quod intellige, vt not.de re iudic.cap.vlt. lib.6.in 5.glo.Ratio diuerſitatis patet:quia in caſu iſto fit contra ius commune,ſed in caſu quem ponit littera,res redit ad ius commune, & ad ſui naturam: quod facile fit, 35.diſt.ab exordio.ff.de pact.ſi vnus.§.quod ſi non vt totum. natura vero naturans, cum ad illam redibimus: per interceſsionem Virginis glorioſæ nos collocet cum electis. Amen.

Proceſſus in cauſis plenis omiſſo iuris ordine, etiam de partium conſenſu non tenet

FINIS.

## ARBOR SEV FIGVRA DECLARATIVA TITVLI DE IVRE PATRONATVS.



PRO iſtius arboris declaratione, quam format gloſſa hic præmitte quòd A. patronus poſitus in radice ſiue in prima cellula iſtius arboris habuit tres filios, ſcilicet B. C. D. vt patet aſcendendo ad tres cellulas ſequentes, & duodecim nepotes, vt patet aſcendendo ad duodecim cellulas immediate ſequentes: & triginta & ſeptẽ pronepotes tam laicos quàm clericos, vt patet aſcendendo ad duodecim vltimas cellulas. Et aduerte quòd in iſtis vltimis cellulis clerici ſignificantur per iſtam litteram C. & laici per iſtam litteram L. ita ꝙ quotiens ponitur littera C. in cellulis ſuperioribus ſignificat tot fore patronos clericos. & idem de littera L. quo ad laicos.

SEcundo aduerte, quòd iſte A. patronus habebat iuspatronatus quod reliquit vnà cũ hæreditate tribus filiis quos habebat, ſcilicet B. C. D. Cuius præſentationem ſecundum Cardi. hic ipſi filij diuiſerunt in tres partes, & ſic per capita: nec adhuc habet locũ diſpoſitio iſtius clem. Iuſpatronatus tamen eſt inſolidum penes quemlibet illorum, cum ſit indiuiſibile: eius præſentatio tamen poteſt diuidi, ſecundo Inno. in c. 1. ſupra eod tit. & Cardi. hic: & in prima voce ſuccedet primus filius iſtius A. ſcilicet B. & poſt eum duo filij eius, ſcilicet primus & ſecundus, & iſti ſuccedent in illa voce per ſtirpes, ſecundum diſpoſitionem iſtius clem. ſecundum cõmunem intellectum: & poſt iſtos duos filios B. in eodem iure ſuccedent nouem nepotes ipſius B. ſcilicet tres clerici & ſex laici qui ponũtur in duabus cellulis deſcendentibus à duobus filiis B. in quarum eſt prima littera C. & in ſecunda ſunt litteræ C. duæ, & literæ L. ſex: & iſti nouem ſunt pronepotes ipſius A. primi patroni poſiti in prima cellula.

SImiliter C. ſecundus filius ipſius A. ſuccedet in ſecunda voce: & quattuor filij eius poſiti in quatuor cellulis deſcendentibus à cellula C. ſuccedent eidem C. in illa voce per ſtirpes, iuxta tenorem iſtius clem. & eodem iure decem nepotes ipſius C. ſuccedent in eodem iurepatronatus per ſtirpes, quorum nepotum quinque ſunt clerici & alij laici. Et ponũtur omnes iſti nepotes in quattuor cellulis ſuperioribus trahentibus originem à quattuor filiis C. in quarũ prima ſunt vna littera C. & tres L. in ſecunda, duæ C. & vna L. in tertia, duæ C. in quarta vna L. & omnes iſti ſunt ꝓnepotes ipſius A. ſicut alij nouem, ſecundum cõputationem gloſ. hic.

SImiliter D. tertius ipſius filius A. ſuccedet in tertia voce ſicut dictũ eſt de duobus primis filiis: & ſex filij eius poſt eum ſuccedent in illa tertia voce iuris præſentandi per ſtirpes, eodem modo ſicut dictum eſt de aliis, ita quòd illi ſex non computabuntur niſi pro vno, ſicut eorum pater quando viuebat, ſcilicet D. & decem & octo nepotes ipſius D. eodem modo ſuccedent in illa voce per ſtirpes ſuccedendo ſex filiis ipſius D. & iſti decem & octo nepotes ponuntur in ſex cellulis deſcendentibus à ſex filiis D. quorum nepotum nouem ſunt clerici, & alij ſunt laici, vt patet in figura, ſecundum Imolam hic: & omnes iſti decem & octo ſunt pronepotes ipſius A. primi patroni.

TErtio conſidera, ſecundum gloſ. hic, quòd iſti tres, ſcilicet B. C. & D. æqualiter ſucceſſere iſti A. in hæreditate, & in iure patronatus ei hæreditati annexo: & ſic diuiſa hæreditate quilibet habuit quatuor vncias & totidẽ in iurepatronatus ei annexo, licet ſecundum Imol. hic, & Innoc. in cap. 1. eod. tit. hæredes inæqualiter excedant: iuſpatronatus tamen ad eos tranſit æqualiter, vt ponamus quòd A. habet hæredes B. C. & D. & quòd B. ſuccedet eidem in ſex vnciis, D. in quatuor, C. in duabus, & ſic in portionibus inæqualibus: omnes tamen æqualiter ſuccedent in iurepatronatus annexo illi hæreditati.

QVarto notandum eſt pro declaratione vltimarum cellularũ, in quibus reponũtur pronepotes ipſius A. quòd licet aliqui illorum pronepotum ſint clerici, aliqui laici: iuſpatronatus tamen illis competit iure laico, non iure eccleſiaſtico, immo iure ſucceſſionis: & perinde haberi debent ac ſi eſſent omnes laici quo ad iſtud ius, ita quòd clericorum non erit melior cõditio propter clericatum in iſto caſu: ex quo infertur quòd clerici in iſto caſu poterunt variare in eorum preſentatione ſicut laici vſque ad acceptationem à ſuperiore factam, nec habebunt niſi quatuor menſes ad præſentandum ſicut laici, ſecundum Cardi. hic, & Panorm. in c. eam te. de iurepatro. & ſecundum Spec. in tit. de relig. domi. in §. vnico. ver. eſſet etiam ſufficiens. quod eſt valde notandum pro declaratione iſtius figuræ.

QVinto notandum eſt, quando vni ſoli patrono originario ſuccedunt plures hæredes per capita: illi etiam ſunt patroni in capita, & tunc non ſeruatur diſpoſitio iſtius clem. filij vero iſtorũ hæredum ſuccedunt in ſtirpes eorum patribus, vt eſt videre in tribus cellulis B. C. D. deſcendentibus à cellula A. nam illi tres reſpectu A. eorum patris ſuccedent in capita: duo filij B. quattuor filij C. ſex filij D. ſuccedent in ſtirpes ſublatis de medio eorum patribus, ſcilicet B. C. D. & tunc ſeruabitur diſpoſitio iſtius clem. ſecũdum glo. hic Cardi. & Imol. & ſecundum Roc. de cur. in tract. de iurepatro. colum. 14 8.

SExto pro declaratione diſcrepantarium, quæ ſolent eſſe in iſtis compatronis, aduertendũ eſt circa præſentationes, quòd in pari numero ſtipitum ſiue patronorum originariorum regulariter locus eſt gratificandi, dummodo merita præſentatorum paria ſint, & non obſtet aliud canonicum impedimentum. Numerus tamen ſtirpis pōt eſſe par, & ius præſentatorũ erit impar, vt eſt videre ſi vnus præſentaret ab vno filiorũ B. & à tribus filiis C. & alter præſentaretur a tribus filiis D. & ab vno filio C. ibi quilibet præſentatur à quattuor: & tamen ſi cætera ſint paria, præſentatus ab vno filiorum B. & à tribus filiis C. præfertur: quia licet ab æqualibus præſentetur in numero, non tamen in ſuffragio. Cardi. in princ. q. 2. & Imol. col. 5. ex quo infert Cardi. vbi ſupra, quòd non ſunt hic tot ſuffragia vocum, quot ſunt capita patronorum: nam vna ſtirps non habet niſi vnam vocem, vt decem & octo nepotes ipſius D. qui ponuntur in ſex cellulis ſuperioribus partis dextræ, nõ habent niſi vnã vocem ſicut D. eorũ auus habebat. & de aliis idẽ.

ADuerte tamen ad vnum, licet gloſ. magna aliter dicat hic & male, quòd illud quod fit à maiori parte vnius ſtirpis, reſpectu minoris partis eiuſdem, habetur pro valido quo ad illam ſtirpem, reſpectu præſentationis fiendæ per totam illã ſtirpem, dummodo non contemnatur minor pars: quia plus obeſt contemptus vnius quàm contradictio multorum, vt dicit tex. in c. venerabilẽ. ſupra de elect. & ideo ſi minor pars ſtirpis recte vocata à maiori in præſentatione fienda diſcordet, nihil habebit in præſentatione pro illa vice, vt poſſumus videre ſi tres ex quatuor filiis C. præſentarent vnum, & quartus nollet eum præſentare, ille quartus nihil haberet in præſentatione. Idem ſi quattuor ex ſex filiis D. præſentarent vnum, & alij duo alium, præſentatus à duobus non haberet ius ex parte præſentationis illorum duorum: immo dicit Panorm. in cap. cum inter canonicos. de elect. poſt tex. ibi, quòd maior poteſt renũtiare fauori introducto in honorem totius collegij, quòd eſt valde notabile & regulariter verum. & traditur regula per Bar. in l. quod maior. ff. ad municip. fallit tamen in ſex caſibus poſitis per Soxi. in regula, factum. in fallen. ſuis.

SEptimo not. ſecundum Roc. vbi ſupra in declaratione illius verbi, ipſe vel is à quo cauſam habuit. & glo. hic, quòd licet iſta arbor intelligatur in deſcendentibus, eodem modo dicendum eſt in collateralibus, ſcilicet quòd fiat ſucceſsio in ſtirpes in iurepatronatus, licet aliter dicatur de hæreditate collateralium, vt per ſcriben. in §. cum filius. Inſt. de hære. quæ ab inteſt. defe. Alia tamen iura debita patronis ratione iuriſpatronatus, vt alimenta in egeſtate pinguiora quàm aliis pauperibus de fructibus eccleſiæ patronatæ, honorarius locus proceſsionalis, ſtudioſum obſequium debentur per capita patronis, licet iura præſentandi debeantur per ſtirpes, ſecundum Innoc. & Panorm. in cap. 1. ſupra iſto tit. Card. & Imol. hic, & Roc. vbi ſupra.

ADuerte tamen ad vnum dictum Ioa. de Imol. hic, col. 2. circa medium, quòd declarare ſigillatim quot gradus præſentationis haberet quælibet iſtarum perſonarum ſituatarum in cellulis ſuperioribus, illud eſſet magis tædioſum quàm ſubtile, cũ quilibet bonus cõputator hoc facilius inueniat quã bonus canoniſta, & etiã ꝓpter difficultatẽ probationis: nã pauca habemus alia iura hæc probantia, niſi iſtam clem. ideo non eget altiori declaratione.

APOSTILLAE

# SEV BREVIVSCVLAE SVPPLETIONES

*Titulos Clementinarum luculenter declarantes, cum capitulorum numero in marginibus ſignato.*

Cap. i. *De ſumma Trinitate & fide catholica.*

FIRMITER credenda pro fundamento circa titulos humanitatis Chriſti,iuxta Euangelium Ioan.xix.& quòd virtutes per baptiſmum infundantur infantibus in habitu.

Cap. 5. *De reſcriptis.*

Subaudi regulariter exequẽdis:& fallit in quinque caſibus,de quibus hic.

Cap. 3. *De electione.*

Subaudi formaliter facienda, & etiam confirmanda,canonice aliter caſſanda. fallit in quinque caſibus, & qualiter cauſæ beneficiales, quæ ad curiam Romanam deuoluuntur, per appellationes proſequi debeant.

Cap. 1. *De renuntiatione.*

Subaudi vt facta canonice admittatur, & teneat: niſi cum procuratoris ad renuntiandum reuocatio intimatur ſuperiori,&c.

Cap. 1. *De ſupplenda negligen. prælat.*

Subaudi auctoritate Apoſtolica per ſuperiores & ordinarios circa collationes prioratuum regularium,vt non applicentur menſæ.

Cap. 3. *De ætate & qualita. ordinand.*

Subaudi neceſſario requiſita, & ad conſequenda beneficia iuxta canones. & de promotione canonicorum ad ſacros ordines obſeruanda iuxta eccleſiæ conſuetudinem generalem.

Cap. 1. *De officio vica.*

Subaudi perpetui, vt etiam aſſimiletur aliis ſacerdotibus curatis in iure.

Cap. 1. *De officio deleg.*

Subaudi & executoris Apoſtolici cum poteſtate ſubdelegandi certum articulum.

Cap. 2. *De officio ordi.*

Subaudi & eius poteſtate & iuriſdictione plena ſibi competente:& collatione beneficiorum etiam per legatos facta.

Cap. 4. *De procura.*

Subaudi vt eorum mandata generalia vel ſpecialia ad iudicia vel negotia exequi debeant,etiam probari per litteras: fallit in quatuor caſibus, de quibus hic.

*De in integ. reſtit.* Cap. 1.

Subaudi concedenda eccleſiæ læſionem probandi intra quadriennium continuum,&c.

Lib. ij. Cap. 1. *De iudiciis.*

Subaudi ordinariis & quandoque ſummariis & citatione,& aliis eorum partibus:& in toto iudiciali proceſſu canonice procedendo: & de citatione per edictum.

Cap. 1. *De foro compe.*

Subaudi, vt ſcilicet forum rei actor quilibet ſequatur.fallit in caſu de quo ibi.

*De cauſa poſſeſſio. & proprieta.* Cap. 1.

Subaudi ſcilicet ſimul eodem iudicio tractãda: niſi ſuſpendatur poſſeſſorium,etiam in ſecunda inſtantia alterius partis.

Cap. 1. *De dolo & contum.*

Subaudi ſcilicet canonice punienda: vt ſcilicet abſque alia citatione procedi poſſit ad definitiuam contra friuole appellantem.

Cap. 2. *Vt lite pendente nihil inno.*

Subaudi ſcilicet neque per iudicem, neque per actorem,neque per alium quemcumq; etiam poſt citationem intimatam partem plene informantẽ.

*De ſequeſtra. poſſeſ. & fruct.* Cap. 1.

Subaudi quandoque permiſſa, ſcilicet poſt primam ſententiam latam in Romana curia in poſſeſſorio, vel petitorio.

Cap. 1. *De probation.*

Subaudi quibuſcunque regulariter admittendis, ſcilicet ex verbis Papæ renuntiatiuis de facto proprio vel alieno,in quo fundat intentionem.

Cap. 2. *De teſtibus.*

Subaudi & atteſtationibus regulariter admittẽdis,etiam Chriſtianis contra Iudæos & Saracenos etiam in criminalibus:non tamen poſt publicationem,& in cauſa appellationis ſuper eiſdem vel directo contrariis articulis.

Cap. 1. *De iureiurando.*

Subaudi regulariter præſtando, & obligatorio, & obſeruando:& per Imperatores,& reges Romanæ fidelitatis in forma,de qua hic.

Cap. 1. *De exceptionibus.*

Subaudi, excõmunicationis & aliis regulariter

* admitten-

admittendis tam dilatoriis,quàm peremptoriis.

Cap. 2. *De ſententia & re iudi.*

Subaudi ferenda canonice,& exequenda, & cõfirmanda.

Cap. 7. *De appellationibus.*

Subaudi iudicialiter & extraiudicialiter regulariter admittendis,& temporibus earum.

Lib. iij. Cap. 2. *De vita & honeſtate clericorum.*

Cap. 6. Subaudi moraliter obſeruanda iuxta canones.

*De præbendis.*

Subaudi canonice impetrandis, per quarum impetrationem etiam motu proprio vacant priora beneficia incompatibilia, nec in ea veniunt dignitates curatæ,eleemoſinariæ,nec hoſpitalia.

Cap. 1. *De conceſſione præben.& eccleſiæ non vacantis.*

Subaudi & mandato de prouidendo, cum afficiente decreto,ne ad id compellantur,aliàs puniantur ordinarij ante conditionis inſertæ euentum ſine temporis adiectione currentis, ex quo publice in loco eſt nota vacatio.

Cap. 2. *De rebus eccleſiæ non alienandis.*

Subaudi niſi ex neceſſitate ſeruatis ſeruandis:& vnione earum menſæ epiſcopi non facienda.

Cap. 1. *De rerum permutatione.*

Subaudi & beneficiorum aliàs quàm permutantibus non conferendorum.

Cap. 2. *De teſtamentis & vltimis voluntatibus.*

Subaudi & eorũ executione:ad cuius rationem reddendã religioſi etiam exẽpti ſunt cõpellendi.

Cap. 2. *De ſepulturis.*

Subaudi eccleſiaſticis regulariter prohibitis tẽpore interdicti eccleſiaſtici, aliàs exempti contra facientes eo ipſo ſunt excommunicati.

Cap. 2. *De decimis.*

Subaudi non vſurpãdis & appropriandis per religioſos: & de decimis beneficiorum ſecundum taxam & monetam loci exigendis abſque occupatione ornamentorum eccleſiaſticorum.

Cap. 2. *De regularibus.*

Subaudi mendicantibus, ſcilicet etiam licite ad non mendicantes tranſlatis, non aſſumendis regulariter ad locum,nec vocem capitulo,nec ad prioratus, & tacite per annum profeſſis cum habitu profeſſorum.

Cap. 2. *De ſtatu monachorum.*

Subaudi nigrorum & alborũ,& moderando in veſtibus,cibo,potu,& ſacramentis,vagatione & armis, & monaſteriis monialium viſitandis annis ſingulis.

Cap. 2. *De religioſis dominibus vt epiſcopo ſint ſubiectæ.*

Subaudi Beguinis abolitis , &c. & piis locis,vt eorum cura non poſtponatur.

Cap. 2. *De iurepatronatus.*

Subaudi vt patroni per diœceſanum compellantur ad aſſignandum congruam portionem præſentatis,&c.& vt eorum plures hæredes vocem vnius tantum habeant.

Cap. 3. *De cenſibus.*

Subaudi & procurationibus per religioſos regulariter ſoluendis, viſitantibus in temporibus à iure ſtatutis.Et pedagiis & guidagiis non exigendis ab eccleſiaſticis vel eccleſiis

Cap. 2. *De celebratione miſſarum.*

Subaudi & diuinis officiis debite celebrandis in cathedralibus & collegiatis,&c.in quibus cõmenſales Cardinalium & epiſcoporum poſſunt ſe illis coaptare.

*De baptiſmo.* Cap. 1.

Subaudi in eccleſiis & fontibus deputatis faciẽdo:ſalua neceſſitate & poteſtate deferendi principibus:aliàs præſumentes caſtigentur.

*De reliquiis & veneratione ſanctorum.* Cap. 1.

Subaudi in quibus Dominus laudari iubetur, & de feſto ſacri corporis Chriſti cum indulgentia.

*De immunitate eccleſiarum.* Cap. 1.

Subaudi regulariter ſeruanda, iuxta concilium generale & Lateranẽ.reuocato capitulo,clericis. eod.t.t.in 6.

*De conſanguinitate & affinitate.* Lib. iiij. Cap. 1.

Subaudi regulariter non contrahenda in gradibus prohibitis,neque aliàs per clericos vel religioſos: aliàs eo ipſo ſunt excõicati ſæpius nuntiandi.

*De magiſtris.* Lib. v. Cap. 2.

Subaudi deputandis ad linguam Hebraicam, Arabicam,& Chaldeam docendam.Et de moderatione expenſarum circa doctoratum.

*De Iudæis & Sarracenis.* Cap. 1.

Subaudi quibus Machometi nominis prohibetur inuocatio,& ad veneranda corpora ſuorum deuotorum peregrinatio.

*De hæreticis.* Cap. 3.

Subaudi per diœceſanum & inquiſitorem ſimul condemnandis, &c,& de octo erroribus Beguinarum vel Beguinorum.

*De homicidio voluntario & caſuali.* Cap. 1.

Subaudi commiſſo per furioſum,infantem, vel arctatum vt non inducant irregularitatem.

*De vſuris.* Cap. 1.

Subaudi ſuper quibus ſtatuentes,aut ſtatuta nõ reuocantes,aut iudicantes quod ſoluantur, aut ſolutæ non repetantur, ſunt excommunicati :& ꝙ eorum libri edantur, & pro hæreticis habeantur negantes eas exigere non eſſe peccatum.

*De exceſſibus prælatorum.* Cap. 1.

Subaudi nõ committendis & puniendis ſcilicet ſi ſuis iuribus non contenti aliis iniuriantur.

*De priuilegiis.* Cap. 2.

Subaudi miniſtrandi ſacramenta prohibitis religioſis: alias ipſo facto ſint excommunicati. Et quòd liceat archiepiſcopis crucem ante ſe deferre etiam per loca exempta.

*De pœnis.* Cap. 3.

Subaudi offendentium epiſcopos & filiorum,& capientium eccleſiaſticos,vt propterea renuntient beneficiis:& excommunicãtur etiam religioſi prohibentes decimas ſolui.

*De pœnitentiis.* Cap. 1.

Subaudi non iniungendis per quæſtores: aliàs puniuntur per ordinarium.

*De ſententia excommunicationis.* Cap. 4.

Subaudi ipſo facto incurrenda à religioſis & dominis temporalibus & eorum ſubditis violantibus interdictũ : & vt ſorores ſcilicet tertij ordinis tunc ad diuina non admittantur.

*De verborum ſignificatione.* Cap. 2.

Subaudi videlicet illius clauſulæ, ſimpliciter & de plano ſine ſtrepitu & figura,&c.Et regulæ Mendicantium.

FINIS.

## Diuini ac humani iuriſconſulti,& cauſarum ſacri palatij auditoris, D.Ioannis Franciſci de Pauinis, ad Extrauagantium, Regularum cancellariæ,& Deciſionum Rotæ notitiam, vtile prælудium.

*Quintus Mutius verſus Seruium Sulpitium illo fuit vſus ſermone: Turpe eſt patritio & nobili viro ius in quo verſatur ignorare, ſed longe magis in pleroſque noſtra ætate hæc ſententia retorquenda eſt, qui Extrauagantium ſanctiones, Pontificum iura enucleata, deſidia aut ignauia contemnere videntur: cum omnes magiſtratus, præſertim eccleſiaſtici, in dicendis ſententiis, & cæteri iuriſperiti, quibus interpretandi conſulendique tribuitur facultas, reſpõſa ſua, iuxta illarum deciſiones ſint prolaturi, ſi ipſis Extrauagãtibus adſint requiſita, quæ epiſtola Inno. iij. ad Helien. epiſcopũ depoſcit. Quare ad ipſarum lectionem iterum atque iterum hortor moneoque, ne cum Sulpitio iure obiurgemur, immo illum imitemur, qui poſt reprehenſionem adeo iuri operam dedit, vt inter iuriſconſultos merito palmam fuerit aſſecutus. Verum ipſis Extrauagantibus parem vim pene regulæ Cancellariæ viuente earum conditore, & non mediocrem deciſiones Rotæ vti prudentum reſponſa auctoritatem habere cenſentur. ſicut enim illis interpretandi ius ciuile & prætorum edicta poteſtas ſumma erat: ita & auditoribus Rotæ in ſummorum Pontificum leges imperitum eſt ab ipſo principe ſummum arbitrium. Igitur circa tria hæc breuem & perutilem ſubieci notam.*

Loquitur de c. paſtoralis. extra de fi. inſtr.

Sententia contra extrauagantem lata, an teneat.

NOtandum eſt, quòd ſententia lata cõtra Extrauagantem publicatam & indubitatam, eſt ipſo iure nulla: ante publicationem vero ſecus, vt not. in prooemio Clementinarum, in verbo, decætero. & in cle. nolentes. de hæret. Sed ſi eſt publicata & indubitata, ſententia contra eam lata eſt ipſo iure nulla, vt dictum eſt tamquam lata contra legẽ ſcriptã, vt not. Bal. in l. 2. C. quando prouo. non eſt neceſ. & Butri. in c. 1. & c. cu inter. de re iudi. & probatur in l. 1. §. item cum contra ſacras. ff. quæ ſen. ſine appel. reſcin. exemplum in Extrauagãti, execrabilis. ſecũdum Abbatem in c. paſtoralis. de fide inſtru. idem de Extrauaganti ad regimen. quam allegat deciſio in nouis 349. incipit, item ſi mandatur. Secus autem ſi de ea dubitatur, per c. paſtoralis. de fide inſtru. & l. cum prolatis. ff. de re iudi. ſecũdum vnam lecturam. ideo ſuper ea Papa eſt conſulẽdus: & ſi reperitur in archiuo publico, dicitur indubitata, per authenticam, ad hæc. C. de fide inſtru. & l. Celſus. ff. de proba. ſecundum vnam lecturam facit c. ad audientiam. de præſcrip. & idem præſumitur quando reperitur inter Extrauagãtes: 20. q. 1. c. quoniam progenitorum. maxime ſi reperitur gloſſata per doctorẽ famoſum: ſicut Zenze. Lau. & Io. Mo. & alios: per not. in dicto c. paſtoralis. probatur l. 1. in fi. C. de nouo codi. com. & quod not. in l. 3. C. de legi. vel ſi fuit diu obſeruata, vt not. Bar. in glo. fi. ſuper Extrauaganti, qui ſint rebelles. de quibus plenius per Bar. in l. cum prolatis. prælle. & Butri. & Abbatem, & modernos in dicto c. paſtoralis vbi ſecundum Boati poteſt de ea dubitari ad inſtar eius quod not. in c. nemo. de elect. in 6. de quibus etiam per Lodoui. in conſil. 250. quod incipit, in Chriſti nomine in propoſito caſu. vbi etiam ſubdit quòd ſi fuiſſet temporalis, per declarationem ſucceſſoris efficitur perpetua: quia declaratio Papæ, etiam ad petitionem ſingularis perſonæ facta ad legẽ vel ordinationem aliquam præcedentem, legem generalem conſtituit ad omnes: per l. fi. C. de legibus: & not. in c. in cauſis. de re iudi. quod facit ad id quod dicam ſuper Extrauaganti, ad onus. & Extrauaganti, iniunctæ. & ad Apoſtolatus, &c. Ex quibus idem dicit Bal. in ſtatutis in ſuo peculio, in ver. ſtatutum licet non ſic, &c. Item non eſt neceſſe quòd cõſtet de datis, ſecundum Bar. in dicta data, qui ſint rebelles. Præmiſſa intelligo de Extrauagantibus emanatis poſt compilationem lib. 6. ſecundum Ioan. And. in prooemio lib. 6. ad fi. & in c. fi. de hæret. eo. lib. Et ſi contradicant iuri ſcripto, dic vt plene per Ioa. And. Io. de Ligna. Io. de Sandæis, & Dominicũ poſt Ioa. Mon. in c. 1. in prin. de conſti. lib. 6. & per Archi. poſt Hug. 19. diſt. c. 1. ſi Romanorũ. & in ſumma. Adde Bal. in l. leges ſacratiſſimæ. C. de legi. & in c. ſi in laicis. 30. diſt. Nec eſt de ſubſtantia vt redigatur in ſcriptis. de quo plenius per Ioa. And. in reg. nemo poteſt. de reg. iu. in mer. lib. 6. & in deciſionibus Rotæ, deciſione 238. per gl. in l. 1. C. de legi. probatur in c. 1. de renun. lib. 6. & per Abbatem in c. 1. de poſtu. præla. qui dicit quòd de hoc videtur communis opinio.

Scriptura non eſt de ſubſtantia extrauagantium.

Extrauagantes qualiter & vbi debẽt produci, ſi de eis dubitatur.

Debent autem Extrauagantes quãdo de eis dubitatur per allegantem in forma authentica produci ſub plumbo, ſi extra curiã ſunt producendæ: vel ſub ſigneto vice cancellarij, ſi in curia ſunt producendæ: & hoc de illis quę ſunt deſcriptę in libro cancellariæ: illæ autem quę ſunt deſcriptę in camera Apoſtolica, ſignantur cum ſigneto camerarij vel ſub plumbo, &c. Et ita ſeruatur in curia Romana. Et idem ſcilicet quòd in forma authentica debeat produci, dicimus in ſtatuto non contento in volumine ſtatutorũ, ſecundũ Bar. in l. omnes populi. ad fin. ff. de iu. & iur. & modernos in dicto c. 1. de conſt. lib. 6. & in dicto c. paſtoralis. forma autem authentica habetur in regulis & ſtylo cancellariæ. Quid autem de ſententia principis diffinitiua vel interlocutoria? Dic vt in c. in cauſis. de re iudi. & 16. q. 3. licet. & ff. quod met. cau. l. metũ. §. ſed quòd ait prætor. Et præſumitur quæſtio determinata pro illa parte & opinione pro qua fuit vltima collatio facta, vbi aliter non conſtat de expreſſa deciſione, ſecundum Bal. in l. bona fides. ff. depoſi. Et not. Domi. in c. fi. de hæret. lib. 6. quòd ordinationes & mandata Papæ habent eandem vim, quam habent conſtitutiones, per not. in cap. à nobis 1. de ſent. excom. per l. 1. & fi. C. commina. vel epiſtol. Item quòd reſponſa Papæ ad conſultationem inferiorum ſunt pro iure ſeruanda, alleg. 3. diſt. in ſumma.

Mandatum Papæ habet vim conſtitutionis.

De interpretatione autem doctorum & communi opinione, dic vt per Abbatẽ in c. 1. de poſtu. præla. vbi gl. & not. in c. vnico. eo. tit. lib. 6. & in l. 1. C. de profeſ. qui in vrbe Conſtantinopolitana, &c. de cõmuni opinione notatur 3. q. 7. §. tria. & an excuſet à dolo, not. deciſio Rotæ 279. & Oldra. in l. quęſitum. ff de fun. in ru. Et an ſit ſtandum vltimæ opinioni glo. & Inno. &c. not. Ioan. And. de pœnis. c. 1. & de ſent. excom. c. 1. lib. 6. in nouella. & not. in l. qui filium. ff. ad Trebel. & per Bal. in l. ſi mater. §. tua. ne de ſtatu defuncto. & in l. 1. ff. de conſti. principum. & in tit. apud quem controuerſia feudi determi. in vſibus feu. faciunt not. in c. capellanus. de fer. De

his tamen plenius tractat Matthæ. de Mattheſilanis in ſuo tractatu de electione opinionum:qui incipit, quidam tractatellus. Et de opinione gloſſæ præferenda,dic vt per Iac.But.& alios in l.1. C. qui pro ſua iuriſ. & Lapum alleg.38. incipit, magiſter Hoſpitalis.

Regulę cancellarię quã vim habent.

Regulæ cancellariæ ſapiunt naturam legis, vt not.in c.à nobis.de ſentẽt.excom.& in cle.1.de vi. & hone.cle.de quo per Butri.in procemio Clementinarum, vbi videtur aliter ſentire: quia non ſunt perpetuæ.not.Ioan.And.in regula,nemo poteſt.in vlt.col.in nouella.& quale ius faciant,not.per Pet. de Ancha.in conſil.296.& 298.in quibus vult quòd non cenſeantur conſtitutiones generales,ſed derogatorię voluntatis Papæ edentis,& expirãt morte, &c.de quo tamen dic vt in deciſione 349.quæ incipit,Item ſi mandatur.Quædam vero ex eis ſunt de dandis,& iſtæ vt fidem faciant extra curiam dãtur ſub plumbo in forma aliarum bullarum: Aliquæ autem dantur cum ſubſcriptione duorum officialium de Parco maiori & ſigneto vicecancellarij:& iſtæ fidem faciunt ſolum in Romana curia ſi producantur in Rota,vel apud alios officiales & commiſſarios curiæ Romanæ. Et productæ ſemel corã vno auditore,poſſunt poſtea reproduci coram omnibus aliis,habita de hoc fide à notario producente.Illæ vero quæ non ſunt de dandis,non faciunt fidem extra cancellariam,quaſi dent normam ſolis officialibus cancellariæ:& ſi non eſſent ſeruatæ in confectione litterarum,remitterentur litteræ ad cancellarium corrigendæ,&c.vel de ſpeciali mandato Papæ, vel per auditorem, aut alios commiſſarios coram quibus cauſæ penderent.

Deciſiones Rotæ non faciunt ius.

Deciſiones Rotæ non faciunt ius, nec iudex ſecundum eas tenetur iudicare:ſed habentur pro deciſionibus magiſtralibus,per not.per gloſ.de poſtu. præla.cap.1.in gloſ.not.quòd,&c.Et ſæpe Rota iudicat contra ipſas,vt dicit Cardi.in c.paſtoralis.de fide inſtru.in vlt. q.quod intellige, niſi ſecundum eas ſæpius reperiatur iudicatum:adeo quòd introductus ſit ſtylus vel cõſuetudo,per l.ſi de interpretatione.& l.nam Imperator.ff.de legi.&not.in l.nemo iudex.C.de ſentent.Et ſi reperiantur cõtrariæ adeo quòd per diſtinctionem non poſſunt cõcordari;tunc ſtabitur vltimis,ſecundum doctores in ſimili,in c.1.de conſti.lib.6.& in c.contingit.de iureiur.eod.lib.Et quòd deciſiones faciant ius, probat text.in c.ſicut.de re iud.vbi Papa allegat ſtylum ſapientum.facit quod not.in c.ſi.20.diſt. Not.tamen quòd Cardi.& Pet.de Ancha.& Domi. conſuluerunt contra deciſionem Rotæ not.114.incipit,item ſi vnus.inquantum approbat opinionem Archid. vt refert idem Domi.cap.duobus.de reſcri.lib.6.Et (cum pace eorum) minus bene: quoniam ad auditores principaliter ſpectat interpretari verba, & mentem Papæ in reſcriptis,& cum cauſæ cognitione & pleno examine,&c.& ſunt in hac quaſi poſſeſſione ſciente & patiente,immo volente & mãdante Papa.arg.eius quod not.Ioan. And.poſt Hoſt.in c.1.de poſtu.præla.quòd non eſt dubitandum in curia Romana propter earum obſeruantiam continuam,quòd clemen.2.vt lit.pend. non habet locũ in curia Romana deciſio. 275. incipit, item quòd cle.2.Similiter c.oblatæ. de appel. vt patet in deciſione 99.incipit,item not.quòd c.oblatæ.Similiter, quòd c.nonnulli.de reſcrip.&c.ipſo iure.eo.tit.lib. 6.non habent locum in Romana curia, vt patet in deciſione 167. incipit, itẽ quod commiſſio. Quod patet etiam determinatum expreſſe per deciſiones in nouis 35.incipit, item legitimus. vbi reprobatur opinio Ioan.Mona.& Ioan. And. Item deciſio 65. quæ approbat opinionem Ioan.Mona.c. 1. de offic. vica. Approbãt etiam & allegant opiniones doctorum,vt patet in opinione Ioa.And.in c.duobus. de reſcrip.in 6. per deciſionem 48. quæ incipit, item voluerunt.& idem in deciſione 213.incipit, item ſi quis dicit.vbi patet quod color probandus eſt per ſpoliatum petentem ſe reſtitui in beneficialibus.& not.in cle.1.de cau.poſ.& propriet.& per Ioa. And. in additione Spec.de reſti.ſpo. in prin. & in multis aliis ſimilibus.ad idem deciſio 364. incipit, item ſi in forma cõmuni, &c. & in deciſionibus antiquis. 316.& idem cle.1.cũ in multis. de reſcri. lib. 6. & in deciſionibus antiquis.incipit,item cum actor.& patet in deciſione 96.incipit,item omnes domini.Itẽ deciſio in nouis 359.quæ incipit, item ſi mandatur mihi prouideri.Item deciſio in nouis 258.quę incipit,item in religioſa. quæ concludit contra communem ſententiam doctorum. Item in noſtris cõſtitutionibus approbatur opinio Ioan. And. in c. ſi. de conſue.lib.6.quòd motus proprius cum clauſulis generalibus apponi conſuetis in bullis tollat ſtatuta & conſuetudines de optando. Ex quibus patet quòd ſaltẽ deciſiones in curia Romana faciunt ius ad inſtar ſtyli,per not.in c.ex litteris. de conſuetudine.& in cle. 1. de ſequeſt. poſ. & fruct. & quòd not.Lap.allegatione 48.c. fraternitatis. de frigidis. & not.in cle.1.de ſenten.excom. & c. quàm graui. de crimi.falſi.& c.pen.de cõfir.vti.vel inuti. & c.ad audientiã 1. de reſcrip. Et extra curiam tamquam reſponſa prudentum.inſti.de iure natu.gen.& ciui. §.reſponſa prudentum.velut electiua diſcrepantiũ opinionum doctorum,quibus reuelat præcipuam ſanctus ſpiritus veritatem in medio illorum conſtitutus,tam in Miſſa quàm in peculiari eorum oratione inuocatus.20.diſt.c.ſi.& Matth.17.cap.

F I N I S.

*REuerēdißimo in Chriſto patri domino, domino ſuo Arnoldo Dei gratia ſancti Euſtachij diacono Cardinali Zenzelinus de Caſſanis vtriuſque iuris doctor minimus cum recōmendatione ſui ad intellectus acumen deducens præſens opus. Deus ab æterno præuidens, & humanæ naturæ ad malū proclinæ misericorditer proſpiciēs, vicariū ſuū in terris inſtituit vniuerſalis Eccleſiæ regimini præſidentē, qui ex varietate cauſarū, perſonarum, locorū, & tēporum, nunc per nouorū editionē iuriū, nunc antiquorū declaratione, modificatione, correctione, necnon & rebelliū debita coerctione ad ea quæ medentis ſunt manū apponat. Cū igitur inſtructor peruigil humani generis verbo pariter & exemplo, videlicet ſanctißimus pater dominus Ioānes digna Dei prouidentia Papa xxij. nonullas cōſtitutiones per ſe nouitereditas promulgauit mūdo proſpicere cupiēs vniuerſo, quæ quidem propter intellectus ſimpliciū ruditatē in eruditionē aliquā dirigendā, expoſitionē, interpretationē elucidationē in aliquibus expoſcere dignoſcuntur: ea propter ad honorē illius cuius opera ſunt inſeparabilia, ſanctæ ſcilicet & indiuiduæ Trinitatis, ad etiā matris vnigeniti Dei filij incarnati in eius vtero virginali, & vniuerſalis Eccleſiæ ſponſæ ſuæ, ſuique vicarij generalis veri paſtoris & gregis Dominici directoris, ac etiā noſtri decus: licet hebes & ingenio rudis & imbecillis in iuriū intellectu, cōfiſus de omnipotētis Dei gratia, reuelādo ſibi viā meā, & ſperans in eo vt ipſe faciat, iuxta verbū prophetæ, audaciam ſumpſi (vtinam ad vtilitatem publicam) aliqua per modum commenti in ſcriptis redigere ſuper conſtitutionibus antedictis, eadem veſtræ paternitatis ſalubri correctioni more ſolito commendando.*

# CONSTITVTIONES XX.

## Ioannis Papæ xxij cum familiari apparatu domini Zenzelini de Caſſanis, adiectis patentibus ſummariis, dataque ſingulis apta ſituatione, nec prætermiſſa gloſſarum vtili explicatione.

## TITVLVS I.

## De electione & electi poteſtate.

*¶ Electi qui pro ſuarum electionum negotio ad curiam venire tenentur etiam ſede vacante non tenentur de neceßitate in ipſa curia moram trahere: & licet alibi morentur, nullum eis præiudicium generatur. facit Clement. ne Romani. §. ſi. eod. tit.*

### CAP. I.

AD onus [a] Apoſtolicæ ſeruitutis [b] ſuperna diſpoſitione [c] vocati, ambiguitates [d] ex quibus poſſent eccleſiis [e] dānoſa prouenire diſpēdia tollere cupiētes [f], de poteſtatis plenitudine [g] ac fratru [h] noſtrorum cōſilio [i]: ordinamus [k] quòd quibuſcunque [l] electis [m], qui ad ſedem [n] Apoſtolicā venire [o] vel mittere [p] tenebātur [q], ac ipſorum electio-

Diuiſio. AD onus.] Hæc extrauagans licet propter ſtyli connexitatem commode diuiſionē non recipiat: tñ non inepte dici poteſt q̄ habet duas partes. In prima parte cōſtitutio iuris electorum conſeruatiua ponitur: In ſecunda obſtaculum huic obuians tollitur: ibi, *Non obſtantibus.*

a ¶ *Ad onus.*] Nota reputari onus in Apoſtolica ſede ſeruire. Multæ enim & innumerabiles ſunt ei præſidentis ſollicitudines. extra de purg. cano. c. inter ſollicitudines. & de magi. inter ſollicitudines. cle. 5. per quas ad morum correctionem & vitiorum extirpationē adſtringitur attendere, ne ſanguis ſubditorum de ſuis manibus requiratur. 43. diſt. c. Epheſiis. extra de offi. ord. c. irrefragabili. cum & ſecundum beatum Hieronymum non ſit facile ſtare in loco Petri & Pauli. 40. diſt. c. non eſt, & ad hoc adde quod dixi in decre. ſuſcepti. in verbo, ſollicitat. licet autē iſtis reſpectibus dicatur onus, nihilominus tñ honor eſt ſummus, cum dicatur apex dignitatis, omnes qui ad eam eriguntur, illuſtrans. 40. diſt in. c. non vos.

Papa ſe vocat ſeruum à ſeruiendo.

b ¶ *Seruitutis.*] à ſeruiendo reipublicæ dictæ. ff. rē. pu. ſal. fo. l. 2. ff. de adop. l. non aliter. C. eo. tit. l. 2. & hoc reſpectu Papa ſe vocat ſeruū ſeruorū. qđ dic vt not. 1. q. 7. c. quoties cordis. non autē à ſeruādo. de qua loquitur lex. inſti. de iure perſonarum. §. ſerui. illa enim eſt q̄ impedit ad honoré prouehi. C. ſi ſeruus aut libert⁹ ad decur. aſpi. l. 1. & 2. lib. 10. extra de ſeruis nō ordi. c. 1. 54. diſt. quaſi p totum,

c ¶ *Superna diſpoſitione.*] hoc dicit, quia nō debet ſibi quiſquam honorē aſſumere, niſi qui vocatur à Deo tāquam Aaron. ad Heb, 5. 8. q. 1. in ſcripturis. & extra de elect. qualiter poſt obitum, C. de epiſ. & cle. l. ſi quenquā. potiſsime autem in tanti honoris faſtigio hoc præcauendum, cū vniuerſitas fidelium ex illius incolumitate animaduertat ſe pendere perpēſius. 40. diſt. c. ſi Papa. iuxta illud; integritas præſidentium ſalus eſt ſubditorum. 61. diſt. miramur. in corp. authent. vt iudi. ſine quoquo ſuffra. §. cogitatio. coll. 2.

d ¶ *Ambiguitates.*] id eſt, dubitationes. ſimile C. de vſufru. l. ambiguitatem. de teſt. l. ambiguitates.

e ¶ *Eccleſiis.*] hoc videas qđ not. in c. ſuſcepti. ſup verbo, eccleſiis,

f ¶ *Cupientes.*] attende principem Eccleſiæ cupere & deſiderare, vt tollantur ab Eccleſiis damnoſa, ſollicitando, remediis inuigilat ſubiectorum, vt quietem etiam eis præparet, labores voluntarios appetendo. in corp. authen. vt diuinæ iuſsiones. in prin. coll. 8. & in prooemio 6. libri.

g ¶ *Plenitudine.*] qua ſolus princeps Eccleſiæ gaudere reperitur: cæteri enim in parte ſollicitudinis ſunt vocati. 2. q. 6. c. decreto. & c. qui ſe. extra de vſu pal. c. ad honorem. de elect. illa. de iſta enim plenitudine 1 poteſtatis nō oportet ſermonē effundere: quia ſuperfluum eſt ſolem facibus adiuuare. 6. q. 1. ſi omnia. & ſuper hoc videre potes quod not. Ber. extra de tranſla. epi. c. quanto. & Hoſt. plenius de cōceſ. præbend. propoſuit. de vot. & vo. redēp. c. magnæ. Quibus autē rationib⁹ fulciri poteſt talis plenitudo, vide quod not. per Hoſtienſem extra qui filij ſint. legiti. c. per venerabilem. circa fi. in verbo plenitudine poteſtatis.

1 De plenitudine poteſtatis Romani Pontificis vide oīno Turrecrematam in ſumma de eccleſia lib. 2. c. 52. & 53.

h ¶ *Fratrum.*] hic videas quod dicā in decr. execrabilis. in verbo, fratribus. & in decret. quia quorundam.

i ¶ *Conſilio.*] & hic ſi placet attende quod dicam in decr. execrabilis.

k ¶ *Ordinamus.*] non dicit, declaramus, vt denotet quod j. ſequitur, eſſe ius nouum, non antiquum: cum forte ſecundum hoc eſſet contrarium eius quod hic ſtatuitur, vt j. ſubiicietur.

l ¶ *Quibuſcunque.*] Nota verbū vniuerſale, vt omnes electos venire adſtrictos vel mittere comprehendat, ſiue ſint exempti, ſiue nō ad cathedrales, vel regulares, vel collegiatas eccleſias electi. arg. ff. de hære. inſti. l. hoc articulo. extra de maiori. & obe. cap. ſolitæ. 19. diſt. ſi Romanorum. ſic ſentit Car. de elect. cupientes. in verbo cathedralium. & ibi dixi, licet Guli. ibi contra ſentire videatur.

m ¶ *Electis.*] ſubaudi vel prouiſis: à quorum prouiſione appellatur ad Papam, cum in illis ſit eadem ratio & penitus ſimilis: vnde conſtitutio illa, cupientes. licet pœnalis loquens tantū de electis, in caſu penitus ſimili idē ſtatuiſſe vr̄. arg. ff. de adul. l. ſi poſtulauerint. §. ratio. de eden. l. quædam. ver. nummularios. & colligitur ex decret. cupientes. iuncta ad illam decre. ſi poſtquā. §. vlt. de elect. lib. 6. 2 & ex decre. licet canon. eo. tit. iuncta cum decr. vnica. de offi. deleg. cle. 5. ſic ſentit Car. dicto c. cupientes. in verbo, omnes electi. & Accur. in corpore authen. vt hi qui obli. ſe ha. perhi. res minorum. §. 1. vbi lex pœnalis inducta ꝯ creditorem ſuſcipientem curam ſui debitoris, extenditur, vel inducta cenſetur ꝯ ſuſcipientē tutelam propter identitatis rationem, vt ibidem not. glo. quæ incipit, nunquid idem. de hoc ſcripſi plenius de reſcr. abbates. cle. 5. in glo. ſed gratia huius. Item intellige, electis per quorum mortem vacare dicuntur eccleſiæ. arg. de elec. ne pro defectu, & ſic electus in magiſtrum maiorem Hoſpitalis vt quondam Templi, nō adſtringitur dicta conſtitutione, cupientes. cum per eorum mortem vacare eccleſiæ non dicantur cum iuris ſpiritualis & eccleſiaſtici non ſint capaces: vt pote in pluribus laici, vel illi etiam qui eliguntur ad dignitates, quæ ſubſunt aliis: puta ad præpoſituras, ac archidiaconatus vel ſimiles. ſic not. Car. dicto cap. cupientes. in verbo, omnes electi. & in verbo cathedralium. Item q̄ dicit, electis, debet intelligi de maſculis: ſecus de fœminis. in illis enim conſtitutio, cupientes, non vendicat in omnibus ſibi locum ob ſexus fragilitatem. extra de elect. c. indemnitatibus. §. ſed cum eis, lib. 6. & antea idem not. Car. in dicto c. cupientes. in glo. 1. epiſcopalium.

Conſtitutio pœnalis propter identitatē rationis eſt proroga-bilis.

2 Vide quod ego ibi not. in glo. fi. & in gl. Italiæ. c. 1. de tēpo. ord. lib. 6. & vide Euerardum doctorem Louanienſem in loco à ratiōe legis larga ver. tertio caſu prīcipali, quo remige ſecure nauigabis illud periculoſū mare extenſionum, Fōr,

n ¶ *Sedem Apoſtolicam.*] intellige etiam vacantem per iura noua. de elect. ne Romani. §. vlt. cle. 5. & ſic ſentire videbatur Car. licet ex falſa cauſa. dicto c. cupientes. in verbo, corā nobis. in verbo, canon. Gul. autē ꝯrium ibi tenebat, cuius opinio hodie ſuccumbit.

o ¶ *Venire.*] perſonaliter.

p ¶ *Mittere.*] procuratores ſufficienter inſtructos.

q ¶ *Tenebantur.*] exempla pone de his per decret. ſtatuimus. cupientes, indemnitatibus, §. ſed cum eas, lib. 6.

a ¶ *Inſtructorib⁹.*] đ iſtis habes d.c.cupiétes.§.ad hoc.& §.ſivero.

b ¶ *Ad ſedem ipſam.*] vacantem:ad quam ſicut ad nos vacantem tenentur hodie venire,vt ſ̃.dixi.

c ¶ *Se præſentando.*] ſcilicet perſonaliter. & hoc ſi poſſent: aliàs ſufficeret hoc publice proteſtari.argu.ff.de nauti.fœno.l. 2. Sed an vnica proteſtatio eis ſufficeret, vide quod not. Car. dicto c.cupientes. in verbo,prædictos.

num inſtructoribus [a],qui in ueniendo ad ſedem [b] ipſam & ſe præſentando [c] ipſa ſede vacāte vel non vacante ſeruauerunt [d] tempora à canonibus [e] inſtituta (dūmodo præſentialiter [f] aſſint [g] in ciuitate [h] Lugduneñ. vel fuerint Auinione in Calendis [i] Octobris) vbicunque [k] ſede vacante moram traxerint, nullum [l] ipſis [m] ſeu corū [n] iuri præiudiciū ex mora interim facta vbilibet [o] generetur [p]:ſed [q] eorum iura circa electiones huiuſmodi hoc [r] non obſtante, perinde ſeruentur illæſa, ac ſi apud ſedē Apoſtolicam [s] morā cōtraxiſſent [t].Nō [v] obſtātibus

d ¶ *Seruauerunt.*] in illis igitur qui non ſeruauerunt, non habet locū quod infra ſequitur,nec beneficio huius conſtitutionis gaudent, Tum quia quod de certis ſtatuitur ɔ̃ ius cōe,de aliis denegatū vr̃.ff. de iud.l. cum prætor.extra de præſum.nonne.Tum quia ſi de omnibus conditor idem ſtatuere voluiſſet,hoc vtique expreſsiſſet.arg. extra de deci.ad audientiā.C.de cadu.tollen.l.1.§.ſinautem ad deficientis. Tū etiā q̃a in ſeruātibus tēpora diuerſa,ratio iura diuerſa inducere facit.C.de tranſac.l.interpoſita.ff.de legi.l.ꝙ vero omnes. extra đ reg.iur.quæ à iure.lib.6.quia ipſi nullā diligentiā adhibuiſſe reperiuntur,ſed ſeruantes ſic:tā in veniendo quàm in præſentando.

e ¶ *A canonib⁹ inſtituta.*] extra đ elec.ſtatuim⁹.& c.cupiētes.li.6.

f ¶ *Præſentialiter.*] non ergo ſufficeret per alium ibi eſſe:cū opus ſit præſentia perſonali.arg.C.de procu.l.vlt.ſi mi.ſe maio.di.l.2.extra de iudi.c.1.de elect.vt circa.lib.6.

g ¶ *Aſsint,*] ſcilicet de præſenti tempore huius cōſtitutionis.verbum enim,quod de ſe præſentis temporis eſt , nec ad præteritum nec ad futurum proprie trahi poteſt.arg.ff.de iniu.& irri.teſt. l. cū in ſeruo.ſi cer.pe.cum quid præſens.

Præſens in ciuitate eſt qui in ſuburbiis eſt.

h ¶ *Ciuitate Lugdun.*] in qua fuit creatus in Papam dñs noſter Io.Papa xxij.Sed qualiter intelligas iſtos præſentes in ciuitate, an illos qui ſunt infra muros,vel etiam qui ſunt in ſuburbiis? Vr̃ ꝙ illi qui ſunt infra muros tantū.arg.ff.de verbo.ſig.l. verbis. extra de ſen. excom. c. ſi ciuitas. lib.6.Sed ɔ̃rium credo,cum hic agatur de pœna vitanda:cuius vitatio eſt fauorabilis,& ſic extēdenda. ff.de lib.& poſthu.l.cum quidam.extra de reg.iur. odia.lib.6.& quia ſatis cenſetur præſens in ciuitate,qui in ſuburbiis eſt.ff.de verb. ſig. l.qui in continentibus.& l.ædificia.& l.pupillus.§.incola.& de penu.leg.l.namque liquide.§.Item ſi ita.ad mu.l.qui ex vico. de procu.l.præſens.C.de epi.& cle.l.nulli.§.ꝙ ſi in vico.de na.li. l. ſi quis ſeu liber.extra de ele.vbi maius.§.porro.lib.6.ad idē 63. diſt.c.ego Ludouicus.cum ibi not.& per Guli.extra de reſcrip. ſtatutū.in verbo,ciuitatibus.Quid enim ſi electi eſſent tot numero , ꝙ cum aliis curialibus non poſſent intra muros ciuitatis commode recipi? eos non reputari fuiſſe præſentes videtur fore abſonum & iniquum.

Calendæ ſūt de proixmis intelligendę

i ¶ *In calendis Octobris.*] ſed de proximis calendis poſt huius cōſtitutionis publicationem debet intelligi.ff.de verb.obli.l.eum qui calendis.& hoc ſi à tempore publicationis huius conſtitutionis reſtabat tantum de tempore.ꝙ in calendis Octobris poſſet commode apud Auinionem peruenire:aliàs non de proximis primis , ſed aliis ſubſequentibus haberet intelligi.arg.de verb.obli.l.interdum. de eo quod cer.loco.l.non vtique.§.ſi quis ita. Sed ſi in die ipſarū calendarum fuiſſet huius conſtitutionis facta publicatio,de ſequētibus videretur intelligendum,vt dicta l.eum qui.

k ¶ *Vbicunque.*] in hoc inducit ius nouū hæc conſtitutio : nā alia primæua iura arctātia electos ad veniēdū, & ſe perſonaliter p̃ſentandū videbātur expoſcere,ꝙ ipſi ſede vacāte in curia haberēt morā trahere:cū nec ab ea ſine licētia poſsint diſcedere donec eccleſiæ eſſet đ paſtore ꝓuiſum.extra đ elec.cupiétes,iūcta decr.ſi poſt quā.§.ſi.eo.tit.lib.6.& c.ne Romani.§.vlt.cle.v.ad q̃d. n. arctarentur electi venire ſede vacāte ad curiā,vt ibi dixi, niſi & venientes expectarēt creationē noui paſtoris?certe fruſtra,potiſsime cū ſpes ſit đ ꝓxima ei⁹ creatiōe:vt ibidē.& adde qđ dixi ſ̃.in gl.intellige.

l ¶ *Nullum.*] præiudicium,quod ſtatim ſequitur.

m ¶ *Ipſis.* ] ſcilicet electis.

n ¶ *Eorum iuri.*] id eſt,eis per electionem quæſito.quod & quale ſit illud,dic vt not.63.diſt.quanto.

o ¶ *Vbilibet.*] ex hoc verbo & alio ſimili vbicunque,quod eſt ſ̃. intelligam:ſiue in loco proximo ad curiam,ſiue remoto electi moram traxerint:cum hæc duo verba ſingula per ſe loci vacationem de ſui natura denotent.extra de priuil.antiqua,§.dominicæ.& eo. tit.c.vlt.lib.6.ſicut & temporis.ff.de interrog.act. l. vbicunque.extra de pœnis,c.vbicunque.lib.6.

p ¶ *Generetur.*]quod ante hāc decr.generandū videbatur:ſcilicet priuationis ipſo iure ab omni iure ſibi per electionem acquiſito. dicto c.cupientes.§.inſuper.& c.ſi poſtquam.§.1. de elect.lib.6.

q ¶ *Sed eorum iura.*] id eſt,eis per electionem quæſita.

r ¶ *Hoc non obſtante,*] ſcilicet ꝙ ſede vacante vbilibet alibi moram traxerint,

s ¶ *Sedem Apoſtolicam.*] Sed vbi reputabis eſſe ſedē Apoſtolicā cū vacat?Poteſt dici ꝙ ſicut ſedes reputatur eſſe vbi Papa viuens morā trahit,arg.extra de præb.c.præſenti.§. loca.lib.6. cum cathedra ſacerdotē nō faciat,ſed ſacerdos cathedrā:nec locus ſanctificat hominem,ſed homo locū.40.diſt.c.multi.de quo plenius dic in cap.Execrabilis.in verbo,Romanæ Eccleſię.ſic & ipſa remanere dicetur in ciuitate , in qua vel in cuius territorio ipſum mori contingit: cum ibi ſucceſſoris ſit regulariter electio celebranda. extra de elect. vbi maius.§.1.& §. porro.lib.6.& eo.tit.ne Romani. §. ſane. cle. 6. Et quia per mortem Papæ ſedes vacare dr̃,alibi niſi vbi eſt mori non poteſt : ergo ibi erit ſedes vacans,vbi mors eius contingit.Niſi diceres Papa moriente in certo loco cauſarum & litterarum Apoſtolicarum audientiam alibi remanſiſſe : nec per Papam viuentem ordinatum fuiſſe de ipſa alibi transferenda:in illo.n.caſu ſedes vacans remanere diceretur forte vbi audientia remanſerat:cū ibidē ſit ſucceſſoris paſtoris electio celebranda,vt d.§. ſane. & in ſede vacāte ſi cōmode fieri pōt, ſit electio facienda.23.diſt.in nomine Dñi.extra de elect. qđ ſicut.

Sedes Apoſtolica vbi dicitur eſſe cum vacat.

t ¶ *Moram contraxiſſent.*]ſed quare Papa ſic voluit iſtis electis iura ſua ſeruari ac ſi ſtatuta canonū obſeruaſſent, quæ tñ nō ſeruauerūt:immo illa contēpſerūt alibi quàm apud ſedē ipſam morā trahēdo?Ad hoc pōt dici,ꝙ q̃a per creationē de ſe factā ad apicē ſummi pontificatus de puro homine primæuo factus fuit Chriſti vicarius,& ſic quo ad poteſtatē clauium nouus homo factus.arg. ff. de adi,leg.l.ſi ſeruus.igitur ob tā iucundā creationē exuberare ſuam munificentiā voluit.arg.C.de fer.l.omnes dies. circa fi.ibi, noſtris etiā diebus,&c.& extra de priuil.c.vt priuilegia.§.illud.vel poteſt aliter ad hoc dici,ꝙ Papæ ſic diſponere placuit:q̃a cū ſede vacante ante ſui creationē dñi Cardinales,ad quos ſpectat futuri paſtoris electio,eſſent in multis partibus & locis diſperſi, vt experiētia facti manifeſtauit,quorū aliquos electi , & alij alios ſequebantur, forte ꝓ ſuarū electionū expeditione in futurū fructuoſius cōſequēda:vel forte ad eos inducendū,vt ſe congregare vellent ſimul pro futuri electione paſtoris,& ſic in totum deſides forte non erāt in procurādo quantū in eis erat honorē & cōmodū vniuerſalis Eccleſiæ & ſuorū mēbrorū:merito ergo remuneratione aliqua digni fuerunt,maxime cū ſupponātur ſtatuta canonū tā in veniendo quàm in ſe præſentando legitime obſeruaſſe:nec enim ad alios huius cōſtitutionis beneficiū ſe extendit,vt ſ̃.in verbo ; ſeruauerunt. quaſi etiā in ſatis leui culpa dicantur fuiſſe,ſi continue apud ſedem vacantē morā traxerint:cū tūc ſuarū electionū expeditionē obtinere minime potuiſſent à cœtu dñorum Cardinaliū ſede vacante iuriſdictionē aliquā nō habēte.de elect.ne Romani.cle.v.licet Gar. ɔ̃riū notaret in c.cupientes.arg.ff.ſi quis in ius vo.nō ie.l.2.§. vlt. & eorū quæ not.in ſimili ꝑ Ber.extra de do.& contu.c.vlt. & eo.tit. c. actor. lib. 6. quare talis culpa de facili potuit & debuit remitti. arg.extra de accu.c.cū dilecti.ff.de ven.inſpi.l.1.§.vlt. Vel dicas ꝙ Papæ ſic placuit ordinare reuocando in hoc ſuorū p̃deceſſorū ſtatuta,vt ſequit̃ de ſuæ plenitudine poteſtatis,vt ſ̃.dr̃.Sed cū ibi ſubiungitur ꝙ de fratrū cōſilio ſic ordinauit,& nō ſit veriſimile Papā cōſulentem & fratres cōſiliū dantes motos fuiſſe ſuꝑ hoc ſine cauſa.arg.C.đ legi.l.humanū.potiſsime cū in reb⁹ nouis cōſtituendis, &c.ff.de cōſt.prin.l.in rebus.extra de cōſue:cōſuetudinis. qđ pri⁹ dixi magis placet.Per hoc autē qđ dicit textus ꝑinde ſeruentur illæſi ac ſi,&c.apparet,ꝙ ſi iſti electi venerūt ad curiā ſine munimētis & actis factū electionū ſuarū cōcernentibus,nō ſeruātur indēnes vel illæſi in hoc ꝙ poſsint obtinere remiſsionē ꝓ illis exhibēdis alibi quàm in curia,niſi ex cauſa:vt in decr.cupiētes.§.inſuper. ver.electos.cū nec ob hoc ſeruentur immunes illi q̃ apud ſedē cōtinue reſediſſent,& iſti ex beneficio cōſtitutionis huius habentur ſolū perinde ac ſi continuam traxiſſent ibidem moram:vt hic dr̃.

An Cardinaliū cœtus ſede vacāte iuriſdictionem habeat.

Papa cum Cardinalib⁹ nihil facit ſine cauſa.

v ¶ *Non obſtantibus.*] attēde ꝙ Papa hic in ordinatione ſua ɔ̃ria primæuis iurib⁹ facit mētionē đ illis vt illa reuocet:ſed hoc facit ex abūdanti:q̃a iſta ordinatio ſua vltima ius inducens,quo ad electos de q̃bus fit hic mētio,reuocaret priora iura ſibi ɔ̃ria, licet de illis nō faceret mentionē,extra de cōſt.c.licet Romanus. lib.6. de cog.ſpi.c.1.ff.de legi. l. ſed & poſteriores. Vel forte ideo hoc facit, quia iura prædeceſſorū expreſſe nō ſtatuebāt electos apud ſedē vacantē debere morā cōtinuā facere,licet ex illorū mēte & ſñia hoc colligeretur:vt ergo illa quo ad eorū mentē reuocaret , quantū ad iſtos electos de iſtis facere voluit mentionē:vel quia quo ad iſtos electos fuit indulgentia ſpecialis,vt innui vr̃ ſ̃.cum dr̃ de poteſtatis plenitudine , quæ haberet de iure communi contrario facere mentionem.extra de capel. mo. ex parte.licet illa poſsit intelligi de indulgentia ſingulari.Vel dic vt ſupra in gloſ.ſed quare.

Conſtitutio ſecunda primam reuocat etiā non facta mētione.

a ¶ Præde-

a § *Prædeceſſorum.*] ſcilicet Nicolai iiij. qui cōdidit c. cupientes. & Bonifacij viij. qui fecit decr. ſi poſtquā. de elect. lib. 6. & Clemētis, v. qui promulgauit decr. ne Romani. eod. tit.

b ¶ *Volumus.*] quia quod non mutatur, &c. C. de appel. præcipimus, & de teſta. ſancimus. in corpore authent. de admi. offic. circa fi. col. 3. & ſic conſtitutio in vno articulo reuocata in aliis firma remanet, vt hic.

c ¶ *Nulli ergo.*] ſuper hac clauſula, quę ſequitur, vide quod plene notaui in decre. Execrabilis. vbi eſt ſimilis clauſula.

d ¶ *Datū.*] & hic recita quæ dixi in dicto c. Execrabilis. Zēzelinus.

SVſcepti.] Diuide cōſtitutionē in partes ſeptem. In prima præmittitur harenga & cōſtitutionis ratio. In ſecunda ſubiungitur facti dantis cauſam conſtitutioni recitatio: ibi, *Cum itaque.* In tertia annectitur ipſa conſtitutio: ibi, *Nos de illo, &c.* In quarta ſubinſertur conſtitutionis determinatio ſeu declaratio: ibi, *Et hoc in eccleſiis.* In quinta determinationem nō ſeruantis punitio: ibi, *Quòd ſi alter, &c.* In ſexta conſtitutionis preſentis trāſgreſſorū pœnę inflictio: ibi, *Et ſi quicquam, &c.* In ſeptima priuilegiorum & cęterorum conſtitutioni obuiantium reuocatio: ibi, *Non obſtantibus, &c.*

† Hæc extrauagans reperitur inter communes ſub tit. ne ſede vacāte, cum gloſ. Domini Guiliel. de Monte Lauduno. Et vide Extrauagāntē Pij V. incip. Durum nimis.

prædeceſſorum [a] noſtrorū cōſtitutionibus quibuſcunque: quibus tamen quo ad alia nullum volumus [b] preiudicium generari. Nulli [c] ergo, &c. noſtrę ordinationis infringere, &c. Datum [d] Lugduni viij. Idus Septembris anno primo.

*¶ Beneficio vacante, cuius fructus ad certum tempus debentur alicui annalia haberi, vel alij qualiter debeant fructus ipſi diuidi inter ipſum annalia habentē & beneficiatum, & diuiſione facta cuius ſit electio, hæc declarat conſtitutio. Et potuiſſet poni ſub titulo, de reſcript. vel, ne ſede vacan. vel vt eccleſ. beneficia. vel de verbor. ſignifica.*

CAP. II.

SVſcepti † regiminis [e] nos cura [f] ſollicitat, vt quæ in eccleſiis [g] nō abſque diſpendio [h] miniſtrorum, & cultus [i] detrimēto diuini ſeruari viderimus, per appoſitionem congrui moderaminis [k] in melius reformemus [l]. ¶ Cum [m] itaque in [n] nōnullis eccleſiis obſeruetur, & à longis retro temporibus fuerit obſeruatum, quòd fructus primi vel ſecundi aut alterius cuiuſcunque ſequentis [o] anni beneficiorum vacātium in eiſdē defuncto [p], vel fabricę [q], aut eccleſiis [r], vel [s] perſonis habētibus annalia † [t] de conſuetudine, priuilegio [v], vel ſtatuto applicantur in [x] totum: ita quòd illi, qui huiuſmodi beneficia canonice [y] obtinēt,

† Aliàs, annualia.

e ¶ *Regiminis.*] id eſt, gregis Dominici & vniuerſalis Eccleſiæ Petro Apoſtolorum principi regendæ commiſſæ, Lucæ 22. c. 21. diſt. §. 1. extra de elect. ſignificaſti. & in eius perſonam omnibus ſuis ſucceſſoribus. extra de re iud. c. ad Apoſtolicæ. §. nos itaque. lib. 6. 40. diſt. c. non nos.

f ¶ *Cura ſollicitat.*] Hoc dicit conſtitutionis præſentis conditor, attendens non eſſe facile ſtare in loco Petri & Pauli, tenere cathedram regnantium cum Chriſto: non enim ſanctorum ſunt filij, qui loca tenent ſanctorum, ſed qui exercent opera ſanctorum. 40. diſt. c. non eſt. 37. diſtin. c. Eccleſiæ. curam ergo ſolicitam non refugit in ſummi Pontificatus regimine ad mentem reducens verbum beati Gregorij tanto quis eſſe humilior, atque ad ſeruiendum Deo prōptior quiſque debet ex munere, quanto obligatorem ſe conſpicit in reddenda ratione, volenſque vitare negligentiam quæ in prælato frequēter mortale peccatum inducit. 81. diſt. c. dictum. extra de reg. iur. quamuis. de offi. archi. c. ea quæ. in quibus de hoc.

Filij ſanctorum non ſūt qui loca ſanctorum tenent, ſed qui exercent opera ſanctorum.

g ¶ *Eccleſiis.*] verbum, Eccleſia 1, multipliciter ſumitur, vt plene not. extra ne præla. vices ſuas. c. vlt. & proprie eccleſia dicitur congregatio fidelium. de conſe. diſt. 1. c. Eccleſia. quæ vna tantum eſt, vt in ſymbolo Apoſtolorum: & vnam ſanctam Eccleſiam. de quo habetur 15. diſt. c. canones. & ꝙ ſit vna, patet extra de ſum. tri. c. firmiter. §. vna. de exceſ. præla. c. frequens. §. verum Cle. Papa v. in plura tamen membra diſperſa. 7. q. 1. Nouatianus. de quibus membris vniuerſalis Eccleſiæ hic loquitur.

1 De multiplici ſignificatione huius verbi, Eccleſia, late Turrecremata in ſumma de Eccleſia. lib. 1. c. 2.

h ¶ *Diſpendio.*] id eſt, damno, quod vitandum eſt. de reſcrip. diſpendia. lib. 6. licet ibi aliter hoc verbum per alios exponi conſueuerit.

i ¶ *Cultus detrimento diuini.*] qui potius augeri quàm minui deſiderandus eſt. extra de conſti. ex parte. de reſcrip. quia per ambitioſam. lib. 6. Sed in quo eſt detrimentum cultus diuini, diſpēdium miniſtrorum? Reſpondeo quia ſublata ſufficientia victus ipſis miniſtris, neceſſe eſt ſummoueri cultū diuinum: cum corporalis Eccleſia ſine rebus corporalibus in nullo proficiat: ſicut nec anima ſine corpore exercendo ſenſus corporeos viuit. 1. q. 7. ſi quis obiecerit.

k ¶ *Moderaminis.*] Nā nouis morbis noua cōuenit antidota præparari. extra de iura. calum. cæterum. & rei nouæ eſt nouum cōſilium & remedium ſuggerendum. ff. de ven. inſpi. l. 1. nam quod medicamenta morbis exhibent, hoc exhibent iura negotiis. in corpore authent. hæc conſtitutio innouat. coll. 8. extra de reſcrip. ad hoc. & experimenta morborum nos cogunt multas adinuenire medicinas. 50. diſt. vt conſtitueretur. not. dicto. c. cæterum.

Nouæ rei nouum ſuggeratur remedium.

l ¶ *Reformemus.*] ad hoc præſidentis officium debet eſſe attentum. in proœmio Domini noſtri Ioan. Papæ xxij. clementinarum conſtit. §. hæc ſane. & arg. 22. q. 4. c. magnæ. ff. de colla. bo. l. nonnunquam.

m ¶ *Cum itaque.*] ſecunda pars.

n ¶ *In nonnullis.*] id eſt, aliquibus, duabus negatiuis affirmatiuæ æquipollentibus. ff. de verb. ſign. l. duobus. & dixi plenius in decre cum inter nonnullos.

o ¶ *Sequentis anni.*] puta tertij, & vlterioris.

p ¶ *Defuncto.*] id eſt, expendendi pro redemptione animę defuncti, vel in cæteros modos liberandi animam à purgatorio, qui ſunt multi, vel eleemoſynæ largitio. 13. q. 2. c. animæ defunctorum. & c. tempus. 82. diſt. c. presbyter. aliter enim defuncto applicari non poſſent. arg. ff. de ope. li. l. qui libertus. §. poſthumus. 20. diſtin. c. qualis. cum mors omnia ſoluat. in corpore auth. de nup. §. deinceps. coll. 3.

q ¶ *Fabricæ.*] ſcilicet piæ, puta hoſpitalis, pontis, vel eccleſiæ, ſimile de reſcrip. ſi propter. lib. 6.

r ¶ *Eccleſiis.*] quibus forte applicabantur tales fructus conuertendi in ornamenta ipſarum. vel aliam iuſtam cauſam: vt ad exonerationem æris alieni, vel ſimile. arg. ad hoc extra de teſti. c. vlt. vt eccleſiaſt. bene. c. vnico.

ſ ¶ *Vel perſonis.*] Si intelligas de eccleſiaſticis, planum eſt ꝙ ad eas fructus tales ſpectare poſſunt de conſuetudine, priuilegio, vel ſtatuto: cū ipſi viri eccleſiaſtici ſint capaces: extra de fo. compe. cū contingat. not. Inno. de reſtit. ſpolia. c. olim inter. Si intelligas de ſecularibus, poterunt ne tales fructus & ipſorum perceptio ad ipſos pertinere? Dic ꝙ ſic ſpeciali priuilegio Papæ: nam frequenter viſum eſt de regibus & aliis mundi magnatibus, quibus Papa ipſos per priuilegium concedebat. arg. 63. diſtin. Hadrianus. & c. ſeq. cum excommunicare clericum poſsint de ſpeciali Papæ commiſsione. arg. 96. diſt. c. bonæ. & ibi not. & 32. diſt. §. verum quidem. per Guli. extra de offic. deleg. c. ab arbitris. lib. 6. Sed vtrum de conſuetudine talium fructuum perceptio poſsit ad tales ſpectare perſonas? Videtur quòd ſic: quia quod poteſt pactum, poteſt præſcriptio. arg. ff. de pact. non impoſsibile: vt not. de fun. pa. l. vlt. lib. 12. ſed per pactū tempore fundationis appoſitum poteſt ſibi laicus tales fructus retinere beneficij cum vacabit. 18. q. 2. Eleuterius. ergo & per præſcriptionem. Sed contrarium dicas: cum nec iura eccleſiaſtica tractare vel ſpiritualia ſibi poſsidere, & ſic nec præſcribere poteſt ius ipſum talia percipiendi. arg. extra de elect. Maſſana. & c. ſacroſanctam. de iudi. decernimus. & c. quanto. de arbi. c. contingit. de re. eccle. non alie. c. cum laicis. de præſc. c. cauſam quæ. 96. diſtin. bene quidem. cum ſi. & quia talis conſuetudo reputari poſſet eccleſiis oneroſa, & ſic inualida. extra de conſue. c. 1. quia laici clericis oppido ſunt infeſti. 2. q. 7. c. laici. extra de immu. ec. clericis. lib. 6. Nec obſtat quid dictum eſt de fundatore laico: quia illud eſt ſpecialiter introductum in patrono: vt per pactum fructus tales ſibi poſsit retinere in ſuæ liberalitatis fauorem, vt ſic quilibet laicus citius inducatur ad fundandum vel dotādum eccleſias, & ne à tali exercenda liberalitate detrahantur: arg. ad hoc. C. de bo. quæ libe. l. 2. ff. de ope. pu. l. 2. & iſta ratione de ſola gratia non de mero iure laico tali ex fundatione ſeu donatione ſeu conſtructione de iure permittitur iuſpatronatus. arg. 19. q. 2. c. ſi quis epiſcoporum. extra de iurepa. c. quoniam. & ibi not. per Hoſt. iſta etiam ratione eccleſia patronalis non poteſt erigi in collegiatam per ordinarium inuito patrono, ſecundum Ber. notantem extra de iurepa. c. nobis.

Excōicare poteſt laicus ex Papæ cōmiſſione.

Ius patronatus quare laicis concedi tur.

t ¶ *Annalia.*] ſic vulgariter dicta: quia per annum emolumenta talium beneficiorum percipiebantur: & ſic ad vulgi denominationem reſpectus habetur. arg. ff. de ſu. l. 2. §. 1. de fun. inſtru. l. cum de lanionis. §. aſinam.

u ¶ *Priuilegio.*] intellige per Papam conceſſo, quo ad perſonas ſeculares: illis enim ab alio tale priuilegium concedi non poſſet, iuxta not. ſ. in glo. ſi intelligas. & ſuper hoc vide quæ not. per Inn. & Hoſt. extra de arbi. contingit.

x ¶ *In totum.*] & male. extra de præben. c. de monachis. & eod. tit. c. vlt. conſtitutio. Cle. Papæ v.

y ¶ *Canonice obtinent.*] hoc dicit quia aliter obtineri beneficia nō poſſunt. extra de inſti. c. ex frequentibus. de reg. iur. lib. 6. c. beneficium. & arg. ff. de decur. Herennius. Vnde ad titulum beneficij exhibendū bñficiatus poſsidens pōt cogi ex officio ordinarij abſque libello, reiecta omni recuſatione, licet non ad partis inſtantiā:

& ad quos aliàs [a] de iure fructus ipſi ſpectare deberent, [b] nihil inde percipiunt [c]: vnde illud inconueniens [d] ſequitur, quòd commode [e] nequeunt ad impendendum ſeruitium [f] debitum reſidere [g] in eccleſiis, in quibus [h] beneficiati exiſtunt: Nos [i] † de illo ſuper his remedio prouidere volentes [k], per quod hi [l] & illi [m] in fructuum prædictorū perceptione participent [n], & eccleſiæ debitis ſeruitiis non [o] fraudentur: Præſenti decreto ſtatuimus [p] de fratrū [q] noſtrorū conſilio, quòd illi qui fructus prędictos ibi † hactenus integre [r] vendicabāt [s] ex priuilegio, cōſuetudine, vel ſtatuto, nihil [t] exinde vltra ſummā, ꝓ qua vnumquodq; beneficiorū ipſorū cōſueuit in ſolutione [v] decimæ taxari, prætextu cuiuſuis priuilegij [x], conſuetudinis [y] vel ſtatuti quouis modo [z] percipiant: ſed ipſius ſummæ [a] perceptione dūtaxat [b] ſint omnino [c] cōtenti, totali [d] reſiduo p̄dicta obtinētibus beneficia remāſuro [e]: niſi forsā [f] illi qui fructus [g] eoſdē ſoliti fuerant (vt [h] præfertur) cū integritate percipere [i], pro ſe mallēt ipſum habere reſiduū [k], & obtinētibus ipſa beneficia ſummā [l] dimittere memoratā: quo [m] caſu percipiēdi qđ maluerint illis [n] relinquimus optionē [o], ſic quod infra decē [p]

vt not. Hoſtien. extra de ſimo. c. licet Hely. & clarius Compoſt. ſ. de reſcr. capitulum. in glo. magna ſuper verbo: ſed ſecundum hoc.

a ¶ *Aliàs.*] ſ. deficienti tali conſuetudine, priuilegio, vel ſtatuto.

‡ Beneficiatus an fruct⁹ beneficij faciat ſuos. Et vide de hac quæſtione Couarruuiā in cap. cum in officiis. extra de teſtament.

b ¶ *Deberent.*] arg. efficax vr̄ hic ſumi poſſe, ꝙ beneficiatus fructus beneficij ſuos ‡ faciat. ad idē ext. de fideiuſ. peruenit. ď cle. nō reſi. c. vnico. §. qui vero. lib. 6. & hanc opinionē amplectitur Hoſt. extra de prę̄b. de multa, in verbo, de ſuis. & Io. 12. q. 1. c. duo ſunt genera. ipſe tamen ȝ. not. ea. q. c. res Eccleſię. quod proſequere vt plene not. Guli. extra de reſcript. ſtatutū. §. aſſeſſorem. lib. 6. Et huic textui poteſt colorate reſpōderi, quòd ad beneficiatum ſpectent; ſcilicet percipiendi & cuſtodiendi, & in ſuas neceſsitates conuertendi, & fideliter inter pauperes diſtribuendi.

† Ego ex hoc §. noto, quòd princeps modificare poteſt aliorum priuilegia, ſiue à ſe conceſſa. l. fundos. & doctores ibi. C. de omni agr. de ſer. lib. 11. ſiue ab aliis. c. quanto. & ibi. Pet. de Ancara. de cenſi. Fō.

c ¶ *Percipiunt.*] vnde ſcrupuloſo corde moueri poſſunt. 21. q. 7. c. decimas. ex multis, quæ textualiter leguntur. 13. q. 1. §. quia ergo.

d ¶ *Inconueniens ſequitur.*] quod vitandum eſt per ea quę notaui ſ. in glo. qui potius.

† Aliàs, ſibi.

e ¶ *Commode nequeunt.*] vñ nō ꝓ potētibus habētur. ff. de ver. ſig. l nepos. & arg. de pe. liber. l. eius. & l. hoc. n. 22. q. 1. c. faciat homo. & per ea quæ plene not. in decr. Execrabilis. in verbo, mendicant.

f ¶ *Seruitium.*] occaſione cuius datur beneficium. de reſcrip. quia per ambitioſam. lib. 6. 31. diſt. c. eos.

‡ Beneficium quodlibet reſidentiam exigit.

g ¶ *Reſidere.*] Sed in quo beneficio quis reſidere tenetur? Dicas ꝙ in quocunque in dubio: cum omne beneficium reſidentiam exigat, niſi de contrario conſtet: vt not. Inno. de cle. non reſi. cap. vlt.

h ¶ *In quibus.*] ſubaudi, vel ad quas. proprie enim loquendo aliud eſt beneficiari in eccleſia, & aliud ipſam eccleſiam aſſequi: vt dixi de æta. & quali. c. vt hic. cle. 5.

i ¶ *Nos de illo.*] tertia pars.

k ¶ *Volentes.*] ſalutare & æquum fuit hoc remedium, cū per ipſum habentes fructus percipere in totū non fruſtrētur effectu conſuetudinis vel ſtatuti. arg. ad hoc decre. Execrabilis. §. nos itaque. & beneficiati onus ſeruitij ſine fructu ſe ſubire nō lugeāt. arg. 13. q. 1. §. quia ergo. 12. q. c. hæc huius placiti. & c. charitatem. & c. eccleſiaſticis. de reg. iur. c. qui ſentit. lib. 6. de dona. l. Aquilius. in corpore authent. de iud. §. ne autem. colla. 6. C. de aſſeſ. l. 1. cum ſimilibus.

l ¶ *Hi.*] ſcilicet beneficiati: de quibus immediate prædixerat, vt ſic ad proxima fiat relatio. arg. ff. de iuriſdi. om. iu. ſi idem.

m ¶ *Et illi.*] ſcilicet habentes fructus percipere, vt ſupra.

‡ Nota ꝙ modificare & minuere priuilegium non eſt ipſū tollere. Fon.

n ¶ *Participent.*] talis participatio ſeruat conſuetudinem, priuilegium, & ſtatutum, ne totali careant effectu ‡, & ne beneficiati & ipſa beneficia à ſuo iure in toto priuentur. arg. ne quid in flu. pu. l. 1. §. ſunt qui putant. de leg. 3. l. fideicommiſſa. §. ſi quis decem.

o ¶ *Non fraudentur.*] ſimiliter de appel. peruenit. de elect. cum in eo. lib. 6. fraudarentur autem ipſorum rectoribus reſidere non potentibus, ob temporalium defectum: vt ſ. dixi in glo. qui potius.

p ¶ *Statuimus.*] per hoc videtur cōſtitutio fore noui iuris editiua.

q ¶ *De fratrum.*] quid hæc clauſula operetur, dixi in decre. Execrabilis. §. nos.

r ¶ *Integre.*] id eſt in totum, vt ſ. dixi: & ſic nulla parte ſaltem modica beneficiatis reſeruata. Pone igitur ꝙ ipſi beneficiati percipiebant portionem paruulam de fructibus, toto reſiduo habentibus annalia applicato: habet ne hoc caſu locū qđ ſequitur? vr̄ ꝙ non: cum in hoc caſu non loquatur: & ad caſum omiſſum prouiſio ſe extendere nō vr̄. arg. ff. de lib. & poſthu. l. cōmodiſsime. ſolu. mat. l. ſi cum dotem. cum ſi. In ȝrium vr̄ attenta mente præſentis conſtitutionis prouidentis ne eccleſiæ debitis fraudentur ſeruitiis, quibus frandarentur ſi beneficiati ita modicum perciperent de fructibus, ex quibus non poſſent ſuſtentari perinde ac ſi nihil perciperent. arg. ad hoc ff. de admi. tu. l. ita autē. de admi. re. ad ciui. perti. l. legatam. & deriſoria poſſet eſſe talis perceptio, vnde debet haberi pro nulla. arg. ff. de iure do. l. cum poſſet. §. igitur. arg. de leg. 1. l. legato. cum not. in eiſ. & quo ad hoc modicum & nihil æquiparantur. de præb. c. de monachis. & c. auaritiæ. & eo. tit. c. ſuſcepti. lib. 6. de appel. c. peruenit. quaſi illi hoc caſu videantur integros fructus percipere, qui modicū beneficiatis relinquunt. arg. de cōſe. diſt. 2. c. re vera. ff. de iud. l. ſed & ſi ſuſceperit. §. ſed & ſi proponas. & alibi paria videntur, quē eſſe ſpoliatū omnibus bonis ſuis, vel maiori ipſorū parte. extra de reſti. ſpo. frequens. lib. 6. vel pati litem in omnibus bonis ſuis, vel maiori ipſorum parte. ff. de excu. tu. l. pp litem. inſti. eo. tit. §. item pp. & minus debito dare & nihil dare, paria cenſeri videntur. ff. de trib. act. l. illud quoque. §. minus. de verb. ſig. l. verbum amplius. & l. minus. & talis mens conſtitutionis cortici ſuperficiali verborum præferenda eſt. ff. de excu. tut. l. credendum. ext. de elect. ſi poſt quam. §. 1. lib. 6. de iureiur. c. Romani. §. verum. cle. 5. ff. de leg. l. ſcire. nā & à propria & ſtricta verborum ſignificatione diſceditur vbi mens aliàs ſalua eſſe non poteſt. C. de lib. prę̄te. l. 3. ff. de iur. pat. adigere. §. quamuis. & ciuili modo, non calumnioſo verba ſunt intelligenda. ff. de ſerui. l. ſi cui. ad exhiben. l. pe. de lega. 2. l. debitor. §. vlt.

‡ Spoliari omnibus bonis, & maiori parte bonorum, paria ſunt.

Verba ciuiliter ſunt intelligenda.

s ¶ *Vendicabāt.*] id eſt, ſibi appropriabant vel applicabāt. ſimile verbū & ſimilis expoſitio extra de elect. c. gn̄rali. §. verū. lib. 6. cū ſimilibus.

t ¶ *Nihil.*] intellige etiam modicum: tum quia dicit, nihil, qđ verbum de ſui natura nihil includit: ſicut per ȝrium vniuerſale affirmatiuum nihil excludit. extra de ma. & obe. ſolitæ. de priui. quia circa. ff. de hære. inſti. l. hoc articulo. tum quia dicit vltra percipi, diceretur etiam pro modico. ff. de offi. præfec. præto. l. 1. §. in initio. de ver. ſig. l. collegarum. §. qui extra. tum quia ĩ. dicit, nullo modo, & duntaxat. & ſint omnino contenti. & totali, &c.

u ¶ *In ſolutione.*] ſ. decimæ, ſi non habes in textu. & ĩ. colligitur.

x ¶ *Priuilegij.*] ſic vides ꝙ priuilegiū alicui conceſſum reſtringit & limitatur, niſi alias foret enormiter iuri alterius derogatiuū. nec mireris ď hoc: cū aliàs cōtingat ex hac cā ipſū totali effectu vacuari, extra de deci. ſuggeſtū. & c. dilecti. de verb. ſig. l. quid ꝑ nouale.

Priuilegium quandoque in totum euacuatur.

y ¶ *Conſuetudinis vel ſtatuti.*] collige etiam effectum conſuetudinis vel ſtatuti in partem tolli ob vitandum enorme alterius detrimentum. nec de hoc etiam eſt admirandum, cum & ſtatuta iuris communis ex tempore & loco & ex cauſa ſæpe mutationem recipiant. 29. diſt. ſciendum. extra de conſan. c. non decet. cum ſi.

Ius commune quandoq; mutatur.

z ¶ *Quouiſmodo.*] quaſi dicat. ſiue in ipſiſmet fructibus, ſiue in ipſorum æſtimatione.

a ¶ *Summæ.*] id eſt, taxationis decimæ.

b ¶ *Dumtaxat.*] id eſt, tantum hoc. enim verbum limitationem & taxationem denotat. arg. ff. de tri. vi. & ole. leg. cum certus. de contrahen. emp. l. ſi debitor. §. veriſimile.

c ¶ *Omnino.*] id eſt, in totum, vt plus petere non poſſint. ſimile de reſcrip. duobus. circa finem, lib. 6.

d ¶ *Totali reſiduo.*] id eſt, reſtanti vltra ſummā taxationis decimę.

e ¶ *Remanſuro.*] conſiderato iure communi ſecundum quod ad eos fructuum perceptio pertinebat, vt ſupra.

f ¶ *Niſi forſan.*] exceptionem ponit ad proximum dictum.

g ¶ *Fructus eoſdem.*] ſcilicet vacantium beneficiorum primi vel ſecundi, vel vlterioris anni.

h ¶ *Vt præfertur.*] ſ. prætextu cōſuetudinis, priuilegij, vel ſtatuti.

i ¶ *Pro ſe.*] id eſt, pro ſuo commodo vel vtilitate.

k ¶ *Reſiduum.*] id eſt, qđ reſtat detracta ſumma taxationis decimę.

l ¶ *Summam.*] ſcilicet taxationem decimæ.

m ¶ *Quo caſu.*] ſcilicet vbi magis volunt reſiduum ſummę, quàm ipſam ſummam habere.

n ¶ *Illis.*] ſcilicet qui ſoliti erant fructus integre percipere.

o ¶ *Optionem.*] id eſt electionē. arg. ad hoc. ff. de man. vin. l. pater.

p ¶ *Decem dies.*] ſimilis decem dierum dilatio ad optandū datur. de præb. ſi pluribus. lib. 6. & alibi. ff. de conſtit. pe. l. promiſſor. & in corpore authen. de appel. §. 1. coll. 4. Et ſi quæras quare talis dilatio ad hoc datur, non maior vel minor? Reſpondeo quia ſic iuris conditori placuit: nā in talibus iuribus poſitiuis eſt pro ratione voluntas. inſtit. de iure nat. §. ſed & ꝙ principi. ff. de conſti. l. 1. & habet locum quod dr̄, non omniū quæ à maioribus ſtatuta ſunt ratio reddi poteſt. ff. de leg. l. non omnium. 23. q. 4. Nabuchodo. §. de Tyriis. & pro hoc facit quod not. extra de reſcri. ſi quando. Si etiam quæras à me, an talis terminus vel dilatio poſsit minui vel augeri: dico quòd nō: tum quia talis eſt, cuius lapſus ius aufert vni eligendi & in alium transfert, vt ſequitur. arg. C. de dila. l. 1. ſicut nec terminus x. dierum ad appellandum vel anni ad appellationem proſequendam: vt not. C. de lit. conteſt. authent. offeratur. tum etiam quia à

Voluntas in iuribus poſitiuis eſt pro ratione.

Terminus ad appellandum, non poteſt augeri nec diminui.

Papa

dies poſtquã [a] ſciuerint bñficia ipſa vacare, ij quib⁹ annalia [b] † ipſa debentur ex priuilegio, cõſuetudine, vel ſtatuto, vel ipſorum annalium † collectores [c] quã partẽ habere voluerint, an ſcilicet decimæ [d] taxationem [e] vel illa dimiſſa reſiduũ [f] nulla [g] ſubhaſtatione pręmiſſa eligere teneãtur [h]: Quã electionẽ [i] ſi infra dictos decẽ dies nõ fecerint (vt dictũ eſt) extunc [k] ad eũ cuius † eſt [l] bñficiũ huius optio [m] vel electio [n] trãſeat [o] ipſo iure.

Papa arbitrarie ſtatutus eſt. arg. extra de offic. deleg. de cauſis. de iudi. cum veniſſent. C. de temp. in integ. reſti. l. ſuperuacuam. & arg. eorum quæ not. extra de accuſ. cum. P. in gl. vlt. de ſorti. c. 2.

a ¶ *Poſtquam ſciuerint.*] nõ ergo prorſus ignoranti currit tale tẽpus. arg. extra de conceſ. præben. c. quia diuerſitatem. C. quomodo & qñ iud. l. ab eo. cũ enim præſcriptio de ſe ꝯ negligentem currat, arg. C. de an. excep. l. vlt. & ignorans negligens dici non poſsit: ſibi igitur nec curret, ne iuſta ignorantia feriatur. C. de tab. generali. lib. 10. Sed qualem reputabis vel præſumes ſcientem? Forte illum qui vere ſcit vel iuris interpretatione, iuxta c. cum ei quem. in fine. de conceſ. præben. cle. 5. & arg. ff. de inſti. l. ſed & ſi pupillus. §. proſcribere. Sed dicas hic arbitrarie conſiderandum iuxta locorum diſtantiam vel vicinitatem, & beneficij qualitatem & famam ſuper hoc exortam. arg. extra de præſump. c. quoſdam. qui matri. accu. poſ. cum in tua. & per ea quæ not. Hoſtienſis extra de conceſ. præben. ex parte. in gl. quaſi archiepiſcopus. Non obſtat c. cũ ei. Tum quia loquitur de impetrante litteras ad beneficium, in quibus vt pote ambitioſis ſtricta fit interpretatio. extra de reſcri. ſi gratioſe. de præben. quamuis. lib. 6. Hic autẽ agitur de mero priuilegio, conſuetudine, vel ſtatuto, quæ vel ex ſuperioris liberalitate vel conſenſu illorũ quibus præiudicant, ſunt inducta, quare nõ ſic ambitioſa dici poſſunt. arg. de præb. c. ſi cui nulla. lib. 6. C. de bo. va. l. ſi qñ. lib. 10. Tum quia periculum diuturnæ vacationis & vitatio fraudis ibi præſumptam ſcientiam introducunt, ꝙ periculum hic non ſubeſt, cũ infra tempus à iure ſtatutum beneficiũ vacans haberet conferri, licet illius fructus ad tempus ad alium ſpectent: vt not. Ber. extra de magi. c. qa nonnulli. in glo. vlt. & Hoſt. de verb. ſig. c. tua. & aliàs dixi de præb. c. ſi tibi conceſſo. lib. 6. Tũ etiã quia ibi fingitur ineſſe ſciẽtia in certo, quæ fictio ad caſum non expreſſum non extenditur, cũ ſit ꝯ ius cõe, præſumens ignorantiam vbi ſcientia non probatur. ff. de proba. l. verius. extra de reg. iu. lib. 6. c. quæ à iure. & c. præſumitur. ff. de leg. l. quod vero. & hũc intellectũ innuit ſi. c. cum dicit, impetrantem interpretamur habere. & ſic loquitur in certo caſu. arg. ad hoc extra de re. permu. c. 1. lib. 6.

† Aliàs, annualia.

Ignorans nõ dicitur negligens.

† Aliàs, annualium.

Fictio non extenditur ad caſum non expreſſum.

b ¶ *Annalia ipſa.*] hoc expone vt dixi in parte præcedenti.

c ¶ *Collectores.*] qui frequenter per Papam vel reges vel alios, qbus tale datur priuilegium, ad hoc præficiuntur. Sed pone ꝙ tales collectores non eligunt, vt hic ſtatuitur infra x. dies; nocebit ne regi vel alteri qui tales præpoſuit? Poteſt dici ꝙ ſic; nam negligentia taliũ nocere vr̃ præponenti eoſdẽ. arg. C. de acqui. poſ. l. ex libertis. §. 1. ſi loca. l. videamus. & l. cũ plures. §. ſeruum. de neg. geſt. l. nã & ſeruus. §. vlt. imputatur enim talium negligentium electio præponenti eoſdem. arg. ff. de mino. l. 3. §. vlt. & l. cum mandato. de inſti. act. l. ſed & ſi quis. §. fi. & arg. extra de elect. c. generali. lib. 6.

Decimarum collectores à quibus deputantur.

d ¶ *Decimæ.*] cuius perceptio per Papam quandoque conceditur regibus vel aliis: quo caſu qualiter ſeruari poſsit colligitur de deci. c. ſi beneficiorum. cle. 5.

e ¶ *Taxationem.*] illa deficiente quid iuris ſit, dicitur in §. ſeq.

f ¶ *Reſiduum.*] expone vt ſupra.

g ¶ *Nulla ſubhaſtatione.*] id eſt, proclamatione vel præconizatione per quam appareat fructus beneficiorum fore æſtimandos, & plus offerenti dandos. arg. C. de ſacroſanct. eccleſ. auth. hoc ius porrectum: & talis proclamatio vel ſubhaſtatio alibi appellatur haſtarum ſolemnitas, quæ deficiens in venditionę rerum debitoris fiſci reuocari facit eam, & ſic ſumitur C. de fi. inſtru. & iure haſtæ fiſca. l. 1. & 2. & vlt. lib. 10. vbi talis expoſitio colligitur. & qui in tali ſubhaſtatione in plus offerẽdo alium ſuperat, ipſum licitãdo vincere dicitur. ff. de publi. l. licitatio. Si quæras quare talis ſubhaſtatio hic prohibetur: põt dici, ꝙ cum eſſet facienda non ob neceſſitatem beneficij, ſed ſolum ad commodum habentis fructus percipere prohibetur, ne qualitercunq; dehoneſtari dicatur ſtatus & qualitas beneficij detegendus per talem ſubhaſtationem. arg. ff. ad legem Aquil. ſi quis teſtamentum. C. de ali. pup. præſtan. l. 2. & accedat quod agitur: quid enim tam durum, tam inhumanum eſt, quàm publicatione pompaque rerum familiarium & paupertatis detegi, vilitatem & inuidię patere diuitias? C. qñ & à qui. quarta pars. l. 2. in ver. mobiles autem res, & c. lib. 10. & nę per talẽ ſubhaſtationem oblata licitatione in dubium de facto reuocetur quid vtilius ſit vel recipere taxationem vel reſiduum, vel vt ſic beneficiati citius certi reddantur, quid eis fuerit remanſurum. Sed huius gratia quæro nunquid beneficiatis ſit licitum fructus horum beneficiorũ ſuorũ pręmiſſa ſubhaſtatione vendere? Vr̃ ꝙ non, per iam dicta. Sed ꝯrium credo: tum quia prohibitum non reperitur, quare permiſſum debet intelligi. arg. C. de reli. l. ſtatuas. ff. qui. ex cau. ma. l. necnõ. §. ꝙ eis. 30. q. 4. illud. 1. q. 4. ſpiritualem. Tum quia ſubhaſtatio de ſe eſt fraudis vitatiua, cum fiat publice. arg. ff. de ri. nup. l. vlt. de admi. tu. l. nõ æſtimo. inducit frequenter vtilitatẽ beneficiati, & per conſequens beneficij per pluris oblationem & licitationẽ: vt dicta l. licitatio. Tũ quia permiſſum eſt indiſtincte beneficiatis bñficiorũ fructus vendere, illos ad firmã concedere libere, meliorẽ ſuã cõditionẽ faciendo. extra de loca. c. veſtra. ne præ. vi. ſu. c. vlt. ſicut vſufructuario permittit. ff. de vſufr. l. arboribus. §. vſufructuarius.

h ¶ *Teneantur.*] ſimile de præben. ſi pluribus. lib. 6. in decre. execrabilis. §. vos.

i ¶ *Quam electionem.*] ſcilicet de taxatione decimæ vel reſidui.

† Aliàs, itaꝗ cuius eſt beneficiũ huiuſmodi, optio, &c.

K ¶ *Extunc.*] hoc verbũ tẽporis extremitatẽ denotat, vt ante lapſum decem dierũ talis optio in beneficiatum non tranſeat. arg. ff. de leg. 2. liberum. §. Stichus. iuncta l. 4. ff. de condi. & demonſt.

l ¶ *Cuius eſt.*] facit in arg. ꝙ res & iura beneficij ſint ipſius beneficiati, ſuper hoc vide quod not. de cau. poſ. c. cum ſuper. & Hoſt. de pecu. cle. c. vlt. & Gar. de reb. eccl. non alie. c. hoc conſultiſsimo. lib. 6. & Ioan. 12. q. 1. expedit.

m ¶ *Optio.*] ſcilicet retentionis, taxationis decimæ, vel reſidui, vt ſupra.

n ¶ *Vel electio.*] pro eodẽ ſumi videtur hæc duo verba: vt hic colligitur. & de conceſ. præb. quia cunctis. §. pe. & fi. lib. 6. ff. de opt. lega. l. 2. princip. & §. 1. & l. cũ optio. cũ ſimilibus: qa hic nõ copulat̃ per copulatiuam, quæ de ſui natura coniungit diuerſa. ff. de lega. 3. l. ea tamen adiectio. de hære. inſti. ſi hæredi. plures. Sed diſiunctiuam, vt innuat non referre an dicatur optio vel electio.

Copulatiua coniũgit diuerſa.

o ¶ *Tranſeat ipſo iure.*] quaſi dicat abſque miniſterio, & tranſlatione hominis, ſimile de reſcrip. ipſo iure. de ele. quàm ſit. de hære. c. cum ſecũdũ. lib. 6. in corpore authent. de rap. mu. §. vlt. coll. 9. ff. de pu. vec. & commiſ. l. commiſſa. de iur. fiſ. l. 1. §. an bona. cũ ſi. Et ꝑ hoc collige ꝙ vbi ille cui dat̃ electio infra certũ tẽpus faciẽda, negligit eligere: ad alium poteſtas deuoluit̃ eligẽdi; ſiue detur electio ab homine, vt ff. de leg. 2. ſtatu liberũ. § Stichũ. ſiue à lege, vt hic, & de præb. c. ſi pluribus. lib. 6. d̃ elect. ne pro defectu. lib. 6. cũ ſi. Vnde facit ad deciſionem queſtionis, quę fieri poſſet, vtrũ mora in hoc caſu tẽpore lapſo purgari poſsit? Et dicas ꝙ non: quia cũ ꝑ lapſum eius ad aliũ eligendi poteſtas ſit trãſlata, in eius ꝓiudiciũ, alius cõſiliũ mutare nequibit. ff. de reg. iur. nemo poteſt. & eo. tit. c. mutare. lib. 6. & arg. de ele. c. conſtitutionem. §. inſuper. cle. 5. & vr̃ expreſſum. ff. de fideicõ. li. l. Thais ancilla. §. infra. & ſuper hoc vide quod plene not. de conceſ. præb. c. cum ei quẽ. cle. 5. pro hoc etiã facit qđ not. Car. dicto. c. quàm ſit. Sed pone, ꝙ ille qui poterat optare, eligit vnũ, puta taxationẽ decimæ, poſt adhuc exiſtens intra decẽ dies vult variare & eligere reſiduũ, vel ꝯ: poterit ne? Vr̃ ꝙ ſic, arg. ff. de act. emp. & ven. l. ſi ſterilis. §. vlt. de li. leg. Aurelius. §. pen. de proc. c. licet. lib. 6. cum ſi. Sed ꝯrĩi dicas: quia per electionem de vno ex his factũ ſemel ius in alio alteri qͥſitũ remanet; quare nõ eſt locus variationi, vt ſ. proxi. dixi & probatur ff. de op. leg. l. apud. de leg. 1. fin. de elect. c. nulli. & c. ab eo. lib. 6. & quia qđ ſemel placuit, &c. ff. de neg. geſt. l. Põponius. de reg. iur. qđ ſemel lib. 6. 8. q. 2. dilectiſsimi. cum ſimilibus. ad hoc etiã facit quod not. per Compoſt. de reſcri. capitulum. in gloſ. magna. §. ſed quid ſi contra beneficia. Et hoc verũ intelligas: niſi eligens in eligendo fuiſſet deceptus; puta perſuaſo ſibi ꝙ taxatio decimæ erat maior, & illam elegit, vel perſuaſo ſibi ꝙ reſiduum maius erat, cum eſſet minus, & illico elegit; quia adhuc eligere poterit. arg. ad hoc. ff. de adul. l. ſi maritus. §. vlt. de opt. leg. l. 2. extra de præſum. quia veriſimile. ſic ſentit Hoſt. in ſi. de conceſ. præb. quia cunctis. circa ſi. in ver. extantibus. Supradicta autem vera dicas vbi ius eligendi cõpetit de præſenti vt hic: ſecus ſi in tẽpore mortis alicuius ſit collatũ: quia tunc variare põt habẽs eligere. Sic nõ obſtat ff. de lega. 2. l. vnũ ex familia. & l. cũ pater. §. à filia. Et ad arg. in contrariũ allegata patens eſt rñſio: quia in l. ſi ſterilis. obligatus alternatiue ad habitationem domus emptæ præſtandã, vel decẽ, ſingulis annis ſemel vel pluries; vnũ de illis præſtando eligens in reliquo non tranſtulit ius eligendi in creditorẽ: quarę variare poteſt, & aliud ſoluere: naturæ obligationis alternatiuæ ſatisfaciens. quæ variantẽ admittit. ff. de ver. ob. l. eum qui certarũ. cũ in alternatiuis ſit electio debitoris. ff. de ꝯhẽ. emptione. l. ſi emptione. §. ſi emptio. de iure do. l. plerunque. §. vlt. extra de reſcri. c. inter cætera. de reg. iur. c. in alternatiuis. lib. 6. hic autẽ ſec⁹: quia ſemel vnũ eligẽdo reliquũ fecit aduerſario effectualiter applicari. l. Aurelius. §. pen. nõ obſtat. ibi enim nõ agitur de ſemel eligente variare volente: ſed de teſt. pro parte approbante vel pro parte non approbante; quare potius caſus eſt diſsimilis quàm ꝯrius. c. licet. nõ obſtat: quia ibi variatio admittitur: quia fit ſine alterius præiudicio, & in illo prima voluntate manente, hic autem non ita. Vel potes ad hæc ꝯria & ſimilia reſpondere ſi vis, vt not. per Dynum de reg. iu. c. mutare, & c. quod ſemel. lib. 6.

Mora purgari non poteſt ab eo qui infra tẽpus nõ elegit taxationem decimæ vel reſiduum.

Eligere habens taxationem decimæ vel reſiduũ infra decem dies; ſi vnum elegerit, licet adhuc infra tempus exiſtat, variare non poterit.

Et hoc [a] in eccleſiis & partibus [b] illis, in quibus beneficia maiora [c], & alia quę ad ſolutionẽ decimæ ſunt taxata [d], volumus obſeruari. In illis vero eccleſiis & partibus, in quibus decimarũ taxatio nõ eſt facta, ſeruetur quòd fructus [e] & obuentiones beneficij tunc [f] vacãtis, quod [g] † decimã ſoluere [h] cõſueuit, per mediũ [i] diuidantur: quorũ medietatẽ habeat is, cui annaliũ † per alterũ de prædictis [k] modis perceptio eſt cõceſſa: Reliquam vero medietatẽ percipiat ille, cui beneficiũ eſt conceſſum pro ſuſtentatione [l] ſua & aliis [m] eccleſiæ oneribus

a ¶ *Et hoc.*] quarta pars. & expone, hoc ſcilicet quod dictum eſt, vt habentes annalia poſsint vel taxationem decimæ, vel reſiduum eligere infra decem dies, & quòd aliàs in beneficiatum electio tranſeat ipſo iure.

b ¶ *Et partibus.*] id eſt, regionibus.

c ¶ *Maiora.*] beneficia maiora dicuntur Ep̃atus, vel archiep̃atus, vel patriarchat⁹: aliter reſpectiue minora dicuntur. ſic not. Hoſt. de præb. c. maioribus.

d ¶ *Taxata.*] ſed an ſemel taxatio facta augmentum vel diminutionẽ recipiat ex fructuũ augmento vel diminutione? Vide ſi placet qđ not. de deci. c. ſi beneficiorum. cle. 5. Pone igitur ꝙ maiora beneficia reperiuntur taxata, nõ minora, vel ecõtra: vel reperiuntur aliqua minora taxata, non tñ omnia: habet ne locũ qđ dř in parte præcedenti, & hic ſeruari mãdatur? Vř ꝙ non: cum hic textus ad hoc vt ſeruetur, in §. pręcedenti videatur exigere, ꝙ maiora & minora beneficia ſint taxata ob copulatiuam, quæ de ſui natura expoſcit omniũ copulatorum exiſtentiam. ff. de condi. inſti. l. ſi hæredi. de verb. oblig. ſi quis ita ſtipulatus. extra de reſcrip. ex parte S. Sed ↄ dicas: quia ſufficit ꝙ illud beneficium de cuius fructuũ perceptione agitur, ſit taxatũ, licet non alia. & expone maiora & alia ſcilicet de quorum fructuum perceptione contendatur, & hanc credo fuiſſe mentẽ conditoris huius capituli prouidere volentis habentibus fructus percipere, & ipſi beneficiato: aliàs ſequeretur abſurditas, ꝙ propter vnum modicum beneficium quod in regione reperiretur non taxatũ, in aliis taxatis prouiſio huius decr. foret inualida. & expones textum vt dixi. vel expones, &, pro vel: nec eſt hoc nouum: quia ſæpe coniuncta pro diſiuncta, & eↄ ponitur. ff. de verb. ſigni. l. ſæpe. C. de inſti. & ſubſti. generaliter. vel dicas ꝙ hæc copulatiua non expoſcit omnium copulatorum exiſtentiam: cum alterum ex eis tantum ſufficiat ad rem de qua agitur explicandam.

Copulatiua omnium copulatorum exiſtentiam expoſcit.

Coniuncta ꝑ diſiuncta ponitur, & econtra.

e ¶ *Fructus & obuentiones.*] denotare vř differentiam inter fructus & obuentiones: cum per copulam, &, coniungantur, quæ de ſui natura diuerſa copulat. ff. de leg. 3. l. ea tñ adiectio. de hær. inſti. ſi ita quis. Vnde poteſt non incolorate dici, quòd licet in fructu cedant regulariter omnium quæ ex terra naſcuntur, vel ipſa alimentantur. ff. de vſu. l. in pecudum. & l. fructus. obuentiones tamẽ dici poſſunt, quę ex facto hominis proueniunt: vt puta oblationes, funeralia, & ex ſigillo vel alio emolumento curiæ, beneficij, & ſimilia proueniunt. arg. extra de elect. vbi periculum maius. §. pronisioni. lib. 6. & eo. tit. ſtatutum. cle. 5. & ff. de verbo. ſigni. l. lege obuenire. cum ſimilibus.

Et, de ſui natura copulat diuerſa.

f ¶ *Tunc vacantis.*] id eſt, quod vacare tunc continget, cum de perceptione fructuum eius tractabitur.

g ¶ *Quod.*] ſcilicet beneficium. aliàs eſt in littera, quos: & expones quos, ſcilicet fructus & obuentiones.

h ¶ *Soluere conſueuit.*] ſiue habeas quod, ſiue quos, eſt ſenſus ꝙ diuiſio ſolum fiat de fructibus conſuetis decimari, vel fiat de fructibus beneficij qđ in decima dari pro fructibus conſueuit. Quid ergo erit ſi beneficium vacans nihil dare in decima conſueuit de aliquibus fructibus. vel quid ſi de certis conſueuit, & nõ de aliis: fiet ne tunc nulla, vel de non conſuetis aliqualis diuiſio? Videtur quòd nulla: ſumpto argumento à contrario ſenſu in iure fortiſsimo reputato. 15. q. 3. ex eo. extra de his quæ fi. à præla. cum Apoſtolica. in fi. ff. de teſtamen. l. qui teſtamento. §. mulier. cum ſi. potiſsime, quia ǰ. in parte penultima punitur percipiẽs vltra hæc ſtatuta. Sed ſi hoc ſit verum, ſummam iniquitatem videtur continere in hoc iſta conſtitutio, ꝙ conſuetudo, ſtatutum, vel priuilegium ex rationabili cauſa inducta pro fructibus applicandis alicui perſonæ vel vſui, ad tempus beneficiorum vacantium ſit caritura effectu abſq; culpa illius, ſaltem in beneficiis, quæ nihil pro decima ſoluere conſueuerunt, vel in illis fructibus de quibus decima per beneficium ſolui non conſueuit: & conſtitutio principis debet eſſe rationabilis, non iniqua, iuris alieni non ſublatiua. 4. diſt. erit autem lex. & quæ conſuetudinem vel ſtatutum pro alio inductam non vř tollere, niſi hoc ſpecialiter exprimat. de conſti. c. licet. lib. 6. quod hic non facit, vt dicam in parte vltima: quare dicam hic ceſſare debere argumentum à ↄrio ſenſu, vt euitetur iniquitas, abſurditas, & iurium ↄrietas. C. de epiſ. & cle. l. conuenticulam. not. extra de fo. compe. c. ſignificaſti, vel ſubaudiri debere ad textum verbum, maxime: vt maxime fiat diuiſio fructuũ beneficij conſuetorũ decimari, & conſueti decimã ſoluere. idẽ tñ de aliis & alio. & ꝙ ideo de talibus fructibus & de tali beneficio qđ hic dř, fuerit introductum ad tollendũ dubiũ, quod fieri poſſet, an annualia percepturus poſſet illam decimam eligere vel totum reſiduum. arg. §. pręcedentis. Sed ↄrium eſt vt hic vides: & poteſt eſſe ratio propter defectum taxationis. Si quæras à me qui ſunt fructus de quibus non conſueuit decimam ſoluere beneficium: tu met facto ipſo diſcernas: nam tibi ſuper incerto à iure non determinato quærenti certũ nequeo dare reſponſum. extra de ſpon. c. de muliere. C. de tranſa. vt reſpõſum. Sed ſi quæras qui ſunt fructus de quibus eccleſia non tenetur ſoluere decimam. Rñdeo ꝙ illi, q ex iuribus ſequentibus & ſimilibus colligũtur. extra de deci. c. nouũ genus. & c. ex parte. 16. q. 1. c. quæſt. & hæc de decima quæ debetur ex præcepto eccleſiis parochialibus. Sed de decima quæ debetur Papæ, ſi quæras qui fructus ab illa ſunt liberi: poteſt nõ improbabiliter dici, ꝙ omnes illi qui ſpectãt ad locũ, qui nõ cadit in nomen beneficij: vt colligitur de præb. c. per litteras. de reli. do. quia contingit. cle. 5. & eſt ratio: quia in vſus quotidianos perſonarum miſerabilium habent expendi, Et eadem ratione forte idem de fructibus, qui dantur pro quotidianis diſtributionibus. arg. extra de magiſtr. c. vlt. in fin. vel pro quibus non poſſet canonica portio exigi. extra de teſt. c. de his. de ſepul. in noſtra.

Conſtitutio principis nõ debet eſſe ſublatiua alieni iuris.

Reſponſum certum ſup incerto dari nequit.

† Aliàs, quos

† Aliàs, annualium.

i ¶ *Per medium.*] attende hic æqualẽ diſtributionẽ factã. cõditor enim canonis volẽs habentem fructus vel annalia percipere, fore ipſorũ participem, ne effectu priuaretur conſuetudinis, priuilegij, vel ſtatuti: & beneficiatis prouidere volens, vt eccleſiæ debitis ſeruitiis nõ fraudentur: nõ ſic æqualem participationẽ potens facere in beneficiis nõ taxatis, mediã adinuenire, & ſtatuere curauit. arg. ff. de vſufru. l. etiã partis. de verb. ſig. l. nomen filiarũ. §. portionis. & de pet. hære. ſed & ſi lege commiſſaria. §. adeo. & §. qđ autẽ. ſi pars hæred. pe. l. antiqui. inſtit. quib. ex cau. ma. non licet. §. cum ergo.

k ¶ *De prædictis modis.*] ſ. conſuetudinis, priuilegij, vel ſtatuti.

l ¶ *Pro ſuſtentatione ſua.*] ſubaudi, & ſuorum. 50. diſt. c. ſtudeat. in fi. extra de reſcr. cum adeo. cũ ibi not. & arg. ff. de admi. tu. cum plures. §. cum tutor. cum ſimilibus.

m ¶ *Aliis eccleſiæ oneribus.*] puta onerũ ep̃alium ſoluendorum, & hoſpitalitatis tenẽdæ. de ſup. negli. præla. ſicut. de præb. de monachis. & cenſus eccleſiaſtici exoluendi. de cẽſi. c. 1. & ſimiliũ. Sed hic quæro, vtrum alia pars dimidia, quæ applicatur hãbenti percipere annalia, penes eũ remaneat abſque onere aliquo? Vř ꝙ non: quaſi illa dimidia fructuũ ſola intelligatur, quæ reſtat deductis oneribus ex eadẽ. extra de offi. ord. c. præſenti. §. porro. lib. 6. & arg. C. de fruc. & lit. expen. l. 1. nã qui ſentit cõmodum, ſentire debet & onus. de reg. iur. c. qui ſentit. lib. 6. & ff. eo. tit. l. ſm naturam. nõ eñ ferendus eſt qui lucrũ amplectitur, onus autẽ ſubire recuſat. C. de cad. tol. l. vnica. §. pro ſecundo. In ↄriũ autẽ expreſſe vř per hũc textũ, per quẽ dimidia fructuũ expreſſe beneficiato dimittitur pro ſuſtentatione ſua, & pro aliis oneribus ſupportandis: quaſi ad illa videatur ſolũ beneficiatũ adſtringere: & per cõſequens aliã dimidiã habentẽ percipere, releuare. ff. de leg. 1. l. turpia. §. vlt. & l. ſi hæredes. de leg. 2. l. ſi pluribus. §. 1. & l. legatorum petitio. §. 1. ad Treb. l. quotiens. & l. nõnunquã. Et poteſt ratio huius eſſe [1]: q̃a cum ante hãc decr. ille integraliter ſibi fructus appropriaret: & nũc dimidiã perdit: in hoc quoq; grauatus, videatur ab oneribus releuatus. arg. ff. de iureiu. l. eum qui. C. de cupreſ. ex Iu. daph. l. 2. lib. 11. Si enim ad alia decr. cõditor. illum pro parte cõſtringere voluiſſet, hoc vtique expreſsit. arg. extra de deci. ad audientiã. C. de cadu. tol. l. vnica. §. ſin autẽ ad deficientis. Qualiter ergo ſm hoc rñdebis iuribus in ↄrium allegatis? Dicas, ꝙ decr. p̃ſenti. §. porro. & iura ſimilia nõ obſtãt. loquuntur. n. vbi quis in totũ ſibi fructus applicabat ex aliqua cauſa, vt intelligãtur deductis oneribus: cũ nõ reperiatur alius ad ſupportãda onera adſtrictus pro aliqua parte emolumẽti, quã percipiat: hic autẽ ſec⁹. arg. ad hoc ff. de vſufru. leg. l. vlt. Alia iura non obſtãt, de q̃bus colligitur habentẽ emolumẽtum ſentire debere & onus: q̃a hoc verum, niſi ex diſpoſitione iuris vel hominis alius ad ſupportãdũ onera ſit adſtrictus, ſicut eſt hic, vt patet ꝑ iura allegata, & arg. ad hoc ff. man. l. ſi hæreditatem. §. 1. C. de inoffi. teſt. l. qm̃ in prioribus. Quid ergo in §. præcedẽti, vbi nec habẽs annalia, nec beneficiatus expreſſe adſtricti reperiuntur ad ſupportanda onera: dices ne ꝙ habens annalia pro taxatione decimæ vel pro reſiduo, quam vel quod habere eligit, teneatur onera ſubire? Vř ꝙ ſic, per iura allegata pro iſta parte in quæſtione præcedenti. Sed forte ↄrium verũ eſt: nã cũ ipſe prius integros fructus reciperet antequã hæc decr. eſſet condita, quo caſu ad onera tenebatur per §. porro. & probatur per §. q̃ ſequitur, ſublata ſibi per hãc decr. integritate fructuũ, ſubducta videntr̃ ab eo onera. arg. ff. de vulg. & pup. ſubſt. l. & ↄ tabulas. de leg. 3. l. vlt. §. ſi. quia ſi ipſe vbi dimidiã fructuum facit ſuã, nõ tenetur ad onera. arg. huius textus & aliorum iurium. ſ. proxi. alleg. eadem ratione non tenetur vbi taxationem decimæ vel reſiduum eligit: vt prædicto §. cum illa. vel illud minor vel minus eſſe

1 Iſta ratio eſt bona: quia principis conſtitutio interpretanda eſt, vt minus lædat ius aliorum. c. nũc vero. 9. q. 3. opti. gl. in c. audiat. de reſti. ſpoliato. & tex. in l. 2. §. ſi quis à principe. ff. ne q̃d in loc. publi co. Fout.

n::s eſſe poſsint iſta dimidia.& licet ibi maior vel maius poſsit eſſe,adhuc videtur idem dicendum:cum enim taxationem decimæ poſsit eligere:certum eſt,vt videtur ꝙ decima debetur abſque omni onere,& apud eligentes illam abſque onere remanebit.Et ſi dicas,quare vbi reſiduum eligit,pro illo ad onera non tenetur ſaltē pro rata, cum ſi omnes integros fructus perciperet,ad omnia teneretur,maxime ſi ſupponatur reſiduum decimæ plus valere, quàm iſta dimidia? Poteſt dici ꝙ ideo, quia ex beneficio huius canonis poteſt illud eligere quod ab omni diminutione debet eſſe extraneum. in corpore auth. conſtit. quæ de dig. §. illud. coll. 6.

ſupportandis. ¶ Quòd [a] ſi alter de prædictis [b] præfata [c] medietate noluerit [d] eſſe contentus, altero contentari volēte [e] pars nolētis tranſeat ad [f] volentē†: & volens fructus & obuētiones illius beneficij percipiet vniuerſos [g], eidē beneficio congrue [h] faciens deſeruiri, ac eius ſupportans † onera [i] conſueta [k]:

† Et ſic videtur quòd portio accreſcat perſonæ, cum tamen Legiſtæ dicant portionem non perſonę, ſed portioni accedere.l.ſi totā.ff.de acqui.hæred.l. hęc ſcriptura.§.ſi.ff.de condi.& demon. Fonta.

& quia ius habet conſtitui vniforme:vnde ſi pro decima electa nō tenetur.ergo nec pro reſiduo, vt videtur arg.C. de temp. in integ. reſti.l.ſuper vacuam.aliàs ſi contra diceres,poſſet contingere priuilegium; conſuetudinem,vel ſtatutum eſſe deriſoria,& omni carere effectu:quia tanta poſſent eſſe ı onera quæ præponderarent fructibus pro taxatione decimæ vel pro reſiduo ad tempus tantū modo percipiendis:quæ quidem onera, totum ſtatum perpetuum beneficij,& per conſequens ipſum beneficium concernunt, ſ. c.::n dū præmiſſa ſi bene attendas effectus dicti §.porro. per hoc c.videtur hodie ſublatus:& vtinā ſuper hoc maior declaratio foret facta.

† Not.quod portio accreſcens trāſit cum ſuo onere.l.vnica.ſupra allega.ibi Bal. tractat materiam iuris accreſcēdi.& Ludo. Roma.ſubtiliter in l. 1. C. quando non pe. par. pe accreſ. Fonta.

a ¶ *Quod ſi alter.*] quinta pars.

b ¶ *De prædictis.*] ſcilicet habēti pcipere annalia vel beneficiato.

c ¶ *Præfata medietate.*] fructuū ſcilicet & obuentionū beneficij.

d ¶ *Noluerit.*]contra diſpoſitionem & diſtributionem æqualem. §.præcedente.

e ¶ *Volente.*] pœna ergo conſequens locum habet, cum vnus nō vult,& alter vult:vbi ergo vterque nollet dimidia fore contentus, pœna non vendicat ſibi locum, puta ſi ſuper maiori vel minori parte conuenirent.arg.ad hoc ff.de nou.ope.nun.l.1.§.& poſt.

f ¶ *Ad volentem.*] per hoc patet effectum conſuetudinis, priuilegij vel conſtituti totaliter quo ad fructus annales tolli ex non obſeruantia ſeu tranſgreſsione diſpoſitionis huius decret. quaſi non debeant illorum gaudere beneficio,qui contemnendam legē cenſuerunt.arg.C.de iure deli.l.vlt.§.ſi vero poſtquam. & aliàs priuilegium vel ſtatutum tollitur per abuſum vel non vſum.extra de conſti.cum acceſsiſſent.de præb.pro illorum. ff. de nundi. l. 1. not. extra de deci.ſuggeſtum.Sed hic quæro, vtrum pœna hic appoſita locum habeat contra illum,qui diſpoſitionem factam in §.præcedente nō ſeruat,vt quia habens annalia percipere, non vult cōtentari taxatione decimæ,nec reſiduo? Videtur quòd ſic,quaſi vtrobique ſit eadem ratio.Sed contrarium dicas,cum quia hæc pœna ſtatuitur mero caſu contra nolentem eſſe contentum dimidia, vt patet per hūc textum:ergo ad caſum alium non extendam. arg. de elect.ſtatutum.lib.6.ff.de pœn.lege interpretatione 2. tum quia in caſu §. præcedentis contra non ſeruantem eius diſpoſitionem eſt certa pœna ibidem inducta:igitur iſta non erit cumulanda, cū illa per ſe ſufficiat.arg.ad hoc extra de iudi.at ſi clerici. 81. diſt. c. presbyter aut diaconus.& quia ſemel afflicto,&c. 7.q. 1. cum percuſsio.C.de epiſc.audien.l.tam dementis. & quia contenti debemus eſſe pœnis legibus comprehenſis. ff. de verb.oblig.l. ſi ita ſtipulatus.

1 Sunt enim aliquando conſiderāda quæ contingere poſſūt. l.ſeruo.ff. de adi lega. §. libertas. inſti. de ſing. reb. per ſi. deico.re.Fō.

2 Addo §. pœniten. de pœnitē. diſt. 1. facit l. cū quidam. ff. de lib.&poſt hu.l.ſi. C. de interdi. ma. gl. c. 1. de tempo. ordi. lib. 6. licet allegetur in contrarium, & male,vt patet ex fine ipſius glo.& vide quę ibi dixi. Fonta.

g ¶ *Vniuerſos.*] & ſic vides emolumentum abdicatum & non obtemperanti applicari obedienti,& hoc inducit malum inobedientiæ & virtus obtemperantiæ.arg.extra de poſtul.præl.ad hoc.ff.de re mili.l.3.§. in bello.

h ¶ *Congrue.*] quaſi dicat debite,iuxta morem & qualitatē & facultates beneficij.arg.ad hoc ff. de ali.leg. l. cum alimenta. extra de ætate.& quali.c.ex ratione.de appella.peruenit.de elect. cum ex eo.§.porro.lib.6.

i ¶ *Onera.*] de quibus dixi in parte præcedenti.

K ¶ *Conſueta.*] intellige conſueta iuxta morem dudū rationabiliter obſeruatum.vel ab initio inſtitutum.extra de cenſi.c.1.& c.peruenit.cum ibi not.18.q.2.Eleutherius.vel intellige,conſueta, ſcilicet de iure,vel intellige, ſcilicet de iure imponi,licet aliàs nō fuerint præſtita,puta pro procuratione ratione viſitationis vel delegatorū,ſeu nuntiorum ſedis apoſtolicæ occaſione debita.extra de cenſi.cum inſtātia.de præſcript.cum ex officij.ad inſolita ergo vel ratione inſtitutionis vel temporis iure,iſte nō tenebitur, ſicut nec alius beneficiatus.extra de cenſi.prohibemus.& c.præterea.

l ¶ *Et ſi quicquam.*] ſexta pars.

m ¶ *Prædictorū.*] ſcilicet habētis annalia pcipere vel beneficiati.

n ¶ *Vltra præmiſſa.*] id eſt,vltra taxationem decimæ vel reſidui in beneficiis pro decima taxatis,vt in §.& hoc.

o ¶ *Perceperit.*] ſcire debet quod ſuum non eſt,ad alium pertinere. C. vnde vi.l. cum quærebatur.

p ¶ *Illudque.*] ſcilicet præceptum vltra præmiſſa,vel eo nō obſtante æſtimationem.arg.ff.de condic.fur.l.in re furtiua.extra de tranſact.veniens.

q ¶ *Ad quos pertinebit.*] iuxta diſpoſitionē dicti §.nos.& §.& hoc.

Et [l] ſi quicquam aliquis prædictorum [m] vltra [n] præmiſſa perceperit [o], illudq; [p] his ad quos [q] pertinebit infra [r] menſem non reſtituerit [s] cū [t] effectu: eoipſo ſi epiſcopus vel ſuperior [v] prælatus fuerit, à † pontificalibus [x] & ingreſſu [y] eccleſię ſit ſuſpenſus: Si autem capitulū [z], vniuerſitas, vel collegiū interdicto [a]

r ¶ *Infra menſem.*] intellige vt in calendario computandum. extra de ſup. negl.præl. licet. & ſi qui dies de illo lapſi erant ſupplebuntur de ſequenti,vt not.Gar. in ſimili.de elect. cupientes.& c quàm ſit.lib.6.

† Aliàs, ita: à pontificali honore, & ingreſſu eccleſię nouerit ſe ſuſpenſum.

ſ ¶ *Nō reſtituerit.*] ſcilicet quantum in eo eſt. ſi enim per ipſum non ſteterit quominus reſtituerit, tunc pro reſtituente habendus eſt. arg. ff. de condi.& demon.l.iure ciuili.de re iud. l. in iure. C. de inſti.& ſubſti.l. 1. extra de eo qui mit.in poſſ. cap.2.de reg.iur.cum non ſtat.& c.imputari.lib.6.

t ¶ *Cum effectu.*] quaſi realiter, vt innuat ꝙ non ſufficeret obligatio verbalis facta de reſtituēdo:quia vbi opus eſt facto,ſola voluntas non ſufficit.extra de eo qui mit.in poſ.c.1. & ibi not. vt lit. non conteſt.c.quoniam.§.in aliis.ad hoc ff.de re iudic.l.4.§.ait prętor.quib.mod.pig.vel hypo.ſol.l.ſicuti. §. ſi voluntate. cum ſimilibus. Et verba accipienda ſunt cum effectu. ff. ne quis eum qui in ius.l.ſi per alium.§.docere.quod quiſque iur.l.1.§. hæc autem verba. extra de cler.non reſid. c. relatum. & hoc etiam bene denotat verbum, reſtituat, quod de ſui natura plenam habet ſignificationem.ff.de vſur.l.videamus.§.in Flauiana.de verb.ſig.l.reſtituere.

Voluntas ſola non ſufficit,vbi factū requiritur.

u ¶ *Superior prælatus.*]vt archiepiſcopus vel patriarcha.& ſic vides ꝙ in paritate delicti in pœnis mitius agitur cum epiſcopo vel ſuperiore: quàm cum aliis,& hoc propter dignitatem pontificalis officij. de offi.deleg.c.quia pontificali.lib. 6. & quia in pœnis infligendis deferendum eſt, &c.extra de offic. deleg. paſtoralis. & ſuper hoc vide quod not. 40. diſt. c. homo Chriſtianus. & clarius extra de iureiur.c.cum quidam.vbi not.Bernar. ꝙ in pœnis pecuniariis plus punitur maior quàm minor:ſed vltimum cōfundi videtur per l.quædam.ff.de pœn.vbi militi autem ludicram exercenti,aut ſe vendi tanquam ſeruum patienti, pœna capitalis imponitur,quæ pagano talia facienti minime imponeretur, vt ibi. Sed illud ſpeciale poteſt dici in odium militis tale quid perpetrantis, per quod ab exercitio militari, & ſic à defenſione reipublicæ habet abdicari:ob quam ſe morti exponere & mortem nō vitare tenebatur.ff.ex quib.cau.maio.l. pen.cum ibi not. & in corpore authen.de mand.princ.§.vlt.coll.3.& ob quam pater filium, & filius patrem poteſt interficere ſine pœna. ff. de reli. l. minime.

x ¶ *A pontificalibus.*] id eſt,ab illis quibus poteſt dici pontifex: & ſic celebrare Miſſam cum mitra & baculo non poterit.nam ſuſpenſus ab iſtis, prohibetur ab his quæ ſunt ſibi aliàs vt pontifici permiſſa:& dependentibus ab eis puta ab ordinum celebratione, frontis chriſmatione, baſilicarum ſeu virginum conſecratione & ſimilibus : non autem ab aliis, puta à Miſſæ celebratione ſine ornamentis pontificalibus,baptizare,pœnitentias dare, & alia quæ competunt ratione ſacerdotalis officij.ſic ſentit Compoſt.de conſuetud. cum dilectus. & Ber.de offic. deleg. ſane 2. aliquando tamen ſuſpenditur à ſacerdotali officio, vt dicto c.ſane. & tunc nec iſta poſſet facere,niſi in pœnæ impoſitione ſibi permitterentur. de corpore vitiato, cap. ſignificauit.Sed pone aliquem ſuſpenſum ab officio ſacerdotali:poterit ne vti pontificali, & alibi quàm in Miſſa? Videretur ꝙ nō;quia interdicto vno, omnia interdicta ſibi cenſentur, quæ ſine illo explicare non poſſet. de reg. iur.c. cum quid prohibetur. lib. 6. ſed ſine ſacerdotali officio impleri non poteſt pontificale.de exceſ.præla.ex litteris.circa finem.

y ¶ *Et ingreſſu eccleſiæ.*] à quibus videatur prohibitus cui talis ingreſſus interdicitur,habes de ſent.excom.cap.is cui.lib. 6. & vide ſuper hoc quod not.per Inno.& Hoſti.de ſent.excom.ſacro. & per Guli.de offic.deleg.quia pontificali.lib.6.

z ¶ *Capitulum.*] hoc verbū & duo ſequentia nomina ſunt intellectualia anima carentia. & ideo excommunicari proprie non poſſunt. de ſent.excom.Romana. §. in vniuerſitatem. lib. 6. illa enim ſentētia de ſe animā ligat.extra de reb.eccle.nō alie.c.ſi quis preſbyterorum. In his autem quæ facti ſunt, coguntur facere capitulum. vniuerſitas, collegium per compulſionem membrorum ſuorum.arg.C.de appari.præfec.præto.l. cornicularij. lib.12. de excu. mul. l. maximarum.lib.10.de hoc not.dicto cap.Romana.& Compoſt.de reſcrip.eam te.

Capitulū caret anima,& excōicari nō poteſt.

a ¶ *Interdicto.*] ſcilicet eccleſiaſtico:de cuius tranſgreſsione ſatis cauetur. de exceſ. præla. tanta. & per talem ſententiam interdicti, ligati dicuntur ſinguli de capitulo, vniuerſitate,vel collegio, vt alicubi audire diuina non poſsint,nec eccleſiaſtica recipere ſa-

cramenta.de ſent.excom.c.ſi ſententia.§.cum vero.lib.6.

a ¶ *Donec prædicta.*] innuitur à cõtrario ſenſu, ꝙ ſtatim reſtitutione integraliter facta eſſet talis ſuſpenſionis & interdicti ſententia relaxata 1.ad hoc arg.ff.de poſtu,l.puto.& 81.diſt. c. ſi qui ſint. vbi de hoc.Sed contrarium dicas, quòd etiam poſt reſtitutionem eſt neceſſaria relaxatio ſententiæ, cum in dubium poſsit reuocari reſtitutionis integritas:ſic nota.Inno. de æta.& quali.c.cum bonæ.

1 Vide hic Ioa. Cald. in tract. de eccle. interdi. vi.membro, col. ſi. Font.

ſe nouerint (donec [a] prædicta cũ integritate reſtituerint) ſubiacere [b]. Si vero aliqua [c] ſingularis perſona eccleſiaſtica vel mundana id fecerit [d]: excommunicationis [e] incurrat ſententiam ipſo facto, à qua ſine reſtitutione [f] præmiſſa præterquã in mortis articulo [g] minime abſoluatur [h]: Nõ obſtantibus [i] quibuſcunque [k] priuilegiis, vel indulgentiis, aut contrariis cõſuetudinibus, & ſtatutis, iuramento [l] †, confirmatione [m] ſedis Apoſtolicę, aut alia quacunque [n] firmitate vallatis, quæ omnia [o] quo [p] ad hoc auctoritate Apoſtolica reuocamus †, & nullius deinceps eſſe volumus firmitatis [q]. Nulli [r] † ergo, &c. noſtræ conſtitutionis, reuocationis, caſſationis, irritationis, & voluntatis, &c.

b ¶ *Subiacere.*] in hoc caſu & ſequenti hæc decret. eſt canon ſententiæ latæ.

c ¶ *Aliqua.*] intellige quæcunque & qualiſcunque ſit, cum indefinite loquatur. de priui. quia circa.19. diſt.ſi Romanorum.ff.de leg.pręſtan. l. 1. §. generaliter. & quia hic agitur de incurrenda ſententia excommunicationis, quæ in dubio tanquam in tutiori lata, præſumi debet in quemcunque, de cler.excom. mi.illud.§. licet.

† Niſi enim hoc fuiſſet expreſſum ꝑ clauſulam generalem, nõn obſtantibus, non tollerentur iuramento firmata. habes glo.in c. cum non deceat.de elec. lib. 6. & in verbo,pacta. cle. dudum. de ſepul. vide q̃d ego vtrobique dixi.Font.

d ¶ *Id fecerit.*] ideſt, vltra pręmiſſa aliquid perceperit.

e ¶ *Excommunicationis.*] ſcilicet maioris.illa enim in dubio inflicta videtur.de ſent. excom.ſi quem.

f ¶ *Sine reſtitutione.*] ergo cum illa abſolui poterit.arg.25.diſt.qualis. extra de præſumpt. nonne.

† Aliàs, ita: reuocamus, caſſamus, & irritamus, & nullius, &c.

g ¶ *Mortis articulo.*] iſte caſus ſemper excipitur etiã vbi ſedi Apoſtolicæ abſolutio reſeruat̃. de ſent. excõ.nõ dubiũ.

† Aliàs, ita: Nulli ergo oĩo hominũ liceat hanc paginam noſtræ conſtitutionis, reuocationis, caſſationis, irritationis & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem, & cætera. Datum Auinione viij. Calen. Nouemb. pontificatus noſtri anno ſecundo.

# TITVLVS II.

## De maioritate & obedientia.

¶ *Quia multi aſſumebant dominium & ſe creari faciebant Poteſtates & capitaneos in comitatu Sabinæ, & aliis locis hic nominatis, qui ſunt de patrimonio Eccleſiæ Romanæ, inhibetur, ne tales de cætero aſſumantur, neque illis tamquam talibus obediatur, & quòd nullus huiuſmodi præeminentiã ſibi audeat adſcribere ſine ſpeciali licentia ſedis Apoſtolicæ. Et ſi ſint aliquæ ciuitates quæ habeant ius eligendi tales capitaneos per ſedem Apoſtolicam confirmandos, vetat Papa quòd ante cõfirmationẽ debitã nulla eis tãmquam talibus præſtetur obedientia.*

h ¶ *Minime abſoluatur.*] intellige per ordinariũ, qui talẽ abſolutionẽ poterit impendere reſtitutionẽ facienti, cũ hoc Papa ſibi nõ reſeruauerit.de ſent.exco.nuper.Sed pone ꝙ ordinarius abſolutionẽ talem impendit reſtitutione nõ facta: proderit ne talis abſolutio? Videtur ꝙ ſic, licet iniuſta.arg.de ſent.excõ. venerabilibus. §. vbi autẽ.lib.6. Sed in contrariũ multũ vrget iſte textus prohibens abſolutionẽ impendi, cũ dicit, minime.& nullo modo ſine reſtitutione, ergo factũ contra legis prohibitionẽ nõ tenebit, licet non ſit adiectum quòd factum contra non teneat.C.de legi.non dubium. 21.q.2.imperiali.ſic ſentit Gul.in ſententia lata.de offic.ord. Romana.§.ſi.licet Ber.aliter in eis ſentiat.& ad hoc vide quod not.Hoſt. de priuileg.volentes.in verbo,non præſumat.lib.6.

i ¶ *Non obſtantibus.*] Septima pars. Hanc clauſulam fore referendam dico ad omnia præcedentia.arg.ff.de leg.1.talis ſcriptura. §.vlt.extra de appel.c.inquiſitioni.& c.ſecundo requiris.& iſta nõ obſtantia tollunt effectum talium, vt ſaltem in aliquo obſtare non poſsint huic decre.& diſpoſitis per eam.arg.extra de reſcrip. cum aliquibus, vbi de hoc dixi lib.6.& ad hoc de elect. c. vbi maius. §. cæterum.circa ſi.de offic.ord.c.quia plerique. eod.lib.

k ¶ *Quibuſcunque.*] ideſt ſub quacũq; forma verborũ conceſsis.

l ¶ *Iuramento.*] arg.ꝙ Papa ſuper iuramẽto præſtito ex cauſa poſſet diſpenſare vel diſponere tanquam ille cuius auctoritas in illo intelligitur excepta.arg.ff.ad municip.l.Imperatores. extra de iureiur.c.venientes.& ſuper hoc vide quod not.eod.tit.c. quanto.

m ¶ *Confirmatione.*] intellige etiã ex certa ſciẽtia: tũ quia generaliter loquitur, tum etiã propter verbũ, quacunque, quod ſequitur.

n ¶ *Quacunque firmitate.*] puta pœnæ adiectione, pignorum datione, fideiuſſorum vel obſidum obligatione, vel alia ſimili.

o ¶ *Quæ omnia.*] ſcilicet priuilegia, indulgentias, conſuetudines, ſtatuta, iuramenta, confirmationes, & infirmitates quaſcumque.

p ¶ *Quo ad hoc.*] ſcilicet in hac decre.ſtatuta. quantum ergo ad alia in hoc cap.nõ expreſſa, talia intelliguntur caſſata nec ſublata. arg.ff.ſolu.matri.l.ſi cũ dotẽ.& l.ſi vero.§.ſi ſocero. in lib. feud.de reg.feu.c.1.& hoc facit pro iis quæ not.ſupra in §.& hoc.

q ¶ *Firmitatis.*] Not.Papam poſſe tollere ex cauſa talia, de quibus hic dicitur.& ſimile de elect. quia ſæpe.cum ſimilibus, huius ratio poteſt eſſe, quia in omni conſuetudine vel ſtatuto, & in iuramento ſemper intelligitur principis auctoritas, excepta.10.col. de prohi.feu.alie.l.imperialem.§. vlt. & dixi ſ. in verbo, iuramento

r ¶ *Nulli ergo.*] ſuper hac clauſula dic vt dixi in decr.Execrabilis.in fine.Zenzelinus.

### CAP. VNICVM.

Eccleſiæ Romanæ ſuorumque [s] fidelium diſpendia [t] diſſimulare non poſſum[9], quin poſtquã nobis cognita [v] fuerint, aduerſus ea opportunis [x] remediis occurram[9]. Attendẽtes [y] igit᷑ grauia nocumẽta, quæ nõnullis [z] ciuitatibus [a], terris, caſtris, intra patrimoniũ [b] beati Petri in Tuſcia, comitatũ [c] Sabinæ, & terrã [d] Arnolphorum conſtitutis eidem Eccleſiæ Romanæ ſubiectis, & perſonis ſingularibus eorundem, & diuerſorum tam nobilium, quam etiam aliorum vſurpato [e] regimine prouenerunt [f], & volentes ſuper hoc in

Diuiſio.

*Eccleſiæ Romanæ.*] Diuide iſtã decr. in partes quattuor. In prima cõſtitũtionis cauſa ſeu ratio præmittitur. In ſecũda facti prohibitioni ſubiiciendi recitatio ſubiungitur: ibi, *Attendentes, &c.* In tertia conſtitutio prohibitoria ſuper creatione officialium B.Petri, vel creatorum habentium per ſedem Apoſtolicam confirmari, annectitur: ibi, *Omnibus & ſingulis, &c.* In quarta factum in contrarium irritum decernitur: ibi, iuxta fin.§. *Decernentes, &c.*

s ¶ *Suorũque fideliũ.*] collige hic dominũ tẽporalem poſſe & debere ſe opponere pro conſeruando iure ſuorum ſubditorum.arg. ad hoc ff. de dolo. l. cum quis. extra de ordi. cog. c. 2. de reſti.ſpol.c.1. de appel. dilectis. in tantũ ꝙ ipſe guerram mouere 2 poteſt cõtra dominum temporalem opprimentem iura ſui ſubditi, ſi requiſitus iuſtitiam de illo facere negligat, vel recuſet, 23. q.2. c.dominus. ſic not. Inn.& Hoſtien.dicto c.dilectus.& Hoſti.de treuga & pa.c.1.& contra ſubditi opponere ſe poſſunt, ſi eorum dominus alteri ſe ſubiicere velit, quod eorum intereſt dominum ſuum alteri non ſubiici, ne cogantur plures dominos habere.arg.10.col.de prohib.feu.alien.l. imperialem.§.præterea ducatus.ſuper quo vide quod not.Hoſti. de maio.& obedien.dilecti.& Inno.de præſcrip.auditis.

2 Sed vt iuſtum ſit bellum quid obſeruari debeat, vide B. Thomam 2. 2. queſt. 40. art. 1. & Alfonſum Caſtrum lib. 2. cap.14. de iuſta hære. punitione.

t ¶ *Diſpendia.*] ideſt damna. ſimile de reſcrip. diſpendia. vt lite pend.diſpendiis.lib.6.

u ¶ *Cognita fuerint.*] ſuper ignoratis enim vel ignotis non poſſunt opportuna remedia adhiberi, ne ante iuris, quàm perſonę vel facti ratio habeatur.ff.de iure codicil.l.quidam referunt.Sicut nec ſuper incerto certa dari poteſt ſententia vel reſpõſum.11. q.3. graue.C.de tranſact.l.vt reſponſum.extra de ſpon.cap.de muliere.

Sententia certa ſuper incerto dari nequit.

x ¶ *Opportunis.*] vt iuxta facti quantitatẽ & qualitatem, perſonęque conditionem, loci & temporis, cauſæque diſtinctionem remedium inducatur.ff.de pœnis,l.aut facta.de pœnit.diſt. 1. aut facta. extra de homic.ſicut dignum.cum ſimilib. non autem more imperiti medici, qui vno collyrio omnium oculos vult ſanare. 29. diſt. ca. neceſſe.

y ¶ *Attendentes.*] ſecunda pars.& eſt ſimile de ſtatu reg.cap.attendentes.clem.5.

z ¶ *Nonnullis.*] ideſt aliquibus. duobus verbis negatiuis affirmatiuo æquipollentibus.ff.de verb.ſigni.l.duobus.de quo plenius dixi in decret.cum inter nonnullos.

a ¶ *Ciuitatibus.*] hic videri poteſt, quod not.Guliel. de reſcript. ſtatutum.in verbo, ciuitatibus.

b ¶ *Patrimoniũ.*] talia loca dicũt eſſe in patrimonio S.Petri, rõe iuriſdictionis & ſuperioritatis, quas in eis Rom.Eccleſia habet.

c ¶ *Comitatum.*] repete verbum, intra.

d ¶ *Et terram.*] & hic repete verbum, intra.

e ¶ *Vſurpato.*] hic ſonat vitium.quandoque autem in bono ſumitur.ſuper quo vide quod not.in decreta.ſi fratrum. circa princ. in verbo, vſurpationis.& expone vſurpato, ideſt inuaſo, vel illicite occupato.

f ¶ *Prouenerunt.*] hoc dicit quia ex vno male initiato regimine mala

poſterū [a] eorū diſpēdiis præcauere: Omnibus [b] & ſingulis comitatibus, ſeu vniuerſitatibus, & ſingulis perſonis ciuitatū, terrarū, caſtrorū, & locorū intra patrimoniū, comitatum, & terrā prędictos [c] cōſtitutis, in quibꝰ [d] videlicet nobis, ſeu quibuſuis officialibus noſtris ius [e] cōpetit deputādi, vel inſtituēdi, aut eligēdi ſeu ponendi poteſtates [f], capitaneos, dominos, vel rectores aut officiales quoſlibet alios, ne ipſę [g] poteſtatē, capitaneū, dominum, rectorē, vel defenſorē ſeu quemcumq; alium officialē, quocumq; nomine [h] cēſeatur, in ciuitatibus, caſtris, terris, & locis prædictis, aut eorum aliquo eligere, aſſumere, vocare, vel [i] recipere, retinere [k], aut iam electo vel aſſumpto, vocato ſeu recepto tanquam [l] poteſtati ſeu capitaneo, rectori ſeu defenſori vel officiali obedire quoquomodo [m] præſumāt, neve [n] taliter electꝰ, aſſumptus, receptus, ſeu vocatus, huiuſmodi poteſtariæ, capitaneatus, dominij, vel rectoriæ ſeu defenſoriæ, aut quodcunq; aliud cuiuſuis nominis officiū recipere, acceptare, aſſumere, vel gerere (niſi de noſtra & Apoſtolicæ ſedis licentia [o] ſpeciali) quomodolibet [p] audeat: ſed aſſumptū omnino [q] dimittat. Vbi vero ad cōmunitates ſeu vniuerſitates & ſingulares pſonas ciuitatum, terrarum, caſtrorum & locorum prædictorum, vel eorum aliquem [r] ius competit eligendi poteſtatem, capitaneum, dominū, vel rectorem, ſeu officialem quemlibet aliū: qui per nos ſeu quoſuis officiales noſtros debeat [s] aut conſueuerit [t] confirmari, nec ante de-

mala multa ſequuntur. in corpore authen. vt iudi. ſine quoquo ſuffragio. §. cogitatio. & ibi not. coll. 7. nam ad vnū malum frequēter aliud ſequit. ff. de rei ven. l. ex diuerſo. §. 1. Vix enim bono peragūtur exitu, q̄ malo fuerunt inchoata principio. 1. q. 1. c. principatus.

a ¶ *In poſterum.*] exempla enim præſentia, & præterita cauere nos præmonēt in futurum. 82. diſt. c. plurimos. in fi.

b ¶ *Omnibus & ſingulis.*] tertia pars. hic ſume illa verba, quæ ſunt circa finem, auctoritate Apoſtolica diſtrictius inhibemus. & inhibitio talis facta comitatibus, vel vniuerſitatibus facta videtur ſingularibus perſonis comitatū vel vniuerſitatem conſtituentibus, vt plene dixi in decreta. ſi fratrum. in verbo, ciuitatibus.

c ¶ *Prædictos.*] per hoc videtur ꝙ hæc conſtitutio ſit localis, cum ad certa loca & diſtrictus certos ſe limitet: ſed nihileminus ius conſtituit ad alia vel alios. C. de legi. l. 2. & arg. ff. de iuſtitia, & iure. l. omnes populi. Inſti. de iure natura. §. ius autem.

d ¶ *In quibus videlicet.*] ex hoc dicas prohibitionem & decretū huius decre. ſe non extendere ad loca, in quibus ius talia faciendi Papæ vel ſuis officialibus non competit: quia in illis de nullo præiudicio Romanæ Eccleſiæ agitur, nec de illis Papa intromittere ſe intendit, niſi ratione peccati. extra de iud. nouit.

e ¶ *Ius competit.*] principi ſoli competit, & nulli ſingulari de iure communi ſcripto dare iudices ordinarios: niſi aliud de cōſuetudine competat, vt eſt videre hodie in multis Baronibus & dominis temporalibus habentibus iuriſdictionem omnimodam in ſuo patrimonio incorporatā. arg. C. de emanci. libe. l. 1. de appell. iudi. l. viros. lib. 12. extra de foro compe. cum contingat. de offi. ordi. Romana. lib. 6. ſic ſentire vr̄ Ber. extra ne præla. vices ſuas. c. 2.

f ¶ *Poteſtates.*] hoc verbum & ſequentia ſunt nomina præſidentium iuriſdictioni. ff. de verb. ſig. l. poteſtatis. & patet in c. fundamēta. de elect. lib. 6. & in Extrauag. ſi fratrum. & ibi dixi.

g ¶ *Ne ipſæ.*] ſcilicet communitates vel ſingulares perſonæ.

h ¶ *Nomine cenſeatur.*] ſimile in c. ſi fratrum. de variatione enim nominis in talibus non curatur, ſicut nec alibi. 14. q. 3. cap. plerique. extra de ſimo. in tantum. ff. ſi cer. peta. l. lecta.

i ¶ *Vel recipere.*] ſcilicet de nouo.

k ¶ *Retinere.*] ſcilicet prius electum vel receptum.

l ¶ *Tamquam poteſtati.*] non eſt ergo hic prohibitum ei tamquā alij abſque iuriſdictione obedire. quod dic vt not. in c. ſi fratrum.

m ¶ *Quoquomodo.*] quaſi dicat etiam leue mandatum facienti, quia extra territorium ius dicenti impune non paretur. ff. de iuriſdic. om. iudi. l. vlt. extra de conſtit. cap. vt animarum. lib. 6.

n ¶ *Neve.*] repete verba, diſtrictius inhibemus, quæ ſunt infra.

o ¶ *Licentia ſpeciali*] ergo cum illa poſſet.

p ¶ *Quomodolibet.*] quaſi dicat nec per ſe nec per alium nedum inter inuitos, immo nec inter volentes. ſimile huic de reſcri. ſtatutum. §. in nullo. lib. 6.

q ¶ *Omnino dimittat.*] id eſt in totum nulla parte iuriſdictionis vel officij ſibi retenta.

r ¶ *Ius competit.*] forte ratione conſuetudinis, vel etiam ratione iuriſdictionis: quo cauetur ꝙ vniuerſitas per electionem ſibi iudicem conſtituat. C. de iuriſdi. om. iud. l. vlt. cum ſic electo lex dat ordinariam iuriſdictionem. arg. 63. diſt. c. ſi plebibus. in corpore authen. de defen. ciui. §. nos igitur. coll. 3. vt not. extra ne præl. vi. ſuas. cap. 2.

Iudex electus ab vniuerſitate, an de iure communi debeat ꝑ ſuperiorē confirmari.

ſ ¶ *Debeat.*] vt puta ex pacto vel tranſactione. Sed hic quæro vtrū de iure communi electus ab vniuerſitate in iudicem, habeat confirmari per ſuperiorem? Videtur ꝙ non. arg. ff. quando appel. ſit. l. 1. §. ſolet. de decr. ab ordin. faci. l. 1. Item ex quo tali electioni lex dat iuriſdictionem ordinariam, vt dixi in gl. præcedenti, non videtur neceſſe adeundus ſuperior pro aliqua confirmatione. arg. ff. de condi. inſti. l. quæ ſub conditione. §. vlt. in corpore authent. de hære. & fal. circa princ. coll. 1. cum etiam ex iuris communis beneficio vniuerſitati talis electio competat: qd̄ ab omni diminutione id eſt ſuperioris adiectione debet extraneū eſſe. in corpore auth. cōſtitutio, q̄ de dignitatibꝰ. §. illud. coll. 6. Præterea qua ratione in creato ſyndico ab vniuerſitate non eſt opus confirmatione ſuperioris vel decreto, cum ſic creato lex poteſtatem tribuat. ff. ꝙ cuiusque vni. not. l. 1. §. quibus. & l. nulli. idem videtur de electo in iudicem. ſic not. Inno. de ſyndico extra de procu. conſulti. & de iura. calum. c. Imperatorum. vbi de hoc per Hoſt. licet Accurſius in l. nulli. aliter ſentire videatur: ſed iura ꝑ quæ ad dicendum contra mouetur, hoc non probant. in contrarium videtur ad inſtar tutoris qui actorē nō cōſtituit niſi cum decreto ſuperioris. ff. de tutel. l. ſolet. de admi. tu. l. decreto. inſti. de cura. §. vlt. ad idem. quia conſenſu maioris partis vniuerſitatis videtur auctoritate ſolemni ſuperioris fore cenſendus confirmandus. C. de leg. ſi quid. & l. quoties. lib. 10. Item quia videtur intereſſe ſuperioris ſcire & examinare cui tamquā iudici vniuerſitas, & ſinguli ex ea per cōſequēs ſunt ſubiecta: quare eius aſſenſus videretur expoſcendus. extra de offi. archi. c. ad hoc. §. vlt. de exceſ. præla. d. lecta. cum ibi not. per Hoſt. licet eadem decr. pro parte contraria præſtet efficax argumentum. quid enim ſchiſmaticum vel hæreticum ſibi iudicem conſtitueret? non videtur aliqua re tolerandum. arg. extra de elec. c. venerabilem. Et iſtam opinionem declarare videtur Hoſt. extra de iudi. c. vlt. Sed ꝙ prius dictū eſt, fortioribus vinci vr̄ argumētis, potiſsime ſuppoſita tali vniuerſitate, quæ ſuperiorem non recognoſcat, ſicut ſunt multæ in Italia de quibus loquitur textus iſte. in illa enim infallibiliter videtur quòd aſſumptus per eam in iudicem confirmatione aliqua non egeat, cum non ſit ſuperior, qui eam dare poſsit, ſed in alia quę ſuperiorem recognoſcat, magis procedit dubitatio, & de illa poteſt dici ꝙ ſi ſine eius aſſenſu ſibi perpetuū iudicem vel poteſtatem eligere non poſsit, etiam prætextu conſuetudinis. in corpore authen. de defen. ciui. §. vlt. coll. 3. C. de ſuſcepto. & arca. l. neminem. lib. 10. & multis aliis iuribus ſtatuentibus officia publica, potiſsime iuriſdictionalia, quæ iure ſucceſſorio non transferunt, debere eſſe temporalia, nō perpetua: quæ allegata reperies tu merus canoniſta legum ignarus per Hoſt. dicto cap. vlt. & ad hoc de elect. fundamenta. lib. 6. Ratio huius fuit, ne tales perpetuo rempublicam occupatam retinentes, aſpera dominatione eam opprimerent. ff. de origi. iur. lib. 2. §. & cum placuiſſet. & ne conceſsionum dominatione ſubditos vexarent. 50 diſt. neminē. Temporalem autem iudicem ſibi forte conſtituere poterit abſque ſuperioris cōfirmatione: quia nō reperitur de iure ſcripto fore neceſſaria hæc in defenſore ciuitatis. C. de iuriſdict. omn. iudic. l. vlt. & per iura ſuperius allegata. intellige tamē iuriſdictione ſuperioris integre reſeruata, & omni eius emolumento: aliàs forte ſe poſſet opponere pro ſuo intereſſe, ne ius qd̄ habet in ſubditis perdat. ff. de aqua plu. ar. l. in concedendo. & l. iudicem. extra de teſti. veniens. & not. de præſcript. auditis. & plenius per Hoſt. de offi. ord. cū ab eccleſiarum. aliàs eſſet in poteſtate ſubditorū ſe ſubtrahere à ſuperioris dominij ditione. Non eſt autem abſonum plures iudices vniuerſitati præeſſe, vno ſub alio exiſtente. in corpore authen. de defen. ciui. §. nos igitur. coll. 3. & arg. eorum quæ not. Inno. extra de præb. cū non ignores. de reli. do. cum venerabilis. & per Guli. de re iud. abbate. in ſubſcriptione. ſed licet præmiſſa probabiliter dicta videantur, tutius tamen eſt dicere, ꝙ ſuperioris confirmatio requiratur, per ea quæ ſunt pro hac parte allegata. & eſt expreſſum in defenſore ciuitatis, qui electus ab vniuerſitate confirmari debet per ſuperiorem. in corpore authent. de defen. ciu. §. vlt. coll. 3. C. eo. tit. l. defenſores. ita nec occurrit probabilis ratio, quare non ita requiratur in alio iudice, ſicut in defenſore. ſic ſentit Accurſius. ff. de iuriſdi. om. iud. l. & quia. & dicam j. in glo. nedum ergo.

Iudices plures vniuerſitati præeſſe poſſunt.

t ¶ *Conſueuerit confirmari.*] in confirmatione igitur conſuetudo attenditur, vt hic. & arg. extra de capel. mo. dilectus. de conſue. cū

dilectus

dilectus.de ma.& obe.his quæ.de ver.ſig.abbate.ff.quod cuiuſque vniuer.nomine.l.nulli.de mune.& ho.l.vt gradatim.§.1. cum multis ſimilibus.

Conſuetudo in conſirmatione attenditur.

a ¶ *Debitam confirmationem.*] debitam dicit, quia examinatio in conſirmandis habet præcedere.extra de elect. venerabilem. de iureiu.Romani.c. itaq;. Cle.:.i.a demum confirmatur, ſi eſt idoneus aliis rite concurrentibus.ff. de mune.& ho.l. vt gradatim.§. 1. de decur.l.eos.extra de elec. cum nobis olim.

b ¶ *Tamquã poteſtati.*] tamquam alij,ergo obediri poſſet fraude ceſſante, vt dixi in cap.ſi fratrum.

c ¶ *Præſumat.*] nedum ergo electus ad dignitates eccleſiaſticas ante confirmationẽ non adminiſtrat. de elec. qualiter poſt obitum.& co. tit.c.auaritiæ. lib.6. immo nec electus ad ſeculares,vt hic,& C.de diuer. offi. & appar.iudi. & proba.eo.l. probatorias.lib.12.in corpore authen. de defen. ciui. §. interim. & §. ſi eadem. coll.3.

d ¶ *Inhibemus.*] talis inhibitio quem ad obtemperandum adſtringit, non obtemperanti inobedientię notã peccatum inducentem adſcribit. extra de ma. & obed.c.ſi quis.& c.illud. ff.de re mil.l.3.§.in bello.cum ibi not. & Hoſt. de offi. ord. inter cætera.§.vlt.de treu.& pa.c. 1. dignum eſt enim detrimentum vetitos ſubſtinere,&c. extra de cõſti.c.cognoſcentes.

bitam [a] confirmationem obtentam,ipſæ vel earum aliquæ ſic electo tamquam [b] Poteſtati ſeu capitaneo, rectori vel defenſori ſeu officiali in quibuſuis obediãt, neve taliter elect⁹ quouſq; confirmationem habuerit,(vt præfertur)huiuſmodi Poteſtariæ,capitaneatus, dominij vel rectoriæ ſeu defenſoriæ,aut cuiuſuis alterius nominis officio ſe immiſcere, vel illud gerere aut exercere quouiſmodo præſumat [c], auctoritate Apoſtolica diſtrictius inhibemus [d]:Decernentes [e] extũc irritum [f] & inane quicquid [g] contra huiuſmodi inhibitionis tenorem cõtigerit attentari [h]. Nulli ergo, &c. noſtræ inhibitionis & conſtitutionis infringere.Datum Auinioni iiij. nonas Auguſti, anno ſecundo.

# TITVLVS III. De præbendis & dignitatibus.

¶ *Tempore huius cap. obtinentes plures dignitates, perſonatus, vel beneficia curam animarum habentia ex diſpenſatione, virtute illius non poterunt retinere niſi vnum, & reliqua tenebuntur reſignare verbaliter & realiter coram ordinario ſub teſtimonio publico intra menſem à tempore notitiæ huius cap. niſi fuiſſent Cardinales aut regum filij. Illi autem qui plura talia ſine diſpenſatione obtinebant, potuerunt vltimum retinere, reliquis forma præſcripta & ſub eodem tempore reſignatis. Qui vero deinceps tale habuerit beneficium,ſi cum illo ſecundum ſimile receperit, quamprimum illius poſſeſſionem habuerit, vel per eum ſteterit quominus habeat, primum quo eſt ipſo iure priuatus, modo prædicto reſignare tenetur: aliàs vtrumque perdit, & inhabilis ſit ad ſacros ordines ſuſcipiendos, & ad quodcunque beneficium habendum. Tandem qui dicantur ordinarij quantum ad præmiſſa, & quæ ſint beneficia curã animarum habentia hic manifeſtatur. hoc dicit hæc extrauagans, quæ eſt notabilis & multum practicabilis,& grauius obligat quàm cap. de multa. eod.titu. in antiq.vt patet ad oculum.*

## CAP. VNICVM.

EXecrabilis [i] † quorundam tã religioſorum [k], quã ſecularium ambitio [l], quæ ſemper [m] plus ambiens eò [n] magis fit inſatia-

Princeps eſt lex animata in terris.

e ¶ *Decernentes.*] quarta pars.Et tale decretum principis factum in contrarium reddit nullum,vt hic vides: non quia ratione factũ contra legis ſcriptæ inhibitionem nullum eſt. C. de legi.l. non dubium.25.q.2.cap.imperiali.eadem ratione factum contra inhibitionem principis,qui lex eſt animata in terris,in corpore authen. de conſul.§.vlt.coll.4.cum & dici conſueuerit, ꝙ mitius agitur cum lege,quàm cum legis miniſtro.ff.de arbitr.l.Celſus.& notari conſueuit.extra de cle.excomm.min.cap.ſi celebrat.

f ¶ *Irritum & inane.*] ſimile C. de ſacroſãc. eccl.authen.caſſa & irrita.& ſic ceſſatione aliqua vel irritatione hominis non eſt opus niſi quatenus de facto proceſſerit, cum de ſe nullum irritari non poſſit.ff.de iniuſto teſta.l.nam & ſibi.de ædili.edic.l.bouem.§. vlt. & arg.extra de deſpon.impu.C.ad diſſoluendum.

g ¶ *Quicquid.*] & ita facta electio de talibus,iuxta §.omnibus & ſingulis.vel obedientia eis præſtita,vel factum per eos, iuxta ver. non vero.& conſequenter mandata quæcumque,proceſſus ſententiæ per tales facti & prolatæ,nulli & nullæ ſunt tamquam facta ab illis qui ius faciendi non habuerint poſt talem inhibitionem.ff.de off.proconſ.l.obſeruare.§.vlt.extra de conſuet.ad audientiam. de iurepa.ꝙ autem.& in decre.ſancta Romana.in fi.vbi de hoc dixi.

h ¶ *Attentari.*] ſimile de reſcrip.ſtatutum.lib.6. Zenzelinus.

E*Xecrabilis.*] ¶ Decretalis præſens diuiſibilis eſt in duas partes principales:In prima conſtitutionis ratio multiplex præmittitur:In ſecunda ipſa conſtitutio modificatiua contra obtinentes iam plures dignitates, vel perſonatus,ſeu beneficia cum cura ſub ſequitur infra in §. *Nos itaque.* Et illa diuidi poteſt in quinque partes: In prima enim contra prædicta obtinentes cum diſpenſatione legitima,cum pœnæ adiectione & certa proteſtatione certum quid diſponitur.In ſecunda contra illa obtinentes abſque diſpẽſatione canonica ſtatutum nouum editur:ibi,in §. *Porro quia.* In tertia contra recipientes ſecundum beneficium ſecum primum non compatiens,ius nouum annectitur:ibi,in §. *Qui vero.* In quarta qui in hoc caſu intelligentur ordinarij, declaratur: ibi, in §. *Cæterum ordinarios.* In quinta contra modificatiuam conſtitutionem interpretatio ſubinfertur:ibi,in §. *Quantum autem.*

† Hæc extrauagãs reperitur inter communes ſub tit. de præbend.cũ glo. Guil. de Monte Lauduno.

Et de materia vide concilium Triden. ſeſſio 7. de reformatio c. 2. 4.& 5.& ſeſſio.24.de reformatione, c. 17.

i ¶ *Execrabilis.*] Exponi poteſt hoc verbum, id eſt abominabilis, ſeu deteſtabilis. vel euitabilis.ſimile verbum & ſimilis expoſitio C.de aquæduct.l.ad reparationem.lib.11.ff.de ali.iu.mu. cau.fac. l. item.§.poteſt. C.de admi.tut. l. lex quæ tutores.circa mediũ.Et merito talis ambitio execrabilis dicitur, cũ circa ſpiritualia verſetur. C.de epiſ.& cle.ſi quẽquam.nã & contra temporalia eſt vitanda. cũ dicatur radix omnium malorũ. 1. ad Timoth. cap. 6. de pœnit.diſt. 2. quia radix.47.diſt.c.bonorum.& alibi appellatĩ mater omniũ malorũ, in corpore auth.vt nulli iudi. ver. agitur. coll.2. Et periculũ animæ inducitur in aſſecutione pluralitatis beneficiorũ ſine diſpenſatione legitima.extra dẽ præb. quia intantũ. & ibi not. per Hoſt.de excep.cum eccleſiaſticæ. licet Innoc. ibi notauerit nõ eſſe crimen plura beneficia ſimul habere. & de pręb. cum iamdudũ:ſed infallibiliter Hoſt.opinio eſt præſtantior,ſaltẽ in beneficiis ſe concurſu nõ compatientibus, de quibus præſens cap.loquitĩ. ſic etiam not.idem Inn. de elect. dudum 2. Sed hoc qualiter, nonne hic obtinebantur plura talia beneficia ex diſpenſatione Papali? vtique,vt patet infra.nõne ergo tut⁹ erat à periculo animæ ille cũ quo diſpenſatum erat?Dicat ꝙ ſic,etiam ſi abſque omni cauſa rationabili diſpenſationem obtinuiſſet:nã prohibitio retentionis taliũ beneficiorũ nõ à Deo,ſed à ſola volũtate conditoris canonis fuit inducta:quare ſola volũtate cõtraria tolli põt,iuxta illud:Eſt eius tollere vel interpretari,cuius fuit cõdere.C.de leg.l.vlt. extra de ſen. excõ.inter alia.11.q.3.§.ex his.ſic expreſſe ſentit Inn.& Hoſt.poſt cũ.extra de ſtatu mon.cum ad monaſteriũ.in. glo.niſi ex cauſa. & Guli.in Spe.in tit.đ diſpen. ſecus ſi diſpenſatio fiat contra votum tacitum vel expreſſum, vel contra legem Dei, vel cõtra ſtatutum generalis Eccleſiæ:nã in his facta ſine cauſa in foro animæ non prodeſſet, ſic intellige quod not. per Ber. extra de voto. c. non eſt. & clarius per Hoſt. & Inn. extra de renun.c.cum inter P.

Diſpenſ. in beneficiorũ pluralitate, an ſit tutus à periculo animæ.

k ¶ *Religioſorum.*] cũ iſti ſint plus Deo aſtricti quàm cæteri:nam per profeſſionẽ contẽptis honoribus,abiectis diuitiis,ſpretiſq; delitiis arbitriũ propriũ ſubiugarũt alteri⁹ ditioni.extra de elect.quorũdã.lib.6.in eis periculoſior eſt ambitio,cũ nõ ſint peiores experti quã qui nõ in monaſteriis defecerũt,ſcđm Aug.47.diſt.c.quantũlibet.& ſcriptũ eſt:Poſt cõcupiſcẽtias tuas nõ eas.mens etiã potentiæ,id eſt humanæ dignitatis auida, nec abſtinere nouit à vetitis, nec gaudere cõceſsis,nec pietati adhibere cõſensũ,vt ea.diſt.c.viſũ.& extra đ cõceſ.pb.c.deteſtãda.lib. 6. & alibi legĩ:Quos amor dominatiõis inuaſit,iugũ diſciplinę fecit reſpuere.96.di.c.bñ q̃dẽ,

Dignitatis auidus à vitiis non abſtinet.

l ¶ *Ambitio.*] expone,id eſt, aſpiratio vel anhelatio ad dignitatẽ vel bñficiũ, vt colligitur C.ſi cer.pet. l. quiſquis. extra de præb. cũ iamdudũ.alibi tñ ſumitur aliter.ff.de decre.ab ord. fac.l. ambitioſa.Et de hac ambitione ſcribit B. Bernardus: O, ambitio ambientiũ crux,id eſt,pœna,qũo omnes torquẽs omnibus places?hoc ex praua intẽtione.ſic recitat Hoſt.de præb.c.quia intantũ.ipſa tñ niſi ad actũ realẽ proceſſerit,ſola pœnitẽtia tollitur.arg.extra de ſimo. cap.vlt.& not.Hoſt.de cler.non reſi.c.relatum.in verbo, amoueri.

Ambitio torquet omnes.

m ¶ *Semper.*] hoc aduerbium denotat omnimodã temporis continuationem ff.de ann.leg.l.Caio.§. Imperatore. de condi. & demonſtra.l. ſi quis ita. §.Titio.de conſecra. diſtin. 5. cap. nunquam.

¶ n *Eò* ] ponitur pro tanto,vel pro ideo.

a ¶ *Inſatiabilis.*]

a ¶ *Inſatiabilis.*] ꝓprie loqtur huius cap.cõditor:nã nec ſatietas vnquã nec finis aderit cupiditati.47.diſt. ſicut hi.nã totus mundus nec obolus eſt auaro.14.q.4.c.quid dicam. vnde verſificator dicit:
*Diues habere cupit quãto plus omnia ſumit.* & de ipſo dicitur:
*Eris ſeruus æris,ſi te ſpecies trahat æris.* & not.c.ſicut hi.

bilis [a] quo [b] ſibi amplius indulgetur [c],& improbitas [d] importuna petentium à nobis & prædeceſſoribus [e] noſtris Romanis Pontificibus,nõ tã [f] obtinuiſſe,quàm [g] extorſiſſe plerunq; noſcuntur, quòd [h] vnus interdũ etiã ad vnũ beneficiũ [i] eccleſiaſticũ minus [k] idoneus, in [l] diuerſis eccleſiis nedũ [m] vicinis, ſed etiã ab inuicem longe diſtantibus,immo [n] nõnunquã in diuerſorũ [o] regnorũ partibus ſituatis,duas aut tres, aut plures [p] dignitates [q],perſonatus,officia ſeu Prioratus [r],aut diuerſa eccleſiaſtica beneficia curã animarũ [s] habentia [t] poſſit diſpenſatiue [v] (cũ aliàs non liceret de iure [x] cõmuni) reci-

b ¶ *Quo.*] expone pro quantum, vel pro quia.

c ¶ *Indulgetur.*] hoc dicit,quia cum vni indulgetur indigno, ad prolapſionis contagiũ prouocat vniuerſos.33.q.4.c.eſt iniuſta.& ſi ea quę male vſurpantur omittimus,exceſſus viam aliis aperimus.35.q 9. c. loci. 81. diſt. peruenit.facilitas etenim veniæ incentiuum tribuit delinquẽdi.dicto c.eſt iniuſta.& extra de vita & hone.cler. c. vt clericorũ. & hoc intellige de facto.de iure enim non tribuit. & ſic nõ obſtat 1.q.7.c.exigunt,vel aliter, vt ibi not.

d ¶ *Improbitas importuna.*] ideſt infeſta,ſeu inquieta,per quam non concedenda frequenter concedũtur.C.de pe.bo. ſubla.l. 1.lib. 10.extra de concel.præb.deteſtanda.lib.6.quare valere non debẽt, vel ſaltem conceſſ. reuocari merentur, vt dictis iuribus.& extra de purg.cano.c.cum in iuuẽtute.de reſcript. quia per ambitioſam. lib.6.Per hoc quod dicit,improbitas:apparet, quòd alia importunitas,puta quæ non ad noxam tendit, ſed ad remedium vel iuris proprij conſeruationem, vel perſecutionem non eſt inhibita, ſed permiſſa:quare exaudienda.de pœnit.diſtin.1.cap.importuna. 100. diſtin.cap.priſca.2.q.6.§.poſt appellationem. ff. de libel.dimiſ.l.1. extra de appel.ab eo.lib.6.

e ¶ *Prædeceſſoribus.*] hic dic ſi placet quod dixi in procemio cõſtit.Clem.5.in §.hæc ſane.

f ¶ *Tam obtinuiſſe.*] ſcilicet à liberaliter concedente.

g ¶ *Quàm extorſiſſe.*] ſcilicet ab inuito per talem importunitaté. extra de purg.cano.c.cum in iuuentute.extorſio enim liberalitaté neſcit,& violentiam ſapit.ff.de leg,3.l.fideicommiſſa.§.ſi rem.quare per eam conceſſa extorta potius quàm obtenta dicũtur. de electio.quorundam.lib.6.

1 De materia huius gloſſę vide late Ioãnem de Lignano in tracta.de pluralitate beneficiorum.

h ¶ *Quod vnus.*] hoc contra ius commune 1 eſt,vt infra ſequitur, quòd vnus plura beneficia ſe ſimul non compatientia obtineat, cum ſingula ſint ſingulis committenda perſonis.79.diſt. c. ſingula. extra de præb.c.cum ſingula.lib.6.cum ſibi quis vendicare non debeat ſtipendia plurimorum.de cler.non reſi.quia nonnulli.nam & hoc idem in honoribus vel militiis ſecularibus reperitur. Duos enim honores ſimul agere quis non poteſt.ff.ad municip. libertus. §.præſcriptio.nec duas militias habere.C.qui mi.poſ.vel nõ.l.4.§. in poſterum.lib.12.nec in duobus collegiis ſimul eſſe. ff. de colleg. illi.l.1.§.vlt.not.de hoc de præb.c.præterea.

i ¶ *Beneficium eccleſiaſticum.*] verbum iſtud comprehendit nedum canoniam,præbẽdam,dignitatem,perſonatum,officiũ,eccleſiam,vicariam:immo & præſtimoniam & penſionem ad vitam pro titulo aſsignatam.arg.1.q.3.c.ſi quis dator.& c. ex multis. & ſic videtur ſentire Inno.& Hoſt.de reſcript. poſtulaſti. & c.ad audientiam.In genere autem ſumptum hoc verbum,beneficium, nihil aliud eſt quàm beneuola actio gaudium tribuens capienti. in lib. feud.in quib.cau.feud.amit.§.in primis. ad hoc autem adde quod not.Hoſt.de præb.c.ſuper inordinata.in verbo,reputati.

k ¶ *Minus idoneus.*] hoc ex multis cauſis poteſt contingere, not. Hoſt.de præb.c.ſuper.Sed hic quæro,nunquid ille qui ſcienter indignum promouet ad beneficium,peccet vtique,cum contra conſcientiam faciat, & ſic ei gehẽnam ædificet. 28. q. 1. §. ex his, extra de reſti.ſpol.litteras.Iterum:quia ex hoc mandatur puniri, qđ non fieret niſi peccaſſet.de elect.nihil.de præben.graue. de æta.& qualita.ex ratione,& c.indecorum.23.diſt.c.tales.50. diſt. cap. aliquantus.Item cum hoc faciat contra expreſſam prohibitionem canonis vel præceptum, vt in dictis iuribus, contra faciens peccat mortaliter.4.diſt.§.vlt.extra de maiorit.& obed. c. ſi quis. ſic ſentit Hoſt.de offic.ord.inter cætera.§.vlt.de treu.& pa. c. 1. Nec tales canones inhibitionem vel præceptum continentes de conſuetudine tolli poſſunt,licet ſecus ſit in aliis.4.diſt.§.leges. not. Hoſt. in d.c.1.In foro contentioſo tenetur promouens de mala adminiſtratione taliũ promotorum.arg.ff.de magi.conue.l.3. ad municip. l.Lucius.§.Imperator.C.de magi.conue.l.in magiſtratus. extra de offic.archid.ea quæ.Sic ſentit Inno. & Hoſt. poſt eum dicto c. ex ratione.poteſt enim hoc dici,quòd mali miniſtri electio eſt in culpa,vt dictis iuribus. & arg. ff. nau. caup. ſtabu. l.1.§.vlt.nau.caup. ſtab.l.1.§.hac actione.ad leg.Aquil.ſi ſeruus.§.Proculus.Inſti.de oblig.quæ ex quaſi male.§.item exercitor.& dicto c.ea quæ. Quid autem de illo qui ſe idoneum non ſentit, an recipiendo beneficiũ peccet?Dicas quòd ſic,extra de elect. innotuit. §. multa, 28. diſt. priuſquam.48.diſt.c.ſicut neophitus.& arg.ff. ad leg.Aquil.itẽ iure.in princ.& §.1. l.& ſi ſeruus. §.ſi calicem.cũ ſimilibus.receptionis enim ſuæ tempore debuit ſuam inhabilitatem patefacere. & ſic vel non recipere vel diſpenſationem obtinere. 50. diſt.ex pœnitẽtibus. 24.diſt. c. 1.extra de corp.vitia.expoſuiſti.quiſque enim cum onere in quo ſubſtitutus eſt, vires ſuas metiri debet: & ſi impar eſt,abſtineat, & ad id cum metu etiam cui ſe ſufficere æſtimat,accedat.1.q. 1.non eſt putanda.

Indignus beneficium recipiens peccat.

l ¶ *In diuerſis eccleſiis.*] in quibus impoſsibilitas reſidendi, & ſic Deo ſeruiendi in eodẽ inſtanti tẽporis. arg. ff. de eo quod cer.lo. l.nõ vtique.§. ſi quis ita ſtipulatur. Inſti. de verb. oblig.§.loca. inducit prohibitionem pluralitatis talium beneficiorum, cum nec in eadem eccleſia in qua poteſt Deo continue deſeruire, obtineri poſſint etiam prætextu conſuetudinis,extra de conſue.cap.1.lib.6.

m ¶ *Nedum vicinis.*]hoc caſu vicinæ eccleſiæ vel longe diſtãtes intelligerentur iuxta communem patriæ conſuetudinem & opinionem.arg.ff.de flu.l.1.§.flumen. de fun.inſtru. l.cum delanionis, §.aſinam.de dammo infec.l.inter quos. licet quandoque loca dicantur vicina intra duas dietas non diſtantia.de præbend.cap.præſenti.§.loca.lib.6.

Immo, multipliciter ſumitur.

n ¶ *Immo.*] hæc dictio poteſt eſſe aduerbium affirmandi,& ponitur coniunctiue pro, et, ſicut alibi.C.de nouo condi. faci. §. quibus.aliàs ponitur diſiunctiue pro,vel.C.de ſacroſan.eccle.l.iubemus.§.œconomũ.aliquando eſt aduerbium eligendi, & tunc ponitur correctiue,vt potes videre in iuribus.ff.de manu.teſta. l. Stichus. de hæred.inſti.l.ſi ita ſcriptum.de condi.& demon.l.cum ita legatum.de pœnit.diſt. 1. cap. qui dicit.1.q.1.§.opponitur. extra vt lit.non conteſta.accedens.cum ſimilibus.

o ¶ *Diuerſorũ regnorũ.*] ex hoc potiſsime inſurgere poſſent multa mala, de quibus infra dicitur: nam & contra promotionem vel prouiſionem, quæ fieret ad dignitatem vnius regni de incola alterius regni,admitteretur exceptio domini temporalis, ſi promouẽdũ haberet ſuſpectũ de proditione terræ ſuæ vel cõſiliorũ & ſecretorũ ſuorũ.arg.ff.de pœnis.l.ſi quis aliquid.§.transfugæ. de re mili.l.omne.§.exploratores.extra de re iud,petitio.ita ſentiunt Inno, & Hoſt.cla:ius poſt eũ de accuſ.c.ſuper his.nã alieni regni arcana ſcrutari non conuenit.C.de commer,& merca.l.mercatores.

p ¶ *Aut plures.*] puta 4.5.& vltra.

Dignitas ꝑ quid diſcernitur.

q ¶ *Dignitates.*] quid ſit dignitas,perſonatus,officiũ,in quo differunt ſecundũ ius ſcriptũ,vide quod ſuper hoc not.Guli. de conſue.c.1.lib.6.Vel dic ꝙ iſta diſcernuntur ex inſtitutione vel cõſuetudine cuiuſlibet eccleſiæ. nam dignitas in vna aliquando in alia eſt perſonatus vel officium.& ſic Hoſti.de præb.de multa.

r ¶ *Prioratus.*] ſuper iſtis prioratibus,ſi placet, vide quod dixi de offic.ord.cap.præſenti.lib.6.

ſ ¶ *Curam animarum.*] intellige qualitercunq; ſiue in foro pœnitẽtiali,de qua cura loquiẽ decre.omnis. de pœn. & dic vt ibi per Hoſt,ſuper hoc notatur,ſiue in contentioſo,de qua loquitur decr. dudum 2.§.tandem.de elect. de hoc per Hoſti. de præb. de multa.

t ¶ *Habentia.*] ſed quæ beneficia dicuntur habere curã,an illa ſola,quæ eam habeant actu vel ſolo etiam habitu,puta illa quæ deſierunt penitus parochianos habere?Car. Guli. Duran. & Ioa. Mon. dicunt de elect.licet canon.ꝙ ſola illa quæ in actu,non autem habitu. Guli. autem contra ſentit ibidem. Sed aliorum opinio plus mihi placet,vt ibi dixi,& illam amplectitur Hoſti.de cler.non reſi. quia nonnulli. qui contra hanc materiam multa quærit ibidem, quæ hic mihi attribuere non curo.

Diſpenſatio quid eſt.

u ¶ *Diſpenſatiue.*] diſpẽſatio dicitur eſſe iuris rigoroſi relaxatio. 1.q.7.c.exigunt.& not.50.diſt,vt conſtitueretur.& an ſit debita vbi ſubeſt cauſa,& quo iure poſsit peti, & an peccet non diſpenſans vbi cauſa ſubeſt,vide qđ not.in dictis cap.vt conſtitueretur.& exigũt.& 50.diſt.domino ſancto. Sed per quẽ ſuper talibus beneficiis pluribus retinendis diſpenſari poſsit?Dic breuiter ꝙ ob prærogatiuam meritorũ perſonæ ſolus Papa.ſic intelligitur decre.de multa.§. vlt. de præben. Sed ob cauſam vtilem vel neceſſariam poteſt epiſcopus diſpenſare,arg.extra de conceſ.præb,cum noſtris.§. ad hoc.de æta. & quali. c. tuam. ſic not. Hoſt. dicto c.de multa. licet Bern.aliter ibi ſentire videatur.de hoc aliàs ſcripſi de conſue. c.1. lib.6.vbi Guliel.hanc opinionem ſequitur:& Pet.de Samp.dicto c. de multa.& Guliel.in Spec.tit.de leg.§.videndum.ver.ſed nũquid epiſcopus.& de hoc etiam not.70. diſt. c. ſanctorum. & 21. q. 2. ſi quis iam tranſlatus.

Diſpenſatio ſuper beneficiorum pluralitatem à quo fieri poteſt.

x ¶ *Iure cõmmuni.*] de cler.non reſiden.quia nonnulli. de præb. quia intantum.70.diſt.ſanctorum, cum ſimilibus.

a ¶ Recipere.]

a ¶ *Recipere.*] ſume verbum, ſimul, quod ſequitur: aliàs enim receptio plurium talium beneficiorum permiſſa eſt ſaltem ſucceſsiue, intantum quòd receptio ſecundi facit ipſo iure vacare primũ. de præb. de multa. & hoc intellige quo ad ipſum recipientem, non autem quo ad illum à quo primum beneficium habuerit: nam per illum beneficiatus in primo beneficio inuitus ex cauſa retineri poteſt, vt not. Pet. de Samp. dicto c. de multa. & Ioannes 21. q. 2. ſi quis iam tranſlatus. vel poteſt primum beneficium tanquam ſpoliatum ab illo repeti, vt ibi not. Ber.

pere [a], & ſimul licite retinere: Vnde inter cætera [b] inconuenientia, ſubſcripta [c] ſequũtur: quòd [d] videlicet interdũ vnius, qui vnicum quamuis [e] modicũ vix [f] officium implere ſufficeret [g], plurimorum ſibi vendi-

b ¶ *Cætera.*] ſubaudi multa damna vel pericula: & tunc pũctuabis poſt verbum, cætera. Vel poteſt punctuari poſt verbum, inconuenientia. & dices inter cætera inconuenientia.

c ¶ *Subſcripta.*] ideſt, infra poſita. ſcilicet mala vel inconuenientia ſequentia, quæ ſunt xj. numero.

Honores maiores aſſequi non poteſt, qui minoribus indignus eſt.

d ¶ *Quod videlicet.*] Primum inconueniens.

e ¶ *Quamuis modicum.*] multo minus ſufficeret ad magnum: nã inſufficiens & ſic indignus inferiori beneficio, indignior eſt ſuperiore. ff. de ſena. l. qui indignus. & cui minor honor interdictus eſt, omnes honores maiores interdicti cenſentur: ridiculum enim eſt quòd minoribus prohibitus, ad maiores honores valeat aſpirare. ff. de interdict. & releg. l. relegatorum. §. vlt. iuxta illud: Carens minoribus non fruatur maioribus. ff. de ſer. expor. l. cui pacto. 24. q. 1. miramur. 21. diſt. cap. ſubmittatur. cum ſimilibus. & hoc verum, niſi ex cauſa contrarium inducatur. extra de tornea. cap. 1. dic ſuper hoc vt ibi not.

Vix, difficultatem inducit.

f ¶ *Vix.*] hæc dictio quandoque difficultatem inducit, non tamen impoſsibilitatem: quia quod vix fit, tamen fit. ff. de iudi. l. vix certis. C. de pœnis. l. incredibile. extra de cler. non reſi. conquerente. 93. diſt. miratus. 19. diſt. memoriam. de cogna. ſpi. c. per cathechiſmum: lib. 6. & hoc niſi in abſolute prohibitis vel de iure impoſsibilibus: tunc enim impoſsibilitatem denotat. ff. de aſsignan. libe. l. vlt. §. fin. de leg. 1. ſi ſeruus legatus. §. quicunque. ad Velle. l. tutor. de verb. ſigni. l. alienationis. de mune. & hono. l. reſcripto.

g ¶ *Sufficeret.*] C. de aſſeſ. l. nemo. de præpo. ſacro ſcri. l. hac parte. de agen. in rebus. l. agentes. lib. 12. 16. q. 1. presbyteros. 79. diſt. ſingula. extra de cler. non reſi. quia nonnulli. ex quibus iuribus & ſimilibus fuit ſumptum quod hic dicitur.

h ¶ *Vendicet.*] ideſt, appropriet vel applicet.

i ¶ *Stipendia.*] plurimorũ, quod eſt ſupra, id eſt, plurimis debita, vt in iuribus ſ. prox. allegatis, vt ſ. in glo. hoc contra ius commune.

Eccleſia viris litteratis permaxime indiget.

k ¶ *Litteratis viris.*] quibus Eccleſia Dei per maxime noſcitur indigere, vt circumcincta muro inexpugnabili pugnatorum & bellatorum, &c. extra ne cleri. vel mona. ſuper ſpecula. §. vlt. de elect. cum in eo. lib. 6. ipſorum enim ſcientia eſt circa ſpiritualium adminiſtrationem potiſsimum neceſſaria, & circa curam temporalium quamplurimum opportuna. extra de renun. niſi cum pridem. §. pro defectu. de offic. ordi. inter cætera. vnde immerito ſunt maioribus beneficiis honorandi. de præb. de multa. §. vlt. & tanquam illi qui eccleſiaſticis vtilitatibus deſudarunt, dignis ſunt prouiſionibus conſolandi. 12. q. 2. c. eccleſiaſticis. & ſecundum labores ſuos ad meliores gradus & ad meliores dignitates producendi. C. de offic. præfe. præt. Afri. l. in nomine Domini. circa finem. de agen. in re. l. 1. lib. 6.

Caſtitas depurat à carnis lubrico.

l ¶ *Vitæ puritate.*] ideſt, munditia & caſtitate quem depuratum reddente à carnis lubrico, de qua vtpote Deo grata. 32. q. 5. c. 1. & quaſi per totum. & legi amica, & per legem laudanda. in corpore authen. de non alie. aut permu. rebus. §. optimũ itaque. coll. 1. in l. ſcribitur quod ſola eſt, quæ cum fiducia poteſt Deo animas hominũ præſentare. in corpore authen. de leno. §. ſancimus. coll. 3. nec luxuriantibus, ſed pudicis priuilegium legis datur. in corpore authen. quib. mod. nat. effi. ſui. §. ſi quis autem defectus. coll. 7. Vel poteſt exponi vitæ puritate, id eſt, cãdore & nitore, qua in depurante ab omni peccati vitio deterſa eius macula, vt colligitur in corpore authen. de mona. in prin. coll. 1. aliàs parum prodeſſet caſtitatem corporis ſeruare & aliis vitiis maculari, cum omnis virtus patiatur ab vno vitio detrimentum: & delinquens in vno factus eſt omnium reus. de pœnit. diſt. 5. conſideret. extra de reg. iur. defleat. vnde promouendi vita nedum honeſta quo ad caſtimoniæ obſeruationem, immo inculpabilis quo ad alia debet eſſe. in corpore authen. quomodo oppor. epiſ. §. ſancimus. coll. 1. 25. diſt. §. nunc autem. & patens eſſe debet aliis, vt ex eius viſione ſedula exemplum profectus ſumant. 2. q. 6. cum paſtoris. & talis vitæ puritas virtutes inducens, quem promotione dignũ reddit. extra de elect. c. innotuit. §. multa. vnde alibi ſcribitur, quòd non omnes prælati pro prælatis habentur: nomen enim quem epiſcopum non facit, ſed vita. 2. q. 7. §. his ita. & per contrarium, ſecundũ beatũ Gregorium ſequitur, quòd cuius vita diſpicitur, reſtat vt eius prædicatio contemnatur. 3. q. 7. §. porro.

Virtus omnis ab vno vitio detrimentum patitur.

Epiſcopum facit non nomẽ, ſed vita.

m ¶ *Bonæ famæ.*] hoc dicit ad denotandũ quòd promouẽdus bonum teſtimoniũ habere debet, ab his etiam qui foris ſunt. in corpore authen. de mona. §. cogitandum. & §. ordinationẽ. quomodo opor. epiſ. §. ſancimus. coll. 1. & de armis. §. hanc igitur. coll. 6. & in nullo debet eius opinio vacillare. 33. diſt. laici. cum æſtimatio, quæ idẽ eſt quod opinio, ſit illæſæ, id eſt non diminutæ dignitatis ſtatus. ff. de vari. & extraord. cog. l. cognitionũ. §. æſtimatio. quæ multum cooperari dicitur, cũ per eam nõnulla ad illuminandã veritatem in lucem emergant. ff. de quæſt. l. de minore. §. tormenta. & præſumptionem magnam in bonum inducit. extra de elect. innotuit. §. multa. quare præferenda eſt eius reſeruatio quantiſcunque diuitiis. ff. ſi quis omiſ. cau. teſta. l. Iulianus. vnde crudelis dicitur qui eam negligit. 12. q. 1. nolo.

cet [h] ſtipendia [i], quæ multis litteratis viris [k] vitæ [l] puritate ac teſtimonio bonæ [m] famæ pollẽtibus [n], qui mendicant [o], poſsẽt abũde [p] ſufficere æqua [q] diſtributione collata habentibus ipſa paratur [r] vagãdi [s] ma-

Aeſtimatio quid eſt.

n ¶ *Pollentibus.*] reſplendentibus vel fulgentibus. 12. q. 1. nolo. nã tanquã luminoſæ ardenteſque lucernæ ſuper candelabrũ in domo Domini poſitæ fulgere dicuntur iuſti per vitæ puritatem, iuxta dictum Apoſtoli: Fulgebunt iuſti, &c. extra de relig. cap. glorioſus. lib. 6. & non loci vel generis nobilitate, ſed virtute animi gratiam ſibi comparare dicuntur. 40. diſt. cap. illud.

Eccleſiæ miniſterium vituperatur, ſi per clericos mẽdicatur.

o ¶ *Qui mendicant.*] quod redũdare dicitur in vituperiũ miniſterij eccleſiaſtici 93. diſt. c. diaconi. extra de renun. c. ad ſupplicationem. cuius mendicitatis vitatio cordi fuit huius cap. conditori. vt patet per effectũ. nec mirũ, quia cum clerici in ſortem & hæreditatẽ Domini ſint vocati, & eius obſequio deputati, & diuinis obſequiis adſcripti, de eius patrimonio viuere debent, & Eccleſiæ ſtipendiis ſuſtentari. extra de præb. cum ſecundũ. nam Eccleſia cuius ſunt obſequio dedicati, ipſos Dño ſociauit. extra de pœnis, presbyteri. vnde turpe eſt illũ vel illos videri egẽtes, quos quis habuit in miniſtros vel cõiuges. in li. feu. de notis feu. §. 1. & arg. ff. ſolu. matr. l. alia. de re iudi. l. ſunt qui. Sed quos clericos appellabis mendicãtes, an illos qui victũ habent, ſed reſpectu qualitatis perſonarum ſuarum pauperes ſunt? Videtur quod illi ſoli mendicare videntur, qui victum non habent, quaſi aliàs paupertas non proſit. arg. 16. q. 1. c. vlt. extra de ſen. exco. ea noſcitur. de fur. c. ſi quis. & C. de mendi. vali. l. 1. lib. 11. Sed dicas mendicitatem conſiderandã iuxta perſonarũ qualitatem. Quid enim ſi homo illuſtris genere vel eminentis ſcientiæ, habeat victũ ſuum, ſed iuxta decentiã ſuam indumenta vel ſocietatẽ & alia neceſſaria nõ habet, & ſolo victu ſine decore ſtatus ſui contẽtus eſſe nõ poteſt? negari non debet quin iſte ſecundũ ſe mendicare dicatur. arg. ff. ex quib. cau. ma. l. in eadem. de vſu. l. ſed & ſi quid. de admi. tut. l. cũ plures. §. cũ tutor. vbi pupil. edu. debe. l. ius alimentorũ. §. ante oculos. de ali. leg. l. cum alimẽta. de iure dot. l. quæro. & l. cũ poſt. §. gener. de iudi. l. ſi longius. in fi. & l. ſed & ſi ſuſceperit. §. ſed & ſi proponas. extra de præben. de multa. §. vlt. de ſimo. c. & ſi quæſtiones. 51. diſt. c. non cogantur. pro hoc facit quod not. Hoſt. expreſſe de ſent. exco. quod de his. & Ber. de teſti. c. ſi quis teſtiũ. Inno. de conſti. cũ omnes. in glo. vlt. & quod dicã etiã in glo. æquam intellige. ordo enim naturæ eſt, quod nõ omnes ſint æquales. in corpore authent. de mona. §. ordinatione. coll. 1. quia nõ omnes per omnia, &c. C. de vete. iure enu. l. 1. §. 1. circa fi. de offic. rect. prouin. l. potioris, nec vniuerſitas alia poterat ratione ſubſiſtere, niſi ordo magnæ differentiæ eam ſeruaret. 89. diſt. c. ad hoc. potiſsime cum talis mendicitas non ſit à iure determinata: vnde arbitrarie erit conſiderãda. arg. extra de offi. deleg. de cauſis. ff. de leg. 1. l. ſi domus. §. in pecunia. de iure delibe. l. 1. arbitrium autem ſuum firmabit iudex ſecũdum perſonarum qualitatem. per iura prædicta. ff. de teſti. l. 3.

Clerici mendicãtes qui appellandi ſunt.

p ¶ *Abunde ſufficere.*] Nota verbum, abũde ſufficere: quaſi dicat non ad ſuperfluitatem, ne mala quæ ſequuntur inſurgant, nam ſecundũ Hieronymum, aliena rapere conuincitur, qui vltra neceſſaria ſibi retinere probatur. 62. diſt. §. hoſpitalem. & 48. diſt. c. ſicut hi. & ſuper hoc vide quod not. Hoſt. de præb. de multa. & plenius proſequitur Guliel. de reſcript. ſtatutum. §. aſſeſſorem. in glo. proprium.

q ¶ *Aequa diſtributione.*] æqua intellige iuxta qualitatẽ, & cõditionem perſonarum, quod proſequere vt not. tam per ordinariam quàm per extraordinariam glo. de reſcript. cum à Deo. & 21. q. 1. c. extra. de præb. de monachis. & ſignanter dicit textus, æqua: nam attenta perſonarum qualitate non debet tantum vni dari, quòd alij ſcrupuloſo corde moueantur. 16. q. 1. de decimis. hoc tamen intellige iuxta not. per Inno. extra de conſti. cap. cum omnes.

r ¶ *Paratur.*] Secundum inconueniens.

Religioſus extra clauſtrum fingitur viuere non poſſe.

ſ ¶ *Vagandi materia.*] quæ periculoſa potiſsime religioſis exiſtit. extra ne cleri. vel mona. c. vt periculoſa. de præb. cum ſingula. lib. 6. de offi. ord. quanto. 16. q. 1. c. monachi. & c. quidam. C. de epiſc. & cleri. generaliter. cum ex debito teneantur eſſe in clauſtro ſaltem

admini

ria diuinus [a] cultus minuitur [b], hoſpitalitas [c] in ipſis beneficiis debita [d] non ſeruatur. Et dum non ſunt ſui in vnaquaque regione rectores [e], eccleſiarum detrahitur [f] commodis & [g] honori, quæ [h] carentes defenſorum [i] auxilio in [k] iuribus ſuis & libertatibus [l] multipliciter [m] collabũtur [n], & ruinis [o] patent ædificia [p] nobilia [q], quæ magnificentia [r] extruxerat [s] deceſſorum [t]; & (quod [u] amarius [x] eſt dolendum [y] (animarum

adminiſtrationem non habentes:finganturque ſine illo viuere nõ poſſe,ſicut piſcis ſine aqua,eadem cauſa & quæſtione, c. placuit. Clericis ſecularibus eſt etiam inhibita.extra de p æb. quia intantum.cum non debeant deeſſe horis canonicis in eccleſiis, in quibus ſunt beneficiati.91. diſt. Eleutherius. & multis cap. ſeqq. aliàs puniuntur, vt ibi. Sed pone clericum beneficiatũ reſidentem in beneficio habere aliquod priuilegium, quia reſidet: perdet ne illud ſi vagari incipiat? Dicas ꝙ ſic.C.de epiſc.& cleri.generaliter canonizata. 16. q. 1. generaliter. & videtur expreſſum.

Clericus priuilegiatus quia reſidet, ſi vagari incipiat, illud perdet.

C.de domeſti.& protect.l.ſi quis domeſticorum. lib. 12. ibi not.& arg.ff.pro ſocio.l.actione.§. item qui ſocietatem. ff. de iudi. l. 2. §. item ſi.ex qui.cau.maio.l.miles.& l.ſicut.§.tandiu.C.de teſta. mili. l.ſancimus.qui.non ob lon.temp.præſc.l.ſancimus. Quid autem ſi ſe excuſare nitatur dicens ſe habere licentiã vagãdi à prælato,vel de cõſuetudine, quam allegat ſuper hoc introductam, proderunt ne ſibi talia? Dicas ꝙ non,per ea quæ not.per Inno.de cler.nõ reſi. ex tuæ.Item cum ſecularis clericus in pluribus locis domicilium poſſit habere.ff.ad municip.l.aſſumptio. §. iuris. extra de reſcrip. dilectus 2.de foro comp. ex parte B. vbi in dubio præſumitur habere domicilium? Dicas ꝙ in loco beneficij, ad cuius reſidentiam teneretur.Regularis autem prælatus in ſolo monaſterio ſuo domicilium reputatur habere,ſecundum Inno. not. de priuil. ex ore. & quicunque in loco domicilij reperitur,præſumitur à locis aliis ex cauſa probabili foro abſens.ff.de fideicom.lib.l.ſi cum ſeruũ.§.vlt. & per contrarium abſens à loco vbi reſidere tenetur,malitioſe ... ſe abſens præſumitur,niſi aliud conſtet,vt not.Inno.de eo qui mit. in poſ.c.ſi aduerſarius.Et per hoc videtur ille vagabundus reputari,qui à loco in quo aſſiduus habet eſſe,aberrat,vt in dicta l.ſi quis domeſticorum.& C.de deſerto.& occul.l.1.lib.12.

Domiciliũ clerici in dubio vbi præſumitur.

Vagabũdus quis dicitur.

a ¶ *Diuinus.*] Tertium inconueniens.

b ¶ *Minuitur.*] qui deberet potius augmentari.extra de conſti.ex parte.de reſcript.quia per ambitioſam.lib.6. nam & diminutio diuini cultus facit reuocari licentiam de non reſidẽdo à prælato ob tentam. de cleri.non reſiden. cum ad hoc.ſicut alia neceſſitas eccleſiæ.not.Inno.de cler.non reſiden.tuæ.& magnus fauor ei debetur,nam ipſum turbans capitali ſententia damnatur,ſecundum legem.C.de iis qui ad eccleſ.confug.denuntiamus.de epiſcop. & cleri.l. ſi quis in hoc genus.

c ¶ *Hoſpitalitas.*] Quartum inconueniens,de iſta hoſpitalitate vide quod legitur & not.42.diſt.c. hoſpitalem.

d ¶ *Debita.*] intellige ſolita & congruens, iuxta quantitatẽ prouentuum beneficij.ſic not.Hoſt.de præb.de monachis.Per hoc autẽ quod dicit,debita,videtur innuere,ꝙ neceſſitatis, nõ tantũ voluntatis eſt hoſpitalitas:& in beneficiatis hoc certũ eſt.85. diſt.Florentinum.& 41.diſt.§.1.& quicquid habet eccleſia,&c.16. q.1.quoniam quicquid.not. Ber. dicto c.de monachis. Sed quid de aliis, puta laicis & clericis non beneficiatis, eſt ne quo ad eos neceſſitatis? Ber.innuere videtur quòd ſic, intantum quòd excommunicari poſſint,niſi hoſpites recipiant.22.diſt.§.hinc etiam.not. de empt.& vend.c.1.Inno.tamẽ contrariũ ibi not.Hoſt.autem videtur applaudere opinioni Ber. dicens, ꝙ non ſufficit ſoluere integram decimam,niſi de nouẽ partibus eis remanentibus eleemoſynã faciant. 16.q.1.reuertimini.86.diſt.c.non ſatis.Tu potes dicere, ꝙ illi in foro contentioſo non dicuntur adſtricti ad hoſpitalitatem, cum per legem nullus benefacere ſit cogendus,cum coactus nullum meritum conſequeretur.23.q.5.fidem.45.diſt.c.qui ſyncera. & c. de Iudæis.nec bonus inuitus quis efficitur. 23. q. 6. c.vides. & ſic poteſt ſaluari opinio Inno. Sed in foro animæ ſecus dicas,cum miſericordiam exercere omnibus ſit præceptum.dicto c. non ſatis. & ex præcepto legis quis tenetur diligere proximum ad id, ad quod ſe ipſum,ideſt ad humanum genus.extra de maio. & obed. c.dilecti. Præmiſſa etiam dicas in hoſpitalitate charitatiua: ad aliam enim clerici non tenentur.extra de immu.eccle. c. 1. de epiſ. & cler.l.1. niſi in conceſſione poſſeſſionis facta Eccleſiæ concedens albergã vel hoſpitiũ ſibi retinuiſſet:tunc enim ſecus. arg. extra de cenſi.c. 1.& c.quãto.18.q.2.c.ſeruitiũ.ff. de pac.in venditionibus. cum ſimi.

Hoſpitalitas an ſit neceſſitatis.

Laici an ſint ad hoſpitalitatem adſtricti.

e ¶ *Rectores.*] ſinguli in beneficiis reſidentes.

f ¶ *Detrahitur cõmodis.*] Quintũ incõueniẽs.& talis detractio eſt vitãda cũ ad cõtrariũ,ſcilicet ad procurandã eccleſiarũ vtilitatẽ clerici ſint adſtricti.12.q.2.ſine.& extra de reb. eccl.nõ ali.dudũ.lib.6. & c.ſi quis.C.de ſacroſan.eccle.authen.hoc ius.10.q.2.hoc ius.

g ¶ *Et honori.*] Sextum inconueniens.& talis honor non eſt prætermittendus,immo quandoque lucro pecuniario præferendus.ff. ſi quis omiſſa cauſa teſta.l.Iulianus.

h ¶ *Quæ.*] ſcilicet Eccleſiæ.

i ¶ *Defenſorum.*] ſine quibus nihil in præiudicium Eccleſiæ attẽtari poteſt, extra ne ſe. vac.c. 1. de reb.eccle.non alie.dudum. lib. 6. & arg. C. ſi aduer. rem iudi. l.cum & minores. cum ſimilibus.

k ¶ *In iuribus ſuis.*] collabuntur,quod eſt infra,& eſt ſeptimũ inconueniens, & per hoc quod dicit,iuribus. cõprehendere videtur bona quæcunq; ſint mobilia, vel immobilia: vel per ſe mouentia, corporalia vel incorporalia.arg.C.de ſacroſan. eccl.l. iubemus. de quadrien. præſcript. l. 2. de præſcrip.xxx. vel xl. an. ſi quis in rem. Inſtit. de reb.corp. & incorp.circa finem.

l ¶ *Libertatibus.*] Octauum inconueniens. & in quibus conſiſtant libertates Eccleſiæ,vide quod not.per Inno.de ſent.excom.c.nouerit.

m ¶ *Multipliciter.*] hoc dicit,quia quandoq; iura Eccleſiæ depereunt ex negligentia beneficiati, de qua ſcribitur ꝙ omnia lædit. in corpore authen.de quæſto. §. hæc omnia.coll.6. & eruditionis nouerca dicitur. 84. diſt. c. nihil. quandoque ex indebita occupatione ſeu inuaſione aliorũ. 12. q.1. quicunq; militũ. 3.q.1. redintegrãda.

Eccleſiæ iura per duo depereunt.

n ¶ *Collabuntur.*] ideſt, in totũ vel in partẽ pereũt ſeu damnificant.ſimile verbũ.C.de admi.tut.l.lex quæ tutores. circa medium,

o ¶ *Et ruinis.*] Nonũ incõueniens.Et cũ ex talibus ruinis publicus deformetur aſpectus.ff. ne quid in loco pub.l.2.§.ſi quis nẽminẽ. & l.vlt.extra de elect.c.fundamenta.§.dignæ.itaque vitandæ ſunt, vt ibi. & C. de edi. priua.l. 2.de ope. pu.l.intra.& ideo marmora vel columnæ domus etiã per dominum eius legari vel in terminos alienari non poſſunt.ff.de lega.1.cætera.& dicta l.2.

p ¶ *Aedificia.*] quæ forẽt poti' reparãda,& in ſuo bono ſtatu noſeruãda.de elec.generali.lib.6.& patẽt expreſſius C. de admi.tut. l.lex quæ tutores.circa medium.& hoc citius quàm noualia opera inchoanda.per hoc enim plurimum laudis acquiritur,ſi ædificatio collapſa vetuſtate vel deſidia derelicta vel aliàs inchoata imperfecta,perficiantur.C.de ope.pub.l.vlt.& arg.ff.eo.l.opus.& l.vlt.

q ¶ *Nobilia.*] qualia poſſint dici illa ex quib' expugnari poſſunt inimici,vel ex quibus patens eſt tuta defenſio contra eos, vt ſunt turres mœnia & alia fortalitia,de quibus loquitur cap.Piſanis.extra de reſti.ſpol. & C.de offi.præfe.præto.l.in nomine Domini. Et poſſunt dici nobilia iuxta vſum loquendi cõmunẽ.arg.ff. de flu.l.1. §.1.de fun inſtr.l.cũ de lanionis.§.aſinã.quia ad conſeruationẽ nedũ rerũ,immo & humanorũ corporũ ſunt cõſtructa, quæ dicũtur nobiliſſima creaturarũ.ff.de ædil.edi.l.iuſtiſſime. Vel dicuntur nobilia propter ſui pretioſitatẽ & valorem,licet modicũ annui redditus afferentia,de quibus loquitur lex in corpore authe.de nõ alie. §.ſi vero alicuius.coll.2.C.de ſacroſan.eccl.authen.perpetua. ver. ꝙ ſi res pretioſa. Sed iuxta hoc põt quæri,vtrũ priuato liceat facere talia ædificia, vel habere? Breuiter dicas ꝙ in lumine impediri non licet.C.de fun.limi.l.2.lib.11.& dicta l.in nomine Domini.Sed an alibi poſſit? Dic quod ad æmulationẽ alicuius alterius, ſi materiam ſeductionis inducat,nõ licet.ff.de ope.pu.l.opus.aliàs autem licitum eſt. C.de edi.priua.l.per prouincias.& ibi not. in dicta l.2. Quid autẽ præſumetur in dubio? Dic ꝙ præſumetur non ad inuidiã vel æmulationem facere.arg.dictæ l.per prouincias.iuxta l.merito.ff.pro ſocio.cũ ibi not.& arg. eorũ quę not. ff. de dam. infe.l. fluminũ. §. vlt. Si autem non licet, vt dictũ eſt, noua ædificia vel fortalitia talia facere vel habere:ſic nec prius facta nec habita talium eſt incaſtellare vel propugnaculare: & ſi contra factum eſt, cõdictione ex dictis iuribus vel officio iudicis agi põt per quemcunque cuius intereſt,vt ipſa in ſtatutum priſtinum reducantur,vt not.Inno.c.Piſanis.& Hoſtien.poſt eum.

Turres & mœnia dicuntur ædificia nobilia.

Turres habere an liceat in priuato.

r ¶ *Magnificentia.*] id eſt magnanimitas, vt colligitur de ſupl. negl.præla.c.grandi.lib.6.ſimile verbũ in pſal.Quoniã eleuata eſt magnificentia tua, &c. & in corpore authẽ.hæc cõſtitutio.in fi.de litigioſis, in fi.coll.8.vel expone,magnitudo,C.de offi.præf. præt. l.in nomine Domini.alibi reperies diuerſa nomina,quæ attribuũtur alicui præſidenti,quaſi in fi.omnium cõſtitu.in corpore authe.

ſ ¶ *Extruxerat.*] id eſt conſtruxerat:ſyllaba enim, ex,hic non priuat,ſicut nec in Euangelio.Et quedã mulier Martha nomine excepit eum,id eſt ſuſcepit. & extra vt lit.non conteſta. quoniam frequenter.§.quòd ſi ſuper.C.vbi in rem actio.l.2.

Ex,non ſemper priuat.

t ¶ *Deceſſorum.*] quãdoque ponitur deceſſorum,quandoque prædeceſſorum,quãdoque anteceſſorum.C.de ope. pu.l. vlt.quod dic ſi placet,vt dixi in procemio domini Ioannis Papæ xxij.ſuper conſtitutionibus Clementis.

u ¶ *Et quod.*] Decimum inconueniens.

x ¶ *Amarius.*] id eſt periculoſius,cum animæ & ipſarũ cura ſint rebus omnibus præferendæ,C.de ſacroſan.eccle.l.ſancimus.

Anima eſt omnibus præferenda.

y ¶ *Dolendum.*] cum ſanguis,id eſt cõſcientiæ ſubditorũ de præſidentium negligentium manibus requiratur. 43. diſtin. Epheſiis. extra de offic. ord.irrefragabili. de regul.iur. quamuis. cum enim ratione officij ad animarum cuſtodiam teneantur, præſumitur

contra

contra eos ſi pereant.ff.de eden.l.ſi quis ex argentariis.§. vlt.cum ibi not.& ad hoc ff.loca.ſi quis domum.§.Imperator. extra de offic.archi.ea quæ.

a ¶ *Negligitur.*] talis negligentia contra negligentem peccatum mortale inducit.81. diſt. cap. dictum.extra de offic. archi. ea quæ. vbi de hoc.

cura negligitur [a], & vitiorum [b] ſentibus [c] fomentum [d] pericu loſe [e] præbetur [f]. ¶ Nos [g] itaque tot [h] malis tantiſque diſcri minibus [i] occurrere cupientes [k], omnes & ſingulas diſpen ſationes [l] ſuper receptione [m] aut retentione [n] plurium [o] dignitatum [p], perſonatuum, of-

b ¶ *Et vitiorum.*] vndecimum inconueniens.

c ¶ *Sentibus.*] ſi habes ſentibus, potes exponere, ideſt incentiuis vel inflammatiuis occaſionibus, iuxta illud vulgare quo dicitur: Opportunitas quem peccare facit, quæ opportunitas eſt vitanda, de elect. c. fundamenta. de ſta. reg.c.1.lib.6.18.q.2.c.definimus.de cohabi.cler.cap.1.C. de epiſc.& cle.l.eum qui.ff.de vſu & habi. non aliter.cum ſim. Si habes cœtibus, expone, id eſt, coadunationibus vel ſocietatibus. ſic ſumitur extra de iudi.c.mulieres.lib.6. & illis eſt via præcludenda, iuxta illud: *Si non vis calui, fugias conſortia calui.* 28.q.2.c.ſæpe malorum.ff.de ſer.cor. l.1. §. perſuadere.de iureiur.l. item apud.§.appellare.& ſeq.& ſic ſecundum hoc, verbum cœtibus, in mala parte ſumitur: alibi ſumitur in bona. C. de profeſ. qui in vrb.l.1.lib.12.Si habes, ſenſibus, prout eſt communis littera, tunc planum eſt, & expones, ſenſibus, ſcilicet quinque corporalibus per quos tamquam per feneſtras mors ad animam intrat, ſecundum beatum Ambroſium.

Mors per ſenſus ad animã intrat.

d ¶ *Fomentum.*] ideſt, nutrimentum.

e ¶ *Periculoſe.*] vt puta animæ præiudiciale, ſimile de pœniten. diſtinct.1.periculoſe.

f ¶ *Præbetur.*] hoc poteſt referri ad illos ex quorum perſonis prædicta inconuenientia procedunt, vt eis tale fomentum præbeatur in ſuarum periculum animarum, vt dixi in glo. ſi habes. vel parochianorum ipſorum ex curæ negligentia.arg.extra de ſent. excom. alma.lib. 6. vel poteſt referri ad illorum ſuperiorem, ſi in illis prædicta inconuenientia toleraret, quia error cui nõ reſiſtitur, &c.& negligere cum poſsit perturbare peruerſos, &c.nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ. &c. 83. diſt. error. & in extrauag. dicti domini Ioan.ſi fratrum.§.qui igitur.& ſi ea quæ male vſurpantur, omittimus, &c. 43. diſt. peruenit.35.q.9.loci.ideo vicarius Chriſti huius cap.conditor volens quo ad ſubditos, & quo ad ſupradicta inconuenientia penitus euitare, ſtatuit vt ſequitur.

g ¶ *Nos itaque.*] ſecunda pars.

h ¶ *Tot malis.*] prouenientibus ex vndecim inconuenientibus, vt in parte præcedenti.

i ¶ *Diſcriminibus.*] de quibus dixi ſupra proxi.

k ¶ *Cupientes.*] ſimile de elect.cupientes.de conceſ. præben.cap. deteſtanda.lib.6.

l ¶ *Diſpenſationes.*] hic poſſet repeti quod dixi in parte præcedẽti, in verbo, diſpenſatiue.

m ¶ *Receptione.*] dic vt dixi ſupra circa principiũ capituli, in verſ. recipere.& expone, receptione, ſcilicet ſimul facienda.

n ¶ *Aut retentione.*] intellige etiam de collatis ſucceſsiue talibus beneficiis.de quibus ſequitur, vt ſit ſenſus ad diſpẽſationes obtentas ſuper receptione taliũ inſimul facienda, vel retentione ipſorũ etiã ſucceſsiue obtentorũ moderationem infra poſitã ſuſcipiãt.

o ¶ *Plurium.*] quotcunque ſint numero, vt patet ſ.circa princip.

p ¶ *Dignitatum.*] ſuper hoc verbo & ſequentibus dic vt dixi in parte præcedenti.

q ¶ *Forma.*] de conceſ.præben.deteſtanda.de iureiur.c.contingit. §.finali.lib.6.

r ¶ *Cuicunque.*] Cum nedum infinite, immo & vniuerſaliter loquatur ad cuiuſcunque qualitatis perſonas extendatur. ff. de here. inſti.l.hoc articulo.de leg.præſtan.l.1.§.generaliter. extra de maio. & obedien.c.ſolitæ.circa fin.de priuileg.quia circa. 19. diſt. ſi Romanorum.& quia certæ perſonæ ab iſta vniuerſalitate excipiũtur vt ſequitur: vnde per hoc in cæteris effectus vniuerſalitatis confirmatur.ff.de fun,inſtru.l.quæſitum.§. idem reſpondit domo inſtructa.in corpore authen.de non alie.aut permu. eccleſ. §. vt autem. coll.2.cum not.in eis.

ſ ¶ *Perſonæ.*] per hoc verbum videtur quòd hæc decreta. & eius moderatio extendantur & comprehendant diſpenſationes perſonis non locis conceſſas: nã ſi idem de omnibus voluiſſet, hoc vtiq; expreſsiſſet, quod cum non fecerit; pro omiſſo debet haberi. extra de deci.ad audientiam.ff.de libe.& poſth.l.cõmodiſsime.ſolu.matri.l.ſi cũ dotẽ.C.de cadu.tol.l.1.§.ſin autem ad deficientis. Sed in contrariũ videtur: quia in omnibus videtur eadem ratio, ergo idẽ ius, ſcilicet vitatio multorũ inconuenientium, quibus præſens cap. occurrere intendit, vt hic dicitur.arg.extra de tranſl. epiſ. c. inter. de confir.vti.cum dilecta.ff.de fon.l.1.§.hoc interdictũ. C.de conſti.pecu.l.vlt.Nam & ſtatutum in vno, licet de ſe odioſo, ſtatutum cenſetur in alio.vbi eſt penitus rationis indẽtitas.ff.de adul.l.ſi poſtulaueris.§.ratio.de eden.l.quædam.ſ.nummularios.Et not. Garſias de elect. cupientes. in princ.in glo.ſed poſito.& colligitur ex decre.cupientes.iuncta ad illam decre.ſi poſtquam. §. vlt. eod.tit.

ficiorum, Prioratuum, aut beneficiorum, quibus cura animarum ſit annexa, ſub quacunque forma [q] vel expreſſione verborum à nobis vel prædictis prædeceſſoribus, cuicunque [r] perſonæ [s] conceſſas (Cardinalibus [t] tamen ſanctæ Romanæ [v] Eccleſiæ, qui cir-

& ex decr. licet canon. eod. tit. & iuncta ad decre.vnicã. de offi. vica. Clem. v.& arg. in corpore authent. vt ij qui obl. ſe habe. perhi. res mi. §. 1. coll. 6. vbi ſtatutum licet pœnale in curatore extenditur ad tutorem propter identitatis rationẽ. & de hoc plene aliàs dixi de reſcript. abbates. Cle. v. reſpondendo ad decre.ſtatutum.de elect.lib.6. quæ prædictis prima facie videtur obſtare.Quid ergo dices? Reſpondeo ꝙ diſpenſationes locis vel dignitatibus conceſſas non tollit hæc decre. tũ quia hoc non exprimit, & agitur de iure perſonarũ per diſpenſationem quæſito tollendo, quare remanet argu. 26. q.2.cap.1.& in multis capitulis eiuſdem quæſtionis.& in lib.feud.de feud. cog. c. 1.in fi.tum quia in illis ceſſat perſonalis ambitio, vagatio & importunitas, quæ dederunt cauſam ob inconuenientia inde ſequẽtia editioni huius decret. vt patet in princ.ergo ceſſare debet eius effectus.72.diſt.§.verum. C. de tranſa. l. interpoſitas. tum quia citius perſonis quàm locis vel dignitatibus conceſſæ diſpenſationes alibi ſummouentur. de reſcript.quia per ambitioſam. de priuileg. c.ne alicui.lib.6. & argum. ff. de cenſi.l.ætatem .§. rebus. de aqua quoti.& æſti.l.1.§.præmittitur.

Statutũ pœnale quandoque extenditur ex rationis identitate.

t ¶ *Cardinalibus.*] ſic dictis, quia ſedi Aoſtpolicæ, quæ axis eſt & cardo aliarum eccleſiarum.22.diſt ſacroſancta. ſeruiunt, vt ſequitur: & ſic cognomen ſumitur ab eo, qui deſeruitur. arg.C. de excu. mu.l.hydraulæ.lib. 10. de aquæductu. l. decernimus. §. vniuerſos. de fabricen.quaſi per totum.lib.11.ff de verb.ſign.l.ferri.§.fin.in corpore authen.de defen.ciui.circa princ.col.3.de armis.circa prin.C. de epiſ.& cle.l.decernimus.21.diſt.cleros 16.q.1.ſi cupis.

Cardinales quare ſic dicuntur.

v ¶ *Romanæ Eccleſiæ.*] cui ſoli cõpetit Cardinales habere, & non alteri, niſi hoc haberet ex priuilegio.not. Compoſtel. de conſtitu. cum acceſsiſſent.Quid ergo erit de dominis Cardinalibus moderni temporis per dominum noſtrum Papam hodie præſidentem & ſuum anteceſſorem creatis, dicerentur ne de iure Cardinales Romanæ Eccleſiæ? Videtur ꝙ non, cum proprie Romana Eccleſia ſit in vrbe Romana.arg.ff.de verb.ſigni.l.bona ciuitatis.& l. eum qui. vnde à propria verbi ſignificatione recedi nõ debet in dubio, nec ad abuſiuam reſpectus haberi.ff.de leg.3.l.nõ aliter.in princ. & §. 1.circa fin. de verb.ſigni.l.nepos. Item quia in vrbe ipſa locum ſedis Apoſtolicæ Dominus dicitur elegiſſe. extra qui fil. ſint legi. c. per venerabilem.§.rationibus.& ipſam vrbem Apoſtoli Petrus & Paulus vno die pro merito, loco vno pro gloria, ſub vno perſecutore pro pari virtute compaſsi glorioſo cruore martyrij Chriſto Domino conſecrarunt.2.q.7.c.beati.extra de elect.fundamenta.& ad illam venit Dominus iterum crucifigi, vt dicto §. rationibus.ſcilicet in perſonam Petri.3.q.1.noli. in fi.Sed his & aliis omiſsis quæ poſſent ad hoc allegari, dicas contrarium: certum eſt enim quòd Deus non in loco, ſed in perſona ſancti Petri ſuam Eccleſiam fundauit, dicens: Tu es Petrus, &c. vt in Euangelio Matth. & recitatur.21.diſt.§.1. &c. vt not. in dicto c. fundamenta. & poteſtas clauium Petro data in eius perſona, ſuis eſt ſucceſſoribus attributa. 40.diſt.c.non nos.extra de tranſla.epiſc.quãto.& c.inter.de re iud. ad Apoſtolicæ.§.nos itaque.lib.6.conſtat etiam perſonam non ſolum ſedem vel cathedram facere.4.diſt.c. multi.Not etiam de iure epiſcopum eſſe in eccleſia quo ad gubernationem & protectionem, & eccleſiam eſſe in illo quo ad obedientiam.7. q.1. c.ſcire. vbi eſt ergo ſummus epiſcopus, qualis eſt Papa, ibi eſt Romana Eccleſia, ibi eſt ſedes Apoſtolica: nam cum de iure communi in eccleſia vacante ſit electio facienda, 23. diſt.in nomine Domini. extra de elect.quod ſicut.& Papa vbicumque moriente, ſit ibidem vel ſaltem in ciuitate proxima noui paſtoris electio faciẽda. extra de elect.vbi maius. §. porro. & cap. ne Romani. Clem. v. ergo ſequitur, ꝙ ibi Eccleſia Romana & ſedes Apoſtolica vacet, & ſic neceſſario habet dici, quòd ibi ſit, quia non poteſt vacare proprie, niſi vbi eſt, ſicut non poteſt quis mori vbi non eſt. not. Guli. de elect.cõmiſſa.lib. 6. ad præmiſſa. facit ſatis expreſſe extra de præb. c.præſenti.lib.6.vbi not. Guli. ꝙ vbi eſt Papa, ibi eſt Romana curia. Ex his igitur reſultat clare, ꝙ creati Cardinales per Papã vbicunque, dici debent Romanæ Eccleſiæ Cardinales. & diligenter aduertẽti facilis eſt reſponſio ad allegata in contrariũ. licet enim Deus diſpoſuerit in vrbe Romana Apoſtolos martyrium pati, & ipſam eorum ſanguine conſecrari: hoc fuit ideo, vt in ea quæ caput erat ſuperſtitionis, caput quieſceret ſanctitatis, & vbi gẽtiliũ principes

Cardinales per Papam creati vbicũque, an dicãtur Cardinales Romanæ Eccleſiæ.

Eccleſia fuit fundata non in loco, ſed in perſona.

Vbi Papa, ibi Romana curia.

cipes habitabãt, illic Eccleſiæ principes morerẽtur, vt dicti [...] ti. in fi. quare nõ ſequitur, ꝙ ibi ſolũ & nõ alibi, ſcilicet v[...] conſi[...] eſt, ſit eccleſia Dei & ſedes Apoſtolica, licet etiam reſpectu [...] eſsita[...] & ad locum peculiarem in vrbe Romana dicatur Eccleſia [...] na. quod verum eſt de illa, quæ membrum eſt vniuerſalis Eccleſiæ, ipſa autem vniuerſalis Eccleſia in plura membra hodie eſt diſperſa. 7. q. 1. Nouatianus. in perſona Petri fundata cenſetur fuiſſe vbicunque fuit Petrus, & adhuc eſſe vbi eſt hodie ſucceſſor eius, vt dixi, & patet expreſſe per hunc textum. Sed ideo generaliter dicitur Romana, à ciuitate in qua Petrus fundamentum Eccleſiæ mortem ſubiit temporalem.

ca a nos vniuerſali b Eccleſiæ ſeruiendo c ſingularum d eccleſiarum commoditatibus ſe impendunt e, ac regum f filiis g, qui propter ſublimitatem h eo-

a ¶ *Circa nos.*] ad inſtar ſenatorum lateri principis aſsiſtentium, de quibus & eadem ratione de dominis Cardinalibus poteſt dici, ꝙ cenſentur pars corporis principis, vnde ſicut in illis, ita in iſtis crimẽ læſæ committi dicitur maieſtatis. C. ad leg. Iul. maieſt. l. quiſquis. extra de pœnit. c. felicis, lib. 6.

b ¶ *Vniuerſali.*] quæ proprie dicitur collectio fidelium. de conſe. diſt. 1. c. Eccleſia. & dicitur vna, quia vna fides. extra de ſum. trinit. firmiter. §. vna. in plura tamen membra ſingularia per orbem terrarum diffuſa. 7. q. 1. Nouatianus. 16. q. 7. c. decimas.

Papa & imperator vocant ſe ſeruos.

c ¶ *Seruiendo.*] Not. Cardinales dici ſeruitores Eccleſiæ: nec mirum, cum & Papa ſeruire ei dicatur, quare ſe ſeruum appellat: & Imperator ſeruum vltimum Eccleſiæ ſe vocat. C. de offi. præfect. præ. l. quas gratias. §. 1. cupiens Dei & eccleſiæ ſeruitium adimplere. ead. l. §. hoc etiam. ordo enim ſeruiendi eſt in humana creatura, vt inferior ſuperiori deſeruiat. aliter enim vniuerſitas nulla poterit ratione ſubſiſtere, niſi ex diuerſitate graduum ordo diuerſitatem in ea ſeruaret. 89. diſt. cap. ad hoc.

d ¶ *Singularum eccleſiarum.*] quæ membra dicuntur vniuerſalis Eccleſiæ. 7. q. 1. Nouatianus.

e ¶ *Se impẽdunt.*] ideſt exhibent & promptos & obſequiales offerunt. ſimi. huic extra de cle. non reſi. cum dilectus.

f ¶ *Regum.*] intellige catholicorum: infidelium enim filiis non eſt veriſimile Papam voluiſſe aliquid prærogatiuæ circa pluralitatem beneficiorum ſeruare, cum de iure communi illorum ipſi capaces non ſint, ſaltem vſque ad ſecundam generationem. de hæret. quicunque. §. hæretici. lib. 6. per lineam tamen maſculinã deſcendentes. eo. tit. c. ſtatutum felicis. & hoc verũ eſſe probabiliter poteſt dici de diſpenſationibus per eos obtentis poſt incurſam hæreſim per parentes, quia negari non poteſt, quin tales diſpenſationes ſint noui iuris eccleſiaſtici acquiſitiuæ, à quo tales excluduntur, vt dicto §. hæretici. Sed ſi ponas diſpenſationes obtinuiſſe ante hæreſim parentum, erit ne idem? Credo ꝙ non: immo habebit locum quod hic dicitur, quia ius quæſitum filiis, per talem hæreſim parentum tolli non debet. arg. ff. de ſena. l. filiam. de pœnis. l. crimen. C. eo. tit. l. ſancimus. extra de iis quæ fi. à ma. par. c. quæſiuit. & arg. dicti c. quicunque. §. ad hoc. & §. vlt. vbi poſt hæreſim parentum prohibetur filiis beneficiorum acquiſitio, non tollitur antefacta, & emancipatio facta de liberis poſt hæreſim parentum, nulla dicitur, ergo à contrario ſenſu ante bene tenet, & ſuo vigore potitur, ita & hic: quia non portabit iniquitatem patris filius. 1. q. 4. c. 1. & 2. & arg. C. de hære. authen. idem eſt. potiſsime, quia tales diſpenſationes non peruenerunt ad filios ex perſonis parentum, ſed aliunde. arg. ad hoc ff. de interdi. & releg. l. 2. de decu. l. 2. §. nullum. de iurepa. l. 3. in fi. de bon. poſ. contra tab. l. 3. §. emancipatus. Sed iuxta hoc quæro: pone aliqua nobilis vel alia mulier fuit vxor regis, illoque mortuo retinuit dignitatem reginæ. ff. ad municip. l. filij. §. vidua. extra de foro competen. c. ex parte. ſed poſt ſuſcepit filium ex aliquo nouo marito: nunquid ad aliud extendetur quod hic dicitur? Dic quòd non: tum quia non eſt filius regis, quod iſte textus expoſcit: tum quia & ſi à marito, non tamẽ à rege illum ſuſcepiſſet, ad illud quod hic dicitur, minime traheretur: nam contrahendo cum viro inferiori quàm rege, illa deſit habere dignitatem reginæ. C. de inco. & muni. l. vlt. lib. 10. & dicto §. vidua. & ff. de ſena. l. fœminæ. C. de nup. l. cum te. & dicto c. ex parte. & ſic nec ex rege nec ex regina ille natus eſt, quod hic requiritur: & quia in ipſo deficit claritas generis regalis & potiſsime ob verbum dumtaxat, quod de ſe omnium aliorum quàm regum filios excludit. argu. ff. de triti. vi. & oleo leg. l. cum certus. de contrahen. emp. l. ſi debitor. §. veriſimile.

Filij hæreticorum an perdant ſuam diſpẽſationẽ propter hæreſim parentum.

Regina vidua reginæ nomen perdit ſi nubat inferiori.

Regum filiæ an potiãtur priuilegio filiorũ.

g ¶ *Filijs.*] quid autem eſſet de filiabus: pone autem ꝙ tempore huius conſtitutionis aliqua filia regis diſpenſatiue teneret duas abbatias, vel alias dignitates Monialium: nunquid exceptio, quæ hic fit de filiis cenſebitur facta de filiabus? Videtur ꝙ non: certum eſt enim, ꝙ filia nõ eſt filius, & textus alios excepit, & illos dũtaxat videtur excipere, cum dicit, dũtaxat. Sed contrariũ teneas: quia hæc cum ſit ſublatiua iuris ex diſpenſatione legitima quæſiti, rigoroſa eſt, & quo ad hoc odioſa, quare reſtringenda: de reg. iur. odia. lib. 6. ff. de lib. & poſthu. l. cũ quidã. quare per conſequens exceptio quæ ad eam fit, eſt fauorabilis: & hoc denotant verba hic poſita, prærogatiua gratiæ, &c. quare extedenda, vt dictis iuribus. & arg. de præb. c. ſi pluribus. lib. 6. vt ſic & ad filias referatur, cũ in eis generis claritas inducẽs prærogatiuam gratiæ, vt hic dicitur, ſicut in maſculis reperitur. ff. de ſena. l. fœminæ. & l. filiã. nec debet in eis accuſari natura: quia ipſas maſculos non generauit. C. de lib. præte. l. maximũ vitiũ. de legi. hære. l. lege 12. tabularum. & quia in fauorabilibus appellatione filiorum filiæ continentur. ff. de teſta. tute. l. ſi quis ita dixerit. de leg. 2. ſi ita ſit ſcriptũ. Et verbũ, dumtaxat, hic poſitũ excludit hic filios aliorũ quàm regũ, vt dixi ſ. in glo. præcedenti. nõ autẽ regũ filias, cũ pro filiis ſint habendæ quo ad hoc, vt prædixi, & probatur. ff. de verb. ſig. l. filij. & arg. de mu. & hono. l. vacatio. de iure immu. l. 4. Sed pone ꝙ talis filius vel filia concepti fuerint tempore quo pater rex erat: ſed tẽpore quo naſcuntur, deſiit eſſe rex: puta quia depoſitus vel iuri regni renunciauit, nunquid ad talẽ filiã vel filiũ exceptio quæ fit hic extendetur? Dic breuiter ꝙ ſic: quia concepti pro iã natis habentur, cũ de eorũ cõmodo tractatur. ff. de ſta. homi. l. qui in vtero eſt. & l. qui in vtero ſunt. vnde ſuperueniens patris calamitas ſeu caſus non tollit eis dignitatem quæſitã. ff. de ſena. l. filiã. & eſt expreſſum eod. tit. emancipatũ. §. ſi quis conceptus, & ibi caſus: & de decur. l. 2. §. in filiis. ver. ſi pater. & §. proinde. vnde nulla relinquitur quæſtio, cum ſit caſus legis. in corpore authent. de non eli. ſecun. nube. §. 1. C. de fur. l. ancillæ: & in eis not. Sed quid eſſet econtra: pone aliquem conceptũ ex inferiori quàm ſit rex: puta ex comite vel alio: tẽpore quo naſcitur, pater factus eſt rex: nũquid quo ad efficaciã exceptionis quæ hic fit, reputabitur ille filius regis? Videtur ꝙ nõ. arg. eorũ quæ not. C. de nup. l. imperialis. §. & his illud. & arg. C. de ſuis & legi. li. l. ex libera. vbi cõceptus ex libera & ſeruo nõ habet priuilegiũ filij decuriõis, licet pater factus liber poſsit creari decurio. Sed contrariũ dicas: quia expreſsũ eſt. ff. de ſena. l. ſenatoris filiũ. & de decu. l. 2. §. in filiis. vt ſic natiuitatis liberorũ tẽpore ſuperueniẽs patris dignitas eis proſit, vt ibi, & C. de nat. lib. l. nuper. & de nup. ſi liberã. Nõ obſtat dicta lex libera, quia ibi ab initio iure ciuili nullũ fuit matrimoniũ inter liberã & ſeruũ: quare cõceptus ex eis fuit natus ſpurius, vt ibi: nec libertas vel honor patri obueniẽs illũ legitimum reddit, quare vt ſpurius nõ gaudet priuilegio filij decurionis, vt ibi dicitur: cũ illegitimus originali nobilitate patris non gaudeat. ff. de ſta. ho. l. cum legitimæ. Item pone ꝙ natus eſt quis & cõceptus ex non rege, qui tñ rex fuit, & eſſe adhuc ſperatur, vt quia depoſitus eſt ad tẽpus, ante aduẽtũ tẽporis illius mortuus eſt: nunquid iã natus reputabitur filius regis eſſe. Videtur ꝙ ſic, arg. ff. de decu. l. 2. §. ſi ad tempus. Et idem videtur dicendũ, ſi quis ſit conceptus ex nõ rege, & antequã ſit natus, ſuus pater rex efficitur, & demũ ipſo nondum nato pater eſſe deſiit rex, vt quia depoſitus vel alio modo, natus poſtea filius regis videatur cẽſendus, vt l. eo. §. præterea. Sed quid dices, an hic appellatione filiorũ cõtinebuntur nepotes ſaltẽ nati ex filiis? Videtur ꝙ nõ. cũ etiã in fauorabilibus appellatione filiorũ nõ cõtineãtur. ff. de teſta. tute. l. ꝙ ſi nepotes. inſti. qui dari tu. poſ. §. vlt. Sed contrariũ põt dici. arg. ff. de verb. ſig. l. liberorũ. §. ſed & Papinianus. & l. filij appellatione. & l. iuſta. nam de propria ſignificatione verbi filiorũ, nepotes ex eis nati cõtinẽtur: quia per eos vt per filios in æuũ memoria generis retinetur, vt dicto §. ſed & Papinianus. cuius generis claritas hic exceptionẽ inducit: licet aliquando de vſu & de cõſuetudine loquendi aliter nepotes, aliter filij appellentur: vt in primis iuribus. & ſic not. dicto §. vlt. quare in dubio hic filiorũ appellatio comprehendit nepotes iuxta propriã verbi ſignificationẽ, ad quã & non ad aliã in dubiis reſpectus habetur. ff. de leg. 2. l. non aliter. de ver. ſig. l. nepos. Et an quod hic dicitur de aliis ſit intelligẽdũ de legitime natis, an etiã de aliis 1, videlicet de omnibus, cũ omnes ſint filij: & hic indiſtincte loquitur. Sed contrariũ videretur, cũ illegitimi de ſe nõ ſunt capaces taliũ beneficiorũ, de filiis presby. c. 1. & fi. nec dicuntur fulgere claritate generis patrũ, vt ſ. dixi. vnde nõ eſt veriſimile, ꝙ hic Papa talibus diſpẽſationes reſeruare voluerit. Sed ſuppoſito ꝙ diſpẽſatiões ſufficiẽtes obtinuiſſent, oĩs illegitimatio fuit ſublata, extra qui filij ſint legi. per venerabilẽ. quare per hũc textũ indiſtincte loquẽtẽ eis reſeruare videretur: potiſsime cũ hic agatur de ſublatione iuris per diſpenſationẽ quæſiti, vt ſ. tetigi circa prin. huius gloſſæ.

Filius cuius pater rex erat tempore cõceptionis non autem tempore natiuitatis, vel econtra, an potiatur priuilegio filij regis.

Nepotes etiam regũ continentur appellatione filiorum.

1 An illi veniant appellatione filiorum, vide quæ dixi in c. ſtatutum. de hæret. lib. 6. Addo hic ſigul. Hipp. 131. incipiẽ. tu ſcis. Font.

h ¶ *Sublimitatẽ eorum.*] hoc ad Cardinales referas propter hoc quod ſequitur de generis qualitate: quod ad filios regum proprie eſt referendum, licet ad eos hæc ſublimitas referri poſsit, per hũc tex. & arg. de præb. de multa. §. vlt. Iſta autẽ ſublimitas in dominis Cardinalibus attẽdenda eſt principaliter quo ad mores & merita vitæ. 52. diſt. c. miramur. nam nõ qui maior in honore fuerit, ille eſt iuſtior: ſed qui fuit iuſtior, ille maior, ſecundum Io. Chryſoſt. 40. diſt. c. multi. in fi. & alibi legitur, ꝙ nõ in ſublimitate graduũ, ſed in amplitudine charitatis acquiritur regnũ Dei. extra de temp. ordi. c. ad aures. Sublimitas hic ſumitur quo ad eos pro ſtatus præeminentia vel excellentia: & vt alibi in corpore authẽt. de filiis ante dot. inſtr. natis. in fi. coll. 3. quib. mo. na. effi. ſui. in fi. coll. 7. cum ſimi. & dicto c. de multa. c. vlt. Sed tamen (vt dixi) ſublimandi merita & mores nõ inordinati affectus ſunt intuendi. extra de præb. graue. Quid præſumetur in dubio de ſublimato, an ob ſua merita, vel

Sublimati præſumitur quis ob ſua merita.

ex alia cauſa ſit ſublimatus? Dic præſumendum fore, quòd ob ſua merita.extra de præſump.cũ in iuuentute. & dicto c. miramur.& 40.diſt.c.1.& not.Ber.extra de reſcr.c.præſenti. q̄d hodie eſt ſublatũ.Ad hoc præſtat efficax arg.lex dicens, ꝙ quanto quis melioribus præeſt,tanto maior & honeſtior eſt,ideſt eſſe præſumitur,in corpore authẽt. de defen. ciuit. §. nos igitur. coll. 3. licet gloſ. dicat ibidem, ꝙ non de honeſtate animi, ſed ſeculi

rũ ac generis a claritatẽ ſunt potioris prerogatiua b gratię attol

loquitur.& alibi loquitur:quanto quiſque eſt celſior,tanto & aliis potentior.16.q.1.c. ſunt nonnulli. & quia ſacrilegij inſtar obtinet, dubitare an ille dignus ſit,quem princeps elegerit.C. de cri.ſacri. l.2.17.q.4.§.qui autem. ver. ſi quis.aliàs eſt ibi.c.& arg.C.de aduo. diuerſ.iudicum. l. reſtituendæ. in fi. Sed gratia huius quæro quale ſit iſtius ſublimitatis Cardinalatus priuilegium? Ad hoc dicas, ꝙ eſt multiplex priuilegium: quia hoſtiliter cardinalẽ inſequens 37. pœnas patitur & incurrit,quas ſaltẽ omnes non incurrit inſequẽs proprium ſuum epm,vt colligitur extra de pœnis,felicis.lib. 6. & eo.tit.c.ſi quis ſuadẽte. Cle. Papa v.Secundum, quia cum domini Cardinales ſunt legati,conferre poſſunt beneficia,etiam ad Papã deuoluta.de præb.venerabilis. de off.leg. c. officij.lib.6. Tertium, quia legati excõicatos pro iniectione manuum vndecunq; veniẽtes abſoluunt. extra de offic. leg. c. excõicatos.Quartum, ꝙ legati de latere mare tranſeuntes, vti poſſunt inſigniis Apoſtolicæ dignitatis,puta palefredo vel equo albo,veſtimẽtis rubeis,fræno & calcaribus deauratis,& ſimilibus.de priuileg.antiqua.vbi de hoc per Hoſt.Quintum,quia dici poſſunt patricij,quorum nomina in diademate principis ſcribi conſueuerunt,ſm Guli.notantem in dicto c.officij.Sed me cum ipſo tenere hoc caſu non audeo, quia patricios Imperator ſibi in patres eligebat.inſti.qui.mo.ius pa. pot.ſol. §.filius.C.de conſul.l.vlt.lib.12. Papa autem Cardinales non aſſumit in patres,ſed tantum in filios.extra de teſti.c.licet dilectus.de præb.dilecto,niſi faciat eos epos,quia tunc in fratres eos aſſumit. extra de crim.fal.quàm graui.Sextum,quia pars corporis Papæ dici poſſunt ad inſtar ſenatorum.6.q.1.§.verum.C.ad l.Iul.ma.l.quiſquis.ſm Guli.notãtem in dicto c.officij.vnde alibi not.Inn. ꝙ collegiũ Cardinaliũ habet ſenatũ.arg.96.diſt.Conſtantinus.vt no.ipſe extra de re iud.cum te.& de hoc 16 q.1.eccleſia.Illud autem aliter perſuaderi poteſt:nã cũ promiſcue loquẽdo de Cardinalibus,omnes fratres appellet:ipſi tamquã fratres corporis ſui pars fore ſunt cenſendi.arg.C.de agri.& cenſi.l cum ſcimus.§.vlt. lib.11. & ſicut in perſona ſenatorum cõmitti dicitur crimen læſæ maieſtatis,quia pars corporis principis cenſentur,vt dicta l.quiſquis, ita & cõmitti dicitur in perſonis dominorũ Cardinaliũ,vt dicto c. excõicatis. vbi de hoc.Septimum,ꝙ ex præmiſsis inſurgit: nã ſi ipſi cenſeantur veri patricij ſtatim cũ ſunt creati,ſunt liberati à patria poteſtate dicto §.filius.& dicta l.vlt.de cõſul.ſed hoc nullo iure cauetur, ꝙ ſunt patricij.ſi cenſeantur ſenatores,nõ ſunt liberati ex hoc dicto.§.filius.cũ ex illis dignitatibus ſolũ quis liberetur à patria poteſtate ex quibus liberatur à curiali conditione,in corpore authẽ. conſti. quæ de di.§.generaliter. coll.6.Sed à curiali liberatur propter 12.dignitates.C.de decu.l. vlt.lib. 10.de quarum numero non eſt ſenatoria.Quid ergo ſuper hoc dices? Dic ꝙ ſi ſint creati Cardinales epi,nulla eſt dubitatio:quia ſaltẽ ex epali adepta dignitate liberi facti ſunt à patria poteſtate.in corpore authen. cõſti. quæ de digni.§. illud.coll.6.C.de epi.& cle.authẽ.ſed dignitas.aliàs incipit, ſed hodie.extra qui.fi.ſint legi.per venerabilẽ. Sed ſi tantũ ſint creati Cardinales, quid dices? videtur ꝙ nõ ſint liberati.nã cũ ius patriæ poteſtatis cõſiſtit in multis,puta in 8.quæ nominantur inſtitu. de patria poteſta.§.ius autẽ.nõ debet dici ſublatũ in patris præiudiciũ,niſi vbi in iure ſtatutũ reperit̄,cũ nõ ſit lex aliqua iſtud dicẽs.arg.in corpore authẽ.de nõ eli.ſecun. nubẽtes.§.optimũ vtiq;. coll.1.vbi dicitur,nõ fraudetur pater iure filij,nec enim lex eſt aliquid tale dicẽs.ad idẽ C.de colla.l.illã.de repu.l.diſſentiẽtis.extra de ſup.negli.præla.Romana.lib.6.ne ſe.vacan.c.illa. & p hoc ſcribitur erubeſcendũ fore loq. ſine lege.in corpore authent.de triẽ.& ſemiſ. §.cõſideremus.coll.3.& quia aliorũ honores aliis damnorũ occaſionẽ fieri nõ oportet.C.de ſta.& ima.l.& vrtutũ. & de ſilentia.iubemus.lib.12.nec vlli eſt cũ alterius iniuria cõſulẽdum.22. q. 2.c.primũ eſt.C.de offi.præfect.vrb. l.præfectus.Sed his nõ obſtantibus ɔ̃riũ nõ improbabiliter põt dici: certũ eſt enim ꝙ multiplex eſt dignitas ſecularis vel officiũ, quæ vel quod aliquẽ liberat à curiali conditione,vt colligitur dicta l.vlt.C.d cõſul.lib.10.& illa eadẽ,quæ eſt in numero duodeno,vt prædixi,hodie filiũ liberat à patria poteſtate.vt dicto §. generaliter.in quo numero cõputãtur aduocati fiſci,quæſtores, principatus agẽtiũ in rebus.& ſimiles multæ,de q̄bus minus videtur ꝙ liberẽt,cũ ex earũ virtute nullus effici dicat̄ pars corporis principis,& tñ liberant:ergo multo fortius dignitas Cardinalatus,ſumpto arg.à minori.de quo not.de elect. cũ in cũctis:vñ licet nõ ſit hoc expreſſo iure cautũ,tñ de ſimilibus ad ſimilia proceditur.ff.de legi.l.non poſſunt.cũ plura ſint negotia quàm vocabula.ff.de præſcr.verb.l.natura.& ſtatutũ in vno, ſtatutũ [illegible] etur in alio,vbi eſt penitus eadem vel maior ratio.not.ff.de iu ſti.pe ũ prætor.nec videtur damnũ ex hoc pater vel iniuriã pati: c cenſe naturaliter augmentũ in honorẽ filij deſideret.extra de te ſt. ſtula per eo.cum eadem perſona fingatur eſſe cum eo. C. de impub.& aliis ſubſti.l. vlt. & eadem caro. 35. q. 3. in hac auctoritate.

*Cardinales nõ habent priuilegia.*

*Erubeſcim⁹ ſine lege loqui.*

*Pater & filius finguntur eadem perſona.*

lẽdi,dũtaxat c exceptis) deliberatiõe d ſuper hoc cũ fratrib⁹ e

& excellentia & nobilitas filij patrẽ nobiliorem reddat, & laudem magnam patri afferat, & magnæ lætitiæ præbeat occaſionem,vt legitur in dicto §.generaliter.& gloria patris eſt filius ſapiens,Prouerb.17.& 25.c.95.diſt.c.eſto ſubiectus.in fi.tales honores,laudẽ,lætitiam, & gloriã debet omni pecuniario cõmodo, quod ex patria poteſtate poteſt contingere, præferre. ff. ſi quis omiſ.cau.teſtam.l.Iulianus.Octauum priuilegium, ꝙ Cardinali aſſerenti ſe legatum creditur abſque litteris.97.diſt.c.nobiliſſimus.licet aliqui hoc reuocent in dubium. Nonum, ꝙ aſſertioni Cardinalis abſque actis creditur ſuper his quæ coram eo acta ſunt ſaltem de conſuetudine curiæ.extra de appel. conſtitutus.vbi hoc not.per Hoſt.in verbo,aſſertioni.& pro tali conſuetudine põt eſſe ratio, quaſi credatur principem, qui ipſum ob ſingularem induſtriam explorata eius fide & grauitate ad tantæ dignitatis magnitudinem adhibuit, non eſſe aliàs aliter proceſſurum ſeu iudicaturum eſſe pro ſapientia ac luce dignitatis ſuæ, quàm ipſe foret iudicaturus.arg.ff.de offic.præfect.præto.l.vnica.circa finem.

a ¶ *Generis claritatem.*] Not.habendam rationẽ nobilitatis generis, & hoc etiã in pœnis infligendis. de quo dic vt legitur, & not. 24.q.1.quid circa pacem.extra de iureiu.cum quidam.ff.de pœnis. l.quædam.de incen.rui.nau.l.Pedius.C.de paga.ſacri.& tẽ.l.vlt.cũ ſimilibus multis.Quantum in honoris exhibitione, & ſalutatione, & ſedis inter iudices aſsignatione.de quo dic vt legitur.C.de offi. diuer.iu.l.2.& 3.vbi ſena.vel cla.l.3.§.ſedendi.de offi.ciui.iu.l.2. de hoc etiam not.3.q.9.c.neceſſe. Quantum in beneficiorũ obtinendæ multiplicatione, vt hic,& de præb.c.de multa. §. vlt. Quantum in facienda de ipſis præ aliis cæteris paribus electione. in corpore authent.de defen.ciui.§.interim.coll.3.extra de appel. conſtitutis, cum notatis in ipſis. Quantum etiam in beneficiorum æquali facienda diſtributione,ſuper quo vide quod dixi ſ̃.eo.c.in ver.mendicãt.Necnon in aliorum bonorum vberi adminiſtratione, ac etiã conſumptione.ff.de dona.l.filius.§.nonnumquam.de admin. tu. l. cum plures.§.tutor.de iudi.l.ſi longius.in fin. de iure do. l. quæro, & in multis quæ diligens indagator per ſe poterit reperire.

*Nobilitatis ratio in multis eſt habenda.*

b ¶ *Prærogatiua gratiæ.*] ſimile de offi. deleg.hac conſtitutione. de offic.lega.c.officij.lib.6.

c ¶ *Dũtaxat exceptis.*] eadem verba reperies de priuileg.c.ne aliqui.de offi.deleg.hac cõſtitutione.lib.6.vnde hæc verba tollũt dubiũ,ſi quod fieret,an inferior Cardinale,puta patriarcha, primas, archieps, abbas, vel filius inferioris rege,puta ducis vel comitis diſpenſatione obtenta poſsit gaudere cõtra hanc decret. & dic ꝙ non per hunc textum,& per ea quæ notaui ſ̃.in verbo,cuicunque.

d ¶ *Deliberatione.*] Not.principem qui omni lege ſolutus 1 eſt.ff. deleg. princeps.extra de cõceſ.præb.propoſuit.deliberatione velle vti in agibilibus.ſi.de offic.leg.c.deliberatione.lib.6. C. de leg. l.humanum. ne filius pro patre.auth. habita.ff. de his quæ in teſta. delen.l. proxime.de iure patr. l. diui fratres. Eius igitur exemplo quicunque alius idem facere debet.arg.79. diſt.legitur.2. q.1.Deus omnipotẽs,extra de re iu.in cauſis.dubiũ enim non eſt omnia omnino quæ conſilio recto geruntur,iure meritoque,effectu & firmitate niti.C.de repu.l.3. & veritas ſæpius examinata citius ſplẽdeſcit in lucem,& fructus diuinus eſt iuſtitiam ſæpius recenſeri.25.q. 2.c.graue.vnde alibi ſtatuitur, ꝙ non cum præcipitatione nec ſubitanee, ſed cum deliberatione ſunt ſententiæ proferendæ. C. de ſentent.breui.reci.l.2.extra de re iud.paſtoralis.cle.5.§.verum.vbi etiam de hoc dixi.

*1 Qualiter intelligatur principem ſolutum eſſe legibus, vide per B. Tho. 1.2. q. 96.art.5.ad. de Burchardum lib. 15. decretorum cap.42.*

e ¶ *Cum fratribus.*] collige hic, ꝙ cum Papa de Cardinalibus loquitur,indefinite vel promiſcue appellat eos omnes fratres,vt hic & in locis multis aliis reperitur.Et poteſt ratio reddi,quia licet ſoli epi Cardinales regulariter & peculiariter fratres,cæteri vero filij appellentur. de crimi.falſi.c.quàm graui.de teſtib.licet dilecte. de præb.dilectus. ne igit̄ epi notabili fraterno nomine nũcupãdi, vt ibi,negligi videãtur:ideo & alij propter alios fratres appellantur.arg.ff.de iniur.item apud.§.hoc edictum.23. diſt. c. quãquam. extra de hæret.cap. ſi aduerſus.Et domini Cardinales non epiſcopi,qui fraterni nominis appellatione non ſunt nuncupandi, vt dicto c.quàm graui.niſi propter illos qui epiſcopi ſunt,fratres appellari merentur,ſicut nepotes ex filiis,qui vere filij non ſunt, nec ſic appellari conſueuerunt.ff. de teſta.tut.l. ꝙ ſi nepotes. inſti. qui da. tu.poſ.§.vlt.tamen propter filios,& ipſi filij appellantur. Et ſic ex perſonis epiſcoporum conſequuntur quod ex ſua ſingulariter non poſſunt,vt aliàs contingit.ff.de ædili.edi.l.cum autem. §. ſi.de bo. poſ.contra tabulas.l.non putauit.§.ſi exhæredatus.quæ res pig.ob. poſ.l.Ariſto.extra de priuil.licet.§.1.de conceſ.præben.c. auctoritate.lib.6.cum multis ſimilibus.

*Cardinales an ſint à Papa filij vel fratres nuncupandi.*

a ¶ *De ipſo*

noſtris habita diligenti, de [a] ipſorũ cõſilio & ex certa ſcientia [b] noſtra, in forma ſubſcripta duximus taliter moderãdas [c], ꝙ per moderamẽ noſtrũ effrænatã [d] circa eaſdẽ [e] ꝑſonas taliũ beneficiorũ multitudinẽ refrænemus, ipſiq; impetrantes fructu diſpẽſationũ huiuſmodi totaliter [f] nõ fruſtrẽtur †. ¶ Statuimus [g] itaq; & de fratrũ ipſorũ conſilio ordinamus, ꝙ obtinẽtes nunc [h] ex diſpenſatione [i] legitima pluralitatẽ huiuſmodi dignitatum, perſonatuũ, officiorũ, aut prioratuum, ſeu beneficiorum, quæ aliàs abſq; diſpenſatione [k] obtinere nequibãt, vnũ tantũ ex dignitatibus, ꝑſonatibus, officiis, prioratib⁹, eccleſiis vel beneficiis huiuſmodi, quib⁹ cura imminet animarũ, cũ dignitate, ꝑſonatu vel officio, prioratu, eccleſia, vel beneficio ſine cura, q̃ habere maluerit [l], prætextu diſpẽſationis ſufficiẽtis circa id eiſdẽ indultę, poſſint licite [m] retinere: Quę tñ [n] teneantur [o] eligere [p] intra [q] mẽſem [r] numerãdũ à tempore notitiæ [s] †conſtitutionis iſtius: cæteris beneficiis [t] cũ cura vel ſine cura, quæ ipſius diſpenſationis prętextu tenebãt, & quę aliter non poterant [u] de iure [x] abſq; diſpẽſatiõe [y] licite retinere, quæ [z] nos † extũc [a] vacare [b] decernimus, corã [c] ordinario [d]

a ¶ *De ipſorum conſilio.*] ſcilicet Cardinalium, quorum conſilio Papa vtitur: quia vult, vt hic vides, nõ autem ad hoc de neceſsitate tenetur 1, vt not. extra de re iudi. ad Apoſtolicæ. lib. 6. vocatus enĩ eſt in plenitudinem poteſtatis. 2. q. 7. c. de cætero. extra de vſu pal. ad honorem. nec poteſt ei dici, domine cur ita facis? de pœni. diſt. 2. §. ex perſona. Et ſuper hoc, quia aliqua quandoque habent fieri ſimpliciter cõſilio alterius, aliquando cum conſilio, aliquando de conſilio, aliquando nõ poſſunt fieri ſine conſilio, & aliquando habẽt fieri cum alterius aſſenſu, & quid iuris in omnibus iſtis ſit, vide qđ not. Compoſt. extra de conſtit. cap. penult. & Gulli. ne ſede vacan. c. 1. lib. 6. & ibi dixi.

1 De hoc articulo vide pleniſſime Philippum Francum & alios doctores in c. ſuper eo. de hæret. lib. 6. Hoſtienſem & Ioannem And. in c. requiſiſti. de teſtam. & Panormitanũ in c. quæſiuit. de his. quæ fiunt à pręl. ſine cõſen. cap.

† Aliàs, fraudentur.

b ¶ *Scientia.*] factũ ex certa ſcientia Papæ robur obtinet firmitatis: etiam ſi de ſe nullum erat. extra de trãſact. c. 2. đ accuſa. c. ad petitionẽ. 3. q. 7. c. hoc quippe. & arg. C. de teſta. l. omnium. de appari. iudi. l. probatorias. lib. 12.

c ¶ *Moderandas.*] Diminutionem non augmẽtum denotat iſtud verbum. extra de verbo. ſign. c. tranſmiſſæ.

d ¶ *Effrænatam.*] id eſt immoderatam & indecentem. ſimi. ff. de teſti. l. 1. in fi. extra eo. tit. c. ſignificauerunt. & cap. cum cauſam.

e ¶ *Eaſdem perſonas.*] ſcilicet quaſcunque, præterquam hic exceptas, vt ſ. patet.

Principis indulgẽtia aliquid afferre debet.

f ¶ *Totaliter non fruſtrentur.*] ſic enim eſt interpretanda indulgentia principis, vt aliquã gratiã afferat impetrãti. C. de legi. l. 2. ff. de iure immu. l. 1. in fi. extra de verb. ſig. c. in his. nec aliter eſt interpretanda. extra de ver. ſig. olim. ne aliàs deluſoria videatur. ff. ne quid in lo. pu. l. vlt. de iudi. l. ſi prætor. extra de verb. ſigni. abbate. §. vlt. & c. cum olim. de priuileg.

g ¶ *Statuimus.*] hoc verbũ rẽ perfectã ſignificat, & cum effectu, nõ verbo tenus accipiendũ eſt. extra de verb. ſig. c. in his. & tale ſtatutũ principis, ex quo animo legẽ cõdendi factũ eſt, omnino ſeruãdũ eſt. C. de legi. l. leges. 100. diſt. contra morem. 19. diſt. memoriam.

Conſtitutio an liget à tẽpore editionis.

h ¶ *Nunc.*] ſcilicet tempore publicationis huius decre. ante enim non ligauit. in corpore authent. vt factæ nouæ conſtit. coll. 5. extra de cõſti. c. cognoſcẽtes. de præb. cũ ſingula. §. cõtra. lib. 6. & j. ſeq. tur, durũ enim eſſet ſentire, quòd ſtatim à tẽpore editionis ligaret forte penitus ignorantes cõtra iura, ff. de decret. ab ordi. faci. l. vlt. 32. q. 4. dicit Sara. 82. diſt. propoſuiſti. quid enim peccare diceretur antiquitas, ſi huius decre. inſcia, & c. C. de teſta. l. iubemus. conſenſum enim non ignorantiam volumus obligari. C. de tab. generali.

Diſpenſatio legitima q̃ dicitur eſſe.

i ¶ *Ex diſpenſatione legitima.*] ſed quã diſpenſationẽ reputabis legitimã? Reſpõdeo illã, in qua nihil tacetur, vel nihil exprimitur, quo expreſſo vel non tacito princeps veriſimiliter duci poteſt ad diſpenſationẽ denegandã. de elect. dudũ. §. pen. de præb. c. ſi dignitatẽ. Cle. v. ſic enim dici cõſueuit in impetrationibus beneficiorũ. de reſcri. ſi proponente. de præb. ſi motu 2. & c. non poteſt. lib. 6. Sicut enim in illis tamquam ambitioſa fit ſtricta interpretatio. de reſcri. ſi gratioſe. & de præb. quamuis. lib. 6. ſic fit in diſpenſationibus, vt pote à iure cõi exorbitantibus. extra de fil. presbyt. c. 1. & 2. lib. 6. & arg. ff. de nata. reſti. l. 1. de excu. tu. l. qui teſtamento. ſtricte forma mandati in illis, & forma diſpenſationis in iſtis ſeruata ceſſante argumento in vtriſque ſumpto à minori vel maiori, ſuper quo vide quæ not. per Hoſt. de reſcrip. poſtulaſti 3. & c. in noſtra. & per Inno. de conceſ. præben. dilectus. & quod aliàs ſuper hoc dixi dicto cap. ſi dignitatem. & quod not. de capel. mo. ex parte.

2 Vide quod ibi notaui. Font.

3 Et Cynum in l. quod fauore. C. de leg. Font.

k ¶ *Abſque diſpenſatione.*] illa autem facta per illum qui poteſt & legitime, vt dixi in not. præcedenti, redditur licitũ qđ aliàs erat illicitum. argu. de elect. c. dudum. §. nos igitur. de conceſ. præben. cum noſtris. §. nos vero. de tranſact. cap. 1.

l ¶ *Maluerit.*] reſeruat ergo optionem circa vnum cum cura, & circa aliud ſine cura, ſicut alibi reſeruatur optio retinendi vnũ de prius obtentis, de præben. cum ſingula. lib. 6. & eo. tit. c. referente. c. præterea. & c. tuæ. ff. de colleg. illi. §. vlt. & per hoc refrænatur hæc effrænata multitudo ſuper retentione plurium: per hoc etiam in totum non fruſtrantur effectu diſpenſationis ipſam obtinentes: cum aliàs de iure communi vna dignitas vel perſonatus ſe non compatiatur cum alia, vel alio etiã ſine cura. de præbend. de multa. §. hoc idem. de elect. dudum. §. penult.

m ¶ *Licite.*] ideſt de noſtra licentia per hanc. decre. conceſſa. vel, id eſt non obſtante alia iuris communis prohibitione.

n ¶ *Quæ tamen.*] ſcilicet vnũ cũ cura, & aliud ſine cura, vt ſupra.

o ¶ *Teneantur.*] hoc verbũ neceſſitatẽ videtur imponere eligẽdi.

p ¶ *Eligere.*] ſimile de præbend. cum ſingula. §. circa. lib. 6.

q ¶ *Intra.*] limitatiuũ eſt tẽporis iſtud verbũ, & vltra illud nõ eſt locus tali electioni, arg. ff. de fideicõ. liber. l. Thais ancilla. §. intra. de leg. 2. l. ſtatu liberũ. §. Stichum. de condi. & demon. l. ſi in diem. Super quo vide, ſi placet quod not. pro & contra de conceſ. præb. c. cum ei. Cle. Papa v. in gloſ. per hoc patet.

r ¶ *Menſem.*] ſed quot dies facient menſem? Dic ꝙ tot, quot continebit mẽſis, in quo fiet notificatio præſentis conſtitutionis, vt ſequitur: niſi enim ſic dices, non numeraretur menſis à tempore talis notificationis: quod tex. requirit. & ſi de illo menſe erant aliq. dies lapſi, ſupplebuntur de ſeqr enti. arg. ff. de verb. ſign. l. cum biſſextus. de d uer. & temp. præſcri. l. 1. de re iud. l. niſi lex. ſic not. Gar. de elect. ca . quàm ſit. & de reſcrip. ſi propter tua. lib. 6.

† Not. hic probari glo. in c. 2. de reb. eccle. nõ alien. lib. 6. dicentẽ conſtitutionem notam, quãuis non publicatam ligare ſubditos. allego, etiam cap. ibi, id ſolum ſufficit. de poſt. præl. l. fin. ff. de decret. ab ord. Font.

ſ ¶ *Notitiæ.*] ſcilicet vere vel interpretatiue, quæ accidit lapſis du bus menſibus à tempore publicationis præſentis conſtitutioni . in corpore authent. vt factæ no. conſtit. coll. 6. extunc enim ius interpretatur & fingit quem habere notam conſtitutionẽ principis, nec ex tunc eſt probabilis ignorãtia. arg. 16. diſt. qđ dicitis. extra de poſtula. præla. c. 1. ff. de inſti. act. l. ſed & ſi. §. proſcribere. cum ſi. A quo autem tempore ligent ſtatuta vel conſtitutiones aliorum, dic ſecundum quod not. Hoſt. in ſumma, de conſti. §. quando.

† Vide quæ dixi in cle. 1. de conceſ. præben. de iſtis dictionibus exnunc & extunc. Fonta.

t ¶ *Cæteris beneficijs.*] ſcilicet non electis.

u ¶ *Non poterant.*] vt ſunt perſonatus plures vel dignitates, etiã ſine cura, vt ſupra dixi.

x ¶ *De iure.*] per hoc videtur innui aliqua beneficia, etiam plura numero de iure communi poſſe teneri. ad idẽ de reſcr. c. gratia. 4. lib. 6. & eo. tit. c. gratiæ. Cle. 5. ſic ſentit Inno. de præb. cum iam dudum. hodie autem aliter ſentire videtur ibidem. de conceſ. præb. litteras. de his plene per Gulie. in Spec. tit. de leg. §. vidẽdũ reſtat. ver. illud autem. per Guli. dicto c. gratia.

4 Vide quod ibi notaui ſuper glo. de iure. & in c. cum ſingula. de præben. ſupra eo. lib. 6. Font.

y ¶ *Abſque diſpenſatione.*] per hoc excludit beneficia curata etiã vel dignitates ſeu perſonatus, cum non ſint dimittenda ſi ſunt talia vel tales, quæ de iure communi plures vel plura poſſunt teneri, vt quia annexa vel annexæ, dependentia vel dependentes ab aliis. de præben. c. ſuper eo. de æta. & quali. eam te.

z ¶ *Quæ.*] ſcilicet beneficia curata, vel alia de iure ſine diſpenſatione non ſe compatientia.

a ¶ *Extunc.*] ſcilicet lapſo menſe à tempore notitiæ huius conſtitutionis. non ergo ante finguntur vel cenſentur vacare: verbum enim, tunc, extremum tempus ſignificat. ff. de condi. & demon. l. 4. §. 1. & eſt ſimile de præben. cum ſingula. §. 1. & §. circa.

Tunc, extremum temp⁹ notat.

b ¶ *Vacare decernimus.*] Nota ex poteſtate principis Eccleſiæ induci fictionẽ vacationis beneficij, vbi aliàs non eſſet: naturã enim rei immutare 5 poteſt in aliam, & fingere eſſe quod aliàs vere non eſt. C. de rei vxo. actio. l. 1. & arg. de conceſ. præben. cap. cum ei. Cle. 5. not. de tranſla. epi. cap. quanto. Quibus autem auctoritatibus, iuribus, & rationibus probatur Papam habere auctoritatem ſummã & excellentem, & poteſtatem in omnibus, & per omnia, & præ omnibus: vide quod diffuſe not. Hoſti. extra qui fi. ſint legiti. per venerabilem. §. rationibus.

5 Cum Papa dicitur immutare naturam rerũ, intelligitur in his quæ ſunt iuris poſitiui, vt notatum eſt in c. quanto. extra de tranſlat. epiſco. in gloſ. in verbo: veri dei vicẽ. in hac editione.

c ¶ *Coram.*] tunc coram aliquo fieri dicitur, cum fit eo pręſente & intelligente, licet aliàs nolente: vnde coram demente, vel infante, vel dormiente fieri non poſſet. ff. de verb. ſig. l. coram.

d ¶ *Ordinario.*] ideſt epõ, vel ſede vacante capitulo, vt in §. cæterum. ſed quem aliàs quàm in caſu huius capituli appellabis ordinariũ quo ad talẽ dimiſſionẽ? Videtur ꝙ epm, cum præordinator dicatur in cunctis. 25. diſt. perlectis. & quia omnes eccleſiæ cum ſuis iuribus in eius poteſtate conſiſtunt, & regendæ ſunt parochiæ ſub eius tuitione. 10. q. 1. decretũ. & c. regenda. extra de relig. do. c. de xenodochiis. cũ ſimilibus. Sed cũ nõ q̃ras de diœceſano, nec de loci ordinario, ſed ſimpliciter đ ordinario, illũ dicã ordinariũ quo ad hoc, qui aliàs iure ſuo põt cõferre. arg. extra de offic. ord. c. cum

ab eccleſiarum.de iud.c.decernimus.& de offi.ord. etſi ab Apoſtolicæ.Cle.5.& hoc denotat tex.ſequens cum dicit, ſiue noua collatione ab eo qui facere poterat facienda, vt ſic dimiſsio beneficiorum taliũ fiat coram illis, à quibus procedere poterat collatio.not. de renun.c.admonet. Si autem quæreretur de diœceſano vel ordinario loci nullo alio ſubiuncto, videretur de epiſcopo fore intelligẽdum. arg. de vi. & honeſt.cle.c. diœceſani. d̄ æta. & quali. cap. cum eccleſiæ. de ſequeſtr. poſſ.ad compeſcendas.Clem.5.in quibus de hoc dixi.

**ſub teſtimonio [a] publico intra idẽ tempus [b] verbaliter [c] & realiter [d] cũ [e] effectu dimiſſis, abſque [f] eo q, ad illa numquam ſine noua [g] collatione, ab eo q facere [h] poterit faciẽda, redire [i]; aut eorũ adminiſtrationi ſe immiſcere [k] præſumãt: Alioquin [l]**

a ¶ *Sub teſtimonio publico.*] non dicit ſub inſtrumento publico, vel litteris ſigillo authentico ſigillatis, ſicut alibi ſit de elect.vt circa. de offi.or.ſi canonici.lib.6. 2.q.1.legatum. C.de epi.& cle.ſi qua per calumniam.quare videretur ſatisfactũ fore præſenti cõſtitutioni, ſi aliqua beneficia dimittuntur corã ordinario ſub teſtimonio fide dignorũ teſtiũ, per quos facta dimiſsio reuocata in dubiũ probari poſsit.arg.ff.de teſta.l.hæredes palã.de ritu nup.l.palã.in prin. & §.quæ vt in adulterio.attẽta mẽte potiſsime huius decre. vt plura beneficia ſe aliàs non cõpatiẽtia nõ retineãtur niſi hic reſeruata: quæ mens penitus eſt ſeruanda.ff.de excu.tut.l.ſcire,§.aliud.de elect.ſi poſtquã.§.1.lib.6.vnde cum non arctet dimittentem ad dimittẽdũ ſub publico teſtimonio ſcripturæ, relinquam diſpoſitioni iuris cõis.arg.in lib.feu.de cogni.feu.c.1.qua iure cauetur regulariter parem eſſe fidẽ teſtium & ſcripturæ.C.de ſi.inſtr.l.in exercendis.de pac.l.pactũ.licet fallat in caſibus ibi not.& plenius p Hoſt. de cenſi.Romana.lib.6. hoc maxime dico, quia præſens conſtitutio contra nõ dimittentẽ ſub teſtimonio publico eſt pœnalis, vt ſequitur, quare ob odiũ pœnæ vitandũ.arg. de elect. ſtatutũ. de reg. iur.c.odia.lib.6. intelligã teſtimoniũ publicũ nedũ inſtrumẽtorum ſed & teſtiũ:arg.ad hoc extra de præben.c. ſi beneficia. lib. 6. vbi habens beneficiũ dimittere, liberatur dimittendo ſub qualicunq; teſtimonio, cũ ibi ad certã ſpeciẽ teſtimonij non arctetur: aliàs videretur arctari qs ad impoſsibile, vbi forte ſcripturę teſtimonium habere nõ poſſet, quod ſentire foret abſurdũ: tutius 1 tñ reputo ꝙ ſub teſtimonio ſcripturæ fiat talis dimiſsio, cũ prõptior ſit probatio per ſcripturã quàm per teſtes.ff.de pigno.l.cõiter.cũ ſcripturæ fides non variet vel labilitatẽ memoriæ patiatur, ſed teſtiũ ſic frequẽter.ff.de Carbo.edic.l.3.§.duæ cauſæ.de acq.poſ.l.peregre.§.1.

Teſtium & ſcripturæ fides par eſt.

1 Immo eſt verius, ponderando verbum, publico. Fon.

Probatio p ſcripturam eſt prõptior quam per teſtes.

b ¶ *Idem tempus.*] ſcilicet menſis, vt ſ. Igitur infra eundem menſem intra quem de altero de duobus habet electio fieri, debent alia dimitti per hunc textum; aliàs pœna ſequens locum habet: ſi enim aliter diceres, non haberet fieri talis dimiſsio intra idem tẽpus, ſed diuerſum.arg.de condi.& demon.l.ſi in diem.de fideicom. liber.l.Thais ancilla.§ intra.

c ¶ *Verbaliter.*] id eſt verbis expreſsis, quaſi non ſufficiat hoc in mẽte gerere, niſi verbis ore tenus exprimatur.ff.de verb.obl.l.quicqd aſtringẽdæ.de cõdi.indebi.l.ꝙ qui ſciẽs.C.de cõdi.ob cauſam. l.ſi repetendi.Et hoc ſane intelligas in illo qui loqui poteſt: in alio autẽ, puta muto facto, maxime ſine culpa iſta verbalis dimiſsio cadere nõ põt: vnde videtur ſufficere ꝙ nutu vel ſigno vel in ſcriptura, ſi ſit litteratus, ſe velle dimittere oſtendat.arg. ff. de leg. 3. nutu. de procu.l.mutus.de iure do.l. mutus.C.qui teſta.face. poſ. diſcretis extra de ſpon.c.tuæ.& c.cũ apud.non enim talis videtur ad impoſsibile per hanc conſtitutionẽ adſtrictus.22. q.2. faciat homo.4. diſt.erit autẽ lex.ff.de reg.iur.l.impoſsibilium. Quid autem de illo qui loqui non poteſt, ſufficeret ne ꝙ nutu, vel ſigno ſine verbis dimitteret? Videtur ꝙ non.arg.dicti c.tuæ. cũ ibi not. per Ber. & 43. diſt.c.ſit rector.per Io. & per hunc tex. qui expoſcere videtur etiã verbalẽ & realẽ dimiſsionẽ.Sed nõ improbabiliter videretur poſſe dici contrariũ.arg.eorũ quæ not.Hoſt.dicto c.tuæ. etiã in Summa, de ſpon.in rubricella, de matrimonio.§. qualiter contrahatur. vbi tenet ꝙ matrimonium per potentem loqui nutu vel ſigno contrahi poteſt: non enim quis videtur eſſe deterioris conditionis ex hoc ꝙ loqui poteſt, quin ſigno, nutu, vel litteris exprimere ſuum conſenſum poſsit.arg.ff.de condi & demon.l.falſa.C.de adop. per adoptionem.& de digni.l.maior.de agen.in rebus.l. hac ſaluberrima. lib. 12. maxime, quia verba ad aliud inducta non ſunt niſi ad declarandum conſenſum.22.q.2. c. is autem. qualitercunque ergo conſtet de conſenſu dimittentis, ſufficere videtur.arg. ff. de leg. 3. l.Pamphilo. §. propoſitum. & ad hoc facit quod not. C. de teſta. l. iubemus.§.vlt.Et nunc reſpõdebis ad hunc textum, cum dicit verbaliter: ſubaudiens, vel alio modo æquipollenti, puta ſignis, nutu, vel litteris, vt mens ſeruetur, quæ verbis eſt præferenda, vt dixi ſ. in glo.nõ dicit.nam verba ad extraneũ ſenſum trahuntur vt mens ſeruetur.C.de libe.præte. l.3. legis enim verba ciuiliter intelligenda ſunt.arg.ff.de ſerui. l. ſi cui. cum nec ius calumniari, nec eius verba captari; ſed qua mente dicantur conuenit animaduerti.ff.ad exhiben.l. ad exhibendum, caute tamen egerit qui loqui poterit, ſi verbali dimiſsione vſus fuerit intra tempus huius conſtitutionis, vt opinionum periculum vitetur, vt ſatisfiat ſuperficiei huius text.cum in his quæ de facto poſſunt deduci in dubium, tutius ſit ſequendũ.ff.de ven.in poſ.mit.l.1.§.ſed ſi incertum.extra de ſpon. iuuenis.de cleric.excommun.min.cap.illud.de pœnit.diſt.7.cap.2. cum ſimilibus.

Beneficium ſi debeat dimitti verbaliter, qualiter à muto dimittitur.

Matrimonium per potentem loqui an ſine verbis poſſit contrahi per nutus ſolum & ſigna.

Tutius in dubio declarant iura ſequẽdum.

d ¶ *Realiter.*] quaſi dicat eorum poſſeſsionem dimittẽdo: parum enim prodeſſet verbaliter illa dimitti, ſi de facto adhuc detinerentur. arg. ff. de pig. act. non eſt mirum. de act. emp.& vend. l. 2. §.vacua. extra de re iud. cũ aliquibus.& arg.efficax ad hoc in corpore authen. de inceſt. nup. §.ad hoc quidem.coll.3. ex cuius §. mente videtur ſumptum quod hic dicitur.

e ¶ *Cũ effectu.*] puta nullo in eis cuſtode pro ſe dimiſſo, & abſtinendo penitus à perceptione obuentionum talium beneficiorum. verba enim cum effectu intelligenda ſunt.ff.ne quis eum qui in ius voca.l.ſi alium.§.docere.quod quiſque iur.l. 1. §. hæc verba. extra de cle.non reſi.c.relatum.

f ¶ *Abſque.*] hęc propoſitio, abſque, priuationem denotat, ſicut & præpoſitio ſine.ff.de exer.act.l.1.§.plures.& de inſt. act.l. ſed & ſi. §.conditio.

Abſque, & ſine priuant.

g ¶ *Sine noua collatione.*] ergo cũ illa poterit, ſumpto argu.à cõtrario ſenſu in iure fortiſsimo reputato 2.ff.de teſta. qui teſtamento.§.mulier.de offic.eius cui.l. 1. §. huius rei. de teſti.l.ex eo.extra de his quæ ſi.à præla.cum Apoſtolica.§.vlt.& hoc verum, niſi ex illo ſequeretur abſurditas: tunc enim talẽ argumentum ceſſat. C.de epi.& cle.conuenticulam.cum ſimilibus. ceſſat etiam vbi iura alia contradicerent.not.de fo.comp.c.ſignificaſti 3.Sed huic obſtare videtur extra de elect.commiſſa.§.porro.lib.6. vbi beneficium amiſſum in illa vacatione prima, quæ occurrit conferri non poteſt dimittenti.Sed patens eſt ſolutio: quia ibi ex culpa ſua habens illud amiſit: qui abſque iuſta cauſa ceſſauit intra annum ad ſacerdotiũ promoueri: hic autem obtinens plura beneficia, abſque culpa ſua licet non ſine cauſa, aliqua dimittere habuit ex diſpoſitione huius conſtitutionis. arg. ad hanc ſolutionem.extra de æta. & quali. c.1. de elect.cum in cunctis.§.hoc ſane.cum not.in eis.

2 Quia ipſum eſt mẽs legis, gl.in l. qui teſtamẽto.§ mulier. ff.de teſta.

3 Ego addo c. à nobis 2. de ſenten. excom. ibi Panor.& Fel. l. ſi.§. filius, C.de bo.quę liber.l. pen. C. qui teſta. face.poſſunt: quas l.allegat Bar.c.nullus. de fo.comp. quẽ vide late loquentẽ de argu.à cõtrario ſenſu. Font.

h ¶ *Facere poterit.*] iſtud dicit ideo: quia aliàs pro non facta habetur collatio, quæ fieret per illum, qui non poſſet eam facere.1. q. 7. Daiberrum.extra de iurepatro.c.ꝙ autem. ff. de offi. proconſul.l. obſeruare.§.vlt.

i ¶ *Redire.*] nõ eſt mirum ſi ad ea non pateat regreſſus: quia cum decernantur vacare per lapſum menſis, vt ſ.dicitur, ſine inſtitutione canonica non poſſent licite detineri.extra de inſti.ex frequentibus.de reg.iur.c.1.lib.6.& arg.ff.de decu.l.Herennius. immo aliter ea recipiens, intruſus non intitulatus diceretur. de præb. eum qui.lib.6.extra de elect.quiſquis.& quaſi fur & latro.cũ per oſtium ingreſſum ad ea non haberet.argu.de elect.dudum 2.& 7.q.1.cap. non furem.

k ¶ *Immiſcere præſumant*] ſcilicet iure primæuo, cum nullũ competeret, vt dixi in glo.præcedente.Quid autem ſi ad dimiſſa beneficia iuxta hanc conſtitutionem aliqui rediiſſent, vel eorum adminiſtrationi ſe immiſcuiſſent non iure ſuo, ſed ex alia cauſa probabili: vt puta ne ipſorum prouentus perditioni ſeu conſumptioni expoſiti perirent, vel ne ab inimicis occuparentur, ſed vt ſalui reſeruarentur ſucceſſoribus: haberet ne locum contra tales pœna ſequens? Videretur ꝙ ſic, ob iſtius textus indefinitatem, quaſi in culpa cenſeantur immiſcendo ſe rei ad ſe nõ pertinenti.ff. de reg.iur. culpa.vt ſic color omnis adminiſtrationis eis interdictus videatur. arg.de elect.auaritiæ.lib.6.& in extrauag.ſi fratrum. domini Ioannis.Sed cõtrarium credo ad inſtar tutoris, qui ante factum inuentariũ adminiſtrare non poteſt: & tamen vt occurrat periculo bonorum conſumendorum pupilli, adminiſtrationi illorum ſe poteſt ingerere ſine pœna.ff.de admi.tut.l. tutor qui repertoriũ. & arg. etiam ad hoc ff.de neg.geſt.l.nam & ſeruus.§.ſi vino.& de fur.l. falſus.§. alienum.circa fin. ex illa enim cauſa ſe adminiſtrationi ingerens, magis videtur implere officiũ, ad quod homo homini tenetur. ff. de ſer.expor.l.ſeruus.extra de teſta.cap.cum in officiis.22.q. 4. c.2. quàm rei alienæ ſe immiſcere: vt not.dicta l.culpa.niſi enim ſic intelligas, quod in fauorem beneficiorum videretur introductum, in eorum læſionem & damnum retorqueretur: contra legem, ſancimus.C.ad Trebel.de ſecun.nup. l. generaliter. extra de reg. iur. c. quod ob gratiam. lib. 6. & officium charitatiuum de ſe meritorium videretur interdictum, & eſſe pœnæ inductiuum, contra cõmunem legem.arg.ad hoc ſunt.ff.de iur.do.l.cum in fundo. & deterioris conditionis diceretur talis ſe immiſcens ex hoc, quia ſemel beneficiorum illorum rector verus extitit ex diſpenſatione, quàm alius, qui nullũ ius in eis habuiſſet: & hanc credo fuiſſe mẽtem conditoris huius capituli: vnde eius verba indefinita ciuiliter & ſine calumnia ſunt intelligenda.ff.de lega.2.l.debitor.§.vlt.& dixi ſ.in gl.1.verbis.

Tutor quandoque ante inuentariũ poteſt adminiſtrare.

l ¶ *Alioquin.*] ad oĩa ſupradicta referas: & expone, id eſt, ſi infra menſem,

menſem,vt ſ. non elegerint:vel ſi nunc electa non dimiſerint: vel ad dimiſſa ſine noua collatione redierint: vel eorum adminiſtrationi ſe immiſcuerint.

mum vacaturum vel ex cauſa ſecundum poſſet acceptare quo ad hoc, vt manus ordinarij ligari dicantur. de conceſ. præben. quia cunctis.§.pen.& cap. ne captandæ.& c.executor.de quibus contra hoc poſſet opponi,ſed non obſtat per iam dicta.

tã[a] his,quã aliis omnibus beneficiis[b],quæ virtute huiuſmodi noſtri moderaminis retinere poterãt(vt pfertur[c])ſint ipſo[d] iure priuati,et pſus inhabiles[e] ad [f] ſimilia beneficia[g] obtinẽda.Per hoc autẽ[h] iis[i] qui dignitates,pſonatus,officia, vel alia beneficia curã animarũ habentia ex diſpẽſatione,quæ ius[k] † tribuat iuxta noſtrã moderationẽ præſcriptã[l],obtinẽt, & alia ſimilia beneficia noſtrorũ, vel aliàs eorundẽ prædeceſſorũ auctoritate literarũ expectãt:cũ quibus[m] eſt vt illa cũ vacauerint,recipere, & vnà cũ obtẽtis retinere licite valeãt,diſpenſatũ,nolumus derogari[n],quin ea cũ[o] vacabũt infra dicti[p] tẽporis ſpatiũ poſsint eligere, & dimiſsis[q] aliis recipere in forma pſcripta[r], ac licite[s] retinere: pœnas[t] ſimiles incurſuri[v],ſi huius noſtræ cõtraire[x] pſumpſerint ſanctioni[y]. ¶ Porro[z] quia quorũdã oculos[a] ſic auaræ cupiditatis vitium[b] excæcauit[c], q plurima talia[d] beneficia ſimul abſq; diſpẽſatione canonica retinere pſumunt:Nos de illis pſenti decreto[e] ſtatuimus, vt omnia & ſingula beneficia ſic[f] detẽta, illo[g] tãtũ retẽto qđ vltimo[h] receperũt, dummodo in[i] eo ex collatione[k] canonica

a ¶ *Tam his.*] ſcilicet non dimiſsis:ſi ad illa redire vel adminiſtrationi eorum ſe immiſcere præſumpſerint.

b ¶ *Beneficijs.*] ſcilicet vno curato,vt ſupra.

c ¶ *Vt præfertur.*] ſ.in verbo,ſtatuimus.

d ¶ *Ipſo iure.*] & ſic eſt canon latæ ſententiæ. ſimile de elec. auaritiæ. & cap. quàm ſit. cum ſimilibus multis. Sed hic fortiter obſtare videtur de præben. cum ſingula.§.ſtatuentes. & §.circa eos. vbi non eligentes infra menſem, vel non electa dimittẽtes, non ipſo iure, ſed per ſententiam priuantur illis. Sed ibi in alio illi incurrunt maiores pœnas quàm iſti: cum ibi ex hoc fiant ineligibiles, & ſic inhabiles nedum ad ſimilia obtinenda beneficia, immo ad maiora,hic autem ſolũ ad ſimilia:quare ibi exaggeratur pœna in vno,mitigatur in alio:hic autem non ita. Item hic fauorabilius eſt actum cum eis q̃ ibi: quia ex moderatione huius conſtitutionis permittitur duorum beneficiorum retentio de iure communi ſe aliàs non compatientium:quare eius non debent perfrui beneficio, quam contemnendam cenſuerunt pro nouo beneficio vetus eligentes grauamẽ. arg.ad hoc C.de iur.delibe.l.vlt.ſi vero poſtquam. & §. ſinautem. ibi autem non permittebatur niſi ſolius non vnius retentio: quare ibi minor pœna quàm hic.

Oppoſitio contra textum.

† Not. tex. pro ſtatuto faciente mẽtionem de beneficiis, quæ iure obtinentur: nã in tali veniũt beneficia diſpenſatiue retenta: per tex.hic. Fõ.

q ¶ *Dimißis.*] ab his ſcilicet prætextu moderaminis huius conſtitutionis obtentis.

r ¶ *Præſcripta.*] ſupra, in verbo,ſtatuimus.

ſ ¶ *Licite retinere.*] ex huius capituli permiſſione etiam hic adde quod dixi ſ. in verbo, diſpenſatione.

t ¶ *Pœnas ſimiles.*] ſcilicet illas quas patiũtur illi, qui tempore huius decret. plura talia beneficia obtinebant, & formam huius decret. non ſeruauerunt.

u ¶ *Incurſuri.*] ſcilicet priuationis ipſo iure nõ dimiſſorum, prætextu moderaminis huius decret.obtentorum.& inhabilitatis ſimilium obtinendorum.

e ¶ *Inhabiles.*] iſta inhabilitas ambitionis vitio inducitur, vt de elect.dudũ.2.de præb.cum ſingula.lib. 6. & ſic collige hic illud qđ dici conſueuit,qui totum vult,totũ perdit. ſimile de præb. de multa.& dicto c.cũ ſingula.de deſpõ.impu.c.acceſsit. de reſcri.ex tenore.de tranſla.epiſc.quãto.& arg.C. qui mili.nõ poſſunt.l.3.lib.12.

f ¶ *Ad ſimilia.*] ſcilicet iam non obtentis,vel non dimiſsis.

g ¶ *Beneficia.*] ſcilicet cũ cura diſpenſationẽ in ſui retẽtione expoſcentia.Nunquid igitur hæc inhabilitas illos reddidiſſe intelligetur inhabiles ad ſimplicia ruralia beneficia obtinenda?Dicas quòd non,tum ob odium pœnæ de ſui natura reſtringendę.ff.de pœnis, l.interpretatione.de pœnit.diſt.1.pœnæ.Tum quia inhabilitatus ob pœnam ad maius aſſequendum, non cenſetur inhabilitatus ad minus.ff.de interdic.& releg.l.relegatorũ.§.ſolet.Tum etiam quia in illis ſimplicibus hæc inhabilitas à iure non inducitur per hanc decre.ergo per hominem induci non debet.ff.de reli.l.at ſi quis.§.& generaliter.de ſepul.vio.l.3.§.non perpetuæ.33.q.3. §. in hoc. contenti enim debemus eſſe pœnis legibus comprehenſis.ff. de verb. obli. l. ſi ita ſtipulatio. tum etiam quia ſi huius canonis conditor voluiſſet inducere inhabilitatum in ſimplicibus,hoc vtique expreſſiſſet,quod cum non fecerit, pro omiſſo debet haberi. de deci. ad audientiam.C.de cadu.tol.l.vnica.§.ſinautem ad deficientis. Tum etiam quia in certis beneficiis inducta non extenditur ad alia. de elect.ſtatutum. lib. 6. Tum inſuper quia inhabilis de ſui natura ad maiora beneficia conſequenda, non ſic inhabilis cenſetur ad ſimplicia. idem ergo cenſeri debet de reddito inhabili ex aduẽtu per hanc conſtitutionẽ.argu extra de fil.presby.c.1.& vlt.Quòd autem dicit,ſimilia,ſubaudias & merito vel maiora. de elect. dudum. & per ea quæ dixi ſ.in parte prima,in verbo,quamuis modicum.

h ¶ *Per hoc autem.*] ſcilicet quod hic ſtatuitur,vt non curatũ beneficium ad aliud incuratum ſe aliàs non compatientia, quia valeat eligere infra menſem,& electa retinere, & cætera omnia dimittere,& quòd alias pœnas hic poſitas patiatur.

i ¶ *Iis.*] Datiui caſus eſt pluralis numeri.

k ¶ *Quæ ius tribuat.*] vt quia eſt legitima,ſufficiens,& quæ dicatur legitima ſ.notaui in verbo,legitima.

l ¶ *Præſcriptã.*] dic vt ſ,not.verbo pcedẽti in glo.ſcilicet cũ cura.

m ¶ *Cum quibus eſt,*] ſume verbum diſpenſatum, quod eſt infra.

n ¶ *Derogari.*] non immerito,quia qua ratione de pluribus iã obtentis vnum cum cura,& aliud ſine cura poſſunt eligi,eadẽ ratione de obtinendis,prætextu diſpenſationis,quæ ius tribuat.

o ¶ *Cum vacabũt.*] Iſtud dicit,quia nõ vacãtia effectualiter quiſque eligere non poteſt.de conceſ.præben.c. qui in viuorum.7. q.1. non futuræ.&c.eum qui.ff.de vul.& pup.ſubſti.l.moribus.§.interdum.licet impetrans cum clauſula acceptandi incertum,puta primum vacaturum vel ex cauſa ſecundum poſſet acceptare quo ad hoc, vt manus ordinarij ligari dicantur.

p ¶ *Dicti temporis.*] ſcilicet menſis,vt ſ.in verbo,ſtatuimus.

x ¶ *Contraire.*] ſcilicet non eligendo intra menſem, vel non dimittẽdo beneficia nõ electa, vel ad dimiſſa ſine noua collatione & electione redeundo vel eorũ adminiſtrationi ſe immiſcendo,vt ſ. Sed à quo tempore computabis iſtum menſem? ipſum enim non potes cõputare à tẽpore notitiæ huius conſtitutionis, cũ expectantibus poſt eius publicationẽ hic reſeruetur ius. Dicas igitur ipſum cõputandũ hoc caſu à tẽpore notitię vacationis veræ vel interpretatiuæ bñficiis recipiendi,iuxta c.cũ ei, de cõceſ. præb.Cle.5. non ante,per ea q̃ dixi ſ.in gloſ.ſcilicet tẽpore publicationis,ſicut nec habẽti cõferre currit tẽpus,niſi à tẽpore ſciẽtiæ.de cõceſ.pb.quia diuerſitatẽ.vtrũ autẽ in illo præſumatur ſciẽtia vel ignorãtia. vide quod not.Hoſt.eo.tit.c.ex parte Aſtenſis.ſup verbo, recurrerunt.

y ¶ *Sanctioni.*] ſanctio proprie eſt principis cõſtitutio pœna adiecta.3.diſt,in ſumma.qualis eſt iſta,vt patet ſupra.

Sanctio qđ eſt.

z ¶ *Porro,*] Tertia pars.

a ¶ *Oculos.*] ſcilicet interioris intellectus,de illis loquitur, nõ de corporalibus,vt alibi de elect.quorundam.lib.6 Oculi enim tales debent eſſe depurati ab omni conſcientiæ prauitate. 1. q.1. multi, de hoc in dicto c. quorundam. oculi vero corporales debent eſſe pudici ab omni immundo aſpectu. 31. q.5. qui viderit. aliquando vero certæ perſonæ adminiſtrandę rei præpoſitæ dicuntur oculi,q peruigiles & prouidi debent eſſe in agibilibus. 93. diſt. diaconi.6. q.1.c.oẽs.extra de offic.archid.ad hoc.§.1.29.diſt.cap.pœnis.

Oculi ſunt duplices.

b ¶ *Vitium.*] ergo vitandum,cum ſit animarum deuoratiuum. de vſu.cap.vſurarum.lib.6.

c ¶ *Excæcauit.*] Not.auarũ dici cæcũ, q̃a nõ hẽt oculos interioris intẽtionis ad Deũ.47.diſt.ſicut.đ elec.auaritiæ.& c.quorũdã.lib.6.

Auarus quilibet cæcus eſt.

d ¶ *Talia beneficia.*] quæ in parte præcedẽti vocantur legitima, vel ſufficientia, & hæc verba ſynonyma reputantur quo ad hoc: quia idem in effectu ſignificant. ſi enim eſt canonica, per conſequens legitima,3.diſt,c.canon.iuncta l.3.ff.de legi. Item ex conſequenti ſufficiens:quia cum talis diſpenſatio lex priuata dicatur.3. diſt.c.priuilegia. nihil imperfectũ,nihil inſufficiens continere debet.C,qui mili.poſ.vel non.l.ſi quis ſeruum.lib.12.

e ¶ *Decreto.*] q̃d ſit pprie decretũ,vide quod not.3.q. in ſumma.

f ¶ *Sic detenta.*] ſcilicet ſine diſpenſatione.

g ¶ *Illo tantum.*] in hoc ſtrictius agitur cum iſtis cum diſpẽſationem non habeant, quàm cum aliis habentibus, vt patet in parte præcedenti:& ratio ibi ex textu colligitur.

h ¶ *Vltimo receperunt.*] ſed quare magis permittitur illius retẽtio quàm aliorũ:Poteſt dicere ideo:quia etſi alia fuiſſent legitime quæſita per effectualem ſuſceptionem vltimi:prima omnia vacaſſent ſicut vacaret primum vnicum,de præb. de multa. & eo. tit.cũ ſingula.lib.6.niſi ex diſpẽſationis virtute aliud cõtingeret, vel niſi ex cauſa in primis vel primo detineretur beneficiatus,vt not.21.q. 1.ſi quis iam tranſlatus.& per Pet.de Sam.dicto c.de multa.

i ¶ *In eo.*] ſcilicet vltimo recepto.

k ¶ *Ex collatione canonica.*] Sed qualis collatio poterit hic dici canonica:cum detẽtio plurium beneficiorum iniuſta quem a promotione repellat.de elect.dudum 2.? Dicas q illa quæ facta fuit à Papa,non obſtante prædicta iniuſta detentione vel ab alio potente illam impromouibilitatem tollere,arg.de præben. c.non poteſt. §.penul.lib.6.1

1 Vide q̃ ibi not. Doct.in 1.col.& quæ ego notaui in c.ſi gratioſe. de reſcri. lib. 6. Font.

a ¶ *Competat ius.*] Not.per ſolam collationem canonicam etiam traditione tribui ius in beneficio,vt hic,& de præb.ſi tibi abſenti. & c.quorundam. in fin.lib.6.& c.accedens. Sicut & in vltimis voluntatibus rei legatæ dominium ſine traditione tranſit in legatarium,& rei donatæ in eccleſiam.ff.de leg.1. l. ſi tibi homo. §. cum ſeruus.ď leg.2. cum pater.§.ſurdo.quemadmodum ſer.amit.l. ſi partẽ. §.1. de furtis. l. à Titio. C.de ſacroſan. ec.l. vlt. Vnde pro beneficio collato & eius iuribus agi poteſt per beneficiatũ actione in rem, etiam poſſeſsi one nondum apprehenſa per dictaiura. ſic etiam not.Compoſt. de conſtit.cum M. in rebus ꝓfanis regulariter ſecus eſt. C. de rei ven. l.ſeruum.de pact. l. traditionibus. 1. ff. furt. l. eum qui. cum ſimilibus. Sicut autem inter iſta ẽſt differentia acquiſitione iuris, ſic etiã eſt differentia inter iſta in acquiſitione poſſeſsionis.ſuper quo vidĕ qđ plene not.p Inno.de reſti.ſpo.c.in litteris.ſuper verbo.prius.

competat [a] ius eiſdem,intra tẽpus ( vt præſcribitur ) limitatum [b],verbo [c] & facto [d],ac ſine [e] fraude coram [f] ordinario ſub teſtimonio ſimiliter publico dimittere teneãtur.Quod [g] ſi non fecerint,etiam illo [h] ſint ipſo [i] iure priuati, in quo ius eis aliàs cõpetebat,& inhabiles penitus ad quęcũque [k] obtinẽda eccleſiaſtica beneficia cenſeãtur.¶Qui verò [l] deinceps [m] receperint [n] dignitatem, vel perſonatum, ſeu officium, aut aliud beneficium animarũ curam habẽs [o] annexam,ſi antea ſimile [p] beneficiũ obtinebãt,illud(quo ipſo [q] iure poſtquã ſecũdi poſſeſsionẽ [r] habuerint [s], vel per eos omni dolo & fraude ceſſantibus [t] quo minus habeãt ſteterit,priuati noſcũtur) abſq; [v] moræ diſpẽdio in ordinariorũ [x] manibus dimittere [y] debeãt pari [z] modo: Alioquin [a] extũc [b] ſint ipſo [c] iure ſecũdo priuati,& nedũ ad [d] ſacros ſuſcipiẽdos ordines, quinetiã ad habẽdũ quodcũq; [e] beneficiũ eccleſiaſticũ inhabiles reputentur.Quæ omnia & ſingula beneficia vacatura [f] (vt [g] pręmittitur

z Hinc eſt quod poſterior emptor cui primo res eſt tradita, pręfertur primo ẽptori,cui res tradita noneſt.l. quotiens. C. de rei vendic. de qua l. vide Hippo.in l. qui duobus ff. ď fal. & ad iſtã gloſ. faciunt not. in c.ſi tibi abſenti. de prębẽ.lib. 6 & Inno. in c.ĩter cętera. de pręben.& vide quę notaui ad finẽ c.de conceſ præben. lib. 6.Font.

b ¶ *Limitatum.*] ſcilicet menſis,vt in parte præcedenti.

c ¶ *Verbo.*] hoc eſt quod ſ.dixerat,verbaliter.& dic vt ibi dixi.

d ¶ *Et facto.*] ſ. dixerat realiter in parte præcedenti: ſed idem eſt in effectu.

e ¶ *Sine fraude.*] quaſi dicat non retinendo illa per aliquam perſonam ſubmiſſam.& hoc deſignat quod in parte præcedenti dictum fuerat,cum effectu.

f ¶ *Coram ordinario.*] ſuper hoc verbo & ſequenti dic vt ſ.proxi. §. dixi.

g ¶ *Quod ſi non fecerint.*] id eſt ſi beneficia omnia obtenta ſine diſpenſatione excepto vltimo rite collato, verbo & facto ſine fraude non dimiſerint.

h ¶ *Etiam illo.*] ſcilicet vltimo recepto, in quo eis ius quæſitum fuerat ex canonica collatione,vt ſequitur.

i ¶ *Ipſo iure.*] dic vt dixi in verbo ſimili.ſ.proxi.§.

k ¶ *Ad quæcunque.*] magis generaliter ſeu vniuerſaliter in hoc §. incurritur inhabilitas iſta,quàm ſ.§.proxi. vnde dicit quæcunque, nedũ ſimilia non dimiſsis, de quibus non eſt dubiũ per §. præcedentẽ,immo etiã diſsimilia,puta,inferiora etiã ſimplicia,cum dicat quæcunque.arg.ff.de hæred.inſtit.l.hoc articulo. extra de maior.& obed. c. ſtatuimus. illa quæ aliàs diſpenſatione præcedente legitime poterant retineri, & ad quæ dimittenda quis nullatenus arctabitur,vt quẽ maior pręcedit culpa,maiori plectatur vindicta 50.diſt.c. quia tua. & c. in quo maior eſt culpa. & extra de hæret. excõicamus.§.credentes. & de cle.ex.mi.latores. & ff. ad legem Aqui.l.item Mela.§.ſi plures.ad leg.Cor.de ſic.l.vlt.cum ſimilibus.

l ¶ *Qui vero.*] Quarta pars.

m ¶ *Deinceps.*] poſt huius decret.editionem.

n ¶ *Receperint.*] iuſte vel iniuſte:puta per violentiam vel intruſionem.de præben.eum qui.lib.6.

o ¶ *Habens annexam.*] ſuper hoc verbo & aliis, quæ præcedunt, dicas vt dixi ſ.circa princip.decret.

p ¶ *Simile.*] puta dignitatem,perſonatum,vel officium, etiã ſine cura,vel quodcunque aliud cum cura:quia quo ad habendã pluralitatem idẽ iudiciũ eſt de illis,licet nõ curatis & aliis curã habentibus.extra de præb.de multa.§.hoc idem.de elect.dudum 2.§. ſed cũ in iure.nõ aũt quo ad omnia alia, vt colligitur de æta. & quali, c.1.iuncta decre.licet canon.de elect.lib.6. & colligi etiam poteſt extra ne cler.vel mo.c.ſup ſpecula.iũcta decr.ſtatutũ.eo. tit. lib.6.

q ¶ *Ipſo iure.*] quaſi dicat non expectata ſententia hominis, cum ſit ſentẽtia iuris.Et vbi conſtat quem ipſo iure priuatum, vel aliàs ius non habere in beneficio quod detinet, de facto expelli ab illo per iudicem poteſt,nec poteſt dicere ſe ſpoliatũ, & ſic reſtituendum: quia iudex eps magis exequi ſui beneficij debitum dicitur, quàm violentiam inferre.ſic not.Inno. & Hoſt. poſt eum. de reſti. ſpo.c.accepta.& de ſi.presby.conſtitutus.

Beneficium de facto tantũ obtinens, ab epiſcopo expelli põt.

r ¶ *Poſſeſsionem.*] ſcilicet pacificam.& ſuper hoc ſi placet,videas quod dixi & notaui de elect.commiſſa.lib.6.

ſ ¶ *Habuerint.*] ſubaudi & fructus ex eo percipere potuerint:aliàs primũ qs dimittere nõ tenetur.de præb.c.ſi tibi conceſſo.lib.6.2.

2 Vide quod ibi notaui ad tex.Font.

t ¶ *Ceſſantibus.*] nam dolũ vel fraudẽ adhibentes, in conſequẽda poſſeſsione haberi debent quo ad hoc pro poſsidẽtibus.ff.ne quid in lo.pub.l.2.§.hoc interdictum. & de reg.iur. l. qui poteſt facere. ſicut per contrarium dolo deſinentes poſsidere,pro poſſeſſoribus ſunt habendi. ff. de rei ven.l.ſi autem. §. 1. de reg. iur.l. parem. & eod.tit.cap.pro poſſeſſore.lib.6.

u ¶ *Abſque moræ diſpendio.*] quaſi dicat non expectata ſententia priuatoria facti:vel litis conteſtatione: omiſſa facti allegatione,vt alibi.& ſimili modo exponi & dici conſueuit.de reſcrip.cap. ab excommunicato,de præb.ſi beneficia.lib.6.

x ¶ *Ordinariorum.*] q ſint illi,cauetur j.ꝓx.§.

y ¶ *Dimittere.*] hæc dimiſsio ad factũ ſolũ refert,cũ iure in illo cõpetẽti ſint priuati,vt ſ.dr, ſicut aliàs contingit de elect. noſti. & ibi not. cum ſimilibus.

z ¶ *Pari modo.*] ſcilicet verbo & facto,& ſine fraude cũ effectu, & ſub teſtimonio publico, vt ſ.proxi. §. & præcedenti: quod dic vt ibi dixi.

a ¶ *Alioquin.*] id eſt ſi primum adepta poſſeſſione ſecundi, vel per eos ſteterit in ordinariorum manibus ſine mora non dimiſerint verbo & facto ſine fraude.

b ¶ *Extunc.*] non ergo ante,vt dixi ſ.

c ¶ *Ipſo iure ſecundo priuati.*] per hoc patet,ꝙ hæc decret.eſt canon latæ ſententiæ nedũ in priuando quẽ primo beneficio tali per ſuſceptionem ſecundi ſimilis,immo & etiam priuando illũ ſecundo,vbi illud non dimiſerit prout hic ſtatuitur.olim autem videbatur ſententia neceſſaria quo ad priuationem ſecundi. de præb. de multa.ver.ſed ſi forte.vbi dicit,etiam alio ſpolietur. non dicit ſpoliatus ſit.& eo.tit.cum ſingula.lib.6.cum dicit,repellatur.non dicit repulſus ſit,vt aliàs in ſimili dici cõſueuit & notari. de fo.compet. ſi diligenti.de exceſ.præla.grauem.11.q.1.inolita.C.de iur.om.iud. l.in criminali.vnde vi.l.ſi quis in tantã. in quibus & ſimilibus ſententia priuatoria eſt neceſſaria:qa ipſo iure vel eo ipſo non inuenitur inflicta.Et ita ſecundum hoc decre. de multa dicetur per iſtã in hoc correcta 3:vel trahetur ad iſtam vt verbum,ſpolietur,ibi poſitum exponatur,id eſt,ſit ſpoliatus,vel ſpolietur de facto, quatenus de facto tenet:cum ipſo iure ius ſibi competens in illo amiſerit,vt hic dicitur:certum eſt enim ꝙ hæc decret. exaggerat pœnã, & inducit alias duas nouas,quæ ſtatim ſequuntur, quæ ipſo facto incurruntur,& quæ in dicta decret.non erant.

3 Circa iſtud punctũ vide ibi Panor. Font.

d ¶ *Ad ſacros.*] de non ſacris nihil ſtatuitur hic, quare non videntur prohibiti ſuſcipi.arg.ff.de interdi.& releg.l. relegatorum.§.vlt. extra de biga.c.2.cum ibi not.per Hoſti.de cle.pu.in duello.c.Henricus.50.diſt.quicunque.& c.placuit.

e ¶ *Quodcunque.*] de hoc dic vt dixi ſ.proxi.§.in gl.vlt.

f ¶ *Vacatura.*] ſcilicet ipſo iure ex diſpoſitione huiꝰ cõſtitutionis.

g ¶ *Vt præmittitur.*] ſcilicet præcedẽte diſpẽſatione electis duobus vno cũ cura,alio ſine cura,vel illis nõ electis,vel cęteris nõ dimiſsis vel dimiſsis,ſi ad alia quis ſine noua collatione redierit, vt ſ.in §.nos itaque. vel nulla præcedente diſpenſatione retentis pluribus illiſque non dimiſsis,retẽto vltimo rite collato. iuxta §. porro.vel ſecundo ſimili ſuſcepto, & primo non dimiſſo, iuxta iſtum §.in his enim inducitur vacatio per hanc conſtitutionem. in omnibus.in §.nos.in vltimo receptis.in §.porro.& in iſto.& hunc intellectum innuit §.ſequens cum dicit,vt præmittitur perditis. niſi enim ſic intelligas,videretur hic innui, ꝙ omnia bñficia in futurũ vacatura per ſuſceptionem ſimilium eſſent hic collationi Papæ reſeruata:& ſup eis ſublata poteſtas ordinariis vel legatis ſedis Apoſtolicæ Cardinalibus cõferendi.quod eſt expreſſe ꝯ decret.de multa.§.his quoque.& ꝯ decret.cũ ſingula.§.ſtatuentes.etiam de pręben. & haberet dici neceſſario, ꝙ illa iura cum ſuis ſimilibus ſint correcta. & non eſt veriſimile conditorem huius canonis hoc ſenſiſſe.arg.de elect.c.eccleſia 2.§.denique.C.de inof.teſt.l.ſi qñ.nam iurium correctio vitanda eſt.de elect.cum expediat.lib.6.in corpore authent.de admi.offi.in ſi.coll.3.nec voluiſſe intantũ reſtringere poteſtatem ordinariorum in beneficiis conferendis, in magnũ forte periculũ diutinæ vacationis.arg.extra de priui.paſtoralis. de pben. ſtatutũ. lib.6. vř ergo intelligendũ hic reſeruationẽ factã eſſe de beneficiis,quæ per hãc cõſtitutionem vacare cenſentur,& quæ aliàs nõ vacarẽt:vt ſic in hoc intelligatur inquãtũ minus derogare dicetur aliis iuribus cõibus.arg.de reſcr.c. cauſam quæ. de cõſue. cũ dilectus.ff.de legi.l. ſed & poſteriores. iuxta id qđ alibi ſtatuit: quotiẽs enim ſermo duas ſignificationes exprimit:ea potiſsime recipiat,q rei agendæ aptior eſt,ideſt iuri cõi nõ ꝯria. ff. ď reg. iur.l. quotiẽs idẽ ſermo.& alibi legitur;quotiẽs ſine captione nihil inueſtigari põt,eligẽdũ eſt qđ minus habet iniquitatis,vt eo.tit. l. quotiẽs nihil. & opinor hanc mentẽ fuiſſe conditoris huius capituli.

Iurium correctio vitãda eſt.

a ¶ Vel

titur ) vel dimiſſa [a] noſtræ [b] & ſedis Apoſtolicæ diſpoſitioni de ipſorũ fratrũ cõſilio reſeruamus [c]. Inhibentes [d] ne quis preter Romanũ Pontifice [e] quacũque [f] ſit ſuper hoc auctoritate munitus, de huiuſmodi [g] beneficiis diſponere [h], vel cira illa per viam permutationis [i], vel aliàs [k] innouare quoquo modo præſumat. Nos enim ſi ſecus actũ ſeu attentatũ fuerit, irritũ [l] decernimus & inane. ¶ Cæterum [m] ordinarios intelligimus in caſibus [n] ſupradictis epiſcopos [o], in quorũ ciuitatibus [p] vel diœceſibus cõſiſtunt beneficia ſeu aliquod eorũ, quæ debent ſecũdũ [q] præmiſſa dimitti, aut ipſi qui ea debẽt dimittere cõmorãt [r], vel eccleſiis cathedralibus [s] vacãtibus [t] capitula co-

a ¶ *Vel dimiſſa.*] intellige prætextu diſpenſationis ſublatæ, vt ſtatuitur ſ.in §.nos itaque.quid ergo ſi nulla ſint dimiſſa, iuxta illum §.ſed habens diſpẽſationẽ ſuper pluribus, omnia de facto retinuit. contra hanc decret. quæ & qualia tamquam dimiſſa dices hic reſeruata? Videtur ꝙ nulla, ſed dic ꝙ ſaltem cenſebuntur reſeruata tamquam pro dimiſſis habenda, vel tamquam vacatura, vt dixi in glo. præcedente. Non ſic autem de obtentis pluribus ſine diſpenſatione, iuxta §. porro. illa enim tamquam vacatura per lapſum menſis non poſſunt dici reſeruata, cum tempore huius cõſtitutionis editæ vacarẽt: ſed nec tamquam dimiſſa vbi dimiſſa non fuerãt: niſi diceres ipſa pro dimiſſis fore habenda. Sed ſi ponas ipſa dimiſſa, cenſebuntur ne ipſa reſeruata? Videtur ꝙ non: ſicut nec dimiſſa prætextu adeptorum ſecundorum ſimilium: cum hic videatur Papa reſeruaſſe ſolum illa, quæ per hanc conſtitutionem ipſo iure dicuntur vacare: vt dixi in glo. præcedenti vel quæ ſunt dimittenda ex diſpoſitione huius conſtitutionis, non autem alterius.

b ¶ *Noſtræ & ſedis Apoſtolicæ.*] differentiã collige inter iſta. de reſcrip.cap.ſi gratioſe.lib.6.ff.loca.l.4. ſed in caſu præſenti quo ad effectum reſeruationis nulla videtur differentia: quia licet hæc reſeruata per conditorẽ huius cõſtitutionis non conferentur: remanerent conferenda per ſucceſſorẽ, cum nedũ ſibi reſeruauerit, ſed & ſedi ipſi, quæ nõ moritur, vt dicto c.ſi gratioſe.& arg.in corpore authen.quomodo opor.epi.§.licentiam.coll.1.12.q.1.cap.liberti.

Papa multa beneficia ſibi reſeruat, cum multis ꝓuidere habeat.

c ¶ *Reſeruamus.*] ſed ſuppoſita plenitudine poteſtatis iuxta quã Papæ dici non poteſt, domine cur ita facis? de pœnit.diſt.3.§.ex ꝑſona. ſi quæras à me quæ potuit eſſe cauſa rationabilis, ꝙ ipſe talia beneficia ad ſe reuocauerit conferenda, poſſum reſpondere ꝙ cũ ſollicitudo oneroſa Pontificalis officij Papæ impoſita, vt in extrauaganti eiuſdẽ dñi Papæ, quæ incipit: Ad onus. multis indigeat miniſtris: cũ meſſis quidem multa, operarij vero pauci.21.diſt. c.in nouo. vocandis per eũ in partẽ ſollicitudinis.2.q. 6. c. qui ſe. extra de vſu pal.c.ad honorẽ. quos remunerare tenetur; necnõ illos qui ſuis anteceſſoribus ſeruierunt, 12.q.2.c.hoc huiuſmodi. & c. charitatem.& c.eccleſiaſticis, & ad eius ſedẽ confluant vndecunq; clerici indigentes, quibus paterna prouiſione ſubuenire tenetur, maxime ne in cleri opprobrium mẽdicare cogãtur, 93.diſt. c. diaconi. extra de renũ.c.ad ſupplicationẽ. habeatque multis mundi magnatibus, illis potiſſime qui Dei Eccleſiã in multis dotauerunt, vel illorũ anteceſſores: & qui Eccleſiæ Dei fuerũt deuoti filij & defenſores, ſe fauorabilẽ exhibere. de reſcrip. ſedes Apoſtolica. in beneficiis conferendis ad eorũ inſtantiam, vt ad ſubſidiũ Eccleſiæ pro tempore citius inducuntur: & ne aliàs ab eo retrahantur. arg. C. de bo.quæ libe.l.2.ff.de ope.pub.l.2. iuſtum fuit & æquum adinuenire modũ per quẽ Papa poſſit de multis beneficiis prouidere, vt ꝑ eũ iuſta fiat diſtributio de eiſdem, vt in prin. huius capituli, potiſſime cũ in eo donandi immenſitas menſura dicatur, in corpore authen. de nõ alie.aut permu.re.eccl.§.ſi minus. coll.2. & iſta põt dici ratio quare beneficia vacantia per aliũ q̃ per eũ regulariter conferri non poſſunt. de præb.licet eccleſiarum.lib.6. & ibi de hoc dixi.

d ¶ *Inhibẽtes.*] poſt talẽ inhibitionẽ vel reſeruationẽ ligatæ ſunt manus ordinarij, vt tũc cõferre nõ poſſit. arg. de reſcrip. tibi q̃ gratiã. de conceſ.præb.c.executor. & c.ſi capitulo. lib.6. cũ ſimilibus.

e ¶ *Romanum Pontificem.*] ſubaudi; vel aliũ ab eo ſuper hoc poteſtatem habentem, de præben.licet.lib.6. tunc enim per alium faciens, hoc ipſe facere cenſetur. de reg. iur. c. qui per alium. lib. 6. omnia enim noſtra facimus, &c. C. de vete. iur. enu.l.1. §. ſed neque. extra de præben.cap.ſi Apoſtolicæ.lib.6.

f ¶ *Quacunque.*] etiam legationis Cardinalis, cum ſic indeterminate & vniuerſaliter loquatur, & nihil excipiat. arg. de ma.& obe. c.ſolitæ.circa fi.de hære.inſti.l.hoc articulo.& extra de præb. c.licet.lib.6. vbi ſunt verba ſimilia, & magis ſpecificata quàm hic, licet aliàs ex virtute legationis ſuæ poſſet conferre beneficia, etiam ad collationem ſedis Apoſtolicæ deuoluta. de præb.c.venerabilis.

g ¶ *Huiuſmodi beneficijs.*] ſcilicet diſpoſitioni ſedis Apoſtolicæ reſeruatis.

Præſentato ius ex præſentatione nõ quæritur.

h ¶ *Diſponere.*] puta illa conferendo, vel ad ipſa aliquẽ eligendo, vel de eis prouidẽdo. An autẽ per hoc videatur laico patrono interdicta poteſtas præſentandi ad talia beneficia: Sentire vr̃ Gul. ꝙ non, de præb.c.licet, cum de iure præſentandi non fiat mentio. Itẽ quia qui præſentat aliquẽ ad beneficiũ, nihil diſponit de ipſo, cũ ꝑ præſentationẽ aliquod ius in eo nõ quæratur. de re iud. cum Bertholdus. & ibi not. in 3. gloſ. ſed textus huius indefinitas & vniuerſalitas cõtrariũ innuit, potiſſime cũ ſtatim ſubiungat, vel aliàs innouare quoquo modo præſumat, nulli autẽ venire debet in dubiũ, quin per præſentationẽ aliq̃d in beneficio innouari dicatur, cũ alteri quàm præſentato de iure conferri nõ poſſit, ſaltẽ durãte præſentatione, & agi poteſt vt præſentatio admittatur. dicto c. cũ Bertholdus, cũ ibi not. maxime ſi ſit facta à clerico, cũ illa vim electionis habeat. not. Inno. de iure pa. cũ autẽ. nec ille variare poſſit, vt ibi, & eo.tit. c. paſtoralis. & ſi præmiſſa vera ſint, vr̃ hic patrono, etiã laico, ſublata præſentandi poteſtas, quod fieri bene poteſt per Papã, cum q̃ ſola gratia iuſpatronatus in laico toleretur, 16. q. 5. ſi quis epõrum, extra de iurepa. quoniã, & quo ad illud ſit de foro Eccleſiæ. extra q̃ iud. quãto, de hoc etiã notari cõſueuit extra de iurepa.c. cum dilectus.

i ¶ *Permutationis.*] igitur permutatio de talibus etiam vacaturis hic eſt inhibita tãquã ꝑ reſeruationẽ, inhibitionẽ, decreti interpoſitionẽ affectis. arg. extra de cõceſ. pb. ſi capitulo. & c. ſi ſoli, lib. 6.

k ¶ *Vel aliàs.*] puta trãſlationis de aliquo beneficio ad alia faciẽdæ: vel forte illa alteri vniendo, vel alia diuidendo, vel alia ſubmittendo, vel cenſum eis imponendo, vel ſimilia faciendo, cum hic generaliter dicatur innouare quoquo modo. Vel poteſt dici aliàs innouare, puta ad illa aliquem præſentando, vt dixi ſ. proxi.

l ¶ *Irritum.*] hæc clauſula ligat penitus etiam ignorantes. de preben. ſi poſtquam. & c. dudum. de reſcrip. c. tibi. lib. 6.

m ¶ *Cæterum.*] Quinta pars.

n ¶ *In caſibus ſupraſcriptis.*] In §.nos itaque.& §.porro.& §.qui vero.& per hæc verba innuit & denotat, ꝙ aliàs ſint vel eſſe poſſint alij ordinarij quàm epiſcopi, vt ſ. notaui in §. nos itaque. in verbo coram ordinario.

o ¶ *Epiſcopos.*] intellige etiam talium beneficiorum collationem non habentes, cum generaliter loquatur. & hoc innuit textus ſequens de capitulis eccleſiarum cathedralium mentionem faciẽs, ad quæ certum eſt de iure communi beneficiorũ collationes non ſpectare: extra ne ſede va.cap.illa.cum ſimilibus.

p ¶ *Ciuitatibus vel diœceſibus.*] diſiũctiue ponũtur hæc duo, qua ſi vnum non ſit reliquum. de reſcrip.cap.Rodulphus.

q ¶ *Secundum præmiſſa.*] ſcilicet in §.nos itaque.& in §.porro.& §.qui vero.

Epiſcopus eſt triplex ſcilicet originis, domicilij, & beneficij.

r ¶ *Commorantur.*] eps igitur beneficij, & eps domicilij hic ordinarij quo ad hoc ſunt cenſendi. ſimile extra de temp.ord.c.cũ nullus.lib.6. Si q̃ras quare hic cõditor canonis non reputauit ſuperiorem ordinarium epm originis ſicut ibi? Poteſt dici, ꝙ ex cauſa ibi de illo & aliis fit mentio, vt liberius & facilius poſſit quis ad ordines promoueri ab alieno epo, cũ à pluribus poſſit licentiã obtinere, & hoc denotatur ibi cum dr̃, hoc caſu: hic autem non curauit conditor de originario epo facere mentionem, cum facilius corã ordinario domicilij (cum ibi commoretur beneficiatus) poſſit beneficia dimittere, vel ſaltẽ coram ordinario beneficij, cum ſub illo in dubio præſumatur beneficiatus domicilium habere, vt notat Inno. de priui. ex ore. quàm coram ordinario originis, qui beneficia dimittenda in ſua diœceſi forte non habet, nec perſonam habentem illa dimittere ſaltem quo ad forum, vt not.ff. ad municipa.l. aſſumptio.§.1. Sed cum in loco originis dicatur quis habere domicilium regulariter & quo ad honores, & quo ad munera.ff. ad municipa.l. ordine.§.vlt. de mune. & hono.l. & qui originem. non videtur probabilis ratio, quare non ſic talia poſſent dimitti beneficia coram ordinario originis ſicut coram ordinario domicilij vel beneficij, cum ille ſicut iſte Papam certificare poſſit de beneficiis dimiſſis coram eo. Sed cum textus ordinarios tantum reputat epos beneficij vel domicilij, vel capitula eccleſiarum cathedraliũ eorundẽ, & nihil de ordinario originis dicat, non audeo dicere, ꝙ corã illo dimittẽdo quis bñficia ſatisfaceret huic cõſtitutioni: vnde ex quo ſic ſcripta eſt, ſeruãda eſt. 6.q.3. ſcriptũ eſt. 19. diſti, in memoriã.ff. qui & à qui.l. proſpexit. & in dubio verbis conſtitutionis habet ſtari.ff. de exerci. act.l.1.§. ſi is qui. ver. in re igitur, ad muni.l. cõſtitutionibus. vt pœnæ hic impoſitæ euitentur. Ratio autem quare ſic ſcripta eſt, poteſt reddi: quia epi illi, & maxime eps beneficij plenius Papam certificare poterunt de dimiſſione beneficiorum potiſſime reali, quàm epiſcopi originis, arg. extra de præſumpt.c.quoſdam.& c.quanto.C. de reſcin. ven.l. quiſquis.

ſ ¶ *Cathedralibus.*] id eſt epiſcopalibus, ob honorem cathedræ ſic dictis. arg. de offic.ordi.conquerente. de dona. paſtoralis.

Vacatio multipliciter contingit.

t ¶ *Vacantibus.*] intelligo qualitercunque ſiue morte, ſiue renuntiatione, depoſitione, tranſlatione, vel aliàs quoquo modo, cum indiſtincte loquatur. arg. 7.q.1.§. ecce quibus. ff. de bono. poſſeſſi. contra tabu.l.1.§.vlt. pro ſocio. l. actione, §. publicatione. Et quia

vtrobique eſt eadem ratio: hoc igitur caſu capitulum cathedralis eccleſiæ vices ſuſtinet epiſcopi quo ad beneficiorū dimiſsionem recipiendam, licet ipſa vel alia de ſe non cōferant. ne ſede va. illa.

a ¶ *Eorundem.*] ſcilicèt ep̄orum beneficij & domicilij, vt ſupra.

b ¶ *Et hi.*] ſcilicet epiſcopi: vel eis deficientibus, capitulum.

c ¶ *Vt præmittitur.*] ſ̃. in tribus proximis §.

d ¶ *Perditis.*] ſed de q̃bus perditis hoc intelliges? dices ne loqui de perditis illis, quæ retineri poterāt: quia alia non dimittuntur iuxta præcedentes §. vt eorū collatio ſpectet ad Papam? Dicas ꝙ ſic: mens enim fuit conditoris huius canonis ſuæ collationi reſeruare omnia beneficia, quæ ipſo iure per hanc conſtitutionem vacare cenſentur, vt ſ̃. dixi.

rundē [a]: & hi [b] de beneficiis tā dimiſſis, quàm (vt p̃mittitur [c]) perditis [d], nos [e] vel Apoſtolicā ſedē [f] certificare ſtudeant quāprimum [g] commode poterunt indilate [h], vt de illis ſalubriter diſponere valeamus [i]. ¶Quantum [k] autē ad modificationem attinet ante factam [l]: illa dumtaxat & nō alia beneficia eccleſiaſtica [m] quocunq; nomine [n] nuncupētur, curā animarū habere cēſemus; quæ parochias [o] habent, in quibus eſt animarū cura, non per vicarios [p] perpetuos, ſed per rectores aut miniſtros beneficiorū ipſorū, vel illorū tēporales [q] vicarios exercēda: necnō & illa, quorū miniſtris ratione beneficiorū huiuſmodi cōpetit viſitare [r], inquirere [s], p̄curationes [t] recipere, ſuſpendere [v], excommunicare [x] ſeu ab excommunicationis & ſuſpenſionis ſentētiis abſoluere [y] de cōſuetudine [z] vel de iu-

e ¶ *Nos.*] ſcilicet viuentes.

f ¶ *Vel Apoſtolicā ſedem.*] ſcilicet, nobis ad æternæ ſalutis gaudium euocatis. Vel potes dicere ſedem Apoſtolicam, etiam nobis viuentibus; cum vbi ſit Papa, ibi ſedes Apoſtolica, vt notaui ſ̃. in §. nos itaque. in ver. Romanæ Eccleſiæ.

g ¶ *Quam primū commode.*] ſcilicet arbitrarie, iuxta regionum longinquos vel propinquos viarū diſcurſus. arg. de elect. c. cupientes. & c. quàm ſit. lib. 6. de appel. cū ſit Romana. C. eo. tit. l. cum poſt. & eſt ſimile huic de cle. ægro. c. vnico. §. ſi autem epiſcopus. lib. 6.

h ¶ *Indilate.*] id eſt, abſque torpore, mora, vel negligentia.

i ¶ *Valeamus.*] non dicit, de perditis aliquid quòd de illis valeat diſponere tā quā per hanc conſtitutionē reſeruatis: quare facit pro hoc quod dixi in verbo, perditis. ſed cum quantum ad certificationem Papæ faciendam, hic æquiparari videantur dimiſſa, & perdita: vr̃ ꝙ ſicut illa ſunt hic reſeruata, ita & perdita. Sed ad hoc poteſt dici, ꝙ licet de hoc ſit Papa certificandus, vt valeat de illis diſponere: non ex hoc ſequitur, ꝙ de omnibus vt de reſeruatis diſponat vel diſponere velit, aliàs hæc reſeruatio iuris cōis ſublatiua, poteſtati ordinariorū derogatiua, & ſic odioſa ampliaretur, & extēderetur ad caſus nō expreſſos, qđ de iure tolerabile nō videtur. per hoc autem quod dicit, ſalubriter diſponere valeamus: videtur innui, ꝙ Papa ſit certificandus de talibus beneficiis, & eorū qualitatibus: quia illarum expreſsio aperire & parare poteſt viam ſalubri diſpoſitioni Papæ.

k ¶ *Quantum autem.*] Sexta pars.

l ¶ *Ante factā.*] ſ̃. §. nos itaq;. ſcilicet ꝙ quis vnā dignitatē, perſonatum, officium, prioratum, eccleſiā, vel aliud beneficium cum cura poſsit cum aliquo vel alio ſimili ſine cura licite retinere.

m ¶ *Eccleſiaſtica.*] qualia ſunt illa proprie, quæ clerico tantū conceduntur in perpetuum, id eſt ad vitam, quæ reſidentiam expoſcunt: quam exigit omne beneficium, niſi de ꝯrio conſtet: vt not. per Inno. de cle. non reſi. clericos. & de talibus dr̃, ꝙ ſiue canonica inſtitutione detineri non poſſunt. de inſti. ex frequentibus. de reg. iur. c. 1. lib. 6. ad differentiam illorum quæ conferuntur etiam laico tamquam bene merito. 16. q. 1. c. poſſeſsiones. & q. 6. c. illud. C. de ſacroſan. eccle. l. iubemus. 12. q. 2. quicunq; ſuffragio, vel cauſa pietatis. 12. q. 1. quia tua. 22. diſt. c. ſi qui vero.

n ¶ *Nomine.*] de nomine enim curandum non eſt, ex quo conſtat de corpore. argum. extra de procura. petitio. ff. de hære. inſti. l. quotiens. cum ſimilibus.

o ¶ *Parochias*] ſed quæ beneficia habere dices parochias? Dic vt not. per Gar. & Guido. de elect. licet canon. lib. 6.

p ¶ *Vicarios perpetuos.*] beneficia igitur in quibus inſtituuntur vicarij perpetui, non dicuntur quo ad hanc modificationem habere curam, quin cum alio curato poſsint retineri, vt hic, & de præb. ſuper eo. lib. 6. de ſe tñ curata ſunt quo ad vicarios ipſos, vt not. Ber. de offic. vica. ex parte. Sed an rector principalis nihilominus dicatur curam habere? Dicas ꝙ ſic: quia cum ſpiritualem iuriſdictionē ſuper vicarium & alios habeat, vt dicto c. ſuper eo. curam habere dicetur. de elect. dudū. & j. ſtatim ſequitur. ſic ſentit Hoſt. de præb. expoſuiſti. de ſi. presby. conſtitutus. in verbo, perpetuus. & in c. ad hoc. ſuper verbo, præfuerunt. Non enim eſt inconueniens, ꝙ in eadem eccleſia ſint plures curam inſolidum habentes vno ſuper alio exiſtenti. not. Inno. de præb. cū nō ignores. ad hoc facit in arg. efficax iſte textus: qa cū tm̃ quo ad modificationē præfatā tales eccleſiæ habētes vicarios, nō dicantur habere curā quo ad rectorē principalē, vt hic: ergo aliàs cēſentur quo ad illū curā habere: aliàs quo ad modificationē iſtā nihil ſpecialitatis induceretur ꝑ hāc decr. arg. ad hoc de præb. lib. 6. p̄ſenti. §. loca. de rerū p̄muta. c. 1. Item qa ſtatutū in certo caſu ſingulariter, in alio effectū ſuū nō extēdit. arg.

Curam in ſolidum poſ. ſunt plures in eadem eccleſia habere.

ff. de lega. 3. l. hæres meus. §. 1. de aur. & arg. lega. l. 1. §. item ſi duæ.

q ¶ *Tēporales vicarios.*] ideo ſic dictos: quia ad tēpus, nō in perpetuum duratura eſt eorum vicaria: puta ceſſante cauſa vel lapſo tempore, ob quam & vſq; ad quod talis vicaria conceſſa eſt. extra de appel. peruenit. & de æta. & quali. c. ex ratione. de elect. cum ex eo. §. porro. lib. 6. & talibus committēda eſt cura per ordinariū, vt in dictis iuribus, & de offic. archid. cum ſatis. Si quæras quare illa beneficia, quæ reguntur per vicarios temporales nō dicuntur incurata, ſicut illa quæ reguntur per perpetuos? Reſpondeo, quia rector principalis per temporalem vicarium deſeruiendo, per ſeipſum deſeruire & curam exercere cenſetur: cū ille iure ſuo hoc non faciat. arg. extra de reſtit. ſpol. cū veniſſet. ff. de acq. poſſeſ. l. quod meo. ſecus autē eſt in perpetuo, qui nomine & iure ſuo curam exercet, & pro illo iure agere & defendere ſe pót. de iud. cū deputati. de proba. ex litteris. cū beneficium proprium dicatur habere. de reſcript. poſtulaſti.

Vicarius tēporalis curam ſuo nomine non exercet: qđ tamen facit perpetuus.

r ¶ *Viſitare.*] iſta quæ ſequuntur reddunt beneficium curatū, vt hic, & de elect. dudum. & ad quid teneatur ille qui viſitat faciendum viſitationis tempore: Dic vt legitur & not. de offic. ordi. inter cætera. 10. q. 1. decernimus. & c. epiſcopum. & c. placuit.

ſ ¶ *Inquirere.*] de inquiſitione, quæ fit parte inſtante vel ex mero officio, qualiter & quibus præcedentibus habeat fieri, vide quod legitur de accuſ. qualiter. tam per ordinariam & extraordi. gloſ. & per Inno. de ſimo. licet Heli. Vbi nos. ꝙ inquiſitio quæ fit ex mero officio iudicis, fieri poteſt etiam publica infamia non præcedente. & per hoc tolerari poſſe videntur inquiſitiones, quæ fiunt per iudices moderni temporis tam eccleſiaſticos, quàm temporales. & pro hoc facit extra vt eccleſ. benefi. c. vt noſtrum.

Inquiſitio ā poſſit fieri infamia nō p̄cedente.

t ¶ *Procurationes recipere.*] quæ recipiendæ ſunt iuxta formā, c. cum Apoſtolus. de cenſibus, & contra talem procurationem quæ debetur ratione viſitationis de iure communi non currit præſcriptio ex parte illius, qui ad eam tenetur, licet alius in eo poſsit eā præſcribere: ſecus autem ſi debetur procuratio conſuetudinis ratione: tunc enim per habentem etiam illam præſtare, præſcribi poteſt. extra de præſcrip. cum ex officij. cum not. ibidem. In quibus autē, & de quibus rebus procuratio ſit præſtanda, vide quod not. Inno. de cenſi. Romana.

Procuratio an poſſit tolli præſcriptione.

u ¶ *Suſpendere.*] ſuſpenſio eſt multiplex. de quo vide quod not. p Compoſt. de conſue. cum dilectus. per Inno. de exceſ. præla. tanta. per Ber. de cle. excom. latores. Sed iuxta hoc quæro, ſi quis eſt ſuſpenſus ab officio, an intelligatur ſuſpēſus à beneficio? De hoc dic per Io. And. extra de pœnis. c. fi. in gloſ. quæ incipit, nota nouā ſpeciem, circa fi. cuius opinionem approbo qñ dr̃ in fi. illius gloſ. videntur iſtæ tres opiniones iungendæ & ſequendæ, &c. Dic breuiter, ꝙ aut ſuſpēſio inducitur ab homine propter crimē, quod cōſtat fore cōmiſſum, & tunc extenditur ad beneficiū, niſi ex cauſa illud ſibi retineatur, vt not. dicto c. latores. & de cle. pug. in duello, Henricus. & ad hoc facit de purg. cano. c. 2. & c. inter ſollicitudines. cum ibi not. per Hoſt. ſecus inducitur à canone, quia ſuſpenſus ab officio, ſuſpēſus nō vr̃ à beneficio, niſi à iure exprimatur. ſic not. Hoſt. & Gul. poſt eū, de re iudi. c. cū æterni. & Io. 33. diſt. c. præter hoc. licet in ſuſpenſo ab homine ibi notet idem, ſed male.

Suſpenſus ab officio, an intelligatur ſuſpēſus à beneficio.

x ¶ *Excommunicare.*] excommunicationis diuerſi ſunt modi ſecundum leges & ſecūdum canones: dr̃ enim quis excommunicari ſecūdū leges à perceptione corporis Dominici, in corpore authē. de ſan. epi. §. omnibus autem epiſcopis. coll. 9. ibi not. de iſta excommunicatione poteſt intelligi c. extra de vſu. quia in omnibus. qñque à gremio ſanctæ matris Eccleſiæ. C. de ſa. ſan. ec. l. placet. & ibi not. qñque ab ingreſſu eccleſiæ. in corpore authent. de interdi. collegi. hære. circa fi. coll. 8. C. de ſum. tri. l. 2. qñque à cōrone fidelium. ſicut eſt banniri. in 10. col. in tit. hic finitur lex. circa princ. De aliis ſpeciebus & modis excommunicationis ſecundum canoniſtas, & ipſarum effectibus, dic vt not. per Hoſt. in ſum. de ſent. excom. §. quot ſunt ſpecies. & §. quis ſit effectus.

y ¶ *Abſoluere.*] talis abſolutio competit ratione iuriſdictionis, nō officij, vnde eam ſimpliciter impendens tempore interdicti, nō eſſet irregularis: ſecus ſi aliàs eam impenderet officiando, vt not. Inno. & Hoſt. de exceſ. præla. tanta.

z ¶ *De conſuetudine.*] collige hic talia de quibus p̄mittitur poſſe quæri per conſuetudinem. de elect. dudum. §. ſed cum iure. cum ſimi. & hoc indubitabile vr̃ de illis qui talia habent facere ratione ſuorum beneficiorum. Sed nunquid alicui priuato clerico per conſue

per conſuetudinem queri poſſet, vt alium poſſet excommunicare? videtur quòd non. arg. ff. de offic. archid. cum ſatis. & iſtam opinionem ſequitur Hoſtien. de foro comp. cum contingat. Inno. autem contrarium 1 tenet. de reſti. ſpol. cum olim inter. & Hoſt. ibidem in hanc ſententiam declinare videtur.

1 Pro quo facit gl. in d. c. cum cõtingat. quã Io. And. referente Mari Sozi. ibi non legit alibi, & examinat ibi Maria. an dñs poſſit corrigere familiã & pater filiũ. & addit ibi Bar. Sozi. qđ iudex debet filium à patre ſibi traditum puni re ſecundũ voluntatem patris. l. 3. C. de pa. pote. non pœna mortis. l. milites. 2. §. fi. ff. de re mil. Cepolla in cautela ſua 1. alleg. l. qui cum vno. §. filium. eo. tit. Fonta.

a ¶ De *iure*.] ad quos de iure communi excõmunicare & abſoluere ſpectat, vide quod legitur 2. q. 1. nemo. extra de offi. ordi. cum eccleſiarum prælatis. & plenius in ſumma per Hoſtienſem de ſenten. excõmu. §. quis poſsit excommunicare.

b ¶ *Iuribus alijs*.] đ quibus dixi ſ. in gloſſa. beneficia igitur. vel dic, alijs, vt in decreta. licet canon. de elect. lib. 6. & de præben. de multa. & eod. tit. cum ſingula. lib. 6. de æta. & qualit. c. ex ratione. cum ſimilibus.

c ¶ *Quo ad cætera*.] ſcilicet præterquã ad modificationẽ hic poſitam.

d ¶ *Permãſuris*.] ſic nota, ꝙ detractione facta ſuper certo articulo iuri antiquo per nouũ, in cæteris remanet nõ correctum, quia quod non mutatur, &c. C. de teſta. l. ſancimus. de appel. præcipimus.

e ¶ *Nulli ergo*.] hic poſſet pars ſeptima aſsignari.

re[a]: iuribus[b] aliis de animarũ cura loquẽtibus in ſuo robore quo[c] ad cætera permanſuris[d]. Nulli[e] ergo omnino hominũ liceat hanc paginam noſtrarũ moderationis, ſtatutorum, conſtitutionum, reſeruationis, inhibitionis, & voluntatum infringere[f], vel ei[g] auſu[h] temerario contraire. Si quis autem hoc attentare[i] præſumpſerit, indignationem[k] omnipotentis Dei ac beatorum Petri[l] & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum[m]. Datum[n] Auinioni xiij. Calend. Decembris, anno ſecundo.

## TITVLVS IIII.

## De conceſſione præbendæ, & Eccleſiæ non vacantis.

¶ *Executores gratiarũ & iudices cauſarum à ſede Apoſtolica deputati, in diœceſibus iam diuiſis procedere poſſunt ſicut ante diuiſionem poterãt. Et cõgrue ponitur ſub hoc titulo, cum loquatur de executoribus, de quibus frequẽs mentio habetur in titu. de conceſ. præben. lib. 6. patet in cap executor. cap. ſi capitulo. & cap. ſi ſoli. Et potuiſſet ſituari ſub tit. de reſcript. vel de offic. deleg. vel de paroch.*

f ¶ *Infringere*.] cum enim principis conſtitutio quemcunque arctet etiam inuitum, omnis homo ad eius obſeruãtiã tenetur. C. de legi. l. 3. & l. leges ſacratiſsimæ. 25. q. 1. cap. generali. extra de conſti. cap. 1. etiam ſi aliàs videretur dura vel iniqua. 19. diſtin. in memoriam. ff. qui & à quibus. l. proſpexit.

g ¶ *Vel ei*.] ſcilicet paginæ.

h ¶ *Auſu temerario*.] hoc dicit, quia ex cauſa rationabili & ſecũdum iura alia confirmata, non eſt prohibitum contra verba huius conſtitutionis ire, vt mens ſeruetur cõditoris: permiſſum eſt enim verba legis offendere ſeruata mente. ff. qui petant tu. l. credendũ. de excu. tut. l. ſcire. §. aliud. extra de verb. ſigni. c. intelligentia. ſic not. ff. de legi. l. contra. & dixi de reg. iur. cap. inſpicimus. lib. 6. & ideo permiſſum eſt doctori interpretari verba legis. C. de prof. qui in vrbe Conſtant. l. vnica. lib. 12. not. extra de poſtula. prælato. cap. 1. C. de legi. l. 1.

Legis verba licet offendere ſeruata mente.

i ¶ *Attentare præſumpſerit*.] ſcilicet infringere, vel auſu temerario contra iſtam conſtitutionem venire

k ¶ *Indignationem*.] humano more loquimur. ſimile extra de reb. eccle. non alie. ſi quis presbyterorũ. 24. q. 1. odi, & proieci. extra de exceſ. præla. clerici. in corpore authen. vt non luxuri. contra natu. §. 1. coll. 6. proprie enim loquendo Deus numquã indignari poteſt, cum ſit incommutabilis. de hoc etiam per Hoſt. dicto cap. ſi quis.

l ¶ *Petri & Pauli*.] de iſtis Apoſtolis ſingulariter dicit, quia alios Apoſtolos quadã prærogatiua præcellunt. 2. q. 7. cap. beati. & qui vrbem Romanam parili conſortio glorioſo cruore martyrij conſecrarunt. de elect. fundamenta. lib. 6.

m ¶ *Incurſurum*.] ſed qualiter 2 hæc intelliges & verba ſimilia in litteris gratioſis Papæ apponi conſueta, ꝙ infringens conſtitutionem vel mandatum temerarie, talem indignationem incurrat. Poteſt dici non improbabiliter, ꝙ ſi talis infringat, vel nõ ſeruet Papę conſtitutionẽ, credens ipſam conſtitutionẽ facere nõ potuiſſe, hæreticus eſt cenſendus. 25. q. 1. violatores. & multis cap. ſeq. 19. diſt. c. nulli fas. quare hoc caſu non immerito talis per hoc errans in poteſtate clauiũ, Petro & in eius perſona ſuis ſucceſſoribus datarum, Matth. 16. c. 24. q. 1. quodcunque. extra de re iudi. c. ad Apoſtolicæ. §. nos itaque. indignationẽ Dei & Apoſtolorũ incurrere dicitur, cum ſit ibi extra fidem: Sed ſi aliàs credat Papam conſtitutionem facere potuiſſe, ſed aliter eam ſeruare contemnit, vel eam infringit, non eſt per hoc cenſendus hęreticus, ſed grauiter peccat, ſic ꝙ pœnam depoſitionis meretur. 4. diſt. §. vlt. ſic ſentit Ioan. dicto c. nulli fas. & clarius Gar. extra de elect. cap. generali. lib. 6. nam & ſecundum legem ciuilem tranſgrediens principis conſtitutionem pœna ſacrilegij tenetur. C. de ero. mili. anno. l. lege repetita. lib. 12. & hoc caſu etiã cum talis peccare dicatur, & quantum in ſe eſt, principi obtemperare nolit contra verbum Domini. 1. Petri. c. 2. extra de maiori. & obed. cap. ſolitæ. indignationẽ Dei & Apoſtolorum non immerito incurrere dicitur.

2 De materia huius gloſſæ vide notata per doctores in cap. 1. de ſepulturis, lib. 6.

n ¶ *Datum Auinioni*.] Arg. in inſtrumentis contractuũ vel ꝓcurationũ fore apponendum locũ contractus. ſic ſentit Accur. C. de tabu. l. generali. lib. 10. & Ioa. And. extra de re iud. c. abbate. §. pen. & Hoſt. plenius ꝓſequens extra de fi. inſtr. c. inter dilectos. §. 1. in verbo, facilius. pro quorũ opinione facit in corpore authen. quib. mod. natu. effi. legi. §. quãtum. coll. 6. Sed ſi tanti viri intelligere voluerunt, quòd loci appoſitio ſit de ſubſtantiali eſſentia inſtrumenti, hoc non reputo penitus expeditũ. Zenzelinus.

Loci appoſitio an ſit de ſubſtantia contractus.

CAP. I.

Sedes[o] † Apoſtolica in ſuis actibus[p] veritatẽ[q] proſequens[r], lucẽ[s] amans, libẽter euitat[t] nodoſæ[u] ambiguitatis inuolucrũ[x], illamque ſibi ſemper in ſuis ordinationibus reſeruare cautelam[y] intendit[z], vt de illis[a] ita proueniat cõmodum, quòd aliis non im-

† Hæc extrauagans habetur īter communes ſub titu. de offi. deleg. cum gloſſa Guilielmi de Monte Lauduno.

y ¶ *Per id.*] ſcilicet quòd qualecunque officium vel officij nomẽ ſuper imperio vacanti ſine licentia ſedis Apoſtolicæ retinere, aſſumere, vel reſumere præſumpſerint.

z ¶ *Inuolui criminibus.*] ſed quæ & qualia ſunt crimina, quibus ſe inuoluere dicuntur? Ex præmiſsis poteſt dici, ꝙ tales qui falſo nomine ſibi magiſtratus aſſumunt, pœna criminis falſi reſtringuntur. ff. ad leg. Cor. de fal. l. qui nomine. & l. falſi. & l. eos. §. qui ſe. C. eod. tit. l. maiorem. Item pœna criminis læſæ maieſtatis. ff. ad leg. Iul. maie. l. 3. §. vlt. Item proſcriptionis titulo ſubiacentes, bonorũ omnium amiſsione multantur. C. de appel. iudi. probatorias. lib. 12. Item crimine inuaſionis, iuxta l. cum quærebatur. C. vnde vi. Item aliis forte quæ ſollicitudini ſtudioſi relinquo.

Magiſtratus & officia ſibi falſo nomine aſſumentes varijs pœnis reſtringuntur.

a ¶ *Offenſam.*] quã incurrit immiſcendo ſe rei ad ſe non pertinẽti, ſcientes vel ſaltem ſcire debentes quod ſuum non eſt, ad alium pertinere. C. vnde vi. l. cum quærebatur. non contenti profeſsione ſua res alienas inuadendo. 93. diſt. diaconi.

b ¶ *Quia igitur.*] Tertia pars.

c ¶ *Approbari videtur.*] 83. diſt. c. error. tenetur ergo quis reſiſtere errori proximi. Sed an hoc quo ad omnes 3 ſit pręcepti, vide qđ legitur & notatur extra de hæret. c. qui alios. & c. cum ex iniuncto. §. pen. de ſent. excom. quantæ. 2. q. 1. ſi peccauit. Et poteſt dici ꝙ à peccato cõmittendo quilibet proximũ ex debito corrigere tenetur: & idem de cõmiſſo ſi ſit iterabile. extra de cog. ſpi. tua. In alio peccato quo ad illos, qui ſupra alios habent iuriſdictionẽ vel correctionem à iure permiſſam, eſt præcepti: in cæteris autem non, vt colligitur ex notatis in dictis iuribus.

3 Peccantes corrigere, an ſit præcepti quo ad omnes, vide beatũ Thomam 2. 2. q. 33. art. 2.

d ¶ *Latum.*] id eſt largum vel amplum.

e ¶ *Pandit.*] id eſt patefacit vel aperit.

f ¶ *Sinum.*] id eſt locum vel inceſſum. ſimile ff. de proba. l. qui teſtamentum.

g ¶ *Non reſiſtit.*] ideo enim lex prodita eſt, vt appetitus noxius ſub iuris regula limitetur: in procemio decre. in §. denique. Et dic, nõ reſiſtit per prohibitionẽ, vnde lex dicitur prohibitio nõ faciendorũ. ff. de leg. lex eſt. & per pœnarũ impoſitionẽ. ff. de iuſti. & iu. l. 1. Eſt enim lex delictorum correctio. ff. de leg. l. 2. & à Deo propter vindictam noxiorũ poteſtas gladij eſt permiſſa. 23. q. 4. c. quæſitum. quæ cum timetur, & mali coercentur, & boni inter malos quieti viuunt, vt eod. cap. quæſitum. & c. non fruſtra.

Gladij poteſtas eſt vtilis.

h ¶ *Proſpicere*] præſidentis enim Eccleſiæ regimini incumbit officio, vt nõ ſolũ de animarũ ſalute: verũ etiã de extrinſeca vtilitate & cautela ſciat eſſe ſolicitus. 39. diſt. Petrus. 86. diſt. c. fratrem.

i ¶ *Ac ſcandalis.*] ad hoc extra de præſcrip. nihil. & in procemio lib. 6. §. 1. in corpore authen. de quæſto. in prin. coll. 6.

k ¶ *Huiuſmodi.*] ſcilicet vicariatus ſeu alterius cuiuſcunq; officij.

l ¶ *Celeriter.*] ad hoc extra de accuſ. c. prælatorum.

m ¶ *Obuiare.*] futura enim præcauenda ſunt prout poſſunt. ff. loca. ſi quis demũ. §. 1. extra de elect. c. licet. de ſer. nõ ord. c. 1. vbi de hoc. 23. diſt. in nomine Domini. nã & exempla præſentia nos cauere præmonent in futurum. 82. diſtin. cap. plurimos. in fi. Vel dic quòd de præſenti quid faciendum eſt, ne malum inſurgat quod

Futura non ſunt in cognitione humana.

in futuro poſſet inſurgere: aliàs autem humanæ naturæ non eſt, an futurum bonum vel malum contingat. ſcriptum eſt enim: Non eſt veſtrū noſcere tempora vel momenta, &c. cum nec per humanam cuſtodiam conſequi poſsit, ne damnum vel malum euenire poſsit. ff. locati, l. ſed damno. quia ſolius Dei eſt præſcire futura. 26. q. 5. quòd autem.

necnō periculis [a] animarū huiuſmodi retinētiū, aſſumentiū, ſeu reſumētiū nomina [b], & eis abutētiū (vt præfertur) ſalubriter [c] occurrere cupiētes, pręſentiū auctoritate monemus [d] ſub excōmunicationis [e] pœna omnes & ſingulos cuiuſcunq; ſtatus, pręeminētię, dignitatis, aut cōditionis exiſtant [f], etiā ſi Patriarchali vel quauis alia [g] ſuperiori, ſiue epiſcopali [h] vel regia, ſeu alia [i] quacunq; p̄fulgeāt dignitate, qui poſt vacationem [k] imperij abſq; noſtra [l] vel ſedis p̄dictæ licentia huiuſmodi vicarij ſeu cuiuſuis alterius officij nomē vbilibet [m] retinuerūt, aſſumpſerūt, ſeu reſumpſerūt, & retinēt: & qui aſſumēt, vel reſumēt fortaſsis in poſterum, & ſub talis donatiōis pallio [n] abuſi ſunt, & abutūtur, vel etiā abutentur poteſtate vel iuriſdictione quacūq; [o] ſeu eius exercitio [p] publice vel occulte, quatenus decætero [q] etiā à denominatione huiuſmodi [r] ſeu cuiuſcūq; [s] aſſumptiōe, reſumptione ac retētione prædictis, necnon vſu, poteſtate, & exercitio ſupradictis prorſus [t] abſtineāt, & omnino deſiſtant: Inhibentes [u] inſuper ſub pœna [x] prædicta omnibus & ſingulis patriarchis, prælatis, & etiam aliis ſuperioribus ac regibus, ciuitatibus [y], comitatibus, vniuerſitatibus, capitaneis, poteſtatibus, rectoribus, comitibus, vicecomitibꝰ, baronibꝰ, & alijs omnibꝰ cuiuſcūq; ſint dignitatis, cōditionis, aut ſtatus [z], ne p̄dictū hmōi nomen ſeu aliud quodlibet in eodē imperio [a] retinētes (vt p̄fertur [b]) aut aſſumētes, vel eorū aliqui ſub denominatione [c] vel titulo hmōi nominum ſeu procuratores, cōmiſſarios, iudices, aut vices eorū gerētes quocūq; colore q̄ſito [d] recipiāt vel admittāt: nec vt vicariis ſeu vicario aut officialibus imperij pareāt [e], vel intēdāt, aut pareri vel intēdi faciāt [f] vel p̄mittāt [g], nec in his [h] eis vel ei quomodo libet præſtent auxilium, conſilium, vel fauorem [i]: Alioquin in oēs & ſingulos patriarchas, prælatos & ſuperiores, & inferiores reges, & ceteros denominationem prędictam (vt p̄miſſum eſt) retinentes, aſſumentes, ſeu reſumentes, ac illius [k] pretextu exercentes [l] quęcunque officia, poteſtates [m] ſeu iu

a ¶ *Periculis animarū.*] iſtis ſpecialiter occurrendū eſt. argu. extra de ſepul. c. animarū. lib. 6. qui nimis emūgit, ſanguinem elicit. 4. diſtin. denique. extra de renū. niſi cum pridem. §. propter malitiam. cum ipſæ ſint rebus quibuſcunque præferendæ. C. de ſacroſan. eccle. l. ſancimus. in fine.

*Sanguinem elicit qui nimis emungit.*

b ¶ *Nomina.*] ſcilicet vicariatus vel alterius cuiuſcunque officij.

c ¶ *Salubriter.*] hoc dicit, quia nimia increpatio nec correctionē recipit nec ſalutem, & leniter caſtigatus de facili reuerētiā exhibet caſtiganti. 45. diſt. cū beatus. ff. ad legē Aquil. l. nam nimia. iuxta illud:

*Correctio ſit moderata.*

*Qui nimis emūgit, ſolet extorquere cruorē.*
*Immoderata facit correctio deteriorem.*
*Sed moderata ſatis correctio gignit amorē.*

d ¶ *Monemus.*] hoc ideo, quia vindictā habet monitio præcedere. 12. q. 2. indigne. extra de ſent. excom. ſacro.

e ¶ *Sub excōmunicationis pœna.*] cōminationis, non ſententiæ ſunt hæc verba in hoc caſu.

f ¶ *Exiſtant.*] ſimile extra de elect. c. generali. & c. fundamenta. §. vt autē. de immu. eccle. c. clericis. §. nos igitur. lib. 6. cum ſimilibus.

g ¶ *Alia ſuperiori.*] quæ hæc ſit dignitas ſuperior patriarchali nō occurrit, niſi dicas de dignitate Cardinalatus, & ſecundum hoc eſt iſte textus, & ſequens in argumentum, ꝙ dignitas Cardinalatus eſt maior Pontificali, licet per aliquos dici conſueuerit, ꝙ epiſcopalis dignitas ſit maior quàm dignitas Cardinalatus.

*Cardinalatꝰ an ſit maior pontificatu.*

h ¶ *Siue epiſcopali.*] aliàs pontificali, præmittit dignitates eccleſiaſticas tēporalibus, de quibus ſequitur, vt denotet ipſas digniores eſſe temporalibus. arg. de tranſla. epiſc. inter corporalia. & de maio. & obed. c. ſolitæ. 16. diſt. duo ſunt. nam ex ordine tex. ſumi argumentatio conſueuit. in corpore authen. de hære. & fal. §. inordinatum. coll. 9. C. de nouo Cod. fac. §. pen. ver. ſeruus quidam, &c. cum multis ſimilibus.

*Dignitates eccleſiaſticę ſunt tēporalibus digniores.*

i ¶ *Alia quacūque.*] quę multiplex pōt eſſe, vt patet de elect. fundamenta. §. vt autem. de immu. eccle. c. clericis. §. nos igitur. lib. 6.

k ¶ *Vacationem imperij.*] de retinentibus ergo vel aſſumentibus, vel reſumentibus nomen alicuius officij ſuper imperio nō vacanti, non habet locum hæc conſtitutio, cum tunc ſit Imperator qui tales poteſt cohibere: nec tunc Eccleſia Romana in iure ſuo lædi dicatur, cum tunc regimen imperij ad eam non ſpectet, pro cuius conſeruatione fuit edita principaliter præſens cōſtitutio, vt patet in hoc §. & etiam præcedenti.

l ¶ *Noſtra vel ſedis.*] eadem videtur eſſe licentia Papæ & ſedis Apoſtolicæ, vt ſupra dixi, ꝙ vbi ipſe, ibi ſit & ſedes, vt dixi in c. ad onus. & plenius in c. execrabilis. licet per aliam factā adiectionē, ſcilicet bñplaciti vel voluntatis inducat differentiā inter iſta, vt colligit. ff. loca. l. locatio p̄carij. extra de reſcrip. c. ſi gratioſe. lib. 6.

m ¶ *Vbilibet.*] ideſt, vbicunque: hoc enim aduerbiū eſt loci deſignatiuum, vt dixi in c. ad onus. in verbo, vbilibet.

*Vbilibet, locum deſignat.*

n ¶ *Pallio.*] ideſt velamine ſeu colore, vt in parte præcedenti.

o ¶ *Quacunque.*] denotat hoc verbum abuſum.

p ¶ *Exercitio.*] meri vel miſti imperij, vel ſimplicis iuriſdictionis. arg. ff. de iuriſdict. omn. iud. l. imperium.

q ¶ *Decætero.*] reſpicit futurum tēpus, nō præteritum. ſuper quo vide quod notanter dicit Hoſt. extra de ſpon. duo. cap. vlt.

r ¶ *Huiuſmodi.*] ſcilicet officij.

ſ ¶ *Cuiuſcunque aſſumptione.*] ſuper hoc verbo eſt ſequenda expoſitio, quam feci ſupra proxi. §.

t ¶ *Prorſus.*] hoc verbum & ſequens omnino denotant quòd totaliter & in totū à prædictis abſtineant.

u ¶ *Inhibentes.*] poſt tales inhibitiones dignū eſt detrimentū vetitos ſuſtinere. extra de conſti. c. 2. Et ſuper tali inhibitione vide q̄d not. 30. diſt. c. nulli fas. extra de elect. cap. generali. lib. 6.

x ¶ *Pœna prædicta.*] ſcilicet excōicationis.

y ¶ *Ciuitatibus.*] talis inhibitio facta ciuitatibus, & aliis de quibus ſequitur, facta cenſetur ipſis ciuibus, vel communitatem aut vniuerſitatē conſtituentibus. arg. ff. de leg. 1. l. ſi hæres. §. vicis. & l. ciuitatibus. de vſufruc. leg. l. legatum ciuitati. iuncta l. 2. de re. dub. nam ciuitas, cōmunitas, vniuerſitas de ſe (cum ſit quid inanimatum) alicuius inhibitionis vel cēſuræ eccleſiaſticæ capaces non ſunt. arg. de ſent. excom. c. ſi ſententia. §. cum vero. lib. 6. & not. de exceſ. præl. c. tanta. & arg. ff. de condi. & demon. l. municipibus. vnde ea quæ in facto cōſiſtunt, per eas expediri nequeūt: quare per ipſarū membra habent expediri. argu. ad hoc C. de appa. p̄f. præt. l. cornicularij. lib. 12. d̄ excu. mune. l. maximarum. lib. 10. de aduo. diuer. indi. l. reſtituendo. ſic ſentit Inno. de ſenten. excom. c. Romana. circa finem.

z ¶ *Aut ſtatus.*] ſimile de cenſi. c. felicis. §. 1. lib. 6.

a ¶ *Imperio.*] ſcilicet vacanti, vt ſupra.

b ¶ *Vt præfertur.*] ſcilicet ſine licentia ſedis Apoſtolicæ.

c ¶ *Denominatione.*] id eſt appellatione tantum, & nūcupatione.

d ¶ *Quæſito.*] ſimile de elect. c. auaritiæ. lib. 6.

e ¶ *Pareant.*] id eſt obediant.

f ¶ *Faciant.*] quia tunc perinde videtur ac ſi per ſe facerent. arg. ff. de vi & vi arm. l. 1. §. deieciſſe. de admi. tut. l. ita autem. §. geſsiſſe. de reg. iur. cap. qui per alium.

g ¶ *Permittant.*] Videtur ergo quòd communitas vel vniuerſitas ſe ſuper hoc debeat opponere: & hoc poteſt dici verum cōtra illos, quos cohibere poteſt. & ſuper hoc vide quod not. ff. de reg. iur. l. culpa caret.

h ¶ *Nec in his.*] ſcilicet cuiuſque nominis, officij aſſumptione, retentione, reſumptione, vel aliàs iuriſdictione imperij vacantis exercitio, vt ſupra.

i ¶ *Vel fauorem.*] qualiter in talibus vel ſimilibus fauor præſtari dicatur, vide quod not. Guliel. de hæret. quicunque. lib. 6.

k ¶ *Illius.*] ſcilicet denominationis.

l ¶ *Exercentes.*] per ſolam denominationem prædictam non incurritur pœna ſequens 1, cum ſola denominatione non ita ſit Eccleſiæ Romanæ præiudicialis, ſicut cum ad tale exercitium peruenitur: nec per exercitium etiam incurritur, niſi prætextu talis denominationis fiat, vt patet per hūc tex. vnde ſi ſuo iure proprio, puta ex titulo ab Imperatore viuente obtento quis exerceret aliquod exercitium, non incurreret pœnam ſequentem 2, cum ratione vacantis imperij nihil exerceat, quod iſte textus expoſcit: & pœna non eſt in dubio exaggeranda. arg. de pœnit. diſt. 1. c. pœnæ. ff. de pœnis, l. interpretatione.

1 Videtur contra mentem illius conſtitutionis: neque debet aliqs ſibi vſurpare nomē dignitatis, quam nec habere nec exercere poteſt iuribꝰ alleg. in glo. in verbo, inuolui. Fontа.

2 Iſtud videtur contra text. in §. ſane. & §. quia igitur. vbi dicitur quod totalis diſpoſitio omniū iuriū īperij, per mortem Imperatoris deuoluitur ad Papam, & officia per viuētem Imperatorem commiſſa nō poſſunt eo mortuo geri ſine licentia ſedis Apoſtolicę, tamē gloſ. in ver. cōmiſſione. allegat bona iura in contrariū. Font.

m ¶ *Poteſtates.*] hoc verbū in perſona magiſtratus imperiū denotat. ff. de verb. ſign. l. poteſtatis. de iuriſd. omn. iud. l. imperiū. vnde in quibuſdā regionibus, vt in Italia, iuriſdictioni præſidētes Poteſtates.

ſtates appellant.ſimile reperies de elect.fundamẽta.§.vt aũt.lib.6.
a ¶ *Vt vicarios.*] per hoc verbũ dicas,ꝙ recipientes tales non vt officiales imperij vacãtis,ſed vt alios,non incurrerent pœnã quæ ſequitur per hunc textum,& per ea quæ ſupra proxi.dixi.
b ¶ *Eorum.*] ſcilicet exercentium iura vacantis imperij.

riſdictiones, & recipientes eos vt vicarios [a] vel officiales imperij, aut cõmiſſarios eorũ [b], vt [c] taliũ, & in parẽtes ſeu obedientes eis, vt [d] talibus, aut præſtantes in hoc [e] ſibi cõſiliũ, auxiliũ vel fauorẽ, niſi intra duorũ mẽſiũ ſpatiũ à die [f] datæ præſentiũ numerãdũ penitus reſipuerint [g], vel ſe licentia ſedis Apoſtolicæ ſuper hoc oſtenderint communitos [h], excommunicationis [i] in ſingulares [k] perſonas, & in terras & loca [l] ipſorum & quaſlibet cõmunitates [m], vniuerſitates, ciuitates, aut villas interdicti ſententias de fratrũ noſtrorũ conſilio publice [n] promulgamus: Contra [o] eos nihilominus ſpiritualiter & temporaliter grauius proceſſuri [p], prout inobediẽtia eorũ exegerit [q], qualitas [r] facti ſuaſerit, & viderimus [s] expedire. ¶ Et [t] vt q̃buſlibet parẽdi [v] talibꝰ [x] tollatur [y] occaſio: oẽs & ſingulos, q̃ hmõi vicariatus [z] nomẽ retinentibꝰ, aſſument[i]bus, ſeu reſumẽtibus iuramẽto [a] fidelitatis tenentur aſtricti, à iuramẽto huiuſmodi, quantũ [b] ad hoc, de poteſtatis plenitudine abſoluẽtes [c], auctoritate Apoſtolica firmiter inhibemus eiſdẽ [d], ne talibus [e], vt vicariis [f] vel officialibus imperij aliquatenus pareant vel intẽdãt. Et inſup omnes pactiones, obligationes, cõfœderatiões [g], & colligationes à quibuſcunq; ſuper [h] hoc quomodolibet [i] in-

c ¶ *Vt talium.* ] igitur cõmiſſarij ipſorum non vt talium,ſed vt aliorũ, puta iure ſuo vtentium pœnæ infra poſitæ non ſubiiciuntur : ceſſante tamen in his præcedentibus fraude, quia fraus patrocinari cuiquã non debet.arg.ff.de rei vendi. l. in fundo. extra de priuile.quanto. & c. ex parte.cum ſimilibus.
d ¶ *Vt talibus.* ] ſecus ergo vt aliis.
e ¶ *In hoc.* ] ſcilicet exercitio iuris imperij vacantis.
f ¶ *A die datæ.*] currũt ergo hi duo menſes à tẽpore talis datæ, quia forte eadẽ die fuit præſentis conſtitutionis facta publicatio,vt ſic iuri communi conueniat qđ hic dicitur, quo cauetur cõſtitutionẽ principis à tempore publicationis poſt duos menſes quẽ ligare,in corpore authen.vt factæ nouæ cõſtitutiones.coll.5.ſi enim aliter diceres,tunc ſequeretur, ꝙ ante quis ligaretur ex plenitudine poteſtatis principis.alleg.de iud.c.1. Clem.5. Vel quòd forte iſta ignorantia feratur contra iura.C. de tabul.l. generali. lib. 10. extra de conſtitu.cap.cognoſcentes.
g ¶ *Reſipuerint.* ] referendũ eſt iſtud verbũ tã ad ipſos exercẽtes, quàm ad eos vt tales recipientes,quàm cõmiſſarios eorũ vt taliũ, quàm etiã in parentes eiſdem vt talibus, vel præſtantes in hoc ſibi auxilium,&c.& dic,reſipuerint,ideſt,abſtinuerint ſeu deſtiterint.
h ¶ *Communitos.*] illi ergo cõmuniti à pœna ſequenti ſunt liberi, ne aliàs principali auctoritate circumſcripti videantur, quod eſſe nõ debet.C.de his qui veni.æta.impetrauerunt.l.1.& ne aliàs inde naſcantur iniuriæ,vnde iura naſcuntur.C. vnde vi. l. meminerint. extra de accuſ.qualiter.Sed pone ꝙ de tali communione non fuiſſet hic facta mentio,& eſſent aliqui hic prohibita facientes , ſedis tamen Apoſtolicæ licentia communiti; incurrerent ne iſtam pœnam quæ ſequitur?Credo quòd non, quia aut habuiſſent talem licentiam ante hanc conſtitutionem,& tunc per eam tuti ſunt,cum de illis hic non eſſet facta mentio.arg.extra de capel.mon.ex parte.& quia talis licentia durare videtur donec ſit reuocata. arg.25. q.2.c.1.2.& 3.C. de præſcript.l.falſo.Si vero poſt,idem : quia huius cap.conditor ſibi vel ſucceſſoribus ſuis manus non ligauit per hãc conſtitutionem,quin talem poſſet licentiam concedere.arg. extra de electio.innotuit.de præbend.dudum.lib.6.ff.de leg.3.l.ſi quis.in princip.
i ¶ *Excommunicationis.*] ſcilicet maioris:illa enim in dubio inflicta videtur.de ſenten.excom.cap.ſi quem.
k ¶ *Singulares perſonas.*] in ſingulos igitur fertur ſententia excõmunicationis,quæ de ſui natura animas percutit.extra de reb.eccle.nõ alie. ſi quis presbyterorũ. Et ideo in locum vel vniuerſitatẽ nõ fertur,cũ anima careat.de ſent.excõ.Romana.§.cũ vero. lib.6.

Excõicatio non fertur in locum.

l ¶ *Loca ipſorum.*] Nota igitur ob alicuius delictum terrã vel loca ſuæ iuriſdictioni ſubdita interdicto eccleſiaſtico ſubiici poſſe. ſimile de offi.deleg.ſane quia.de ſpõ.c.nõ eſt. & ſic vnus pro alio punitur.ſuper quo vide quod plene not.1.q.4.in ſumma. & plenius per Gar.de vſur. c. vſurarum. lib.6. Intellige tamen hic terras vel loca ipſorum reputari,non ratione plenæ proprietatis tantum, ſed ſuperioritatis iuriſdictionalis.arg.extra de vi.& hone.cler. ex litteris.de Iudæ.c.cedit.§.cum autẽ.Clem.5.& clarius ad hoc de poſtul.præl.c.1.cum ibi not.in gl.quæ incipit,bona fuit interpretatio.

Punitur vnus pro alio.

m ¶ *Communitates.*] ſuper hoc verbo & ſequẽti dic vt dixi ſupra in verbo,ciuitatibus.
n ¶ *Publice.*] ad tollendam omnis ignorantiæ excuſationem.arg. ff. de inſti.act.l. ſed & ſi quis.§.proſcribere. extra qui mat.accuſ. poſ.c.vlt.de Iudæ.quorundam.& c.in nonnullis. cum ſimilibus.& ex quo talia fiunt, nõ eſt neceſſariũ ea ſingulorũ auribus inculcari.16.diſt.c.quod dicitis. extra de poſtula. c. 1. Vel dic publice , ad tollendum omnis ſuſpicionis ſcrupulũ.arg. ff. de ritu nup. l.vlt.de admi.tut.l.nõ exiſtimo,extra de cland.deſpon. cũ inhibitio. vt eccle.bene.c.1.& ſuper hoc vide quod not.32.q.4.cap.nemo.

o ¶ *Contra eos.*] ſcilicet tam ſingulos, de quibus præmiſit, quàm vniuerſitates.
p ¶ *Proceſſuri.*] hoc dicit ad denotandum,ꝙ prælatus vtroq; gladio poteſt Eccleſiæ ſuæ iura tueri.extra de ſen.excõ.dilecto.lib. 6.

Eccleſiam gladio prælatus vtroq; tuetur.

q ¶ *Exegerit.*] nam creſcente contumacia,creſcere debet & pœna.extra vt lit. nõ conteſt.quoniã frequenter. §.vlt. ipſaque cumulari facit pœnam.ff.de pœnis,relegati.
r ¶ *Qualitas facti.*] quę de ſe maiorem non minorem pœnam infligit.facit ff. de pœnis, l. aut facta.§.qualitate. đ pœnit. diſt. 1.aut facta. §.qualitate.
ſ ¶ *Viderimus expedire.*] ſcilicet arbitrarie, cũ idẽ exceſſus magis ſit in vno quã in alio puniendus , attẽtis multis quæ recitãtur extra de homi. ſicut dignum. ff. de incen. rui.nau.l. Pedius. §. 2. de pœnis, l. reſpiciẽdũ.§.delinquit.
t ¶ *Et vt quibuslibet.*] Quarta pars.
u ¶ *Parendi.*] id eſt,obediendi.
x ¶ *Talibus.* ] ſcilicet iura imperij vacantis exercentibus ſine licentia ſedis Apoſtolicæ.
y ¶ *Tollatur occaſio.*] Nota tollendam occaſionem in malum.
z ¶ *Vicariatus nomen.* ] Quid igitur ſi quis ſit aſtrictus per iuramẽtũ fidelitatis retinẽdi, aſſumendi, vel reſumendi aliud nomen officij quàm vicariatum: nunquid videtur abſolutus hic à tali iuramento? Videtur quòd non , cum de hoc mentio hic non fiat , nec aliud nomen officij repetatur,nec etiam attenta mente cõditoris volentis conſeruationi iuris Romanæ eccleſiæ prouidere , & tollere occaſionẽ parendi talibus. Credo contrarium,cum textus dicat,talibus,& ſ. expreſſum fuerat,qualecunque nomẽ officij exercentibus:aliàs niſi ſic dicas,videretur hic talis parendi occaſio imperfecte ſublata,ſi quis remaneret ligatus tali iuramento aliud nomen allegantibus quàm vicariatus : inde principis conſtitutio videretur quid imperfectum continere : contra legem ſi quis ſeruũ. C.qui mi.nõ poſ.lib. 12. & eſſet in poteſtate volentis exercere officium imperio vacante , mutato nomine vicariatus illud ſub alio nomine retinere: & ſic hæc conſtitutio deluſoria redderetur, cõtra iura.ff.ne quid in loco pub.fiat.l.vlt.de iud.ſi.prætor. C. de bo. quæ lib.l.vlt.§.vbi autem. Non obſtat expreſsio hic facta de iſto vicariatu : quia aliud quodcunque nomen officij ſuperius expreſſum, hic debet intelligi repetitum.arg.ff.de verb.obli. l. Titia. §. idem reſpondeo.de leg. 1.l.talis ſcriptura. §. vlt. vel expreſſo hoc nomine vicariatus,omnia alia in quibus eſt eadem penitus ratio, pro expreſsis & comprehenſis haberi debent.Sicut & nomen procuratoris,comprehendit ſub ſe omnia nomina,per quæ quis alienæ adminiſtrationi ſe poterit ingerere.1.q.3.Saluator. ſicut & nomen curatoris comprehendit tutorem etiam in pœnalibus, in caſu vbi eſt eadem ratio.in corpore authen.vt hi qui obli.ſe ha. perhibent res mino.§.1.& ibi not. coll. 6. & hunc intellectum innuit textus cum dicit,vicariis vel officialibus.

Lex nõ debet eſſe deluſoria.

Procuratoris nomen multa comprehendit.

a ¶ *Iuramento fidelitatis.*] ad quæ capitula adſtrictus reputetur quis ex tali iuramento,legitur in lib.Feudorum.in tit.de forma fidelitatis.& 22.q.5.c.de forma.& illa capitula plene reperies proſecuta per Hoſt.in ſumma de feud.§.quid ſit fidelitas.
b ¶ *Quantum ad hoc.*] ſcilicet ꝙ ad non parendum talibus: non ergo quo ad alia tali iuramento quis videtur abſolutus,vt dixi aliàs in ſimili verbo,in c.ſuſcepti.§.vlt.
c ¶ *Abſoluentes.*] poteſt igitur ex cauſa Papa quem à iuramento abſoluere.15.q.6.c.nos ſanctorum.& c.auctoritatem.extra de iure iur.c.quanto.in lib.Feud.hic finitur lex.circa princ.ſuper quo vide quod not.dicto c.quanto.& c.auctoritatem.per Inno.& Hoſt. & de dolo & contuma. cap.veritatis.
d ¶ *Eiſdem.*] ſcilicet iuramento fidelitatis aſtrictis.
e ¶ *Talibus.*] expone vt ſupra.
f ¶ *Vt vicariis.*] & hoc dicas vt ſuperius dixi in parte præcedẽti.
g ¶ *Confœderationes.*] in mala parte ſumitur hic iſtud verbum.
h ¶ *Super hoc.*] ſcilicet,talibus parẽdo,vt officialibus imperij.
i ¶ *Quomodolibet.*] puta verbo,nutu, vel ſigno , in ſcriptis , per nuntium,vel epiſtolam, vel pactum , vel ſtipulationem , vel aliàs qualitercunque,cum dicat,quomodolibet.ſimile de reſcript.ſtatutum. §.in nullo.lib.6.

a ¶ *Quacumque.*

a ¶ *Quacunque firmitate.*] puta pœnali, fideiuſſoria, pignoratitia, vel oſtdiali.
b ¶ *Reuocamus.*] ſimile huic extra de elect. vbi maius. §. cæterum, de conceſ. præb. deteſtanda, lib. 6. cum ſimilibus.
c ¶ *Huiuſmodi.*] ſcilicet ſacramenta fidelitatis.

itas, iuramento vel quacũque[a] firmitate vallatas omnino diſſoluimus, viribus vacuamus, irritamus, & quatenus de facto proceſſerint, reuocamus[b]: Ac huiuſmodi[c] & quælibet alia iuramenta quibuslibet[d] ſuper[e] his præſtita, per quæ poſſet in prædictis[f] noſtris & Eccleſiæ noſtræ prædictæ iuribus derogari, præſertim cũ iuramẽtum vinculum iniquitatis eſſe nõ[g] debeat, relaxamus. ¶ Cętera[h], vt huiuſmodi proceſſus verius ad communem omnium[i] notitiam deducatur, chartas[k] ſeu membranas proceſſum cõtinentes eundem[l], in eccleſia[m] Auinionenſi appendi vel affigi oſtiis ſeu ſuperliminaribus[n] faciemus, quæ[o] ꝓceſſum ipſum ſuo quaſi ſonoro[p] præconio[q] & patenti[r] iudicio publicabunt[s]: Ita quòd omnes & ſinguli, quos proceſſus ipſe cõtingit & cõtingere[t] poteſt, nullã[v] poſtea poſsint excuſationẽ prætendere, quòd ad eos talis proceſſus nõ peruenerit: vel quòd ignorauerint eundẽ: cum nõ[x] ſit veriſimile remanere quo ad ipſos incognitum vel occultũ, quod tam patẽter omnibus publicatur[y]. Datum Auinione in domo Epiſcopali ij. Calend. Aprilis, anno primo.

d ¶ *Quibuslibet.*] ſcilicet vaſallis talium, vel aliis quibuſcunque.
e ¶ *Super his.*] ſcilicet officiis imperij vacantis: vel ſuper his, ſcilicet parendo officialibus talibus.
f ¶ *In prædictis.*] ſcilicet officiis.
g ¶ *Non debeat*] 23. q. 4. inter cætera. extra de iureiur. quanto. & eod. tit. c. contingit. §. quia non. lib 6.
h ¶ *Cæterum.*] Quinta pars.
i ¶ *Omnium.*] qui confluere ad Eccleſiam de qua ſequitur, conſueuerunt. arg. ad hoc extra de elect. cauſam. Cle. 5.
k ¶ *Chartas ſeu membranas.*] quaſi dicat de pellibus animalium, & ipſorum membris. ſimile ff. de bo. poſ. ſecundũ tab. l. 1 & l. chartæ.
l ¶ *Eundem.*] id eſt expreſſum contra vtentes officio aliquo imperij vacantis, & contra parentes eiſdẽ, vt talibus.
m ¶ *Eccleſia Auinionenſi.*] non exprimit de qua intelligitur, cũ ibi multæ ſint eccleſiæ. Dicas ꝙ de cathedrali: cũ nulla alia vocetur Auinionenſis, ſed omnes aliæ aliquo nomine peculiari nũcupentur, & facit ad hoc in corpore authen. de eccleſ. tit. §. ſi quis vniuerſorũ. in fi. ff. de condi. & demon. l. quæ conditio. §. 1.
n ¶ *Superliminaribus.*] ſcilicet officiorum.
o ¶ *Quæ.*] ſcilicet chartæ vel membranæ.
p ¶ *Sonoro.*] id eſt ſonitũ in auribus reddenti.
q ¶ *Præconio*] quia ſicut vox præconis audientibus innoteſcit, in corpore authent. de liti. §. omnem. coll. 8. ſic iſte proceſſus patens in membranis, omnibus innoteſcit.
r ¶ *Patenti.*] aliàs patulo. id eſt patenter, publice.
ſ ¶ *Publicabunt.*] iuris præſumptione, per ea quæ dixi ſ. in parte tertia in verbo, publice. Vel dic, publicabunt, id eſt, publicare poterunt iuris præſumptione, vt extunc non ſit tolerabilis ignorantia. argumen. ff. de iuris & fac. igno. l. regula. §. ſed facti. extra de præſump quanto. & c. quædam. ff. de verb. ſignific. l. latæ culpæ.
t ¶ *Contingere poteſt.*] qui iſti ſint, colligitur ex pręcedentibus §.
u ¶ *Nullam*] ſcilicet probabilem.
Præſumptio an admittat ꝓbationẽ in contrarium.
x ¶ *Non ſit veriſimile.*] ſcilicet iuris præſumptione, contra quã & aliàs admitti poſsit probatio. 72. diſt. c. propoſuiſti. extra, qui matri. accu. poſ. cum in tua. ff. quod met. cau. l. non eſt. de proba. quæ teſtamentum. vbi tamen iuris pręſumptio tranſit in violentam, vt quia eſt iuris vel de iure, nõ eſt ita: quia tunc magis dicitur fictio, arg. C. de probat. l. ſiue poſsidetis. cum ibi not. & talis poteſt dici iſta de qua hic dicitur: cum iſtorum proceſſuum publicatio facta fuerit per modum conſtitutionis ius inducentis contra quoſcunq; hic prohibita faciẽtes, & ius cõe publicatum arctet quemcunque poſt duos menſes: vt dixi ſ. in glo. currunt ergo. & arg. de cõceſ. præb. cum ei. circa fi. Clemens v.
y ¶ *Publicatur.*] ſimile. ff. de inſtit. act. l. ſed & ſi pupillus. §. proſcribere. & aliis iuribus alleg. ſ. in gloſ. ſcilicet iuris præſumptione.
Zenzelinus.

# TITVLVS VI.

## De voto & voti redemptione.

Diuiſio.

ANtiquæ concertationi.] Primo digniſsima præmittitur declaratio. Secũdo poſt matrimoniũ cõtractũ prohibetur ſacri ordinis ſuſceptio: ibi, *Auctoritate Apoſtolica.* Tertio, contra facientes ſequitur punitio: ibi, *Quod ſi ſecus, & cætera.*

¶ *Votum per ſuſceptionem ſacri ordinis ſolemnizatum, licet impediat matrimonium ſequens, non tamen præcedens, etiam ſi nondum eſſet per carnis copulã conſummatum. Et durante matrimonio, etiam nondum conſummato, nullus præſumat accipere aliquem de ſacris ordinibus: quod ſi fecerit diſſoluto etiam matrimonio, nec in illo miniſtrare, nec ad ſuperiores aſcendere poterit, niſi aliquam de religionibus approbatis ingrediatur, & eius regulam expreſſe vel tacite profiteatur. Eſt autem talis coniugatus ſic ordinatus per diœceſanum monendus, vt religionem ingrediatur, ſi matrimonium nondum eſt cõſummatum: quod ſi renuerit, & vxor inſtiterit, compellitur per excomunicationem ad matrimonij cõſummationem. hoc dicit. Et eſt caſus notabilis: & qui ſatis eſſerri non poſſet.*

### CAP. VNICVM.

ANtiquę cõcertationi[z] finẽ cupientes imponere[a], ac animarum[b] periculis inde prouenientibus[c] ſalubriter prouidere, de fratrum noſtrorum conſilio præſenti declaramus[d] edicto, quòd licet votum ſolemnizatum[e] per ſacri[f] ſuſceptionem ordinis, quantum ad impediendũm matrimonium contrahendũ[g], ac ad dirimendũ, ſi[h] poſt contractum fuerit, ſecundum ſtatuta[i] canonum ſit efficax[k] re-

z ¶ *Concertationi.*] ſimile de appel. c. concertationi. lib. 6. hæc autẽ cõcertatio nõ modica, immo magna erat inter doctores & notatores antiquos: dicebant enim aliqui matrimoniũ ꝯctũ per verba de præſenti per ſuſceptionẽ ſacri ordinis diſſolui: ſicut & ꝑ ingreſſum religionis ante carnalẽ copulã. Alij vero cõtra ſentiebãt, vt plene diſcuſſum, & pro vtraque parte allegatũ reperies in ſumma Hoſt. de coniug. §. fratrum. ver. ſed quid ſi maritus. Vltima vero opinio vera eſſe hodie declaratur ꝑ iſtã conſtitutionẽ: & iſtammet opinionem prius amplexabar tamquam verã: vt notaui extra de vot. & vo. redẽp. lib. 6.
a ¶ *Imponere.*] Talem finem imponere ſpectat ad Papam, cum ad eius ſedem ſit ſuper difficultate & ambiguitate iurium recurrẽdum, extra qui fi. ſint legi. c. per venerabilem. §. rationibus. & arg. C. de legi. l. 1. & vlt.
b ¶ *Animarum periculis.*] [illegible]ibus obuiandũ eſt. de ſepul. c. animarũ. ne cler. vel mona. c. vt periculoſa. lib. 6. cum ſimilibus.
c ¶ *Prouenientibus.*] tã in ſuſcipiente ſacrum ordinem, cum ex virtute contracti matrimonij teneretur ad reddẽdum debitum coniugi. extra de ſpon. veniens. cum multis ſimilibus. ex virtute vero ſuſcepti ſacri ordinis tenebatur ad continentiam obſeruandam, quam tacite vouiſſe videtur illum ſuſcipiendo. 23. diſt. diaconi, not. extra de cle. coniug. c. cum olim. quàm etiam in muliere, forte ad carnis lubricum prona ob iuuentutis feruorem. extra de eo qui cogno. conſang. vxo. c. Iordanæ. & cum alio matrimonium contrahere non potente, ſi ille ſuus verus remanebat maritus, prout vere remanet, vt infra dicitur.
d ¶ *Declaramus.*] nõ videtur ergo hæc decre. in hoc quod ſequitur, iuris noui editiua: ſed antiqui potius declaratiua. ſuper quo vide qđ dixi in decreta, cum inter nonnullos. ſuper verbo, deinceps.

1 Vide B. Thomã & ibidẽ Caietanũ 22. q. 87. art. 7.

e ¶ *Solemnizatum.*] quod votum ſolemne 1, qđ ſimplex dicatur, vide quod not. extra qui cle. vel vo. c. rurſus.
f ¶ *Sacri ſuſceptionem ordinis.*] ſuſceptio igitur ſacri ordinis votũ reddit ſolẽne, vt hic, & 84. diſt. c. cũ in ꝑterito. 28. diſt. diaconi. Sacer aũt ordo eſt hodie etiã ſubdiaconalis, licet olim eſſet ſecus 2. extra đ æta. & qual. c. à multis. 40. diſt. nullus. 32. diſt. c. erubeſcant.
g ¶ *Contrahendum.*] de contrahendo impediendo non erat tantum dubiũ, cum & multa minora illud impediant, quæ tamen non dirimunt iam contractum, extra de cogna. ſpiri. c. contracto. & eo. tit. cap. per catechiſmum. lib. 6.
h ¶ *Si poſt.*] ſcilicet ſuſceptionem ſacri ordinis.
i ¶ *Statuta canonum.*] 31. diſt. c. quoniam. & c. aliter. 84. diſt. cum in præterito. & c. quorundam. extra de cle. coniug. cum olim. de vot. & voti redemp. c. 1. lib. 6. cum multis ſimilibus.
k ¶ *Efficax reputandũ.*] admiranda res videtur eſſe iſta; cũ enim ſacramentum matrimonij à Deo ipſo fuerit inſtitutum in ſtatu

2 Immo etiã olim ſub diaconat⁹ ordo ſacer erat, licet nõ reputaretur ſacer, vt ait gl. ī c. à multis. extra de æt. & qua lit. verbo, ſolos. adde notata in c. 2. extra de bigamis. in verbo, ſacros. in hac editione.

innocentiæ ante peccatum: ſed poſt in ſubſidium fragilitatis humanæ.22.q.2.in ſumma. & §. his ita. quomodo voti ſolemnitas ex ſola conſtitutione Eccleſiæ inducta. extra de voto,c.1.lib.6.poteſt ſacramentum à Deo inſtitutum tollere,vel aliquatenus impedire? nõ videtur.21.diſt.c.inferior. extra de ma.& obe. c. cum inferior. ff.ad Treb. l. ille à quo. §.tempeſtiuũ.ff. d̃ arbi. l. nam magiſtratus. & qd̃ Dominus prohibet, dicens;quos Deus coniunxit,homo non ſeparet:omnino fieri non licet. 28.q. 1. c.iam nunc. & per multa iura & rationes,quæ ad idẽ poſſunt allegari. qd̃ ſi placet,proſequi poterit: vt plene dixi extra de reg.iur.c.poſſeſſor. lib. 6. Ad hoc breuiter poteſt dici, ꝙ iſtud fit per conſtitutionem Eccleſiæ conditam per vicarium Chriſti: & ſic non per purum hominem ex poteſtate clauium,quodcunque ſolueris,quodcunque ligaueris, &c.vt in Euangelio,Matth.16.c.& 24.q.1.quodcunque.ex quibus magna attributa eſt eidem poteſtas,etiam circa ſacraméta,ſuper quo vide quod not. per Inno. extra de regular. porrectum. vnde talis diſſolutio vel impedimentum matrimonij non inducitur à puro homine, ſed à Deo ipſo, ſuo vicario auctoritatem faciẽdi talia committẽte:omnia enim noſtra facimus,& c.C.de vete.iur.enu.l.1.§.ſed neque.ver.omnia enim.extra de præb.c.ſi Apoſtolicæ.lib.6.

putandum: ad diſſoluendum tamen prius [a] contractũ [b], etiã ſi per carnis copulã non fuerit conſummatum [c], cum nec iure [d] diuino, nec per ſacros reperiamus canones hoc ſtatutũ [e], inualidũ eſt cenſendũ [f]: Auctoritate Apoſtolica [g] diſtrictius

a ¶ *Prius.*] ſcilicet quàm ſacer ordo foret ſuſceptus.

b ¶ *Contractum.*] intellige per legitimum viri & mulieris conſenſum. extra de ſpon. tua. & debet intelligi legitimum quo ad ætatem,& liberi arbitrij motum.eod.tit.c.Gemma. de deſpon. impu. de illis.tantus enim poſſet eſſe defectus ætatis vel liberi conſenſus,ꝙ non eſſet matrimonium, & ideo tunc fruſtra de ipſius diſſolutione diſputaretur.

c ¶ *Conſummatum.*] hoc inducebat dubium:ſicut enim matrimonium non conſummatum per carnis copulam, per religionis ingreſſum diſſoluitur,extra de conuer.coniug. c. verum.in corpore authent.de ſan.epiſ.§.ſi vero aſtante.coll. 9. ſic videbatur diſſolui per ſuſceptionem ſacri ordinis:ſed contrarium verum eſt,vt ſequitur.& quæ ſit ratio,infra ſubiicietur.

d ¶ *Iure diuino.*] illo iure talis diſſolutio non eſt inducta, immo potius videtur prohibita: quia quos Deus coniunxit, & cætera.

e ¶ *Statutum.*] quare cenſetur prohibitũ.de transla.epiſ.inter corporalia.§.ſed neque.de verb.ſig.c.exiui.§.porro.Cle. 5. Et per hoc colligere potes bonum modum formæ argumentandi & dicẽdi: non eſt ita,quia iure cautum non reperitur,vt hic.ad idem in corpore authent. de non eligen. ſecundo nube. §. optimum itaque. ibi.nec quælibet eſt lex aliquid tale dicens.col.1.C.de repu.l. diſſentientis.de colla.l.illã.extra ne ſede va.c.illa.de ſup.neg. præla. c.Romana.lib.6.& alibi dicitur,erubeſcimus cum ſine lege loquimur.in corpore authent.de trien.& ſemiſ.§.conſideremus.coll. 4.

Argumentũ valet,ſi dicitur, non eſt ita:quia iure cautum non reperitur,

f ¶ *Eſt cenſendum.*] ſed quæ poteſt eſſe ratio eius?contrariũ enim videbatur per multa iura & argumenta & rationes recitatas, vt ſ. dixi in ſum.Hoſtien.de conuer.coniug.§. & vtrum. quas recitare hic cauſa breuitatis omitto. Reſpondeo hoc eſſe: tum quia nõ reperitur in iure cauta talis diſſolutio,vt hic:quare cenſetur prohibita,vt dixi in gl.præcedenti: Tum quia diſſolutio matrimonij inter viuentes pœna eſt, not.de diuor.c.porro.quare non debet infligi, niſi reperiretur de iure infligenda.ff.de reli.l.at ſi quis.§.generaliter.de ſepul.vio.l.3. §.non perpetuæ. contenti enim eſſe debemus pœnis legibus comprehenſis.ff.de verb. obli. l. ſi ita ſtipulatio. & pœna non eſt infligenda niſi per iudicem. 33. q. 2. §. de hoc. iudex aliàs non eſſet,niſi iuſtitiam redderet.extra de ver. ſig.forus.§. in omni.ad hoc facit quod not.de iure pat.c.vlt.Tum etiã per multa alia iura,rationes & argumẽta,quæ pro parte iſta dicto §.& vtrũ. reperies allegata.Sed omittere volo, & reſponſum dare ad aliqua argumenta facta in dicto §. quæ pro parte contraria multa prima facie videntur argumẽtantia primo,cum dicitur:ſic ſolemnizatur votum,& facilius per ordinis ſacri ſuſceptionem,ſicut per religionis profeſsionem; nam maius bonum ſequitur ex profeſsione per quã inducitur bonum obedientiæ,quæ illæſa ſeruata, eſt iuſta & meritoria,vt in decr.quorundam.§.pen.liberi arbitrij & voluntatis priuatio.de elect.quorundam. & c.ſi religioſus.de teſta.c.ſi.de ſepul.c.vlt.lib.6.Item proprietatis temporalium abdicatio.12. q. 1. non dicatis.extra de ſta.mo.cum ad monaſteriũ.§. vlt.& multa alia quæ colligũtur, & not. 16. q.1.c.de monachis.quæ tñ ex ſuſceptiõe ſacri ordinis minime inducũtur:quare põt dici, ꝙ alia ratio in illa pactũ reformat,iuxta l.interpoſitas.C.de tranſac.& diſsimilis ratio diſsimilia debet inducere.& quod in vno dicitur;de reliquo ꝓhibitũ videtur.ff.de iudi. l. cũ ꝑtor. 25. diſt. qualis. extra de præſump.nõne. Poteſt etiã dici ad id quod ſecundo pro parte alia fortiter vr̃ induci: cura animarum quę à religione reuocat,& re-

Matrimoniũ nondũ cõſũmatũ quare diſſolui non põt per ſacri ordinis ſuſceptionẽ.

Profeſſio multa bona inducit.

ligio quẽ reuocat à matrimonio:ergo & cura ad quã cũ ſacro ordine quis aſſumitur,debet quem à matrimonio reuocare:nam reuocatio per religionem à matrimonio inducitur ex cauſis, quæ deficiũt in ſacri ordinis ſuſceptione,vt prædixi. nec ſequitur ꝙ ſi cura animarũ quẽ ex cauſa reuocat à religione,ꝙ hæc eũ reuocat à matrimonio. quia in cura animarũ eſt, ideo propter publicã vtilitatẽ, quæ præfertur priuatæ: quæ publica vtilitas nõ ſic inſurgit ex ſola ordinis ſuſceptione. Poteſt etiã dici, ꝙ dictus modus argumẽtãdi per argumentũ à minori vel maiori ceſſat in pœnalibus idẽtitatis rationẽ in ſe nõ habẽtibus, cũ & ceſſat in ambitioſis de ſe nõ pœnalibus. arg.extra de ꝓb.c.cui de nõ ſacerdotali.lib.6. & not.hoc de reſcr. poſtulaſti.in glo.pen.circa ſi.Ad alia quæ inducuntur in dicto §.ꝓ parte 9ria,ſubtilis ꝑſcrutator reſpõſum de facili inuenire poterit.

inhibentes,ne quiſpiã durãte [h] matrimonio nondũ etiam conſummato [i], aliquem [k] de ſacris ordinibus pręſumat ſuſcipere, niſi prout ſacris canonibus nouerit [l] conuenire. Quod [m] ſi ſecus à quoquã forſitã attentatũ fuerit, ordinamus, quòd nec [n]

g ¶ *Auctoritate Apoſtolica.*] Secunda pars.

h ¶ *Durante.*] hoc dicit: q̃a eo ſoluto liber remanẽs à lege cõiugis poſſet ſacrũ ordinẽ ſuſcipere,ſicut & matrimoniũ cum alia cõtrahere. 31. q. 1. ꝙ ſi dormierit. extra de ſecun.nup.cap.pen.& fin.

i ¶ *Conſummato.*] matrimonium conſummari dicitur per carnis commiſtionem,vt hic, & extra de diuor. quanto. ratificari autem dicitur per cõſenſum mutuũ de præſenti: initiari vero per ſponſalia.not.extra de transla.epiſco.cap.licet.

k ¶ *Aliquẽ de ſacris.*] qui ſunt tres,presbyteratus,diaconatus,& hodie 1 ſubdiaconatus,vt dixi ſ̃.in glo.ſuſceptio.

1 Subdiaconatus ſemp fuit ſacer ordo, vt notatũ eſt paulo ante, in gloſſa in verbo: ſacri ſuſceptionem ordinis.

l ¶ *Nouerit conuenire.*] puta de licentia coniugis religionem ingredientis,vel etiam in ſeculo remanentis, potiſsime abſq; ſuſpicione incontinẽtiæ,& votũ caſtitatis emittentis. 32. diſt. ſeriatim. 77.diſt.c.eṗs benedictionẽ.extra de conuer. coniug.c.cõiugatus. vbi coniunx in ſeculo remanens eſſet ſuſpecta de incõtinẽtia,vir non poſſet religionẽ ingredi, niſi & ipſa ſimiliter conuertetur: vt ibi not.Ratio diuerſitatis reddi conſueuit: quia vbi vir in ſeculo remanet ad ſacros ordines promotus de licentia vxoris votũ continentiæ emittentis,eidem tenetur in neceſſariis prouidere. 31. c. omnino.& ſic ſibi materia incontinentię prætextu defectus neceſſariorum incurrendæ aufertur.arg.ad hoc ff.de ritu nup. l.palam. §.non eſt hoc ignoſcendum. & eam in ſe peccantem in vinculis detinere,& ad ieiunia,non tamen mortifera cogere.33.q.2.placuit. & q.5.c.hæc imago.& not.extra de iureiu.in c.quemadmodum. in glo.vlt.quæ omnia ceſſant facienda per virum ingreſſum religionem,carentem proprio & libero arbitrio.

m ¶ *Quod ſi ſecus.*] Tertia pars,ſcilicet,quòd matrimonio durãte: etiam non conſummato,quis ſacrum ordinem ſuſcepit.

n ¶ *Nec matrimonio ſoluto.*] quaſi dicat,nedũ eo cõſtante:& dic ſoluto,puta per mortẽ vel ingreſſum religionis ante carnalẽ copulã:vel aliàs qualitercũq;,cũ indiſtincte loquatur.arg.19.diſt.ſi Romanorũ.extra de priuil.quia circa.ff.de leg.præſtan.l.1.§.& generaliter.cũ ſimi. Quid ergo dices ſi matrimoniũ 9ctum de ſe ab initio foret nullũ,puta ob gradũ prohibitũ conſanguinitatis,vel aliã cauſam, & per ſententiã declaretur nullũ fuiſſe: habebit ne locũ quod hic dicitur?Videtur ꝙ non:cũ nullũ vinculũ reperiatur virũ alligaſſe quominus liber remaneret ad ſuſceptionẽ ordinũ:vel cuius prætextu cogi potuerit ad fidẽ cõiugi conſeruãdã. Sed in 9riũ poteſt dici:quia aut vir cũ contraxit,ſciebat impedimentum:& ſic quantũ in ſe fuit,mulierẽ decepit,& fidẽ matrimonij violauit: & legitimũ erat quo ad mulierẽ ob ſuã bonã fidẽ.extra qui fil. ſint legi.c.ex tenore.& tũc ex ſua perfidia nõ debet cõmodũ reportare. arg.extra d̃ eo qui dux.in matrimo.quã pollu.per adul.c.1.C.de inceſt.nupt.l. qui contra. & nõ debet illo caſu melioris conditionis (quia ſtultus fuit) exiſtere.ff.quod vi aut clam.l. Seruius. extra de præb.c.cũ qui.lib.6. Aut ignorabat: & tunc antequã aliq̃d faceret per quod à cõcubitu cõiugis ſegregaretur,& debuit hoc caſu, & etiã vbi ſciuit iudicium Eccleſiæ ſuꝑ diſſoluẽdo matrimonio expectare.extra de diuor.porro.nã aliter quãtum in ſe fuit,fidẽ promiſſam violaſſe videtur:quæ violatio & ſcãdalum ex ea potẽs inſurgere,inter cætera dare cauſam potuit pœnis, quæ tali promoto ꝑ hãc cõſtitutionẽ imponunt̃: & ſic ſecundum hoc verbum ſoluto, referri poterit ad diſſolutionẽ iuris vel facti.Sed ſi ſupponas ipſũ & mulierẽ impedimẽtum ab initio ſciuiſſe, tunc forte ſecus eſſet: cum ſuſcipiẽdo ſacrum ordinẽ nõ videat̃ cõiugi fidẽ aliq̃ violaſſe;cum ei ſciẽti ad nullã fidẽ ſeruãdã teneret̃.arg. extra de eo qui duxit in matrimonium quã polluit ꝑ adulterium.c.1.de cõuer.coniug.c.1,cum ibi not.per Pet.de Samp.& C.de inceſt.nup.l. q̃ contra. nõ enim videtur debuiſſe præſtare impedimẽtum ſuſceptioni ſacri ordinis matrimoniũ quo ad vtrunq;cõiugum de ſe nullũ:arg. de elect.auditis.de iurepatro.c.illud.de reg.iur. c. nõ præſtat. lib. 6.ff.de opt.lega.l.2.& 3.quando dies lega.ced.l.quod pupillæ.

a ¶ *In ſic*

matrimonio ſoluto in ſic ſuſcepto [a] ordine miniſtrare, nec [b] ad ſuperiores ordines prouehi, nec [c] ad aliquod beneficiũ vel officium [d] eccleſiaſticũ valeat promoueri: Niſi aliquam de religionibus approbatis [e] (quarum profeſsio ad caſtitatis [f] cuſtodiam, & abdicationẽ [g] tẽporaliũ, & ſui ſuperioris obedientiã [h] ſuos profeſſores aſtringat) ipſum canonice [i] contigerit ingredi, ac eius [k] regulã expreſſe vel [l] tacite profiteri: quo [m] caſu diœceſanus [n] ſuper pręmiſsis & ſingulis [o] præmiſſorũ cum [p] eo diſpenſare valeat, niſi ſit aliud canonicũ quod [q] obſiſtat [r]. Ad ingreſſum huiuſmodi ſic [ſ] ordinatũ, ſi matrimoniũ cõſummatũ [t] nõ fuerit, per diœceſanum inſtanter moneri præcipimus [u] & induci; quod ſi forſan renuerit [x] adimplere, ipſum ſi ſponſa eius inſtiterit [y], per [z] cenſuram eccleſiaſticam compellendum decernimus contractum matrimonium conſummare [a]. Nulli, &c. noſtrarum declarationis, inhibitionis, ordinationis, præcepti, & cõſtitutionis infringere. Datum Auinione calend. Decembris, anno vij.

# TITVLVS VII.

## De religioſis domibus.

*¶ Secta & religio fratricellorum ſiue Beguinorum qui ſe dicebant de tertio ordine beati Franciſci caſſatur, quoniam inter cæteros errores eccleſiaſtica ſacramenta deſpiciebant: Et ſub pœna excommunicationis omnibus iniungitur, vt nulli de cætero talem ritum aſſumant, & ne epiſcopi ipſum cõcedere præſumãt. Vide cap. fi. eod. tit. in antiq. & c. 1. eod. tit. lib. 6.*

CAP. VNICVM.

SAncta [b] † Romana atque vniuerſalis [c] Eccleſia, cui auctore [d] Domino [e] licet immerit [f] præſidemus, ſicut religioſa [g] & pia vota be-

a ¶ *In ſic ſuſcepto.*] ſcilicet matrimonio durante.
b ¶ *Nec ad ſuperiores.*] & ſic ſuſceptio vnius ordinis in ſtatu indebito facta, in aliis pœnam induci facit.
c ¶ *Nec ad aliquod.*] intelligebam etiam modicum ſine cura: tũ quia indiſtincte & vniuerſaliter loquitur; tũ quia appellatione beneficij maius & minus beneficium continetur: extra de verb. ſign. tua.
d ¶ *Officiũ eccleſiaſticum.*] & ita nec ad acolythatus officium vel alterius minoris ordinis eſt talis promouibilis, nec ad aliud officium regiminis eccleſiaſtici, puta officialatus vel alterius. arg. 1. q. 1. c. ſi q̃s epiſcopus. & q. 3. ſaluator. extra de ſimo. c. conſulere. cum ibi not. ſimile huic de pœnis. c. felicis. §. nulli prętereá. lib. 6. de hæret. excõmunicamus. §. credentes. C. eo. tit. authen. credẽtes.

Religio nõ approbata ingrediẽtẽ nõ obligat.

e ¶ *Approbatis.*] Ingredi ergo aliam non prodeſſet: cũ aliæ ſint prohibitę, & penitus reuocatæ. extra de relig. do. c. 1. lib. 6. & in extrauagan. ſancta Romana. nec ingrediẽtem obligant. not. Hoſt. extra de reg. is qui. ſimile extra de voto. cap. 1. lib. 6. de relig. domi. cap. ne nimia. & dicto c. ſancta Romana.
f ¶ *Caſtitatis cuſtodiã.*] non videtur ergo prodeſſe hoc caſu ingredi religionem iuxta quam permittitur concubitus vxoralis, vt eſt reperire in tertio ordine ſancti Franciſci: vel in ordine vulgariter nuncupato ſanctæ Mariæ in partibus Italicis, vt audiui: licet enim largo modo dicatur caſte viuere cũ vxore: ſtricte tamen quo ad obſeruationem continentiæ in promotis in eccleſia occidentali ſecus eſt, vt dixi ſupra.
g ¶ *Abdicationem temporalium.*] cũ indiſtincte loquitur textus, intelligã in ſpeciali vel in cõi: & ſic talis habebit ingredi aliquam de ap̃batis. aliã igitur ingredi nõ prodeſt, puta canonicorũ regulariũ ſancti Auguſtini, vel monachorũ Ciſtercieñ. vel Cluniaceñ. ordinis, vel Hoſpitalariorũ, vel ſimiliũ, quibus licitũ eſt habere aliqua ſaltem in communi. arg. ad hoc extra de reg. c. cõſtitutionem. lib. 6. aliàs fruſtra dixiſſet textus, quarum profeſſores, & cętera.
h ¶ *Obedientiam.*] ad iſtud, & ad duo præcedẽtia regularẽ dicas aſtrictũ. extra de ſta. mo. cum ad monaſterium. §. abbas. & §. vlt.
i ¶ *Canonice.*] iuxta decreta. is qui. & c. non ſolum. de regu. lib. 6. vel canonice, id eſt nõ habens in ſe aliquod impedimentum, quo minus religioni poſsit aſtringi.
k ¶ *Eius.*] ſcilicet religionis.
l ¶ *Vel tacite.*] puta per lapſum annĩ, vel alio modo, vt colligitur de regula, is qui. lib. 6.
m ¶ *Quo caſu.*] ſcilicet cum ingreſſus fuerit vnam de dictis religionibus, & in ea profeſſus fuerit.
n ¶ *Diœceſanus.*] id eſt epiſcopus diœceſis, in qua eſt talẽ religionem ingreſſus, qui per hanc decr. cum talibus etiam exemptis poterit diſpenſare. huius enim capituli conditor bene ſciebat iſtas religiones, vel aliquas de ipſis fore exemptas.
o ¶ *Singulis præmiſſorum.*] ſcilicet vt poſsit in iam ſuſcepto ordine miniſtrare, & ad altiores prouehi, & ad beneficium & officiũ eccleſiaſticum promoueri.
p ¶ *Cum eo.*] ſcilicet taliter ingreſſo.
q ¶ *Quod obſiſtat.*] puta irregularitas vel delictũ. de æta. & qua. c. vlt. de renun. niſi cũ pridem. de accuſ. inquiſitionis. cũ ſimilibus.
r ¶ *Ad ingreſſum.*] ſcilicet faciendum.
ſ ¶ *Sic ordinatum.*] ſcilicet ad aliquẽ de ſacris ordinibus, in promoto ergo ad minorẽ ordinẽ vel aliquẽ de minorib⁹, nõ eſt neceſſaria inductio, quæ faciẽda præcipitur: ratio huius poteſt eſſe: q̃a talis ordo in ſe non habet votũ caſtitatis annexũ: quare nõ poteſt effectũ matrimonij impedire. extra d̃ cle. cõiug. c. 1. & eo. tit. lib. 6.
t ¶ *Conſummatum non fuerit.*] illo enim conſummato ingreſſus etiam religionem eã dimittere eſt cogendus. de conuer. cõiug. c. 1.
u ¶ *Præcipimus.*] neceſsitatis eſt ergo talis monitio per ep̃m facienda: aliàs prætermiſſa in eo peccatum induceret. de off. archid. ea quæ. cum ibi not. & per Hoſtien. de offic. ordi. inter cætera. §. vlt. de treu. & pa. c. 1. & aliàs dixi de æta. & quali. c. 1. Clemens v.
x ¶ *Renuerit adimplere.*] ſupponit expreſſe q̃ poſsit renuere, vt in ſeruo dicit, qui licet iuſſus per dominũ poteſt nolle hæreditatẽ adire. C. de hære. inſtit. l. cũ proponas, quia voluntariũ ſeruitorem Deus ſibi quærit, non coactum. 15. q. 1. c. non eſt. & per hoc dicitur reprobata opinio Hoſt. notata dicto §. & vtrum. dicẽtis talem fore cogendum ad ingreſſum religionis, cum ad hoc cogatur quandoque propter delictum. 33. diſt. c. fraternitatis. ad idem in corpore authẽ. vt nulli iudi. §. adulterã. coll. 9.
y ¶ *Inſtiterit.*] nõ ergo aliter matrimoniũ cogitur cõſummare cũ eſſet promotus: ſed poſſent aliàs vir & vxor cõtinẽtiam vouere. 32. q. 5. qui Deo pari. Poſt cõſummatũ aũt matrimoniũ ingreſſum religionem poſſet ep̃s ex ſuo officio reuocare ex cauſa. extra de conuer. coniu. c. 1. & not. 33. q. 6. mulier.

† De Beguinorũ ſecta & erroribus vide Guidonem Carmelitam in ſumma de hæreſibus, tit. de hæreſib⁹ Beguinorũ, & Nicolaũ Eymericum in Directorio inquiſitorũ part. 2. q. 15.

z ¶ *Per cenſurã eccleſiaſticam.*] ſuſpẽſionis, excõicationis, vel interdictĩ. de verb. ſig. quærenti. Alibi reperitur quem per ſeueritatem canonicam, alibi per eccleſiaſticam animaduerſionem fore coercendum & puniendũ. quod proſequere, vt not. Hoſt. de pœ. c. in quibuſdam.
a ¶ *Conſummare.*] ſcilicet per carnalem concubitum, vt s̃. dixi. viciſsim enim quo ad hoc ſibi ſunt cõiuges debitores. 22. q. 2. §. his ita. nec vir dicitur habere poteſtatem ſui corporis, ſed mulier: nec contra. Sed licet iſte cogatur muliere inſtante matrimonium conſummare: nunquid ipſe poterit ab illa debitum exigere? Dicas q̃ non, cũ adhuc quo ad ſe voto cõtinentiæ ſit ligatus. not. de cõuer. coniu. c. quidam. & c. accedens. 27. q. 2. c. Agathoſa. in glo. ſed nunquid. & not. Guil. extra de vo. cap. 1. lib. 6. & ibi dixi. Zenzelinus.

Vir non habet poteſtatẽ ſui corporis & ecõuerſo.

*SAncta Romana.*] Hæc decret. diuiſibilis eſt in partes quatuor. In prima, cauſa ſeu ratio cõſtitutionis præmittitur. In ſecunda, facti dãnationi ſubiiciendi recitatio ſubiungitur; ibi, *Nonnulli tamẽ, &c.* In tertia eiuſdẽ facti ſub certis pœnis dãnatio annectitur: ibi, *Cum itaque, &c.* In quarta prælatis eidem facto conſenſum præbentib⁹ pœna infligitur: ibi, *Epiſcopos quoque, &c.*

Diuiſio textualis.

b ¶ *Sancta Romana.*] Eccleſia Romana quãdoque appellatur ſancta, vt hic, & 12. diſt. præceptis. 15. diſt. c. ſancta. 19. diſt. c. in memoriam. quandoque ſacroſancta: vt in proœ. lib. 6. & hoc ideo, quia ſacro cruore Apoſtolorum Petri & Pauli conſecrata. de elect. fundamenta. de reli. & vene. ſanctorum, c. 1. lib. 6. 21. diſtin. c. quamuis.

Eccleſia Romana dicitur ſancta, & ſacroſancta.

c ¶ *Vniuerſalis Eccleſia.*] hic dicas vt dixi in c. ſuſcepti. in verbo, eccleſiis. & in c. execrabilis. in verbo, vniuerſalis Eccleſiæ.
d ¶ *Auctore.*] id eſt, cauſam originalem dante. ſimile ff. de excep. do. l. apud Celſum. §. auctoritas. & §. auctoris. de diuer. & temp. præſcrip. l. in vſucapione. §. acceſsio, cum ſimilibus.
e ¶ *Domino.*] ſcilicet Ieſu Chriſto. & proprie dicit auctore: quia nihil boni ſine eius gratia. 23. q. 4. nunc ergo alias. §. verſus. in c. Nabuchodonoſor. cum ſine ipſo factũ eſt nihil. Ioan. c. 1. C. de vete. iur. enu. l. 1.
f ¶ *Immeriti.*] hoc ex humilitate dicit, vt alibi extra de magiſtris c. inter ſollicitudines. circa princ. Cle. 5. de re iudi. ad Apoſtolicę. §. nos itaq;. lib. 6. vel vocat ſe immeritũ cõditor canonis p̃ſentis, p̃p ea quæ dixi in c. ſuſcepti. in prin. ſup̃ verbo, cura ſollicitat. Quo autẽ ad omnes vniuerſos Chriſticolas nedũ bñmeritus, immo & ſanct⁹ habẽd⁹ eſt, quẽ apex tãtę dignitatis attollit, vt 40. diſt. c. nõ nos.
g ¶ *Religioſa.*] vel religione fidei. de quibus loquitur lex, C. de

epiſco.audi.l. nemo. Vel religioſa, quo ad habitum & profeſsionem, vt infra colligitur.

a ¶ *Fauore.*] nam ſumma eſt ratio, quæ pro religione facit. ff. de reli.l. ſunt perſonæ.

b ¶ *Proſequitur.*] exemplum poteſt multiplex de hoc dari per iura C. de ſacroſan. eccle. l. ſancimus. & l. vlt. extra de fil. presby. c. 1. de apoſta. c. ex litterarum. 66. diſt. c. 1. cum multis ſimilibus, quæ diſquirere magis laborioſum reputo, quàm ſubtile.

† Qui, vt dicit hic tex. & glo. epiſtolæ Iuſtini. C. de ſum. trini. ſub ſpecie agni. & ſub crede mihi. de quo ꝑ gl. in l. q ſub cō ditione. ff. de condi. in ſtitu. l. non erit. §. diuus. ff. de iu. iu. & ꝑtextu boni & æqui multis nocēt, cōtra l. dudum. C. de cōtrah. & cōmit. ſtipu. ideo non eſt eis parcendū l. qui ſub prætextu. C. de ſacroſan. eccle. l. quidam ignauię. C. de decur. li. 10. cle. 1. de relig. do. Font.

re [a] proſequitur [b], ſic ſuperſtitioſos [c] conatus inſolentium [d] hominū † deteſtat᷑ [e], videlicet ne ſub ouina [f] pelle gregē Dominicū [g] truculētia [h] lupi [i] rapacis inuadat [k], ſub pietatis [l] imagine [m] virus [n] hæreticæ prauitatis obrepat [o], & ſub ꝑtextu conuerſationis angelicæ [p] incautis mentib⁹ ſpiritus [q] malignus illudat [r]: cuius rei gratia ſacris canonibus [s] eſt interdictū, ne aliquis nouū ordinē aut religionē inueniat [t], vel habitū nouæ religionis aſſumat: ſed quicunque ad religionē venire voluerit, ingrediatur vnā de religionibus approbatis [v]. Nonnulli [x] tamē profanæ [y] multitudinis [z] viri, qui vulgariter [a] Fratricelli ſeu fratres de paupere vita, Bizochi ſiue Beguini, vel aliis nominibus nuncupantur in [b] partibus Italiæ, necnon in inſula [c] Siciliensi, comitatu prouinciæ Narboneñ. & Tholoſaneñ. ciuitatibus, & diœceſibus, & prouinciis, aliiſque diuerſis ciſmarinis [d] & vltramarinis partib⁹ cōtra dictos canones habitū nouæ religionis aſſumere [e], congregationes & cōuēticulas [f] facere, & ſuperiores ſibiipſis eligere [g], quos miniſtros, ſeu cuſtodes, vel Gardianos, aut nominib⁹ [h] aliis appellāt: plurimos ad eorū ſectā recipere [i], & loca de nouo cōſtruere [k], ſeu cōſtructa [l] recipere [m], in quibus habitāt [n] in cōmuni, publice [o] mēdicare (quaſi [p] eorum ſecta foret vna de religionibus [q] per ſedē Apoſtolicam approbatis) temeritate [r] damnabili præſumpſerunt [s], & præſumunt etiam inceſſanter [t]. Et vt ipſorum error, [v] veritas [x], & impietas religio reputetur [y], plurimi

c ¶ *Superſtitioſos.*] Hoc verbum expone vt in decre. quorundam.

d ¶ *Inſolentium.*] exponi poteſt, id eſt inſolita adinuenientiū. Alibi aliter ſumitur de reſcr. q a per ambitioſam. lib. 6.

e ¶ *Deteſtatur.*] ſimile de conceſ. præben. cap. deteſtanda. lib. 6.

f ¶ *Ouina pelle.*] id eſt, ſimplici, non aſtuta.

g ¶ *Gregē Dominicū.*] id eſt, populum Chriſtianum.

h ¶ *Truculentia.*] id eſt, aſtutia vel malitia.

i ¶ *Lupi rapacis.*] exponi poteſt, id eſt, diaboli, qui inimicus homines alibi appellatur. extra de elect. c. licet de vitanda. Vel poteſt exponi, lupi rapacis, id eſt hæretici. ſicut aliàs. 25. q. 1. c. ſunt quidam. in fi. Multis etiam aliis modis ſumitur lupus: vt not. Guli. de hæret. c. vt officium. in verbo, lupum. lib. 6.

k ¶ *Inuadat.*] ſimile extra de elect. ne pro defectu. vnde ſumitur quod hic dicitur. Et alibi ſcribitur, ꝙ aliqui ſub agni ſpecie gerūt lupum, de hæret. c. vt officium. lib. 6.

l ¶ *Sub pietatis.*] ſe extrinſecus exhibentis, interius autem minime ſubſiſtentis.

m ¶ *Imagine.*] id eſt ſimulatione ſeu velamine.

n ¶ *Virus.*] inficiens animam, ſicut exterius ſumptum occidit corpus: quod atrocius reputatur, quàm gladio hominē occidere. C. de malefi. & mathema. l. 1. ff. ad leg. Cor. de ſica. l. eiuſdem.

o ¶ *Obrepat.*] id eſt latenter ſubintret: Sæpe enim vitia ſe eſſe virtutes mentiuntur. 41. diſt. c. ſæpe vitia.

p ¶ *Angelicæ.*] accedit ad hoc quod alibi legitur, angelus ſatanæ frequenter in lucis angelum ſe transformat. 26. q. 5. nec mirum. extra de regula. licet. §. ſi vero.

q ¶ *Spiritus malignus.*] ſcilicet diabolus.

r ¶ *Illudat.*] ſub velamine enim latens prodit ſe dum ea cōfingit. per quæ perſonas fallere nititur. & ſuper hoc vide quod legitur 25. q. 5. nec mirum.

ſ ¶ *Canonibus.*] extra de reli. do. c. ne nimia. & eod. tit. cap. religionum. lib. 6.

t ¶ *Inueniat.*] ſicut nec nouum collegium debet quis per ſe inſtituere. ff. de collegi. illici. l. 3.

u ¶ *Approbatis.*] per ingreſſum aliarum non videretur quis ligatus: ſic ſentire videtur Hoſti. extra de regula. is qui monaſterium. & dixi extra de voto. c. quod votum. lib. 6.

x ¶ *Nonnulli tamen.*] Secunda pars.

y ¶ *Profanæ.*] id eſt, abominandæ. alibi ſumitur aliter iſtud verbum. ff. de re. diui. l. ſacra. §. proprie.

z ¶ *Multitudinis.*] iſto caſu multitudini non parcitur: quia videt̃ deſeri bonum vitæ. arg. de voto. c. magnæ. §. igitur. de reg. iur. cap. qui ſcandalizauerit. & dic vt ibi not. de temp. ord. ſane. 50. diſt. vt conſtitueretur.

a ¶ *Vulgariter.*] habetur igitur reſpectus ad communem vulgi denominationem. ff. de flumi. l. 1. §. 1. de fund. inſtru. l. cum delanionis. §. aſinam. de pœnis l. capitalium. §. ſolet. vbi de hoc.

b ¶ *In partibus Italiæ.*] id eſt locis in Italia cōſtitutis. arg. ff. de iud. l. inſulæ. de ver. ſig. l. notionem. §. continentes.

c ¶ *Inſula Siciliensi.*] quæ de proprio patrimonio beati Petri exiſtit. 10. q. 3. relatum. 94. diſt. c. valde neceſſarium.

d ¶ *Ciſmarinis.*] id eſt citra mare cōſtitutis: aliàs eſt citramarinis.

e ¶ *Aſſumere.*] & male: cū hoc fieret cōtra canones ꝓhibitionē expreſſam cōtinentes, quod inducit pœnā depoſitionis. 4. diſt. §. vlt.

Conuenticulas facere an liceat.

f ¶ *Conuenticulas facere.*] ipſas ad malum fieri per iura prohibitū eſt: C. de epiſc. & cle. conuenticulam. ff. de collegi. illi. l. 1. & arg. 11. q. 1. coniurationum. & c. conſpirationem. 89. diſt. ſi quis propter. Ad bonū autem fieri congregationes permittitur. arg. dictæ l. 1. §. ſi religionis. ſicut & confœderationes & conſpirationes in bonū ſunt permiſſæ. in corpore authent. vt cum. de appel. cog. §. ſi quis de parētibus. cū ibi not. C. de pœnis l. quæ ſniam. de profeſ. & medi. l. magiſtros. lib. 10. & ibi not. & arg. eorū quæ not. ꝑ Ber. de vi. & ho. cle. c̄. cū decorē. & ꝑ Inno. & Hoſ. d̄ ſchiſ. c. 1. d̄ exceſ. ꝑla. dilecta. per Hoſt. de iud. exhibita. & ꝑ eū in ſum. de iureiur. §. vlt. & plene ꝑ Gul. de ver. ſig. c. conſtitutionem. lib. 6.

g ¶ *Eligere.*] taliū ſuperiorū electio in hoc caſu eſt inhibita, cū congregationes factæ ſupponantur in malū: aliàs quælibet cōgregatio licitā exercens profeſsionē vel negotiationē, aliquem ſuperiorē ſibi eligere poteſt. C. de iur. om. iudi. l. periniquum. 16. q. vlt. c. congregatio: extra de elect. null⁹. de hoc plenius dixi in c. Eccleſiæ Romanæ.

h ¶ *Aut nominib⁹ aliis appellant.*] puta præpoſitos, priores, magiſtros, & ſic de aliis.

i ¶ *Recipere.*] & in hoc male, cum etiam in religione approbata Mendicantium prohibeatur talis receptio, ſaltem ad profeſsionē faciendam: niſi cum certo moderamine, & cum certa determinatione. extra de regula. non ſolum. lib. 6

k ¶ *Conſtruere.*] hoc regulariter prohibitum eſt, ſaltem de locis diuino cultui dedicādis ſine licentia epiſcopi. in corpore authent. vt nullus fabricet orato. do. coll. 5. 18. q. 2. c. quàm ſit. & c. quibuſdā. licet vnicuique fideli ſit permiſſum ſimpliciter oratorium habere. de conſec. diſt. 1. c. vnicuique.

l ¶ *Coſtructa.*] ſcilicet per alios.

m ¶ *Recipere.*] iſtud religioſis mēdicantis ordinis, licet aliàs apꝓbati. expreſſe inhibitū eſt extra de exceſ. præla. c. cum ex eo. lib. 6.

n ¶ *Habitant in cōmuni.*] habitare in cōi religioſis approbatæ ꝓfeſsionis nedū permittitur, immo & iniungitur, vt mutuæ conuerſationis & honeſtatis ſibi teſtes exiſtant: niſi ex cauſa de ſuperiorū licentia aliud inducatur, in corpore authent. de mino. §. cogitādū. coll. 1. extra de exceſ. præla. cū ex eo. de ver. ſig. c. priuilegiū. lib. 6

o ¶ *Publice mendicare.*] taliter enim licite mēdicātibus quæſtus publicus tribuere victum ſolet. extra de relig. do. cap. 1. §. confirmatos. lib. 6. C. de mendican. vali. l. vnica. lib. 11.

p ¶ *Quaſi.*] pro tamquam expone: non eſt hic expreſsiuum veritatis, ſicut eſt alibi in Euāge. Io. 1. Vidimus gloriam eius quaſi vnigeniti, & c. & alibi ff. de ſena. l. emancipatum. cum ſimilibus.

Quaſi, qualiter accipit.

q ¶ *Religionibus.*] ſcilicet ordinis mendicantis.

r ¶ *Temeritate dānabili.*] ſic dicta, quia à iure damnata & improbata: vel damnabili, id eſt animas talium damnante propter inobedientiæ notam, per quam mortale peccatum incurrunt. extra de ma. & obe. c. ſi quis. & c. illud. 4. diſt. §. vlt.

ſ ¶ *Præſumpſerunt.*] ſcilicet dudum, vel vſquequaque.

t ¶ *Inceſſanter.*] huic malo occurrendum fuit ne tales nedum ſui, ſed etiam plurimorum poſsint eſſe perditio. extra de iudi. cum nō ab homine. nam ſæpe malorum conſortium corrumpit etiam alios de ſe bonos. 28. q. 1. c. ſæpe malorum. iuxta illud: Vna ouis morbida inficit totum gregem. ff. de act. emp. & ven. l. Iulianus. 40. diſt. c. ſed aliud. extra de ſta. reg. ea quæ. Vnde verſus:

Corrumpit iuſtos homines, comitiua malorū.

*Morbida ſola pecus, inficit omne pecus.*

u ¶ *Error.*] errare eſt aliud pro alio putare. 22. q. 2. c. in quibus rebus. ff. de lib. & poſthu. l. ſi poſthumus. §. vlt. approbare falſum erroris eſſe proprium dicitur. 38. diſt. quamuis.

x ¶ *Veritas.*] de iſta dicitur ꝙ erroribus geſtorum minime vitiatur. ff. de offi. præſi. illicitas. §. veritas rei manifeſtatæ cedere habet error. 8. diſt. c. veritas. ff. quando act. de pec. eſt anna. l. quæſitum. aliàs eſt ibi. §. ſub. l. 1. vnde extra de purg. vul. c. ſignificātibus. Quid autem ſit veritas, not. in decret. ſedes Apoſtolica.

y ¶ *Reputetur.*] ſæpe enim vitia ſe eſſe virtutes mentiuntur. 42. diſt. c. ſæpe. vt ſ. dixi.

a ¶ *Eorum.*]

eorum [a] regulam ſeu ordinem fratrum Minorum, quem ſanctus Frăciſcus inſtituit [b], ſe profiteri ad litterā [c] cōſeruare cōfingunt [d]: quāquā in obediētia Generalis, vel prouincialiū miniſtrorū ipſius ordinis nō morētur [e]: prætēdētes [f] ſe à ſanctæ memoriæ Cæleſtino Papa V. prædeceſſore noſtro huius ſtatus ſeu vitę priuilegiū habuiſſe: quod tamē etſi oſtenderēt, nō valeret: cum bonæ memoriæ Bonifacius Papa viij. prædeceſſor noſter ex certis cauſis rationabilibus omnia ab ipſo Cæleſtino prædeceſſore noſtro conceſſa, quę per ipſum Bonifaciū nō contingeret approbari, viribus penitus vacuauerit [g], dictū que vitæ priuilegium nō inueniatur per eundē Bonifaciū approbatum [h]. Quidā autē eorū dictū habitum [i], & viuēdi ritū [k] à quibuſdā epiſcopis ſeu eorū ſuperioribus, vel aliis eccleſiarum prælatis habuiſſe profitentur, quos [l] nec [m] eis cōcedere licuit contra formā concilij [n] generalis. Nōnulli etiam ex ipſis aſſerentes [o] ſe eſſe de tertio ordine [p] beati Franciſci pœnitentium vocato, prædictum ſtatū & ritum eorum ſub velamine talis [q] nominis ſatagunt palliare: cum tamen in regula ipſius tertij ordinis talis viuēdi ritus nullatenus ſit [r] conceſſus. Et quia in errorū barathrū [s] faciliter ruunt, qui cōcept⁹ proprios patrum definitionibus anteponunt [t]: ipſorum quāplurimi (ſicut fide digna relatione percepim⁹) à veritate catholicæ fidei deuiantes [v] eccleſiaſtica ſacramēta [x] deſpiciunt, ac errores alios ſtudēt multipliciter ſeminare [y]. ¶ Cū [z] itaq; taliū dānanda [a] temeritas in eiuſdē fidei [b] detrimētū, fideliū ſcādalū [c], p̄fati Minorū & aliorū ordinū [d] opprobriū [e], & etiā ſuarum & aliarū animarū perniciē redundare noſcatur [f], ſectā, ritū, & ſtatū [g] hmōi nō obſtātib⁹ præmiſſis [h] eorū excuſationibus, quas friuolas reputamus [i], & quicquid per [k] eos cōmuniter vel diuiſim ſub religionis, cōuentus, collegij, ſeu cōgregationis [l] nomine vel colore attētatū [m] extitit vel exiſtit, de [n] fratrū ipſorū cōſilio auctoritate Apoſtolica nullius fuiſſe & eſſe decernim⁹ firmitatis [o]: & quaten⁹ de facto proceſſerūt de cōſilio & auctoritate pręmiſſis reuocam⁹ [p] omnino, ac perpetuæ prohibitioni ſubiicimus [q], & ab Eccleſia Dei penitus abolemus [r]. Eiſdem perſonis & aliis quibuſcunque ſub pœna excommunicationis, quā eas (ſi ſecus fecerint) incurrere volumus [s] ipſo

a ¶ *Eorum.*] ſcilicet nouæ religionis habitū aſſumentiū, vt ſupra.
b ¶ *Inſtituit.*] vt in decre. quorundam.
c ¶ *Ad litteram.*] quaſi dicat abſq; aliqua trāgreſsione illi⁹ regulę.
d ¶ *Confingunt.*] id eſt ſimul fingunt ſub cuiuſdam vmbræ palliatione. cum veritas in eis regulæ non ſubſiſtat. arg. extra de cōſue. c. quanto. Vel expone confingunt, id eſt ſimulant exterius: cuius contrarium latet intrinſecus: quæ fictio & ſimulatio prohibita eſt. ff. de iuſti. & iur. l. 1. C. plus valere quod agitur: licet aliquoties in bonū ſimulatio ſit permiſſa. quod dic vt not. Ber. extra de his quæ vi metuſve cau. fi. cap. 1.
e ¶ *Nō morentur.*] hoc eſt cōtra verā regulam ordinis Minorū, vt probatur. c. quorundā. vnde tales ſub nullius veri prælati obedientia exiſtentes tamquam acephali pro religioſis habendi non ſunt. arg. 93. diſt. cap. nulla ratione.

Acephali ſunt q nulli prælato ſubſunt.

f ¶ *Prætendentes.*] falſo tamen, vt ſequitur.
g ¶ *Vacauerit.*] & ſic extūc tali priuilegio & etiam reperto cōceſſo, vtendum non fuit, tamquā ſublato: aliàs pœna falſi incurreretur. C. de no. condi. confirman. §. hunc igitur. origine enī rei ſublata non eſt imago ad effectū aliquē relinquenda. C. de lati. liber. tol. l. 1. circa prin. & arg. ad hoc ff. ad leg. Corn. de fal. l. vlt. ad inſtar eius quod dicitur: falſus procurator eſt, q verus pri⁹ fuit, ſed poſt extitit reuocatus. C. de fur. l. falſus. extra de reſcript. ex parte decani. legis tamen licet abrogatæ notitia eſt neceſſaria, vt cauſa editionis eiuſdē ſciatur. 6. diſt. Moyſes. 7. diſt. c. fuerunt. extra de iudi. nouit.

Legis etiam abrogatę notitia eſt neceſſaria.

h ¶ *Approbatum.*] omni igitur tempore habet dici viribus vacuatum, ex quo nō reperitur approbatū: ſicut aliàs dicitur, quod generaliter prohibitum, expreſſe poſtea non conceſſum, omni tempore intelligitur denegatum. extra de verb. ſign. c. exiui de paradiſo. §. cum dictus. Cle. 5. de transla. epiſc. inter corporalia. §. ſed neque. ff. de poſthu. l. 1. §. ait prætor. quod cuiuſque vniuer. nomine. l. nulli.
i ¶ *Habitum.*] ſcilicet nouæ religionis Fratricellorum vel Beguinorum, vt ſupra.
k ¶ *Ritum.*] id eſt, modum. ſimile verbum C. de Iudæ. l. Iudæos.
l ¶ *Quos.*] ſcilicet habitum, & viuendi ritum.
m ¶ *Nec eis.*] ſcilicet fratricellis vel aliis (vt ſ.) nominibus appellatis, vnde pro nō conceſſo debet haberi cōceſſum ab illis qui ius concedendi nō habuerunt. ff. de offi. procon. l. obſeruare. §. vlt. extra de iurepatro. c. q autem. 1. q. 7. Daibertum. cum ſimilibus.
n ¶ *Concilij generalis.*] extra de reli. do. c. ne nimia. Non licet igitur epiſcopis contra inhibitionem generalis canonis facere, cum ſint aſtricti ad obſeruantiam canonum. extra de æta. & quali. cap. cum Eccleſiæ. Cle. 5. vbi de hoc dixi.

Epiſcopi ſūt ad canonū obſeruantiā diſtricti.

o ¶ *Aſſerentes.*] falſo tamen.
p ¶ De *tertio ordine.*] de quo habes in decret. cum ex eo. de ſent. excom. Cle. 5.
q ¶ *Talis nominis.*] ſcilicet tertij ordinis ſancti Franciſci: tale tn̄ velamen eis non prodeſt, vt ſequitur: & dixi in verbo, confingūt.
r ¶ *Nullatenus ſit conceſſus.*] ergo intelligendus eſt prohibitus: vt dixi ſ. in glo. omni igitur.
ſ ¶ *Barathrum.*] id eſt inferni profundum.
t ¶ *Anteponunt.*] inniti ſuæ volētes prudētiæ, immo potius fatuitati, cōtra dictū ſapiētis extra de conſti. c. ne innitaris. Vnde de talibus ſcribitur, q q nō ad pphęticas voces, nō ad Apoſtolicas litteras, nō ad Euāgelicas auctoritates, ſed ad ſemetipſos recurrūt, magiſtri erroris exiſtūt: qa veritatis diſcipuli nō fuerūt. 24. q. vlt. c. quid autē iniquius. de hoc plenius dixi in c. cum inter nonnullos.

Erroris magiſtri qui dicuntur.

u ¶ *Deuiantes.*] ab ipſa deuiātes hæretici ſunt cenſendi. C. de hæret. l. 2. 25. q. 2. cap. prima ſalus. cum ſimilibus multis.
x ¶ *Sacramenta.*] de & ſup qbus firmiter credendum eſt quod ſancta Romana prædicat Eccleſia: aliàs macula hæreſis incurritur. extra de hæret. ad abolendam.
y ¶ *Seminare.*] quibus reſiſtendū eſt muro inexpūgnabili bellatorū. extra ne cle. vel mona. ſuper ſpecula. §. vlt. 10. colla. de ſtatutis, cōſuetudinibus contra liber. eccle. §. ſtatuimus.
z ¶ *Cum itaque.*] Tertia pars.
a ¶ *Damnanda.*] id eſt damnatione digna.
b ¶ *Fidei detrimētum.*] cuius eſt potius proſperitas pcurāda. extra de hæret. ad noſtrā. Cle. 5.
c ¶ *Scandalum.*] qđ vitandū eſt. extra de præſcri. nihil. de noui ope. nuntia. cū ex iniuncto.
d ¶ *Ordinum.*] ſcilicet approbatorum.
e ¶ *Opprobrium.*] nā opprobriū facit religioni q religioſus nō exiſtēs habitum illū religioni cōuenientē portat: ſimile C. de epiſ. aud. l. minime. & ꝯ talē lex imponit pœnā corporalis ſupplicij, & nihilomin⁹ exilij, in corpore authē. de ſan. epiſ. §. pe. coll. 9.
f ¶ *Noſcatur.*] ſup hoc dicas vt dixi in parte præcedenti in glo. huic malo occurrendum.
g ¶ *Statū huiuſmodi.*] non dicit religionē: ſic etiā dici nō meretᷣ: cū per ſedē Apoſtolicā nō fuerit approbata. ſimile huic de reli. do. c. cum de quibuſdā. Cle. 5.
h ¶ *Præmiſſis.*] ſcilicet proxi. §. in ver. & vt ipſorū. & in ver. quædam autem. & in ver. nonnulli.
i ¶ *Reputamus.*] & merito, cum aliquas ex ipſis nullum facti adminiculum habere, nec ex eis iuris fulcimentum venire noſcatur.
k ¶ *Per eos.*] ſcilicet talem ſectā, ritum, vel ſtatum tenentes.
l ¶ *Congregationis.*] ac ſi foret à iure reprobatum.
m ¶ *Attentatum.*] de facto.
n ¶ *De fratrum.*] ſuper iſta clauſula dic vt dixi in c. Execrabilis.
o ¶ *Firmitatis.*] nec mirum: reprobato enim auctore ratione ſectæ omnia eius dicta & facta pro reprobis ſunt habenda. extra de hæret. c. fraternitatis. & in extrauag. dn̄i Ioā. quæ incipit, dierū. qđ dic vt not. per Ber. & latius per Inn. & Hoſt. dicto c. fraternitatis.
p ¶ *Reuocamus.*] bene dicit, reuocamus, quatenus de facto proceſſerunt, cū de iure fuerint nulla: & ideo proprie reuocari & reſcindi non poſſunt. ff. de iniuſt. & irri. teſta. l. nam & ſi ſub conditione. de ædil. edic. l. bouem. §. vlt. extra de deſpon. impu. c. ad diſſoluendum. Reuocantur igitur quatenus de facto proceſſerunt, ne forte in opinione communi aut vulgi labiis nomen valoris alicuius habere poſsint dici, & aliàs. extra de re iud. paſtoralis. §. vlt. Cle. 5.
q ¶ *Subiicimus.*] cōcor. ad hoc extra đ reli. do. c. religionū. li. 6. & eo. tit. c. cū quibuſdā. Cle. 5. Et ex quo talis facta p ſedē Apoſtolicā eſt phibita & interdicta, ab omnib⁹ hn̄da eſt pro inhibita & interdicta, qđ eīn ipſa repellit, repulſum fore cognoſcere debēt oēs. 94. diſt. c. miratus. ſicut per ꝯriū qđ ipſa tenet & ſequiᷣ, ab omnib⁹ eſt tenendū. 24. q. 1. c. rogamus. C. de ſum. tri. l. 1. cum ſimilibus multis.
r ¶ *Abolemus.*] ſimile de relig. do. cum de quibuſdam. Cle. 5.
ſ ¶ *Volumus ipſo facto.*] per hæc verba fertur excommunicationis ſentētia. extra de appel. præterea. de teſti. cog. cū ſuper. aliàs p ſola verba pręcedentia ſub pœna, non ſententia, ſed comminatio inducitur.

inducitur.C.commi.vel epiſto.l.interlocutio.extra de iurepa. relatum de ſimo.cap.ſicut.de ſagit.cap.1.

a ¶ *Iniungentes*] talis iniũctio non obtemperãti peccatũ mortale inducit,vt aliàs ſæpe dixi,de maio.& obe.c.ſi quis.& c.illud. & ſuper hoc vide quod not.Hoſt.de offic.ordin.inter cætera.§.vlti. de treu.& pa.c.1.

facto,iniungẽtes [a] expreſſe, ne ſtatum ſiue ſectam [b] & ritum huiuſmodi ab ipſis aſſumptũ [c] ſectentur vlterius,vel ipſum de nouo aſſumere quoquo modo præſumant. ¶ Epiſcopos [d] quoque & eorũ ſuperiores, & etiã alios prælatos quoſcunque,qui prædictis perſonis vel aliis ritum viuendi & habitum ſupradictos [e] præter ſpecialem Apoſtolicæ ſedis auctoritatem [f] deinceps [g] conceſſerint, prædictæ excommunicationis pœnæ ipſo [h] iure decernimus ſubiacere [i]. Dignum eſt enim vt adulterinas [k] plantationes,quas nõ Pater [l] cæleſtis,ſed humanæ temeritatis [m] audacia plantat, Apoſtolici culminis cenſura diuellat: nec patiatur in agro [n] Dominico peruerſæ congregationis [o] vepres [p] excreſcere, cui [q] proprium eſt (diuina opitulante gratia [r]) virtutes ſerere, ac vitia radicitus extirpare. Nulli [s] ergo,&c. Datum Auinion.iij.calend.Ianuarij, anno ſecundo.

# TITVLVS VIII. De Iudeis & Sarracenis.

b ¶ *Sectam.*] ſimile de hæret. c. ad noſtram. §. cum autem.cle.5.

c ¶ *Aſſumptum.*] ſcilicet iam in præſenti,vel in præterito.

d ¶ *Epiſcopos quoque.*] Quarta pars.

e ¶ *Supradictos.*] contra cõcedẽtes alios habitus vel ritum viuẽdi, pœna ſequens non videtur ſibi locum vendicare per hoc verbum: quia ſi de aliis cõditor canonis idẽ voluiſſet, hoc vtique expreſsiſſet. extra de deci. ad audiẽtiã.C.de cadu.tol.l.vnica.§. ſin autem ad deficientis. & q̃a pœna ad caſum tantũ expreſſum reſtringẽda eſt. arg.extra de elect.ſtatutũ. lib.6.de pœnit.diſt. 1. pœnæ,ff.d̃ pœn.l. interpretatione. Sed in ɔ̃riũ facit, q̃a in aliis nouis habitibus vel viuendi ritibus eadem videtur ratio, quaſi & in illis idẽ ſtatutum, licet pœnaliter videatur: vt dixi in decr. Execrabilis. & in cap.abbates.de reſcrip. Clem.5. ſed quod prius dixi tutius reputo.

f ¶ *Auctoritatem.*] cũ illa ergo tale ritũ & habitũ cõcedentes pœnã, quæ ſequitur,nõ incurrũt:q̃a tunc magis ipſa ſedes q̃ ipſi facere vidẽtur:omnia enim noſtra facimus,&c.C.de vete.iur.enuc.l.1 §. ſed neque ex multitudine.extra de præb.c.ſi Apoſtolicæ.lib.6. & q̃a qđ lege ꝑmittẽte fit, pœnã nõ meretur,C.ad leg.Iul.d̃ adul.l.Gracchus.ne principis auctoritate q̃s circũſcriptus videaẽ.C.de his qui veni.ætat.impe. l.1.

g ¶ *Deinceps.*] ad futura igitur non ad præterita trahitur ſequens pœna.arg.C.de legi.l.leges.extra de conſti.c.2.& vlt.

h ¶ *Ipſo iure*] quaſi dicat non expectata hominis ſententia,ſimile extra de ſen.excom.c.eos.de reſcrip.ipſo iure.lib.6.in corpore authent.de rap.muli.quę rapto.nub.§.vlt.coll.9.

i ¶ *Subiacere.*] eſt ergo in hoc præſens conſtitutio canon latæ ſententiæ. Et ſic vides quòd epiſcopi excommunicationis ſententiã canonis incurrunt: ſententiam autem depoſitionis ab officio non incurrunt,niſi expreſſe cautum reperiatur.de elect.ſi compromiſſarius.§.huius.de ſent.excom.quia periculoſum.lib.6.

Epiſcopi ſententiã excõicationis incurrere poſſunt.

k ¶ *Adulterinas.*] quales (vt hic colligitur) ſunt quæ ſine patre legitimo ſpirituali prorogatæ reperiuntur,vt ſequitur.

l ¶ *Pater cæleſtis.*] qui plantare eas vr̃,cũ per ſummũ Pontificẽ vicariũ ſuũ plãtatur,extra d̃ trãsla.epiſ.inter corporalia.& c. quãto. & hoc ꝓcedit ex poteſtate clauiũ,quodcunq; ligaueris, &c.Matt. 16.24.q.1.quodcunq;. extra de re iudi. ad Apoſtolicæ. §.nos itaq;.

m ¶ *Temeritatis.*] in malum ſonat: vt aliàs.extra ne cle.vel mo.c. vt periculoſa.lib.6.

n ¶ *In agro Dominico.*] ſimile extra de ſta.reg.c.ne in agro.Cle.5.

o ¶ *Congregationis.*] hic dicere potes vt dixi in parte 2. in verb. conuenticulas.

p ¶ *Vepres.*] ſpecies eſt ſpinæ:vt dixi in c.ne in agro.s̃.ꝓx.allega.

q ¶ *Cui.*] ſcilicet Apoſtolico culmini.

r ¶ *Gratia.*] 24.q.1.c.à recta,& c.rogamus.

ſ ¶ *Nulli ergo.*] ſuper hac clauſula dic vt not.in cap.Execrabilis. Zenzelinus.

Diuiſio textualis.

C*Opioſus.*] ¶ In tres partes diuiſibilis eſt præſens cõſtitutio. In prima cũ quodã ꝑiudicio facti præmittitur recitatio.In ſecunda cõminatoria ſubiũgitur cõſtitutio:ibi, *Cum igitur,&c.* In tertia trãſgreſſorũ eiuſdẽ annectiẽ punitio:ibi, *Nos enim oẽs,&c.*

t ¶ *In miſericordia Dominus.*] & nedũ eſt copioſus in miſericordia,immo ſemper potẽs in ea. de pœnit.diſt.7.nullus expectet.omnia enim põt quæ poſſe eſt aliq̃d poſſe.d̃ pœni.diſt.2.c. principiũ. ver.charitas.Quare miſericordiæ eius nec mẽſuras ponere poſſumus,nec tẽpora definire:apud quẽ nullas patitur metas veniæ cõuerſio.de pœn.diſt. 1. c. ſerpẽs.ver.his aũt. aliàs eſt ſub c. multiplex. per miſericordiã eñi non vult peccatoris ꝑditionẽ,ſed cõuerſionẽ & ſalutẽ: delinquẽtes q̃ corriguntur ſuſcipiens, in corpore authen. vt non lux.contra naturam. in pri.coll.6. 26.q.6. c. cognouimus.& quotidianis hominum peccatis ſemper ignoſcere dignatur, & pœnitentiã noſtram ſuſcipere. C. de nup.l.imperialis.

Miſericordia Dei non poteſt menſurari.

*¶ Vt Petrus filius regis Caſtellæ pie ductus propoſito facilius Agarenos infideles à regno Granatæ expelleret,lata fuit excommunicationis ſententia in omnes prohibita portantes ipſis infidelibus & Sarracenis præfati regni Granatæ. Concor. c.ita quorundam.&c.ad liberandam.eo. tit.in antiq.*

## CAP. VNICVM.

COpioſus in miſericordia Dominus [t],qui de ſua abundãtia [v] pietatis corda fideliũ ad ſuæ maieſtatis obſeq̃a [x] deuotionis ardore ſuccendit [y], præcordiis [z] dilecti filij nobilis viri Petri Infantis [a] nati [b] claræ memoriæ Sanctij regis Caſtellæ adeo [c] copioſe gratiã [d] cæleſtis inſpirationis infudit, quòd ſibi delectabile [e] reputat propriam exponere in ipſorum [f] proſecutione perſonam [g]: Pio quidẽ nobilis ipſe ductus propoſito [h] tamquam ſtrenuus [i] athleta [k] Domini [l], negotium impugnationis perfidorũ Aga

u ¶ *Abũdãtia pietatis.*] per quã ꝓ peccatoribus Chriſtus aduocatus apud patrẽ exiſtens, propitiatio eſt ꝓ peccatis. de pœnit.diſt.2. cap. ſi eñi inquit. ver. q̃ dicit:

x ¶ *Obſequia.*] id eſt,digna ſeruitia. ſuper quo videre potes qđ notaui in c. cum ad ſacroſanctæ. in verbo pietatem.

y ¶ *Succendit.*] id eſt illuminat, vel accendit: nec enim per impenſa obſequia quis ad Chriſtum peruenire poteſt, niſi ſibi datum fuerat à Patre.23.q. 4. c. de Tyriis. vnde ad pœnitentiam cor peccatoris dicitur illuſtrare. de pœnit.diſt.5.c.falſas:

z ¶ *Præcordijs.*] i.intrinſecis cordis affectibus.

a ¶ *Infantis.*] Infantẽ eũ vocat,licet maiorẽ ætate,aliàs tutor eſſe nõ poſſet,qualis eſſe ĩ.ſupponiẽ.C.d̃ legi.tut.l.nemo.inſti.de fidu.tut.in fi.C.de legi.hęre.l.vlt.§.fi.Et applaudit cõſuetudini & vſui loquẽdi cõi Hiſpaniæ:iuxta quã filij regũ,q̃ reges non ſunt,Infantes appellãtur.arg.ad hoc ff.de flumi.l.1.§.flumẽ.de fund. inſtr. l.cũ delanionis.§.aſinã.ſicut qñque in vulgo aliq̃ iuuenes appellãtur,qui tñ iuuenes nõ ſunt.ff. de pœnis,l.capitalium.§.ſolent.proprie enim infans eſt minor ſeptẽ annis.C.de iure deli. l. ſi infanti.

b ¶ *Nati.*] id eſt,filij.

c ¶ *Adeo.*] id eſt,intantum.

d ¶ *Gratiam.*] hoc dicit: quia nihil boni eſt dare abſq; gratia Dei: 23.q.4.Nabuchodonoſor.26.q.5.nec mirum.

e ¶ *Delectabile reputat.*] quiſque enim delectari debet in obſequiis maieſtatis diuinæ:nam voluntarium militem ſibi eligit Chriſtus:volũtarium vero ſeruum ſibi auctionatur diabolus.15.q.1.c.nõ eſt.aſpernatur enim Chriſtus coacta ſeruitia,& hilarẽ ſeruitorem diligit Deus,non timore pœnæ,ſed amore iuſtitiæ ſeruientem, ſecundum Apoſtolum 23.q.6.§.ex his.

Militem voluntarium Chriſtus eligit.

f ¶ *Ipſorum.*] ſcilicet obſequiorum maieſtatis diuinæ.

g ¶ *Perſonam.*] maiorem oblationem Deo facere non poterat.maiorem enim charitatem nemo habet, quàm vt animam ſuam ponat pro amicis ſuis: vt ſcriptura teſtatur ſacra. & ad inſtar Eſaiæ prophetæ,qui Domino interroganti. quẽ ex duobus ad prædicandum mitteret,reſpondit: ecce ego,mitte me. Eſaię 6. c. 7. q. 1. in ſcripturis,& ad inſtar ſancti Martini dicentis, Domine, ſi adhuc populo tuo ſum neceſſarius,ego non recuſo laborem.

Charitas maxima eſt animã pro ſuis ponere.

h ¶ *Propoſito.*] ad quod Deus reſpectum habet.1.q.6.ſi ſacerdotibus.in fi.14.q.5.ſi quid inueniſti.

i ¶ *Strenuus.*] animi magnanimitate.de ſup.neg.præl.grãdi.lib. 6.

k ¶ *Athleta.*] id eſt pugil ſeu pugnator ſine mercede.ff.de his qui not.infa.l.athletas.C.de athle.& ibi not.in rubrica.lib.10.

l ¶ *Domini negotium.*] Not. Chriſti negotiũ reputari impugnationẽ infideliũ:ipſi enim q̃a cũ Chriſto nõ ſunt ꝑ fidẽ,cõtra ipſum eſſe cẽſentur,iuxta illud:Qui nõ eſt mecũ,cõtra me eſt. C. de Iudæ.l.cælicolarũ.vnde & hæreticus eſt,qui nõ eſt Eccleſiæ mẽbrũ, in corpore authen.de priuile.do.§.1.col.8.cũ ipſe pro fide Chriſtia

na vt non

na vt non deficeret, repertus ſit exoraſſe, Lucæ 22.c.21.diſt.§.1.
a ¶ *Agarenorum.*] ſpecies eſt quorundam infidelium de quorum ſpeciebus multas reperies enumeratas 24.q.vlt.c.vlt.
b ¶ *Contumeliam.*] talis contumelia, quæ in religionem diuinam committitur, in omniũ fertur iniuriam. C.de hæret. l. Manichæos.

renorum [a], à quibus regnum Granatę in Dei contumeliã [b] detinetur [c], tutorio [d] nomine chariſſimi in chriſto filij [e] noſtri Alfonſi Caſtellæ regis illuſtris, qui ſub teneritudine puerilis [f] ætatis adhuc dignoſcitur conſtitutus, aſſumpſit ſub [g] ſpe cæleſtis [h] auxilij feruenter [i] & viriliter [k] proſequendum. ¶ Cum [l] igitur omnia cupiamus obſtacula [m] remouere, per quæ dicti negotij proſecutio poſſet quomodolibet impediri, vniuerſis & ſingulis cuiuſcunque conditionis, præeminentiæ [n], vel ſtatus exiſtant, diſtrictius inhibemus, ne arma [o], æquos, ferrum, ligamina [p], victualia [q] & alia quæcunque [r] prohibita per Romanos Pontifices prædeceſſores [s] noſtros [t] ad terras Aegypti deferri, ad Sarracenos dicti regni Granatæ intra triennium [v] incipiendum à calend. Aprilis proxime ſecuturi, quomodolibet [x] deferre præſumant Nos [y] enim omnes & ſingulos, qui ad dictum regnum arma, equos, ferrum, ligamina & victualia ſupradicta, & quæcunque [z] prohibita, contra tenorem huius noſtrę [a] prohibitionis deferre præſumpſerint, illis pœnis & ſententiis, quas deferentes huiuſmodi prohibita in Alexandriam, vel ad Aegypti partes incurrunt, decernimus ſubiacere. Et [b] nihilominus omnes & ſingulos, qui Sarracenis Granatæ præſtabunt (dicti negotij proſecutione durante [c]) auxilium, conſilium, vel [d] fauorem: aut proſecutionem dicti [e] negotij directe [f] vel indire-

c ¶ *Detinetur.*] hoc cõtingit ob noſtrorũ multitudinem peccatorum: propter quam Pagani & infideles cæteri nocendi facultatem diuinitus, id eſt permiſsione Dei aſſequuntur. 7. q. 1. cap. ſciſcitatus. 56. diſt. c. ſi gens Anglorũ.
d ¶ *Tutorio nomine.*] ſupponere videtur textus iſte ſatis aperte ꝙ tutor regis tutorio nomine impugnare poſsit infideles ad expẽſas regis pupilli: certum eſt enim ꝙ ad onus principum temporalium ſpectet defenſio Eccleſiæ: & eorum poteſtate eſt Eccleſia munienda: voluntas enim Dei eſt cõcitare temporalem poteſtatem aduerſus hæreticos & alios infideles: aliàs enim de ſuo imperio Deo rationem reddere ſunt aſtricti. 23. q. 5. cap. princeps. & q.8. quando. extra de ſup. negli. præla. grandi. lib. 6. Conſtat etiam ꝙ vna poteſtas per aliam eſt iuuanda. 26. diſt. c. cum ad verum. & poteſtas ſecularis cogi poteſt per eccleſiaſticam ad ſibi auxilium præbendum. extra de maledi.c.2.de offi.ordi.c.1.& c.quoniam. 22. q.5. c. adminiſtratores. Cum igitur ipſe rex ad hoc faciendum ſit aſtrictus tutori hoc adimplenti de bonis regis pupilli nihil poterit imputari.arg.ff.de admi.tuto.l.ſine hærede.§. Lucius.de tute.& ra. diſtrahen.l.1.§.1.C.de admi.tuto.l.ſumptus.

Principes eccleſiã defendere tenentur.

e ¶ *Filij noſtri.*] regem ergo appellat Papa filium, non fratrem. extra de crimi.falſi.quam graui. Nihil enim honorificentius, quàm vt rex vel Imperator Eccleſiæ filius eſſe dicatur. 23. q. 8. conuenior. circa fi.& dixi in c.prodiens.

Imperator dicitur filius Eccleſiæ.

f ¶ *Puerilis ætatis.*] Not. puerilem ætatẽ teneram dici: vnde in ea conſtitutus licet aliàs de ſe diſcretus, ad tractanda ſapientium hominum iura inhabilis reputatur. C.de teſta.mili. l. vlti.& arg.ff. de decur.l.ſpurij.§.minores.de mune.& ho.l.ad rem publicam. extra de elect.c.ex eo.lib.6.
g ¶ *Sub ſpe.*] quam confidenter habere poterat ex pio ſuo mentis propoſito iuxta verbum propheticum: Reuela Domino viam tuam, & ſpera in eo, & ipſe faciet.
h ¶ *Cæleſtis auxilij.*] ſimile C. de epiſ.& cle.l.Deo nobis. in corpore Authen.de quæſto.in prin.coll. 6. Nam cum domini Dei beneuolentia militarium rerum incipit ordinatio. ipſis enim prouidentia Dei diſpoſitis Barbarorum quidem incontinentia refrænatur, rei vero publicæ res augẽtur. in corpore authent. vt neq; miles neq; feuda. in prin.col.8.& dũ orationes Chriſto fiũt, vincit populus ſuus: ſi relaxantur, vincitur. Exod.17.c.& 36. diſt. c. ſi quis vult.
i ¶ *Feruenter.*] quo ad animi feruorem.
K ¶ *Viriliter.*] quo ad corporis vigorem & ſtrenuitatem.
l ¶ *Cum igitur.*] Secunda pars.
m ¶ *Obſtacula remouere.*] iuxta hoc ſcribitur in lege, ꝙ decurſio & varietas humanæ naturæ paulatim egens curatione, non aliter ad bene ſe habendum reuocatur, licet prima eius gubernentur principia, niſi etiam quod particulariter ei reſiſtit, ſummoueatur. in corpore authent.de teſti.& ea quæ parit.in prin.col.4.
n ¶ *Præeminentiæ.*] intelligo etiã regalis: tũ ob iſtius textus indefinitatẽ: tũ q̃a ad onus regis ſpectat defenſio fidei, & impugnatio infideliũ, vt dixi ſ̃.in gloſ. ſupponere. tũ etiã arg.ſi fratrũ. §. quia igitur. vnde præ cæteris debet abſtinere ab iis, à quibus tenetur alios cohibere. arg.ff.ſi ſer.vendicetur.l.altius. extra đ na.ex lib.ven. c.1.
o ¶ *Arma.*] appellatione armorum comprehenduntur nedum arma offenſionis cuiuſcunque generis, immo & defenſionis: vt ſcuta, bloqueria, loricæ, platæ, diſploides, & ſimilia. ff.de vi & vi arm. l.3.§.armis. inſt.de interdic.§.qui autem. de publi.§. item lex Cornelia. ff. de ver. ſig.l.armorum. de fur.l.pignore.§. furem. & quia omne obſtaculum eſt tollendum quod poſſet impugnationem infidelium aliquatenus impedire: vt hic vides, de hoc dixi de ſtatu. mo.in c.ne in agro.§.præfatæ quoque.cle.5.

Armorum quædã ſunt offenſionis, quędã defenſionis.

p ¶ *Ligamina.*] galearum ſcilicet, vel de quibus galeæ vel alia nauigia fieri poſſunt. de Iudæ: ita quorumdam. & c.ad liberandam.
q ¶ *Victualia.*] quid ipſorum appellatione continetur, vide quod legitur ff.de verb.ſig.l.verbo victus.& l.quos nos. §.iniuriæ.
r ¶ *Quæcunque prohibita.*] quæ ſunt illa, colligitur C.quæ res vẽ. poſ. vel non. l. barbaricum. quæ res expor.nõ debent.l. 1.extra de Iudæ, ita quorundam: & c.ad liberandam.
ſ ¶ *Prædeceſſores noſtros.*] vt Alexandrum tertium, dicto c.ita quorundam. & Innocentium tertium dicto.c.ad liberandam.
t ¶ *Terras Aegypti.*] in quibus Chriſtus natus fuit, ſcilicet in Bethleẽ, nutritus in Nazareth, paſſus & ſepultus in Hieruſalem. not. extra de ſepul. c. 1. quæ peccatis noſtris præpedientibus ab infidelibus detinentur.

Chriſtus vbi fuit natus, nutritus, & paſſus.

u ¶ *Intra triennium.*] res miranda videtur, ꝙ conditor huius c. terminum certum præfixit, intra quem ſua duraret prohibitio facta de non portandis rebus prohibitis ad regnum Granatæ: cum infideles ibidem habitent, vt hic ſupponitur, cum lex humana ciuilis inhibeat ſub pœna capitis, & ſub pœna proſcriptionis omnium bonorum, res inhibitas ad Barbaros deferri. C. quæ res exportari non debẽt. l.1. & iura alia canonica ſ̃. glo. proxi. alleg. ſimpliciter inhibeant res interdictas ad Sarracenos portari: Quæ igitur poteſt huius fuiſſe ratio? Ad hoc poteſt dici, ꝙ cum proſecutio iſtius negotij eſſet futura temporalis, per Petrum Infantem, vt pote facienda per eum tutorio nomine regis Caſtellæ, talem prohibitionem facere voluit temporalẽ, pœnalẽ, & ſententiæ excõicationis inductiuam: vt ipſe Petrus interim feruentius induceretur ad dicti negotij proſecutionem: ne forte aliàs ipſe deſidem illum redderet: vnde cum ad ipſius Petri futuri temporalis proſecutoris ſupplicationem præſens conſtitutio pœnalis forte facta fuit, Papa eam facere perpetuam non curauit: potiſsime cum ſciret iura alia communia multarum pœnarum inflictiua fore dudum condita generaliter contra portantes res prohibitas Sarracenis, quæ per iſtam decretalem in nihilum immutantur. Sed ad illas per iſtam additur cum ſuis pœnis cõtra illos, qui iſto durante triennio res prohibitas detuliſſent, nec ex virtute huius conſtitutionis quis pœnas aliquas incurreret deferendo poſt triennium tales res prohibitas: ſed remanẽt alia iura pœnalia contra tales. Nec poteſt arg. a contrario ſenſu colligi ex hac decretali, per quod diceretur deferẽtes res prohibitas abſque prohibitione huius decre. non incurrere pœnas à prædeceſſoribus promulgatas: ceſſat enim argumentũ à ꝯrio ſenſu vbi iura alia obuiarent. not. de fo.compet.ſignificaſti. & C.de epiſ. & cle.l.conuenticulam. Vel dicas quòd cum à prædeceſſoribus aliquibus fuerunt pœnæ & ſententiæ promulgatæ contra deferentes res prohibitas ad partes Aegypti, quæ non ligarent de ſe portantes ad alias partes: magnum fuit, ꝙ Papa voluit eas extendi contra deferentes ad regnum Granatæ: non fuit ergo mirum, ſi certum tempus voluit ſuper hoc limitare.

Argumentum à contrario ceſſat aliquando.

x ¶ *Quomodolibet.*] quaſi dicat nec per ſe, nec per alium: nec per terram, nec per aquam, vel aliàs quoquo modo.
y ¶ *Nos.*] Tertia pars.
z ¶ *Quæcunque prohibita.*] dic vt ſup hoc in parte ꝑcedẽte dixi.
a ¶ *Noſtræ prohibitionis.*] ſcilicet intra trienniũ vt ſ̃. à cõtrario ergo ſenſu deferẽtes non cõtra talem prohibitionẽ, non viderẽtur incurrere pœnam: ſed dic vt ſ̃. dixi ſuper verbo intra triennium.
b ¶ *Et nihilominus.*] id eſt vltra pœnas & ſententias à prædeceſſoribus promulgatas.
c ¶ *Proſecutione durante.*] ergo illa finita præſtantes auxilium & ſimilia, non incurrerent ſentẽtiã huius canonis: nihilominus tamen incurrerent ſententiam aliorum iurium, vt ſ̃. dixi.
d ¶ *Vel fauorem.*] ſuper hoc verbo & duobus præcedentibus dic vt dixi c.dierum.§.nos.
e ¶ *Dicti negotij.*] ſcilicet. impugationis perfidorũ regni Granatæ.
f ¶ *Directe.*] puta opponendo ſe contra im, ugnare volentes dictos perfidos.

a ¶ *Indirecte*] vt perſuadendo, vel monendo, vt à tali impugnatione deſiſteretur.

b ¶ *Excommunicationis.*] ſcilicet maioris. de ſent. excõ. c. ſi quẽ. quæ in hoc caſu forte circa Papam tolli non poſſet: ſi ſupponas ꝙ eam ſibi retinuerit tollendam ſententiæ promulgator: prout in talibus prædeceſſores facere conſueuerunt.

c ¶ *Ipſo facto.*] & ſic eſt canon latæ ſententiæ. Zenzelinus.

ctæ [a], ſecrete vel publice impedire vel turbare forte præſumpſerint: excommunicationis [b] ſententiam incurrere volumus ipſo [c] facto. Nulli ergo noſtræ inhibitionis, conſtitutionis, & voluntatis, &c. Datũ Auinion. quinto Calend. Martij, anno primo.

# TITVLVS IX.

## De torneamentis.

¶ *Conſtitutio Clementis in quibuſdam regnis torneamenta inhibens ſub pœnis excõmunicationis & interdicti, hic reuocatur, & illi qui huius occaſione ſententias incurrerant, abſoluuntur.*

### CAP. VNICVM.

Diuiſio textualis.

Q *Via in futurorum.*] Primo harẽga ſeu præfatio præmittitur. Secundo factus proceſſus per Clementem Papam v. ſubiungitur: ibi, *Sane felicis, &c.* Tertio reuocatiõis eiuſdem proceſſus cauſa & ratio annectitur: ibi, *Verum quoniã, &c.* Quarto ipſa reuocatio ſubinfertur: ibi, *Nos ad dilecti, &c.*

d ¶ *Euentibus.*] qui de ſe incerti ſunt. inſtitut. de verb. oblig. §. omnis. ff. de condit. & demon. l. 1. §. dies.

Futura ſolus De⁹ cognoſcit.

e ¶ *Humani fallitur.*] cum de futuris diuinare certitudinaliter nõ poſſit, vt extra vt eccleſ. benefi. c. 1. ff. ad l. Aquil. l. ſi putator. ſimile ff. manda. ſi fideiuſſor. §. ſi cum debitori. nec beatus Paulus, licet ſpiritu Dei repletus ſecreta diuini futuri iudicij agnoſcere potuit. 11. q. 2. c. cum beatus. ſolius enim Dei eſt præſcire futura. ff. de iudi. l. ſed & ſi reſtituatur. §. vlt. 25. q. 5. §. quòd autem.

f ¶ *Coniectura.*] id eſt, præſumptione.

g ¶ *Attenta.*] id eſt, deliberata.

Pollicitationis deſcriptio.

h ¶ *Pollicetur.*] id eſt, aſſerit per coniecturam. Pollicitatio enim eſt ſolius aſſerentis promiſſio abſque alterius præcedente conſenſu. & in hoc differt à pacto. ff. de pollici. l. pactum.

i ¶ *Reperiri damnoſum.*] ſumitur ex corpore authent. hæc conſtitutio innouat conſtitutionem. in princip. coll. 8. & in decret. quia nonnunquam. reperies ſimile, vbi de hoc dixi.

k ¶ *Conſulte.*] id eſt, conſilio & deliberatione præcedente.

Cõſiliũ mutare ſapientis eſt.

l ¶ *Conſultius.*] ſapientis enim eſt mutare conſilium in melius. in corpore authent. vt fratrum filij. in princip. coll. 9. de nup. §. nos autem. coll. 4. ff. de col. bo. l. nonnumquam. 22. diſt. cap. ſi aliquid. & c. magnæ. cum ſimilibus.

m ¶ *Sane.*] ſecunda pars.

n ¶ *Paſſagium.*] vltramarinum contra Sarracenos inimicos fidei faciendum.

Torneamenta an ſint permiſſa.

o ¶ *Torneamenta.*] quæ dicuntur torneamenta, colligitur extra de tornea. c. 1. quæ licet cauſa experimentorum de iure ciuili videantur permiſſa. ff. de aleato. l. ſolent. §. ſenatus. ad l. Aquil. qua actione. §. ſi quis in colluctatione. de poſtu. l. 1. §. ꝙ ſi depugnauerit. de iure tñ canonico ſunt inhibita ob mortem hominum, quæ frequẽter exinde peruenit: vt dicto c. 1. non enim merentur dici ludi, ex quibus crimina oriuntur. in procœmio. ff. §. illud vero. vnde ludus noxius eſt in culpa. ff. ad leg. Aquil. l. nam ludus. Sed gratia huius hic quæro 1, vtrum de iure canonico vel ciuili ſcripto duella ſint aliquo caſu hodie permiſſa? Videtur quòd non. C. de gladiato. l. vnica. vt armorum vſus. l. vnica. & arg. C. de act. & obli. l. negantes. In hac opinione videtur reſidere Accurſius dicto §. ſi quis in colluctatione. & dicta l. 1. de gladiato. expreſſius hoc not. ff. de leg. 2. l. cum filius. §. vlt. Sed in ↄ̃rium videtur lex expreſſa Friderici Imperatoris: vt in col. 10. de pa. te. §. ſi quis hominem. & §. ſi quis aliquando. & §. & ſi miles. vbi in certis ſaltem caſibus videtur pugna per duellum permiſſa: nec videtur contrarium poſſe dici, cũ illa lex Friderici lex generalis exiſtat, cum ad omnes ſit directa, quod eſt ſignum legis generalis. C. de leg. l. 3. nam quod per epiſtolam & per ſubſcriptionem Imperator ſtatuit, vel edicto præcepit, legem eſſe conſtat. ff. de conſti. princ. l. 1. iſtud etiam videtur expreſſe denotari in rub. quæ ſequitur poſt illa, de pace tenenda: cum in ea dicitur, hic finitur lex. deinde incipiunt regni conſuetudines. per qđ innuitur mandatum factum in titulo præcedenti de pace tenenda ſub certis pœnis legem eſſe communẽ. ſic ſentit gloſſator feudorum pro & contra. & ſuper hoc multa allegans in titulo, de pace iuramento firmanda. §. iniuria: qui etiam conſentire videtur, ꝙ ſaltem in certis caſibus pugna per duellũ ſit hodie permiſſa, vt not. ipſe in tit. de ali. feu. paterni, §. non eſt. Et ſecundum hoc non obſtabit lex prædicta de gladiato. nec lex vnica, vt vſus armorum. quia loquuntur de aliis gladiatoribus quàm in duello pugnantibus, vel aliam vim armorum committentibus, vt not. Gof. in libello ſuo iuris canonici, in tit. de purg. Vel dices, ꝙ leges illæ vt priores tollantur in hoc per l. Friderici tãquam poſteriorem. Vel dices ꝙ illæ prohibitionem ponunt in genere: & lex Friderici duellum permittit in ſpecie: & ita neutra alteram corrigit. Sed ſuppoſito ꝙ ſecundum legem ſcriptam in certis caſibus admittatur hodie duellum: quæro an lex ciuilis ſaltem ratione peccati ſuccumbat canoni ipſum prohibenti. 2. q. 5. monomachiam. extra de purg. vulg. c. 2. nedũ in foro eccleſiæ, immo & in foro temporali. in duello enim certum eſt interuenire peccatũ, cũ in ipſo quis intendit ad mortẽ proximi, & Deus tentari videatur. 23. q. vlt. c. ſed nulla. extra de purg. vulg. c. vlt. cum ſimilibus. Ad hoc breuiter reſpõdeo, & dico, ꝙ lex hoc permittẽs neceſſario habet canoni ſuccumbere ratione peccati. & hoc perſuaderi poteſt tam per legem diuinam, quàm humanam: per diuinam: quia dicit Apoſtolus: Omne quod non eſt ex fide, id eſt ex bona & ſyncera conſciẽtia, peccatum eſt. Et beatus Ambroſius ſuper dicto Apoſtoli ait: Peccatum eſt quòd aliter fit quàm probatum eſt: & Auguſtinus ſuper eo dicto, Omne quod aliter fit quàm probatum eſt, peccatum eſt. & recitatur textualiter. 28. q. 1. §. ex his. cum igitur Deus peccatum inhibeat, ergo & omne id per quod ad illud peruenitur. ff. de ſpon. l. oratio. ff. de fideiuſ. l. cum lex. C. de nat. lib. l. lege Anaſtaſij, in fi. extra de conſtit. cap. nam concupiſcentiam. Item ſcriptum eſt in Euangelio, Non tentabis Dominum Deum tuum. & legitur 22. q. 2. cap. quæritur cur patriarcha. ſed per duellum Deus tentari videtur. dicto c. monomachiam. cum iuribus aliis allegatis. Item lex imperialis facta per Imperatorem profitentem ſe eſſe vltimũ ſeruum Dei, & velle ſuum ſeruitium adimplere. C. de offic. præfec. prætorio. l. quas gratias. inducere non poterit quod Dominus ſuus vel Deus inhibet. 28. q. 1. cap. iam nunc. Probo hoc idem per legem humanam tam canonicam quàm ciuilem: per canonicam, extra de pur. vulg. per totum. de cle. pu. in duel. per totum. & dicto cap. monomachiã. per quam legem canonicã probatur ꝙ Dominus principem Eccleſiæ conſtituit ſuper omnes principes ſeculares in ſpiritualibus rebus. 96. diſtin. cap. ſi Imperator. extra de maior. & obedi. cap. ſolitæ. vnde in his principes ſeculi ſuas conſtitutiones debent canonicis ſubmittere, non præferre. dicto cap. ſi Imperator. vnde neceſſario ratione peccati habet lex canoni ſuccumbere, vt not. Ber. Inno. & Hoſt. extra de præſcrip. quoniam omne. & Guliel. in Spec. de diſput. aduo. §. porro. verb. ſed nunquid. & ponit exemplum extra de noui ope. nunt. cap. 1. Plus adhuc dico ſecundum hanc legem ꝙ iudex ſæcularis cogi poteſt per eccleſiaſticum ad faciendum coram ſe ſeruari canones omiſſis legibus. arg. extra de pact. cap. quamuis. de excepti. cap. 2. de iureiur. cap. licet. de ſentent. excommu. cap. decernimus. lib. 6. Adhuc idẽ probo per legẽ ciuilẽ: nam per eam ſtatuitur, canones fore pro legibus omnes ſeruandos: in corpore authent. vt cle. apud proprios. epi. §. pen. coll. 6. de eccl. tit. in princ. coll. 9. intantum ꝙ epiſcopus tranſgreſſores canonis etiam ſecundum legem ciuilem punire poteſt, in corpore authent. de ſan. epi. §. ne autem. coll. 9. prohibitum ergo duellum per canonem, prohibitum debet reputari per legem. Nec obſtat huic dicto lex Friderici, cũ in eadẽ lege Fridericus ſe velle dixerit in indicenda pace tam diuinas quàm humanas leges in ſuo vigore permanere: nedum ergo legẽ diuinã hoc prohibentem videtur ſeruari voluiſſe: immo & humanas præcipiẽtes canones fore ꝓ legibus obſeruandos. Item in lege ciuili ſtatutum eſt inferiorem legem ſuperioris tollere nõ poſſe. ff. ad Trebel. l. ille à quo. §. tempeſtiuum. de Arbit. l. nam magiſtratus. intantum ꝙ in lege inferioris auctoritas ſuperioris intelligitur excepta. ff. ad muni. l. Imperatores. de prohib. feu. alie. l. imperialem. §. vlt. coll. 10. nec ſeruum poſſe legem domini tollere. C. de pac. l. ſeruum. cũ ſimilibus. Imperator autẽ ſe ſeruũ Dei profitetur: vt prædixi. Itẽ cũ imperiũ & ſacerdotium ſint à Deo inſtituta, in corpore authent. quomodo oporteat epos, in princi. coll. 1. abſit dicere, ꝙ

x Deteſtabilem duellorũ vſum ex Chriſtiano orbe penitus exterminauit concilium Tridẽt. ſeſſio. 25. de reformatione, c. 19.

Q Via in futurorum euẽtibus [d] ſic humani fallitur [e] incertitudo iudicij, vt quod coniectura [f] probabili exnunc interdum attenta [g] cõſideratio vtile pollicetur [h], reperiri [i] damnoſum quandocunque contingat: nonnumquam quod conſulte [k] ſtatuitur, ex ſanioris inſpectione iudicij conſultius [l] reuocatur.

¶ Sane [m] felicis recordationis Clemens Papa quintus prædeceſſor noſter attente conſiderans generale paſſagium [n] in concilio Viennenſi pro terræ ſanctæ ſubſidio ſalubriter ordinatum, per torneamenta [o]

Imperatori

Imperatori conceſſo imperio videtur data poteſtas tollendi, vel perdendi legẽ Dei ipſum imperiũ inſtituentis. ff. de pact. l. contra iuris ciuilis. §. vlt. de don. l. filius. alias videretur Deus contra ſeipſum imperiũ conſtituiſſe: quod dicere eſt abſurdũ. ſuper quo vide quod plene not. in lib. feu. in tit. hic finitur lex. §. vlt. itẽ probatur, nã in facto vſurarũ lex ipſas permittẽs ſuccumbit canoni ipſas prohibenti, vt not. in corpore auth. de eccl. tit. in prin. coll. 9. C. de ſum tri. l. 1. de vſu. Auth. ad hoc. Sed hoc dici non poteſt niſi ratione peccati: cũ igitur ratione peccati & propter peccatũ vſurarum lex ſuccũbit canoni. ergo eadẽ ratione in quocunque alio caſu ſubeſt peccatũ, vt eſt in duello, vt ꝑdixi. arg. in corpore authẽ. vt nõ luxu. contra na. in prin. coll. 6. ſcenicas non ſolũ. §. 1. coll. 5. quia ratio differentiæ reddi nõ poteſt: quare idem ius debet eſſe. ff. de iniu. teſt. l. poſthumũ. §. 1. de ver. obli. l. à Titio. C. de lib. præt. l. 1. Item Imperator Valentinianus ſcripſiſſe legitur ſe velle fore ſubmiſſum Eccleſiæ, cũ tanquã homo peccare reperiretur. hoc patet 73. diſt. c. Valentinianus. extra de iudi. c. nouit. C. de ſum. tri. epiſtola, inter claras. de offic. præfe. præto. Afri. l. quas gratias. Ex his igitur concluditur, quod ſuper duello per legẽ inducto peccatũ inducẽti, ipſa lex canoni habet ſuccumbere: aliàs dic qđ ſuper hoc notaui in ſimili extra ď reg. iur. c. poſſeſſor. lib. 6.

Lex ſuccumbit canoni, vbicunque peccatũ ſubeſt.

†Et ideo biẽ nominãtur, tũ idem dicẽdũ de aliis ꝓuinciis, in quib⁹ ꝑ iſta paſſagiũ impeditur, facit glo. in l. tale pactũ. §. fi. ff. de pact. l. ſcire oportet. §. fi. ff. de excuſ. tut. gl. in verbo, præſidẽtes reputata ſing c. c. 1. ď reſcrip. Sed vltra Bartol. ibi ego allego glo. in verbo, reus, c. 2. ď cõfeſ. lib. 6 gloſ. q̃ Ang. dicit practicã tam fuiſſe. l. 1. C. de rap. virg. tex. & Bal. in c. 1. §. ſi quis ruſticus. de pa. tene. Fõta

& haſtiludia [a] ſiue [b] iuxtas non leuiter [c] impediri: tũ quia frequenter ſic ipſum paſſagij negotium proſecuturos [d] exinaniunt [e], quod ad eius executionem efficiuntur impotentes [f]: tum quia interdum quamplures à crucis [g] aſſumptione retrahunt [h], dum ab illis [i] abſtinere (aliis ea [k] exercentibus) erubeſcunt [l]: torneamenta ipſa & haſtiludia ſiue iuxtas in regnis Franciæ, Angliæ, & Alemaniæ, & aliis nonnullis prouinciis, in quibus ea conſueuere frequentius [m] † exerceri, ſpecialiter interdixit [n]: in facientium [o] ea [p] vel ad id [q] eis [r] præſtantium [s] opem, conſiliũ, vel conſenſum, & illorum [t] etiam, in quorum locis [v], vel diſtrictibus fierent non prohibentium hoc cum [x] poſſent, & illorum procedẽtes ad [y] illa in domibus [z] ſuis recipientium, vel commerciũ quomodolibet [a] exercentiũ cum [b] eiſdẽ, in perſonas [c], excommunicationis, & in terras, interdicti ſententias promulgando [d], abſolutione ab excommunicatione [e] huiuſmodi preterquam in mortis articulo ſedi Apoſtolicæ reſeruata [f]. Verum [g] quoniam (vt intelleximus) per ſententiam huiuſmodi periculum animabus ingeritur [h], & proeo maxime negotia dicti paſſagij derogatur: quia nõnulli militari [i] cingulo abſtinẽt, & quia vacare [k] militiæ metu præſertim ipſius [l] ſententiæ non præſumunt, propter [m] quod idoneos [n] & voluntarios [o] ad terræ prædictæ ſubſidiũ in regnis eiſdem cõtingit pauciores ſolito reperiri: Nos [p] ad dilectũ filium nobis viri Philippi claræ memoriæ regẽtis [q] Franciæ & Nauarræ regis, & aliorum de domo [r] regia, necnon quamplurium magnatũ [s] & nobilium, tam in regno Franciæ quàm aliunde conſiderantium præmiſſa [t] diſcrimina repetitę [v] ſupplicationis inſtantiam, ſententias excommunicationis & in-

a ¶ *Haſtiludia.*] ſic dicta, quia ludi cauſa fiunt cum haſta. arg. ff. de alea. l. ſolent.

b ¶ *Siue iuxtas.*] alludit vulgari denominationi regionis, maxime linguæ Oxitanæ. arg. ad hoc ff. de pœnis. l. capitalium. §. ſolent. de flu. l. 1. §. flumen. extra de priuileg. c. religioſi. §. 1. Clem. 5.

c ¶ *Non leuiter.*] quaſi dicat, immo grauiter vel fortiter.

d ¶ *Proſecuturos.*] ipſe vel gentes ſuas habentes paſſagiũ facere.

e ¶ *Exinaniunt.*] id eſt exhauriunt bonis & facultatibus. C. ne filius pro patre. Authen. habita. vbi ſimile verbum ſic exponi reperies. ad hoc extra de vſur. c. vſurarum. lib. 6.

f ¶ *Impotentes.*] ſcilicet impotentia facti forte de diuitibus facti pauperes ob expenſas nimias factas pro torneamentis exercendis vltra quam poſſent ſui facultates patrimonij tollerare. arg. ad hoc in corpore authen. vt omnes obe. iudi. prouinciarum. §. 1. coll. 5. ff. vbi pupillus. educ. debeat. l. ius alimentorum. 2. reſpon. de iure do. l. quæro. & l. generalis.

g ¶ *Crucis aſſumptione.*] quam volentes paſſagium facere, aſſumere conſueuerunt.

h ¶ *Retrahunt.*] vt talis retractio non contingeret, multum videbatur cauſa probabilis ad inhibendum talia torneamenta. arg. ad hoc ff. de ope. pu. l. qui liberalitate. circa fin. in corpore authen. vt lit. decætero. §. hic ſi mulier. coll. 6. C. de bon. quæ libe. l. 2. de dona. ante nupt. l. ſi conſtante.

i ¶ *Ab illis.*] ſcilicet torneamentis.

K ¶ *Ea.*] ſcilicet torneamenta.

l ¶ *Erubeſcunt.*] reputantes forte ſibi ad aliquem ruborem ſeu pu. dorem, ſi quod vident alios facientes ipſi non faciant, pompã ſeculi ſequi volentes, vt frequenter accidit in viris nobilibus. arg. ad hoc ff. de admi. tu. l. cum plures. §. cum tutor. de dona. cum filius.

m ¶ *Frequentius exerceri.*] vnde in illis non ſine cauſa fuit facta interdictio ſpecialis. argu. C. de fer. l. prouinciarum. ff. de pœnis. l. aut facta. §. vlt.

n ¶ *Interdixit.*] in quadã extrauagãti, quæ incipiebat: Paſſiones.

o ¶ *In facientium.*] ſume verbum, perſonas, quod eſt infra.

p ¶ *Ea.*] ſcilicet torneamenta.

q ¶ *Ad id.*] ſcilicet faciendum torneamenta, vel alia ſ. expreſſa.

r ¶ *Eis.*] ſcilicet facientibus.

ſ ¶ *Præſtantium opem.*] ſuper hoc verbo & ſequentibus vide qđ dixi in c. dierum. in verbo auxilium.

t ¶ *Illorum.*] ſcilicet perſonas, quod eſt infra.

u ¶ *Locis.*] quo ad iuriſdictionẽ, & hoc denotat verbum ſequens.

x ¶ *Cum poſſent.*] ad impoſſibile enim non obligabantur. 22. q. 2. c. faciat homo. ff. de reg. iur. l. impoſſibilium.

y ¶ *Ad illa.*] ſcilicet torneamenta, vel haſtiludia.

z ¶ *In domibus ſuis.*] intelligi debet ſuis non ſolum ratione dominij. ſeu proprietatis, immo ratione domicilij vel habitationis. arg. ff. de iniur. l. lex Cornelia. §. domum. de dam. infe. l. 4. §. abeſſe. cum ſimil.

a ¶ *Quomodolibet exercentium.*] quaſi dicat ne dum pro his quæ haberent exerceri occaſione torneamentorũ, immo quacumque etiam alia, cum dicat quomodolibet. ſimile de reſcript. ſtatutũ. §. in nullo. lib. 6.

b ¶ *Cũ eiſdẽ.*] ſcilicet facientibus torneamenta.

c ¶ *Perſonas excommunicationis.*] in perſonas ergo excommunicatio, in locũ vero interdicti ſentẽtia proprie fertur. & hic videas quod dixi in c. ſi fratrum. in verbo, ciuitatibus.

d ¶ *Promulgando.*] in dicta extrauaganti paſſiones. in qua etiam omnes colligationes, pactiones, promiſſiones quacunque firmitate etiam iuramenti ſubnixas ſuper hoc irritauit.

e ¶ *Ab excommunicatione huiuſmodi.*] ſublationem ergo interdicti ſibi non retinuit: quare ordinario eam permiſiſſe videtur. arg. de ſenten. excom. nuper.

f ¶ *Reſeruata.*] hoc vide quod dixi in cap. prodiens. in fine. in verbo, reſeruata.

g ¶ *Verum.*] Tertia pars.

h ¶ *Ingeritur.*] quia forte multi nolunt à talibus abſtinere: quare dicta ſententia ligabantur in ſuarum periculum animarum.

i ¶ *Militari cingulo.*] olim enim & hodie militaturis de nouo cingitur enſis. ff. de milit. teſta. l. filiusfamilias. & multa alia olim fiebant, quæ hodie non ſunt in vſu, que notantur per Accurſium. ff. ex quib. cau. maio. l. penult.

k ¶ *Vacare.*] id eſt, operam dare.

l ¶ *Ipſius ſententiæ.*] ſcilicet excommunicationis in perſonas, & interdicti in terras.

m ¶ *Propter quod.*] ſcilicet quòd multi vacare omittunt militiæ & actibus militaribus.

n ¶ *Idoneos.*] pauciores, quod eſt infra deficientes eis armorum ingenio quod per exercitium incrementum recipere conſueuit. C. de re milit. contra rem publicam. lib. 12. ff. de lega. 3. l. legatis ſeruis. §. ornatricibus.

o ¶ *Voluntarios.*] quia tales non coacti quęrendi ſunt: voluntariũ enim militem eligit Chriſtus, voluntariũ ſibi ſeruum auctionatur diabolus. 15. q. 1. c. non eſt. & arg. in prooem. inſt. §. ſumma itaque.

p ¶ *Nos ad dilectum.*] Quarta pars.

q ¶ *Regentis.*] non dicit, regis: quia tempore editionis huius conſtitutionis iſte Philippus rex nondum erat, ſed iuxta conſuetudinem regni regebat regnum pro Ioanne impubere nepote ſuo, filio regis Ludouici fratris ſui præmortui: quo Ioanne impubere mortuo ſucceſſit in regno, & Rex verus fuit.
Regẽs quare ſic dicitur.

r ¶ *De domo regia.*] ſcilicet exiſtentiũ vel domeſticorũ. arg. extra de verb. oblig. c. ſicut nobis. lib. 6. vt & alibi legitur in Euangelio: cum dicitur, Ad virginem deſponſatam viro, cui nomen erat Ioſeph de domo Dauid, &c.
Lucæ. 1.

ſ ¶ *Magnatum.*] magnates dici conſueuerunt magna temporali potentia ſuffulti. arg. not. extra de ſup. negli. præl. c. grandi. lib. 6.

t ¶ *Præmiſſa diſcrimina.*] animarum ex dictis ſententiis prouenientia. & quia derogatur negotio paſſagij ex hoc quia à cingulo militari abſtinentes metu ſententiarum ſe idoneos vel voluntarios non exhibent ab ſubſidium terræ ſanctæ.

u ¶ *Repetitæ.*] id eſt iterũ petitæ. ſimile C. de epiſ. & cle. l. repetita. ď teſta. cõſulta diualia. & ď erog. milit. anno. l. lege repetita. lib. 12.

a ¶ *Ducti.*] id eſt inducti.
b ¶ *Antedictis.*] ſcilicet in proxima parte præcedenti.
c ¶ *Rationabilibus aliis.*] quæ illæ potuerunt eſſe, arbitrariũ poteſt dici: durum enim videbatur ꝙ per cenſuram eccleſiaſticam interdiceretur liber vſus corporis proprij ad experiendas & exercendas vires eiuſdem, & iniquum videbatur ingenuis hominibꝰ non eſſe liberũ vſum & adminiſtrationem rerum ſuarum. argu. ff. ſi à paren. quis manumiſ. fue. l. nõ vſque. C. de Iudæ. l. nemo mandati. l. in re mandata. Aliæ rationes forſan ſuper hoc reddi poſſent, quas per teipſum tu ſtudioſe adinuenire curabis.

Rerum propriarũ adminiſtratio nõ eſt ingenuis auferẽda.

d ¶ *Huiuſmodi ſententias.*] ſcilicet excõmunicationis in perſonas, & interdicti in terras, vt ſ. Et ſic colliges ꝙ ſententia interdicti lata in terram vel locum, adſtringit etiã perſonas. not. ꝺ exceſ. pla. tãta. extra de ſen. excõ. c. ſi ſententia.

Interdictũ in terram latum perſonas etiã adſtringit.

e ¶ *Sic ligati.*] ſcilicet ſentẽtia excõicationis.
f ¶ *Propterea.*] ſcilicet quia fiebant torneamẽta, vel haſtiludia, vel eis faciendis opes, auxilium, vel aſſenſus præſtabantur, vt ſ. Circa illos ergo qui ex alia cauſa excommunicati exiſtentes, vel in locis ex cauſa alia interdictis celebraſsẽt diuina, nulla fit hic diſpenſatio.

terdicti præfatas præmiſſorum ſupplicationibus inclinati, & ducti [a] conſiderationibus antedictis [b], & ex cauſis etiam rationabilibus [c] aliis in fauorem ſæpefati negotij, de fratrum noſtrorum conſilio reuocamus: eos qui propter exercitium torneamentorum ſeu haſtiludiorum ipſorum huiuſmodi [d] ſententias incurrerunt abſoluentes ab illis, & cum eis qui ſic [e] ligati, vel in locis propterea [f] interdictis diuina celebrarunt officia [g], ſuper irregularitate [h] inde contracta auctoritate Apoſtolica diſpenſantes. Datum Lugduni, xvj. Calẽd. Octobris, anno primo.

# TITVLVS X.

## De crimine falſi.

¶ *Falſificantes monetam regis Franciæ & aliorum locorum circumuicinorum aliquò de quattuor modis hic prolixe declaratis, ipſo facto excommunicationem incurrunt: à qua abſolui non poſſunt niſi à Papa, præterquam in mortis articulo. De falſificantibus ſigillum ipſius regis Franciæ habes c. ad audientiam. eod. tit. in antiquis.*

### CAP. VNICVM.

PRodiẽs quaſi ex [i] adipe iniquitatis multorũ ſceleratorum [k] funeſta [l] cupiditas [m] eos [n] in perni ciẽ [o] præcipitare conatur, dum ſequi miſerabilem [p] eius [q] ingluuiem [r] ſatietatis neſcientẽ moderamina [s] non verentur: ipſi etenim turpium [t] lucrorũ ſe fecibus [v] immergentes, ambitioſis [x] nexibus inuoluuntur, Dei [y] timorẽ damnabili [z] cæcitate poſtponunt, & quaſi ambulãtes in tenebris [a] non vitant excidia [b] perſonarum. Nuper [c] ſiquidem ad noſtri Apoſtolatus auditum multorum relatio fide digna [d] perduxit, quòd nonnulli [e] nullam habentes auctoritatem [f] iuris, vel conſuetudinem [g],

g ¶ *Officia.*] ſcilicet ſolemniter ſicut prius. 11. q. 3. ſi quis epiſcopus. An autem aliter celebrando incurratur irregularitas, vide qꝺ Inno. & Hoſt. not. extra de exceſ. præl. tanta.
h ¶ *Irregularitate.*] ſuper qua dic vt not. per Hoſt. extra de cler. excom. cap. 2. & cap. ſi celebrat, Zenzelinus.

Diuiſio textualis.

PRodiens.] Iſtam decretalem diuide in partes tres. In prima faciendæ conſtitutionis præmittitur occaſio. In ſecunda per facti recitationem multiplicis falſitatis monetæ ſubiungitur ſpecificatio: ibi, *Nuper ſiquidem, &c.* In tertia contra falſarios promulgatur excommunicatio: ibi, *Nos igitur, &c.*
i ¶ *Ex adipe.*] id eſt abundantia ſeu pinguedine, ſicut & Pſalmus, Sicut adipe & pinguedine repleatur, &c.
k ¶ *Sceleratorum.*] id eſt crimino ſorum, & debet eſſe ſcriptũ cũ ſ, ſimile extra de verb. ſigni. forus. §. vlt. C. de quæſtionibus, cum cognitionaliter. & de feriis, l. prouinciarum, iuxta verſum:

*Vt ſis cæleſtis, non aßimilare ſceleſtis.*

id eſt ſcelera committentibus. item hic:

*Regi cæleſti nunquam placuere ſceleſti.* id eſt vitioſi.

l ¶ *Funeſta.*] id eſt crudelis & peruerſa.
m ¶ *Cupiditas.*] dicitur radix omnium malorum. 1. ad Timo. 6. de pœnit. diſt. 2. c. quia radix. 46. diſt. c. bonorum. in corpore authen. vt iud. ſine quoquo ſuffra. §. ſi igitur. coll. 2.
n ¶ *Eos.*] ſceleratos.
o ¶ *Perniciem.*] id eſt damnationem. 11. q. 3. cap. præcipue. 18. q. 2. cap. pernicioſam.
p ¶ *Miſerabilem.*] id eſt ad miſeriam hominem deducentem. aliter autem quandoque ſumitur hoc verbum, & exponitur, id eſt miſeratione dignũ. vnde dicitur, Pauper amabilis & miſerabilis. arg. C. ſi quis impe. maledi. l. 1. not. extra de maledic. cap. 1.

Miſerabilis dupliciter ſumitur.

q ¶ *Eius.*] ſcilicet cupiditatis.
r ¶ *Ingluuiem.*] id eſt appetitũ inſatiabilem. Ingluuies aũt aliàs aſſumitur pro immoderata cibi vel potus aſſumptione. 4. diſt. c. denique. de conſec. diſt. 5. c. nihil. de ædili. edic. l. qui damno. §. vlti.
ſ ¶ *Moderamina.*] id eſt temperantiam vel ſobrietatem in vita, q̃ corporaliter obſeruata ſalutẽ & ſenſuũ acumen & lumẽ operat̃, & ægritudinem fugat: & per contrariũ nõ obſeruata morbũ facit, moleſtias ingerit, ægritudinẽ generat, conſumit & computreſcere facit corpus humanũ, & macerat ægritudine diuturna: & tunc tandem morte crudeli conſumit. de conſecra. diſt. 5. c. nihil enim. ſic & multo fortius eſt de intemperantia ſpirituali mentis.

Sobrietas multa bona facit.

t ¶ *Turpium lucrorum.*] ad turpiter lucra quæſita quãdoque perdenti competit repetitio. quandoq; non, vt not. extra de deci. ex trãſmiſſa: nihilominus tamen fiſco repetenti de iure cõmuni ſunt applicanda. ff. de iure fiſ. l. Lucius. not. C. de cond. ob tur. cau. l. 2. ff. de pact. l. iuriſgentiũ. §. ſi ob maleficium.
u ¶ *Fecibus.*] iuxta hoc legitur de regulari ſimplici inuento proprietario tẽpore mortis, qui debet in ſterquilinio ſepeliri. extra de ſta. mo. c. cum ad monaſteriũ.

Religioſus proprietariꝰ eſt in ſterquilinio ſepeliẽdus.

x ¶ *Ambitioſis.*] ꝺ ſe nunquam ſatiabilibus. 47. diſt. cap. ſicut hi.
y ¶ *Dei.*] qui potius eſt habendus. extra de ſtat. regu. c. quòd Dei. cum ſimilibus.
z ¶ *Dãnabili cæcitate.*] ſcilicet corporis, cordis animam damnante.
a ¶ *In tenebris.*] ſcilicet cordis, vel oculorũ mẽtaliũ: quare neſciũt quo vadant. ſcriptũ eſt, Qui ambulat in tenebris, neſcit quo vadat. extra de præſump. cap. litteris.
b ¶ *Excidia.*] id eſt mortes ſpirituales.
c ¶ *Nuper ſiquidem.*] Secunda pars.
d ¶ *Fide digna.*] tenet̃ ergo ad prouiſionem ſuper hoc faciendam: hoc cum videatur ſcire quod ab aliis audiuit. 22. q. 5. c. hoc videtur. ff. de pet. hære. l. item veniunt. §. petita. & §. à quo.
e ¶ *Nonnulli.*] quatuor modos ponit falſitatis, vel deteriorationis monetæ, & hic eſt primus.

1 Monetam cudere nulli priuato competit.

f ¶ *Auctoritatem.*] ſed ad quem ſpectat iuris communis auctoritate monetam cudere ſeu fabricare? Reſpondeo ad principẽ. arg. ff. de orig. iur. l. 2. §. cum ærarium. C. de fal. mon. l. 1. & quia de iure regularium eſt monetam cudere. 10. col. quæ ſint regaliæ. c. 1. Et per hoc patet expreſſe, quòd nulli priuato 1 competit de iure ſcripto monetam cudere poſſe, etiam legitimæ materiæ & legitimi ponderis exiſtentem. arg. iſtius textus, tum quia moneta habet publica forma percuſſa eſſe. ff. de contrahen. empt. l. 1. qua forma priuatus ſine pœna falſi vti nõ poteſt nomine ſuo. arg. ff. ad legẽ Corneliam de fal. l. falſi nominis. & l. qui nomine. tum quia per priuilegium impetratur, vt ſequitur: quare relinquitur quòd de iure communi non competat, aliàs enim fruſtra per priuilegium impetraretur. C. de theſau. l. 1. lib. 10. ff. de priuileg. credi. l. Imperatores. tum quia eam cudens vt falſarius puniretur. ff. ad leg. Corn. de fal. l. quicunque. & l. lege Cornelia. C. de fal. mon. l. 1. quod non cõtingeret: ſi iure permittente hoc faceret. C. ad leg. Iuliã de adul. l. Gracchus. 23. q. 4. qui petat. tum etiam quia ea quæ iuris publici ſunt. priuato ſine conſenſu principis non competunt. ff. ne quid in loco pub. fiat. l. 2. §. ſi quis à principe. & §. idem ait. C. de fun. limi. l. cuicunque. lib. 11. quaſi nulli permiſſum videatur quod in ſignum prærogatiuæ ſpecialis eſt principi reſeruatum. argu. C. de diuer. offi. & appari. iud. & probato. eorum. l. probatorias. lib. 12. Sed ſi quæras à me an princeps aut rex vel alius habens ius cudẽdi monetam, poſsit bonam monetam deteriorare ſeu mutare in damnum ſubditorum: & ſi fecerit, an in foro pœnitentiali ſatiſfacere tenetur? Vide quod not. per Inno. & Hoſt. de iureiur. cap. quanto. & per Hoſtien. in ſumma, in titu. de cenſi. §. ex quibus. ver. quid ſit moneta.

2 Idem tenet Hẽri. BoiK. c quanto. de iureiur. in 2. diſt. allegans hãc extra. qa q̃ poteſt princeps facere, poteſt etiam conſuetudo. c. ſuper qbuſdã. §. prętetea. ꝺ verb. ſignifi. vide Cynum l. 1. C. no. vecti. & an priuilegium. ꝙ monetarij non contribuãt ĩ talliis & collectis, tranſeat ad eorũ liberos, vide ĩ deci. Delphi. q. 402. vbi dicit ꝺ mercatoribꝰ procurãtibꝰ ſe incorporari collegio monetariorũ, vt ſint immunes ab oneribus, q̃ miſera plebecula ſubit. nota tu. But. Fonta.

g ¶ *Conſuetudinem.*] argum. per conſuetudinem quæri poſſe ius cudendi monetam 2. argum. ff. de diuerſ. & tempo. præſcript. l. ſi quiſquam. de iniur. l. ſane. C. de fun. limit. l. 2. de paſc. pu. l. 1. lib. 11. & ff. quod vi aut clam. l. prohib ere. §. plane. & not. C. de falſa moneta. l. 2. ſicut & quæri poteſt ius iuriſdictione vtendi. argum. extra de foro comp. cum con tingat. de offic. ord. Romana. lib. 6. de appari. iud. l. viros. lib. 12. cum multis ſimilibus iuribus canonicis & ciuilibus: quæ allegari poſſent ſuper acquiſitione iurium incorporalium per conſuetudinem: Dicas tamen ꝙ

moneta

ſeu priuilegium [a] faciendi, monetam falſam oſtendunt, & fabricant in regno Franciæ & locis circumuicinis. Alij [b] vero monetam [c] falſam ſub vero ſigno chariſſimi in chriſto filij [d] noſtri Caroli regis Francorum & Nauarræ illuſtris [e] ſtudioſe [f] deprauant [g], & ex hoc cadit à ſuo recto [h] pondere. Quamplures [i] etiam in locis circumuicinis [k] quibus [l] de iure, aut cõſuetudine, ſeu priuilegio ius competit fabricãdi monetam, ſignum [m] proprium monetę regiæ, monetæ ſuæ, quam fabricant, imprimere, ſeu inſculpere moliuntur [n], eiuſdem quantitatis & iucunditatis, litterarũ figuræ, quam [o] habet moneta regia, monetæ ſuæ, quam fabricant, quantum [p] poſſunt ſimilius, ſpeciem & formam inſculpunt, cõſtituũt, & imponunt [q]: & quauis moneta prędicta eorum ad vſurpatam [r] ſimilitudinem perducta deficiat à iuſto pondere argenti [s], & ſolito in regia moneta, & more, & cõſuetudine obſeruato, ſimplices [t] tamen & populares perſonæ non habentes inter monetas tantæ ſimilitudinis peritiã [v] diſcernendi, fallũntur [x] quotidie [y] ea occaſione [z] in vſu monetarum, recipientes monetas falſo aſſimilatas ꝓ veris. Sunt [a] & alij qui ſcienter [b] falſas monetas extra regnum prędictum emunt, & poſt intra regnum ipſum eas portant, vẽdunt & expendunt [c]. ¶ Nos [d] igitur attẽdentes quòd iidem [e] falſarij & fabricatores [f] monetarum talium & emptores [g] prædicti ꝓ hoc ſe dignos maledictione cõſtituunt [h], eos, qui (vt præmittitur) præmiſſa moliri [i], aut fabricare, aut emere, vel [k] portare ad [l] regnum ꝑdictum ſcienter præſumpſerint, felicis recordationis Clementis [m] Papæ V. prędeceſſoris noſtri veſtigiis inhærentes [n], excommunicationis [o] ſententia innodamus: abſolutione prædictorum nobis & ſucceſſoribus [p] noſtris præterquam in mortis [q] † articulo reſeruata [r]. Nulli, &c. noſtræ innouationis infringere, &c. Datum Auiniõ. quinto nonas Iulij, anno ſexto.

# TITVLVS XI.

## De priuilegiis.

¶ *Priuilegia ſi qua ſint, quibus aliqui nobiles Campaniæ & Maritinæ dicebant ſe munitos circa bannitorum receptationem, hæc conſtitutio propter cauſas hic inſertas reuocat & annullat.*

moneta, quam cudere competit conſuetudine, curſum publicum inter multos non habet, niſi locum in loco vel locis in quibus eſt conſuetudo ſuper hoc obſeruata: per ea quæ not. Inno. & Hoſtien. de offic. archid. dilectio. cum nec moneta, quæ cuditur per reges moderni temporis, curſum habeat extra eorum regna. argu. ff. de iuriſdict. omn. iudic. §. vlti. C. de ſum. trin. l. 1. ſic not. Hoſt. de iureiur. c. quanto. cum nec ſtatutum aliquod liget niſi tantum ſubditos ſtatuentis. not. Innoc. de conſti. quæ in eccleſiarum. & Ioan. 8. diſt. c. quæ contra mores.

a ¶ *Priuilegium.*] conceſſum intellige à principe ſolo, conſiderato iure ſcripto: per ea quæ dixi ſupra in glo. ſed ad quem. ſi tamen ſupponas ad aliquem de conſuetudine ſpectare monetam cudere: talis etiã concedere poſſet priuilegium, de quo hic loquitur, ſaltem abſque præiudicio ſubditorum. argu. ff. de aqua quoti. & æſti. l. Lucio. de ſer. ruſt. præd. l. 2. §. aquæductus. extra de præſcript. auditis. cum ſimilibus.

b ¶ *Alij vero.*] Secundus modus falſitatis.

c ¶ *Monetam falſam.*] dicitur moneta falſa ob falſum nomẽ auctoris. ff. ad leg. Corne. de fal. l. falſi nominis. & l. nomine. & l. vlti. vel ob falſam materiã vel immiſtionem falſæ materiæ, vt eod. titu. l. qui nummos. & l. lege Cornelia.

d ¶ *Filij noſtri.*] regem igitur etiã ſuperiorem nõ recognoſcentẽ. extra qui fil. ſint legiti. cap. per venerabilem. Papa filium appellat, non fratrem. extra de crim. fal. c. quam graui.

e ¶ *Illuſtris.*] illuſtri vel ſuperilluſtri decorati dignitate cauſas pecuniarias, vel cauſas iniuriarum criminales per ꝓcuratorẽ tenẽtur exequi & proſequi, non per ſe, ne vel vileſcat eorũ dignitas, vel iudicialis auctoritas. in corpore authen. vt ab illuſtri. & q. ſup hos ſũt. col. 5. vbi quinque magnatũ genera notata reperies. C. d' iniur. l. vlt.

f ¶ *Studioſe.*] id eſt machinatione & ſcientia prꝙcedente.

g ¶ *Deprauant.*] id eſt, de bona prauam, & minus valentẽ reddunt. arg. ff. de ſer. corrup. l. 1. §. ſed perſuadere. extra de iureiur. c. quanto. puta monetam de ſe bonam redẽdo. ff. ad leg. Corn. de fal. l. qui nummos.

h ¶ *Recto pondere.*] ab initio ordinato ponendo in ſingulis denariis, quo qualitercunq; diminuto moneta dicitur legitimo pondere defraudari. multis & aliis modis dicitur moneta in ſuo valoue deprauari: quod proſequi hic non curo, ſed remitto te ad notata per Inno. & plenius per Hoſt. de iureiur. c. quanto.

i ¶ *Quamplures.*] Eſt tertius modus.

K ¶ *Circumuicinis.*] ſcilicet regno Franciæ, vt ſupra.

l ¶ *Quibus de iure.*] hic & in ſequentibus videre potes quod dixi ſupra in gloſ. ſed ad quem.

m ¶ *Signum proprium.*] habet enim moneta aliquo ſigno publico fore percuſſa. ff. de contrahen. empt. l. 1. & arg. ff. ad leg. Corne. de fal. qui falſam. de teſta. l. ad teſtamentum. §. ſignum.

n ¶ *Moliuntur.*] ex hoc in falſi vitium incidentes. argu. ff. ad leg. Corn. de fal. l. falſi nominis. & l. qui nomine. C. eod. tit. licet ex talibus extra de teſti. tàm litteris. §. vlt. de iis quæ fi. à præla. ſine conſenſu cap. c. quanto. §. infra, extra de crimini. fal. c. licet.

o ¶ *Quam.*] ſcilicet figuram.

p ¶ *Poſſunt.*] hoc dicit, quia raro vel vix omnimoda ſimilitudo, vel identitas in talibus dari poteſt. argu. ff. de condi indeb. l. ſi non ſortem. §. libertus.

q ¶ *Imponunt.*] vt in quantum plus poterit, falſitas pallietur.

r ¶ *Vſurpatam.*] dicit vſurpatam ob defectum conſenſus regis Franciæ, cuius moneta ſimilatur. arg. C. de fun. rei priua. l. vſus aquæ. lib. 11. 93. diſt. cap. illud.

ſ ¶ *Pondere argenti.*] idem ſi auri, & multo fortius.

t ¶ *Simplices.*] id eſt ſimplicitate vel ruſticitate gaudentes. arg. ff. de iuriſdi. omn. iudic. l. ſi id quod. §. doli. de eden. l. 1. §. vlti. de qua ruſticitate legitur quòd omnia palam habet. not. Inſtitu. de actio. §. item Seruiana.

u ¶ *Peritiam diſcernẽdi.*] ſunt etenim multi forenſium cauſarum, id eſt, eorum quæ foris fiunt, inexperti. ff. de proba. l. cum de indebito. §. ſin autem.

x ¶ *Falluntur.*] id eſt decipiuntur.

y ¶ *Quotidie.*] frequẽtiam denotat, non temporis æſtimationẽ. arg. ff. de condi. & demon. l. ſi quis ita. de conſecra. diſt. 5. c. nunquam.

z ¶ *Ea occaſione.*] ſcilicet quia illorum monetæ 1 ſunt monetæ regiæ aſſimilatæ falſo: facit ad id quod ſupra proxi. dixi in glo. ex hoc.

a ¶ *Sũt & alij.*] Quartus modus.

b ¶ *Scienter.*] ſecus ergo ſi ignoranter probabiliter. tales enim non obligantur. argu. C. de tabu. l. generali. lib. 10. extra de conſti. cap. cognoſcentes.

c ¶ *Expendũt.*] tales crimine falſi teneri videntur ad inſtar illorũ, qui falſis inſtrumẽtis ſcienter vtuntur. C. de fi. inſtru. l. 2. & 3. ad leg. Corne. de fal. l. qui falſos. & ad inſtar illius qui falſo pondere vtitur. ff. de dolo. l. arbitrio. §. adeo. ad leg. Corn. de fal. & hodie. §. ſi venditor.

d ¶ *Nos igitur.*] Tertia pars.

e ¶ *Iidẽ falſarij.*] hoc ac duos primos modos cõgrue referri põt.

f ¶ *Fabricatores.*] hoc ad tertium modum refertur, licet etiam ad primos duos referri poſſit.

g ¶ *Emptores prædicti.*] hoc ad quartum modum referri habet.

h ¶ *Conſtituunt.*] vnde ſi damnum ſentiunt, ſibi imputent. arg. ff. de reg. iur. l. quòd quis damnum. & l. culpa.

i ¶ *Moliri.*] id eſt perpetrare vel facere.

k ¶ *Vel portare.*] ſcilicet ſcienter, vt ſupra in quarto modo.

l ¶ *Ad regnum prædictum.*] ſcilicet Francorum. igitur cõtra faciẽtes vel portantes hic prohibita ad alia regna vel etiam ad loca vicina regno Franciæ, pœna quæ ſequitur nullatenus ſe extendit, cum hic non exprimat. & ſuper hoc vide quod not. in ſimili, in ca. dierum. in glo. per hæc verba. & in c. ſancta Romana. §. epiſcopos.

m ¶ *Clementis Papæ V.*] extrauagans fuit.

n ¶ *Inhærentes.*] ſimile extra de iura. calum. inhærentes.

o ¶ *Excommunicationis.*] ſcilicet maioris, quæ in dubio inflicta videtur. de ſent. excom. c. ſi quem.

p ¶ *Succeſſoribus noſtris.*] intellige vel aliis noſtra vel ipſorũ auctoritate fungentibus. arg. de ſent. excom. c. ad eminentiam & eo. tit. c. cum ex eo. Clemen Papa V.

q ¶ *Mortis articulo.*] in illo ſimplici ſacerdoti curato permiſſa eſt abſolutio, de ſent. excom. non dubium.

r ¶ *Reſeruata.*] cum hic & in aliis certis caſibus à ſententia canonis implenda abſolutio ſedi Apoſtolicæ reſeruetur: datur intelligi quòd regulariter ab ipſa ordinarius poteſt abſoluere. arg. de ſent. excõ. nuper. Guliel. tñ contra ſentire videtur. de elect. ſtatutum. circa. fi. de regul. nõ ſolum. li. 6. Sed qđ prius dixi, credo verius, vt dixi de ſent. excõ. grauis, in fi. & c. cum ex eo. clem. v. Zenzelinus.

† In mortis articulo nulla eſt caſuũ reſeruatio: atque ideo omnes ſacerdotes quoſlibet pœnitẽtes à qbuſuis peccatis & cenſuris abſoluere poſſunt. ita conciliũ Tridẽn. ſeſſio. 14. cap. 7. de caſuum reſeruatione.

1 Moneta tã aureã quã argenteã pecuniã cõtinet. gl. in l. 2. C. đ falſa mon. patet ex generalitate. d. rub. ſub qua ponuntur leges loquentes tã de aurea quã đ argentea pecunia: quæ dictio ſemper ſtricte intelligenda eſt. Ludo. Roma. ſing. 107. & đ pœna falſorũ monetariorũ. Hip. in l. 1. falſam. ff. de fal. vbi pulchre loquitur de illo qui venerat in ſuſpicionem falſatæ monetæ, penes quem inueniebantur ſtampæ. Fonta.

*Ad noſtri.*

Diuiſio textualis.

AD noſtri apoſtolatus.]Diuiſibilis eſt hæc conſtitutio in partes duas. In prima quorundam priuilegiorum conceſsionis factæ p̄mittitur recitatio. In ſcđa ſubiūgitur ipſorū reuocatio:ibi, *Nos igitur.*

a ¶ *Auditum.*] ſimile in cap.ad Apoſtolatus.

## CAP. VNICVM.

AD noſtri Apoſtolatus peruenit auditū [a], quòd nonnulli nobiles & cōmunitates intra [b] noſtras Campaniæ Maritinæque prouincias cōſtituti, aſſerētes per priuilegia ſedis Apoſtolicæ ſibi fore cōceſſum [c], quòd de prouinciis ipſis per rectorem eorum qui eſt p̄ tempore, vel officiales curiæ rectoris eiuſdem banniti [d] in terris, ciuitatibus, caſtris, & locis [e] eorum morari libere [f] poſſint, nec [g] in illis idem rector bannitos ipſos capere [h] valeat: eoſdem bānitos in dictis terris, ciuitatibus, caſtris, & locis, non abſque [i] derogatione ſedis Apoſtolicæ manifeſta, recipiunt & receptant [k]. ¶ Nos [l] igitur qui beneuoli more patris [m] in prouinciarū ipſarum tranquillitatis & pacis commodis [n] delectamur [o], ſuper hoc (prout ad noſtrum ſpectat [p] officium) pro cōmuni [q] bono prouinciarum ipſarū de congruo volentes remedio [r] prouidere, priuilegia ſupradicta cuiuſcunq; tenoris exiſtant, maxime cum [s] ipſorum prætextu maleficia remaneant in eiſdem prouinciis impunita [t], pandatur auſus [u] exceſſibus [x], cultus lædatur iuſtitiæ [y], dictique rectoris multipliciter impediatur [z] officiū, ac prouinciarum [a] ipſarum ſtatus pacis fœdere [b] violato non abſque grandi reipublicæ detrimento ſubuerti poſſet ſcandalis [c], ſciſſuris [d], exnunc auctoritate Apoſtolica ex certa [e] ſciētia reuocamus, annullamus, &

b ¶ *Intra noſtras.*] ſunt igitur iſtæ prouincię de patrimonio Eccleſiæ.

c ¶ *Conceſſum.*] ſi hoc verum erat, vtentes tali indulgentia peccare nō videbantur. argu. C. de ſen. paſsis. l. cum indulgentia. nam aliàs de ſe illicitum principis priuilegium licitum reddit. extra de priuil. c. vt priuilegia. ff. ad munic. l. 1. §. vlt. ne aliàs videatur quis principali auctoritate circūſcriptus. C. de his qui veni. æta. impetra. l. 1.

Priuilegium ex illicito facit licitum.

d ¶ *Banniti.*] Banniri poteſt quis ex cauſa ſua ciuitate vel patria ſicut & exulare. ff de interdi. & releg. l. relegatorum. Exulare autem dicitur quis altera de trib⁹ ſpeciebus. Prima, cum à certis locis exulat, vt non moretur in eis, puta in ciuitate vel patria ſua originali, vel alia. Secunda, cum ab omnibus, certis exceptis, puta vt ſibi tantum in locis certis & non aliis liceat habitare. Tertia vero, vt in certo habitare habeat hominum conuerſatione carenti, puta in aliqua inſula. ff. de interdi. & releg. l. exilium. & l. relegatorum. §. item Imperator. & §. ſolet. Et banniti, de quibus hic loquitur, non incongrue ſimiles dici poſſunt illlis, qui primam ſpeciē exilij patiuntur. ad hoc adde quod *not. 10. col. tit. hic finitur. in verbo* bannitum.

Exilij tres ſunt ſpecies.

e ¶ *Et locis eorum.*] quæ ipſorum dicuntur ratione iuriſdictionis, quam forte in eis habent. Et ſuper hoc ſi placet, vide quod not. extra de Iudæis. c. cedit. in verbo, ſuis. clem. 5.

f ¶ *Libere.*] id eſt contradictione bannientis vel alterius non obſtante. argum. de elect. c. vbi maius. §. ipſos inſuper. aliàs eſt verſus ſub §. præterea. lib. 6.

g ¶ *Nec in illis.*] ſcilicet terris, ciuitatibus, caſtris, vel locis.

h ¶ *Capere.*] hoc verbum multipliciter in iure ſumitur: quandoque pro detinere quem perſonaliter. de offic. ordi. cum epiſcopus. de re iudi. ad Apoſtolicæ. §. ſed licet. lib. 6. de homi. ſicut dignum. §. 1. & cap. ſuſcepimus. de ſent. excom. nuper. & c. vt famæ. §. vlt. & eod. tit. ſi clericos. lib. 6. & in tit. de capti. & poſtlimi. reuer. C. & tit. 23. q. 5. c. Silicianus. quandoque vero pro apprehendere vel occupare res aliquas: vnde dicitur, ea quæ ab hoſtibus capimus noſtra fiunt. Inſt. de rer. diui. §. item ea. ff. de acqui rer. dom. l. naturalem. §. vlt. ſic enim poteſt ſumi. ff. de orig. iur. l. 2. §. capta deinde Sardinia. quandoque autem pro non poſſe acquirere, vt cum dicitur quis non capax. C. de hære. inſti. l. 1. ff. de iure fiſ. l. 2. §. item diui. & l. ita fidei. & l. cum tacitum. C. de delato. l. 1. lib. 10. quandoque pro poſſe acquirere rem iure ſingulari ſeu priuilegiato. ff. de leg. 3. l. ſi deportati. §. ſi miles. de vulg. ſubſtitu. ſi qui ex bonis. quandoque pro effectualiter pro ſe vel alio accipere. ff. de verb. ſig. l. aliud eſt capere. & l. cepiſſe. quandoque pro committere. extra de purg. cano. c. inter. aliquando pro adhibere ſeu adinuenire: vnde dicitur, plerunque pietas paterni nomine pro liberis conſilium capit. ff. ad leg. Iul. de adul. l. nec mea. circa fi. quandoque & in ſui præterito cum dicitur cœpit, ſumitur pro inchoauit vel incepit, 24. q. vlt. cœpit. 11. q. 3. cœpiſti. ff. de polli. l. 1. in prin. & §. cœpiſſe.

Capere in iure multipliciter ſumitur.

i ¶ *Abſque derogatione.*] cū ſententia ſuorū officialium tales bānientium caritura ſit effectu, & quaſi deriſoria, contra iura. ff. ne quid in loco pu. fiat. l. vlt. de iud. l. ſi prætor. Vel dicit, derogatione, propter illa quæ exprimuntur in parte ſequenti.

k ¶ *Receptant.*] talium receptatio de iure communi eſt inhibita. vnde receptantium tales maleficos genus peſsimū dicitur, cum ſine ipſis malefici diu latere non poſsint: quare eadem pœna qua illi puniri iubent, niſi ſint illorum quos receptant affines vel cognati; quia tunc cum eis mitius agitur. ff. de recep. l. 1. & 2. C. de his qui latr. occul. l. 1. & 2. & de pace iuramen. fir. §. receptatoribus. col. 10.

l ¶ *Nos igitur.*] Secunda pars.

m ¶ *Patris.*] conſilium pro liberis capientis. ff. de adulte. l. nec in ea. §. ius occidendi.

n ¶ *Commodis.*] ex tranquillitate igitur & pace proueniūt commoda nedū ſpiritualia, vt charitatē & vnionē habere ad p̄ximū. arg. 45. diſt. c. tria ſunt. & c. duæ ſunt. de conſec. diſt. 2. c. pacem. vnde & Chriſtus in nouo teſtamento pacem ſuā reliquit: quare Eccleſia Dei pro pace orare nō deſinit, immo & proueniunt temporalia, vt bonorum tranſitoriorū & temporaliū, & inde perſonarū conſeruatio, quibus amiſsis & bellum & rixa proueniūt. in corpore authent. de armis. in prin. & §. ſinautem. extra de reſti. ſpol. Piſanis. de re iud. ad Apoſtolicæ. lib. 6. nā quod belli calamitas introduxit, ſopire pacis lenitas cōſueuit. C. de cadu. tol. l. 1. in principio.

Pax cōmoda ſpiritualia & temporalia producit.

o ¶ *Delectamur.*] ſpirituali delectatione: ſic ipſorum proſperitate dicitur proſperari in procœ. lib. 6. quare frequenter pernoctat, vt ſubditi ſub omni quiete conſiſtant. in corpore authent. vt iud. ſine quoquo ſuffra. circa princ. coll. 2. pacē deſideratam. & toti terræ neceſſariam per vniuerſas ſibi ſubditas partes habendā indicit. 10. col. de pace tenen. & eius violato. §. 1. inuiolatā perpetuo obſeruandā. ead. col. de pace iuramen. fir. in principio.

Subditi quieſcunt principe vigilante.

p ¶ *Spectat officium.*] hic videas quod dixi in decret. dierum. in glo. ad hoc anhelare.

q ¶ *Communi bono.*] quod præferendū eſt priuato. C. de primipil. l. vtilitas. lib. 12. in corpore authen. de reſti. & ea quæ pa. §. quāobrem. coll. 4. C. de cadu. tol. l. 1. §. vlt. & hoc verū niſi in bono publico ineſt priuatum. extra de poſtula. præla. bonæ 1. cum ibi not.

Bonū commune eſt priuato p̄ferendum.

r ¶ *Remedio.*] in re enim nouum eſt conſilium & remedium adhibendum. ff. de ven. inſpic. l. 1. circa princ. potiſsime per principem. in corpore authen. vt diuinæ iuſsiones. in princ. coll. 8. extra de reſtit. ſpol. frequens. lib. 6.

ſ ¶ *Cum ipſorum.*] enumerat quinque mala ex talibus priuilegiis obuenientia.

t ¶ *Impunita.*] primum malum quod reipublicæ nō expedit. ff. de ſol. l. Stichum aut Pamphilū. in fi. ſecundi reſpon. ad leg. Aquil. l. ita vulneratus. §. exiſtimatio. extra de ſent. excom. vt famæ. nam pœnas ob maleficia ſolui magna ratio ſuadet. ff. de fideiuſ. l. ſi à reo. §. idem vulgo. vt cum ipſæ timentur pœnæ, boni quiete inter malos viuant. 23. q. 5. non fruſtra. nec ſub prætextu conceſsi priuilegij flagitiorum creſcere debet auctoritas, nec publica vacillare vtilitas. C. de priuil. ſcola. l. hac lege. in fi. lib. 12.

Pœnę sūt ob maleficia ſoluendæ.

u ¶ *Pandatur auſus.*] id eſt pateſiat, vel aperiatur, & eſt ſm̄ malū.

x ¶ *Exceſſibus.*] ſcilicet committendis cum ad ipſos tolli potius debeat occaſio, vt dixi in decret. ſi fratrum. §. penult.

y ¶ *Iuſtitiæ.*] Tertium malum. Iuſtitiam equidem colere ſummum eſt in rebus bonum. 12. q. 1. cum deuotiſsimam.

z ¶ *Impediatur officium.*] Quartū malū, quod nō tolerabile eſt, cū pati non debeat ſe contēni, immo ſuo ingenio augere auctoritatem ſuæ dignitatis. ff. de offi. præſi. l. obſeruandum. & l. ſeq. coercendo turbantes vel impedientes ſuam iuriſdictionem. extra de offic. deleg. c. 1. de ſent. excom. dilecto. de pœnis, Romana. lib. 6.

Iudex nō patiatur ſe contemni.

a ¶ *Ac prouinciarum.*] Quintum malum.

b ¶ *Fœdere violato.*] qđ eſſet potius obſeruandū. extra de iud. nouit. §. pen. 10. col. de pace tenen. §. 1. & de pace iura. fir. in princ.

c ¶ *Scandalis.*] quibus eſt potius obſiſtendum. extra de præſcrip. nihil. in procœm. lib. 6. de noui oper. nun. c. cum ex iniuncto.

d ¶ *Sciſſuris.*] id eſt, diuiſionibus in animis illorū de populo, quæ multū periculoſæ exiſtunt. ff. de pœn. l. ſi quis aliquid. §. fautores. C. de ſeditio. l. 1. & 2. vnde ſcriptum eſt, Omne regnum in ſeipſum diuiſum deſolabitur, & domus ſuper domum cadet. & arg. 10. col. de prohi. feu. aliena. l. imperialem. §. præterea ducatus. ff. de lega. 2. l. cum pater. §. dulciſsimis.

Regnū in ſeipſum diuiſū deſolabitur.

e ¶ *Ex certa ſcientia.*] per hoc apparet, ꝙ reuocationi vel caſſationi quæ ſequitur, nulla opponi poteſt obreptio, cū factum ex certa

ſcientia

ſciẽtia Papæ, licet aliàs de ſe nullũ, efficiat aliquod. extra de trãſa. c. 1. & c. veniẽs. de conſti. c. cũ acceſſiſſent. & de accuſ. c. ad petitionem. de confir. vti. vel inut. c. venerabilis, vbi de hoc 1. q. 7. c. quippe.

a ¶ *Firmitatem.*] ſimilẽ reuocationẽ priuilegiorũ reperies extra de exceſ. præl. cũ ex eo lib. 6. de pœn. c. cupientes. in fi. clem. 5. cũ ſimilibus multis, quæ per te ipſum ſtudeas inuenire. Hic tñ collige ꝙ priuilegium obtentũ incipiẽs eſſe mali occaſio, reuocationẽ meretur, cum & ſi alteri enorme afferret ꝑiudiciũ, deſtitueretur effectu. de deci. ſuggeſtum. vbi de hoc.

b ¶ *Nulli ergo.*] ſuper hac clauſula dic vt plene dixi in cap. Execrabilis. Zenzelinus.

D *Ierum.*] Hæc conſtitutio põt congrue diuidi in partes quinque. In prima præmittitur conſtitutionis edendæ cauſa ſeu ratio. In ſecunda facti ſubiungitur recitatio: ibi, *Sane vulgaris. &c.* In tertia annectitur impoſitiua pœnæ multiplicis de facto cõſtitutio: ibi, *Nos igitur.* In quarta ad pœnas iam impoſitas aliarum pœnarum fit adiectio: ibi, *Illud nihilominus.* Et in quinta fit quædã proteſtatio: ibi, *Per hoc autem, & cætera.*

c ¶ *Dierum creſcẽte malitia.*] Expone, id eſt hominũ in diebus viuentium. dies enim ipſi de ſe mali dici nõ poſſunt, tanquã malitiæ ignari: ſed ideo dicuntur mali propter malitias hominum, quæ in eis cõmittũtur, ſerena blandimẽta dierũ & aeris ad morem terrenæ delectationis ſeruire cogentiũ, ſecundũ B. Gregoriũ iuxta etiam verbum Domini: Redimẽtes tempus, quoniam dies mali ſunt. not. extra de ſimo. dilectus 1.

etiam irritamus, ac nullam habere decernimus roboris firmitatem [a]. Nulli [b], &c. noſtræ reuocationis & annullationis, caſſationis, irritationis, & cõſtitutionis infringere. Data Auinion. vij idus Auguſti, anno vj.

# TITVLVS XII.

## De pœnis.

¶ *Narratis facinoribus hominum Marchiæ, qui ſuos rectores & officiales occidere ſoliti erant, poſt enumerationem xvij. modorum offenſæ totidem pœnas exprimit, quas incurrent qui decætero talia præſument: & propter patrum iniquitatem filios à quibuſcunque honoribus & beneficiis tanquam indignos repellit. Concor. c. ad aures. & c. in quibuſdam. eod. titu. in antiq. & cap. felicis. eod. titu. lib. 6. iuncta clem. ſi quis ſuadente diabolo. etiam in eod. titu.*

### CAP. VNICVM.

Dierum [c] creſcente malitia videmus mundum [d] in deteriora iugiter [e] prolabi [f], ſic hominũ mentes aſſueta [g] deprauante nequitia, malis paſſim [h] cumulũ [i] ſuperaddi, vt & boni, qui [k] aliàs odirẽt virtutis amore delinquere, [l] interdum cũ [m] peruerſis admiſti, concurrere cum illis in illicitis habeant [n], & in apertam malitiam proſilire. Eſt enim cõpeſcenda malorum audacia, vt ſaltem pœnæ formidine [o] retrahantur à noxiis, ſicq; boni ſectando virtutẽ meliores effecti [p] non cogantur [q] cum illis perire. ¶ Sane [r] vulgaris [s] famę notorium [t] publicat, & longe lateque ipſa iniurioſa tranſgreſſus euidentia manifeſtat [v], quòd nõnulli de Marchia Anchonitana prouincia nobis & Romanæ Eccleſiæ ſubiecta [x], nedum olim temporibus diuerſorum prędeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum greſſus [y] fidelitatis [z] egreſſi [a] declinauerunt ad infidelitatis reprobæ [b] deuium [c], ſed in diebus non longe [d] præteritis cõtra nos & Eccleſiam eandem, & dilectum filium Amelium præpoſitũ Bellimontis capellanum noſtrum prouinciæ memoratæ rectorẽ ceruicem rebellionis erigere [e] præſumpſerunt, & in quoſdam officiales & familiares ſuos [f] crudeliter ſæuientes [g], poſt graues illatas iniurias & reprobroſas [h] contumelias irrogatas eiſdem, & poſt bona ipſorum violenta prædatione ſubtracta [i], eos cruentæ [k] mortis ſuppliciis in ore [l] gladij tradiderunt: inter [m] quos pars dicitur fuiſſe non [n] modica cui mens ſanior inerat [o] & tantæ temeritatis exceſſus non [p] leuiter diſplicebat, ſed habuerunt vel [q] inuiti furori confuſæ multitudinis cedere [r], dum illius [s] nequiuerũt conatibus obuiare [t]. ¶ Nos [v] igi-

d ¶ *Mundum.*] id eſt homines in mundo exiſtentes, vt dixi ſ. proxi. iuxta illud: Mundus gaudebit, vos autem contriſtabimini.

e ¶ *Iugiter.*] id eſt aſsiduè vel frequenter.

f ¶ *Prolabi.*] humana enim natura quodãmodo labitur ad delicta. in corpore authen. de mona. §. ſi quis igitur. circa fi. coll. 5. & omnis ætas ab adoleſcẽtia prona eſt ad malum. 12. q. 1. omnis ætas.

g ¶ *Aſſueta.*] hoc dicit, quia aſſuetudo in malũ periculoſa multũ eſt, cũ nõ ſit adeo veniale peccatũ, quin per aſsiduitatẽ tranſeat in mortale 1 ſecundũ Auguſtinum. 25. diſt. §. nunc autẽ. de confec. diſt. 5. c. nullus. & arg. C. de epiſc. audi. l. nemo. vnde aſſueti hominis vita in malũ, difficilis dicitur ad mutandũ. in corpore auth. de mona. §. ſancimus. coll. 1. iuxta illud: De difficili cõtinentiã ſeruat, q ſe illicito cõcubitu maculare nõ metuit. 33. diſt. §. quid ergo de pellice.

h ¶ *Paſsim.*] id eſt, indifferenter vel indiſtincte. ſimile C. de iur. & fac. igno. l. ne paſsim. ff. de quæſtio. l. 1. §. cum quis latrones.

i ¶ *Cumulum ſuperaddi.*] talis cumulus pœnæ cumulum facit ſuperaddi. ff. de pœn. l. relegatæ.

k ¶ *Qui aliàs.*] ſcilicet malis non immiſti.

l ¶ *Delinquere.*] de bonis dicitur.

*Oderunt peccare boni virtutis amore.* De malis vero dicitur:
*Oderunt peccare mali formidine pœnæ.*

ff. de iuſtit. & iure, l. 1. cum ibi not.

m ¶ *Cum peruerſis admiſti.*] ex hoc Propheta clamat: Cum ſancto ſanctus eris, & cum peruerſo peruerteris. ad hoc 28. q. 1. cap. ſæpe malorum. ff. de act. empt. & ven. l. Iulianus.

n ¶ *Habeant.*] opportunitatem ad malum promptam videntes, quæ frequenter hominem peccare facit. extra de eo qui cogn. conſang. vxoris ſuæ. cap. veniens.

o ¶ *Pœnæ formidine.*] mali enĩ metu pœnę frequẽter fiunt boni. ff. de iuſt. & iur. l. 1. C. de emẽda. propin. l. 1. extra de vi. & hon. cler. cap. vt clericorum.

p ¶ *Effecti.*] creſcit enim homo de virtute in virtutem. de pœni. diſt. 2. cap. cum ſanctam.

q ¶ *Non cogantur.*] indirecte vel cauſatiue ex commiſtionis malorum cõtagione. extra de ſta. reg. c. ea quæ. ff. de act. empt. l. Iulianus.

r ¶ *Sane.*] Secũda pars.

ſ ¶ *Vulgaris.*] id eſt, in vulgo exortæ. ſimile ff. de fur. l. vulgare.

t ¶ *Notoriũ publicat.*] id eſt, publicũ reddit: ſic quòd nulla poteſt tergiuerſatione celari. de cohabi. cle. & mul. ca. tua.

u ¶ *Manifeſtat.*] & ſic eſt tale, de quo facto negotio non valeret prodeſſe. ff. de tribu. act. l. ꝙ in hæred. §. pen. C. de pœ. l. qui ſententiam. & per hoc quod dicit, longe, inducitur ꝑſumptio ſcientiæ talis facti inde proximo exiſtentis. extra de præſumpt. quãto. & c. quoſdam.

x ¶ *Subiecta.*] nedũ in ſpiritualibus, immo & in temporalibus.

y ¶ *Greſſus.*] ſcilicet directos. Vel expone, greſſus, id eſt, terminos.

z ¶ *Fidelitatis.*] ad quã ſeruandã erant aſtricti.

a ¶ *Egreſsi.*] id eſt, trãſgreſsi trãſgrediẽtes terminos fidelitatis, quos poſuerãt ipſi vel parentes eorum, contra dictũ Prophetæ, Prouer. 22. 24. q. 3. c. transferunt. extra de ſepultu. cap. 1. vbi de hoc.

b ¶ *Reprobæ.*] cum etiã hoſti fides ſeruanda ſit. ff. de legi. l. vlt.

c ¶ *Deuium.*] in malum ſonat hoc verbum ſicut alibi. extra de ꝑſumpt. cap. tertio loco.

d ¶ *Non longe.*] quaſi dicat, ſed de proximo.

e ¶ *Erigere præſumpſerunt.*] propter hoc dicuntur ad infidelitatis deuiũ declinaſſe. in lib. feud. qui. mo. feu. amit. cap. ſi capitanei. quæ fuit prima cauſa beneficia amittendi. §. porro. & arg. C. de inoffic. teſta. l. liberi.

f ¶ *Suos.*] ſcilicet dicti rectoris.

g ¶ *Sæuientes.*] id eſt ſeueri & impij exiſtentes. ſimile ff. de iis qui ſunt ſui vel alie. iur. l. 1. ſol. mat. l. ſi conſtante. §. qui maritus.

h ¶ *Reprobroſas.*] id eſt, opprobrioſas & vituperoſas.

i ¶ *Subtracta.*] id eſt, furata: per quod denotatur quòd violentus deprædator furtum cõmittit: nullus enim improbrior fur eſt, quàm qui vi rapit. Inſti. vi bono. rapt. in princ. ff. eod. tit. l. 1. 2

k ¶ *Cruentæ.*] id eſt crudelis.

l ¶ *In ore gladij tradiderunt.*] id eſt, cum gladio eos interfecerũt.

m ¶ *Inter quos.*] ſcilicet ipſos morti tradentes.

n ¶ *Non modica.*] quaſi dicat, immo magna.

o ¶ *Inerat.*] ſimulando eos interficere.

p ¶ *Non leuiter.*] quaſi dicat, immo grauiter.

q ¶ *Vel.*] pro ſaltem ponitur.

r ¶ *Cedere.*] id eſt, locum dare non reſiſtendo.

ſ ¶ *Illius.*] ſcilicet confuſæ multitudinis.

t ¶ *Obuiare.*] frequenter enim tumultus populi de facili ſedari non poteſt. ff. ad leg. Corne. de ſica. l. qui cædem.

u ¶ *Nos igitur.*] Tertia pars.

Hic potes videre tractatũ D. Boeri de ſeditioſis ciuibus. Et ego addo, ꝙ iſti hic expſſi, quia rebellauerunt cõtra iſtum vicerectorẽ poſitũ à Papa, cõtra quẽ cõmittitur crimẽ læſæ maieſtatis. ca. in primis. in fi. 2. q. 1. inciderunt in illud crimen. Bar. in l. hoſtes. ff. de cap. & poſtl. re. Cynus in l. nõ conuitij. q. 4. C. de iniuriis, neque iſti, quia facta fuerunt omnia in cõtemptũ Papæ, poſſunt iniuriã remittere. argu. not. ibi per Cynũ. Fõt.

1 Vide omnino beatũ Thomã. 1. 2. q. 88. artic. 4. ex quo intelligas, qualiter peccatum veniale poſſit fieri mortale.

2 Adde ꝙ ex hoc ſolo meriti ſunt pœnã capitalẽ. l. pen. ff. ad leg. Iul. de vi publi. in hoc etiã cõmiſerunt crimen capitale, ꝙ dictos officiales ꝓpria auctoritate detinuerunt captiuos. l. 1. C. de carc. pri. Itẽ iſti congregando ſe armatos commiſerunt crimẽ læſæ maieſtatis. l. 3. circa mediũ. ff. ad legẽ Iuliam. cuius pœna habetur C. illo titulo. l. quiſquis. Fonta.

a ¶ *Territi.*]

tur, vt mali pœnarum impoſitionibus grauium territi [a] vereantur in antea in conſimilis erroris inuium relabi [b], ac boni perſiſtentes in ſua fidelitate conſtanter, non habeant propter illorum [c] claudicare perfidiam, remediis quibus [d] poſſumus præcauere volentes, & animarum ſuarum ſaluti [e] dictæque prouinciæ pacifico [f] ſtatui paternis [g] affectibus proſpicere cupientes: de fratrum noſtrorum conſilio hac [h] in perpetuū valitura conſtitutione ſancimus, vt quicunque de prouincia ipſa vel aliunde in eam prouinciam moram [i] trahens clericus vel laicus famæ ſuæ prodigus [k] (ipſius Eccleſiæ calcata [l] reuerentia) in hoc ſceleris genus irrepſerit [m], quòd rectorem ſeu rectores, qui pro tempore regimini dictæ prouinciæ in ſpiritualibus [n] & temporalibus auctoritate Apoſtolica præfuerint vel ipſorum aliquem; aut eorum vel alicuius ipſorū vicariū [o] aut iudicem vel iudices, vel ipſius prouinciæ theſaurarium aut locūtenentem eiuſdem [p] (quod abſit) occiderit [q], aut ad offendēdū illū vel [r] illos inſecutus [s] extiterit, ceperit [t], captiuauerit [v], detinuerit [x], percuſſerit [y], aut etiā vulnerauerit [z], aut ipſorū aliquid vel aliàs in locū vbi morā traxerint inſultū [a] fecerit, aut ipſum vel ipſos obſederit [b], ſiue de ſuo re-

a ¶ *Territi*] ſimile ff.de pœn.l.capitalium.§.famoſos.C. ad legem Iul.repet.l.1.38.q.5.non fruſtra.

Pœna eſt ad emendationem introducta.

b ¶ *Relabi.*] pœna enim ſemel tolerata quē emendatū facit, cū de ſe ſit ad emēdationē hominum introducta.ff.de pœn.l.ſi pœnam.

c ¶ *Illorum.*] malefactorum, quibus admiſti ſunt.

Voluntates malæ cohiberi non poſſunt.

d ¶ *Quibus poſſumus.*] hoc dicit quia malas voluntates hominū ad plenum cohibere nō poſſumus. 31. q. 1. hac ratione: cum multæ viæ pateant hominibus ad malitiā. in corpore authē. de nupt. §. mitiores. vt hi qui ob. ſe.habere perhibent.§.1.col.6.

e ¶ *Saluti.*] ad quorum ſalutē anhelat princeps Eccleſiæ, vt hic vides.

f ¶ *Pacifico ſtatui.*] ad hoc anhelare debet quicunq; præſidens, vt placatam & quietā teneat prouinciam, quā regit, quod non difficile obtinebit ſi ſolicite agat, vt malis hominibus prouincia careat.ff.de offi. præſi.l.congruit.in corpore authent. de armis circa princ. de quæſto. in princ.coll.6.extra de re iudi.ad Apoſtolicæ.lib.6.

g ¶ *Paternis affectibus.*] ſicut enim pater pro liberis conſiliū capere conſueuit.ff.ad leg.Iul.de adulte. nec in ea.§.1. ſic præſidens pro ſubditis, paternam eis prouidentiá exhibendo.in corpore authen.de mand.princ.§.quod ſi delinquentes.in fi.col.4.

h ¶ *Hac in perpetuum.*] ex his verbis patet, quòd iſta conſtitutio generale ius inducit: hoc eſt enim vnum de ſignis per quæ diſcernitur conſtitutio generalis.C.de legi.l.4.

i ¶ *Moram trahens.*] per hæc verba videtur ꝙ pœnæ infra poſitę nō extendantur niſi ad de prouincia exiſtentes, vel ſaltē immorātes: & ſic ſi vnus viator vel aduena cōmitteret ibidē contra hanc decre.pœnas infra poſitas nō incurreret, Tū quia in illis hæc conſtitutio in multis pœnalis nō loquitur: vnde durū videretur ad nō expreſſos eam extendere.ff.de ſepul.vio.l.3.§.non perpetua.de relig.at ſi quis.§.& generaliter.32.q.2.§.in hoc.extra de elect. ſtatutum.lib.6. Tū quia aliàs viderentur iſta verba, moram trahens, per modum limitatonis poſita, nihil operari, & eſſe ſine effectu, contra iura, 29.diſt. ſi Romanorum. extra de priuil. ſi Papa.lib.6.ff.de contrahen.empt.l.ſi debitor. §. veriſimile.de trit. vi. & oleo leg.l. cum certus. Tum quia hic de pœnis infligendis agitur, in quibus non ſunt habenæ laxandæ.ff.de pœn.l.interpretatione.per ea quæ dixi in cap.ſancta Romana.§.epiſcopos.

K ¶ *Prodigus.*] ſimile extra de accuſ.cap.prælatorum.

l ¶ *Calcata reuerentia.*] quantū eſt in illis. ſimile huic C.de veſti. olo.& deau.l. temperent. lib.11. Et ſic colliges dehoneſtari Eccleſiam vel dominū temporalē in perſonis officialiū ſuorū, cū Eccleſiam vel ſuū dominū repræſentent.arg.94.diſt.c.vlt. & 24. diſt. c.1. extra de offi.vic.c.Romana.C.vbi & apud quem in int.reſt. poſtu. l.3.C.de iudi.l.vlt. iuxta illud; Dominum crucifigunt, qui eū in ſuis ſacerdotibus perſequuntur. 3. q. 1.c. nulli. & eccleſia pati dicitur in eis tanquā miniſtris ſuis. arg. ff. man. in prin. & de man. vin. l. pater.de do.cau.mor.l.ſi filiofamilias.& tanquā in illis qui ſuo effectui ſunt ſubiecti.ff.de iniur.l.1.§. omnem. Inſt. eo. tit.§. patitur.

Sacerdotū ꝑſecutores, Domini ſūt crucifixores.

m ¶ *Irrepſerit.*] ideſt proſilierit, vel proruperit.ſimile C.de epiſc. & cler.l.ſi quis in hoc genus.extra de pœnis.c.felicis.lib.6.

n ¶ *In ſpiritualibus & temporalibus.*] non videtur ergo incurrere pœnas inferius annotatas, qui vicarium in ſpiritualibus tantum offendit, cū hic textus videatur expoſcere ꝙ ſit vicarius in vtriſq;. contrarium non improbabiliter poteſt dici, cum offendens vicariū vel iudicem aut theſaurarium vel eius locumtenentem ad pecuniæ tantum receptionē inſtitutū, ipſas incurrat, & tamen in neutro ex illis expoſcitur, ꝙ hæc duo concurrant; ſed ideo dicit de rectore in ſpiritualibus & temporalibus: quia frequentius accidit ꝙ ſimul ad hæc duo conſtituatur, quàm ad alterum tantum; idem tamen ſi ad vtrumque.arg.ff.de leg.l.nam ad ea.

o ¶ *Vicarium.*] ſi ſit vnus, vicarios, ſi ſint plures. & idem dicas de iudice locumtenente.

p ¶ *Eiuſdē.*] ſcilicet theſaurarij, vt ſic ad proxima fiat relatio.arg. ff.de iuriſd.omn.iud.l. ſi idem. Vnde per hoc videtur ꝙ offendens locumtenentem iudicis vel vicarij, non incurrat pœnas ſequētes, cum de hoc nihil ſtatuatur: ſed hoc eſt ideo quia cum ſupponatur vicarium vel iudicem eſſe per ipſum rectorē conſtitutū, & ſic fore per ipſum delegatū, ille nō pōt locumtenentē ſaltē generalē habere, cū delegatus ab alio quàm à principe nō poſsit ſaltē vniuerſaliter cōmittere vices ſuas, licet vnā cauſam ſingulariter ſubdelegare poſsit.C.de iud.l.à iudice, extra de appel. cū cauſam. ff. quis & à quo appell.l.1.§.1.theſaurarius.& ſupponitur eſſe ipſius rectoris, nec per ipſum cōſtitutus, ſed dicitur theſaurarius ipſius prouinciæ ſicut & rector, quaſi ꝑ hoc innuat, ꝙ quilibet ex eis à principe ſit ad certū officiū cōſtitutus, vt ſic quilibet eorū ſuū vicariū vel locumtenētem habere poſsit.

q ¶ *Occiderit.*] intellige qualitercūque, doloſe tn̄, cū nō diſtinguat, & argu. C.de maleſi.& mathema.l.1.Et enumerat decem & ſeptē modos offenſæ vel culpæ, & ex vnoquoq; quis incurrit pœnas ĩ.ſequentes, & hic eſt primus.

r ¶ *Vel illos.*] ſupra nominatos.

ſ ¶ *Inſecutus.*] Secūdus modus: ſola ergo inſecutio cauſa offendendi facta, facit quem incurrere pœnas infra poſitas, quaſi mala præſumpta voluntas ex facti qualitate pro fore facto habeatur.ff.ad leg.Corn.de ſic. l.1. & l. diuus.C. eod.tit.l.ſi quis cum telo.de pœni.diſt.1.ſi quis cum telo. ſimile huic C.ad leg.Iul.maie.l.quiſquis.de pœn. c.felicis.lib.6.

t ¶ *Ceperit.*] Tertius modus.& dic, ceperit, ſcilicet in perſona: ſecus enim ſi eius bona. argu. eorum quæ not. Inno.de ſent.excom. monachi.ſumitur alibi verbum, capere.ff.de verb.ſig.l. aliud eſt capere.& l.cepiſſe.

Serui efficiūtur captiuitate.

u ¶ *Captiuauerit.*] Quartus modus. & multifarie poteſt intelligi iſtud verbum, puta ſi ipſos vel alterū de ipſis in manibus hoſtium tradiderit: tunc enim traditus proprie captiuus dicitur, in tantū ꝙ ſeruus hoſtiū efficit̄, Inſti.de re.diui.§.itē ea.ff.de capt.& poſtl. reuer.l.poſtliminij. & l.hoſtes.& de tali captiuante pōt infallibiliter intelligi textus iſte. Alio modo poteſt dici, captiuauerit, puta tanquam ſeruum ſuum aliquem de ipſis inuitum detinendo: nam non multum à ſpecie ſeruorum differunt, quibus non datur libertas egrediendi.ff.de lib.ho.exhiben.l. 2. de cond. & demon. l. Titio. §. 2. Vel dic, captiuauerit, id eſt captum in cuſtodia publica vel in vinculis qualitercunque induxerit.ff. ex qui.cau maio. l. ſuccurritur. & arg.extra de ſent.excom.cap.nuper.

Iniuria non fit volenti.

x ¶ *Detinuerit.*] Quintus modus.& dic, detinuerit qualitercunq; inuitum: volenti enim nō fit iniuria. C. de tranſa.l.cū donationis. ff.de iniu. l.1.§.vſque adeo, de reg. iur.l, nemo videtur fraudare. & intellige, detinuerit, etiam abſque alia corporis læſione, vt differat à verbis quæ ſequuntur, & arg.de ſent.excom. cap.nuper.

y ¶ *Percuſſerit.*] Sextus modus.& hoc verbum manus iniectionem denotat. arg. ff. de iniur.l.1.§.iniuriam. & l. lex Cornelia. in prin.&.§.1.abſque vlla corporis contaminatione, vt differat à verbo ſequenti.& arg.de ſent.excom.contingit.

z ¶ *Vulnerauerit.*] Septimus modus.

a ¶ *Inſultum fecerit.*] Octauus modus. & dic, fecerit, cum multitudine ſecum coadunata ad hoc faciendum. arg. ad hoc ff. vi bo. rapt. l. 2. in prin. §. homines. & l. prætor.§. hoc edictum.& hoc ſi loquaris de inſultu, qui fieret in perſonam alicuius prædictorum: ſed ſi intelligas de inſultu, qui fieret contra locum, puta caſtrum, ciuitatem, vel villam, niſi tales moram traherent, tunc non videretur proprie inſultus fieri cum paucis.argu. ad hoc ff. quod met. cau.l.non eſt veriſimile.& dicto §.hoc edictum.niſi ex facti qualitate aliter foret arbitrandū, puta ſi quis per ſe ſolum vel paucis coadunatis inſultum faceret talem, qui totum locum & habitātes in eo terrere poſſet, puta ignem imponendo, vel flumen ad occupandum locū diuertendo. arg.ff.ex quib. cau. ma. l. metus.de inc.rui. nau.l.ne piſcatores.per hoc autem quod dicit, inſultū fecerit in ipſorum aliquem vel locum, &c. dicas pœnas infra poſitas locum non habere contra inſultum vel rixam facientem in aliquos habitantes locum, non tamen familiares prædictorum: quia hoc non videtur fieri in aliquam dehoneſtationem Eccleſiæ vel ſuorum officialium, & per ea quæ dixi ſupra in glo.per hæc verba.

Obſidiatus triplex eſt modus.

b ¶ *Obſederit.*] Nonus modus. & expone, id eſt ipſum vel ipſos ſuo aliquo modo cuſtodiæ tenuerit, ſic quòd eis liber non pateat egreſſus vt ſi in aliquo fortalitio vel caſtro exiſtentes circumdantes exercitu, vel in multitudine armatorū.arg.ff.ex quib.cau. ma.l. ſuccurritur.

ſuccurritur. l.& in ea.& l. necnon. §. 1.& ſuper hoc videre potes quæ not.per Inno.& Hoſti.de ſenten. excom. nuper. Alius modus obſidiatus in iure reperitur, puta cũ per hoſtes populo Romano, vel per ipſum hoſtibus præſtantur obſides pro pace ineunda, vel ſecundũ Ioannem pro inita conſeruanda. ff. ad leg. Iul. maie. l. 1. de quibus legitur ꝙ nõ poſſunt facere teſtamẽta. ff. de teſta. l. obſides. bona quæ interim acquirunt, fiſco applicantur. ff. de iure fiſci. l. diuus. Alius 1 autem eſt modus obſidiatus, in vulgari vocatus, obſtagium, cum quis pro ſe vel alio promittit vel iurat non exire certum locum vel territoriũ, niſi ſoluto debito vel attento promiſſo. dicta l. necnõ. §. 1. extra de iureiur. c. ex reſcripto. de arbi. expoſita. 23. q. vlti. cap. vt pridem.

1 De iſto vide do. Montolonium in ver. obſes. in promptuario ſuo diuini & humani iuris. Fõt.

gimine vel officio forſan expulerit [a], vel fugauerit [b], vel [c] ſocius fuerit facientis, aut illum vel illos bonis [d] aliquibus ſpoliauerit [e], vel prouinciæ ſupradictæ alicuius ciuitatis, caſtri, vel loci de prouincia ipſa populum, cõmunitatem, vel vniuerſitatem, aut aliquos ex eis vel quoſuis alios de prouincia ipſa directe vel indirecte [f] cõtra nos & præfatam Eccleſiam ſeu rectores, officiales, & locum tenẽtes ꝑdictos, vel ipſorũ [g] aliquẽ ad ſeditionẽ quomodolibet excitabit [h], ac rebellionẽ [i] ſeu cõſpirationẽ [k] ꝑ ſe, vel per [l] alium ſeu alios facere vel ꝓcurare ꝑſumpſerit, vel ad ea [m] ſiue ipſorũ aliquod dederit [n] auxiliũ [o] cõſiliũ, vel fauorẽ [p], directe vel indirecte, publice vel occulte, cuiuſcunq; cõditionis [q], ordinis, dignitatis, aut ſtatus eccleſiaſtici vel mundani [r] fuerit,

a ¶ *Expulerit.*] Decimus modus, & expone, expulerit, per vim expulſiuam, in qua nulla eſt voluntas.

b ¶ *Fugauerit.*] ideſt, ipſos vel ipſum fugando ſeu proſequendo ad dimittenda officia compulerit. & eſt vndecimus modus.

c ¶ *Vel ſocius fuerit.*] Duodecim⁹ modus :& intellige, ſocius fuerit in ipſo maleficio.& hoc denotat verbum facientis, quod ſequitur, ſecus autem dicas ſi aliquis eſſet ſocius illius, qui talia faceret cui in hoc aſſenſum non præberet. argum. de ſent. excom. cap. ſi concubinæ. C. de teſti. l. qui liberi.

d ¶ *Bonis aliquibus.*] videtur intelligendũ de quãtiſcũque & qualibuſcunque bonis, cũ indifinite loquatur. arg. de priuil. quia circa.

e ¶ *Spoliauerit.*] priuando illos talium bonorũ poſſeſsione: hoc enim denotat ſignificatio huius verbi, & eſt decimuſtertius modus.

f ¶ *Vel indirecte.*] quaſi dicat per ſe vel per alium, expreſſe vel tacite vel ſubdole.

g ¶ *Ipſorum aliquem.*] ex ſeditione igitur incitata contra alium quàm contra Papam vel Eccleſiam Romanam vel aliquem de prædictis, non incurreret pœnas ſequentes per hunc textum, & per ea quæ dixi ſupra in glo. per hæc verba. & in glo. octauus modus.

Seditioſi qua pœna ſunt puniẽdi

h ¶ *Excitabit.*] Decimuſquartus modus: & talem ſeditionem excitanti in populo quandoque pœna capitalis ſecundum legem imponitur vel minor quandoque. ff. de pœnis. l. ſi quis aliquid. §. fautores. & l. capitalium. §. ſolent. C. de ſedi. l. 1. & 2. quandoque imponitur pœna legis Iuliæ maieſtatis. ff. ad leg. Iul. maieſta. l. 1.

i ¶ *Rebellionem.*] facere vel procurare præſumpſerit, quod eſt infra & intellige in dicta prouincia vel caſtris eiuſdem, vt ſupra. Et hic poteſt denotari decimuſquintus modus.

Cõſpiratio in bonam & in malam partẽ ſumitur.

k ¶ *Conſpirationem.*] Decimuſſextus modus: & hic cõſpiratio in malam partem ſumitur. & 11. q. 1. cõſpirationibus. & extra de teſti. cogen. c. vlt. aliquando ſumitur in bonam, vt dixi in c. ſancta Romana. ſuper verbo, cõuenticulas. & probatur C. de pœn. l. qui ſententiam. de profeſ. & medi. l. magiſtros. & l. nota. lib. 10.

l ¶ *Per alium.*] in maleficiis enim nõ refert an per ſe vel per aliũ quis faciat. ff. de vi & vi arm. l. 1. §. deceſsiſſe. de iniur. non ſolum. §. ſi mandato. & §. Proculus. extra de reſti. ſpol. cũ ad ſedem. de ſent. excom. c. mulieres. de homic. c. is qui. lib. 6. cum ſimilibus.

m ¶ *Vel ad ea.*] ad omnia ſupradicta videtur referendũ qđ hic dicitur. arg. ff. de leg. l. talis ſcriptura. extra de appel. c. ſcđo requiris.

n ¶ *Dederit.*] Decimuſſeptimus modus,

o ¶ *Auxilium.*] qualiter videatur quis opem vel auxiliũ vel cõſilium præſtare, colligitur Inſti. de obli. quæ ex deli. naſ. §. ope. ff. de fur. l. in furti. §. ope. & §. conſiliũ. & l. ſi pignore. §. qui ferramenta.

p ¶ *Fauorem.*] ſed qualiter fauorẽ quis præſtare videaẗ in talibus vel ſimilibus, vide quod not. Gul. de hæret. c. quicunque. §. 1. lib. 6.

q ¶ *Conditionis.*] id eſt qualitatis. ſimile ff. de vſufru. l. ſed & ſi quid. §. 1. not. extra de cleri. non reſid. quia nonnulli.

r ¶ *Mundani.*] cũ prædixerit cuiuſcunq; cõprehendere videtur comitẽ vel etiam regem. & arg. ad hoc in cap. ſi fratrũ. §. quia igitur.

ſ ¶ *Superiori.*] hic recita quod dixi in c. ſi fratrum. §. quia igitur.

t ¶ *Perpetuo.*] enumeratis decem & ſeptem modis, enumerat decem & octo pœnas, quas omnes incurrit quis ex vnoquoque de prædictis modis.

u ¶ *Infamis.*] Prima pœna. Et dic infamis infamia iuris, cuius infamiæ pœna multos effectus pœnales inducit. repellit enim quem à teſtimonio, vt ſequiẗ. & in corpore authẽ. de teſti. l. 3. & l. ob carmen. extra de proba. licet. Itẽ à dignitate. C. de infa. lib. 12. extra de exceſ. prælat. inter dilectos. de reg. iur. infamibus. lib. 6. 2 Item à patrocinando. ff. de poſtul. l. 1. §. remouetur. Item ab actibus legitimis, vt ſequitur. & extra de teſti. licet ex quadam. Nonnullos etiam alios effectus inducit iuris infamia, quos curioſus lector per ſe poterit inuenire.

2 Vide quæ ibi notaui, & ibi dicit Alber. ꝙ excõmunicat⁹ eſt priuatus actibus legitimis. c. pia. de except. & ideo nõ promouetur ad doctoratũ, cũ illa ſit dignitas cũ adminiſtratione. authẽ. habita. ne fil. ꝓ par. §. illud. ĩ procœmio Digeſtorũ. Fõt.

etiam ſi patriarchali, vel archiepiſcopali ſeu epiſcopali vel ſuperiori [ſ] ꝑfulgeat dignitate, perpetuo [t] ſit infamis: [v] vt nec ad teſtimoniũ vel alios actus legitimos [x] admittatur: Sit inteſtabilis [y], vt nec teſtãdi liberam habeat factionẽ [z], vel ad alicuius bona ex teſtamẽto vel ab inteſtato voceẗ [a]. Nullus [b] ei ſuper quocunq; negotio reſpõdere, ſed ipſe aliis reſpõdere [c] teneatur: Nec [d] quæuis cauſæ ad audientiã perferãtur illius: Nec [e] valeãt eius ſentẽtiæ [f] vel [g] proceſſus: Nullus [h] ei in quacũq; [i] cauſa vel negotio patrociniũ ꝑſtare ꝑſumat [k]: Nec [l] ipſe ad [m] patrocinãdũ aliis admittatur [n]: Inſtrumenta [o] confecta per eũ, ſi forte officium tabellionatus exerceat [p], nullam habeant firmitatem [q]: ſed potius cum auctore damnato damnentur [r]: Dignitatibus [ſ], officiis, & bene

x ¶ *Legitimos.*] nõ videtur intelligendũ hic đ omnibus actibus qui à lege ſunt inducti, q̃a ſic ab omni contractu & cõmercio & extremæ volũtatis cõfectione, & quocunq; officio etiã oneroſo repelleretur infamis: qđ forte verũ non eſt. 3 argu. Inſt. de except. §. vlt. C. de decu. l. ſi quis procurationẽ. lib. 10. 50. diſt. cap. accedens. cum ibi not. ſed intelligi poteſt de actibus pro quadã prærogatiua honoris inductis. arg. ff. decurioni. l. eos.

3 Bene dicit. adde not. in c. tuã. đ ætã. & quali. c. in. fames. 3. q. 7. Font.

y ¶ *Inteſtabilis.*] actiue & paſsiue, vt ſequitur. Et eſt ſecũda pœna.

z ¶ *Factionem.*] in hoc efficitur inteſtabilis actiue.

a ¶ *Vocetur*] & in hoc efficitur inteſtabilis paſsiue. ſimile C. de hæred. attendentes. extra de hæret. excommunicamus. §. credẽtes. de pœn. c. felicis. lib. 6. ſicut alibi eſt videre, quòd aliquis efficitur ineligibilis actiue & paſsiue. extra de conſec. cum dilectus.

b ¶ *Nullus ei.*] Tertia pœna cui cõcordant iura, ſcilicet ꝓxi. alleg.

Pœna immunitatem non præſtat.

c ¶ *Aliis reſpondere.*] hoc ideo ne ex ſua malitia commodũ conſequatur. extra de iudi. intelleximus. non enim immunitatem pœna præſtare debet. ff. de interd. & releg. l. relegatorum. §. vlt.

d ¶ *Nec quæuis cauſa.*] Quarta pœna. & ſic erit priuatus omni iuriſdictionis exercitio in cauſis. ſimile reperitur in iuribus ſupra proxi. alleg. in glo. & in hoc.

e ¶ *Nec valeant.*] Quinta pœna.

f ¶ *Sententiæ.*] ſi de facto eas tulerit.

g ¶ *Vel proceſſus.*] indiſtincte loquitur: quare debet intelligi de quibuſcunque proceſsibus tã iudicialibus, quã inquiſitoriis: & quæ dicantur eſſe de proceſſu, colligitur extra de proba. c. q̃m contra falſam. & ſic cũ citatio ſit de ꝓceſſu vt ibi, ſua citatio aliquem nõ arctabit. arg. extra de elec. c. bonæ 2. iũcto c. ad audientiã. de cõſuc. ff. de iuriſd. om. iud. l. vlt. iuncta. l. 2. ſi quis in ius voc. non ierit. cũ ibi not. & extra de accuſa. veniẽs. & per Inno. de dila. c. ꝑterea.

Citatio eſt de proceſſu.

h ¶ *Nullus ei.*] Sexta pœna.

i ¶ *Quacunque cauſa.*] criminali vel ciuili.

k ¶ *Præſumat.*] & ita ſubtrahiẗ ſibi cõmunio patrocinij, ſicut & interdicto vel excõmunicato communio Chriſtiani. extra de vſur. poſt miſerabilem. 11. q. 3. c. cum excommunicato. cum ſimilibus.

l ¶ *Nec ipſe.*] Septima pœna,

m ¶ *Ad patrocinandum.*] id eſt, aduocationis officium præſtandum. arg. ff. de poſtula. le. 1. §. poſtulare.

n ¶ *Admittatur.*] ſubaudi etiam ſi ſponte vel gratis patrocinari vellet, ſicut de alio infami dicitur. ff. de poſtul. l. 1. §. remouet. & arg. Inſti. de excuſa. tu. §. idem reſcripſerunt.

o ¶ *Inſtrumenta.*] Octaua pœna.

p ¶ *Exerceat.*] ſcilicet poſt tales offẽſas, vel aliquã đ ipſis cõmiſsã.

q ¶ *Firmitatem.*] hoc intellige de cõfectis poſtquã talia cõmiſit: cõfecta aũt ante bene valerent. ſic põt intelligi quod not. in corpore authen. de tabel. §. nunc tñ. coll. 4. & per Inno. de hære. c. fraternitatis. & arg. ff. de offic. ꝓto. l. Barbarius. ff. de iti. actuq; priua. l. nec enim. C. de admini. tu. l. ſancimus. de reg. iur. factũ legitime. lib. 6. quia aliàs puniretur ille ad cuius cõmodũ facta fuerant inſtrumenta illius odio, contra legem, ſi quis in ſuo. C. de inoffic. teſta.

r ¶ *Damnentur.*] ſimile extra de hære. c. fraternitatis.

ſ ¶ *Dignitatibus.*] Nona pœna.

a ¶ *Mundanis.*

ficiis eccleſiaſticis vel mundanis [a], quæ obtinet [b], quæcunq; ſint & quocunque nomine cēſeantur [c], ſit eoipſo [d] priuatus, ac [e] inhabilis & indignus ad ea [f] & quælibet [g] alia in poſterum obtinenda: Filij [h] eius ad nullos honores eccleſiaſticos vel mundanos, ad nullas dignitates vel beneficia eccleſiaſtica, aut officia publica quomodolibet [i] admittantur: Libertatibus [k] & etiam immunitatibus realibus [l] & perſonalibus, priuilegiis & indulgentiis quibuſcunque ſub quacunque forma verborum ab [m] Apoſtolica ſede cōceſſis ex tunc [n] penitus careant: Vaſalli [o] & homines à iuramēto fidelitatis & alia quauis obligatione, quibus tenentur eidē ſint penitus abſoluti: [p] Feuda [q] quoque, iura, honores ac officia, & alia quæcumque bona immobilia, quæ in dicta prouincia Marchiæ, & alibi vbicumque à prædicta Romana [r] obtinent Eccleſia, ſint eoipſo [s] penitus [t] confiſcata [v]: Aliis [x] vero feudis, iuribus, honoribus, officiis, & bonis immobilibus, quæ à quibuſcūque aliis [y] tenent eccleſiis, ſint eo ipſo [z] priuati: quæ ſic ad eaſdem eccleſias libere [a] reuertantur, quod de illis earū rectores pro ſua voluntate [b] diſponant [c]: mobilia [d] vero bona ipſius [e] cōcedimus fidelibus occupāda [f]. illud [g] nihilominus adiicientes noſtræ huiuſmodi ſanctioni [h], vt ſic [i] delinquens excommu-

Libertas à Papa pôt auferri.

a ¶ *Mundanis.*] Nota principē Eccleſiæ priuare poſſe ex cauſa nedum clericū immo & laicū, nō tm̄ à beneficio & officio eccleſiaſtico, immo etiā tēporali & mundano. nec mirū: quia & libertate, quæ eſt de iure naturali. ff. de iuſt. & iu. l. manuſsiones. inſt. de iure perſona. §. 1. priuat eum qn̄q. extra de Iudæ. c. ita quorundā. & c. ad liberādam. 15. q. vlt. c. cū multæ. Et ſi quæras quomodo hoc fieri pôt, cū iura naturalia ſint de ſe immutabilia. inſt. de iure natura. §. ſed & naturalia. nec ea quę competūt de iure naturali, videtur poſſe tolli etiā per principē. extra d̄ re iu. paſtoralis. §. cæterū. Cle. 5. & arg. ff. de poe. l. quidā ſunt. & not. C. de preci. impe. offe. l. quotiēs. & per not. extra de cōſti. c. quæ in eccleſiarū. & de immu. eccle. c. q͞a pleriq;. Rn̄deo ꝙ ius naturale in ſe totale immutabile eſt, & ſemper æquū & iuſtū remanet: ſed in particulari ea q̄ de iure naturali cōpetūt: ex cauſa, puta ex delicto ſummoueri poſſunt. ſic notatur C. ſi cō. ius vel vtili. pub. l. vlt. vnde & libertas, licet de iure ſit naturali, tolli poteſt etiā ꝑ pactū: puta ſi maior xx. annis ad pretium participandū patiatur ſe vendi tamquam ſeruuum alicui credenti ipſum ſeruum. ff. de ſta. ho. l. & ſeruorum. §. ſerui. inſti. de iure perſo. §. ſerui. & in eis not.

b ¶ *Obtinet.*] ſcilicet de præſenti.

c ¶ *Cenſeantur.*] non curatur ergo ſi ſint ſimplicia beneficia, curata vel non curata.

d ¶ *Eoipſo.*] & ſic non erit ſententia hominis priuatoria neceſſaria. Simile de elect. quàm ſit. de hæret. cum ſecundū leges. in corpore authent. de rap. mu. §. ſi. col. 9. cum ſimilibus.

e ¶ *Ac inhabilis.*] Decima pœna.

f ¶ *Ad ea*] ſcilicet prius habita, quibus eo ipſo priuatus eſt.

g ¶ *Quælibet alia*] non dicit prioribus ſimilibus, quare de omnibus habet intelligi hæc inhabilitas. ſuper quo vide quod dixi in decret. Execrabilis

h ¶ *Filij.*] Vndecima pœna. Sed an iſta pœna extendetur ad nepotes? Dicas ꝙ nō: cum de odio agatur. arg. ff. de teſta. tu. l. ꝙ ſi nepotēs. de libe. & poſthu. l. 2. & l. cum quidā. aliàs dic vt dixi in decre. execrabilis. in verbo, filius.

i ¶ *Quomodolibet.*] ſcilicet quaſi dicat ſiue patris delicto conſenſerit, ſiue non: ſi enim conſenſiſſent, tunc ex proprio delicto paterent hāc pœnā, vt ſ̃. Sed ſumma videtur iniquitas ꝙ filius innocēs ex delicto patris puniatur: cū ſcriptū ſit lege diuina: non portabit iniquitatē patris filius, nec ecōtra. 1. q. 4. c. 1. & 2. Item lege humana canonica & ciuili ſcriptū eſt peccata ſuos auctores, nō alienos tenere debere. C. de pœ. l. ſancimus. extra de his quæ fiūt à ma. par. cap. c. quæſitū. Itē expreſſum videtur, ꝙ crimen paternū vel pœna paterna nullā maculā filio infligit. ff. de pœ. l. crimen. Ad hoc dicas, ꝙ atrocitas delicti aliquando pœnam facit infligi aliis ob delicta parentum vt hic, & extra de pœ. cap. felicis. C. ad leg. Iul. maieſt. l. quiſquis. Sed per hoc adhuc non reſpōdetur contrariis? Dicas ſic: ꝙ ideo filij puniūtur, quia in eis paterni criminis exēpla metuuntur, vt dicta l. quiſquis. Sed iſta ratione conſiderata videtur ꝙ ex quocunque publico crimine pœna paterna deberet filiū afficere: ſed hoc non eſt verum, vt in contrariis. Potes [r] igitur meo iudicio probabilius reſpondere, quòd hoc contingit non vt principaliter puniatur filius propter crimen patris, cum ſit innocēs: ſed cum pater terreatur ob affectum paternum in pœna filij magis quàm in ſua, vel quàm ipſe filius. ff. ꝙ met. cau. l. iſti quidem. ad plus puniendum patrem nedum in ſeipſo, ſed & in filio, in certis criminibus ſic ſtatuitur: licet occaſionaliter filius puniatur, vt & pater arceatur à talibus criminibus committendis, cogitans de pœna nedum ſibi, ſed & ſuis filiis infligenda: Sic eſt videre de ſentētia interdicti, quæ ob culpā domini tēporalis fertur in ſubditos, vt nedum in ſe, ſed in ſubditis ad quos tenetur affici, ſentiat ſe punitum, & vt citius à tali culpa committēda propter hoc arceatur. extra de offic. deleg. ſane quia. de ſpon. nō eſt. Reliqua dic vt not. 1. q. 3. in ſumma. & per Gar. extra de vſur. c. vſurarum. lib. 6.

Filius an poſſit ob patris crimina plecti. vide q̄ ego notaui in c. non debet. de regu. iur. & d̄ iſtis ſtatutis ꝙ pater & filius teneātur ꝓ ſe inuicē. Hip. in l. infans. ff. de ſicariis. Fonta.

r Vide Alfonſum Caſtrū lib. 2. de iuſta hęreticorum punitione, c. 10. & 11.

k ¶ *Libertatibus.*] Duodecima pœna.

l ¶ *Realibus.*] ideſt rebus conceſsis. ff. de aqua quoti. & æſti. l. 1. §. permittitur. de cenſi. l. ætatem. §. rebus. & tales libertates ſummouentur iſto caſu, licet aliàs duraturæ forent de ſui natura, etiā perſona extincta. vt in dictis iuribus, cum ſuis ſimilibus.

m ¶ *Ab Apoſtolica ſede.*] ſed pone ꝙ ab alia ſede tales libertates vel priuilegia fuiſſent iſti cōceſſæ, videbuntur ne hic ſublatæ? Videretur quòd non, vt in ſimili dixi ſupra in glo. per hæc verba. & in gloſ. octauus modus. niſi in quantum diceres tale fore priuatū omnibus honoribus, quos ab aliis eccleſiis obtinebat. infra in verſu, aliis vero.

n ¶ *Extunc.*] poſtquam ſcilicet aliquē de prædictis offenſæ modis commiſerit.

o ¶ *Vaſalli.*] Decimatertia pœna.

p ¶ *Abſoluti.*] concor. ad hoc c. ſi fratrū. §. pe. & dic vt ibi dixi. ad idē in lib. feu. tit. hic finitur lex. circa prin. 15. q. 6. c. nos ſanctorum. vbi de hoc. & extra de hære. c. vlt. Et hic videre potes quæ not. Inno. & Hoſti. de dolo & contu. cap. veritatis.

q ¶ *Feuda.*] Decimaquarta pœna.

r ¶ *Romana obtinente Eccleſia.*] vel ab aliis, vt ſtatim ſequitur.

s ¶ *Eoipſo.*] ſcilicet ꝙ aliquid de præmiſsis commiſſum fuerit.

t ¶ *Penitus.*] id eſt, in totum.

u ¶ *Confiſcata.*] talis confiſcatio bonorū confiſcatorū dominium transfert in fiſcū abſq; aliqua traditione, vt & aliàs. ff. de publ. vecti. & cōmiſsis. l. cōmiſſa. ff. de inceſtu nupt. l. cū ancillis. in corpore authen. cod. tit. §. 1. coll. 3. de rap. mulie. §. vlt. coll 9. extra de hæret. c. cū ſecundū leges cū ſimilibus. Quod aūt de honoribus & officiis dicitur, ꝙ ſint confiſcata, intellige de talibus honoribus & officiis, qui vel quæ ſecundū forte cōmunē vſum loquendi patriæ iura patrimonialia cenſentur: ſi aūt de illis honoribus & officiis intelligas, dices ipſa confiſcata, id eſt, ad fiſcū eccleſiæ deuoluta, vt de illis in perſonis aliorum diſponere poſsit. arg. tex. ſeq.

x ¶ *Aliis.*] Decimaquinta pœna.

y ¶ *Aliis.*] ſcilicet ab eccleſia Romana, quæ dicuntur vniuerſalis Eccleſiæ fore membra. 7. q. 1. Nouatianus.

z ¶ *Eo priuati.*] abſque alia hominis ſententia priuatoria, vt dixi ſupra in glo. & ſic non erit. & concordat ad hoc de elect. cap. vbi maius. §. ipſos inſuper. & cap. fundamenta. §. quòd ſi ſecus. de pœn. c. felicis. lib. 6. & eod. tit. cap. in quibuſdam.

a ¶ *Libere.*] quaſi dicat, abſque aliqua contradictione illius. de elect. vbi maius. §. ipſos inſuper.

b ¶ *Voluntate.*] quaſi dicat, illo etiā nō vocato. arg. de ꝓbe. c. licet.

c ¶ *Diſponāt.*] ſed hoc qualiter intelligas, poterit ne talis de poſſeſſione taliū bonorum deiici per viam executionis vel occupationis bonorū abſque aliqua alia ſententia declaratoria, ꝙ crimen fuerit per illum commiſſum? Dicas ꝙ non. C. de iure fiſci. l. vlt. lib. 10. extra de hære. c. cum ſecundum leges. ſed talis ſententia declaratoria promulgata, non eſt ſententia hominis neceſſaria priuatoria, vt prædixi: quia tunc ſtatim ſuccedit, & locum habet ſententia iuris: & ſic intelliguntur iura dicentia quem incurrere ipſo facto bonorum confiſcationem. de homic. pro humani. §. vlt. lib. 6. & in iuribus allegatis in glo. talis confiſcatio. Et ſi quæras quid ergo prodeſt quem ipſo iure fore priuatum prius bonorum ſuorum dominio? Reſpondeo propter fructus medio tempore perceptos, quos reſtituere compelletur. ff. de his quib. vt indig. l. eū qui. & ita not. in corpore authen. de inceſtu nupt. §. ſancimus. coll. 3.

d ¶ *Mobilia.*] ſubaudi vel mouentia. quia de illis idem eſt iudicium. ff de verb. ſig. l. mouentium.

e ¶ *Ipſius.*] ſcilicet qui aliquid de præmiſsis commiſerit.

f ¶ *Fidelibus occupanda.*] nō ergo aliis. & ſic vide bona alicuius ob ſua demerita concedi per Eccleſiam alteri occupanda, cum & aliquando nedum bonorum, ſed & perſonæ talis occupatio concedatur. extra de Iudæ. c. ita quorundam. & ſtatim occupanti dominium bonorum occupatorum acquiritur, vt aliàs. Inſtit. de rerum diui. §. item ea quæ ab hoſtibus. ff. de acqui. rerum dom. l. naturalem. §. vlti. cum ſimilibus.

g ¶ *Illud nihilominus.*] Quarta pars.

h ¶ *Sanctioni.*] id eſt pœnali conſtitutioni, quæ proprie ſanctio appellatur. not. 3. diſt. in ſumma.

i ¶ *Sic delinquens.*] ſcilicet altero de modis ſupra expreſsis.

a ¶ *Excommu-*

a ¶ *Excommunicationis.* ] ſcilicet maioris, quæ in dubio inflicta videtur. de ſententia excom. c. ſi quem. & eſt 16. pœna.

Vniuerſitas delinquere poteſt.

b ¶ *Vniuerſitas.*] hic dicas vt dixi in c. ſi fratrum. in verbo, ciuitatibus, & not. extra de exceſ. præla. c. tanta.

c ¶ *Quæ deliquerit.*] poteſt ergo vniuerſitas delinquere, vt hic, & de pœnis, ſi quis ſuadēte. §. ciuitas. Clemēs v. đ pœnis, c. felicis. §. vlt. lib. 6. ff. quod met. cau. l. metum. §. animaduertēdum. licet non de facili. ff. de dolo. l. ſed & ſi ex dolo. §. 1. in quibus de hoc: cū de facili non cōſentiant. ff. de lib. vniuer. l. 1. & de hoc not. de ſimo. dilectus. per Ber. & Inno. & plenius per Hoſti. & de ſenten. excom. grauem. per Inno. & Hoſt. poſt eum.

† Quia in mortis articulo nulla eſt caſuū reſeruatio. vide concilium Trident. ſeſ. ſio. 14. c. 7. de caſuū reſeruatione.

d ¶ *Interdicto eccleſiaſtico.*] 17. pœna. Et ſignāter dicit eccleſiaſtico, vt denotetur, ꝙ quādoque ſubiicitur quis alij interdicto, puta quādo ſibi certū officium vel miniſteriū interdicitur. ff. de pœnis. l. more. §. ſolet. & l. vlt. C. de poſtu. l. 1. ff. eo. tit. Imperator. quandoque interdicitur ſolus ingreſſus eccleſiæ. extra de ſent. excom. c. is qui. đ priui. c. eṗorum. lib. 6. quandoque vero interdicitur & ingreſſus alterius loci territorij vel diſtrictus. ff. de interdi. & releg. l. relegatorum. §. dubitatum. & §. ſequenti.

Interdictum varias habet ſpecies.

nicationis [a] ſentētię, Vniuerſitas [b] vero ſeu cōitas, quæ deliquerit [c] in prędictis, eiuſq; territoriū & diſtrict⁹ interdicto [d] eccleſiaſtico ſubiaceant ipſo [e] facto: A qua quidem excōicationis ſententia nullus ab alio, quàm à Romano [f] Pōtifice poſſit abſolutionis beneficiū obtinere, niſi dumtaxat in mortis articulo [g] † conſtitutus. Per [h] hoc autē nō adimimus ſecularibus Poteſtatibus [i] facultatem vtēdi legibus [k] cōtra talē, quas aduerſus ſic [l] delinquentē catholici principes ediderunt [m]. Dignū etenim eſt, vt quos timor Dei à malo nō reuocat, pœnarum [n] moles in eos exaggerata compeſcat [o]. Nulli, &c. noſtræ functionis, & ſanctionis inſuper, &c. Datum Auin. viij. calend. Septembris, anno iij.

# TITVLVS XIII.

## De ſententia excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti.

e ¶ *Ipſo facto.*] & ſic eſt canon latæ ſententiæ, non ferendæ. ſimile de pœnis, felicis. lib. 6. cum ſimilibus.

f ¶ *Romano Pontifice.*] ſubaudi vel alio per ipſum deputato. de ſenten. excom. ad eminentiam.

g ¶ *Mortis articulo.*] iſte caſus ſemper intelligitur exceptus. de ſenten. excom. non dubium.

h ¶ *Per hoc autem.*] Quinta pars. Et expone ꝑ hoc ſcilicet, ꝙ ſic, vt ſ. puniri volumus taliter delinquentes.

i ¶ *Poteſtatibus.*] ꝓ ꝑſidētibus iuriſdictioni ſumitur iſtud verbū: vt in c. ſi fratrum. &c. Eccleſiæ Romanæ. ff. de ver. ſig. l. poteſtatis.

K ¶ *Legibus.*] id eſt, pœnis per leges inductis.

l ¶ *Sic delinquentem.*] ſcilicet vt ſ. præmittitur in §. nos igitur.

m ¶ *Ediderunt.*] ſuꝑ hoc tu curioſe lector conſidera ſingulos modos offenſæ ſupra expreſſos, & cōtra eorum quemlibet pœnas in iure inductas iuxta facti varietatem reperies. & per hoc patet, ꝙ punitus per iudicem eccleſiaſticum, adhuc pro eodem delicto puniri poterit per iudicem ſecularem 1. ſic extra de pœ. c. felicis. §. ꝑ hoc quoque. 16. q. 1. cap. placet. in fine. licet laicorum punitio primo ſpectet hoc caſu ad iudicem ſecularem. 17. q. 4. de presbyterorū. & not. 90. diſt. c. placuit. in gl. vlt. 23. q. 5. c. ſunt quidam. Sed hoc principi eccleſiæ ſic diſponere forte placuit ob horrorem criminis, & de honeſtationem factam Eccleſiæ in perſonis, vt ſ. dixi in glo. quantū eſt in illis. vel quia tales ſatis puniti non erant, illæ pœnæ potuerunt ſuperaddi, iuxta not. extra de iud. c. at ſi clerici. in gloſ. penul. de hoc etiam dixi dicto c. felicis.

1 Iudex ſecularis punire poteſt iā punitum per iudicem eccleſiaſticū. Et dē hoc articulo vide plene Antonium Gomezium Tomo 3. variar. reſolut. c. 1. nu. 40.

n ¶ *Pœnarum moles.*] id eſt, multitudo, vel accumulatio.

o ¶ *Compeſcat.*] ſimile extra de vita & hone. cleri. vt clericorum. C. de emenda. propin. l. 1. Zenzelinus.

Diuiſio textualis.

C*Vm ad ſacroſanctæ.*] Potes iſtam conſtitutionem diuidere in partes ſeptem. In prima per modū cuiuſdā harenguæ ſeu præludij ratio conſtitutionis edendæ præmittitur. In ſecunda ipſa conſtitutio ſuper taxatione litterarum Apoſtolicarum conſuetis clauſulis cōceſſarū ſubiungitur: ibi, *Qua de re, &c.* In tertia clauſularū inſolitarū in litteris appoſitarū certa taxatio cū moderamine tā ꝓ ſcriptura quā ꝓ regiſtro, quā ꝓ Abbreuiatorib⁹ annectitur: ibi, *Si vero eiſdē, &c.* In quarta litterarū in forma cōi pauperum obtentarū taxatio ſubinfertur: ibi, *Hoc licet, &c.* In quinta quid de taxatione litterarum iuſtitiæ faciendum ſit, ſtatuitur: ibi, *Circa taxationem, &c.* In ſexta ad ipſam conſtitutionem certum quid adiicitur: ibi, *Ad hæc prædicta, &c.* In ſeptima tranſgreſſoribus conſtitutionis pœna infligitur: ibi, *Cæterum vt prædicta.*

p ¶ *Sacroſanctæ.*] hic dicas vt dixi in c. ſancta Romana.

q ¶ *Sinum.*] id eſt, refugium vel ſecretum. ſimile verbum ff. de proba. l. quoniam teſtamentum 2.

¶ *Taxatio gratiarum ſedis Apoſtolicæ impetratarum tam cum clauſulis conſuetis, quàm non conſuetis, hic continetur. Et quot litteras, quotque dictiones linea complecti debeat, declaratur, ad paupertatem reſpectus habetur: Contra tranſgreſſores pœna ſuſpenſionis ab officio vſque ad ſex menſes, & quandoque priuationis imponitur, & vltra illam Abbreuiatoribus ſententiam excommunicationis Papa comminatur.*

### CAP. VNICVM.

CVm ad ſacroſanctę [p] Romanæ Eccleſiæ ſinū [q] velut [r] ad matris vbera referta dulcedine [s], ac Romani Pōtificis Chriſti vicarij ſucceſſoriſq; [t] Petri clemētiā tāquā ad patris [v] plenā prouidentia pietatē [x], orbis [y] terrarum, & qui [z] habitant in eo gratiarū [a] ſpe [b] aſſidue cōfluant vniuerſi, indignum credimus noſtris fore temporibus [c], vt quibus nos & Eccleſia ipſa exuberamus in gratiis, deficiamus in [d] donis, ne murmurandi inde præſtetur occaſio [e], vnde gratitudi

r ¶ *Velut.* ] pro tamquam, ponitur.

ſ ¶ *Dulcedine.*] ſimilitudinarie loquitur, ſicut enim infans ſuggendo vbera in ſinu matris repleta dulcedinem reperit. ſic quicunq; ad matris ſpiritualis Eccleſiæ ſinum recurrit, dulcedinem ex confidentia reperire ſperat: vt eius vberibus nutriatur, & eius auctoritate defendatur, & à ſuis oppreſſionibus releuetur: quia non poteſt, nec debet, mater filium ſuum obliuiſci. 2. q. 6. c. ad Romanam 2.

t ¶ *Succeſſoriſque Petri.* ] ſimile 40. diſt. ſi vos. extra de trāſlat. c. inter corporalia. & ca. quanto. & de re iudi. ad Apoſtolicæ. §. nos autem. lib. 6.

u ¶ *Patris.* ] conſilium ſalutare ꝓ liberis capiētis. ff. de adulte. l. nec in ea. §. ius occidendi.

Vinculo multiplici homines ſunt adinuicem alligati.

x ¶ *Pietatem.* ] multiplex eſt vinculū quo homines adinuicē alligantur: Primum eſt pietas inter patrem & filium ſpiritualem, vt hic. 2. q. 6. ad Romanam 2. extra de exce. pia. lib. 6. illud idē poteſt dici eſſe inter patrē & filium carnalē, procedens à parente in filiū. C. de neg. geſt. l. 1. ff. de adul. l. nec in ea. circa fi. 5. q. 5. non oſculatur, vel ꝓcedens à filio in parentem. ff. de cura. fur. l. furioſæ. C. de pa. po. l. ſi filius. Secūdū eſt inter eos amor ſeu dilectio ſingularis. C. de cura. fur. l. vlt. ff. qđ met. cau. l. iſti quidē. & dicto c. nō oſculatur. Tertium eſt inter hominē & hominis officiū. ff. de ſeruis expor. l. ſeruus qui. C. de neg. geſt. officio. extra de teſta. c. cū in officiis. Quartum eſt obſequium inter libertum & patronum. ff. & C. de obſe. in rub. & dicta l. officio. C. qui pet. tut. l. patroni. Quintū eſt pietas inter ſanguine coniunctos. C. de ſuſpe. tu. l. pietatis. Sextū eſt reuerentia inter inferiorē & ſuperiorē. C. de of. rec. ꝓuinciæ. l. potioris. de of. diuer. iu. l. ſciāt principes. extra de off. deleg. c. 1. lib. 6. Septimū eſt illa eadē reuerentia vel honor inter iuniorē & ſeniorē. ff. de iur. immu. l. ſemper. 15. q. 1. c. cōtra ſtatuta. 93. diſt. c. à ſubdiacono. Octauū eſt obediētia inter ſubditum & prælatum. 2. q. 6. c. qui ſe. extra de ma. & obed. c. 2. & c. omnes. Nonum eſt fidelitas inter vaſallū & dominū. in lib. feu. de forma fidelitatis, & per quos fiat inueſtitura, circa fin. 22. q. 5. c. de forma. Decimū eſt diſciplina ſeu correctio inter diſcipulū & magiſtrū. ff. ad l. Aquil. l. ſed & ſi quicunque. §. vlt. extra de ſen. excom. cū volūtate, §. ſi. vndecimum eſt beneficium inter homines. ff. commo. l. in commodato. §. ſicut. extra eod. tit. c. 1. Duodecimum vero eſt religio inter Deum & hominem. ff. de iuſt. & iur. l. veluti. De his etiam notaui extra de reg. iur. c. non eſt ſine culpa. lib. 6.

y *Orbis terrarum.*] id eſt viuentes & in eo habitantes: mundus. n. de ſe quid inanimatum exiſtens, confluere non poteſt. & expones verbum, &, quod ſequitur pro, id eſt, ſimile in ca. dierū. & ibi dixi.

z ¶ *Qui habitant in eo.*] ſumitur ex pſal. Domini eſt terra.

a ¶ *Gratiarum.*] ſcilicet conſequendarum.

b ¶ *Spe.*] ſperant igitur vniuerſi à principe gratiam conſequi, vt hic. ſimile C. de offi. præfe. præto. in nomine Domini. §. penult.

c ¶ *Temporibus.*] cum ipſe princeps potentibus ſe exhibere conſueuit liberalem. extra de reſcrip. ſedes Apoſtolica. & ſibi in donando immenſitas eſt, in corpore authent. de non alie. aut permu. reb. ec. §. ſi minus. coll. 2.

d ¶ *In donis.* ] hanc enim ſi quodāmodo nobilitas legē imponit, vt debere ſe qđ ſpōte tribuit exiſtimet. & niſi in bñficiis creuerit, ſcilicet ipſa multiplicādo, nihil ſe ꝑſtitiſſe putet. extra de don. c. 1.

e ¶ *Occaſio.*] ad quam frequenter impinguntur qui ſcripuloſo cor de ſine cauſa mouentur. 16. q. 7. c. decima.

a ¶ *Gratitudine.*] exponi poteſt, id eſt gratię factione: gratia enim facta eam recipientem impellit ad laudũ relationẽ: cũ facientis eã debitor exiſtat ad antidora. ff. de fur. l. ſi pignore. §. 1. de peti. hære. l. ſed & ſi lege cõmiſſoria. §. conſuluit. & arg. ff. mand. l. ſi vero non remunerandi. §. idem Papinianus. Vel dic, gratitudine, id eſt, gratiarum redditione.

b ¶ *Neceßitas aderat.*] ex inſtinctu naturæ prouenit iſta neceſsitas, vt benefacienti beneface re quis cogatur, vt iuribus ſ. glo. prox. allegatis. ex hoc dici conſueuit, ꝙ eſt beatius dare quàm accipere. 16. q. 1. c. prædicator. extra de celeb. Miſ. cum Marthæ.

c ¶ *Neve.*] expone, ve, pro vel.

d ¶ *Scriptura.*] ſcilicet recipiẽda ad probationem gratiæ prius factæ.

e ¶ *Onuſtum.*] id eſt onerosum. ſimile de elect. vbi periculum maius. in prin. lib. 6.

f ¶ *Liberalitas.*] ſcilicet conferentis.

g ¶ *Qua de re.*] Secunda pars.

h ¶ *Litterarũ noſtrarũ ſcripturas.*] id eſt quæ fiunt de litteris noſtris.

Regiſtrum fieri vtile eſt.

i ¶ *Regiſtrum.*] in quo omnes litteræ gratioſæ regiſtrãtur, vt ad ipſum publicam fidem facturum recurſus habeatur, ſi principales litteræ deficiant, vel eſſe falſæ dicãtur. arg. extra de præſcr. ad audiẽtiam. C. de fi. inſtr. authen. ad hoc.

k ¶ *Moderationẽ.*] reſtrictionẽ denotat iſtud verbũ, non laxationem. extra de ver. ſign. c. vlt.

l ¶ *Qua.*] id eſt, per quam.

ne [a] neceſſitas [b] aderat collaudãdi: neve [c] ſcriptura [d] reddat onuſtũ [e], quod liberalitas [f] fecerat gratioſum. Qua [g] de re circa litterarũ [h] noſtrarum ſcripturas, regiſtri [i] quoq; noſtri, necnõ Abbreuiatorũ Romanę curiæ notas, illã in taxando volum⁹ moderationẽ [k] apponi, qua [l] perſonæ, quibus gratię huiuſmodi cõceduntur, ſe gratias ipſas ab Apoſtolica ſede liberaliter [m] ſentiãt cõſecutas, ac litterarum ipſarum ſcriptoribus, regiſtri etiã noſtri notarumque Abbreuiatorib⁹ antedictis qui interdum in eis etiã multo labore [n] deſudant, de ſuo labore cõgrue ſatisfiat [o]. ¶ Ad tollendos igitur exceſſus [p], difficultates [q], circuitus [r], & anfractus, qui poſſent ex variis litterarũ Apoſtolicarum taxationibus [s] prouenire: ſancimus [t], vt mod⁹ ſubſcriptus in huiuſmodi taxationibus obſeruetur: videlicet ꝙ littera [v] gratiæ cum clauſulis cõſuetis [x] ſuper canonicatu & præbenda & alio beneficio eccleſiaſtico, cum cura vel ſine cura, vacãte vel vacaturo, etiã ſi dignitas, officium, vel perſonatus exiſtat, decẽ Turoneñ. [y] groſſis & non [z] vltra taxetur:

m ¶ *Liberaliter.*] quaſi dicat nihilo dato pro illis: aliàs enim gratia ſi non gratis datur vel accipitur, gratia non eſt. 1. q. 1. c. gratias.

Gratia gratis dari & accipi debet.

n ¶ *Labore deſudant.*] vnde remuneratione digni ſunt. in corpore auth. de iudi. §. ne autẽ. coll. 6. 12. q. 2. eccleſiaſticos. C. de offi. pręfec. præto. l. in nomine domini. §. pe. de prin. agen. in re. l. agẽtes. lib. 12.

Mercenari⁹ mercede dignus eſt.

o ¶ *Satisfiat.*] Dignus eſt enim mercenarius mercede ſua. iuxta verbum Euangelij, & in corpore authent. de iudi. §. ne autem. nec fraudari denario diurno debent in vinea Domini operantes. extra de magi. cap. ſuper ſpecula.

p ¶ *Exceſſus.*] qui per ſcriptores metas rationis excedentes in exigendo ſalario pro ſcripturis frequenter committuntur. de reſcrip. ſtatutum. §. notarium. lib. 6. C. de iure fiſ. l. facultas. lib. 10.

q ¶ *Difficultates.*] quia forte gratiam obtinentes de difficili cum illis ſuper petito ſalario conuenirent.

r ¶ *Circuitus.*] ſimile ff. de condi. indeb. l. dominus in teſtamento.

ſ ¶ *Taxationibus.*] quæ quandoque maiores fieri conſueuerũt pro vnis litteris quàm pro aliis, iuxta factæ gratiæ qualitatem.

Sanctio eſt pœnalis conſtitutio.

t ¶ *Sancimus.*] id eſt ſub certa poena ſtatuimus. Sanctio enim proprie dicitur pœnalis conſtitutio. 3. diſt. in ſumma. cum ibi not.

u ¶ *Littera gratiæ.*] id eſt, q̃ fit de gratia: ipſa eñ gratia fit verbo: ſed littera fit ad ei⁹ probationẽ: qđ ſi placet ꝓſequere vt dixi in c. ſedes Apoſtolica. §. verbũ. in verbo, litteras. đ reſc. c. litteras. Cle. 5.

x ¶ *Conſuetis.*] iuxta morem & ſtylum curiæ Romanæ.

y ¶ *Turonenſibus großis.*] ſcilicet argenti, ſic vulgariter appellatis ad differentiam Turoneñ. paruorum.

z ¶ *Non vltra.*] non prohibet quin ad minorem numerum Turonenſium poſsit taxari: ſed ꝙ vltra non fiat: ſic aliàs eſt videre in ſimili. C. de dila. l. 1. & hoc ſi partes conueniant de minori. arg. ff. de noui oper. nun. l. 1. §. inde quæritur. ſed ſi non conueniant, ad minus debetur iſta taxatio curiæ.

a ¶ *Executio.*] id eſt lr̃a executoria, q̃. ſ. executorib⁹ gr̃æ dirigitur.

b ¶ *Eiuſdem.*] gratiæ.

c ¶ *Duodecim Turonen.*] Plus ergo littera executoria taxatur, q̃ gratioſa, cum plus de littera ſit in illa quàm in iſta: cum gratioſa de verbo ad verbũ inſeri cõſueuerit in effectu in executoria: quare pro maiori labore ſcripturæ maior fuit taxatio facienda. Quid igitur ſi litteræ tales fiant curia exiſtẽte in regione, in qua talis moneta curſũ nõ habet? Vel ꝙ ſi ipſa in vſu curſũ habere deſiit ob voluntatẽ regis Francorũ eã facientis: de qua moneta fiet tunc taxatio? Dicas ꝙ de moneta currenti fiet taxatio, iuxta valorẽ & numerũ Turoneñ. groſſorũ [1]. arg. de cenſi. c. olim cũ canonicis. & pro hoc facit qđ not. ff. de pig. act. l. eleganter. §. qui reprobos. & quod dixi extra de mag. cum ſit minus. in verbo. Turonenſiũ. Et ſi à me quæras quare decre. cõditor. talẽ numerũ Turonenſiũ præfixit pro iſta taxatione, non ampliorem vel pauciorẽ? Reſpondeo quia ſic ſibi placuit: vnde eſt ꝓ ratione voluntas. ff. de conſti. princ. l. 1. & talem numerũ pro labore ratus eſt ſufficere. arg. C. de temp. in integ. reſt. l. ſuperuacuã. nam maiorẽ numerũ vel pauciorẽ ſtatuere potuiſſet: vnde hic certa ratio reddi nõ poteſt, ſicut nec in aliis iuribus poſitiuis. ff. de legi. l. non omnium.

1 Bene dicit. vide Gui. Papę in deciſio. ſuis. q. 491. allegantem Bar. in l. Paulus. ff. de ſo. ego addo, & Pet. Anch. in cle. ſi. de deci. §. ex ꝓdictis. ver. ī ca ſu. quẽ vide & Bar. Alex. de Imol. col. 3. 4. l. cũ qđ. ff. ſi cer. pet. Doc. c. quanto. de iureiur. de pœna expendentis falſã monetã. vide Bar. l. lege Cornelia. ff. de fal. Font.

executio [a] vero eiuſdẽ [b] duodecim [c] Turonenſibus & non vltra taxetur: & idẽ in [d] ſimilibus litteris beneficialibus gratioſis, puta ſuper Prioratu aliquo, adminiſtratione & [e] huiuſmodi, ac executoriis earundẽ ſeruari debebit [f]. Si [g] vero eiſdẽ litteris gratię & executoriis earundẽ (vt ſupra) aliquæ clauſulę nõ [h] cõmunes vel inſolitæ apponãtur [i], circa taxationẽ [k] clauſularum huiuſmodi congrue poterit ſic diſtingui, videlicet ꝙ non habeatur conſideratio in eiſdẽ [l] maioris vel minoris gratię eius [m] qđ conceditur, nec quòd ipſius [n] ſint maiores vel pauciores fructus, redditus & prouẽtus, & ex hoc plus minuſve taxetur [o], ſed habeatur in taxando illa cõſideratio ad [p] laborem, vt ſcilicet lõgior ſcriptura magis [q], & minus [r] breuior [s] ęſtimetur [t]: hoc tamẽ circa huiuſmodi clauſulas apponendas addito moderamine in taxãdo, vt ſi ſcriptura clauſulę appoſitę [v] nõ faciat [x] lineã, nec ipſa clauſula [y] litterę taxationẽ augmentet [z]. Si vero per [a] ſe, vel ſaltem aliis [b] addita clauſulis faciat lineã [c] in quarta parte Turoñ. groſ. taxetur [d]

d ¶ *In ſimilibus.*] nã de ſimilib⁹ idẽ eſt iudiciũ. 10. col. de pace iura. fir. §. vlt. extra de cõfir. vti. cum dilecti. cũ ſimilib.

e ¶ *Et huiuſmodi.*] puta obedientia, perſonatu, vel officio, & ſimilibus forte conſuetis regularibus aſsignari.

f ¶ *Debebit.*] ſcilicet, vt litteræ gratiæ x. executoriæ x. Turoneñ. & non vltra taxentur.

g ¶ *Si vero.*] Tertia pars.

h ¶ *Non communes.*] id eſt non conſuetæ communiter apponi.

i ¶ *Apponantur.*] vel quia in ſupplicatione manu propria ſignata. vel in ſua gratia proprio motu facta, erant inſertæ clauſulæ tales.

k ¶ *Taxationẽ clauſularũ.*] nõ dicit litterarũ: q̃a illa remanet taxata per textũ præcedentẽ: & vltra taxationẽ illarũ reſtat amplior facienda taxatio inſolitarũ clauſularũ: per hunc textum ſequentem.

l ¶ *In eiſdem.*] ſcilicet taxandis clauſulis.

m ¶ *Eius quod conceditur.*] id eſt, ſiue maius ſiue minus ſit hoc qđ conceditur: cum per eius maioritatem vel minoritatem ſcribens vel dictans clauſulam, plus minus non laboret.

n ¶ *Ipſius.*] ſcilicet quod conceditur.

o ¶ *Taxetur.*] cum maioritas vel minoritas prouentuum maioritatem vel minoritatem laboris non inducat.

p ¶ *Ad laborẽ.*] ſ. toleratũ pro ſcriptura vel dictamine clauſularũ.

q ¶ *Magis.*] ideſt maioris laboris.

r ¶ *Minus.*] ideſt, minoris laboris.

ſ ¶ *Breuior.*] ſcilicet ſcriptura.

t ¶ *Aeſtimetur.*] cũ naturaliter maior labor in prolixiori ſubeat.

u ¶ *Appoſitæ.*] ſcilicet non communis vel inſolitæ, vt ſupra.

x ¶ *Non faciat lineam.*] ſcilicet completam.

y ¶ *Clauſula.*] ſcilicet non communis, ſed inſolita.

z ¶ *Augmentet.*] apparet ergo vltra taxationẽ litterarũ, ꝙ habeat reſpect⁹ de faciẽda taxatione vel nõ faciẽda clauſularũ, vt ſ. dixi.

a ¶ *Per ſe.*] ſcilicet ſolam.

b ¶ *Aliis.*] intelligendũ videtur cõibus. cum indefinite loquatur.

c ¶ *Lineam.*] ſcilicet integram.

d ¶ *Taxetur.*] & illius chartæ taxatæ forte fit ſolutio de moneta minuta, non ꝙ quarta pars Turoñ. diuiſi ſoluatur, quia forte deſineret curſum publicum habere: mutata enim forma publica in Turonenſi groſſo appoſita, iuxta legem primam. ff. de contrahen. empt. & ven. ipſa ſubſtantia Turoñ. mutata cẽſetur. ff. ad exhib. l. Iulian⁹. §. ſi quis. & ſic extunc reprobus reputatus non liberaret ſoluentẽ. ff. de pign. act. l. eleganter. §. qui reprobos.

Forma pecuniæ mutata, cenſetur mutari eius ſubſtantia.

a ¶ *Pro qua*

& ſic pro qualibet [a] linea huiuſmodi additę clauſulæ in taxãdo quarta pars groſ. Turoneñ. addatur,& ſi [b] quid ſupfuerit [c], & minus linea, illud ſuperfluũ nec taxationẽ immutet [d]. Lineã [e] autẽ quæ centũ [f] & quinquaginta litteras,ſeu xxv.cõtinet dictiones, intelligi volum⁹ in [g] hoc caſu,& vt taxatio huiuſmodi (dũ [h] exẽpla ponũtur) quodãmodo procedat, inſerta illa [i] clauſula,verum ne ſub eo prætextu, &c. quæ quatuor [k] continet lineas, vno Turoneñ. groſſo taxetur [l]. Illa etiã clauſula [m],prębẽdã vero ac dignitatẽ,quæ cũ [n] acceptatiõe reſeruat [o], quæ quatuor & paulo [p] plus cõtinet [q] lineas,vno Turoneñ.groſſo taxetur:& in ſimilibus [r] clauſulis additis ſecundũ linearũ numerũ idẽ [s] fiat.Eandẽ [t] taxationẽ cum moderamine [v] antedicto quo ad præfatas litteras [x] ,in regiſtro noſtro ſeruari [y] volumus cũ fuerint regiſtrãdę.Eãdẽ etiã taxationẽ quo ad præfatarũ litterarũ notas, ſ. gratię cũ antedicto numero Abbreuiatores obſeruẽt [z] .De executoriis vero huiuſmodi gratiarum Abbreuiatores ipſi, etiã ſi clauſulę nõ cõmunes vel inſolitę apponãtur [a] eiſdẽ, duos [b] tãtũ recipiãt Turoneñ. ¶Hoc [c] licet ſic [d] in taxatione prędictarum [e] litterarum obſeruari velimus,in forma tamẽ pauperum deferri volumus paupertati [f], & noſtrã taxationẽ in [g] illa,videlicet octo Turoneñ. [h] groſ. inuiolabiliter [i] obſeruari:nam beatum fore virum, qui ſuper pauperẽ & egenũ [k] intelligit [l], verbis ꝓpheticis [m] edocemur [n]. ¶ Circa [o] taxationẽ autẽ litterarum [p],quæ per audientiã trãſeunt,nihil ad pręſens aliud duximus ordinãdum, ſed rationabilis [q] modus obſeruatur in illis qui ſolitus eſt hactenus obſeruari,maxime [r] ſecundum taxationẽ litterarum ipſarum, quæ in libro [s] Prouinciali inueniũtur eſſe conſcripta. In quarum

a ¶ *Pro qualibet linea.*] quaſi velit dicere,ſi per lineæ talis partẽ additã alij illa reddatẽ cõpleta.& ꝑ aliã partẽ ſui alia cõpleta reddatur,quælibet de ſic cõpletis pro quarta parte Turoneñ. taxabiť.
b ¶ *Si quid.*] ideſt aliquid.
c ¶ *Superfuerit.*] vltra lineas per illam additam completas.
d ¶ *Immutet.*] quaſi dicat,illo ſuperfluo reputato modico ꝓ ipſo nec plus nec minus. arg. de cõſe.diſt.2.c. reuera. ff. de in integ.reſt. l.ſcio.
e ¶ *Lineam.*] ſcilicet ꝑ quã ſolam vel aliis redditam fit vltra taxationẽ litterarũ alia taxatio.
f ¶ *Centum & quinquaginta litteras.*] ſed hoc qualiter eſſe põt cũ in alphabeto vel alibi non reperiantur tot diuerſæ litteræ? Dicas forte intelligendum de litteris alphabeti, quæ reiteratæ complere poterunt talem numerum.
g ¶ *In hoc caſu.*] iſtud ſic fuit inductũ ad vitãdas multas fraudes,ꝗ ꝑ ſcriptores vel dictatores cõmitti poſſent ſcribentes vel dictãtes in pergameno ſtricto, vt ſic clauſula ꝑ ſe lineã faceret,vel aliis addita illas cõpleret.Quid igitur erit ſi linea ꝑꝑ mẽbranæ ſtricturã nõ cõtinet iſtũ litterarũ numerum,nec etiã dictionũ fiet aliqua taxatio ď illa,vel nulla? Credo ipſam faciendã de multis lineis coadunatis illum numerum apprehendentibus & non vltra:aliàs labor ſcribẽtis vel dictantis ſine mercede remaneret:qď eſſet cõtra mentẽ huius conſtitutionis,vt ſ.dixi.& gratiam obtinens de alieno labore rideret,quod eſſet contra omnem æquitatem,& præſtat ad hoc argu.extra de cenſi.c.procuratores.

Labor non debet eſſe ſine mercede.

h ¶ *Dum exempla ponuntur.*] per poſita enim exempla facti, cũ pateant oculatis,veritas oculata fide magis quàm per aures animis hominum infigitur.inſti.de gra.cog.§.vlt.
i ¶ *Illa clauſula.*] quæ quãdoq; in litteris Apoſtolicis apponitur.
k ¶ *Quatuor continet lineas.*] id eſt continere poteſt probabiliter & veriſimiliter iuxta communem ſcribẽdi modum:aliàs enim de tam gracili littera poſſet eſſe ſcripta,vel in tam amplo & extẽſo pergameno,ꝙ ipſas quatuor lineas non contineret,niſi tu diceres habendum fore reſpectum ad litterarum vel dictionum numerum ſ.proxime deſignatũ:vnde facit iſte textus ad id qď ibi dixi.
l ¶ *Taxetur.*] vt ſic quælibet lineã de quatuor pro quarta parte Turonenſis taxationem recipiat,vt ſ.dicitur.
m ¶ *Clauſula.*] quæ qñque etiã in litteris Apoſtolicis apponitur.
n ¶ *Cum acceptatione.*] id eſt cum poteſtate acceptandi.
o ¶ *Reſeruat.*] ſcilicet beneficium conferendum illi,cui gratia fit.
p ¶ *Paulo plus.*] de quo nulla taxatio fit,vt ſupra.
q ¶ *Continet lineas.*] hoc dicere potes,vt ſ.proxime ſuꝑ hoc dixi.
r ¶ *Similibus clauſulis.*] aliis ab illis ꝓxime expreſſatis gr̃a exẽpli.
ſ ¶ *Idem fiat.*] vt pro qualibet linea fiat taxatio quartę partis vni⁹ Turoneñ.pro modico autem plus taxatio non mutetur.
t ¶ *Eandem taxationem.*] ſcilicet, quæ facta eſt tam de litteris gratioſis,quàm executoriis.ſ.in §.qua de re.
v ¶ *Moderamine antedicto.*] ſ.in verbo,hoc tamen.
x ¶ *Litteras.*] ſcilicet gratioſas & executorias.
y ¶ *Seruari volumus.*] ſcilicet vt litteræ gratiæ vltra decem,executoriæ vero vltra Turoneñ.xij non taxentur.
z ¶ *Obſeruent.*] ſcilicet vt litteræ gratiæ vltra x. Turoñ. nõ taxẽt vltra eã taxationẽ clauſularum inſolitarũ iuxta dictũ moderamen.
a ¶ *Apponantur eiſdẽ.*] in ſalario ergo ꝑcipiẽdo ꝑ Abbreuiatores de litteris executoriis nõ diſtinguitur,an ipſæ clauſulas ſolitas cõtineãt:ratio hui⁹ põt eſſe:q̃a cũ taxationẽ habeãt de litteris gratię, & vltra ꝓ clauſula inſolita appoſita amplius ſuꝑ hoc in executoriis laborare nõ habẽt ſuꝑ nouo dictamine abbreuiatiõis faciẽdæ.
b ¶ *Duos tantum.*] non ergo plures.
c ¶ *Hoc licet.*] Quarta pars.
d ¶ *Sic.*] vt dictum eſt in §.præcedenti.ſi vero.
e ¶ *Prædictarum litterarum.*] ſcilicet gratiæ.

f ¶ *Paupertati.*] Not.rationẽ paupertatis haberi in taxatiõe ſalarij, ſicut & alibi in taxatione ꝓcuratoris:extra ď cẽſi.cũ inſtãtia. & c. ꝓcuratiões.& in exactiõe mulctæ pecuniariæ.ff.de off.præſ.l. illicitas.§.vlt.& in examinatiõe iudiciali faciẽda de ei⁹ cauſa, in corpore authẽ.ď man.prin.§.ſit tibi.coll.3. & in appellatiõe per eũ in ſcriptis emittẽda.ff. mãdati.l.ſi ꝓcuratorẽ. §. ſi ignorãtes. & in multis aliis ꝗ ſollicitus indagator ꝑ ſe poterit inuenire.

Paupertatis ratio in multis eſt habenda.

g ¶ *In illa.*] ſ. forma.
h ¶ *Octo Turonen.*] hic potes dicere quod dixi in parte ſecunda ſuper taxatione decem vel duodecim Turoneñ.
i ¶ *Inuiolabiliter.*] quaſi dicat vltra aliquanten⁹ taxatio nulla fiat.
k ¶ *Et egenum.*] ſcilicet releuãdũ potiſsime ne fame pereat,aliàs nõ releuãs ipſũ necare dr̃ quo ad Deũ.86.diſt. ca. paſce.ff.ď li.agno. l. necare. 47. diſt.c.ſicut hi.

Pſal. 40.

l ¶ *Intelligit.*] id eſt,intendit & operam dat.
m ¶ *Propheticis.*] ſcilicet prophetæ Dauid.
n ¶ *Edocemur.*] in pſalmo,Beatus ꝗ intelligit.
o ¶ *Circa taxationẽ.*] Quinta pars.
p ¶ *Litterarum.*] ſcilicet de iuſtitia.
q ¶ *Rationabilis.*] quaſi dicat nõ exceſsiuus & oneroſus,nec nimis etiã modic⁹ ſeu delicat⁹.iuxta illud: Nec oneroſus creditor, nec delicat⁹ debitor audiẽdus eſt.ff.ď pig.act.l. ſi ſeruos. in fi.Vel dic meli⁹ rationabilẽ illũ dici,ꝗ ſolitus eſt obſeruari, vt ſeꝗtur:vñ facit ꝑ hoc in arg.ꝙ in talibus ſimilib⁹ taxationib⁹ ſtãdũ ſit ei qď ſolitũ eſt ſeruari.ad hoc extra de offi.ord.dilectus. de ſen. excõ vñrabilibus.§.deniq; lib.6. C. de vec.vniu.ff. de decr. ab or. fa.l.vlt.ad munic.l.de iure.cũ ibi not.de admin. tu.l.ſine hærede.§. Lucius.ď ele.l.ſi fundus.ſicut in aliis ſtyl⁹ & cõſuetudo curiarũ locorũ ſingulariũ ſeruãdi ſũt circa ꝓceſſus.arg.optimũ ad hoc.C. ď ve.iur.enu.l.1.§.ſed & ſi ꝗ leges.extra ď cõſt.ex litteris.vbi de hoc ꝑ Hoſt.de crim.fal.c.ꝗ̃ graui.& ꝑ Inn.de off. leg.c. ꝙ trãſlationẽ.
r ¶ *Maxime.*] innuit ꝑ hoc ꝙ ſeruanda eſſet ſolita taxatio etiam in litteris,quarũ taxatio ſcripta non reperitur in lib.Prouinciali.
ſ ¶ *In libro Prouinciali.*] in quo libro contineri vidi verba quę ſequuntur:Circa ſalarium ſcriptorum duximus prouidẽdum,quòd ſcriptores pro litteris quas ſcripſerint vltra taxationẽ infraſcriptã nil exigant,vel etiam ſponte oblatũ recipiant:& ſi quis contra fecerit;dans & recipiens excõmunicationis ſententia ſunt adſtricti. Taxatio autẽ pro litteris ſcribendis talis eſt.Pro litteris ſimplicib⁹ ſcilicet ſuper terris & rebus aliis,&c. ſuꝑ vſuris, ſuper iniectione manuum,ſuper reuocandis alienatis,ſuper monachatum ſex denarios vſualis monetæ:pro literis in quibus conſueuit poni ꝓterea, vel,iidem quoque,vel alios, nouem denarios:pro litteris ſuꝑ defectu notaliũ,ix.denarios:pro ſimplici confirmatione vel protectione,quæ bullanda eſt cum ſerico,xii. denarios:pro cõfirmatione & ꝓtectione in vna littera,xviij.denarios:pro littera ſuper abſolutione monachorum,xviij.denarios:pro littera,quoniã vt ait Apoſtolus,danda cathedralibus eccleſiis & aliis magiſtris collegiis, quæ cum maiori diligentia eſt ſcribenda.ij.ſolidos:pro priuilegiis,x.ſolidos:Alias aũt in quibus certa & generalis taxatio in ſcriptis redigi nõ põt,propter diuerſitatẽ ipſarum,diſtributores, qui ꝓ tẽpore fuerunt,habita cõſideratione ad alias taxatas prout eis melius videbitur, melius taxare ſtudebũt:& taxationẽ ipſarũ tam impetratores quàm ſcriptores ſub pœna eiuſdẽ ſententiæ obſeruabũt:ſcriptores qui reſcribẽdas gratis,gratis nõ reſcripſerint antequã alias incipiãt ſcribere,eadem excommunicationis ſententia ſint ligati: ſcriptores qui litteras curiæ non ſcripſerint antequã alias incipiãt ſcribere,per ſeptem dies à ſcripturæ officio ſint ſuſpẽſi. Verum ſi litteræ curiales & reſcribendæ gratis ſcribendæ ſimul occurrant, negotiũ ſemper curię præferatur:petitionarij vero vltra x.ſolidos nihil exigãt pro aliqua petitione formãda. Sed & infra quãtitatẽ eandem,prout negotij exegerit qualitas, & labor expoſcerit, ſalario ſint cõtẽti:ſi vero negotiũ multũ fuerit intricatũ;ad cui⁹ ex-

Salaria ſcriptorum ſunt in libro prouinciali cõprehenſa.

taxationibus litterarũ [a] ex cauſis rationabilib[9] [b] ſuſtinem[9], vt Turoñ. groſ. quãdiu ſ. Romana curia extiterit citra mõtes, Romanino [c] ſuccedat. Cæterũ vbi cunq; [d] de Turoñ. groſ. in taxationibus p̃libatis fit mẽtio, intelligi volumus quãdiu curia [e] fuerit citra [f] montes. Si vero vltra mõtes Romę ſcilicet vel in aliis locis vel Italiæ partibus curia ipſa conſtiterit, in taxationibus antedictis Romanĩnus pro Turoneñ. ponatur [g]. ¶ Ad [h] hęc prędictæ noſtrę adiicimus [i] ſanctioni, vt ſi forſan (q̃d quandoq; [k] cõtingit) eueniat, videlicet q̇ nõ culpa [l], negligentia [m] vel defectu ſcriptoris, vel ex ignorãtię [n] cęcitate, aut torpore deſidię [o] vel ex occupatione [p], diſtractione, [q] aut alia quauis occaſione [r] Abbreuiatoris qui notã ex qua littera groſſa [s] ꝓcedit [t], inepte [v] formauerat, eadẽ groſſa litteris gratis [x] fuerit [y] reſcribẽda: hoc ipſi ſcriptori [z], vel illi cuius [a] littera huiuſmodi [b] fuerit reſcribẽda nõ noceat [c], ſed Abbreuiatori [d] debeat imputari, intantũ vt eidẽ ſcriptori Abbreuiator ipſe ſatisfaciat [e] integre, iuxta taxationẽ [f] eiuſdẽ groſſę litterę reſcribendæ. ¶ Cęterũ [g] vt p̃dicta q̃ à nobis ꝓ vtilitate publica [h] ſunt inſtituta ſalubriter, eo diligẽtiores ſui [i] obſeruatores inueniãt, quò trãſgreſſores ipſorũ maiori nouerint ſe pœna [k] ꝑcelli: ſtatuimus, vt p̃fati omnes & ſinguli, tã litterarũ noſtrarũ, q̃ regiſtri noſtri ſcriptores, quã Abbreuiatores notarũ [l] ipſarũ (quibus etiã Abbreuiatoribus [m] ſpecialiter vltra infra ſcriptas pœnas quatenus prędictas [n] taxationes obſeruẽt ſub excõicationis pœna [o] mandamus,) qui contra pręmiſſa fecerint, plus ſcilicet pręfatas noſtras beneficiales [p] litteras vel notas [q] ipſarum vel earundẽ [r] in dicto regiſtro ſcripturas taxãdo, exigendo [s], vel recipiendo [t] pro ipſis, quàm ſuperius ſit taxatum: vſque ad ſemeſtre [v] tempus officio in quo ſic [x] deliquerint, ſint eo ipſo [y] ſuſpenſi: Et ſi ſecundo [z] deliquerint in eodem, ipſo facto eo-

peditionem labor & peruigil diligentia requirantur, tunc vltra dictam quantitatem infra tantum xx. ſolidos taxetur ſalariũ arbitrio notarij, quem impetrans duxerit eligendum. Facit autem iſte textus in arg. q̇ ſcriptura antiquorum librorum facit fidem. & ſuper hoc vide quod not. tam per ordinarios, quàm per extraordinarios gloſſatores, extra de ꝓbat. cum cauſam.

a ¶ *Litterarum.*] ſcilicet quæ per audientiam tranſeunt, quæ propter lega. nõ conſueuerunt.

b ¶ *Rationabilibus.*] forte ideo, quia Romaninus in tanta abundantia non reperitur in loco curiæ citra montes exiſtentis ſicut Turoñ. groſſus. Vel quia forte non ſic publicũ curſum habet ſicut Turoñ. groſſus: & forte difficilius eſſet litteras obtinentibus Romaninum ſoluere propter ſui raritatem quàm Turoñ. groſſum, cum omne rarum dicatur carum, in authent. de conſul. §. quantumcunque. in fi. coll. 4. 59. diſt. c. ſi officia. in fi. 14. diſt. cap. legimus.

Rarum eſt carum.

c ¶ *Romanino.*] id eſt pro Romanino Turoneñ. groſſus ponatur.

d ¶ *Vbicunque.*] vt eſt videre in taxationibus litterarũ gratiæ & executoriarum. ſ. in §. qua de re, vel in taxatione clauſularum ſolitarum, vt ſ. in §. ſi vero, vel in taxatione regiſtri vel Abbreuiatorum, vt in eodem. §. ver. eandem. vel in taxatione litterarum in forma communi, vt ſ. §. proxima.

e ¶ *Curia fuerit.*] quæ vbi videatur eſſe, videas quod not. in cap. Execrabilis. in verbo, Romanæ Eccleſiæ. & in c. Ad onus.

f ¶ *Citra montes.*] ſicut nunc de præſenti exiſtit.

g ¶ *Pro Turonenſi ponatur.*] forte quia ibi Turoñ. non ſic publicum curſum habet ſicut Romanus, vel forte ex aliis cauſis, quas dixi ſtatim in gloſ. forte ideo.

h ¶ *Ad hæc.*] Sexta pars.

i ¶ *Adiicimus ſanctioni.*] ſimile de vita & honeſt. cler. c. quoniã. §. vlt. Clem. 5.

k ¶ *Quandoque contingit.*] vnde ad hoc ius aptandũ fuit. in corpore authent. vt debi. ma. & credi. §. quia vero. coll. 7. ff. de legib. l. nam ad ea. de lib. lega. l. legaui.

l ¶ *Non culpa.*] vbi ergo culpa vel aliquod de ſequentibus interueniret in perſonam ſcriptoris: expenſis eiuſdem, non Abbreuiatoris eſſet littera reſcribenda.

m ¶ *Negligentia.*] nouerca eruditionis dicta. 83. diſt. c. nihil. vt pote cũcta lædente, in corpore auth. de quæſtio. §. hæc omnia. coll. 6.

Ignorans cæcus dicitur.

n ¶ *Ignorantiæ cæcitate.*] Nota ignorãtem dici cæcũ: vnde & ſcribitur: quoniã quidã ignorantiæ nubilo turpiter excæcati: nec mirũ; quia ignorantia mater dicitur cunctorũ errorũ. 38. diſt. c. ignorantia. & ſcripturarum ignorantia, Chriſti dicitur ignorantia: vt 100. diſt. c. qui iuxta. & qui ea quæ Dei ſunt, neſciunt, à Domino neſciuntur: iuxta illud, ignorans ignorabitur. 100. diſt. c. qui ea. & hæc vera de illis qui habent à quo diſcerent, ſed dare opera noluerunt: in aliis enim ſecus. 36. diſt. §. verũ. & arg. ff. de bo. poſ. l. in bonorũ, quis ordo in bonorũ poſſeſsione ſeruetur. l. vtile. & §. vlt. de iur. & fac. igno. l. regula. §. ſed iure. C. de ingen. manu. l. ſi auia tua.

o ¶ *Deſidiæ.*] id eſt pigritię nõ adhibita circũſpectiõe vel diligẽtia.

p ¶ *Occupatione.*] ſcilicet nimia aliorum negotiorum, quæ frequenter neutrum de agibilibus bene agi permittit. C. de aſſeſſo. l. nemo. 15. q. 1. presbyteros. de ſimili occupatione habes in corpore authent. de tabellio. §. & non fingãt. coll. 4. extra de ſenten. excom. ſi aliquando.

q ¶ *Diſtractione.*] ſcilicet aliqua ad alios cogitatus; perdit enim memoriam bene agendorum mens alienis diſtracta cogitatibus. arg. 83. diſt. cap. nihil. ff. de cap. & poſtlimi. reuer. l. nihil. nec ſufficit aliquid legere niſi adſit & intelligere, vt dixi in decre. quia quorundam. §. nos autem. Vel dic diſtractione animo abbreuiandi, ſicut dici conſueuit quem fore diſtractum ab actu cõſueto vel exercitio, puta lecturæ, vel alterius operis explicandi, quod ſicut per exercitium ſuſcipit incrementũ. C. de re. mili. l. milites. lib. 12. ff. de leg. 3. legatis ſeruis. §. ornatricibus. ſic & per contrarium ſuſcipit detrimentum. arg. ff. de iure fiſ. l. non intelligitur. §. diui fratres.

Lectura per exercitium ſuſcipit incrementum.

r ¶ *Occaſione.*] forte dolo, malitia, odio, vel corruptione.

ſ ¶ *Groſſa.*] id eſt, in groſſum vel mundum redacta.

t ¶ *Procedit.*] ad inſtar publici inſtrumenti ex protocollo, nihil addito nilque remoto procedere habentis in corpore authen. de tabel. §. illud quoque. coll. 4.

u ¶ *Inepte formauerat.*] iuxta ſtylum Cancellariæ, vel cõſiderata qualitate negotij in groſſam redigendi.

x ¶ *Gratis.*] id eſt nihilo exacto ab habẽte litterã Apoſtolicã obtinere.

y ¶ *Fuerit reſcribẽda.*] ad arbitrium Vicecancellarij & Correctorum curiæ, qui ad hoc ſunt præpoſiti.

z ¶ *Scriptori.*] cui nihil imputari põt, ſi prout in nota reperit, illã ſcripſit.

a ¶ *Cuius.*] id eſt ad cuius commodum.

b ¶ *Huiuſmodi.*] ſcilicet inepte formata.

c ¶ *Non noceat.*] quia nec ſcriptor expenſis propriis, nec ille cuius eſt pro reſcribenda ipſa aliquid dare tenebitur, vt ſtatim innuitur.

d ¶ *Abbreuiatori.*] ex cui[9] culpa vel facto apparet lr̃a reſcribẽda.

e ¶ *Satisfaciat.*] ſcilicet de ſuo.

f ¶ *Taxationem.*] de qua vidiſti ſ. in §. de qua re. & ſeq.

g ¶ *Cæterum.*] Septima pars.

h *Publica.*] vtilitati ſingularium de ſe præferenda, in corpore authent. de reſt. & ea quæ parit. §. quamobrem. coll. 4. extra de poſtu. præla. bonæ 1. cum ſimilibus.

i ¶ *Sui.*] ſcilicet inſtitutorum.

k ¶ *Pœna percelli.*] id eſt puniri. pœna. n. vni[9] met[9] eſt multorũ. ff. d̃ pœn. l. capitaliũ. §. famoſos. C. ad l. Iul. repe. l. 1. & in extrau. dierũ.

l ¶ *Notarum ipſarum.*] ex quibus litteræ gloſſandæ procedũt: vt in §. præcedenti. & ſume ĩ. prædictas taxationes obſeruent.

1 Cap. ſtatutum. §. notariũ. de reſcr. lib. 6. ibi vide gl. ſi quãdo dicit magi. vbi dicit Phi. contra Ancha. quod delegat[9] põt miniſtris cũ effectu prouidere de ſalariis. Et de ſalariis aduocatorũ not. Alex. in apoſtill. ad Bar. l. 1. § aduocationis. ff. de variis & extraor. cog. & vide do. meũ Stellam docto. Aureliãnenſẽ reſolutiſſimũ in l. 1. C. de ſuſtr. Font.

m ¶ *Abbreuiatoribus.*] ſolum iſtis fit comminatiuũ mãdatũ ſub pœna excõicationis, & nõ aliis. Sed hoc forte ideo: q̇a ab eis priuſ quã à ſcriptoribus procedit taxatio & exactio: quã factã frequentẽr indebite ſcriptores de facili ſequũtur 1, quare ipſis, vt pote huius mali auctoribus, fit iſta cõminatio. arg. 86. diſt. c. tanta. 24. q. vlt. c. qui aliorũm. extra de cle. excom. c. latores. ff. de ſer. cor. l. in hoc iudicium. C. ad l. Iul. de vi publi. l. quoniam multa. cum ſimilibus.

n ¶ *Prædictas taxationes.*] factas ſ. in §. qua de re. & ſequenti.

o ¶ *Sub excommunicationis pœna.*] cõminatio eſt, nõ ſentẽtia. C. cõminationes vel epiſto. l. interlocutio. not. extra de ſimo. c. ſicut.

p ¶ *Beneficiales.*] id eſt ad aſſequenda beneficia concedendas.

q ¶ *Notas ipſarum.*] quæ in vulgari appellari cõſueuerũt minutę.

r ¶ *Earundem.*] ſcilicet litterarum.

ſ ¶ *Exigendo.*] Exigere proprie eſt ab inuito extorquere. ff. de lega. 3. l. fideicommiſſa. §. ſi rem. & quæ in frau. cre. l. pupillus.

t ¶ *Recipiendo.*] videtur intelligẽdũ etiã à ſpõte ſoluẽte, vt differat à verbo præcedẽti. & arg. ad hoc extra de cẽſi. c. exigit. de reſc. ſtatutũ. §. ſi q̇d autẽ. lib. 6. cõſiderata potiſsime vtilitate publica ob quã p̃ſens cõſtitutio emanauit: vt ſ. & eſt expreſſum in libro Prouinciali, de quo ſ. eſt facta mẽtio ſuperi[9] in §. qua de re. & ſequẽti.

u ¶ *Semeſtre.*] id eſt, ſex menſium. de ſup. negli. præla. licet.

x ¶ *Sic.*] ſcilicet plus taxãdo, exigendo, recipiẽdo quàm debeant.

y ¶ *Eo ipſo.*] eſt ergo ſententia ſuſpenſionis iuris. ſimile de elect. q̃ ſit. lib. 6. in corpore authen. de rap. mul. §. pe. col. 9. cum ſimilibus.

Peccatum iteratũ plus punitur.

z ¶ *Secundo.*] nota plus puniri peccatum iteratum. C. ad leg. Iul. de vi publi. l. ſeruos. de ſer. fugi. l. quicunque. ff. de iure pa. l. 1. de pœn. l. capitalium. §. ſolent. & l. aut damnum, §. quiſquis. extra

vt lit. non

vt lit.non conteſtata,quoniam frequenter.§.vlt.de teſti.co. c. 2. de maledi.c.ſtatuimus.34.diſt.c.quorundam.26.diſt.vna tantum.contumacia enim facit cumulari pœnam.ff.de pœnis.l. relegati.& remiſsionem veniæ crimina,niſi ſemel commiſſa,non habent. C. de epiſ.audi.nemo.deterior nãq; dolus eius agnoſcitur q̃ iterato cõmittit, q̃ qui ſemel delinquit, in corpore authẽ.de liti.§. omnẽ.circa fi.coll.8. vbi de hoc not.

dem [a] officio (quod quantum in ipſis fuerat maculare [b] conati ſunt) perpetuò ſe priuatos [c] agnoſcant. Nulli [d] ergo liceat, &c. Datum Auinioñ.iiij. Idus Decembris,Pontificatus noſtri anno primo.

a ¶ *Eodẽ officio.*] ſcilicet Scriptoris, Abbreuiatoris, Regiſtratoris, & ſic de aliis.

Officiũ maculat, qui in eo deliquit.

b ¶ *Maculare.*] Nota officium aliàs de ſe licitum maculari vel vituperari dici per delinquentem in eo.

c ¶ *Priuatos agnoſcãt.*] in hac decret. ſententiã iure priuatoriã inducit. ſimile in c. dierũ. & de pœnis.c.felicis.lib.6.

d ¶ *Nulli ergo.*] ſuper hac clauſula dic vt plene dixi in c. Execrabilis.Zenzelinus.

# TITVLVS XIIII.

## De verborum ſignificatione.

¶ *Cum fratres Minores indumentis vilibus ſecundum eorum regulam debeant indui,de qua vilitate ſit intelligendum, hoc relinquit iudicio ſuperiorum, præcipiens ſub pœna excommunicationis illis obediri,& reprehendens fratres,qui pro arbitrio ſuo habitus curtos, ſtrictos, & nouitatis plenos portabant, qui tranſgreſſores regulæ non dicentur, ſi in hoc ſuperioribus obſequuntur. Superiores etiam arbitrari poterunt, an habenda ſint granaria & cellaria pro neceſſariis ad victum colligendis, Tandem fratres ipſos hortatur ad obedientiam,quam dicit paupertati & caſtitati eſſe præferendam.hoc dicit,& eſt valde notabilis. Cõcor.c.Exiit qui ſeminat.eo.tit. lib. 6. & clementina,Exiui de paradiſo.eod.tit.*

CAP. I.

Diuiſio textualis.

¶ *Quorundam.*] ¶ Diuide hanc decr. in partes quinq; principales. In prima,cauſa & occaſio multiplex præmittitur. In ſecunda parte, quorundã fratrum Minorum à ſui cõitate ordinis diſcrepantium allegatio multifaria ſubiungitur:ibi, in §. *Quapropter.* In tertia,conſtitutio ipſa in aliquibꝰ declaratiua admittitur: ibi, in §. *Quocirca.* In quarta, eius conſtitutionis cum aliis declaratæ continuatio ſubinſertur:ibi, in §. *Eodem modo,&c.* In quinta, omnis formidinis ſuſpicio remouetur: ibi, prope fi.in §. *Nec formident.*

e ¶ *Scrupuloſitatis* ] id eſt credulitatis non ex cauſis probabilibus ortum habentis, ſic exponitur hoc verbum per Hoſtien. extra de ſimo.per tuas 2.quare talis credulitas hic cæca appellatur.

f ¶ *Ambiguum.*] id eſt dubium ſimile C.de vſuſfruct.l. ambiguitatem.de teſta.l.ambiguitates.de acq.poſ.l. nemo ambigit.

g ¶ *Indocta ſcientia.*] ſic forte dicta,quia à ſeipſis ipſam didicerint, non à voce magiſtri, contra conſilium Hieronymi 16.q. 1.c.ſi clericatus.in fi.quæ non ſecundum ſenſum proprium, ſed ſecundũ patrum traditionem addiſcenda & docenda,& ab eo & per eum qui eam à maioribus ſecundum veritatem ſibi creditam ſeruat,37. diſt.relatum.& arg.C.de excu.artificum.l.1.lib.10.ff.de dona. l. Aquilius.aliter enim ſcientia adulterina tradi & adipiſci dicitur in procem.digeſt.§.hoc autem tria.

h ¶ *Ne dixerimus.*] quaſi dicat de illorum malis hic dixiſſe ſufficiat,vt per hoc plura dentur intelligi.arg.ff.ad Maced.l.1. in corpore authen.quib.mod.na.effi.leg.§.&quidam.coll.6.cum not.in eis. Vel dicit ſe non dicere quod tamen dicit, vt alibi de reſtitu. ſpol. litteras.§.nos autem.C.de epiſ.& cleri.l.ſi quis non dicam.

i ¶ *Irreligioſa.*] id eſt,non religioſa,vt ſic prima ſyllaba priuatiue vel negatiue exponatur.argumen. ff.de re mil.l.miles.§. irreuerẽs. de iurepatro.l.1.

k ¶ *Vana.*] id eſt,extrinſecus oſtentatiua, vel in veritate non ſubſiſtens.arg.extra de conſue.c.quanto.

l ¶ *Superſtitioſa.*] exponi poteſt,id eſt ,in obſeruantiis extrinſecis inutilis & ſuperuacua.

Religio vnde dicitur.

m ¶ *Religio.*] quaſi religatio ſeu vinculatio.

n ¶ *Suis.*] conceptibus, quod eſt infra.

o ¶ *Mauult.*] id eſt,plus vult vel præelegit:& ſume verbum, inhærere, quod eſt infra.

p ¶ *Temere.*] bene dicit,temere:quia nullus ſuæ prudentię vel cõceptui inniti debet,iuxta verbum ſapientis:extra de conſti.c.ne innitaris.nec in agendis ſuo ſenſu vel leuitate duci.11.q.3.ſummopere.extra de conſtit.c.1.

q ¶ *Conſcientiæ.*] in hoc non bene nec recte informatæ.arg.extra de temp.ord.ad aures.de ſimo.c.per tuas.

r ¶ *Velamento.*] expone,id eſt velamine vel palliatione ſeu ſimulatione:alibi ſumitur aliter iſtud verbum.C.de poſtu.l.velamento.

ſ ¶ *Obedientiæ.*] ſic not.regularem teneri ad præſtandum obediẽtiam prælato ſuo.extra de temp.ord.c.ad aures. vbi de hoc.

Quorũdam exigit cæcę ſcrupuloſitatis [e] ambiguum [f], ac ipſorum quodammodo indocta [g] ſcientia (ne dixerimus [h] quòd irreligioſa [i] horum ſit vana [k] & in hoc ſuperſtitioſa [l] religio [m]) vt dũ ſuis [n] mauult [o] temere [p] ſub cõſcientiæ [q] velamento [r] conceptibus, quàm prælatorũ ordinis ſui cũ obediẽtię [s] merito [t] prouide [v] inhærere ſententiis : nos poſt prædeceſſorũ noſtrorũ, & præſertim felicis recordationis Nicolai [x] iiij. ac piæ memorię Clemẽtis [y] v. Romanorũ Pontificũ ſuper intellectu & obſeruantia regulæ [z] ordinis fratrum Minorũ, declarationes [a] ſalubriter [b] editas, ſolidas [c] quidẽ & claras, & lucidas [d], multaq; maturitate [e] digeſtas, noſtras Domino fauẽte indubias [f] ipſorũ prędeceſſorũ declarationibꝰ declarationes adiũgamus [g]: ſicq; dies [h] † diei eructet verbũ, & nox nocti ſcientiã manifeſtet, ne perperã paucorũ [i] dicti ordinis fratrum (quod abſit) inſcitia, recta ipſarũ declarationũ verba [k] cõuer-

† *Pſal.* 18.

t ¶ *Merito.*] quod non eſt modicũ, immo magnum, quia Deo gratũ, cum melior ſit obedientia quàm victima.extra de maior. & obe. illud. & arg. ad hoc. ff. de re mili.l.2.§. in bello.cum ibi not.

u ¶ *Prouide.*] reputat ergo prudẽtia vel prouiſio, ſuæ conſcientiæ proprio conceptu dimiſſo, ſuperioris ordinationem ordinabiliter ſequi:vt hic,& arg.24.q. vlt.c.quid autẽ mitius. 36.diſt.relatum.

x ¶ *Nicolai iiij.*] qui condidit decret. Exiit qui ſeminat.de verb. ſignifi.lib.6.

y ¶ *Clementis v.*] qui condidit decret. Exiui de paradiſo. in eod. tit. in compilatione ſuarum conſtitutionum.

Regula vnde dicitur.

z ¶ *Regulæ.*] dictæ quaſi regulatis quem in modo viuendi tam ſpiritualiter quàm temporaliter, vel ad rectum quẽ ducentis.3.diſt.c.canon. verb.regula.

a ¶ *Declarationes.*] ex hoc collige Papam declarationem ſuper regula religionis poſſe facere:cum enim omnis regula rite dictata ab ipſo ſaltem per approbationem proceſſerit.extra de relig.do.c.ne nimio.& eod.tit.cap.religionum.lib.6.& arg.11.diſt.c.quis neſciat.ad illum poteſt & debet ſpectare declaratio vel interpretatio,ad quem pertinuit editio. C. de leg.l.vlt.& de vete.iur.enucle.l.1.§.ne autem. in fin.extra de ſent.excommun.inter alia.11.q.1. §. ex his.nec mirum, cum etiam ſuper articulis fidei poſsit declarationem facere.24. q.1. quotiens. & c.hæc eſt fides. & patet in decre. cum inter nonnullos. vbi de hoc dixi.

Papa põt ſup fidei articulis declarationẽ facere.

b ¶ *Salubriter.*] id eſt ad ſalutem animarum.

c ¶ *Solidas.*] id eſt firmas,quæ inconcuſſæ ſeruandæ ſunt donec per illum qui poteſt in totum vel in partem fuerint reuocatæ. arg. 40.diſt.c.conſequens.& cap.noſtro.25.q.2.c.1.& 2.in corpore auth. de admi.offi.§.vlt.coll.3.cum ſimilibus.

Conſtitutio prĩcipis qualiter ſcribenda eſt.

d ¶ *Lucidas.*] quia conſtitutio principis debet eſſe clara, non obſcura.4.diſt.c.erit autem lex.& non per ſignorum captiones, nec per compendioſa enigmata,ſed per litterarum conſequentiam eſt ſcribenda & exemplificanda.arg.C.de vete.iur.enu.l.1. §.quod autem.in contra facientem pœna falſi locum habet,vt eod.tit. l. 2. §. eandem autem pœnam. aliàs eſt verſus ſub §.hoc autem.

e ¶ *Maturitate.*] cum qua & non cum leuitate vel pręcipitatione facienda eſt conſtitutio principis.C.de legi.l.humanũ.& in procemio.lib.6.ſicut & ſententia proferenda.arg.C. de ſent.ex breuiculo recitan.l.2.11.q.3.c.ſummopere.extra de re iud.paſtoralis. §. verum.Clem.5.

f ¶ *Indubias.*] id eſt indubitatas.

g ¶ *Adiungamus.*] aliàs adiungentes , hoc non incongruum nec inſolitum exiſtit:cum & omiſſum per anteceſſorem,per ſucceſſorem ſuppleri & induci frequentiſsime ſit repertum.arg.ff. de teſti. l.quæſitum.extra de reſcrip.c.litteris.

h ¶ *Dies diei.*] verba ſunt pſalmographi prophetæ Dauid.

i ¶ *Paucorum.*] ſed quomodo dicit paucos,cum multi eſſent fratres,id quod ſequitur facientes ? Reſpondeo q̃ pauci dicuntur reſpectu multo maioris numeri aliorum.45.diſtin. cap.diſciplina.vbi 23.millia hominum pauci dicuntur reſpectiue.ff.de verb.ſigni.l.maiore.extra de cle.excom.mi.c.latores.& ibi not.

K ¶ *Verba.*] ſuper quibus,ex quo recta ſunt & clara , nulla debet fieri in obſcurum ædificatio.ff.de legat.3. l.ille.§.cum in verbis. &

arg. ff. de verb. obli. l. continuus. §. cum ita.

a ¶ *Conuertens in deuium.*] id eſt peruerſum intellectum: forte amplectentes declarationem verborum ipſorum mente circunuẽta, contra iura. ff. de leg. l. contra legem. extra de regu. iur. in c. certum eſt. lib. 6. cum potius eſſet contrarium faciendum: ſcilicet verba offendere vt mens ſeruetur. C. de lib. præt. l. 3. ff. qui petant tu. l. ſcire. §. ad aliud. ꝺ iure pa. l. adigere. §. quamuis. not. extra de verb. ſig. c. intelligentia. & dicta l. contra legem.

tens [a] in deuium illaque [b] ſuis [c] eis [d] profecto contraria [e] accõmodãs [f] ſenſibus ingrata [g] Deo, ſuperioribus [h] contumax, præfato [i] ordini detrahens, odioſa [k] confratribus, vnionẽ [l] ſcindẽs, ſi [m] valeat reddatur, ac graue in populos ſcandalum [n] allatura, quin potius (vt noſtra vehementer flagitat [o] intentio) antedictis profugatis [p] incommodis [q], hæc ſancta Minorum fratrum religio, ad quam iamdudum (cum minor [r] nos gradus haberet [s]) dilectionis & deuotionis feruor incanduit [t]: nunc vero poſt ſuſceptum à nobis Apoſtolicæ ſeruitutis [v] iugum [x], ad illius [y] religionis gubernationem, protectionẽ, defenſionemque interius [z] exteriuſque [a] propitiam paſtoralis [b] curæ ſollicitudo nos angit [c], paternæ [d] cogit prouidentiæ debitum [e], ac internę charitatis zelus accendit, quieta [f] pace gaudeat, ſancto proficiat otio [g], in numero [h] ac merito [i] quàm & plurimum augeatur, blandeq; [k] in redeuntiũ [l] filiorũ ſuæ ſcilicet profeſſionis ruat oſcula [m], mactet [n] vitulum, eorumque [o] liberis [p] & ſedula corruat in amplexus, profecto cũ ipſius religionis odor [q] trahat, charitas attrahat [r], ſcientia lucidet [s], oratio mereatur, quæ [t] in conualle lacrymarum huius ſcilicet mũdi miſeria [v], vel cordis cõtritione & humiliatiõe [x]

b ¶ *Illaque.*] declarationum verba.

c ¶ *Suis.*] ſume verba, accommodans ſenſibus, quæ ſequuntur.

d ¶ *Eis.*] expone, ſcilicet ſenſibus: vel eis, ſcilicet verba declarationum conuertentibus in deuium.

e ¶ *Contraria.*] maxime attenta verborum mente.

f ¶ *Accommodans.*] id eſt applicans vel inducens.

g ¶ *Ingrata Deo.*] ſume verbũ, reddatur, qꝺ eſt j. & enumerat ſex commoda, quæ ex tali ſcientia proueniunt: & hoc eſt primum. & per hoc quod dicit, ingrata Deo, eſt penitus excludenda. argu. in corpore authent. vt non luxu. contra naturam. in princ. coll. 6.

h ¶ *Superioribus contumax.*] Secundum incommodum, ꝙ ex hoc etiam eſt tollenda. arg. 6. q. 3. cap. ſi autem nobis. & cap. ſeq. extra de maio. & obe. cap. 2. arg. ff. de re mili. l. 3. §. bello. & l. miles. §. irreuerens.

i ¶ *Præfato ordini detrahens.*] Tertium incõmodum, & per hoc ſuam turpitudinem oſtendens, cum turpis ſit pars ſuo vniuerſo nõ congruens. 8. diſtin. cap. quæ contra. & aliter viuere volens quàm ſe habeant mores eorum inter quos viuit, ſuſpicioſus aut intemperans eſt. 41. diſt. cap. quiſquis. 12. diſt. illa. & arg. extra de ſta. reg. recolentes.

k ¶ *Odioſa confratribus.*] Quartum incommodum, & nõ odioſa, ſed potius debuiſſet per mutuam conuerſationem affectuoſior & charior reddi. arg. C. de caſtren. pec. l. cum allegas. lib. 12. ff. eod. tit. l. ſi forte. 63. diſt. cap. vota ciuium. & §. principibus. extra de elect. innotuit. §. multa.

l ¶ *Vnionem ſcindens.*] Quintum, ex quo ſolo deteſtabilis eſt habenda, cum ſolum in congregatos in vnum ſpiritus ſanctus veniat. 24. q. 1. §. ſi autem. & cõgregatis in vnum aliquibus, Deus in medio eorum eſſe dicitur, Matth. 18. 1. q. 1. cum ſcriptura. 18. q. 1. c. alienus. talem vnionem ſcindens, diaboli opera ſubminiſtrat tollens inter homines mutuam charitatem, ſine qua (etiam concurrentibus omnibus aliis bonis operibus) non eſt ſalus, teſte Apoſtolo. de pœnit. diſt. 2. c. euidenter. & diſt. 3. cap. ſi quis autem. & propheta clamante: Bonum & iucundum eſt habitare fratres in vnum.

Salus nõ eſt ſine charitate.

m ¶ *Si valeat.*] id eſt creſcat ſeu valere vel creſcere permittatur: nõ enim debet intelligi, nec exponi hoc verbũ, valeat, id eſt de ſe teneat, cũ certũ ſit eam non tenere: vt pote multa mala inducentẽ.

n ¶ *Scandalum.*] Sextum incommodum, & ob hoc intolerabilis eſt dicenda: illa enim quæ ſine peccato mortali omitti poſſunt, vel committi, ſunt ob vitandũ ſcandalum 1 omittenda, & etiam committenda. 1. ad Corinth. 8. extra de no. ope. nun. c. cum ex iniuncto. 12. diſt. c. illa. quia nihil cum ſcandalo, & c. de præſcrip. nihil 10. q. 3. cauendum. 11. q. 3. nolite.

1 Scãdalum eſt vitãdum. & vide omnino B. Thomam. 2. 2. q. 43. art. 7. & 8.

o ¶ *Flagitat.*] id eſt deſiderat vel affectat.

p ¶ *Profugatis.*] id eſt procul fugatis, ſiue pulſis.

q ¶ *Incommodis.*] quæ ſunt ſex, vt prædixi.

r ¶ *Minor.*] ſcilicet quàm ſit Papalis, in quo hodie ſumus.

ſ ¶ *Haberet.*] improprie videtur loqui textus: non enim gradus vel ſtatus (cum ſit quid inanimatum) dicitur habere perſonam: ſed perſona dicitur habere ſtatum vel gradum, vel eſſe in illo. arg. 40. diſt. c. multi. & ff. de. decu. l. eos.

t ¶ *Incanduit.*] id eſt incitauit vel inflammauit.

u ¶ *Seruitutis.*] à ſeruiendo dictæ, & per iſtam ſimilitudinem appellat Imperator ſe ſeruum. C. de offi. præfec. præto. l. quas gratias. circa fi. 1. columnæ. & notarius ſeruus publicus dicitur. ff. de adop. l. non aliter. inſti. eo. tit. §. cum autem. & C. eo. tit. l. 2.

x ¶ *Iugum.*] ſimile 11. diſt. c. in memoriam.

y ¶ *Illius religionis.*] ſcilicet fratrum Minorum.

z ¶ *Interius.*] quo ad animam & ſpiritualia.

a ¶ *Exteriuſque.*] quo ad corpus & temporalia.

b ¶ *Paſtoralis curæ.*] ſimile extra de re iud. paſtoralis. Cle. 5. cum ſimilibus multis.

c ¶ *Angit.*] aliàs adigit, id eſt, aſtringit.

d ¶ *Paternæ.*] per ſimilitudinem loquitur: ſicut enim pij & boni patris eſt conſilium ſalutare pro liberis capere. ff. de adult. l. nec in ea. §. 1. ita debet eſſe præſidentis pro ſubditis deuotis, in corpore authẽ. de man. princ. §. quòd ſi delinquentes. in fine coll. 3.

e ¶ *Debitum.*] hoc dicit quia ſicut ad patrem carnalem ſpectat correctio filij in omni licita diſciplina. 38. diſt. cap. legant. extra de ſimo. licet Hely. C. de emend. propinquo. l. 1. ſic & patris ſpiritualis eſt ſubditum ob errorem corripere & increpare. 45. diſtin. c. 1. 23. q. 4. forte. ne ſanguis ſubditorum, &c. extra de offic. ord. cap. irrefragabili.

Pater filium corrigere debet.

f ¶ *Quieta pace.*] ad quam procurandam inter ſubditos quicunq; præſidens anhelare debet. in corpore authent. vt differentes iudices. in princip. coll. 9. de offic. præſid. l. congruit. 5. q. 2. c. ſi primates. 23. q. 5. non fruſtra.

g ¶ *Otio.*] ſtatus ergo religionis dicitur eſſe in otio, ſcilicet quo ad meditationem ſollicitudinis temporalis: vt hic, & extra de regula. licet. §. ſi vero.

h ¶ *In numero.*] ſcilicet perſonarum.

i ¶ *Merito.*] ſcilicet vitæ & virtutũ. C. de ſta. & ima. l. & virtutum.

k ¶ *Blandeque.*] quaſi dicat non ſubdole ſed cum animi ſynceritate, ſicut fecit Iudas oſculo filium hominis tradens.

Oſculum variis ex cauſis pręſtatur.

l ¶ *Redeuntium.*] ſcilicet ad vnitatem & obedientiam ſuæ religionis, de quibus redeuntibus gaudere debent præſidentes ad inſtar Chriſti plus gaudentis ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, quàm ſupra xcix. iuſtis, qui nõ indigent pœnitentia, vt ſcribitur in Euãgelio, & legitur 23. q. 4. §. ex his. & arg. C. de hære. l. Manichęos. ff. de remi. l. non omnes. §. vlt.

m ¶ *Oſcula.*] oſculum quandoque præſtatur ad decipiendum, vt fuit in Iuda proditore oſculo Chriſtum tradente: & tale oſculum omnino eſt prohibitum: immo iuſtiora reputantur vulnera amici, quàm voluntaria oſcula inimici, Prouer. 27. cap. 5. q. 5. non omnis. &c. non oſculatur. quum corpore cum oſculato eſſe videatur, mẽte tamen & animo contrarius eſt: quare multo nequior fore cenſetur, quàm foret euidens inimicus. 93. diſt. cap. ſi inimicus. & C. de don. l. data. cum ibi not. quandoque autem præſtatur ad reuerendum & obediendum: & iſtud aliquando eſt permiſſum: vt eſt videre in oſculo quod præſtatur ſummo Pontifici in pede 2. C. de domeſ. & protect. l. 1. lib. 12. cum ibi not. quandoque vero præbetur ad deſignandum conſenſum in malum, puta adulterium vel fornicationem: & hoc iure damnatur. ff. de adul. l. quod ait lex. quandoque ad ipſum deſignandum in bonum, puta coniugalem effectum, vel pacis inductiuum, vel iniuriæ remiſſiuum: & tũc eſt permiſſum. C. de do. inter vi. & vxo. l. ſi à ſponſa. extra de ſpon. duo. c. 1. 63. diſt. cum Hadrianus. inſt. de iniu. §. vlt. quandoque etiam præbetur nedum ad inducendum conſenſum præſumptum: ſed vt omnia finita eſſe pacis oſculo denotentur. de conſec. diſt. 1. cap. ſi epiſcopus. & diſt. 2. cap. pacem. iuxta verbum prophetæ, Iuſtitia & pax oſculatæ ſunt.

2 Barb. tamẽ 2. lectura proœ. Clem. ver. ſalutem. ad ſi. dicit doctorem propter excellentiam recipiendum à Pontifice ad oſculũ quod ſibi factum dicit Ang. in l. 1. C. de ſet. paſ. ſi verum dicat, inquit Bar. Deus ſcit. & de effectu oſculi vide gl. 1. quam Felin. dicit cẽtum manibus notandã c. ſup abbatia. ꝺ offic. dele. & oſculum datum à ſpõſa facit vt ſponſalitia largitas, matrimonio non ſecuto ſolum pro dimidia reuoceſ. Do. meus §. eſt & aliud. inſt. de do. l. ſi à ſponſo. C. de don. ante nupt. & de oſculo vide gl. 3. l. 1. ff. de extraor. crimi. c. nec aliqua. 27. q. 1. Fon.

n ¶ *Mactet vitulum.*] ſcilicet Minorum religio in ſignum gaudij & lætitiæ de illorum regreſſu ad inſtar patris, qui de reuerſu filij aberrantis gaudens vitulum ſaginatum occidi fecit.

o ¶ *Eorumque.*] ſcilicet redeuntium.

p ¶ *Liberis.*] quaſi dicat, ſpontanea & prona.

q ¶ *Odor trahat.*] id eſt, inducat & ſollicitet.

r ¶ *Charitas attrahat.*] id eſt, non ſe reuocet, & inclinet.

ſ ¶ *Lucidet.*] id eſt, manifeſtet.

t ¶ *Quæ.*] ſcilicet charitas.

u ¶ *Miſeria.*] nota mundi miſeriam conuallem lacrymarum dici: vt in antiphona beatæ virginis, Salue regina.

x ¶ *Humiliatione.*] iuxta verbum prophetæ: Cor contritum & humiliatum, & cætera.

a ¶ *Puriſſima.*]

puriſſima [a] aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit [b], vt non ſolũ in virtutẽ de virtute ꝓficiat [c], ſed in eiſdẽ virtutibus permanens [d], quaſi quibuſdã harum ad profectionem tẽdentibus [e] gradibus de die in diem facta [f] ſe melior aſcendat in altius, terrena deſpiciat [g], ac cœleſtia cõplectatur [h]: ſicque tandem diuino numine collocata in [i] patria, tanto [k] Deum ſecundum huius ſanctæ aſcenſionis gradus cognoſcat apertius [l], quãto nũc in huius [m] peregrinationis anguſtiis illos [n] conſcenderit [o] altiores: nam ſecundũ Dauid prophetam eximium, dum ſanctam Eccleſiam Deus ſuſcipiet, in [p] eius gradibus dignoſcetur [q]. Quapropter [r] tantis incommodis tantiſque eiuſdẽ ordinis excitati periculis [s], ac ad [t] illa ſalubribus & opportunis per eiuſdem ſedis prouidẽtiam circunſpectam adhibẽdis ſummouenda remediis [v], noſtræ ſollicitudinis ſtudium cõuertentes ad Dei laudem, beati Franciſci præconium, eiuſq; præfati ordinis pacem conſolationemque fidelium [x], necnon minus cautis minuſque habentibus in obediendi vel euagandi occaſionis ſubducẽdam materiã [y] ad trepidãdum vbi timor non [z] aderat, ſcrupuloſam [a] caliginem [b] detergẽdam, eoſq; ſuauiter [c] deducendos vt filios [d] ad ipſius religionis gremium velut matris [e]: Diligenti [f] ſuper his perſcrutatione & matura deliberatione [g] præhabitis, de fratrum noſtrorum conſilio infraſcriptas declarationes, commiſſiones, ordinationes, & præcepta, quę inferius inſeruntur, duximus adiungenda. ¶ In primis cum dicatur in regula: ꝙ illi qui promiſerunt obedientiam [h], habeant [i] vnam tunicã cum caputio, & aliã ſine caputio, qui habere voluerint [k]: Item ꝙ fratres omnes veſtimẽtis vilibus [l] induantur: & ſuper prædictorum [m] verborum ſenſu à præfatis prædeceſſoribus noſtris Nicolao & Clemente declarationes (vt præmittitur) limpidæ [n] emanarunt: dictuſque Clemẽs huius vilitatis iudicium [o] miniſtris, cuſtodibus, ſeu guardianis ordinis prædicti duxerit committendum [p], eorum ſuper [q] hoc conſcientias onerando [r]: nec [s] ob hoc in quibuſdam [t] ex fratribus antedicti ordinis volẽtibus plus [v] ſapere, quàm oportet ſapere,

a ¶ *Purißima.*] quaſi dicat non ficta, ab omni fictione & hypocriſi depurata. arg. 28. q. 2. ex his. de pœnit. diſt. 2. c. 1. vbi charitas.

b ¶ *Diſpoſuit.*] quaſi per gradus.

c ¶ *Proficiat.*] circa quod dicit propheta, & ambulabunt de virtute in virtutem. vnaquæque enim virtus quaſi quibuſdam gradibus augetur. de pœni. diſt. 2. dum ſanctum. & cap. charitas in quibuſdam.

d ¶ *Permanens.*] per inchoationem boni operis.

e ¶ *Tendentibus gradibus.*] cum inchoata ad perfectum protrahitur.

f ¶ *Facta ſe melior.*] cũ in eiuſdem bonæ operationis profectione & conſummatione ſolidatur. de pœnit. diſt. 2. cum ſanctam.

g ¶ *Deſpiciat.*] per ſollicitudinis temporaliũ depoſitionem.

h ¶ *Complectatur.*] ſcilicet per contemplationem.

i ¶ *In patria.*] ſcilicet cæleſti. omnipotens enĩ Deus producto fructu falcem mittit & meſſem ſuam deſecat: quia cum vnumquemque ad opera perfecta perduxerit, temporalem vitam per miſſam mortis ſententiam incidit, vt granum ſuum ad cæleſtia regna perducat. dicto cap. cũ ſanctam.

k ¶ *Tanto.*] id eſt intãtum apertius. quod eſt infra.

l ¶ *Apertius.*] in virtutum quippe noſtrarum gradibus Deus aſcendere dicitur: quia in tanto nobis ſublimior oſtenditur, quanto noſter animus à rebus infimis ſeparatur. dicto c. cum ſanctam. in fine.

m ¶ *Huius peregrinationis.*] ſcilicet vitæ temporalis.

n ¶ *Illos.*] ſcilicet gradus.

o ¶ *Conſcenderit.*] ſcilicet per contemplationem & bonorum operum perfectionem.

p ¶ *In eius.*] ſcilicet Eccleſiæ.

q ¶ *Dignoſcetur.*] ſcilicet Dominus vel ɤ eius gloria: quia eius gloria per illius incrementa declaratur. quanto enim ſanctam Eccleſiam aſcendendo proficit, tantum Deus omnibus hominibus ex eius virtute innoteſcit: vt dicto c. cum ſanctam. in prin. legitur.

ɤ Vide B. Thomam par. 1. q. 18. art. 5.

r ¶ *Quapropter.*] Secunda pars.

ſ ¶ *Periculis*] quæ colliguntur ex parte præcedenti.

t ¶ *Ad illa.*] ſcilicet incommoda & pericula ſummouenda. quod eſt infra.

u ¶ *Remediis.*] quia quæ medicamenta morbis exhibent, hæc iura negotiis. in corpore authent. hæc conſtitutio innouat. coll. 8. & nouis morbis, & c. extra de iuramen. calum. cæterum.

x ¶ *Fidelium.*] inter quos per prædicta incommoda ſcandalum generabatur, vt in parte præcedenti.

y ¶ *Materiam.*] Nota tollendum fore omnem modum & occaſionem mali. ad hoc extra, ne cleri. vel mo. cap. vt periculoſa. lib. 6. & per contrarium opportunitas ad bonum ſubminiſtranda eſt. de elect. cum ex eo. lib. 6. iuxta illud, Da ſapienti occaſionem, & ſapientior erit. 23. q. 5. c. vides. de hoc latius dixi in c. Execrabilis. in gloſ. ſi habes.

Pſal. 13.

z ¶ *Non aderat.*] vt in pſalmo. & argu. extra de ſimo. per tuas 2. not. de offic. deleg. paſtoralis. §. quia vero.

a ¶ *Scrupuloſam.*] ſimile de ſimo. per tuas 2.

b ¶ *Caliginem.*] id eſt mentis obfuſcationem. ſimile de hære. c. nolentes. clem. 5.

c ¶ *Suauiter.*] ſ. dixerat, blande, in parte præcedenti. & hoc dicit: qa leuiter caſtigatus, de facili reuerentiã exhibet caſtigãti: aſperitatis nimiæ autem, &c. 45. diſt. cũ beatus. ff. ad l. Aquil. l. non nimia.

d ¶ *Vt filios.*] dic vt dixi in parte præcedenti in verbo, paternæ.

e ¶ *Matris.*] conſuetæ filio miſereri. arg. ff. de adul. l. nec in ea. §. vlt. ff. quod falſo tuto. auth. falſus. §. Iulianus. de re mili. l. milites. §. deſertorũ. in corpore authen. vt ſine prohi. ma. §. 1. coll. 7. extra de præſump. afferre. cum ſimilibus.

f ¶ *Diligenti.*] ſimile. C. ne filius pro patre. authen. habita.

g ¶ *Matura deliberatione.*] hoc dicit, quia ſapientis eſt deliberate agere, in corpore auth. de appel. §. ſancimus. coll. 4. 11. q. 3. c. ſummopere. nam quæ conſilio recte geruntur, iure meritoque & effectu firmitate nituntur. C. de repu. l. 3.

h ¶ *Obedientiam.*] ſub audi caſtitatem, & proprij carẽtiam: hęc enim dicuntur religionis eſſe ſubſtantialia. extra de ſta. mo. cum ad monaſterium. §. vlt.

Vota tria ſũt de religiõis ſubſtantia.

i ¶ *Habeant.*] non intelligas quòd habeant abſque omni iure vtendi: cum ſimplex vſus abſque omni iure non recipiatur: nec de ſe ſit poſſibilis: vt in decre. ad conditorem. & cap. cum inter nonnullos.

k ¶ *Voluerint.*] illas ergo habere meræ voluntatis eſt. arg. ff. de iud. l. non quicquid. C. quomodo & quando iud. l. 1. in his ergo fratribus Minoribus velle liberũ relinquitur, ſicut & velle cibo & potu refici. & hoc ideo, quia ſine iſtis vita humana ſuſtentari non poteſt. ff. de ali. leg. l. legatis. de verb. ſignifi. l. verbo victus. 1. q. 3. ſi quis obiicit. ſicut & quo ad alia velle habere dicuntur. 11. q. 4. c. monachum. extra de regula. licet. & ibi ratio de hoc redditur. & 19. q. 2. cap. duæ ſunt. aliàs enĩ regulariter vel nolle habere non dicitur. de elect. ſi religioſus. de teſt. c. 2. de ſepul. c. vlt. lib. 6. 16. q. 1. non dicatis.

Religioſi an velle & nolle habeant.

l ¶ *Vilibus.*] hoc per regulam cauſa ducendæ humilitatis inſtitutum ſuit: nam & clerici ſeculares in veſtibus ac calceamentis decorem quærere non debent. 41. diſt. c. clericus. extra de vita & hone. cle. c. clerici. 20. q. 4. in ſum. & c. 1. ſicut nec in cantando leuitatem vocum. 92. diſt. c. cantantes. & c. in ſancta. ornatus enim extrinſecus frequenter quem ad voluptatem & elationem inducit: iuxta id, incompoſitio corporis incompoſitionem indicat mentis. 41. diſt. cap. vlt.

Clerici in veſtimentis decorẽ quęrere non debent.

m ¶ *Prædictorum verborum.*] in veſtimentis vilibus.

n ¶ *Limpidæ*] id eſt, claræ, non obſcuræ, ſed dilucidæ.

o ¶ *Iudicium.*] id eſt determinationem & declarationem: vel ꝓprie poteſt ſumi: quia ſuper hoc iſti qui ſequuntur per decre. Cle. 5. videntur iudices conſtituti, aliter autem alibi ſumitur hoc verbum, iudicium. ſuper quo vide quod not. inſti. quibus non eſt permi. fa. teſt. §. præterea.

Iudicium eſt ęquiuocum.

p ¶ *Committendum.*] vt in decre. Exiui. §. præterea. cũ in regula.

q ¶ *Super hoc.*] quæ veſtimenta vilia vel non reputentur.

r ¶ *Onerando.*] periculoſum eſt iſtud onus ſi contra fiat: cum ex hoc peccatum mortale incurratur. 28. q. 1. §. ex his. extra de reſt. ſpo. litteras. §. porro. ſimile habes alibi vbi habentis aliquid facere, cõſcientia oneratur. extra de hæret. c. ſtatutum. §. vlt. lib. 6. de ſepul. dudum. §. verum. de relig. do. cap. 2. §. vt autem. de iure pa. cap. 1. §. præcipimus. cle. 5. extra de iureiur. c. mulieri.

ſ ¶ *Nec ob hoc.*] ſcilicet ꝙ Papa Clemens veſtimentorum vilitatem illorum duxit iudicio omittendam.

t ¶ *In quibuſdam.*] hoc dicit quia illi reſpectu aliorum pauci erãt (vt dixi in parte præcedenti) in verbo, paucorum.

u ¶ *Plus ſapere.*] hoc eſt cõtra doctrinam Apoſtoli ad Romanos 12. c. de pœnit. diſt. 3. c. adhuc inſtant. extra de renun. c. 1. lib. 6.

a ¶ *Quæſtionum.*] ad quas decidendas fuit opus declarationibus, quæ infra ſubiiciuntur.
b ¶ *Veſtimentorum.*] id eſt qualis longitudinis, latitudinis, groſsitiei, ſubtilitatis, formæ, & figuræ deberent eſſe veſtimenta: quinimmo ad expoſitionem huius verbi vide quod not. Guli. de reſcript. tibi. lib. 6.

cap. Exiui de paradiſo. §. præterea.
a ¶ *In illa.*] ſcilicet declaratione Clementis.
b ¶ *Iudicium.*] expone vt ſ. in ſimili verbo, iudicium.
c ¶ *Inibi.*] ſcilicet in ipſa declaratione Clementis.

nouarum adinuentiones ambiguitatū ceſſauere quamplurimæ, vel non omnino non veſtuſtarum explicatio quæſtionum [a], tam videlicet ſuper longitudine & latitudine, quàm groſsitie, & ſubtilitate, forma & figura veſtimentorum [b] ipſorum: quinimo adeo huiuſmodi adinuentiones & quæſtiones propria excreuere licentia [c], vt ex eiſdem Fratribus aliqui habitus propterea [d] curtos, ſtrictos [e], inuſitatos, & ſqualidos [f] nouitate [g] plenos, ac diſsidij non ignaros, cum à communitate ordinis diſcreparent [h], aſſumerent, nec eos [i] ad miniſtrorum, cuſtodum, Guardianorū eorundem mandatum requiſiti deponerēt [k], nec alios prout eiuſdem ordinis communitas deferebat habitus, iuxta eorūdem miniſtrorum, cuſtodum, & Guardianorum arbitrium ducerent reſumendos [l], dicentes in [m] hoc eorundem prælatorum ſuorum non [n] parendū fore arbitrio: cum & ſuum [o] ſic [p] deſpectum [q] regularem [r] & cruciformem [s] aſſererent: cæterorum [t] vero ſuperfluū [u] habitum irregularemque [x] cēſerent: Nec huic eorum opinioni [y] præfati Clementis declarationem ſæpius repetitā [z] obeſſe: Nam licet miniſtris, cuſtodibus, & Guardianis præfatis veſtium vilitatis detur in illa [a] iudicium [b], tamen inibi [c] conſequenter adiungitur: ita tamen quòd vilitatem in veſtibus ſeruent [d]: præſertim [e] cum & in declaratione prædicti [f] Nicolai dicatur, quòd ſemper [g] in eiſdem fratribus [h] & eorum actibus paupertas ſancta reluceat [i], prout ipſis [k] ex eorum [l] regula inuenitur indicta: ac conſtitutionibus eiuſdem ordinis generalibus caueatur (vt [m] aſſerunt) quòd in omnibus [n], quæ ad habitum fratrum ſpectant, reluceat ſemper aſperitas, vilitas, & paupertas [o]: vnde cum nec paupertatis vel vilitatis oblatæ per miniſtros, cuſtodes, & guardianos veſtes exiſterent [p], nec ipſorum ſuperiorum ordinis ſui in deponēdo veſtes, quas [q] gererent, nec in reaſſumendo, quas [r] darent, ſequi iudicium vllatenus tenebantur [s] † generali [t] miniſtro & cæteris fratribus, qui pro communitate eiuſdem ordinis aderant [u] ſuis rationibus (quas breuitatis [x] cauſa omittimus) contrarium aſſerentibus ex [y] aduerſo, prout hæc & alia hincinde coram nobis & eiſdem fratribus [z] noſtris ſcripto [a] lecta, verboque fuere propoſita [b], ac etiam coram aliquibus ex fratribus [c] noſtris prædictis ſuper hoc deputatis [d] à nobis præſertim per aliquos ex fratribus dicti ordinis, qui in prædictis [e] communitatibus aduerſabantur eiſdem, fuerunt pluries [f] repetita. § Quocirca [g] nos ſe-

c ¶ *Licentia.*] ſcilicet fratrum.
d ¶ *Propterea.*] ſcilicet ꝙ dicebant ſe debere indui vilibus veſtimentis.
e ¶ *Strictos.*] & ſic vilitatem veſtimentorum credebant referendam etiam ad curioſitatem, ſtricturam, ſqualiditatem ipſorum.
f ¶ *Squalidos.*] exponi poteſt hoc verbum, id eſt viles vel triſtitiam indicantes. arg. ff. de iniur. l. veſtem. & l. item apud. §. hæc autem fere. vbi ſimile verbum reperies.
g ¶ *Nouitate plenos.*] in hoc iſti fratres male attendebant quod ſcribitur, in rebus nouis cō ſtituendis euidens debet eſſe vtilitas, vt diſcedatur ab eo quod diu æquum viſum eſt: & ideo reprehenſione digni fuerunt. 11. diſt. cap. quis neſciat. not. extra de conſuetudi. cum cōſuetudinis.
h ¶ *Diſcreparent.*] in hoc contra mores aliorum geſta ſunt pro morum illorum diuerſitate vitanda tamquam turpia reputata. 8. diſtin. c. quod contra mores. & adde quod dixi in parte præcedenti, in verbo, detrahens.
i ¶ *Nec eos.*] ſcilicet habitus.
k ¶ *Deponerent.*] ſuam inobedientiam oſtendentes. arg. de tempor. ordi. cap. ad aures. de offi. ordi. quanto.
l ¶ *Reſumendos.*] quod tamen facere tenebantur. arg. extra de vita & honeſta. cleri. c. Deus qui.
m ¶ *In hoc.*] ſcilicet deponendo habitus quos portabant, & in reſumendo communes habitus aliorum.
n ¶ *Non parendum fore.*] & hoc male dicebant, cum præcepto ſuperioris de ſe iuſto, vel ſaltem de quo eſt dubium [1], ſit obtemperandum. 23. q. 1. c. qui culpatur. not. de tempor. ord. cum ad aures. & de hoc ff. de reg. iur. l. factum à iudice. & extra de reg. iur. c. quid quis mandato. lib 6. & ibi etiam de hoc dixi.
o ¶ *Et ſuum.*] ſcilicet habitum.
p ¶ *Sic.*] ſcilicet curtum & ſtrictum.
q ¶ *Deſpectum.*] per hoc forte dicentes ipſum magis humilem reputandum.
r ¶ *Regularem.*] id eſt, regulæ (ſecundum eos) conuenientem.
ſ ¶ *Cruciformem.*] id eſt cruci conformem, quæ conſiſtit ex ſtipite in longum porrecto, & brachio in tranſuerſum extenſo: ſic dicebant de habitu ſuo: cuius longitudinem ſtipiti crucis, & ipſi habitus manicas extenſas, brachio in tranſuerſo ſtipitis extenſo forte comparabant.
t ¶ *Cæterorum.*] ſecundum communitatem ordinis faciendam.
u ¶ *Superfluum.*] propter longitudinem.
x ¶ *Irregularemque.*] id eſt, non ſic regulæ conuenientem ſicut ſuum.
y ¶ *Opinioni.*] ſupple ꝙ ſuum habitum deponere, & aliorum habitum ſuorum ſuperiorum arbitrio habere tenetur.
z ¶ *Repetitam.*] ſupra in parte præcedenti, & in iſto, & dicto

[1] Circa hoc dictum conſule theologos. & Vide B. Thomam 2. 2. q. 104. art. 5.

d ¶ *Seruent.*] per quod videbatur eis, ꝙ in præmiſsis ſuperiorum ſuorū ſtare iudicio minime tenebantur, quaſi aliorum habitum non reputarēt vilem, ſed irregularem & ſuperfluū, vt ſ. ſed in hoc verbo, declarationis Clementis conuertebantur in deuium, vt prima parte dicitur, quare eorum intellectus in hoc reprimitur, vt in parte ſequēti traditur.
e ¶ *Præſertim.*] id eſt maxime, ſimile de fo. comp. ſi diligenti.
f ¶ *Prædicti.*] Nicolai ſcilicet tertij aliàs quarti. in decre. Exiit. de verbo. ſignifi. lib. 6.
g ¶ *Semper.*] id eſt omni tempore.
h ¶ *Fratribus.*] ſcilicet Minoribus.
i ¶ *Reluceat.*] quam nō relucere dicebant in habitibus aliorum.
k ¶ *Ipſis.*] ſcilicet fratribus.
l ¶ *Eorum.*] ſcilicet fratrum Minorum.
m ¶ *Vt aſſerunt.*] ſi vere quod ſequitur dicebant, aliquem colorem habere videbantur, qui tamen eis non ſufficit: vt j. §. proxi. ſequitur.
n ¶ *In omnibus.*] hoc verbum ſic vniuerſale & indefinitum, eis ſic dicendi occaſionem aliqualē dare videbatur, quæ nec eis proficit, vt §. proximo.
o ¶ *Et paupertas.*] volentes per hoc forte dicere, ꝙ talis vilitas & paupertas habetur & denotatur in breuitate & ſtrictura habitus, quem portant.
p ¶ *Exiſterent.*] ſecundùm illorū intentionē.
q ¶ *Quas gererent.*] ſcilicet curtas & ſtrictas.
r ¶ *Quas darent.*] ſcilicet longas & ſuperfluas ſecundum eos.
ſ ¶ *Tenebantur.*] fundantes ſe in quibuſdam verbis regulæ, & in quibuſdam generalibus conſtitutionibus ordinis, quas allegabāt, vt ſupra.
t ¶ *Generali miniſtro.*] ſcilicet ordinis Minorum.
u ¶ *Aderant.*] id eſt præſentes erant.
x ¶ *Breuitatis cauſa.*] Not. iuxta id quod dici cōſueuit: gaudent breuitate moderni. ad hoc. ff. ad l. Aquil. ita vulneratꝰ. §. æſtimatio.
y ¶ *Ex aduerſo.*] ſcilicet illos ſequi debere ſuperiorum ſuorum iudicium in deponendo veſtes, quas portabant, & in reaſſumendo illas quas illis offerebant.
z ¶ *Eiſdem fratribus noſtris.*] ſcilicet Cardinalibus.
a ¶ *Scripto.*] id eſt in ſcriptis.
b ¶ *Propoſita.*] & ſic per aſſertionem partium cauſæ merita fuerunt pandita. C. ſi per vim vel alio modo. l. vlt. extra de in integ. reſt. c. tum ex litteris. §. proſpeximus.
c ¶ *Ex fratribus noſtris.*] ſcilicet Cardinalibus.
d ¶ *Deputatis.*] ſcilicet auditoribus.
e ¶ *In prædictis.*] ſcilicet in veſtibus dimittendis, quas portabant, & in reaſſumendis, quæ offerebantur eiſdem.
f ¶ *Pluries repetita.*] ad maiorem forte indaginem & examinationem. arg. 35. q. 9. graue. 30. q. 5. iudicantem. extra de fid. inſtr. cum Ioannes. §. verum. C. de eden. l. 2. in princip.
g ¶ *Quocirca.*] Tertia pars.

† Forte legerunt vſquam non obtemperandū ſuperiori quādo ſequeretur inconueniens (quod ipſi ſecuturū putabant) fe li. cap. ſi quādo. de reſcri. Lud. Ro. in l. ſi vero. §. de viro. in 7. fallentia. ff. ſol. mat. hinc vt euitetur inconueniens reſtringitur generalitas. l. 2. C. de nox. ac Bar. in l. omnes. 6. q. principali. ff. đ iuſt. & iur. Panor. c. ſolitæ. 1. col. de maior. & obe. Font.

Breuitas. amatur.

a ¶ *Ratio*

rioſius rationibus [a] prędictis auditis, & [b] aliis illiſq; [c] plenius [d] intellectis [e], volentes perpetuũ prefato finem dare negotio, de prædictorũ [f] fratrum noſtrorũ cõſilio declaramus & dicimus, ꝙ cũ (ſicut prætangitur [g]) dicatur in regula, ꝙ Fratres oẽs veſtimentis vilibus induantur, & cũ vilitatẽ huiuſmodi veſtiũ tã habitus, quàm interiorũ tunicarum illã præfatus Clemẽs intelligi debere decreuerit [h], quę ſecundũ conſuetudinẽ [i] vel cõditionẽ [k] patriæ debeat quantum ad colorẽ panni & pretiũ [l] vilitas merito reputari, atq; cõſequenter huius vilitatis iudiciũ Miniſtris, Cuſtodibus, ſeu Guardianis prædictis (ipſorum ſuper hoc cõſcientias onerando†) duxerit [m] committẽdum, prout in eiuſdem Clemẽtis litteris ſuper hoc confectis plenius continetur [n]: in eorundẽ Miniſtrorũ, Cuſtodũ, ſeu Guardianorum eodẽ modo iudicio eſt relictũ: Noſq; nihilominus præfatorum Miniſtrorũ, Cuſtodum, & Guardianorum iudicio præſentium auctoritate [o] committimus, determinare videlicet, arbitrari, atque præcipere cuius lõgitudinis & latitudinis, groſſitiei & ſubtilitatis [p], formæ ſiue figuræ atq; ſimilium [q] accidentiũ eſſe debent tã habitus, ipſorũq; [r] caputia [s], quàm interiores tunicæ, quibus [t] fratres omnes Minores dicti ordinis induuntur, ac inſuper cuius [v] quantæq; [x] vilitatis indui eos ipſis veſtimentis oporteat, & [y] an in veſtimẽtis huiuſmodi ſecundum regulam & declarationes eorundẽ prædeceſſorũ noſtrorũ & p̃fatas ordinis cõſtitutiões, reluceat [z] aſperitas, vilitas & paupertas: vtrũne quãtũ [a] ad colorem, vilitatem, paupertatem quoque ac cætera† accidentia ſupradicta, Fratres veſtimentis induantur vt debẽt: ſuper quibus [b] eorundẽ Miniſtrorũ, Cuſtodum, & Guardianorum conſcientas oneramus [c]: Statuentes & diſtricte præcipiẽdo mandantes [d], ꝙ in prædictis [e] & his ſimilib⁹ [f] eorũ [g] arbitriũ determinationem ſiue iudiciũ, Generalis quidẽ in [h] totius ordinis, Prouincialium vero in prouinciarum Miniſtrorũ ac Cuſtodũ, & Guardianorũ adminiſtrationib⁹, Cuſtodiis, ac Guardianiis ſiue cõſimilibus ordinis memorati cõmiſſis eiſdẽ [i], Fratres omnes [k] & ſinguli ſeq. omnimode [l], illiſque parere [m] per omnia [n] teneantur [o]. Ac inſuper quòd illorum [p] ſequendo arbitrium [q] determinationem ſiue iudicium [r], illiſque [s] parendo [t] nec [v] ſint nec dici [x] poſſint vel debeant, nec ipſi ſe ipſos autumẽt ſuæ regulæ vel conſtitutionũ [y] ſui ordinis transgreſſores, maximè [z] cum nec expreſſe vel determinate in prædicta Fratrum Minorum dicatur regula vel declarationibus antedictis, quãtæ lõgitudinis, quantę latitudinis, quantę groſſitiei vel ſubtilitatis, qualis formæ,

a ¶ *Rationibus prædictis.*] ſcilicet in proxi. §. hincinde allegatis.
b ¶ *Et aliis.*] ſcilicet de nouo propoſitis.
c ¶ *Illiſque.*] ſcilicet tam primo quàm ſequenter propoſitis.
d ¶ *Plenius.*] ideſt, plene, vel plenius quàm ante.
e ¶ *Intellectis.*] per hoc collige habentẽ iudicare prius debere iura & rationes partium cum diligẽtia rimari & intelligere, nõ ſe in ferenda ſententia præcipitare. C. de ſen. ex breui. reci. l. 2. & 11. q. 3. ſummopere. extra de dolo & contu. olim. cũ ibi not. de re iud. paſtoralis. §. verum. cle. 5. vbi de hoc dixi. Prout enim hic Papa fecit, cæteri eius exẽplo docti facere debẽt: quia docti viri cautela, &c. 81. diſt. c. legitur. & arg. extra de re iu. in cauſis. C. de legi. l. vlti.

Iudex ſententiam laturus multa rimari debet.

f ¶ *De prædictorũ.*] ſub hac clauſula dic vt not. in decret. Execrabilis.
g ¶ *Prætangitur.*] in §. quapropter.
h ¶ *Decreuerit.*] in dicta decret. Exiui. in §. præterea.
i ¶ *Conſuetudinem.*] iuxta quã quælibet patria & prouincia gaudet in ſuo ſenſu, ſecundũ Hierony. 86. diſt. veniam. extra de ſepul. certificari. & arg. ff. de admi. tu. l. ſine hærede. §. Lucius. ff. de legi. l. ſi ſeruus plurium. §. vlt. quod vi aut clam. l. prohibere. §. ſi præſes.

† Vide hic quæ ego notaui in c. ſtatutum. in §. aſſeſſorẽ. ſuper glo. relinquat de reſcrip. lib. 6. Font.

K ¶ *Conditionem.*] ideſt qualitatem. ſimile ff. de vſu. l. ſed & ſi quidẽ. §. 1.
l ¶ *Pretium.*] quod iuxta conſuetudinẽ menſurarum regionis & qualitatem eiuſdem ipſius vile & non vile reputatur, vt hic. & probatur in corpore authent. de col. in prin. coll. 9. & in 10. col. de pace tenen. §. poſt natale. de contrahen. empt. l. Imperatores. de eo quod certo loco. l. ideo. ad leg. Falci. l. pretia. §. vlti.
m ¶ *Duxerit committendum.*] quia ad omnes regiones non poterit certus pretij numerus aſsignari, vt dicto §. præterea.
n ¶ *Continetur.*] & patet dicta decreta. Exiui. §. præterea cum in regula.
o ¶ *Auctoritate committimus.*] Vidẽtur ergo iſti ſuper hoc iudices ordinarij dati à lege, vel ſaltẽ à principe, à quibus quis ſortiri dicitur ordinariã iuriſdictionem. arg. 2. q. 6. quod arbitris. ff. de iuriſd. om. iud. l. & quia. not. extra ne præla. vices ſuas. c. 2. potiſsime cum hic non conſtituatur ſuper hoc delegatus ſicut alibi. extra de offi. ord. irrefragabili. §. cæterum. de hæret. ad abolendam. §. vlt.
p ¶ *Subtilitatis.*] & tenuitatis vel leuitatis, quo ad bonitatem intrinſecam.
q ¶ *Similium accidentium.*] puta ad colorem magis vel minus nigrum vel brunum.
r ¶ *Ipſorumque.*] ſcilicet fratrum.
ſ ¶ *Caputia.*] cuius quantitatis vel formæ exiſtant.
t ¶ *Quibus.*] ſcilicet habitibus, caputiis, & tunicis.
u ¶ *Cuius.*] ideſt, qualis, quo ad pretium.
x ¶ *Quantæque.*] quo ad groſsitiem vel ſubtilitatem.
y ¶ *Et an.*] repete eorum iudicio eſt relictum.
z ¶ *Reluceat.*] in tali relucentia aſperitatis & vilitatis innitebãtur, à ſua cõmunitate diſcrepãtes. vt ſupra proxi. §. quæ contra eos hic ſuperiorum iudicio eſt commiſſa.

a ¶ *Quantum ad colorem.*] in hoc & ſequentibus illi innitebantur, ſed nec ipſis iuuantur, vt ſequitur.
b ¶ *Super quibus.*] à verſu eorundem, hucuſque expreſsis.
c ¶ *Oneramus.*] hic vt dixi s̃. proxi. §. in verbo, onerando.
d ¶ *Mandantes.*] cõtra tale mandatum præceptiuũ veniens peccat mortaliter. argu. 14. q. 1. qđ præcipitur. extra de verb. ſig. l. in his. de ma. & obe. c. ſi quis. qui fi. ſint legi. per venerabilẽ. §. rationibus. ad fin. ff. de re milit. §. in bello. not. Hoſt. de offi. ordi. c. inter cætera. §. vlt. de treuga & pa. c. 1. & Ber. de offic. ordi. ea quæ. & dixi de ætate & quali. c. 1. Clem. 5.

Peccat mortaliter qui venit contra mandatum præceptiuũ Papæ.

e ¶ *In prædictis.*] ſupra proxi. declaratis.
f ¶ *Similibus.*] arbitrarie conſideratis, cũ non ſint, ipſa ſimilia omnia in iure expreſſa, vt infra ſequitur. arg. ad hoc extra de offic. deleg. de cauſis. ff. de legi. ſi domus. §. in pecunia.

† Nota hic expreſſum ꝙ cui cõpetit cognoſcere de principali, competit etiam cognoſcere de iis quæ conſequẽter accedunt, vide glo. ſi. infra eo in extrauag. ad cõditorem Fõ.

g ¶ *Eorum*] ſcilicet miniſtrorum, & aliorũ s̃. & ĩ. nominatorum.
h ¶ *In totius ordinis.*] adminiſtrationibus, qđ eſt infra.
i ¶ *Eiſdem.*] ſcilicet Generali, Prouinciali, Miniſtris, Cuſtodibus, Guardianis.
K ¶ *Omnes.*] vt vniuerſi, vt differat à verbo ſequenti.
l ¶ *Omnimode.*] quaſi dicat excuſationibus s̃. expreſsis & aliis quibuſcũque friuolis reiectis.
m ¶ *Parere.*] id eſt obedire vel obtemperare.
n ¶ *Per omnia.*] intellige licita. in aliis enim magis Deo, quàm homini parendum eſt. 10. q. 3. qui reſiſtit. & c. Iulianus. & c. ſi dominus. & c. non ſemper.
o ¶ *Teneãtur.*] hoc verbum neceſsitatem parendi videtur imponere, vt dixi in decre. execrabilis.
p ¶ *Illorum.*] ſcilicet miniſtrorum & aliorum ſupra nominatorum.
q ¶ *Arbitrium.*] id eſt voluntatem vel ordinationem. arg. ff. de verbo. obli. l. ſi quis arbitrium. C. de contrahen. empt. l. vlt.
r ¶ *Iudicium.*] expone vt ſupra.
ſ ¶ *Illis.*] ſcilicet miniſtris & aliis.
t ¶ *Parendo.*] id eſt obediendo.
u ¶ *Nec ſint.*] ſcilicet quo ad rei veritatem.
x ¶ *Nec dici poſsint.*] quo ad vulgi opinionem.
y ¶ *Conſtitutionum tranſgreſſores.*] nec mirum, cum omnino ex præcepto conſtitutionis præſentis in præmiſsis obedire ſuis ſuperioribus ſint aſtricti eis parendo, non videntur eſſe in dolo, vel in culpa, cum habuerint parere neceſſe. ff. de reg. iur. l. non videtur. §. qui iuſſu. de aqua plu. arcen. l. quamquam. cum ſimilibus. & quia canonis huius auctoritate præceptiua talis obedientia pręſtatur, quæ à peccato obtemperantem excuſat. 23. q. 3. c. qui peccat. 33. q. vlt. noluit. C. de adul. l. Gracchus. aliàs diceretur ꝙ per hanc conſtitutionem obtemperantibus laqueus iniiceretur, contra iura 27. q. 1. c. de viduis. & eius auctoritate ipſi eſſent circumſcripti, contra l. 1. C. de his qui veni. æta. impetra.
z ¶ *Maxime.*] proprie intelligas iſtud aduerbium: nã idem eſſet, ſi in regula vel conſtitutionibus ordinis, vel declarationibus aliis eſſent expreſſa quæ ſequuntur: nam & contra illa præcepta huius conſtitutionis parendum eſt, & pareri poteſt abſque aliqua tranſ-

greſsione. extra. de vo. c. non eſt voti. cũ tales obſeruantias poſsit Papa nedũ declarare, immo & penitus tollere, etiã poſſet totũ Minorũ ordinẽ ſubmouere, cũ ab ipſius approbatione proceſsit. not. Inno. extra de ſacra. nõ ite. c. presbyter. nõ ergo mirũ ſi obtemperãtes nec ſint, nec dici poſsint, nec ſe ſentire debeant tranſgreſſores: aliàs videretur de poteſtate Papæ, nõ ſine periculo dubitare. 15. diſt. c. ſancta Romana. ver. itẽ opuſcula beati Leonis. 19. diſt. c. nulli fas. & arg. C. de legi. l. vlti.

a ¶ *Debeant eſſe.*] trãſgreſsionis igitur omnis nota ceſſat, ſi obtẽperetur in his quę regula vel conſtitutiones ordinis nullatenus interdicunt, cũ & ſi interdiceret, idẽ eſſet, vt ſ. glo. proxi.

b ¶ *Non impari.*] quaſi dicat, immo pari, vt ſic de ſimilibus ad ſimilia ex æquitatis ſimilitudine in agibilibus procedatur. C. de conſti. pec. l. vlt. extra de confir. vti. cũ dilecta. cum ſimilib.

c ¶ *In prædictis.*] ſcilicet in longitudine, groſſitie, ſubtilitate, forma veſtium vel figura.

d ¶ *Compellimur.*] hoc intellige inquantum digna vox cenſetur principis ſe alligatũ legibus profiteri. C. de legi. l. digna. ob cauſatiuã neceſsitatẽ executionis officij paſtoralis. argu. in proœ. C. in prin. iuncta l. vlt. ff. de ſepara. bon. aliàs præciſe compulſio nulla ſibi fieri põt, cũ ſit lege humana ſolutus. ff. de leg. l. princeps. nec ſua ſedes à quoquam iudicari poteſt. 21. diſt. c. nec autem.

qualisve figuræ huiuſmodi debeat [a] eſſe veſtes, ſicut nec qualis quantæque vilitatis eas eſſe oporteat, exprimitur in eadem: ſicq; quodãmodo eadẽ vrgente neceſſitate, æquitate nõ [b] impari, vero ſenſu, vero id regulæ ſuadentibus intellectu, eiuſdẽ Clemẽtis inhærentes veſtigiis præfatorũ Miniſtrorum, Cuſtodũ, & Guardianorũ in [c] prędictis horumq; ſimilibus fore iudiciũ declarare compellimur [d], illaque [e] eis [f] (vt prædicitur) cõmittere inuitamur [g]: Nõ enim particularium omnium certa poteſt dari ſcientia [h], neque eorũ (cum infinita [i] ſint) cõtingit [k] fieri diſciplinam [l], non ars, non regula circumſtantias ſingulas accidentiaque cuncta complectitur [m]: habent in [n] illis minores maioribus [o] obſequi [p], illiſque intendere [q], non in certis [r] ſolũ, verum etiam in dubiis [s]: & in certis pſunt [t] artibus, quibus [v] obediant, præſunt regulis ſingulis, quibus obtẽperent diſciplinis, vt illarum [x] finis [y] egregius debitis [z] obſequentium [a] miniſteriis ſubſequatur: ſic iudicans, cũcta [b] rimatur & diſcutit, leges caſibus [c] applicat, canonũ decreta ſecernit [d]: ſic morbis aggrauatus medicũ [e], ſic virtus cõſtans in medio ſapientẽ prudentẽq; [f] depoſcit: ne ſi quiſque regatur vt [g] appetit, confeſtim corruat [h], vt [i] nõ quærit, neq; taliter [k] cõuiuẽtibus nõ [l] ordo, ſed horror inhabitet: adſit [m] (quod abſit [n]) diſcordia [o]: religans religio relegetur: ſententiæ namque variantur vt [p] capita, & creſcit in [q] ſtolidis opinionibus phantaſia [r]. ¶ Eodem [s] modo eiſdemque quodãmodo rationibus inuitati [t],

e ¶ *Illaque.*] ſcilicet quãtæ longitudinis, & c. vt ſupra legitur.

f ¶ *Eis.*] ſcilicet miniſtris, & aliis ſupra nominatis. & dic eis, ideſt, eorum arbitrio vel iudicio.

g ¶ *Inuitamur.*] ideſt inducimur.

h ¶ *Scientia.*] iuxta hoc ſcribit lex: nõ poſſunt omnes articuli aut legibus, aut ſingillatim conſtitutionibus comprehendi. ff. de leg. l. non poſſunt. ex cuius mente ſumptum videtur quod hic dicitur: natura enim introductum eſt, vt ſint plura negotia quàm vocabula. ff. de præſcri. ver. l. natura.

Negotia plura ſũt quàm vocabula.

i ¶ *Infinita ſint.*] ſcilicet particularia: natura enim quotidie nouas deproperat edere formas. 10. colla. quæ fuit prima cauſa beneficij amittendi. §. prædictis. C. de vete. iur. enuc. §. ſed quia diuinæ. in procœmio lib. 6. Et potes colligere quòd de his, quæ de ſe infinita ſunt, certa lex non poteſt conſtitui: cum enim lex de ſe habeat eſſe certa. ff. de iur. & fac. igno. l. in omni. 4. diſtin. erit autem. habeantque principium & finem, vt in procœmio Digeſtorum. §. ſed quia ſolitum. in fi. merito de hoc quod infinitum eſt, & ſic incertũ non conſtituitur, nec infinitatem amplectitur, C. de ſacroſan. eccl. l. vlt. extra de reſcript. c. cum in multis, lib. 6. Quod intellige iuxta talem breuem diſtinctionem: quia aut agitur de actibus concernẽtibus ſalutem animæ, puta laudare Deum, & ſimilia: & tunc infinitas probatur. 22. diſt. c. ſacroſancta. 36. diſt. c. ſi quid vult. C. de ſum. tri. inter claras. in fi. de offi. præfe. præt. l. quas gratias. aut de aliis: & tunc aut de inducentibus exceptionem: quo caſu infinitas approbatur. ff. de except. do. l. pure. §. fin. C. de except. l. ſi pactum. Inſt. eod. tit. §. appellatur. aut de inducentibus obligationem: quo caſu aut verba obligationis ſunt de ſui natura limitata infinitatem ſapientia: & tunc infinitas approbatur. de vſufru. leg. l. cum quidam. & l. cum ad hoc. de fideiuſ. l. ſi ſtipulatus. aut non ſunt de ſe infinitatem ſapientia: ſiquidem certatur de obligatione nouiter inducenda, tunc infinitas reprobatur. ff. de dam. infec. l. qui bona. §. vlt. & idem ſi tractetur de obligatione prius inducta poſt amplianda, etiam ſi verba obligationis ſint de ſe flexibilia ad finitatem vel infinitatem. ff. de leg. 3. l. fideicommiſſa. §. ſi quis.

Lex de infinitis conſtitui non poteſt.

Infinitas an reprobetur.

k ¶ *Contingit.*] ſcilicet ſcientiam.

l ¶ *Diſciplinam.*] ideſt doctrinam.

m ¶ *Complectitur.*] de arte probatur. ff. de leg. l. non poſſunt. de regula. idem. ff. de reg. iur. l. omnis definitio.

n ¶ *In illis.*] ſcilicet circunſtantiis & accidentibus.

o ¶ *Maioribus.*] C. de offi. præfe. præt. vrb. l. ſtudẽtibus. de offi. rec. prouin. l. potioris. 95. diſt. c. ecce. & c. eſto ſubiectus. extra de maio. & obe. ſolitæ. de cenſ. omnis anima. vniuerſitas enim alia ratione ſubſiſtere non poſſet, niſi magnus ordo diſtinctionis graduũ eam ſeruaret. 89 diſtin. cap. ad hoc.

p ¶ *Obſequi.*] id eſt ſeruire in ſuo gradu. 93. diſt. à ſubdiacono.

q ¶ *Intendere.*] id eſt obtemperare, vel obedire.

r ¶ *In certis.*] de quibus non eſt dubiũ quin in eis ſi certa ſunt & ſint iuſta inferiores ſuperioribus parere debeant. extra de ma. & obe. c. 1. & 2. & c. illud. 11. q. 3. c. abſit. de reg. iur. non poſſunt dolo.

ſ ¶ *Dubiis.*] ſcilicet an ſint iuſta vel nõ ob bonum obedientiæ. 23. q. 1. quid culpatur. extra de tempo. ord. c. ad aures. vbi de hoc. & plenius per Hoſt. ff. d. iud. ſi quis ex aliena. ſi quis ius dicen. nõ obtemp. l. 1. extra de appel. ſi duobus. d hoc ſcripſi extra de reg. iur. c. quod quis mandato. lib. 6.

t ¶ *Præſunt.*] exponi poteſt, ſcilicet maiores: obediant, ſcilicet minores. Vel poteſt exponi, pſunt, ſcilicet minores artibus vel diſciplinis.

u ¶ *Quibus.*] ſcilicet cũ quibus obediant, vel obtemperent.

x ¶ *Illarum.*] ſcilicet artium & diſciplinarum.

y ¶ *Finis egregius.*] ſcilicet aſſecutio ſalutis. æternæ, cum obedientia maior quàm victima cenſeatur. extra de maiori. & obedien. illud.

z ¶ *Debitis.*] ideo dicit forte debitis, quia ad indebita quis obſequi non tenetur, vt dixi ſ. in verbo, per omnia, vel dicit, debitis, vt denotet obſequia fore per minores ſuperioribus debita, vt ſupra.

a ¶ *Obſequentium*] id eſt obedientium.

b ¶ *Cuncta rimatur.*] 32. diſt. iudicantem. extra de fide inſtru. cum Ioannes. §. verum. C. de eden. l. is qui apud quem.

c ¶ *Caſibus.*] ſcilicet occurrentibus quotidianis. ff. de libe. leg. l. legaui. de vſuca. l. ſi iuſto.

d ¶ *Secernit.*] id eſt ſeorſum cernit, parat & inducit ad caſuum emergentium deciſionem.

e ¶ *Medicum.*] depoſcit, quod eſt infra. ad hoc in corpore authẽ. hæc conſtitutio innouat. in prin. coll. 8. ff. de var. & extraor. l. medicus, extra de pœnit. & remiſ. omnis. §. ſacerdos. cum ſimilibus.

f ¶ *Prudentemque.*] cum diſcretione dicta aliarum virtutum matre. 1. q. 5. præſentium. extra de offic. cuſtod. cap. 1. de re iudi. paſtoralis. §. verum. Clem. 5.

g ¶ *Vt appetit.*] ſcilicet ſenſu proprio indiſcrete ducto. 36. diſt. c. ſi quis vult. 38. diſt. relatum. & arg. ff. de do. l. Aquilius. in procœmio Digeſtorum. §. hoc autem.

h ¶ *Corruat.*] ſcilicet in totũ vel in promptũ periculũ incidat. C. de bo. quæ lib. l. vlt. §. filij autẽ. iuxta illud: Vel ſoli, & c. extra de ſta. mo. monachi. 81. diſt. c. in omnibus. extra d' æta. & qual. cum ſit ars.

i ¶ *Vt non quærit.*] nullus enim caſum ſui appetere præſumitur, ſed aſcenſum. extra de cler. non reſid. c. 1 93. diſtin. legimus. C. de numera. & actu. & chartula. l. nulli. lib. 12. quemadmodum ciui. mune. indi. l. maio ribus. lib. 10.

k ¶ *Taliter.*] ſcilicet vt apetũt à ſua cõmunitate diſcrepantibus.

l ¶ *Non ordo.*] ad hoc in corpore authent. de hæred. & fal. §. inordinatum. colla. 1.

m ¶ *Adſit.*] id eſt præſens ſit.

n ¶ *Quod abſit.*] ſcilicet iuxta votum noſtri ordinis.

o ¶ *Diſcordia.*] quæ de ſe pacis eſt æmula, mater litium, materia iurgiorum, vt in procœmio Decretalium. & hic adde quod dixi ſupra parte prima, in verbo, vnionem ſcindens.

Diſcordia eſt mater litium.

p ¶ *Vt capita.*] iuxta illud: Quot capita tot ſententiæ. de conſecr. diſt. 3. c. ſicut in ſacramentis. extra de conceſ. præb. quia diuerſitatem. ff. de lib. vniuerſi. l. 1. de arbi. item ſi vnus. §. principaliter.

q ¶ *In ſtolidis.*] ideſt fatuis, vel capitaneis pbabilitate nõ ſuffultis.

r ¶ *Phantaſia.*] exponi poteſt hoc verbum, id eſt, non vera, ſed falſa ſententia; non à veris doctoribus, ſed à ſenſu capitaneo inducta. 24. q. vlti. cap. hæreſis. & cap. quid autem. 11. q. 3. c. ſummopere. extra de conſtit. c. ne innitaris.

s ¶ *Eodem modo.*] Quarta pars.

t ¶ *Inuitati.*] id eſt inducti, vt expoſui ſupra proxi. §.

a ¶ *Et ducrum.*]

cum præfatorũ Miniſtrorũ, vel Cuſtodũ ſub certa forma:ſimul ſcilicet & ſeparatim in ſuis adminiſtrationibus & cuſtodiis, cũ Guardiani & [a] duorũ de cõuẽtu [b] loci [c] diſcretorũ [d] ſacerdotũ [e] & antiquorum [f] in ordine Fratrum cõſilio [g] & aſſenſu præfatus Clemẽs iudicio duxerit [h] relinquẽdum, an ſit multũ credibile ex iam expertis [i], ꝙ Fratres ipſi abſque granariis & cellariis [k] non poſſint vitæ neceſſaria inuenire [l]: quo [m] caſu granaria & cellaria congregationes & conſeruationes huiuſmodi eis ipſe cõceſſit, prout in prædictis eiuſdẽ Clementis litteris plenius continetur [n]: Nos de prædictorũ fratrum noſtrorũ conſilio, corundẽ Miniſtrorum & Cuſtodum ſub [o] eadem forma iudicio præſentiũ auctoritate cõmittimus, determinare videlicet, arbitrari, atq; præcipere eo [p] caſu qualiter [q], vbi [r], & quãdo [s], & quotiens granum [t], panẽ, & vinum [v] pro vitæ Fratrum neceſſariis, Fratres ipſi quærere debeãt, conſeruare ſiue reponere [x], etiã ſi reponenda ſint in prædictis granariis & cellariis conſeruãda: Statuẽtes & diſtricte præcipiẽdo [y] mandantes, ꝙ in prędictis [z] & [a] his ſimilibus eorundem arbitrium, determinationẽ ſiue iudiciũ Generalis quidẽ in totiꝰ, Prouincialium vero in prouinciarum, Miniſtrorum, ac Cuſtodum ſimul & ſeparatim adminiſtrationibus & cuſtodiis ordinis memorati commiſsis eiſdẽ, cum [b] Guardiani tamen (vt ſupra prædicitur) & duorum de conuentu loci diſcretorum ſacerdotum & antiquorum in ordine Fratrũ cõſilio & aſſenſu†, Fratres [c] omnes & ſinguli obſequi [d] omnimode [e], illiſq; parere ꝑ omnia teneantur: Ac inſuper ꝙ illorum [f] ſequẽdo arbitrium, determinationẽ ſiue iudicium, illiſque parẽdo, nec dici poſſint vel debeant neque ipſi ſeipſos autument ſuæ regulæ vel cõſtitutionum ſui ordinis tranſgreſſores [g], Ideoq; [h] omnes & ſingulos Fratres antedicti ordinis Minorũ, qui ſtrictos curtos & difformes habitus ab ipſius Generalis Miniſtri & aliorũ de dicta cõmunitate habitus coram nobis, & fratribus noſtris, & aliis in Romana curia detulerũt vel deferunt, monemus & hortamur in Domino, eis nihilominus in virtute ſanctæ obedientiæ [i], & ſub [k] excommunicationis pœna per Apoſtolica ſcripta mãdantes, quatenus ad mãdatum ipſius [l] Generalis deponant quos deferunt habitus, & aliis iuxta eiuſdẽ generalis arbitriũ, determinationẽ ſiue iudicium (vt ſupra prædicitur) induantur: Ipſiq; Generali in omnibus iſtis & aliis, & per omnia ſecundum beati Franciſci regulam & ꝑdictas prædeceſſorum noſtrorũ declarationes, cõceſſiones & cõmiſſiones, in ipſis declarationibꝰ cõprehenſas, & noſtras contentas in præſentibꝰ, [m] humiliter obediãt, pareãt, & intẽdant: nõ obſtantibꝰ quibuſcunq; priuilegiis, indulgentiis, litteris, libertatibus, immunitatibus vel exẽptionibus, eis vel alicui ipſorũ à præfato Clemente conceſſis, vel [l] appellationibus [n] ab eis vel ipſorum aliquo ad ſedem Apoſtolicam interiectis, quæ [o] (in quantũ poſ-

a ¶ *Et duorum.*] non ergo vnius ſolius, & ita trium ad minus debet expectari conſilium & aſſenſus in his quę ſequuntur, ſcilicet, Guardiani & duorum de conuentu ſacerdotum.

b ¶ *De conuentu.*] non ergo aliunde, cũ illi melius præſumantur ſcire loci neceſsitatẽ quàm foranei. arg. 93. diſt. illud. extra de elec. poſtquã. ff. de quæſt. l. de minore. §. tormenta.

c ¶ *Loci.*] de cuius fratrũ ſuſtẽtatione agitur.

d ¶ *Diſcretorum.*] arbitraria hęc conſideratio.

e ¶ *Sacerdotũ.*] nõ videtur ergo ſufficere ab inferioris ordinis fratribus petere conſilium & aſſenſum, de quibus ſequitur. arg. extra de electio. nemo. lib. 6. aliàs videretur fruſtra appoſitum iſtud verbũ, contra 19. diſt. c. ſi Romanorum. de priuil. ſi Papa. lib. 6. ff. de vſur. ſi ſtipulatus. de legi. I. & quando. Et hoc intellige ſi in conuentu ſint duo ſacerdotes diſcreti: aliàs videretur ſufficere expectare conſilium vel aſſenſum aliorũ, attenta mẽte cõſtitutionis volentis neceſsitati fratrũ loci prouidere. arg. ad hoc ff. de condi. & demon. l. in teſtamento. & arg. eorum quæ not. in ſimili ꝑ Inno. & Hoſt. de elect. qa propter. in ver. tres.

f ¶ *Antiquorum.*] qua antiquitate? Dicas ꝙ arbitraria, cũ nõ ſit hic vel alibi ſuper hoc expreſſa. arg. ad hoc ff. de leg. 3. l. non aliter. in fi. cum ibi not. per Innoc. extra vt lit. non conteſt. quoniam. & quia hic nõ curatur de antiquitate ætatis, ſed temporis quo iſti ordinẽ ſunt ingreſsi. arg. extra de maio. & obedi. c. ſtatuimus, &c.

g ¶ *Conſilio & aſſenſu.*] non valet conſiliũ niſi aſſenſus expectet, argu. extra de offi. deleg. c. venerabili. & ſup hoc vide qđ not. per Cõpoſt. de conſti. c. pen. & quod aliàs plenius dixi, ne ſe. vac. c. 1. lib. 6.

h ¶ *Duxerit relinquendum.*] vt in dicta decre. Exiui. §. rurſus.

i ¶ *Ex iam expertis.*] ſcilicet dudum retroactis temporibus, ex quibus aliquando præſumitur in futurum. 24. q. 5. c. ſi apud. ff. de re mili. l. nõ omnes. §. à barbaris. de accuſ. l. ſi cui. §. habendæ. extra de re iud. c. ſemel. lib. 6. extra de præſumpt. mandata. & c. ſcribam. vbi de hoc. & plenius in ſumma Hoſt. eod. tit. §. 2. ver. tertia diuiſio.

k ¶ *Cellariis.*] in quibus bladum & vinum recolligunt.

l ¶ *Inuenire.*] quia forte ibidem non reperientur venalia, nec ſperantur prouenire ex eleemoſyna.

m ¶ *Quo caſu.*] ſcilicet vbi non poſſent aliter veriſimiliter vitæ neceſſaria inuenire.

n ¶ *Continetur.*] dicto cap. Exiui. §. rurſus.

o ¶ *Sub eadẽ forma.*] ſimul & ſeparatim, & aliis ſ. proxi. expreſsis.

p ¶ *Eo caſu.*] ſcilicet proxi. expreſſo, ideſt, vbi non poſſent credibiliter vitæ neceſſaria inuenire.

q ¶ *Qualiter.*] ideſt, per quem modum.

r ¶ *Vbi.*] ideſt, in quo loco.

ſ ¶ *Quando.*] ideſt, quo tẽpore. arg. ad hoc extra de accuſ. qualiter.

t ¶ *Granum.*] nõ exprimit qđ vel quale: & ideo de quocũq; grano ad vitã neceſſario intelligendũ videt. arg. ff. de verb. ſig. l. frugẽ.

u ¶ *Vinum.*] ſed nunquid alia quæ ſunt ad vitæ ſuſtentationẽ neceſſaria videntur hic permiſſa conſeruari, puta piſces, caſei, oua, & ſimilia? Videtur ꝙ ſic: quaſi in omnibus ſit eadem ratio. Sed contra: quia hic certorũ cõſeruandorũ grani & vini, ſcilicet expreſsio, in nõ expreſsis aliud ſtatuiſſe videtur. argu. 25. diſt. qualis. extra de præſump. nõne. ff. de iud. l. cũ prætor. & in aliis regulã prohibitoriam confirmare. ff. de fun. inſtr. l. quæſitũ. §. idẽ reſpondit domo. & argum. ad hoc. dicta l. frugẽ. & licet ſic tenere forte tutũ videret: nã vbi aliquid generaliter prohibetur, quod expreſſe nõ cõceditur intelligitur denegari, vt dicta decre. Exiui. §. porro cũ dictus. tamen propter identitatẽ rationis quod prius dixi ſatis eſt de iureratio nabile: & per textũ ſequentem in prædictis, & ſimilibus.

x ¶ *Reponere.*] cõſeruãda. qđ ſtatim ſequitur.

y ¶ *Præcipiendo mandantes.*] dicas hic vt dixi ſupra parte proxi. in ver. mandantes.

z ¶ *In prædictis.*] id eſt, qualiter, vbi, quando, quotiens granum, &c. vt ſupra proxi.

a ¶ *Et his ſimilibus.*] puta oleo, caſeo, piſcibus, ouis, & ſimilibꝰ, & iſta ſimilitudoꝰ referatur ad talia.

b ¶ *Cum Guardiani tamen.*] hæc verba & ſequẽtia determinate ponuntur, vt dixi ſ. proxi.

c ¶ *Fratres omnes.*] ſcilicet vniuerſi, vt differat à verbo ſequenti.

d ¶ *Obſequi.*] id eſt obedire.

e ¶ *Omnimode*] hoc verbũ & aliud qđ ſequit, ſcilicet teneãtur, neceſſitatem imponere videtur, vt ſupra dixi.

f ¶ *Illorum.*] ſcilicet Miniſtrorũ & Cuſtodũ. & verba ſequentia expone vt dixi ſupra proxi. §. verbo, hac inſuper.

g ¶ *Tranſgreſſores.*] hic dicas vt dixi ſ. proxi. §. in glo. nec mirum.

h ¶ *Ideoque.*] ſcilicet parẽdo in ꝑmiſsis iudicio ſuperiorũ, nõ ſunt, nec poſſunt dici regulę vel conſtitutionum ordinis tranſgreſſores.

i ¶ *Sãcta obediẽtia.*] hęc verba ꝯ trãſgreſſores dura ſunt, vt ſ. dixi.

K ¶ *Sub excommunicationis pœna.*] talia verba cõminationem nõ ſententiam inducũt, niſi aliter cõſtaret de mẽte ipſa proferentis. arg. C. commina. epiſt. l. interlocutio. in corpore authen. de armis. §. hanc igitur. cum ſimilibus. cum ibi not. coll. 6. & ſic not. extra de ſimo. ſicut. de ſagit. c. 1. de iurepa. relatum. & de hoc etiam per Inno. extra qui matrimonium accuſa. poſ. cum in tua.

l ¶ *Ipſius Generalis.*] nihil dicit hic de mãdato Miniſtrorũ vel Cuſtodũ: quare videt ꝙ depoſitio, de qua ſequit ſolũ habeat de neceſſitate fieri ad mandatũ Generalis miniſtri: ſi enim ꝺ his idẽ voluiſſet, hoc vtique expreſsiſſet: quod cum non fecit, pro omiſſo debet haberi. arg. extra de deci. ad audientiam. C. de cadu. tol. l. 1. §. ſi autem deficientis, 2. q. conſuluiſti.

m ¶ *In præſentibus.*] ſcilicet litteris.

n ¶ *Vel appellationibus.*] repete non obſtantibus.

o ¶ *Quæ.*] ſcilicet priuilegia, & alia ſupra proxi. numerata.

† Niſi iſta dictio addita fuiſſet, non fuiſſent alij obligati conſiliũ obſeruare. c. ne ꝓ defectu. de elect. c. cum olim. de arbit. & cũ alteri cõſulens ſe non obliget. l. 2. in fi. ff. manda. nõ eſt etiam alter adſtrictꝰ ſequi. in authen. iuſiuran. ꝙ preſ. ab §. & ęquiꝰ coll. 2. niſi vbi lex iubet conſilium ſequi ſicut hic, & l. impuberibus. ff. de ſuſpect. tu. tunc enim licet mutetur aliquando perſona conſulens, nunquam tamen illa cuius cõſilium requirẽdum eſt. l. aſ. l. ſi eũ. §. qui iniuriam. ff. ſi q cau. iniu. Fõ.

a ¶ *Deregare.*]

ſent derogare[a] præſentibus) viribus vacuamus[b]. Religio nãq; perimitur, ſi à meritoria ſubditi obediẽtia ſubtrahãtur[c]: magna quidẽ paupertas[d], ſed maior integritas[e] bonum eſt, obedientia maximũ[f], ſi cuſtodiatur illæſa: nã prima[g] rebus[h], ſecunda[i] carni, tertia[k] vero mẽti donatur & animo, quos[l] velut effrẹnes[m] & liberos[n] ditioni[o] alteri⁹ humilis iugo[p] propriæ[q] voluntatis aſtringit. Ad hanc[r] itaque fratres prædicti non inuiti, ſed[s] ſponte redeant, hãc[t] velint & appetant, hãc magnis deſideriis concupiſcant, illudque[u] votis canticorum† ingeminent, oſculetur me oſculo oris ſui, charitatis[x] vtiq; & dilectionis religionis huius obediẽtia ſancta purificans[y]: nam meliora ſunt vbera[z] tua præceptorum[a] ſiquidem & cõſiliorum[b] quædam nutrientia[c] pocula, vino, vnguentis optimis, ſcilicet bonæ famẹ[d] fragrantia ſuauitatis odorẽ[e]. Nec[f] formidẽt hi ad obedientiã ordinis Deo auctore, dum redeunt: nam prẹlatos ſuos (vt firmiter ſperamus[g] eiſque iniungimus[h]) ſibi benignos & mites[i] inuenient, cẹteros[k] dulces atque palpabiles[l], cum ſint & eſſe debeãt omnes & ſinguli fratres[m] in Chriſto, & clamitẽt[n]: Quis mihi det[o] te fratrem meum cõmuni ſcilicet patre beato Franciſco congenitum, ſuggentem vbera matris[p] meæ, religionis vtique & profeſſionis eius[q] velut[r] matris contemplationis & electionis ſuauia & dulcia pocula[s], vt inueniam te foris[t] ab eiuſdem obſeruantiis quodam modo diſparem, & deoſculer blande, videlicet intra charitatis viſcera te complexus: & iam me[u], immo[x] & te nemo deſpiciat[y], profectò[z] quos foris[a] poſitos multi ac ſi[b] diuiſos & deſides[c] fortaſſe deſpexerãt[d], intus, puta intra dilectionis internæ[e] præcordia & conformis[f] obſeruantiæ clauſtra repoſitos, iam nemo deſpiciat, ſed ſuſcipientes eoſdem dulcedine quiſque digne laudibus efferet[g], & ſuſceptos. ¶ Nulli ergo, &c.

*¶ Præmiſſo qualiter gloſſantes decretalem, Exiit qui ſeminat. eod. tit. lib. 6. excommunicationem ipſo facto non obſtãtibus quibuſcunque priuilegiis incurrũt, illam excommunicationem vſque ad ſedis Apoſtolicæ beneplacitum ſuſpendit: Et per iſtam ſuſpenſionem contra fratres Minores obloquendi non intendit tribuere occaſionem.*

CAP. II.

QVia nõnunquam[h] quod cõiectura[i] profuturũ credidit, ſubſequens experiẽtia[k]

a ¶ *Derogare.*] in aliis ergo in quibus non derogarent, in ſuo robore remanebunt: quia quod non mutatur, &c. C. de teſta. ſancimus. de appell. præcipimus.

Priuilegium ex cauſa reuocari poteſt.

b ¶ *Vacuamus.*] hic not. principẽ ex cauſa reuocare priuilegia vel libertates cõceſſas, cum & talia ex cauſa multiplici perdi poſsint. not. d' deci. c. ſuggeſtũ.

Religionis meritũ, perdit qui ſe ab obedientia ſubtrahit.

c ¶ *Subtrahantur.*] collige hic meritũ religionis perimi in ſubdito ſi ſe ab obedientia ſubtrahat, & ſuperiori præiudicium generatur: cui obedientia eſt præſtanda, per ſubtractionem eiuſdem: vnde tãquam ſpoliatus ad eam reſtituitur, licet aliàs electionem violentã non probet. de re iud. c. ſuborta. vbi hoc not. per Innoc. & Hoſtien.

d ¶ *Paupertas.*] ſcilicet iſtorum oſtenditur in rebus.

e ¶ *Integritas.*] ſcilicet in carne.

f ¶ *Maximum.*] in ſuperlatiuo gradu, quo ad mentem.

† *Cant.* 1.

g ¶ *Prima.*] ſcilicet paupertas.

h ¶ *Rebus.*] donatur, quod eſt infra proxi.

i ¶ *Secunda.*] ſcilicet integritas, de qua ſcribitur: ſola eſt poſsibilis animas Deo repræſentare. in corpore authen. de loco. §. ſancimus. colla. 3.

k ¶ *Tertia vero.*] ſcilicet obedientia.

l ¶ *Quos.*] ſcilicet mentem & animum.

m ¶ *Effrænes.*] ideſt ſine fræno & tẽperie. ſimile ff. de teſta. l. 1. §. fin. extra eo. tit. c. ſignificauit. & c. cum cauſam.

n ¶ *Liberos.*] ab omni ſubiectione.

Ditio, eſt æquiuocum.

o ¶ *Ditioni.*] ideſt poteſtati vel imperio. extra de elect. quorundã. & c. ſi religioſis. lib. 6. alibi autem verbum, ditio, exponitur pro iuriſdictione. in corpore authen. de non eligen. ſecundo nuben. in fi. de fideiuſ. in fi. coll. 1. in prooe. Inſti. §. 1.

p ¶ *Iugo.*] ideſt ſubiectione. ſimile 21. diſt. cap. in memoriam.

q ¶ *Propriæ.*] ſcilicet ſpontaneæ cui violentia non infertur. 32. q. 5. §. 1. vnde ſcribitur, voluntarium ſibi militem eligit Chriſtus: volũtarium ſibi ſeruum auctionatur diabolus. 15. q. 1. c. non eſt.

Voluntarius miles à Deo eligitur.

r ¶ *Ad hanc.*] ſcilicet obedientiam.

ſ ¶ *Sed ſponte.*] ne aliàs & rem & meritũ perdant. dicto §. ex his.

t ¶ *Hanc.*] ſcilicet obedientiam.

u ¶ *Illudque.*] ſcilicet quod legitur in Canticis.

x ¶ *Charitatis.*] ſine qua non eſt ſalus æterna. de pœnit. diſt. 2. §. euidenter. & diſt. 3. ſi quis autem.

y ¶ *Purificans.*] ſcilicet quẽ ab omni peccati macula, ſi ſeruetur illæſa, vt ſ. ꝓxi. & ad hoc in corpore auth. de mona. in prin. coll. 1.

z ¶ *Vbera tua.*] hoc alibi legitur, quòd dulcior eſt religioſa caſtigatio. quàm blãda remiſsio: & dulciora ſunt amici vulnera, quàm voluntaria oſcula inimici. 5. q. 5. omnis. & c. non oſculatur.

a ¶ *Præceptorum.*] de ſe neceſsitatem importantium. 13. q. 1. cap. quod præcipitur. extra de verb. ſigni. cap. in his.

b ¶ *Conſiliorum.*] liberam cuiuſque voluntatem excitantium. 4. diſt. cap. vlt. 14. q. 1. quia ergo. & cap. quiſquis.

c ¶ *Nutrientia.*] ſcilicet animum.

Famã negligẽs crudelis eſt.

d ¶ *Bonæ famæ.*] ad cuius conſeruationem quiſque debet attendere, aliàs crudelis dicitur. 12. q. 1. nolo.

e ¶ *Odorem.*] bona ergo alicuius fama odorem bonum dare dicitur, cum ſine virtute animi non ſubſiſtat. ad hoc extra de accuſ. c. licet. ff. de quæſtio. l. de minore. §. tormenta.

f ¶ *Nec formident.*] Quinta pars. & expone, formident, ideſt timeant, perhorreſcant ferocitatem vel ſæuitiam prælatorum.

g ¶ *Speramus.*] nam de quocunque præſumendum eſt bonum in dubio. extra de præſump. dudum. & ff. de leg. 2. cum quidam. & l. cum pater. §. rogo.

Præſumitur bonũ de quolibet.

h ¶ *Iniungimus.*] ex præcepto ergo tenẽtur ſuperioris ad reddẽdũ ſe mites & benignos.

i ¶ *Et mites.*] hoc dicit quia ſuperioris nimia aſperitatis increpatio, nec correctionem recipit nec ſalutem. 45. diſt. cũ beatus. & c. diſciplina. ff. ad leg. Aquiliam. l. numquam.

k ¶ *Cæteros.*] ſcilicet non prẹlatos, ſcilicet eiuſdem ordinis fratres.

l ¶ *Palpabiles.*] id eſt, tractabiles per mutuã conuerſationem. argu. ad hoc. C. de eroga. mili. annonæ. l. cum allegas. lib. 12.

m ¶ *Fratres in Chriſto.*] in quo omnia vnũ conſiſtunt. in corpore authen. de mona. §. huic nobis. & §. ordinatione. in fi. coll. 1.

n ¶ *Clamitent.*] id eſt clamando reſonent.

o ¶ *Det.*] id eſt dare poterit.

p ¶ *Matris meæ.*] ſcilicet ſpiritualis: & ſic mater religioſorum ipſa religio dicitur.

q ¶ *Eius.*] ſcilicet religionis, vel eius, ſcilicet beati Franciſci: & repete, ſuggentem.

r ¶ *Velut, &c.*] & repete iterum, ſuggentem: aliàs ſuggerentem.

ſ ¶ *Pocula.*] ſcilicet ſpiritualia. arg. 38. diſt. c. ignorantia. & c. ſi iuxta.

t ¶ *Foris ab eiuſdem obſeruantiis.*] id eſt extra eiuſdem obſeruantias.

u ¶ *Me.*] ſcilicet propter te.

x ¶ *Immo.*] hoc verbũ frequenter correctiue ponitur. ff. de man. teſt. l. Stichus. de hæred. inſti. l. ſi ita ſcriptũ. de pẹnit. diſt. 2. qui dicit. 1. q. 1. opponitur. extra vt lit. non conteſt. accedens. quandoq; ſumitur pro vt, C. de nouo Cod. fac. §. quibus. quandoque pro vel, C. de ſacroſan. eccle. l. iubemus. §. œconomus. de hoc dixi in cap. Execrabilis.

Immo, multifariam ſumitur.

y ¶ *Deſpiciat.*] id eſt ſpernat vel contemnat.

z ¶ *Profecto.*] id eſt certe.

a ¶ *Foris.*] id eſt extra obſeruantias communes religionum.

b ¶ *Ac ſi.*] aliàs quaſi, pro tanquam.

c ¶ *Deſides.*] id eſt à ſua communitate diſcordes.

d ¶ *Deſpexerant.*] id eſt ſpreuerant vel contempſerant.

e ¶ *Internæ.*] id eſt intrinſecæ & mentalis.

f ¶ *Conformis obſeruantiæ.*] quaſi dicat à ſua communitate non diſcrepantis. ſed eidem ſe aptantis, vt dixi ſupra in §. quapropter.

g ¶ *Efferet.*] id eſt extollet: quia diſcrepantes ad communitatem ordinis ſunt reuerſi. Zenzelinus.

Q*Via nonnunquã.*] Iſta cõſtitutio diuiſibilis eſt in partes quinque. In prima, harenga quædam ſiue Papalis excuſatio præmittitur. In ſecunda, conſtitutionis Nicolai Papæ iij. aliàs iiij. recitatio ſubiungitur: ibi, *Sane dudum.* In tertia, ipſa conſtitutio annectitur: ibi, *Nos autem, &c.* In quarta quædam certa facta proteſtatio ſubſequitur: ibi. *Per ſuſpenſionem, &c.* In quinta, quòd præſens conſtitutio publice patere debeat, facta pollicitatio ſubinfertur: ibi, *Ne autem in poſterum. & cætera.*

Diuiſio textualis.

h ¶ *Nonnunquam.*] id eſt quandoque. vt duplicata negatio pro vna affirmatione exponatur, plene dixi in c. cum inter nonnullos.

Affirmatiuã duplicata negatio ponit.

i ¶ *Coniectura.*] id eſt probabilis humanæ naturæ præſumptio.

k ¶ *Experientia.*] ſcilicet facta, quæ dicitur via rerum efficax. extra de elect. quàm ſit. in 6. C. de Iuſti. Codi. Confir. circa fin. primæ columnæ.

columnæ.in corpore authen.quib.mo.na.effi.ſui. §.illud tñ.coll.7.
a ¶ *Nociuum oſtendit.*] iuxta hoc alibi ſcribitur, quod credebat coniectura prodeſſe, experimēto inuenitur inutile. in corpore authen.hæc conſtitutio inno.conſti.coll. 8. in princ. & exhinc fuit ſumptum quod hic dicitur.

nociuũ [a] oſtendit:nõ debet reprehenſibile iudicari [b], ſi canonũ [c] cõditor [d] canones à ſe vel ſuis prędeceſſorib⁹ editos [e], vel aliqua in eiſdẽ cõtenta canonibus [f] reuocare [g], modificare [h] vel ſuſpendere [i] ſtudeat †, ſi ea obeſſe [k] poti⁹ viderit quàm ꝓdeſſe. ¶ Sane [l] dudũ felicis [m] recordationis Nicolaus Papa iiij. ꝓdeceſſor noſter quādã conſtitutionẽ declaratiuã, quæ incipit: Exiit. ſuper regula dilectorũ filiorũ Fratrum ordinis Minorum, quã beatus Franciſcus alm⁹ cõfeſſor inſtituit, promulgauit [n]: ſub [o] certis pœnis arcti⁹ [p] interdicẽs [q], ne cõcordantiæ [r], cõtrarietates [s], ſeu aduerſæ vel diuerſæ opiniones [t] ab ipſius cõſtitutionis lectoribus [v] ſeu expoſitoribus aliquatenus inducãtur, nec ſuper cõſtitutione gloſſæ fiãt ab aliquibus, niſi forſan per [x] quas verbum [y] vel ſenſus ipſius [z], vel ipſa cõſtitutio quaſi grãmaticaliter [a] & ad [b] litterã exponatur: nec intellectus ipſius [c] per legentẽ diſtorqueatur [d] ad aliud, quã cõſtitutionis eiuſdem littera [e] ipſa ſonat: gloſſantes autẽ in [f] ſcriptis conſtitutionẽ eandẽ aliter quã ſuperius eſt expreſſum [g], faciẽtes quoq; commẽta, ſcripturas ſeu libros, & ex [h] certa ſcientia & deliberatione determinãtes in [i] ſcholis, ſeu prædicãtes [k] contra contenta in conſtitutione prędicta, vel aliqua ſeu aliquod prædictorũ [l] (nõ obſtantibus [m] aliquibus priuilegiis ſeu indulgentiis, aut litteris Apoſtolicis, quibuſcunque perſonis, dignitatibus, ordinibus, aut locis religioſis vel ſecularibus generaliter, vel ſingulariter ſub quacunque forma vel expreſſione verborũ cõceſſis: quæ noluit aliquibus in prędictis quomodolibet ſuffragari) ipſo [n] facto excõmunicationis [o] ſententiæ voluit [p] ſubiacere [q]. ¶ Nos [r] autẽ attendentes quòd argumentis [s] frequẽter & collationibus latẽs veritas apperitur [t] †, quod que ſub eadem littera ſępe latet multiplex [v] intellectus, nec nõ [x] eſſe difficile volentibus cõſtitutionem prędictã perfecte [y]

b ¶ *Iudicari.*] ſimile extra de conſangui.& affi. cap.non debet.
c ¶ *Canonum.*] ſcilicet generaliter oẽs aſtringentium, & ab omnibus habentium obſeruari.extra de conſt. c.1.C. de legi.l. leges ſacratiſſimæ.
d ¶ *Conditor.*] qualis eſt Papa.
e ¶ *Editos.*] quos nõn debet erubeſcere ex cauſa penitus etiam tollere, non enim erubeſcimus ſi quid melius etiã horum quæ ipſi prius diximus, adinueniamus, hæc ſancire: & competentem prioribus imponere correctionem: nec expectare ab aliis corrigi legem.in corpore authen.de nupt.§.nos autem. colla. 4. nec debet pudere principem, ſuũ errorem corrigere, qui præpoſitus eſt ad aliorũ corrigendos errores.extra de accuſa. c. qualiter. de re iudi. cũ olim. 35.q.9.c.ſententiam.
f ¶ *Canonibus.*] ideſt & alios canones.
g ¶ *Reuocare.*] ſcilicet in totum.
h ¶ *Modificare.*] ideſt, temperare & limitare. poteſt dari exemplum per cap.dudum.de iudi.Clem. Papa v.
i ¶ *Suſpendere.*] quo ad effectũ, vt aliquẽ nõ ligẽt, vt infra patebit.
k ¶ *Obeſſe.*] ideſt, nocere, vel ad noxam ſeu damnum tendere.de reſcript.ſtatutum.de except.pia.lib.6.
l ¶ *Sane.*] Secunda pars.
m ¶ *Felicis.*] ſimile de pœnis, c.felicis.lib.6.
n ¶ *Promulgauit.*] quæ per Bonifacium Papam viij.repoſita fuit ſub tit.de verb.ſign.lib.6.
o ¶ *Sub certis pœnis.*] quæ colligũtur ex dicto c.Exiit.§. cũ igitur.
p ¶ *Arctius.*] id eſt arcte.
q ¶ *Interdicens.*] eius interdictũ antea ſeruabatur, & merito: qđ enim princeps Eccleſiæ interdicit, reputare deberet omnis ſibi penitus interdictũ.93.diſt.miratus.ſicut & eius ꝓceptum ab omnibus eſt ſeruandũ.11.diſt.præceptis.& c.nõ decet.19.diſt.in memoriam.
r ¶ *Concordantiæ.*] ſcilicet iurium aliorum.
ſ ¶ *Contrarietates.*] quæ in iure reperiri non debent.C.de ve.iur. enuc.l.tanta.§.contrarium.& in proxi.decret.§.ſane.& ibi not.
t ¶ *Opiniones.*] quia frequenter quot capita tot ſententiæ. de conſec.diſt.4.c.ſicut in ſacros.ff.de arbit.l.itẽ ſi vnus.§.principaliter.& diuerſitatẽ corporum, &c.extra de conceſ.præb.quia diuerſitatẽ.
u ¶ *Lectoribus.*] lector volens audientibus proficere, ſe talẽ exhibere deberet vt pro ingenio, addiſcentium ſemetipſum poſsit adaptare, & verbi ſui ordinem pro audientium capacitate dirigere. 8. q.1.c.oportet.qui enim ea docet quæ ab audientibus non valẽt intelligi, non eorum vtilitatẽ, ſed ſui oſtentationẽ facit.44.diſt.c.pariter.Quæ aũt & qualia in promouẽdo ad honorẽ doctoratus expoſcantur: & quibus gaudet de iure priuilegiis doctor factus: & quot nominibus nuncupatur, vide 1 ſi placet quod ſuper his plane notaui extra de magi.c.cum ſit nimis.ſuper verbo, honorem.cle.5.
x ¶ *Per quas.*] ſi habes, quos: expone, ſcilicet lectores vel expoſitores: ſi habes, quas: expone, ſcilicet gloſſas.
y ¶ *Verbum.*] forte in ſui intellectu obſcurum.
z ¶ *Ipſius.*] ſcilicet conſtitutionis.
a ¶ *Grammaticaliter.*] vt forte recte loquendi vſum habeat 2, & inter falſa & vera diiudicet.37.diſt.c.ſi quis grammaticam.
b ¶ *Ad litteram exponatur.*] ad rudium animos informandos. Inſtit.de iuſti.& iure.§.his igitur.
c ¶ *Ipſius.*] ſcilicet conſtitutionis.
d ¶ *Diſtorqueatur.*] ideſt, per quandam violentiam inducatur ſeu applicetur forte ad iactationẽ ſcientiæ, vt plus ſcire videatur. 47. diſt.§. pariter. in fi.& talis diſtortio fuit ſignanter inhibita 3: quia multorum pios animos inuoluere, & ab ingreſſu religionis Minorum corda poſſet ſubtrahere, vt in c.Exiit. §.cum igitur.
e ¶ *Littera ipſa notat.*] ſana intellige mente & ſenſu ſeruatis nõ contritis: non enim ſic eſt cortici literæ inhærendum, vt mẽs vel ſenſus aliquatenus cõfundantur 4. extra de iure iur.c.Romani.§.verum. Cle. 5. ff.qui petant.tut. l.credendũ.de iurepa. l. adigere.§.quãuis.đ excuſ.tut.l. ſcire.§.aliter.
f ¶ *In ſcriptis.*] puta cõmenta ſuper iſta conſtitutione faciendo.
g ¶ *Expreſſum.*] ſcilicet quaſi grammaticaliter exponendo.
h ¶ *Ex certa ſcientia.*] ſecus ergo ſi per errorem.errantis: enim nullus eſt conſenſus. ff. de iudi.l. conſenſiſſe.de iuriſd. omn. iudi. l. ſi per errorem. quare ſcriptũ eſt. Scientiam nõ ignorantiam volumus obligari. C. de tabu.l.generali.lib.10.
i ¶ *In ſcholis.*] & ſic in publico, forte diſputationis vel repetitionis tẽpore: hoc enim exponebat dicta decr.Exiit. §.cum igitur.
k ¶ *Prædicantes.*] puta in ſermonibus clero potiſsime faciendis.
l ¶ *Prædictorum.*] ſcilicet, quòd concordãtiæ, vel contrarietates, vel oppoſitiones eſſent inducendæ. & ſume hic illa verba, ipſo facto excommunicationis, &c. quæ ſunt infra.
m ¶ *Non obſtantibus.*] iſtam clauſulam tu curioſe lector in multis potes decretalibus reperire: ſed ſuper ipſa vide quod not.in decreta.ſuſcepti.
n ¶ *Ipſo facto.*] & ſic erat ipſa conſtitutio in hoc canon latæ ſententiæ: nihilominus tamen ſub pœna officij & beneficij prohibita fuerunt præmiſſa fieri, vt dicto c.Exiit. §.cum igitur. ſed in hoc fuit comminatiua, non ſententiæ priuatoriæ inductiua. arg. extra de celeb.Miſſa.dolentes.cum ibi not.& infra etiam innuitur.
o ¶ *Excommunicationis.*] ſcilicet maioris, quæ in dubio inflicta videtur.de ſenten.excomm.c.ſi quem.
p ¶ *Voluit.*] ſcilicet ipſe Nicolaus iij.aliàs iiij.
q ¶ *Subiacere.*] quam ſententiam à nemine tolli voluit, niſi à Romano Pontifice, vt dicto c.Exiit.§.cum igitur.circa finem.
r ¶ *Nos autem.*] Tertia pars.
ſ ¶ *Argumentis.*] quæ frequenter ex iuribus canonicis & ciuilibus inducuntur. ff. de lega. non poſſunt. extra de confir.vti.vel inuti. cap.cum dilecta.
t ¶ *Aperitur.*] iuxta hoc alibi legitur, ꝙ notando & diſputando bene & optima ratione aliqua diſcernuntur. ff. de mune.& hon.l. munerũ 2. §.miſta. Et de aduocatis ſcribitur ꝙ dirimi faciunt ambigua facta cauſarum ſuæ glorioſæ vocis munimine. C. de aduo. diuer.iudic.l.aduocati.Sed ſi quæras à me qualiter per collationes habitas latens veritas aperitur? Reſpondeo quia frequenter reuelatur minori quod maior neſcit 5. 95. diſt. c. eſto ſubiectus. C. de offic.recto.prouin. l. potioris.qđ in collatione verbũ prolatũ frequenter aliorum ſententia tanquã ſubtiliori rationi ſubnixũ ad ſe trahitur.ff. de arbit l. ſi in tres.& arg.de condi.ob cauſam.l.dedit. §.ſi quis.de iurepa.l.diui fratres.C.de his q̃ in teſta.delen.l.proxi.
u ¶ *Multiplex intellectus.*] idem enim ſermo multas ſignificationes vel ſententias frequenter exprimit.ff.de verb.ſignifi.l.quotiens idem ſermo.de verb.ſigni.l. quotiens in ſtipulationibus. de rebus dubiis. l. quotiens in quibus reperies multa iura allegata, per quæ poteris exempla ponere.
x ¶ *Necnon.*] repete attendentes.
y ¶ *Perfecte.*] id eſt cum perfecto & completo intellectu legere. lectura quidem perfecta dici nõ meretur, niſi diligentiſsima atq; exactiſsima legentis interpretatione ſingula tradantur.Inſti.de iuſti.& iure.

† Vide quæ notaui in c. alma mater. đ ſent.excõ. lib. 6. Font.

Quot capita tot ſenſus.

Lector pro ingenio audientium ſe adaptet.

1 Vide etiã quæ notaui in procemio Sexti, in glo. doctoribus, quibus adde Bart.in ꝓœmio Clẽ. Fõ.

2 Addo tibi l.Plautius.ff. de auro & argen. lega.

3 Addo l. fi. ff. ad exhib. Font.

4 Cap. Marcion & Baſilides. 1. q. 1.gloſ.l.non dubiũ. C.de leg.

Errans nõ conſentit.

† De vtilitate diſputationis omnino vide ſyluam nuptialẽ Ioãnis de Neuizan.in princ. Font.

5 Addo tibi l.1.§.ſed neq; C. de vet. iure enu.quẽ text. Barb. conſ. 1. col. 19.lib.3. dicit aureum. facit gl. & ibi doct.c.ad noſtrã.de cõſue. Font.

ſti.& iure.§.his igitur.C.de profeſ.qui in vrb.l.1.lib.11.

a ¶ *Ac intelligere.*] parum enim prodeſt legere,niſi adeſſet intelligere,11.q.3.c.eorum.39.diſt.c.ſciendum.ff.de verb.ſigni. l.coram. iuxta illud:Legere & non intelligere, negligere eſt. arg.de celeb. Miſſ.c.dolentes.in corpore authen.de quæſt.§.hæc omnia.& præce.coll 6.

b ¶ *Deuitare.*] cum à vero & perfecto intellectu, qui ſine diligenti & exacta interpretatione haberi non poteſt, vt prædixi:habent tales deſiſtere,vel pœnas pręmiſſas incurrere.

Veritas eſt inueſtigãda.

c ¶ *Volentes.*] ad inueſtigandam enim veritatis fidem quicumq; præſidens anhelare debet. C.de eden.l.2.20. q.5.c. iudicantem.extra de fide inſtr. cum Ioannes. cum illi comperte cedere habeat opinio.8.diſt. c.veritate.ff. quãdo act. de pecu. eſt annalis. l. quęſitum.aliàs eſt ibi.§. ſub.l.1.

d ¶ *Periculis.*] ſcilicet ſententiarum, & comminationum.

e ¶ *Prædictis.*] ſcilicet quæ interdicta erant p decr.Exiit.§.cũ igitur.

Scholaſtici cõparantur venatori.

f ¶ *Præcipue ſcholaſticæ.*] de illis pręcipue dicit,quia illi præ aliis arguere & conferre conſueuerunt ad inſtar diligentis venatoris cũcta rimari volẽtis,nec tranſitorio ſtudio vti volentes.in corpore auth. de quæſt. §.illud. & §.hæc omnia.coll.6.

g ¶ *Suborta ſint.*] ſcilicet ſuper intellectu dictæ decret. Exiit. vt patet per decret.Exiui de paradiſo.Clem.5.& patet in extrauag. domini Ioannis. quarum vna incipit:Ad conditorem.alia vero:Quia quorũdã.

h ¶ *Periclitari.*] ideſt, periculum pati.

legere ac [a] intelligere, pœnas adiectas in cõſtitutione huiuſmodi deuitare [b]:viam veritatis aperire volẽtes [c],& periculis [d] quæ ex prædictis [e] poſſent litteratæ perſonę præcipue [f] ſcholaſticę incurrere,ſalubriter obuiare, pręſertim cum de nouo ſuborta [g] ſint aliqua dubia, circa quę poſſet periclitari [h] veritas [i], & erroribus [k] via pandi, niſi liceret conferre [l] ſuper cõtentis in cõſtitutione huiuſmodi [m] & diſputare [n]:prohibitiones & pœnas prædictas [o] tam latas,quàm comminatas [p] & earum effectus,in fratrum noſtrorum [q] ac multorũ archiepiſcoporum, epiſcoporum,& aliorũ prælatorum, necnõ multorum profeſſorum vtriuſque iuris, & multorũ ſacrę Theologiæ magiſtrorum pręſentia, dum conſiſtorium teneremus,auctoritate Apoſtolica duximus vſq; ad ſedis [r] Apoſtolicę beneplacitũ ſuſpendendas [s]. Per ſuſpenſionem [t] autem huiuſmodi [v] nequaquã licentiam cuiquã intẽdimus impertiri [x], quod cõtra Fratrum regulã prędictorum [y] dogmatizare [z], ſcribere [a],ſeu determinare [b],prædicare [c],ſeu praue [d] loqui liceat publice vel occulte: quinimmo [e] hęc omnibus & ſingulis auctoritate prędicta [f] diſtrictius inhibemus [g]. ¶ Ne [h] autem in poſterum præmiſſarum prohibitionum & pœnarũ ſuſpenſio in [i] dubium reuocari valeat, aut aliqui propter defectum probationis [k] impingi [l], quod velut transgreſſor prohibitionum [m] ipſarum in pœnam ſeu pœnas inciderit antedictas [n]:Nos volentes ſuper hoc de opportuno remedio prouidere, chartas [o] ſeu membranas [p] ſuſpenſionẽ continentes eandem [q],appendi ſeu affigi in maioris [r] Eccleſiæ Auinioneñ.oſtiis ſeu ſuperliminaribus faciemus, quæ [s] ſuſpenſionem prædictam ſuo quaſi ſonoro [t] præconio & patenti iudicio publicabunt [v]. Datum Auinioñ. vij. Calend. Aprilis,anno ſexto.

¶ *Dominium rerum, quæ perueniebant ad Fratres Minores retẽtum ab Eccleſia Romana,ſimplici vſu facti Fratribus ipſis reſeruato in cap.Exiit qui ſeminat. eod. ti.lib.6.ſummus Põtifex refutat:multiplici ratione probãs eos non poſſe habere in re aliqua ſimplicem vſum facti:& ſtatuit,quòd de cætero nullum ius,nullumque dominiũ habeat Eccleſia Romana in huiuſmodi rebus,quæ in poſterum conferentur vel offerẽtur ipſis Fratribus. Hæc extrauagans eſt multum iuridica,& ſubtilis in pleriſque locis,præſertim vbi probat vſum ſimplicem non poſſe conſtitui in rebus vſu conſumptibilibus.*

## CAP. III.

AD CONDITO-

i ¶ *Veritas.*] de qua legitur ꝙ ſæpius exagitata magis ſplendeſcit in lucem.35.q.9.c. graue. diſquiſito de ſingulis, cum non poſsit ad veritatem aliter perueniri.33.q.vlt.occidit.ff. de quæſt.l. de minore.§.tormenta.de pœnis,l.aut facta.extra de teſti.cum cauſam.

k ¶ *Erroribus via pandi.*] pręcludenda eſt,ſiue loquaris de erroribus contra fidem.24.q.vlt.cap.quid autem iniquius.ſiue de erroribus contra ius ſcriptum.in prooemio Digeſtorum. §.hæc autem omnia.de iuſt.& iure.l.1.

l ¶ *Conferre.*] ideſt,collationem habere.

m ¶ *Huiuſmodi.*] ſcilicet Nicolai iij.

n ¶ *Diſputare.*] cum diſputando & conferendo latens veritas illuceſcat,vt ſupra.

o ¶ *Prædictas.*] quæ ſupra parte proxi. colliguntur.

p ¶ *Comminatas.*] ex hoc collige, ꝙ vbi in aliqua conſtitutione aliquid fieri prohibetur ſimpliciter ſub certa pœna,contrafaciens pœnam illam non incurrit, cũ per talia verba non inducatur ſententia,ſed ſolum fiat comminatio, vt dixi in parte præcedenti in verbo,ipſo facto,de hoc habes extra de ſimo.ſicut.de ſagitta.c.1.C. commina.epiſto.l.interlocutio.in corpore authent.de armis.circa medium. coll.6.

q ¶ *Fratrum noſtrorum.*] hic potes recitare quod ſuper hac clauſula dixi in cap.Execrabilis.

r ¶ *Sedis Apoſtolicæ beneplacitum.*] quòd nunquã extinguitur donec contrarium conſtet,cũ omni tempore ſedes duret,licet ſecus ſit in beneplacito perſonæ. arg.in corpore authen, qũo oport. epi.§.licentiã.coll.1.extra de reſcri.c.ſi gratioſe.lib.6. 1 ff.loca.l.3.

1 Vide quæ ibi notaui, ſcrip.

s ¶ *Suſpendendas.*] talis facta per Papam ſuſpenſio tollit effectũ ſententiarum,vt tunc aliquem non ligent:nec etiã contra facientem pœnam aliquam incurrere faciunt.Quid autem de ſuſpenſione facta per alium de ſententia excommunicationis vel interdicti: vide quod ſuper his notari conſueuit.de appel.dilectis filiis.

t ¶ *Per ſuſpenſionem autem.*] Quarta pars.

u ¶ *Huiuſmodi.*] ſcilicet factam de prohibitionibus & ſententiis latis & comminatis, & ipſarum effectibus.

x ¶ *Impertiri.*] id eſt, concedere.

y ¶ *Prædictorum.*] ſcilicet Minorum.

z ¶ *Dogmatizare.*] ideſt, falſam doctrinam condere: dogma enim conſiſtit in vera doctrina. de conſe. diſtin.5. c. vlt.not.3.cap.1.

a ¶ *Scribere.*] id eſt in ſcriptis redigere.

b ¶ *Determinare.*] puta in cathedra, vel in ſcholis.

c ¶ *Prædicare.*] in ſermonibus.

d ¶ *Praue loqui.*] id eſt male vel ſub dolo. arg. C. de poſtu. l. quiſquis.

e ¶ *Quinimmo.*] ſimile de reſcript.c.tibi. lib. 6. ff.de pact. l. iuriſgentiũ. §.quinimmo. & dic ſuper hoc vt dixi in cap. Execrabilis.

f ¶ *Prædicta.*] ſcilicet Apoſtolica.

g ¶ *Inhibemus.*] talis inhibitio contrarium facientibus pœnam infligi facit.extra de conſti. cognoſcentes. 4.diſtin. §.vlti.

h ¶ *Ne autem.*] Quinta pars.

i ¶ *In dubium reuocari valeat.*] ſcilicet an ſit facta.

k ¶ *Probationis.*] cuius facultas non arctanda, ſed laxanda eſt.C.de hęret.l. quoniam cognouimus. de reb. cred.l. generaliter.ff.đ teſt.curẽt.

l ¶ *Impingi.*] id eſt,imponi vel imputari. & repete,valeat.

m ¶ *Prohibitionum ipſarum.*] ſcilicet factarum conſtitutione Nicolai iij.alias iiij.

n ¶ *Antedictas.*] ſupra in parte ſecunda. & dicto cap. Exiit. §. cum igitur.

o ¶ *Chartas.*] ſimile ff.de bon.poſ.ſecundum tabu.l.chartæ.

p ¶ *Membranas.*] quia de membris & pellibus animalium factas. ſimile 19.diſt.cap.ſi Romanorum.

q ¶ *Eandem.*] quæ tollit effectum, & ligamen ſententiarum, vt prædixi.

r ¶ *Maioris Eccleſiæ.*] id eſt cathedralis,quæ maior debet omnibus aliis eccleſiis reputari, cum illis omiſsis poſsint per ipſarum parochianos in eadem eccleſiaſtica recipi ſacramenta.extra de offic.archid.c.officium.& arg.50.diſt.c.in capite.

ſ ¶ *Quæ.*] ſcilicet chartæ vel membranæ.

t ¶ *Sonoro præconio.*] ſimilia verba reperies in c.ſi fratrũ.& ſuper his & ſequentibus verbis dic,vt ibi dixi.

v ¶ *Publicabunt.*] vt extunc probabilis ignorantia non valeat allegari. 16. diſtinct. cap. quod dicitis. extra de poſtula. prælato. ad hæc.de Iudæ. cap. in nonnullis. ff.de inſt.act.l.ſed & ſi quis.§.præſcribere.Zenzelinus.

Diuiſio textus in nouẽ partes.

AD conditorem.] ¶ Præſens conſtitutio diuidi poteſt in partes nouem.In prima,conſtitutionis præmittitur ratio. In ſecunda,conſtitutionis Papæ Nicolai ſubiungitur recitatio: ibi *Dudum ſiquidem,&c.* In tertia, annectitur eiuſdem conſtitutionis Nicolai incommode pro tempore, multiplex impugnatio:ibi,in §. *Quamquam autem.* In quarta,ſimplicis vſus facti in rebus conſumptibilibus reprobatio:ibi,in §. *Quòd autem.* In quinta, ad quendam obiectum datur reſponſio:ibi,in §. *Nec obuiat ſupradictis.* In ſexta,quòd

ta quòd in rebus conſumptibilibus non ſit dare ſimplicem facti vſum, ſit multiplex inductio:ibi, in §. *Licet autem in rebus.* In ſeptima conſtitutionis Nicolai inducitur impropriatio:ibi, in §. *Rurſus nedum.* In octaua ſubinfertur ipſa conſtitutio; ibi, *Nos itaque, qui veritatem.* In nona fit certa quædam proteſtatio:ibi, circa finem, *Per hoc autem, &c.*

Exiit. §.ad hæc cum fratres.

x ¶ *Vtenſilium.*] id eſt paratorum ad vſum. arg.ff.de ſupell.leg.l.3.de leg.3.hoc legatum.

y ¶ *Librorum.*] quid librorum appellatione comprehendatur, colligitur ff.de leg.3.librorum.

rem [a] canonum non eſt dubiũ pertinere [b], cũ ſtatuta à ſe vel prædeceſſorib9 ſuis edita obeſſe [c] percipit potius [d] quàm prodeſſe, ne vlteri9 obeſſe [e] valeãt prouidere [f]. Dudũ [g] ſiquidem felicis [h] recordationis Nicolaus iiij. prædeceſſor noſter attente proſpiciẽs in almi confeſſoris beati videlicet Frãciſci regula contineri, q̊ nihil ſibi approprient, neq; domũ [i], neque locum, neque rem aliquã aliã ſui ordinis profeſſores: ac conſiderans diligenter, q̊ per piæ recordationis Gregorium Papã ix. & nonnullos alios prædeceſſores eiuſdem fuerat [k] declaratum, hoc [l] debere ſeruari tam in ſpeciali, quàm in cõmuni [m]: necnon & conſiderãter attendens nonnullos Fratribus ipſis detrahere [n], impingentes [o] eiſdem, q̊ regulam & declarationes [p] huiuſmodi nõn obſeruabãt, pieq; cõſiderans ora cõtra præmiſſos fratres oblatrantiũ [q] claudere [r], ac profeſſorum [s] ipſorum cõſcientiis [t] prouidere, inter alia ordinauit & ſanxit [v], omnium vtenſilium [x] & librorum [y], rerumque mobilium [z], & præſentium & etiam futurorũ, eccleſiarũ quoq; & oratoriorum, ac cemeteriorũ tã præſentiũ, quàm etiam futurorũ, necnõ & aliarum emptarũ & eleemoſynis diuinis oblatarum ſeu conceſſarũ dictis Fratribus (in quibus tamẽ offerentes ſeu cõcedentes ipſa, nihil in ipſis ſibi ducerent reſeruandũ [a]) proprietatem & dominium plene [b] ac libere [c] ad ſe & Romanã Eccleſiam pertinere, ipſa [d] in [e] ſe recipiens, ac antedictam [f] Eccleſiam, ſimplici [g] vſu facti dumtaxat in rebus & bonis huiuſmodi reſeruato Fratribus antedictis. Et quia nonnunquam [h] libros & alia mobilia ſupradicta vendi [i] expedit, ſeu etiam commutari: Fratribus ipſis in eadẽ ordinatione conceſſit [k] vt res [l] ipſas cũ rebus aliis, quarũ vſum habere [m] licet ipſis Fratribus (dummodo Generalis & Prouincialium Miniſtrorum coniunctim vel diuiſim [n] auctoritas intercederet) poſſent libere commutare. Sed & quia Fratribus ipſis pecuniã per ſe, vel per alium recipere ipſorum regula diſtrictius interdicit, vo-

Canõ generalis à ſolo Papa condit.

a ¶ *Ad conditorem canonum.*] qualis eſt Papa, qui ſolus generales canones cõdere poteſt: 18.diſtin.c. regula. cum multis cap. ſeqq. ſic & ſolus Imperator legem generalem condere poteſt.C.de leg.l.1.& vlt.

b ¶ *Pertinere.*] eius enim eſt ſua vel anteceſſorum ſtatuta in melius reformare. de reſcript. c.ſtatutum. de ſent. excom.c.alma.lib.6. de re iud.cum olim.

c ¶ *Obeſſe.*] id eſt, nocere.

d ¶ *Potius quàm prodeſſe.*] hoc frequenter contingit ex variatione perſonarum, cauſarum, temporum, & locorum. 19.diſt.c.ſciendũ.61.diſt. §.his omnibus.35. q.9.c. ſententiam. extra de cõſangui.& affi.c.non debet.in corpore authen. de nupt. §. nos autem. coll.4.

e ¶ *Obeſſe valeãt.*] præcauenda igitur ſunt futura in malum, vt hic. 60.diſt. cum Hadrian9. 27. diſt. in nomine Domini.extra de ſeruis nõ ord.c.1.ff. loca. l. ſi quis domum.§. 1. ad Trebel. l. Lucius. §. penult. de dam.infec.l.qui bona.§.cum prætor.

f ¶ *Prouidere.*] concor.ad hoc in corpore authen.de nupt.§. 1.col. 4.22.q.2. c. magnæ. ſic enim eſt in cæleſti hierarchia, quæ ſuam ex cauſa reperitur ſententiam immutaſſe.eadem cauſa & q. cap. incommutabili.& cap.vnuſquiſque.

g ¶ *Dudum.*] Secunda pars.

h ¶ *Felicis.*] ſimile de cenſibus, felicis.lib.6.

i ¶ *Neque domum.*] quæ indefinite ſub inuolucro denotauerat per verbum, nihil. hic magis ſpecificate declarat, alias videretur hic vna negatio ſuperflua: ſuper quo vide quod not.in decret.cum inter nonnullos.in 2.gloſ.

Allegatio indeterminata eſt admittenda.

k ¶ *Fuerat declaratum.*] non dicit, vbi. & ſic not.arg.pro indeterminata allegatione, quòd ſit admittenda. ad hoc de cohabi.cleri. & mulie.c.veſtra.qui fil.ſint legit.per venerabilem.§. vlti. de vita & hone.cleri.cum ab omni.C.de ſum. tri. l. 1. & in epiſtola, inter claras, hoc per Hoſtien.de ſer.non ordi.c.conſuluit.& per Petrum de Samp.dicto cap.veſtra.

l ¶ *Hoc.*] ſcilicet quòd profeſſores ordinis ſancti Franciſci nihil ſibi approprient.

m ¶ *In communi.*] ſuper hoc verbo & præcedenti dic vt dixi in c.cum inter nonnullos.ſuper eiſdem verbis.

Qualiter homicidiũ cõmittere, dicatur, q̊ proximo detrahit.

n ¶ *Detrahere.*] & male.detrahentem enim proximo Deus perſequitur.23.q.4.qui peccat.nam vna ſpecies homicidij eſt proximo detrahere: nam quantum in detractore eſt, priuat animam proximi (quæ melior eſt pars hominis) omni virtute, per quam anima viuit. Detrahere enim eſt bona quæ alicui à Deo collata ſunt, negare vel inuertere.arg.ff. de iniur.l.item apud. §. hoc autem fere. de pœni.diſt.1.cap.homicidiorum. & ibi not.

o ¶ *Impingentes.*] id eſt imponentes.

p ¶ *Declarationes huiuſmodi.*] ſcilicet factas per Gregorium & ſuos prædeceſſores.

q ¶ *Oblatrantium*] id eſt obloquentium in malum.

r ¶ *Claudere.*] ne aliàs ex hoc cõtra ipſos fratres inſurgat infamia.

ſ ¶ *Profeſſorum ipſorum.*] ſcilicet religionis ſancti Franciſci.

t ¶ *Conſcientiis.*] quas forte ſcrupuloſas habebant ſemper habendo proprium.

v ¶ *Et ſanxit.*] ſcilicet Nicolaus iij.aliàs iiij.extra de verb, ſignifi.

Actiones an nomine immobiliũ cõprehendantur.

z ¶ *Mobilium.*] vel ſe mouentium: quæ idem cẽſentur. ff. de ver. ſig. l.mouentium. iuxta qđ ibidẽ per gloſſam quæritur, an nomina vel actiones nomine immobilium comprehendantur. Et primo ſentire videtur q̊ ſic, tũ quia moueri non poſſunt: tum quia poſt alia immobilia fit in eis ſententiæ executio: poſt tamen ſentit q̊ cenſeantur mobilia. Sed ſuper hoc verius probabiliter põt dici, q̊ aut nomina vel actiones competunt p̱ immobilibus: tunc appellatione immobilium ideo comprehendũtur, quia actionem habens ad rem, ipſam habere videtur. ff.de reg. iur.l. qui actionem. & argu. ad hoc.C.đ prædiis minorum.l.ſi ad reſoluendam. vbi minor remittens actionem reſtituitur, ac ſi rem immobilem alienaret, aut competunt pro rebus mobilibus, ſi quidem annuatim præſtãdis: tunc idẽ, quia propter perpetuitatem præſtationis immobilium appellatione continẽtur.C.de ſacroſan.eccle.l. iubemus. in corpore authen.de non alie.aut permut.reb.eccle.§.*hoc ergo. coll.* 2. *Sed ſi competunt* p̱ mobilibus ſimpliciter debitis, tunc mobilium appellatione comprehendi poſſunt.arg.ff.de reg.iur.l. minus. & l. qui actionem. & dicta l.ſi ad reſoluendam.& C.de quadrien.præſcrip.l. 2. & ſic poteſt intelligi quod not.dicta l.mouentium. ad præmiſſa faciunt in argu. ff. de ſuppelle. leg.l.3.de leg.3.hoc legatum.de verb. ſigni. l. princeps.& l.bonorum.de iure fiſci. l. eum qui. ad ſenatuſcõnſultum Syllan.l.cum fiſco.Non obſtat quod dicitur, quòd poſtremo fit executio ſententiæ in nominibus.ff. de re iud.l.à diuo Pio. hoc ideo eſt, ne impediatur executio ſentẽtiæ, quæ prompta debet eſſe ne alias lites ex litibus oriri cõtingat: quod eſſet, ſi cõtra debitores condẽmnati agi primitus oporteret.arg. de tranſact. l. fratris.

Executio ſẽtentię prompta debet eſſe.

a ¶ *Reſeruandum.*] in illis ergo in quibus concedentes vel offerẽtes aliquid iuris retinuerunt, quod facere potuerunt. 18. q. 2. cap. Eleutherius.ff. de pact. l.in traditionibus. non videtur per Papam Nicolaum proprietas Eccleſiæ Romanæ retenta.

b ¶ *Plene.*] quaſi dicat totũ & integraliter. ff.de vſu.l. videamus. §.in Fauiana.de verb.ſign.l.plus eſt in reſtitutione.

c ¶ *Libere.*] id eſt, abſque cuiuſquam contradictione. arg. extra de elect.cũ ex eo.de præb.cap.ſi beneficia.lib. 6. in quibus verbum ſimile reperitur.

d ¶ *Ipſa.*] vtenſilia, & alia ſupra nominata.

e ¶ *In ſe.*] ſcilicet Nicolaum Papam.

f ¶ *Antedictam Eccleſiam.*] ſcilicet Romanam.

g ¶ *Simplici vſu facti.*] hæc verba occaſionem dederunt principaliter editioni huius decre.vt patet ex §.ſequenti.

h ¶ *Nonunquam.*] id eſt, aliquando.ſimile ff.de condi.& demon. l. nonnunquam.

i ¶ *Vendi expedit.*] ff.de contrah.empt.l.1.C.de admi.tut.lex quæ.

K ¶ *Conceſsit.*] ſcilicet Nicolaus Papa iiij.

l ¶ *Res ipſas.*] ſupra proxime expreſsim numeratas.

m ¶ *Habere licet.*] non ergo cum aliis.

n ¶ *Vel diuiſim.*] niſi fuiſſet hoc verbũ adiectum, q̊ Generalis & Prouincialis Miniſtri eſſet inſimul auctoritas expoſcenda: ob copulatiuam de ſui natura requirentem concurſum illorum, quæ copulat.ff.de leg.3.l.ea tamen.de condi.inſti.l.ſi hæredi plures.extra de reſcriptis, ex parte.vbi de hoc.

Copulatiua requirit concurſum copulatorum.

a ¶ *Conceſsit.*]

a ¶ *Conceſſit.*] ſcilicet Nicolaus iij. aliàs iiij. vt ſupra.

Venditio nõ procedit ſine pretio.

b ¶ *Pretio æſtimato.*] ſine quo venditio procedere non poteſt. ff. de contrahen. empt. & ven. l. 1. & 2. §. ſine. Inſti. eod. tit. §. pretium.

c ¶ *Gubernatore.*] qui aliàs protector vel conſeruator appellari conſueuit, iuxta priuilegia multis ordinibus conceſſa.

b ¶ *Et quæ.*] ſcilicet charitas.

c ¶ *In via.*] ſcilicet ſalutis conſequendæ: in præſenti enim vita quaſi in via ſumus, qua ad patriam pergimus, ſecundũ B. Gregoriũ.

d ¶ *Suo fini.*] id eſt, gloriæ æternæ.

e ¶ *Ad quam.*] ſcilicet perfectionem.

luit & conceſſit [a], quod ſi vendi contingeret res mobiles antedictas pretio [b] ęſtimato, q; huiuſmodi pretium per procuratorem deberet recipi à præfata ſede vel Cardinali gubernatore [c] eiuſdẽ ordinis deputãdum per procuratorẽ eundẽ in rem licitam, cuius vſus eſſet permiſſus eiuſdẽ ordinis Fratribus ex pendendum: hoc [d] adiecto q; poſſent de [e] vilibus rebus mobilibus [f] vel parum valentibus Fratres ipſi pietatis [g] ſeu deuotionis [h] intuitu, vel pro [i] alia honeſta cauſa & rationabili [k] (obtenta [l] tamen ſuper hoc ſuperiorum [m] ſuorum licentia) intra vel extra dictũ [n] ordinẽ ordinare. ¶ Quanquam [o] autem pia conſideratione motus prædeceſſor noſter ordinauit ſupradicta [p], illa dicto ordini exiſtimans profutura: ipſa tamen attẽto [q] modo vtendi Fratrum ipſorum ac dictæ Eccleſiæ ſubſecuta patiẽtia [r] circa [s] ipſum nõ profuiſſe, ſed potius tã ipſis Fratribus, quàm multis [t] aliis obfuiſſe ſubſequens magiſtra rerum experiẽtia [v] noſcitur declaraſſe. Ipſis quidẽ Fratribus quantũ ad ſtatũ [x] perfectionis nequaquã profuit reſeruatio [y] dominij ſupradicta: cum enim perfectio vitæ Chriſtianæ principaliter & eſſẽtialiter [z] in charitate conſiſtat, quæ ab Apoſto lo perfectionis vinculum dicitur [a]: & quæ [b] vnit ſeu iungit aliqualiter in via [c] hominẽ ſuo [d] fini: ad quã [e] per contemptum bonorũ temporaliũ & ipſorũ expropriationem [f] via diſponitur per hoc præcipue, quod ſollicitudo [g] quã temporalia in acquirendo, conſeruando, & diſpẽſando exigunt [h], quæ [i] plerumque ab actu charitatis retrahit [k], amputetur [l]: reſtat q; ſi ſollicitudo eadem poſt expropriationẽ huiuſmodi [m], quæ [n] ante [o] ipſam inerat, perſeueret [p], ad perfectionem [q] huiuſmodi talis [r] expropriatio valeat nil conferre: cõſtat autem quòd poſt ordinationẽ [s] prædictã non fuerint in acquirendis ac conſeruandis bonis [t] prædictis in iudicio & extra minus [v] ſolliciti quàm ante illã fuerant Fratres [x] ipſi, quamquam ſint religioſi Mendicantes alij [y] habentes aliqua in communi [z]. Adhuc nec vtique profuit dictis Fratribus ordinatio [a] ſupradicta, quãtum ad hoc quòd propter carentiam talis [b] proprij ſe pauperiores dicere valeant, quam ſi res [c] ipſas cũ illo (quo carere ſe dicunt) dominio obtinerent [d]. Licet etiã prædeceſſor noſter prædictus [e] dominium earum rerum, quæ ipſis fratribus offerri ſeu conferri [f], aut aliàs obuenire [g] contigerit,

d ¶ *Hoc adiecto.*] ideſt, addito.

e ¶ *De vilibus.*] iſta vilitas conſiderari poteſt aliter quàm ob pretij paruitatem, per hoc qđ ſequitur, vel parum valentibus, ipſa vilitas referatur ad ipſarũ rerum naturã. in corpore auth. de mand. princ. §. ſi tibi. cum ibi not. coll. 3.

Immobilia non reputantur vilia.

f ¶ *Mobilibus.*] hoc dicit: quia res immobiles, vtpote periculo continuo non ſubiacentes, viles reputari non conſueuerunt. arg. C. quando & qui. quar. pars. l. 1. lib. 10. ff. ad leg. Falc. l. ſi hæres.

g ¶ *Pietatis.*] puta eleemoſynæ.

h ¶ *Deuotionis.*] puta peregrinationis.

i ¶ *Pro alia.*] puta commutationis voti, vel pœnitentiæ.

k ¶ *Rationabili.*] arbitrarie conſideranda.

l ¶ *Obtenta.*] non ergo ſufficeret hoc caſu licẽtiam petere niſi obtineretur, vt aliàs extra de elect. c. q̃ ſit. & c. ſi religioſus. ne cler. vel mo. cap. vt periculoſa. lib. 6.

m ¶ *Superiorũ ſuorũ.*] intellige immediatorũ, vt aliàs dixi de teſta. religioſus. lib. 6. de vi. & hon. cle. c. quoniam. de procur. cap. religioſus. Clemens Papa v.

n ¶ *Dictum ordinem.*] id eſt, perſonas dicti ordinis, vel intellige ordinem vt iacet, ideſt, cõmunitatem ordinis.

f ¶ *Expropriationem.*] ſyllaba ex, hic priuatiue ponitur, vt aliàs de vſur. cap. vſurarum. lib. 6. alibi autem non priuat, ſed ponit. Inſtit vi bon. rap. §. ſane.

Ex, quandoque priuat quandoque ponit.

g ¶ *Sollicitudo.*] ideſt, curioſitas & diligentia in temporalibus, quæ interueniẽs pretia rerum ampliat & deficiẽs minuit. ff. de iure fiſci. leg. non intelligitur. §. diui fratres. negligẽtia enim cuncta lædere dicitur. in corpore authenti. de quæſt. §. hæc omnia. coll. 6. iuxta illud quod ſcribitur, ſicut autem artium in ſuo quoque opere inuenitur mater inſtantia, ita nouerca eruditionis eſt negligentia. 83. diſtinctione, cap. nihil.

Negligentia eſt eruditionis nouerca.

h ¶ *Exigunt.*] nam ſine his temporalia periculo ſubiacent. ad quod ff. de peti. hæred. l. ſi q̃d poſſeſſor. §. ſicut. & l. ſi ad non. §. fructus.

i ¶ *Quæ.*] ſcilicet ſollicitudo.

k ¶ *Retrahit.*] nam ſecundum Gregorium cũ mens concepta deſideria ſequitur, ſeruire rebus conuincitur, quarum amore ſuperatur. 14. q. 1. §. 1. quare ad vitandam nimiam ſollicitudinem & mentis nimiam applicationem Chriſtus præcepit non eſſe de craſtino cogitãdum. 12. quæſt. 1. habebat Dominus. iuxta verbum Pſalmiſtæ: Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere.

Sollicitudo nimia eſt vitanda.

o ¶ *Quanquam.*] Tertia pars.

p ¶ *Supradicta.*] ſcilicet §. proxi. ſupra.

q ¶ *Attento modo.*] per quem non ad ſimplicem vſum, ſed ad cõſumptionem res ipſæ deducebantur.

Patiẽtia multa tolerat.

r ¶ *Patientia.*] quæ frequenter tolerat multa, quæ in iudicium deducta minime tolerat. extra de præben. cum iam dudum. & argu. in corpore authen. in medio litis ſacras iuſsiones non fieri. §. eam autem. coll. 8. C. de tempo. appell. l. vlt. §. illud.

ſ ¶ *Circa ipſum.*] ſcilicet modum vtendi.

t ¶ *Multis aliis.*] qui lædebantur ex tali vſu.

Experientia eſt rerũ magiſtra.

u ¶ *Experientia.*] quæ magiſtra rerũ dicitur, vt hic: cum p̃ vſum ſcientiam tribuat in operatione. C. de iudi. l. certi. de no. Codi. cõfir. §. 1. in prooemio Inſti. §. cumque. Et nedum ſimpliciter rerũ magiſtra dicitur, immo efficax appellatur. extra de elect. quàm ſit. q̃a docet & probat. de reſcript. ſtatutum. de elect. vbi maius. §. 1. lib. 6. C. vt in poſſeſsionem legatorum. l. ipſis rerum. & ex parte fidem adhiberi vult. in corpore authen. de non alie. aut permu. reb. eccle. §. quod autem. coll. 2. C. de re mili. l. ſemel. lib. 12. 50. diſt. c. vt conſtitueretur. & ex pręteritis vel præſentibus quem inſtruit in futurum. in corpore authen. quib. mod. na. effi. ſui. §. illud. coll. 7. 82. diſt. c. plurimos. iuxta fin. in corpore authent. hæc conſti. innouat. in prima columna, coll. 8. extra de teſta. c. licet ex quadam.

x ¶ *Ad ſtatum perfectionis.*] ſecundum quem omnia abiicienda ſunt pauperibus erogãda. iuxta illud: Si vis perfectus eſſe, &c. 14. q. 1. in ſumma. & c. quiſquis. not. extra de æta. & quali. ad aures.

y ¶ *Reſeruatio.*] ſcilicet facta Eccleſiæ Romanæ.

Virtutes ſine charitate nihil ſunt.

z ¶ *Eſſentialiter.*] hoc dicit, quia ſine charitate virtutes cæterę nihil ſunt. de pœnit. diſt. 2. §. euidenter. & diſt. 3. c. ſi quid autem.

a ¶ *Dicitur.*] in epiſtola ad Romanos.

l ¶ *Amputetur.*] id eſt, tollatur & ſubmoueatur.

m ¶ *Huiuſmodi.*] ſcilicet temporalium.

n ¶ *Quæ.*] ſcilicet ſollicitudo.

o ¶ *Ante ipſam.*] ſcilicet expropriationem temporalium.

p ¶ *Perſeuerat.*] durante enim vitio, virtus nunquam aſciſcitur, ſed demum illi renuntiato. 32. q. 1. cum renuntiatur.

q ¶ *Ad perfectionem huiuſmodi.*] ſcilicet quæ inducitur & diſponitur per contemptum & expropriationem temporalium.

r ¶ *Talis expropriatio.*] ſcilicet poſtquam remanet ſollicitudo ſicut prius.

ſ ¶ *Ordinationẽ prædictã.*] ſcilicet factã per Nicolaũ iij. aliàs iiij.

t ¶ *Bonis prædictis.*] de quibus mentio facta eſt ſ. §. proxi.

u ¶ *Minus ſolliciti.*] & ſic per hoc à ſtatu perfectionis retrahebãtur, vt ſupra proxi. dicitur.

x ¶ *Fratres ipſi.*] ſentientes vtilitatem in rebus talibus inani nomine dominij Romanæ Eccleſiæ reſeruato.

y ¶ *Alij.*] vt ſunt Prædicatores.

z ¶ *In communi.*] & ſic in aliis rebus prædictis ſe ſimplicem vſum habere dicebant: re tamen ipſa plus quàm ſimplex vſurarius in rebus ipſis habebant.

a ¶ *Ordinatio ſupradicta.*] ſcilicet Nicolai iiij.

b ¶ *Talis proprij.*] ſcilicet Romanæ Eccleſiæ reſeruati.

c ¶ *Res ipſas.*] de quibus fit mentio ſupra proxi. §.

d ¶ *Obtinerent.*] & hoc p̃batur per ſequentia, licet etiã, & cætera.

e ¶ *Prædictus.*] ſcilicet Nicolaus iiij.

f ¶ *Conferri.*] ſcilicet inter viuos.

g ¶ *Obuenire.*] puta ex vltima alicuius voluntate, licet contra poſſet exponi.

a ¶ *Licet.*]

quarum tamẽ vſum facti dũtaxat habere licet [a] ordini vel fratribus antedictis (vſu facti [b] ſimplici prædictis fratribus reſeruato) in ſe Romanáque Eccleſiam recipiẽdum duxerit, ac libere pertinere [c] decreuerit, vt ſuperius eſt expreſſum [d]: attento tamen ipſorum fratrum vtẽdi modo & eius [e] effectu, ac patiẽtia circa modum ipſum Romanæ Eccleſiæ ſubſecuta [f], non ipſe vſus fratrum dici [g] debet, ſed potius Romanæ Eccleſiæ dominium [h] eſſe ſimplex [i]. Quis enim [k] ſimplicem [l] vſuariũ dicere poterit, cui rẽ vſuariam licet [m] permutare [n], vendere [o], ac donare [p]? proculdubio hæc [q] naturæ repugnare noſcuntur, nec ad vſuarium pertinere [r], quæ [s] tamen d[e] r[e]bus mobilibus antedi[ct]is [t] f[a]ciunt [v] fratres ipſi. Quod autem dominium Romanæ Eccleſiæ reſeruatum [x] ſimplex cenſeri [y] debeat, ex hoc patet, quòd ex illo [z] nullũm eidem [a] Eccleſiæ temporale obuenit [b] hactenus [c] commodum, nec ſperatur quòd [d] obuenire debeat in futurum, cum nec [e] intentio reſeruantis [f], nec fratrum ipſorum fuerit, quòd ad quemcumque alium quàm ad Fratres dictarum rerum perueniret cõpendiũ [g]: quod [h] proculdubio modus vtendi fratrũ ipſorũ, & Romanæ Eccleſię ſubſecuta patiẽtia euidẽter declarauit [i]. Et quòd talis intentio [k] fuerit ordinantis [l], & ex hoc patet, ꝙ illarum rerum ſibi & Eccleſiæ Romanæ dominiũ dumtaxat [m] retinuit, quarum vſum facti liceret [n] habere ordini vel fratribus antedictis: talis autem dominij [o] carentia [p] re [q] in præſenti [r], ac ſpe [s] in futurum omnimodo denudati, quo ad paupertatem temporalem, quam [t] altiorem (præ Mendicantibus aliis [v] in communi habentibus [x]) ſibi [y] vendicant dicti [z] fratres, pauperiorem non efficit [a] non habentem. Quòd [b] autem † quo ad res quæ vſu [c] conſumuntur, nõ ſint cenſendi vſuarij [d] fratres ipſi, ex ſequentibus liquet ſatis: dicere ſiquidem quòd) in talibus rebus [e] vſus iuris vel facti ſi paratus à proprietate rei ſeu dominio poſsit conſtitui, repugnat [f] iuri, & obuiat [g] rationi: nec prædeceſſoris noſtri prædicta fuiſſe videtur [h] intentio [i] Romanæ Eccleſiæ talium [k] bonorum dominium reſeruare. Quis enim ſanæ mentis credere poterit, quòd intentio fuerit tanti [l] patris, vnius

a ¶ *Licet.*] id eſt, licitum eſt.
b ¶ *Vſu facti ſimplici.*] qualiter hoc ſit intelligendum, inferius declaratur.
c ¶ *Pertinere.*] ſcilicet ad eccleſiam Romanam.
d ¶ *Eſt expreſſum.*] §. proxi.
e ¶ *Eius effectu.*] qui frequenter res ipſas ad totalē à fratribus abdicationem deducit: & talis effectus in eis potius videtur attendendus, quàm inan[is] demonſtratio ſimplicis vſus facti. arg. C. ſi minor ab hæredit. ſe abſtineat. l. 1. de do. l. vlt.
f ¶ *Subſecuta.*] hic dic vt ſ. dixi eod. §. in verbo, patientia. talis enim patientia, vbi aliàs nullum ſubeſſet iuris impedimentum, pro approbatione tacita haberetur. extra de cogna. ſpirit. cap. ſuper eo. & ibi not.
g ¶ *Dici debet.*] ſimplex, quod eſt ſtatim.
h ¶ *Dominium.*] ſcilicet in dictis rebus reſeruatum eſſe.
i ¶ *Simplex.*] repete, dici debet.
k ¶ *Quis enim.*] probat ꝙ vſus fratrum non debeat dici ſimplex.
l ¶ *Simplicẽ vſuariũ.*] id eſt, habentem ſimplicem vſum.
m ¶ *Licet.*] id eſt licitum eſt.
n ¶ *Permutare.*] ſcilicet cum alia.
o ¶ *Vendere.*] pro aliquo pretio.
p ¶ *Donare.*] ſcilicet liberaliter.
q ¶ *Hæc.*] ſcilicet poſſe rem vſuariam permutare, vendere, vel donare.

*Vſuarius rẽ in qua habet vſum, non transfert in alium.*

r ¶ *Pertinere.*] Vſuarius enim rem in qua vſum habet aliquo titulo in alium transferre non poteſt: cum quia dominium eius non habet: cum vſus inquantum eſt ſeruitus de ſui natura in re aliena, non propria fundatur: quia res propria nulli ſeruit iure ſeruitutis. ff. ſi vſusfruct. peta. l. vtifrui. de ſerui. vbi præ. iure communi, de iure dot. l. cum in fundo. & quia iure alieno conſtituitur. ff. de vſu & habi. l. 1. & l. plenum. inſtit. eo. tit. §. 1. cum iiſdem modis conſtituatur, quibus vſusfructus, vt ibi. Et vſusfructus eſt ius vtendi in rebus alienis. ff. de vſu. l. 1. Si igitur dominium nõ habet, ergo per aliquem titulum illud in alium transferre non poteſt. ff. de regu. iur. l. nemo plus iuris. de acquir. re. do. l. traditio. extra de dona. inter virum & vxo. c. nuper. 1. q. 1. gratia. & q. 7. c. Daibertum. quod exigitur in titulo permutationis: nam rem alienam permutans permutationem non contrahit. ff. de rerum permu. l. 1. §. vltimo.

*Permutatio non contrahitur in re aliena.*

ſ ¶ *Quæ tamen.*] ſcilicet permutare, vendere, donare.
t ¶ *Antedictis.*] ſcilicet quibus vti licet eiſdem.
u ¶ *Faciunt.*] id eſt facere poſſunt: iuxta ordinationem Nicolai: vel faciunt, ſcilicet de facto: quia hoc eis permittitur per illius ordinationem.
x ¶ *Reſeruatum.*] ſcilicet in rebus prædictis.
y ¶ *Simplex cenſeri debeat.*] ſcilicet potius quàm ipſe vſus fratrum, vt ſupra.
z ¶ *Illo.*] ſcilicet dominio.
a ¶ *Eidem Eccleſiæ.*] ſcilicet Romanæ.
b ¶ *Obuenit.*] præteriti temporis.
c ¶ *Hactenus.*] id eſt, vſque nunc; licet alibi aliter exponatur, ff. de vſufru. l. hactenus.
d ¶ *Quod obuenire debeat.*] & per hoc dominium vel proprietas conſueuit reddi inutilis, vt infra patebit.
e ¶ *Nec intentio.*] intentionis talis defectus impedit tanſlationẽ commodi vel emolumenti cum & impediat tranſlationem dominij. ff. de acquiren. rerum domi. l. ex mandato. C. de his qui à non do. manumit. l. 2. & ibi not. ff. de dona. l. qui mihi donatum. Intentio enim præ omnibus attenditur, ſiue in contractibus, ſiue in vltimis voluntatibus. ff. de contrah. emptio. l. ſed Celſus. §. ſi Auia. de condi. & demonſtrationi. l. in conditionibus. de lega. 1. l. ſi ſeruus plurium. §. vlt. cum ſimilibus.

*Intentio eſt attendenda.*

f ¶ *Reſeruantis.*] ſcilicet Papæ Nicolai iiij.
g ¶ *Compendium.*] id eſt vtilitas, vel cõmodũ.
h ¶ *Quod.*] ſcilicet ꝙ ad fratres, & non ad alium illarũ rerum perueniret compendium.
i ¶ *Declarauit.*] quaſi dicat, ipſis rerum experimentis hoc clare cognitum eſt, C. vt in poſ. leg. l. ipſis rerum.
k ¶ *Et quòd talis intẽtio.*] ſcilicet ꝙ ad ipſos fratres, & nõ ad alium dicta. rerũ vtilitas proueniret.
l ¶ *Ordinãtis.*] ſcilicet Papæ Nicolai, vt ſ.
m ¶ *Dumtaxat.*] quaſi dicat: non aliarum.
n ¶ *Liceret.*] licitum foret.
o ¶ *Dominij.*] ſcilicet Romanæ Eccleſiæ reſeruati.
p ¶ *Carentia.*] ſcilicet quo ad fratres ipſos.
q ¶ *Re.*] ſcilicet ipſa.
r ¶ *In præſenti.*] ſcilicet tempore.
ſ ¶ *Spe.*] conſequendi commodum.
t ¶ *Quã.*] ſcilicet paupertatem.
u ¶ *Alijs.*] vt prædicatoribus.
x ¶ *Habentibus.*] ſubaudi aliqua, ſi non habes in textu.
y ¶ *Sibi vendicant.*] id eſt attribuunt.
z ¶ *Dicti fratres.*] ſcilicet Minores.

*† Vide gloſſam poſitam in Clemen. Exiui. §. porro inde vt ſolutio, videtur dicendũ.*

a ¶ *Non efficit.*] hoc ideo: quia habere dominium quòd nullo tempore poſſet cõmodum illi cuius eſt, reportare, nihil diminuit de commodo, quod penes alium reperitur: quare pauperiorem ex hoc dicere ſe non poteſt; cum paupertas ex ſolo non habere commodum inducatur, 11. q. 3. cap. pauper. immo ex hoc tale dominium inutile penitus reputatur. C. de vſuf. l. antiquitas. inſti. eo. tit. §. ne tamen. magis non haberi. quàm haberi forte expediens. arg. ff. de ædil. edic. l. bouem. §. aliquando.
b ¶ *Quod autem.*] Quarta pars.
c ¶ *Vſu conſumuntur.*] vt ſunt res ad victum humanũ neceſſariæ. inſti. de vſufru. §. conſtituitur. ff. de vſufruc. earum rerum, quæ vſu conſumuntur. l. ſi tibi vini. & de verb. ſign. l. verbo victus.
d ¶ *Vſuarij.*] ſcilicet ſimplices.
e ¶ *Rebus.*] ſcilicet vſu conſumptibilibus.
f ¶ *Repugnat.*] cum habens in talibus vſum, earum dominiũ cenſeatur habere. ff. de vſufr. earum rerum, quæ vſu conſumuntur. l. ſed de pecunia. & l. ſi tibi. inſti. de vſufr. §. conſtituitur. & ſeq. & in talibus rebus habere vſum, tantum eſt ſicut habere vſumfructum, vt dicto tit. ff. l. hoc ſenatus. §. vlt. & l. quoniam. §. 1. In aliis autem rebus non eſt ita: quia in illis plus eſt in vſufructu quàm in vſu. ff. de vſu & habit. l. ſi habitatio. §. ſi vſus. & l. plenum. inſti de vſu & habi. §. minus. cum ſimilibus.
g ¶ *Obuiat rationi.*] eſt igitur extirpandum neceſſario, cum ratione careat. 68. diſt. c. corepiſcopi.
h ¶ *Videtur.*] id eſt præſumitur.
i ¶ *Intentio.*] ad quam eſt præ omnibus recurrendum. extra de præbend. cum olim. & eod. tit. quia ſæpe. lib. 6. de conceſ. præben. auctoritate Martini.
k ¶ *Talium bonorum.*] ſcilicet vſu conſumptibilium.
l ¶ *Tanti partis.*] q̃a non ſolũ purus 1 homo, ſed & vicari⁹ Chriſti fuit. de tranſla. epiſ. c. inter. de re iud. ad Apoſtolicæ. §. nos. libr. 6.

*1 Accipe ſano modo hoc enim dicit gloſſa hęc ad oſtẽdendam ampliſſimã Romani Pontificis poteſtatem, ſicut notatum eſt ſuper gloſſa in procœmio Clem. in verbo: Papa, in hac editiõe.*

oui, ſeu caſei, aut fruſti panis, & aliorũ vſu cõſumptibiliũ, quæ ſæpe fratribus ipſis ad cõſumẽdũ eueſtigio [a] conferuntur, dominium Romanæ Eccleſiæ, & vſum fratribus retinere? profecto probabile non videtur [b], præſertim cum illorũ bonorũ dumtaxat [c] dominium præfatæ Eccleſiæ reſeruauerit, quorũ [d] ſimplex vſus facti pertinere poteſt ad fratres dicti ordinis: quod [e] nequaquã poteſt in rebus vſu conſumptibilibus [f] reperiri, in quibus nec ius vtẽdi, nec vſus facti ſeparata à rei proprietate ſeu [g] dominio poſſunt conſtitui vel haberi [h]. Et ꝙ de [i] talibus rebus nõ intellexerit [k], euidenter oſtendit, dum reſpõdet [l] legi [m] dicenti non poſſe vſumfructũ à dominio perpetuo ſeparari, ne dominium dominis, ſemper abſcedẽte [n] vſu, inutile [o] redderetur. quæ quidẽ lex de rebus illis intelligitur, quarum penes vnũ vſus rei, & penes aliũ dominium poſsit (licet [p] inutile) remanere [q], qđ [r] nequaquã in rebus vſu cõſumtibilibus poteſt eſſe, cũ in illis per vſum vel abuſum [s] vſuarij ſubſtãtia talis rei eſſe [t] deſinat, & per conſequens proprietas etiam inutilis non ſubſiſtat [v]. Cum enim vſusfructus prout eſt in re [x] conſtitutus, qui ſeruitus dicitur pſonalis [y], & pro [z] quo reales [a] competunt actiones, nihil ſit aliud quàm ius vtendi, nec vſus, qui etiam perſonalis [b] eſt ſeruitus, ſit aliud quàm ius tantum vtendi rebus [c] alienis ſalua [d] rei ſubſtantia, id eſt [e], ius percipiendi fructus & vtilitatem [f] aliam in totum [g] vel pro parte [h] ſuo nomine [i], qui poſſunt ex re in qua vſusfructus ſeu vſus conſtituitur, prouenire [k], propter [l] quod proprietas reputatur inutilis, à qua perpetuo ab-

a ¶ *Eueſtigio.*] id eſt de proximo. arg. ff. de offic. præſi. l. plebiſcito. de reſcrip. ſtatutum. §. inſuper. lib. 6. de ſta. mo. c. periculoſo. verum. eod. lib.

b ¶ *Non videtur.*] cum per tantum patrẽ de tam modicis curandum veriſimiliter non fuerit. arg. ff. de iud. l. ſed & ſi ſuſceperit. §. ſed & ſi proponas. extra de ſimo. etſi quæſtiones. cum ſimilibus. Et ſuper hoc videre potes ea quæ aliàs ſuper hoc plene dixi in decret. Execrabilis. in gloſ. quòd redundare.

c ¶ *Dumtaxat.*] quaſi dicat, non aliorum.

d ¶ *Quorum.*] ſcilicet bonorum.

e ¶ *Quod.*] ſcilicet ad fratres dicti ordinis pertinere ſimplicem vſum facti.

f ¶ *Conſumptibilibus.*] id eſt quæ per vſum cõſumuntur.

g ¶ *Seu dominio.*] id eſt exiſtenti ſine proprietate & dominio.

h ¶ *Vel haberi.*] hoc ĩ. multis rationibus comprobatur.

i ¶ *De talibus rebus.*] ſcilicet vſu conſumptibilibus: & quarũ vſum poteſt ad ipſos fratres pertinere.

k ¶ *Non intellexerit.*] ſcilicet papa Nicolaus.

l ¶ *Dum reſpondet.*] in dicto c. Exiit.

m ¶ *Legi.*] iſtã legem habes ff. de vſuf. l. omnium. §. conſtituitur. Inſti. eo. tit. §. conſtituitur. C. eod. tit. l. antiquitas.

n ¶ *Abſcedente.*] id eſt, ſeparato exiſtente: ſic exponitur dicto §. conſtituitur.

o ¶ *Inutile redderetur.*] Not. rem dici penitus inutilẽ, cuius vſus & cõmoditas perpetuo ſubmouetur vt hic, & in 1. lege ſ. proxime allegatis. huius ratio poteſt dici. quia omniũ rerũ ſubſiſtentiã vel exiſtentiam natura naturãs, id eſt Deus cõparauit, vt ex eis humana natura fructus perciperet. inſt. de rerum diui. §. in pecudũ. quæcunque enim in terris facta ſunt, ad ſeruitium hominis facta ſunt, cum ſit dignissima creaturarum. ff. de ædi. edic. l. iuſtiſsime.

Hominis ſeruitio cuncta ſunt deputata.

p ¶ *Licet inutile.*] quo ad commoditatem vſus.

q ¶ *Remanere.*] ſcilicet de ipſarum rerum ſubſiſtenti natura.

r ¶ *Quod.*] ſcilicet ꝙ vſus penes vnum & proprietas inutilis penes alium valeat remanere.

Abuſus in bonam & malam partem ſumitur.

ſ ¶ *Vel abuſum.*] licet aliàs abuſus in mala parte ſumi cõſueuerit, vt dixi in decre. cum inter nonnullos. hic tamen in bona ſumitur: quia in talibus rebus vſus & abuſus idẽ ſunt. ff. de vſufr. ea. rerum quæ vſu conſu. l. hoc ſenatus. §. 1. & vlt. cũ ſimilibus: & ideo appellatur abuſus: quia per vſum in talibus rebus res ipſæ ad totalẽ exinanitionem deducuntur: & de eſſe ad non eſſe reducuntur, vt hic.

t ¶ *Eſſe deſinat.*] qualiter talium rerum ſubſtãtia habet per vſum tolli, vel in parte minui, dicitur ff. de vſufru. earum rerum, quæ vſu conſu. l. 1.

u ¶ *Non ſubſiſtat.*] eius enim quod non eſt, nulla eſt ſubſtantia de præſenti. ff. de leg. 1. l. ꝙ in rerum. de verb. obl. l. interdum. inſt. de inuti. ſtip. 2. reſponſo.

x ¶ *In re conſtitutus.*] vel inter viuos per pactum, vel iudicialem adiudicationem, vel per vltimam voluntatem. ff. de vſufru. pluribus. §. 1. Inſti. eo. tit. §. 1. Et dicitur in re conſtitutus, id eſt in certo corpore, quo ſublato & ipſum vſumfructum tolli neceſſe eſt. ff. de vſufr. l. 2. inſt. eo. tit. in prin. & §. finitur. ff. quib. mo. vſufr. tol. l. repeti. §. rei. dicitur & in re conſtitui: quia rem ipſam afficit ſicut cæteræ ſeruitutes.

Vſusfructus quare dicitur perſonalis ſeruitus.

y ¶ *Perſonalis.*] quia perſonæ conſtituitur etiam prædium non habenti: quod non eſt in ſeruitutibus realibus & prædialibus. ff. de ſer. l. 1. comm. prædi. l. 1. & cum perſona finitur. ff. quib. mo. vſuſfru. amittatur. l. ſicut. §. morte. nec a perſona abdicatur. immo ſi in alium per commercium transferatur, ſtatim rei domino applicatur. ff. de iure do. l. vſusfructus. & dicto §. finitur. licet commoditas fructuum percipiendorũ per commercium in alium tranſferri poſſit: & ita intelligitur lex, quæ aliàs contrarium diceret. ff. de vſufr. l. arboribus. §. vſufructuarius. de peri. & commo. rei venditæ. l. neceſſario. §. vlt. aliàs eſt ſub l. ꝙ ſi pendente. & de nouatio. l. 4. arg. etiam ad hoc extra de loca. c. veſtra.

z ¶ *Et pro quo.*] ſcilicet petendo tamquam agenti competẽti: vel negando alicui competere.

Vſus fructᵘ quibᵘ actionibus peti poteſt.

a ¶ *Reales competunt actiones.*] ſcilicet confeſſoria & negatoria. ff. ſi vſufruct. petatur. l. 1. & l. vti frui. §. vtrũ. & §. ſi patris. ſi ſerui tus vẽdicetur. l. loci corpus. §. in confeſſorio. In rem confeſſoria cõpetit aſſerenti ſibi deberi ſeruitutem: negatoria illi qui negat alteri fore debitam. eod. tit. l. 2. Dicũtur autẽ reales actiones confeſſoria & negatoria, ab impoſitione talium nominum: non autem ex hoc prout aliqui dixerunt, quia confeſſoria verbis affirmatiuis: negatoria verbis proponitur negatiuis: nam & quandoque confeſſoria verbis negatiuis: negatoria affirmatiuis proponi reperitur: vt in ſeruitute altius nõ tollendi eſt videre. ff. de no. ope. nun. l. ſi priuſquam. Inſti. de acto. §. æque. & ibi not. & dicta l. 2. Dicas etiam quòd iſtæ reales actiones, quæ pro iuribus incorporalibus competunt, dantur etiam illi qui poſsidet, vel quaſi ipſum ius corporale, ꝙ quaſi poſsideri videtur, quamdiu in contrarium per alium factum non eſt. ff. ſi ſeruitus ven. l. ſi forte. §. ſciendum. & l. ſicuti. §. ſed ſi quæratur. Secus autem in actionibus realibus competentibus pro corporalibus, quæ non dantur poſsidenti & detinenti: nam poſsidenti non eſt prodita in rem actio. ff. vti poſ. l. 1. §. interdictum. inſtitu. de act. §. ſic itaque. licet poſsidenti, ſed non detinenti detur. ff. de rei ven. l. officium. not. de hoc extra de iud. c. examinata. Si quæras quæ ſit ratio quare realis actio poſsidenti & detinenti non detur pro re corporali, ſed pro re incorporali? Reſpõdeo: rei vendicatio non datur ad alium effectum, niſi ꝙ poſſeſsio corporalis penes conuentum exiſtens in actorem transferatur. de rei ven. l. qui reſtituere. C. de alie. iudicij. l. 1. cum igitur actor illam quam petit, penes ſeipſum excludit, quia quod petit, intus habet: ſufficit enim ſibi quòd effectualiter poſsideat. dicto §. interdum. Sed realis actio pro incorporalibus competens, non datur ad illum effectum tantum: ſed vt ille qui debet ſeruitutem, nihil faciat, nullumque impedimentum præſtet: ſed patiatur illum cui debetur pacifice illa vti. ff. de vſufru. l. 3. §. 1. de ſeruitu. l. quotiens. de ſeruitu. ruſti. prædi. l. 1. in fi. cum ſimilibus. expedit igitur, quòd ipſi poſsidenti detur actio, vt ſubmotionem impedimenti aduerſarij & eius potentiam conſequatur: cum aliter iure etiam ſuo vti libere & plene non poſſet.

Actio realis an poſſit dari poſſidẽti.

Actio realis non datur poſſidẽti ꝑ re corporali, ſed bene ꝑ re incorporali.

b ¶ *Perſonalis eſt ſeruitus.*] ff. de ſerui. l. 2. & quare dicatur perſonalis: dic vt dixi de ſeruitute vſusfructus. ſ. in gl. quia perſonæ.

Seruit nẽmini ſua res.

c ¶ *Rebus alienis.*] hoc dicit: quia res propriæ nulli ſeruire poſſunt iure ſeruitutis, vt dixi ſ. in gl. vſuarius.

d ¶ *Salua rei ſubſtantia.*] id eſt, ne in totum pereat rei ſubſtãtia. ff. de vſufru. l. 1. & ita ibi nota.

e ¶ *Id eſt.*] exponit illa verba, ius vtendi, poſita in definitione vel deſcriptione vſusfructus vel vſus.

f ¶ *Vtilitatem aliam.*] puta deambulandi, geſtandi, id eſt, ſolatiãdi in fundo vſufructuario vel vſuario. ff. de vſu & habi. l. plenum.

g ¶ *In totum.*] hoc referas ad vſufructuarium, qui omnes fructus rei ſuos facit. ff. de vſufru. l. vſufructu legato. in fi. & l. itẽ ſi fundi.

h ¶ *Pro parte.*] hoc ad vſuarium referendum eſt, qui fructus rei in totum ſuos non facit, ſed illos ſolum qui ſibi ad vſum ſufficiũt. inſtit. de vſu habi. §. minus. ff. eod. tit. l. ſi habitatio. §. ſi vſus. & l. plenum. & l. fundi.

i ¶ *Suo nomine.*] quaſi dicat iure ſuo, non alieno.

k ¶ *Prouenire.*] intellige vel artificialiter vel naturaliter, vt colligitur ex iuribus, ſ. glo. proxi. allegatis.

l ¶ *Propter quod.*] ſcilicet quia vſufructuarius & vſuarius omnes rei fructus vel partem recipiunt iure ſuo.

a ¶ *Abſcedit.*]

ſcedit [a] vſusfructus ſeu vſus cõſtitutus rebus ex quibus ipſis [b] ſtãtibus vſufructuario ſeu vſuario nulla poſſit vtilitas [c] prouenire: patet ꝙ ad hoc ꝙ talis vſusfructus vel vſus in re aliqua conſtitui valeat, requiritur [d] ꝙ ex re illa poſſint fructus vel vtilitas(ſalua ipſius rei ſubſtantia) ad fructuarium vel vſuarium peruenire. Quòd ſi nulla ad ipſos poſſet ex re ipſa vtilitas (ſalua rei ſubſtantia)peruenire, quales res conſtat eſſe vſu [e] cõſumptibiles, nequaquam poſſet in rebus ipſis cuiquã vſusfructus vel vſus conſtitui, vel à [f] quoquam haberi. Adhuc [g] nec ius vtendi, quod nec eſt ius in re, nec [h] ſeruitus perſonalis,ſed [i] mere ius perſonale,pro quo reales [k] actiones non [l] cõpetunt, in rebus talibus [m], vel rebus ipſis vtendi poteſt conſtitui vel haberi,cum & ius tale [n] exigat,quod ex re ipſa, quæ ad vtendum conceditur [o] tali modo ad vſuarium peruenire poſſet vtilitas [p] aliqua, ac cum vſu permanere vſuarij ſubſtãtia [q] ſalua rei, quod [r] nequaquam poteſt(ſicut ad [s] ſenſum poteſt percipi) in rebus vſu conſumptibilibus reperiri [t]. Rurſus nec ſimplex [u] vſus, qui nec [x] eſt ſeruitus, nec [y] pro illo competit ius [z] vtendi, in talibus [a] rebus poteſt conſtitui vel haberi: cum enim vti re aliqua, nihil ſit ãliud proprie, quàm fructus rei ſiue vtilitatem [b] aliam in ſolidum vel pro parte recipere, qui [c] ex ea poſſunt (ſalua rei ſubſtantia) prouenire, reſtat ꝙ re illã vti [d] quis nequeat, ex qua(eius ſalua ſubſtantia)nulla ſibi prouenire poteſt vtilitas, quales res vſu conſumptibiles eſſe [e] cõſtat. Ex [f] quibus patet, ꝙ nec vſus qui eſt ſeruitus [g] perſonalis, nec ius vtẽdi quod non eſt ſeruitus,ſed mere ius [h] perſonale, nec actus ipſe vtendi ſine iure [i] aliquo, poſſunt in rebus vſu cõſumptibilibus cõſtitui, vel haberi, cum quodlibet præmiſſorum [k] exigat, ꝙ ex re ipſa(ſalua rei ſubſtantia [l]) poſſit habenti ius vtendi,ſeu [m] vtenti ex re ipſa vtilitas aliqua prouenire:quod vtique in rebus nequit vſu conſumptibilibus reperiri [n]. ¶ Nec [o] obuiat ſupradictis [p], quòd idem [q] prædeceſſor noſter in ordinatione prædicta etiam illorum [r] quæ ad vitæ ſuſtentationem pertinent; ſibi & Romanæ Eccleſiæ dominium reſeruarit: hoc enim [s] de rebus illis dumtaxat [t] debet intelligi, quæ vſu non ſunt [u] conſumptibiles, ſine quibus humana vita non eſt [x] ſuſtentabilis, quæ vtique non ſunt pauca [y]. Licet [z] autẽ in rebus vſu conſumptibilibus nec ius vtẽdi [a], nec ipſum [b] vti poſsit cõſtitui vel haberi,ipſis [c] tamen poterit ius abuti. Abuti autem(dum tractatur de rebus vſu conſumptibilibus) pro rei cõſumptione ſumitur [d], quod ei opponitur, quod eſt [e] vti. Vti quidẽ præſupponit quòd cum vſu, ſalua rei ſubſtantia, maneat [f]; ſed abuti exigit [g],

a ¶ *Abſcedit.* ] id eſt ſeparatur. & quæ ſit huius ratio, dic vt dixi ſ.in glo.not.rem dici.

b ¶ *Ipſis ſtantibus.* ] id eſt, in ſua eſſentiali ſubſtantia perſeuerantibus.

c ¶ *Vtilitas prouenire.* ] exemplum poteſt poni per iura.ff.de vſufruct.l.ſtatuæ.à contrario ſenſu,de ope. ſeruo. l.vlt. cum enim vſusfructus & vſus ſint ius tantum, quo quis poteſtatem aſſequitur rei fructus & vtilitates alias conſequendi,ſublata & non exiſtente tali vtilitate, videtur non exiſtere ius ad illas tantum indultum. ff. de vſufr. l. 2.inſti. eod. tit. in prin. ſicut ſublata re ſine culpa, ſubmouetur ius ad illam petendam competens.ff.de condi. furti.l. in re furtiua. & argu.ff.de leg.3. l. mortuo boue.

d ¶ *Requiritur.* ] ratio eſt, quam dixi in gloſ. proxi.præcedenti.

e ¶ *Vſu cõſumptibiles.*] illis enim in ſua ſubſtãtia remanentibus nulla inducitur vtilitas: cum ipſa non inſurgat nec proueniat, niſi ex talium rerum conſumptione inſti. de vſufruc. §.conſtituitur.

f ¶ *A quoquã haberi.*] ratio eſt, quam dixi ſ. prox.in gl.exemplum.

g ¶ *Adhuc.*] probat vlterius, ꝙ in rebus conſũptibilibus ſimplex haberi nequeat vſus facti.

Seruitus perſonalis eſt triplex.

h ¶ *Nec ſeruitus perſonalis.* ] quæ eſt triplex ſcilicet vſusfructus, vſus & habitatio aliæ dicuntur reales ſeu prædiales.ff.de ſerui. l.1. de vſufr. l. ſi quis binas. & ibi not. & ratione ſeruitutis perſonalis dicitur quis in re ius habere: cum contra quemlibet rei poſſeſſorem peti poſſit. ff.ſi vſusfr. pet. l. vti frui.§.vtitur.Ius autem vtẽdi iure ſeu ſeruitute, poteſt dici illud qđ ſuperficiario in re ſuperficiaria competit vel emphyteutæ,vel feudatario.ff.ſi ager vectigalis.l.1.& 2.de ſuperficie.l.1.§.vlt.

i ¶ *Sed mere.*] quaſi dicat,non iure competens, nec rem afficiẽs, ſed tantum perſonæ cohærens,rei poſſeſſorem non ſequens. ff. ad Treb.l.1. §.ſi hæres.

k ¶ *Reales actiones.*] ſcilicet confeſſoria & negatoria.

l ¶ *Non competunt.* ] ſed actio perſonalis ex pacto. argu. ff. de ſeru.l.vt pomum.de ſerui.ruſti.prædio. l. prætoris. cum ibi not. de vſufruct.ſi quis,binas.

m ¶ *In rebus talibus.*] ſcilicet vſu conſumptibilibus.

n ¶ *Ius tale.*] ſcilicet mere perſonale.

o ¶ *Conceditur.* ] vt eſt videre in commodatario, cui ad certum vſum res conceditur.ff.commodati l.in commodato.§.ſicut. extra eo.tit.c.1.vel creditori vel depoſitario,quibus vſus rei obligatæ vel depoſitæ permiſſus eſt:expreſſe in creditore, vel tacite in depoſitario.ff.depoſi.l.die.§.1.& C.eo.tit.ſi depoſiti.

p ¶ *Vtilitas aliqua.*] conſideranda iuxta rei ad vtendum conceſſæ qualitatem.

q ¶ *Subſtantia ſalua rei.*] ſublata enim re nullus in ea vſus poteſt ſubſiſtere.

r ¶ *Quod.*] ſcilicet ius vtendi ſubſtantia ſalua rei.

ſ ¶ *Ad ſenſum.*] ſcilicet viſus, per quẽ oculata fide veritas magis quàm per alium ſenſum animis hominum infigitur. inſti. de gra. cogna.§.vlt.

t ¶ *Reperiri.* ] cum ipſæ per vſum conſumptioni totali ſubiiciantur:& de eſſe ad non eſſe redigantur.

u ¶ *Rurſus nec ſimplex.*] ſcilicet ſine dominio exiſtens.

x ¶ *Nec eſt ſeruitus.*] & ſic per conſequens ius in re non imponens.

y ¶ *Nec pro illo.*] ſcilicet ſimplici vſu facti.

z ¶ *Ius vtendi.*] ſcilicet qualitercunq; quæſitũ.

a ¶ *Talibus rebus.*] ſcilicet vſu cõſumptibilib9.

b ¶ *Vtilitatem aliam.*] quæ conſiderari poteſt iuxta rei viſibilis qualitatem. ff. de vſufruct. l. numiſmatum. & l.ſi cuius.§.vlt. aliàs eſt ſub l. æquiſsimum.

c ¶ *Qui.* ] ſcilicet fructus,vel alia vtilitas.

d ¶ *Vti quis nequeat.*] ſcilicet durabili vſu perſeuerante:aliàs momentaneum dicitur,vt infra ſequitur.

e ¶ *Eſſe conſtat.* ] cum (vt ſupra dixi) ꝑ vſum eſſe penitus deſinant.

f ¶ *Ex quibus.* ] ſupradictis, verſi. ꝙ autem. hucuſque.

g ¶ *Seruitus perſonalis.*] ff.de ſerui.l.1.

h ¶ *Ius perſonale.* ] dic vt ſ. proxi. dixi in ver. ſed mere.

i ¶ *Sine iure aliquo.*] hoc inferius latius explicabitur.

k ¶ *Præmiſſorum.* ] ſcilicet vſus, ꝗ ſit ſeruitus perſonalis: vel ꝗ ſit ius mere perſonale: vel actus vtendi aliquo iure.

l ¶ *Subſtãtia.*] aliàs deſinit in ea omnis vſus, vt ſ.dixi.

m ¶ *Seu vtenti.* ] ſcilicet ſine aliquo iure.

n ¶ *Reperiri.*] quia per vſum totaliter eſſe deſinunt,vt prædixi.

o ¶ *Nec obuiat.*] Quinta pars.

p ¶ *Supradictis.* ] ſcilicet in parte præcedenti:& maxime in verſi. quòd autem.

q ¶ *Idem prædeceſſor noſter.*] ſcilicet Nicolaus quartus.

r ¶ *Illorum* ] ſcilicet bonorum.

ſ ¶ *Hoc enim.* ] ſcilicet quòd dominium talium bonorum ſibi reſeruauerit.

t ¶ *Dumtaxat.*] quaſi dicat,nõ de aliis:per ea ꝗ̃ dicta ſunt.ſ.prox.

u ¶ *Non ſunt conſumptibiles.* ] ſubaudi,ſed durabiles.

x ¶ *Non eſt ſuſtentabilis.*] ſcilicet commode.

y ¶ *Nõ ſunt pauca.*] ſubaudi,immo multa:ſicut eſt habitatio, ſtratus ſiue lectus,& ſimilia.ff.de verb.ſig.l.quos nos.§.viuere. de au. & arg.leg.l.veſtis.§.virilia.& §.familiaria.cum ſimilibus.

z ¶ *Licet autem.*] Sexta pars.

a ¶ *Nec ius vtendi.*] quod eſſe debet ſalua rerum ſubſtantia.

b ¶ *Nec ipſum vti.*] ſcilicet durabile.

c ¶ *Ipſis.*] ſcilicet rebus conſumptibilibus.

d ¶ *Sumitur.*] probatur hoc ff.de vſuf.earum rerum quæ vſu conſu.l.hoc ſenatus.§.1.& ſeq.nam abuſus in rebus talibus pro aſſumptione,id eſt conſumptione accipitur,vt ibidem dicitur.

e ¶ *Quod eſt vti.*] cum de ſe non ſit ei conſumptibile,ſed conſeruabile.ff.de vſuf.l.1.inſti.eo.tit.in princ.& ſtatim ſequitur.

f ¶ *Maneat.* ] vt in iuribus. ſ. proxim. alleg. & ff. de vſu & habi.l. plenum.

g ¶ *Exigit.*] ſcilicet neceſſario.

ꝗ cũ actu huiuſmodi rei ſubſtantia cõſumatur [a]: cum abuti [b] nihil aliud quàm cõtra naturam vſus vti [c] in hac [d] materia proprie poſsit dici. Licet autẽ [e] quis re vſibili [f] abſque iure vtẽdi aliquo vti [g] poſsit, ipſum [h] tamẽ vti etiã in re [i] tali abſq; iure vtẽdi ſeparato à dominio vel cõiuncto, nec ab aliquo poteſt [k] conſtitui, nec [l] à quoquã haberi. Et quòd [m] talis vſus cõſtitui nequeat, ex hoc patet, ꝗ dare vel cõſtituere quod ſuum non [n] eſt, nec ad ſe [o] pertinet, nemo [p] poteſt: licet interdum illud [q] dare poſsit aliter quàm ſit [r] ſuum. Actus autẽ ipſe vtẽdi ad vtẽtem pertinet, inquantum quis ſuorum actuum per liberum arbitrium & voluntatẽ dominus dicitur [s], cũ per [t] hoc illos non exercere valeat vel etiam exercere: non autem actus ipſe vtẽdi ad eum [v] pertinet, qui concedit alij, quod in re ſua actum illum valeat exercere: quod [x] vtique nihil eſt aliud, quàm quòd actum ſuũ ad rem concedentis ad actum ſuũ vtens valeat applicare. Sicut [y] qui equum ſuum alicui cõmodat, non actum equitãdi cõcedit [z] commodatario, ſed quòd actum illũ [a] in equo ſuo valeat exercere: quod non eſt vtique actum vtẽdi ſimplicẽ concedere ſine [b] iure, cũ hæc concedere nihil ſit aliud quã concedere ius vtendi: quod quidẽ ius [c] vtendi ſeparatũ à proprietate ſeu dominio in rebus quæ vſu conſumuntur, nequit [d] conſtitui: vt patet manifeſtius ex prædictis. Preterea [e] quòd ſimplex vſus, id eſt, ſine iure vtendi à proprietate ſeu dominio ſeparatus, etiam in re vſibili haberi nequeat, ſic probatur: Si enim poſsit haberi vſus [f] talis; aut ante actũ ipſum, aut in ipſo actu, aut poſt completum actum huiuſmodi haberetur [g]. Quod autem hoc nequeat fieri, ex hoc patet, quod non eſt, nequaquam [h] haberi poteſt: patet autem, quòd actus ipſe antequam exerceatur, aut etiam dum exercetur, aut poſtquam perfectus eſt, in rerum natura non eſt, ex quo ſequitur quòd haberi minime poteſt: licet enim & ante actum ipſum quis facultatem illam habeat exercendi: per [i] hoc tamẽ actus ipſe in rerum natura niſi in [k] potentia, non [l] exiſtit: cum autem actus eſt in fieri [m], nec adhuc quòd ipſe actus in rerum natura ſit, poteſt [n] dici, licet pro eo quòd ſit in fieri [o], dici poſsit: quod enim de actu [p] qui eſt in fieri [q], præteriit, vel futurum eſt, iam non eſt in rerum [r] natura, ſed in [s] memoria, vel [t] apprehenſione tantum eſt: quare, niſi prout in memoria, vel apprehenſione

a ¶ *Conſumatur.*] cum ſine conſumptione in talibus rebus non ſit vſus: vnde quaſi aſsidua permutatione extingui dicuntur. Inſti. de vſufr. §. conſtituitur.

b ¶ *Cum abuti.*] ſcilicet de ſe rei conſumptibile.

c ¶ *Vti.*] de ſui natura rei conſeruabile.

d ¶ *In hac materia.*] hoc dicit quia in alia materia abuſus in alia parte ſumitur, & ideo reprobatus. quod dic vt ſ. in gloſ. licet aliàs.

e ¶ *Licet autẽ.*] adhuc probat ꝗ vſus facti abſque alio iure haberi nõ poſsit.

f ¶ *Re vſibili.*] id eſt apta ad vtendum.

g ¶ *Vti poßit.*] ſcilicet de facto. vt eſt videre in fure, prædone, raptore, & ſimili.

h ¶ *Ipſum tamen.*] id eſt ipſa poteſtas vtendi.

i ¶ *In re tali.*] ſcilicet vſibili.

k ¶ *Poteſt cõſtitui.*] cũ regulariter quis alteri nequeat cõſtituere qđ non habeat: vt dixi in parte præcedenti, in gloſ. vſuarius enim. & ſtatim ſequitur.

l ¶ *Nec à quoquã haberi.*] cum enim habere proprie cum effectu debeat intelligi. ff. de verb. ſign. l. nomen filiarum. §. habere. ſequitur ꝗ vti re vſibili abſque aliquo iure vtendi, non ſit vſum habere: cum ex hoc illud appareat alienum. arg. 14. q. 4. quid dicam. 93. diſt. illud. 16. q. 4. licet. C. de fun. rei priua. l. vſus aquæ. lib. 11.

m ¶ *Et quod talis vſus.*] ſcilicet abſque aliquo iure vtendi.

n ¶ *Suum non eſt.*] ſcilicet quo ad dominiũ.

o ¶ *Nec ad ſe pertinet.*] ſcilicet aliàs quàm iure dominij. Et hoc dicit. quia aliquando quis id quod ad ſe pertinet ſine dominio alteri conſtituit: vt inquilinus, qui domum conductam alteri locando eius vſum transfert. C. commodati. l. nemo prohibetur. Et vſufructuarius qui non eſt dominus, vſumfructum tranfert. ff. de vſufru. arboribus. §. vſufructuarius.

Vſufructuarius vſumfructum trãſfert.

p ¶ *Nemo poteſt.*] niſi ex vi pacti, iuris vel iudicis auctoritate aliud cõtingat, extra de do. inter vir. & vxor. c. nuper. ff. de reg. iur. nemo plus iuris. in quibus de hoc cum ſimilibus.

q ¶ *Illud.*] ſcilicet quod ſuum eſt, vel ad ſe pertinet.

r ¶ *Quàm ſit ſuum.*] hoc dicit propter dominũ proprietatis, qui in ipſa habet vſumfructum cauſalem: & tamen non illum cauſaliter, ſed formaliter alteri conſtituit: licet ipſum taliter, id eſt formaliter non habeat. arg. ff. ſi vſufr. peta. l. vti frui. & ideo pactionibus dicitur poſſe conſtitui. ff. de vſufru. l. 3. inſti. eo. tit. §. 1.

Vſusfructus formalis differt à cauſali.

ſ ¶ *Dominus dicitur.*] vnde legitur ꝗ libertas eſt naturalis facultas eius quod cuique facere libet, niſi quod vi aut iure prohibetur. ff. de ſta. ho. l. libertas. & ideo ſcribitur, ꝗ vis animæ non infertur. 22. q. 5. §. 1. Licet autem quis ſuorum actuum dicatur dominus per naturalem libertatem arbitrij, non autem membrorum ſuorum dominus dicitur, vt illorum æſtimationem facere poſsit. ff. ad leg. Aquil. liber homo. cum illam æſtimationẽ non recipiant. ff. ſi quad. paup. feciſ. dicatur. l. ex hoc. de iis qui deie. vel effu. l. vlt.

Libertatis definitio.

Membrorũ dominus ꝓpriorum nemo videtur.

t ¶ *Cum per hoc.*] ſcilicet liberum arbitrium.

u ¶ *Ad eum pertinet.*] ratio huius eſt: quia actus vel opera vnius non eſt alterius. ff. de condi. indeb. l. ſi non ſortem. §. libertus.

x ¶ *Quod.*] ſcilicet concedere alteri in re ſua actum aliquem exercere.

y ¶ *Sicut.*] exemplificat.

z ¶ *Concedit commodatario.*] cum illum per ſe habere noſcatur.

a ¶ *Actum illum.*] ſcilicet equitandi.

b ¶ *Sine iure.*] ſcilicet vtendi: immo cum iure vtendi ſit talis conceſsio.

c ¶ *Ius vtendi.*] in tantum ꝗ non eſt reuocabile, niſi actu completo. ff. commodati. l. in commodato. §. ſicut. extra eo. tit. c. 1.

d ¶ *Nequit conſtitui.*] cum in rebus talibus habens vſum proprietatem cenſeatur habere: vt pluries dixi in parte præcedenti.

e ¶ *Præterea.*] probat adhuc ſimplicem vſum facti abſque aliquo iure eſſe non poſſe.

f ¶ *Vſus talis.*] ſcilicet abſque aliquo iure.

g ¶ *Haberetur.*] vltra iſta nullum tempus eſt dare: quia omne tempus vel in præteritum, vel in præſens, vel futurum diuiditur. ff. de iniuſto teſta. l. cum in ſecundo. inſti. de verb. oblig. §. conditiones. ff. ſi certum pet. l. cum ad præſens. cum legibus ſequentibus.

h ¶ *Nequaquam haberi poteſt.*] cõprobatur hoc per iura. ff. com. præd. l. ſi ſeruitutis. §. futuro. ſicut & perſona quæ nondum eſt, re aliqua vti non poteſt. ff. de iure codic. l. quidam referunt. extra de eccle. ædi. c. ad audientiam 2. ſicut quod in rerum natura non eſt, in ſtipulationem deduci non poteſt. inſti. de inu. ſtipu. circa princ. & per alia quæ dixi in c. cum inter nonnullos.

i ¶ *Per hoc tamen.*] ſcilicet, ꝗ habet facultatem illum exercendi.

k ¶ *Niſi in potẽtia.*] talis potentia aliàs appellatur aptitudo. extra de bap. maiores. §. cæterum. ſicut de iuſtitia inquantum eſt humana creatura, dicitur, ꝗ eſt conſtans & perpetua volũtas, in potentia videlicet vel aptitudine: quia in actu frequenter eſt contrariũ. ff. de iuſ. & iu. l. iuſtitia. Et de matrimonio qđ eſt cõiunctio maris & fœminæ, indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens, ſcilicet aptitudine vel propoſito: licet non actu. Inſti. de iure perſona. circa princ. 27. q. 7. §. 1. & de poſſeſsione momentanea. C. momenta. poſſ. l. 1. qui legitimam perſonam. l. momentaneæ.

Matrimonij definitio, & explicatio.

l ¶ *Non exiſtit.*] opus eſt facto: quod quidem ſola voluntas vel facultas non inducit, ſed operatio facti. ff. de conſt. pec. l. promiſſorum. §. conſtituto. qui. mo. pi. vel hypo. ſol. l ſicut. §. ſi voluntate. de re iud. l. 4. §. ait prætor. de pig. act. l. non eſt mirum. extra de offic. ord. paſtoralis. §. vlt. vt lit. non conte. quoniam. §. in aliis. cum ibi not. de eo qui mit. in poſ. c. 1. in fi. de hoc de re iud. cum aliquibus.

m ¶ *In fieri.*] id eſt, exercitio ipſo facti.

n ¶ *Poteſt dici.*] quia actus aliquis antequam completus ſit, eſſe completus dici non poteſt: ſicut de illo qui eſt in via eundi ad ſanctum Iacobum, dici non poteſt ꝗ iuerit, donec intentionem ſuam compleuerit. arg. ad hoc. ff. de cond. ob cau. l. ſi pecuniam. de verbo. oblig. l. ſi ita ſtipulatus eſſem. de fur. ſiue igitur. inſtit. de obli. quæ ex deli. naſc. §. manifeſtus. C. de poſthu. hære. inſt. l. penult. ad Syllania. l. penult.

o ¶ *In fieri.*] expone vt ſ. proxi.

p ¶ *De actu.*] ſcilicet inchoato.

q ¶ *In fieri.*] ſcilicet completo.

r ¶ *In rerum natura.*] hoc referri ad præteritum & futurũ poteſt.

ſ ¶ *In memoria.*] ſcilicet præteriti.

t ¶ *Vel apprehenſione.*] ſcilicet futuri.

a ¶ *Haberi.*]

tantum eſt,haberi[a] nequaquã poteſt. Quod autẽ in præſenti fit,momentaneũ[b] vel inſtantaneũ[c] eſt:quod vtique magis in tellectu quàm ſenſu percipi po teſt[d] : vnde nec poteſt haberi pro tunc[e],niſi pro momento il lo ſeu inſtãti, in quo cum fit[f], poteſt dici actũ poſt actum cõpletũ:licet ſi ex facto ipſo producta res aliqua fuerit, res ipſa aliqua facta haberi[g] valeat:factum tamen ipſum quod iam tranſit, niſi in memoria (prout ſupra dictum eſt) non habetur[h].Præterea[i] ſi ſimplex vſus abſque iure vtendi haberi poſſit ab aliquo,conſtat quòd non iuſtus eſſet actus vtendi huiuſmodi reputandus[k]: cum ille vſus fuerit cui ius non competebat vtendi: talis autem vſus non iuſtus ad perfectionis ſtatum nequaquã[l] pertinet, nec perfectioni aliquid[m] adiicit, ſed ſibi repugnare potius ac detrahere[n] noſcitur manifeſte.Quòd autem vſum non iuſtum conditor[o] canonis fratribus ipſis intellexerit reſeruare, nequaquam debet aliquis ſapiens æſtimare[p]: immo quòd de iuſto[q] intellexerit,ex eo poteſt euidentius apparere, quòd in eadẽ ordinatione curauit adiicere,quòd illarum rerum dumtaxat in ſe & Eccleſiam Romanam recipiebat dominium, quarum vſum facti liceret[r] habere fratrib9 ſeu ordini antedictis:ſubiungens[s] nihilominus, quòd non rerum[t] omnium vſum habere debeant fratres ipſi:quãtum autem ad vſum facti ſimplicem abſque omni iure vtendi attinet, nulla rerum quo ad fratres differentia eſt cenſenda:ſic enim vti de facto[v] poſſunt prohibitis vt permiſſis[x], quare præmiſſa rerum[y] diſtinctio[z] ad illum vſum facti potius[a] eſt referenda, pro quo ipſis cõpetit fratribus ius[b] vtendi: quarundam[c] enim rerum vſus fratribus ipſis prohibitus noſcitur, & quarundam[d] permiſſus:ex quo[e] ſequitur,quòd vſus facti,de quo ordinatio[f] loquit'[g],de tali[h] intelligi debeat, qui iuſtus ſit, id eſt[i], pro quo cõpetat ius vtẽdi:& hoc conditor ipſe[k] canonis exprimit euidenter,cum in eadẽ ordinatione adiecerit, ꝙ moderatus[l] vſus in expreſsis[m] prius rebus ipſis fratribus eſt conceſſus[n]. Præterea[o] ſi in rebus conſumptibilibus poſſit vſus conſtitui vel haberi,nequaquã ſimplex[p] nec à rei ſubſtantia, proprietate, ſeu dominio ſeparatus

a ¶ *Haberi.*] ſcilicet de præſenti.
b ¶ *Momentaneum.*] idem per momentũ durans. arg.C.ſi de momen.poſ.fue.appellatum.l.1.qui legi.perſonã,&c. l. momentaneæ.
c ¶ *Inſtantaneum.*] id eſt,in inſtanti faciendum.
d ¶ *Percipi poteſt.*] ſimile ff.de ſol.ratum.rem ratã haberi. l. quo enim.§. Iulianus. extra de donatio. Apoſtolicæ.
e ¶ *Pro tunc.*] ſcilicet præſenti.
f ¶ *Cum fit, poteſt dici actum.*] cum ſtatim vel in momento eſſe deſinat. argu. ad hoc. ff. de cond. ob cau. l. qui ſe. 2.reſpon.de dona. inter virum & vxo.l.2. §. vlt. de iure do. l. licet. §. quotiens.de ſolu.l.ſi pecuniam.
g ¶ *Haberi.*] cum effectu intelligitur. ff. de verb. ſign. l. nomen. §. habere. immo aliàs tale habere in momento deſinens, eſſet deriſorium.arg.ff. de iure do. l.cum poſt. §. gener. cũ ibi not.& de leg. 1. l.legato generaliter.
h ¶ *Non habetur.*] illud enim quod iam factum eſt, cum in inſtanti non ſit, de præſenti non habetur: quia ſe non poteſt habere ad eſſe vel non eſſe præſens. arg. ff. ſi cer. pet. cum ad præſens. de iniuſto teſt. l. cum ſecundo. inſt. de verb.oblig.§. conditiones. & quod iam factũ eſt,pro non facto haberi non poteſt. ff. de capti. & poſtli. reuer. in bello.§.factæ.in corpore authen. de æqua. do. §. 1. colla. 7. 32. q. 5. ſi Paulus.nec ipſum factũ amplius eſſe poteſt. ar. C. de ſacroſan. eccle. l. 1.arg.63. diſt. §. pariter.

Nunc, & nil aliud de tẽpore conſtat haberi.

quare conſueuit dici,ꝙ de tempore non habemus niſi nunc.Et ſuper hoc quod hic dicitur de tempore præterito,præſenti,vel futuro,vide quod plene tractat Auguſtinus lib.11.confeſsionum.
i ¶ *Præterea.*] adhuc probare nititur ſimplicem vſum facti ſine aliquo iure non poſſe ſubſiſtere.
k ¶ *Reputandus.*] hoc probatur clare per ea quæ dixi in decret. cum inter nonnullos.in gl.ſed vnde.
l ¶ *Nequaquam pertinet.*] cum perfecti ſit nulli nocere, quod faceret vſum non iuſtum habendo: omnibus autem velle prodeſſe. 14.q.5.in c.denique.
m ¶ *Aliquid adijcit.*] cum ad perfectum ſpectat omnia contemnere.14.q.1.§.1.
n ¶ *Detrahere noſcitur.*] quia cum perfecti ſit(vt dixi)nihil etiam iuſte habere velle:ſed omnia contemnere:iniuſtum vſum habendo ſe in repugnantiam deducit.arg.C.de mune.pa.l.profeſsio. lib. 10.ff.de vaca.muner.l.in honoribus.§.philoſophis. de variis & extraor.cogni.l.1.§.& an philoſophis.12.q.2. c.gloria epiſcopi.in ver. Socrates.
o ¶ *Conditor canonis.*] ſcilicet Nicolaus.

Princeps eſt dictus in terris lex animata.

p ¶ *Aeſtimare.*] cum enim ipſe ſit Chriſti vicarius.de tranſla.epi. c. quanto. de re iud. ad Apoſtolicæ. §. nos.lib.6.& lex animata in terris.in corpore authen.de conſue.circa fin.coll. 4. nihil iniuſtum in dubio permittere videtur. arg. 21. diſt. c.nunc autem.40.diſt.c. non nos.cum ipſemet profiteatur ſe velle obtinere quod ſuæ volunt leges.in corpore authẽt.de iud.§.omnis.coll. 6. nec vult à iuris tramite declinare.extra de prob.licet.§.1.& arg. de excep. cap. cum inter. & ne aliàs iniuſtitia vel iniuria oriatur vnde iura naſci debẽt.C.vnde vi.l.meminerint.extra de accu.l. qualiter. & ne ſua conſtitutio aliquid imperfectum, aliquidve iniuſtum continere dicatur contra. l.ſi quis ſeruum. C. qui mili.non poſ. lib. 12. de his quib. vt ind. l. cum Syllanianum. cum & ipſe ſua reſcripta contra ius elicita præcipiat ab omnibus refutari.C. de preci.impe. offe. l. reſcripta.25.q.2.c. nec damnoſa. & cap. ſeq. immo auferenda ſunt de manibus portantis,& principi referenda. C. de paga.ſacrifi. & re.eo.l.ſicut. not. extra de ſi. inſtr. paſtoralis. Item ſi priuatus aliquid iniuſtum vel iniurioſum alteri in dubio permittere nõ videtur. ff. de his quæ in frau. cre. l. ſi pater. de cond. ind.l. ſi procurator.§. Celſus. multominus princeps,in corpore authent. vt differentes iudices.§. ſi tamen contingit.coll.9.
q ¶ *De iuſto.*] ſcilicet vſu.
r ¶ *Liceret.*] id eſt licitum eſſet: per hoc excludens vſum nõ iuſtũ. arg. 14. q. 4. c. quid dicam.23.q.7.c.1.ff. de condi.inſtitu.l.filius.
ſ ¶ *Subiungẽs.*] dictum c.Exiit.§.præterea loca.
t ¶ *Non rerum.*] omnium,puta pecuniæ.
u ¶ *De facto.*] ex quo ſupponitur abſque omni iure.
x ¶ *Vt permiſſis.*] in quibus cenſetur vſus non iuſtus, ex quo eſt abſq; iure vtendi,vt ſupra.
y ¶ *Rerum.*] quarum vſum licet vel non licet habere fratribus ipſis.
z ¶ *Diſtinctio.*] facta per Papam Nicolaum.
a ¶ *Potius eſt referẽda.*] ſi quæras quare hoc? Reſpondeo: quia ad illum relata magis iuri communi conuenit: & per cõſequens rei agendæ vtilior eſt:quare ipſa potius eſt ſuſcipienda.arg. ff. de reg. iur. l. quoties idem ſermo. & minus per hoc habet iniquitatis, quare potius eſt eligenda. arg. eo. tit.l. quotiens nihil. nam verba ſunt in dubio interpretanda, vt iuri communi non obuient.arg.extra de reſcrip. cauſam quæ.de conſue. cum dilectus.& (quod plus eſt) verba ad extraneũ ſenſum trahenda ſunt, vbi res de qua agitur,aliter ſalua eſſe non poſſet.C.de libe.præterit.l. 4. & not. extra de verb. ſign.c.intelligentia.

Verba quãq; ad extraneũ ſenſum trahuntur.

b ¶ *Ius vtendi.*] ſaltem perſonale.
c ¶ *Quarundam enim rerum.*] vt pecuniæ.
d ¶ *Quarundam.*] vt duarum tunicarum breuium & ſimilium:vt in dicto c.Exiit.§.licet autem.
e ¶ *Ex quo.*] ſcilicet, quia quarundam rerum vſus eſt prohibitus, & quarundam permiſſus.
f ¶ *Ordinatio.*] ſcilicet Nicolai.
g ¶ *Loquitur.*] ſcilicet ipſe Nicolaus per ordinationem:nam ipſa ordinatio cum de ſe ſit inanimata,non loquitur.ſecundũ enim modum loquendi ſcriptura loqui dicitur, id eſt Deus vel homo per ſcripturam.C.de ſum.tri.epiſtola inter claras. circa prin. & ibi not.

Scriptura loqui dicitur.

h ¶ *De tali.*] ſcilicet vſu.
i ¶ *Id eſt.*] congrua eſt hæc expoſitio,cum ſine iure vtendi omnis vſus iniuſtus cenſeatur:vt ſ. & plene probaui in c. cum inter nonnullos.ad quod ſuper hoc te remiſi.
K ¶ *Ipſe.*] ſcilicet Nicolauus.
l ¶ *Moderatus vſus.*] per hoc denotare volens vſum cõpetere cũ iure in rebus permiſsis: cũ immoderatio à iure reprimi dicatur,vt in præ.decr.& de ver.ſig.c.vlt.& arg.C.vnde vi.l.1.ff.de teſti.l.1.
m ¶ *Expreſſis prius.*] dicto c.Exiit.§.in alio.& §.quia vero.
n ¶ *Eſt conceſſus.*] ex hoc concluditur manifeſte vſum competere cum iure vtendi prouenienti ex conceſsione principis tale ius inducentis.arg.8.diſt.quo iure.l.iniuriarum.§.1.
o ¶ *Præterea.*] adhuc probat in rebus conſumptibilibus ſimplicem vſum non cadere.
p ¶ *Simplex.*] ſcilicet ab omni iure.

vſus huiuſmodi poſſet [a] dici: cũ per talẽ vſũ, id eſt vtendi actũ & in ipſo actu, & cum ipſo actu res conſumatur huiuſmodi, ac in ipſius rei exerceatur ſubſtantia, nec ſine rei ipſius conſumptione eſſe [b] valeat vſus talis: ex quo paret, ꝙ vſus talis nec ſimplex nec ſeparatus [c] à dominio poteſt dici. ¶ Rurſus [d] † nedum fratribus ipſis ordinatio [e] prædicta non profuit, ſed etiã occaſionaliter honori [f] ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ nõ [g] leuiter detrahit & detraxit. Nũquid nõ præfatæ Eccleſiæ derogatur honori, ſi ipſam oporteat nũc in foro eccleſiaſtico [h], nũc in ſeculari [i], interdũ quoque coram pedaneis [k] iudicibus, & plerumque pro rebus paruis [l] & vilibus [m] continue [n] litigare? Hoc [o] autem notum [p] eſt fieri: cum occaſione retentionis [q] dicti dominij omnes cauſæ occurrentes agendo vel defendẽdo pro bonis huiuſmodi nomine Romanæ Eccleſiæ virtute cuiuſdam priuilegij à felicis recordationis Martino Papa iiij. prædeceſſore noſtro conceſſi, ſuper hoc agitẽtur [r], & (quod grauius eſt cenſendũ) procuratores cauſarum huiuſmodi multos vexare [s] dicũtur indebite, licet poteſtas attributa procuratoribus talibus per priuilegiũ antedictum quo ad adminiſtrationem bonorum [t] præmiſſorum dudum ſeruata nõ fuerit, nec [u] ſeruetur: quæ [x] omnia in notam [y] & iniuriã [z] ſanctæ Romanæ Eccleſiæ non eſt dubium redundare. Adhuc ordinatio antedicta [a] eccleſiarum prælatis & rectoribus [b] grauis exiſtere nimium & moleſta [c] monſtratur. Nunquid non graue præmiſſis [d] poteſt exiſtere, ꝙ ipſos oporteat ſe opponere [e] ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, quæ ipſorum [f] caput [g] noſcitur & magiſtra [h], ac cum ea agendo vel defendẽdo litigare [i] aſſidue, vel cedere iuri [k] ſuo? hoc [l] tamẽ oportet illos [m] facere, cũ in multis dicti fratres prædictis [n] exiſtere dicantur iniurij [o], ſicut multorum prælatorum & rectorum diuerſarũ prouinciarum adhuc in curia exiſtẽtium habet inſinuatio [p], qui quidem fratres facta [q] ſua per procuratores nituntur defendere [r] antedictos. ¶ Nos [s] itaque qui veritatem tenemur colere [t], velut ille, qui illius [u], qui veritas [x] noſcitur [y],

a ¶ *Poſſet dici.*] ratio eſt quæ ſequitur, & cætera.

b ¶ *Eſſe valeat.*] hoc ſ.pluries probatum eſt, quare non eſt iterandum.

c ¶ *Nec ſeparatus à dominio.*] cum habẽs in talibus rebus vſum, habere dicatur dominium, vt ſ.pluries probaui.

d ¶ *Rurſus.*] Septima pars.

e ¶ *Ordinatio prædicta.*] ſcilicet Nicolai.

Mater eſt honoranda.

f ¶ *Honori.*] qui ſeruandus eſt, cum enim ex præcepto Chriſti, matri carnali ſit honor exhibendus, & etiam ex iuris diſpoſitione. ff. de obſ.à li. l. 1. §.1. & l. liberto. cum ſimi. multis: multo fortius matri ſpirituali, qualis eſt Eccleſia Romana, mater omnium fidelium & magiſtra.12.diſt. cap.nõ decet.extra de ſum. tri. damnamus. ad fi.de fo. compet. cap. vlt. 2. q. 6. cap.ad Romanam. 2. & de tali honore dici conſueuit, quòd eſt quibuſcunque diuitiis præferendus.ff.ſi quis omiſ. cauſa teſta.l.Iulianus.& arg.ff. de aur. & arg.lega.l.veſtis.§.muliebria.

† Vide Bar. lib. 2. Minoric. 8. diſt. dicentem conſtitutionem Martini non prorſus correctam. adde Baldum relatum per Petrum de Anchara. in clemen.Exiui.

g ¶ *Non leuiter.*] quaſi dicat, immo grauiter.

h ¶ *Foro eccleſiaſtico.*] ſcilicet contra clericum, vel laicum pro iure eccleſiaſtico, ſpirituali vel ei annexo.extra de iudi. quanto. vel aliàs temporali iuriſdictioni eccleſiæ ſubditum. de fo. comp. licet. cum ſimilibus.

Actor forũ rei ſequi debet.

i ¶ *Seculari.*] cui cum rei ſunt ſubditi, actor forum eorum ſequi tenetur. de fo.comp. c. ſi clericus.11.q.1.experientiæ.C.de iuriſ.om. iud. l. in criminali. cum ſimilibus.

Iudices pedanei qui ſunt.

k ¶ *Pedaneis iudicibus.*] quales ſunt qui humiliora & viliora negotia diſceptant.C.de peda.iud.per totum. & maxime in l.vltima.

l ¶ *Paruis.*] paruæ dici poſſunt reſpectu habito ad qualitatem potentis.arg.ff.de iud.l.ſed & ſi ſuſceperit. §. ſed proponas. extra de ſimo.& ſi quæſtiones.& plene dixi in c.Execrabilis.

m ¶ *Vilibus.*] hic videre potes quod not. in corpore authent. de man.prin.§.ſi tibi.coll.3.

Epiſcopus non ſit litigioſus.

n ¶ *Continue litigare.*] quaſi dicat, certe detrahitur: cum epiſcopus ſe litigioſum nõ debeat exhibere: cum ex hoc ordinari etiam prohibeatur.40.diſt.§.1.& c.1. & ſeruum Dei litigare non deceat: quare dicitur ꝙ verecundia non eſt vituperanda, ſed laudanda.ff. de trib.act.l.illud.§.quid tamen.de alienati.iudicij.l. item ſi res. §. poteſt.In hoc autem potiſsime detrahitur, cum Eccleſia litigando partem cum alio faciens, habeat ad præſentiam iudicis infimi venire.C.de epiſ. & cle.l.iubemus. & ipſa ſit illa ad quem vndecunque omnis oppreſſus recurſum habiturus eſt vt ad matrem. 2. q.6. c.ad Romanam.& cap.omnis oppreſſus.

Verecundia eſt laudanda.

o ¶ *Hoc autem.*] ſcilicet litigare, etiam corã pedaneis iudicibus.

p ¶ *Notum.*] quod probatione non eget.2.q.1.de manifeſta.extra de iureiur.ad noſtram.C.de accuſa.ea quidem.

q ¶ *Retentionis.*] ſcilicet factæ per Nicolaum Papam.

r ¶ *Agitentur.*] id eſt agitari habeant coram certis iudicibus vel conſeruatoribus deputatis.

ſ ¶ *Vexare indebite.*] quod per eccleſiam aliis prohibetur.de reſcrip.nonnulli.& c.quia nonnulli.cum ſimi.ergo ab hoc debet Eccleſia abſtinere.extra de na.ex libe.ven.c.1.arg.ff.de fideiuſ. tutor. ſi ſeruitus vendicetur, in l.altius.de cond. indeb. l. frater à fratre. 11.q.1.Silueſter.25.diſt.c.vlt.

t ¶ *Bonorum præmiſſorum.*] quorum dominium fuit Eccleſiæ Romanæ per Nicolaum Papam retentum.

u ¶ *Nec ſeruetur.*] quare ex hoc dici poſſet aliqualiter abrogata. arg.4.diſt.§.leget.& arg.eod.quæ not. in ſi. in corpore authent.de man.prin.§.patrocinio.coll.3.de tabel.§.illud quoque.coll.4. Vel dic ꝙ poteſtas licita per priuilegium illud procuratoribus conceſſa per eos abutentes illo non fuit ſeruata: quare per hoc priuilegium amittere debuerunt.84.diſt.c.vbi iſta.11.q.4.priuilegium. extra de priuileg.tuarum.

x ¶ *Quæ omnia.*] ſcilicet litigare, & per priuilegium alios vexare indebite, vt ſupra.

y ¶ *Notam.*] id eſt diffamationem.

z ¶ *Iniuriam.*] quæ põt dici inſurgere hoc caſu ex indebita, prætextu priuilegij facta de aliquo, vexatione.arg. extra de fo.cõp. c. nullus.

a ¶ *Antedicta.*] ſcilicet prædicti dominij retentiua.

b ¶ *Et rectoribus.*] quocunque nomine cenſeantur, arg.1.q.3. ſaluator. & per iſtam copulatiuam, Et, videtur hic innui, ꝙ ſimplices eccleſiarum rectores non dicantur prælati: cum de ſui natura copula cõiungat diuerſa. ff. d' leg. 3. l. ea tamen adiectio. Sed de hoc dic vt not. extra de iud. decernimus.de offi.ord. c. cum ab eccleſiarum. & hoc verbum, prælatis, denotat eccleſiæ prælatos maiores.arg. dicto cap. decernimus.

Copula cõiungit diuerſa.

c ¶ *Et moleſta.*] quare ex hoc merito tollenda. arg.4.diſt. cap. erit autem lex.

d ¶ *Præmiſsis.*] ſcilicet prælatis, & rectoribus.

e ¶ *Opponere.*] ſcilicet litigando.

f ¶ *Ipſorum.*] ſcilicet prælatorum & rectorum.

g ¶ *Caput noſcitur.*] 12.diſt.c.non decet.

h ¶ *Et magiſtra.*] extra de priuileg.antiqua.

i ¶ *Litigare.*] certe negari non poteſt quin hoc eis ſit graue: cum Eccleſia perſonam parentis repræſentans, ſancta & honeſta ſemper videri debet prælatis & rectoribus, argum.ff. de obſe. à libe.l. liberto.

k ¶ *Cedere iuri ſuo.*] quod eſſet contra.l.illud.ff.de pet.hære.

l ¶ *Hoc tamen.*] ſcilicet litigare, vel iuri ſuo cedere.

m ¶ *Illos.*] ſcilicet prælatos & rectores.

n ¶ *Prædictis.*] ſcilicet prælatis & rectoribus.

o ¶ *Iniurij.*] id eſt iniurioſi ſeu contumelioſi.arg.ff. de iniu.l.item apud.§.conuitium.cum ſimilibus.

p ¶ *Inſinuatio.*] id eſt patefactio & aſſertio. ſimile extra de appell.ex inſinuatione.

q ¶ *Facta ſua.*] ſcilicet conuitioſa ſeu iniurioſa, vel aliis vexationem inducentia, vt ſupra.

r ¶ *Defendere.*] & male, quia per alium talia facere perinde eſt acſi facerent per ſe ipſos.arg.ff.de vi & vi ar.l.1.§.deieciſſe. de iniu.l.non ſolum.§.mandato.& §.Proculus.Et talium procuratorum habentium à fratribus plenam & liberam poteſtatem facta ipſis fratribus nocent.ff.de trib.act.l.procuratoris.C.de excocti.& trãſla.mili.an.l.in excoctione.lib.12.

ſ ¶ *Nos itaque.*] Octaua pars.

Veritas præfertur opinioni.

t ¶ *Colere.*] per approbationem: veritati enim manifeſte cedit opinio.8.diſt.cap.veritate.extra de purg.vulg.cap. ſignificantibus. ff.quando act.de pecu.eſt anna.l.quæſitum.aliàs eſt §.vlti.l.2. cum ſimi. & hoc verum. niſi vbi inducitur præſumptio iuris & de iure, vel fictio: quia illi habet præciſe ſtari. not. de ſpon. is qui. ff.quod metus cau.l.vlt.C.de proba.l. ſiue poſsidetis. 50. diſt. cap. ferrum.

u ¶ *Illius.*] ſcilicet Dei.

x ¶ *Veritas.*] ſubaudi eſſe.

Deus eſt via, veritas, & vita

y ¶ *Noſcitur.*] vnde vere dicitur via, veritas, & vita: via, in exemplo non

plo non errans:veritas in promiſſo,nõ fallens:vita in præmio,ſcilicet æterno non moriens.de pœn.diſt.2. c. ſi enim inquit. ver.qui dicit.11.q.3.exiſtimant.& c.imperatores.not.de hoc in corpore authent.de fi.inſt.circa princ.coll.6.

licet[a] immeriti, vicem teneamus[b] in terris, illa volentes in ſancta Dei Eccleſia, quæ non verbo obtinent tantũ, ſed quæ re potius, obſeruari[c]: præmiſſis[d] in ſcrutinio rectæ cõſiderationis adductis[e], ac deliberatione cum fratribus noſtris & multis aliis prehabita diligẽti[f], dignum arbitrantes & cõgruũ, profeſſores dicti ordinis[g] non verbis[h] tãtum, non ſimulatis[i] actibus, ſed operibus[k] claris, veritate[l] ſuffultis perfectioris ſtatus, ac altioris paupertatis ſibi prærogatiuam præ aliis Mendicantibus vendicare, ac nihilominus honori[m] ſacroſanctę Romanæ Eccleſiæ, (cuius obnubilari[n] poſſet gloria, ſi tam peruerſæ[o] ſimulationi, quæ profecto & ipſis ſimulantibus officit[p], & aliis ſcandali[q] materiam ſubminiſtrat, diſſimulando illi occurrere conſentiret[r]) ac inſuper volentes indemnitati prælatorum & rectorum[s] ſalubriter ſuper hoc prouidere, nolentes in poſterũ ſub prætextu ſeu pallio[t] talis dominij temporalis verbalis[u], nudi[x] ac enigmatici[y], tanta bona quanta dicti Fratres faciũt, infici[z], ac fomentũ[a] tantis malis, quanta[b] procedunt ex ſimulatiõe huiuſmodi, miniſtrare[c]: De fratrũ[d] noſtrorũ conſilio, hoc edicto in perpetuum valituro ſancimus, ꝙ in bonis, quæ in[e] poſterum conferẽtur[f] vel offerentur[g], aut aliàs quomodolibet[h] obuenire continget Fratribus ſeu ordini ſupradictis (exceptis[i] eccleſiis[k], oratoriis[l], officinis[m], & habitationibus, ac vaſis, libris, & veſtimentis diuinis officiis dedicatis[n] vel dedicãdis, quæ ad ipſos[o] obueniẽt in futurum, ad quæ[p] ſe non extendunt adeo[q] inconuenientia ſupradicta[r], propter[s] quod conſtitutionem iſtã ad illa extendi nolumus[t]) nullum ius ſeu dominium aliquod oc-

a ¶ *Licet immeriti.*] hoc dicit propter humilitatẽ, vel ꝑpter pronitatem humanæ naturæ ad peccandum. 12.q.1.omnis ætas, in corpore authen. de mon. §.ſi quis igitur.circa fin.col.1. aliàs nullus eum ſanctum dubitet quẽ apex tantæ dignitatis attollit.11.diſt.non nos.

Natura humana prona eſt ad peccandum.

b ¶ *Teneamus in terris.*] ſimile extra de tranſla. epiſ. c. quanto. vt eccle. benefi. c. 1. de re iud.ad Apoſtolicæ.§. nos autem.lib.6.

c ¶ *Obſeruari.*] C.plus valere quod agitur. per totum. & dixi §. eo. in verbo,colore.

d ¶ *Præmiſſis.*] ſ.in hac decre.recitatis.

e ¶ *Adductis.*] per hũc modum hominis actus ad finem proſperũ deducitur. arg. C. de legi. humanum. de repu. l. dubium non eſt. 11. q. 3. ſummopere.

f ¶ *Diligenti.*] ſimile C. ne filius pro patre. authen. habita. quia qđ à pluribus quæritur, faciliꝰ inuenitur. 20. diſt. c. in quibus. C. de inge.manu. l. ſi auiam.de fideicom.lib. l. vlt.ff. de bo.poſ.l.in bonorum,cum ſimi.

g ¶ *Dicti ordinis.*] ſcilicet fratrum Minorum.

h ¶ *Non verbis tantum.*] ad hoc facit 16.q.1.ſi cupis. C. de epiſ. & cleri.l.decernimus.

Simulatio eſt & bona & mala.

i ¶ *Simulatis actibus.*] ſimulatio hic in mala parte ſumitur,quare infra peruerſa appellatur: aliàs in bona accipitur: ſuper quo vide quod not. de his quæ vi metuſve cau.fiunt. c.1. ad tales autẽ actus dominus reſpectum non habet: cor enim ſyncerum, non manum interrogat. 13. q. 5. c. ſi quid inueniſti.& plus reſpicit cogitationes quàm actus.15.q.6.c.ſi ſacerdotibus.ad finem.

Chriſti opera fuerunt patentia.

k ¶ *Operibus claris.*]quaſi dicat patentibus non occultis,ad inſtar operum Chriſti, quæ patentia non clandeſtina fuerunt: iuxta per eum dicta,Ego palam locutum ſum mũdo,&c.& iuxta id:Qui male agit,odit lucem.& arg.ad hoc ff.de admi.tut. l.non exiſtimo. de ritu nup.l.vlt.C.de repu.l.vxor.cum ſimilibus.Vel dic claris,id eſt non implicitis,ſed explicitis:non obfuſcatis, ſed dilucidis: claritas enim in agibilibus à iure approbatur.ff.de inſtitu.act.l.ſed & ſi. §. proſcribere. in corpore authent. de teſt.imperfect.§.nos igitur. colla.8.

l ¶ *Veritate ſuffultis.*] quaſi dicat non fictione vel ſimulatione:ſimulata enim pro infectis habenda ſunt.

m ¶ *Honori.*] de tali honore ſcribitur, ꝙ præferendus eſt honor proprius alieno.ff.manda.l.Quintus Mutius.de procur. l. quæ omnia.& arg.extra de vſu pal.c.niſi.12.q.1.c.nolo.

n ¶ *Obnubilari.*] id eſt obfuſcari,quaſi tenebroſi fumi caligine.de hæret.c.nolentes.Clem.Papa.v.

o ¶ *Peruerſæ ſimulationi.*] hic potes dicere vt dixi ſ.in verbo, ſimulatis actibus.

Pelle ſub agnina latitat mens ſæpe lupina.

p ¶ *Officij.*] vt pote in his ſub agni ſpecie lupum gerentibus. arg. extra de hæret.c.vt officium.§.1.lib.6.

q ¶ *Scandali materiam.*] quæ vitanda eſt.extra de præſcrip.c.nihil.de no.ope.nunc.c.cum ex iniuncto.cum ſimilibus.

r ¶ *Conſentiret.*] iuxta id:Error cui non reſiſtitur,approbari videtur.Et conſentire videtur erranti qui ad reſecanda quæ corrigi debent,non occurrit,83.diſt.cap.error.& c. conſentire. & arg. extra de hæret.c.2.

ſ ¶ *Rectorum.*] qui ob præmiſſa moleſtabantur & grauabantur: vt in parte præcedenti dicitur.

t ¶ *Pallio.*] id eſt velamento.arg.C.de poſtulando.l.velamento.

u ¶ *Verbalis.*] quaſi dicat,non in effectu realis.

x ¶ *Nudi.*] id eſt ab omni emolumento denudati.

y ¶ *Enigmatici.*] quaſi dicat,ſine fructu ſubſiſtentis.

z ¶ *Infici.*] ſcilicet quantum in eis eſt ex ſuis actibus ſimulatis: aliàs enim vere loquẽdo ipſa bona de ſe infecta dici non poſſunt.

a ¶ *Ac fomentum.*] id eſt nutrimentum.

b ¶ *Quanta procedunt.*] quæ colligi poſſunt.ſ.proxi.§.

c ¶ *Miniſtrare.*] quod potius tenemur vitare.arg.de offi.ord. irrefragabili. de accu.qualiter.cum ſimilibus.

d ¶ *De fratrum.*] quid operetur hæc clauſula, dixi in c.Execrabilis.

e ¶ *In poſterum.*] per hoc videtur ꝙ in collatis ante hanc conſtitutionem nihil per eam quo ad dominij retentionem immutetur: nã & ſtatuendo ſuper futuris præterita priſtinæ diſpoſitioni reliquiſſe videtur. argum. in libr. feud. de feud. cogni. circa fin. & arg. extra de præſump. nonne. de decimis, ad audientiam. C. de cad. tol. l. 1. §. ſinautem. ad deficientis.

f ¶ *Conferentur.*] titulo donationis vel legati, quod donationem ſapit. ff. de leg. 2. l. legatum.

g ¶ *Offerentur.*] ſimplici oblatione, quæ conſueuit in Eccleſia potiſsime fieri.

h ¶ *Quomodolibet.*] puta per ſpeciem aliquã, vel modum ſupremæ voluntatis, vel inter viuos.

i ¶ *Exceptis.*] ponit exceptionem de multis rebus à ſtatuto,quòd infra ſequitur.

k ¶ *Eccleſiis.*] Eccleſia 1 in iure multipliciter ſumitur. ſuper quo vide quod not.per Ber.extra ne præla.vices ſuas.c.6.

1 De variis ſignificationibus Eccleſię vide Turrecrematam ĩ ſumma de Eccleſia,lib.1.c.2.

l ¶ *Oratorijs.*] talia oratoria non ſacra, tamen ad deuotionem vnicuique fidelium licet habere de iure communi: ſupra autem non ſine conſenſu epi. de conſec. diſt.1.c. vnicuique. & c. nemo. 18. q. 2.c.quidam.in corpore autent.vt nullus fabricet orator. domos. §. ſancimus igitur.colla.5. Sicut & quilibet priuatus poteſt domum certam deputare pro colligendis pauperibus:nõ tamen ꝙ per hoc dicitur locus religioſus.extra de relig.domi.c. ad hæc. vbi de hoc per Inno.Et hoſpitali futuro religioſo certa dos aſsignanda eſt, ſicut eccleſiæ.not. per Inno.extra de reſt.ſpo.cum ad ſedem.

Oratoria an liceat vnicuique habere.

m ¶ *Officinis.*] id eſt locis iuxta morem religionis ſic appellatis: vt ſacriſtia,refectorium,lauacrum pedum,& ſimila, ſic dicta, quia ad certos actus ſunt deputata.arg. ff.de vſufr.l.ſi cuius.§. vlt. aliàs eſt ſub l.æquiſsimum.& de aur, & arg.lega.l. pediculis.§.argento. & tribus §.ſeq.cum ſimilibus.

n ¶ *Dedicatis.*] hoc verbum referri poteſt ad omnia præcedentia, vel proxima, ſcilicet vaſa,libros,& veſtimenta:& relatum ad omnia denotat,ꝙ non tantum Eccleſiæ oratoria,de quibus non eſt dubium, ſed & officina & habitationes ſunt pro diuinis officiis large dedicata, quaſi ſine illis cõmode diuinis opera dari non poſsit. arg.1.q.1.ſi quis obiecerit.& dic dedicatis,ſcilicet iã, vel dedicandis in futurum.

o ¶ *Ad ipſos.*] ſcilicet fratres,vel ordinem,

p ¶ *Ad quæ.*] ſcilicet eccleſias & alia ſ.proxi.expreſſa.

q ¶ *Adeo.*] id eſt in tantum.

r ¶ *Supradicta.*] ſ.proxi. §.& in aliis præcedentibus §. ratio autẽ quare ad illa prædicta inconuenientia ſe adeo ſicut ad alia non extendunt:quia cum talia ſunt deputata ad vſus communes ſeruitij diuini, nullus in eis contendere poteſt ſe ſingulariter habere vſum facti: nec pro illo in iudicio contendere, nec alium vexare. arg.inſti.de re.diu.§.vniuerſitatis. C.quan.& quibus quarta pars.l. 2.lib.10.12.q.2.c.qui manumittitur.

ſ ¶ *Propter quod.*] ſcilicet quia ad illa ſæpedicta inconuenientia non extendunt.

t ¶ *Nolumus.*] Not. principis conſtitutionem editam ex certa ratione ſeu cauſa,non eſſe extendendam ad illa,in quibus ceſſat illa ratio ſiue cauſa:cum defectus cauſæ conſtitutionem ceſſare faciat. ff.de iure patro.l. adigere. §. quamuis. 63. diſt. §. his omnibus. Et rationis diſsimilitudo diſsimilia iura induci facit. ff. de ſucceſ. edic.l.1.

Iura diſsimilia rationis diſsimilitudo inducit.

edic.l.1.§.largius.C.de codicil.l.vlt.de tranſac.interpoſitas. qui potiores.in pig.habeantur.l.aſsiduis.in fine.

a ¶ *Ordinationis prædictæ.*] ſcilicet factæ per Nicolaum, dicto cap.Exiit.

b ¶ *Quo ad hoc.*] ſcilicet acquiſitionem iuris vel dominij.

e ¶ *Præmiſſa.*] quæ colligi poſſunt ex parte præcedenti.

f ¶ *Et iſta tangentia* 1.] per hoc videtur ꝙ priuilegium reuocatum quo ad certa principalia, reuocatum cenſeatur quo ad alia dependentia ex eiſdem.arg.ff.de fun.inſtru.l.fundi.inſtrumento.§.fina.cum ibi not.Zenzelinus.

1 Not. gl. & vide de materia Ancha. in reg. acceſſoriũ. lib. 6. quẽ Panor. in c. de immu.eccle.vocat excellentiſſimum doctorẽ. Font.

caſione ordinationis [a] prædictæ, ſeu cuiuſuis alterius à quocunque prædeceſſorũ noſtrorũ ſuper hoc ſpecialiter editæ, Romanæ Eccleſiæ acquiratur, ſed quo [b] ad hoc habeãtur prorſus ordinationes [c] huiuſmodi pro non factis. Per [d] hoc autem in his quæ abſq; dictis ordinationibus [e] in bonis prædictis [f] ad dictã Eccleſiã [g] prouenire vel pertinere quomodolibet [h] poterant vel debebant, nullum ei dẽ [i] parari pręiudiciũ volumus, ſed illa ſibi expreſsius [k] intacta & inuiolata ſeruamus. Et quia præfatũ Martini Papæ prædeceſſoris noſtri priuilegiũ [l] dudũ ſeruatũ quo ad adminiſtrationẽ bonorũ præmiſſorũ non extitit, nec ſeruatur [m], ac ipſorũ procuratorũ officiũ, qui nominãtur à miniſtris & cuſtodibus dicti ordinis, Eccleſiæ Romanæ iniurioſum ac multis aliis moleſtũ noſcitur & etiam oneroſum [n]; diſtrictius inhibemus [o], ne deinceps [p] pro recipiendis [q], petendis [r], extorquẽdis [s], defendendis [t], ſeu adminiſtrãdis [v] bonis, quæ in poſterum fratribus vel ordini prædictis offerri vel cõferri, ſeu aliàs obuenire continget, quiſquã [x] nominetur à quoquã, ſeu cõſtituatur amodo nomine ſanctæ Romanæ Eccleſiæ [y] procurator: Nec occaſione cuiuſuis [z] priuilegij quicunq; adminiſtrationẽ quorũcumq; bonorum, quæ obuenire fratribus ipſis vel ordini continget in poſterum in iudicio, vel extra agendo, vel defendẽdo, ſupplicãdo, vel aliàs quomodolibet [a] aſſumere, vel exercere dictæ Eccleſię nomine audeat, niſi de ſedis Apoſtolicæ licẽtia ſpeciali: decernentes [b] irritum & inane ſi ſecus à quoquam in poſterum contigerit attentari: Non obſtantibus [c] quibuſcunque priuilegiis à Martino Papa prædicto, vel aliis prædeceſſoribus noſtris ipſis fratribus vel ordini ſub quacunque forma vel expreſsione verborum cõceſsis.

Per hoc [d] autẽ dicti ordinis regulæ in aliquo non intẽdimus derogare, nec priuilegiis fratribus ipſis ſeu eorum ordini ab Apoſtolica ſede conceſsis (niſi dumtaxat quo ad præmiſſa [e] & iſta [f] tangentia) præiudicium aliquod generare. Nulli ergo hominũ liceat hanc paginã noſtræ ſanctionis, inhibitionis, cõſtitutionis, & intentionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, &c. Datum Auinion.vj.Idus Decem. Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

¶ *Opinio quæ aſſerit Chriſtum & eius diſcipulos nihil habuiſſe, & in his quæ habuerũt nullũ ius eis fuiſſe, erronea eſt & hæretica. Hæc extrauagans eſt valde notabilis, & gloſſas habet profundas, quæ ſunt ex ſacræ ſcripturæ fontibus hauſtæ. Si diligenter extrauagantem præcedentem & ſequentem inſpexeris, locum huic aptum fuiſſe aſsignatum mea opinione dixeris.*

CAP. IIII.

Cvm † inter nonnullos [g] viros ſcholaſticos [h] ſæpe cõtingat in dubium reuocari, vtrum pertinaciter [i] affirmare

c ¶ *Ordinationes.*] ſcilicet Nicolai & aliorum prædeceſſorum.

d ¶ *Per hoc autẽ.*] modificat vel declarat præmiſſa. Et expone ꝑ hoc, ſcilicet ꝙ in talibus prohibemus ius aliquod vel dominiũ Romanæ Eccleſiæ acquiri.

e ¶ *Ordinationibus.*] retinentibus Romanæ eccleſię dominium, vſu facti fratribus reſeruato in rebus talibus.

f ¶ *Prædictis.*] ſcilicet ordini vel fratribus Minoribus obueniẽtibus.

g ¶ *Eccleſiam.*] ſcilicet Romanam.

h ¶ *Quomodolibet.*] cũ ſic indefinite loquatur, intelligam qualitercunque, vel ex pactione, vel ex vltima voluntate.

i ¶ *Eidem.*] ſcilicet Romanæ Eccleſiæ.

k ¶ *Expreſsius.*] id eſt, expreſſe, vel expreſsius quàm ante.

l ¶ *Priuilegiũ.*] de quo fit mentio in parte præcedenti.

m ¶ *Nec ſeruatur.*] hic dic vt ſuper hoc dixi in parte præcedenti.

n ¶ *Oneroſum.*] & ſuper hoc dic vt in parte præcedenti dixi.

o ¶ *Inhibemus.*] talis diſtricta inhibitio in contemptorem, vtpote peccantem pœnam inducit. 4. diſt. §. vlt. & aliàs ſæpe dixi.

p ¶ *Deinceps.*] ad præterita ergo non refertur quod ſequitur.

q ¶ *Recipiẽdis.*] à ſpõte ſoluere vel tradere ea volentibus extra iudicium, vt differat à ſequentibus.

r ¶ *Petendis.*] in iudicio ex parte actoris.

ſ ¶ *Extorquendis.*] ab inuito. ff. de lega. 3. l. fideicommiſſa. §. ſi rem.

t ¶ *Defendendis.*] ex parte rea.

u ¶ *Adminiſtrandis.*] extra iudicium.

x ¶ *Quiſquam.*] laicus, clericus, religioſus, ob verbum iſtud indefinitum.arg.ff.de hære.inſti.l.hoc articulo.cum ſimi.

y ¶ *Romanæ Eccleſiæ.*] alterius ergo eccleſię nõ prohibetur nominari vel conſtitui procurator.arg.ff. de iudi. cum prætor. extra de præſump.nonne.

z ¶ *Cuiuſuis priuilegij.*] ſcilicet dudum conceſsi.

a ¶ *Quomodolibet.*] puta litteras vel iudices impetrando.

b ¶ *Decernentes.*] tale decretum ligat manus cuiuſcunque etiam ignorantis.de præben.poſtquam.c.dudum.lib.6.cum ſimi.

c ¶ *Non obſtãtibus.*] Nota ſucceſſores reuocare maxime ex cauſa priuilegia per ſuos anteceſſores conceſſa: quia non habet imperium par in parem. ff. ad Trebel.l.à quo. §. tempeſtiuum. extra de elect.innotuit.ſimile huic de exceſ.præla.cum ex eo.lib.6. de pœnis.cupientes in fin.de pœnis, abuſionibus.de ſent.excom.frequentibus.in fi.Cle.5.

d ¶ *Per hoc autem.*] Nona pars proteſtatur de conſeruandis priuilegiis aliis.

Cvm inter nonnullos.] Hanc decret. diuide in duas partes. In prima enim pertinax aſſertio, ꝙ Chriſtus & eius Apoſtoli in ſpeciali vel communi aliquid non habuerunt, erronea & hæretica declaratur. In ſecunda parte pertinax affirmatio, ꝙ Chriſtus & Apoſtoli in his, quæ tenuerunt, ius non habuerunt, erronea iudicatur: ibi, *Rurſus, & cætera.*

g ¶ *Nonnullos.*] Hæ duæ negationes ſimul iũctę æquipollent affirmatiuæ. ff. de verb. ſig. l.duobus. vt & alias. ff. de coll. bo. l. nonnumquam. de fun. inſtru. l. quæſitum. de adop. l. nonnumquam. extra de reſcrip. nonnulli. & c. quia nonnulli. de ſen. excom. ſolet. lib. 6. expone igitur, nonnullos, id eſt: aliquos: quandoque tamen contingit, ꝙ duæ negationes non affirmant, ſed vna habetur ꝓ ſuperflua: & ideo alia negatio remanet in ſuo effectu, vbi mens eius quod agitur, aliàs ſalua eſſe non poſſet. ff. de verb. obli. l. 1. §. ſi quis.de acqui.poſ.l. qui pignoris. de dam.infe.l. fluminum. §. 3. in corpore authent. de hære. & fal. inordinatũ. coll. 1. de his qui ingred. ad appel. §. ſi vero. coll. 5. C.de ſer.fugi.l.1.cum ſimilibus.

Affirmatiuã geminata negatio ponit.

h ¶ *Scholaſticos.*] à ſchola dictos.arg. C.de offi. magi. offi. ſcholarium. de priuileg. ſchola. l. 2. & 3. lib. 10. de ipſis etiam ſignanter dicit: quia amore ſcientiæ conſequendæ dubitare de multis cõſueuerunt per modum diſputationis, per quam veritas eluceſcit frequenter. ff. de mun.& hono.l.munerum. §. miſto. & in extrauag. quia nonnumquam.§.nos autem. Idem tamen dicas, ſi inter alios contingeret id quod ſequitur, in dubium reuocari: cum in omnibus ſit eadem ratio. & ad hoc adde quod dixi dicto c. quia nonnumquam. §.nos autem.in verbo.ſcholaſticæ.

† Videß. Antoninũ par. 4.tit.12.c.4. §.23. & Turrecrematam in ſumma de Eccleſia lib. 2. cap. 152. ad decimum argumentũ.

Veritas per diſputationem eluceſcit.

i ¶ *Pertinaciter.*] iſtud verbum in malum ſonat: ſicut alibi de ſum. tri.& fid.catho.§.porro.de vſu.cap.ex graui. §. ſanè. Clem.5.C.de cõdu.& procu.prædi.fiſ.& domus Aug.l.cõductores.lib.11. Gratia cuius hic quæro quis dicatur pertinaciter aliquid affirmare, aſſerere, defendere, vel tenere: quia de his verbis fit hic mentio: & in dictis iuribus. Ad hoc breuiter poteſt dici, quòd qui correctionem paratus eſt ſuſcipere pro tali aſſertione, vt hæreticus nullatenus eſt habendus. 24. q. 1. cap. hæc eſt fides.& cap.ſchiſma. & q. vlt.c. dixit Apoſtolus. & ibi not. aliàs autem pertinax vt videtur, poterit reputari qui contra prohibitionem ſuperioris, quaſi ex contemptu ſcienter vel ſtudioſe affirmat talia vel defendit, vt colligitur. 11. q. 3. excellentiſsimus. extra de pœnis. cap. grauem. de cle. excom. miniſt. c. 2. & c. ſi celebrat. in fi. cum ibi not. vel qui animoſitate vel auſu incorrigibili ipſa defendit vel aſſerit. dicto cap. dixit Apoſtolus. vel qui falſas opiniones gignit aut ſequitur,

Pertinax quis dicitur eſſe.

quitur,cum & talis hæreticus cenſeatur.24.q.vlt. hæreticus. vt ille qui animo ſuperbienti diſpoſitionem ſedis Apoſtolicæ articulos fidei non infringentis ſeruare,& ei obedire contemnit,cum peccatum ariolãdi ſit non obedire,& ſcelus idololatriæ non acquieſcere:vitium paganitatis contemnere obedire.81. diſt.ſi qui ſunt.8. q.1. ſciendum. & per hoc mori ſpiritualiter quis præcipitur. extra qui fil.ſint legi.c. per venerabilem.§. pen. & arg. ff.de re mili.l.3.§.in bello. vel ille qui animo detrahenti vel irreuerenti temerarie talia defendit vel affirmat.

**redemptorem [a] noſtrũ ac Dominum Ieſum Chriſtum [b], eiuſque Apoſtolos [c] in [d] ſpeciali non habuiſſe [e] aliqua, nec in communi [f] etiam hæreticum [g] ſit cenſendum, diuerſa & aduerſa etiam ſentientibus [h] circa illud: Nos huic concertationi [i] finem imponere cupientes [k], aſſertionem huiuſmodi pertinacem [l], cum ſcripturæ [m] ſacræ, quæ in pleriſque locis ipſos [n] nonnulla [o] habuiſſe [p] aſſerit [q], cõ-**

extra de maledi.c.1.cum ibi not.& arg.C.ſi quis impera. male. l. 1. ff.de re mil.omne delictum.§.qui manus.& l.milites.§. irreuerens. vel ille qui ſtatutũ ſummi Põtificis iuſtũ venerabiliter non recipit, ſed de ipſo etiã ad vnũ iota diſputare contendit.24.q.vlt.c. hæc eſt fides. 15. diſt. c. ſancta Romana. ver. item opuſcula beati Leonis. cum per hoc anathema fieri iubeatur, vt ibi:quod quaſi ſeparationem à Deo ſignificans.24.q.vlt.c.certum eſt.in pertinacem profertur.dicto c. ſi celebrat. Vel ille pertinax poteſt dici ſicut & obſtinax,qui monita ſuperioris deſpicit.extra de re iud.c.ad Apoſtolicæ.§.ſed licet.& arg.ff.de pœn.l.legati.vel ille qui id quod per ſedem Apoſtolicam approbatum eſt,non admittit,vel ab ipſa reprobatum non repellit.19.diſt.Romanorum.93.diſt.c.miratus. & dicto c.hæc eſt fides.& arg.extra de re iudi.in cauſis.C.de cri. ſacri. l.2. de domeſti.& protect.l.1.lib.12.vel ille qui ſuæ innitens prudentię, contra dictum ſapientis & contra decretalem extrauagantem, ſancta Romana. verſi. nonnulli. etiam ſapientioribus doctoribus non credens, ad ſemetipſum & ſenſum proprium recurrit,non ad ſacræ ſcripturæ verum intellectum: quia ex hoc magiſter erroris dicitur.24.q.vlt.c.quid autem iniquius.16.q.1.cap.ſi clericatus. 27. diſt.relatum.& argu.ff.de iurepat.l.diui fratres. & argu. in prooemio Digeſtorum.§.hoc autem.

a ¶ *Redemptorem noſtrum.*] ſimile extra de reliq.& vene.ſanct.c. glorioſus.lib.6.

b ¶ *Ieſum Chriſtum.*] hoc nomen eſt ſupra omne nomen, in quo omne genu flectatur, & flectendum eſt,ſecundũ Apoſtolũ ad Philip.c.2.& probatur extra de immu.eccle.decet domum.lib.6.

c ¶ *Apoſtolos.*] numero duodeno contentos.extra de reliq.& venera.ſanct.glorioſus.lib.6.

d ¶ *In ſpeciali.*] & in ſingulari,vt quilibet poſsit dicere,hoc meũ, hoc tuum,aut hoc alterius.ſic enim in ſpeciali quid haberi dicitur. 8.diſt.quo iure.12.q.1.dilectiſsimis.Inſti.de rer.diui.§. ſingulorum. ff.eod.tit.l.1.§.hoc autem.

e ¶ *Non habuiſſe.*] etiam quo ad proprietatem intellige.

f ¶ *In communi* 1.] quaſi ad ipſos vt ad vniuerſos,non vt ad ſingulos ſpectantia. ff. de rer. diui.l. in tantum.§.vniuerſitatis.de in ius voc.l.ſed ſi hac lege.§.qui manumittitur. aliàs eſt ſub l.patronum. 12.q.2.epiſcopus. §. qui manumittitur. 12. q. 1. c.res Eccleſiæ. & c. expedit.vt per hoc videatur notari differẽtia inter cõmune & proprium & ſingulare,quaſi per hoc innui videatur, ꝙ commune non ſit proprium: & hoc verum de illo quod commune eſt pluribus vt vniuerſis, vt in dictis iuribus: ſed commune pluribus vt ſingulis, ſingulorum dici poteſt.arg.ff.de pecu.leg.l.dominus ſeruum.§. dominus.de ritu nupt.l. illud.de ſerui.ruſti. prædio. l. per fundum. de condi.inſti.l.2.cum ſimilibus.licet forte non proprie. argum. ff. de verbo.ſignifi.l.pupillus.§.vlti.de auro & argen.lega.l. Quintus. §. argento.& l.ſcribit.

1 Ad hanc gloſſam vide Iaſonem in l.ſerui electione.§.Labeo. ff. de leg.1.

g ¶ *Hæreticum.*] quaſi intelligatur ſcriptura aliter quàm ſpiritus ſanctus flagitat à quo ſcripta eſt.24.q.vlt.c.hæreſis.

h ¶ *Sentientibus.*] quia quot capita,tot ſententiæ.de conſec.diſt. 4.ſicut in ſacramentis. ff. de arbit. l. item ſi vnus.§. principaliter.& variæ ſunt hominum voluntates.ff.ad Trebel. quia poterat. & diuerſitatem corporum, & c. ff. de li.vniuerſitatis. l.1.extra de conceſ.præben.quia diuerſitatem.

i ¶ *Concertationi.*] ſimile de appel.c. concertationi.lib. 6. & in c. antiquæ concertationi.domini Papæ Ioan.xxij.

K ¶ *Cupientes.*] tanquam illi ad quem nõ ad alium ſpectat ſuper dubiis fidei electionem vel conſtitutionem facere.24.q.1. quotiés. & c.hæc eſt fides.& c.quoniam vetus.& argu. extra qui fil. ſint legi.c.per venerabilem.§.rationibus.C.de ſum.tri.l.1.

l ¶ *Pertinacem.*] ſume verbum quod eſt infra. deinceps erroneã, &c.vſque ad §.rurſus.

m ¶ *Scripturæ ſacræ.*] de qua dubitari vel diſceptari nõ poteſt,an verum vel rectũ exiſtat quicquid in ea ſcriptum conſtiterit.9. diſt. c.quis neſciat.licet de ipſa poſsit ad maiorem intelligentiã diſputari.96.diſt.c.ſatis euidenter.not.dicto c.quis neſciat.

n ¶ *Ipſos.*] ſcilicet Chriſtum & Apoſtolos.

o ¶ *Nonnulla.*] expone,affirmando, id eſt aliqua,vt dixi ſupra in gloſ.hæ duæ.

p ¶ *Habuiſſe.*] non ad ſimplicem vſum facti tantũ,prout aliqui aſſerunt,ſed etiã quo ad ius & proprietatem, vt dicitur in glo.ſeq.

q ¶ *Aſſerit* 2.] ſcripturæ ſacræ aſſertio iſta reperitur in Euãgelio Matthæi 2.c.vbi Magi obtulerunt Chriſto aurũ,thus, & myrrham. per quod denotatur oblatorum dominiũ fuiſſe quæſitum, cum rei oblatæ dominiũ quæratur Eccleſiæ cui offertur:ergo & Chriſto,qui eſt ipſa Eccleſia. arg. de conſec. diſt.1. c.omnis Chriſtianus.16.q. 1. ſtatuimus. iuncta ad hoc l.vlt.C.de ſacroſan. eccle. vbi rei legatæ vel donatę Eccleſiæ dominium transfertur vbi interuenit traditio, ſicut in oblatione facta Chriſto contingit. Non obſtat his ff.de pollicita. l. ſi quis rem.vbi ſimplex votum dominium non transfert, licet perſona vouentis obligetur:quia ibi conſenſus ſolũ vnius,ſcilicet vouentis ab initio interuenit, vt ibi not.ſecus autẽ in oblatiõe,quæ de ſui natura ſupponit conſenſum,& offerentis,& oblationem recipientis. argu.2. q.2.duo ſunt genera. circa fin. Item reperitur Matth. 8. c. Petrum Apoſtolum domũ habuiſſe. Item Matt.14. & 16. c. Apoſtolos panes habuiſſe.Item Matth. 17. legitur Chriſtum habuiſſe veſtimenta dealbata,& Petro pręcepiſſe,vt didrachma vel ſtaterẽ pro Chriſto daret recipientibus tributũ. Ad idem 23. q. vlti. tributum. per quod probatur Chriſtum didrachmatis dominium habuiſſe, cum enim præceperit illud dare tributum recipientibus:ergo voluit ꝙ dominium eius illorũ fieret,& eis dominiũ quæreretur:quia dare eſt accipientis facere.ff.de verb. obli. l. vbi autem non apparet. §. vlt.de contrah.empt.& ven.l.ſi ita.§. 1. Inſtit. de act. §. ſic itaque. ff.de reg.iur. l.non videntur data.ſupponitur ergo neceſſario illud dominiũ fuiſſe penes Chriſtum,aliàs illud transferri nõ potuiſſet. ff.de acqui.rer.dom.l.traditio.extra de don.inter vir. & vxo. cap. nuper.1.q.7.c.Daibertum.ff.de reg. iur.l. nemo plus iuris.& l. nemo plus cõmodi. Item Matth. 27. Chriſtum habuiſſe veſtimenta, & illa ſorte fuiſſe diuiſa. In Euangelio Matth.legitur. 9. c. ꝙ Matthæus domũ habebat, in qua cũ Chriſto multi diſcumbebant,cum quibus Chriſtus & ſui diſcipuli comedebant & bibebant. Item in Euangelio Lucæ 9. c. ſcribitur Dominum dixiſſe Apoſtolis,vt darent pauperibus manducare:ex quo ſupponitur ꝙ ipſi habebãt vnde darent, & hoc manifeſtius ibi declaratur ex ipſorum Apoſtolorum reſponſione cum dixerunt, habentes quinque panes & duos piſces euntes emamus denariis ducẽtis panes,& dabimus eis mãducare: ex quo euidẽter datur intelligi ipſos Apoſtolos denarios habuiſſe, etiam quo ad proprietatem vel dominiũ: ſi enim ipſi ſe empturos offerebant panes cum denariis:ergo illos pro pretio panum dare volebant, quorũ dominiũ tenebantur in vẽditores trãſferre. Licet enim venditor dominiũ rei venditę transferre in emptorem non teneatur.ff.de contrahen.empt.l.ſi ita.§.1. emptor tamen dominiũ pretij pecuniarij transferre in venditorem tenetur. ff.de act.emp.& ven.l.ex empto.quare concluditur quòd illius Apoſtoli dominium habuerunt, aliàs ipſum minime transferre poſſent.Legitur etiam Mar.8.c.ipſos ſeptem panes, & paucos piſces habuiſſe.Item legitur Matt. 17. Chriſtum veſtimenta dealbata habuiſſe.& 27.cap.ipſum veſtimenta habuiſſe. Scribitur etiam Lucæ 9.c. Chriſtum dixiſſe Apoſtolis, date pauperibus manducare, & illi dixerunt, Non ſunt nobis plus quàm quinque panes, & duo piſces, niſi forte nos emamus in omnem hanc turbam eſcam: ex quo concluditur, vt ſupra dixi. In Euangelio etiam Ioannis legitur 12.& 13.c.loculos habebat Iudas: & ea quæ mittebantur,portabat. Item primæ ad Corinthios 16. legitur: Vnuſquiſque autem noſtrum apud ſe reponat, recõdens ex collectis quod ei bene placuerit. in quibus denotat Apoſtolos aliqua habuiſſe. Item Actuũ 4.c.dicitur ꝙ erant illis omnia communia. Item Actuũ 20. legitur Paulum dixiſſe: argentum, aurum, aut veſtem nullius occupaui: ipſi ſcitis,quoniam ad ea quæ mihi opus erant, & his qui mecum ſunt, miniſtrarunt manus iſtæ. Ex quibus euidenter elicitur Apoſtolos in ſpeciali vel in communi aliqua habuiſſe. Adhuc euidenter ſic dicendum fore concluditur per auctoritatem Auguſtini dicẽtis. Habebat Dominus loculos, à fidelibus oblata cõſeruans 3, & ſuorũ neceſsitatibus & aliis indigentibus tribuebat:tunc primũ Eccleſiæ pecuniæ forma eſt inſtituta, vt intelligeremus qđ præcepit nõ eſſe cogitandũ de craſtino, non ad hoc fuiſſe pręceptum,vt nihil pecuniæ ſeruaretur à ſanctis: ſed vt Deo per iſta non ſeruiatur, & per inopiæ timorem iuſtitia deſeratur. ſic legitur 12. q. 1. c. habebat Dominus. Cuius quidem auctoritatis & aliarum ſupra inductarum mens & verba nullo modo referri poteſt ad ſimplicẽ vſum facti ſeparatum,& ſegregatum ab omni proprietate vel dominio,& ab omni iure vtendi, prout aliqui ſuo ſenſu ducti & ſuæ innitentes prudentiæ vel potius temeritati erroneæ, ſatagunt affirmare, vt colligitur ex rationibus inconuincibilibus in decret. Ad conditorem.inſertis,& ibi latius dixi. Et hoc luce clarius denota-

2 Vide Zabarellam in clemẽt.Exiui.§.proinde. de verb.ſign.

3 Vide Zabarel.clemẽ.Exiui.§.proinde.verſ.ad illud.Font.

tur in auctoritate Auguſtini prædicta, cum dicit, habebat Dominus: intelligam, habebat, ſcilicet cum effectu. hoc enim denotat verbum, habere, de ſua propria ſignificatione. ff. de verb.ſig.l. nomen filiarum.§.habere.ſicut & verbum, prouenire. verbum, capere. vt eod.tit.l.aliud eſt capere.& ſi aliter verbum, habere, in iure ſumi reperiatur, hoc eſt de impropria ſui ſignificatione, vt colligitur ff. de verb.ſigni.ſtipulatio iſta.in princ.& §.habere, ſicut de verbo, capere, dici conſueuit. ff. de re iud.l.nõ videtur quiſquam.& de verbo, prouenire, vt not.dicta l. aliud. In dubio autem ad propriam verbi ſignificationem, non autem ad impropriam vel abuſiuam ſanus referendus eſt intellectus. ff. de leg.3. l. non aliter.§.1.de verb.ſign.l. nepos Proculo.quod non fieret, ſi habere, ad ſimplicem vſum facti referretur, vt in decret.Ad conditorem.colligitur, & ibi notaui. Et cum dicit, loculos, debet vel poteſt exponi, ideſt burſas plenas. ſic exponitur iſtud verbum.ff.de pecu. lega. dominus Sticho. §.teſtamento.vel exponitur, loculos, ideſt bona vel diuitias. ita ſumitur extra de depo.c.1.Oblata. hoc verbum in auctoritate poſitum denotat rerum oblatarum dominium in Chriſtum fuiſſe tranſlatum, vt ſupra probaui. Conſeruans. iſtud verbum ibidem ſubiunctum expreſſe confundere videtur opinionẽ aſſerentiũ Chriſtũ & Apoſtolos habuiſſe aliqua tantũ quo ad ſimplicem vſum facti. conſeruatio enim de ſe ſupponit conſeruati exiſtentiã abſque vſu cõſumptibili facti, vt colligitur.ff.de mi.l.& ſi ſine.§.quæſitum. C.de admini.tut.l.lex quæ.§.vlt.& C.quan.decre.opus non eſt. l. vlt. extra de elect.quia ſæpe.de offi.ord.c. præſenti. lib. 6.12. q. 2.hæc huius placiti.cum ſimilibus.Ipſa igitur conſeruatione durante, nullatenus poteſt dici Chriſtum oblata habuiſſe abſque aliquo iure vtendi dominio vel proprietate. Nam & dato ꝙ illa habuerit, vt ſuo tempore indigentibus largiretur: interim tamen abſque omni vſu conſumptibili vt propria habebat, aliàs ſequeretur quòd ſuum habere, chimerinum, ideſt in rerum natura non exiſtẽs, diceretur & iniuſtum: qđ dicere nefas eſt, vt infra in §.rurſus.& ibi dicam. Sequeretur etiam ꝙ illa pauperibus erogaſſet de non ſuo, & ſic per conſequẽs de alieno eleemoſynam largiretur: quod tamen ipſiuſmet Dei prohibitio, & iuris communis diſpoſitio minime patiuntur.14.q.5.c.eleemoſyna.cum multis cap.ſeq.& præ.1. q.1. cap.non eſt putanda.extra de deci.ex tranſmiſſa.Species enim iniuſti lucri eſt ex alieno largiri, & beneficio ſibi acquirere debitorem. vnde ex his furti tenetur, qui ideo rem amouet, vt eam alij donet. ff. de furt.l.ſi pignore.§.1.Hũ ſenſum adhuc denotãt verba auctoritatis ꝑmiſſæ Auguſtini, cum in ea dicitur non fuiſſe præceptum ne pecunia ſeruaretur à ſanctis. Per quod patet ex iam dictis, ſanctos Dei abſque vſu ſimplici facti poſſe pecuniam habere, recta tamen intentione, vt eadem auctoritate ſubiungitur, & infra latius dicetur.

tradicat[a] expreſſe, ipſamq; ſcripturam ſacram, per quam vtique fidei orthodoxæ[b] probantur[c] articuli, quo[d] ad prẹmiſſa fermentũ[e] aperte ſupponat cõtinere mẽdacij[f], ac per[g] cõſequens quantũ[h] in ea eſt, eius[i] in totum[k] fidem[l] euacuans[m], fidẽ catholicã[n] reddat[o], eius[p] probationẽ[q] adimens, dubiã[r] & incertã, deinceps[s] erroneã fore cenſendã & hereticã[t] de fra

a ¶ *Contradicat expreſſe.*] cum ſcriptura ſacra aſſerat eos aliqua habuiſſe: illi autem aſſerant eos non habuiſſe, & certum eſt, quòd habere & non habere, tamquam affirmatio & negatio ſibi expreſſe contradicunt.in corpore authen.de manda.princ.§. ſed neque. coll.3.ff.de inſtit.actio.l. ſed etiam ſi pupillus. §. ſi inſtitoria. extra de iureiur.& ſi Chriſtus.& ad poſitionem vnius ſequitur remotio alterius.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.l. 1.Inſti. eod. tit. in princ. de tute.1.reſpon.de pœnit.diſt.2.cap.ſi enim inquit.30.q.1.cap.cum renuntiatur.cum ſimilibus.

b ¶ *Orthodoxæ.*] ideſt, catholicæ.ſimile C.de hære.l.quicunque.& l.cognouimus.cum multis ſimilibus.

c ¶ *Probantur articuli.*] vt in ſymbolo: Credo in vnum Deum: ibi, Et reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas.15.diſt.c.canones. 27.q.1.cap.1.cum multis cap.ſeqq.

d ¶ *Quo ad præmiſſa.*] ſcilicet quòd Chriſtus & Apoſtoli habuerunt aliqua in ſpeciali vel communi.

e ¶ *Fermentum.*] in malum vel in vitium ſonat hoc verbum, iuxta illud Apoſtoli. In fermento veteri, &c. & iuxta illud: Modicum fermenti totam maſſam corrumpit.9.diſt.c.ſi ad ſcripturas. 3. q. 9. cap.pura.

f ¶ *Mendacij.*] quod dicere nefas eſt.23.q.5. quid ergo.9. diſt. cap. quis neſciat.

g ¶ *Per conſequens.*] ſed vnde ſequitur iſtud conſequens? Dicas ꝙ cum ſcriptura ſacra aſſerat Chriſtũ & Apoſtolos aliqua habuiſſe: aſſertio contrariũ aſtruens, ex ſe dicit ſcripturam ſacram mentiri: & ſic per mendaciũ quod illa impingit, fidem eius tollit. arg. extra de verbo.ſignifi.forus.§.vlti.& ſic fidei (ſi negaretur) probationem reddit dubiam, cum fides niſi per ſcripturam ſacram 1 probari penes homines non poſsit.arg.de pœnit. diſt.4.cap. in domo. & de conſecr.diſt.4.cap.ne iuſti.

1 Vide omnino Turrecrematam in ſumma de Eccleſia lib.4.par. 2.cap.9.

h ¶ *Quantum in ea eſt.*] ſcilicet aſſertione: & proprie dicit, quantum in ea eſt: nam veræ ſcripturæ ſacræ teſtimonia euacuari non poſſunt.9.diſtinct.cap.palam.& cap.præceptis.

i ¶ *Eius.*] ſcilicet ſcripturæ ſacræ.

K ¶ *In totum.*] hoc dicit, quia per mendacium quod in ſcriptura reperitur, eius fides euacuari dicitur.16.diſt.c.canones. 9.diſt.c.ſi ad ſcripturas.& arg.3.q.9.c.pura.de conſec. diſt.3.c. non liceat. C. de vet.iur.enucl. l. 2. §. eandem. ff. quemad. teſt. ape.l.2.§.fin.Super quo vide quod not. per Inno.extra de hære. fraternitatis.& de offi. deleg.cum in iure. & per Accurſi. C. de tranſact. l.ſi ex falſis. & ꝑ Hoſti. extra de fide inſtrumen.ex litteris.

l ¶ *Fidem.*] id eſt, auctoritatem, vel probationem: multis enim modis ſumitur fides, vt not.extra de ſumma.tri.in rubrica.

m ¶ *Euacuans.*] id eſt, tollens, vel ſubmouens.

n ¶ *Fidem catholicam.*] quæ dicitur articulorum collectio.24.q.1. c.hæc eſt fides. & in ſymbolo Athanaſij, Quicunque vult. ſic not. extra de ſumma trini.in rubrica.

o ¶ *Redeat.*] ſume verba illa, dubiã & incertam, quæ ſunt infra.

p ¶ *Eius.*] ſcilicet fidei catholicæ.

q ¶ *Probationem adimens.*] Ex hoc collige illud effici dubiũ & incertum, cuius probatio adimitur.Ad hoc facit ff.de colla. bono. l.1.§.ſed cum poſsint.de Carbo.edi.l.3.§. duæ autem. C. de proba. l.ſi de poſſeſsione. de lati.lib.tol.l.1.§.illa autem nouiſsimis. ff. qđ metus cauſa.l.iſti quidem.§.1.

r ¶ *Dubiam.*] quæ ſimpliciter confitenda, firmiter vero credenda eſt.extra de ſum.trini.firmiter.24. diſt. c. quando epiſcopus. & in ſymbolo Athanaſij.Quicunque vult. vnde in illa dubitans, infidelis cenſetur. extra de hære. c. dubius. quare in illa nullus titubare debet.24.q.1.cap.ante.

Fides eſt firmiter credenda.

ſ ¶ *Deinceps.*] iſtud verbum denotare videtur quòd ante hanc decret.talis aſſertio non eſſet cenſenda erronea vel hæretica. arg.ad hoc de ſum. trini. cap. fidei. §. porro. vbi ſimile verbum etiam in ſimili materia ponitur: ſicut & verbum, de cætero, refertur ad futurum, non ad præteritum, vt in prooemio 6. lib. & in prooemio conſtitutionum Clementinarum.& extra de ſponſ. duorum. cap. tuas.de hære.cum Chriſtus: cum & regulariter conſtitutio nouiter edita futura, non præterita complectatur, niſi aliud caueatur. in cap.extra de conſti. quoniam. C. de legi.l.leges & conſtitutiones.31.diſt. cap. ante triennium. In contrarium facit verbum, declaramus, quod ſtatim ſequitur: quod videtur iuris antiqui declaratiuum, non noui editiuum.arg.ff.de acqui.re.do.l.ſicuti.§. ſed ſi quæratur.alibi reperitur, de elect.ſtatutum.de iureiur.Romani. §. verſ.de re iud.paſtoralis.§.vlt.de præben.c. ſi Romanus. Clem. 5. cum conſtitutio iuris naturalis: id eſt, diuini, etiam ad præterita trahatur.extra de vſu.cum tu.not. per Inno.& Compoſt. extra de conſti.cap.2.& per Hoſtien.eod.tit. cap. vlt. maxime cum talis aſſertio dicatur expreſſe ſacræ ſcripturæ contradicere, & quantum in ea eſt, fidem catholicam dubiam & incertam reddere, vt hic: ſed ſic ſentire videtur durum, cum aſſertio talis, quòd Chriſtus & Apoſtoli nihil habuerunt in ſpeciali vel in cõmuni videretur ante expreſſe cõprobari per decre.Nicolai iij. Exiit.§. porro.de verbo.ſign.lib.6. quæ facta per vicarium Chriſti potentem declarare articulos fidei cauſam probabilem ſic aſſerendi dare potuit excuſantem. arg. 2. q.3.c.Paulũ.extra de ſent.excom.c.ſacro.de electio. ſtatuimus. in ſi. lib. 6. vt aliàs cauſa probabilis erroris litigantem excuſat.ff.de leg. 2.l.qui ſolidum.§.etiam. ad Macedon.ſena.conſul. l. Iulianus. Et opinio doctoris magni inducit cauſam probabilem erroris.arg. C.de vete.iur.enu.l.1.§.his ita. 19. diſt.c.ſic omnis.20.diſt.c.de libellis.37.diſt.§.vlt.extra de reſti. ſpol. c. litteras. §. nos autem. not. per Petrum de Samp. de appel. vt debitus. ad hoc præſtat efficax argumentum 23.q.2.c.in quibus rebus. Quid enim peccauit antiquitas huius conſtitutionis inſcia priſtinam ſecuta obſeruationem? nihil, vt videtur C.de teſt.l.iubemus.Pro hac opinione facit quod not.Alanus extra de hæret. cum Chriſtus. & recitat Guli.15.diſt.canones. Et ſecundum hoc dices quòd verbũ, declaramus, expreſſe denotat ante hanc decret.etiam tenendum fuiſſe, quòd Chriſtus & Apoſtoli aliqua habuerunt, non autem ꝙ aliter tenere hæreticũ cenſeretur. & licet in veritate ſacræ ſcripturæ contradiceret, tamen alia interpretatio ſumenda videri poterat per decret.Exiit. ab hæreſi quem excuſans ante hanc decret. aliàs fruſtra eſſet hic appoſitum iſtud verbum, deinceps, contra iura.19. diſt.ſi Romanorum.extra de priuil.ſi Papa.lib. 6. de conceſ. præb. c.cum ei.§.ſecus.Clem.5.ff.de leg.1.ſi quando. de vſu.ſi ſtipulatus. an autem hodie excuſaret, dicetur §.proxi.

Conſtitutio nouiter edita reſpicit futura.

t ¶ *Hæreticam.*] id eſt à fide ſeparatam.not.Hoſt.in ſumma.de hæret.§.1.& ſic per conſequens damnandã & fugiendã.extra de ſum. tri.damnamus.C.de hære.l.damnata.extra eod.tit.c. fraternitatis. 24.q.vlt.clericus.& c. præcedenti & ſequenti.10. colla.de ſtatu. & conſue.& contra liberta.Eccleſiæ.§.ſtatuimus.cum ſimilibus.

a ¶ *De fratrum.*]

a ¶ *De fratrum.*] quid hæc clauſula operetur, vide quod not, de re iud. c. ad Apoſtolicæ. & dixi in decret. Execrabilis.

b ¶ *Declaramus.*] collige hic principem Eccleſiæ, Chriſtique vicarium poſſe etiam ſuper fide catholica declarationē facere, vt dixi ſ. in glo. tanquam. poteſt 1 etiam articulum fidei facere ſi ſumatur articulus non proprie, ſed large pro illo quod credere oporteat, cum prius ex præcepto Eccleſiæ neceſſario non oporteret. patet exemplum in hac decr. & de ſum. tri, c. fidei. §. porro. cle. 5. & per aliquos inducitur in exemplum, licet non videatur mihi proprium. extra de hæro. cū Chriſtus. vbi Papa interdici mandat, ne quis de cætero audeat dicere Chriſtum nō eſſe aliquid ſecundum q homo: cuius contrariū ante dicere licebat, cū non eſſet prohibitū ſecundum aliquorū opinionem, quæ per dictū capitulum cōfunditur. ſic Alanum notaſſe ibidem recitat Guido 15. diſt. c. 1. Per iam dicta vero non credas Papam poſſe facere nouum articulum, per quem noua fides inducatur, aut veritati fidei detrahatur aliquid vel accreſcat quo ad ſubſtantiam. 25. q. 1. c. ſunt quidam. & c. ſeq. & c. ſi eam deſtruerem. & c. quæ ad perpetuam.

1 Articulus nouus fidei an per Papā poſſit fieri? & vide beatum Thomā 2.2. q 2. art. 10.

trū [a] noſtrorū conſilio hoc perpetuo declaramus [b] edicto [c]. ¶ Rurſus [d] in poſterum [e] pertinaciter [f] affirmare, quòd redēptori noſtro prædicto [g] eiuſque Apoſtolis iis [h], quæ ipſos [i] habuiſſe ſcriptura ſacra teſtat̄ [k], nequaquam ius ipſis [l] vtendi cōpetierit [m], nec illa vendendi ſeu donandi ius [n] habuerint: aut ex ipſis alia acquirēdi, quæ tamē [o] ipſos de præmiſſis [p] feciſſe ſcriptura ſacra teſtatur [q], ſeu ipſos [r] potuiſſe [s] facere ſupponit [t] expreſſe [v]: cum talis aſſertio ipſorū [x] vſum & geſta [y] euidenter includat, in præmiſſis [z] non iuſta [a]: quod [b] vtique de vſu, geſtis ſeu factis redemptoris noſtri Dei filij ſentire [c] nefas [d] eſt, ſacræ ſcripturæ [e] cōtrarium, & doctrine catholicæ inimicum [f]: aſſertionem [g] ipſam pertinacem [h] de fratrum noſtrorū conſilio deinceps [i] erroneam fore cenſendam merito ac hæreticam declaramus [k]. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrarū declarationum infringere, vel auſu ei temerario contraire. Si quis autem, &c. Datum Auinioñ, ſecundo idus Nouēbris, anno ſeptimo.

c ¶ *Edicto.*] per hoc verbum patet hanc decret. continere hodie ius commune generale, cum ſit vnum de ſignis legis generalis. C. de legi. l. 3.

d ¶ *Rurſus.*] Secunda pars.

e ¶ *In poſterum.*] hic potes recitare quæ dixi in parte præcedenti, in verbo, deinceps.

f ¶ *Pertinaciter.*] in malum ſonat hoc verbū, vt patet ex his quæ notaui in parte præcedenti in verbo, pertinaciter. & colligitur. C. de hæret. l. 2. cum ibi not.

g ¶ *Prædicto.*] ſcilicet Ieſu Chriſto.

h ¶ *Iis.*] ablatiui pluralis numeri eſt iſtud pronomen, & expone, iis, ſcilicet bonis.

i ¶ *Ipſos.*] ſcilicet Chriſtum redemptorem, & Apoſtolos.

k ¶ *Teſtatur.*] hic dicas vt notaui in parte præcedenti, in gloſſa, ſcripturæ.

l ¶ *Ipſis.*] ſcilicet quæ habuiſſe eos ſcriptura teſtatur.

m ¶ *Competierit.*] dicebant enim aliqui Chriſtū & Apoſtolos in iis quæ habuerunt, habuiſſe ſimplicem tantūmodo vſum facti abſque dominio, proprietate, vſufructu, & abſque iure vtendi: moti potiſsime ex verbis decret. Exiit. §. porro, de verb. ſignifi. lib. 6. quæ fuit Nicolai iij. qui tamen vſus vel facti, prout illi intelligunt, reperitur nuſquam abſque aliquo iure ſaltem perſonali, quod competit ad vtendum, licet poſſet reperiri abſque iure, ſcilicet tali quòd ſit ſeruitus. & ſic ſana mente debet intelligi decre. Exiit. vt expreſſe colligitur ex decre. Ad conditorem. & ex iis quæ ibi dixi.

n ¶ *Ius habuerint.*] hoc aſſerere temerarium & fatuū erat, & ante hanc conſtitutionem, vt colligi poteſt per ſane intelligentem ex auctoritatib⁹ ſacræ ſcripturæ in iuribus allegatis ſ. in gl. ſcripturæ.

o ¶ *Quæ tamen.*] ſcilicet habuiſſe ius vendendi, donandi, & alia acquirendi.

p ¶ *De præmiſsis.*] ſcilicet quæ Chriſtus & Apoſtoli habuiſſe reperiuntur.

q ¶ *Teſtatur.*] ſed vbi? vide quod notaui in dicta glo. ſcripturæ.

r ¶ *Ipſos.*] ſcilicet Chriſtum, & Apoſtolos.

ſ ¶ *Potuiſſe facere.*] ſcilicet tamquam vere ſuis.

t ¶ *Supponit.*] ſcilicet ſcriptura ſacra.

u ¶ *Expreſſe.*] hic ſume litterā, quæ eſt infra. aſſertionem ipſam, &c. vſque in finem decre. & verbum, cum, quod ſequitur, eſt ratio declarationis, quæ infra ſubiungitur.

x ¶ *Ipſorum.*] Chriſti, & Apoſtolorum.

Geſta & facta non differunt.

y ¶ *Geſta.*] Id eſt facta: nam licet quædam ſubtilis differentia notari videatur inter facta & geſta, nihil tamen inter ipſa intereſt. ff. de verb. ſig. l. licet. & l. Labeo, §. geſtum. proprie autem geſtum ſine verbis dicitur, vt ibi: licet per interpretationem largius ſumatur. ff. de mino. l. ait prætor. & ſic poteſt hic ſumi.

z ¶ *In præmiſsis.*] ſcilicet quæ ſcriptura ſacra teſtatur Chriſtum & Apoſtolos habuiſſe.

a ¶ *Non iuſta.*] ſed vnde poteſt dici prouenire vel ſequi iſta euidens incluſio? Reſpondeo, quia cum nullus rectus vel iuſtus vſus ſeu poſſeſsio poſsit eſſe, niſi aut iure diuino vel humano vires ſumat. 23. q. 7. quicunque. neceſſario concluditur omnem cuiuſcunque rei vſum iniurioſum & iniuſtum eſſe, qui haberi dicitur abſq; aliquo iure. ff. ad leg. Aquil. l. ſed & ſi quemcunque. §. iniuriam. & de iniur. l. 1. Sicut in ſimili dicitur, omne quod non eſt ex fide, id eſt, conſcientia, peccatum eſt, de pœnit. diſt. 2. §. illud. 28. q. 1. §. ex his. extra de præſcrip. c. quoniā omne. & quicquid à lege diſcrepat, legi contrarium cēſetur, C. de Iudæ. l. cælicolarum. A lege autem; & ſic à iure expreſſe diſcrepat vſum in aliqua re habere ſine aliquo iure, cū ſine iure vſus nō ipſius vtentis, ſed alienus cenſeatur. 14. q. 4. c. quid dicā. ſcire enim quiſq; debet quod ſuū non eſt ad alium pertinere. C. vnde vi. l. cum quærebatur. & arg. ff. de manumiſ. l. 4. 13. q. 1. §. quibus. ver. itèm præcepit. Suum autem dici nō poteſt niſi aliquo iure mediante. ff. de verb. ſig. l. alienare. & l. verbis. 8. diſt. c. quo iure. vnde talis vſus ſine aliquo iure dici non meretur vſus, ſed abuſus. arg. ff. de vſu & habi. l. plenū. vel vſurpatio: quæ de ſe præſcriptionē impediunt. C. de aquæd. l. diligenter. de fundo rei priua. l. vſus aquæ. lib. 11. 93. diſt. c. illud. 16. q. 3. c. ſicut, extra de teſta. c. quia ingredientibus. vbi de hoc. vnde verſus,

Vſus cuiuſque rei abſque iure eſt abuſus.

*Tempus longæuum te non excuſat in æuum:*
*Cum male ſis vſus, quia non præſcribit abuſus.*

b ¶ *Quod.*] ſcilicet includere vſum & geſta iniuſta.

c ¶ *Sentire.*] id eſt credere.

d ¶ *Nefas eſt.*] ſimile 24. q. 5. quid ergo.

e ¶ *Sacræ ſcripturæ.*] qua clamatur voce prophetica: Non eſt inuenta in ipſo iniquitas, nec in ore eius dolus: & iuſtitia de cœlo proſpexit.

f ¶ *Inimicum.*] & ſic per conſequens erroneum; cum enim Chriſtus ſit ſapientia, veritas, iuſtitia, charitas, fortitudo, 11. q. 3. c. æſtimant. adſcribere Chriſto vſum talem iniuſtū & iuſtitiæ contrariū, ipſum negare dicitur, vt ibi: & cum iniuſte re aliqua vti ſit peccatum. 93. diſt. diaconi. & 14. q. 3. c. quid dicam. impingere Chriſto talem vſum, eſt ſibi peccatum impingere, contra verbum prophetæ Eſa. 53. c. & Petri Apoſtoli, 1. Petri 2. c. Qui peccatum non fecit, &c. & quia impotens eſt ad peccandum. Nam ſecundū Auguſtinum poſſe peccare non eſt aliquid poſſe, immo aliquid non poſſe. vnde ille ſolus vocatur omnipotens qui hoc non poteſt: quia omnia poteſt quæ poſſe eſt aliquid poſſe. de pœnit. diſt. 2. c. principiū. circa fi. Nam & ſi in quocunque iuſtitia & iniquitas, peccatum & bona opera minime ſe compatiuntur, multo minus in Chriſto. de pœnit. diſt. 2. c. ſi enim inquit. Sed quid ſi cenſeatur q talem vſum iniuſtum Apoſtoli habuerunt, reputabitur hoc nefas, vel fidei inimicum? Dicas q ſic: nam vſus rerum conceſſus fuit per Chriſtum Apoſtolis, vt patet ex auctoritatibus inductis ſupra in gloſ. ſcripturæ. vnde non videtur conceſsiſſe ipſum iniuſtum: ſi enim ipſum iniuſtum vel illicitum reputaret, ipſum vtique prohibuiſſet. 28. q. 1. c. ſic enim. vltra medium, aliàs diceretur auctor & cōmiſſor illiciti, quod hæreticum eſt ſentire.

Peccatum eſt iniuſte re aliqua vti.

g ¶ *Aſſertionem ipſam.*] de qua in hoc §. ſupra dictum eſt.

h ¶ *Pertinacem.*] dic vt dixi ſupra in verbo, pertinaciter.

i ¶ *Deinceps.*] hic recitare potes quæ notaui in parte præcedēti in verbo ſimili, deinceps.

k ¶ *Declaramus.*] mirabile continere videtur præſens conſtitutio in duobus: Primo in hoc, q dicit, pertinaciter aſſerere Chriſtū & Apoſtolos non habuiſſe aliqua in ſpeciali vel communi, hæreticū & erroneum fore cenſendum, cum decretalis, Exiit. 2 §. porro. expreſſe contrarium innuat, dicendo q abdicatio proprietatis omnium rerum tam in ſpeciali, quàm in communi propter Deum, ſit meritoria & ſancta, quod & Chriſtus viam perfectionis oſtendēs verbo docuit, & exemplo etiam firmauit: quod Apoſtoli inquantū fuerunt profeſſores paupertatis Eccleſiæ, & volētes perfecte viuere per doctrinæ ac vitæ ipſorum alueos deriuauerunt: qualis enim & quæ pertinax aſſertio poteſt dici, ſi aſſeratur quod conditor canonis Chriſti vicarius aſſerit? certe nulla, vt videtur. argu. 16. diſt. c. ſancta. 19. diſt. ſi Romanorum. 93. diſt. c. miratus. Secundo per eandem viam in hoc. quod in præſenti §. rurſus. dicitur q pertinaciter affirmare Chriſto & Apoſtolis non competiſſe ius vtendi, & c. nam dictus. §. porro. dicere videtur expreſſe ipſos habuiſſe ſimplicem vſum facti abſq; proprietate, dominio, vſufructu, & abſq; iure vten

2 Pro conciliatione horum contrariorum vide omnino B. Antoninū par. 4. tit. 12. c. 4. §. 23. & Turrecrematam in ſumma de Eccleſia libro 2. cap. 112. in ſolutione ad decimum argumentum.

iure vtendi,cum præpoſitio,abſque,ſicut præpoſitio,ſine,priuationem inducat.arg.ff.de exercito.act.l.1.§. ſi plures. de admin. tu. l. Titium.de inſti.act.l.ſed & ſi.§.conditio.de acqui.hære.ſi quis mihi bona.§.ſi coram.cum not.in his.Ad hoc poteſt ſaluo meliori iudicio non improbabiliter dici,ꝙ abdicationem proprietatis vt meritoriam & ſanctam Chriſtus verbo docuit, & exemplo firmauit: & Apoſtoli etiam volentes perfecte viuere,per vitæ & per doctrinæ alueos deriuauerunt,ſcilicet principaliter quo ad animi inordinatam affectionem, & in temporalibus auidam mentis implicationem:recta enim interior abdicationis talis intentio quo ad effectum eſt formaliter & principaliter perfectio;quòd abiectio exterior diuitiarũ quo ad effectum non eſt eſſentialiter perfectio, ſed perfectionis eſt via & inſtrumentum, vt dicit abbas Moyſes in collationibus patrum, & Auguſtinus in lib.de moribus Eccleſiæ. cap. 29.loqués de beato Iob dicit,Amiſit ille omnes diuitias factus repente pauperrimus: tam inconcuſſum animum tenuit & infixum Deo,vt ſatis monſtraret nõ illas ſibi fuiſſe magnas, ſed ſe illis:ſibi autem Dominum: Quo animo ſi eſſent noſtri temporis homines, non magnopere ab iſtorum poſſeſſione prohiberemur,vt perfecti eſſe poſſemus,iuxta hoc eſt verbum prophetæ, Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere: diuites enim cum iuſtitia & bonis operibus non abiicimus.30. diſt. c. item hæc ſcriptio. & iuxta auctoritatem Auguſtini ſupra inductam,habebat Dominus loculos,dicentis,qđ Chriſtus præcepit non eſſe cogitandũ de craſtino,nõ ad hoc fuiſſe preceptum,ne pecunia ſeruaretur à ſanctis,ſed ne Deo propter iſta ſeruiatur,& propter inopiæ timoré iuſtitia deſeratur,niſi ſanctis,qui de ſe perfecti ſunt, pecuniæ cõſeruatio non eſt prohibita, cum ſine impedimento perfectionis poſſint ſaltem in cõmuni aliqua poſſideri.12.q.1.expedit.Comprobatur eſſe hoc idem per multiplices auctoritates ſcripturæ ſacræ ad hoc ſupra inductas. hunc etiam intellectum denotat dictus §.porro.opponens de hoc quod legitur, ꝙ Dominus loculos habuit:& reſpondet ꝙ hoc habuit cõdeſcendens infirmis:mente enim ſana debet intelligi ꝙ Dominus loculos habuit proprios in ſpeciali vel in cõmuni:aliter enim inepta & impropria fuiſſet facta ibidem oppoſitio de loculis per Chriſtum habitis,niſi intelligerentur iuxta naturam conformẽ vel idẽtitatem illius dicti,ad quod ſit oppoſitio,ſcilicet abdicationis proprietatis.Sicut dici per iuriſtas in ſimili conſueuit,ꝙ exceptio habet eſſe de eodem de quo eſt regula,aliàs inepta eſſet exceptio,vt ſi diceretur.Omnis homo currit præter aſinum,non eſt bona exceptio,quia aſinus non eſt de illo & eodem ſubiecto, ſcilicet humano,de quo locuta fuerat regula ſeu propoſitio.& hoc colligitur. ff. de fun.inſtr.l.quæſitum.§. idem reſpondit domo inſtructa. in corpore authen.de non alie. aut permu. reb. eccle. §.vt autem.coll.2. Ad id autem quod opponitur cõtra §.iſtum rurſus.de dicto §. porro.ꝙ Chriſtus & Apoſtoli habuerunt vſum abſque iure vtendi:dico fore intelligendum abſque iure vtendi, ſcilicet ſeruitutis: non autem abſque iure vtendi perſonæ cohærenti competenti ad vtendum, aliàs ſupponerẽ vſus in Chriſto & Apoſtolis fuiſſe iniuſtus: quod dicere eſt abſurdum,vt hic,& clarius ſuperius probaui.& patet per decret. Ad conditorem. & hoc etiam ſane intelligi denotatur per illam decreta.etiam dicentem, Fratres Minores poſſe vti rebus ordini Minorum conceſſis,ſupponentẽ per hoc aliquod ius eis competere conceſſum ad vtendum:niſi enim ſic dicta decretalis intelligatur, de ſe eſſet impoſſibilis in hoc quod dicit de vſu facti, ſi diceretur eſſe abſque omni iure, cum talis vſus de ſe ſit impoſſibilis,vt in decre.Ad conditorem.& ibidem,& ſupra clare ꝓbaui. intelligere autem illam ſuper impoſſibili eſſet expreſſe contra capitulum,erit autem lex.4.diſt.vbi lex habet eſſe clara & poſſibilis. Ex præmiſſis deliberata mente penſatis confundi dicitur opinio nonnullorum plura volentium ſapere quàm expediat, diſtinguentium triplicem modum habendi. Primum quo ad ſimplicem vſum facti: ſi enim intelligant vſum abſque omni iure vtendi,prout ſupponere & ſentire videntur, cum talis vſus nulla lege diuina vel humana reperiatur inductus,erubeſcere debet loquentes ſuper hoc ſine lege.in corpore authen.de trien.& ſemiſ.§. conſideremus.coll.3.cum in eis dici poſsit, nullus eſt talis vſus: quia lege aliqua non cauetur.in corpore authen.de non eligen.ſecundo nuben.§.optimum itaque.coll.1.C.de repu. l. diſſentientis. de colla.l.illam,extra de temp.ordi.c.dilectus.ne ſede vac.c. illa.de ſup. neg.præl.Romana.lib.6.55.diſt.ſi Euangelica. cum ſimilibus. potiſſime cum talis vſus de ſe ſit impoſſibilis & iniuſtus, qui in Chriſtum & Apoſtolos cadere non potuit, vt prædixi. Secundum modum habendi aſſerunt iſti eſſe quantum ad ius adminiſtrationis & diſpenſationis. & ſi ſecundum iſtum modum dicunt Chriſtum & Apoſtolos aliquando loculos habuiſſe, minus bene dicere videntur: licet enim Chriſtus & Apoſtoli reperiantur pauperibus aliqua diſpenſaſſe:de Chriſto autem dici non poteſt, eum iure prælationis vel adminiſtrationis humano miniſterio aſſecutus aliquid habuiſſe. Ioa. 6. c. cum ipſe à nemine ſit electus, vt ipſemet teſtatur,cum dicit,Ioa.15. Non vos elegiſtis me:ſed ego elegi vos.Apoſtoli etiam antequam adminiſtratores vel prædicatores conſtituerẽtur,& poſt,reperti ſunt aliqua habuiſſe,vt in auctoritatibus ſupra inductis plene patet. Quamuis autem Chriſtus non ſit electus & Pontifex factus ab homine: tamẽ à Deo iureiurando factus eſt Pontifex,vt dicit Apoſtolus ad Hebræos 7.cap. Vnde ſecundũ Auguſtinum per Ioannem, Chriſtus ad hoc loculos habuit, vt ſui & ſuorum pauperum neceſſitatibus prouideret.& in hoc exemplum (prælatis inquit Auguſtinus) Domini accipite, cum omnis Chriſti actio noſtra ſit inſtructio.2.q.1.Deus omnipotens. 81. diſt. c. legitur. extra de ſepul. c.1. vnde ſi Chriſtus & Apoſtoli iure prælationis loculos habuerunt,vt illi etiam fatentur: cum ſtatus prælationis videatur poſſe dici maior quàm ſtatus religioſorum profitentium paupertatem, cum de ſtatu religionis tranſeát ad ſtatum prælationis pontificalis.extra de elect.nullus.lib.6.& eod.tit. cum rationi,Clem.5.quod Eccleſia non permitteret, ſi ſtatus prælationis minoris eſſet perfectionis quàm religionis, cum de minori ad maius,non econtra,ſit tranſitus.93.diſt.c.legimus.C.quemamo. ciui. mune. indi. l.maioribus.lib.10.de mune.act.& char.lib.12.ff.de mune.& hon.l. vt gradatim. videtur ꝙ habere loculos non ſit imperfectionis etiam in prælatis,& lõge minus in religioſis.Tertium modum habendi aſſerunt quo ad proprietatem & dominium, & hoc dupliciter: Primo de iure diuino: & ſecundum hunc modũ dicunt oblata eſſe Eccleſiæ & decimas eſſe in dominio Chriſti,& in corpore eius, quod eſt Eccleſia: dicunt etiam ſecundum hũc modum Chriſtum loculos habuiſſe, & hoc de iure diuino dicunt Apoſtolis & eorum vitam ſequentibus competiiſſe & competere tempore neceſſitatis emere & vendere. In hoc autem ſic dicẽdo, ſi ſecundum iura loquantur,errare videntur: nam de iure diuino, quo omnia dicuntur cõmunia, licet proprium haberi poſſit: ipſe tamen modus habendi non eſt de iure diuino,ſed humano. 8. diſt. c.quo iure.& ibi not.per Hug.& Guli.poſt eum: & patet 23 q. 7.c. 1.& quia rerum dominia de iure gentium ſunt diſtincta. ff. de iuſti.& iu. l. ex hoc iure. vnde non videtur ex hoc poſſe dici, ꝙ illo iure diuino Dominus in particulari loculos habuerit,cũ ipſe modus particularis habendi,puta per oblationem, emptionem, & ſimiles modos non ſit de iure diuino,vt prædixi. Et per eandem viá non poteſt dici, ꝙ de iure diuino Apoſtolis competierit emere & vendere,cum talia & ſimilia ſint de iure diuino incognita,vt prædixi. Secundario dicunt eſſe dominium & poprietatem, ſcilicet de iure poſitiuo imperatorum, quod per iniquitatem ſecundũ eos extitit introductũ, ſcilicet vt homines dicant hoc meum propriũ, & in iudicio de illo contendunt, allegantes ad hoc 8 diſt. c. quo iure. 12. q. 1. dilectiſſimis. & ſecundum hunc modum bene dicunt Chriſtum & Apoſtolos non habuiſſe proprietatem rerum vel dominium in ſpeciali vel cõmuni,dicentes de tali modo habendi fore intelligendam decretalem,Exiit.§.porro. de quo præſens decr. nullam facit mentionem: quare per prædictam modorum habendi diſtinctionem iſta ſic generaliter loqués erit trahenda & exponenda ſecundum illam, vt illa per hanc non corrigatur, nec iſta illi obuiet. Vtinam autem in his dicendis ſaniorem mentis & cõſiderationis intuitum habuiſſent: cum enim certo certius ſit Chriſtum & Apoſtolos aliqua habuiſſe, vt per auctoritates ſacræ ſcripturæ inconuincibiles eſt probatum,& illa non habuerint quo ad ſimplicem vſum facti abſque aliquo iure, vt in decret. Ad conditorem.& ibidem,vt ſupra plene probaui: nec illa etiam ſolum iure prælationis vel diſpenſationis habuerunt,vt ſuperius eſt probatum, nec illa poſſint dici per aliquos modos habendi habuiſſe iure diuino,vt ſtatim proxime plene dixi, neceſſario relinquitur, ꝙ illa habuerint per aliquem modum habendi de iure poſitiuo inductum, vt clare patere poteſt ex præmiſſis veraciter intuenti. Et talem modum habendi iure poſitiuo Chriſtus deſignaſſe videtur iubendo reddi Cæſari quæ ſunt Cæſaris,Matth.c.22.23.q. 8. §. econtra. & c.ſeq.extra de cleri.coniug.ex parte.cui & ipſe pro ſe tributum ſolui voluit. 11.q.1.magnum.24.q.vlt.in tributum. Non videntur etiam recte ſapere in hoc quòd dicunt, iura imperatorũ, quibus dicitur aliquid proprium fore, per iniquitaté introducta, adhærentes cortici litteræ dicti capituli,dilectiſſimis.nõ ſenſum,nõ mentem,non virtutem eius amplectentes,contra iura expreſſe cõtrarium ſtatuentia.ff.de excu.tu.l.ſcire.§.aliud.de re mili.l.milites. extra de verb.ſigni.c.intelligentia. & c.propterea.de elect.ſi poſtquam.§.1.lib.6.de iureiur.c.Romani.§.verum.clem. 5. 1.q.1.c. Marcion. C.de lib.præte. l. ſi quis filium.de dona.l.vlt. ſi mi.ſe ab hære. abſti.l. 1. cum ſimilibus.cum enim lex imperialis ſit perceptrix faciendorum,prohibitrix non faciendorum. ff. de legib.l.3. & per quam docemur declinare inhibita, & ſectari permiſſa. C. eod. tit. l. leges ſacratiſſimæ. Et deſcribi magiſtraliter & verifice conſueuit,ꝙ lex eſt ſanctio ſancta,iubens honeſta, prohibens contraria.ff.de legi.l.1.& eod. tit. l. 2. cui etiam omnes homines obedire debent propter multa: maxime autem quia eſt adinuentio & donum Dei,vt dicta l.2.quæ etiam eſt delictorum ſponte vel ignorãtia commiſſorũ correctio. dicta l. 1.vnde ſcribitur, ꝙ Deus imperium propterea de cœlo conſtituit, vt difficilibus imponat quæ apud eum ſunt bona, & legem aptet ſecundum naturæ varietaté. in corpore authen.de fide inſtr.§.quia igitur.coll. 6. quare lex dicitur prodita ſecũdum formam cælitus datam. C. de murilegulis.

l.ſi quis

Proprietatis abdicatio eſt duplex, ſcilicet interior & exterior.

Exceptio eſt de eo, de quo regula.

Chriſtus ad quid loculos habuit.

Iura aliquid proprium fore dicentia, non ſunt per iniquitatem introducta.

l.ſi quis ex corpore.lib.11.ex diuino quodam nutu. C. de præſcri. long.temp.l.vlt.& alibi legitur ꝙ venerandæ Romanæ leges diuinitus ſunt per ora principum promulgatæ.16. q. 3. c. nemo. & ipſa iura humana per imperatores & reges ſæculi Deus humano generi diſtribuit. 8. diſt. quo iure. & quia cor regis in manu Dei eſt.C. de ſum.trin. l. inter claras. ipſa etiam veritas, quæ eſt Deus, per cor regis multa fieri iuſsit. 11.q. 3. Imperatores.diſponens omnem creaturam principibus legem condentibus fore ſubiectam.1.Petri 2. extra de maior. & obed. c. ſolitæ.de cenſi. omnis anima. deſipere videntur ſentientes, ꝙ lex fuerit per iniquitaté inducta. cum enim auctoré habuerit omnis iniquitatis inſcium & extorré, ſcilicet Deum, non alia debet dici quá eius auctor fuerit, iuxta illud: Qualis es tu, talia ſunt opera tua. & arg. 28. q. 1.c.ſunt enim.vltra medium.extra de præſum. c.ex ſtudiis. nam lex & diuinas & humanas res bene diſponit,& omné iniquitatem expellit.C. ď vete.iure enu.l.1. circa princ.Non obſtat dictum cap.dilectiſsimis. innuens prima facie ꝙ per iniquitatem aliquis dicat hoc meũ,alius hoc ſuũ:quia exponitur & exponi debet, per iniquitaté,ideſt propterea quia fuit iniquitas,ideſt peccatũ,lex inducit hoc meũ eſſe,hoc alterius,non ꝙ ipſa lex fuerit de ſe iniqua hoc adinueniés ex cauſa rationabili:vt quiſq; ſuo cōtentus nō inuaderet alienũ.93.diſt.diaconi.C.de ſuffra.l.1.vndè vi.l. cũ quærebatur. Et ſi in lege aliquid ſingulare cōtra 1 rationẽ ſit ſtatutũ,hoc non eſt ſine cauſa probabili introductum.ff. de legi.l.ius ſingulare. Videtur etiam ex prædictis ab incauta aſſertione ſeu affirmatione & de iure nō probabili reputata excuſari nō poſſe illos qui ſecundũ præmiſſam modorũ habendi diſtinctionem nituntur nodũ præſentis conſtitutionis euadere:ex quo enim per decret. Ad conditorem.reprobatus eſt & confuſus ſimplex vſus facti abſque aliquo iure vtendi ſubſiſtens in perſona Chriſti & Apoſtolorum. & in c. Ad conditorem.ſtatutum eſt,ꝙ decret.Exiit.§.porro.de tali vſu facti debet intelligi,qui cōpetat ratione alicuius iuris ſaltem perſonalis:aſſerere extunc contrariũ qualiter quem ab imperitia poterit excuſare non videtur,cum ( vt ſupra dixi) peccatum ariolandi ſit nō obedire,& ſcelus idololatriæ non acquieſcere.81.diſt. ſi qui ſunt.8.q.1.ſciendum.11.q.3.c.qui reſiſtit.Credere autem Dominum Deum noſtrum Papam conditorem dictæ decret.& iſtius, ſic non potuiſſe ſtatuere prout ſtatuit,hæreticum cenſeretur.99.diſt.c.nulli fas.& ibi not.& per Gar.extra de elect.c.generali.lib.6.cum hodie etiam per iſtam decret. ſit declaratum, pertinaciter aſſerere Chriſtum & Apoſtolos non habuiſſe aliquid in ſpeciali vel in communi,fore hæreticum:adinuenire membra diſtinguendi ſuper modis habendi iure non ſuffultis, vt ſuperius probaui, & iuxta illos ſcienter aliter aſſerere, quomodo aliquis à iuris ignorātia poterit excuſari non videtur.argu.extra de cler. excom. ſi celebrat. 24. q. vlt. cap. hæretico. & per ea quæ dixi ſupra in verbo, pertinaciter. In his 2 autem correctionem ſanctæ matris Eccleſiæ ſponſiq; Chriſti vicarij ſuſcipere ſum paratus,ſi in præmiſsis vel in aliquo præmiſſorum contingeret me errare. Zenzelinus.

Regis cor in manu Dei eſt.

1 Expone ſano modo, cōtra rationẽ, ſcilicet ciuilem: vel cōtra rationẽ, id eſt, contra curſum iuris communis.

2 Pia gloſſatoris proteſtatio.

*¶ Reprobatur opinio illorum detractorum, qui præſumunt impugnare conſtitutiones Ioannis xxij. Ad conditorem canonum. & , Cum inter nonnullos.ſupra immediate præcedentes. Et præmiſsis reſponſionibus ad omnes eorum obiectiones, tandem declarantur tamquam hæretici, & Romanæ Eccleſiæ rebelles: ab omnibus euitandi ſi deinceps ſcienter verbo, vel ſcripto aliquid defendere vel approbare contra illas præſumpſerint. Hinc habetur ſub parte ſecunda & tertia de clauium materia prolixa & vtilis diſputatio.*

CAP. V.

QVia quorundam mentes ſic pater [a] mendacij dicitur excæcaſſe [b], quòd noſtris [c] conſtitutionibus, quarum vna incipit, Ad conditorem canonum.alia vero, Cum inter nōnullos. vtique tam cum fratribus [d] noſtris ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus [e] quàm cum multis archiepiſcopis & epiſcopis, aliiſque eccleſiarum prælatis, necnon & compluribus ſacrę Theologię magiſtris, ac vtriuſq; iuris profeſſoribus deliberatione præhabita [f] diligenti digeſtis [g], ac de præmiſſorum fratrum noſtrorum conſilio promulgatis: non abſque multa temeritate [h] plectibili niſi [i] ſunt detrahere,& nituntur [k] veritatem quam [l] continent, per falſas [m] inſanias [n] obfuſcare [o]: Nos tam pernicioſis auſibus, ne eorum doctrina peſtifera [p] ſimplicium [q] animos labefacere [r], ac in ſui erroris deuium [s] deducere valeat; de eorundem fratrum conſilio decernimus ſuper hoc ſalubriter (vt ſequitur) prouidere. ¶ Ad [t] impugnandas autem conſtitutiones prædictas [v] ſubſcripta ratione [x], tam verbo quàm ſcripto vſi ſunt publice [y], ſicut fertur: Illud, inquiunt, quod per clauem [z] ſcientiæ in fi-

QVia quorundam.] Hæc decretalis diuiſibilis eſt in partes vndecim.In prima cum ratione cōdendi contra temeritaté detrahentiũ decretalibus,Ad conditorem. & Cum inter nonnullos. præmittitur pollicita prouiſio.In parte ſecunda modorum detractionis ſubiungitur recitatio:ibi,*Ad impugnandas autem,&c.*In tertia dictorum modorũ detractionis annectitur reprobatio: ibi, *Quòd autẽ quod in ratione,&c.*In quarta ad auctoritates per detractores inductas datur reſpōſio:ibi,*Quòd autẽ ſubſequẽter,&c.* In quinta auctoritatis Nicolai tertij per illos inductę ſpecialiter fit excluſio:ibi,*Adhuc licet declaratio,&c.*In ſexta quibuſdã verbis auctoritatis Nicolai datur reſpōſio,& certa interpretatio;ibi,*Quod autem dicitur,&c.*In ſeptima cuiuſdam conſtitutionis per dictos detractores inductæ ſubinfertur repugnatio;ibi,*Rurſus impugnatores,&c.* In octaua aſſertionis alterius ipſorum detractorum fit improbatio: ibi,*Rurſus aſſeruiſſe,&c.* In nona cuidam cōcluſioni per detractores factæ reſpōſiua fit impugnatio:ibi,*Ex præmiſſis autem,&c.* In decima modorũ detractionis noua fit improbatio:ibi,*Præterea dicant nobis,&c.* In vndecima & vltima, Papalis intentio:ibi,*Nos itaque,& cætera.*

Textualis diuiſio in vndecī partes.

a ¶ *Pater mẽdacij.*] ſcilicet diabol⁹,cuius mẽdacij multiplex eſt ſpecies. 22. q. 2.c. primum eſt.

b ¶ *Excæcaſſe.*] ipſorũ corda obnubilando, vt viam veritatis nō agnoſcant.

c ¶ *Noſtris.*] ideſt per nos editis ſiue factis.

d ¶ *Fratribus noſtris.*] loquendo de Cardinalibus in genere, omnes fratres appellat, vt hic, & extra de elect. in Geneſi. in fi. & c. eccleſia 2. in fin. Sed in ſpecie eos ſemp vocat filios, quando non ſunt epiſcopi.de ſup. negl.præl. dilecto.de elect.coram. de teſta.Raynaldus. ſic etiam not.Hoſt.extra ď Iudæis,ita quorundam. Quæ auté ſit ratio quare loquendo de ipſis in genere omnes fratres appellat,vide in c.Execrabilis. ſuper verbo, cum fratribus noſtris.

e ¶ *Cardinalibus.*] quare ſic dicantur,vide quod notaui in c.Execrabilis. in verbo,Cardinalibus.

f ¶ *Præhabita diligenti.*] ſimile C.ne filius pro patre. Authen. habita.& plenius dixi in c.Ad conditorem.§.nos itaque.

g ¶ *Digeſtis.*] id eſt decidẽda & diſſoluẽda dubia factis.in prooemio Inſt.§.igitur poſt libros.

h ¶ *Temeritate plectibili.*] id eſt punibili,cum non obediés decreto principis mori præcipiatur.3.Regum 2.c.extra de maio.& obe. cap.ſi quis.

i ¶ *Niſi ſunt.*] id eſt conati ſunt in præteritum.

K ¶ *Nituntur.*] ſcilicet de præſenti.

l ¶ *Quam continent.*] ſcilicet dictæ noſtræ conſtitutiones.

m ¶ *Falſas.*] id eſt non veras. falſitas enim nihil aliud eſt quàm immutatio veritatis. in corpore authen.de fide inſtru. circa princ. coll.6.ad leg.Cornel.de fal.quid falſum.

n ¶ *Inſanias.*] id eſt nō ſanas opiniones,immo à veritate alienas, vt patet infra.

o ¶ *Obfuſcare.*] id eſt obſcurare ſeu obnubilare quãtum in eis eſt.

p ¶ *Peſtifera.*] id eſt peſtis ſpiritualis animæ inductiua.

q ¶ *Simplicium.*] id eſt doli vel fraudis carentium, ſimile in c.prudiens.ff.de prob.l.cum de indebito.§.ſin auté.de quibus dici conſueuit,ꝙ propter ſui innocentiam omni verbo credunt.22.q.4.c.innocens.Gratia cuius ſcire debes, ꝙ quædam eſt in homine ſimplicitas,id eſt animi puritas, quæ eſt dolo & machinationi cōtraria, & talis ſimplicitas etiã iure approbatur.6.q. 1.c. ex merito plebis. 16.q.1.ſi cupis.& amica legis dicitur. Inſti.de fideicom.hære.§.ſed quia.& nemini debet eſſe damnoſa.ff.de dolo.l. 1. Eſt alia ſimplicitas,quæ dicitur eſſe aduerſa diſcretioni: & talis,cum potius dicatur fatuitas,non approbatur.39.diſt.c.Petrus.46.diſt.c.de Petro. 74.diſt.cap.epiſcoporum.ff.de poſtu.l.1.§.vlti. cum l. ſeq. de curafurio.l.2.Inſti.de cura.§.ſed & curator.in fine.

Simplicitas eſt duplex.

r ¶ *Labefacere.*] id eſt labi,vel ruere facere.

ſ ¶ *Deuium.*] in mala parte ſumitur,vt aliàs. C.de vete.iur.enuc. l.tanta.§. ergo prima.ver.aliæ.extra de præſumpt.c.tertio loco.

t ¶ *Ad impugnandas.*] Secunda pars.

u ¶ *Prædictas.*] ſcilicet Ad conditorem. & Cum inter nonnullos.

x ¶ *Ratione.*] id eſt inductione,ſeu allegatione.

y ¶ *Publice.*] ex hoc magis peccabant propter maioris mali exépli perniciem.arg.ff.vi bon.rap.l.2.§.ſi in re depoſita.Inſti. de oblig.quæ ex delic.naſ.§.pœna.11.q.3.præcipue.extra de exceſ. pla. c. quàm ſit graue.not.32.q.4.cap.nemo.

z ¶ *Clauem ſcientiæ.*] hanc clauem ſcientiæ 3 iſti ex capite proprio ſiue phantaſia adinuenire ſunt moliti, cum à nulla legé diuina vel humana originem ſumpſiſſe reperiatur, ſaltem quantum ad hoc, ad quod ipſam inducunt, vt infra in §.præterea dicãt nobis.

3 De materia huius gloſſę teneas quod docet beatus Thom. lib. 4. ſent. diſt. 19.q.2.art.1. queſtiũcula 3.adde Sotũ eod. lib. diſtin. 20. q.1. art.1.

a ¶ *In fide.*]

a ¶ *In fide.*] ſcilicet catholica.
b ¶ *Moribus.*] ſcilicet reformandis.
c ¶ *Immutabile.*] hoc forte dicunt ad inſtar iuris naturalis, quod de ſe immutabile eſt. Inſti. de legit. agna. tut. §. vlt. de iure natur. §. ſed naturalia quidem iura. 5. diſt. §. primo.

d ¶ *Contra ipſam.*] ſcilicet quòd nobis per eam non licuerit aliquid declarare vel ſtatuere prout in ea continetur.
e ¶ *Quòd autem quod in ratione.*] Tertia pars.
f ¶ *Videlicet.*] verba quæ ſequuntur expone: & ſuper his dic vt dixi in parte prȩcedenti.

de[a] ac moribus[b] ſemel diffinierũt Romani Pōtifices adeo immutabile[c] perſeuerat, ꝙ illud[d] ſucceſſori reuocare non[e] licet in dubiũ, nec cōtrariũ affirmare: licet de iis quæ per clauem[f] poteſtatis ordinauerint, aſſerãt ſecus eſſe[g]. In cōfirmatione autē regulæ ordinis fratrũ Minorũ, Honorij tertij, Gregorij noni, Innocētij quarti, Alexandri quarti, Nicolai quarti prædeceſſorũ noſtrorũ ſummorũ Pōtificũ hæc[h] verba aſſerũt cōtineri: Hęc[i] eſt regula Euãgelica Chriſti & Apoſtolorũ imitatrix, quæ nihil in hoc mũdo habet[k] propriũ vel cōmune, ſed in rebus quibus vtũtur[l], habẽt ſimplicē vſum facti[m]: his addere prȩſumētes[n] prȩfatos[o] ſummos Pontifices, & multa concilia generalia per clauē ſcientiæ diffiniſſe paupertatem Chriſti & Apoſtolorum conſtitiſſe perfecte in expropriatione[p] cuiuſlibet tēporalis dominij ciuilis[q] & mũdani, & ſuſtentationē eorũ[r] in ſolo & nudo vſu facti[s] etiã cōſtitiſſe: ex quibus nituntur[t] concludere, non[v] licuiſſe nec licere[x] ipſorũ ſucceſſoribꝰ contra[y] præmiſſa aliquid immutare. Ideoque[z] cũ cōſtitutio noſtra in ratione prædicta, cōtra diffinitiones prædictorũ prædeceſſorum noſtrorum (ſicut aſſerunt) diffinierit Chriſtum & Apoſtolos in iis quȩ habuerunt, habuiſſe non tantum ſimplicem vſum facti, ſed[a] ius faciendi de ipſis: eoſq; ipſos feciſſe ſcriptura ſacra teſtat̃: pertinacē aſſertionē dicētium ipſos ius hmōi minime habuiſſe, cũ actus illorũ fuiſſe cōcludãt nō iuſtos, qđ de Chriſto nefas eſt dicere, hæreticã declarãdo, cōcludere ſatagunt, licet[b] falſo, nobis nō licuiſſe declarare vel ſtatuere ſupradicta[c]. Item quia cōſtitutio, Ad cōditorē canonũ, cōtra diffinitiōes prȩdictas fratres Minores aſſerit nō poſſe habere in re aliqua ſimplicē vſum facti: nitũtur ſimiliter cōcludere cōtra ipſam[d]. Quòd[e] autem quod in ratione prædicta præmittitur: videlicet[f] quòd illa quæ per clauem ſciētiæ in fide ac moribus à ſummis Pōtificibus ſemel ſunt diffinita, eorum ſucceſſoribus reuocare non licet in dubium, nec contrarium affirmare, licet ſecus ſit (ſicut dicunt) in iis quȩ per clauem poteſtatis per ſummos Pōtifices ordinãtur, prorſus ſit contrarium[g] veritati, patet ex ſequentibus euidenter: primo quidē ſecundum[h] illos, qui[i] tenent clauem[k] ſpiritualem nequaquam[l] eſſe ſcientiam, ſed ligandi atque

d ¶ *Illud.*] ſcilicet in fide ac moribus definitũ.
e ¶ *Non licet.*] ſed qua fronte hoc dicere auſi ſunt, non video, cum & Dominus per ſe ordinata in veteri teſtamento, aliquãdo reperiatur mutaſſe in nouo. 22. q. 4. incommutabilis. 23. q. 8. occidit. extra de diuor. gaudemus. & de conſe. diſt. 3. peruenit. & definita per Romanos Pontifices ipſi iidem & eorum ſucceſſores mutaſſe reperti ſunt 1. extra de conſang. c. non debet. & dixi in c. quia in futurorũ. & c. quia nonnunquam.

1 Vide Turrecrematam in ſumma de Eccleſia lib. 3. c. 55.

f ¶ *Clauem poteſtatis.*] hoc impugnatur, vt patebit infra.
g ¶ *Secus eſſe.*] quia definitum per illã immutari poteſt, & eius contrarium affirmari.
h ¶ *Hæc verba.*] ſcilicet proxime ſequentia, quæ tamen probant id ad quod inducuntur, vt infra in §. quòd autem ſubſequitur.
i ¶ *Hæc eſt regula.*] verba ſunt prædictorũ ſummorum Pōtificum confirmatoria (ſecundum iſtos) regulæ ordinis Minorum.
k ¶ *Habet proprium.*] ideſt ſecundum quã nihil licet fratribus habere proprium vel commune. de ipſa enim regula (cum de ſe ſit inanimata) certum eſt ꝙ nihil habere poteſt.
l ¶ *Vtuntur.*] ſcilicet fratres dicti ordinis.
m ¶ *Simplicem vſum facti.*] ex his moti fuerunt iſti ad detrahendum prædictis conſtitutionibus, non ſane intelligentes iſtum ſimplicem vſum facti, vt patet infra. & in decreta. Ad conditorem. & c. Cum inter nonnullos.
n ¶ *Præſumentes.*] & male, vt patebit infra.
o ¶ *Præfatos.*] ſupra proxime.
p ¶ *Expropriatione.*] priuatiue ponitur ſyllaba, ex, vnde expone, expropriatione, ideſt carentia vel abdicatione.
q ¶ *Ciuilis & mundani.*] de dominio competenti, de iure diuino contrarium ſentiebant, vt dixi in c. cum inter nonnullos.
r ¶ *Eorum.*] ſcilicet Chriſti & Apoſtolorum.
ſ ¶ *Vſu facti.*] abſque aliquo iure ſecundum iſtos: quod tamen verum non eſt.
t ¶ *Nituntur concludere.*] falſo tamē, vt infra patet in §. ex præmiſsis. & ſeq.
u ¶ *Non licuiſſe.*] ſcilicet dudum, vel in præteritum.
x ¶ *Non licere.*] ſcilicet de præſenti.
y ¶ *Contra præmiſſa.*] ſcilicet ſic definita, ſecundum iſtos.
z ¶ *Ideoque.*] ſcilicet quia contra præmiſſa non licet ſucceſſoribus aliqua immutare.
a ¶ *Sed ius faciendi.*] ideſt ipſis rebus vtēdi & donandi, & ex his aliqua acquirendi, vt in decret. cum inter. §. rurſus. & verba quæ ſequuntur expone vt ibi dixi.
b ¶ *Licet falſo.*] iſtorum falſa concluſio clarius patebit per ea quæ dicentur infra §. proximo.
c ¶ *Supradicta.*] ſcilicet quòd Chriſto & Apoſtolis nō ſolum ſimplex vſus facti in habitis competierit, ſed & ius de ipſis aliqua faciendi.

g ¶ *Cōtrarium veritati.*] quare dicas illud non fore tenendũ, immo penitus reprobandum, cum omnis aſſertio veritati, quæ Deus eſt, contraria vetuſtas erroris exiſtat. 8. diſt. c. conſuetudo. & ideo veritati neceſſario reddere habet. ea. diſt. c. veritate. & cap. præcedenti. & ſequenti. & arg. ff. ad leg. Aquil. l. inde Neratius. §. vlt. quando actio de pecu. eſt anna. l. quæſitum. aliàs eſt §. vlti. ſub lege prima. extra de purga. vulg. c. ſignificantibus. & ſcriptum eſt quòd veracium, id eſt, veritatem aſſerentium ſumus tantummodo amatores. in corpore authent. vt in priua. dom. ſacra myſteria nō fiant. vltra medium. colla. 5. & alibi dicitur, Nos enim qui veritatē colimus, ea tantummodo volumus in noſtris legibus quæ ipſa re obtinent. C. de dedititia, lib. tol. l. vnica.

Veraces ſũt amandi.

h ¶ *Secundum illos.*] ſcilicet doctores & magiſtros.
i ¶ *Qui tenent.*] ſcilicet quod ſequitur affirmando. ſimile verbum. & ſimilis huius verbi expoſitio fieri conſueuit extra de foro comp. c. ſi diligenti.
k ¶ *Clauē ſpirituale.*] quȩ ad inſtar clauis materialis eſt inducta: ſicut enim clauis materialis dicitur inſtrumētum ſeu miniſterium, quo clauſum oſtium aperitur: ſic illa poteſtas, quæ attributa eſt diſpenſatoribus ſacramentorum, clauis dicitur, nam oſtium cæli licet de ſe apertum exiſtat, Apocalypſis 4. c. vbi dicitur. & ecce oſtium apertum in cœlo, quod eſt Chriſtus: clauſum tamē dicitur propter impedimentũ peccati originalis vel actualis impedientis humanam creaturam cœlum & Dei gloriam ingredi: & quia per talem poteſtatem in virtute paſsionis Chriſti illud impedimētũ tollitur, ex hoc porta cœli aperiri & reſerari dicitur. de conſe. diſt. 4. c. proprie exemplum. de bapt. maiores. §. caute tamen. Sicut aliàs contingit quòd per ſublationem impedimenti via præparari & aperiri dicit̃ ad aliquid, vt eſt videre in pacto facto vltimo de petēdo, per quod tollitur impedimētũ exceptionis ortæ ex pacto de non petendo præcedenti: & ex hoc aperitur via efficax ad agendum. ff. de pact. l. ſi vnus. §. pactus. & ſublato impedimento exhæredationis per querelam inofficioſi teſtamēti aperitur & paratur etiam via efficax ad agendum. ff. de inoffi. teſta. l. qui de inofficioſo. Et ſublato impedimento præteritionis per petitam bonorum poſſeſsionem contra tabulas, aperitur via augmēti vel diminutionis legatorũ ab impubere relictorum. ff. de vulga. & pupil. ſubſti. l. & contra tabulas. de leg. 3. l. vlt. §. fin. multa ſimilia alia exempla ſuper hoc dari poſſent.

Clauis ſpiritualis quæ eſt.

Cælum de ſe apertũ quandoque clauditur.

Cæli apertio legalibus exemplis declaratur.

l ¶ *Nequaquam eſſe ſcientiam.*] clauis enim talis ſpiritualis ſuſcipitur ꝑ ſuſceptionē ordinis ſacerdotalis, vt infra ſequitur, abſque alia anguſtia ſeu labore. Scientia autē cum à natura nō inſit, ab euentu eſt, & cũ diligentia acquiritur. in corpore auth. de quæſtio. §. hæc omnia. coll. 6. 16. q. 1. ſic viue. C. de excuſ. artifi. l. 1. lib. 10. ff. de ædil. edic. l. ꝓcipiunt ædiles. cũ ſcientia requirat ſtudiũ, & exercitiũ ſtudij expoſcat vſum librorum. extra de verb. ſig. c. Exiit. §. porro. circa fi. lib. 6. & de hoc per Guli. de elect. ſi poſtquã. lib. 6.

Scientia ab euentu eſt.

a ¶ *Poteſtatem.*]

a ¶ *Poteſtatem.*] in tali poteſtate cōſiſtit tota vis clauiū per Chriſtum Petro conceſſarum. Matth.16.c.24.q.1.quodcunque.

b ¶ *Eſſe ſcientiam.*] cum non ſit.

Errat qui aliud pro alio putat.

c ¶ *Errauiſſe.*] aliud pro alio putando: hic enim eſt proprie error.22.q.1.cap.in his.38.cap.quamuis.C.de caſtren. pecu.militum.l. errat.lib.11.

d ¶ *Pro quibus.*] ſcilicet tenentibus clauē eſſe ſcientiam.

1 Hanc declarat Turrecremata 1. lib. ſuæ ſummæ. c. 93. conclu. 1. Fonta.

e ¶ *Diffinitio.*] ideſt 1, magiſtralis ſeu doctoralis deſcriptio.

f ¶ *Doctoribus.*] vnde doctor dicatur, & quæ in doctore requirantur, & quibus doctor factus etiam de iure gaudeat priuilegiis, & quot, & quibus nominibus nun cupetur, vide ſi placet quod ſuper hoc plene notaui extra de magiſtris.cū ſit nimis.cle.5.

g ¶ *Poteſtas.*] quare talis poteſtas clauis dicitur, dixi ſtatim in gloſ. quæ ad inſtar.

Mortui an poſſint abſolui.

h ¶ *Atque ſoluēdi.*] ſcilicet ſupra terram, non autem mortuos ſub terra.ad hoc vide quod legitur & not.24.q.2.legitur. extra de ſent. excom.à nobis 2.

i ¶ *Dignos recipere.*] per pœnitentiā ad ſoluendum:venia enim nō datur niſi correcto. 24. q.2.legitur.50.diſt. c.abſit.& c.ſi quis poſtea.C. de ſumma trini.l. vlt. §. fin.de hære.l.Manichæeos.à contrario ſenſu.

ſoluēdi poteſtatē a:patet aſſertores prædictos ponēdo eſſe b ſciētiā,errauiſſe c:pro quibus d facit clauis diffinitio e, quæ à doctoribus f datur: Clauis eſt ſpecialis poteſtas g ligandi atq; ſoluendi h, qua iudex eccleſiaſticus dignos i recipere,& indignos k excludere l debet à regno. Item quia claues m de quibus agimus, in collatione ſacerdotalis ordinis conferuntur n: cōſtat autē ꝙ ordinato in ſacerdotē ſcientia cōmuniter o non confertur p: quare ſecundū q illos videtur r, ꝙ ſcientia nō eſt clauis, ſed potentia tantum ligandi atque ſoluendi debeat dici clauis s. Adhuc ſecundū t illos qui ponunt v vnā clauē x ſpiritualem y eſſe ſcientiam, & ſecundum illos, qui auctoritatem diſcernendi z inter a lepram & leprā eſſe aſſerunt clauem, & aliam poteſtatem ligādi atque ſoluendi b: noſcuntur euidenter c erraſſe. Supponunt enim per claues d hmōi circa ea quę fidei ſunt,& alia e poſſe per conſtitutionē aliquā diffiniri: claues autem quæ in ſacerdotali conferuntur f ordine ad g talia minime ſe extēdunt: aliàs h ſequeretur, quòd circa i præmiſſa poſſent conſtitutionem ſacerdotes k ſimplices facere: quod l falſum eſt euidenter. Si autē intendant claues iſtas extendere ad generalem m poteſtatem attributā beato Petro, ſuiſq; ſucceſſoribus in n perſonā eiuſdem in cōmiſſione officij paſtoralis o, per quam p vtiq; videtur euidēter ipſis omnia q conceſſiſſe, ſine quibus paſtoris vniuerſalis r conuenienter cura nequit ſeu officium expediri: adhuc claret ipſos etiam erraſſe: dicunt enim alium s effectum habere illa quæ per clauem ſcientiæ,& alium illa quæ per clauem potentiæ ſtatuuntur t, ſupponētes alia v per clauem ſcientiæ, & alia x per clauem

r ¶ *Videtur.*] Et eſt ſecundum eos. & ſic tale videre eſt topicū,nō elenchum.ſimile de ſpon.c. præterea.qui mat.accu.poſ.c.videtur. de transla.epiſ.inter corporalia.§.1.de fer. c.capellanus. ff. de iis qui in teſta.delen.l.proxime.iuxta finem.

ſ ¶ *Dici clauis.*] quare hic dicas vt ſupra in glo. quæ ad inſtar.& glo.clauis.

t ¶ *Secundum illos.*] ſcilicet magiſtros,vel doctores.

u ¶ *Ponunt.*] ideſt ſupponunt, vel ponunt in opinione ſua.

Claudere peccatum ſera dicitur vnica cœlū.

x ¶ *Vnam clauem.*] qua ſi velint dicere, ꝙ non ſunt plures: quaſi vna ſola ſufficiat,cū vna tātum ſit ſera claudēs regnum, ſcilicet peccatū, ad quā amouendā ſeu aperiendā clauis Eccleſiæ eſt inducta, nec ſūt plures neceſſariæ.

y ¶ *Spiritualem.*] hic potes dicere quod dixi ſ. in glo.quæ ad inſtar.

z ¶ *Diſcernendi.*] ideſt diſcretionem faciēdi.

Lepra & lepra quid repræſentat.

a ¶ *Inter lepram & lepram.*] id eſt inter peccatū & peccatum: non enim omnia peccata eandē expoſcunt pœnitentiā.29. diſt. c.neceſſe. 45. diſt. c. 2. 50. diſt. vt conſtitueretur. vnde in pœnitētia eligendus eſt confeſſor ſciens ſoluere & ligare.de pœni. diſt.1.quem pœnitet. & diſt.6.c.1. Alibi tamen hæc verba, leprā,& lepram ſumuntur pro iudicio eccleſiaſtico, ciuili & criminali, extra qui filij ſint legi.per venerabilem.§.rationibus.circa finem.

b ¶ *Soluendi.*] hic dicere potes q̄ dixi ſ.in verbo ſimili, ſoluendi.

c ¶ *Euidenter.*] id eſt patenter vel manifeſte.ſimile ff. de except. rei iudica.l.euidenter.

k ¶ *Indignos.*] per contumaciam vel rebellionem. extra de maio. & obed.cap.ſi quis.& cap.cum in eccleſiis.

Excommunicati ſunt excluſi à regno cœleſti.

l ¶ *Excludere debet à regno.*] ſcilicet cæleſti.Sed qualiter per poteſtatem ligandi dicantur indigni excludi à regno cæleſti? Reſpondeo,quia ligati per excō.cationis ſentētiā iuſte, vt quia per inobedientiam reſiſtunt: per hoc Dei ordinationi reſiſtere dicuntur.11. q.3.c.qui reſiſtit. cum iudici eccleſiaſtico quilibet obedire ex præcepto Apoſtoli teneatur.extra de maio.& obed. omnes principes. 10.diſt.c.certū eſt.& c.ſuſcipitis. vnde per inobedientiā quis mori præcipitur.extra de maio.& obe.c.ſi quis venerit,ideſt per excommunicationis ſententiam velut mortuus à cōione fideliū ſeparari. extra qui filij ſint legi.per venerabilem.§.pen.quæ quidem excōicatio quem ab ipſo corpore,quod eſt Chriſti Eccleſia, reſcindit.3. q.4.Engelcrudam. & excōicatus iuſte à Deo dicitur ſeparatus. 24. q.vlt.c.certū eſt. quia excōicatio dicitur æterna mortis ſeparatio. 11.q.3.nemo.cum Deus ſit vita animæ. de pœnit. diſt.1. c. facilius. ver.item ſi antequam.& vita vitæ,ideſt,animæ, quæ eſt vita corporis.de pœnit.diſt.2.charitas. ver. item prouide. non immerito igitur quis per poteſtatem ligatus excludi à regno cæleſti dicitur.

m ¶ *Claues.*] ſcilicet ligatoria vel abſolutoria.

n ¶ *Conferuntur.*] de pœnit.diſt.1.c.multiplex. & c. quem pœnitet. 21. diſt. in nouo. cū ſimilibus.nec inferiori competere poſſunt in foro pœnitētiali.extra de pœni.omnis.quod proſequere vt not. Hoſt.de offi.archid. cū ſatis.& plenius in ſumma de pœnit.cui cōfitendum.nam & ſi neceſſitatis tempore quis proximo 2 confiteri poſſit.de pœnit.diſt.6.c.1.dicto c.quem pœnitet.in ver. tanta.ipſe tamen abſoluere vel ligare non poteſt ſibi confitentem: quia claues non habet,vt ibi.& not.ita de offic.ord.cap.paſtoralis.

2 Vide B. Thomam in quæſtionib. additis ad 3. par. q. 8.art. 2.

o ¶ *Communiter.*] id eſt regulariter.& hoc dicit,quia aliquādo ex infuſione ſimul cum ſacerdotio conferri ſcientia poteſt inſpiratione Dei,ſicut & reperti ſunt aliqui,licet penitus laici in epiſcopos & archiepiſcopos aſſumpti,vt beati Nicolaus, Ambroſius, & Seuerus.56.diſt.§.his omnibus.

Scientia cū ſacerdotio multis diuinitus infuſa fuit.

p ¶ *Non confertur.*] iſtud oculata fide patet ad ſenſum in multis ad ſacerdotium promotis qui abſque ſcientia ſunt reperti:& ideo etiam à pontificali officio inde meruerunt deponi.extra de ætā.& quali. cap. vlt. Et hoc idem tenere videtur ſanctus Thomas de Aquino 4.ſententiarum.diſt. 18. adde etiam quod dixi ſupra in glo. clauis enim,&c.

q ¶ *Secundum illos.*] ſcilicet qui dicunt clauem ſpiritualē nequaquam eſſe ſcientiam.

d ¶ *Claues huiuſmodi.*] quas ſcientiæ fore dicunt.

e ¶ *Et alia.*] ſcilicet circa mores, vt in parte præcedenti.

f ¶ *Conferuntur ordine.*] hoc ſtatim ſ.proxime p iura.cōprobaui.

g ¶ *Ad talia.*] ſcilicet q̄ ſunt fidei p cōſtitutionē aliquā definiēdā.

h ¶ *Aliàs.*] ſcilicet ſi ad talia ſe extenderent.

i ¶ *Circa præmiſſa.*] ſcilicet quæ ſunt fidei.

k ¶ *Sacerdotes ſimplices.*] nō habentes auctoritatē præeminētē.

Conſtitutio ſuper fide à ſolo Papa fieri poteſt.

l ¶ *Quod falſum eſt.*] cum ad ſolū Petrum & eius ſucceſſores ſpectet conſtitutionem ſuper fide, & declarationem aliquam facere. 24.q.1.c.quotiens ratio. & c.hæc eſt fides. & in c.Exiit. §. vlti. de verb.ſigni.lib.6.& de ſum.tri.c.fidei.§. nos igitur. Clem. 5. vtpote ad quos maiora Eccleſiæ negotia ſuperna diſpoſitione iuſſa ſunt referri.24.q.1.rogamus.17. diſt.c.nec licuit.& c.huic ſedi. extra de appel.vt debitus.in ſi.de bapt.maiores.

m ¶ *Generalem poteſtatem.*] ſcilicet, Quodcunque ligaueris ſuper terram,&c.Matt.16.c.24.q.1.quodcunque.& q.2.legitur.

n ¶ *In perſonam eiuſdem.*] 40.diſt.c.non nos.extra de re iudi. ad Apoſtolicæ.§.nos itaque.& dic vt ibi not.per Inno. in glo. vlti. & de fo.comp.licet.in glo.fin.

o ¶ *Officij paſtoralis.*] dicendo, Si diligis me, paſce oues meas. extra de elect.c.ſignificaſti.

p ¶ *Per quam.*] ſcilicet officij commiſſionem.

q ¶ *Omnia conceſſiſſe.*] probatur hoc argumento iurium.ff.de off. eius cui mandata eſt iuriſdi. l. 1. §. vlti. de iuriſdi. omn.iud.l.2.de procu.l.ad rem.& l.ad legatum.extra de offi.deleg.cap.præterea. nam aliàs talis cura commiſſa nulla videretur. ff. de offic. eius. l. vlt.extra de offic.deleg. ex litteris.

r ¶ *Vniuerſalis.*] ſic dicta,quia vniuerſaliter ſuper omnes tam fideles quàm infideles habet poteſtatē.ſuper quo vide id quod not. Hoſt.ſuper hoc extra de voto & voti redemp. c.quod ſuper his.

ſ ¶ *Alium effectum.*] quia reuocabilem & mutabilem.

t ¶ *Statuuntur.*] cum ſtatuta per clauem ſcientiæ dicant eſſe immutabilia & irreuocabilia, licet in ſtatutis per clauem poteſtatis dicant ſecus eſſe,vt parte præcedenti.

u ¶ *Alia per clauem ſcientiæ.*] ſcilicet immutabilia & irreuocabilia,ſecundùs illos.

x ¶ *Alia per clauem potentiæ.*] poſſibilia mutari & reuocari.

a ¶ Si ipſam

uē potētiæ ſtatui,ſeu etiā diffiniri:quod euidēter eſt falſum: per clauē enim ſciētiæ,ſiue per auctoritatē diſcernēdi, ſeu cognoſcēdi inter leprā & lepram (ſi ipſam [a] dixerimus eſſe clauem †) nil [b] aliud per ipſum illi cui datur tribuitur,niſi [c] auctoritas cognoſcēdi. Ei autem cui datur auctoritas de re aliqua [d] cognoſcendi, de illa diffiniēdi non intelligitur eſſe data. Quare [e] reſtat, ꝙ ad conuenienter ſtatuendum ſeu aliquod diffiniendum,vtraque clauis, ſcilicet cognoſcendi & diffiniendi neceſſariò requiratur [f]: vel ꝙ ſoli [g] claui potentiæ [h] ſtatuere competat, & etiam diffinire [i]: ſed ſicut lumen materiale clauigerum in vſum clauis materialis dirigit [k], & quaſi quantum [l] ad hoc obtineat [m] ſcientia vicem [n] lucis. Et hoc Saluator noſter in promiſsione clauiū facta beato Petro [o] ſenſiſſe videtur expreſſe,cū poſt [p] illā immediate ſubiunxerit [q]: Et quodcūque ligaueris ſuper terram,erit ligatum & in cælis: & quodcunque ſolueris ſuper terram,erit ſolutum [r] & in cælis: nulla de ſcientia habita [s] mentione. Quod autem [t] ſubſequenter proponitur in ratione prædicta: videlicet,quòd in confirmatione & declaratione regulæ fratrum Minorum,non nullorum [v] prædeceſſorum noſtrorum, videlicet Honorij tertij, Gregorij noni, Innocentij quarti, Alexādri quarti, Nicolai quarti verba huiuſmodi cōtinētur:Hęc eſt regula Euāgelica,& cætera [x] ſupra poſita, vſq; ibi, in nudo vſu facti etiā cōſtitiſſe patet:prorſus obuiat [y] veritati. Honori⁹ quidē præfatā regulā abſque declaratiōe aliqua cōfirmauit:in cuius cōfirmatione de verbis [z] prædictis mētio aliqua [a] nō habetur,vt liquere poteſt cuilibet cōfirmationem hmōi intuenti [b],niſi quatenus de vita Euāgelica habetur mētio in [c] ipſa regula confirmata: ibi cū dicit: Hæc eſt regula fratrū Minorū, videlicet, Domini noſtri Ieſu Chriſti ſanctū Euangeliū obſeruare, viuēdo in obedientia [d],ſine proprio,& in caſtitate. Ex quibus verbis cōcludi non poteſt, quòd per ipſum prædeceſſorem noſtrū ea quæ ipſi in verbis prædictis aſſerunt [e], fuerint diffinita [f] im-

a ¶ *Si ipſam dixerimus eſſe clauem.* ] conditionaliter hoc ponit, non ſimpliciter,nec aſſertiue propter opinionē aliam contrariam, vt in princ.huius §.dixi.in glo.claus enim.

b ¶ *Nihil aliud.* ] nā cū talis clauis in ſuſceptione ſacerdotalis ordinis conferatur,vt ſ̃.circa prin.huius §. & ibi probaui:abſit dicere,ꝙ in ſimplicē ſacerdotē trāſlata videatur poteſtas ſtatuēdi vel definiendi de fide,quæ ſoli ſedi Apoſtolicæ reſeruatur in prærogatiuam priuilegij ſingularis, vt dixi ĩ.proxi.in glo.cum ad ſolū.nam in generali cōmiſsione non trāſeūt ea quæ quis nō eſſet in ſpecie veriſimiliter permiſſurus. extra de offi. leg.c.ꝙ tranſlationē. de of.vica.c.cū in generali. lib. 6. ff. de pecu. l. qui peculij.de pigno.l.obligatione.& arg.extra de procu.c.non pōt. Cle.5. cū nec ſimplex ſacerdos poſsit manū apponere ad ea quæ ſunt etiā ſimplici epiſcopo reſeruata 1. extra de conſue. c. quanto.de conſe.eccle. cap.aqua.

† Certe Io. de Turrecre. lib.1.c.399 conclu.dicit illam ſcientiam diſcernēdi eſſe clauem.& ponit ibi in ordine ſacerdotali aliam clauē potentiæ.fatetur tamen in cōclu.ſeq. iſtas duas claues ordinis non differre eſſētialiter, ſed ſolum per comparationē ad actus diuerſos. & poſtea in c. 96. eo. lib. ponit iſtas duas claues ĩ ſpirituali iuriſdictione. & in 8. conclu.aſſerit eas non differre. Ponta.

c ¶ *Niſi auctoritas cognoſcendi.* ] ſubaudi, & ſalutare remediū in foro pœnitentiæ adhibēdi,vt ſ̃.eod.§. dictū eſt.

d ¶ *De re aliqua cognoſcēdi.* ] & ſic ſimplex eſt cognitio cauſæ data.datus ergo ſimpliciter ad cognoſcendū,nō cenſetur datus ad definiēdū, vt hic.& C.ad leg. Cor. de fal.l.vbi. de iud. authen.ad hæc.extra de offi.deleg. ſuper quæſtionū.§.nos aūt.& §.verū. & §. porro. non enim ſimplex cognitor habet definitionē,vt not.ff.de procu.l.qui procuratorē.cum nec ſemper habeat iuriſdictionem.ff.de re iudic. l. ait prætor.licet ſuper articulo,de quo iudex habet cognitionē,videatur regulariter habere iuriſdictionem.ff.de verbo.ſigni.l. notionē. extra de offi.deleg.ex litteris.not.dicto §.nos aūt.ſecus aūt ( quoniam hic dicitur de cognitione ) eſt in illo cui vices iudicis ſunt cōmiſſæ,etiam cum clauſula,donec committens eas duxerit reuocandas:quia talis poteſtatem habet definiendi. extra de offi. dela. c.ſi delegatus.lib.6.& antea hoc idem not.Hoſti. eod. tit. c. ſi pro debilitate.licet Innoc.contrarium ibi notaret,& male.

1 Idem Ioa. de Turrecrema. lib. 1.ſummæ de Eccleſia,cap. 116. concluſione 5.

e ¶ *Quare.* ] ſcilicet quia potens ſimpliciter cognoſcere, non poteſt definire.

Donare nequit habens adminiſtrationem etiā liberam.

f ¶ *Neceſſario requiratur.* ] cū enim cognoſcere & definire ſint diuerſa,habens vnū,ſcilicet cognoſcere,nō ex hoc ſequitur ꝙ habeat aliud,ad inſtar habentis etiā liberā & plenā adminiſtrationē, qui per hoc donare nō pōt, niſi expreſſa ſibi data ſuper hoc poteſtate.ff.de pact.l.cōtra iuris.& l.vlt.de dona.l.filius.& arg.ff.de iureiu.l. iuſiurandū.§.vlt.cum l. ſeq.ad inſtar etiam illius cui ſimpliciter cauſarum cognitio eſt commiſſa, qui per hoc etiam inquiſitionem de criminibus, & amotionem à beneficiis non conſequitur.extra de offic.vica.cap.licet.lib.6.

g ¶ *Soli claui.* ] ſcilicet,ſi dicatur vna tantum eſſe.

h ¶ *Potentiæ.* ] ſcilicet cognoſcendi.

i ¶ *Et etiam diffinire.* ] ſcilicet cognoſcēdi,aliàs etiā diffinitio nō competeret ex ſola poteſtate cognoſcendi,vt ſupra.

k ¶ *Dirigit.* ] lumē præbendo in tenebris.15.q.8.c.ſciſcitantibus.vt videat & liberius diſcernat ſeram claudere,vel etiam aperire.

l ¶ *Quantum ad hoc.* ] ſcilicet quo ad vſum clauium.

m ¶ *Obtineat ſcientia.* ] ſcilicet in habente clauibus vti.

n ¶ *Vicem lucis.* ] vt per ſcientiā habeat vim & claritatē in mente quo ad vſum clauiū,& illā ponat in opere.39. diſt. Petrus. Habens enim vti clauibus,debet eſſe ſciens ſoluere & ligare.de pœni.diſt. 6.c.1.aliàs ſuſcipiens eas peccat,per ea quæ dixi in cap. Execrabilis.circa princ.in verbo,minus idoneis.

Clauibus habens vti, debet eſſe ſciens.

o ¶ *Beato Petro.* ] cum dixit, Et tibi dabo claues regni cælorum.

p ¶ *Poſt illam.* ] ſcilicet promiſsionem clauium.

q ¶ *Subiunxerit.* ] Matth.16.24.q.1.quodcunque.& q.2.legitur. extra de re iudi.ad Apoſtolicæ.§.nos itaque.lib.6.

r ¶ *Solutum & in cælis.* ] ſed hoc intellige claue non errante:aliàs enim ſi ligando vel ſoluēdo erraret, ligatus vel ſolutus quis nō dicitur quo ad Deū. Frequenter enim fit,vt qui per Eccleſiam militatē foris mittitur: intus ſit, ſcilicet in Eccleſia triūphanti. & ille foris eſt, ſcilicet extra Eccleſiam triūphantē: qui intus, ſcilicet in Eccleſia militanti retineri videtur. 24. q. 3. c. ſi quis nō recto.extra de ſent.excō. à nobis 2. talis autē error vt in pluribus vitatur in vſu clauium per ſcientiam ſoluendi & ligandi.

Excommunicatus quo ad Eccleſiā militanem, ſæpe eſt abſolutus quo ad triumphātem.

s ¶ *Habita mentione.* ] quā veriſimile eſt ipſū feciſſe, ſi ſcientiā talem reputaret, cum enim ſe daturū claues promiſiſſet,nō videretur ꝓmiſſum perfecte adimpleuiſſe,niſi id quod clauē reputaret,tradidiſſet.argu. ff. de leg. 3. l. librorū.de auro & arg. leg.l. quāuis. de conſti. pecu. l.promiſſor.§. conſtituto.de act.emp. l.2.§.vacua.de vſu.l. videamus. §. in Flauiana. conſtat enim ꝙ facta Chriſti perfecta fuerint: ipſe enim opus imperfectionis non nouit, vt ſcriptura ſacra teſtatur. & argu.ad hoc in corpore authē. conſtitutio, q̃ de dig.§.illud.col.6.

Chriſti facta fuerunt perfecta.

t ¶ *Quod aūt ſubſequenter.* ] Quarta pars.

u ¶ *Nonnullorū.* ] id eſt,aliquorū,duplici negatiua per affirmatiuā expoſita.& ſuper hoc vide quod dixi in c. cum inter nōnullos.

x ¶ *Et cætera.* ] hæc clauſula comprehenſiua eſt multorū verborū, vt hic vides.Simile ff.de lib.& poſthu.l.Gallus.extra de libel.obl. dilecti. de appel.ſignificantibus.de re iudi.ad Apoſtolicæ. §.licet. ver.deierauit. Vnde facit in argu.pro more tabellionum, qui habent in aliquibus regionibus, ꝙ recipientes notam in protocollo de aliquo facto vel contractu,vtuntur frequenter iſta clauſula, & poſt redigendo inſtrumentum in mundum, apponunt multa verba,quæ non appoſuerunt in nota vel in protocollo, & illa ſubintellecta fore dicuntur ſub tali clauſula,& cæteras. de iure tamen ſcripto nihil plus vel minus in mundo quàm in protocollo debet reperiri, vt omnis falſitas & ſuſpicio euitetur. in corpore authen. de tabel.§.illud quoque.& ſeq.coll.4.

y ¶ *Obuiat veritati* ] & per conſequens falſum eſt, vt dixi ſupra in parte 1.in verſi.falſas.

z ¶ *De verbis prædictis.* ] ſ̃.proxime & plenius ſ̃.parte 2.cōtentis.

a ¶ *Mentio aliqua non habetur.* ] vnde falſo Honorij verba ſuper hæc allegant: quare in periculum criminis falſi ſe forte inuoluūt. ff.ad leg.Cor.de fal.l.vlt.C.de Iuſt.Codi.confir.§.hac igitur.

b ¶ *Intuenti.* ] & ſic oculata fide veritas huius eluceſcit.Inſtit.de gra.cognati.§.vlt.

c ¶ *In ipſa regula confirmata.* ] Vnde Honorius per talem recitationē aliquid nō definitū,propoſitum,factum,aliquidve etiam definiuiſſe dici non poteſt.arg.C.de proba.l.rationes. communia vtriuſque iudicij.l.ſcriptura.cum ſimilibus.ex quibus probatur verba enarratiua fidem non facere. ad hoc autem clarius facit extra de præben.c.ſi dignitatem.Clem.v.

Verba enarratiua fidem non faciunt.

d ¶ *In obedientia.* ] hæc tria quæ ſequuntur ſunt de ſubſtantia religionis.de ſtatu mona.cum ad monaſterium.§.vlt.

e ¶ *Aſſerunt.* ] ſcilicet Chriſtum & Apoſtolos nihil commune vel proprium habuiſſe.

f ¶ *Diffinita* ] nā per modū recitationis nō diffinitionis per Papā Honoriū fuerunt expreſſa: vnde verba ſua ad vnum effectū inducta, non ſunt ad aliū extendenda,etiam in fauorabilibus.ff. de cō-

ditio &

mo [a] poteſt concludi potius, quòd vita Euãgelica, quã Chriſtus & Apoſtoli tenuerunt, habere in cõi aliqua non [b] excludat, cũ ſine proprio viuere, non exigat quòd ſic viuentes nihil habeant [c] in cõi. In declarationibus quoq; Gregorij, Innocentij, & Alexãdri prædictorũ, qui eandẽ regulam abſq; confirmatione alia declarant, ſimiliter nulla ꝓrſus fit mentio de [d] prędictis: immo per eas euidenter oſtenditur eorum quę [e] habere licet ipſis fratribus, vſum [f] iuris ad ipſum ordinẽ ptinere. Gregorius [g] quidem in ſua declaratione quantum ad hoc interſeruit quæ ſequuntur: Dicimus quòd nec in ſpeciali, nec in cõi debẽt habere [h] proprietatem: ſed vtẽſiliũ librorũ, & rerũ mobiliũ, quas licet [i] habere, ordo vsũ habeat, & fratres ſecundũ q Generalis Miniſter & Prouinciales ordinandũ duxerint, his vtãt. Innocẽtius [k] aũt & Alexãder ꝑfati in ſuis declarationibꝰ ſic dixerunt: Dicimus inſup. q cũ in ipſa regula cõtineatur expreſſe, q Fratres nihil ſibi apꝓpriẽt, neq; domũ, neq; locũ, neque aliquã rẽ, q nec in cõi, nec in ſpeciali debẽt ꝓprietatẽ habere, ſed locorũ, & domorũ, & vtẽſiliũ, & librorũ, & eorũ quæ licet habere, ordo vsũ habeat: & Fratres ſcd̃m q Generalis & Prouinciales Miniſtri ordinandũ duxerint, his vtãtur. Cũ enĩ dicatur in declarationibus [l] ſupradictis, q ordo vſum rerũ habeat præmiſſarum, ad vſum iuris neceſſe [m] eſt hoc referri: facta quidem quæ ſingulorum [n] ſunt, perſonã veram exigunt, & requirunt [o]: ordo [p] autẽ vera perſona nõ eſt [q], ſed repræſentata [r] & imaginaria [s] potius eſt cenſenda: quare [t] quæ ſunt facti, ſibi vere cõuenire [v] nequnt, licet ei [x] poſſint cõgruere, q̃ [y] ſunt iuris. Adhuc [z] licet declaratio Nicolai quarti prædicti cõtineat quæ ſequuntur: Hi ſunt [a] illi ſanctæ regulæ [b] profeſſores, qui Euãgelico fundantur eloquio [c] vitæ Chriſti roborãtur [d] exemplo [e] fundatorumque [f] militantis Eccleſiæ Apoſtolorum [g] eius [h] ſermonibus & actibus firmãtur. Et poſt in eadem declaratione ſubiunxit [i], dicens quòd abdicatio proprietatis omniũ rerũ tã in ſpeciali quàm in cõmuni propter Deũ, meritoria eſt & ſancta, quam & Chriſtus vitã perfectionis oſtẽdẽs verbo docuit, & exẽplo firmauit quãque: primi fundatores militantis Eccleſiæ prout ab ipſo fonte hauſerant, in volentes perfecte viuere p doctrinæ ac vitæ ipſorum alueos direxerũt: Ex verbis tamen prædictis [k] nequaquã põt colligi, q præfati prædeceſſoris noſtri Nicolai intentio [l] fuerit dicere, quòd dicta [m] regula quo ad omnia quæ cõtinentur in ea, Euangelico [n] fundetur eloquio, ac vitæ Chriſti roboretur [o] exẽplo: nec quòd Apoſtolorum vita & actibꝰ ſit firmata. Cõſtat enim multa [p] cõtineri in dicta regula q̃ nec Chriſtus verbo docuit, nec [q] exẽplo firmauit: vtpote qd̃ præcepit cõditor [r] regulæ Fratribus vniuerſis, vt nullo modo denariũ [s] vel pecuniã recipiãt

ditio.& demon.l.cum tale. §. vlt. de adi. leg. l.inutiliter.& de liber.lega.l.Aurelius.§.teſtamento.de manumiſ.teſt. l. Titia. §. Lucius.extra de præben.c.ſi dignitatem.Cle.5.vbi de hoc dixi.

a ¶ *Immo.* ] ſuper hoc verbo videre potes quod dixi in cap. Execrabilis.circa princ.ſuper verbo, immo.

b ¶ *Non excludat.*] ſcilicet per hoc quod ibi dr̃ Chriſtum & Apoſtolos ſine ꝓprio vixiſſe.

c ¶ *Nihil habeant in communi.* ] cũ proprie loquendo habere in cõmuni aliquid nõ ſit proprium habere: de quo ſatis plene dixi in cap. Ad conditorem.& cap. cum inter nonnullos.

d ¶ *De prædictis.*]ſcilicet verbis, q̃ detrahẽtes prædictis conſtitutionibus in eorũ declarationibus aſſerunt cõtineri.

e ¶ *Quæ habere licet.*] hic vide quod dixi in c. Ad conditorem.

f ¶ *Vſum iuris.*] nõ ergo tantum ſimplicem vſum facti, vt dicto ca. Ad conditorem.& cap. cum inter nonnullos.

g ¶ *Gregorius.* ] ponit verba declaratoria Gregorij.

h ¶ *Debent habere proprietatem.* ] hæc verba & ſequentia iſtos monere potuerunt ad detrahendũ dictis cõſtitutionibus, male tamen.

i ¶ *Quas licet habere.*] hæc verba ſane intellecta retorquẽtur ꝯ tales: quia ſupponunt, q aliquod ius competat habendi in talibus rebus: vt in c.Ad conditorem.

k ¶ *Innocentius.*] ponit verba declaratoria Innocentij Papæ, & Alexandri: ſuper quibus dicas quod ſ. proxi. dixi.

l ¶ *Declarationibus ſupradictis.* ] ſcilicet Gregorij, Innoc.& Alexan.

m ¶ *Neceſſe eſt hoc referri.*] cũ aliàs ſupponeret iniuſtꝰ, quod dicere nefas eſt, vt in c.Ad cõditoré.&c.cũ inter nonnullos.& ibi plene dixi.

n ¶ *Singulorum ſunt.*] i. p ſingulos explicãda.

o ¶ *Et requirunt.*] eſſe enim debet perſona habens factum explicare, nec ante iuris ratio quàm perſona quærenda eſt. ff.de iure cod.l.quidam referunt.

p ¶ *Ordo autem.*] ſcilicet Minorum in genere.

q ¶ *Non eſt.*] cum ſit nomen intellectuale carens anima: ſed poteſt dici fungi vice perſonæ ſicut hæreditas, municipium, ſocietas, collegium, vniuerſitas.ff.de fideiuſ.l.mortuo. inſti. de ſtipu.ſeruorum.in princ.C.depoſiti.l.cum hæreditas.

r ¶ *Sed repræſentata.*] ſcilicet iuris diſpoſitiõe: ſicut hæreditas iacẽs pſonã defuncti repræſentat.ff.de nouat.l.nouatio.in fi.de acq. rerũ do.l.hæreditas enim.inſtit. de hæred. inſtit. l. ſeruus alienus.

Hæreditas iacẽs defunctum repræſentat.

ſ ¶ *Imaginaria.*] id eſt in imagine intellectus cõcepta: ſicut aliàs aliquid intellectu percipitur magis quàm facto vel verbo dicitur. ff.de ſol.l.ratum.de condi.ob cauſam.l.qui ſe. de iure dotium, l. ſi licet.§.quotiens.de dona.inter virum & vxor.l.3.§.vlt.

Hæreditas explicare nõ poteſt ea quæ facti ſunt.

t ¶ *Quare.* ] ſcilicet quia facta per ſingulos explicanda perſonam veram exigunt: & ordo vera perſona non eſt.

u ¶ *Conuenire nequeunt.*] probatur hoc per iura.hæreditas enim quæ de ſe quid vniuerſum eſt.ff. de re iudic. l. hæreditas. de verb. ſignifi. l. nihil. ea quæ facti ſunt explicare non poteſt. nec illa ſibi conuenire poſſunt.ff.de acquir. rerum do. hæreditas in multis. ſi quis teſtamento liber eſſe iuſſus.l.1.§.Scæuola.Et populo vt vniuerſo auditio diuinorum, quæ facti eſt, conuenire non poteſt.ext. de ſen.excom.c.ſi ſcientia.§.cum vero.ſic nec ordini vt vniuerſo: vnde vniuerſitas vel collegium, quæ facti ſunt per ſe explicare non poteſt: ſed per membra ſua illa explicat, & explicare cogitur. ff. de cond. & demon.l.municipibus.& arg. C.de appa.præf.præto.l. cornicularij. libro. 12. excuſ. mune. l. maximarũ. lib. 10.de aduo. diuer. iudi. l.reſtituendæ. ſic etiam ſentit Inno.đ ſen.excõ. Romana circa fi. & Cõpoſt.de reſcr.c. eam te. in gl.1.§.ſed quid ſi canonici. & Accurſius. ff. de iur. cal. l. 2. §. hoc etiam. in ver. plurima per te. & ad hoc adde quod dixi in c.fratrum. ſup verbo, ciuitatibus.

x ¶ *Ei.*] ſcilicet ordini, vt vniuerſo.

y ¶ *Quæ ſunt iuris.*] vt eligere, ſtatuta facere, aliqué in fratrẽ recipere, & ſimilia. arg. 16. q. vlt.cõgregatio.extra de elect.nullꝰ. & c.in Geneſi. & poteſtas acquirendi ea quorum ordo capax eſt.arg. ff.de ſtip. ſeru. l. vſuſfructus. quibus mo. vſuſf. amit. l. ſeruo hæreditario.

z ¶ *Adhuc licet.*] Quinta pars, & ponit verba declarationis Nicolai tertij, aliàs iiij. contẽta in decre.Exiit.§.porro. de verb.ſig.lib.6.

a ¶ *Hi ſunt.* ] ſcilicet fratres Minores.

b ¶ *Regulæ.* ] ſcilicet beati Franciſci.

c ¶ *Eloquio.* ] i. verbo. ff.de dona. l. Aquilius.

d ¶ *Roborantur.*] id eſt ſolidantur, vel firmanẽ.

e ¶ *Exemplo.*] cuius q.dẽ Chriſti omnis actio noſtra eſt inſtructio. 2. q.1. Deus omnipotens. extra de ſepul.c.1.

f ¶ *Fundatorumque.*] repete, roborantur exemplo.

g ¶ *Apoſtolorum.*] dicuntur igitur Apoſtoli militãtis Eccleſiæ fundatores.ſimile de elect.fundamenta.lib.6.

h ¶ *Eius.*] ſcilicet Chriſti, vel militantis Eccleſiæ.

i ¶ *Subiunxit, dicens.* ] hoc videre potes quid ſuper ver.his ſequẽtibus dixi in c.cum inter nonnullos.in verbo, declaramus.

K ¶ *Prædictis.*] ſcilicet Nicolai quarti.

l ¶ *Intentio.*] ad quam ſemper recurrendum eſt:& ſuperficiei litterę eſt præferenda.extra de præb.cũ olim.ff.de condi. & demon. l.in conditionibus.de leg.1.ſi ſeruus plurium.§.ſi.

m ¶ *Dicta regula.*] ſcilicet ſancti Franciſci.

n ¶ *Euangelico fundetur eloquio.* ] id eſt, fundamentum ſuſcipiat ex verbo Euangelico.

o ¶ *Roboretur exemplo.* ] ſcilicet quo ad omnia in ea cõtẽta, vt ſ.

p ¶ *Multa.*] de quibus infra ſubiicitur.

q ¶ *Nec exemplo.*] ſcilicet facti.

r ¶ *Conditor regulæ.*] beatus Franciſcus.

ſ ¶ *Denarium vel pecuniam.*] de denario vel pecunia recipiẽdis ſpecialis per regulã facta fuit interdictio. dicto c. Exiit.§. cæterũ in eadem. quia ipſorum receptio naturaliter, vt in pluribus, frequenter quem ad illicitum impellit.

F a ¶ Nec

p ſe vel p interpoſitã perſonã, necnon & de multis aliis cõtẽtis in dicta regula: quæ vtique nec Chriſtus nec Apoſtoli verbo docuerũt, nec firmauerũt [a] exẽplo. Nec obſtat, ꝙ Chriſtus portare pecuniã Apoſtolis & diſcipulis dũ ipſos ad prædicandũ mitteret, interdixit [b]: quod tamen [c] antequã eos mitteret ipſis fuiſſe legimus interdictũ. Quodque poſt reditum pecuniam portauerunt, in pleriſque locis Euãgelica veritas, & Apoſtolica dicta [d] teſtãtur. Præterea [e] Auguſtinus dicit [f] expreſſe, ꝙ [g] illud nõ [h] fuit præceptũ, ſed poteſtas recipiẽdi neceſſaria ab iis, quibus prędicabãt Euangelium: quã [i] ſeruare [k] Apoſtolis licuit, vel etiã non ſeruare. Sed [l] hoc Romanus Pontifex prædeceſſor noſter Nicolaus quo ad principalia tria vota, ſcilicet in obediẽtia [m] viuere, & ſine proprio, & in caſtitate, ac alia ſi qua Euãgelio reperiãtur expreſſa, in dicta regula videtur intellexiſſe [n] dicere in declaratione prædicta: quod [o] vtique declarationib⁹ [p] noſtris in nullo obuiat ſupradictis: adhuc nõ apparet ipſum [q] dixiſſe [r] ſuſtentationẽ Chriſti & Apoſtolorũ eius in ſolo & nudo [s] ſimplici conſiſtere vſu facti: cũ quo [t] ad Chriſtum & Apoſtolos nullam præfatus prædeceſſor noſter Nicolaus in ſua declaratione fecerit [v] mentionem: immo ſenſiſſe ſatis videtur expreſſe, quòd ius [x] aliud à proprietate habuiſſe potuerunt: cum de [y] ſola abdicatione proprietatis non iuris [z] alterius in præfata declaratione, quantum [a] ad ipſos attinet, mẽtio habetur, Adhuc idem Nicolaus prædeceſſor noſter videtᷣ ſenſiſſe, ꝙ Chriſtus & Apoſtoli etiã [b] quo ad ꝓprietatẽ habuerũt aliquid in cõi: cũ eñ in ſua declaratione prędicta verba de abdicatione proprietatis dixiſſet, [c] reſpõdens obiectioni tacitæ, quæ ſibi de loculis, quos Chriſtus habuiſſe in Euangelio [d] legitur, poterat fieri, ſtatim quæ ſequũtur ſubiũxit: Nec his quiſquã putet obſiſtere quòd interdum dicitur Chriſtũ loculos [e] habuiſſe: nam ſic ipſe Chriſtus, cuius perfecta ſunt [f] opera, in ſuis actibus viã perfectionis exercuit, quòd interdũ infirmorũ [g] imperfectioni condeſcendens, & viam perfectionis extolleret, & imperfectorũ infirmas ſemitas non damnaret: ſic & infirmorum perſonam Chriſtum aſſerit in loculis ſuſcepiſſe: Aliàs impertinens [h] de loculis fuiſſet obiectio, niſi intellexiſſet Chriſtum etiam quo ad proprietatem loculos habuiſſe. Præterea ſi diceretur Chriſtum in loculis habuiſſe tantummodo ſimplicẽ vſum [i] facti, fruſtra [k] diceretur, quòd in perſona infirmorum ipſos Chriſtus habuit loculos: cũ ſecũdum eum [l] perfectis [m] etiam conueniat habere ſimplicem vſum facti. Et [n] ſi quæratur propter [o] quos infirmos iſtos loculos habuerit? Auguſtinus [p], cuius dictũ inſertum eſt [q] in decretis, reſpondet dicens: habebat Dominus loculos à fidelibus oblata conſeruans, & ſuorũ neceſſitatib⁹, & aliis indigentib⁹ tribuebat: vnde [r] conſtat ipſum [s] de ſuis [t] diſcipulis hoc ſenſiſſe. Nec hoc, ſcilicet in cõmuni & quo ad proprietatem aliqua habere derogat, iuxta

a ¶ *Nec firmauerunt exemplo.*] cum & Chriſtus & Apoſtoli habuiſſe loculos & pecuniam ſint reperti: quod proſequere vt dixi in c. cum inter nonnullos.

b ¶ *Interdixit.*] Matthæi 10. cap.

c ¶ *Quod tamen.*] ſcilicet pecuniam portare.

d ¶ *Dicta teſtantur.*] ſed vbi? Vide qđ not. plene in c. cũ inter nonnullos. in gl. ſcripturæ ſacræ.

e ¶ *Præterea Auguſtinus.*] expoſitor verborũ Chriſti interdicentis Apoſtolis, cum ad prædicandum mitterẽtur, pecuniam portare.

f ¶ *Dicit expreſſe.*] dicto c. Matth. 10. & Tho. ibidem poſt eum.

g ¶ *Quòd illud.*] ſcilicet pecuniã nõ portare.

h ¶ *Nõ fuit præceptũ.*] id eſt, in vim præcepti iniunctum: quia tunc cõtra facere, eſſet peccatũ. 4. diſt. §. vlt. ſecus in iis quæ ſunt de conſilio perfectionis, vt ibi, & 14. q. 1. §. quia ergo. not. extra de æta. & quali. ad aures.

i ¶ *Quam.*] ſcilicet poteſtatẽ recipiẽdi neceſſaria ab iis quibus Euãgelium prædicabant.

Temporalia recipiat qui ſpiritualia miniſtrat.

k ¶ *Seruare Apoſtolis licuit.*] nõ erat enim magnũ ab illis vitę neceſſaria & temporalia recipere, quibus ſpiritualia miniſtrabant. 1. ad Cor. 9. extra de præſcri. cum ex officij. de offic. ordi. cap. ſi epiſcopus. lib. 6. 13. q. 1. §. his ita.

l ¶ *Sed hoc.*] ſcilicet ꝙ regula eorum Euangelico fundetur eloquio, & fide Chriſti & Apoſtolorum roboretur exẽplo, ꝙ ſine proprio ſpeciali vel communi habeant eſſe fratres: vt fuerat Chriſtus & Apoſtoli. Hic autẽ ſume litteram, videtur intellexiſſe dicere, quæ eſt infra.

m ¶ *Obedientia.*] quæ dicitur melior quàm victima. extra de maio. & obe. c. illud. & quæ ſit ratio, exprimitur ſ. cap. quorundam. §. penult.

n ¶ *Intellexiſſe dicere.*] ſubaudi nõ autem prohibuiſſe vſum etiam cum iure vtendi. & hoc latius infra patebit.

o ¶ *Quod vtique.*] ſic ipſum intellexiſſe.

p ¶ *Declarationibus noſtris.*] ſcilicet factis in conſtitutionibus, Ad cõditorẽ. & cũ inter nõnullos. cũ in eis nõ dicatur quin carere proprio, & ſub obediẽtia, & in caſtitate viuere debeãt, & qn quo ad Euãgelica in regula expreſſa, ipſa regula Euangelica dicatur.

q ¶ *Ipſum.*] ſcilicet Nicolaum quartum.

r ¶ *Dixiſſe.*] ſcilicet in ſua declaratione.

ſ ¶ *Nudo.*] id eſt, depurato & denudato ab omni proprietate & dominio, & ab omni iure vtendi.

t ¶ *Quo ad Xp̃m, &c.*] licet quo ad fratres de tali vſu expreſſerit.

u ¶ *Fecerit mentionem.*] hic videre potes quod dixi ſupra eodẽ §. proximo. circa princ. in gloſ. vnde falſo.

x ¶ *Ius aliud.*] ſaltem perſonale vel perſonæ cohærens.

y ¶ *De ſola abdicatione proprietatis.*] de ipſa ſola mentionẽ faciẽdo per modũ abdicatiõis aliud ius abdicaſſe in dubio nõ videtur ſenſiſſe. arg. ff. de fun. inſt. l. quęſitum. §. idem reſpondit domo. & l. cum de lanionis. §. cum fundi. in lib. feu. de feu. cog. l. 1. in fi.

z ¶ *Non iuris alterius.*] ſcilicet vtendi.

a ¶ *Quantum ad ipſos.*] ſcilicet Chriſtum & Apoſtolos.

b ¶ *Etiã quo ad proprietatẽ.*] quaſi dicat nedũ quo ad ius vtẽdi.

c ¶ *Dixiſſet.*] dicto c. Exiit. §. porro.

d ¶ *In Euangelio legitur.*] 10. 12. & 13. c. & 12. q. 1. c. habebat Domin⁹.

e ¶ *Loculos.*] hoc verbum expone vt dixi in c. cũ inter nonnullos. in glo. ſcripturæ ſacræ.

f ¶ *Perfecta ſunt opera.*] ipſe enim opus imperfectionis non nouit.

g ¶ *Infirmorum.*] ratione imperfectionis.

h ¶ *Impertinens.*] hic nihil curo dicere: q̃a ſatis dixi etiam ante publicationẽ huius conſtitutionis in c. cũ inter nõnullos. in glo. quæ incipit, mirabile. ibi videas.

i ¶ *Vſum facti.*] abſq; alio iure proprietatis.

k ¶ *Fruſtra diceretur.*] & ſic quo ad hoc ſua declaratio fuiſſet inanis, fruſtratoria, & vacua: quod non eſt cenſendum; quia in conſtitutione verba appoſita non debent eſſe ſuperflua. C. de nouo cõd. cõpo. circa medium. 19. diſt. ſi Romanorũ. nec fruſtratoria. ff. de leg. 1. l. ſi quando. immo debent aliquid operari. ff. de vſur. ſi ſtipulatus. extr. de maio. & obed. ſolitæ. de priui. c. ſi Papa. lib. 6. de cõce. præb. c. cum ei quem. Cle. 5.

l ¶ *Secundum eum.*] ſcilicet Chriſtum: vel dic eũ ſcilicet Nicolaũ iiij.

m ¶ *Perfectis etiam.*] quaſi dicat nedum ratione imperfectionis infirmis.

n ¶ *Et ſi quæratur.*] forte per volẽtem diligenter cũcta rimari & perfecte intelligere id qđ legitur. arg. in corpore authen. de quæſto. §. pe. coll. 6. & in c. quia nõnumquam. §. nos autẽ.

o ¶ *Propter quos.*] id eſt, quorum contemplatione & intuitu.

p ¶ *Auguſtinus.*] Eccleſiæ doctor egregius, & confeſſor eximius. extra de reliquiis. cap. glorioſus. lib. 6.

q ¶ *Inſertũ eſt in decretis.*] 12. q. 1. c. habebat Dominus. hãc auctoritatẽ Auguſtini expone, & ſuper ea dic vt plene not. in c. cũ inter nonnullos. in glo. ſcripturæ ſacræ. vltra medium eiuſdem gloſſæ.

r ¶ *Vnde.*] ſcilicet quia Dominus loculos habebat oblata conſeruans, & ſuorum, &c.

ſ ¶ *Ipſum.*] ſcilicet Chriſtum.

t ¶ *De ſuis diſcipulis.*] illi appellatione ſuorum de quibus præmiſerat nõ immerito comprehẽduntur: vt pote per eum ſine fraude & fictione recepti & ſui familiares & domeſtici commenſales. arg. extra de verb. ſigni. cap. ſicut. de priuil. cap. licet. de ſent. excõ. quicunque. lib. 6. ratione enim ſeruitij dicebantur ſui. C. in qui. cauſ. col. cenſi. l. 2. lib. 12. & ibi not. Alibi autem alio reſpectu ſui dicuntur, cõtra quos quis teſtimoniũ ferre non cogitur. C. ad Turpi. ſi fœmina. & ibi not. per Gar. dicto cap. quicunque. & ad hoc facit extra de teſti. cap. de cætero.

Suorũ appellatione quæ continẽtur.

a ¶ *Altiſſimæ*

dictum Gregorij non prædicti, altiſsimæ [a] paupertati, qui in quadam ſua decretali [b] dicit expreſſe fratres Predicatores [c] & Minores in altiſſima paupertate Chriſto pauperi famulari: & tamē conſtat ipſos Prædicatores habere in communi etiā quo ad proprietatem aliqua [d], quod [e] eorum [f] regulæ & ſtatui non [g] repugnat. Hoc etiam [h] Alexander [i] prędeceſſor noſter præfatus in condemnatione libelli [k] contra ſtatū prędicatorū & Minorū editi, videtur ſenſiſſe, in [l] qua aliquādo de dictis [m] fratribus quæ ſequuntur ſubiūxit: cū inſuper reſpōdet, quòd iidem fratres [n] omnia propter [o] Deum dereliquerint, exilia [p] vitæ ſubſidia mēdicantes, Chriſtūque imitētur pauperem [q], perfectionem [r] Euangelicam amplexando, propter [s] quod euidenter apparet eos [t], non ſolum in ſtatu ſaluandorum [v] exiſtere, ſed [x] etiam perfectorum, & per ſuæ religionis obſeruantiam [y], quæ quidem ipſius perfectionis Euāgelicæ tenet [z] formam, in æternæ retributionis præmio præcellentem [a] gloriā promereri: vbi [b] quidē expreſſe dicit, Prædicatores Chriſtū pauperem imitari [c]; ipſoſque perfectionē Euangelicā amplexari [d], & in ſtatu exiſtere perfectorum: quodq; ipſorū religionis obſeruātia pfectionis Euangelicæ tenet formā: & tamē cōſtat ipſos [e] habere poſſe etiam [f] quo ad proprietatem aliqua [g] iuxta eorū regulam in cōi. Nec obſtat [h] quòd dicunt Innocentiū (aliàs Cæleſtinū) v. prædeceſſorē noſtrum dixiſſe altam paupertatē eſſe habere pauca [i] propria propter Deum: altiorem quæ nulla [k] habet propria, tñ habet in [l] cōmuni: altiſſimam, quæ nihil habet in hoc mūdo, nec in proprio, nec in communi: dicimus quidem quòd hoc dixerit, nō vt Papa [m], ſed vt frater [n] Petrus de Tarantaſia in quadā poſtilla ſua. quare [o] dicta pra miſſorū ſummorū Pontificū [p] ſunt ei [q] merito pferēda [r]. Dicūt etiā, quòd Apoſtolus de tali altiſsima [s] loquitur paupertate dicēs [t], & altiſsima paupertas eorū abundauit in diuitias ſimplicitatis eorū: quod euidēter eſt falſum [v]: quia ibi loquitur de paupertate Macedonū, qui [x] etiam [y] in ſpeciali bona tēporalia obtinebant [z], de [a] quibus Apoſtolus [b] aſſerit, quòd ſupra [c] vires ſuas miſerāt eleemoſynas ſanctis. ¶ Quod [d] aūt

a ¶ *Altiſsimæ paupertati.*] cum nec videātur derogare perfectioni: quia ſine eius impedimento poſſunt in communi aliqua poſsideri. 12.q.1.c.expedit.

b ¶ *Decretali.*] extrauaganti.

c ¶ *Prædicatores.*] Nota prædicatores præmitti: quia primo proceſsit eorum inſtitutio. ſimile extra de exceſ. præl.c.1.de reli.do. c. 1. de deci.c.1.in ſupraſcriptione.lib.6.

d ¶ *Aliqua.*] puta horrea, cellaria pro grano, & vino recolligendis.

e ¶ *Quod.*] ſcilicet habere aliqua in communi.

f ¶ *Eorum.*] ſcilicet Prædicatorum.

g ¶ *Non repugnat.*] cū ipſorum regula habere eis talia nō interdicat.

h ¶ *Hoc etiam.*] ſcilicet ꝙ habere aliqua in cōmuni etiā quo ad proprietatem non derogat paupertati.

i ¶ *Alexander.*] ſcilicet quartus cuius confirmationē dicti detractores pro ſe inducebant, vt ſ. in parte 2.

k ¶ *Libelli.*] ideſt facta de libello ſubuerſiuo, vel detractorio quantum in ſe erat ordinum Prædicatorum & Minorum. Et quæ ſit pœna contra proponentem libellum diffamatorium alterius, vide quod legitur C. de famo. libel. l.1. ff.de iureiuran. l.lex Corneliæ.§.ſiquis librū & 5.q.1.c.quidam.

l ¶ *In qua.*] ſcilicet cōdemnatione.

m ¶ *De dictis fratribus.*] ſcilicet Prędicatoribus & Minoribus.

n ¶ *Iidem fratres.*] ſcilicet Minores & Prædicatores.

o ¶ *Propter Deum dereliquerint.*] ſic fecerunt Apoſtoli, vt in Euāgelio legitur, Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſum⁹ te, &c.

p ¶ *Exilia.*] id eſt tenuia & pauperrima: ſicut vulgariter dici conſueuit, ꝙ frequenter aliqua eccleſia vel dignitas habet prouentus pauperes & exiles. merito autem ſic dicuntur exilia: quia eiſdem fratribus per quæſtum publicum tribuere victum ſolet incerta mēdicitas. extra de relig. domi.c.1.§.confirmatos. C.de mendican. vali.l.1.lib.10.

q ¶ *Pauperem.*] id eſt, in paupertate viuere volentem.

r ¶ *Perfectionem Euangelicam.*] iuxta quam ſaltem de conſilio omnia abdicanda ſunt, vt in Euangelio legitur, Si vis perfectus eſſe, vende omnia quæ habes, & da pauperibus. 14.q.1.§.1. not. extra de æta. & quali. ad aures.

ſ ¶ *Propter quod.*] ſcilicet ꝙ Chriſtum dicuntur imitari, & perfectionem Euangelicam amplexari.

t ¶ *Eos.*] ſcilicet Fratres Prædicatores.

u ¶ *In ſtatu ſaluandorum.*] per hoc ꝙ reliquerunt omnia pp Deū.

x ¶ *Sed etiam perfectorum.*] in hoc ſcilicet ꝙ Chriſtū imitantes perfectionem Euangelicam amplexantur.

y ¶ *Obſeruantiam.*] de ſe multum meritoriam exiſtentem, vt in c. quorundam.§.penult.

z ¶ *Tenet formam.*] in relinquendo omnia propter Deum.

a ¶ *Præcellentem gloriam.*] ſcilicet vitæ æternæ: iuxta verbū Euangelij, Centuplum accipiet, & vitam æternam poſsidebit.

b ¶ *Vbi quidem.*] ſcilicet in dicti libelli condemnatione.

c ¶ *Imitari.*] Volendo in paupertate viuere.

d ¶ *Amplexari.*] in relinquendo omnia propter Deum.

e ¶ *Ipſos.*] ſcilicet Prædicatores.

f ¶ *Etiam quo ad proprietatem.*] quaſi dicat, nedum quo ad vsū.

g ¶ *Aliqua.*] expone hic vt ſupra.

h ¶ *Nec obſtat*] ſcilicet prædictis, ꝙ habere aliqua in communi non obuiat altiſsimæ paupertati.

i ¶ *Pauca propria.*] forte ad vitæ ſuſtentationem. arg. 47. diſt. c. ſicut hi.

k ¶ *Nulla habet propria.*] ſcilicet in ſingulari.

l ¶ *In communi.*] ideo in illis magiſtraliter dici potuit eſſe altiorē paupertatē quàm in proprijs: quia illā vere dici nō poſſunt propria. arg. ff. de ver. ſig. l. pupillus. §. vlt. 47. diſt. c. ſicut hi. & quia in illis non competit ſic plena diſpoſitio ſicut in ꝓprijs. ff. cōi diui. l. Sabinus. iuncta l. in re mandata. C. mandati. & in illis naturali vitio euenit negligi quod cōiter poſsidetur. C. quādo & quibus quarta pars. l. 2. lib. 10. Et per eandē viā loquendi magiſtraliter vel argumentaliter potuit moueri Innocentius iſte ad dicendū, ꝙ altiſsima ſit paupertas nihil habere velle, etiā in cōi propter abdicationē omnimodam ſollicitudinis temporaliū: quę vix ſine peccato ſaltem veniali exerceri poteſt. 26. diſt. æqualis.

Poſſeſſa cōmuniter negligūtur frequenter.

m ¶ *Non vt Papa.*] tāquā Papa enim multa potuiſſet declarādo nedū fidei articulū: immo & nouum [1] articulum inducendo, quod intellige vt diximus in cap. cum inter nonnullos. in verbo, declaramus.

[1] Vide oīo B. Thomam 2. 2. q. 2. art. 10.

n ¶ *Sed vt frater Petr⁹.*] & ſic vt priuatus, vel vt magiſter non potēs cōſtitutionē generalē inducere; cum hoc facere ſolū ſpectet ad prīcipē. C. de leg. l. 1. Sic aliàs eſt reperire ꝙ quis Papa exiſtēs, aliqua profert non tamquā Papa, ſed vt magiſter: & tamē eius dictis tamquam magiſtri non ſtatur. extra de reſti. ſpol. cap. litteras. §. nos autē. cū ibi not. Nec interlocutoriæ eius ſine cauſæ cognitione prolatæ in certo negotio, ſtatur in alio, cū non vt princeps eā ſic tuliſſe videatur. C. de legib. l. 3. §. vlt. & aliàs reperitur ꝙ aliquis nō vt ipſe, ſed vt aliqs aliqua facit. ff. de adop. l. ſi pater. §. qui duos. ſol. matri. l. ſi vero negotiū. §. 1. ad ſenatuſconſul. Syllan. l. ſi ſequens. in fi. C. de admini. tut. l. cum quædā. cum ſimilibus.

o ¶ *Quare.*] ſcilicet quia illa dixit nō vt Papa, ſed vt frater Petr⁹.

p ¶ *Summorum Pontificum.*] ſcilicet Nicolai iiij. ſ. in verſu, adhuc idem. & Gregor. ſ. in verſu, nec hoc ſcilicet. & Alexandri ſ. in verb. hoc etiam.

q ¶ *Ei.*] ſcilicet Innocentio, qui prædicta non vt Papa, ſed vt priuatus dixit.

r ¶ *Præferenda.*] vtpote auctorizabilia, & ab omnibus obſeruanda. 11. diſt. nolite. extra de conſt. c. 1. C. de legi. l. leges vt generales. cum vt dixi ſine impedimento perfectionis poſsint in communi aliqua poſsideri. 12. q. 1. expedit.

ſ ¶ *De tali altiſsima.*] ſcilicet quia nihil habet in proprio vel cōi.

t ¶ *Dicens.*] 2. ad Corint. 8. cap.

u ¶ *Eſt falſum.*] ſcilicet ꝙ Apoſtolus dicta verba protulit loquēdo de paupertate Chriſti & Apoſtolorum.

x ¶ *Qui.*] ſcilicet Macedones.

y ¶ *Etiam in ſpeciali.*] quaſi dicat, nedum in communi.

z ¶ *Obtinebant.*] aliàs eleemoſynas de quibus ſequitur facere minime potuiſſent; vt plene dixi in cap. cum inter nonnullos. in glo. ſcripturæ ſacræ, circa finem.

a ¶ *De quibus.*] ſcilicet Macedonibus.

b ¶ *Apoſtolus aſſerit.*] dicto c. 2. ad Corint. 8.

c ¶ *Supra vires ſuas.*] id eſt, ſupra quàm commode pati poſſet valor facultatū ſuarū. arg. ff. de iure do. l. ſine generalis, de reli. l. ac ſi quis. §. æquum. vbi pupil. educ. debe. l. in alimentorum. §. 1. C. de reſcin. ven. l. quiſquis. vbi verba ſimilia ſic exponi conſueuerunt.

d ¶ *Quod autem dicitur.*] Sexta pars.

dicitur in declaratiõe Nicolai ꝑdeceſſoris noſtri cõtineri [a], q, fratres Minores in reb⁹ quæ eis obueniũt, habeãt tãtũ ſimplicẽ vſum facti: dicimus, q, ſi ipſe intellexerit ſimplicẽ vſum facti denudatũ omni [b] iure, ita q, fratres ipſi ſeu ordo nullũ ius [c] habeãt vtẽdi, hoc eſt expreſſe cõtra declarationẽ Gregorij, Innocẽtij, Alexãdri ſummorũ Põtificum prædictorum, quibus expreſſe quòd taliũ bonorũ ordo vſum habeat, continetur [d]: quod de vſu iuris eſt intelligẽdum neceſſario, vt ſuperius eſt [e] probatum. Adhuc dicim⁹, quòd eſt cum hoc impoſsibile, ſcilicet vſum facti ſimplicẽ abſque iure aliquo (quod nihil aliud quàm ipſum vti proprie poteſt dici) poſſe in re aliqua etiam vſu nõ conſumptibili ab aliquo obtineri, prout in decretali, Ad conditorem canonum, eſt probatũ, & † Auguſtinus in lib. xj. de actu, tenet expreſſe. Præterea ſi ſimpliciter vſus denudatus ab omni iure haberi poſſet ab aliquo, cõſtat, q, actus vtẽdi hmõi eſſet reputãdus nõ iuſtus [f], cum ille vſus fuerit cui ius non cõpetebat vtendi: vſus autẽ non iuſtus ad perfectiõis ſtatum nequaquã pertinet, nec perfectioni aliquid adiicit, ſed ſibi repugnare poti⁹ noſcitur [g] manifeſte. Quòd autem vſum talem nõ iuſtum cõditor canonis fratribus ipſis intellexerit reſeruare, probabile [h] nõ videtur: immo quod de iuſto intellexerit ex eo poteſt euidentius apparere, quòd in eadem ordinatione adiicit, quòd illarũ rerum dumtaxat in ſe & etiam Romañ. Eccleſ. recipiebat dominium, quarum vſum facti liceret [i] habere fratribus, ſeu ordini antedictis: ſubiungens, quòd non rerum [k] omnium vſum habere debeãt fratres ipſi. Quantum autem ad vſum facti ſimplicẽ abſq; omni iure vtẽdi attinet, nulla [l] rerũ poteſt cẽſeri differentia quo ad fratres: ſic enim vti de facto poſſunt ꝓhibitis [m] vt permiſsis [n]. Ex quo ſequitur q, vſus facti, de quo ordinatio loquitur, de tali intelligi [o] debeat, qui iuſtus ſit, & pro quo cõpetat ius vtendi; & ipſe videtur cõditor canonis ex eo etiã ſenſiſſe, quod in eadẽ ordinatione ſubiunxerit [p], q, moderatus vſus in expẽſis prius reb⁹ ipſis fratrib⁹ eſt cõceſſus. ¶ Rurſus [q] impugnatores [r] cõſtitutionum hmõi aſſerere publice [s] perhibentur, q, libellũ & dicta magiſtrorũ aſſerentiũ dictam [t] paupertatẽ & vitã dictorũ fratrũ [v] nõ eſſe Euangelicã & Apoſtolicã, ſummi Pontifices dãnauerũt [x], diſtrictius ꝑer Apoſtolicas litteras inhibẽtes [y], ne quiſquam præmiſſa [z] vel aliquid præmiſſorum contumaciter aſtruere [a], ſeu quomodolibet præſumeret defenſare [b]: ſtatuẽtes, q, præſumẽs cõtrarium tanquã cõtumax Eccleſiæ Romanæ rebellis [c] ac vt hæretic⁹ [d] haberetur. Ad quod [e] dicimus aſſertionẽ [f] huiuſmodi falſam eſſe: non enim cõtinetur in ſententia ſupradicta, q, contra faciens vt hæreticus haberetur: quæ quidem quo ad hoc cõtinet [g] q̃ ſequuntur: Nos enim nihilominus auctoritate præſentium diſtrictius inhibemus, ne quiſquã præmiſſa vel aliquod præmiſſorũ pertinaciter [h] aſſerere, vel quomodolibet defenſare pręſumat: quicunque vero hoc [i] pręſumpſerit, tamquã contumax & Eccleſię Romanę rebellis ab omnibus fidelibus habeatur: non fuit adiectum, quòd vt [k] hereticus † haberetur, vt patet in ſerie ſententię [l] condemnationis prędictę. ¶ Rurſus [m] aſſeruiſſe dicuntur publice [n] huiuſmodi aſſertores, quòd abdicatio [o] iu-

a ¶ *Contineri.*] dicto c. Exiit. §. porro.
b ¶ *Omni iure.*] ſaltem perſonali vel perſonæ cohærenti.
c ¶ *Nullum ius.*] etiam perſonale.
d ¶ *Continetur.*] vnde illorum plurium videtur ſuper hoc iudiciũ præferendũ, vel ſaltẽ iuxta illud Nicolai iiij. dictũ fore intelligendũ, conſueuit enim eſſe integrum iudicium qđ plurimorũ ſententiis cõprobatur. & quòd à pluribus quæritur, facilius inuenitur. 20. diſt. à q̃bus. & ꝑ ampliores homines perfectiſsima veritas reuelatur. C. de fideic. l. vlt. de inge. manumiſ. l. 3. & maxime per ea quę ĩ. ſubiiciuntur, ſcilicet quòd ordo vſum habeat.

Iudicium integrum dicitur quod plurimorum ſententiis cõprobatur.

e ¶ *Eſt probatum.*] ſ. in §. quod autẽ ſubſequenter. in decre. Ad cõditorem canonum. vbi de hoc ſatis dixi. quare hic non repeto.
f ¶ *Non iuſtus.*] qualiter hoc per iura probetur, vide quod not. in c. cum inter nonnullos. in glo. ſed vnde.
g ¶ *Noſcitur manifeſte.*] & hoc probat vt dixi in c. ad conditoré. in §. licet autẽ in rebus. in ver. præterea ſi ſimplex.
h ¶ *Probabile non videtur.*] videas hic qđ late dixi dicto c. Ad cõditorem. in verbo æſtimare.
i ¶ *Liceret.*] id eſt, liciti eſſet: ꝑ hoc excludẽs vſum iniuſtũ. arg. 14. q. 4. c. quid dicã. 23. q. 7. c. 1. ff. de cond. & demõ. l. filius. & dixi dicto c. Ad cõditorem. §. licet.

† Al. ita: & Auguſtinus de doctrina Chriſtiana, tenet, &c.

k ¶ *Non rerum omnium.*] puta pecuniæ.
l ¶ *Nulla rerum.*] in q̃bus licet vel non licet habere fratribus ipſis.
m ¶ *Prohibitis.*] vt pecunia.
n ¶ *Vt permiſsis.*] in q̃bus cẽſeretur vſus non iuſtus, ex quo eſſet abſque omni iure vtendi.
o ¶ *Intelligi debeat.*] ſed qualiter hoc, vide qđ dixi dicto c. Ad cõditoré. §. licet. circa fi. in gl, ſi quæras quare hoc.
p ¶ *Subiunxerit.*] & hic etiã vides quod ibidé poſt dictã gloſ. dixi.
q ¶ *Rurſus.*] 7. pars.
r ¶ *Impugnatores.*] ſcilicet dictarum conſtitutionũ, Ad conditoré. & cum inter nonnullos.
ſ ¶ *Publice.*] in hoc deterius committebant q̃ ſi occulte aſſererẽt, propter maioris mali exẽpli perniciem. 11. q. 3. præcipue. & arg. extra de exceſ. præla. quàm ſit. & quia rationibus & auctoritatibus defendere ſe nituntur, 32. q. 4. c. nemo. vbi dicitur quòd tolerabilior eſt culpa ſi lateat, quàm ſi culpæ vſurpetur auctoritas: & ibidem hoc notatur.

Publica delicta ſunt occultis grauiora.

t ¶ *Dictam paupertatem.*] ſcilicet arctiſsimam.
u ¶ *Fratrum.*] ſcilicet Minorum.
x ¶ *Damnauerunt.*] non ſine periculo aſſeruntur: falſo tamẽ dicti ſummi Põtifices hoc dãnaſſe. ſi enim verum eſſet, pro damnato debet haberi quod ipſi damnaſſent. 11. diſt. cap. hoc veſtræ. & cap. ſeq. C. de ſum. tri. l. 1. cum ſimi.
y ¶ *Inhibentes.*] tali inhibitioni, ſi facta fuiſſet, obtemperari debuiſſet. 4. diſt. denique. 11. q. 3. qui reſiſtit. extra de maio. & obed. ſi quis. ff. de reg. iur. l. non videtur dolo. §. qui iuſſu.
z ¶ *Præmiſſa.*] ſcilicet dictam paupertatem & vitam fratrum nõ eſſe Euangelicam & Apoſtolicam.
a ¶ *Aſtruere.*] id eſt, affirmare. ſimile extra de cauſa poſ. cum Eccleſia. §. nos igitur.
b ¶ *Defenſare.*] ſi per dictos ſummos Pontifices præmiſſa fuiſſent dãnata, & inhibita, extunc ipſa defendentes damnabiliores cæteris forent cenſendi. 24. q. vlt. qui aliorum.
c ¶ *Eccleſiæ Romanæ rebellis.*] cuius pœna magna eſt, vt colligitur 11. q. 3. qui reſiſtit. extra qui fi. ſint legi. per venerabilem. & cap. penul. & dicetur latius ĩ. eod. cap. in fine.
d ¶ *Hæreticus haberetur.*] hic videre potes quod dixi in capit. cum inter nonnullos.
e ¶ *Ad quod dicimus.*] hic incipit impugnare conſtitutionem per impugnatores aſſertam.
f ¶ *Aſſertionem huiuſmodi falſam eſſe.*] vnde ſic allegãtes viderẽt falſi criminis ſe reos feciſſe: vt dixi ſ. in §. qđ autem ſubſequenter. in gloſ. vnde falſo.
g ¶ *Continet quæ ſequũtur.*] ponit tenorem ſententiæ, vt per eius recitationem aperiat aſſertionem prædictam fore falſam.
h ¶ *Pertinaciter.*] hic poſſes recitare quæ dixi in cap. cum inter nõnullos. in verbo, pertinaciter.
i ¶ *Hoc præſumpſerit.*] ſcilicet prædicta vel aliquod de præmiſsis pertinaciter aſſerere.
k ¶ *Vt hæreticus haberetur.*] patet hic manifeſte, q, nõ omnis cõtumax vel rebellis Eccleſiæ Romanæ hæreticus eſt cẽſendus. Super hoc autem vide quod legitur & not. 19. diſt. c. nulli fas. & 35. q. 5. violatores. & per Gar. extra de elect. cap. generali. lib. 6.

Eccleſiæ Romanæ rebellis non ſemper eſt hęreticus.

l ¶ *Sententiæ.*] licet autem præmiſſa aſſerens vel aliquod præmiſſorum ſecundum ſeriem ſententiæ contumax dicatur & rebellis: hoc de illo forte habet intelligi, qui dictam paupertatem & vitam fratrum in nihilum fore Euangelicam & Apoſtolicam diceret: non autem qui diceret eam in omnibus non eſſe talem: cum nec in omnibus talis fuerit, vt ſ. in §. quod autem ſubſequenter. ver. adhuc. licet declaratio.

† Not. textum bene. & quis dicatur hæreticus. vide gl. cle. 1. de vſu. c. hęreticus. 24. q. 3. & Io. de turre Cre. li. 4. par. 1. c. 1 Fonta.

m ¶ *Rurſus aſſeruiſſe.*] Octaua pars.
n ¶ *Publice.*] hic dicere potes quod not. ſupra proxi. §. in ſimili verbo, publice.
o ¶ *Abdicatio iuris.*] hoc verbum iuris, ſecundũ intentionẽ iſtorũ aſſertorum

ris in cuiuſcũq; [a] rei ꝓprietate & in vſu eius eſt [b] ſancta & meritoria pp Deum, & à Chriſto in ſeipſo ſeruata [c], Apoſtolis impoſita, & ab ipſis ſub voto aſſũpta; nec pp hoc vſus facti ad ſuſtẽtationẽ naturæ in Chriſto & Apoſtolis cõuincitur eſſe nõ [d] iuſtus, ſed tãto iuſtior atq; perfectior & Deo [e] acceptior, & mũdo exẽplatior, quãto pleni⁹ renũtiatũ fuerit omni iuri, per quod põt ſic vtẽs pro vſu huiuſmodi quomodolibet contẽdere, vel in iudicio litigare. Quæ quidem aſſertio continet multa [f] falſa: cum neque Chriſtũ expropriationẽ [g] prædictã omnis iuris in cuiuſcũq; rei proprietate & in ei⁹ vſu in ſe ſeruaſſe, nec eã impoſuiſſe Apoſtolis, neque ſub voto ab ipſis fuiſſe receptã Euangelica ſeu Apoſtolica doceat [h] hiſtoria: ſed contrarium euidẽtius manifeſtat [i]. Quod autem in prædicta aſſertione adiicitur, ꝙ per abdicationem iuris [k] prædicti, videlicet proprietatis, is vſus facti ad ſuſtẽtationẽ [l] naturæ in Chriſto & Apoſtolis nõ conuincitur eſſe nõ iuſtus, ſed tanto iuſtior, & cætera: impoſſibilitatem [m] includit & errorem [n] dictum huiuſmodi euidenter. Impoſſibile [o] enim eſt actum humanum extrinſecum eſſe iuſtũ, ſi exercens actũ ipſum nullũ ius habeat illud exercendi: immo nõ iuſtus ſeu iniuſtus neceſſario [p] conuincitur talis vſus. Item [q] eſt abſurdũ & erroneum, quòd actus alicuius non habentis ius actum huiuſmodi faciẽdi ſit iuſtior & Deo [r] acceptior, quã habentis, cum concludat actum [s] iniuſtum iuſtiorem & Deo acceptiorem exiſtere, quàm [t] ſit iuſtus. ¶ Ex [u] præmiſſis autem inferre nitũtur [x], (vt fertur) quòd prædictorum ſummorum Pontificum diffinitio, quam diffinierunt de paupertate Chriſti & Apoſtolorum, ac fratrum Minorum prædictorũ regula, (prout ſuperius expreſſerunt [y]) per nos non potuit mutari: proculdubio falſa aſſerunt dicendo prædeceſſores noſtros diffiniuiſſe talia, vt ſuperius eſt probatum [z]: & adhuc ſic loquentes dum [a] per talia conſtitutiones [b] noſtras impugnare ſatagunt, conſtitutiones illas [c] quibus ſe adiuuant oſtendunt (ſi eorum falſæ aſſertiones veræ [d] exiſterent) fore inualidas, erroneas, & infirmas. Si enim nobis nõ licuit contra cõſtitutionẽ [e] Nicolai quarti ꝓdeceſſoris noſtri, in qua ſe fundãt, præcipue aliquid [f] ſtatuere cõmune, nec ſibi [g] licuit cõtra [h] ſtatuta Gregorij, Innocẽtij, & Alexãdri ꝓdictorũ ſtatuere, aut aliquid declarare, quòd tamen ipſum [i] feciſſe [k] (ſecundum eorum aſſertionẽ) noſcitur [l] euidenter. Cũ enim illi [m] declarauerint, quòd ordo Minorũ habet vſum earũ rerum, quas licet [n] eis habere, quod [o] ad vſum iuris eſt referẽdum neceſſario, vt ſuperius eſt probatum [p], ipſe [q] vero ſecundum [r] ipſos ſtatuit, quòd nec ordo, nec fratres ius vtendi habeant, ſed tantummodo ſimplicem vſum [s] facti; & inſuper ordinauit, decreuit, & ſtatuit [t] huiuſmodi cõſtitutionem, ordinationem, & declarationem ſuam dumtaxat [v] à fratribus ipſis præciſe & inuiolabiliter perpetuis temporibus obſeruandam: conſtat non ſolum quòd cõtra declarationes præ-

aſſertorum habet exponi etiam perſonalis vel perſonæ cohęrẽtis.
a ¶ *Cuiuſcunque rei.*] etiam vſu conſumptibilis ſecundum iſtos, cum dicat, cuiuſcunque.
b ¶ *Eſt ſancta.*] pro talibus aſſertoribus facit conſtitutio Nicolai tertij, Exijt. §. porro. ſed illa non ſic debet intelligi, vt patet in decret. Ad conditorem. & ĩ. dicetur.
c ¶ *Seruata.*] hoc de Chriſto & Apoſtolis ex ſenſu proprio, abſque auctoritate aliqua ſacræ ſcripturæ moti ſunt ad dicendum, vt infra ſequitur.
d ¶ *Eſſe non iuſtus.*] & hoc etiam male dicebant, vt infra patebit.
e ¶ *Deo acceptior.*] ꝓut talibus aſſertoribus viſum eſt: ſed deſipiũt, vt infra colligitur.
f ¶ *Multa falſa.*] propter quæ in cæteris nihil, vel ſaltem minus auctoritatis remanere videtur. arg. 16. diſt. canones. 3. q. 9. c. pura. de conſec. diſt. 3. nõ liceat. 9. diſt. c. ſi ad ſcripturas. ff. de ædil. edic. l. cum eiuſdem. & de hoc not. C. q̃ tranſa. l. ſi ex falſis. & plenius per Hoſt. extra de fide inſtr. ex litteris. & per Inn. de hæret. fraternitatis.
g ¶ *Expropriationem.*] id eſt, abdicationem.
h ¶ *Doceat hiſtoria.*] vnde erubeſcere debẽt tales loquentes ſuper hoc abſq; ſcripturæ auctoritate. in corpore authent. de trien. & ſemiſ. §. conſideremus. coll. 3. vnde ſi illi in dicendo hoc aſſerant reperiri in ſcriptura ſacra, nõ procul erunt à pœna criminis falſi, vt dixi ſ. in gl. vnde falſo.
i ¶ *Manifeſtat.*] ſuper hoc vide quod notaui in c. cũ inter nonnullos. in glo. ſcripturæ ſacræ.
k ¶ *Iuris prædicti.*] ſcilicet perſonalis etiam, vel perſonæ cohærẽtis.
l ¶ *Suſtentationem.*] q̃ à ſe nulla profeſsio poteſt excludere, vt in c. Exiit. §. porro. ver. ne autem.

Impoſſibilitas non eſt tolerabilis in iure.

m ¶ *Impoſſibilitatem includit.*] quæ tolerabilis nõ eſt in iure. arg. ff. de act. & obl. non ſolũ. in fi. inſti. de inuti. ſtip. circa prin. 4. diſt. cap. erit autem lex.
n ¶ *Et errorem.*] ex hoc tale dictum damnabile eſt de iure. arg. C. de caſtren. pec. mili. l. errat. lib. 12. C. de diuerſis reſcrip. l. falſo. de pac. l. ſi pacto. de iudic. c. 1.

Impoſſibilitas iuris & naturę æquiparantur.

o ¶ *Impoßibile enim eſt.*] ſcilicet de iure, cuius impoſſibilitas & naturæ æquiparari conſueuerunt. ff. de condi. inſti. l. conditiones. & l. filius. quæ ſententiæ ſine appellatione reſcinduntur. l. vltim. & ibi not. & arg. extra de iureiurand. c. contingit. lib. 6. 22. q. 4. inter cætera.
p ¶ *Neceſſario conuincitur.*] qualiter hæc per iura probetur euidenter, vide quod dixi in c. cum inter nonnullos. in glo. ſed vnde.
q ¶ *Item eſt abſurdum.*] collige per hoc bonum fore modum argumentandi per reductionem abſurditatum: arg. extra, de excep. cum inter, & de præben. dudum. §. nos igitur. lib. 6. ff. ſolut. matri. l. diuortio.
r ¶ *Et Deo acceptior.*] iſtud enim nullo modo poteſt eſſe: omnis enim vſus ſine iure vtendi ſubſiſtens iniuſtus & iniurioſus eſt, vt probaui plene in c. cum inter. in glo. ſed vnde. quare de tali iniuſto vſu nihil Deo acceptum offerri poteſt. 14. q. 5. c. 1. & in multis cap. ſeq. 1. q. 1. nõ eſt putãda. extra. de deci. ex tranſmiſſa. & arg. ff. pro ſocio. l. cum duobus. §. ſocium vniuerſa. aliàs eſt in l. ſi fratres.
ſ ¶ *Actum iniuſtum.*] qualis eſt quicunq; ſine iure vtendi exiſtens, vt prædixi.
t ¶ *Quàm ſit iuſtus.*] hoc autem nullatenus dici nec eſſe põt: omnis enim actus iniuſti De⁹ aſpernator eſt; & ideo Cain munera nõ reſpexit. 14. q. 5. cap. ſcriptum eſt. aliàs ſequeretur, ꝙ quis male faciendo, vel peruerſe viuendo, ſuam conditionem meliorem faceret, contra iura. ff. de fur. l. inficiando. §. infans. & melioris eſſet conditionis ſtultus quàm peritus, cõtra l. Seruius. ff. quod vi, aut clam. extra de præb. eum qui. lib. 6.

Stultus non debet eſſe melioris cõditionis quã peritus.

u ¶ *Ex ꝓmiſſis.*] 9. pars.
x ¶ *Nituntur.*] ſcilicet dicti doctores.
y ¶ *Expreſſerunt.*] vt ſ. in parte 2. & ſequentibus duabus colligitur.
z ¶ *Eſt probatum.*] ſ. in §. quod autem ſubſequenter.
a ¶ *Dum per talia.*] ſcilicet quæ dicunt, definita per noſtros anteceſſores, & per nos immutari non potuiſſe.
b ¶ *Conſtitutiones noſtras.*] ſcilicet, Ad conditorem. & Cum inter nonnullos.
c ¶ *Illas.*] Honorij iij. ſcilicet, Gregor. ix. Innocentij iiij. Alex. iiij. Nicol. iij. vt ſ. in parte ſecunda.
d ¶ *Vere exiſterent.*] ſcilicet quòd definita per alios nobis non licuiſſet mutare.
e ¶ *Conſtitutionem.*] ſcilicet Exiit qui ſeminat.
f ¶ *Aliquid ſtatuere.*] prout illi aſſerunt.
g ¶ *Nec ſibi.*] ſcilicet Nicolao.
h ¶ *Contra ſtatuta.*] de qbus vidiſti ſ. in §. qđ autem ſubſequenter.
i ¶ *Ipſum.*] ſcilicet Nicolaum.
k ¶ *Feciſſe.*] ſcilicet aliqua ſtatuendo, vel declarando contra ſtatuta prædeceſſorum.
l ¶ *Noſcitur euidenter.*] dicto c. Exiit, §. porro. & recitatur ſ. in §. adhuc licet.
m ¶ *Illi.*] ſcilicet Gregorius, Innocentius, & Alexander.
n ¶ *Licet.*] id eſt, licitum eſt.
o ¶ *Quod.*] ſcilicet res ad vſum habere.
p ¶ *Eſt probatum.*] ſ. in §. quod autem dicitur.
q ¶ *Ipſe vero.*] ſcilicet Nicolaus.
r ¶ *Secundum ipſos.*] ſcilicet detractores.
ſ ¶ *Vſum facti.*] qui de ſe non eſt poſſibilis abſque iure, vt in cap. Ad conditorem. & ſ. in §. quod autem dicitur.
t ¶ *Statuit.*] ſcilicet Nicolaus iij. ſecundum eos.
u ¶ *Dumtaxat.*] hoc verbum relatum ad præcedentia, inducit ſenſum, ꝙ ſua ordinatio & declaratio, non autem prædeceſſorum, ſit à fratribus obſeruanda.

deceſſorum prædictorum ordinauerit [a]: ſed [b] ipſum illas [c], quantum ad ea quæ ſua declaratio continet [d], etiam reuocaſſe [e]. Ipſe [f] quoque prædeceſſor noſter in ſua declaratione ſubiunxit [g], ad ſedis Apoſtolicæ declarationem & ordinationẽ eorum, & circa ea quæ ipſe declarauerat [h], pertinere, ſic dicens: ſi quid in prędictis [i] ambiguitatis emerſerit, hoc ad culmen ſedis Apoſtolicæ deducatur [k]: vt ex auctoritate Apoſtolica ſua [l] in hoc maniſeſtetur intentio, cui ſolum conceſſum eſt in [m] his ſtatuta condere, & condita declare [n]: cuius tamen contrarium aſſerunt huiuſmodi aſſertores [o]. Adhuc patet [p] quod [q] aſſerunt eſſe falſum: licet enim Innocentius tertius prædictus in generali concilio interdixiſſet [r] nouas religiones inſtitui: tamen ſucceſſores ipſius (non obſtante interdicto huiuſmodi) plures leguntur ordines confirmaſſe, qui [s] etiam (aliquibus exceptis) fuerunt poſtea per Gregorium nonũ prædeceſſorẽ noſtrũ diſſoluti certo modo in concilio generali [t]. Si igitur poſt interdictũ generalis [v] concilij licuit ſummis Põtificibus, [x] non confirmatos ordines confirmare, & [y] eorum ſucceſſoribus ſic confirmatos in totum diſſoluere [z], non eſt mirum, ſi quod declarat circa regulas ordinum [a] ſolus [b] ſummus Põtifex vel ordinat, liceat eius ſucceſſoribus declarare, ſeu aliàs immutare [c]. Patet autem quòd neque Honorij confirmatio, neque Gregorij, neq; Alexandri, neque Nicolai prædictorum facta fuerit in concilio generali, cum per nullum ipſorum fuerit generale conciliũ celebratum [d], licet Innocẽtius iiij. celebrauit cõcilium generale, tamen in illo [e] nec auctoritate alicuius concilij facta fuit [f] ipſius declaratio ſupradicta [g]. Nicolaus autem iiij. nec celebrauit generale cõcilium, nec aliquid circa dictam regulam declarauit [h]. Gregorius autem nonus prædictus nec confirmauit, nec declarauit dictam regulam: ſed in generali [i] concilio, vbi caſſati fuerunt nõnulli Mẽdicantium ordines, dictorum fratrũ Minorum & Prædicatorum ordines non caſſauit, ſed aſſeruit approbatos [k], ſic dicẽs [l]: ad eos, quos euidẽs ex eis vtilitas Eccleſiæ vniuerſali proueniẽs phibet approbatos, præſentem non patimur conſtitutionẽ extẽdi. ¶Præterea [m] dicãt nobis vbi [n] legunt aſſertiones [o] huiuſmodi, quòd ad [p] fidẽ vel [q] mores pertineat Chriſtum & Apoſtolos non habuiſſe in his q̃ habuerũt, niſi ſimplicẽ vſũ [r] facti? profecto directe hoc ad fidem nõ pertinet, cũ de hoc [s] articulus nõ [t] ſit aliquis, nec ſub [v] quo valeat cõprehẽdi, vt patet in [x] ſymbolis, in quibus, articuli fidei cõtinẽt: nec etiã reducte: ne† quaſi [y] hoc ſacra ſcriptura contineat, quo negato tota ſcriptura ſacra redditur dubia [z]: & per cõſequẽs [a] articuli fidei, q habẽt per ſcripturã ſacrã pbari, reddunt dubij & incerti: hoc [b]

a ¶ *Ordinauerit.* ] ſcilicet ꝙ fratres ius vtendi non habeant, ſed ſolum ſimplicem vſum facti.
b ¶ *Sed ipſum.* ] ſcilicet Nicolaum.
c ¶ *Illas* ] ſcilicet declarationes prædeceſſorum.
d ¶ *Continet.* ] ſcilicet ſuper abdicatione proprietatis & iure vtendi, & ſuper ſimplici vſu facti.
e ¶ *Reuocaſſe.* ] volendo ſuam conſtitutionẽ tantum fore per fratres obſeruandam, vel reuocaſſe aliter ſcilicet per ſuam conſtitutionem non aliis præcedentibus contrariam. extra de cogna. ſpirit. c. 1. & de conſti. licet Romanus. lib. 6.
f ¶ *Ipſe quoq; pdeceſſor.* ] ſ. Nicolaus iiij.
g ¶ *Subiunxit.* ] dicto c. Exiit qui. §. vlt.
h ¶ *Declarauerat.* ] dicto cap. Exiit.
i ¶ *In prædictis.* ] ſcilicet per ſe ordinatis.
k ¶ *Deducatur.* ] ſimile 24. q. 1. rogamus.
l ¶ *Sua.* ] ſcilicet ſedis Apoſtolicæ.
m ¶ *In his.* ] quæ facta Chriſti & Apoſtolorũ, & per conſequens fidei concernunt.
n ¶ *Declarare.* ] ad ſolá ergo ſedem Apoſtolicam ſpectat ſuper fide aliqua diſponere, vel etiam declarare, vt hic, & 14. q. 1. c. quotiens. & c. hæc eſt fides. & dicto cap. Exiit. §. nos igitur. Cle. 5. ſicut & cæteræ maiores cauſæ ad eam referuntur. ead. cauſa & q. cap. rogamus. extra de app. vt debitus. in ſi.

Statuta prædeceſſorũ p ſucceſſores n utari poſſunt.

o ¶ *Aſſertores.* ] in hoc enim quod dicunt, ſtatuta prædeceſſorũ per ſucceſſores mutari non poſſe, vel in dubium reuocari, rubore confundi deberent: cum Nicolaus iiij. in cuius conſtitutione principaliter ſe fundant, contrarium aſſerat: vnde ex ſuiſmet codicibus conuincuntur. arg. 37. diſt. cap. ſi quid veri. potiſsime cũ tanta gaudeat poteſtate ſucceſſor, quanta gauiſus extitit anteceſſor: nec habeat imperium par in parem. extra de elect. innotuit. & dicto cap. Exiit. §. cæterum ſanctum. ff. ad Trebel. l. ille à quo. §. tempeſtiuum.
p ¶ *Patet.* ] id eſt, apparet.
q ¶ *Quod aſſerunt.* ] ſcilicet definita per prædeceſſores mutari vel in dubium reuocari non poſſe per ſucceſſorem.
r ¶ *Interdixiſſet.* ] extra de reli. do. ne nimia.
ſ ¶ *Qui etiam.* ] ſcilicet ordines per ſucceſſores confirmati.
t ¶ *In concilio generali.* ] extra de relig. do. c. religionum. lib. 6.
u ¶ *Generalis concilij.* ] ſcilicet Innocentij iij.
x ¶ *Summis Pontificibus.* ] ſucceſſoribus Innocentij interdicẽtis.
y ¶ *Et eorum.* ] ſcilicet confirmantium.
z ¶ *Diſſoluere.* ] vt dicto c. religionum.
a ¶ *Ordinum.* ] ſcilicet minorum, & idem ſi aliorum.
b ¶ *Solus.* ] quaſi dicat ſine concilio generali, vt probant ſequentia. & arg. C. de leg. l. vlt. in ſi.
c ¶ *Immutare.* ] Argumentatur à minori: ſi enim Papa immutat ſtatuta generalis concilij, de quibus minus videbatur ꝙ poſſet, vt puta cũ plena & magna maturitate diſpoſita: multo fortius poterit immutare vel declarare ſtatuta per ſolum prædeceſſorem ſine cõcilio edita. extra de elect. cũ in cũctis. cũ ibi not. Vel poteſt dici ꝙ hic ſumatur idẽ argumentũ alio modo: ſi enim licuit ſucceſſoribus cõfirmatos ordines per anteceſſores in totũ diſſoluere, qđ eſt plus: multo fortius licet eis illorũ regulam declarare, quod eſt minus. ff. de reg. iur. l. non debet cui. extra eo. tit. c. cui licet. lib. 6.
d ¶ *Celebratum.* ] & ſic quilibet ex eis confirmationem prædictam ſolus fecit: & ſic ſucceſſori eorũ licuit ſuper regula declarationem facere, licet per eos cõfirmata: cum etiam liceret ſi per eos fuiſſet in generali concilio confirmata, vt ſ.
e ¶ *In illo.* ] ſcilicet generali concilio.
f ¶ *Facta fuit.* ] ſubaudi, ſed per eum ſolum.
g ¶ *Supradicta.* ] de qua ſit mentio ſ. in parte 2.
h ¶ *Declarauit.* ] falſo igitur ſua confirmatio, ſuper hoc allegatur, vt aliàs ſ. dixi.
i ¶ *Generali concilio.* ] Lugduni celebrato.
k ¶ *Approbatos.* ] extra de exceſ. præla. cap. nimis inique. & cap. nimis praua.
l ¶ *Sic dicens.* ] extra de reli. do. cap. religionum diuerſitatem. §. ſane. lib. 6.
m ¶ *Præterea.* ] decima pars.
n ¶ *Vbi legunt.* ] Si ẽm non legunt: quia nec legere poſſunt, vt ſequitur, oportet eos ſequi quod Eccleſia Romana cuſtodit: ne dum peregrinis ſermonibus ſtudent, caput inſtitutionis videantur amittere. 11. diſt. cap. quis neſciat.
o ¶ *Aſſertiones huiuſmodi* ] ſcilicet definita per clauem ſcientiæ in fide & moribus per Romanos Pontifices, non poſſe per ſucceſſores reuocari, vt ſ. in parte. 2. † Al. nec.
p ¶ *Ad fidem.* ] id eſt, fidei articulos.
q ¶ *Vel mores.* ] ſcilicet reformandos, vel reformatos conſeruandos.
r ¶ *Vſum facti.* ] abſque omni iure vtendi, ſecundum eos.
ſ ¶ *Cum de hoc.* ] ſcilicet ſimplici vſu facti.
t ¶ *Articulus non ſit aliquis.* ] ſcilicet principalis.
u ¶ *Sub quo.* ] ſcilicet articulo.
x ¶ *In ſymbolis.* ] ſymbolis 1 dicit in plurali: quia vnũ primo fuit factũ per Apoſtolos, Credo in Deũ. Aliud fuit factũ in Nicæna ſynodo, Credo in vnũ Deũ. Aliud per Athanaſium, Quicunque vult. Et quare dicitur ſymbolum, vide quod not. 15. diſt. cap. canones.

1 Vide omnino Beatũ Thomã par. 2. q. 36. art. 2. ad. 2. arg. B. Antoninũ par. 4. ti. 8. c. 4. §. 1.

y ¶ *Quaſi hoc.* ] ſcilicet quod Chriſtus & Apoſtoli in his quæ habuerunt, non habuerunt niſi ſimplicem vſum facti.
z ¶ *Dubia.* ] per negationem, vt hic, & arg. ff. de col. bo. l. 1. §. ſed cũ proſint. quibus ad liberta. proclamare non licet. l. 3. per illã enĩ res dubia fieri dicitur, vt dictis iuribus. & C. đ acqui. poſ. l. nemo. de fi. inſtr. l. plures, & hoc verũ de negatiõe tali. quæ de ſe põt eſſe probabilis per improbabilẽ enim negationẽ, puta quę fieret contra aduerſarium fundantem intentionem ſuam de iure communi, non dicitur effici res dubia. ſic not. Inno. extra de ver. ſig. ex parte.

Negatio facit rem dubiam.

a ¶ *Per conſequens.* ] ſed vnde prouenit illa cõſequentia? Videas quod dixi in c. cum inter nonnullos. in glo. ſed vnde ſequitur.
b ¶ *Hoc enim.* ] ſcilicet quòd Chriſtus & Apoſtoli in his quæ habuerunt, ſimplicem vſum facti habuerunt.

a ¶ Contra

enim in ſcriptura ſacra non poterit,ſed contrarium [a] reperiri, De fratrib⁹ aũt Minoribus prædictis [b] conſtat [c],quòd de ipſorũ paupertate & ſimplici vſu [d] facti , ſeu de dominio eorum, quæ [e] ipſis offeruntur , ꝙ ſummus Põtifex illud ſibi & Romanæ Eccleſiæ reſeruauerit [f] vel potuerit reſeruare, nec ꝗ illud reſeruatũ [g] ſucceſſori abiicere [h] nõ liceat, ſi hoc expedire [i] viderit, ſeu quòd procuratores conſtitutos auctoritate ſummi Põtificis [k] pro negotiis ordinis prædicti ſucceſſor reuocare nõ valeat,in [l] prædictis ſymbolis, Euãgelio [m], neq; actibus Apoſtolorũ,& Epiſtolis mentio aliqua nõ [n] habetur. Vnde nõ poſſunt ex prędictis [o] cõcludere niſi falſo,quin cõtra ordinata per ſummos Põtifices circa talia [p] valeat ſucceſſor aliud ordinare [q]:qđ [r] Nicolaus præfatus expreſſe in ſua declaratione inſeruit [s], vt ſuperi⁹ plenius cõtinetur [t]. ¶Nos itaq; [v] ne fabricatores mẽdaciorũ [x] huiuſmodi ac etiã aſſertores [y], de tã peſtifera [z], erronea [a],& damnata [b] doctrina , confutatione [c] ac confuſione vtique omni digna, gloriari [d] valeãt,& alios trahere in errorẽ [e] cũ auſu arreptando ac petulantia [f] improba auſi [g] defendere publice fuerint dãnatã per cõſtitutionẽ prædictã [h] hæreſim,ac etiã probare,videlicet [i] quòd Chriſtus & eius Apoſtoli in iis quæ habuiſſe leguntur, tantũ habuerint abſq; iure aliquo ſimplicẽ vſum facti , ex quo(ſi verũ eſſet) ſequeretur [k] vſum Chriſti fuiſſe nõ iuſtum, quod profecto blaſphemiã cõtinet, & catholicæ fidei inimicũ [l],cũ hoc de pertinaci [m] animoſitate ac erronea [n] nõ ſit dubiũ proceſsiſſe,omnes & ſingulos, qui verbo ac ſcripto per ſe vel aliũ ſeu alios talia [o] publice præſumpſerũt, ipſos quoq; qui eos docuerũt [p] in talibus, & vt præmiſſa facerẽt in dãnatã [q] incidiſſe hæreſim , ac vt hæreticos [r] euitãdos [s] fore de fratrũ [t] noſtrorũ cõſilio declaramus [v]. Si quis autẽ dãnatas per conſtitutionem, Cum inter. prædictam, hæreſes [x] vel ipſarum alteram deinceps [y] ſciẽter [z] verbo [a] vel ſcripto defendere , vel approbare prẹſumpſerit,de fratrum eorundem conſilio decernimus,vt tamquã hęreticus ab

a ¶ *Contrarium reperiri.*] ſed vbi ? Vide quod dixi in cap.cũ inter nonnullos.in gloſ.ſcripturæ ſacræ.

b ¶ *Prædictis.*] ſupra in hac decret.

c ¶ *Conſtat.*] hic ſume litteram,quæ eſt ĩ.& conſtrue,mentio aliqua non habetur in prædictis ſymbolis, Euangelio, actibus Apoſtolorum , & Epiſtolis de ipſorum paupertate,&c.

d ¶ *Vſu facti.*] quem ſolum abſque omni iure vtendi prædicti aſſerunt ſe habere.

e ¶ *Quæ ipſis offerũtur.* per talem oblationem acquireretur ipſis fratribus dominium eorũ quæ offeruntur , ſi ipſi proprietatis forent capaces : vt dixi in c.cum inter nonnullos.in glo. ſcripturæ ſacræ.

f ¶ *Reſeruauerit.*] dicto cap.Exiit. §. ad hæc cum fratres.

g ¶ *Reſeruatum.*] ſcilicet Romanæ Eccleſiæ ex diſpoſitione dicti c. per miniſterium ipſorum fratrum , ſicut per miniſterium filij patri acquiritur, per ſeruum domino , per monachum monaſterio , vt dicto §.ad hæc.

Monachus monaſterio acquirit.

h ¶ *Abiicere.*] id eſt, abdicare ſeu repellere.

i ¶ *Expedire viderit.*] ex cauſa.& quæ illa eſſe poſsit , colligitur ex decre. Ad conditorem. §.quamquam. & §.rurſus nedum.

k ¶ *Summi Pontificis.*] vt contingit de Martino Papa iiij. dicto §. rurſus.

l ¶ *In prædictis ſymbolis.*] Credo in Deum. Credo in vnum Deum. & Quicunque vult.vt ſ̃.proxi,dixi.

m ¶ *Euangelio.*] ſcilicet aliquo.

n ¶ *Non habetur.*] relinquitur ergo diſpoſitioni iuris.arg. in lib. feu.de feud.cogni.c.1.in fi.ſſ,quibus ex cau.ma.¹. necnon. §. quòd eis.ius autem eſt vt ſucceſſor ſtatuta per prędeceſſorem , maxime ex cauſa,valeat reuocare,vt ſ̃.circa princ.decret. in gloſ. ſed qua fronte.potiſsime cum prædeceſſori non licuerit in talibus ſucceſſoribus legem aliquam imponere pari poſt eum vel potius eadẽ poteſtate functuris.extra de elect.innotuit.& dicto ca.Exiit. §.cæterum.cum & ſcriptum ſit ſententiam Romanæ ſedis poſſe in melius commutari.35.q.9.c.ſententiam,& capitu.graue.extra de re iudic.cum olim.in corpore authen.de nup.§.1.coll.4.

Sẽtentia Papę in melius mutari poteſt.

o ¶ *Ex prædictis.*] quæ colliguntur ex §.ad impugnandas.

p ¶ *Circa talia.*] ſcilicet regulam fratrum Minorũ cõcernentia.

q ¶ *Aliud ordinare.*] cum etiam poſſet totum Minorum ordinẽ tollere. vt dixi in c.quorundam.in glo.proprie.

r ¶ *Quod.*] ſcilicet vt ſucceſſor contra ſtatuta poſsit ordinare.

ſ ¶ *Inſeruit.*] dicto c.Exiit.§.vltimo.

t ¶ *Continetur.*] ſ̃.in §.ex præmiſsis,ver.ipſe quoque.

u ¶ *Nos itaque.*] Vndecima pars.

x ¶ *Mendaciorum.*] huiuſmodi quæ recitantur ſ̃,in parte 2.

y ¶ *Aſſertores.*] & per conſequens ſuæ animę occiſores , teſtãte ſacra ſcriptura,homo qui mentitur,occidit animam.

z ¶ *Peſtifera.*] id eſt peſtem inducenti.

a ¶ *Erronea.*] & ſic per conſequens vitanda.12.diſt.c,nolite errare.C.de caſtren.pecu.militum.l.errat.lib.12,

b ¶ *Damnata doctrina.*] vt puta quem in errorem poteſtatis clauiũ impellens,& ſic per conſequens abominanda.arg.C.de hæret. l.damnato.extra de ſum.tri.damnamus.

c ¶ *Confutatione.*] id eſt refutatione ſeu abominatione.

d ¶ *Gloriari valeant.*] in hoc enim eſt deteſtabile: iuxta verbum pſalmographi: Quid gloriaris in malitia,&c.& iuxta verbum prophetæ Hieremiæ:Non glorietur diues,&c.Hiere.2.c. nam & hoc graue crimẽ maxime in perſonis eccleſiaſticis reputatur. extra de exceſ.præla.quàm ſit graue. cũ per hoc ſuum delictum publicẽt, & per hoc grauius peccent.ff.vi bo.rapt.l. 2. §. ſi in re depoſita, & aliàs ſ̃.dixi in gloſ.ex hoc magis.

Gloriari in peccato eſt deteſtabile.

e ¶ *In errorem.*] iſtud multum vitandum eſt.28.q.1.cap.ſæpe malorum,& de hoc dixi in c.dierum.circa principium.

f ¶ *Petulantia.*] id eſt temeritate vel pertinacia,ſimile verbum.ff.de re mil. l. omne delictũ. §.qui manus. C. ſi quis imperatori maledixerit.l.vni.

g ¶ *Auſi defendere.*] ꝑ hoc deteriores cæteris forent cenſendi. 24. q. vlt.qui aliorum 11. q. 3. qui conſentit.not.extra de offi,deleg.c.1.

h ¶ *Prædictam.*] ſcilicet cum inter nõnullos.

i ¶ *Videlicet.*] ſpecificat hæreſim damnatam.

k ¶ *Sequeretur.*] vnde autem proueniat hæc conſequẽtia,vide quod not. in cap. cum inter nonnullos. in gloſ. ſed vnde.

l ¶ *Inimicum.*] hic dicas vt dixi in dicto c. cum inter. ſuper verbo ſimili, inimicum.

m ¶ *Pertinaci.*] potes ſuper hoc videre quæ not. dicto c. cum inter. in verbo , pertinaciter.

n ¶ *Erronea.*] ſcilicet in fide.

o ¶ *Talia publice præſumpſerunt.*] ſupple aſſerere , ſi non habes in textu.

p ¶ *Docuerunt.*] docẽtes ergo & facientes pœna eadem puniuntur. culpa enim ſimilis eſt prohibita diſcere & docere.C.de mathema. l. culpa.

q ¶ *In damnatam.*] ſcilicet per dictam decretalem,cum inter.

r ¶ *Vt hæreticos.*] vt,pro tamquam expone.

ſ ¶ *Euitandos.*] igitur vitandi ſunt hæretici : vt nec in domo vel terra foueãtur,nec negotiatio cum eis exerceatur.extra de hęret. c.ſicut.& eis dicendum eſt,non nouimus vos.93.diſt.diaconi.

t ¶ *De fratrum.*] ſuper iſta clauſula dic vt dixi in c.Execrabilis.§. nos.in gl.collige hic,& ſequenti.

u ¶ *Declaramus.*] non inducitur ergo hic iuris noui editio , ſed antiqui declaratio,& ſuper hoc vide quod dixi in cap. cum inter. in verbo,declaramus.& in gl.vlt.eiuſdem capituli.

x ¶ *Hæreſes.*] ſcilicet Chriſtum, eiuſque Apoſtolos non habuiſſe aliqua in ſpeciali vel in communi.& quòd in iis,quæ habuiſſe leguntur,ius non habuerunt.

y ¶ *Deinceps.*] videas hoc quod dixi in c.cum inter.not.in verbo ſimili, deinceps, vnde per hoc verbum videretur ꝙ ante hanc decr.præmiſſa defendere vel approbare non eſſet hæreticum ; dicas tamen contrarium ex quo fuit publicata decr.cum inter.cum extunc alia tamquam hæretica ibidem ſint damnata , vt ibi dixi. & hoc verbum,deinceps,habet effectum ſuum quo ad viſitationem de talibus tamquam de vere hæreticis faciendam,

z ¶ *Scienter.*] id eſt certa ſcientia vel propoſito ; ſecus autẽ cauſa diſputationis ad maiorẽ veritatis indaginem,arg.c, quia nonnunquã.§.nos:vel ſecus ſi nõ ex certa ſcientia, ſed forte mente alienata talia fierent:tunc enim nõ imputaretur facienti,cũ ſatis ipſa mẽtis alienatione puniatur.arg.ff.de of,præſi.l.diuus.ad leg.Cor. de ſica.l.in factum.cum multis ſimilibus.vel ſecus ſi talia defenderentur vel approbarentur ignoranter forte per talẽ qui aliqua in ſcriptis redacta ignoraret eſſe talia,arg.ff. de lega. 2. l. Titia.§.Lucia, C.plus valere quod agitur.l.vlt.de donat.l.nec ignorans,

a ¶ *Verbo vel ſcripto.*] Aequiparantur ergo iſta duo,verbo aliqd proferri vel ſcripto:vt aliàs 65.diſt.c.2.extra de elect.vbi maius. §. nulli.lib.6,Vnde facit argumẽtũ,ꝙ ſicut eſt excõicatus participans ſcienter excõmunicato cum eo loquendo ; ſic ſibi litteram mittẽdo.ita ſentit Gar.arg.extra de ſen.excom.c.conſtitutionem. lib. 6.

Excõmunicatus eſt ſcribens ad excommunicatum.

a ¶ *Inſano.*] id eſt, non ſano, ſed potius veſano.
b ¶ *Niſi ſunt.*] id eſt conati ſunt.
c ¶ *Inhibemus.*] vt aliàs ſæpe dixi poſt talem inhibitionem cõtra faciens peccaret mortaliter. 4. diſt. denique. & pœna dignum ſe redderet. extra de conſtitu. c. cognoſcentes. cum ſimilibus.

d ¶ *Per ipſam.*] ſcilicet conſtitutionem, Ad cõditorem.
e ¶ *Sciẽter approbet.*] hic repete quæ ſupra dixi proxime in glo. 1. ex certa ſcientia.
f ¶ *Aliquid.*] ex hoc videtur, ꝙ in vno defendens vel approbans cõtradictã conſtitutionẽ, pœnam contumacis & rebellis pati debeat.

omnibus euidenter habeatur. Adhuc quòd conſtitutionẽ noſtram: Ad conditorem canonum, ſupradictam inſano [a] auſu impugnare niſi [b] ſunt (ſicut fertur) diſtrictius de eorundẽ fratrum conſilio inhibemus [c], ne quiſquam contra diffinita, ordinata ſeu facta per [d] ipſam verbo vel ſcripto ſcienter [e] approbet aliquid [f], vel defendat. Si quis vero contra præſumpſerit, tamquam contumax [g] & rebellis [h] Romanæ Eccleſiæ ab omnibus habeatur. Nulli [i] ergo, &c. Data Auinioñ. quarto idus Nouembris, Pontificatus noſtri anno nono.

Contumax qualiter puniri debet.

g ¶ *Contumax.*] in cõtemnẽdo ſtatuta Eccleſiæ, vtpote, vel inóbedientiæ notã & tranſgreſsionis incurrẽs infamẽ ſe reddit. extra de elect. dudũ 2. circa prin. de maior. & obed. illud, 6. q. 1. infames. & peccatũ mortale cõmittit, cũ ex hoc poſsit excõicari. extra de maio. & obed. ſi quis. 11. q. 3. ſi aũt nobis. & c. ſeq. & deponi etiam meretur ex tranſgreſsione ſtatuti præceptum vel prohibitionem continentis. 4. diſt. denique. & arg. ff. de re milit. l. 3. §. in bello.

h ¶ *Rebellis.*] ex tali rebellione inobtemperans nõ credens Papã ſic cõſtituere potuiſſe, vt ſtatuit, hæreticus iudicaretur. 19. diſt. nulli fas. & ibi not. & per Gar. extra de elect. c. generali. lib. 6. Sãctiones enim ſedis Apoſtolicæ accipiẽdæ ſunt tãquã ipſius diuina voce Petri firmatæ. 19. diſt. c. ſit omnis. licet in corpore canonũ non ſint redactę. ead. diſt. ſi Romanorũ. nã & poteſtates ſæculi ſuas cõſtitutiones eccleſiaſticis debẽt ſubiicere, nõ præferre. 10. diſt. c. certum. 96. diſt. c. ſi Imperator. cũ lex Chriſti ſacerdotali quoſcũq; ſubiecerit poteſtati. 10. diſt. c. ſuſcipitis. quare cũ per rebellionẽ menſura cæleſtis diſpenſationis excedítur, iri dicitur in contumeliã diſponẽtis. dicto c. certũ eſt. in ſi.
i ¶ *Nulli ergo.*] ſub hac clauſa, dic vt plene dixi in c. Execrabilis.
¶ *Zenzelinus ſe ſubmittit Eccleſiæ Romanæ.*
¶ In notatis per me ſuper materia huius conſtitutionis, & aliarũ ſibi ſimilium, & in omnibus aliis vbicunque per me dictis vel ſcriptis ſubmitto me correctioni ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſi qualiter cunque me erraſſe contigerit in eiſdem.

*Finis Extrauagantium Ioannis xxij. vnà cum eleganti apparatu domini Zenzelini de Caſſanis, vtriuſque iuris profeſſoris.*

# APOSTILLAE AD EXTRAVAGANTES Ioannis XXII.

## Diuini ac humani iuriſconſulti & ſacri Palatij cauſarum Auditoris Domini Ioãnis Franciſci de Pauinis apoſtillæ ad ſupraſcriptas Extrauagantes, quas idem dominus cum gloſsis Gulielmi de monte Lauduno in ſuo tractatu, quem De viſitatione intitulauit, inſeruit: hic vero eius induſtria cum gloſſis Zenzelini fuere deſcriptæ.

*Prima.*

AD onus.] Electi ſede vacante, vbicunque moram traxerint, ſibi non præiudicant.

*Secunda.*

¶ *Suſcepti.*] Diuiſio fructuum inter habentes annalia, & beneficiatos. hanc allegat Ioan. And. in Mercu. nemo poteſt. ad fin. de reg. iur. lib. 6. eandem allegat gloſ. in cle. cum ei quem. in ver. nota erit. de conceſ. præben. adde conſilium Calderi. in tit. de ſen. excom. quod incipit, collector Papalis. Item conſilium eiuſdem 11. in tit. de priuileg. quod incipit, habet ordo ſanctæ Claræ. adde deciſionem in antiquis, quæ incipit, Vrbanus. hanc etiam decretalem allegat glo. in cle. 2. de deci. & deciſio Rotæ, in antiquis. 87. quæ incipit, item nota, quòd vbi alicui fit gratia, &c. & glo. in cap. præſenti. de off. ordi. lib. 6. in ſi. ſuper ver. ſupereſſe. & ibi Ioan. And. in nouella. & idem in addi. ad Specu. in tit. de locato. §. nunc tractemus. & per hanc decret. Rota & curia Romana hodie interpretatur, & tenet, quòd gratia expectatiua ad ſummam 80. duca. extendat ſe ad beneficium veri valoris centum ducatorum, vbi beneficium non eſt taxatum, & in gratia dicitur, ſecundum taxationem decimæ: aliàs attenditur vetus valor: iuxta ea quæ habentur per Ioan. And. in addi. Spec. in rubrica, de conceſ. præben. 8. col. & per Petrum de Ancha. in cle. 1. de conceſ. præb, in penult. charta. & Oldra. in conſilio 232. & deciſio in antiquis, quæ incipit, item nota ꝙ vbi alicui fit gratia. Et vendicat locum iſta decretalis in præſtimoniis & præſtimonialibus portionib⁹: quia ſunt beneficia eccleſiaſtica & perpetua, vt concludit Oldr. in conſilio 93. quod incipit, in eccleſia Calaguritana. & ibi pulchre declarat iſtam conſtitutionem. & de his præſtimoniis facit mentionem tex. in cap. ſi. de conceſ. præb. lib. 6. confert ad materiam huius textus conſil. Petri de Ancha. 329. quod incipit, circa iſtam perceptionem, & conſilium 108. quod incipit, contra fratres. Item conſilium Lodo. 498. An autem per iſtam conſtitutionem reuocetur ſtatutum eccleſiæ diſponens, ꝙ nouus canonicus nihil percipiet vſque ad quadriennium: vide Oldra. in conſil. 171. quod incipit, ſuppoſita conſuetudine iurata. & an legatus poſsit mutare taxã procurationis factæ cum clerico prouinciæ, & ſic obſeruare. Calderi. ꝙ ſic in conſilio 6. in tit. de offi. leg. & videnda eſt deciſio in antiquis. 66. quæ incipit, item nota, ꝙ vbi beneficium eſt ſemel taxatum. aliàs eſt ſub tit. de præb. cum ſeq.

In textu ibi, *Sciuerint.* ſcire autem dicuntur ex quo ipſorum vacatio in loco vel eccleſia plublice nota erat. arg. in cle. cum ei quẽ. in ſi. de conceſ. præb. & ibi, *Subhaſtatione,* id eſt, præconizatione, quæ fit publice in loco publico, de qua not. Spec. in tit. de emp. & vendi. §. nunc dicendum. ver. his quoque. & not. in l. licitatio. ff. de publi. & in l. 1. C. de fide. inſtr. & iure haſtæ fiſca. lib. 10.

In §. *Si vero.* ibi, *Abſoluatur.* quia iſte textus dat formam abſoluendi, vt ſcilicet prius præcedat ſatisfactio: ſi non ſeruetur forma tradita, non valebit abſolutio per not. in cap. prouida. de elect. lib. 6. Nam non tribuit hic ordinario ſimpliciter poteſtatem abſoluendi, ſed ſub certo modo & forma. Clauſula ſequens, quæ tollit iura diſponentia in contrarium præmiſ. per quod non obſtat c. venerabilibus.

ncrabilibus, in contrarium allegatum, vt dicit hic Zenzelinus, hæc clauſula ad omnia ſupradicta extenditur. Ioan. Fran.

*Tertia.*

¶ *Eccleſiæ Romanæ.*] Contra officiales dominium aſſumentes in patrimonio Eccleſiæ Romanæ.

*Quarta.*

¶ *Execrabilis.*] Hæc coſtitutio practicabilis eſt: & addit ad decr. de multa. de præben. in antiquis.

*Quinta.*

¶ *Sedes Apoſtolica.*] Diuiſio diœceſum poteſtatẽ non tollit executoribus & iudicibus. Hanc conſtitutionem allegat deciſio in antiquis. Ioa. de Imol. ſub tit. de priuileg. quæ incipit, Suppoſito, &c. reperitur etiam in aliis deciſionibus antiquis ſub titu. de ſepul. & vide Calde. conſil. 8. ſub tit. de priuileg. quod incipit, Cõcilium eſt priuilegium. adde deciſionem in antiquis, quæ incipit, Suppoſito de Antonianis. Et ad materiã huius decreta. vide nòt. per Archid. 13. q. 1. in prin. vide in c. ſignificauit. & c. Rodulphus, de reſcript. & debet in ordine ſcripturæ præcedere conſtitutionem, Execrabilis. vt patet ex earum datis. Ad præſentis extrauagantis declarationem idem Pontifex fecit vnam aliam extrauagantem declaratoriam, quam reperies hic gloſſatã per Zenzelinum, quæ incipit, Ad Apoſtolatus noſtri. per quam declarat ſuæ intentionis nõ fuiſſe, ꝙ per diuiſionem epiſcopatuũ & eccleſiarũ, à quibus diuiſiones erãt factæ capitulis, archidiaconis, vel aliis perſonis vellet aliquatenus derogare, niſi quatenus in diuiſionem huiuſmodi litteris Apoſtolicis contineretur expreſſe: vnde vniuerſis prælatis, & aliis quibuſcunque perſonis eccleſiaſticis & eccleſiarum deciſarum, & in cathedrales erectarum, mandauit ne capitula, archidiaconatus, & alios perſonatus, vel dignitates, officia ſeu beneficia in prædictis primariis eccleſiis obtinentes quominus viſitationes exerceant, procurationes recipiant, ac alia bona & iura archidiaconalia obtineant in prædictis deciſis diœceſibus, ſicut ante diuiſionẽ huiuſmodi obtinebant, niſi quantũ in diuiſione huiuſmodi litteris Apoſtolicis caueatur expreſſe, impediant quoquomodo: quouſque per ſedem Apoſtolicam aliud fuerit ordinatum: aliàs comminatur contrafracientibus animaduerſionem condignam, &c. Et hæc ſumpta eſt ex textu in anthent. de admi. offic. in ſacris appel. circa fin. 2. coll. & in §. illud tamen ſancimus. coll. 3. pro diuerſis adminiſtrationibus ab antiquo ſeruatis adminiſtrabũt officiales primæui ſicut prius. Adde ad materiam quòd ſi epiſcopus Tholoſanus deputatur conſeruator alicuius, poſtea erecta eccleſia Tholoſana in metropolitanã poterit exercere iuriſdictionẽ cõſeruatoriæ ſecundum Old. in conſilio 222. quod incipit, bonæ memoriæ. Et ſi erigatur prioratus in eccleſiam cathedralem, an tollantur priuilegia, quæ ante erectionẽ habebat prioratus: vide eundẽ Oldr. in conſilio 214. quod incipit, domino epiſcopo. Adde eundem in conſilio quod incipit, ſi milite bonæ memoriæ. Adde deciſionem in antiquis 293. quæ incipit, ſuperpoſito quòd ex priuilegio Antonianorum. ih quo allegatur iſta conſtitutio in gloſſ. in verbo, ordinationem. ibi, *Dic contra.* immo conſilium tenet Ioa. de Lignano, & Ioan. Fran. & Ioan. de Imola, & alij plures in c. cum in illis. hic allegato: vbi vide Domi. licet aliàs Calixtus in publico conſiſtorio declarauit gloſſam iſtam. nos autem tranſimus cum opinione contraria tanquam communi. Ioan. Fran.

*Sexta.*

¶ *Ad Apoſtolatus.*] In beneficiis diuiſis habet quis ea iura, quæ habebat in integris.

*Septima.*

¶ *Si fratrum.*] Imperio vacante nullus nomen vicarij imperatoris retineat, aſſumat vel reſumatur.

*Octaua.*

¶ *Antiquæ.*] Notabilis valde eſt iſta, inhibens ne coniugati aſſumant ordines ſacros, quorum ſuſceptione non poſſunt matrimonium etiam nondum conſummatum diſſoluere. Hanc allegat Ioã. And. in c. 1. de voto. lib. 6. in glo. ſuper verbo, ſacri ordinis.

*Nona.*

¶ *Sãcta Romana atque vniuerſalis.*] Cõtra Fratricellos. Adde extrauagantem eiuſdẽ. quę incipit, Glorioſam eccleſiam. in qua ſingulariter confundit omnes errores iſtorum Fratricellorum.

*Decima.*

¶ *Copioſus.*] Contra portantes infidelibus arma vetita, & aliis prohibita.

*Vndecima.*

¶ *Quia in futurorum.*] Hæc extrauagans loquitur de duellis, & torneamentis: hanc allegat Henricus Boic. in cap. canonum ſtatuta. ad fin. propter gloſ. Zenze. ſuper ver. torneamenta. Adde Ioan. Andr. in addi. Spec. in tit. de reſcrip. puta. §. item ratione. ver. item quod obtentum eſt ab Imperatore nondum coronato. & in cap. 1. de cleri. peregrinis.

*Duodecima.*

¶ *Prodiens quaſi ex adipe.*] contra cudentes falſam monetam. Adde extrauagantem eiuſdem, quæ incipit. ſpondent quas nõ habent contra alchimiſtas. & conſi. Oldrad. quod incipit, & conſiliũ Bal. in vſibus feu. in tit. quæ ſint regaliæ. Adde deci. in antiquis, quæ incipit, caſus talis eſt.

*Decima tertia.*

¶ *Ad noſtri Apoſtolatus.*] circa bãnitos Campaniæ & Maritimæ.

*Decimaquarta.*

¶ *Dierum creſcente.*] Cõtra homines Marchiæ, qui ſuos rectores & officiales occidebant. hanc allegat Henricus Boic. in c. canonum ſtatuta. de conſti. propter glo. Zenzelini. in ver. mundanis.

*Decimaquinta.*

¶ *Cum ad ſacroſanctæ.*] Super taxis hanc extrauagantem allegat Io. And. in c. ſtatutum. §. notarium. de reſcrip. lib. 6. in nouella. & in addi. Spec. in fi. procemij ad intellectum algoriſmi. Adde extrauagantem Martini quæ incipit, In Apoſtolicæ dignitatis ſpecula. in qua ponuntur omnes taxæ officialium curiæ Romanæ. Similiter vide extrauagantem Benedicti xij. quæ incipit, ratio iuris exigit. §. cæterum. in qua taxam facit eorum, quæ poſſunt recipere notarij Rotæ, & cardinalium, & auditorum cameræ, & Meraſtali † Romanæ curiæ, & aliorum quorumcumque audientium cauſas in Romana curia auctoritate Apoſtolica. Adde extrauagãtem Benedicti xij. quæ incipit, decens & neceſſarium. in §. in ſalariis. Datam Auinioni vj. Calend. Nouembris, pontificatus ſui anno vj. in qua taxauit ſalaria aduocatorum, & procuratorũ Romanæ curiæ, quæ omnia confirmauit Gregorius ix. in ſua extrauaganti, quæ incipit, In Apoſtolicæ. quamuis à felicis. & Martinus v. in dicta extrauaganti, quæ incipit, in Apoſtolicæ. & in alia, quæ incipit, Romani Pontificis prouidentia.

† Meraſtalli· aliàs, mareſcali.

*Decimaſexta.*

¶ *Quorundam.*] An fratres Minores indumenta vilia, curta, & ſtricta pro arbitrio ferre poſsint.

*Decimaſeptima.*

¶ *Quia nonnunquam.*] Suſpẽditur excõmunicatio, quã incurrebant gloſſantes decretalem, Exiit qui ſeminat. de verb. ſig. lib. 6.

*Decimaoctaua.*

¶ *Ad conditorem.*] Refutat Papa dominium rerum fratribus Minoribus obuenientium.

*Decimanona.*

¶ *Cum inter nonnullos.*] Contra errorem Bohemorum, qui dicebant Chriſtum & eius diſcipulos nihil habuiſſe proprium, &c.

*Vigeſima.*

¶ *Quia quorundam mentes.*] Cõtra detractores extrauagantiũ, Ad conditorem. & Cum inter nonnullos. hanc conſtitutionem allegat Ioa. And. in cap. 1. de ſumma tri. ſuper ver. claue. ad declarationem poteſtatis clauium, & Bal. in authent. ingreſsi. C. de ſacroſan. eccl. in 6. colla. & idem Ioa. And. in c. cum ſatis. de offic. archid. ad declarandum quid importet cura animarum.

*Finis Apoſtillarum Domini Franciſci de Pauinis, in quibus breuiuſculo ſermone effectum cuiuslibet Extrauagantis habes ſecundum ordinem quo ſituatæ ſunt, aliaque multa notatu digniſsima, quæ ſe cunctis luculenter offerunt.*

## Hieronymi Clarij Brixiani iuris vtriuſque doctoris Protonotarij, & Comitis Apoſtolici in Extrauagantes Decretales breue præludium.

CVM omnes Magiſtratus, præſertim Eccleſiaſtici decidendas cauſas & cæteri Iuriſperiti, quibus interpretandi conſulendiq; tribuitur facultas, reſponſa ſua, iuxta conſtitutiones Romanorum Pontificũ, non ſolum quæ in corpore iuris clauſæ reperiuntur, verũ etiam ſecundum Extrauagantium diſpoſitionem ſint prolaturi, ſi modo ipſis Extrauagantibus adſint requiſita, quæ epiſtola Innocẽtij tertij ad Helieñ. epiſcopum depoſcit: ipſarum lectionem non negligendã cenſeo: Quippe ſententia lata contra Extrauagantem publicatam & indubitatam eſt ipſo iure nulla: ante publicationem vero ſecus, vt not. in proœmio Clementinarum, in verbo, decætero. & in Clementi. nolentes. de hæreticis. Sed ſi eſt publicata & indubitata, eſt ipſo iure nulla, tamquam lata cõtra legem ſcriptam. not. Bal. in l. 2. C. quando prouocare non eſt neceſſe. & Butriga. in cap. 1. & cap. cum inter. de re iudic. & probatur in l. 1. §. item cum contra ſacras. ff. quæ ſen. ſine appel. reſcind. Exẽplum in Extrauaganti, Execrabilis. ſecundum Abbatem in cap. Paſtoralis. de fide inſtrument. Itẽ de Extrauaganti, Ad regimen. quam allegat deciſio in nouis 349. incipit, Item ſi mandatur. Secus autem ſi de ea dubitatur, per cap. paſtoralis. de fide inſtrumen. & l. cum prolatis. ff. de re iudica. ſecundum vnam lecturam. Ideo ſuper ea Papa eſt conſulendus: & ſi reperitur in archiuo publico, dicitur indubitata. per authent. ad hæc. C. de fide inſtrumen. & l. Celſus. ff. de probationib, ſecundũ vnam lecturam. Facit cap. Ad audientiã. de præſcription. & idem præſumitur quando reperitur inter Extrauagantes. 20. q. 1. cap. quoniam progenitorum. maxime ſi reperitur gloſſata per doctorẽ famoſum, ſicut Zenzelinum, Laurentium, Ioannem Monachum, Gulielmum de monte Lauduno, & alios: per not. in dicto cap. paſtoralis. probatur l. 1. in fi. C. de nouo Codi. componendo. & quod not. in l. 3. C. de legibus. vel ſi fuit diu obſeruata, vt not. Bartol. in l. fina. ſuper Extrauag. qui ſint rebelles. de quibus plenius per Barto. in l. cum prolatis. præallega. & Butriga. Abbat. & modernos in dicto cap. paſtoralis. vbi ſecundum Boat. poteſt de ea dubitari ad inſtar eius quod notatur in cap. nemo. de electio. in 6. de quibus etiam per Ludoui. in conſilio 250. quod incipit, In Chriſti nomine, In propoſito caſu. Vbi etiam ſubdit, quòd ſi fuiſſet temporalis, per declarationem ſucceſſoris efficitur perpetua: quia declaratio Papæ etiam ad petitionem ſingularis perſonæ facta ad legem vel ad ordinationem aliquam præcedentem, legem generalem conſtituit ad omnes. per l. fina. C. de legibus. & notatur in cap. in cauſis. de re iudica. Item non eſt neceſſe, quòd conſtet de datis, ſecundum Barto. in dicta data, qui ſint rebelles. Præmiſſa intelligo de extrauagãtibus emanatis poſt compilationem libri Sexti, ſecũdum Ioan. Andr. in proœmio libri Sexti, ad finem. & cap. fina. de hæreticis, eodem libro. Et ſi cõtradicant iuri ſcripto, dic vt plene per Ioa. And. Ioan. de Lignano, & Dominicũ in c. 1. in prin. de cõſtitutionib. libro ſexto. & per Archidiaconum poſt Hug. 19. diſtinct. cap. ſi Romanorum & in ſumma. Adde Bal. in lege, leges ſacratiſſimæ. C. de legibus, & notatur in cap. ſi in laicis. 30. diſtinctio. Nec eſt de ſubſtantia, vt redigatur in ſcriptis, de quo plene per Ioannem And. in regula, nemo poteſt. de regulis iuris in Mercurialibus. libro 6. & in deciſionibus Roma. 238. per gloſſam in l. 1. C. de legibus. probatur in cap. 1. de renuntiationibus, libro ſexto. per Abbatem in cap. 1. de poſtula. prælator. qui dicit, quòd de hoc videtur communis opinio. Debent autem extrauagantes quando de eis dubitatur, per allegantem in forma authentica produci ſub plumbo, ſi extra curiam ſunt producendæ, vel ſub ſigneto Vicecancellarij, ſi in curia ſunt producendæ. Et hoc de illis quæ ſunt ſcriptæ in libro Cãcellariæ. Illæ autem quæ ſunt deſcriptæ in Camera Apoſtolica, ſumentur cum ſigneto Camerarij in curia, vel ſub plumbo extra curiam. Et ita ſeruatur in curia Romana. De his autem plenius tractat ſupremus Doctor Dominus Franciſcus de Pauinis in principio Extrauag. Ioan. xxij.

Sententia contra extrauagantem lata, an valeat.

Extrauagãs quando dicitur indubitata.

Scriptura nõ eſt de ſubſtãtia Extrauagantis.

Extrauagantes qualiter ſunt producendæ.

Extra-

Extrauagantes Decretales, quæ à diuerſis Romanis Pontificibus poſt Sextum, emanauerunt: Quarum aliquæ Gloſſis Ioannis Monachi Picardi Cardinalis, aliquæ Commentariis Gulielmi de Monte Lauduno, & Ioannis Franciſci de Pauinis illuſtrantur.

## *LIBER PRIMVS.*

### De conſuetudine.

¶ Ioannes xxij.

*¶ Conſuetudo impediens ne legati ſedis Apoſtolicæ recipiantur, nõ valet: & illa non obſtante legati ipſi ſunt ab omnibus recipiendi, & eos impedientes ipſo facto excommunicationem incurrunt, & eorum terra eccleſiaſtico ſubiiciuntur interdicto.*

CAP. VNICVM.

SVper gentes & regna Romanus Pontifex à Domino conſtitutus, cum perſonaliter ſingulas regiones circuire non poſſit, nec circa gregẽ ſibi creditum curam paſtoralis ſollicitudinis exercere: neceſſe habet interdum ex debito impoſitæ ſeruitutis, ſuos ad diuerſas mũdi partes (prout neceſſitates emerſerint) deſtinare legatos, qui vices ipſius supplẽdo errata corrigant, aſpera in plana conuertant, & commiſſis ſibi populis ſalutis incrementa miniſtrent. Veruntamen aliqui huiuſmodi officium & poteſtatem ipſius Romani Pontificis, quam non ab homine, ſed à Deo recepit, ſub ſuo arbitrio redigere molientes, legatos ipſos niſi ab eis petiti fuerint, vel de beneplacito eorũ tranſmiſſi, ſibi terras ſubiectas (dicentes hoc eis de conſuetudine cõpetere) ingredi non permittũt. ¶ Nos huiuſmodi conſuetudinem non tam irrationabilem, quàm nonnunquam animarum ſaluti contrariam, detrahentemque Apoſtolicæ poteſtati, auctoritate Apoſtolica penitus reprobãtes, legatos ipſos ab omnibus cuiuſcunque præeminentiæ, conditionis, aut ſtatus fuerint, debere admitti decreuimus: nec eos prætextu cuiuſuis conſuetudinis impediri poſſe à quoquam Chriſtiano nomine gloriante, quominus regna, prouincias, & terras quaſlibet, ad quæ ipſos deſtinari contigerit, ingrediantur libere, ac commiſſæ ſibi legationis officium exerceant in eiſdem. ¶ Qui vero decætero ſuper prædictis dictos legatos, aut etiam nuntios, quos ad quaſcunque partes pro cauſis quibuſlibet ſedes ipſa tranſmiſerit, præſumpſerint impedire, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant. Regna, terræ, & loca quælibet ſubiecta eiſdem, tamdiu ſint eo ipſo eccleſiaſtico ſuppoſita interdicto, quamdiu in huiuſmodi contumacia duxerint perſiſtendum. Non obſtantibus quibuſlibet indulgentiis aut priuilegiis, Imperatoribus ac Regibus, ſeu quibuſcunque aliis ſub quibuſcunque modis, tenoribus & formis à ſede ipſa conceſſis, quæ contra præmiſſa nulli volumus ſuffragari.

Legati ſedis Apoſtolicæ quid facere debeant.

Cõſuetudo animarũ ſaluti contraria eſt reprobãda.

### De poſtulatione prælatorum.

¶ Ioannes xxij.

*¶ Minores xxvij. annis ſæculares & Mendicantes religioſi ad certas eccleſias prohibentur poſtulari: & puniuntur tam poſtulantes quàm poſtulati.*

CAP. VNICVM.

DIſpendiis & periculis variis, quæ ex ſubſcriptis poſtulationibus poſſent eccleſiis euenire, & vacationum diuturnitatibus, quæ conſueuerunt nonnunquam ex poſtulationibus irrationabilibus ꝓuenire, ac diſpendiis quæ inde frequẽter eccleſiæ incurrunt, ad futuram rei memoriã obſiſtere cupientes: Illum qui viceſimum ſeptimũ non attigerit annum, ad cathedralem [a], nec non profeſſorem cuiuſuis Mendicantium ordinis ad inferiores cathedralibus eccleſias, ad monaſteria extra ſuos ordines poſtulari edicto perpetuo prohibemus. ¶ Quòd ſi ſecus poſtulatũ fuerit & attentatũ, irritum ac nullius penitus ſit momenti. Et qui ſcienter proceſſerint ad eandẽ, ea vice poſtulandi ac eligẽdi poteſtate priuatos, ac beneficiis, quæ in ipſa obtinebunt eccleſia, ad quã poſtulationem huiuſmodi fecerint per triẽnium nouerint ſe ſuſpenſos. ¶ Poſtulatos [b] vero, qui poſtulationis de ſe factæ negotium fuerint per ſe, vel per alium in Romana curia proſecuti, illud ibi proponi in publico vel priuato conſiſtorio facientes, etiam ſe dumtaxat diſpoſitioni ſedis Apoſtolicæ committendo, ſi ſe annum xxvij. non attigiſſe ſciuerint, vt præfertur vſque ad xxxv. annum. Cæteros vero ſeculares & religioſos extra ſuorũ adminiſtrationes ordinũ perpetuo ineligibiles ac impoſtulabiles eſſe decernimus: ac prorſus inhabiles ad quaſcunque dignitates eccleſiaſticas & beneficia quælibet obtinẽda.

a ¶ *Cathedralem.*] aliqui habent ſic: Ad cathedralem, aut, quamuis ſæcularem non cathedralẽ eccleſiã. quod an bonum ſit, relinquo peritiæ legentium.

b ¶ *Poſtulatos vero.*] hæc clauſula breuior eſt in aliquibus libris, in quibus ſic habetur: Poſtulatos vero qui poſtulationẽ huiuſmodi de ſe factã ꝓſecuti fuerũt, etiam ſe, & cætera.

### De electione.

¶ Bonifacius octauus.

*¶ Multis probat argumentis promotos in curia non debere ad propria redire ſine litteris ſuæ promotionis. Qui ſi ſecus fecerint; pro prælatis non ſunt habendi, pœnaſque incurrunt hic expreſſas. Et de iſta Extrauaganti facit mentionem Panormitanus in cap. qualiter. de elect. dicens, quòd nullus antequam habeat litteras Apoſtolicas ſuper ſua promotione, debet adminiſtrare, nec debet recipi ab eccleſia tanquam prælatus; aliàs recipientes & receptus incurrant pœnam, de qua hic.*

CAP. I.

INiunctæ nobis debitum ſeruitutis expoſcit, vt qui ad reformandos in clero mores & actus (prout nobis ex alto

*Niunctæ.*] Hæc decreta, habet ſex dicta. Pri-

alto permittitur) ſolertius intẽdimus: ibi præcipue reformationis accommodæ remedium apponamus, vbi maius reſpicimus periculũ imminere [a]. ¶ Sane quàm periculoſum exiſtat quòd aliquis in officio dignitate vel gradu fore ſe aſſerit, & pro tali etiam habeatur, niſi prius ipſe qđ aſſerit, legitimis oſtẽderit documentis: tã ex ciuilibus, quã ex canonicis inſtitutis colligitur euidenter. Aſſerenti namque cũ mãdatis principis ſe veniſſe credendum nõ eſt, niſi hoc ſcriptis ꝓbauerit [b]. Nec ſimiliter creditur ſe aſſerenti legatũ. Nunquã enim Apoſtolicæ ſedis moris fuit abſque ſignatis apicibus vndecũque legationẽ ſuſcipere [c]: Sed nec dicenti ſe delegatum ſedis eiuſdẽ creditur vel intenditur, niſi de mandato Apoſtolico fide doceat [d] oculata. Similiter clerici ad alienam diœceſim ſine ſuorum ordinariorũ litteris venientes, nec in ſuis recipiantur ordinibus, nec ad ſuperiores aſcendant [e]. Clerici quoq; & monachi, qui de ſuis ciuitatibus ad alienam vrbem proficiſcuntur (niſi muniti veniant ſuorum litteris prælatorũ) non ſunt clerici vel monachi reputandi [f]. Si quis prætcrea in clerum electum ſe dicat, ſi ſacerdotem ſeſe nominet, hoc ſcrutandum eſt: quia non ſine periculo eſt in talibus communicatio indiſcuſſa [g]. Quòd autem in illis qui ſe epiſcopos vel ſuperiores prælatos, aut etiã abbates, priores, ſeu alios monaſteriorum rectores quocunque nomine cenſeãtur [h], appellant, ſit diſcuſſio celebris & diligens facienda, luculenter apparet: ſi ſcandala & pericula grauia (quæ ipſorum parere poſſet cõmunicatio indiſcuſſa) diligentius attendãtur [i]. Hinc nos euidẽs euocat ratio, vt cũ præmiſſis aliis caſibus, qui minoris exiſtunt periculi, ſit ex cõſtitutionibus editis iã prouiſum, hunc vltimũ, qui pericula grauiora minatur, nequaquã ſine prouiſionis opportunæ remedio relinquamus. ¶ Præſenti itaque perpetuo valitura cõſtitutione ſancimus, vt epiſcopi & alij p̃lati ſuperiores, necnõ abbates, priores, & cæteri monaſteriorũ regimina exercẽtes, quocunq; nomine cenſeantur [k], qui apud dictã ſedẽ promouentur [l], aut confirmationis [m], conſecrationis [n], vel benedictionis [o] mun⁹ recipiunt, ad cõmiſſas [p] eis eccleſias & monaſteria abſque dictæ ſedis litteris [q] huiuſmodi eorũ promotionẽ cõfirmationẽ, conſecrationem, ſeu benedictionem continẽtibus accedere, vel bonorum eccleſiaſticorum adminiſtrationem accipere non [r] præſumant: nullique eos abſque dictarum litterarũ oſtenſione recipiant [s], aut eis pareant vel intendant. ¶ Quòd ſi [t] forſan contra præſumptum fuerit: quod per epiſcopos, prælatos, abbates, priores, & alios monaſteriorum regimina exercẽtes prædictos medio tempore actum fuerit, irritum habeatur: nec quicquam interim ijdem epiſcopi vel prælati, abbates, priores, vel regimina exercentes, de eccleſiarum vel monaſteriorum prouentibus percipiant eorundem. ¶ Capitula [u] vero conuentus [x] eccleſiarum & monaſteriorum ipſorũ, & alij quicunque ipſos abſque huiuſmodi dictæ ſedis litteris recipientes vel obedientes eiſdem, tandiu ſint à beneficiorũ ſuorum perceptione ſuſpẽſi [y],

mo præmiſſo procemio ad dicenda, factum intentũ in genere ponit. Secũdo ver. *Aſſerenti.* ad factũ poſitũ per multa media arguit. Tertio ver. *Quòd autem.* dicta argumẽta applicãdo ad caſum ſpecialiter intentum deſcendit. Quarto verſi. *Præſenti.* ſuper dicto caſu ſtatuit: & inhibitiones conſequenter adiicit. Quinto ver. *Quòd ſi forſan.* facientes cõtra huiuſmodi ſtatutum punit. Sexto verſi. *Similiter.* dictum ſtatutum ad caſum alium extendit. Ioan. Monachus.

a ¶ *Imminere.*] extra 6. lib. de elect. & elec. pot. cap. vbi periculum. Ioa. Monachus.

b ¶ *Probauerit.*] C. de mand. prin. l. vna.

c ¶ *Suſcipere.*] 98. diſt. nobiliſsimus. Io. Mona.

d ¶ *Doceat.*] extra de offi. deleg. c. cũ in iure.

e ¶ *Aſcendãt.*] extra. đ cleri. peregr. c. 1. & 2. & 98. diſt. per totum.

f ¶ *Reputandi.*] C. de epi. & cle. ſi qua per calumniam. §. præterea. 71. diſt. hortamur.

g ¶ *Indiſcuſſa.*] 42. diſt. quieſcamus. Ioa. Mona.

h ¶ *Cenſeantur.*] vt cũ dicitur Prior, vel præpoſitus talis monaſterij ꝑ Priorem ſeu præpoſitũ ſoliti gubernari. hæc enim adiectio fit per ſtylum cancellariæ, quãdo ſcribitur Priori vel præpoſito alicuius monaſterij: aliàs ſi ſimpliciter ſine dicta adiectione nõ ſcriberetur prædictis vt iudicibus. Ioa. Mona.

i ¶ *Attendantur.*] 11. q. 3. nolite. Ioa. Mona.

k ¶ *Cenſeantur.*] 2. q. 1. legum. Ioa. Mona.

l ¶ *Promouentur.*] ex prouiſione Papæ, vel ex officio ſuperioris, extra 6. lib. de elect. ſi poſtquam. in fi.

Prælatorũ aliqui conſecrantur, alij benedicuntur.

m ¶ *Confirmationis.*] via iuſtitiæ. Ioa. Mona.

n ¶ *Conſecrationis.*] vt electi in ep̃os & ſuperiores p̃latos. Io. Mona.

o ¶ *Benedictionis.*] vt abbates, Priores, & præpoſiti prædicti.

p ¶ *Ad commiſſas.*] ſtatutum præmiſit, nunc inhibitionẽ duo capita continentem ſubiungit.

Probatio quãdoque đ neceſſitate per ſcripturam fieri debet.

q ¶ *Litteris.*] Not. probationem in ſcriptis. ſimiles caſus notãtur extra lib. 6. de cenſi. Romana. §. poſtquam.

r ¶ *Non præſumãt.*] ſed qualiter adminiſtratio acquiſita per ſolã confirmationem aufertur? extra de elect. tranſmiſſam. & not. 62. diſt. quanto. Sol. ſi eſt conſuetum ꝙ primo inſtalletur abbas antequam adminiſtret: hoc poteſt fieri, vt ius adminiſtrandi differatur conſuetudine. extra de offic. archid. ad hoc. §. in quadam. & c. vt noſtrum. ſic poteſt fieri iure inhibente, vt hic. Sed nunquid qđ hic dicitur, habet locum in inferioribus Papæ confirmantibus? Videtur ꝙ ſic. extra de re iudi. in cauſis. Dic contra, quia cum hæc

Cõſtitutio pœnalis non extendenda

conſtitutio ſit pœnalis & contra ius commune, eandem nõ extendam, ſicut nec iura ſpecialia contra regulam ad conſequentiã ſunt trahenda. extra 6. lib. de reg. iur. quæ à iure. Ioa. Mona. Sed pone: conſecratus vel benedictus litteras Papales habere nõ potuit propter Papæ obitũ: nunquid tenebitur multo tempore in curia remanere? Credo ꝙ non: quia hic Papa damnat præſumptionem temerariam recedere volẽtis abſque litteris, propter quod iſtum, & recipientes eundem, vt infra ſequitur, punit. Sed neceſsitatem non excludit, & vbi non eſt culpa, nec pœna debet infligi. extra lib. 6. de reg. iur. ſine culpa. Vnde temeraria præſumptio hic reprobata ad caſum alium non debet extendi: nec prohibitio generalis excludit caſum aliàs licitum. extra de ver. ſign. ſuper quibuſdam. Item ſtatuta & priuilegia cũ trahuntur ad iniqua, ſunt reuocãda. extra. 6. lib. de ſent. excom. cap. vlt. in prin. 60. diſtin. §. verum. ff. de vulg. & pupil. ſubſt. ex facto. §. 1. & 2. extra de deci. ſuggeſtum.

Pœna nõ debet infligi ſine culpa.

s ¶ *Recipiant.*] ſed nũquid oportebit me prælatum ſemper oſtendere litteras? Dic, hic loquitur in principio dũ accedit prȩlatus ad prȩlaturam: non quando diu in poſſeſsione ſtetit. not. ſimile extra 6. lib. de ſenten. excom. ſi iudex.

t ¶ *Quod ſi.*] ſicut præmiſit duplicem inhibitionẽ videlicet quo ad prælatos & ſubditos, ſic hic quo ad eoſdem cõtra inhibitionẽ venientes pœnã annectit: primo duplicẽ cõtra prælatos, ſecundo ver. capitula. contra ſubditos.

u ¶ *Capitula.*] ſcilicet cathedralium vel ſecularium.

x ¶ *Conuentus.*] ſcilicet regularium. Ioa. Mona.

y ¶ *Suſpẽſi.*] video pœnam iſtam locum habere in ſæcularib⁹, qui habent beneficia diſtincta. Quid in regularibus, nunquid fame morientur, cum nõ habeãt aliud Beneficium diſtinctum niſi neceſſaria vitæ? Dicunt quidam, ſibi imputent qui ſua culpa inciderunt in hanc pœnam. extra de æta, & qua. ord. c. 1. & ff. de poſſ. bona fides. & quærant victum manibus. 91. diſt. clericus. victum. Vidi in facto Sagieñ. eccleſiæ, quæ regularis exiſtit, cum quidam canonicus illius eccleſiæ electo ibidem euidentẽ defectum ſcientiæ obieciſſet, & defeciſſet, nec potuiſſet pœna iſta puniri, quæ habetur extra 6. lib. de elect. ſtatuimus. §. ſi vero. & c. ſi forte. Papa decreuit (cum non poſſet ſibi denegari victus) vt eſſet in eccleſia ſua vltimus in choro, capitulo, & refectorio, nunquam ad dignitatem in eccleſia ſua promouendus. ſic dico hic arctum victum dandum donec iſti gratiam ſedis Apoſtolicæ, vt ſequitur, meruerint obtinere, vt C. de ordi. cog. ſi quando. ver. nam ſi tales. vbi exiſtenti in poſſeſsione ſeruitutis, qui adminiſtrare non poteſt, ſumptus litis & alimoniæ miniſtrantur, quantum moderato iudſcis arbitrio fuerit æſtimatum. Sic damnato in metallum, & etiam ſeruo pœnæ alimenta relinquuntur, licet alia ſubtrahantur. ff. de alim. leg. l. is cui. & l. ſeruos. ff. de iis quæ pro non ſcrip. hab. l. 3. Et aliàs mutatur pœna, cum ordinata per ius locum habere non poſſunt. ff. de iuriſd. om. iud. l. ſi quis id quod. §. in ſeruos. 14. q. 6. ſi res. ff. de in ius voc. l. fi. Sed quis adminiſtrabit bona interim? Dico ꝙ ſuperior dabit ad-

Pœna vna in aliam quandoque mutatur.

miniſtrato-

donec ſuper hoc eiuſdem ſedis gratiam meruerint obtinere [a]. ¶ Similiter quoque epiſcopi, prælati, abbates, priores, & alij monaſteriorum regimina exercētes prædicti ſolito fidelitatis & obedientiæ iuramento [b] nō præſtito [c]. Illi etiā pontifices, quos apud prædictā ſedem pallium cōtinget recipere, abſque litteris traditionis ipſius pallij nequaquam ab eadem diſcedant: diſcedentes vero (quouſque huiuſmodi iuramentū præſtiterint, & litteras obtinuerint) nihil de ipſarum eccleſiarū & monaſteriorū prouentibus percipiant: & quicquid interim per eos (vt de aliis prædicitur) actum fuerit, viribus non ſubſiſtat [d].

¶ Benedictus xj.

*¶ Si religioſus electus non petierit ipſe vel eius electores licentiam conſentiendi intra tempus moderandum pro præſentia vel abſentia ſuperioris, eſt eo ipſo priuatus iure ſibi ex electione quæſito, & poſſunt electores alium eligere. hoc dicit. addit ad cap. quàm ſit. de elect. in 6.*

CAP. II.

SI religioſus, qui abſque ſui ſuperioris licentia electioni de ſe factæ conſentire non poteſt, illam poſt electionem ſibi præſentatam, vel eius electores intra tempus pro eiuſdem ſuperioris præſentia vel abſentia moderandum, nequaquam obtineat, dat generale conciliū [e] Lugdunēſe electoribus extūc ad electionem aliam procedendi liberam facultatem. Verum quia frequenter dubitatū eſt, an etiā ſit eo ipſo iure (ſi quod ei competebat ex huiuſmodi electione) priuatus: Statuimus, illo cū hoc ipſo fore priuatū [f].

¶ Idem.

*¶ Quattuor patriarchalibus eccleſiis vacantibus, ſtatuitur illis non poſſe prouideri Romano Pontifice inconſulto, quod ſi ſecus factum fuerit, irritū decernitur.*

CAP. III.

SAncta † Romana Eccleſia quæ diſponēte Domino ſuper omnes alias ordinariæ poteſtatis obtinet principatum à Deo, vt pote mater vniuerſorū Chriſti fidelium & magiſtra [g], quatuor patriarchales ſedes inſtituit, inter quas poſt ipſam Romanam eccleſiam Conſtantinopolitanam primum, Alexandrinam ſecundum, Antiochenam tertium, & Hieroſolymitanam quartum locum voluit obtinere, ipſaſque multis prærogatiuis & honoribus ac priuilegiis decorauit [h]: de quarum prouiſionibus cum eas vacare contingit, tanto eſt accuratius cogitandum & attentius prouidendum, quanto maioris eminent altitudine dignitatis, & periculoſe [i] erraretur in prouiſionibus earundem. ¶ Super hoc igitur cū fratribus noſtris habita deliberatione matura, inter alia noſtræ conſiderationi occurrit, quòd omnes (proh dolor) prædictarum ſedium patriarchalium ciuitates, aut ſunt deſtructæ, aut occupatæ ab infidelibus, vel à ſchiſmaticis detinentur, ipſarum capitulis ſeu cōuentibus & canonicis diſperſis vndiq; extra ciuitates ipſas, per alias regiones ſeu loca à ciuitatibus ipſis remota. Ex quo cōtingit (ſicut experientia nuper nos docuit) quòd vacante Conſtantinopolitana eccleſia per mortem bonæ memoriæ Petri Patriarchæ, ſolum per vnum dumtaxat eius canonicum fuit de nouo paſtore electio celebrata, aliis canonicis ſuis agentibus in remotis: dictus tamen electus iuri, ſi q; ſibi ex electione huiuſmodi cōpetebat, in noſtris manibus ſpōte ac libere reſignauit. ¶ Ideoque de eorundem fratrū cōſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſtatuimus, vt quādiu ciuitates ipſæ ſchiſmaticorum, aut infideliū ſubſunt, aut ſuberunt ditioni, aut detinebuntur per eos, canonici dictarum patriarchalium ſedium cū eas vel ipſarum aliquā ſeu aliquas vacare cōtigerit, ad electionem, poſtulationem ſeu quamuis prouiſionem de præficiendo ſibi patriarcha vel paſtore nullo modo procedant, quouſque ad Apoſtolicæ ſedis notitiā deducatur. Nos enim à data præſentium decernimus irritum & inane, ſi ſecus per prædicta capitula, cōuentus vel canonicos, aut quemuis aliū, vel alios ſcienter vel ignoranter fuerit attētatum: non obſtantibus quibuſcunque ipſarum eccleſiarum vel alicuius earum conſuetudinibus vel ſtatutis, iuramento, confirmatione dictæ ſedis, vel quacunque alia firmitate vallatis, ſeu cōſtitutionibus, priuilegiis vel indulgentiis ſedis eiuſdem, per quæ effectus præſentium impediri poſſet quomodolibet vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum in noſtris litteris habēda eſſet mētio ſpecialis. Nulli ergo, &c. Data Laterañ. x. Calend. Ian. Pontificatus noſtri anno vij.

¶ Ioannes xxij.

*¶ Cum beneficia apud ſedem Apoſtolicam vacantia ſint ſoli Papæ reſeruata, oſtendit quæ & quorum apud ſedē vacare dicātur eandem. Et primo loquitur de reſeruationibus, ſecundo de penſionibus.*

CAP. IIII.

Animarū periculis ocurrere debent prælati.

EX debito paſtoralis officij, nobis quamquam immeritis ſuperna diſpoſitione commiſſi, periculis animarum & eccleſiarum, ac monaſteriorum diſpendiis, quæ ob ipſorum vacationes diutinas

ipſis

miniſtratorem. extra 6. lib. de ſup. neg. præl. eccleſiæ. de appel. peruenit. vel dabitur curator bonis, ſicut illis qui adminiſtrare non poſſunt. ff. de cura. bo. dam. per totum. C. de aſſer. tol. l. 1. §. ſuper peculio. Ioa. Monachus.

a ¶ *Obtinere.*] ex quo Papa ſibi reſeruauit hunc caſum, inferiores de eo ſe intromittere nequeunt. extra 6. lib. de ſent. exco. cum medicinalis. in fi. & extra de præb. inter cætera. aliàs poſſent. extra de ſenté. excom. nuper.

b ¶ *Iuramento.*] de quo habetur extra de iureiurando, ego N.

c ¶ *Non præſtito.*] cape infra nequaquā ab eadem diſcedant.

d ¶ *Non ſubſiſtat.*] nūquid pœnæ in primo caſu poſitæ cōtra recipientes & obedientes prælatis, habebunt hic locum? videtur ꝙ ſic propter verbum quod præcedit, ſcilicet, vt de aliis. Dic cōtra, & hoc caſu puniuntur prælati, vt in primo. Nec verbum, de aliis, refertur ad ſubditos, ſed prælatos. Nec mirum ſi pœna hoc caſu ſecundo nō repetatur: quia plus delinquitur recipiendo contrà primū, quàm ſecundum, nec pœnā nō expreſſam extendam. de pœn. diſt. 1. pœnæ.

Pœnæ non ſunt extendendæ.

ADDITIO. Ad intellectum huius decret. & cap. nihil. de elect. adde conſilium Oldradi, numero 51. quod incipit: Poſito ſine præiudicio. vbi concludit, ꝙ dominus Brochar. qui eſt immediate ſedi Apoſtolicæ ſubiectus, diſtans à Romana curia vltra xxx. dietas ad magnam inſtantiam ſui capituli, & propter eccleſiæ neceſsitatem vrgentem nondū obtenta cōfirmatione à ſede Apoſtolica adminiſtrans, & bonorum eccleſiæ adminiſtrationi ſe immiſcens, non incurrit dictas pœnas. Ioan. Fran.

† Vide notata per doctores in ca. antiqua. extra de priuileg.

SI religioſus.] Hoc decilum eſt notatū extra 6. lib. đ elect. quā ſit. & primo hæc conſtitutio narrat Lugduñ. concil. ſecundo ver. *Verum.* ſuper eo quod poſſet in eo dubitari, dat ſtatutum.

e ¶ *Conciliū Lugdunēſe.*] vt dicto c. quàm ſit.

f ¶ *Priuatum.*] nam ex quo dictum concilium dabat electoribus liberam eligendi poteſtatē. eo ipſo ius adimebat electo. argu. ff. de leg. 1. plane. 1. reſponſo. ff. de adimen. leg. & ſi transferam. ff. de his quibus vt indig. cum quidam. propter quæ iſta conſtitutio videtur ſuperflua.

SAncta.] Primo procemiū ad dicenda ꝑmittit. Secundo ver. *Super hoc.* cauſam impulſiuam ſuæ conſtitutionis ſubiicit. Tertio ver. *Ideoque.* ſuper præmiſſis ſtatuit. Quarto ver. *Nos enim.* ſtatutum huiuſmodi per decretum, & non obſtan. munit.

g ¶ *Magiſtra.*] extra li. 6. in procemio. 1. reſponſo.

h ¶ *Decorauit.*] extra de priuileg. antiqua.

i ¶ *Periculoſe erraret.*] extra 6. lib. đ elect. vbi periculū. 1. reſpōſo.

EX debito.]

a ¶ *Bonifacij octaui.*] c. præſenti. de præb. in 6.
b ¶ *Clementis.*] cap. 2. de præb. in 6.
c ¶ *Tenoribus.*] aliàs tenoribus, & aliàs temporibus.
d ¶ *Penſiones.*] tolle infra ſub edicto p̄dicto, nolumus aliquaten᷒ cõprehendi, & cætera.

ipſis ſolent frequentius prouenire, congruis remediis(quantum nobis ex alto conceditur) ſalubriter occurrere intendentes,vt celerius & vtilius prouideatur eccleſiis ac monaſteriis antedictis, & vt Romanæ Eccleſiæ,quæ ſuper ipſas eccleſias ac monaſteria ex diuina prouiſione obtinere dinoſcitur principatum, honor debitus impendatur,prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum (præſertim felicis recordationis Bonifacij viij.[a] qui dignitates,pſonatus,eccleſias,& alia eccleſiaſtica beneficia,& Clemẽtis[b] quinti,qui tam huiuſmodi dignitates, perſonatus, eccleſias, beneficia, quàm cathedrales eccleſias quaſlibet,monaſteria, Prioratus, adminiſtrationes & officia quæcũque, quæ apud ſedẽ Apoſtolicã vacarẽt,prouiſioni Apoſtolicæ ſub certis tenoribus[c] reſeruauerunt)veſtigiis inhærẽtes:Nos ex cauſis rationabilibus, quæ ad ad id noſtrum animum induxerunt,de fratrũ noſtrorũ cõſilio nonnulla detrahendo,aliqua declarando,& quædam addendo de nouo,epiſcopales & earum ſuperiores ſedes monaſteria,& regulares eccleſias,ad quæ hi qui eis ꝑ tẽpore præficiendi ſunt,etiam per electionẽ canonicã aſſumuntur,Prioratus,officia,vel adminiſtrationes eorundem, dignitates, perſonatus, præbendas, aliaque eccleſiaſtica beneficia cũ cura vel ſine cura,quocunq; nomine cenſeatur,quę apud p̄dictam ſedẽ vacant ad præſens,& ex nunc in antea(donec Chriſti dignatio nos dignabitur vniuerſalis Eccleſię ſponſæ ſuæ regimini præſidere)vacare contigerit apud eam prouiſioni noſtræ de fratrũ noſtrorũ conſilio auctoritate Apoſtolica reſeruamus.

Eccleſiæ vniuerſalis regimini Papa p̄ſidet.

Beneficia multis modis vacare poſſunt.

¶ Huiuſmodi autem ſedes,monaſteria, eccleſias, & alia præfata beneficia eccleſiaſtica per mortem vel depoſitionem ac priuationẽ eorũ, qui ea obtinerent, per electionum caſſationem,poſtulationum repulſionem, renuntiationẽ quorumlibet,prouiſionem, tranſlationem, ſiue per ſucceſſionem muneris conſecrationis,aut benedictionis dudum à dicto Clemente prædeceſſore noſtro promotis impenſi, niſi de ipſis diſpoſuerit prædeceſſor, & à nobis ſiue auctoritate noſtra promouendis impẽdendi apud ſedem ipſam, vel etiam vbicunque, aut quouis alio modo canonice vacare apud ſedem intelligimus prælibatam. Epiſcopales inſuper vel alias dignitates,eccleſias,monaſteria,& alia prædicta fratrũ noſtrorum ſanctæ Romanæ Eccleſię Cardinaliũ apud dictã ſedẽ ꝑ eorũ obitũ vacare cenſemus,ſiue inibi ſiue alibi vbicũque ipſos migrare cõtigerit de hac luce. Et hoc idẽ in dignitatibus & beneficiis quibuſlibet(vt de aliis præmittitur)officialium noſtrorũ,videlicet vicecancellarij,eiuſdẽ Eccleſiæ camerarij,notariorum,auditoris contradictarũ,correctorum, ſcriptorum litterarum,ac pœnitentiariorum noſtrorum,necnõ abbreuiatorum curiæ Romanæ ſibi volumus vendicare.

Cardinales dicuntur fratres Papæ.

¶ Rurſus huius noſtræ reſeruationis edictum ad dignitates & alia iam dicta capellanorum noſtrorũ cõmenſalium, & quorũlibet aliorum ratione officij,vel ex cauſa legitima in dicta curia morantiũ,quando à nobis pro noſtris & eiuſdem ſedis negotiis proſequendis de ipſa curia quocunque modo præmiſſi, vel aliqui eorum trãſmiſſi,aut legati vel nũtij fuerint,& eos vbilibet ante ipſorum ad præfatã curiã reditũ (durante legione ſeu proſecutione ipſorum negotiorũ)rebus eximi contigerit ab humanis, duximus extendẽdum. Et idipſum etiã eſſe volumus in huiuſmodi capellanis commenſalibus, etiam ſi(vt præmittitur)nũc tranſmiſſi fuerint vbicunque, & ipſos rebus eximi cõtigerit ab humanis. ¶ Cæterũ edictũ ipſum trahimus ad ſedes,monaſteria, & alia ſupradicta,quæ viuẽte adhuc dicto Clemẽte prædeceſſore noſtro vſque ad eius obitum,niſi de ipſis per eũ fuerit ordinatum, & deinde vſque ad datã præſentiũ apud ſedem vacauerint eandem,illaque vacare decernimus apud ipſam,dummodo in eis ius in re licet ad rem nõ ſit aliquibus acquiſitũ. Decernentes extũc irritum & inane ſi ſecus in prædictis & ſingulis eorum ſcienter vel ignoranter per quemcunque ſeu quoſcunque Apoſtolica vel alia quauis auctoritate attentatum fuerit,vel contigerit in poſterum attentari. Non obſtantibus piæ memoriæ Gregorij decimi,ac Bonifacij octaui,& aliorum Romanorũ Pontificum prædeceſſorũ noſtrorũ cõſtitutionibus ſuper hoc editis, quatenus edicto eſſent & ſunt contrariæ memorato. Cæteris in ipſis conſtitutionibus contentis in ſuo robore duraturis.

Ius in re vtilius eſt quã ius ad rem.

¶ Penſiones[d] inſuper annuas ab epiſcopis & eorum ſuperioribus aliiſque prælatis inferioribus, necnon quibuſcunque capellanis,cõuentibus collegiis, vel ſingularib᷒ perſonis factas & faciẽdas perſonaliter aliquib᷒ ex eiſdem Cardinalibus,ſeu quibuſuis aliis ex prænominatis perſonis, & penſiones præterea ſeu aſſignationes quantitatum quarumlibet ſuper certis prouinciis, diœceſibus, eccleſiis monaſteriis, vel alis eccleſiaſticis locis aut ordinibus, etiam à quibuſuis prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus factas pręmiſſis perſonis, ſiue alicui earumdem, vel monaſteria, Prioratus, adminiſtrationes quaſlibet, beneficia regularia vel alia quælibet quocunque nomine cenſeantur, non conſueta ab olim clericis ſæcularibus aſſignari,huiuſmodi perſonis vel alicui earumdem collata ſiue conceſſa in commẽdam,vel alio quouis titulo ab eiſdem prædeceſſoribus, ſeu aliis epiſcopis vel ſuperioribus prælatis, capitulis, aut conuentibus, vel collegiis ſub edicto prædicto nolumus aliquatenus cõprehendi, quominus eis cedentibus vel decedentibus, ſiue illa quouis alio modo dimittentibus, monaſteria ipſa, Prioratus, adminiſtrationes, beneficia, ac loca huiuſmodi ad eccleſias & monaſteria,ſiue alia loca religioſa vel alia eccleſiaſtica, eorumque prælatos ſiue perſonas, ad quas antea eorũ diſpoſito pertinebat, ſeu quibus immediate ſubeſſe noſcuntur,libere reuertantur: niſi eis quid canonicum obſtiterit, vel de ipſis aliter duxerimus diſponendum.

## De auctoritate & vſu pallij.

¶ Ioannes xxij.

¶ *Pallij traditio per obiectum criminis vel defectus retardari non debet, niſi obiiciens præmiſſo iuramento de obiectis promptam fidem faciat. Et quid ſit promptam fidem facere, declarat.*

CAP. VNICVM.

MAlitiis hominum,quæ ſæpe circa impediendã pallij dationẽ cõmittitur,volentes ſalubriter obuiare;Hac in ꝑpetuum valitura cõſtitutione ſancimus,vt deinceps per obiectũ cuiuſuis criminis ſeu defect᷒ traditio

Malitiis hominũ eſt obuiandum.

Quia cunctos.] a ¶ Campanam.] Nota campanæ vſum ad multa valere, vt patet in his verſibus, in quibus de ſe ipſa loqui campana inducitur:

*Laudo Deũ verũ, plebẽ voco, cõgrego clerũ:*
*Defunctos ploro, peſtẽ fugo, feſta decoro.*

Fidẽ promptam facere quid ſit.

Hæc extrauagans habetur inter xx. Io. xxij. ſub ti. de cõceſ. prẹb. cũ glo. domini Zenzelini. hæc vero gloſſa eſt Gulielmi de mõte Lauduno.

Sedes Apoſtolica.] Hæc põt intitulari ſub tit. de reſcript. vel offic. deleg. vel ſub tit. de cõceſ. pb. & eccl. non vac. vel de parochiis. Et diuiditur in quatuor partes. In prima præfatio præmittitur. In ſecunda factum inſeritur. In tertia conſtitutio editur. In quarta ad ipſum additur. Secunda, *Sane.* Tertia, *Nos amouere.* Quarta, *Idem, &c.* Huiuſmodi conſtitutionis duplex eſt ratio. Prima, vt alteri per alterũ iniqua conditio non afferatur, ne quis cum alterius locupletetur iactura, vt res tranſeat cum onere ſuo. & ſic hæc ſumpta eſt ex ratione illorum iurium, ſupra de pœnis, ſuam. de reſcrip. eam te. & cap. ſi eo tẽpore. lib. 6. de præben. dilectus.

Veritate fortiꝰ eſt nihil.

b ¶ *Sedes.*] ſimile ſupra de reſcript. ſedes.

c ¶ *Veritatẽ.*] hæc fortior res de mundo eſt, ſecundum Eſdram, quæ valet & inualeſcit in æternum, & viuit & obtinet in ſæcula ſæculorum. 8. diſt. conſuetudo. & merito, cum veritas ſit Deus. ead. diſt. ſi conſuetudinem. hanc cauſam neſciunt aliqui prælati noſtri tẽporis, qui volẽtes plus placere hominibus, quàm Deo, infinita ſine complemẽto ꝓmittunt: vnde hanc ignorant: & ideo interrogant cũ Pilato: Quid eſt veritas? Ioa. 18. in fi.

Lucem odit qui male agit.

d ¶ *Lucẽ amans.*] Bene agentes hanc diligunt: ſed contrariũ eius perverſi. ſ. de offic. deleg. cõſuluit. de hæret. cum ex iniuncto. C. de. epiſ. & cle. conuenticulam. de pœnit. diſt. 1. item vt Chriſtus.

e ¶ *Nodoſæ.*] ideſt, intricatæ. ſupra de verb. ſig. cum olim.

f ¶ *Ambiguitatis.*] de triplici ambiguitate, ſcilicet iuris, & facti, & perſonæ, dic vt 33. diſt. habuiſſe. in glo.

ditio pallij facienda his, qui ad metropolitanarum eccleſiarũ, ſeu aliarum regimen aſſumuntur, non impediatur in aliquo nec retardetur, niſi obiicientes firment corporali præſtito iuramẽto ſe id malitioſe nõ agere, ſed obiecta vera eſſe ſe credere, ac de obiectis offerant facere promptã fidem: & nihilominus ad pœnam talionis ſeu extraordinariam ſe obligẽt arbitrio præſidentis. Promptam vero fidem intelligimus in hoc caſu, ſi intra bimeſtris temporis ſpatium numerandum à die collationis in antea, probauerint legitime quod opponunt. Quod ſi non fecerint, eorũ obiectibus nequaquam obſtantibus ad ipſius traditionem pallij procedatur. Per traditionem autem huiuſmodi, viæ accuſationis, denuntiationis, vel inquiſitionis, nullum volumus præiudicium generari.

## De officio cuſtodis.

¶ Ioannes. xxij.

¶ *In religioſorum Mendicantium conuentibus plures campanæ eſſe non poſſunt ſine ſpeciali Papæ licentia: plures autem campanulas in refectoriis, capitulis & alibi, licite poſſunt ipſi religioſi Mendicantes habere. hoc dicit. Et eſt Extrauagans notabilis: & quia pulſare cãpanas eſt cuſtodis officium, vt patet eod. titu. cap. 1. in antiq. ideo hic non ab re collocata eſt.*

CAP. VNICVM.

Quia cunctos orthodoxæ fidei profeſſores, & viros præſertim eccleſiaſticos ſic hortamur ad inuicem, & quo ad alios etiam cõuerſari, quòd ex ipſorum geſtis nullius offendatur iuſtitia, nec cuiquam ſcandali materia præparetur: aduertentes quòd eo quòd nõ nulli Mendicantium ordinum profeſſores in nonnullis ſuis conuentibus plures campanas obtinent, & in poſterum ſatagunt obtinere: cathedrales ac eccleſiæ aliæ ſuæ quæruntur propterea iuſtitiæ detrahi, & exinde ciuitatibus locorum interdum afferri diuinis officiis impedimentum, videturque inter ipſos litigiis & ſcandalis via aperiri: Nos præmiſſis obuiare cupientes periculis, pacemque deſiderantes inter ipſos (ſine qua bene pacis auctor non colitur) obſeruari: de fratrum noſtrorum conſilio hoc edicto perpetuo ordinamus, quòd religioſi dictorum ordinum Mendicantium in nullo conuentu ſuo ſeu loco plures campanas habeant ſine ſedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali, ſed vna tantummodo pro loco quolibet ſint cõtenti. ¶ Quod ſi forſam communitas ſeu vniuerſitas aliqua eccleſiaſtica vel mundana, ſeu iidem religioſi pro illis in aliquo ipſorum locorum campanam [a] aliam habuerint vel nunc habent: non illam, ſed aliam ſolam eorum ſpecialiter vſibus deputatã pulſare valeant horis diurnis & nocturnis, Miſſis & aliis cõſuetis. ¶ Cæterum religioſis eiſdẽ permittimus, quòd vbi hactenus plures campanas ſine lite & cõtradictione qualibet in vſus dũtaxat ꝓprios habuerint & nũc habent, illis etiam deinceps libere vti poſſint. Aliis quibuſcunq; per eos habitis intra triũ menſium ſpatium de ſuis locis ſeu campanilibus deponendis, & nullatenus iterum reponendis. Verum campanulas, quæ in refectoriis, ſacriſtiis, capitulis, & aliis forſan officinis religioſorum ipſorum conſueuerunt habere, ſub iſta noſtra ordinatione nolumus cõprehendi. Nulli ergo, &c. Datum ſecundo Nouembris, Pontificatus noſtri anno octauo

## De officio delegati.

¶ Ioannes xxij. epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

¶ *Litteræ Apoſtolicæ impetratæ ad gratias ſeu ad lites in aliquibus ciuitatibus ſeu diœceſibus dum erant integræ, non obſtante diuiſione facta de ipſis in duas ſeu plures ciuitates ſeu diœceſes, quæ diuiſio facta propter diuini cultus augmentum, & populi incrementum, & etiam executores ſeu iudices earundem, habeant ſub eiſdem modo & forma illum vigorem in ſic diuiſis, quem habebant in illis dum integræ remanebant.*

CAP. VNICVM.

Sedes [b] Apoſtolica in ſuis actibus veritatem [c] proſequens, lucẽ [d] amans libenter euitat nodoſæ [e] ambiguitatis [f] inuolucrum [g]: illamque [h] ſibi ſemper in ſuis ordinationibus reſeruare cautelam intendit [i], vt de illis [k] ita proueniant commoda, quod aliis non immineat detrimentum [l]. ¶ Sane [a]

g ¶ *Inuolucrum.*] ideſt inuolutionem.

h ¶ *Illãque.*] verſiculꝰ.

Pacis auctor ſine pace nõ bene colitur.

i ¶ *Intendit.*] bene dicit, intendit, quia extra intentionem ſuam frequenter facit Papa, vt ſupra, vt eccle. benefi. vt noſtrum. tamen non tenet quod contra intentionem eius fit, dumtamen de hoc conſtet, vt ſupra de reſcript. ſuper litteris. in fi. & cum dilecta.

k ¶ *De illis.*] ſcilicet ordinationibus.

l ¶ *Detrimẽtum.*] non debet enim aliquis cum alterius iactura ditari. ſ. de pœnis, ſuam. nec ridere de fletibus aliorum. ſ. de priui. petiſtis. hoc eſt pro perſonis & eccleſiis, quarum bona occupata ſunt in toto, vel in parte pro iſtis nouis eccleſiis, ſeu in collegiis de nouo per iſtũ Papam creatis, vt fiat eis aliqua recompenſatio, ne ab ipſis ſic miſeris ex toto, exceptũ ſit præmium gaudiorũ cõtra legem. C. lib. 12. in fi. ipſius libri, quæ recõpenſatio debet fieri vt fit ſ. de ma. & obe. cum inferior. Quid ergo facient archidiaconi eccleſiæ Tholoſanæ, qui omnes ꝓcurationes & fere omnia iura archidiaconatuum ſuorũ habent hodie in aliis ciuitatibus & diœceſibus ab ea diuiſis: nunquid ipſi vel potius archidiaconi, qui de nouo creati ſunt in illis nouis ciuitatibus iura archidiaconalia in illis diœceſibus exercebunt. Item quid faciet abbas Cluniaceñ. de prioratu ſancti Flori, qui epiſcopatus factꝰ eſt nulla emẽda facta monachis, vel de ſimilibus? Item quid facient plures clerici, qui aſſerunt ſe ex hoc ſuis beneficiis aliàs adeptis canonice priuatos. Item quid erit de

epiſcopo Pictauenſi & Albinenſi, ſeu ſimilibus, qui multa de mẽſa tam de emolumento ſigillorum, quàm de aliis amiſerunt: nunquid iſtis & ſimilibus ad detrimentum poterit reputari? Non videtur, cum totius eccleſiæ vniuerſalis, quæ eſt vnica, & bonorum eiuſdem plenaria diſpoſitio Papæ eſſe noſcatur, vt ſupra de præb. licet. lib. 6. de exceſ. prælа. ſi quis. concil. Vienneñ. §. verũ. & ideo ipſe nedũ potuit, immo debuit nedum imminente multiplicatione populi, de quo infra ꝓxi. augmentare operarios, & ſedes ipſis congruas collocare, ac de ſtipendiis ſufficientibus miniſtrare. arg. 31. diſt. in nouo. ſ̃. de offi. ordi. quoniam. etiam cum detrimento aliorũ, vt ſic minor vtilitas cedat maiori, & priuata communi. ſ̃. de poſtu. præl. bonæ. 1. 7. q. 1. fient. ſ̃. de ma. & obe. cũ inferior. Nunquid ergo archidiaconus eccleſiæ Tholoſanæ erit oculus epiſcopi Lombarieñ. & in ordinationibus clericorum, & in aliis in quibus tenetur archidiaconus aſſiſtere ſuo epiſcopo, vt ſupra de offi. archid. ad hæc. & de ſcrutinio. cap. 1. ipſe aderit ſibi, quia facti & de facto eſt ei. ſuperſedeo quo ad præſens.

ne [a] pridẽ ad diuini cultus augmentum [b], & ad ſalutem [c] populi, quem in nonnullis ciuitatib⁹ & diœceſibus ſic multiplicarat [d] altiſſimus, quòd in earũ ſingulis ſingulorũ [e] vultus nequibat, vt deceret, vnicus paſtor inſpicere, aut alias partes [f] boni paſtoris implere: ſalubriter intendentes in ipſis diœceſibus, quarũ nonnullas in duas, & aliquas in plures [g] diœceſes [h] duximus diuidendas, certas earũ ciuitates ac eccleſias ereximus [i] cathedrales, quarũ ſingulis proprias, diſtinctas & limitatas [k] iuſſimus aſſignari.

a ¶ *Sane.*] Secunda pars.

b ¶ *Augmentum.*] Hæc eſt cauſa prima. ad hæc enim tenẽtur principaliter nedũ eccleſiaſticæ perſonæ & bona ipſarum, immo etiã quilibet Chriſtianus, vt 21. diſt. §. 1. de conſti. ex parte. de celebra. Miſſ. graui. concilium Vienneñ. Et hæc cauſa excuſat coitum coniugalem à quolibet peccato etiam veniali: ſi intentione ſcilicet habendæ prolis, quæ diuino cultui applicetur in baptiſmo, fiat coniunctio, vt legitur, & not. 33. q. 5. vir cũ ꝓpria. licet Hug. ibi contra.

c ¶ *Et ad ſalutem.*] ecce ſecũdum. huic enim ſaluti per quam neceſſarium eſt pabulum Dei, vt ſ̃. de offi. ordi. inter cætera. & ipſo multiplicato debuerunt prædicatores & miniſtri plures poni, vt 21. diſtin. in nouo. in fi.

d ¶ *Multiplicarat.*] iſta multiplicatio eſt ſufficiens cauſa erigẽdi nouos epiſcopatus, dum tamen ſolemnibus & frequentioribus locis fiant, ne vileſcat epiſcopalis dignitas, vt 16. q. 1. præcipimus. ſ̃. de priuileg. cap. 1. 80. diſt. epiſcopi.

e ¶ *Singulorum vultus.*] debet enim bon⁹ paſtor cognoſcere vultum cuiuſlibet corporis ſui, vt legitur Eccl. 32. c. vnde hoc ſumptũ fuit. Hæc enim eſt vna ratio, quã allegant curati contra Prædicatores & Minores, ꝙ etiam ſemel ad minus in anno quilibet parochianus habeat ſuo rectori proprio cõfiteri omnia peccata ſua, licet etiam ſit eis confeſſus. Secunda eſt neceſſitas illius canonis, omnis. ſ̃. de pœnit. & remiſ. quæ non eſt ſublata propter voluntariam conſtitutionem, ſuper cathedram. vbi plene de hoc dixi. Sed ad hoc poteſt reſponderi, ꝙ licet Papa ordinauerit in dicto concilio, omnis, ſemel in anno cõfitendũ eſſe proprio ſacerdoti non tamen alligauit poteſtatem ſuorum ſucceſſorum, quin poſſint ſurrogare vel adiungere ſocios, & dare coadiutores ipſis ſacerdotibus in illo caſu, qui ſimili poteſtate vterentur in huiuſmodi cum illis. quod & fecerunt, ſcilicet fratres in alio concilio, ſcilicet Vienneñ. & ſic cum ambo concilia ſint eiuſdem auctoritatis, merito per poſterius primo derogatum eſt, licet de ipſo non faciat mentionem: & ſic neceſſitas, quæ inerat confitendi vni, ſcilicet proprio ſacerdoti: & vt in c. omnis. dilatata eſt & ampliata ad plures, vt in c. ſuper. hoc dico per iura ſ̃. de conſti. licet. lib. 6. de offic. delega. ſuper quæſtionum. in prin. 50. diſt. domino ſancto. ſ̃. de elect. innotuit. de præb. dudum. lib. 6. Et ſic cum habeant plures odio ſuper hoc quo ad confeſſionem ſuos curatos: merito illis plus expedit oſtendere fratribus quàm ſacerdotibus vultum ſuum, qui licet eadem poteſtate fungãtur cum aliis, tamen ſcientia & diſcretione aliis præferuntur, ſicut ſunt fratres, in quibus vt plurimum plus quàm in rectoribus ſcientiæ clauis viget: & ſic plus proficient quàm alij in vultus inſpectione. arg. 20. diſt. per totum. ſ̃. de æta. & quali. cum ſit ars. de renun. niſi. §. pro defectu. Sed nunquid illi qui cõfeſſi ſunt proprio epiſcopo vel archypresbytero, vel illi de quo per pœnitẽtiarios Papæ dictum eſt in literis ſuis, ꝙ poſſit ad trienniũ ſibi eligere cõfeſſorem idoneũ, neceſſario teneantur ſemel in anno confiteri proprio ſacerdoti? Videtur ꝙ ſic per ſupradictam rationem per rectores contra fratres ſuperius allegatã. Contrarium tamen fit quotidie, ideſt nõ curant confiteri ſuis ſacerdotibus, ex quo alteri de iſtis ſunt ſemel confeſſi.

Curati vt plurimũ non ſunt ita litterati vt religioſi.

f ¶ *Alias partes.*] id eſt alia diuerſa onera, quæ incumbunt bono paſtori circa ſui gregis vigilias exercendas. ſ̃. de offi. ord. inter cætera. de cenſi. cũ Apoſtolus. & ſequentibus c. 16. q. 1. Prædicatorum.

g ¶ *Plures.*] & ſic plus continet vltra duo: nec duorũ numero eſt contentum. ſimile ff. de opt. leg. l. 1. quod eſt contra iura. ſ̃. de reg. iur. pluralis. & de præben. is cui. in fi. lib. 6. quandoque tamen ad vnum reſtringitur, vt ſ̃. de priui. vt priuilegia. in fi. Dic hoc debere intelligi ſecundũ præcedentia & ſubſequentia, iuxta materiam in qua ponuntur, cum ſecundum illam exquirantur ſermones. 45. diſtin. diſciplina. ſ̃. de cle. excom. min. latores. vnde frequenter talia ampliantur & reſtringuntur propter fraudes & odia, & propter abſurditates, quæ inde ſequerentur, vt in dicta l. & c. vt priuilegia. de hoc etiam dicitur in extrauag. Execrabilis.

Verum [l] quoniam plures ante ordinationem ſeu diuiſionem noſtram huiuſmodi, tam à nobis, quàm à prædeceſſorib⁹ noſtris Romanis Pontificibus Apoſtolicas obtinuerunt litteras ſuper beneficiis eccleſiaſticis in ipſis tunc [m] integris diœceſibus vacaturis, quarum nõnullæ reſtant adhuc executioni mãdandæ [n]: Nos amouere [o] volentes cuiuſuis dubitationis ſcrupulum [p], qui circa executionẽ gratiarum ſuper huiuſmodi beneficiis conceſſarum poſſet [q] forſan incidere, conſiderantes attẽtius, quòd per ordinationẽ [r]

h ¶ *Diœceſes.*] id eſt territorium. 2. q. 5. §. ad hoc. debet enim quælibet diœceſis habere ſuos limites certos & proprios: & tales ex quo indubitata fide certi ſunt conſtituti, præſcribi non poſſunt: nec ea quæ ipſis adhærent, ne confundantur ipſi limites, vt ſ̃. de paroch. ſuper eo. 16. q. 4. quicunque. cum multis ibi poſitis.

Diœceſiſ nes non præſcribuntur.

i ¶ *Ereximus.*] ſic not. ꝙ Papa de vna diœceſi poteſt facere diuiſas & diuerſas: ſic Imperator diuidit prouincias. ff. de offi. aſſeſ. ſi eadem. tamen propter diuiſionem Imperatoris non erunt plures metropoles apud eccleſiam, cum non debeat cõmutari ad mobilitatem neceſſitatum mundanarum. 10. diſt. lege. Sed quid erit ſi interſit Imperatoris vel alterius principis ſeu perſonæ ſecularis (puta quia ſunt patroni ſeu defenſores) nõ mutari ſtatum taliũ eccleſiarum, ſeu ciuitatum vel diœceſum: nunquid poterunt ſe opponere cũ effectu? Et videtur ꝙ ſic, quia nihil cum ſcandalo vel damno alicuius eſt faciendum ſeu attentandũ. ſ̃. de præſcript. nihil. & ſ̃. eod. cap. in princ. vnde dictum eſt: Niſi ipſe ex hoc ius patronatus, & alia commoda ſine culpa amittat, cum iura imperialia etiã in bonis eccleſiaſticorum ſemper remanſerunt ſalua. 11. q. 1. ſi tributum. cum ſeq. In contrarium videtur ꝙ propter maius bonum quis iure ſuo priuatur: & etiam ſine culpa punitur. 22. diſtin. de Conſtantinopolitana. ſ̃. de elect. ſacroſancta. de poſtula. præla. bonæ. 1. in ipſa etenim fundatione hoc euenire poſſe proſpicere debuerunt, & ſibi cauere. arg. ff. loca. ſi quis domum. §. 1. 23. diſt. in nomine Domini. quod credo verius: ita tamen ꝙ fiat cum omni minori præiudicio eorum quo poterit.

k ¶ *Limitatas.*] diœceſes, ideſt limitata territoria: nam limes dicitur finis. vnde verſus: *Limes erat poſitus, &c.* ſ̃. de ver. ſig. forus.

l ¶ *Verum.*] verſiculus.

m ¶ *Tunc.*] id eſt tempore datæ earum, & ſic tẽpus datæ reſpicitur in talibus, vt ſupra de reſcrip. eam te. & c. ſi eo tempore. lib. 6.

n ¶ *Mandandæ.*] quaſi dicat de iis litteris, quæ iam mãdatæ ſunt executioni qualitercunque, ex quo ius acquiſitum eſt in re, nõ intromittimus nos, cum præſens conſtitutio futura dumtaxat reſpiciat, vt ſupra de conſtit. quoniam. Vel dic ꝙ immo reſpicit præterita, vt patet infra ſuper verbo, declaramus.

o ¶ *Nos amouere.*] Tertia pars.

p ¶ *Scrupulum.*] ideſt moleſtiã, ſollicitudinẽ, vel anexietatẽ animi. Et dicitur à ſcrupo, qui eſt lapis modicus, qui ſicut frequenter lædit pedem, ſic ſcrupulus animũ neſcientẽ ſoluere difficiles quæſtiões, ſcd̃m Hug. Et ſic not. ꝙ ignorãtia, ex qua quis reddit̃ dubi⁹, affligit hominẽ & moleſtat. arg. 20. diſt. ſi decreta. 16. q. 1. §. 1.

Ignorãtia affligit.

q ¶ *Poſſet.*] & ſic expedit in talibus ante tempus occurrere & ꝓuidere ea quæ euenire poſſunt. C. in quib. cau. l. vlt. in fi. ff. loca. ſi quis domum. §. 1. & hæc eſt prouiſio ſibi aduerſus futurum periculum præcauere, vt ſupra de procur. c. 1. in fi.

r ¶ *Ordinationem.*] hoc verbum, ordinare, & iſte actus qui ordinatio dicitur, eſt multum generalis, comprehendens quemuis modum, quo quis habet de re propria diſponere iure ſuo. Et ideo ſi aliquis impetrauit beneficium ſpectans ad ordinationẽ alicuius, poterit petere beneficium ſpectans ad collationem, præſentationem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem talis, vt probatur ſupra de offic. deleg. ſuper eo. & de iure patro. eã te. in fi. facit ſupra de offic. ord. ordinarij. Sed nunquid fieret præiudicium epiſcopo, qui habet inſtitutionem, ſi tali prouideretur de beneficio ſpectante ad ſolam præſentationem illius contra quem impetratum eſt: Et videtur

ſeu diuiſionem noſtram prædictã ius ad rem [a] expectantibus dicta beneficia ante [b] competens ex ratione immutari [c] nõ debet, quin adeo efficax in diuiſis diœceſibus maneat ſicut in ipſis quondam integris [d]: auctoritate præſentium declaramus, quòd omnes & ſingulæ gratiæ ſuper beneficiis vacaturis ante diuiſionem huiuſmodi in ipſis quondam integris diœceſibus à nobis vel prædictis prędeceſſorib⁹ noſtris perſonis quibuſcunque conceſſæ, tam in ipſis nunc diuiſis, quàm in aliis diœceſibus decisis ab illis, eiſdem modo & forma poſſint ſuo ordine [e] per executores [f] demandatos

videtur quòd ſic, nam cum magis habeat in cõceſsione ẽps, quàm in præſentatione patronus, vt ſ̃. de offic. leg. dilectus. nõ videtur ꝙ Papa velit præiudicare ẽpo, niſi expreſſe hoc innuat: quod faceret ſi diceret, ad præſentationem talis: quia tũc ſatis exprimeret Papa ꝙ penes alium erat inſtitutio, cui quantum ad hoc derogare intendebat: ſed per hoc verbum, ordinationẽ, nec videtur velle derogare, niſi illi dumtaxat contra quem ſcribit: & hæc eſt ratio illius textus ſ̃. de præben. cum in illis. §. cũ autem. lib. 6. Dic contrariũ, cum in nullo quantum ad hoc præiudicetur inſtituenti, qui ad motum ſuum nunquam diſponit de tali beneficio; & ſi in aliquo prȩiudicetur, in modico tñ. arg. ſ̃. de reſcr. auditor. ſed patrono dũtaxat. patronus vero motu ſuo mouetur ad prȩſentandũ quẽ voluerit, aliàs idoneum: vnde ſoli illi quorũ principaliter intereſt, audirentur contradicentes talibus impetrantibus, & non alij. arg. ſ̃. de elect. cum inter R. de teſti. veniens. de excep. cum eccleſiaſticæ. de præb. pro illorum. cum ſimilibus. Non obſtat dict. c. dilectus. quia non dicit de inſtitutione, quȩ ſemiplenum ius denotat: ſed de conceſſione, quæ plenũ ius dicit: vnde non eſt dubiũ quin plenior ſit poteſtas concedendi inſolidum beneficia vacantia, quàm ſolũ in eis præſentandi. Vel ſi vellemus ibi conceſſionem recipere pro inſtitutione, diceremus, plus habet, id eſt plus iuris confert ẽps in inſtitutione illi qui recipit beneficium, quia ius adminiſtrandi, quàm patronus in præſentatione, ex qua parum acquiritur præſentato, maxime ſi præſentans ſit laicus, cui variare licet, vt ſ̃. de iure patro. paſtoralis. ſed ex hoc non ſequitur quin libentius quem vult præſentet patronus, quàm inſtituat epiſcopus.

a ¶ *Ius ad rem.*] & ſic non in re, & ſic eſt in debitum iri, quare talis non beneficiatus poteſt dici, vt ſ̃. de conceſ. præb. c. quoniam ex conſtitutione. libro 6. Simile eſt de filio, qui eſt viuente patre dominus rei paternæ ſpe & non re, & vxor in bonis dotalibus conſtante matrimonio. Ex quo ſequitur quòd tali eſt ius ad rem, quod aliqui vocant decrȩtum: quia ſub decreto Papæ appoſitum, vt cõmuniter ſit in gratia ibi, decernentes, &c. conſeruatur, vt ſ̃. de conceſ. prȩben. quia cunctis. lib. 6. nec poteſt. commutari cum alio. nec priora beneficia ſibi incompatibilia facit vacare, nec ſuper ipſo quaſi pro certo titulo poterit ordines recipere. ſ̃. de reſcrip. in noſtra. & extrauag. domini Ioannis, Execrabilis. §. per hoc. Quid ſi canonicus per Papã effectus fuerit in aliqua cathedrali eccleſia ſub expectatione præbendæ: nunquid poterit in delegatum iudicem impetrari, & eandem exercere iuriſdictionem? Videtur ꝙ non, cũ non habeat ius in re, ſed ad rem, vt ſ̃. de conceſ. præben. quoniam ex conſtitutione. lib. 6. Contrarium credo, cum omnia quæ ad iura canonicatus pertinent, ſibi debeantur: licet nondum ſit ibi prȩbendatus, niſi conſuetudo refragetur per iura ſ̃. de elect. in Geneſi. de renun. c. 2. Nec decret. ſtatutum. ſ̃. de reſcrip. dicit præbendatum, ſed canonicum tantum. Quid ſi ego ſic expectans cum vacaret in altera diœceſi quædam Eccleſia, feci mihi prouideri de ea: deinde mota lite ſuper ipſa contra me, in limine poſſeſſionis adipiſcendȩ acceptem ſecundam in alia diœceſi ſuper qua modo eodem lite mota, faciam mihi in tertia diœceſi de tertia prouideri, & ſic facio de pluribus; nunquid poſſum? Vidi de quodam, qui decem præbendas in Eccleſia beatæ Mariæ Pictauis fecit ſibi iſto modo prouideri: vbi eſt ſtatutum, quòd fructus præbendæ litigioſæ nũquam aſsignantur alicui, ſed per capitulum obtinenti ſententialem victoriam reſeruantur: quod ſtatutum ſatis innititur æquitati illius c. ſ̃. de ſequeſtra. ad compeſcendas. in fi. concil. Vieñ. nunquid ergo talis multiplicatio & narratio poteſt tolerari de iure? Videtur ꝙ non, per ea quæ not. Inno. ſ̃. de reſcrip. in noſtra. vbi dicit, quòd ſi pendente quæſtione ſuper eccleſia curata, cuius poſſeſſionem non habet, accipiat poſſeſſionem ſecundæ, ſimilem curã habentis, hoc ipſo videtur renuntiare liti motæ ſuper eccleſia prima, & eſt ratio, quia aut recipiendo ſecundam intendebat renuntiare, & tunc habetur propoſitũ: aut non intendebat renuntiare, ſed intendebat ſi obtineret in cauſa primæ dimittere ſecundam, & accipere primã: & ſic videtur ipſam ſecundã recipere ad tempus ſub cõditione: qđ totum reprobatur in beneficiis Eccleſiaſticis, quæ debent eſſe perpetua. nec cadit in ipſis cõditio: quia in ea vacatione. &c. 70. diſt. c. 2. ſ̃. de elect. in electionibus. lib. 6. 1. q. 2. quàm pio. quæ procedunt vt credo vbi ſecundam cũ proteſtatione recipit, vel aliàs cõſtat de intentione eius, per quã nõ intẽdit renuntiare primæ, vel liti eius. ſimpliciter admittendo poſſeſſionẽ ſecundæ non litigioſæ, primæ eo ipſo renuntiat, vt ſ̃. de præbẽ. de multa. in caſu vero noſtro, quẽ poſui ſ̃. credo contrariũ: ſcilicet ꝙ ſemper poſſim mihi facere ꝓuideri de omnibus quotquot vacabunt cũ proteſtatione ſi non habeam ius in iam receptis, & in illis quæ nunc recipio ius mihi cõpetat, & non aliàs: quia tales conditiones quæ de iure inſunt, non faciunt rem conditionalem, quamuis exprimantur, vt ſ̃. de elect. ſignificaſti. cum ibi not. 17. q. 2. Eleutherius. recipiendo tamẽ corporalem & pacificã poſſeſſionem vnius, omnibus aliis & litibus ſuper eis motis renuntio, & ſic intelligit Innoc. ſ̃. ſed ante pacificã poſſeſſionem ſecus, vt ſ̃. de elect. commiſſa. lib. 6. & in hoc ſatis concordant ea quæ not. Hoſt. in dicto c. in noſtra. Sed quid ſi impetrans, qui fecit ſibi de Eccleſia certa ꝓuideri, inuenerit quæſtionem ſuper illa Eccleſia inter duos mota: vel inter ordinarium & alium impetrantem, & ſic litigioſam, quòd tamen ignorabat tempore ſuæ prouiſionis; nunquid hoc declarato per ſuum executorẽ poterit illa dimiſſa de alia ſibi facere prouideri; hoc ſolo, quia liti gioſe cœpit, per c. ſupra vt lit. pen. ſi hi contra. lib. 6. Item nunquid valebit declaratio primi executoris non vocatis ordinariis aliarũ Eccleſiarum, vel cæteris impetrantibus, quos hic tangere videtur? Hoc vidi de facto, Et videtur ꝙ executor poſſit errorẽ ſuũ corrigere vbi errauit in facto, ſecundum Inno. & Hoſt. & etiam vbi in iure ſm Hoſt. prout not. per eos. ſ̃. de renun. c. 1, de offi. deleg. in literis. de reſcr. cum in multis. in fi. lib. 6. Et quod propter litem non poſſit dimitti, videtur, quia non agebatur de dominio eccleſiæ; cum non ſit apud aliquem. inſt. de re. diu. §. ſacræ. quod requiritur ſ. quod litigetur de dominio, ad hoc ꝙ res litigioſa dicaẽ. C. de liti. auth. litigioſa. Dic cõtra ꝑ c. ſi hi cõtra. Nec obſtat dictus §. ſacræ. q̃a intelligiẽ nullius, ſcilicet ꝑſonæ ſecularis; ſed eccleſiaſticæ bene. ſic not. Innoc. ſ̃. de eo qui mit. in poſſ. c. 1. videtur ꝙ ſi in illa de qua eſt ſibi prouiſum, impetrans habebat ius, licet non poſſit habere poſſeſſionem facti, vlterius nõ poterit ſibi de alia prouideri, aliàs ſequereẽ, ꝙ ex vna gratia poſſet duo vel plura beneficia conſequi. de quo per Inno. ſ̃. de offic. deleg. in litteris. Sed quid ſi litigium erat tantum ſuper poſſeſſione? Idem crederem per cap. ſi hi cõtra. quod indiſtincte loquitur: maxime cum de matrimonio carnali vel ſpirituali non poſſit ita ſimpliciter agi poſſeſſorio, quin aliq̃d de proprietate habeat immiſceri, vt legitur & not. ſ̃. de reſt. ſpol. ex tranſmiſſa. De declaratione executoris dicetur infra.

b ¶ *Ante.*] i. à tẽpore datæ, vt de reſc. eã te. & c. ſi eo tẽpore. lib. 6.

c ¶ *Immutari.*] & ſic non debent damnis cõmendari præterita. ſ̃. de conſt. cognoſcẽtes. Vnde eſt hic arg. ꝙ per conſtitutionẽ principis quantumcumque publice vel ſolemniter editam, etiam licet omnes de mundo non obſtantias contineat: non tolluntur ſpecialia priuilegia, ſtatuta, vel conſuetudines: quæ non obſtantiæ tantũ tendunt ad tollendam ſurreptionem, nõ ad talia iura ſpecialia perimenda: quod eſt verum, niſi nominatim, ſpecialiter, & expreſſe talia per ipſam tollantur. ſ̃. de reſcr. cum ordinem. ſ̃. de do. & contu. ex litteris. de conſt. licet. de reſcr. ſi propter. de elect. quia ſæpe. lib. 6. De hoc dixi plene de ſepul. ſuper cathedram. in fine.

d ¶ *Integris.*] Not. ius dominorum non debere diminui propter diuiſiones, quas emphyteutæ inter ſe faciunt, vel vaſalli, de quo dicetur infra in fine.

e ¶ *Suo ordine.*] ideſt, quæ prius impetrauerit, prius obtineat. ſ̃. de reſcr. capitulum. & c. tibi qui gratiam. de conceſ. præb. auctoritate. lib. 6. quod eſt verum, niſi propter defectum vel crimen primi impetrantis, ſeu negligentiam, vel auctoritatis poſterioritatem, vel anticipationem temporis, ordo debitus ſubuertatur, vt ſ̃. de præben. ſi clericus. in fi. & c. 2. qui. de reſcrip. duobus. lib. 6.

f ¶ *Executores.*] executor eſt is, qui gratiam à principe factã vel iuſſam fieri, ad effectum deducit. Et dicitur de exequor, quaſi exceſsiue, id eſt, viriliter exequi. Tertio, ſi quæras quot ſint genera: duo, nam quidam dantur ad prouidendũ: quidã ad compellẽdum, vt legitur & not. ſ̃. de reſcrip. abbatẽ. & de cõceſ. præb. ſi capitulo. & c. ſi ſoli. lib. 6. & talis dicitur habere litteras auctoritatis, quandoque dicitur quis habere litteras facultatis, vt quando datur poteſtas ordinario, ꝙ aliquem poſſit recipere, vt ſ̃. de reſcript. cum aliquibus. & dicto c. ſi ſoli. Quarto, quẽ ordinem habeat iſte executor ſeruare. Dic ꝙ (dum tamen non excedat fines mandati, nec nimis feſtinet) ſine aliqua alia cauſæ cognitione, etiam ſummarie poteſt in executione prouiſionis vel compulſionis procedere, cũ ſit verus executor: & ideo quotidie tales executores ſuos proceſſus faciunt in abſentia partium: & eis non vocatis, vbicunque & quomodocunque eis placet, vt ſ̃. de re iud. de cætero. & c. quòd ad conſultationem. in fi. tamen ſi aliqua propònuntur, non ad recuſandum perſonam eius, cum hoc fieri non poſſit, vt ſ̃. de appel. nouit. ſed ad probandum reſcriptum ſurreptitium, vel falſum: bene poteſt admittere & cognoſcere, ſi voluerit, vt ſupra de offic.

Filius viuente patre eſt dominus.

Canonicus creatus per Papã in Eccleſia cathedrali, an poſſit in iudicẽ delegari.

Conditio, quæ de iure ineſt, non facit rem cõditionalem.

Eccleſię dominiũ apud perſonas eccleſiaſticas tantum eſt.

Conſtitutio principis cõtinẽs omnes non obſtantias de mundo, an tollat priuilegia, ſtatuta, vel conſuetudines.

Executores ſunt duplices.

deleg.paſtoralis.§.quia vero.vel ſuo ſuperiori intimare,vt in dicto cap.de cetero.poterit tamen procedere executor ad prouidẽdum, & prouidere ſi voluerit,non obſtante contradictione alicuius,appellatione ſeu propoſita exceptione: quia ex hoc ꝙ non admittit exceptionem probabilem,non poterit appellari: niſi aliàs conſtaret de veritate:licet aliud ſit in iudice. s̃. de appel. interpoſita. in princ.argu.s̃.de appel.nouit.Quod ſic probo, pari, vel maiori poteſtate confert Papa per ſe vel per alium beneficia vacãtia totius mundi,quàm ordinarius illa ſuæ dioeceſis,vt s̃.de præben.licet. & c.hi qui.lib.6.ſed ordinarius propter aliquam ɔ̃dictionem ſeu appellationem non omittet conferre beneficium ſi quod vacat: cum ſine cauſæ cognitione non debeat ſpoliari ſua quaſi poſſeſsione in qua eſt,conferendi ſua beneficia,vt s̃.de elect. cum inter canonicos.s̃.de ſup.neg.præla.c.fi.de in integ.reſti.c. 1. s̃. de iure pa.conſultationibus.multominus executor.arg.dicto c.hi qui.In extraiudicialibus autẽ appellatio ſeu partialis ɔ̃dictio non impediunt alicui poſſeſsionem,vel quaſi in qua eſt:nec attentata poſt ſe reuocare faciunt,donec prius de veritate conſtet,vt dicto c.cũ inter.& s̃. de appel.bonæ.per Inno.hoc fallit in caſu illius c.s̃.de accuſ.accedens.& in caſibus aliis,qui not.s̃.de re iudi.quod ad cõſultationẽ. in glo.& per Inno.& Hoſt.Si tñ conſtet ꝙ exceptio propoſita corã eo fuerit probata vera & legitima:reuocabitur quod per ipſum factum fuerit,ſi ex hoc fuerit appellatum,vt in c.cum inter. non tamen reuocabitur ex hoc tantum, quia non fuit admiſſa quantumcunq; eſſet de ſe probabilis,niſi probata fuerit prius vera:& ſic nõ vendicat ſibi locum in executore principium illius c. s̃. de appel. interpoſita.in princ.vt s̃.dixi.Sed nũquid iſte executor habebit expectare caſſationem collationis factæ per alium executorem, ſeu ordinariũ de illo beneficio,de quo ſuo impetranti prouidere intẽdit?Non credo dubiũ ꝙ non:dumtñ executor tempore primę collationis ius transferendi haberet:per ea quæ s̃. dixi. Et idẽ de electione,ſi duæ fiant vno contextu,vt s̃.de elect. congregato. ſi autẽ ex interuallo, diſtingue:quia aut prima eſt nulla vel annullanda: vnde ſi eſt nulla,& cauſa nullitatis eſt notoria: tunc poterit fieri ſecunda prima non caſſata.s̃.de elect.auditis. in aliis omnibus nõ. vt s̃.de elect.conſiderauimus.& dic vt ibi per Inno.& Hoſt.& per Compoſt.s̃.de reſcr.capitulum.Item ſi velit prouidere impetranti de beneficio quod vacat de iure,non tamen de facto quod poteſt: tunc debet præmittere cognitionem ſaltem ſummariam;& vocare poſsidentẽ:& ſi inueniat ipſum non habere ius, non feret ſententiam:ſed coget detentorem de facto dimittere,ſicut de facto tenebat,& reſignare poſſeſsionem facti,& poſt exequatur mandatum: aliàs ſi iſtũ ordinẽ in hoc omitteret, caſſaretur eius proceſſus:de quo per Innoc.s̃.de conceſ.præb.propoſuit.ſuper verbo,executorem.facit s̃.de præb.licet eps. lib.6. Ex quibus ſoluta videtur quæſtio facta s̃.eo.ſuper verbo,ius ad rẽ.ſ.ꝙ executor talis in corrigẽdo errorẽ ſuum,& ſic prouidendo de ſecũdo declarato primo, ꝙ prouiſio facta per eũ prius non tenuit:vel etiã declarato prius tale beneficiũ poſſe cadere ſub gratia,in qua datus eſt executor, nõ habebit neceſſario partes vocare:nec aliàs iuris ordinẽ obſeruare:debuit tñ audire partes,ſi aliqua rationabilia propoſuerunt cõtra ipſum,vt ſuperius dictum eſt.Quinto quæro quæ perſonæ poterunt deputari executores:planũ eſt ꝙ illæ, quæ poſſunt conſtitui delegati,de quibus s̃.de reſcrip.ſtatutũ. lib.6. & etiã rectores ſimplicium beneficiorũ:& clerici in minoribus beneficiis conſtituti: ſicut fit quotidie in talibus executoribus gratiarũ & ſententiarum in quibus non vendicat ſibi locũ dicta decret.ſtatutũ. vt ibi notatur.Non eñ credo ꝙ laicus vel bigami,ſeu aliàs carẽtes priuilegio clericali poſsint eſſe executores,vt ſupra de iudi. decernimus. de arbi.cõtingit.96.diſt.bene quidem.89.diſt.indicatum. licet ſit arg. contra. s̃. de procu.non indiſcrete.lib.6. nec religioſi ſine licentia ſuorum prælatorum,vt s̃.de teſta.religioſus.lib.6.& de procu.religioſus.concil.Vienneñ.de re iud.cum I.& A.i.à iure, & c.niſi cum diſtinctione illius c.de reſcrip.& ſi principalis, Contrarium videtur per illud cap.nam ex quo vicecancellarius ipſum talem inſtituit,perſonam eius quantum ad hoc emancipare videtur à poteſtate ſui prælati.& ſic intelligitur illud c.ſupra de priuileg.cũ olim.2. ſcilicet ꝙ non requiritur certa ſcientia Papæ ſecundum ꝙ aliqui intelligebant illud.c.cum olim.Nam non poteſt negari quin Prior conuentualis,licet religioſus poſsit ſine certa ſcientia Papæ iudex conſtitui delegatus:& tamen non eſt dubium quin ſit ſub poteſtate ſui abbatis & imperio:ſicut ſunt cæteri ſimplices religioſi,vt ſupra de ſtatu reg.cum ad monaſterium.§.tales.& ſupra.de ſup.negligen.prælato.quia regulares.§.penult.Non obſtant dicta cap. religioſus.& religioſus.quia aliud poteſt princeps,vel ille qui ſpecialiter ſuper hoc gerit vices eius, fauore rei priuatæ maxime quod non poſſet priuatus.arg.17.q.3.§.quod autem.Teneas quod volueris.Sed pone quòd requiratur licentia proprij prælati,ſicut in illo cap.religioſus.nunquid oportet quòd præcedat ipſa licentia conſtitutionem procuratorij vel executoris: vel habebit in ipſo actu interuenire,ſeu ſufficit quòd ſubſequatur?Et videtur quòd habeat præcedere,cum oporteat petere & obtinere:vt dicit illud cap.de teſta.religioſus.ff.de acqui.hæredi.ſi quis.§.iuſſum.vbi habeat iuſſus præcedere.Vel dic quòd videtur ꝙ habeat concurrere cũ conſtitutione.arg.inſtit.de auctor.tut.§.tutor.& ff.eo.l. obligari. ſuprà de reb.eccl.non alie.dudum.lib.6.vbi de hoc per Inno. 12. q.2.ſine exceptione.immo videtur quòd ſufficiat ſubſequi,vt s̃.de pac.quotiens.de iis quæ fi.à præla.cum nos iam pridem.vbi de hoc. Credo ad hoc quòd poſſet conſtitui per quemcunque, nec ſit neceſſe tunc licentiam eſſe petitam,nec obtentam: quia in hoc nihil agit ipſe religioſus: nec perſona eius eſt penitus inepta vel infecta ſeu inhabilis de iure naturali ad talia ſuſcipiẽda:immo bene eſt ſuſceptiua de iure naturali talium, ſicut electionum, & ſimilium.s̃.de elect.quàm ſit eccleſiis.lib.6.licet de iure poſitiuo ſit inepta, ſicut dicimus de milite.ff.de procu.filiusfa.§.veterani.vnde non conſtitutio,ſed ſuſceptio & exercitium procuratorij ſine licentia prohibetur: vt patet in dicto c. de procu. religioſus. nec deputare tales executores eſt prohibitum,etiam ſine licentia:ſed quòd ſic deputati poſsint ſuſcipere vel exequi officium eis deputatum ſine licentia, hoc bene prohibetur,vt in c. religioſus. de teſtamen. ſi autem ipſe ſine licentia ſubſtituerit aliquem ſuſcipiendo procuratorium, vel aliquid aliud fecerit:hoc non poterit per ſubſequentem licentiam ratificari, cum ab initio non tenuerit. ſupra de reg. iur. non firmatur.lib.6.Sic dicimus de ſeruo & monacho: qui licet poſsint inſtitui hæredes per quemcunque:non tamen pręſtare conſenſum, niſi prius iuſsi fuerint: vt in dicta l. obligari. Non obſtant iura in contrarium allegata:quia loquuntur de illis caſibus,qui requirunt deliberationem & tractatum auctorizantiũ in limine ipſius actus: ſicut eſt in alienationibus minorum vel rerum eccleſiaſticarum, & ſimilibus.Item & quia aliud eſt licentia, de qua hic loquimur: & aliud auctoritas de qua loquuntur dicta iura ſupra allegata.Sed cum tales executores gratiarum admittẽdo rationabiles exceptiones propoſitas contra reſcripta ſeu gratias:& cognoſcẽdo de ipſis quaſi iudices cauſæ eſſent:& iuriſdictionem contentioſam habere incipiant:quod poſſunt iuxta §.ſupra de offi.deleg.paſtoralis.§. præterea.vbi de hoc in gl.nunquid hoc poterunt. quamuis ſint rectores ſimplices clerici:& ſic alij ab ipſis, quos ordinat dicta decret.ſtatutum. lib.6. s̃. de reſcr.& nunquid etiam citare poterunt, & pro tribunali ſedere:vel aliis committere quantum ad hoc extra ciuitatem & dioeceſim,in quibus ſunt deputati contra decretalem prædictam?Quotidie hoc faciunt:ſed quo iure non video:niſi quia frequenter licet acceſſorie quod principaliter non liceret.ſicut video de eccleſia curata annexa præbendæ,quam etiam multiplicatam,licet alicui citra ſacerdotiũ & reſidentiam poſsidere acceſſorie,quod principaliter non liceret:vt ſupra de præb. de multa.per Inno.& c.expoſuiſti.& c.ſuper eo.lib.6.C.de iud. quotiens. & ſic fallit in hoc caſu dicta conſtitutio,ſtatutum. & etiam in illo caſu quando iudices cum conuenientia in audientia impetrantur:quia tunc non poteſt excipi de loco vel de cõditione perſonarum iudicum,vt ibi not.facit.s̃.de off.dele.cum olim 2. vnde proprie non eſt iuriſdictio quam exercent tales executores:ſed potius acceſſorie tamquam miſti exercent,vt in dicto §.præterea. cũ potius reſpiciatur in eis quod eſt principale,&vt tales iudicãtur.arg. s̃.de reg.iur.acceſſorium. lib.6. tamen licet ſint principales habito reſpectu ad executionem:acceſſorij ſunt habito reſpectu ad gratiam ſuper qua dati ſunt,vt s̃.de off.deleg.ſuper eo. lib.6. Alia ratio eſt:nam cum iſti ex ſpontanea cõtradictione illius contra quẽ dati ſunt,vel contra quem gratiam exequuntur, & ad eius inſtantiam,& de conſenſu ipſius proponentis corã eis ſuas exceptiones voluntariè hanc iuriſdictionem aſſumant:& quicunq; contra quẽ impetratum eſt reſcriptum, poſsit renuntiare quantum ad hoc dictæ conſtitutioni,ſtatutum.merito de conſenſu iſtius contradictoris poterit iſte quamuis ſimplex partes iudicis aſſumere,& vbicũque exercere eandem:per rationẽ s̃.immediate poſitam.Sed nunquid ille ordinarius,qui ſuccedit talibus executoribus,quorũ officium propter negligentiam impetrãtis periit, reputabitur per omnia vt ordinarius,vel potius vt delegatus,vel vt merus potius executor.de quo s̃.de prębend.ſi clericus.in fi?Videtur vt ordinarius, cum ſit adminiſtrator iuris cõis. & ille impetrator ipſam gratiam petat,vt de iure cõi ſibi debitã,vt dicit ibi textus:& ſic eſt excitatiua iuris cõis tantum.arg.s̃.de offi.ordi.licet. quare poterit ad archiepm appellari ab eo:vnde videtur ꝙ vt ſpecialis delegatus ſeu executor Papæ hoc faciat.& ſic ad Papam eſſet appellandũ, cum ex collatione Papæ canonicatũ obtineat:vigore cuius & non aliàs conſequitur præbendam,vt ſic vbi vnum propter alterum vtrobique tantum vnum.1.q.1.ſi quis.pro quo facit s̃. de offic. ordi.irrefragabili.§. cæterum. Si quæras an tales executores poſsint inuocare brachium ſeculare?Dic vt dixi plene s̃.de offic. deleg. iudices.concil.Vieñ.Si vis plenius ſcire de iſtis executoribus, quære per Innocen.& Hoſtien.s̃.de offic.deleg.in litteris.de re iudi. c.1. de conceſ.præben.propoſuit.& c.cum noſtris.& c.litteras. de deſpon.impub. ad diſſoluendum. de exceſ. prælat. inter dilectos. & per Compoſt.s̃.de reſcrip.capitulum.& c.mandatum.in glo, ordina.s̃.de offic.deleg.paſtoralis.

ADDITIO.Si mandatum eſt alicui quod faciet alicui prouideri, & ſcripſit in vna eccleſia de prouiſione alicuius, ꝙ antequam

ibi

Beneficij collatio non impeditur per appellationem.

Electio ſecũda an fieri poſſit prima non caſſata.

Executionis officium quibus perſonis poteſt committi.

Licentia ſuperioris quã requiritur ã præcedere debeat.

Religioſi perſona electionum & multorũ aliorum eſt ſuſceptiua.

Acceſſorie aliqua licẽt, quæ principaliter non licent.

& alios [a], ad quos id pertinebit, ad debitam executionem adduci: quibus ante diuiſiones ſæpefatas poterant & debebãt. ¶ Idem [b] etiam declaramus [c] quo ad litteras Apoſtolicas iuſtitiam [d] continentes, vt videlicet iudices [e] dati per illas in cauſis quarumlibet perſonarum, quæ nunc de eiſdem diœceſibus diuiſis exiſtunt, poſſint iuxta earum tenorem perinde procedere, ac ſi dictæ diœceſes de quibus mentio in eiſdem litteris habetur, integræ remãſiſſent [f]. ¶ Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis infringere, vel ei auſu temerario contra ire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorũ Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Auinioñ. iij. Kalen. Nouembris, pontificatus noſtri anno ſecundo.

## De officio iudicis ordinarij.

¶ Bonifacius octauus.

*¶ Epiſcopus monaſterium viſitans non tenetur accipere monachos illius monaſterij pro tabellionibus: etiam ſi hoc haberet conſuetudo: nec in actu viſitationis debet eſſe ſolus, ſed duos vel tres clericos cum notario, qui ſimiliter ſit clericus, ſecum aſſumat. hoc dicit.*

### CAP. I.

Ebent ſuperioribus ſuis reuerẽtiam ſubditi: & dum ſalubriter ab eis ꝓ culpis correctionem velut curantium medicamenta recipiunt, obedientiam exhibere tenẽtur. Rurſus oportet præpoſitos cum charitate † corrigere: decet eos inferre humiliter quod docent, & paterna ſubiectos dilectione fouere: Sic debitor delicatus ef fugitur: ſic onerosus creditor minime [g] reperitur. ¶ Sane dudum venerabili fratre noſtro A. epiſcopo Dulmeñ. ad viſitãdũ capitulum ſuæ eccleſiæ Dulmeñ. quę regularis ordinis ſancti Benedicti fore noſcitur, deſcendente [h]: Prior & capitulũ ipſius eccleſię excipiẽtes, quòd

ibi recipiatur, poteſt mãdare quòd in alia recipiatur. nec obſtat s. de reſcr. in noſtra. quia loquitur quando plures litteræ ſuper vnius prouiſione impetrãtur in fraudem. Si autem per primas litteras ſit receptus; tunc vlterius non habet prouiſor quid faciat: quia plene executus eſt mandatum Apoſtolicum: & ideo non tenet ſecunda prouiſio. arg. s. eod. venerabili fratri. de offic. & poteſta. iud. deleg. idẽ videtur ſi mandatũ eſt alicui, quòd prouideat alicui: nã ſi prouidit ita quòd prouiſio teneat de iure, licet de facto non habeat poſſeſſionẽ, vlterius tenet ſecunda prouiſio: quia ſi contrarium dicitur, ſeq̃tur abſurdũ, ſcilicet ꝙ per vnum mandatũ cõſequatur nõ ſolũ duas, ſed multas prouiſiones, & omnes valebũt: aliq̃ tñ contradicunt. Innoc.

a ¶ *Et alios, ad quos id pertinebit.*] puta ſubexecutores: ſed ipſi idẽ ſunt cũ executoribus, vt s. de offic. deleg. cum olim. Vel dic, alios, ſcilicet iudices delegatos, ſeu auditores, ad quos per appellationem vel ſimplicẽ querelã in Romana curia vel alibi negotiũ cõmiſſum fuit per iura s. de offi. deleg. paſtoralis. §. præterea. ibi, reuocato, & c. s. de reſc. auditor. de elect. conſtitutionẽ. §. inſuper. in cle. Sed quid erit in caſu illius c. s. de præb. ſi clericus. in fi. vel in gratiis ſub forma pauperũ impetratis: in quibus vt frequentius diœceſani conſtituuntur executores: nunquid archiepiſcopus Tholoſanus, qui ẽpo Tholoſano in honore & onere immediate ſucceſsit, in aliis diœceſibus vel propria eorũ diœceſi poti⁹ gratias illius, quæ ſunt in fieri, exequentur? Credo ꝙ de illo c. ſi clericus, in fine, non ſit dubiũ quin ordinarius illius beneficij hoc habeat facere, prout dicit dicta decre. ſi clericus. in fine. de gratiis vero ſub forma pauperum, & aliis ẽpo Tholoſano, qui tunc erat vt diœceſanus, exequendis cõmiſsis, videretur ꝙ cũ ordinaria iuriſdictio dependeat ab adminiſtratione ſeu territorio: & iſtæ executiones ſic cõmiſſæ ſint diœceſanis vt ordinariis, qui adminiſtratores iuris exiſtũt, vt s. de ſentent. excom. nuper. & de iure debeatur pauperibus clericis victus de patrimonio crucifixi, vt s. de præbẽ. cum ſecundũ. in prin. bene ſequitur ꝙ diuiſa adminiſtratione ſeu territorio, quamlibet partẽ ſequetur omne illud quod ex ipſa dependeret: & ſic quilibet diœceſanus habebit executionẽ & exercitium omniũ cauſarum ſuæ diœceſis: & etiam prius ante diuiſionem inceptarum & pendentium, & nedum proprie ordinariarũ: immo etiam commiſſarum delegationum tamen diœce. vt ordinariis, vt in caſu noſtro. arg. 96. diſt. Conſtantinus. palea eſt. s. de offic. deleg. quoniam abbas. & cap. præterea. ſecus autem eſt vbi vt ſimplici commiſſario vel delegato eſſet ipſis diœce. comiſſa. Vel dic idem eſſe in vtroque caſu: tam vbi vt delegatis etiam ſimpliciter, quàm etiam vt ordinariis: ex quo ſunt commiſſa dignitati, nõ perſonæ, per c. quoniam abbas. cum quo ad partes ſibi ſubtractas, & ſic quo aliàs diœce. Tholoſanus deſierit eſſe prælatus: quare ſibi ſuccedentes fungentur eius vice, ac ſi ipſe eſſet mortuus vel tranſlatus: ſuccedit enim res rei, vel dignitas dignitati, ſicut perſona perſonæ: & ideo debet fungi vice eius per omnia, vt s. vt lit. pẽden. eccleſia. cum ſimilibus. Ratio tamen huius decre. eſt in contrarium: ibi dum ſequitur, quibus ante diuiſiones, &c. ſed poteſt dici, quòd hic loquitur de ſimplicibus executoribus ſeu delegatis à ſede Apoſtolica conſtitutis.

b ¶ *Idem etiam.*] Quarta pars.

c ¶ *Declaramus.*] & ſic tota iſta decre. eſt declaratiua iuris antiq̃, non conſtitutiua iuris noui, vt patet etiam s. eo. §. proximo, in verbo, declaramus, quare non eſt neceſſe hic reſpicere eius editionẽ ſeu publicationem: cum omnia quantumcunque longe ante præterita ſeu inchoata reſpiciat, vt s. de conſti. quoniam. & de vſur. cũ tu. de elect. cum in cunctis. §. penult.

d ¶ *Iuſtitiam.*] & ſic eſt duplex littera Apoſtolica: quædam gratioſa, de qua s. dictum eſt. quædam iuſtitiæ, de qua hic. ſimile. s. de fal. accedens. prima cõſueuit bullari cum filo de ſerico: ſecunda cum filo canabis. arg. s. de fal. licet. Itẽ prima non tranſit regulariter ſine lectione, ſed ſine cõtradictione bene: ſecunda tranſit ſine lectione, ſed non tranſit ſine contradictione, & ideo in procuratoriis contradictarum conſueuit illa clauſula apponi, Conſtituit talem procuratorem ad impetrandum & contradicendũ litteras ſimplices & legendas: ſine qua non eſſet ſufficiens procurator in audientia contradictarum, quãtumcunque aliàs haberet plenum mandatum. & iſta ſola ſine alio mãdato non eſſet ſufficiẽs in palatio auditorum, vt ſupra de renun. veniens.

Littera Apoſtolica eſt duplex.

† Vide concilium Trident. ſeſſio. 13. de reformatione, ca. 1.

e ¶ *Iudices.*] & ſic not. quòd alius eſt iudex, vt hic: alius auditor, vt s. de of. deleg. ſuper quæſtionum. §. porro. in fi. d̃ reſcrip. auditor. concil. Vieneñ. alius conſeruator, vt s. de offi. deleg. ſtatuimus. lib. 6. alius arbiter iuris. s. eo. c. ſuſpicionis. & cap. ab arbitris. lib. 6. Item alius executor miſtus, de quo s. §. proxi. dictũ eſt. alius merus, de quo ſupra de appel. nouit. de quibus plene dicitur s. de re iudic. quod ad cõſultationem. per glo. Inno. & Hoſtien. alius referendarius, ſcilicet ad certum articulum cauſæ referendum datur, vt s. de offic. deleg. iudices. concil. Vienneñ. & in dicto cap. ſuper quæſtionum. omnes iſti & ſimiles ſunt ordinati ad cauſas Apoſtolicas expediendas in curia Romana, & extra. Vnde iudex delegatus eſt proprie is, qui mandatam ſibi iuriſdictionem vice delegantis exercet. dictus à delego gas, quod idem eſt quod mando: quare rubrica. ff. dicit, de eo cui mandata eſt iuriſdictio.

Iudex, auditor, conſeruator, & arbiter differunt.

Executor eſt duplex.

Referẽdari⁹ quis eſt.

f ¶ *Remanſiſſent.*] Nota quòd diuiſio facta de aliqua re, operatur tantum illum effectum pro quo facta eſt, nec ad alios ſe extendit, nec in aliis caſibus præbet præiudicium alicui ſeu iuuamen, vt 10. diſt. lege quod præſtat. argu. quòd diuiſio rei emphyteuticæ, vel feudalis, ſeu debitorum, inter hæredes facta, non noceat dominis vel creditoribus ſuper integra ſolutione penſionis vel debiti eis facienda vt prius: cum particularis actio ſeu ſolutio nõ modica habeat incommoda. ff. famil. erciſcun. plane. Guliel. de monte Lauduno.

Solutio particularis multa habet incõmoda.

D*Ebent.*] Hæc conſtitutio habet quattuor partes. Primo præmittit proœmium ad dicenda. Secũdo verſic. *Sane.* factum viſitationis intentæ, & conſuetudinis contra hoc propoſitæ narrat. Tertio verſi. *Propoſito.* dictam conſuetudinem multis rationibus præmiſsis reprobat. Quarto verſi. *Sed ne ſit.* numerum perſonarũ viſitanti aſsiſtentium taxat. In primo ordinem, quem debent habere ſubditi ad ſuperiores, & econtra ponit. In primo non ſeruato eſt inobedientia punienda: in ſecundo eſt tyrannia vel negligentia reprobanda. ſecundo ver. *Sic debitor.* horum rationem ſubiungit: licet enim inter hos ſit relatio ſuperpoſitionis & ſuppoſitionis: hęc tamen corrumpuntur ab exceſſu. 22. q. 5. de forma. ff. de iis qui ſunt ſui vel alieni iur. l. 1. in fi. & l. ſeq.

Diuiſio.

g ¶ *Minime reperitur.*] ff. de pigno. actio. ſi ſeruos pignoratos, in fine.

h ¶ *Deſcendente.*] prout poteſt & tenetur extra 6. lib. de cenſi. Romana. 1. reſpon. extra de offi. ord. irrefragabili.

de conſuetudine erat eccleſiæ ſupradictæ, à tempore cuius nõ erat memoria [a] inconcuſſe ſeruata, ꝙ epiſcopi Dulmeñ. qui fuerunt pro tẽpore, per ſe ſolos abſq; aliis religioſis ſibi adiunctis, vel clericis vel laicis ſecularibus quibuſcunq; aſſumptis ſibi loco notarij monacho ſeu monachis capituli memorati, viſitationem ſuã hactenus pręfato impẽderunt capitulo: ſupplicarunt eidẽ epiſcopo, vt omnes tam clericos quàm laicos religioſos & ſeculares (antequam viſitationem actualiter exerceret) à capitulo præciperet amoueri: quibus amotis, parati erant ipſum admittere ad viſitationẽ huiuſmodi peragendam. Et quia dictus epiſcopus eos ſuper hoc non audiuit [b], quamquã proteſtaretur ſe velle omnes clericos ſuos, & alios (præter tres vel quattuor & notarium) remouere: & ſic ſuam viſitationem incipere & cõplere, idem Prior & capitulum ad ſedem Apoſtolicam appellarunt. ¶ Propoſito itaque huiuſmodi negotio coram nobis, & auditis & intellectis, quæ partes dicere voluerunt: nos conſiderantes, quòd conſuetudo prædicta contra communẽ vtilitatem, facultatem probationum (quæ non eſt anguſtãda [c]) reſtringit, propter quod etiam vt ſalua ſcilicet ſit rerum probatio [d], quia publice intereſt ne veritas occultetur [e], cautum eſt iure, vt curent magiſtratus teſtari, id eſt, teſtificari volentibus, ſeipſos & alios teſtes vel ſignatores præbere [f]. Et ſtatuit generale concilium, vt à iudicibus adhibeatur perſona publica, vel duo viri idonei, qui acta conſcribant [g]: Quos quidem monachos [h] ad prædicta, tum propter eorum profeſſionem, quę illorum vocem facit funeſtam [i], & ipſos arcet à iudiciis & publicis ſiue ciuilibus actibus [k], nec patitur (prout conſtitutio [l] nouella declarat) niſi in inquiſitionis hæreticæ prauitatis cauſa, tabellionis (cuius vicem in hac parte duo viri per ſupradictum concilium obtinent) officium exercere: tum quia ſuſpecti [m] nec contra. [n] Priorem aut capitulum, quibus ſubſunt [o], quæ corrigenda inuenirentur, fideliter & recte conſcriberent, cõſtat non eſſe idoneos: Attendentes quoque ꝙ id [p] epiſcopali nõ modicum detrahit dignitati, ſi ab epiſcopo, qui dignitatem propriã ſuo ingenio augere [q] debet, comites honoris ſui cauſa adhibiti abducantur [r], ſeque ſolum ſuſpectis [s] quandoque forſitan quos viſitat, committere compellatur [t]: Dictam conſuetudinem, per quam prælibati Prior & capitulum videntur nimium delicati, tamquam non rationabilem reprobamus [u]. Sed ne ſit epiſcopus oneroſus [x], decernimùs noſtrorum prædeceſſorum veſtigiis inhærentes, vt cum ad viſitationem decætero faciendam in eccleſia memorata deſcenderit, in viſitationis actu duas vel tres honeſtas perſonas clericali charactere inſignitas, quarum vna ad minus ſit religioſa [y] ordinis ſupradicti, & vnum notarium clericum ſecum habeat, & non plures. Conſuetudine aliqua obtenta, & compoſitione qualibet inter partes ipſas ſuper hoc in contrarium facta hactenus, non obſtante [z].

a ¶ *Memoria.*] hoc non prodeſt in delictis. extra de conſue. cum tanto. extra de ſimo. cum in eccleſiæ. & male conſueta tẽpore non firmantur. authen. vt nulli iud. lic. ha. lo. ſerua. §. 1. coll. 9. & idẽ vbicunque à iure reprobatur conſuetudo, vt hic, & extra. 6. lib. de cõſue. cap. 1. & 2. & eod. lib. de elect. quia ſæpe. & eo. lib. de pœnit. & remiſ. epiſcopus. in fin.

b ¶ *Non audiuit.*] formam iuris iſti bene ſeruauerunt: q̄a exceptionem propoſuerunt: & propter eam non admiſſam appellarunt: vel poteſt appellari propter eam neglectam iudice ad alia procedente, quę non poterant ſe compati cum primo propoſito. extra de appel. dilecto. & c. ex parte M. Sed hic fuit defectus in materia: quia exceptio nõ erat legitima, vt infra ſequitur. & ob hoc appellans in iuriſdictione prioris iudicis remanſit: & ſic tenuit eius proceſſus: ſecus ſi materia erat legitima & forma debita. not. extra de offic. deleg. cum cõtingat. in princ.

c ¶ *Non eſt anguſtanda.*] C. de hæret. quoniam. in fine.

d ¶ *Probatio.*] C. de iureiur. in bonæ fidei. C. de iure deliber. l. fi. §. ſi vero & ipſe.

e ¶ *Occultetur.*] ſed potius eruatur. ff. de teſti. ſerui.

f ¶ *Præbere.*] ff. de teſti. curent.

g ¶ *Conſcribant.*] extra de probat. quoniam contra. in principio.

h ¶ *Monachos.*] accipe. j. conſtat non eſſe, ſcilicet ad prædicta idoneos, & tunc reſume, tum propter, & c.

Monachi ſunt mundo mortui.

i ¶ *Funeſtam.*] id eſt, luctuoſam vel mortalem: quia lugere habent, & mortui ſunt mundo. 2. q. 7. placuit. & c. ſeq. 16. q. 1. placuit. 25. q. 2. ita nos. C. qui accuſ. non poſ. l. ſi quis.

k ¶ *Actibus.*] extra ne cle. vel mona. ſec. ne. ſe immiſ. c. 1. & c. ſed nec procuratores. & c. clericis. & c. ſententiam.

l ¶ *Conſtitutio.*] extra 6. lib. de hæreti. vt officium inquiſitionis. §. ad conſcribendas.

Monachi an poſſint eſſe teſtes.

m ¶ *Suſpecti.*] contra, quia monachi in cauſis monaſterij teſtes eſſe poſſunt. extra de teſti. inſuper. & c. tuis. & cap. cum nũtius. de iureiuran. Etſi Chriſtus. in fi. etiam in cauſa viſitationis & reformationis. extra 6. lib. de offi. ordina. quia. Item ex quo ſunt ſuſpecti, teſtes eſſe non poſſunt. ff. de teſti. l. 3. circa princip. ibi verſi. Nam ſi careant. extra de teſti. ſuper eo. 2. in princ. Sol. in præmiſſis caſibus monachi teſtes eſſe poſſunt, ſed non cum præciſione: hoc eſt ipſi & non alij: quod hic negatur; vnde lite grandi hic conſiderata Papa hoc voluit, vt plenior fieret probatio, vt veritas plenius eluceſceret. C. de tempo. appel. per hanc. in fine.

n ¶ *Nec contra.*] C. de teſti. omnibus. & ff. de teſti. nullus.

o ¶ *Subſunt.*] propter quod eorum teſtimonium eſt ſuſpectum. C. de teſtib. parentes. & l. ſeruos. & ff. de teſti. idonei. Ioan. Mo.

p ¶ *Quod id.*] ſcilicet, quòd epiſcopus nullis aliis ſibi adiunctis, niſi de capitulo viſitet.

q ¶ *Augere debet.*] ff. de officio proconſul. & leg. obſeruandum. in fi. Ioan. Mona.

r ¶ *Abducantur.*] ff. de iniuriis. l. item apud Labonẽ. §. comitẽ. Sed quomodo detrahitur huic dignitati, ſi caput ſtet cum mẽbris. extra de præſcrip. cum non liceat. & ſic nõ eſt iniurioſa abductio, ſed debita coniunctio: ſicut inter caput & mẽbra, & inter patrem & filium. C. de cura. furio. l. fin. in princ. 30. q. 3. ita diligere. Item inhumanum eſt publicatione paupertatis detegere vilitatem. C. quãdo & qui. quarta pars in bo. de. l. 2. circa medium. Dic vt prius. Præciſio hic reprobatur: & fuit hæc ordinatio æquitatis propter cõgruitates hic tactas, & neceſsitates quo ad perſonam tabellionis, vel duorum virorum pro eo. Ioan. Mon.

s ¶ *Suſpectis.*] ex cauſis prædictis. Ioannes Monachus.

t ¶ *Compellatur.*] qđ eſſe non debet. argum. C. de iud. apertiſsimi. & l. fi. Item iſti monachi ſi tabellionis loco duarũ perſonarum locum tenerent, ſcilicet aſsiſtentium viſitandi ad probandum quod eſſet actum, forſan eædem perſonæ eſſent per viſitatorem corrigendæ. Et fungi duplici officio, præſertim ſuſpecto & aduerſo, vt hic, eſt merito reprobandũ. C. de aſſeſ. nemo. extra de cleri. nõ reſi. quia nonnulli. & extra 6. libr. de præben. cum ſingula. Ioan. Monachus.

Officio duplici quem fungi iure vetatur.

u ¶ *Reprobamus.*] ex quibus cauſis conſuetudo reprobetur, not. extra 6. lib. de conſue. in ſumma. Io. Mona.

x ¶ *Oneroſus.*] ſed quo modo eſt hic eps oneroſus, qui habet quod petit? Dic ꝙ eſt oneroſus quo ad intentũ aduerſariorum dicentium epiſcopum velle viſitare, & intrare capitulum cum pluribus, & contra eorum conſuetudinem, quã prætendebant. Ioã. Mona.

y ¶ *Religioſa.*] contra extra de offi. ord. vt iuxta. Dic, caſus eſt diuerſus, non aduerſus, nam ibi loquitur, vbi prælatus viſitat alium locum à capitulo ſuo: hic quando viſitat proprium capitulum, cuius perſonas propter coniunctionem maiorem quam habet ad ſuã eccleſiam præ cæteris eccleſiis ſibi ſubiectis. extra de teſt. requiſiſti. §. penult. eſt veriſimilius, vt eaſdem perſonas melius noſcat. Vel dic quòd hic determinat illam taxando hoc dictum indeterminatum: ibi, ne ſubditi nimium aggrauentur: & decet perſonas religioſas in tali articulo aſſumi. arg. extra de ſta. reg. in ſingulis. circa princ. Ioan. Mona.

Epiſcopus cum eccleſia cathedrali habet coniunctionem maiorẽ quã cum aliis.

z ¶ *Non obſtante.*] Sed quare tollit hic conſuetudinẽ, & compoſitiones quaſlibet? quia licet viſitationi non præſcribatur, nec procurationi, quæ debetur ratione viſitationis: præſcribi tamen poteſt quotitati procuratoris. not. extra de præſcrip. cum ex officij. extra de cenſi. cum venerabilis. Sic videtur quòd præſcribi poſsit quotitati aſsiſtentium viſitanti. arg. ff. de vſur. qui ſemiſſes. 1. reſpon. & ff. quemad

Viſitationi an poſſit præſcribi.

ff. quemadmodũ. vſusfr. amit. l. ſi qui. licet conſuetudo hic narrata per hæc allegata non ſit pręſcriptibilis. Dic tamen, quòd hęc conſtitutio in aliis facit gratiam: quia ſi iſta verba non ponerentur, remanerent cõpoſitio & conſuetudo non reprobatæ. extra 6. lib. de conſtit. c. 1. Nec eſt inconueniens, quòd eadem decretalis contineat ius in vna parte, & gratiam in altera. extra de conceſ. præben. conſtitutus. Et forſan Papa fuit motus ad prædicta caſſando propter grauem litẽ, quæ fuerat inter partes: ne recidiuũ nouæ litis prætextu cõſuetudinis alterius vel compoſitionis ſubintraret.

a ¶ *Reprobationis.*] ſ. eo. in verbo. reprobam⁹. b ¶ *Cõſtitutionis.*] ſ. eo. in verbo. decernimus.

† Vide concilium Trident. ſeſſio. 7. de reformatiõe, c. 2. & 4. & ſeſſio. 24. de reformat. c. 17.

VT *quos virtutis.*] c ¶ *Qui vero.*] Iſtũ §. aliqui libri non habent vſque ad §. vt autem. & tenorem huius habes in extrauaganti. Execrabilis: quæ eſt vna de xx. gloſſatis per Zenzelinum in tit. de præben. & ibi vide. Habes etiam eam ſ. in tit. de præben. cum gloſſa domini Guliel. de Monte Lauduno.

V*Nã ſanctam Eccleſiã.*] ¶ Ponatur ſic caſus, quòd erant dubitãtes quidam, aut forte credentes, vel etiam aſſerentes non eſſe de neceſſitate ſalutis ſubeſſe ſummo Pontifici: quod quidem vel verbo fieri poterat: quia forte ſic dicebant: vel facto, quia talia agebãt & operabantur, ac ſi nõ eſſet de neceſſitate ſalutis: Huic autem morbo peſtifero obuiare volens ſanctiſſimus pater dominus, dominus Bonifacius Papa viij. hanc decret. edidit, vbi hoc pleniſſime declaratur. Intentio itaque huius decretalis eſt inducere rationes, exempla, & auctoritates, ſubeſſe ſummo Pontifici eſſe de neceſſitate ſalutis: quod tripliciter hic probatur. Primo, per quaſdã conditiones generales, quæ ipſi Eccleſię congruunt. Secundo, per quaſdam adaptationes ſpirituales, quæ ad ipſam Eccleſiam adaptantur. Tertio, per gladios, qui in

Nulli ergo liceat hanc paginã noſtrarum reprobationis a, cõſtitutionis b, &c. Datum Anag. x. Kal. Auguſti, Pontificatus noſtri anno octauo.

¶ Ioannes xxij.

¶ *Beneficia plura incompatibilia obtinens ſine diſpenſatione, debet illa præter vltimum in manu ordinarij intra duos menſes dimittere: alias pœnas incurrit hic poſitas. Et debet ordinarius tales plura beneficia obtinentes compellere ad oſtendendam diſpenſationem: quod ſi nõ fecerit, ab ingreſſu Eccleſiæ ſuſpenditur. vide cap. ordinarij. eod. titulo, libro ſexto: quod ſi diligenter notetur, hæc extrauagans, ſub hoc titulo recte collocata dicetur.*

CAP. II.

VT † quos virtutis amor à vitio ambitionis execrãdæ, & auaritiæ cæcitate nõ retrahit, ſaltem rigor coerceat diſciplinæ: Statuimus, vt quicunque plures dignitates vel perſonatus, aut parochiales eccleſias, aut dignitatem vel perſonatum cum alio beneficio curam animarum habente, ſimul ſine diſpenſatione canonica detinens, illa omnia & ſingula (illo duntaxat excepto, quod vltimo receperit, quod poſſit, ſi tamen in eo ex collatione canonica ius ſibi competat, retinere) intra duos menſes à die notitiæ huiuſmodi noſtræ conſtitutionis continuè numerandos efficaciter verbo & facto, abſque fraude aliqua in manu ordinarij dimittere teneatur, per eum vel per eos, ad quem vel ad quos eorum diſpoſitio ſpectabit, ea vice libere diſponenda. Quod ſi non fecerit, etiam illo ſit ipſo iure priuatus, in quo ius competebat eidem: & inhabilis ad quęcunque beneficia obtinenda penitus cenſeatur. ¶ Qui c vero deinceps receperit dignitatem vel perſonatum, aut beneficium curam habens animarum annexam, ſi prius ſimile beneficium obtinebat, primum quo poſtquam ſecundi poſſeſſionem habuerit, vel per eum (omni dolo & fraude ceſſantibus) quo minus habeat, ſteterit, priuatus noſcitur ipſo iure, abſque moræ diſpendio in manu ordinarij omnino ſimiliter dimittere teneatur, per eum vel eos, ad quem ſeu quos collatio ſeu ordinatio ſpectauerit, diſponendum: quod niſi fecerit, ex tunc ſecũdo ſit ipſo iure priuatus, & inhabilis ad ſacros ordines, & ad quodcũque beneficium eccleſiaſticum obtinendum. ¶ Vt autem præmiſſorum fructus facilius ſubſequatur, omnibus & ſingulis ordinariis in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna ſuſpenſionis ab ingreſſu Eccleſiæ, quam eos (ſi in exequẽdis ſubſequentibus negligẽtes fuerint) incurrere volumus ipſo facto, diſtricte præcipimus & mãdam⁹, vt ſub certa & formidabili pœna eorũ arbitrio infligenda, ſubditis ſuis plures dignitates & perſonatus aut eccleſias, quibus cura imminet animarum, aut dignitatem vel perſonatum cum alio beneficio, cui cura ſimilis ſit annexa, obtinentibus, iniungere debeant, quod diſpenſationes auctoritate quarum huiuſmodi Eccleſias, perſonatus, vel dignitates obtinent, ſi quas habent, necnon & titulos Eccleſiarum dignitatum vel perſonatum eorundem intra tempus pro facti qualitate ipſorum ordinariorum moderandum arbitrio, ordinariis ipſis, vel iis, quem vel quos ad hoc duxerint deputandos, exhibere procurent: De proceſſibus habendis ſuper his exhibitis, propoſitis, & productis, reddituri abſque moræ diſpendio per ſcripta publica conficienda ſuper his ſedem Apoſtolicam certiorem.

## De maioritate & obedientia.

¶ Bonifacius octauus.

¶ *Omnes Chriſti fideles de neceſſitate ſalutis ſubſunt Romano Pontifici, qui vtrumque gladium habet, & omnes iudicat, à nemine autem iudicatur. Hæc tamen extrauagans regem Franciæ & regnicolas non amplius ſubiicit Eccleſiæ Romanæ, quàm prius erant: vt patet infra de priuileg. meruit.*

CAP. I.

VNam ſanctam Eccleſiam catholicam & ipſam Apoſtolicam vrgente fide credere cogimur & tenere.

ipſa Eccleſia continentur. Tota igitur hæc decre. diuiditur in quatuor partes: quia primo ponuntur præfatæ conditiones generales congruentes Eccleſiæ, per quas probari poteſt, quòd ſubeſſe ſummo Pontifici eſt de neceſſitate ſalutis. Secundo adducuntur quædam adaptationes ſpirituales, per quas probatur hoc idem. Tertio agitur de ipſis gladiis, qui ſunt in Eccleſia, per quos declaratur hoc idem. Quarto & vltimo, concluſio tot modis inueſtigata, videlicet, quòd ſubeſſe ſummo Pontifici ſit de neceſſitate ſalutis, infertur ex omnibus antedictis. Secunda: ibi, *Vna nempe fuit.* Tertia: ibi, *In hac eiuſque poteſtate.* Quarta: ibi, *Porro ſubeſſe.* ¶ Propter primum ſciendum quidẽ, quòd numerare poſſumus ſex conditiones generales congruẽtes Eccleſiæ: ex quibus poſſunt ſumi ſex rationes, quòd Eccleſia habet vnum caput: & quòd ſubeſſe illi capiti eſt de neceſſitate ſalutis: vt ſit prima conditio, quòd Eccleſia eſt vna: ſecunda, quòd eſt ſancta: tertia, quòd eſt catholica: quarta, quòd eſt Apoſtolica: quinta, quòd extra non eſt ſalus: ſexta & vltima, quia extra ipſam non eſt remiſſio peccatorum. Itaque in prima parte, in qua agitur de iſtis conditionibus Eccleſiæ congruentibus, dñs Papa tria facit: quia primo iſtas cõditiones narrat: ſecũdo eas declarat: tertio eas corroborat & cõfirmat. ſecunda: ibi, *Sponſo in Canticis.* tertia: ibi, *In qua vnus.* Dic ergo Eccleſiam eſſe vnam, quæ fuit conditio prima. ſanctam; quæ fuit ſecunda. catholicam, quæ fuit tertia. & ipſam Apoſtolicam, quæ fuit quarta. extra quam non eſt ſalus, quæ fuit conditio quinta. nec remiſſio peccatorum, quæ fuit ſexta. *Noſque hanc*, id eſt Eccleſiã eſſe ſic vnã, ſic ſanctam, &c. vel hanc, id eſt hanc fidem de Eccleſia, quòd ſit vna, firmiter credimus, & ſimpliciter confitemur. ¶ Notandum autem eſt, quòd ex iſtis ſex conditionibus Eccleſiæ congruẽtibus (vt ſupra tetigimus) ſumi poſſunt ſex rationes, quòd ſubeſſe ſummo Pontifici ſit

Noſq; hanc firmiter credimus & ſimpliciter cõfitemur: extra quam nec ſalus eſt, nec remiſſio peccatorum, ſponſo [a] in Canticis proclamante. Vna eſt columba mea, perfecta mea. Vna eſt matri ſuæ, electa genitrici ſuæ: quæ vnum corpus myſticum repræſentat, cuius caput Chriſtus: Chriſti vero Deus. In qua [b] vnus dominus, vna fides, vnum baptiſma. ¶ Vna nempe [c] fuit diluuij tẽpore arca Noe, vnam Eccleſiam præfigurans, quæ in vno cubito conſummata, vnum (Noe videlicet) gubernatorem habuit & rectorem, extra quam omnia ſubſiſtentia ſuper terram legimus fuiſſe dele-

ci ſit de neceſsitate ſalutis. Vt ſit prima ratio, quia Eccleſia eſt vna,

Eccleſia eſt vna.

ſiue eſt vnum corpus: ſed vni corpori non competit niſi vnũ caput: quia aliter eſſet monſtrũ. Arguatur ergo ſic: Omnia membra, quæ ſunt in vno corpore; nõ ſaluantur niſi cõiuncta illi corpori, & ſubdita vni capiti, à quo infunditur eis motus, & ſenſus: ſed oẽs Chriſtiani ſunt mẽbra vnius corporis: quia ſunt mẽbra Eccleſiæ, q̃ eſt vna, & vnũ corpus: ergo omnes huiuſmodi Chriſtiani ſaluantur vt coniuncti Eccleſiæ, & vt cõiuncti vni capiti, id eſt ſummo Pontifici. Secunda ratio ad hoc idem ſumitur ex ſecunda conditione, videlicet ꝙ Eccleſia non ſolum eſt vna, ſed etiam eſt ſancta, id

Chriſtiani omnes ſunt membra vnius corporis.

Canti. 6.

eſt, ſancita & firmata in vnitate: ſi enim Eccleſia vacillaret quãtum ad vnitatẽ: quia aliquãdo eſſet vna, aliquando nõ eſſet vna: & per conſequens aliquando haberet vnum caput, aliquando haberet plura capita: poſſet quis dicere non eſſe de neceſſitate ſalutis ſub eſſe huic capiti: quia forte poſſet ſaluari ſub alio capite. Sed cũ Eccleſia ſit vna, & ſit ſancta, id eſt ſic in vnitate fulcita, ꝙ non poſſet habere niſi vnum ſupremum caput: ſubeſſe illi capiti erit de neceſſitate ſalutis.

Eccleſia eſt ſancta.

Quod ſi dicatur, quòd ſanctum dicit quid purum: dicemus ex hoc etiam ꝙ dicit quid firmũ: quia firmitas eſt ex puritate, infirmitas ex impuritate: nam & in corpore ſurgit infirmitas ex impuritate; vt quia oriuntur in eo immũditiæ corporales & mali humores; & in anima etiam ſurgit infirmitas ex impuritate; vt quia oriuntur in ea immunditiæ ſpirituales, & malæ cogitationes.

Infirmitas in corpore vnde ſurgit.

Formetur autem ſic ratio: Quicquid eſt vnum & ſanctum, id eſt ſic in vnitate ſancitum, ꝙ non poteſt eſſe niſi vnum corpus, & habere vnum caput, membra non poterunt ſaluari niſi coniuncta illi corpori, & ſubdita illi capiti: Eccleſia eſt huiuſmodi, ergo, &c. Membra quidem ex hoc ſaluantur & viuunt, quia mouentur & ſentiunt: & motus & ſenſus eis infunduntur à capite: ſi non ſunt ſubdita capiti, non mouentur nec ſentiunt: propter quod viuere & ſaluari non poterunt. Tertia ratio ſumitur ex tertia conditione: q̃a Eccleſia eſt catholica & vniuerſalis ſiue generalis, ſic enim ait Iſidorus: quia catholicus vniuerſalis ſiue generalis interpretatur: nã Græci (vt dicitur) vniuerſale catholicon vocant.

Eccleſia eſt catholica.

Si ergo fides, quam tenet Eccleſia, vel ipſa Eccleſia eſſet particularis, continens vnam gentem vel vnum populum, ſicut ſunt multæ gentes & multi populi; ſic forte eſſent multæ Eccleſiæ & multa capita. Sed cum ſit catholica & vniuerſalis, quia omnes obligantur (ſi volunt eſſe in ſtatu ſalutis) ad credendum & tenendum quod credit & tenet Eccleſia: ideo ſicut non poteſt eſſe niſi vnum vniuerſum quod omnia cõprehẽdat: ita quantum ad ſtatum ſalutis non poteſt eſſe niſi vna Eccleſia, eo ꝙ Eccleſia comprehendit omnes, qui volunt eſſe in ſtatu ſalutis. Formetur autem ſic ratio, Illud quod eſt catholicũ & vniuerſale, & comprehendit omnes, qui volunt eſſe in ſtatu ſalutis, non poteſt eſſe niſi vnum, & habere vnum caput, cui oportet eſſe ſubditos omnes volentes eſſe in ſtatu ſalutis: Eccleſia eſt huiuſmodi: ergo, &c. Quarta ratio ſumitur ex quarta cõditione: quia Eccleſia eſt Apoſtolica: tenet enim illam fidem, quam Apoſtoli tradiderunt & docuerunt, de quibus poteſt intelligi quod dicitur in Pſal. ꝙ In omnem terram exiuit ſonus eorũ: & in fines orbis terræ verba eorũ: vt nullus poſſit ſe excuſare ſe nõ ſubeſſe Eccleſiæ: omnes enim Apoſtoli fidẽ prædicauerunt, & docuerũt. Vnde Apoſtolus ait ad Galat. 2. Aſcendi autem ſecundũ reuelationem, & cõtuli cũ illis, id eſt, cum aliis Apoſtolis, Euangeliũ, quod prædico gentibus: & ſubdit cauſam, ne forte in vanum currerẽ aut cucurriſſem. Ne ergo vana eſſet prædicatio ſua: & ne videretur gentibus, vel aliis quòd prædicaret aliud quàm alij Apoſtoli, voluit Apoſtolus de Euangelio quod prædicabat, conferre cũ illis.

Eccleſia quare dicitur Apoſtolica.

Item Eccleſia eſt Apoſtolica: quia illam fidẽ tenet & docet, quam concorditer prædicauerunt & docuerunt Apoſtoli. Formetur ergo ſic ratio, illud q̃d eſt Apoſtolicũ, & tenet illã eandem fidẽ, quam Apoſtoli docuerunt, non poteſt eſſe niſi quid vnum, & vnũ corpus habere, & vnũ caput, cui oportet eſſe ſubdita omnia membra, ſi volunt eſſe in ſtatu ſalutis: huiuſmodi autẽ Eccleſia eſt: ergo, &c. Quinta autem & ſexta ratio ſumitur ex quinta & ſexta conditione: videlicet ꝙ extra Eccleſiam non eſt ſalus, id eſt, nõ acquiritur beatitudo, quæ eſt per gratiã conſummatã: nec extra ipſam eſt remiſſio peccatorum, quæ poteſt eſſe per gratiam initiatam: ita ꝙ nec gratia conſummata, quæ eſt ſalus & beatitudo noſtra; nec gratia initiata per quã remittuntur peccata, poteſt eſſe niſi per Eccleſiam. Si ergo Eccleſia eſt vna, & habet vnum caput: omnes volentes recedere à peccatis & adipiſci ſalutem, oportet eſſe ſub capite Eccleſiæ, id eſt ſub ſummo Pontifice. ratio autem per ſe patere poteſt. Notandũ autem ꝙ omnes iſte ſex conditiones continentur in ſymbolo: vbi dicitur, ꝙ credimus in Eccleſiã vnam. quantum ad conditionẽ primam: ſanctam, quantum ad conditionem ſecundã: catholicam, quantum ad tertiam: & Apoſtolicã, quantũ ad quartã: & ꝙ confitemur vnũ baptiſma in remiſſionem peccatorum, quantũ ad gratiam initiatam: & ꝙ expectamus reſurrectionẽ mortuorũ, & vitam venturi ſæculi, quantum ad gratiam conſummatam: ideo impingere contra hoc, eſt impingere contra ſymbolum.

a ¶ *Sponſo in Canticis, &c.*] Hic illas ſex rationes concluſionis pręfatæ, ꝙ ſubeſſe ſummo Pontifici ſit de neceſſitate ſalutis, declarat & manifeſtat per ea quæ habentur in Canticis: & per ea quæ ait Apoſtolus dicens, ſponſo proclamante in Canticis, ſupple de ſua ſponſa, id eſt, de Eccleſia, quæ vna eſt columba mea: vna eſt matri ſuæ, electa genitrici ſuæ: quæ ſcribuntur Canticorum 6. & ſubdit, quæ ſcilicet columba mea, ſic vna, ſic perfecta, ſic electa, vnum corpus myſticum, id eſt, vnam Eccleſiam repræſentat: & addit quòd huius corporis caput eſt Chriſtus: Chriſti vero Deus. Not. autem ꝙ hic tanguntur ſex, per quæ declarantur ſex cõditiones: videlicet ꝙ corpus myſticũ, id eſt, Eccleſia, eſt vna quantum ad conditionem primã: eſt columba, id eſt, innocens & ſine felle & ſancta, quantum ad conditionem ſecundam: eſt perfecta, id eſt, catholica, quantum ad conditionem tertiam. Nam ſecundũ Philoſophũ, totũ & perfectũ idem, vel proximum ſecundum naturam. Nam illud eſt perfectum quod totũ habet, & nihil ei deficit: & illud etiã totũ eſt, quod omnia habet.

Totum & perfectum idem.

Et quod dicit Philoſophus totum & perfectum idem: poſſumus nos dicere catholicum & perfectũ idem, vel proximum ſecundum naturam. Nam catholicum idem eſt ꝙ generale, & vniuerſale, quod omnia comprehendit, & etiam perfectum eſt cui nihil deficit. & omnia comprehendit.

Catholicum quid eſt.

Iſta etiam Eccleſia eſt vna matri ſuæ: electa genitrici ſuæ, quantum ad conditionem quartã, Apoſtoli ſiquidem vnam fidem prædicauerunt, vnã fidẽ elegerunt: quã tenens Eccleſia dici poteſt Apoſtolica. Huiuſmodi autem Eccleſiæ caput eſt Chriſtus, qui eſt agnus Dei tollens peccata mundi: cuius caput eſt Deus pater, à quo eſt genitus: quem videre eſt ſalus noſtra. Iuxta illud. Oſtende nobis patrem, & ſufficit nobis. Ergo ſicut per hoc ꝙ Eccleſia eſt vna, columba, id eſt, ſancta: perfecta, id eſt, catholica. vna matri ſuæ, & electa genitrici ſuæ, id eſt, Apoſtolica, declaratæ ſunt quatuor conditiones. ſic per hoc ꝙ eius caput eſt Chriſtus, q̃ eſt agnus tollẽs peccata noſtra, & caput Chriſti Deus, qui eſt ſalus noſtra, declarantur aliæ duæ conditiones, videlicet ꝙ per Eccleſiam eſt peccatorum remiſſio, & ſalutis adeptio.

Salus noſtra eſt videre Deum.

b ¶ *In qua vnus.*] Hic illas ſex conditiones, quas primo narrauit & poſtea declarauit, roborat & confirmat. ſic enim iacet textus ad Epheſ. 4. vnde illa verba ſunt ſumpta, vnum corpus, & vnus ſpiritus, & ſubdit, vnus Dominus, vna fides, vnũ baptiſma, vnus Deus, & pater omnium. Eccleſia eſt ergo vnũ corpus, per quod eſt vna, & vnica: quæ fuit conditio prima. Eſt in ea vnus ſpiritus, per quẽ eſt ſancta: quæ fuit ſecunda. Eſt in ea vnus Dominus, per quem eſt vniuerſalis & catholica: quæ fuit tertia. Eſt in ea vna fides, per quã eſt Apoſtolica: quia tenet illam fidem, quam prædicauerunt Apoſtoli: quæ fuit conditio quarta. Eſt in ea vnum baptiſma, per quod eſt peccatorum remiſſio: quæ fuit quinta. Et eſt in ea vnus Deus & pater omnium, per quem eſt ſalutis adeptio: quæ fuit ſexta. Aduertendum eſt, ꝙ dominus Papa noluit omnia verba iſta ponere, ne legentibus tædium generaret, ſed voluit breuius pertranſire: & nõ niſi tria nominauit; videlicet quod in Eccleſia eſt vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma: per quę tria omnes illæ ſex conditiones roborantur & confirmãtur: Nam quia in Eccleſia vnus Dominus, ideo ipſa eſt vna & catholica, id eſt generalis: quia vero in ea vna eſt fides, ideo ipſa eſt ſancta & Apoſtolica: eſt enim per fidem ſancta, id eſt ſancita, dicente Hugone, quòd nihil eſt certius homini ſua fide. per hoc eſt etiam Apoſtolica, quòd illam fidem tenet Eccleſia, quam Apoſtoli docuerunt. Sed quia in Eccleſia vnum eſt baptiſma, dicitur in ea eſſe peccatorũ remiſſio, & ſalutis adeptio; nam per hoc quòd baptizamus, nobis peccata remittuntur, & cæleſtis ianua aperitur.

Baptiſmus quid facit.

c ¶ *Vna nempe fuit.*] poſtquam ſunt poſitæ illæ ſex conditiones, per quas ſumi poſſunt ſex rationes, ꝙ eſt de neceſſitate ſalutis ſub eſſe ſummo Pontifici: ponuntur quædam aliæ adaptationes, per quas concludi poteſt hoc idem. Circa quod quattuor facit, ſecundum quod quattuor huiuſmodi adaptationes ibi tradunt, vt ſit prima adaptatio per hoc ꝙ Eccleſia figurata eſt per arcam Noe. Secunda, per hoc ꝙ propheta in perſona Chriſti orat, ꝙ Deus eruat à framea animam ſuam, & de manu canis vnicam ſuam. Tertia per hoc quòd Eccleſia figurata eſt per tunicam Domini inconſutilem,

quæ ſciſſa

quæ ſciſſa non fuit,ſed ſorte prouenit. Quarta per hoc quod Chriſtus dixit Petro, Paſce oues meas. Secunda eſt:ibi, *Hanc autem veneramur*. Tertia : ibi, *Hæc eſt tunica*. Quarta:ibi, *Igitur Eccleſiæ*. Dicit ergo:vna nempe fuit diluuij tempore arca Noe, vnam Eccleſiam præfigurans. Hæc vna arca fuit in vno cubito conſummata, vnum habuit rectorem & gubernatorem Noe: extra eam omnia exiſtētia ſuper terram legimus fuiſſe deleta. Aduertendum autem, ꝙ illa arca Noe Dei Eccleſiam figurabat. quod ſex modis Auguſtinus declarat.15.de ciui.Dei. & 26. Primo ex eius vacillatione:nam ſicut illa arca ferebatur ſuper

Eccleſia eſt arcæ Noe cōparata.

*Pſal.* 21.

ta. Hanc autē [a] veneramur & vnicam : dicente Domino in propheta:Erue à framea Deus animam meam, & de manu canis vnicam meam. pro anima enim, id eſt, pro ſeipſo capite ſimul orauit & corpore: quod corpus vnicam ſcilicet Eccleſiam nominauit, propter ſponſi fidei ſacramentorum, & charitatis Eccleſiæ vnitatem. Hæc [b] eſt tunica illa Domini inconſutilis, quæ ſciſſa non fuit, ſed ſorte prouenit. Igitur [c] Eccleſiæ vnius & vnicæ, vnum corpus, vnum caput, non duo capita, quaſi monſtrum, Chriſtus videlicet,

aquas fluctuantes:ſic Eccleſia militans in hoc ſeculo, non ſine fluctuationibus requieſcit. Secundo hoc idem patet ex illius arcę materia. Nam ſicut ex ligno fabricata eſt arca:& per lignum ibi ſaluatæ ſunt animæ:ſic ex ligno crucis dependet ſalus Eccleſiæ. Tertio hoc idem patet ex illius arcæ proportione : nam (vt Aug. ait) proportio illius arcę erat vt proportio corporis humani;erat enim ſexcies, ſiue ſex vicibus magis longa quàm lata : & decies longa quàm alta. trecentorum enim cubitorum erat longitudo, 50. latitudo, & 30. altitudo eius, ſic & corpus humanum diſpoſitum eſt, vt ſit decies longum quàm groſſum : & ſexcies longum quam latum. & ex hoc figurabat Eccleſiam, cuius redemptor factus homo ad ſaluandum homines venit. Et hæc omnia clareſcunt his verſibus.

Arca Noe quantæ fuit altitudinis lōgitudinis & latitudinis.

*Ter denis alta cubitis, & longa trecentis.*
*Et decies quinis lata fit arca Noe:*
*Sex vicibus longum latum tranſcendit, & altum*
*Denis, humani corporis inſtar habens.*

Quarto arca figurat Eccleſiam, ſi bene conſideremus eius oſtium, quod poſitum fuit ex latere, nam & Chriſto in cruce latus fuit apertum vnde fluxerunt ſacramenta:per quæ dicitur Eccleſia eſſe formata. Quinto arca ſignificabat Eccleſiam, ſi conſideremus eius compoſitionem:fuit enim compoſita ex lignis quadratis:quod ad ſtabilitatem Eccleſiæ pertinet. Corpus enim quadratum, cuiuſmodi eſt taxillus:ex quacunque parte vertatur, ſtat. Sexto arca illa ſignificat Eccleſiam, ſi conſideremus diſtinctionem eius: erat enim arca illa bicamerata. ſecundum enim communem modum ponendi bicamerata erat inferius, tricamerata ſuperius. duæ autem erāt cameræ inferiores:vna apothecaria, & alia ſentinaria, vbi ſtabant immunditiæ:tres autem erant cameræ ſuperiores. in quarum vna erant animalia mitia, in alia immitia:in media vero homines & aues. Sic & Eccleſia (vt Aug. ibidem tradit) eſt bicamerata : quia compoſita ex Iudæis & Gentibus, ſiue ex Iudæis & Græcis, vt nomine Græcorum intelligamus Gentes. Eſt tricamerata:quia ex tribus filiis Noe omnes homines ſunt reparati, ex quibus facta eſt Eccleſia iſta. Itaque arca, quæ (vt patuit) ſex modis Eccleſiam figurabat : inferius erat ampla, ſuperius ſtricta in vno cubito conſummata, per vnum rectorem gubernata. Ex quibus poſſunt ſumi duæ rationes eſſe de neceſsitate ſalutis ſubeſſe ſummo Pontifici: nam Eccleſia inferius eſt magnæ latitudinis : quia multi ſunt prælati inferiores:ſuperius reſtringitur:quia pauciores ſunt prælati ſuperiores. Vel inferius eſt magnæ latitudinis : quia multi ſunt laici: ſuperius reſtringitur:quia pauciores ſunt prælati : & in vno cubito conſummatur : quia in vno ſummo Pontifice terminatur. Sicut ergo totā illa arca ſtabat ſub vno cubito, ſic tota Eccleſia ſtat ſub ſummo Pontifice. Et ſicut extra arcam non erat ſalus:& quicquid ſaluabatur erat ſub illo cubito : ſic extra Eccleſiam non eſt ſalus:& quicquid ſaluatur, eſt ſub ſummo Pontifice. Secunda ratio ad hoc idem ſumitur, non ſolum ſi conſideremus vnitatem cubiti:ſed etiam ſi conſideremus vnitatem rectoris : nam ſicut totius arcæ erat rector vnus Noe : & nihil ſaluabatur niſi ſub eo : ſic totius Eccleſiæ rector eſt vnus ſummus Pontifex:& nihil ſaluatur niſi ſub ipſo.

Taxillus eſt corpus quadratum.

Prælati ſuperiores pauciores ſunt quam inferiores.

a ¶ *Hanc autem veneramur, &c.*] Hic proſequitur adaptationē ſecundam ex eo ꝙ propheta in perſona Chriſti orat dicens, Erue à framea Deus animam meam. pro anima enim Chriſtus, id eſt pro ſeipſo capite ſimul orauit & corpore:quod corpus vnicam ſcilicet Eccleſiam nominauit. & hoc propter quattuor quantū ad præſens ſpectat, propter vnitatem ſponſi, fidei, & ſacramentorum, & charitatis. Aduertendum ergo, ꝙ in omnibus his quattuor ſummus Pontifex quandam principalitatem dicitur obtinere:nam ſi conſideremus vnitatem ſponſi : ipſe eſt vnius ſponſi vnus principalis vicarius. Vnde glo. ſuper illo verbo Matthæi 16. Tibi dabo, &c. vult quòd hoc ſpecialiter Petro conceſsit, vt ad vnitatem nos inuitaret:& ſubdit, ideo enim eum principalem Apoſtolorum cōſtituit, vt Eccleſia vnum principalem Chriſti haberet vicarium. Rurſus ſi conſideremus vnitatem fidei : ſummus Pontifex eſt huius fidei principalis doctor & definitor:nam & concilia generalia vbi talia ſunt definita, & vbi ſymboli ſunt compoſiti, non niſi auctoritate ſummi Pontificis poterant aggregari. Tertio ſi conſideremus vnitatem ſacramentorum, ſummus Pontifex vt eſt Chriſti principalis vicarius, eſt eorū principalis diſpēſator. Quarto ſi conſideremus vnitatem charitatis, quam habent mēbra ad Chriſtum, & ad eius vicariū, ſummus Pontifex eam cum quadam principalitate habet. Ergo ſi Eccleſia ex his eſt vna, & ex his eſt ſalus, & in his ſummus Pontifex principalitatem habet : non niſi ſub ſummo Pontifice ſaluari poterimus. ſibi itaque ſubeſſe erit de neceſsitate ſalutis.

Concilium generale nō fit ſine Papa.

*Ioan.* 19.

b ¶ *Hæc eſt tunica, &c.*] Hic proſequitur adaptationem tertiam: quia Eccleſia figurata eſt per tunicam Domini inconſutilem, quæ ſciſſa non fuit:ſed ſorte prouenit. Sciendum ergo, quòd veſtes Domini fuerunt quadripartitæ, quattuor militibus tributæ:inter quas fuit vna tunica inconſutilis deſuper contexta per totum : quæ non fuit diuiſa:ſed per ſorte habita, vt patet Ioan.19.c. Sciēdum enim ꝙ ſecundū Auguſt. vtrunque ſignificat Eccleſiam tam veſtis quadripartita, quàm tunica ſortita:aliter tamen, & aliter. Nam veſtis Domini quadripartita ſignificat Eccleſiā quattuor ſcilicet partib[9] in orbe diffuſam:& in eiſdem æqualiter, id eſt concorditer diſtributam. Tunica vero illa ſortita ſignificat Eccleſiam quantum ad vnitatē charitatis, quæ charitas eſt deſuper:quia habet ſupereminētiorem viam:& eſt contexta per totū, quia eſt catholica : quod idē eſt quod generalis & totalis. Eſt inconſutilis vt non diuidatur, ſed vna permaneat:& omnes in vnū colligat. Sorte eſt habita, in qua diuina gratia commendatur:quia cum ſors mittitur, non perſonæ; ſed occulto Dei iudicio ceditur. quæ omnia ſunt verba Auguſtini exponentis dictum textum Euangelij. Ex hac autem adaptationę patere nōt, ꝙ ſubeſſe ſummo Pontifici eſt de neceſsitate ſalutis:nō enim eſſet tunica Dñi, id eſt Eccleſia inconſutilis & contexta per totum, niſi eſſet ſub vno capite colligata. volentes ergo ſe à capite ſubtrahere, volūt hanc tunicam ſcindere:ſed ſi conſideratur veritas, eam non ſcindunt, quia ſcindi non poteſt. Itaque ſe ſubtrahētes ab vnitate capitis, non dicuntur Eccleſiam ſcindere, vel tunicam Domini diuidere : ſed dicuntur extūc ad huiuſmodi tunicam vel ad Eccleſiam minime pertinere:vt tales exiſtentes tunc ad ſalutem nequeant promoueri.

Eccleſia per veſtes Chriſti congrue ſignificatur.

Eccleſiam non ſcindūt qui ab vnitate capitis ſeſubtrahūt.

c ¶ *Igitur Eccleſiæ vnius.*] Hic proſequitur adaptationem quartā ex eo ꝙ omnes oues, id eſt ipſi Chriſtiani commiſsi ſunt ipſi Petro. Circa quod tria facit, ſecundū ꝙ hoc tripliciter probat. Primo ex vnitate corporis & capitis. Secundo ex vnitate cōmiſsionis ouiū. Tertio ex vnitate ouilis & paſtoris. Secunda:ibi, *Dicente Domino*. Tertia:ibi, *Siue ergo Græci*. Prima ratio talis eſt : vbi eſt vnum corpus, & vnum caput, non duo capita, quaſi monſtrum : quia eſt ibi Chriſtus, eſt Chriſti vicarius Petrus, Petriq; ſucceſſor:ibi, ſupple, nullus ſaluatur niſi ſubſit Chriſto, Chriſtique vicario Petro, Petrique ſucceſſori:Sed vnius & vnicæ Eccleſiæ eſt vnum corpus, & vnum caput, nō duo capita, quaſi monſtrum, Chriſtus, Chriſtique vicarius Petrus, Petrique ſucceſſor. ergo in Eccleſia nullus ſaluatur, niſi ſubſit, &c. De hac autem ratione non ponit niſi virtutem medij, videlicet ꝙ vnius & vnicæ Eccleſię eſt vnum corpus & vnum caput. Notandum autem, quòd quaſi inferendo dicit, igitur Eccleſiæ vnius & vnicæ vnum corpus, & vnum caput, &c. quia licet hoc ſit propoſitum principale, quòd nullus ſaluatur niſi ſubſit Chriſto capiti & eius vicario : tamen inferendo & concludendo iſta dicit:quia omnia hæc ex præmiſsis ſequuntur & concluduntur. Si enim vna fuit arca Noe Eccleſiam figurans : & quòd Chriſtus vnum caput orauit pro vnica Eccleſia ſua:& vnica fuit tunica Chriſti inconſutilis. aperte ex præmiſsis poſſumus inferre & dicere. Igitur vnius & vnicæ Eccleſiæ, vnum corpus, vnum caput, &c. vbi ſupplendum eſt, ꝙ ſi Chriſto capiti & eius vicario ſubeſſe nolumus, ſalutem non poterimus adipiſci. Notandum etiam, ꝙ dicit, vnius & vnicæ:Nam plus videtur importare vnicum quàm vnum. Nam tunc quis habet vnum, quando habet aliud. Sed tunc dicitur habere vnicū quando non habet aliud, nec ſperat vlterius habere aliud:nec habet aliud in quod aſpectum dirigat. vnde Greg. ſuper illo verbo Lucæ 7. Ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris ſuæ:& hæc erat vidua. vult quòd ideo erat vnicus filius : quia mater eius erat vidua:& nō ſperabat vlterius filios procreare:nec habebat in quem aſpectum dirigeret. Vere itaque Eccleſia eſt vna ſponſa Chriſti, & vnica : quia Chriſtus non habet aliam ſponſam: nec ſperat vlterius habere aliam ſponſam : nec dirigit ſuum aſpectum, nec ſuam affectionem ad aliam ſponſam. ideo nullus confidat de

Vnus & vnicus differūt.

fidat de alia ſponſa, vel de alia Eccleſia, & ſub nullo credat ſaluari niſi ſub ſponſo: vel ſub capite ipſius Eccleſiæ Chriſto, Chriſtique vicario Petro, Petrique ſucceſſore.

a ¶ *Dicente Domino ipſi Petro, Paſce oues meas, &c.*] Hic probat hoc idem ex vnitate commiſsionis: non enim factæ ſunt plures

& Chriſti vicarius Petrus, Petrique ſucceſſor: Dicente [a] Domino ipſi Petro, Paſce oues meas: meas, inquit, & generaliter, non ſingulariter has vel illas: per quod commiſiſſe ſibi intelligitur vniuerſas. Siue ergo Greci [b] ſiue alij ſe dicant Petro eiuſque ſucceſſoribus non eſſe commiſſos, fateantur neceſſe ſe de ouibus Chriſti non eſſe: dicente Domino in Ioanne, Vnum ouile & vnicum eſſe paſtorem. ¶ In hac [c] eiuſque poteſtate duos eſſe gladios, ſpiritualem videlicet & temporalem Euangelicis dictis inſtruimur. Nam [d] dicentibus Apoſtolis: Ecce gladij duo hic: in Eccleſia ſcilicet, cum Apoſtoli loquerentur, non reſpõdit Dominus nimis eſſe, ſed ſatis. Certe [e] qui in poteſtate Petri, temporalem gladium eſſe negat, male verbum attendit Domini proferentis: Conuerte gladium tuum in vaginam. Vterque [f] ergo eſt in poteſtate Eccleſiæ, ſpiritualis ſcilicet gladius, & materialis. Sed is quidem pro Eccleſia, ille vero ab Eccleſia exercendus. Ille ſacerdotis, is manu regum & militum, ſed ad nutum & patientiam ſacerdotis. Oportet [g] autem gladium eſſe ſub gla-

commiſsiones principales: ſed facta eſt vna principalis commiſsio: Ioan.21. & omnes oues vni & eidem Petro & eius ſucceſſoribus principaliter & vniuerſaliter ſunt cõmiſſæ. Formetur autem ſic ratio: Cuicunq; Dominus commiſit oues ſuas, nõ has vel illas, intelligit ſibi vniuerſaliter cõmiſiſſe, & ex hoc intelligitur nõ eſſe ſalutẽ alicuius ouis, niſi ſub eo, & ſub eius ſucceſſoribus, Ioan.10. cui omnes oues generaliter ſunt cõmiſſæ. Sed dicente Domino ipſi Petro, Paſce oues meas: quia non inquit ſingulariter paſce has vel illas: ſibi commiſiſſe intelligitur generaliter vniuerſas: & per conſequens non intelligitur ſaluari aliqua ouis, niſi ſub Petro & ſucceſſoribus eius, ita quod ſubeſſe ſibi eſt de neceſsitate ſalutis, quæ eſt noſtra concluſio principalis. De hac autem ratione ponit virtutem medij, vt patet ex littera.

b ¶ *Siue ergo Græci, &c.*] Hic probat hoc idem ex vnitate ouilis & paſtoris. Formetur autem ſic ratio: Vbicunque eſt vnum ouile & vnicus paſtor, ſiue Græci, ſiue alij dicãt ſe nõ eſſe ſub ipſo paſtore, vel ſub eius vicario, vel ſub ſucceſſoribus ſuis, dicunt ſe nõ eſſe de illis ouibus, nec ad ouile huius pertinere, & per cõſequens dicũt ſe non eſſe in ſtatu ſalutis. Sed dicente Domino in Ioanne, vt habetur Io.10. Conſtat vnum ouile & vnicum eſſe paſtorem: ſiue ergo Græci, ſiue alij dicant ſe Petro eiuſque ſucceſſoribus nõ eſſe commiſſos, neceſſe eſt ꝙ fateantur ſe non eſſe de ouibus Chriſti, nec pertinere ad ouile Chriſti: & per conſequens fatentur ſe quoque tales non eſſe in ſtatu ſalutis. De hac autem ratione ponit virtutem medij, vt patet ex littera. Notandum autem hãc decretalem ſic ordinate procedere, quòd ex omnibus fere verbis habetur concluſio principalis, quæ ponitur in fine decret. quod ſubeſſe ſummo Pontifici eſt de neceſsitate ſalutis. Nam ſi conſiderentur conditiones ſuperius generales, ꝙ Eccleſia eſt vna ſancta, &c. Si conſiderentur adaptationes ſuperadditæ, ꝙ fuit vna arca figurans Eccleſiã: ꝙ vnica eſt Eccleſia, pro qua Chriſtus orauit: ꝙ vnica fuit tunica Chriſti inconſutilis: ꝙ Eccleſia eſt vnum corpus habens vnum caput: ꝙ vna facta fuit Petro de omnibus ouibus commiſsio principalis: ꝙ Eccleſia eſt vnũ ouile habens vnũ paſtorẽ. omnia iſta clamant contra eos qui ſaluari volunt, niſi ſubſint ſummo Pontifici: omnia iſta proteſtantur quòd ſic ſubeſſe eſt neceſsitate ſalutis.

Eccleſia eſt vnum ouile.

c ¶ *In hac eiuſque poteſtate.*] Hic ponitur tertia pars principalis huiuſmodi decret. in qua poſtquam dñs Papa ex conditionibus generalibus congruentibus Eccleſiæ probauit quòd ſibi ſubeſſe eſt de neceſsitate ſalutis. Et poſtea probauit hoc idem ex quibuſdam adaptationibus ſpecialibus ad Eccleſiam adaptatis. Hic tertio vult hoc idem probare ex ipſis gladiis, qui ſunt in Eccleſia. Circa quod duo facit: quia primo agit de iſtorum duorum gladiorum pluralitate, poteſtate, & vſu. Secundo agit de eorum ordine: ibi, *Oportet autem.* Circa primum duo facit: quia proponit primo quod intendit, ſecundo probat quod dixerat: ibi, *Nam dicentibus.* Dicit ergo in hac, id eſt in Eccleſia, eiuſque poteſtate duos eſſe gladios, ſpiritualem videlicet & temporalem Euangelicis dictis inſtruimur.

d ¶ *Nam dicentibus.*] Probat quod dixerat: ſed dixerat duos gladios in Eccleſia, & eos eſſe in poteſtate Eccleſiæ: & quia non eodem modo iſti gladij ſunt in poteſtate Eccleſiæ: nec eodem modo pertinent ad vſum Eccleſiæ, ideo tria facit, quia primo dicit duos tantum eſſe gladios in Eccleſia. Secundo oſtendit eos ambos eſſe in poteſtate Eccleſię. Tertio declarat nõ eodẽ modo eos in poteſtate Eccleſiæ: ſed alterum ad vſum, alterum ad patientiam & nutũ. Secunda: ibi, *Conuerte.* Tertia: ibi, *Vterque ergo.* Dicit igitur: nam dicentibus Apoſtolis: Ecce gladij duo hic, id eſt in Eccleſia, cum Apoſtoli loquerentur: & quia ipſi Apoſtoli repræſentabant Eccleſiam, ſi inter ipſos Apoſtolos erant duo gladij, conſequens eſt ꝙ in ipſa Eccleſia ſint duo gladij: dicentibus itaque Apoſtolis duos gladios eſſe ibi, nõ reſpondit nimis eſſe, ſed ſatis. Notandum ergo ꝙ ſi eſſent plures gladij quàm duo, non dixiſſet Dominus, ſatis eſt, ſed parum eſt. Et ſi eſſent pauciores, non dixiſſet ſatis eſt, ſed nimis eſt, ex ipſis itaque verbis Domini dicentis, ſatis eſt: datur intelligi duos gladios in Eccleſia, non plures nec pauciores.

Gladij duo ſunt in Eccleſia.

e ¶ *Certe qui in poteſtate.*] Hic oſtendit hos duos gladios eſſe in poteſtate Eccleſiæ: dixerat enim in hac, id eſt in Eccleſia eiuſque poteſtate duos eſſe gladios: & quia probauerat duos gladios eſſe in Eccleſia, vult probare hos duos eſſe in poteſtate Eccleſiæ: ſed quia null⁹ dubitat ſpiritualẽ gladiũ eſſe in poteſtate Eccleſiæ: ideo dominus Papa probat hoc de gladio tẽporali dicens: certe qui in poteſtate Petri tẽporalẽ gladiũ eſſe negat, male verbũ attẽdit Domini ꝓferentis: Conuerte gladiũ tuũ in vaginã. Matt.26. Notandũ autẽ quòd ſecundum vnum modũ adaptandi duo gladij erant inter Apoſtolos: & ſecũdũ hoc duo gladij ſunt in Eccleſia: q̃a Apoſtoli locũ tenebant Eccleſiæ: vnus autem illorũ erat viſibilis: quia fuit extractus, & ſignificabat gladium temporalem ſiue materialem: quia reſpicit corpora, & facit læſionẽ viſibilẽ: alius autẽ ſtabat inuiſibilis: quia non fuit extractus, & ſignificare poterit gladiũ ſpiritualem, qui ferit animas, & facit læſionem inuiſibilem. Ergo ſi de gladio extracto & viſibili, q̃ ſignificat gladiũ materialẽ, dixit Petro, conuerte gladiũ tuum in vaginam: liquide patet, ꝙ gladius materialis eſt Petri, & eſt in poteſtate Petri: cõſequens eſt igitur, ꝙ vterque gladius ſit Eccleſiæ, & in poteſtate Eccleſiæ. Notandũ etiam ꝙ iſtam ſententiã tenet Bernardus ad Eugeniũ iiij. dicens: aggredere eos, id eſt malos Chriſtianos nõ ferro, ſed verbo: innuẽs eſſe duos gladios: vnũ ſpiritualẽ, qui ferit verbo, & aliũ materialem, qui ferit ferro. & ſubdit de materiali gladio: quid tu denuo vſurpare gladiũ tentas, quem ſemel iuſſus es reponere in vaginam? quia ergo dicit Dominus Petro de materiali gladio, conuerte gladium tuum in vaginã: ſummus Pontifex, quamuis ille gladius ſit ſuus, & quamuis ſit in poteſtate ſua, nõ debet tamen illo gladio vti vel ferire. Notandum etiam gladium materialẽ eſſe ſummi Pontificis, & eſſe in poteſtate eius: oſtẽdit idẽ Bern. ibidem loquens ſummo Pontifici dicens: videlicet, quem materialem gladium qui tuum negat: non ſatis mihi videtur attẽdere verbum Domini dicentis, Conuerte gladium tuum in vaginam.

Gladiorum alter viſibilis, alter inuiſibilis.

f ¶ *Vterque ergo eſt.*] quia oſtenderat vtrũque gladiũ eſſe in Eccleſia, & vtrũque in poteſtate Eccleſiæ eſſe: Hic vult oſtendere nõ eodẽ modo vtrumq; gladiũ ad Eccleſiã pertinere: ideo ait, ꝙ vterque eſt in poteſtate Eccleſiæ: ſpiritualis ſcilicet gladius & materialis: nõ tñ eodẽ modo, is quidẽ, id eſt materialis pro Eccleſia: Ille vero, id eſt, ſpiritualis ab Eccleſia exercẽdus. Ille, id eſt, ſpiritualis, ſacerdotis manu: Is, id eſt, materialis, manu regũ & militũ: ſed ad nutũ & patiẽtiã ſacerdotis. Notãdũ autẽ vtrumq; gladiũ eſſe in Eccleſia & in poteſtate Eccleſiæ, ſed nõ eodẽ modo: quia ſpiritualis eſt in Eccleſia, & in poteſtate Eccleſiæ ad vſum: materialis vero nõ ad vſum, ſed ad patientiam & ad nutũ. Sacerdos ergo cũ ſpirituali gladio excõicando inobedientes ferit, & eo propria manu vtitur: cũ materiali vero nõ ferit: & eo propria manu nõ vtitur: Sed reges & milites eo debẽt vti & ferire ſ̃m nutum & patientiã ſacerdotis. eſt enim nutus per aliqua ſigna cognoſcere alterius voluntatẽ. Reges ergo & principes videntes per ſigna hoc expedire Eccleſię: debent contra rebelles & inobedientes materialem gladiũ exercere. Materialis itaque gladius nõ ab Eccleſia: quia non manu eccleſiæ, ſed manu Regũ & militũ; tñ pro Eccleſia, id eſt pro vtilitate Eccleſiæ ad nutũ & patientiã Eccleſiæ exercetur. Notandũ etiã ꝙ accipiendo hoc generaliter & ſpecialiter poſſumus dicere, ꝙ ad imperiũ & nutũ Eccleſiæ materialis gladius exercetur ad imperiũ generaliter: quia mãdat eccleſia generaliter ꝙ fiat iuſtitia. Sed ad nutũ ſpecialiter: q̃a põt ſpecialiter innuere, etiã ꝙ de iſto fiat iuſtitia. Notandũ etiã ꝙ accipiendo iuſtitiã in aliquo ſpecialiter, dicitur materialis gladius exerceri ad nutum & patientiam ſacerdotis, ad nutũ quidẽ, q̃a per aliqua ſigna denotat regibus & militibus, ꝙ ꝓ eccleſia & ad vtilitatẽ Eccleſię materialis gladi⁹ extrahatur. ad patientiã vero, quia in hoc ꝙ aliquis punitur in corpore: ſic eccleſia ſuſtinet & patitur & cõdolet, & cõpatitur patienti. Notandum ꝙ hos duos gladios eſſe in poteſtate Eccleſiæ aliter & aliter, vnũ ad vſum manu Eccleſiæ & ab eccleſia: aliũ ad nutum & pro eccleſia manu militis: tradit & ſcribit Bernardus ad Eugenium quartum.

Gladius materialis qualiter exercetur per Eccleſiam.

g ¶ *Oportet autẽ gladiũ, &c.*] Poſtquã determinauit de pluralitate,

tate,poteſtate,& vſu illorum gladiorum, vult determinare de eorum ordine:& hoc eſt principale propoſitum:quia, vt patet principalis intẽtio huiuſmodi decre. eſt oſtendere ꝙ ſubeſſe ſummo Pontifici eſt de neceſſitate ſalutis, prout vltima concluſio manifeſte declarat:& quia ex ordine gladiorum hoc aperte patet,ideo agit de pluralitate, poteſtate, & vſu illorum gladiorum quædã præambula. Sed agere de ordine eſt ad propoſitũ principale:poſſet tamẽ qui vellet ex ipſis præambulis rationes formare ad propoſitũ principales. duo ergo facit, quia primo ponit quem ordinẽ habẽt huiuſmodi gladij. Secundo, probat quod dixerat: ibi, *Nam cum dicat.* dixit ergo:oportet autem gladium eſſe ſub gladio:& temporalem auctoritatẽ ſubiici ſpirituali poteſtati, quaſi dicat, ꝙ hi gladij habent hunc ordinem, quia gladius eſt ſub gladio, cum temporalis & materialis ſit ſub ſpirituali.

*Rom. 13.*

dio, & temporalem auctoritatem ſpirituali ſubiici poteſtati: Nam [a] cum dicat Apoſtolus: Nõ eſt poteſtas niſi à Deo: quæ autem ſunt, à Deo ordinata ſunt: non autem ordinata eſſent, niſi gladius eſſet ſub gladio, & tamquam inferior reduceretur per alium in ſuprema. Nã [b] ſecundum beatum Dionyſium, lex diuinitatis eſt infima per media in ſuprema reduci. Non ergo ſecundum ordinem vniuerſi omnia ęque ac immediate, ſed infima per media, & inferiora per ſuperiora ad ordinem reducuntur. Spiritualem autem & dignitate & nobilitate terrenã quamlibet

a ¶ *Nam cum dicat Apoſtolus.*] Hic probat quod dixerat, videlicet ꝙ debet eſſe gladius ſub gladio. Circa qđ tria facit, quia probat hoc per Apoſtolũ. Secundo per Dionyſiũ. Tertio ſubiungit multa media ſimul probantia propoſitũ. Secunda: ibi, *Nam ſecundum.* Tertia: ibi, *Quod etiam.* Dicit ergo ſecundum Apoſtolum, Non eſt poteſtas niſi à Deo: quæ autem ſunt, à Deo ordinata ſunt: non autem ordinata eſſent, niſi gladius eſſet ſub gladio, & tamquam inferior reduceretur per aliũ in ſuprema. Notandum autem ꝙ nõ poteſt eſſe eſſentialis ordo inter aliqua, niſi vnum ſit perfectius alio: & vbi vnum magis appropinquat ad Deum, quàm aliud: habet enim ſe res reſpectu Dei, ſicut vnum reſpectu vnitatis, vt innuit Dionyſius quinto de diuinis nominibus. & ſicut nõ ſunt duo numeri eſſentialiter differentes, quin vnus habeat plures vnitates, quàm alius: ſic non ſunt duæ res eſſentialiter differentes, quin vna perfectior ſit alia. Si ergo iſti gladij ſint per ſe diſtincti & ordinati, oportet vnum eſſe ſub alio, & vnum eſſe perfectiorem alio.

b ¶ *Nam ſecundum.*] Hic probat hoc idem per beatũ Dionyſiũ: formetur ſic ratio, Secundũ legem diuinitatis infima reducuntur in ſuprema per media: & ſecundum ordinem vniuerſi non omnia æque immediate reducuntur ad ordinem: ſed infima per media, & inferiora per ſuperiora ad ordinem reducuntur: cum autem ſpiritualis poteſtas excellat terrenam poteſtatem dignitate & nobilitate, quia ſpiritualia temporalia antecedunt: iſtæ duæ poteſtates non æque immediate reducentur ad ordinem: ſed vna reducetur per aliam, terrena per ſpiritualem. Notandum autem, ꝙ hæc ratio non concludit ſolum terrenam poteſtatem eſſe ſub ſpirituali, quia temporalia communiter ſunt ſub ſpiritualibus: ſed etiam probat ꝙ terrena poteſtas habet reduci in Deum per ſpiritualem, hoc eſt, habet dirigi & gubernari per ipſam. Notandum etiam, ꝙ iſta ratio eſt ſumpta à Dioniſio, & eſt ad propoſitum principale, & eſt declaratio eius quod Apoſtolus dixerat. dicebatur enim per Apoſtolum, Poteſtates à Deo ſunt, & ordinatæ ſunt. Cum ergo dubitari poſſet quo ordine ordinatæ ſunt poteſtates, hoc dubiũ ſoluit dicens ꝙ oportet eas vt res aliquæ ſunt in vniuerſo ordinatas eſſe, quia infima per media, inferiora per ſuperiora ad ordinem reducuntur.

Spiritualia antecedunt temporalia.

c ¶ *Quod etiam ex decimarum datione, &c.*] Hic multa media ſumit ad probandũ, ꝙ poteſtas terrena eſt ſub ſpirituali. Circa qđ duo facit, quia primo facit quod dictum eſt. Secundo ex dictis infert ad propoſitũ multas concluſiones ibi: *Nam veritate teſtante.* Dicit ergo etiam, ſupple ſic eſſe, ꝙ terrena poteſtas ſubſit ſpirituali ex decimarũ datione & benedictione, &c. Notandum eſſe hic poſita quattuor media ad propoſitũ ꝙ terrena poteſtas ſubeſt ſpirituali. Primum mediũ de decimis habetur in canone. Secundũ de benedictione ſiue de ſanctificatione, habetur ab Hugo. de ſacramentis lib. 2. parte 2. Tertium de poteſtatis acceptione, habetur ab eodem Hug. eod. lib. & eadem parte 2. Quartum vero ex ipſarum rerum gubernatione, poteſt haberi ex verbis Auguſt. 11. de tri. c. 4. Propter primum ſciendum, ꝙ ſi de iure diuino laici dant decimas clericis, tota terra laicorum eſt in cenſiua Eccleſiæ: terrena itaque poteſtas ſecundũ omnia bona terrena quæ habet eſt ſub Eccleſia. Propter ſecundũ ſciendum, ꝙ Hug. de ſacra. libro & parte præaſſignatis ait, ꝙ ſacerdotalis dignitas regalem poteſtatem ſacrat & benedicit: ſed ſecundũ Apoſtolũ, qui benedicit, maior eſt: ergo quia per Eccleſiam terrena poteſtas benedicitur, ſanctificatur, inungitur quidem ſi ſit inungẽda, abſoluitur ſi delinquat. Sed cum inungitur, etiam abſoluitur & benedicitur & ſanctificatur: quare terrenam poteſtatẽm & ſpecialiter reges excellentiores propter vnctionem, & omnes Chriſtianos propter abſolutionẽ, oportet ſubeſſe Eccleſiæ. Propter tertium ſciendũ (vt Hugo ait lib. & par. præaſſignatis) ꝙ ſpiritualis poteſtas eſt maior dignitate quàm terrena: qđ in illo antiquo populo veteris teſtamenti declaratur manifeſte, vbi primum à Deo ſacerdotium inſtitutum eſt, poſtea vero per ſacerdotium regalis poteſtas, iubente Domino ordinata eſt. Potuiſſet enim Deus ſi voluiſſet per ſe ipſum vocare Saulem: & dare ſibi poteſtatem regalem: ſed voluit hoc fieri per Samuelem: inſinuans poteſtatem terrenam dependere à poteſtate eccleſiaſtica, & ſibi debere eſſe ſubiectam. Propter quartum ſciendum, ꝙ Aug. 3. de trini. c. 4. vult ꝙ totum vniuerſum quodam ordine regatur: quia corpora groſsiora reguntur per ſubtiliora, & tota corporalis creatura per ſpiritualẽ: ſed turpis eſt pars, quæ ſuo non congruit vniuerſo. Si ergo in toto vniuerſo corporalia reguntur per ſpiritualia, turpe eſſet ſi in genere humano, quod eſt pars vniuerſi, terrenæ poteſtates non ſubeſſent ſpiritualibus, & non regerentur per ipſas.

Poteſtas terrena ſubeſt ſpirituali.

Terra tota laicorum eſt in cenſiua Eccleſiæ.

Reges quare ſubſunt Eccleſiæ.

Sacerdotiũ pręceſſit regalem poteſtatem.

*Hiere.*

Corporalia per ſpiritualia reguntur.

pręcellere poteſtatem, oportet tãto clarius nos fateri, quanto ſpiritualia temporalia antecellunt. Quod [c] etiam ex decimarum datione, & benedictione: & ſanctificatione, ex ipſius poteſtatis acceptione: ex ipſarum rerum gubernatione claris oculis intuemur. Nam veritate teſtante [d], ſpiritualis poteſtas terrenam poteſtatem inſtituere habet, & iudicare, ſi bona non fuerit: ſic de Eccleſia & eccleſiaſtica poteſtate verificatur vaticinium Hieremiæ: Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes & regna: & cætera quæ ſequuntur. Ergo [e] ſi deuiat terrena poteſtas iudicabitur à poteſtate ſpi-

d ¶ *Nam veritate teſtante, &c.*] Hic concludit de eccleſiaſtica poteſtate plures & varias concluſiones ad propoſitũ vtiles. Circa quod quatuor facit, quia primo concludit, ꝙ ſpiritualis poteſtas poteſt terrenam poteſtatem inſtituere, iudicare, trãsferrre, & plãtare. Secundo concludit de eccleſiaſtica poteſtate, & potiſsime de ſuprema, quæ à ſolo Deo non ab homine poterit iudicari. Tertio concludit de eadem, quomodo eſt humana, & quomodo eſt diuina. Quarto concludit etiam, ꝙ cum iſta ita ſint ordinata, ꝙ qui eccleſiæ poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit: & ꝙ nõ poteſt quis Eccleſiæ poteſtati reſiſtere cum ſalute, niſi duo aſſerat principia, vt Manicheus errans poſuit, ꝙ ſcriptura ſacra veritatem aſſerens, negat & deſtruit. Secũda: ibi, *Ergo ſi deuiat.* Tertia: ibi, *Eſt autem.* Quarta: ibi, *Quicunque igitur.* Cõtinuetur ergo ſic: Bene dictũ eſt ꝙ poteſtas eccleſiaſtica poteſtatem terrenã benedicit, ſanctificat: & ab ea poteſtas terrena poteſtatem accipit. Nam veritate atteſtãte, id eſt, canone Bibliæ aſſerente, ſpiritualis poteſtas terrenam poteſtatem inſtituere habet: & ſupple, ſi habet eam inſtituere, habet eam iudicare, ſi bona nõ fuerit: quia cuius eſt condere, eius eſt deſtruere: & quia etiam quantũ ad terrenam poteſtatem habet eam inſtituere. & ſi non bona fuerit, habet eam iudicare & deſtituere. ſic enim ſecundum hunc modum de eccleſia & eccleſiaſtica poteſtate verificatur vaticinium Hieremiæ, Ecce conſtitui te hodie, id eſt, à die qua formata eſt Eccleſia ſuper gentes & regna, vt euellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſsipes ea deſtituẽdo: ædifices & plãtes ea inſtituendo. Notandum autem quod dicit, veritate teſtante, ſpiritualis poteſtas terrenã inſtituere hẽt, quia vt patet ex veteri lege & ex canone Bibliæ, primũ à Deo ſacerdotiũ inſtitutũ eſt: & poſt iubente Domino per ſacerdotiũ regalis poteſtas ordinata eſt.

e ¶ *Ergo ſi deuiat, &c.*] Hic ponit concluſionẽ ſecundam de eccleſiaſtica poteſtate, & potiſsime de ſuprema: qui ſi deuiat, à Deo ſolo poterit iudicari. Continuetur ergo ſic, Dictũ eſt, ſi deuiat terrena poteſtas, iudicabitur à poteſtate ſpirituali: ſed ſi deuiat ſpiritualis minor, iudicabitur à ſuo ſuperiori: ſi vero ſuprema ſpiritualis poteſtas deuiat, à ſolo Deo, non ab homine poterit iudicari, teſtante Apoſtolo: Spiritualis homo iudicat omnia, & ipſe à nemine iudicatur. Notandum autem ꝙ ille eſt ſpiritualis homo, qui habet ſanam mentem & ſanum iudiciũ, ſicut ille eſt ſanus corporaliter, qui habet ſanũ guſtum, & habet ſanũ iudicium de ſaporibus, ſic & ille eſt ſpiritualiter ſanus qui habet ſanam mentem, & habet ſanam & rectum iudicium de agibilibus. ſicut ergo ſolus ille, qui eſt ſanus corporaliter, poteſt recte alia corporalia iudicare: ſic ſolus ille, qui eſt ſpiritualis, poteſt de omnibus iudicare tam de ſpiritualibus, quàm de corporalibus: quia corporalia ſub ſpiritualibus continentur. Notandum etiam, ꝙ idem eſt eſſe ſpiritualem & ſanum ſpiritualiter, quia quicunque eſt ſpiritualis, habet ſanã mentem, & habet rectum iudicium de rebus. Notandum etiam ꝙ ſi-

Spiritualis quilibet ſanam mentẽ habet.

rituali, ſed ſi deuiat ſpiritualis, minor à ſuo ſuperiori: Si vero ſuprema, à ſolo Deo, nõ ab homine poterit iudicari: teſtante Apoſtolo: Spiritualis homo iudicat omnia, ipſe autem à nemine iudicatur. Eſt autẽ [a] hæc auctoritas (& ſi data ſit homini, & exerceatur per hominẽ) non humana, ſed potius diuina ore diuino Petro data, ſibique ſuiſque ſucceſſoribus in ipſo, quẽ confeſſus fuit petra firmata: dicente Domino ipſi Petro: Quodcumque ligaueris, & cę-tera. Quicunque [b] igitur huic poteſtati à Deo ſic ordinatæ reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit, niſi duo (ſicut Manichæus) fingat eſſe principia: quod falſum & hæreticũ iudicamus: quia teſtãte Moyſe, Non in principiis, ſed in principio cęlũ Deus creauit & terram. ¶ Porro [c] ſubeſſe Romano Pontifici omni † humanæ creaturæ declaramus, dicimus, diffinimus, & pronuntiamus omnino eſſe de neceſſitate ſalutis. Datum Lateraũ. Pontificatus noſtri anno octauo.

cut habens guſtũ infectum male iudicat de ſaporibus, & in ſuo iudicio ab omnibus iudicatur: quia ſi habet guſtũ infectum cholera, etiam dulce iudicabit amarũ: ſic habens mentẽ infectã, habet prauũ iudiciũ de agibilibus, & in ſuo iudicio ab omnibus iudicatur & reprehenditur, quia iudicabit eſſe faciendũ quod nõ eſt faciendum: iuxta illud:

*Dicit amor cæcus, de decus eſſe decus.*

Itaq; ſpiritualis homo, & habens ſanã mentẽ iudicat omnia, & ipſe à nemine iudicatur: quia in ſuo iudicio à nemine reprehenditur. Notãdum etiã, ꝙ duplex eſt ſpiritualitas, pſonalis, & ſecundum ſtatum: & duplex eſt iudicium, ſiue duplex eſt correctio auctoritatiua, & fraterna [1]. Itaque ſpiritualis perſonaliter oẽs iudicat: quia oẽs male agentes poteſt corrigere correctione fraterna, & ipſe à nemine iudicat, quia ſi eſt ſpiritualis bonus & ſanctus, nil agit de quo poſsit iudicari vel reprehendi. Eſt autẽ alia ſpiritualitas ſecundum ſtatum quãdo eſt in ſtatu ſanctiſsimo & ſpirituali ſsimo: & in hoc ſtatu eſt ſolus ſummus Põtifex: ideoq; quilibet eum nominat & nominare debet ſanctiſsimum patrẽ. Iſte omnia iudicat etiã auctoritate, q̃a ſuper oẽs auctoritatẽ habet, & ipſe à nemine iudicatur, quia nullus habet auctoritatẽ ſuper ipſum: perſonaliter ergo poſſunt eſſe, & forte ſunt multi ſanctiores Papa & ſpiritualiores eo, ſed ſecundum ſtatum nullus eſt ita ſpiritualis nec ita ſanctus: & quia auctoritate iudicare reſpicit ſpiritualitatem & ſanctitatem ſecundum ſtatum: ideo auctoritatiue ipſe ſolus eſt ille ſpiritualis homo, qui iudicat omnia, & ipſe à nemine iudicatur.

Spiritualitas eſt duplex.

[1] Aliàs, ſuperna.

*Matt.* 16.

Papa ſanctiores multi poſſunt eſſe.

a ¶ *Eſt autem hæc auctoritas, &c.*] Hic ponit concluſionẽ tertiã de eccleſiaſtica poteſtate, oſtẽdẽs quomodo ſit humana, & quomodo nõ humana, vel oſtẽdit quomodo ſit humana, & quomodo diuina. eſt eñ humana, quia data eſt homini, & eſt humana, quia exercetur per hominẽ: tñ nõ eſt humana, quia ſit data ab homine: ſed potius eſt poteſtas diuina, quia data à Deo: nã de ore diuino Petro eſt data ſibi, ſuiſq; ſucceſſoribus. Eſt etiã hæc auctoritas diuina, quia firmata in ipſo Chriſto petra, quã Petrꝰ cõfeſſus fuit dicente Dño ipſi Petro, Quodcunq; ligaueris, &c. littera patet quidem. Notãdum autẽ ꝙ hæc auctoritas dupliciter eſt humana, & dupliciter diuina. Eſt autẽ humana, quia exercetur p hominẽ: Sed eſt diuina, quia eſt data à Chriſto, qui erat Deus: & eſt diuina, quia firmata eſt in petra firma in Chriſto, qui erat verus Deus. Notãdum etiã, ꝙ omnia iſta quattuor poſſunt haberi ex Euangelio: Nã ꝙ ſit humana, quia data eſt homini habetur ex Euangelio: vbi dicitur: Tibi dabo, &c. ꝙ etiã ſit humana, quia exercetur ab homine: patet ex Euangelio, dum dicitur: Quodcunque ligaueris, &c. Quòd ſit diuina, quia data à Deo: patet ex Euangelio, quia ipſe Chriſtus qui erat Deus loquebatur qñ dixit: Tibi dabo. & ꝙ ſit diuina, quia fundata in eo: patet ex Euangelio, quia ipſe Chriſtus qui erat Deus loquebatur cũ dixit: Super hanc petram, ideſt, ſuper meipſum, qui ſum petra, & qui ſignificor per petrã, ædificabo eccleſiam meam.

Auctoritas Papæ eſt humana & diuina.

b ¶ *Quicunque igitur, &c.*] Hic ponit concluſionẽ quartam de eccleſiaſtica poteſtate dicens: Quicunq; igitur huic poteſtati, ſupple, eccleſiaſticæ à Deo ſic ordinatæ reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit: & ſupple, non poteſt eſſe in ſtatu ſalutis, niſi forte fingat duo principia & duos deos, ſicut finxit Manichæus hæreticus: quod dictum falſum & hæreticum iudicamus: quia teſtante Moyſe, nõ in principiis, ſed in principio cælum Deus creauit & terrã. Notandũ autẽ, ꝙ Deus pater ſecundum vnum modum exponẽdi, quẽ tangit Aug. ſuper Geñ. in prin. ideſt, in filio creauit, &c. Et quia pater & filius nõ ſunt duo principia, ſed vnum principium, immo quia tota Trinitas, pater & filius & ſpiritus ſanctus, relatiuè ad creaturã nõ ſunt plura principia, ſed vnum principium, vt dicit Aug. 4. de trini. c. 13. ideo non in principiis, ſed in principio cęlum Deus creauit & terrã. Notãdum etiam, ꝙ ſi eſſent duo Dij, poſſent eſſe plura capita in regimine humani generis, & vnum caput poſſet referri in vnum Deum, & aliud in alium Deum: Sed cum hoc ſit falſum & hæreticum, ſicut nõ eſt niſi vnus Deus & vnus Dei filius Ieſus Chriſtus, ita Eccleſia non habet niſi vnum caput & vnum principalem vicarium Ieſu Chriſti, cui ſubeſſe eſt de neceſsitate ſalutis.

In principio & non in principiis Deus cęlum creauit & terram.

Eccleſia vnicum caput habet.

c ¶ *Porro ſubeſſe Romano Pontifici.*] Hic ponit concluſionẽ tot modis inueſtigatã, ac etiã illatã ab omnibus antedictis. Continuetur autẽ ſic; quia ex conditionibus quibuſdã generalibus cõpetentibus Eccleſiæ: & quia ex quibuſdam adaptationibus ſpiritualibus adaptatis Eccleſiæ: & tertio, quia ex ipſis gladiis, qui ſunt in Eccleſia, patet ꝙ tenemur ſubeſſe Romano Pontifici. porro, id eſt, certe, quia ſic eſt. Ideo omnibus his conſideratis declaramus, dicimus, & diffinimus omnino eſſe de neceſsitate ſalutis omni humanæ creaturæ ſubeſſe ſummo Pontifici. Notandũ autẽ, ꝙ ait dominus Papa ſe declarare, dicere, & diffinire omnino, ꝙ ſibi ſubeſſe eſt de neceſsitate ſalutis, &c. quæ poſſunt ſic adaptari: vt concludamus, ꝙ ſubeſſe ſummo Pontifici eſt de neceſsitate ſalutis: declaramus, ſi conſideramus cõditiones generales ſupra poſitas cõpetentes Eccleſiæ: dicimus, ſi conſideramus adaptationes ſpeciales adaptatas Eccleſiæ: & hoc diffinimus, ſi conſideramus ipſos gladios, qui ſunt in Eccleſia, & omnino, ideſt penitus: vel omnino, id eſt pręfatis omnibus conſideratis, pronuntiamus ſic eſſe. Et hæc de expoſitione præſentis decretalis editæ à ſanctiſsimo patre & dño, dño Bonifacio diuina prouidẽtia Papa octauo, dicta ſufficiãt. Io. Mon.

Papæ ſubeſſe eſt de neceſſitate ſalutis.

*Gen.* 1.

† Aliàs omnem humanam creaturam.

ADDITIO. Quæro vtrũ poteſtas ſpiritualis debeat dominari temporali? Et videtur ꝙ non, quia iuriſdictiones ſunt diſtinctæ, vt in authen. quo. opor. epi. in prin. coll. 1. de conſecr. diſt. 3. celebritatem. in fi. Non ergo Papa debet ſe intromittere de poteſtate temporali: ſed debet temporalia dimittere Imperatori, Regibus, & aliis dominis temporalibus. 8. diſt. quo iure. arg. extra qui filij ſint leg. c. lator. & c. cauſam. aliàs poneret falcem ſuam in meſſem alienam. ſ. de elect. c. venerabilẽ. quod non eſt faciendũ. 6. q. 3. c. 1. præterea ſm Hug. Imperator à ſolo Deo habet poteſtatẽ in tẽporalibus, Papa in ſpiritualibus. & ſic iuriſdictiones ſunt diſtinctæ, vt dicunt primæ concordantiæ. Et licet coronã recipiat à Papa: gladiũ tñ ab altari. 93. diſt. legimus. & etiã ante fuit imperiũ q̃ Apoſtolatus. Præterea põtas ſpiritualis indigeret tẽporali multoties. 23. q. 5. adminiſtratores. ergo non dominatur ei. Præterea ſi poteſtas ſpiritualis dominaretur temporali, haberet dñium temporaliũ. Sed dominiũ earundẽ rerũ non põt eſſe ſimul & ſemel inſolidũ eodem tempore apud plures. ff. cõmo. l. ſi vt certo. §. ſi duobus vehiculum. ergo nullus alter haberet dominium, quod eſt falſum: ergo, &c.

Additio domini Petri Bertrandi.

CONTRARIVM videtur. Chriſtus commiſit ſummo Pontifici vices ſuas, vt habetur Matth. 16. cap. & 24. q. 1. quodcumque. Sed Chriſto data erat omnis poteſtas in cælo & in terra. Matth. 28. ergo ſummus Põtifex qui eſt eius vicarius habebit hanc poteſtatem. extra de tranſlat. cap. quanto.

Reſpõdeo & dico, ꝙ poteſtas ſpiritualis debet dominari omni creaturæ humanæ, per rationes, quas Hoſt. inducit in ſumma, qui fil. ſint leg. §. qualiter & à quo. Item quia Ieſus Chriſtus filius Dei dum fuit in hoc mũdo, & etiã ab æterno naturalis Dominus fuit, & de iure naturali in Imperatorem, & quoſcunq; alios depoſitionis ſententias ferre potuiſſet & damnationis, & quaſcunque alias, vtpote in perſonas, quas creauerat & donis naturalibus & gratuitis dotauerat, & etiã conſeruabat. Et eadẽ ratione & vicarius eius poteſt. Nã nõ videretur Dominus diſcretus fuiſſe (vt cũ reuerentia eius loquar) niſi vnicũ poſt ſe talẽ vicariũ reliquiſſet, qui hæc omnia poſſet. Fuit aũt iſte vicarius eius Petrus, Matt. 15. vltra mediũ. Et idẽ dicendũ eſt de ſucceſſoribus Petri, cum eadẽ abſurditas ſequeretur. ſi poſt mortẽ Petri humanã naturã à ſe creatã ſine regimine vnius perſonæ reliquiſſet. arg. ad hoc ſ. qui filij ſint leg. per venerabi'ẽ. vltra mediũ. de hoc not. Inno. ſ. de fo. cõpe. c. licet. Et ideo dñs Bonifacius viij. motus multis aliis efficacibus rationibus & exẽplis & auctoritatibus ſacrę ſcripturę, declarauit, dixit, & diffiniuit ſubeſſe Romano Pontifici omnẽ humanã creaturã eſſe de neceſsitate ſalutis, vt in Extrauag. vnã ſanctã. quæ hic de verbo ad verbũ poſita eſt, cũ glo. dñi Io. Mo. qui plene declarat hãc q̃ſtionẽ.

Iuriſdictio ſpiritualis omnes creaturas humanas adſtringit.

AD argumenta in contrariũ reſpondeo. Ad primũ cum dicitur, ꝙ iuriſdictiones ſunt diſtinctæ, &c. dicit Hoſt. ſic, Ego iuriſdictiones aſſero, & vtrãque à Deo proceſsiſſe, vt dicta authen. quomo. opor. epi. tamen quanto altera magis Deo appropinquat, tanto maior. Ergo ſacerdotium maius, quod probatur ex ordine ſcripturæ dictæ authen. Et ſic intellige ꝙ non multum diſcrepant ſacerdotium, & imperium, vt authent. de non alie. aut permut. rebus eccleſiæ. §. ſi minus. coll. 2. Non multum diſcrepant quo ad principiũ vnde procedunt: ſed multũ diſcrepant quo ad maioritatẽ. Inde eſt, ꝙ caput epi inungitur, ſed armus regis, & eps chriſmate, rex oleo, vt ſciatur ꝙ eps eſt vicarius capitis noſtri, ideſt Ieſu Chriſti, & vt oſtendatur quãta ſit differentia inter auctoritatẽ Pontificis & principis poteſtatẽ. extra de ſacra vnc. c. 1. ver. vnde in veteri

¶ Ioannes xxij.

¶ *Prælati non diſcurrant præſertim habitu transformato: qui ſi ad curiam venerint, inde recedere non debent ſine* Pa*pæ licentia: aliàs ipſi & receptantes illos excommunicati ſunt.*

CAP. II.

VT prelatorũ inepta diſcurſibus grauitas, & ſimplicitas ſimulationibus obuia, & ipſorum ad Chriſti vicarium indeuotio, religioſitati quippe cõtraria, nõ immerito arguenda, cum reuerentiam illorum ſanctitas, lucem puritas, firmoſq; maturitas poſcat greſſus, vt ſint vita mundi, fama clari, probi quiq; reddantur exemplo. Verum quia ipſorum quorundam (vt fide dignorum habet aſſertio) cò vana prorupit, interdũ ne dixerimus pernicioſa temeritas, quòd (veſtibus ſpiritualis ſanctitatis abiectis, diſſimulato habitu) ad remotas à ſuis ſedibus partes ſe transferũt: Quinimmo ad ſedem Apoſtolicam clanculo nobis nõ viſis, nec inſinuato† quòd venerint, veniſſe, latitaſſe, diſceſſiſſeq; dicantur: Nos ne taceribus nobis nõ præciſus huiuſmodi morbus inualeat: dum prouidum creditur, quod incautum, licitum, quod impune: Omnibus epiſcopis ſuperioribuſque prælatis ſub obteſtatione diuini iudicij inhibemus, ne abſque rationabili cauſa, timoris forte vel alia, extra ſuarum ciuitatis, & diœceſis, ac prouinciarum (mutatis habitibus) limites indiſcrete diſcurrant. Inhibemus etiã ne qui epiſcoporum & ſuperiorum ipſorum latenter (præſertim habitu transformato) venientes ad curiam (de ipſa Romani Pontificis non præſentati conſpectibus, vel ſaltem ab eo recedendi licentia non obtenta) recedant. Si qui vero epiſcoporũ & ſuperiorũ huiuſmodi noſtræ inhibitionis contradictores extiterint, & abſq; ipſius Romani Pontificis recedendi licentia conceſſa, eoque non viſo receſſerint ab eadem, necnon ſi qui ſcienter receptauerint antedictos, niſi id confeſtim eidem Romano Pontifici, vel alicui per quem hoc ipſum ad eius crediderint deduci notitiam, manifeſtare curauerint (etiã ſi epiſcopali, archiepiſcopali, patriarchali, vel quauis alia dignitate præfulgeant) eos excõmunicationis ſententia innodamus.

¶ Ioannes xxij.

¶ *Prælati ad curiam non debent more noctuæ latenter venire, nec inde ſine* Pa*pali licentia recedere: aliàs infideles iudicantur, & ſententia excommunicationis ligantur.*

CAP. III.

ET ſi deceat quoſlibet ſubditorũ curam exercere ſollicite, & per omnia velut lucis filios ambulare: hoc tamen præcipue ab ipſis exigitur, qui conſtituti per altitudinem dignitatis vt in ſpecula, circa cõmiſſas ſibi plebes paſtorum ſimul & cuſtodum partes implere tenentur, & coram ipſis laudabilium operum exemplo lucere. Ad noſtrum ſane peruenit auditũ, quòd nonnulli pontificali præditi dignitate gregũ

† Aliàs, intimato.

teri teſtamento. Et eodem modo reſpondetur ad ſecũdam oppoſitionem. Et quod dicitur ante fuiſſe imperium quam Apoſtolatum, hoc non facit ad propoſitum, quia poteſtas non ratione temporis dicitur maior, ſed potius ratione dignitatis. Nã & ſi Andreas primus venit ad fidem quam Petrus: prælatus eſt tamen Petrus Andreæ, cum in Apoſtolorũ catalogo ſemper primus quaſi pcipuus præmittatur, non q Petrus ſit potior tempore, ſed potior dignitate.

Ad tertium argumẽtum dico q licet, vt ſ. dictum eſt, omnis humana creatura ſubſit Papæ, & ſic poteſtati ſpirituali: non tamen ſequitur q habeat dominium omniũ rerũ temporalium. Ad cuius declarationem ſciendum eſt, q eſt duplex dominiũ. Eſt enim quoddam dominium iure diuino: quoddam aliud iure humano. 8. diſt. quo iure. Diuinum dominiũ eſt illud, qđ eſt apud Deũ ſuper omnem creaturã: ipſe enim Deus creator eſt omnium vniuerſorum: qui enim manet in æternum, creauit omnia ſimul. Item in Gen. c. 1. In principio creauit Deus cælum & terram. Et vide de hoc quod legitur & not. ſ. de ſum. tri. & fide catho. cap. 1. Iſto dominio: Domini eſt terra, & plenitudo eius, in pſal. ſ. de deci. c. tua nobis. & dicto c. quo iure. Iſtud dominium eſt verum dominium, ſimplex & abſolutum, & vnus eſt Dominus omniũ creaturarum Deus. Et ideo proprie loquendo omnes creaturæ, proprietates, res, & poſſeſsiones, & bona alia in nullius bonis ſunt vere, abſolute, & proprie, niſi Dei. Circa quod dominiũ dicit Hoſtien. ſ. de vo. & vo. redempt. c. quod ſuper. in magna glo. ver. mihi tamen videtur. ſic videtur mihi, q in aduentu Chriſti omnis honor, & omnis principatus, & omne dominiũ & iuriſdictio de iure, & ex iuſta cauſa per illũ, qui ſupremã manũ habet, nec errare poteſt, omni infideli ſubtracta fuerint, & ad fideles tranſlata: q hoc iuſta cauſa fuerit, probatur Eccleſi. 10. Regnũ de gente ad gentẽ transfertur propter iniuſtitias, & iniurias, & cõtumelias, & diuerſos dolos. Quòd hoc factũ ſit, cõprobatur ſ. de cõſti. c. tranſlato. & hoc in perſonã Chriſti filij Dei viui, qui non ſolũ ſacerdos fuit, ſed & rex. Lucæ 1. Ecce cõcipies in vtero, &c. vſq; & regni eius nõ erit finis. vnde & ipſe dixit Matth. 21. Auferetur à vobis regnũ, & dabitũ gẽti facienti fructũ eius. Huius aũt regni & ſacerdotij principatũ perpetuũ cõmiſit filius Dei Petro & ſucceſſoribus eius, vt patet in eo qđ legitur & not. lib. 6. de homic. c. pro humani. & ſ. qui fi. ſint leg. per venerabilẽ. §. rationibus. per totũ. & maxime in ver. fin. Et de tali dñio diuino dico q omnis temporalis poteſtas eſt ſubiecta ſpirituali, & debet põtas ſpiritualis poteſtati temporali dominari.

Dominium eſt duplex.

Christus fuit ſacerdos & rex.

Aliud eſt dñium quod ſm legiſtas vocatur legale dominiũ; & ita nominat Accur. ff. de verb. ſig. l. recte. ſecundũ vero canoniſtas vocatur humanũ, vt in dicto c. quo iure. De iſto legali vel humano dominio dicit Inno. ſic, q eius iuris eſt, quod ad aliquẽ ſpectat vel requiritur de iure naturali, vt ſunt dominia, obligationes, & huiuſmodi, &c. Innuens expreſſe, q rerum dominia & obligationes ſunt de iure naturali, id eſt, de iure gentiũ. Nõ aũt à iure ciuili vel Imperatore, vt actiones. ff. de iuſt. & iu. l. ex hoc iure. Inſt. de rerũ diui. §. fere. ita not. Inno. de cõſti. c. quæ in eccleſiarũ. & Compoſt. dicit ibidẽ, q à iure gentiũ deſcẽdunt dominia: ſed per leges principũ diſtinguũtur modi, per quos rerũ dñia acquirũtur. ff. đ acqui. re. do. per totũ. & Inſt. de re. di. per totũ. Et ſic intellegitur quod legit 8. diſt. quo iure. & ſic cõcordant in hoc, q dominia ſunt de iure gentiũ. Videtur mihi q dominium rerũ legale vel humanũ fuit à Deo collatũ humanæ creaturæ, & nõ fuit ab initio introductũ iure gentium, vel ciuili. Nã Deus omnia quæ creauit, fecit propter rationalẽ creaturã, & omnia ſubiecit rationali creaturæ. Gen. c. 1. Et ſic reſeruato ſibi vniuerſali & vero dominio omniũ creaturarũ, huius dominij vtilitatẽ conceſsit ab initio humanæ creaturæ quo ad vſum: qđ videtur intelligere Accurſius C. de iur. do. l. in rebus. ſuper verbo, naturaliter. vbi dicit, q iure primæuo nõ diſtinguebantur dñia, niſi quãtũ ad vſũ, &c. vnde ante ius gentiũ omnia fuerunt communia quouſq; iure gẽtiũ vſibus primorũ parẽtũ introductũ fuit, q terræ diuiderentur & limitarẽtur, & appropriarentur, vt vnuſquiſque quod ſuum eſſet, ſciret. Vnde lex dicit, q iure gentiũ *dñia ſunt diſtincta* nõ dicit introducta, vt dicta l. ff. de iuſti. & iu. l. ex hoc iure. Cum enim iure gentiũ diuidantur dñia: ſequitur q ante diuiſionẽ erant dominia cõmunia. arg. ff. cõmun. diuid. l. 4. circa prin. cũ ibi notatis, vnde ex conceſsione diuina vtilitatis dominij rerũ cauſatur quoddã dominiũ legale vel humanũ, quod reſpectu veri dominij diuini non dicitur dominiũ: ſed in ſe conſideratũ dicitur verũ. Iſtud vero dominiũ legale vel humanum prout erat in cõmuni, nõ debet dici iuris gentiũ, ſed diuini. Prout vero cuilibet appropriatur vel acquiritur hoc dominium, ſic conſideratũ eſt iuris gentiũ. Et tale dominiũ non eſt apud Papã tantũ, ſed apud omnes, qui iuſte acquirũt: & ex quo ſemel acquiſitũ eſt, nõ licet Papæ vel alicui alteri auferre, vel occupare ſine iuſta cauſa, quia eſſet contra ius naturale diuinũ, quo vnicuiq; dictũ eſt: Ne faciat alteri, quod ſibi nõ vult fieri. vt in prin. decretorũ. Et Dñs dicit in Euãgelio: Ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui. 9. q. 2. nullus alterius. facit ad hoc C. de cohorta. l. ſi quis. lib. 12. Et hoc intelligo ſine cauſa, quia ex iuſta cauſa poſſet aliquis priuari ab homine, vel à iure tali dñio. ff. de reli. & ſum. fu. l. ſi quis ſepulchrũ. C. pro quibus cau. ſer. li. acci. per totũ. & ff. & C. de bo. dam. per totum. Vnde per hoc reſpõdetur ad arg. q quantũ ad humanam creaturam illa ſubeſt ſpirituali poteſtati, ſicut dictũ eſt. Sed dominia rerũ aliarũ ſunt apud ſingulos qui iuſte acquirũt: verũ eſt de dñio legali vel humano: ſed diuinũ dominium eſt apud Deũ. Nec eſt contradictio, diuerſis reſpectibus accepto dominio.

Dominium legale, vel humanum quale eſt: & an fuerit ab initio introductum.

Dominia iure primæuo non erant diſtincta.

Dominium rei an poſſit domino ſuo tolli.

Ad illa iura communia, quæ dicunt quòd Imperator eſt dominus mundi, ff. ad legem Rhod. l. deprecatio. reſponde vt not. C. de quadrie. præſcrip. l. bene à Zenone. Petrus Bertrandi.

AD *vniuerſalis.*] a ¶ *Ad regimen.*] hæc habetur infra ſub titu. de præben.

b ¶ *Execrabilis.*] iſta habetur infra ſub titu. de præb. cum glo. Gulielmi de Monte Lauduno, & etiã inter xx. Ioannis xxij. cum gloſ. domini Zenzelini ſub eod. tit. de præben.

ſuorum cuſtodiã negligentes, & abhorrentes lucem tamquã filij tenebrarum, non verentur ſe ab ouium ſuarum cura, mercenarij more, tempore longo ſubducere, & pontificali dignitate reiecta, nõ erubeſcunt vagari per deuia ſub habitibus transformatis, ac contempto de exhibendo paribus & ſuperioribus honore præcepto, ſic abiecti & indecori interdum ad ſedem Apoſtolicã clanculo declinare præſumunt, vbi more Noctuæ, cuius intuitum nox illuminat, lux excæcat, de die latentes, horis tenebrarum, quos ſuis arbitrantur conformari deſideriis viſitant, ſuos eis euomentes conceptus iniquos, & cõſpirationes forſan illicitas aduerſus nos & alios pertractantes, & demum abinde (non abſque notabili ſedis prædictæ contemptu) reuerẽtia tam conſueta quàm debita nõ exhibita Romano Pontifici, & nec ab ipſo petita licentia, nec obtẽta, recedunt. ¶ Nos igitur & ipſius ſedis honori in hac parte proſpicere, ac talium inſolentiis finem imponere cupientes: de fratrum noſtrorũ conſilio hoc generali prohibemus edicto ne de cætero præſul aliquis ſine ſui ſuperioris licentia, niſi pro negotiis Eccleſiæ ſibi commiſſæ, extra ſuam diœceſim audeat pernoctare: firmiter ſtatuentes, vt quicumq; pontifex ad Romanam curiam veniens, Papale palatium primitus viſitet, ad Papam (ſi hoc patiatur temporis opportunitas) intraturus, ac reuerẽtiam conſuetam & debitam exhibiturus eidem: nullatenus receſſurus à curia, niſi ab ipſo ſuper hoc petita licentia & obtenta. Quòd ſi ſecus à quoquam ſuper his fuerit attentatum, nos quoſcumque prælatos quamuis etiam patriarchali dignitate fulgẽtes ſic ad ſedem accedentes, & ab illa (vt prædicitur) recedẽtes, necnon quoſlibet alios, qui tales apud ſedẽ ipſam receptare præſumpſerint, niſi ante receptionem huiuſmodi eidem Romano Pontifici ſignificauerint aduentum illorum: decernimus eo ipſo notam infidelitatis incurrere, ac excommunicationis ſententiæ ſubiacere. Nulli ergo, & cętera.

Noctua nocte videt, lux huic excæcat ocellos.

## De treuga & pace.

¶ Sixtus quartus.

¶ *Sixtus Papa volens diſcordiam ex pragmatica ſanctione ſubortam ſedare, ordinariis regni Franciæ ad conferenda beneficia ſex menſes concedit. Facultatem concedendi ſex gratias ſibi retinet. Beneficia Cardinalium, & eorum qui Cardinalibus ſunt familiares in regno Franciæ exiſtentia, ſuæ diſpoſitioni vſque ad certum tempus reſeruat. De beneficiis promouendorum quid fieri debeat, oſtendit. Cauſas beneficiales in prima inſtãtia vult in partibus terminari, in quibus ante diffinitiuam ſententiam (niſi in vno caſu) vetat appellari. Quid de cauſis in curia pendentibus faciendum ſit, narrat. Si autem eadem cauſa in diuerſis curiis diuerſis reſpectibus tractatur, quonam pacto terminanda ſit, hic recitatur. Taxas beneficiorum editas à Ioanne xxij. ſeruandas cenſet. Tandem tempus ponit, intra quod vult iſta acceptari & ſeruari.*

CAPITVLVM I.

AD vniuerſalis Eccleſiæ regimen diuina diſponente clementia vocatis, inter alia pro commiſſorum populorum votiua dilectione nil occurrit præſtãtius, quàm exorta inter perſonas eccleſiaſticas, principis tenebrarum aſtutia, diſcordiarum fomenta per noſtræ ſollicitudinis occurſum protinus extinguere, vt cuiuſuis altercationis ſalubriter euulſis ſeminibus, pacis & tranquillitatis dulcedinẽ inter creditos nobis populos (diuina nobis aſſiſtente gratia) imponere & cõſeruare valeamus. Cupientes itaque, vt ſuſcitata retroactis temporibus diſcordia (proh dolor) in regno Frãciæ, Delphinatu, aliiſque terris & dominiis chariſſimi in Chriſto filij noſtri Ludouici Francorũ regis illuſtris, inter nonnullas ex eiſdẽ ꝑſonas occaſione cuiuſdã conſtitutionis, quæ in eodem regno diutius inoleuit, quã perſonæ prædictæ pragmaticã ſanctionẽ vocãt, ne ſi (quod abſit) maiora fomenta ſumeret, dãna pariter & grauiora ſcãdala, periculaque ſubſequerentur, fine debito claudatur & totaliter ſecludatur: Auctoritate Apoſtolica ex certa ſcientia de fratrũ noſtrorũ conſilio omnibus & ſingulis prælatis, & aliis perſonis eccleſiaſticis regni Delphinatus, terrarũ & dominiorũ eorũdẽ, ad quos dignitatũ aliorũque beneficiorũ eccleſiaſticorũ terrarũ & dominiorũ eorundẽ collatio, ꝓuiſio, ꝓſentatio, electio, ſeu quæuis alia diſpoſitio ꝑtinet: de quibuſuis dignitatibꝰ, perſonatibus, adminiſtrationibus, officiis, canonicatibus, & præbẽdis, necnon aliis beneficiis eccleſiaſticis cum cura & ſine cura, ſecularibus & regularibus ad eorũ collationem, prouiſionem, præſentationem, electionẽ, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem pertinentibus: quæ deinceps in Februarij, Aprilis, Iunij, Auguſti, Octoris, & Decembris menſibus futuris perpetuis temporibus vacare contigerit (dummodo diſpoſitioni Apoſtolicæ ex aliqua generali reſeruatione in corpore iuris clauſa, aut per alteram ex conſtitutionibus felicium recordationũ Benedicti xiij. quę incipit: Ad regimen [a]. aut Ioannis xxij. Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum, quæ incipit, Execrabilis [b]. ſeu conſtitutiones & regulas cãcellariæ Apoſtolicæ per nos ſuper hoc editas reſeruata generaliter non exiſtant) perinde ac ſi aliquæ à ſede Apoſtolica vel eius legatis expectatiuæ litteræ non emanaſſent, libere diſponendi facultatem concedimus per præſentes. Et quia iſti ſummi Pontifices prædeceſſores noſtri conſueuerunt ſe in conceſſionibus gratiarum expctatiuarum † perſonis benemeritis exhibere liberales noſtræ intentionis exiſtit concedere in regno, Delphinatu, terris & dominiis regni huiuſmodi vltra gratias expectatiuas per nos in eiſdem regno, Delphinatu, terris, & dominiis conceſſas (quibus in aliquo præiudicare non intendimus per pręſentes, quaſque in ſuo robore permanere volumus) ſex perſonis idoneis regnicolis, ſex alias gratias expectatiuas ad quamlibet collationem, prouiſionem, præſentationem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem ſingulorum ex prælatis & aliis perſonis prædictis. Ex quibus quidem ſex gratiis duæ gratiæ expectatiuæ concedẽtur duobus clericis regnicolis idoneis, pro quibus rex ipſe & chariſſima in Chriſto filia noſtra regina, ac dilectus filius nobilis vir Delphinꝰ Vieñ. necnon magiſtri & præſidentes, ac alij officiarij in aliquo ex parlamentis regis eiuſdem regni nobis ſuper hoc vnanimiter ſupplicabunt: qui duo nominati per regem & reginam, Delphinum, magiſtros, præſidentes, & officiarios præfatos gaudeant prærogatiuis ad inſtar familiarium noſtrorum continuorum commenſalium. Ipſiſque ſex gratiis conſumptis, alias ſex gratias ſimiles aliis ſex gratiis perſonis

Diſcordia eſt extinguenda, & pax conſeruanda.

† Gratias expectatiuas, & mãdata de prouidendo nemini amplius cõcedi decreuit cõcilium Trident. ſeſſio. 24. de refor. cap. 19.

ſonis idoneis modo & forma præmiſſis concedere intendimus. ¶ Volumus autem, ac eiſdem auctoritate & tenore præſentiũ decernimus,& declaram⁹ beneficia,quæ venerabiliũ fratrũ noſtrorũ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinaliũ familiares,cõtinui cõmenſales eorũ familiaritate durãte in regno Delphinatu,terris & dominiis ꝑfatis obtinẽt, & in poſterũ obtinebunt,diſpoſitioni Apoſtolicę in poſterũ cẽſeri reſeruata , quãdiu dũtaxat Cardinales præfati vitã duxerint in humanis, ac poſt obitũ eorundẽ Cardinaliũ per ſex annos cõtinue ſequẽtes; Quibus quidẽ ſex annis elapſis alij ad quos eorundẽ beneficiorũ collatio,prouiſio,præſentatio , electio,ſeu quęuis alia diſpoſitio aliàs pertinet:de beneficiis familiariũ huiuſmodi in regno,Delphinatu,terris & dominiis præfatis cõſiſtẽtibus,in prędictis mẽſibus diſponere valeãt, huiuſmodi reſeruatione nõ obſtãte. ¶ Cõcedimus etiã, ꝙ beneficiorũ,quæ promouẽdi per nos ad dignitates ſeu beneficia cõſiſtorialia ipſarũ prouiſionũ per nos de eorũ perſonis faciendarũ obtinebunt,ac in quibus & ad quæ ius eis quomodolibet cõpetit ac cõpetere poterit,per promotiones ad dignitates &alia beneficia cõſiſtorialia prædicta,ac munus cõſecrationis eiſdẽ promouẽdis impẽdendũ, ſeu lapſum tẽporis de cõſecrandis epiſcopis à ſacris canonibus definiti vacaturorũ,ſi promotiones ipſæ in aliquo ex ſupradictis mẽſib⁹ fiãt,niſi beneficia ipſa eſſent aliàs diſpoſitioni Apoſtolicæ(vt præfertur)reſeruata,ad prælatos & ꝑſonas ſupradictas:Si vero in aliis mẽſibus promotiones eiſdem fieri cõtingat,ad nos & Romanos Pontifices ſucceſſores noſtros collatio, prouiſio , & omnimoda diſpoſitio pertineat.

Notarij Apoſtolici in magno ſunt numero.

¶ Et quoniã ſedis Apoſtolicæ notariorũ magnus reperitur numerus,eorundẽ notariorum , qui habitũ per eiuſdẽ ſedis notarios geſtari ſolitum publice & cõtinue geſtãt,& in poſterum geſtabunt,beneficia in eiſdẽ regno,Delphinatu,& terris cõſiſtentia dumtaxat cẽſeãtur reſeruata:quodq; † omnes & ſingulæ cauſę beneficiales in partibus corã iudicibus cõpetentibus vſq; ad diffinitiuam incluſiue in prima dumtaxat inſtantia,in qua nulli ante diffinitiuã liceat appellare,nec appellatio (ſi fuerit emiſſa) debeat admitti,niſi ab interlocutoria vel à grauamine negotium principale minime concernente , ꝙ nõ poſſit per appellationẽ à diffinitiua ſentẽtia reparari:In aliis vero inſtantiis in curia Romana tractentur,cognoſcantur,& fine debito terminentur.

† Vide concilium Tri. ſeſſio.24.de reform.cap.20.

Appellare an liceat ãte diffinitiuam ſententiam , vide c. ſuper eo. 2. extra de appel.

¶ Cauſę vero beneficiales pendẽtes in dicta curia inter noſtros, aut dictorũ Cardinalium familiares continuos cõmenſales , ipſis Cardinalibus in eadẽ curia præſentibus , ſeu in aliqua legatione aut recreationis cauſa ſecedentibus,necnõ pręfatæ ſedis officiales,officia actu exercẽtes,aut alios à pręmiſſis,qui per ſex menſes curiam prędictã ſecuti ſunt, & ſequuntur de præſenti,curiales, & quoſcumque alios eorũ aduerſarios ſuper quibuſuis beneficiis eiſdẽ aduerſariis auctoritate ordinaria collatis, per illos quibus cõmiſſæ reperiuntur , ſeu alios per nos ad id deputatos,ſeu etiam deputandos iudices audiantur,cognoſcãtur, decidantur , fineque debito terminentur,ac executioni debitæ demandentur. Cæterę vero ſimiles cauſę beneficiales inter quoſcunq; alios pẽdẽtes,& quę quibuſuis iudicibus ſeu auditoribus cõmiſſę reperiantur, aliquibus iudicibus competentibus in regno Francię auctoritate Apoſtolica cõmittantur audiẽdæ, & cognoſcendæ , decidendæ,& fine debito terminandæ, cum neceſſaria earũdem cauſarum aduccatione.

a ¶ *Taxæ.*] vide ꝓ hoc extrauagantem , Cum ad ſacroſanctæ. quæ eſt inter xx. Ioannis xxij. ſub tit. de ſent. excom.

Cauſa eadẽ diuerſis reſpectibus in diuerſis curiis tractari poteſt.

Præterea quia aliquæ ex ſupradictis cauſis in eadẽ Romana curia ſuper petitorio , & diuerſis curiis ipſius regni ſuper poſſeſſorio tractãtur: volumus ꝙ in eiſdẽ cauſis in diuerſis curiis ſup petitorio & poſſeſſorio vnico & eodẽ cõtextu pendentibus(ſuſpẽſo petitorio, & cẽſuris ſup hoc latis)in poſſeſſorio,in curiis eorũdem iudicũ corã quibus cauſę poſſeſſorij pendeãt de præſenti, ꝓcedãt,cauſæque ipſæ ſuper huiuſmodi poſſeſſorio intra bienniũ terminẽtur & finiãtur. Alioquin,biẽnio elapſo liceat partib⁹ ipſis ꝓcedere ſuper petitorio,& vlterius dictis cauſis expeditis ſuper poſſeſſorio:aut huiuſmodi biennio elapſo altera partium litigantiũ corã iudice cõpetenti auctoritate Apoſtolica deputato poterit ius ſuũ ꝓſequi, ipſeq́; Apoſtolicus iudex intra aliud biẽnium cauſam in petitorio terminare teneatur. Quod ſi non fecerit,cauſa ipſa ab eo auocata,& lis penitus extincta cẽſeatur. Et ſi forſan aliquis eorundẽ iudicũ cuiuſuis ſibi cõmmiſſæ cauſæ expeditionẽ malitioſe ꝓrogare,aut differre prǽſumpſerit;excõmunicationis,& omniũ beneficiorũ priuationis pœnas ipſo facto incurrat,à qua quidẽ excõmunicationis pœna abſolui nequeat , niſi à nobis & ſucceſſoribus noſtris Romanis pontificibus,præterquã in † mortis articulo:quodq́; decætero in litteris expediẽdis in regno Frãciæ,Delphinatu, & terris,aliiſque dominiis ꝑdictis ſeruẽtur taxæ [a] ſuper hoc editæ ꝑ Ioannẽ xxij.Papã præfatũ & exceſſus,ſi qui fuerũt, corrigãtur.

† In mortis articulo nulla eſt caſuum reſeruatio: atque ideo omnes ſacerdotes quoſlibet pœnitentes à quibuſuis peccatis & cenſuris abſoluere poſſunt. concilium Tridẽ. ſeſſio. 14. c. 7. de caſuum reſeruatione.

¶ Et quia propter aſſiduas guerras & nouitates,quæ cõtinue vigent in dicto regno,prætenditur eccleſias,dũ vacant grauatas,in taxa etiã reformata in concilio Conſtantienſi,quæ reducta eſt ad medietatẽ antiquæ taxæ , ꝙ grauatus in eadẽ taxa prælatus promouendus ſoluat cõia & minuta ſeruitia,quæ plures ex Gallis annatã vocãt , tantũ pro vera æſtimatione fructuum eccleſiæ & monaſterij, ad quæ ſit promot⁹,eaque in dicta cãcellaria & camera Apoſtolica inuiolabiliter obſeruari mãdam⁹.

¶ Et quia in ſupradictis conceſſionibus regnum, ac regem maxima ſumus charitate complexi;credendũ eſt non immerito vt ſe deuotos & obediẽtes erga ſanctã Romanã Eccleſiã exhibeãt:Quare volumus & eiſdẽ auctoritate , & tenore ſtatuimus, quòd præfatus Rex intra quatuor mẽſes præmiſſa acceptare & obſeruare, ac in regno,Delphinatu,& dominiis huiuſmodi obſeruari facere necnon intra alios duos pręfatos quattuor immediate ſequẽtes mẽſes ſuper acceptatiõe & obſeruatione,aliiſq; pręmiſſis omnibus & ſingulis per ſuas patentes litteras nos & ſedẽ præfatã certificare teneatur: Alioquin ꝑſentes litterę , & inde ſecuta quęcũque ſint caſſa & irrita,nulliuſq; roboris vel momenti. Nos enim extũc irritũ decernimus & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attẽtari. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginam noſtrarum cõceſſionis,intentionis, voluntatis,conſtitutionis, declarationis,indulti, mandati,& ſtatuti infringere , vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit , indignationem omnipotentis Dei,& beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius

ſe noue-

VIces illius.] a ¶ *Ex electoribus.*] electores Imperatoris ſunt ſeptē: tres eccleſiaſtici, & quattuor laici. de quibus per glo. in c. ad Apoſtolicæ. de ſent. & re iudic. lib. 6.

ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ M.cccclxxij. ſeptimo idus Auguſti, Pōtificatus noſtri anno 1.

¶ Sixtus quartus.

¶ *Diſcordia inter religioſos Mendicantes & eccleſiarum parochialium rectores in partibus Germaniæ quattuor delegatis commiſſa, per eos ſub certis formis & modis in pacem & concordiam conuerſa fuit: quam Romanus Pontifex cōfirmat, præcipiens ſub pœna excommunicationis illam à prælatis obſeruari.*

CAP. II.

*Matt. 16.* VIces illius, qui ſupra petram ædificauit Eccleſiam ſuam, meritis licet inſufficientibus, gerētes in terris, & per eius immaculata veſtigia, quantū nobis ex alto conceditur, incedere ſatagētes, inter Chriſtifideles quoſlibet, & præſertim ſub vno atq; eodē ſacerdotij vexillo nobiſcū Deo militantes, pacem & charitatē inducere, & inductā confouere, vigilanti ſollicitudine meditamur aſſidue, & quæ iis cōtraria ſunt, falce vigilantiæ paſtoralis ad radicem poſita ſubmouere, prout rerū & tēporum circūſtantiæ id nō immerito expoſcere dinoſcuntur. ¶ Nuper ſiquidē pro parte tam venerabilium fratrū noſtrorum Magūtineñ. & Treuereñ. archiepiſcoporum, ac Herbipoleñ. & Vuormacieñ. & Spireñ. epiſcoporum, quā dilecti filij nobilis viri Philippi comitis Palatini Rheni, & ducis Bauariæ, qui vnus ex electoribus a Romani imperij exiſtit, ad noſtrum peruenit auditum, q̄ inter dilectos filios Prædicatorum, Minorū, & Carmelitarum ordinū profeſſores, & nōnullos parochialium rectores, & alios etiam eccleſiarum prælatos, inſtigāte illo, qui tamquā leo rugiens circuit quærens quem deuoret: in partibus Germaniæ, & præſertim in oppido Eſſingeñ. Conſtañ. diœceſis ſuſcitata ſunt nōnulla diſſenſionū & ſcandalorum fomenta ex certis cauſis tunc nobis expreſſis, quæ niſi per vigilantiā paſtoralis officij celeriter ſuccidantur, poſſent ad ſcādalū non modicum Chriſtifidelium illarum partium faciliter peruenire. ¶ Nos igitur attendentes, quòd ſacroſancta Romana Eccleſia ab eius fundatione primæua in ordine ſacerdotali, quem Petrus Apoſtolus & eius ſucceſſores obſeruarunt, inſtituta, & per viros prouidos & ſacerdotes virtuoſos ad aucta, & longiſſimis temporibus feliciter conſeruata extitit: Ruſuſque animaduertētes q̄ hodiernis temporibus hominū creſcere malitia, niſi ager Dominicus cultoribus idoneis, buccinatoribus ſpiritus ſancti, & præconibus verbi Dei (qui præter cæteros in ordinibus fratrum Mēdicātium gratia aſſiſtente diuina in copioſo numero reperiuntur) aſſidue coleretur, vepribus malorum & ſentibus vitiorum omniū celeriter obrueretur: non potuimus non niſi ab intimis cordis noſtri dolere, q̄ inter tales viros, qui ſe mutua charitate diligere, & alter alterius iuxta Apoſtolū, onera portare deberent, diſcordiæ ſeminariū excitaretur. Vnde cum vellemus ſuper his ea, qua decet maturitate conſulere, venerabilibus fratribus noſtris Gulielmo Hoſtieñ. & Angelo Præneſtiñ. epiſcopis, & dilectis filiis noſtris Iuliano tituli ſancti Petri ad Vincula, ac Petro tituli ſancti Sixti presbyteris Cardinalibus viuæ vocis oraculo commiſimus & mandauimus, vt à ſingulis partibus prædictis vel eorum procuratoribus legitimis, auditis hincinde propoſitis, inter eas concordiā tractarēt. Qui quidē epiſcopi & Cardinales ſtatutis loco & tempore conuocatis, auditis & intellectis partibus prædictis (vt præfertur) & in præmiſſis grauiter & cōſulte procedēs, partes ipſas de cōmuni earundē conſenſu ad concordiā infra ſcriptā perduxerūt. Videlicet quod ipſi parochiani ſacerdotes decętero nō dicant à Mendicantibus hæreſes proceſſiſſe, cū in veritate fides noſtra ſit illuminata, & Eccleſia exaltata per eoſdem, & præſertim per ordines Prædicatorū, & Minorū, vt iura teſtantur. Quodq; fratres mēdicantes nō prædicēt, populos parochianos non teneri audire Miſſam in eorū parochiis dieb⁹ feſtiuis & Dominicis, cū iure ſit cautū † illis diebus parochianos teneri audire Miſſam in eorum parochiali eccleſia: niſi forſan ex honeſta cauſa ab ipſa eccleſia ſe abſentarēt: quódq; etiā nec fratres, nec curati inducant aliquo modo laicos ad eligendum ſepulturam apud eos, & bene caueant propter pœnas, quas imponunt canones, cū ſit libera. Quod etiā ipſi Mendicantes deſiſtāt prædicare, quod parochiani nō ſint obligati ſaltem in paſchate, proprio cōfiteri ſacerdoti: quia de iure † tenetur parochianus ſaltē in paſchate proprio confiteri ſacerdoti. Per hoc tamen ipſi fratres Mendicātes nō cēſeantur excluſi, quominus ſecundū iuris cōmunis & priuilegiorum eiſdē conceſſorū diſpoſitionē, cōfeſſiones audire, & pœnitētias iniūgere valeant. Quòd etiā decætero inter ipſos fratres Mendicantes & curatos quo ad effectū p̄dicādi, horas cātandi, & campanas pulſandi, ſeruetur cōſuetudo antiqua, quæ tēporib⁹ antiquis ſeruata fuit in ipſo oppido Eſſingeñ. Et caſu quo veniat aliqua occaſio ſiue neceſſitas, nō fiat commutatio tēporis vel horæ in ipſis prædicationibus fiendis, niſi de conſenſu partiū. Quódque etiā ipſi fratres in ſermonibus eorū nō detrahāt † prelatis & rectoribus parochialium eccleſiarū: Nec etiā populos à ſuarū eccleſiarū parochialiū freque̅tia & acceſſu abſtrahāt ſiue retrahāt quoquo modo. Et viceuerſa ipſi rectores & prælati aliquo modo non detrahāt Mendicātibus, ſed illū fauorē, quē poſſunt, eis impendant, & in omnibus & per omnia præſtēt, ita vt vera vnitas & perfecta charitas inter eos oſtēdatur. ¶ Nos itaque illius vices gerēres in terris, qui Apoſtolis ſuis dixit: Pacē meā do vobis, pacē meā relinquo vobis: cupientes ſuper his opportune prouideri, motu proprio, nō ad alicuius ſuper hoc nobis oblatæ petitionis inſtantiā: ſed de noſtra certa ſciētia & mera volūtate concordiam prædictam, ac omnia & ſingula per præfatos epiſcopos & Cardinales ordinata, ad hoc vt perpetuo inconcuſſa perſiſtant, auctoritate Apoſtolica, & ex certa noſtra ſcientia approbamus & cōfirmamus, ac viribus perpetuo ſubſiſtere debere decernimus. Supplentes omnes & ſingulos defectus tam iuris quàm facti, qui forſan interuenerunt in eiſdem. Iniungentes nihilominus archiepiſcopis, epiſcopis, plebanis, rectoribus, curatis, necnō Prioribus, Guardianis, & ſingulis fratribus ordinū Mendicantium ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, quam contra facientes, & quēlibet eorum contra facientem incurrere volumus eo ipſo: à qua abſolui nequeant, niſi de expreſſo conſenſu partis læſæ, & debita ſatisfactione præuia, inuiolabiliter obſeruent, & quantum in eis eſt, ab aliis obſeruari faciant. Et inſuper quaſcunque lites & cauſas coram qui

Sacerdotes dicūtur ſub eodē vexillo cum Papa militarē.

*1. Pet. 5.*

Eccleſia Romana per quos fuit inſtituta, aucta, & conſeruata.

Prædicatores multi in ordinibus Mendicantium reperiuntur.

*Galat. 6.*

† Cap. vt Dominicis de parochijs & alien. parochian. vide concilium Tridē. ſeſſio. 22. in decreto de obſeruandis in celebratiōe Miſſæ. §. monent.

† Cap. omnis vtriuſq; ſexus. de pœnit. & remiſ.

† Vide concilium Lateran. ſub Leone x. ſeſſio. 11. in decreto incipien. Supernę maieſtatis.

*Ioan. 14.*

Suppletio quandoque fit de iure & de facto. vide not. in c. bonæ 1. de poſt. præl. in antiquis.

ram quibuſcũq; cauſarũ palatij Apoſtolici auditoribus ſeu alibi occaſione præmiſſorũ,inter dilectos filios decanũ & capitulum eccleſiæ Spireñ. & curatum dicti oppidi, ac fratres prædictos indeciſas pendentes,illarum ſtatus, tenores,& formas, & in eis geſta & actitata,præſentibus pro expreſſis habẽtes,ad nos harum ſerie,motu,ſcientia,& auctoritate prædictis aduocamus, & litem ſeu lites ipſas penitus extinguimus.Et ambabus partibus prædictis litis huiuſmodi conſortibus ſeu illis adhærentibus perpetuum ſilentium imponimus: Non obſtãtibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac priuilegiis eiſdem fratribus in genere vel in ſpecie conceſſis,ceteriſque contrariis quibuſcumq;.Nulli ergo, &c. Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ, M. ccccLxxviij. xv. Calend.Iulij,Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

## *LIBER SECVNDVS.*

### De iudiciis.

Iudicij deſcriptio.

¶ Nota pro rubricæ intellectu, ꝙ iudicium eſt actus legitimus triũ perſonarum,iudicis,actoris,& rei.Sed contra cap.forus. §. in omni.de verb.ſign.in antiq.vbi dicitur, ꝙ in omni negotio requiruntur etiam tres teſtes.Sed dic, ꝙ teſtes non ſemper ſunt neceſſarij: ſed quando eſt factum negatum,vel aliæ probationes deſiunt,vt dicto §.in omni.& 4.q.4.c.1.Et dicitur iudicium non à iudice (vt dicit Ioa.Mona.) ſed à iuris diſquiſitione ſeu diſcuſsione.Nam cauſa eſt dum proponitur,iudicium dum diſcutitur,iuſtitia dum finitur.dicto c.forus.de verb.ſign.Vel potes dicere, ſi vis,ꝙ iudicium nõ ab actore vel à reo dicitur,ſed à iudice ſicut à perſona principaliori.arg.C.de accu.qui explicandi.Et redditur iudiciũ in inuitũ. ff.de verb.obli.l.inter ſtipulantem.§.1.Et expone,de iudiciis,id eſt de proceſsibus iudiciariis, qui enumerantur in c.quoniam. extra de prob.Sic accipitur C.de iud.ſancimus.& cap.pia. de excep. lib. 6.in princ.& cap.nonnulli.de reſcript. in antiq. & ff. vt leg. not. l. etiam.in princ.Vel dic de iudiciis,id eſt,de iuris diſquiſitione ſeu diſcuſsione,vt dictum eſt.

Teſtes non ſemper neceſſarij ſunt.

Iudicij xv. ſignificationes declarantur.

¶ Nota inſuper quòd iudicium habet xv. ſignificationes. Primo modo eſt actio,vt iudicium familiæ erciſcundæ, ideſt, actio.ff.de iudi.l.in tribus. extra de prob. c. ex litteris. Secundo modo eſt lis ſiue controuerſia,vt iudicium pendet de hæreditate,&c. ff.ad Trebel.l.1.2. reſponſo. & ff. de pecu. quòd debetur. Tertio modo eſt auctoritas, vt negotia eccleſiaſtica non ſunt iudicio laicorum diſponenda.extra de iudi.c. decernimus. Quarto modo eſt forus,vt cauſa iuris patronatus debet diffiniri iudicio eccleſiaſtico,ideſt in foro eccleſiæ.c.quanto.extra de iudi.Quinto modo eſt arbitrium. 2.q.6.à iudicibus.& ff.qui ſatiſd.cog.arbitro. de offic. deleg.ab arbitris.lib.6.Si enim arbiter eſt index, ergo arbitrium eſt iudicium. Sexto modo eſt vltima voluntas,vt iudicium teſtatoris non debet eſſe caſſum.C.de ſacroſan.eccl.l.1.de ſepul.licet.in fi. lib.6. Septimo eſt quęſtio,vt iudicium ambiguum eſt ad Papam referendum. cap.per venerabilem.§.rationibus.extra qui fil.ſint leg.C.de orig. iur.l.quoniam.Octauo modo iudicium dicitur eſſe diſcretio, vt furioſus & impubes non poſſunt eſſe iudices,quia carent iudicio, ideſt,diſcretione.ff.de iudi.l.cum prætor. c.graue. de præb. in antiq.Nono eſt ſententia,vt iudex punire poteſt eos, qui ſuo neglexerint parere iudicio,ideſt,ſententiæ.de offic.deleg.cap.de cauſis. aliàs,in cauſis.de appel.ſi duobus.circa fin. de præſcript. cap. fi. ff. de leg.3.l.qui concubinam.§.ſi hæres. & Eccleſiaſtici 18. ibi, Ante iudicium iuſtitiam tibi para.Decimo eſt inſtantia,vt iudicium perit triennio.l.properandum.§.1.C. de iudi.& cap. venerabilis. eod. tit.in antiq.Vndecimo eſt diſcuſsio,vt hic,vt C.& ff. eod. tit. & in cap.forus.de verb.ſig.Duodecimo eſt poteſtas iudicandi.ff.de iud. l.iudicium ſoluitur,vetante eo qui iudicare iuſſerat,&c. Tertiodecimo eſt pernicies. Vnde Apoſtolus 1.ad Corinth.11.ibi, Qui manducat & bibit indigne corpus & ſanguinem Domini, iudicium, ideſt,perniciem ſibi manducat & bibit:Sic exponitur 4.ſent.diſtin. 9.in fi.Quartodecimo eſt pœna,in Matth.Qui occiderit, reus erit iudicio,ideſt,pœna.ſic in Ioanne:Qui bona egerunt, ibunt in vitã æternam;qui vero mala,in reſurrectionem iudicij,ideſt, pœnæ æternæ.Vltimo iudicium dicitur eſſe proceſſus iudicialis.c.1.eod.tit. lib.6.de except.pia.eod.lib.Et iſta xv.ſignificata his verſibus comprehendi poſſunt.

*Math. 5.*
*Ioan. 5.*

Verſus.

*Actio,lis,auctor,forus,arbiter,vltima velle:*
*Quæſtio,diſcret. ſenten.inſtant,diſcuſsio,poſſe:*
*Pernicies,pœna,proceſſus iudicialis.*

Vide Ioan.Mona.ſuper rubrica de iudi.lib. 6.& etiam glo. in cap. in iudiciis. de reg. iur. lib. 6. Nullibi tamen clarius habentur hæc expoſita,quàm hic.

¶ Ioannes xxij.

¶ *Decretalem,ſuper cathedram.quæ eſt in Clem.in c.dudum. innouata iubet obſeruari:neque propter illam debent religioſi Mẽdicantes eſſe moleſti & graues prælatis, neque prælati ipſis religioſis. Et ſi ſint aliquæ iniuriæ vel moleſtationes hincinde factæ: Papa vult iuſtitiæ complementum breuiter exhiberi, ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij, vel aliter prout qualitas exceſſuum exigit.Nõ obſtantibus quibuſcunque obſtaculis,quæ poſſent his obuiare.*

F*requentes.*] a ¶ *Super cathedrã.* nũc eſt ſub.tit.de ſepul. in cle.& incipit, dudũ.

CAP. VNICVM.

FRequentes, immo innumeroſæ quodammodo de diuerſis mũdi partibus venerabiliũ fratrum noſtrorum epiſcoporũ, aliorũque ſuperiorum prælatorũ,necnon dilectorum filiorum, rectorum, curatorum,& parochialiũ ſacerdotum querelæ contra dilectos filios fratres Prædicatorum & Minorum ordinum, noſtrum & ſedis Apoſtolicæ excitarunt auditum, & clamoroſis inſinuationibus excitare & fatigare nõ ceſſant, quod iidem fratres decretalem, Dudum.editam à felicis recordationis Bonifacio Papa viij.prædeceſſore noſtro,quæ incipit,Super cathedrã a: Ac per piæ memoriæ Clementem Papam v. prædeceſſorẽ noſtrum in Vieneñ.concilio innouatam temere obſeruare non curant:ſed ipſam tranſgredi non timẽtes in eiuſdem ſedis contemptum, animarum ſuarum periculum,& eorundem & eccleſiarum parochialium præiudicium & grauamen. Intelleximus quoque quòd plerumque præfatis dictorum Prædicatorum,& minorum, necnon Eremitarum ſancti Auguſtini,& Carmelitarum ordinum fratribus, in cuius ordinis dictorum Eremitarum perſonis idem prædeceſſor Bonifacius conſtitutionem prædictam, in qua tantum de ipſis Prædicatorum & Minorum cauebatur ordinibus, per omnia voluit poſtmodum integraliter & inconcuſſe ſeruari. Et ad quem prædictorum Carmelitarum fratrum ordinem, nos ſubſequenter conſtitutionem eandem quo ad omnia in ea contenta duximus extendendam, à prædictis epiſcopis,prælatis,rectoribus, curatis,& ſacerdotibus,contra tenorem conſtitutionis prædictæ graues iniuriæ atque moleſtiæ in diuerſis partibus inferuntur. Nuper pro parte Vienneñ. fratris noſtri archiepiſcopi Burdegalenſis & dilectorum filiorum capitulorum maioris Burdegaleñ. & aliarum eccleſiarum, prioratuum, conuentuum, rectorum, curatorum, ſacerdotum, & vicariorum parochialium, ac clericorum tam regularium quàm ſecularium ciuitatis & diœceſ. prædictarum nobis extitit intimatum,quòd prædicti eorundem Prędicatorum, Minorum, Eremitarum, & Carmelitarum ordinum fratres contra tenorem decretalis eiuſdem, multa eiſdem & eorũ ſingulis grauamina & iniurias inferunt & iacturas. Quia igitur parum eſſet iura condere, niſi qui ea tueatur, exiſtat:Nos volentes de fratrum noſtrorũ conſilio decretalem prædictam,Super cathedram. irrefra-

Conſtitutionem Papalem violãs periculo ſe ſubijcit.

Iura cõdere parum eſſet, niſi qui ea tueretur, exiſteret. ff. de orig. iur. l. 2. §. poſt originẽ. de elect. c. vbi periculũ. §. preterea.lib. 6.

a ¶ *Summarie, &c.*] propter iſta verba hæc extrauagãs ſub hoc tit. fuit poſita. Quæ autem cauſæ ſint ſic decidendæ, vide cap. diſpendio ſam. eod. tit. in cle. Et quid illa verba importẽt, declaratur per c. ſæpe. de ver. ſig. in Clem.

b ¶ *Euocetur.*] loquitur de cap. ſtatutum. de reſcript. lib. 6.

c ¶ *Conſeruatores.*] loquitur de cap. 1. de offic. deleg. lib. 6.

d ¶ *Numerum.*] vide c. cum in multis. de reſcript. lib. 6.

irrefragabiliter obſeruari: diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos vel duo, aut vnus veſtrum per vos, ſeu aliũ, vel alios, etiã ſi ſint extra loca, in quibꝰ eſtis cõſeruatores ſeu iudices deputati tã eiſdẽ archiepiſcopo, capitulis, Prioribus, cõuentibus, rectoribus, curatis, ſacerdotibꝰ, vicariis, ac clero ciuitatis & diœceſ. prædictarũ, & eorũ cuilibet aduerſus prædictos, quàm ecõuerſo eiſdẽ fratribus aduerſus archiepiſcopũ, capitula, prȩlatos, Priores, cõuẽtus, rectores, ſacerdotes, vicarios, ac clerũ, præfatos & ſingulos eorũdẽ efficacibus defenſionibus præſidio aſſiſtẽtes, ac faciẽtes decretalẽ p̄dictã quo ad omnia eiꝰ capitula prout iacet, firmiter obſeruari nõ permittatis cõtra tenorẽ ipſius per memoratos fratres dictorũ ordinũ eiſdẽ archiepiſcopis, capitulis, prælatis, Prioribus, cõuẽtibus, rectoribus, curatis, ſacerdotibus, vicariis, ac clero, vel alicui ſeu aliquibus eorũdẽ, nec etiã p̄dictos archiepiſcopũ, capitula, prælatos, conuẽtus, rectores, curatos, ſacerdotes, vicarios, ac clerũ, ſeu aliquẽ vel aliquos ipſorũ eiſdẽ fratribus grauamina ac iniurias irrogari. Facturi ipſis hincinde de quibuſcũq; iniuriis, moleſtationibus, grauaminibus & dãnis viciſſim illatis hactenus, & etiã in poſterũ inferendis eiſdẽ contra tenorẽ conſtitutionis eiuſdẽ, in illis videlicet quæ iudicialẽ requirũt indaginem, ſummarie [a], ſimpliciter & de plano, ſine ſtrepitu iudicij & figura, in aliis vero prout qualitas ipſorũ exigit iuſtitiæ cõplemẽtum: Moleſtatores minores & maiores huiuſmodi, necnõ cõtradictores quoſlibet & rebelles quãdocunq; & quotieſcumq; expedierit per cenſurã eccleſiaſticã appellatione poſtpoſita cõpeſcẽdo. Nõ obſtãtibus quibuſcunq; exẽptionibus, ſpecialibus vel generalibus, tã fratribus & ordinibus prædictis, vel alicui ſeu aliquibus fratrũ & ordinũ eorundẽ, quàm præfatis archiepiſcopo, capitulis, prælatis, Prioribus, cõuentibus, rectoribus, curatis, ſacerdotibus, vicariis, ac clero, ſeu ipſorũ alicui vel aliquibus, cõmuniter vel diuiſim, ſub quacumq; forma vel expreſſione verborum ab eadẽ ſede cõceſſis, ac eiuſdẽ Bonifacij, quo cauetur ne aliquis extra ſuam ciuitatẽ vel diœceſim niſi in certis exceptis caſibꝰ, & in illis vltra dietam vnã à fine ſuæ diœceſis ad iudiciũ euocetur [b]. Seu ne iudices & cõſeruatores à ſede deputati prȩdicta extra ciuitatẽ & diœceſim, in quibus deputati fuerint, cõtra quoſcũq; ꝓcedere, ſiue alij vel aliis vices ſuas cõmittere, aut aliquos vltra vnã dietã à fine diœceſis eiuſdẽ trahere p̄ſumant: dũmodo vltra duas dietas aliquis extra ſuã ciuitatẽ auctoritate præſentium nõ trahatur. Seu ꝙ de manifeſtis iniuriis, moleſtiis, & aliis, quæ iudicialẽ indaginẽ exigunt (pœnis in eos ſi ſecus egerint, & etiã id procurantes adiectis) cõſeruatores [c] ſe nullatenus intromittant, quàm aliis quibuſcumq; conſtitutionibus à Romano Pontifice tam de iudicibus delegatis & conſeruatoribus, quàm perſonis vltra certũ numerum [d] per litteras Apoſtolicas ad iudicẽ nõ vocandis, aut aliis edictis, quȩ noſtrȩ poſſent iuriſdictioni aut poteſtati eiuſq; exercitio libere quomodolibet obuiare. Seu ſi tã eiſdẽ fratribus vel eorum ordini, aut alicui ſeu aliquibꝰ fratrum & ordinũ prædictorũ, quã archiepiſcopo, capitulis, p̄latis, Prioribus, conuentibus, rectoribus curatis, ſacerdotibus, vicariis, ac clero p̄dictis vel aliquibus ipſorũ, ſeu quibuſuis aliis cõmuniter, vel diuiſim à p̄fata ſede ſit indultum, quòd excõmunicari, ſuſpendi, vel interdici, ſeu extra vel vltra, circa vel alio quocũq; modo ad iudiciũ euocari nõ poſſint, per litteras Apoſtolicas nõ faciẽtes plenã & expreſſã ac de verbo ad verbũ de indulto huiuſmodi & de eorũ ꝑſonis, locis, hominibus, ordinibꝰ, & nominibꝰ ꝓpriis mẽtionẽ. Et quibuslibet aliis indulgentiis ſeu priuilegiis dictæ ſedis generalibus vel ſpecialibꝰ, quorũcũq; tenorũ exiſtant, ꝑ quæ p̄ſentibus nõ expreſſa vel totaliter nõ inſerta noſtræ iuriſdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, Et de quibꝰ quorũq; totis tenoribꝰ de verbo ad verbũ ſpecialẽ oporteat in noſtris litteris fieri mẽtionẽ. ¶ Cæterũ iudicibus ſeu cõſeruatoribus quibuſcũq; ꝑ litteras Apoſtolicas ſub quacumq; alia quã p̄ſenti verborũ forma vel expreſſione cõfectas, eiſdẽ p̄dictorũ Prædicatorũ, Minorũ, Eremitarũ, ac Carmelitarũ ordinum fratribꝰ, ſeu ipſis ordinibꝰ cõmuniter vel diuiſim, ſuper damnis & iniuriis & aliis ꝗbuſcunq; rebus ſeu negotiis aliàs deputatis & ſubdelegatis eorũ p̄ſentibus & futuris auctoritate p̄ſẽtiũ diſtrictius inhibemus, ne aliquẽ ſeu aliquos auctoritate litterarũ Papalium p̄textu ſeu occaſione quorumcumq; dãnorum vel iniuriarum ſiue grauaminum cõtra tenorẽ p̄dictæ cõſtitutionis, Sup cathedrã ipſis fratribus ſeu eorum ordinibus antedictis cõmuniter vel diuiſim à ꝗbuſcumque ꝑſonis illatorum hactenus, & etiã inferẽdorum in poſterum, corã ſe alicubi deinceps ad iudicium vel aliàs quoquomodo vocare, ſeu in cauſam aliquatenus trahere præſumant. Inhibitionẽ huiuſmodi non ſolum ad futura ſed etiã ad quouiſmodo adhuc pendentia, & incœpta negotia volẽtes extẽdi: ac decernentes præfatas litteras & proceſſus eorum auctoritate quacumque habitos & habendos ad damna, grauamina, & iniurias huiuſmodi contra tenorem dictæ conſtitutionis illata & inferenda (vt dictum eſt) deinceps aliquatenus non extendi, ac etiam irritum & inane ſi ſecus ſuper præmiſſis per quoſcumque ſcienter vel ignoranter contigerit attentari: Vobis nihilominus iniungentes, vt inhibitionem noſtram huiuſmodi ad dictorum iudicum ſeu cõſeruatorum & ſubdelegatorum notitiam, de quibus vobis expedire videbitur deducere procuretis. Inſuper volumus & auctoritate Apoſtolica decernimus, quòd quilibet veſtrum proſequi valeat articulum etiam per alium inchoatum, quamuis idem inchoans nullo fuerit impedimento præpeditus canonico: quodque à data præſentium ſit vobis & vnicuiq; veſtrum in p̄miſſis omnibus & eorum ſingulis cœptis & nõ cœptis, p̄ſentibus & futuris & prȩteritis, licitum procedere, ac ſi prædicta omnia & ſingula corã vobis cœpta fuiſſent, & iuriſdictio veſtra & cuiuslibet veſtrum in prædictis omnibus & ſingulis per citationem vel modum alium legitimum perpetuata extitiſſet: cõſtitutione prædicta ſuper conſeruatoribus & aliis quomodolibet in contrarium edita non obſtante. Datum Auinioñ. decimo Calend. Februarij, Pontificatus noſtri anno vndecimo.

Excõmunicari ne poſſint, aliquibꝰ quandoque conceditur.

Iuriſdictio per citationem perpetuatur. c. gratum. de offi. deleg.

De dila-

## De dilationibus.

¶ Ioannes xxij.

*¶ Præmiſſo eleganti exordio, oſtenſiſque periculis quæ proueniunt ex falſorum florenorum fabricatione, citantur peremptorie fabricantes, data ſibi dilatione trium menſium, intra quos coram Papa compareant: aliàs contra ipſos, eorum abſentia non obſtante, procedetur prout iuſtitia ſuadebit.*

CAP. VNICVM.

Peccatum vnum ſua mole attrahit aliud.

IN delictorum diuerſorum nexibus ac tenebris inuolutos, plerũque trahit in maiorũ ſcelerũ præcipitium moles præpõderans peccatorum: nam & ſi diuerſos diuerſa delicta coinquinent, ſunt tamen nonnulli, qui propriæ ſalutis immemores, delictis communibus & vulgaribus non contenti, ad profana & vetita prorumpentes, ſic damnata cupiditate lucrorum ac inexhauſta eorum voragine deuoluuntur, quòd dummodo ſuas ingluuies ad quas inhiant, expleãt, ſe lucris illicitis, immo iacturis ſpiritualibus temere immergentes, honori Dei & animarum ſaluti, ac ſacrorum canonum & imperialibus edictis & iuribus communibus, capturas nefarias, & lucra illicita anteponunt. ¶ Sane iamdudum ad noſtri Apoſtolatus auditum multorum fide digna relatio ſæpius etiam repetita perduxit, & fama iam publica per facti euidentiam diuulgata effecit notorium nonullos eſſe in Lombardiæ ſuperioris & Marchię Ianuenſis partibus, qui licentiæ temerariæ laxatis habenis licere ſibi præſumentes illicita cudunt [a] & fabricant, ſeu cudi & fabricari faciũt florenos auri, ſecundum formam & ſignum & coinum ac circunferentias litterarum, qui in ciuitate Florentiæ (à tempore cuius non extat memoria) cudi & fabricari ſunt ſoliti, & cuduntur & fabricantur etiam in præſenti. Et quãuis dicti floreni ad veram florenorum de Florentia ſimilitudinem fabricati, in vero & ſolito florenorum eiuſdem ciuitatis pondere communiter & bonitate auri, & vero florenorum valore deficiant, ipſi tamen (ſimulata eorum effigie) perſonas vt plurimum ſimplices, & quandoq; etiam in huiuſmodi rebus expertas decipiunt, ipſaſque damnis rerum & periculis perſonarum exponunt, dum pro veris florenis ipſos recipiunt: Cũ etiam præterea in talibus plurimi non habeant inter florenos & florenos tantæ ſimilitudinis peritiã diſcernendi. ¶ Nos itaque tantis & præcipue animarum periculis affectu paterno occurrere cupientes: monemus omnes & ſingulos talium præſumptores, ipſis nihilominus diſtrictius inhibẽtes, quatenus deinceps à cuſione & fabricatione florenorũ huiuſmodi ceſſent, realiter & effectualiter reſipiſcant: Nihilominus præſentis edicti peremptorij auctoritates citantes eoſdem ac eorũ ſingulos ſub pœna priuationis iuris, ſi quod eis ſuper cudendis florenis competit (quam ipſos ceſſante iuſto impedimento, ſi in exequendis mandatis noſtris huiuſmodi remiſſi ſeu negligentes fuerint, incurrere volumus ipſo facto) vt intra trium menſium ſpatium à data præſentium numerãdum, per ſe vel per procuratorem idoneum Apoſtolico cõſpectui ſe præſentẽt, propoſituri quo iure ipſis florenos competat ius cudendi, ac exhibituri priuilegium ſi quod ſuper hoc habeant, vel ius aliud ſi quod ſibi credãt competere, oſtenſuri. Et nihilominus ſuper prædictis facturi & recepturi quod iuſtitia ſuadebit: Intimantes eiſdem, quòd ſi non venerint, nos contra ipſos ſuper præmiſſis & ea tangentibus procedemus prout expedire viderimus, & ſuadebit iuſtitia, ipſorum abſentia non obſtante. ¶ Vt autem huiuſmodi noſtra nũtiatio atque citatio ad communem omnium notitiam deducatur; chartam ſiue membranam citationem atque monitionem huiuſmodi continentes, in maiori Eccleſiæ Auinioñ. affigi oſtiis faciemus: Quæ proceſsũ huiuſmodi ſuo quaſi ſonoro præconio & patulo indicio publicabunt, vt prędicti moniti & citati, & alij quicunque qui ſua crediderint intereſſe, vel quos proceſſus ipſe contingit, nullam poſſint excuſationẽ prætendere, quòd ad eos proceſſus huiuſmodi nõ peruenerit, vel ignorauerint eundem, cum non ſit veriſimile remanere quo ad ipſos incognitum † vel occultũ, quod tam patenter omnibus publicatur. Datum Auinione vj. Calend. Decemb. Pontificatus noſtri anno ix.

Lucrorum cupiditas ad multa nefaria impellit.

† Ocultum non præſumitur quod omnibus publicatur.

## De dolo & cõtumacia.

¶ Bonifacius octauus.

*¶ Citationes etiam extra dies ſolemnes publicæ factæ de mandato Papæ in audientia litterarum Apoſtolicarum vel Papali palatio affixæ ianuis maioris Eccleſiæ loci, in quo Papa cum curia ſua degit, arctant citatum ac ſi ad eum perſonaliter deueniſſent. Reſtringitur tamen hæc extrauagans ad illos, qui impediunt ne ad eos poßit citatio peruenire, vel quorum domicilium tute adiri non poteſt, vt c. 1. de iudi. in clem.*

C. VNIC.

REm nõ nouam aggredimur, neque viã inſolitam [b] ambulamus, ſed anterioris iuris calcatã veſtigiis pręſentis cõſtitutionis indubitato roboramus ſuffragio, & incõcuſſo munimine ſtabilimus. Eſt ſi quidẽ iam ſancitũ, quòd propoſitũ publicæ citationis edictũ eũ arctet, qui impedit aut facit etiã ſe celando, ne ad eũ poſſit peruenire [c] citatio, appareatq; contumax qui ſic agit. Quodque [d] in albo prætoris huiuſmodi edicta ꝓpoſita ſuæ iuriſdictioni ſubiectos arceant †, & adſtringãt magis, quàm ſi voce præconia (quæ innoteſcit paucis) vel litteris citarentur. Ius [e] enim qđ talẽ modũ citationibus poſuit, violenter [f] præſumpſiſſe credendũ eſt, vt quæ in eodẽ albo tot ipſius albi publicũ locum frequentãtium oculis paterẽt legenda, ad citati notitiã deuenirẽt. Vnde ad præbendã omnibus eorũ quę ſanciuntur,

† Fortaſſis, legendum arctent.

IN delictorum.] a ¶ *Cudunt, &c.*] vide c. quanto. cũ ibi notatis. đ iureiu. in antiq. & extrauagantẽ, ſpondent. j. de crimi. falſi.

Diuiſio.

REm non nouam.] Hæc decrẽ. diuiditur in quattuor partes: Nã primo procœmiũ ad intentum præmittit. Secundo ver. *Eſt ſiquidẽ.* ad hoc probandum plura argumenta inducit. Tertio verſic. *Præmißis.* ſuper ipſo intento ſtatuit. Quarto verſic. *Non obſtantibus.* ſtatutum huiuſmodi per non obſtãtia munit.

b ¶ *Inſolitam.*] C. de iudic. rẽ non nouam. Et qui eſt adſtrictus ad inſolita, nõ tenetur de ſolitis. ff. de cõtrahẽ. emp. fiſtulas. §. frumẽta. & ad ſtrictus ſimpliciter, tenetur de ſolitis, non de inſolitis. ff. de leg. 3. qui ſaltum. ff. de annu. leg. l. Scio. §. fi. Vnde adſtrictus in genere, ad cõem modũ tenetur. ff. de ver. ob. l. cõtinuus. §. cũ ita. ff. de ædi. edi. ſi quis venditor. C. de dona. ſi quis argentũ. §. 1. & adſtrict⁹ ad ſolita faciẽs inſolita de caſu tenet. ff. de neg. geſt. ſi negotia abſentis.

Adſtrict⁹ ad aliquid faciendũ ad qđ tenetur.

c ¶ *Peruenire citatio.*] vt lit. non conteſt. quoniã. §. porro. ff. qđ vi aut clam. l. 1. §. ſed Ariſto. ff. de euic. ſi ideo. §. fin.

d ¶ *Quodque in albo.*] arg. ff. de iu. om. iu. ſi id quod 1. reſpon. not. ff. đ albo ſcri. ꝑ totũ. authen. de litig. §. omnẽ. coll. 8. C. quomodo & quando iu. authent. qui ſemel.

e ¶ *Ius.*] hic ex iuribus iam allegatis arguit.

f ¶ *Violenter præſumpſiſſe.*] de violenta pręſumptione habetur extra de præſum. litteras. & c. quanto. & ibi not.

plenā lectionē & notionē, mandatur legem tabulis aut lapidibus [a] ſculptā, ſanctiſſimę Eccleſiæ deſcribi porticibus & affigi. ¶ Præmiſſis igitur in debitā conſiderationē deductis, ac in face irrefragabilis rationis [b] appēſis: nos qui vniuerſis [c] (diſponente Domino) præeſſe dinoſcimur, volētes per hāc nouellā cōſtitutionē aliquid circa prædicta ſtatuta expreſſius inueniri: declaramus de fratrū noſtrorū cōſilio, & nihilominus hoc edicto perpetuo valituro firmamus & ſtatuimus, vt citationes auctoritate Apoſtolica de quibuſcunque perſonis vndecūq; & vbicunque [d] ſint, cuiuſcūq; ſtatus, dignitatis vel præeminētiæ Eccleſiaſticæ vel mundanę, etiam ſi imperiali vel regali fulgeant dignitate, præſertim [e] ſi impediant vel faciāt per ſe vel per alios [f] quoquo modo ne citationes ipſæ ad eos perueniāt, ex quacumque cauſa faciendo vt citandorum domicilia, ſiue loca tute vel libere adiri nō poſſint: cum (prout ſcriptum eſt) exiſtimare debeamus, an eo [g] ire liceat [h] vbi eſt citatio faciēda, perinde ad inſtar edictorū p̄fatorum propoſitorū in albo [i] prætoris etiam extra ſolemnes [k] dies, in quibus Romani Pontifices ſuos facere conſueuerūt generales proceſſus, publice id nobis ſpecialiter & ex certa ſcientia iubentibus, factæ in audientia litterarū noſtrarū, aut in aula noſtri palatij, poſtmodū affigendæ ianuis maioris Eccleſiæ loci, in quo Romana communis omniū Chriſtiani populi nationū reſidebit curia, vt cūctis poſſint patere, & ita deferri citatis ſic valeant ac arctent citatos poſt terminum lapſum, quem (conſiderata locorum diſtantia [l]) volumus citationibus ipſis competentem apponi, ſicut [m] ſi eos perſonaliter [n] apprehendiſſent: Non obſtātibus [o] aliquibus priuilegiis, indulgentiis, & litteris Apoſtolicis generalibus aut ſpecialibus quibuſcunque perſonis pontificali, imperiali, regali, vel alia Eccleſiaſtica, ſeu mundana dignitate præditis, aliiſque inferioribus Eccleſiis, monaſteriis, locis, collegiis, & vniuerſitatibus in quacumque forma verborum conceſſis, per quæ talium citationū effectus poſſit quomodolibet impediri, etiam ſi de ipſis & eorum totis tenoribus de verbo ad verbum, aut de propriis nominibus perſonarum, monaſteriorum, Eccleſiarum, locorum illorum quibus conceduntur, vel eorum ordinibus aut dignitatibus oporteat in noſtris litteris fieri mentionem.

a ¶ *Lapidibus.*] authent. ſcriptum exemp. l. 2. §. fi. coll. 2. & arg. ff. de orig. iur. l. 2. §. 1. authent. de iudi. in fi. coll. 6.

b ¶ *Rationis.*] ſumptæ tam ex præcedentibus q̄ ſubſequentibus.

c ¶ *Vniuerſis.*] non tamen in vniuerſis cauſis ſeu negotiis, vt not. in extrauag. c. vnam.

d ¶ *Vbicunque.*] & ſic ligātur exiſtētes in eadem prouincia ſeu alia, ſiue etiam modico freto diſtent, ſeu ſi fuerint vltra mare. ff. de verb. ſig. notionem. §. 1. C. de dila. l. 1.

Præſertim tenetur dupliciter.

e ¶ *Præſertim.*] verbū præſertim, quandoque tenetur cōparatiue, aliquando tenetur præciſiue, vt pro tantū, vt not. extra de ſimo. per tuas 1. circa fi. & dic hic teneri præciſiue, vt in caſu hic poſito, & aliis parem æquitatem ſeu maiorem habentibus, vt j. not. ſecus regulariter. Nam ꝙ citatio facta voce præconis vel in albo prætoris cōtra Anglicū vel Theutonicū, qui veriſimiliter nō credebat habere cauſam in curia Romana arctaret eū, eſſet durū & contra ſtylū curiæ, q nō citatū ab homine vel à iure vult citari, ſi negotiū ad curiā reuocetur ꝑ litteras. Et ꝑ hūc modū quilibet teneretur habere ꝓcuratoré in curia: & hoc modo curia omnes ad ſe faceret venire: nec iſte citatus in albo prætoris, d̄ quo non eſt ius expreſſum, vel voce p̄conis in palatio Papali, debet eſſe nimis credulus referentibus ſe citatū. ff. de eo per quē fa. erit. l. 1. §. dolū. nec eulogiis ſeu relationibus eſt credēdū. ff. de cuſt. re. diuus 2. Et nuntio iurato creditur. extra de appel. cū parati. non illi qui nō eſt præco iudicis. extra de proba. quoniā contra.

f ¶ *Per alios.*] ff. de admi. tut. ita autem. §. geſsiſſe. extra de ſentēt. excom. mulieres. §. fi.

g ¶ *Eo.*] aduerbium eſt loci, & ſumuntur hæc verba. ff. ad Treb. de ætate.

h ¶ *Ire liceat.*] tute vel libere, vt præmittitur: & hæc æſtimatio debet eſſe veriſimilis vt timor nō ſit vanus: aliàs citatio arctaret. extra de ſpon. veniens 2. ff. quod me. cau. l. metū. ff. ſi cui plus quàm per leg. fal. hoc autem. 1. rēſpō. ff. de reg. iur. vani timoris. Nam ſicut prouiderunt partibus. quibus non patet ſecurus ad iudicē acceſſus. extra de appel. ex parte. 1. ita decuit prouidere iudicibus, executoribus, aut apparitoribus eorū in citationibus faciendis, qñ nō patet ad partes ſecurus acceſſus. extra vt lit. nō conteſt. tuæ. & hic quo caſu debet in citatione exprimi. arg. extra 6. lib. de appel. cap. Romana. §. cum autem. ff. de tranſac. cum hi. §. vult igitur. & §. ſi p̄tor. arg. opt. ad hāc diſtinctionē. extra 6. lib. de of. deleg. ſtatuimus.

i ¶ *In albo prætoris.*] Papa hoc ſpiritualiter & ex certa ſciētia iubente, vt j. ſequitur in caſibus pari vel maiori æquitate nitentibus quàm ſit caſus. ſ. eo. §. eſt ſiquidē. 2. reſponſo. aliàs regulariter intelligendum eſt de illo citato prius legitime: nam negotio per citationem iuris vel hominis ad curiā legitime deuoluto, pars nihilominus in audientia publica vel præconizatione, vel in albo p̄toris citatur, & tunc huiuſmodi citationes ſunt magis citationum iam factarū exaggerationes contumaciā partis antea citatæ declarantes.

Dies ſolēnes ſunt tres.

k ¶ *Solēnes dies.*] qui ſunt tres: dies Iouis ſancta, dies Aſcēſionis Domini, & dies dedicationis baſilicæ beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli: qui eſt octaua dies poſt feſtum ſancti Martini.

l ¶ *Diſtantia.*] ff. de ver. obl. continuus. §. cum ita, & l. interdum. extra lib. 6. de elect. cupientes. §. hac generali.

m ¶ *Sicut.*] hic ſicut eſt ſicutiuum, quo ad hoc ꝙ vtrobique teneat proceſſus mero iure: plus tamen deliquit ille, quem citatio apprehendit. ff. de in inte. reſt. diuus.

Contumax poteſt excōmunicari, & contra eum ſententia definitiua ferri.

n ¶ *Perſonaliter apprehendiſſent.*] & ſic talis contumax poterit reputari. ff. de appel. ex conſenſu. §. fi. & ibi not. & contra ipſum ad excōmunicationē procedi. 11. q. 3. nemo epiſcoporum. & definitiua ſententia ferri, vt dicto §. porro. Sed nunquid ſunt de iure cōi? Dic ꝙ ſic ꝑ argumēta hic adducta intelligo, vt not. ſ. eo. in ver. in albo. Sed & illa quæ aguntur in vna diœceſi, præſumūtur ignorata in alia: ergo magis in illa, q̄ ſunt acta in alia prouincia. extra qui ma. ac. poſſ. cū in tua. Itē dato ꝙ aliàs malitioſe faciat ne citatio ad ipſum perueniat: citatio tamen eſt ad eccleſiam, ſeu ad domum facienda. extra de do. & cont. c. cauſam. & c. venerabilis. extra de cle. nō reſi. ex tuæ. extra de eo qui mit. in poſ. c. fi. & ff. quibus ex cauſ. in poſ. ea. hæc autem. §. 1. Item leges & ſi ſint publicatæ vbi ſunt factæ, nō arctant abſentes niſi in eorum prouinciis publicatæ fuerint duobus menſibus elapſis. auth. vt fa. no. conſti. §. pen. coll. 5. 18. diſt. decernimꝰ. hoc apparet in qualibet conſtitutione authentica, in qua in fine mandat̄ publicatio eiuſdem. Item arg. ff. quæ ſen. ſine appel. reſcin. l. 1. §. item cū ex edicto. & ſunt hæc vera regulariter: quia citatio quæ eſt principium iudiciorum. inſti. de pœna te. liti. §. fin. debet habere principium certum & firmum: cum ſit potiſsima pars cuiuſcunque rei. ff. de ori. iur. l. 1. aliàs iura fruſtra viderētur dicere, ꝙ manifeſtatio debet fieri pręſidibus, vel in facie Eccleſiæ, vel ad domum. ff. de exc. tu. ſcire oportet. §. oportet. & dicto c. venerabilis. aut procuratori, aut amicis. ff. quod vi aut clam, aut q aliter. §. & ſi forte. ff. de dam. infec. l. de pupillo. §. totiens. ff. ex qui. cau. ma. l. ſciendum. Sed fallit regula in caſu quem concludit primum arg. hic allegatum: cum per illum qui mandabatur citari ſtet ne citetur. extra. 6. lib. de reg. iur. imputari. & c. cum ſtat. & ibi not. & c. pro poſſeſſore. Item arg. ſecūdum intelligo, vt not. ſ. in ver. in albo. aliàs regulariter citatio facta in curia ſupponit legitimā citationem præceſsiſſe, vt dictum eſt: & hoc innuit dictus §. omnem. Item arg. tertium dic ꝙ lex, ſcriptum exemplar. loquitur nō de neceſsitate, ſed de vtilitate vel expedienti, vt ibi patet in verbo, melius. & verbo, vtilius. Item loquitur de habitantibus in eodem loco, vt in verbo, habitantibus. arg. ff. de iuriſ. om. iud. ſi per errorem. ſecus eſt in habitantibus in remotis. Et diſtingue, aut factum generale eſt ad omnes, & ſic ſufficit publice proponi nō in auribus ſingulorum inculcari. extra de poſtu. præla. c. 1. 82. diſt. propoſuiſti. 54. diſt. ex antiquis. ff. de inſtito. ſed & ſi pupillus. §. proſcribere. arg. ff. de an. leg. l. Meuia. in fine. Aut eſt factum ſpecialiter tangens partem, & ſic regulariter citatio non ſufficit generalis in albo, vt eſt ſ. probatum. arg. ad hanc diſtinctionem extra. 6. lib. de elect. in c. fi. in fi. & ff. de appel. cum quidam. Io. Mona. Cardi.

Citatio eſt principium iudiciorum.

Citatione nō præmiſſa an poſſit Papa cōtra aliquem procedere.

o ¶ *Non obſtantibus aliquibus priuilegijs.*] ſimilia non obſtātia habētur extra 6. lib. de ſen. excom. c. fi. in fi. extra eo. lib. de elect. q a ſæpe. Et abſque his non obſtantibus priuilegia non tollerentur. not. extra 6. lib. de conſti. c. 1. Et quid operentur non obſtantia in litteris beneficialibus, not. extra. 6. lib. de reſcrip. cum aliquibus.

Ad euidentiam præmiſſorum quæro, an Papa procedere cōtra

aliquem

aliquem valeat citatione non præmiſſa? Et videtur ꝙ ſic: quia eſt ſupra ius.extra de conceſ.præben. propoſuit. Item quia princeps ſolutus eſt legibus.ff.de legib.& ſenatuſconſul.princeps. Itẽ Papa habet plenitudinem poteſtatis.2. q. 6. decreto. extra de pœnit.& remi.cum ex eo.in fi.extra de vſu.pal.ad honorem.Sed contra, citatio eſt principium proceſſus iudiciarij,vt ſ.not & habetur extra de prob.quoniam contra.& ad finem iudiciorum,quæ eſt ſentẽtia. ff.de re iud. l.1. attingi ſine principio non poteſt. Dic ꝙ citatio eſt de pertinentibus ad iudiciarium ordinem. Iudiciarius autẽ ordo requirit,vt iudex quilibet ex aliquo iure procedat. Conſiderandũ eſt primo,qualiter ad ius ſe habeat iudex,de quo nunc eſt ſermo, videlicet Papa.Secundo qualiter ad idem ius citatio ſpectet. Tertio,ex his deducetur ſolutio quæſtionis.

Iudiciorum finis ſine Principio attingi non poteſt.

Circa primum ſciendum eſt, ꝙ præter legem æternam diuini intellectus, quæ ſecundum Aug.in 1.lib.de lib.arbi. ſumma ratio nominatur,de qua habetur 23.q.5.lex æterna.fuit neceſſe eſſe aliquam legem naturalem, ſiue aliquod ius naturale impreſſum homini tanquam participationem quandam legis æternæ, in quo ſtatim à principio nobis nota fierent principia agendorum: puta quòd bene eſt agendum, nulli nocendum: ꝙ bene agentes præmiari debent, peccantes autem puniri.3. diſt.omnis. Præter hoc etiam neceſſe fuit eſſe aliquam legem diuinã,ſiue aliquod ius diuinum:quia per legem naturalem non poterat homo dirigi in finẽ ſupernaturalem:eo ꝙ naturalem virtutem & facultatem hominis excedit.8.& 9.diſ.per totum.A lege autem naturali deriuatę ſunt leges humanæ:ſed dupliciter deriuantur à lege naturali:vno modo,ſicut concluſiones deriuantur ex principiis: alio modo, ſicut determinationes aliquorum communium per quem modum forma communis actus determinatur ad hãc vel ad illam: puta forma domus,ad domum quadratam vel rotundam.Primo modo lex humana,quę eſt,non eſſe occidendum:deriuatur ſicut concluſio à lege naturali,quæ eſt nulli malum eſſe faciẽdum. Secundo modo, lex humana,quæ eſt ꝙ talis tali pœna puniatur: deriuatur vt determinatio quædam à lege naturæ, quæ eſt vt peccans puniatur. Sic igitur quantum ad propoſitum ſpectat, quintuplex eſt lex. Aeterna quæ idem eſt quod diuina eſſentia.Vel verius:Lex æterna eſt (ſecundum Augu. contra Fauſtum) diuina voluntas, ordinem vniuerſitatis conſeruari iubens, & perturbari vetans, Diuina,quæ regulat actus humanos in ordine ad finẽ ſupernaturalem vitæ æternæ. Naturalis, Humana deriuata à naturali vt concluſio ex principio. Humana deriuata à naturali vt determinatio quædam modo expoſito. Et eodem modo eſt quintuplex ius: ſcilicet æternum,diuinum,naturale,humanum deriuatum à naturali vt concluſio ex principio, & humanum deriuatum à naturali vt declaratio cuiuſdam communis. Præmiſſa probantur à principio decreti vſque ad 15.diſt. Supra nullam dictarum legum. & ſ. nullum dictorum iurium Papa poteſt, vel quicumque alter homo: quinto excepto.14.diſt.capit.fi.& 15.diſt.per totum. Quod licet ſit ex ſe manifeſtum, & præcipue quo ad quædam illorum: poteſt tamen ad omnia vna ratio communis adduci talis: Nullus poteſt ſupra ius quod non condidit,ſed conditum præſupponit: ſed Papa vel purus homo nullum dictorum iurium condidit: ſed aliàs conditum præſupponit. 25. q. 1. ſunt quidam. igitur ſupra nullum illorum poteſt,maior patet: minor etiam manifeſta eſt quantum ad legem æternam,vel ius æternum,diuinum,naturale, & quantum ad ius humanum,quod deriuatur à naturali, vt concluſio ex principio:quòd ſi principium eſt naturale,& concluſio:ſicut enim naturalis ratio dictat non eſſe malefaciendum: ita non eſſe occidendum:quia vnum ſtatim deducitur ex alio.23.q.5.ſi non licet.ſequitur ergo concluſio:ſ.quòd Papa non poteſt niſi ſupra ius quinto modo dictum,ſcilicet ſupra ius pure poſitiuum.& ſic patet primum principale.

Lex eſt quintuplex.

Ius eſt quintuplex.

Citatio ad quod ius ſpectat.

Secundo videndum eſt qualiter citatio ad ius ſpectet:eſt autem manifeſtum,ꝙ non ſpectat ad ius primo dictum,ſcilicet ius æternum: nec quatenus quidquid dictat ius naturale & ius humanum recte poſitum,dictat etiam principaliter ius æternum: quia omne ius rectum ab illo deriuatur. 27. diſt in.§. ſed econtra.Nec ſpectat etiam citatio ad ius diuinum eo modo quo nunc loquimur de iure diuino:dicitur enim aliquid eſſe de iure diuino, prout diuiditur à quatuor alijs iam prædictis, quod non eſt naturali ratione inductum,nec humana ratione adinuentum: ſed ex diuina inſpiratione tamquam excedẽs facultatem naturę hominib⁹ reuelatum:vnde non quicquid in canone Bibliæ continetur eſt de iure diuino, nec contra alia iura diuiditur:immo continentur ibi decẽ præcepta moralia,quæ omnia ſunt de iure naturæ,& præcepta iudicialia,quæ ſunt de iure humano: licet à Deo tradita fuerint, & alia multa huiuſmodi.Reſtat igitur videre,ſi citatio ſit de iure naturali,vel de humano deriuato à naturali vt cõcluſio ex principio: quia ſi Papa circa talia iura nihil poſsit,vt ex præcedẽtib.patet,conſequẽs eſt ꝙ cõtra nullum poſsit procedere citatione nõ pręmiſſa.3. q.9.c.1.& c.abſens.& per totũ.2.q.1.c.1.cũ ſex ſeq.extra de maio.& obe.inter quatuor.de cau.poſ.& proprie.c.1.Eſt igitur conſiderandum,ꝙ ad hoc vř aliquis citari,vt id de quo reus dicitur diſcutiatur plenius,& per cõſequens ſi cõdemnari vel abſolui debeat aut innocens oſtendi, & ſententia clarius & perfectius cognoſcatur. 2.q.1.in primis.extra de teſti. in nomine. & 3. q. 9. reuera. Eſt autem de iure naturali, ꝙ bene & plene cognoſcatur id ſuper quo ſententiari debet, & iudicium dari:quia naturale eſt quod vnuſquiſque bene iudicet quæ cognoſcit,& horum ſit bonus iudex.11. q.3.graue.& cap. ſeq. vnde & iudicium de agibilibus ad ſynderesim ſpectat,quæ eſt bene iudicatiua, vt dicitur 6.Ethi. Syndereſis autem eſt pars prudentiæ,quæ procul videt cum conſiderat conſideranda:quæ habentur de pœn.diſt.1.aut facta.& diſt.5. conſideret. Cum igitur nõ poteſt ad plenum factum & iuſtum vel iniuſtũ ſine præſentia eius qui iudicari debet,cognoſci & ſciri. 30.q.5.§. his ita.in fin.extra de re.iud.cum Bertholdus. 11. q. 3. eorum. tunc neceſſe eſt ipſum citari & vocari:nec Papa hoc poteſt omittere, & minus alius iudex:quia ſic omitteretur cognitio, quæ ad iudicium de neceſsitate requiritur.vnde cum iniuſtum facti ſiue defectus,& malitia actus, quod idem eſt,dependeat ex circunſtantiis multis quæ continentur in illo verſu:

Citatio ad quid fit.

Sindereſis eſt pars prudentiæ.

Circuſtãtiæ ſeptẽ attẽdi debent.

*Quis,quid,vbi,quibus auxilijs,cur,quomodo,quando.*

& habentur à Tullio in Rhetorica,& à Philoſopho in Ethi.impoſſibile autẽ ſit omnes circũſtantias huiuſmodi plene cognoſci abſque præſentia rei:quoniã multotiẽs ſe excuſant homines per ignorantiam alicuius circunſtantiæ,vt in Ethi. Philoſophus exemplum ponit quaſi quo ad omnes circunſtantias: neceſſarium eſt omnino habere præſentiam eius qui forefecit,vt factũ & defectus vel malitia facti plenius & perfectius cognoſcatur. Et ſic patet ſecundũ & tertium ſimul,ſ.ꝙ citatio eſt de iure naturali, & per cõſequens ꝙ Papa contra aliquem procedere non poteſt niſi citatione præmiſſa, & hoc probat hæc conſtitutio euidenter. hoc liquet etiam in notorijs, in quib. licet iuris ordo non ſit ſeruandus vſquequaque, ſeruandus tamen eſt in citando & in ſententiando.extra de iureiura.ad noſtram.3.q.1.in primis.extra de diuor.porro.2.q.1.manifeſta.not.extra de accu.qualiter.ibi, deſcendam.& Gen. 18. vbi factum erat notorium,attamen Deus primo voluit probare & videre quàm iudicare,vt à præcipitatione iudicij compeſceret pręſidentes,vt dicit.gl.Gen.4.Quid feciſti? Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.Nec obſtat extra de accu. c. euidentia.nec ibi tollitur citatio nec ſententia: quia Gen. 4. probatur vtrumque neceſſariũ,quod apparet aliter cõfitens præſens,& ſic habitus pro citato per confeſsionem factum facit notorium.extra de cohabit. cler.& mu.c.fi,attamen ſunt in eum partes iudicis in ſententiando vel præceptum dando,licet non in cognoſcendo.ff.ad l. Aquil. proinde enim.ff.de iud.ſi debitori.Item de vnoquoque eſt ferenda ſententia partibus ꝑſentibus vere vel interpretatiue. extra de in integ.reſtit. tum ex litteris.§.tandem.ff.de re iudi.l.de vnoquoque.& in arduis eſt pronuntiandum de citando ante citationem. C.de exhi.vel trãsferre.re.l.fi.& citatio ſentẽtia dicitur.C.de epiſ. & cle.cum clericis.& l.oratio.C.de procu.l. fi. Ad primum arg.in oppoſitũ dic,ꝙ Papa eſt ſupra ius in hoc ꝙ ipſe ſolus poteſt æquitatem nõ ſcriptam ex ſui interpretatione præferre iuri ſcripto.C.de legi,& con.l.1.vnde ipſe poteſt multa diſpẽſando,quæ non poteſt inferior, vt dicto c.propoſuit. nã nullus alter ab eo dat ius ad vacatura,extra de conceſ.præb.c.2.& not. ſimile & habetur extra 6. lib.de offi.leg.c.pen.§.1.& ſi ſupra ius diſpenſet,hoc debet eſſe cũ ratio poſtulat.extra de præb.de multa.in fi.50.diſt. vt conſtitueretur.in fi.vtpote propter vrgentem neceſsitatem vel euidentẽ vtilitatem Eccleſiæ 1.q.7.diſpenſationes. & duobus c. ſeq.non ꝓpter burſæ repletionem illius cui prouidit.arg.33.q.1.manet Petri priuilegium.cum ex ipſius æquitate procedit iudiciũ:aliàs eſt diſsipatio ſecundum B. non diſpenſatio.nam princeps eſt numerus explicans, hoc eſt, director,vt ſtatuat vel diſpenſet contra ius aut contra ſcriptum,ſi æquitas, quæ mouet ipſum mouiſſet legiſlatorem,ſi caſus nunc emergens eſſet ſibi expoſitus,vt habetur Ethi.5. capit. vltim. vbi optime ponitur in fine tractatus virtutum moralium de ephykeia, quæ præcipue ſoli principi competit. extra de tranſla.epi.c.1.not.

Citatio eſt de iure naturali, & ea omiſſa nõ põt Papa contra aliquem ꝓcedere.

Iudicis partes quales ſunt in confeſſum.

Papa qualiter eſt ſupra ius.

Diſpenſatio quare fieri debet.

Ad ſecũdum dic ꝙ princeps eſt ſolutus à lege quinto modo dicta,ſ.pure poſitiua,& hoc quo ad vim legis coactiuã, non tamen quo ad vim directiuã:nã quo ad vim legis coactiuam nullus ſubditus niſi qui lege cogitur,cogi poteſt. vnde quia alius non habet vim coactiuã niſi ex principis poteſtate,& null⁹ à ſeipſo cogitur, nec ſibi imperat. ff.de arbi.l.pe.& hoc modo princeps nõ ſubditur legi:ſed eſt à lege ſolutus.verũ quo ad vim directiuam legis princeps legi ſubditur.extra de conſti,cum omnes.9.diſt.iuſtum. C. de leg.& conſti.digna.inſti.quib.mo.te.infir.in fi.ff.de leg.3.ex imperfecto.ff.de pac.cui in eo,aliàs princeps eſſet de numero corũ,quibus dominus in Matt. improperat, dicunt & non faciunt, & aliis onera grauia imponunt,digito autem ſuo nolunt ea mouere.

Princeps qualiter eſt ſolutus à lege.

Ad tertiũ dic,ꝙ in quo habeat Papa plenitudinẽ poteſtatis dictũ eſt.dicto c.vnã.Itẽ potentia & poteſtas ſunt de genere bonorũ,& poſſe malũ nõ eſt poſſe,ſed nõ poſſe.& in Papa præſertim vitiũ eſt impoſsibile moris:& indebite facit ꝓcedẽdo cõtra nõ citatũ.extra de maior.& obe.inter.2.q.1. c 1. & 2. & princeps iuris cõpendium ſe.

Poſſe malũ non eſt poſſe.

ſeu poteſtatem trahere non poreſt ad iniquum diſpendium. C. de vſucap.pro empt.eum qui.arg.ff.de offic.proc.Cæſa.l.1.1.reſpon.

Sententia Papę an poſſit reſcindi.

Item quæro ſecundo & principaliter, aliquis per Papã eſt citatus & ſubeſt cauſa depoſitionis, ſed de eo non conſtat cõfeſsione vel alia probatione: deponitur: an depoſitus poſsit de iure petere reſcindi dictam ſentẽtiã quatenus proceſsit? Videtur ꝙ Papa poteſt iuſtificare ſententiam, quam tulit ex veritate facti, ſicut habet eam reſcindere ſi conſtat ſibi obreptum. extra de re.iu.cum olim. 35.q.9. ſententiam. extra de integ. reſtit. tum ex literis. §. nos igitur. Item poſita cauſa ſequitur effectus. ſed cauſa deponendi ſuberat, vt eſt ſuppoſitum, ergo & effectus ſtat, ſcilicet depoſitio. Itẽ quod principi placuit, legis habet vigorem. inſt. de iur.nat. gen. & ci.§.ſed & quod principi. Item iugum ſedis Apoſtolicæ eſt tenendum, quamquam durum. 19.diſt.in memoriam.

Ad oppoſitum proceſſus habet fieri de notioribus ad ignota: qđ non ſeruatur in caſu propoſito: ergo non tenet qđ agitur. Itẽ à citatione ad ſententiam proceditur ſicut à principio ad finem. inſt. de pe.te.lit. §. fi. ff. de re iud.l.1. Sed ab extremo in extremum ſine medio non eſt deueniendum, & ſic probatis per aliquem modum probandi debet deueniri ad ſentẽtiam. extra de ver.ſig.forus. §. in omni. nec ibi teſtes appellantur probatio q̃ ſit viua voce: ſed omnia illa quæ producunt ſuper ſtatu cauſæ. arg. Ioan.7. & etiam 25. vbi reo locus defendendi ad abluẽda crimina, quæ ſibi obiiciuntur, reſeruatur. 3.q.9.nõ oportet, &c.ſeq. & ſi hoc fieri poſsit, gaudere debet præſidens. extra de accu.c.licet in beato.in fi. Itẽ creditur proponenti contra ſe, non pro ſe. C.de lib.cau.cum precum. Item ſi crederetur parti narranti contra alium, defenſio legitima reo auferretur, & quemlibet Papa ad dictum ſuum condemnare poſſet. Item quilibet præſumitur innocens niſi probetur nocens. extra de præſum.c.dudũ. extra de ſcru.in or.fa.c.vnico. ff. de manumiſ. teſt. l. ſeruos. & ius eſt promptius ad abſoluendum quàm ad condemnandum. ff.de act.& ob. Arrianus. extra de proba. ex litteris. & ſententia Papæ facit ius quo ad quid, & ſententia inferioris iudicis firmatur: quia ſententia minoris iudicis taciturnitate illius contra quem profertur, firmatur. C.de poſthu.l.1. C.de ſen.quę ſi cer.quanti.prola.l.vlt. non ſic in ſententia Papæ, quæ in rem iudicatam contra proferentem non tranſit, vt dicto c.cum olim.

Et hoc arg. concedo, ſcilicet ꝙ dicta ſententia reſcindi debet, & hoc ad præſens quadruplici ratione. Primo quidem ex parte iudicis: nam quilibet iudex in iudicando & ſententiando debet aſsimilari primo & ſupremo iudici. Sed iudicium ſummi iudicis, ſcilicet Dei, erit manifeſtiſsimum. 1. Corint. 4. Illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium. & Roma.2. Teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum, & inter ſe inuicem cogitationem accuſantium, aut etiam defendentium in die cum iudicabit Deus occulta hominum. ergo & iudicium cuiuſcunque inferioris ſiue Papæ ſiue alterius debet ex manifeſtis procedere: aliàs non eſt conforme diuino iudicio, nec per conſequens iuſtum. Secundo patet idem ex parte rei: nam reus ſiue ille qui iudicari habet poteſt cauſam multipliciter excuſare, vel oſtẽdendo ſe proceſsiſſe ex ignorantia aliquarum circunſtantiarum, vel ex infirmitate, aut etiam accuſare vel aggrauare confitendo ſe egiſſe quod egit ex certa malitia: cum igitur manifeſtum ſit, ꝙ talia ignorari nõ debeant, vt pote quorum ignorantia iudici certitudinem tollit, de neceſsitate concluditur, ꝙ illa ſententia non eſt iuſta, ad quã proceditur talibus prætermiſsis. Tertio patet idem ex parte principij formalis, quo iudicium vel ſententia profertur, ſcilicet prudentiæ: non enim poteſt eſſe iudicium rectum niſi ex prudentia procedat. Eſt enim prudentia habitus rationis verus circa agibilia, vt patet 6. Ethi. & ſicut ad prudentiam ſpectat iudicare per ſyndereſim, quæ eſt vna prudentiæ pars: ſic ad eam pertinet bene conſiliari per aliam eius partem, quæ eubulia dicitur. ſicut enim ſynderesis eſt bene iudicatiua, ſic eubulia eſt bene cõſiliatiua, vt dicitur 6.Ethi. conſilium autem eſt inquiſitio quædam vt tertio eiuſdem: ſpectat igitur ad iudicem quemlibet diligenter inquirere & inueſtigare ea quæ ad cauſam pertinẽt. Vnde dicit Iob, Pater eram pauperum, & cauſam quæ neſciebam diligentiſsime inueſtigabam. Non ergo iudex poteſt ad ſententiam recte procedere, niſi præmiſſa diligẽti inueſtigatione, diſcuſsione & cognitione cauſæ: ſi igitur ſecus procedat, poteſt peti reſcindi ſententia tamquam iniuſta. Sed forte dices, ꝙ Papa vel alius iudex nouit cauſam, & veritatem negotij ſecreto, vt eſt priuata perſona. Dicendum eſt, ꝙ hoc non ſufficit: qa iudex non iudicat vt priuata perſona, ſed vt publica: & ideo publice debet ſibi innoteſcere veritas, ſcilicet per leges publicas, diuinas, vel humanas in communi: in particulari autem negotio per inſtrumenta & teſtes, & alia huiuſmodi legitima documenta. Vnde dicit. Auguſtinus ſuper pſal. Bonus iudex nihil ex arbitrio ſuo facit, ſed ſecundum leges & iura pronuntiat. arg. ff.de of. præſi. illicitas. §. veritas. Quarto patet idem ex fine iudicij: finis enim iudicij eſt promotio boni communis quod eſt diuinius, humanius, & melius quàm bonum vnius, vt dicitur 1.Ethi. Sed ſi procedatur ad ſententiam ignorata cauſa, vel non diſcuſſa: bonum commune non promouetur, ſed potius retardatur. per hoc enim in ſententiis depoſitionum vel aliarum pœnarum ſaluatur & procuratur bonum commune: per quod mali vel emendantur, vel terrentur, vel totaliter exterminãtur ſi fuerint inſatiabiles, vt dicitur. 4. Ethi. Boni autem per hoc quietius viuunt. ſublata autem diſcuſsione cauſæ hæc omnia tolluntur: quia omnino eadem ratione poteſt damnari innocens & bonus & malus: ex quo de cauſa damnationis nulla fit mentio, vt ex ſe manifeſtum eſt. Suppoſito autem tali proceſſu iudicij, ꝙ etiam damnari poſsit innocẽs vt nocens: bonus vt malus: non tamen plus terretur vel exterminatur bonus quàm malus: nec quietius viuit bonus quàm malus, vt patet: ergo talis ſententia ſaltem contra ordinem eſt iniuſta, & per conſequens reſcindenda.

Iudex iudicat vt publica perſona.

Ad primum ergo in contrarium dic, ꝙ ſentẽtia debet eſſe iuſta ex actis notis: licet diffinitiua quandoque reſcindatur ſaltem in cauſa appellationis ex aliis de nouo probatis. ff.de mino. præfecti. C.de temp.appel.per hanc. & extra de teſti. fraternitatis. ſic ſententia Papæ reſcindi poteſt ab eo à quo appellari non licet, vt dicto cap.cum olim.

Ad ſecundum dic, ꝙ licet cauſa depoſitionis ſubſit ſecundum rem, non tamen ſubeſt ſecundum cognitionem. cognitio autem neceſſaria eſt ad iudicium, vt declaratum eſt prius. non igitur ſufficit ſubeſſe cauſam ſecundum rem, niſi ſubſit ſecundum cognitionẽ. & poteſt declarari per ſimile: abſtinere enim à fornicatione 1 ſecundum rem eſt bonum: ſed ſi alicui dictet conſcientia, ꝙ non ſit bonum, ſtante tali conſcientia, ſi abſtineat, non faciet bene: quia non ſolum requiritur ꝙ ſit bonum, ſed quòd apprehendatur & cognoſcatur ſub ratione boni. extra de ſimo. per tuas 3. extra de reſtit.ſpo.litteras.§.nos autem. & eodem modo in propoſito non ſolum requiritur ad recte iudicandum & ſententiandum quòd cauſa ſubſit, ſed quòd manifeſte in iudicio cognoſcatur ſubeſſe vel ſubfuiſſe.

1 Circa hoc exemplum vide omnino B. Thomam. 1.2.q. 19.art. 5.& 6.

Ad tertium dicendum eſt, ꝙ voluntas principis legis habet vigorem, ſi ſit ratione regulata, & fiat animo condendi legem: cuius forma traditur C.de legi. humanum. quia voluntas de ſe non eſt ſecurus canon, vt philoſophus dicit 2.Poli. Cum autẽ princeps iudicat vel ſententiat ſine cauſæ diſcuſsione & examinatione, non habet voluntatẽ regulatam ſecundum rectum iudicium rationis.

Principis voluntas legis habet vigorem qualiter intelligitur.

Ad quartum dicendum eſt, ꝙ ſecundum philoſophum in 1.Politi. duplex eſt principatus, deſpoticus, & politicus. primus eſt domini ad ſeruum, qui non habet ius reſiſtendi, eo quod ſeruus eſt domini totaliter ſecundum ꝙ huiuſmodi. ſecundus eſt principatus liberorum, qui habent ius in aliquo reſiſtendi, & talis eſt principatus Eccleſiæ circa ſubditos: non enim eſt veriſimile, quòd principatus Eccleſiæ ſit deſpoticus. non enim ſumus ancillæ filij, ſed liberæ, qua libertate Chriſtus nos liberauit, ad Galat.4. Io. Monac. Cardinalis.

FINIS LIBRI SECVNDI.

## LIBER TERTIVS.

# De vita & honeſtate clericorum.

¶ Ioannes xxij.

*¶ Præmiſſa muſicæ artis plurima laude, cantorum laſciua melodia reprobatur, qui contra honeſtatem clericalem, quod ore cantabant, geſtibus ſimulabant. Et cantores ipſi tam exempti quàm non exempti per octo dies ab officio ſuſpenduntur. Poſſet etiam hæc extrauagans apte locari ſub tit. de celebra. Miſſar.*

CAP. VNICVM.

DOcta ſanctorum patrum decreuit auctoritas, vt in diuinæ laudis officiis, quæ debitæ ſeruitutis obſequio exhibentur, cunctorum mens vigilet, ſermo nõ ceſpitet, & modeſta pſallẽtium
Eccle.47. grauitas placida modulatione decantet. Nam in ore eorum dulcis reſonabat ſonus. Dulcis quippe omnino ſonus in ore pſallentium reſonat, cum Deum corde ſuſcipiunt, dum loquuntur verbis: in ipſum quoque cantibus deuotionem accẽdũt. inde etenim in Eccleſiis Dei pſalmodia cantanda præcipitur, vt fideliũ deuotio excitetur, in hoc nocturnũ diurnumq; officiũ & Miſſarum celebritates aſſidue clero ac populo ſub maturo tenore, diſtinctaq; gradatione cantãtur, vt eadẽ diſtinctione collibeant, & maturitate delectẽt. Sed nonnulli nouellæ ſcholæ diſcipuli, dũ temporibus menſurandis inuigilant: nouis notis intendunt, fingere ſuas, quàm antiquas cantare malunt. in ſemibreues & minimas Eccleſiaſtica cantantur: notulis percutiuntur, nam melodias hoquetis interſecant, diſcantibus lubricant, triplis & motetis vulgaribus nõnumquam inculcant, adeo vt interdũ antiphonarij, & gradualis fundamenta deſpiciant: ignorẽt ſuper quo ædificãt, tonos neſciant, quos nõ diſcernunt, immo confundunt: cum ex earum multitudine notarum aſcenſiones pudicæ, deſcenſioneſque tẽperatæ, plani cantus quibus toni ipſi ſecernũtur adinuicem obfuſcẽtur: currunt enim, & non quieſcunt: aures inebriant, & non medentur: geſtibus [a] ſimulant quod depromũt, quibus deuotio quærẽda contemnitur, vitanda laſciuia propalatur. Non enim inquit fruſtra ipſe Boetius, laſciuus animus vel laſciuioribus delectatur modis, vel eoſdẽ ſæpe audiens emollitur & frangitur. Hoc ideo dudũ nos & fratres noſtri correctionẽ indigere percepimus, hoc relegare immo proſus abiicere & ab eadẽ Eccleſia Dei profligare efficacius properamus. Quocirca de ipſorũ fratrũ cõſilio diſtricte præcipimus, vt nullus deinceps talia, vel his ſimilia in dictis officiis, præſertim horis canonicis, vel cũ Miſſarũ ſolẽnia celebrãtur, attẽtare præſumat. Si quis vero contra fecerit, per ordinarios locorũ vbi iſta commiſſa fuerint, vel deputãdos ab eis in nõ exẽptis; in exẽptis vero per præpoſitos ſeu prælatos ſuos, ad quos aliàs correctio & punitio culparũ & exceſſuũ huiuſmodi vel ſimiliũ pertinere dinoſcitur, vel deputandos ab eiſdẽ per ſuſpẽſionẽ ab officio per octo dies auctoritate huius canonis puniatur. Per hoc autem non intendimus prohibere quin interdũ diebus feſtis præcipue, ſiue ſolẽnibus in Miſsis & præfatis diuinis officiis aliquæ conſonantiæ, quæ melodiã ſapiũt, puta octauæ, quintæ, quartæ, & huiuſmodi ſupra cantũ eccleſiaſticũ ſimplicẽ proferantur: ſic tamen vt ipſius cantus integritas illibata permaneat, & nihil ex hoc de bene memorata muſica immutetur: maxime cum huiuſmodi cõſonantiæ auditũ demulceãt, deuotionẽ prouocẽt, & pſallẽtiũ Deo animos torpere nõ ſinant. Actũ & datum, & cætera.

# De præbendis & dignitatibus.

¶ Bonifacius octauus.

*¶ Cum beneficia in curia vacantia idoneis debeant conferri perſonis, illorum collationem Papa ſibi reſeruat. vide c. 2. & 3. & c. præſenti. eod. titu. lib. 6.*

CAP. I.

PIæ [b] ſollicitudinis ſtudio ducimur, vt dignitates, perſonatus, præbendæ, aliaque beneficia Eccleſiaſtica cum cura vel ſine cura, quæ apud ſedem Apoſtolicam vacare noſcuntur, perſonis conferantur idoneis †, per quas in eis debita impendantur obſequia & diuinorum cultus exerceatur ſollicite in eiſdem. Inde fit quòd nos huiuſmodi dignitates, perſonatus, præbendas, Eccleſias, & alia Eccleſiaſtica beneficia, quæ apud ſedem eandem intra vnum menſem à data præſentium hactenus in curia vacauerint, computandum, & quæ exnunc apud eam vacauerint in futurum, prouiſioni ſedis eiuſdem auctoritate Apoſtolica reſeruamus: Decernentes [c] exnunc irritum & inane ſi ſecus in hac parte ſciẽter vel ignorãter [d], per quemcunque ſeu quoſcũque, Apoſtolica vel alia quauis auctoritate contigerit attentari. Nulli ergo, &c. Datum Laterañ. iij. Noñ. Maij, anno primo.

¶ Clemens quintus.

*¶ Prouiſiones ſub titulo commendæ factas de Eccleſiis Parochialibus, Archiepiſcopalibus, Epiſcopalibus, & monaſterijs ad petitionem regum vel quoruncunque magnatum, reuocat.*

CAP. II.

EX ſupernæ † prouidẽtia maieſtatis, cuius vniuerſa diſpoſitione reguntur: ad Apoſtolicæ præeminentiam dignitatis (licet inſufficientibus meritis) euocati, gregem Dominicum noſtræ vigilantiæ creditum vndique contemplamur, illum-

DOcta.] a ¶ Geſtibus ſimulant.] quod eſt turpe & contra honeſtatem clericalem. In hoc quodammodo cõparandi illis, qui ludos theatrales in Eccleſiis faciunt vel ibi laruas induunt, vt ſuæ inſaniæ ludibria exerceant. de quibus in c. cum decorem. eo. tit. Et per hoc iſta extrauagans bene facit ad iſtũ tit. de præb. pondera etiam verba, quæ ſequuntur, vitanda laſciuia propalatur. Nõ nego tamen quin potuiſſet poni, & forte aptius. j. ſub tit. de cel. Miſ. Sed nõ eſt incõueniens eãdem decretalẽ diuerſis reſpectibus ſub diuerſis poni titulis, vt patet de c. ſignificantibus. de lib. obl. qđ ſub eadẽ prorſus forma repetit in tit. đ appel. Idẽ in iure ciuili reperit, vt patet de l. legem. quæ eſt. C. de pac. & etiã in tit. de pact. conuentis.

b PIæ.] Hæc cõſtitutio recitat moderationem factam pro prælatis contra conſtitutionem Cle. iiij. extra. 6. lib. de præb. c. ſtatutum. ſed videtur reuocata extra. 6. lib. in proœ. in fi. dicitur, quòd ibi loquitur de conſtitutionibus non ſuis, ſed prædeceſſorum ſuorũ. Sed adhuc videtur eſſe reuocata per aliã ſuam conſtitutionem iſti (quę pręceſsit) aduerſam. extra de conſt. c. 1. & de præb. ſi Apoſtolicæ. qđ concedo, & ſi non in toto, tamen in tanto, vtpote in eccl. parochialibus, vt hæc cõſtitutio prorſus nõ tollatur, ſed attenuet. arg. ff. de adimen. leg. qui hominem.

c ¶ Decernentes.] per hoc verbũ habetur epiſtola pro conſtitutione. C. de legi. & conſti. l. leges vt generales. & j. eo. ver. nulli ergo.

d ¶ Ignoranter.] qualiter hoc caſu ligantur ignorãtes, not. extra lib. 6. de elect. ſi eo tẽpore.

† Vide concilium Tridẽ. ſeſſio. 24. de reformat. c. 12.

† Vide concilium Trident. ſeſſio. 7. de reforma. c. 2. & 4. & ſeſſio. 24. de reforma. cap. 17.

que ſalubri ſtudemus paſtoris more vigilis (quantũ nobis ex alto permittitur) obſeruãtia cuſtodire, vt de illo poſſimus ad ipſius laudẽ, cuius exercemus vices in terris, dignã in extremo iudicio reddere rationem. Ideoq; nos diligẽs cura ſollicitat, cõtinua pulſat inſtantia, & curioſa ſollicitudo perurget, vt circa fideliũ ſtatũ ſalubriter dirigendũ ſic efficacibus ſtudiis & promptis operibus intẽdamus, quòd per noſtræ cooperationis miniſteriũ erga ſanctam matrẽ Eccleſiã deuotio filiorũ cõcreſcat, ipſorum ceſſent grauamina, & trãquillitatis ei proueniat incrementũ: quod tunc recte agere credimus, cũ moleſtis euentibus viã præcludimus, indirecta dirigimus, ſubtrahimus noxia, & ſalubria procuramus. ¶ Sane pridem nos licet inſufficiẽtibus meritis ad ſummũ Apoſtolatus apicẽ (ſicut Domino placuit) euocati, ab ipſo noſtræ promotionis exordio antiquæ notitiæ regũ, prælatorũ, magnatũ, & aliorũ nobiliũ perſonarũ Eccleſiaſticarũ & ſeculariũ memores exiſtẽtes, ac ipſorũ aliquibus, tum quia in terris morantes eorũ gradũ huiuſmodi promotionis habuimus, tũ quia ſolitæ ad eos amicitiæ ſpecialibus affectibus ducebamur; aliquib⁹ vero ex aſſueta Romanorũ Pontificũ liberalitate, quã in ſuis exercere ſunt ſoliti nouitatibus: Volẽtes honoris & liberalitatis aſſuẽtia cõplacere, ad eorũ importunas tamẽ & multiplicatas precũ inſtãtias, nõnullis clericis, & perſonis Eccleſiaſticis, religioſis & ſecularibus diuerſorũ ordinũ, dignitatis, conditionũ, & ſtatuum patriarchales, & archiepiſcopales, & epiſcopales eccleſias ac monaſteria diſtincta paſtoribus, ſub cõmẽdæ vel cuſtodiæ, ſeu curæ, vel guardiæ, aut adminiſtrationis titulo, nomineve notabili duximus ꝑpetuo ad vitã ſeu ad certi tẽporis ſpatiũ cõmittenda, ſuper his an tales videlicet tantaſq; gratias per nos fieri decuiſſet, variorum arduorũ negotiorum multiplicitate diſtracti, vſq; ad tẽpus, quo infirmitate ſatis periculoſa nos his diebus viſitauit omnipotens, nequiuimus cogitare plenarie. Verũ in debilitate ipſius ægritudinis cõſtituti, à negotiorũ vtcumq; diſcuſſione ſemoti, ad hoc ſub diligẽti examine direximus aciẽ noſtræ mẽtis, demumq; proſpeximus euidenter, ꝙ Eccleſiarũ & monaſteriorũ eorundẽ cura negligit͛, bona & iura diſſipãtur ipſorũ, ac ſubiectis eis perſonis & populis ſpiritualiter plurimum & tẽporaliter derogatur, eiſque redundant ad noxã quæ dicebãtur cedere ad profectum, ac nedum ipſis, ſed etiã Romanæ matri Eccleſiæ, (quæ diſponente Domino ipſorum caput fore dinoſcitur & magiſtra) grauiora inde futura timentur pericula. ¶ Nolentes igitur his tot & tantis diſpendiis vlterius cauſam relinquere, ſed volẽtes potius opportunum & debitum in hac parte remedium adhibere, omnes & ſingulas promiſſiones huiuſmodi per nos (vt præmittitur) factas quibuſcunque cuiuſcunque ordinis, dignitatis, aut ſtatus, ſed etiam ſanctæ Romanæ Eccleſię Cardinalibus quocunque modo vel tempore factæ noſcantur, auctoritate Apoſtolica exnunc ex certa ſcientia reuocamus, caſſamus, & annullamus, & decernimus decætero non habere aliquam roboris firmitatem. Nulli ergo, &c. Datum apud Piſatum Burdegaleñ. diœceſ. decimo Calend. Martij, anno ſecundo.

Commenda de beneficijs facta multorũ eſt cauſa malorum.

¶ Clemens quintus.

*¶ Beneficia maiora & minora vacantia & vacatura, præſertim in prouincia Burdegalen. Clemens quintus certis ex cauſis ſuæ diſpoſitioni reſeruauit, cum appoſitione decreti.*

CAP. III.

ET ſi in temporalium diſpoſitione bonorũ habẽda ſit diſcretionis cautela, præcipue vt ea digne & laudabiliter diſponantur: in eccleſiaſticis tamẽ rebus multo fortius inuigilare noſtra debet intentio, vt iuxta perſonarum conditiones & ſtatus, ad diuini nominis laudem, & ipſarum vtilitatem prouideatur ex merito Eccleſiaſticis perſonis: cum iuxta canonicas ſanctiones † nihil ſit quod Eccleſię Dei magis officiat, quàm ꝙ indigni aſſumantur ad regimẽ animarũ. ¶ Hac igitur cõſideratione moti, ſpecialiter Burdegaleñ. Eccleſiã, de qua (licet immeriti) ſumus nouiter ad hũc ſtatũ ſummi Apoſtolatus aſſumpti, & monaſterium ſanctæ crucis Burdegaleñ. ordinis ſancti Benedicti etiã vacãs per obitũ quõdã fratris Gulielmi de Bõbio abbatis eiuſdẽ: Et generaliter patriarchales, archiepiſcopales, epiſcopales Eccleſias, monaſteria, Prioratũs, & quoſlibet perſonatus, dignitates, vel officia cuiuſcunque ordinis & cõditionis exiſtãt, necnon canonicatus, præbendas, Eccleſias cum cura vel ſine cura, & alia quælibet beneficia Eccleſiaſtica quocũq; nomine appellẽtur, quæ apud ſedẽ Apoſtolicã vacare noſcũtur ad præſens, & quæ toto noſtri Pontificatus tẽpore vacare cõtigerit in futurũ, prouiſioni, collationi, & diſpoſitioni noſtræ & ſedis eiuſdẽ hac vice auctoritate Apoſtolica reſeruamus: Decernentes exnũc irritũ & inane ſi quid cõtra hoc per quoſcũque quauis auctoritate ſciẽter vel ignorãter attentatũ eſt hactenus, vel in poſterũ cõtigerit attentari: cõſtitutione Clementis iiij. & Bonifacij viij. Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum & alia qualibet in contrarium edita non obſtante. Et quia plus † timeri ſolet quòd ſpecialiter iniungitur, quàm quod generaliter imperatur, hac reſeruatione noſtra & decreto ligari volumus ignorantes. Et quia bullam noſtram non habemus ad præſens, ad cautelam præſentium & memoriã futurorum huiuſmodi reſeruationem cum præmiſſi interpoſitione decreti ſcribi, & in publicam formam redigi iuſſimus per Bernardum Caprarij publicum notarium infraſcriptum: quam etiam ſigilli, quo vtebamur olim Burdegaleñ. eccleſiæ præſidentes, fecimus appenſione muniri. Datum Burdegalæ, ij. Calend. Auguſti, Pontificatus noſtri anno primo.

Bona Eccleſiaſtica ſunt diligentius diſponenda, quam temporalia.

† In concilio Laterañenſi ſub Innocentio iij. c. 26. refertur in c. nihil eſt. extra de elect.

† Specialitèr iniunctum plus timetur quàm quod generaliter imperatur, c. Si aduerſus. extra de hæretic. cap. quamquam diſt. 23.

¶ Ioan. xxij. epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

*¶ Papa hic primo ambitionem & importunitatem quorundam religioſorum & ſecularium ſuper obtinendis pluribus beneficijs diſpenſatiue, qui inſufficientes quandoque erant pro vno in diuerſis locis, regnis, & alijs locis diſtantibus recitans, apponit plures ex hoc contingentes inconuenientias, & tandem ſtatuit quòd omnes (exceptis Cardinalibus, ac regum filijs,) qui ſuper pluralitate beneficiorum, quæ aliàs de iure non poterant obtineri, diſpenſationem obtinent, vnum cum cura, aliud ſine cura, poſſint à tempore notitiæ eligere intra menſem, & alia cum effectu dimittere teneantur; aliàs omnibus ſic diſpenſatis ſint ipſo iure priuati. Et idem de beneficijs, in quibus ius eſt ad rem dum vacabunt. de pluribus etiam talibus iniuſte tamen & ſine diſpẽſatione detentis, ordinat quòd vltimũ retineant, & omnia alia dimittant intra menſem: alioquin omnibus ſint priuati. Item vult quòd qui amodo talia receperint, dimiſſionem de primo faciant coram ordinario cum effectu: alioquin ſint omnibus ipſo iure priuati. quæ*

omnia

1 Hæc ex trauag. ins habetur inter xx. Ioa. xxij. ſub tit. de præben. cum gloſ. domini Zenzelini: hic vero ponitur cum gloſ. Guillielmi de Monte Lauduno.

EXecrabilis. 1.] Hæc decretalis, quæ poteſt in tit. de præben. & digni. ſituari, diuiditur in decē partes. In prima, ambitio & importunitas quorūdam præmittitur. In ſecunda, multiplex inconueniens exprimitur. In tertia, ſuper his moderātia apponitur. In quarta, de beneficiis iam iuſte poſſeſsis ſtatuitur. In quinta, ſuper vacaturis, quibus eſt ius ad rē, conſulitur. In ſexta, de iniuſte detētis annectitur. In ſeptima, ſuper deinceps percipiendis cum appoſitione pœnæ proſpicit. In octaua, omnium ſic vacātiū prouiſio cū decreto ſedi Apoſtolicæ reſeruat. In nona, quis in hoc caſu dicatur ordinarius, declaratur. In decima, ſubiicitur de quibus beneficiis intelligatur. Secunda, *Vnde inter cætera.* Tertia, *Nos itaque.* Quarta, *Statuimus.* Quinta, *Per hoc.* Sexta, *Porro.* Septima, *Qui vero.* Octaua, *Quæ omnia.* Nona, *Cæterum.* Decima, *Quantum autem.*

† Vide concilium Trident. ſeſſio. 7. de reformat. c. 2. & 4. & ſeſſio. 24. de reformat. c. 17.

*omnia ſic vacantia diſpoſitioni Apoſtolicæ ſedis reſeruat, interpretans ordinarios in hoc caſu ſolos diœceſanos beneficiorum ſic dimiſſorum. Item hoc vult de ſolis beneficiys intelligi, in quibus quis per ſe vel vicarium ſuum temporalem curam animarum vel ſpiritualem iuriſdictionem exercet de conſuetudine, vel de iure. hoc dicit. de Laud.*

EXecrabilis [a] † quorundā tam religioſorum quàm ſecularium [b] ambitio [c], quæ ſemper plus ambiens, eo magis inſatiabilis [d] creditur, quò ſibi amplius indulgetur, & improbitas importuna [e] petētiū à nobis & prædeceſſoribus noſtris Romanis Pōtificibus non tā obtinuiſſe, quàm extorſiſſe [f] plerūque noſcūtur, vt vnus interdum etiam ad vnum beneficium eccleſiaſticum minus idoneus [g], in diuerſis eccleſiis [h] nedum vicinis, ſed abinuicem lōge diſtantibus [i], immo nonnumquā in diuerſorum regnorum [k] partibus ſituatis, plures quam duas [l] vel tres, aut plures etiam dignitates, vel perſonatus [m], officia, ſeu prioratꝰ [n], aut

a ¶ *Execrabilis.*] ſic incipiebat quædam conſtitutio Alexandri iiij. loquens de poteſtate legatorū circa beneficia cōferenda. Guliel. de monte Lauduno.

b ¶ *Secularium.*] ſupple clericorum. & ſic concordant iſti in hoc, licet diuerſificent ſe in aliis, vt 16. q. 1. alia. vnde quaſi totus mundus conuenit in hoc caſu. s̃. de elect. quorundam. lib. 6.

c ¶ *Ambitio.*] ſimile ſupra de præb. quia intantum.

d ¶ *Inſatiabilis.*] ad inſtar ignis materialis, cuius ardor tanto fortius accenditur, quanto magis de lignis in eo ponitur. & eſt huius ratio: nam talium dilectores vbi magis abundant in talibus, magis ad amorem inflammantur eorum: quia numquam vacat amor in anima amantis, immo quatumuis ibi delectationibus magis abundat, magis accenditur & cremat. 45. diſt. omnes. & ideo dicit Seneca. Cum cætera vitia homine ſeneſcente ſeneſcant, ſola auaritia iuueneſcit: maxime cum de rebus mūdanis non poſsit naturaliter anima, quæ ſpiritualis eſt, ſatiari: ſed tunc dumtaxat anima beata ſatiabitur, cum ſibi apparuerit gloria Domini, vt in pſal. xvj. Gul. de monte Laud.

Anima de rebus mūdanis ſatiari non poteſt.

e ¶ *Importuna.*] ſimile s̃. de reſcript. quia per ambitioſam. lib. 6.

f ¶ *Quam extorſiſſe.*] ſimile 31. q. 2. hac ratione.

g ¶ *Minus idoneus.*] s̃. de æta. indecorum. 100. diſt. contra morem. ibi, decorari, & cætera.

h ¶ *Eccleſiis.*] ſcilicet ſituatis, quod eſt infra.

i ¶ *Diſtantibus.*] & ſic nimia diſtantia nocet, vt hic: quandoque etiam nocet nimia propinquitas, vt s̃. de conſue. cap. 1. lib. 6. vbi habetur, quòd quis non poteſt in vna tenere, quod poſſet in diuerſis. Item nimia vicinitas Sodomæ & Gomorrhæ nocuit aliis quinque vicinis. de quo s̃. de exceſ. præla. clerici. facit s̃. de præſump. quoſdam. & cap. quanto. prodeſt etiam quandoque diſtantia, vt legitur & not. s̃. de in integ. reſtit. tum ex litteris. in fin. vbi de hoc in gloſ.

Propinquitas nocet quandoque.

k ¶ *Regnorum.*] hoc facit pro opinione Io. poſita. 3. q. 6. neminem. ſcilicet ꝙ auctoritate Apoſtolica non poſsit quis citari extra prouinciam infra vnam dietam: contrarium tamen ſeruat curia Romana, vt tenet ibi Bartholomæus.

l ¶ *Plures quàm duas.*] aliàs autem pluralis locutio duorū numero contenta eſt. s̃. de reg. iur. pluralis. lib. 6. quod eſt verum vbi duo vel alia maior multiplicatio non præcedit eandem: ſed potius certa de ſe pluralitas ponitur & non vaga. s̃. de præben. is cui. ſecus ſi fiat contrariū, vt hic, in hoc qđ ſequitur, intra duas vel tres aut plures. & hoc in fauorabilibus: ſecus autem in odioſis, in quibus pluralitas ad vnum coniunctim quandoque reſtringitur, vt s̃. de priuileg. vt priuilegia. in fine. talia enim ſecundum materiam, de qua eſt ſermo. plura vel pauca dicuntur, & ad multa vel modica referuntur, vt legitur & not. 45. diſt. diſciplina. in fi. de cle. excom. latores. cum ſimilibus.

Pluralis locutio duo comprehendit.

m ¶ *Perſonatus.*] licet aliqui dicant iſta nomina, ſcilicet dignitates, perſonatus, ſynonymiace pro eodem poni, textus tamē s̃. de præben. de multa. videtur differentiam inter ea ponere aliqualem: in quo dum facta in principio mentione de dignitate, ſubiungitur in fi. hoc idem in perſonatibus. quod crederem verum, ſi dixiſſet hoc ſimile. s̃. de conſtit. tranſlato. quod non facit: ſed idem potius quod differt multum à ſimili, vt s̃. de tranſla. epiſ. inter corporalia. §. ſicut autē. ibi tamen dicit propter expreſſam ſimilitudinem vel identitatem potius, &c. quaſi dicam aliud eſt ſimile, & aliud idem. vnde licet nomina ſint diuerſa, vnam tamen formam tenēt: ſicut legitur. 99. diſt. prouinciæ, de primatibus & patriarchis. diuerſitas autem nominum introducta eſt ex diuerſis conſuetudinibus Eccleſiarum, & ex diuerſo modo loquendi, vt patet in illis titulis. s̃. de offic. vic. vſque ad tit. de maio. vbi idem & eadem adminiſtratio appropriatur diuerſis officiis propter diuerſas conſuetudines diuerſarum eccleſiarum, & diuerſos modos loquendi. facit ad hoc s̃. de conſt. cum acceſsiſſent. vbi primiceriatus quandoque dignitas, quandoque perſonatus, interdum etiam officium dicitur. de hoc dixi propter iſtos impetrantes, qui in ſuis ſupplicationibus, quas Papæ porrigunt quandoque omnia iſta ponunt, quandoque etiam deficiunt. Et idem credo dicendum de officiis & adminiſtrationibus, ꝙ vnū ſcilicet aliud comprehendit. ſicut de hoc vidi dubitare in Eccleſia Tholoſañ. an ſcilicet operaria illius Eccleſiæ eſſet officium vel adminiſtratio: cū quidā impetrās haberet officium in ſuis litteris, nō autem adminiſtrationē: quā dicebāt dictā operariam eſſe ibi, nō autē officiū: & tñ impetrans obtinuit: vnde non video ꝙ iura inter talia beneficia gradū ſeu diſtinctionē aliquā ponāt ſeu faciant: quod credo facerent ſi eſſet ſicut faciūt in ſua propria materia inter curatā & nō curatā, & ſimilia. s̃. de præb. cū in illis. lib. 6. ex quo ergo lex nō diſtinguit, nec nos: nec vbi Papa hoc non facit, nec nos. & idē & eiuſdē iuris dicerē eſſe archipresbyteratus & decanatus in Pictauia: quia idē officiū gerūt ibi: nā ex quo ſunt eiuſdē generis, ſint & eiuſdē iuris. hos enim plebanatus æquiparat Inno. cū dignitatibus & perſonatibus s̃. de præb. cum olim. in gl. ſua. de his plebanis loquuntur iura. s̃. de re iud. cū inter. de præſcri. cū olim. 31. q. 1. ꝙ ſi dormiens. s̃. de deci. ad audientiā. Si autē arguis de ſtylo curiæ, quæ in ſuis reſcriptis & conſtitutionibus omnia ſingula talia ſpecificat, dic ꝙ tales inculcationes verborū ſæpe immiſcet in ſuis ordinationibꝰ, & hoc facit ad cautelā, & ex ſuperabūdanti: cum talia non vitient, ſed proſunt potius ad exceptiones ſuperfluas citius elidendas. ad varietatem autem diuerſæ locutionis ſeu mutabilitatem nominantiū, nihil immutatur in iſtis realiter in effectu, nec mutari debet ſeu aliquā diuerſitas denotari. arg. 10. diſt. lege. & ideo dicit philoſophus, propter noſtrum affirmare vel negare nihil mutat in re, vel hoc fit vt diuerſis locutionibus gētiū ſatisfaciat. arg. s̃. de magiſt. inter. concil. Vieñ. 37. diſt. qui de menſa. Quid ſi Papa dicit, conferimus tibi talem dignitatem, non obſtante ꝙ talia beneficia teneas qualiacunq; ſint: quæ omnia cū iſta volumus quòd ex diſpenſatione noſtra poſsis tenere: nunquid prima qualiacumque ſint: etiam ſi per electionē quis creetur in iſtis, iſte poterit retinere? Videtur ꝙ ſic. argu. s̃. de præben. ſi Romanus. in verſi. qualiacūque. vnde videtur quòd iſta duo operentur, quia ſcilicet tollant omnem ſurreptionem quotquot & quæcūque ſint prima beneficia. Item ꝙ inſimul obtineri valeant quæcumque & quotquot ſint: cum tantum valeat genus in generali quantum ſpecies in ſpeciali. s̃. de maio. ſolitæ. in fi. de offi. ord. ſi ſacerdos. nam qui dicit qualiacumque, nihil excipit. 19. diſtin. Romanorum.

Dignitas & perſonatus parum aut nihil differunt.

Simile & idē differunt.

Officium & adminiſtratio idē ſunt.

n ¶ *Prioratus.*] dicunt quidam nomine Prioratus contineri ſolas quaſdam adminiſtrationes & dignitates monachorum & aliorum regularium, vt s̃. de offic. ord. præſenti. lib. 6. de præben. niſi. in fi. & c. cum ſingula. lib. 6. facit s̃. de reſcrip. & ſi principalis. concil. Vieñ. vſus tamē in aliquibus partibus obtinet, prælatos, rectores, ſeculares Eccleſiarum ruralium, & etiam curaturam, vbi cura tamen per vicarios in eis ſeparatim regitur, vocari Priores: ſicut in Carcaſſeſio, Ageneſio, & in cæteris aliis partibus: & talis eſt Prioratus de Fraga in diœceſi Ilerdeñ. ſunt & plures Priores ſeculares & collegiati, ſicut Prior ſanctæ Radegundæ Pictauen. & de Manſo in Ageneſio, de talibus enim loquitur decret. s̃. de præb. c. fin. qui autem talium dicantur collegiati, & qui non, notaui plene in extrauaganti domini Ioan. Suſcepti. ſed quid dices de Prioratibus clauſtralibus, qui ſunt in iſtis monaſteriis, de quibus loquitur decre. s̃. de reſcrip. & ſi principalis. concil. Vienneñ. nunquid iſta cadunt ſub edicto illorum iurium. ſupra. de conſuetu. cap. conſuetudinem. & de præbend. cum ſingula. lib. 6. & iſtius cap. ſcilicet quod ſint incompaſsibiles cum aliis officiis, Prioratibus, ſeu adminiſtrationibus conſtitutis intus monaſterium vel extra? Videtur quòd non. immo poſſunt ſe cum altero de aliis beneficiis intus vel extra compati: immo etiam cum pluribus,

Prioratus appellatione quid contineatur.

aliàs tamen canonice poſſeſsis. Et eſt ratio: quia tales Prioratus vt cōiter nullas adminiſtrationes ſeu temporales prouentus habent: ſed ſolummodo ſpiritualem iuriſdictionem ſeu officium in perſonas monachorum, abbatibus dumtaxat abſentibus & in eorū defectum. & ſic poteſt dici officium ſine adminiſtratione, ad inſtar illorū iudicum, de q̄bus legitur ſ̃. de in integ. reſti. cauſam. vnde nihil videtur eis repugnare, quin habentes alias adminiſtrationes, poſſint tales Prioratus tenere ſicut aliàs beneficiati poſſent eſſe officiales etiam principales, vel vicarij generales, vicedomini, ſyndici, vel ſimilia officia in curia Romana tenere, vel alibi: talia enim officia vel ſimilia nullam adminiſtrationem habent ſibi annexam: & ideo aliquo iure nō prohibētur vnà cum aliis exerceri, & inſimul poſsideri. de hoc etiam not. ſ̃. de conſue. conſuetudinem. 1. q. 3. ſaluator. 89. diſt. indicatum. maxime cū non ſint perpetua. quod vult dicta decre. conſuetudinem. immo de die in diem omnes iſti remouentur pro nutu cū cauſa vel ſine cauſa. Et idem videtur cenſendū ſaltem quantum ad iſtā decre. & quantum ad c. cum ſingula. de Prioritatibus ſimplicibus monachorum, in quibus quis non creatur per electionem. nec proprie inſtituuntur in eiſdem, vt not. Hoſt. ſ̃. de præb. de multa. & Guido in dicta decre. cum ſingula. & de offi. ord. præſenti. lib. 6. licet aliqui contra. Nec obſtat decre. ſ̃. de ſup. neg. præla. quia regulares. in fi. quia illud non reſpicit præterita, vt patet in ver. cenſuimus. pręterea ibi dicit tantum de Prioratibus & Eccleſiis curatis: nec replicat de adminiſtrationibus, quaſi velit in illo obtinere dictam opinionem Guliel. & Hoſt. Et idem videtur dicendum de archipresbyteratibus diœceſis Bituriceñ. qui conſueuerunt rectoribus aliquarum eccleſiarum committi per archiepiſcopum ſic, ꝙ quādiu viuit iſte archieṗs, durat in ipſis rectoribus dictum officiū archipresbyteratus: ſed eo mortuo capitulū cōmittit aliis: & poſtea nouo archiepiſcopo creato cōmittit aliis, licet iſti archipresbyteri excommunicent, & aliàs iuriſdictionem ſpiritualem exerceant: nihilominus tamen rectores curam animarum habentes, poſſunt iſtos tenere, & ſic fuiſſe interpretatum dicitur per Papam.

Archipreſbyteratus Bituriceñ. nō ſunt ꝑpetui.

diuerſa eccleſiaſtica beneficia curā [a] animarū habētia poſſit diſpēſatiue, cū [b] aliàs nō liceret de iure cōmuni recipere, & ſimul licite retinere: Vnde inter cætera [c] incōueniētia infraſcripta naſcūtur: ꝙ videlicet [d] interdū vnus, qui vnum, quamuis modicum vix officium [e] implere ſufficeret, plurimorum ſibi vendicat ſtipendia: quæ multis litteratis [f] viris vitæ puritate ac teſtimonio bonæ [g] famæ pollentibus, qui mendicāt, poſſent abunde ſufficere, æqua [h] diſtributione collata. Habentibus [i] ipſa paratur vagandi [k] materia, diuini [l] cultus minuuntur, hoſpitalitas [m] in ipſis beneficiis debita [n] non ſeruatur: & dum [o] non ſunt ſui in vnaquaque regione [p] rectores eccleſiarum, detrahitur commodis & honori: quæ carentes defenſorum auxilio in iuribus ſuis & libertatibus multipliciter collabuntur: ruinis [q] patent ædificia nobilia, quæ magnificētia [r] extruxerat deceſſorum. Et (quod [s] amarius eſt dolendum) animarum [t] cura negligitur: & vitiorum [v] ſentibus fomētum [x] periculoſe præbetur. ¶ Nos itaque [y] tot malis tantiſque diſcriminibus occurrere cupiētes, omnes & ſingulas diſpenſationes ſuper receptione ac retētione [z] pluriū dignitatū, perſonatuum, officiorum, Prioratuū aut beneficiorū, quibus cura ſit animarum annexa, ſub quacunque forma vel expreſſione verborum à nobis vel dictis prędeceſſoribus noſtris cuicunque perſonæ conceſſas, (Cardinalibus tamen ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, qui circa nos vniuerſali [a] Eccleſiæ ſeruiendo, ſingularum Eccleſiarum commoditatibus ſe impendunt: ac regum filiis, qui propter ſublimitatem eorum ac generis [b] claritatem ſunt potioris prærogatiua gratiæ attollendi, dumtaxat exceptis) deliberatione ſuper hoc cum fratribus noſtris habita diligenti, de ipſorum cōſilio & ex certa noſtra ſcientia in forma ſubſcripta duximus taliter mo

a ¶ *Curam animarum habētia.*] quæ ſint iſta, dicetur j. eo. c. §. fi.

b ¶ *Cum aliàs non liceret de iure communi.*] Et ſic not. ꝙ dare eſt de iure communi aliqua beneficia ſibi ad inuicem compaſsibilia etiā ſine aliqua diſpenſatione. ſimile ſ̃. de reſcrip. gratia. lib. 6. & c. gratiæ. concil. Vieñ. quod eſt contra opinionem Hoſti. notatam ſ̃. de præben. cum iamdudum. & c. ſuper inordinata. & per gloſ. ſ̃. de elect. dudum. 2. & de præbend. de multa.

Beneficia aliqua ſunt de iure compaſſibilia.

c ¶ *Vnde inter cætera.*] Secunda pars.

d ¶ *Videlicet.*] nota primum inconueniens.

e ¶ *Modicum vix officium.*] diuinum, ſcilicet cuicunque gradui ſpectans: & tamen nihil facilius eſt & leuius hoc tempore, & hominibus acceptabilius ſi perfunctorie res agatur: ſed nihil apud Deū miſerius & triſtius, & damnabilius, vt 40. diſt. ante omnia. & maxime Miſſam, quam ſi quis vnicam in die digne celebrauerit, valde felix eſt, vt ſ̃. de celeb. Miſſa. te referente.

f ¶ *Litteratis viris.*] quibus potiſsime inter alios eſt de bonis Eccleſiæ ſubueniendum. ſimile ſ̃. de præben. de multa. §. vlt.

g ¶ *Bonæ famæ.*] iſta enim duo, ſcilicet nitor conſcientiæ, quantum ad dominum, & odor famæ, quo ad proximum, ſunt neceſſaria in miniſtris Eccleſiæ, vt ſ̃. de ſacra vnc. c. vnico. §. ad exhibendū. in fi. vnde in odore bonæ famæ potius q̃ in fama delectandum eſt, vt ſ̃. de accuſ. licet. Econtra vero infamia multa mala præſtat, vt ſ̃. de accu. inquiſitionis. & c. qualiter. & qui hanc negligit, & in ſe oriri permittit, crudelis eſt. 12. q. 3. non ſunt audiendi.

Fama eſt clericis neceſſaria.

h ¶ *Aequa diſtributione collata.*] Nota bona patrimonij crucifixi debere æquis portionibus diuidi inter aſſumptos in ſortē per capita, nō per ſtirpes. oēs enim ſumus filij primi gradus & hæredes, & ſic digni ſucceſsione, niſi ab ea propter ingratitudinē excludamur: potentioribus tamen nobilitate, litteratura (vt de carnis proximitate, ſeu aliis taceamus) pares eſſe non poſſumus, nec debemus: eſt enim gradus inter angelos, Apoſtolos, & alios in cæleſti militia triumphantes, & ſic fuit ab initio temporis, & ſic erit. arg. 86. diſt. non ſatis. 89. diſt. ca. 1. in fi.

i ¶ *Habentibus.*] ver. & eſt ſecundum inconueniens.

k ¶ *Vagandi.*] in hoc ꝙ habent diſcurrere per loca in quibus beneficiati exiſtunt. ſimile ſ̃. de offi. ordi. quanto. debebant enim manere in ea vocatione, qua primo vocati erant. vt ſ̃. de reg. licet. in prin. talis itaque diſcurſus frequenter nocet nedum animæ, immo etiā corpori & burſæ: iuxta vulgare quod dicitur, quòd petra mutabilis numquam accipiet muſcum: & hoc verū eſt, niſi fiat ex cauſa iuſta: nam interdum valet loci mutatio. 81. diſt. valet.

Vagatio nocet corpori & animæ.

l ¶ *Diuini.*] verſi. & eſt tertiū. & dic de hoc vt dixi in extrauaganti ſuſcepti. & de celeb. Miſ. graui. concil. Vienneñ.

m ¶ *Hoſpitalitas.*] Verſicu. & eſt quartum.

n ¶ *Debita.*] quæ, quādo, per quem, & quibus hoſpitalitas debeatur, dic vt legitur & not. 42. diſt. per totū. C. de epi. & cle. l. 1. ſ̃. de empt. & vēdi. c. 1. in ſum. Hoſtiē. de tēpo. ord. ſup verbo hoſpitale.

o ¶ *Et dum.*] verſi. & eſt quintum.

p ¶ *Regione.*] & ſic nota, ꝙ præſens eſt qui in regione eſt. hoc idē dicitur de illo, qui in ortis eſt.

q ¶ *Ruinis.*] verſi. & eſt ſextum.

r ¶ *Magnificentia.*] Not. magnificū opus exercere, qui nobile ædificium erigit in loco ſibi commiſſo: iſtud enim proprie dicitur verſum in vtilitatem eccleſiæ, & durare verſum, vt not. Inno. ſ̃. de fide iuſſ. quod quibuſdam. Et ſic eſt arg. per locum à contrario, ꝙ in illis qui per negligentiam ſuam talia permittunt collabi, cum ſint de ſe perpetua, de dilapidatione poſsint merito accuſari. & idem de illo qui nemora antiqua non cædua ſine ardua neceſsitate Eccleſiæ ſcindit vel deſtruit: talia vero de proprietate Eccleſiæ ſatis poſſunt dici cum emphyteutæ vſufructuario nō liceat, vel vaſallo. vt ff. de vſufru. arboribus. in princip. cum l. præcedenti. & l. hactenus. in fine. cum ſeq. & ff. de cenſi. forma.

Ædificans in beneficio ſuo ipſius vtilitatem facit.

ſ ¶ *Et quod.*] verſic. & eſt ſeptimum.

t ¶ *Animarum.*] quæ quanto pretioſiores ſunt corporibus, tanto in eis amarior eſt iactura. extra de ma. & ob. ſolitæ. de pœnit. & remiſ. cum infirmitas.

u ¶ *Et vitiorum.*] verſic. & octauum.

x ¶ *Fomentum.*] ſuperfluæ etenim & exquiſitæ delitiæ ſunt vitiis alimenta. 41. diſt. & 43. diſt. per totum. ſ̃. de vi. & ho. cle. c. à crapula.

y ¶ *Nos itaque.*] Tertia pars.

z ¶ *Retentione.*] & ſic non ſufficeret diſpenſare, ꝙ poſſent plura recipere, niſi adderetur ꝙ recepta poſſent retinere. quod verū eſt de incompaſsibilibus. aliàs ſecus, vt ſ̃. de reſcrip. gratia. & de præben. non poteſt. lib. 6.

a ¶ *Vniuerſali.*] & ſic nota ꝙ officium vniuerſale in ſe eius ſingularia comprehendit, ſicut alibi dicitur, ꝙ vtilius ſeruiunt iſti generali Eccleſiæ quàm ſpeciali, & ſic publica vtilitas præfertur priuatæ, & maior minori, vt legitur & notatur plene de hoc. ſ̃. de poſtula. præla. bonæ. 1. q. 1. ſcias.

Vtilitas publica præfertur priuatæ.

b ¶ *At generis claritatem.*] curialior eſt hic Papa quàm Hoſtienſis: qđ not. ſ̃. de præb. venerabilis. ꝙ diſputare de nobilitate generis eſt diſputare de nobilitate ſtercoris.

a ¶ *Mode*

derandas [a], quòd per moderamen noſtrum effrenatam circa eaſdem perſonas talium beneficiorum multitudinem refrænemus, ipſiq; impetrantes fructu diſpenſationum huiuſmodi totaliter [b] non fruſtrentur. ¶ Statuimus [c] itaque & de fratrum noſtrorum conſilio ordinamus, quòd obtinentes nunc ex diſpenſatione legitima [d] pluralitatem [e] huiuſmodi dignitatum, perſonatuum, officiorum, aut Prioratuum ſeu beneficiorum, quæ [f] aliàs abſque alia diſpenſatione legitima obtinere nequibant, vnum tantū ex dignitatibus, perſonatibus, offi-

a ¶ *Moderandas.*] & ſic diminutionem denotat, vt ſequitur & probatur ſupra de verb.ſign.tranſmiſſæ.

b ¶ *Totaliter.*] mediam viam concedit Papa hic. ſimile ſupra de offic.deleg.quærenti.de offic.cuſtod.cap.1.

c ¶ *Statuimus.*] Quarta pars.

d ¶ *Legitima.*] ſupple, in quo ſunt neceſſaria oſtendi auctoritatem, ſcilicet & poteſtatem diſpenſantis, & factum per quod diſpēſauerit, vt probatur ſupra de ſchiſm. fraternitatis. & ſic non ſufficit notitia defectus & potentia, niſi ſit ad actū proceſſū, vt ibi not. & facit quod legitur & not. ſ. de eo qui mit.in poſ.c.1.ad quod facit quod legitur ſ. de præb. non pōt. lib.6.per qđ videtur ceſſare quod not.glo.ordi.51. diſt. c. ſi. & 89. diſt.ſi qui.& Inno.ſ. de fil. presb. veniens. licet Hoſt. ibi concordet cum eis quæ ſ.dixi. Simile dicit c.ſcilicet, ꝙ in quouis opere conſiderari habent duo, factū ſcilicet, & modus.ſ.de reſti.ſpo. Piſanis. Et intellige legitima non ſolum Apoſtolica, ſed etiam alia: dumtamen poteſtatem habuit ſuper hoc diſpenſandi, vt j.dicetur.

e ¶ *Pluralitatem.*] quæ duorum numero contenta eſt, vt ſupra de præben.ſi cui.§.penul.de reg.iur.pluralis.lib.6.

f ¶ *Quæ aliàs abſque alia diſpenſatione legitima.*] Sed quæ erūt iſta, quæ aliàs, ideſt de iure communi ſeu ſpeciali, puta cōſuetudine, vel ſtatuto, vt patet infra §.proxi.in verbo, de iure.abſque omni diſpenſatione poterunt licite retinere: vt ſic viſo de iſtis primitus, ꝑ conſequens de aliis, quæ non poſſunt de iure abſq; omni diſpenſatione retineri, licite nobis conſtet. Ad cuius maiorem dilucidationem videtur, ꝙ in nullo caſu aliquis poſſet tenere duo beneficia inſimul. & probatur ſic: nā per Inno.Hoſt. & fere per omnes doctores traditur circa hoc talis regula: Omne beneficiū ecclesiaſticū requirēs reſidentiā de iure cōmuni, ſpeciali priuilegio, ſtatuto, ſeu conſuetudine, non poteſt cum alio ſimili inſimul retineri. ſic not.ſupra de cle.non reſid.relatum.& c. ex tuæ. & c. quia nōnulli. & c.ſi.ſed ita eſt, quòd omne beneficiū eccleſiaſticū etiā xx. ſolidorum requirit regulariter reſidentiam, vt in c.conquerente.cuius ratio eſt, quia beneficium datur propter officium diuinū: & diuinum officium habet fieri in propria perſona: nec ad hoc excuſationem habet, niſi propter ſolam infirmitatem.91.diſt. per totum.de celeb.Miſ.c.1.ergo nullum poteſt cum alio inſimul retineri. Nec obſtat ſi dicat, ꝙ vna perſona poteſt inſimul duo officia facere, quod non eſt verum: quia ſi non poteſt in vna eccleſia, vt ſupra de conſue.c.1.lib. 6. multo minus in diuerſis: quia non poteſt. diuidere perſonā ſuā.& ideo not.Inn.& Hoſt. ſupra de cōceſ. ꝓb. cum noſtris.in glo.credimus tamen, &c. & de renun. admonet. ꝙ vbi eſt conſuetudo vel ſtatutum alicuius eccleſiæ, per quod quis obligatus eſt ad reſidentiam perſonalem pro certo beneficio, puta pro capellania ſeu altari, pro aliquo mortuo relicto, recipiēs tale ſimile, ipſo iure primo renuntiare videtur. & eſt ratio, quia nō poteſt continuam reſidentiam facere perſonalem in vtraque.de hoc not.81.diſt.ſi quis ſacerdotum.nec poteſt epiſcopus diſpenſare ſuper talibus ex quo ambæ reſidentiam requirunt, vt videtur Inno. innuere in c.admonet.licet in contrarium notetur 21.q.2.c. 1. & c. ſi quis iam. In contrarium patet, ꝙ omne beneficium poſſit cum alio inſimul retineri. Conſtat enim ꝙ aliquis duas poteſt tenere canonias in pluribus eccleſiis ſine aliqua diſpenſatione de iure communi. & eſt ratio, quia hoc eſt ad honorem & fauorē eccleſiarū, licet præbendas vtriuſque non debeat recipere in abſentia. & ſic ſeruat curia Romana, vt legitur & not.maxime per Inno.ſ. de ꝓb. cum iamdudū.de cler.non reſid. c.ſi.ſed ita eſt, ꝙ in talibus reſidentiis præbenda vincit eccleſiam curatā, cui annexa eſt, vt ſ. de præb.extirpandæ.§.qui vero.& eod.tit.ſuper eo. lib.6.ergo ſi præbenda ſibi compatitur aliam præbendā; multo fortius eccleſia curata eccleſiam curatam: quia ſi vinco vincentem te, &c.Præterea omnes eccleſiæ vna eccleſia ſunt.21. diſt.quāuis. Nec obſtat quod dicitur, ꝙ qui viuit de altari, ſeruire ei debet, aliàs viuere non debet. Dic ꝙ quilibet reſidens ſiue non reſidens, altari ſeruit, dū bene faciat, & bene expendat quod inde percipit, iuxta vulgare, de beau meſſa, qui de beau paſſa.arg.ſ.de mag.c. fin. ſicut not. Inno. de cler.non reſid.c.ſi. vbi de hoc plene per ipſum. Ad ſoluendum iſtud contrarium videndum eſt primo quæ ſint beneficia, in quibus ipſo iure per aſſecutionem ſecundi vacat primum, etiam ſine alio facto ſeu ſententia hominis. Secundo, quæ ſunt iſta beneficia, quę ſi non vacant ipſo iure, primum tamen vacat per ſententiam aliorum ſuperiorum præhabita monitione ipſius, non tamen primum: ſed illud quod eligendum non duxerit. Tertio, quæ ſunt illa quæ nō ipſo iure nec per ſententiam ſuperioris vacant, ſed omnino ſunt cōpaſſibilia inter ſe. Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, ꝙ quædam ſunt beneficia ſuprema, quædam duplicia, quædā ſimplicia. Suprema ſunt epiſcopatus & ſuperiora, in quibus non eſt dubium, ꝙ aſſumendo ſecundum cum auctoritate Papæ, ipſo facto vacabit primum.ſ.de transſ.c.2. ſi ſine auctoritate Papæ, vtroque caret.ſ.de tranſla. quanto.in ſi. Duplicia ſunt dignitates inferiores, perſonat⁹, & beneficia curam animarū habentia: in quibus aſſumendo pacifice poſſeſſionem ſecundi cum titulo, ipſo facto vacat primum. ſ. de præb. de multa. & in hoc caſu & in præcedenti ſolus Papa diſpenſat, nec valet conſuetudo in contrarium, vt in c.de multa. niſi eſſent dependentes inter ſe, vel vnitæ ſeu tenues, vt ſ.de æta.& quali. eam te.10.q.3. vnio.vel niſi vna cōmēdata eſſet, & alia intitulata, iuxta decret.ſ. de elect.nemo. lib.6. Sed numquid ſola tenuitas ſeu paupertas eſt cauſa ſufficiēs, quòd epiſcopi per ſe poſſint plures cōferre vni, vel plures poſſint ab vno ſine alia diſpenſatione à Papa impetrari? videtur quòd ſic per dicta iura. Credo potius cōtrariū, & ꝙ dictis iuribus ſit derogatū per cap.de multa.& ideo expedit, ꝙ epiſcopus ipſas vniat ſi ꝓpter ipſa adſit paupertas, aliàs caderēt ſub iſta pœna. Sed nunquid dependentes vel vnitæ præſumentur tales eſſe, ſi aliàs de hoc non doceatur expreſſe: tamen eſt per xl.annos ſic fieri conſuetum? Non credo ꝙ ſit actus præſcriptibilis, cum ſine inſtitutione canonica talia teneri non poſſint, ſicut dicitur de decanatibus & eccleſiis curatis. infra dixi plene de hoc. Omnia vero alia ſunt ſimplicia. & in iſtis an ſint compaſſibilia necne, ideſt an duo quis poſſit inſimul retinere, diſtinguitur: quia aut quis tenet ea non vt intitulata, ſed vt ſimplicia beneficia, aliàs velut cōmendata, in quo caſu talis nō cēſetur clericus illius eccleſiæ, qua quis intitulatus non eſt, licet beneficiatus inibi ſit, vt not. 22. q. 1. c.1.& voco hic beneficiatum ſine titulo iſtos aſſiſios, portionarios, præſtimoniarios habentes altaria vel capellas pro Miſſis defunctorū. ſ.de cle. non reſi. c. pen.de præb.ſignificatum.& idem de habentibus poſſeſſiones ad vitam. 16. q. 1. poſſeſſiones. & q. 3. illud. 12. q.2. quicumque. cum ſimilibus. Et in hoc caſu crederem aliquem de iure communi poſſe habere plures, maxime vbi aliàs per ſe nō ſufficeret, niſi forte ex iure ſpeciali, puta priuilegio, ſtatuto, ſeu cōſuetudine eſſet prohibitus. Sunt alia ſimplicia & intitulata, ſicut ſunt eccleſiæ rurales ſine cura, vel præbendæ alicuius eccleſiæ collegiatæ, vel cathedralis. 70. diſt.ſanctorum.71. diſt.clericos.21.q. 1.c.1.nec talis ſic intitulatus recedere debet ab illa, in qua vocatus eſt.7.q.1.epiſcopum, quo caſu proprie dicitur clericus talis eccleſiæ. Sed in iſtis duobus caſibus vltimis quæro de tribus quæſtionibus, Prima eſt, an de iure quis poſſit duo talia beneficia vel vnum duplex cum alio ſimplici inſimul retinere? Secundo, an de conſuetudine ſaltem? Tertio, an ex diſpenſatione? Ad primum dicendum eſt, ꝙ tam titulata, quàm intitulata, vel etiam vnum de illis cum vno duplici quis tenere poteſt, de iure & cōſuetudine Romanæ curiæ, vt ſ. de præb.extirpandæ.§.qui vero.per Innoc. & de præb.ſuper eo. lib. 6. fructus tamen illius præbendæ ſeu beneficij in quo reſidet, non percipiet, & ſic erit canonicus, & non præbendarius: & ſic quaſi canonicus honorarius ad inſtar honorarij tutoris.ff.de min.tut.ſi plures. §. 2. iſte enim vocabitur ad communes tractatus, vt not. Hoſt.in c. ſuper inordinata. nec in hoc caſu ille, qui tali aliàs beneficiato dat ſcienter ſecundo beneficiū, poterit ipſum cogere ad reſidentiam, quia ſuper ea tacite videtur diſpenſare cum eo, vt not.Inno.de cler.non reſi.c. ſi.& de præb. cum iādudū. Quid ergo erit de conſuetudine in talibus? Diſtingue quia aut loqueris in eadem eccleſia, aut in diuerſis. Si primo, non potes diuerſa ſeu plura habere.ſ.de conſue.c.1.lib. 6. quæ decre. videtur intelligi de intitulatis inibi perpetuo, quouis nomine dictū beneficium cenſeatur: quia ſecus crederem de aliis, puta præſtimoniis, officialibus, Prioratibus temporalibus ſeu clauſtralibus, ſyndicatibus, vel aliis officiis ſimilibus. Si autem loqueris in diuerſis eccleſijs, hic non poſſum dare certam doctrinam de conſuetudinibus, priuilegiis, ſeu ſtatutis ſingularibus ſeu ſpecialibus, cum ſint facti, & in facto conſiſtant.ſ.de conſti.licet.lib.6. vnum tamen dico, ꝙ ſi conſuetudo vel ſtatutum conditionet in ſua eccleſia beneficia ſic, quicumque beneficiatus aliàs adipiſcatur beneficium in iſta eccleſia, eoipſo vacet illud: & ſint ambo beneficia in poſſe ſtatuentis: primum vacat de facto, licet aliàs eſſet cum ſecundo cōpaſſibile de iure, niſi eſſent diuerſi collatores, & collator primi beneficij intra ſex mēſes cōtradiceret, iuxta ea quæ not.Inno.ſupra de renun. admonet. de præb.de multa. ſic intelligo quod not. per Inno.& Hoſt.ſ.de conceſ.præb. litteras. & dixi ſupra. Quid ſi ſtatutum dicat, ꝙ talis compellatur dimittere primum, ſicut eſt in ſtatutis eccleſiæ Barchinoñ. Dic quòd in hoc caſu erit opus facto hominis

Beneficia plura obtinere an liceat.

An canoniæ duę poſſint ſine diſpenſatione teneri.

Beneficiorū multiplex diuiſio.

Beneficia ſimplicia an ſint incompaſſibilia.

Cōſuetudo poteſt quandoque beneficia conditionare.

ciis, Prioratibus[a], eccleſiis vel beneficiis huiuſmodi, quibus cura immineat animarũ, cum dignitate, perſonatu, vel officio Prioratu, eccleſia, vel beneficio ſine cura, quæ habere maluerint, prætextu diſpenſationis[b] ſufficientis circa id eiſdem indultæ, poſſint licite retinere: quæ[c] tamen teneantur eligere intra menſem numerandum à tempore notitiæ[d] conſtitutionis iſtius: Cæteris[e] beneficiis cum cura vel ſine[f] cura, quæ ipſius diſpenſationis prætextu tenebant, & quæ aliter ante non poterãt de iure abſque diſpenſatione aliqua licite retinere, quæ nos extunc vacare decernimus, coram ordinariis[g] ſub teſtimonio publico[h] intra idem[i] tempus verbaliter vel realiter[k] cum effectu dimiſſis: abſque eo quòd ad illa numquam ſine noua collatione[l] ab eo qui facere poterit facienda redire, aut eorum adminiſtrationi ſe immiſcere[m] præſumant. Alioquin tam his quàm alijs omnibus beneficijs, quæ

hominis:nec crederem quòd præciſe poſſet epiſcopus agere contra talem ad dimittendum primum:ſed conditionaliter, ſcilicet ſi velit retinere ſecundum:ex quo nec de iure, nec de ſtatuto aſſecutio ſecundi aufert ſibi primum.ſic intelligitur s̃.de præb. referente.

Beneficia incõpaſſibilia an per cõſuetudinẽ poſſint fieri compaſſibilia.

Sed numquid conſuetudo per quadraginta annos ſeruata poterit viceuerſa incompaſſibilia facere cõpaſſibilia, verbi gratia, Cõſuetudo patitur, ꝙ decanus ruralis, qui habet viſitare, & archidiacono vel epiſcopo referre, & ex hoc procurationem recipere, inſtituere corporaliter rectores eccleſiarum vacantium cuſtodiã gerere, & tempore vacationis adminiſtrare diuina, & exercitium curæ in ipſis, habeat vnà cum decanatu tali vnam eccleſiam curatam illam vel iſtam ſi qua ſibi aliàs canonice conferatur:numquid talis conſuetudo excuſat contra iſtã decre.execrabilis.& à pœnis eiuſdem? Videtur ꝙ ſic.s̃.de conſti.cũ omnes. in fi. cum excuſet in ſacramentis, quod eſt fortius.91.diſt.peruenit. Item in matrimoniis.s̃.de ſpon.duorũ.c. fi. de cog.ſpi.ſuper eo. tacite enim videtur conſenſiſſe princeps, ex quo per xl.annos obſeruata fuit incõcuſſe ſaltem in maiori parte eccleſiarũ, vt de offi.archi. c. fi. & ſic cũ facti ſit, non videtur eam reuocaſſe per ſuam generalem conſtitutionem, in qua de ipſa non fuit facta ſpecialis mentio, vt patet p c.s̃.de conſti.licet.lib.6. Contrariũ credo, nam expreſſe dicit textus, ꝙ quicumq; receperit beneficiũ habens curam animarũ annexam, ſi prius tale beneficiũ habebat, eo ſit ipſo iure priuatus, qđ exponit Inno.dicens, tale, ſcilicet curam habens ſtricte in foro animæ.s̃.de pœn.omnis.ſiue large, ſcilicet ſi habet in foro cõtentioſo.s̃.de elect.dudũ.& hoc ſiue habebat in eccleſia cathedrali collegiata, parochiali, vel capellania, & etiam licet nõ habeat ſpecialem eccleſiam, vel in eccleſia certa: habet tamen ſuper certa loca, iuxta c.s̃.de præb.ſuper eo.lib.6.de quo per Inno. in c. de multa. & de offi.archid.cũ ſatis.ex quo ſequitur, ꝙ ſi ſic intitulati in diuerſis eccleſiis vel beneficiis, erant primo ipſo iure priuati: ſequitur, ꝙ non poſſidebãt ipſam à principio aliqua poſſeſſione colorẽ habente ſeu adminiculũ iuris: & ſic non præſcribebant. s̃.de reg. iur. ſine poſſeſſione.lib.6 8.diſt. quo iure. s̃. de præſcript. cauſam. de reſti.ſpol.ex parte.de reg.iur.beneficium. lib. 6. maxime cũ in titulis beneficiorũ, qui omnino ſunt ſingulares, vt 8.q.1. olim. poſſeſſio vnius non iuuat alium, cum in talibus non cadat ſucceſſio iuris vel facti, licet in caſu cadat ſucceſſio litis vel cauſæ, vt ſupra vt lite pend.ſi hi.in fi.lib.6.& dicto c.olim.de præben. c. 1.de hoc etiam dixi ſupra in extrauag.ſuſcepti.

Cura animarum habetur in duplici foro.

Beneficiorũ tituli ſunt ſingulares.

Non obſtat s̃.de præſcript. ſi qui exigẽtibus.lib.6.vbi non præſcribunt priuati ipſo iure:ſed eorum ſucceſſores cum bona fide: in noſtro autem caſu non eſt dare ſucceſſorem, vt dixi s̃.eod.c.& alia ratio, ſcilicet ꝙ conſuetudo nõ valeat in tantũ grauamen eccleſiarũ & derogationem Papæ & legis ſuæ, cum introducendo conſuetudinem populus ſeu clerus habeat intentionem ſuam declarare ex ipſis factis.ff.de leg.l. de quibus.ſed ipſe clerus in factis Papæ nihil habet declarare, cui ineſt obſequendi neceſſitas, non auctoritas impetrandi.19.diſt.ſi Romanorum.& c.in memoria. maxime vbi expreſſe ſoli Papæ reſeruatũ eſt, ſicut eſt in noſtro caſu.ſimile 93.diſt.illud.100.diſt. contra morem.s̃.de conſue.c.1.& c.quanto.& c. vlt.cum ſimilibus. Idem videtur dicendũ de conſuetudine aliquorum monachorũ, qua adminiſtratores, puta. Prior eius clauſtralis, camerarius, ſacriſta, celerarius, vel ſimiles poterunt cũ ſua adminiſtratione tenere vnũ Prioratum extra, vel aliud beneficium, ſi ſibi aliàs conferatur, quod videtur reprobari in perpetuis, vt hic:& s̃.de præb. cũ ſingula. lib.6. ſecus in temporalibus, vt dixi s̃.de Priore clauſtrali. & de officialibus eorum & ſimilibus. Ad tertium quo quæritur, an poſſit, & quis cum talibus diſpenſare? Et videtur quòd nullus citra Papam, quia ex quo talia beneficia facta ſunt incompaſſibilia de iure, & de conſuetudine vel ſtatuto, & ipſæ conſuetudines & ſtatuta aſſumũt vigorem à Papa, qui in eis tacite vel expreſſe videtur conſentire, & eis firmitatem dare, vt s̃.de maio.& obe. ſi quis. & de hoc not.ſupra de conſti.licet. lib.6. ergo citra Papam nemo poteſt diſpenſare.non enim ipſi ſtatuentes per ſe ſtatuũt:ſed potius ipſe Papa qui in ſuo canone dedit eis poteſtatẽ ſtatuendi. arg.s̃.de trãſla. inter corporalia.circa medium, ibi; præſertim cum nec ſine auctoritate Romani Pontificis, & c.canonem.ſupra de maio. & obed. ſi quis.de ſent.excom.ſi concubinæ.immo videtur ꝙ nec ipſe Papa, ſaltem in iis, quæ ſunt ſtatuti vel conſuetudinis, dũ diſpenſatio nõ faciens mentionem de alio iure ſpeciali nõ valeat.s̃.de præſcrip. cum olim. & c.veniẽs.ſed Papa nõ poteſt diuinare omnia iura ſpecialia, vt s̃.de conſti.licet.ergo, &c. Ad quod dicendũ ꝙ in ſupremis & duplicibus Papæ, in ſimplicibus vel vno ſimplici & alio duplici non requiritur diſpenſatio, ex quo ſunt de ſe compaſſibilia, vt hic. & not. de præb. cum iamdudũ. & c. extirpandæ.§. qui vero. p Inno. fallit primo, niſi conſuetudo vel ſtatutũ faceret ea incõpaſſibilia, vt s̃. dictum eſt. Secundo vbi exigitur perſonalis reſidentia in vtroque: quia tunc ſuper reſidentia alterius ordinarij diſpenſatio requiritur, niſi forſan dicas ꝙ collator ſecundi ipſo facto ſuper reſidẽtia diſpẽſat in hoc, quòd tali ſic aſtricto primo beneficio confert ſecundũ, vt not.Inno.de cler. nõ reſiden.cap.fina.i.

a ¶ *Prioratibus.*] collegium ſcilicet habentibus, ſeu eccleſiam parochialem ſibi annexam, dumtamẽ eccleſia immediate per ipſum Priorem regatur, quia ſi ſecus per vicarium perpetuũ, vt j̃.§.finali.

b ¶ *Diſpenſationis ſufficientis.*] diſpenſatio enim erit ſufficiẽs, ſi quicquid erat impedimenti relatum in ipſa fuerit, & expreſſe ſuper omnibus diſpenſatum, aliàs non, vt ſupra de elect.dudum 2.in fi.de conſan.quòd dilectio.de præben.non poteſt.lib.6.

c ¶ *Quæ.*] ſcilicet vnum curatum, & aliud non curatum.

d ¶ *Notitiæ.*] ſupple, per quemcunque de iſtis ſcitæ. & ſic non à tẽpore publicationis factæ in curia vel prouincia:quia ſi intelligeret publicationis, ita dixiſſet ſicut dicit, notitiæ. argum. ſupra de deci.ad audientiam.ſimile ſupra de cõceſ.præb. quia diuerſitatẽ. cum ſimilibus. Is enim qui neſcit, non dicitur poſſe experiri.2.q. 5.biduum.ff.de calum.annus.

e ¶ *Cæteris.*] verſiculus eſt.

f ¶ *Sine cura.*] aliàs tamen de ſe incompaſſibilia de iure, vt infra patet.

g ¶ *Coram ordinariis.*] id eſt diœceſanis, non aliàs, vt infra eod. §.cæterum.

h ¶ *Publico.*] ſcilicet tabellione, vel Papæ, vel Imperatoris, vel alio, creato tamẽ ab illo qui poteſtatem habuerit hunc creandi ex conſuetudine vel de iure, vt legitur, & not. ſupra de fide inſtru. c.1.& 2.& cap.cum dilectus. & cap.fin.ſimile ſupra de elect.vt circa.& de offi.ordi.ſi canonici. lib. 6. An officium tale ſit voluntariæ iuriſdictionis in tantum quòd extra territoriũ creantis ipſum valeat exercere, vel potius contentioſæ, & ſic non poterit, nõ eſt materia propria: ſed de hoc not.Hoſt.ſupra ne cle.vel mona. ſicut te. Sed numquid authenticum ſigillum epiſcopi vel alterius prælati erit teſtimonium publicum? Non videtur, quia ſi Papa hoc voluiſſet, adieciſſet ſicut fecit in dicta decre.ſi canonici.& in c.vt circa.adiecit litteris.quod exponitur: ſigillo authẽtico ſigillatis. Credo ꝙ authenticum ſigillum ſatis faciat teſtimonium publicum: dumtamen illum cuius eſt ſigillum, principaliter non tangat: ſed alios potius, maxime ſubditos.arg. ſupra de proba. poſt ceſſionẽ. & c.quoniã.& de teſti.à nobis. cum ſimilibus. vnde licet in iudicialibus non credatur regulariter vni, vel eius ſigillo, vt ſupra de proba. quoniam. in extraiudicialibus tamen talibus miniſtris & eorum ſigillis circa officium ſuum creditur. arg. ff. de rebus eorũ. l.magis.§.illud.ſic Compoſte.ſupra de reſcript.capitulum.

Sigillũ epiſcopi an ſit teſtimoniũ publicum.

i ¶ *Idem tempus.*] ſcilicet ſex menſium.

k ¶ *Realiter.*] dumtamen eſſent præſentes in ſuis beneficiis, aliàs ſi ſint in curia vel aliàs longe, ita ꝙ præſentialiter hanc realitatem non poſſint intra dictum tempus oſtendere, nec ad effectum dimiſſionem perducere, ſufficit ꝙ animo & verbo expreſſo faciãt hoc cum teſtimonio publico ibi vbi ſunt, & quòd hoc vt citius poterunt, mittant & denuntient dictis diœceſibus. & hoc credo ꝙ ſufficit dumtamen poſtea nullum ius ſibi in ipſis vendicent, nec per ſe vel per alios aliquod impedimentum apponant, quo minus Papa poſſit libere diſponere de eiſdem.arg.22.q.2.faciat:

l ¶ *Noua collatione.*] quæ immediate eis fieri poterit etiam per ordinarios, ſi aliàs beneficia iſti compaſſibilia dimitterent:dũtamen eſſet ordinariis facultas diſponendi de iſtis, cum nõ propter crimen, ſed ſolo placito Papæ iſti huiuſmodi beneficiis ſunt priuati.arg.ſupra de elect.ſuper eo.

m ¶ *Se immiſcere.*] & ſic eſt arg.quòd immiſcẽs ſe beneficio quo priuatus eſt vel ſuſpenſus, iure qđ in eo obtinet, priuatus eſt ipſo iure. quod credo verum vbi expreſſit in pœnã, hoc eſt in ipſa vel alia cõſtitutione adiectũ, ſicut eſt hic j̃.alioquin, &c.& s̃.de elect.

cupientes

cupientes.§.cæterum.lib.6.aliàs ſecus.ſed punietur arbitrio ſuperioris,vt s̃.de elect.ſtatuimus.in fi.lib. 6. & ibi per Hoſt. ſuſpenſio enim à beneficio non procedit à claue,nec cõprehenditur ſub cenſuræ nomine,ſed ſuſpenſio ab officio dumtaxat.s̃.de verb. ſignifi. quærenti.& de exceſ.præl.tanta.qđ patet,quia abbatiſſa licet non habeat claues, vt s̃. de pœn.noua.nihilominus hanc pœnam infligit, vt s̃.de maior. & obed. dilecta. aliàs per totum mundũ ſe extenderet, ſicut vſus clauis ſe extendit, vt s̃. de treu. c. 1.in fi. & tamen non tranſgreditur territoriũ proferentis eandem, vt s̃. de elect. ſi compromiſſarius.lib.6.cũ ſimilib.

a ¶ *Poterant.*] quæcũque illa ſint, ſiue de iure cõmuni,ſiue diſpenſatione mediante eis cõpeterent.ex quo dicit s̃. omnibus in contrariũ videtur: nam ſola illa videtur eis auferre,quę obtinebant ex diſpenſatione, & non alia:quod videtur innuere præcedens verbum:ibi,virtute huius noſtri, &c.ergo ſecus de aliis,maxime cũ ſit pœnalis hæc cõſtitutio,& ſic reſtringenda. de pœni. diſt. 1. pœnæ. pro prima parte facit quod ſequitur, & prorſus inhabilis, &c. huic tamen poſſet reſponderi, ꝙ turpius eiicitur & difficilius, q̃ non admittitur hoſpes.ſupra de iureiur.quemadmodum.

b ¶ *Obtinenda.*] & ſic qui grauiter offendit principem, multiplici pœna punitur.s̃.de iudi.at ſi clerici.in fi.de exceſ.præla.grauem.

c ¶ *Per hoc autem.*] Quinta pars.

d ¶ *Quæ ius tribuit.*] ſcilicet ſpeciale, cum priuilegium ſit ius & lex priuata.3.diſtin.porro.

e ¶ *Expectant.*] & ſic habebant ius ad rem tantum. vnde not. hic ꝙ ſuperueniens cõſtitutio priuatiua fortius operatur in beneficiis realiter poſſeſſis,quàm in his in quibus tantum ius eſt ad rem,qđ eſt contra decret.s̃.de conceſ.præb.quoniam.lib.6.Dic ꝙ non obſtat,quia ibi ſimpliciter reuocabat expectantes,& ius ad rem ſolũ obtinentes,hic ſub conditione, optione ſcilicet ſeruata retinendi quod vellent,quæ optio non poſſet habere locum in hoc caſu,niſi adhuc perduraret ius iſtis expectantibus:quod ſit ne ſint deterioris conditionis,quàm alij,& ꝙ cõſtitutio ſit omnibus æqua, & ne eorum impetratio multis expenſis & laboribus obtenta eis penitus ſit damnoſa, cum ignorent merito quod obtinebunt ratione expectationis:quia de futuris nemo certus.& ſic óptare non poterant,& ſic impedito non imponitur conſtitutio, ſicut nec ignoranti currit tempus,vt ſupra de conſti.cap.2.de elect.eis.

Futura ſunt incerta.

f ¶ *Porro.*] Sexta pars.

g ¶ *Auaræ.*] auaritia enim eſt idolorum ſeruitus,vt ſupra de præben.auaritiæ.& de elect.auaritiæ.lib.6. nam ipſa excæcat poſſeſſores ſuos,vt in dicto cap.auaritiæ.

h ¶ *Præſumunt.*] hæc præſumptio inducit infamiam,furtũ,& peccatũm mortale,vt s̃. de elect. dudum 2. vbi de hoc. nam per iſtud quod erat expulſiuum omnium aliorum, ex quo alia erant ſibi incompaſsibilia,videtur aliis tacite renũtiaſſe,& ipſa pro derelicto habuiſſe,iuxta decret.s̃.de præb.de multa.21.q.2.ſi quis iam tranſlatus.& arg.32.q.2.cum renuntiatur. nam ſicut clauus clauo retunditur:ſic vnum beneficium alio. de iſtis tamen incompaſsibilibus dic vt in dicto c.de multa. per hoc enim videtur ſublata opinio Gar.poſita s̃.de offi.ord.ordinarij.lib.6.quæ videtur in talibus dare electionem.de quo dic vt ibi,& in ſeq.gloſ.

i ¶ *Ex collatione canonica.*] hoc videtur impoſsibile, ꝙ ex quo quis primo tenebat plura beneficia curata, & incõpaſsibilia ſine diſpẽſatione:& ſic per conſequens erat vt fur,infamis, & ineligibilis,& in mortali peccato conſtitutus, vt s̃. de elec. dudum 2. ꝙ tali canonice poſsit aliud dari.immo dicit decret.ꝙ niſi prius talia ſic ſine diſpenſatione obtenta libere,& ſponte reſignent, collatio facta de aliis penitus nullius eſt momenti,vt s̃.de offi.ordi.ordinarij.in fine. Poteſt dici quòd illa loquitur vbi plura tenebat illicite antequam vltimum aſſequeretur, vel vbi illa priora habebat licite cum diſpẽſatione:ſed non erat in ea ꝙ non poſſet aliud recipere.ſed hic vbi duo tantum,ſic ꝙ ante aſſecutionem ſecundi licite tenebat primum: & ſic concordat ibi cum decre.de multa.s̃.de præb. Cum decret.de multa.videtur iſta ſimilis omnino. ſed huic contradicit etiã in hoc quod s̃.dixerat plurima, quod verbũ plura quàm duo videtur comprehendere:quare videtur potius ꝙ ſpecialis ſit hæc prouiſio, per quam Papa vult talibus ꝓſpicere efficiendo gratiam, ſcilicet ꝙ dato ꝙ in nullo de iſtis haberẽt ius,poſsint tamẽ vigore huius decret. vltimum retinere, aliàs eis canonice collatũ,quod denotat hoc verbum,aliàs.quaſi dicat nõ erat omnino canonica collatio propter pluralitatẽ, quæ hoc impedierat: ſed aliàs, id eſt, ſi non eſſet pluralitas,canonica erat: aliter nõ video ꝙ poſſet reſponderi dictis decre.dudum. & c. ordinarij. Vnde iuxta hoc vidi dubitari, An obtinentes plura beneficia de ſe incompaſsibilia ſine diſpenſatione habeant vocem in electione,& ſic an poſsint eligere actiue. Secũdo an poſsint eligi paſsiue. Tertio, an ſi quis elect* fuerit, poſsint ſecũ per inferiorẽ Papa ſine reſignatione diſpenſari. vnde planũ eſt, ꝙ & talis cum ſit in peccato mortali,vt not.glo. s̃.de elect. dudũ. in fi. & ſic quo ad ſeipſum tantum ſuſpenſus,non quo ad alios,non debet in officio ſuo vitari,vt legitur s̃. de vita & hone. cler. quæſitũ.immo ſi acquiſiuit beneficium, poterit cum eo per ſuum epiſcopũ diſpẽſari prout videntur not.Inn. & Hoſt.s̃.de temp.ord. dilectus.& đ cler.exco.poſtulaſtis.glo.in verbo,diſpenſare. quod credo verum: niſi dictum peccatum non habebit infamiam publicã ſeu reſtitutionem rei alienæ ſibi annexam:nec ſit tale ꝙ aliàs impediat de ſe executionem ordinũ vel officij poſt peractam pœnitentiã. de quo per Inno.s̃.de deſpon.impub.ad diſſoluẽdũ.& de renun. niſi. ſicut eſt iſte,niſi forſan aliud ſit poſt dimiſsionem illorũ beneficiorum, quæ iniuſte detinet,vt in c.dudum. Sed an poſsit eligere vel eligi quæritur:& ꝙ poſsit eligere,eſt arg. s̃.de elect. cũ Vintoñ. niſi ſuſpenſus per triennium à beneficiis pro eo,quia inſufficiẽtẽ eligit: ſi interim immineat electio,eligere poteſt.facit etiã eod.tit. perpetuo.lib.6.Item etiã ꝙ eligi poſsit, facit s̃.de iureiur. ſicut noſtris.

Electio, an impediatur propter beneficiorum incompaſſibilitatem.

k ¶ *Ius eiſdem.*] aliàs ſubaudi,quàm propter pluralitatem.

l ¶ *Quod ſi non fecerint.*] verſiculus.Guli.de monte Lauduno.

m ¶ *Inhabiles.*]ſupple,perpetuo,ex quo intra ſex dictos menſes non compleuerint præmiſſa.& in hoc additur ad decret.dudũ.per quam tenet Inno. ꝙ ſtatim libera dimiſsione facta de illis beneficiis,quę iniuſte tenebat, deſinebat eſſe ſuſpenſus, ineligibilis, & infamis,quod intelligebat Hoſt.s̃.de reſcript.poſtulaſti. in fi.in reſtitutione prius tamen facta de fructibus male perceptis:antea vero non. hic autem indefinite, & ſic perpetuo eos inhabilitat. Qui enim ſimpliciter deponitur, perpetuo deponitur, vt 50.diſtinct. cap.1.in fi.quod crederem verum,ſi pœna imponeretur pro crimine cũ cauſæ cognitione & definitiue,& beneficia tali ſtatim poſſint conferri,ex quo eſt per ſententiam damnatus.ſi vero interloquendo nõ expreſſa cauſa, tunc vſq; ad ſolutionẽ intelligit ſuſpẽſus,ne rũpatur neruus eccleſiaſticæ diſciplinæ. Si vero fuerit cauſa expreſſa,vt quia pro contumacia vel offenſa,tunc vſquequo de illis ſatisfaciat:ſed vbi pro cõtumacia vt hic videtur, tunc non eſt ꝑpetua pœna ſimpliciter appoſita, ſed temporalis tm̃, id eſt,quãdiu cõtumacia durat,vt s̃.de cõſt.ex litteris.vbi de hoc:quare hęc decre.videtur intelligenda ſcđm dictas opiniones doctorum:ſed prima videt̃ verior,ſcilicet ꝙ pœna ſit perpetua, ꝓ hoc qđ ponit̃ j.in ver.alioquin.ibi,extũc,&c. vbi inhabilitãtur quo ad ordines, & quo ad quodcũq; aliud bñficiũ,& priuant̃ etiã licite obtẽto:magnũ etenim crimẽ eſt tãtã inobediẽtiã cõmittere aduerſus ſic deliberatã & ſic expreſsã principis voluntatẽ:& ideo ſatis pro crimine potius quàm pro contumacia videtur dicta pœna infligi. arg. s̃.de maio.& obed.illud.81.diſt.ſi qui ſunt presbyteri.cũ ſimilibus.

Pœna alicui impoſita, an intelligatur perpetua.

n ¶ *Qui vero.*] Septima pars.

o ¶ *Deinceps.*] hoc intelligas de his, in quibus tempore conſtitutionis

virtute huiuſmodi noſtri moderaminis retinere poterãt [a],vt pręfert̃,ſint ipſo iure priuati,& prorſus inhabiles ad ſimilia beneficia obtinẽda [b]. ¶ Per hoc [c] autẽ iis qui dignitates,perſonatus, officia, Prioratus, vel alia beneficia curã animarũ habentia ex diſpenſatione, quæ ius [d] tribuat, iuxta noſtrã moderationẽ præſcriptã obtinent,& alia ſimilia beneficia noſtrarum vel eorundẽ prædeceſſorũ auctoritate litterarũ expectant [e], cum quibus eſt,vt illa cum vacauerint recipere, & vnà cum obtentis retinere licite valeãt, diſpenſatum, nolumus derogari quin ea cum vacauerint, intra dicti temporis ſpatium poſſint eligere, & dimiſſis aliis recipere in forma præſcripta ac licite retinere:pœnas ſimiles incurſuri,ſi huiuſmodi noſtræ cõtraire præſumpſerint ſanctioni. ¶ Porro [f] quia quorũdam oculos ſic auaræ [g] cupiditatis vitiũ excæcauit, quòd plura talia beneficia ſimul abſque diſpenſatione canonica retinere præſumunt [h]: nos de illis præſenti decreto ſtatuimus,vt omnia & ſingula beneficia ſic detẽta (illo tamẽ retẽto, quod vltimo receperũt,dũmodo in eo ex collatione canonica [i] cõpetat ius eiſdem [k])intra tẽpꝰ,vt præſcribitur, limitatũ, verbo & facto ac ſine fraude, corã ordinariis ſub teſtimonio ſimiliter publico dimittere teneãtur. Quod ſi nõ fecerĩt [l],& illo ſint ipſo iure priuati, in quo ius eis aliàs cõpetebat,& inhabiles [m] penitꝰ ad quæcũque obtinẽda eccleſiaſtica beneficia cenſeantur. ¶ Qui vero [n] deinceps [o] receperint dignitatem vel perſonatũ,ſeu officiũ aut aliud beneficiũ curam animarũ habens an-

nexã, ſi antea ſimile beneficiũ obtinebãt, illud [a], quo ipſo iure (poſtquã ſecũdi poſſeſſionẽ habuerint, vel ꝑ eos omni dolo & fraude ceſſantibꝰ quo minus [b] habeãt ſteterit [c]) priuati noſcũtur, abſq; moræ diſpendio in ordinariorũ manibꝰ dimittere debeãt pari modo [d]: Alioquin [e] extũc ſint ipſo iure ſecũdo [f] priuati, & nedũ ad ſacros ſuſcipiẽdos ordines, quinetiã ad habẽdũ quodcumq; aliud eccleſiaſticũ beneficiũ inhabiles reputẽtur. ¶ Quæ [g] omnia & ſingula beneficia vacatura [h], vt præmittitur, vel dimiſſa, noſtræ & ſedis [i] Apoſtolicæ diſpoſitioni, de ipſorũ fratrũ cõſilio reſeruamus: Inhibẽtes ne quis præter Romanũ Pontificẽ quacũque ſit ſuper hoc auctoritate munitus, de huiuſmodi beneficiis diſponere, vel circa illa per medium permutationis, vel aliàs innouare hoc quoquo modo [k] præſumat. Nos [l] enim ſi ſecus actum ſeu attentatum fuerit, irritum decernimus [m] & inane. ¶ Cæterum [n] ordinarios intelligimus in caſibꝰ ſupraſcriptis epiſcopos [o], in quorũ ciuitatibꝰ vel diœceſibus cõſiſtũt beneficia, ſeu aliquod eorũ, q̃ debent ſecundũ præmiſſa dimitti, aut ipſi, ꝗ ea debẽt dimittere, commorãtur, vel eccleſijs cathedralibꝰ vacãtibꝰ capitula [p] ꝑ earũdẽ. Et hi [q] de beneficiis tam dimiſſis [r], quàm (vt præmittitur) perditis [s], nos vel Apoſtolicam ſedẽ certificare ſtudeãt quam primum commode poterunt [t] indilate, vt de illis ſalubriter diſponere valeamus [v]. ¶ Quantum [x] autem ad modificationem [y] perſonatuum attinet anteſactam, illa dumtaxat & non alia beneficia eccleſiaſtica quocumq; nomine nuncupentur, curã habere cenſemus, quæ parochias habẽt, in quibus eſt animarũ [z] cura annexa, nõ per vicarios ꝑpetuos [a], ſed per rectores, aut miniſtros beneficiorũ ipſorũ, vel illorũ tẽporales vicarios exercẽda. Necnõ [b] etiam illa [c] quorum miniſtris ratione beneficiorum [d] huiuſmodi competit viſitare [e] *, inquire-

tionis nõ obtinebat ius in re, ſed ad rem, vt ſ. dicitur in §. per hoc. quem tantum iſte §. reſpicit. ſecus autem eſſet de vacantibus aliàs quàm per iſtam conſtitutionem, in quibus antiqua iura non permutantur, cum per ſpecialem prouiſionem cõmunia iura regulariter non tollantur. 1. q. 6. exigunt. 29. diſt. per totum. & ſic quãtum ad hoc eſt conſtitutiua iuris noui, non autẽ recitatiua antiqui. ſimile de hoc legitur ſupra de præben. de multa.

a ¶ *Illud, quo ipſo iure.*] d̃ quo ſ. de p̃b. de multa. & c. licet ep̃s. lib. 6.

b ¶ *Quo minus habeãt.*] ſubaudi, poſſeſſionem.

c ¶ *Steterit.*] ſimile ſ. de elect. cõmiſſa. §. annus. lib. 6.

d ¶ *Pari modo.*] ſcilicet intra ſex mẽſes ſub teſtimonio publico verbaliter, realiter, & cum effectu.

e ¶ *Alioquin.*] verſiculꝰ.

f ¶ *Secundo.*] & ſic habito iſto, ſcilicet ſecundo, in quo ius habebat, & habito ſcilicet primo, in quo non habebat ius. & in hoc additur ſecunda pœna ad dictam decret. de multa. nã primum erat ibi, ſcilicet, ꝙ eſſet primo beneficio ipſo iure priuatus, & ſecundo priuaretur: ſed hodie in caſu huius cap. ſunt ipſo iure priuati vtroque, vt hic patet: tertia vt ſit inhabilis ab ordinibus ſuſcipiendis: quarta à quocunq; beneficio, vt j. ſequitur.

g ¶ *Quæ omnia.*] Octaua pars.

h ¶ *Vacatura, vt præmittitur.*] vt quia eliget quod mallet vbi plura tenebat cum diſpenſatione: vel retinebit vltimum vbi alia tenebat ſine diſpenſatione, vel primum vacabit quod licite obtinebat, vbi ſecundum adipiſcitur, in quo habebat ius ad rem tempore quo iſta conſtitutio fuit facta: aliàs contra, vt ſ. vel quia omnibus ipſo iure priuatus erit, ſi hanc decre. non ſeruet, & ſic poſſunt eſſe vacatura propter iſtam decret. altero de quattuor modis.

i ¶ *Sedis Apoſtolicæ.*] & ſic durabit perpetuo hæc prouiſio, cũ ſedes ipſa nõ moriatur, vt ſ. de reſcrip. ſi gratioſe. lib. 6. 12. q. 2. liberti.

k ¶ *Quoquo modo.*] & in hoc caſu ceſſabunt prouiſiones illarum decret. ſ. de præb. ſtatutum. & c. Apoſtolica. lib. 6. cum non ſit mirum, ſi per ſpeciale generali, & per vltimum prioribus derogetur. ſupra de reſcrip. c. 1. & de offic. deleg. ſuper quæſtionum. in princ.

l ¶ *Nos enim.*] verſiculus.

m ¶ *Irritũ decernimus.*] de hac decret. dic vt ſupra de elect. ſi eo tempore. & de conceſ. præben. quia cunctis. lib. 6.

n ¶ *Cæterum.*] Nona pars.

Ordinarius in iure pro quibus accipitur.

o ¶ *Epiſcopos.*] & ſic ſtricte accipitur hic ordinarius pro diœceſano tantũ: aliàs autẽ regulariter accipitur pro prælato alicuius eccleſiæ, maxime in beneficiis ad plenã eorũ collationem ſpectantibus. ſ. de elect. licet canon. & de offi. ord. lib. 6. Quid erit de illis rectoribus, quibus in priuilegio abbas Cluniaceñ. committit curã animarum: inſtituit & deſtituit, & facit per quem vult epiſcopum ordinari, & breuiter in omnibus & per omnia diſponit de presbyteris ſuis ſicut epiſcopi de ſuis propriis: numquid cenſebitur diœceſanus ipſe abbas in hoc caſu? Non credo, cum hic ſit ſpecialis priuiſio, à qua recedendum non eſt, etſi perquam dura ſit. ff. qui. & à quibus. l. proſpexit. & ſic erit hic caſus epiſcopalis, qui computetur inter illos, de quibus not. Hoſt. ſupra de vſur. cum tu.

p ¶ *Capitula.*] quæ ſuccedunt in adminiſtratione eccleſiæ vacantis. de maio. & obe. epiſcopali. lib. 6. de hæret. cũ ex iniuncto. in fi.

q ¶ *Et hi.*] verſiculus.

r ¶ *Dimiſſis.*] per obedientes huic conſtitutioni.

ſ ¶ *Perditis.*] ſubaudi propter pœnam huius conſtitutionis, vbi rebelles vel inobedientes in dimittendo fuiſſent.

t ¶ *Quamprimum commode poterunt.*] ſimile ſupra de elect. cupientes. §. 1. in fi. lib. 6.

u ¶ *Valeamus.*] & ſic ex hoc, & ex multis ſupra poſitis apparet, ꝙ hæc conſtitutio ſpecialem prouiſionem continet: nec in aliquo Papa intendit per iſtam decre. de multa. vel alia iura de hac materia loquentia quantum ad alia beneficia corrigere, vel in aliquo immutare. nec eſt in aliis ad conſequentiam trahenda. arg. 2. q. 7. exigunt. 19. diſt. ſciendum. cum ſimilibus.

x ¶ *Quantum.*] Decima pars. Gulicl. de monte Lauduno.

y ¶ *Modificationem.*] hoc enim reſtrictionẽ denotat, vt ſ. de verb. ſig. tranſmiſſæ.

Curaduplici foro exercetur.

z ¶ *Animarum cura.*] exercenda, ſcilicet in foro animæ, vt hic, ſiue in foro contentioſo, vt infra ibi, necnon. ergo à contrario ſenſu de beneficiis ſimplicibus etiam ordinem presbyteralem, diaconalẽ, vel alium ſibi annexum, ex quo aliàs curam nõ habent, non intromittit ſe hæc conſtitutio, ſed de curatis dũtaxat ad hoc ꝙ dicantur priuati ipſi obtinentes, vt ſ. patet.

Monachorũ ambitio plus eſt cõpeſcenda, quàm aliorum.

a ¶ *Perpetuos.*] in hoc deuiat à decre. ſ. de p̃b. cum ſingula. in princ. lib. 6. & eſt caſus diuerſus, non aduerſus. Sed quæ eſt ratio diuerſitatis? Dic ꝙ ambitio monachorum, cui ſoli dicta decre. cum ſingula. obuiat, quæ tanto damnabilior eſt, quanto ipſi mittendo manũ ad aratrum, reſpiciendoq; retro, in ipſis auaritię accenditur appetitus, vt ſ. de elect. quorũdã. lib. 6. hic autem vniuerſos proſpicit. Vel aliter, hæc prouidet circa incompatibilia ſpecialiter, illa vero circa multiplicia quæcumq; ſint generaliter. Vnde notabis ex hoc etiam verbo, perpetuos, ꝙ iſta decret. non adſtringit temporales officiales epiſcoporum ſeu miniſtros, ſicut ſunt Priores clauſtrales, officiales epiſcoporum, ſeu vicarij, pœnitentiarij, celerarij, ſeu ſimiles, qui de anno in annum in ſuis monaſterijs cõmutantur, vt de hoc dixi ſupra.

b ¶ *Necnon.*] ver. Supra locutus eſt Papa de cura, quæ exercetur in foro animæ: nunc loquitur de illa, quæ exercetur in foro contentioſo, quam vocat textus ſpecialem iuriſdictionem. Supra de præbend. ſuper eo. lib. 6. & de elect. dudum 2. §. tandem.

c ¶ *Illa.*] ſcilicet beneficia.

Subiecta talia ſunt, qualia permittuntur ab eorum prędicatis.

d ¶ *Ratione beneficiorum.*] Not. & ex hoc, quòd conſuetum eſt exerceri per miniſtros beneficiorum, talia ipſa beneficia iudicari, iuxta hoc quod dicitur, talia accipi ſubiecta qualia prædicata permittunt, vt not. glo. ſ. de deci. dudum. in fine. & ſic non curemus de nominibus beneficiorum, ſed de his potius, quæ ſolita ſunt fieri per miniſtros ipſorum, cum officium iſtarum perſonarum eccleſiaſticarum ſubiectarum regulæ, ſicut ſunt canonici, archipresbyteri & ſimiles, de quibus habes 1. q. 3. Saluator. ſecundum diuerſas conſuetudines circa diuerſa verſetur: & ideo illis titulis de of. archi. & cæterorum ſequentium, non potuit dari certa doctrina de certis officiis, certis dignitatibus applicandis: immo vnum & idẽ officium certis quandoque officialibus applicatur, ſicut vides de ſacriſta & cuſtode, qui habent ſibi cauere de oleo, vt ſ. de offi. ſacriſtæ & cuſtodis. vnde videbis, ꝙ in eccleſiis aliquibus archidiaconatus ſunt omnino ſine cura aliqua & iuriſdictione, ſicut eſt in eccleſia Valentina: & præpoſitatus, ſicut ſunt illi, de quibus not. Inno. ſupra de præben. de multa.

Forum ſpirituale contentioſum habẽs quid exercere poteſt.

e ¶ *Viſitare.*] Nota hic ſubſequenter ſex, quę ad ſpiritualem forũ contentioſum ſpectant, ſcilicet viſitare, inquirere, procurare, ſuſpendere, excõmunicare, abſoluere ab excõmunicatione & ſuſpẽſione. Septimum apponit decre. dudum. §. tandem. ſcilicet interdicere: quorum etiam alterum tantũ ſufficeret per ſe quantum ad pœnam huius conſtitutionis. quod patet in hoc quod infra addit, ſeu quod totam orationem alternatiuã facere videtur, vt ſ. de reſcrip. inter cæteras. Quid ergo erit de iſtis prælatis religioſis ſeu ſæcularibus, qui eccleſias, in quibus habent perpetuos vicarios,

quos

re [a], procurationes [b] recipere, ſuſpendere [c], excõmunicare [d], ſeu [e] ab excõmunicationis & ſuſpenſionis ſententiis abſoluere [f] de conſuetudine [g] vel de iure [h], iuribus aliis de animarum cura loquentibus in ſuo robore quo ad cætera permanſuris. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorū moderationis, ſtatutorū, conſtitutionum, reſeruationis, inhi[i]bitionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurū. Datum Auinioñ. xiij. Calend. Decembris, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

quos præſentant epiſcopis, & ibi ratione temporalium, de quibus habent eis reſpondere, ſemel in anno viſitant ab antiquo de conſuetudine & procurantur? Non videtur habere locū hęc decret. cū ratione alicuius ſpiritualitatis hoc nõ faciant, ſed ratione temporalitatis dumtaxat: & ideo cum non attingant aliquid quod verſetur circa ſubiectionem regulæ, non habet locū hæc decre. ſecus autem ſi viſitatio tenderet ad aliquid tangens diuinū officium quãtumcũque modicum, ſicut faciunt aliqui archipresbyteri, qui nõ habent dum viſitant inquirere, niſi de cuſtodia Euchariſtiæ, & pannis altaris, & ſimilibus, ita ꝙ nõ excommunicant nec corrigũt, aliàs nec abſoluunt. de quo dic vt per Inn. & Hoſt. ſ. de cenſi. auctoritate.

Viſitare & procurationes accipere quibus pmittitur.

* *Viſitare.*] ſed qui ſunt illi, qui de iure poſſunt viſitare, & à viſitatis procurationes accipere? De epiſcopis & archiepiſcopis non eſt dubium: dumtamen ſint loca aliàs de ſe viſitabilia, vt ſ. de cenſib. auctoritate. cap. perpetuo. libr. 6. Sed numquid patroni clerici? Idem videtur cauſa temporalium prouẽtuū, de quibus eſt eis per ſuos vicarios reſpondendum, vt ſ. de appell. bonæ. & de præb. in Lateranenſi. De his non reperitur in iure: & ideo ſi talia exerceãt, credo ꝙ magis hæc faciant de conſuetudine, vel ex inſtitutione fundationis, quã de iure. arg. 18. q. 2. Eleutherius. & licet talia exerceant, non propter hoc ſolum cadent ſub edictum huiuſmodi decret. cum temporaliter potius quàm ſpiritualiter videantur hæc facere. ſic in recipientibus albergas. hoc idem notaui plenius ſupra: quare dic vt ibi. Guliel. de monte Lauduno.

a ¶ *Inquirere.*] quantumcunq; de modicis rebus, dumtamen ſint tales, quæ ſint eccleſiaſticis regulis ſubiectæ: ſecus de mere profanis, vt ſupra dixi.

b ¶ *Procurationes.*] quę ratione viſitationis, & ſic de iure debentur: quia ſecus ſi ratione conſuetudinis, pietatis, vel conſtitutionis ſint aliàs ſine viſitatione debitæ: de quibus loquuntur iura. 18. q. 2. Eleutherius. ſ. de ſup. negli. prælat. c. 2. de præſcript. cum ex officij. quæ tales in aliquibus locis vocantur albergæ vel cœnæ.

c ¶ *Suſpendere.*] tali ſuſpenſione, ſ. quæ procedat à claue, de qua ſ. de exceſ. præl. tanta. & quæ attingat diuinum officium, vt 11. q. 3. ſi quis epiſcopus in vtroque. aliàs autem nõ poteſt intelligi de alia ſuſpenſione qua ſuſpenditur quis à ſolo beneficio, vel alijs actibus tẽporalibus, à quibus etiam ſuſpendit abbatiſſa, quę nõ habet claues, & alij ſæculares, de quibus ſ. de maio. & obe. dilecta. de pœn. noua. de elect. ſi compromiſſarius. lib. 6. 2. reſponſo. nec de illa de qua loquuntur iura. ſ. de tempo. ord. ex tenore. & cap. quòd tranſlationem. vbi de hoc per Hoſt. & de pœn. omnis.

Abbatiſſa ſuſpendere põt, licet claues eccleſiæ non habeat.

d ¶ *Excommunicare.*] quod eſt extra cõmunionem hominum & perceptionem ſacramentorum aliquẽ ponere, ſiue diſtrahat à cõmunione hominum tantum, ſiue ſacramentorum tantū, ſiue vtriuſque. & intelligo ſi exercendo iuriſdictionem in foro contentioſo ſolemniter hoc faciat: quia ſecus ſi tamquam ſimpliciter curatus, iuxta decret. ſ. de offic. ord. ſi ſacerdos.

Excommunicare quid eſt.

e ¶ *Seu.*] iſta eſt alternatiua, de qua ſupra dixi. quæ omnia præcedentia & ſubſequentia reſpicit. arg. ſupra de appell. ſecundo. & c. inquiſitioni.

Seu, alternatiua præcedentia & ſequentia reſpicit.

f ¶ *Abſoluere.*] & ſic not. ꝙ nõ ſemper qui excommunicat, abſoluit, vt de conſec. diſt. 4. ſane. de ſen. excom. tua. & c. quicũque. lib. 6. C. vbi ſenato. quotiens. §. adeo. C. de offi. procõſ. l. 2. Cõtra de pœn. diſt. 1. verbum. vbi dicitur ꝙ dominus par ius ligandi & ſoluendi eſſe voluit: ex quo vtrumq; pari conditione promiſit. ergo qui ſoluendi ius non habet, nec ligandi. de quo dic vt ibi.

g ¶ *De conſuetudine.*] puta archidiaconis vel abbatibus, ſeu aliàs in dignitate conſtitutis, vt in c. dudum 2. & requiritur ꝙ talis conſuetudo ſit aliàs legitime per xl. annos præſcripta, vt ſ. de conſue. cum tanto. in fi. vbi de hoc. & dixi plenè in extrauag. Suſcepti. Sed quid erit de ſingulis canonicis vel aliis clericis ciuitatis vel diœceſis Beluaceñ. qui ex indulgentia vel conſuetudine habent iuriſdictionem ſuper ſeruitores ſuos, non tamen ꝙ poſsint excõmunicare, vel aliàs ſpiritualiter ſeu corporaliter coercere eoſdẽ, vt legitur ſ. de foro comp. cum contingat. vel de illis qui habent parochiales eccleſias præbendis ſuis annexas, in quibus iuriſdictionẽ ſpiritualem obtinent, & etiam curam animarum, ſecundum quoſdam, de quibus loquitur capitulū ſ. de præb. ſuper eo. lib. 6. numquid tales poterunt tenere vnum beneficiū curatum cum talibus beneficiis, vel præbendis, aliàs de ſe ſimplicibus? Credo ꝙ ſic, maxime ſi exponas in c. cum contingat. coerctione, ſub. temporali, nõ ſpirituali coerctione, iuxta c. ſ. de verb. ſign. quærenti. prout exponit ibi Hoſt. quia iuriſdictio temporalis non reddit beneficiū curatū, nec aliàs incompatibile aliis. Hoc idem facit pro iſtis archidiaconis vel aliis beneficiatis, qui licet habeant villas vel caſtra ſuis beneficiis aliàs ſimplicibus annexa, in quibus iuriſdictionẽ obtinent tantummodo temporalem, non tamen propter hoc eorū beneficia curata dicentur. Et idem credo de iſtis eccleſiis ruralibus, in quibus rectores decimas & primitias percipiunt, nullã tamẽ curam animarum exercent inibi: vel quia nõ ſunt ibi parochiani, vel quia ſi ſint, quia forte ſuperuenerunt ibi aliqui bordalarij, vel aliàs ab antiquo ſunt ibi pauci ignes: cura tamẽ animarum illorū per vicinos presbyteros ab antiquo exercetur, & oblationes & ſimilia ipſis ſoluunt: quod poteſt fieri de iure. ſ. de deci. cum ſint homines. & c. in aliquibus. in fi. Sicut nec religioſi poſſunt dici curati, licet decimas & primitias alicuius parochiæ percipiant ex aliquo titulo iuſto. ſ. de deci. ſtatuto. lib. 6. & c. religioſi. concil. Vienneñ. Ad decr. ſuper eo. dic ꝙ illa cura vel iuriſdictio ſpiritualis nõ ineſt ibi præbendis; quæ ſunt principales: ſed eccleſiis potius, quæ ſunt acceſſoriæ: & ſic eccleſia non iudicat ibi vt principale. arg. ſ. de præben. extirpandæ. §. qui vero. & ſic conſuetudo dat iuriſdictionem: quia ſi nedum ipſam dat conſtitutis in dignitatibus, immo & priuatis perſonis, vt in decret. cum contingat. nec alibi eſt ita expreſſa, vt not. Hoſt. non tamen poteſt dare poteſtatem excõmunicãdi talibus priuatis perſonis, vt ſupra de offic. archi. cum ſatis. nec degradandi ſeu deponendi, vt ſupra de elect. tranſmiſſa. ſecundum Hoſt. ibi, nec etiam capiendi clericos ſeu corporaliter puniendi, vt credo. arg. ſupra de cleri. coniug. clerici. lib. 6.

Iuriſdictionem habent aliq in ſuos ſeruitores.

Religioſi nõ poſſunt dici curati.

Excommunicatio, degradatio, & c. nõ poſſunt cõpetere ex conſuetudine.

h ¶ *De iure.*] ſed quis eſt ille, qui de iure poſsit præmiſſa, vel eorū alterum exercere, ſatis eſt dubium. Hic videtur dicendū, ꝙ in hoc caſu illi dicuntur habere præmiſſa de iure, qui eliguntur ab aliquibus ſupra ſe in prælatos, & per ſuperiores ſuos confirmantur: nã licet per electionem ius adminiſtrandi quis acquirat, non tamen exercitium donec ſit cõfirmatus, maxime in exercitio cenſuræ eccleſiaſticæ, de quo plene in glo. not. 63. diſt. quanto. & per Inn. & Hoſt. ſ. de offic. ord. cum ab eccleſiarum. & c. quanto. per electionem enim exercitus & quodlibet collegium ſibi imperatorem & prælatum eligit. 93. diſt. legum. ſed iſte in ſolas perſonas eligentiū iuriſdictionem obtinet, & ſic eſt iudex perſonarum, non territorij: quod territorium ſolus epiſcopus de iure communi obtinet in diœceſi ſua. 16. q. 7. omnes baſilicæ. niſi forſan talis inferior prælatus haberet certas parochias, vel alia loca pro territorio, iuxta c. ſ. de præb. ſuper eo. lib. 6. ſed hoc potius eſſet de conſuetudine q̃ de iure. & hic de iure loquimur tantum. & hoc quod dixi de electis cõfirmatis, idem dico de inſtitutis per epiſcopos inſtitutione auctorizabili. dumtamen præſint perſonis collegiatis, & curã animarū in ipſis exerceant, de quibus loquitur c. de reſcript. etſi principalis. concil. Vienneñ. & dic vt per Hoſt. ſ. de offi. ordi. cum ſatis. & idem de approbatis à iure, ſicut ſunt electi in concordia. de quibus ſ. de elect. nihil eſt. in fi. & c. indemnitatibus. lib. 6. licet quantum ad veritatem iſtæ pœnę ſpirituales non poſſunt fieri per moniales, cum procedant a claue, & clauis vſus non cadat in moniales, vt legitur & not. ſ. de exceſ. præla. tanta. & de pœn. noua. de verb. ſig. quærenti. cum ſimilibus: de iure enim ſeu de conſuetudine non proprie cadunt iſtæ pœnæ ſpirituales in ſingulares perſonas, vt ſ. dixi. Sed quid de curatis parochialium eccleſiarum, numquid poſſunt iſtas ſpirituales pœnas exercere, ſeu excõmunicare, ſuſpẽdere, vel interdicere? De hoc nihil ad nos, ad pſens: ſed dic vt per Inno. & Hoſt. ſ. de offi. ord. ſi ſacerdos. & in ſumma Hoſti. de ſent excom. §. quis poſsit excommunicare. & 2. q. 1. nemo.

Imperator & platus per electionem aſſumuntur.

Pœnæ ſpirituales non poſſunt exerceri per moniales.

Curati an poſſint excommunicare.

¶ *Declaratio ampliſsima & luculentiſsima extrauagantis. Execrabilis. quæ eſt vna de xx. gloſſatis per dominum Zenzelinum ſub tit. de præbendis.*

E*Xecrabilis quorundam ambitio, &c.*] Super hac noua conſtitutione dubietates inſurgũt & quæſtiones, vt ſequitur. Primo quibuſdã eccleſiis puta Anicieñ. Leod. & ſimilib9, ſunt quędã officia vel bñficia, q̃ vocãtur abbatiæ, quarū aliquę habẽt animarū curã, & parochias. Aliquæ nec curã animarum habẽt, nec parochias, immo aliquæ nec eccleſiæ, nec dignitates vel pſonatus eſſe cẽſentur, & tñ canonicis ipſarū eccleſiarū aſsignãtur, ſeu cõferri cõſueuerũt: ita ꝙ canonic9 habet præbẽdã & illã abbatiã. Quæritur vtrū huiuſmodi officia ſeu beneficia veniant in conſtitutionem, ita ꝙ canonicus talem abbatiam cum ſuo canonicatu obtinẽs, teneatur ipſam dimittere, ſi extra eã habeat aliam dignitatem vel perſonatum, quos licet vigore dictæ conſtitutionis nouę retinere? Cum abbatia curata poterit retinere dignitatem non curatam, aliàs nõ

vel iſto

Reſponſio. vel iſto modo non poteſt retinere aliud beneficium curatum, vbi curam animarum annexam habet Eccleſia.

Item in aliquibus eccleſiis ſunt quædam cuſtodiæ, quarum cuſtodes non habent legere nec cantare, nec ſe diuinis officiis intromittere in eccleſia, nec aliàs curam aliquam in eccleſia exercere: ſed ſolum pulſare campanas, parare eccleſias pannis aureis, aut portare libros in choro, luminaria accendere, cuſtodias, reliquias, theſaurum, & ſimilia miniſteria in eccleſia expenſis propriis facere, quarum expenſarum occaſione eiuſdẽ cuſtodiis fuerunt poſtmodum annexæ aliquæ parochiales eccleſiæ curam animarũ habentes, in quibus cura exercetur per proprios & perpetuos ſacerdotes, licet in eis ſic annexis cuſtodes habeãt de conſuetudine viſitare, excõmunicare delinquentes, & abſoluere, & horũ occaſione prædictarum quaſi archidiaconi vulgariter nominantur & reputantur. Nunc quæritur, vtrum tales cuſtodiæ veniant in conſtitutionẽ prædictã, ita ꝙ habentes eas teneantur illas dimittere, potiſsime cum quodam tempore in aliquibus eccleſiis (orta materia quæſtionis) inueniatur fore ſententialiter definitum, tales cuſtodias nec dignitates vel perſonatus eſſe, nec curam animarum habere: ſed ſimplicia eſſe officia abſque cura?

Reſponſio.

*Cadunt ſub conſtitutione.*

Item ſunt aliquæ eccleſiæ, vbi rectores creãtur per electionem: & vocantur creati quandoque abbates, quandoque rectores, quandoque præpoſiti, quandoque archimandritæ, quandoque diuerſis aliis nominibus ſecundum conſuetudinem locorum: nullam tamen curam habent, niſi ꝙ canonicos congregant tamquam caput, ſicut eſt in partibus Apuliæ. Quæritur vtrũ talia beneficia veniant in præfatam conſtitutionem †. De iure cõmuni videtur ꝙ habeant curã & iuriſdictionem per electionẽ & confirmationem: ſed ſi per priuilegiũ vel conſtitutionẽ approbatã amiſerant, curã nõ habent?

† Aliàs, conſuetudinẽ.

Reſponſio.

*Non cadunt in conſtitutione.*

Item quidã ex diſpenſatione Apoſtolica duas obtinet in diuerſis eccleſiis dignitates, quarum alteri duntaxat cura imminet animarum, & cum eiſdem ſimul plures canonicatus & præbendas: in aliis tamen eccleſiis canonicatus & præbendas, quibus parochiales eccleſiæ ſunt annexæ, in quibus perpetui vicarij debẽt inſtitui: in aliquibus tamen earundẽ propter procuratoris obtinentis huiuſmodi dignitatẽ in remotis agentis, & hoc ignorantis deſidiam ſeu negligentiã, reperiuntur tempore cõſtitutionis noſtræ nouiter ꝓmulgatæ eſſe vicarij temporales. Modo quæritur, an ſecundũ formã dictæ cõſtitutionis dictus obtinẽs dignitates huiuſmodi, canonicatus & prębẽdas tales cũ parochiis ſic annexis, ſi dignitates voluerit retinere, dimittere teneatur illas, in quibus cõtra iuris debitum reperti ſunt dicti vicarij tẽporales, vel hoc nõ obſtante cũ ꝓpter talẽ deſidiã nõ poſsit natura beneficiorũ cenſeri mutata, quin p̃fatæ parochiæ ſint canonicatibus & p̃bendis ipſis annexæ, ipſos poſsit licite retinere, potiſsime cũ idẽ obtinens poſtquã ſciuit de tali deſidia procuratorum ſuorum ad ipſas eccleſias elegerit vicarios repræſentandos & inſtituendos perpetuo in eiſdẽ, licet nondum potuerint ordinariis præſentari propter temporis breuitatẽ?

Reſponſio.

*Non cadunt ſub conſtitutione.*

Item, quæritur, numquid officia curiæ Romanæ computentur in numero officiorum quo ad noſtram conſtitutionem, ita ꝙ ſi quis habet duas alias dignitates teneantur aliam dimittere, vel poſsit retinere omnes ſi vna illarum erat ſine cura.

Reſponſio.

*Non computantur, nec cadunt in conſtitutione.*

Archipreſbyterorum Bituricenſis diœceſis qualitas.

Item archipreſbyteratus Bituriceñ. diœceſis viſitationẽ, & iuriſdictionẽ habentes conſueuerunt cõferri parochialiũ eccleſiarũ rectoribus ipſius diœceſis per ipſos archiepiſcopos: ſed ſtatim archiepiſcopo defuncto deſinit archipreſbyter ille, qui per eũ fuerat poſitus, & capitulũ eccleſiæ Bituriceñ. creat archipreſbyteros nouos: creato vero archiepiſcopo ceſſant archipreſbyteri poſiti ꝑ capitulũ & archiepiſcopus ponit nouos, & quãdoq; poſitos amouet pro libito voluntatis, & ita fuit antiquis tẽporibus, de quo non extat memoria, obſeruantũ. Quæritur vtrũ archipreſbyteratus huiuſmodi ſub conſtitutione cadant adeo, vt ille qui huiuſmodi archipreſbyteratũ cũ haberet, parochialẽ eccleſiã acceptauit, vtrũq; retinere valeat: & ſi nõ, vtrũ de iure ceciderit à iure parochialis eccleſiæ per acceptationẽ archipreſbyteratus: & nõ ceciderit ab eo iure, vtrũ retinere poſsit parochialẽ eccleſiã, quã primo obtinuit.

Reſponſio.

*Non cadunt ſub conſtitutione.*

Item in regno Apuliæ ſunt eccleſiæ habentes parochiã tenuiſsimæ quo ad fructus: propter ꝙ ordinarij & alij, ad quos ſpectat collatio ſiue prouiſio dictarũ eccleſiarũ de more patriæ vni conſueuerunt pluralitatem talium eccleſiarũ conferre, non recipientes ipſas eccleſias propter hoc ſe faciunt promoueri ad ſacerdotiũ, nec etiam ad ſacros ordines: & faciunt deſeruiri dictis eccleſiis per vicarios temporales iuxta beneplacitũ ſuum: plurimi præterea ſummi Pontifices pluribus contulerunt ꝙ poſſent acceptare in dictis partibus bñficiũ vſq; ad valorẽ xv. librarũ, vel xl. vel lx. vnciarum auri, cuius cõceſsionis prætextu eſt videre, ꝙ obtinuerint quinque quadraginta & ſexaginta de dictis eccleſiis: Modo q̃ritur, vtrũ reuocatoria nuper facta ad ſupradicta bñficia ſiue eccleſias ſe extẽdat?

*Reſpondetur quòd ſic.* Reſponſio.

Epiſcopus cũ ſuo capitulo ſubuenire volens exiguitati cuiuſdã collegiatæ eccleſiæ ſuæ diœceſis, quandã parochialem eccleſiam eiuſdem diœceſis (rectoris ipſius accedente conſenſu) poſt ceſſum vel deceſſum rectoris huiuſmodi dictæ eccleſiæ collegiatę vniuit. Nunc vero prædictã eccleſiam vigore nouæ cõſtitutionis vacare contingit, quodã alio curato beneficio electo à rectore pręfato, & prędicta eccleſia re & verbo dimiſſa. Hinc quęritur, an præfata vnio ſub forma præſcripta locum ſibi vendicet reſeruatione dictæ conſtitutionis non obſtante, vel econtra?

Reſponſio.

*Sub conſtitutione cadit, vel reſeruatur domino noſtro.*

Item dubitatur ſi prædicta vel conſimilis vnio facta fuerit per ſedem Apoſtolicã, & ſub forma prædictorum verborum, quid iuris?

*Reſpõdetur, vt ſupra proxime, dũtamen legitime ſit facta vnio.* Reſponſio.

Item quidam archidiaconus in ſuo archidiaconatu obſtante ſibi longa conſuetudine non poteſt inquirere, nec ſuſpendere, nec excõmunicare vel abſoluere, nec aliquã iuriſdictionem exercere: ſed eccleſias rectorũ ſui archidiaconus viſitare põt, & procurationes ab eis recipere dumtaxat. Quæritur cum aliàs talis archidiaconus nullã habeat parochialem eccleſiã annexam dicto archidiaconatui, an ex præmiſsis ſub forma dictę conſtitutionis nouæ curam animarũ habere reputetur? Et eſt quærentis intentio, vtrũ oratio ſoluta poſita prope finẽ conſtitutionis prædictæ ibi, necnon & illa quorũ miniſtris ratione beneficiorũ huiuſmodi competit viſitare, inquirere, procurationes recipere, ſuſpendere, &c. ponatur pro coniunctiua in caſu dictę conſtitutionis?

Reſponſio.

*Comprehenditur ſub conſtitutione.*

Item cũ eidẽ beneficiũ curatũ obtinẽti prouiſum eſt de quodã archidiaconatu in quadã cathedrali eccleſia, cuius archidiaconatus ratione idẽ archidiaconus caput eſt cuiuſdã eccleſiæ collegiatæ ſecularis: hic archidiacon⁹ eſt in poſſeſsione pacifica, vel quaſi viſitandi & procurationes recipiendi dumtaxat. Cæterũ poſſeſsionem dictæ collegiatæ eccleſiæ nec habet, nec habuit, nec regimẽ canonicorum ipſius, nec quicquã percipit de decimis & aliis fructibus beneficij ſui prędicti, omnibus his de facto per alium occupatis & detentis. Ex his quæritur cum præfatus archidiaconus ꝓ parte ſit in poſſeſsione iuriũ ſpiritualiũ prædicti archidiaconatus, & pro parte non, cum curam nõ habeat perſonarum ſuæ collegiatæ eccleſiæ prædictæ, & ſuper ea & aliis iuribus ipſius pendeat lis in curia, vtrum talis archidiaconus retinendo iſtud curatum beneficium pœna nouæ conſtitutionis adſtringatur?

Reſponſio.

*Curam habet, & ſub conſtitutione cadit.*

Item quidã in eccleſia collegiata à iuriſdictione ordinarij exẽpta & Apoſtolicæ ſedi ſubiecta obtinet decanatum, & in ea eſt caput capituli, & ad decanatũ aſſumitur decanus per electionẽ, nec electus à capitulo alia confirmatione indiget de cõſuetudine, ſed tantũ electus inſtituitur & inſtallatur à capitulo de conſuetudine ſupradicta: ipſe vero decanus ratione dignitatis conuocat canonicos ad capitulũ, & habet in capitulo primã vocẽ, vox tñ ipſi⁹ plus quàm ſimplicis canonici in effectu nõ operatur. Ipſe per ſe inſolidũ ratione dignitatis, nec viſitat, nec procurationes recipit, nec excõicat, vel ſuſpẽdit, aut etiã interdicit, nec audit cõfeſsiones, vel abſoluit, nec p̃deceſſores eius vnà cũ ſuo capitulo prædicta cõſueuerũt exercere, licet ipſe & p̃deceſſores eiuſdẽ vnà cũ ſuo capitulo exceſſus clericorũ prædictæ eccleſiæ interdũ delinquẽtiũ corrigere conſueuerũt, & punire per chori priuationẽ & diſtributionẽ grõſſorũ fructuũ bñficiorũ, quæ in ipſa eccleſia obtinent: & ad ipſius capituli diſpoſitionẽ pertinẽt ſuſpenſio & ſubtractio, & ipſorum delinquentiũ corporũ detentio aliquãdo, dũtaxat citra alicuius alterius iuriſdictionis ſpiritualis exercitiũ, videlicet viſitandi, corrigendi, procurationes recipiendi, excõmunicandi, ſuſpendendi, vel aliter ſeu aliàs interdicendi, confeſsiones audiẽdi, pœnitẽtias imponendi vel abſoluendi. Quare cum dubitetur, an in caſu ſimili conſtitutio noua pręfata loquens de beneficiis curam habẽtibus animarum vendicet ſibi locum: quæritur vtrũ decanus decanatum prædictum cum alio beneficio ſeu dignitate curã animarum habente iuxta conſtitutionẽ antedictã ex diſpenſatione dudũ obtẽta poſsit licite retinere, & ſine pœna cõſtitutionis eiuſdẽ?

Iuriſdictio ſpiritualis in multis conſiſtit.

Reſponſio.

*Curam habet, & ſub conſtitutione cadit.*

Item in regno Siciliæ cõmuniter eccleſiæ parochiales atque curatæ conſueuerunt per Apoſtolicam ſedem, ac etiam per ordinarios, plures vni dignitates & alias parochiales eccleſias ſiue curatas obtinenti conferri, licet illi quibus conferebantur, eſſent impuberes quandoque, vel legitima ætate minores, & quòd eccleſiæ ſupradictæ quantum ad eos, quibus taliter conferebantur, nõ cenſebantur eſſe ſecundum conſuetudinem à longis retro temporib⁹ in dictis partibus obſeruatam: quia cura earum in ipſis per capellanos etiã nõ perpetuos gerebatur. Cum itaq; multi fuerunt in curia Romana, ac regno p̃dicto & aliis partibus, qui per collationẽ Apoſtolicæ ſedis, & ordinariorum obtinuerint plura & multa talia beneficia, quæ ex virtute conſtitutionis præfatæ nuper editæ ſup curatis beneficiis dimittendis, oporteret eos dimittere, piũ eſſet ꝙ circa eorum indemnitatem Apoſtolica benignitas ꝓuidere dignaretur

gnaretur

gnaret,& ſi ſanctitati veſtræ placeret,modus cõgruus videtur, ꝙ quantum ad tenorẽ conſtitutionis prædictæ, beneficia parochias habentia,ſiue curas in partibus ſupradictis, decernerentur perinde haberi ac ſi fuiſſent ipſa & ipſorũ curæ per perpetuos vicarios gubernatæ:& quòd futuris temporibus per vicarios perpetuos gubernentur,& ꝙ illi qui dicta beneficia obtinebant,& nondum dimiſerunt, ipſa nõ teneantur dimittere. ſi qui vero dimiſerint eadem,ad ipſa(quotcunq; fuerint) auctoritate veſtra reſtituantur in integrum,ac ad eadem redeant,ac ſi ea nullatenus dimiſiſſent cõſtitutione prædicta in contrarium ſuper hoc edita non obſtante.

Reſponſio. *Dimittant,& de prouiſione facienda deliberabitur.*

Item quæritur, vtrum præfata conſtitutio adſtringat aliquem habentem eccleſiam curatam, & canonicatum & præbendam ſacerdotalem ſimul, qui canonicatus & præbenda requirunt reſidentiam perſonalem?

Reſponſio. *Non cadit ſub conſtitutione.*

Item in quadam eccleſia cathedrali fuit olim facta compoſitio inter epiſcopum ex vna parte,& capitulũ ex altera,ꝙ vicaria,quę quandoque collata fuerat clericis,quandoque laicis,ſoli canonico per epiſcopum,ad quem ſpectabat collatio conferretur,qui vicarius nihil ſpecialiter habet in eccleſia, nec habet aliquod officium,nec aliquam prærogatiuam,ſed de obuentionibus curiæ vel iuriſdictionis ſæcularis ciuitatis habet tertiam partem, & in hoſpitio vicariæ habet carceres & cuſtodem, qui vnà cum cuſtodibus epiſcopi cuſtodit captos?

Reſponſio. *Dimittat & de prouiſionę facienda deliberabitur.*

Item in eadem cõpoſitione continetur, ꝙ vnus archipresbyteratus,qui appellatur à nomine cathedralis eccleſiæ, vtpote archipresbyteratus Ferrarieñ.ſoli canonico conferretur:non tamen archipresbyter habet aliquam prærogatiuam in eccleſia vel ciuitate,ſed habet eccleſiam curatã annexam archipresbyteratui,& viſitat certas eccleſias, etiam contra reſiſtẽtes viſitationi poteſt cẽſuram eccleſiaſticam exercere: ſed aliam iuriſdictionẽ nõ habet: diſpenſatum eſt cum tali auctoritate Apoſtolica,ꝙ poſsit dicta beneficia retinere vnà cum quadam eccleſia, cuius cura per vicariũ perpetuum gubernatur.Nunc dubitatur,an dicti duo vicariatus & archipresbyteratus poſsint dici beneficia in eadem eccleſia:Ratio dubitationis eſt,cum ſola nomina habeant ab eccleſia cathedrali, & ſolis canonicis conferantur?

Reſponſio. *Non cadit ſub conſtitutione.*

Item dubitatur,an conſtitutio,Execrabilis.extendat ſe ad præfata tria beneficia.

Reſponſio. *Conſtitutio non extenditur.*

Quidam habens vnam eccleſiam curatam ſine perpetuo vicario,habet aliam curatam, in qua eſt perpetuus vicarius.Quæritur an poſsit,non obſtãte noua conſtitutione,vtrumque retinere,maxime ſi ſuper hoc fuerat cum eodem legitime diſpenſatum.

Reſponſio. *Reſpondetur quòd ſic,ſecundum conſtitutionem iſtam.*

Item cum conſtitutio liget intra menſem à tempore notitiæ:& conſtitutio ipſa nondum ſit publicata niſi in Romana curia:ſed ad aliquos extra curiam perueniat per famam ſeu rumorem, & ad aliquos per relatum quorundam dumtaxat.Quæritur à quo tempore incipiat currere dictus menſis antequã conſtitutio ipſa per prælatos vel deputatos ab ipſis fuerit ſolenniter publicata in eccleſiis cathedralibus eorundem,& aliis locis ſolemnibus,in quibus conſueuerunt talia publicari.

Reſponſio. *A tempore notitiæ,aliàs à tempore conſtitutionis nouæ.*

Item cum per conſtitutionem eandem dimitti debeant beneficia curata intra menſem vnico retẽto dumtaxat:& illa dimitti debeant nedum verbaliter,ſed etiam realiter, & abſentes à beneficiis, in curia vel alibi exiſtentes verbaliter ea dimittant & realiter,quod poſſunt.Quæritur an per hoc ſit conſtitutioni ſatisfactũ, duntamen poſtmodum non impediant per ſe vel per alios illos, quibus dominus Papa de beneficiis ſic dimiſsis ſeu reſignatis duxerit prouidendum.

Reſponſio. *Faciant realiter,vt citius poſſunt.*

Adomatus de Graphicano ſignificauit paternitati noſtræ:& infra. Prioratus curam animarum habentes cadunt ſub conſtitutione,in quibus nõ ſunt perpetui vicarij.Paſchaſius presbyter ſignificat paternitati noſtræ: & infra. Eccleſia parochialis, in qua ſunt plures ſacerdotes,quorum quilibet officiat eã per certas hebdomadas miniſtrando ſacramenta.

Reſponſio. *Cadit ſub forma.*

Item Prioratus habens parochialem eccleſiam ſine perpetuo vicario,cadit in conſtitutione, habens perpetuum non cadit:quoniam ſi habent curam,locum habet conſtitutio,aliàs non.

Item idem in domibus beatæ Mariæ Theutonicorũ, Bethleem, & ſimilibus.

¶ Ioannes xxij.

¶ *Epiſcopus Tholoſanus in redditibus plurimum abundans, in nouam metropolim propter multiplices cauſas hic expreſſas erigitur: cui pro ſuffraganeis eccleſiis ſunt deputatæ quattuor villæ in nouas ciuitates erectæ,adiecta cum illis eccleſia Apamiarũ. Et quibus epiſcopis & archiepiſcopis prius ſuberant, quidque earum cuilibet pro redditibus ſit aſsignatum,hic exprimitur, & tandem cenſuræ eccleſiaſticæ in rebelles proferuntur. Aduerte,quòd eccleſia de Vauro,& eccleſia de Mirapice ſunt ſub eccleſia Tholoſana tamquam ſuffraganeæ, licet de illis hic mentio nulla fiat. Vtilitas ex hoc capitulo habetur,quoniam cognoſcimus cauſas erigendi & diuidendi eccleſias,alias aliis ſubiiciendi, & alias ab aliis eximẽdi,& ad ſolum Papam hæc omnia ſpectare: cui in ſingulari priuilegio,maiores cauſæ,maioraque negotia reſeruantur.patet in cap. 1.de transla.epiſcop.cum ſuis concordantiis.*

## CAP. V.

SAluator noſter,cuius nutui cuncta ſeruiunt, in agro mundi huius meſſem multã aſpiciẽs,& operariorum raritatem attendens, Dominum meſſis rogandum eſſe, vt in illam operarios mitteret, cenſuit: & ipſe idem etiam exiens mane veluti paterfamilias diligẽs horis diei variis operarios in vineam ſuam miſit. Romanus itaque Pontifex ſicut eodem Domino diſponente vicarius eius in terris eſſe dignoſcitur, ſic & ipſius actibus (in quantum ſinit humana fragilitas) ſe conformare tenetur. Vbi ergo ſupexcreſcere meſſem, populi videlicet multitudinẽ viderit, operarios debet opportunos adiicere, & iuxta propheticum verbum augere cuſtodiam: cuſtodes & cultores idoneos in Dominicam vineam deſtinare. ¶ Sane conſiderantes attẽtius,& intra pectoris clauſtra meditatione ſollicita reuoluentes, quòd in tanta multitudine populi, quanta fœcundauit altiſsimus ciuitatem & diœceſim Tholoſanam ſingulorum vultus nequibat (vt condecet) vnicus paſtor inſpicere,aut alias partes boni paſtoris implere: quodque durum erat atque difficile per talem latam & diffuſam diœceſim ad vnum tantum à perſonis eccleſiaſticis & mũdanis recurſum haberi: Attendentes etiam, quod licet Tholoſanus epiſcopatus redditibus abundaret immenſis, non tamen ſupererat hucuſque memoria, quòd ex ſuorum opulentia copioſa redditũum aliquid in eccleſia vel diœceſi Tholoſana ꝓueniſſet in diuini cultus augmentũ: immo ſic ex adipe prodierat, & prodibat iniquitas,vt multo iam tempore luxus circa carnis deſideria,euectionum põpa, immenſitas clientelæ,immoderata diffluxio in parentes, ſumptus enormes, aut vſus extraordinarij ſibi vendicaſſent ibidem quaſi totum patrimoniũ crucifixi: & verendum erat ne præſul vnicus Tholoſanus incraſſatus & dilatatus,& exceſsiuis huiuſmodi opibus, aliàs ſuperbus pericoloſe recalcitrãs Deum factorem derelinqueret, & à ſuo ſalutari recedens, pernicioſum exemplum in ſubditos deriuaret. Penſantes quoque, quòd ſanctæ memoriæ Clemens Papa v.prædeceſſor noſter eodem etiam tempore, quo ciuitas & diœceſis antefatæ longe minus in populo ac redditibus affluebant: tamen extunc benedicente Domino incredibiliter creuerint in vtroque, & iugiter creſcere dignoſcantur, ſpiritu beatæ conſiderationis inductus, ad diuiſionem epiſcopatus eiuſdem firmiter dũ viueret, intendebat: licet morte præuentus ſuum in hac parte nequiuerit implere conceptũ. ¶ Nos pium prædeceſſoris noſtri propoſitum in effectum volentes adducere,& tam diſsipare malum quod prædictorum redditũum copia exceſsiua produxit, quàm etiam cultum augere diuinum & ſpiritualem animarum profectum,quos(ſi iuxta facultatis exigentiam

Meſſis multa, operarij pauci.
*Matth.* 9.
*Matt.* 20.
*Hiere.* 51.
Paſtor ſingularium omnium vult inſpicere debet.
*Pſal.* 72.
Diuitię quãdoque ſunt cauſa Dei relinquendi.
*Deuter.* 8.

tiã & diffuſam latitudinẽ dictæ diœceſis ſufficiens numerus in eadẽ vtilitate prẹſulũ deputetur) in dubio ꝓuenire ſperamus, promouere ſalubriter intẽdẽtes. Præmiſſis & aliis ſuadentibus iuſtis cauſis, ex certa noſtra ſciẽtia de fratrũ noſtrorũ cõſilio cõcordi, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis ad laudem Dei, exaltationẽ Eccleſiæ, fideliũq; ſalutẽ epiſcopatũ ipſum dictãq; diœceſim Tholoſanã Apoſtolica auctoritate diuidimus in quinq; diœceſes, quas per certos diſtingui limites faciemus. Volẽtes ac decernẽtes ꝙ præter ciuitatẽ Tholoſanã, quæ ſuã ꝓpriã & diſtinctã habebit diœceſim certis finib⁹ limitãdã, ſubſcriptæ quattuor villæ, quarũ quãlibet, eiſdẽ cõſilio & auctoritate in ciuitatẽ erigimus, & ciuitatis vocabulo inſignimus, ſcilicet de mõte Albano, pridẽ de Caturceñ. diœceſis, cui adiiciet̃ certa pars dictæ quõdã diœceſis Tholoſanæ, ac ſancti Papuli de Riuis & de Lũberiis, & de ipſa quõdã Tholoſana diœceſi exiſtẽtes quatuor ſeparatas diœceſes habeãt certis limitibus diſtinguẽdas. Quodque beati Martini de mõte Albano, vbi corpus ſancti Theodori cõfeſſoris dicitur eſſe recõditũ p̃dictæ ciuitatis mõtis Albani, & beati Papuli dictæ ciuitatis ſancti Papuli, Mariæ de Lũberiaco, ciuitatis præfatæ Lũberiaci, necnon beatæ Mariæ de Riuis Eccleſiæ ipſius ciuitatis Riueñ. ſint de cætero & habeãt̃ perpetuo eccleſiæ cathedrales. Et quia eccleſia Tholoſana ſicut ſolemniori ſtatu, & conditione potiori refulget, ſic & grãdioris honoris titulo efferenda eſt, ipſam hucuſq; ſuffraganeã eccleſiæ Narboneñ. ac totã quõdã diœceſim Tholoſanã de fratrũ noſtrorũ cõſilio & ex certa noſtra ſcientia, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, ab omni iuriſdictione, poteſtate, ac ſubiectiõe archiepiſcopi, capituli, & eiuſdẽ eccleſiæ Narboñ. penitus eximẽtes, eã ad laudẽ diuini noĩs, & honorẽ eccleſiæ ſanctæ ſuæ in archiepiſcopalẽ ſeu metropolitanã erigimus, eamq; honoribus & inſigniis ſedis metropolitæ decoramus: auctoritate Apoſtolica decernẽdo, vt exnunc pro metropolitana eccleſia in ꝑpetuũ habeat̃. Et quia etiã dignũ eſt, vt ex quo de filia facta mater metropoliticæ dignitatis ſuſcepit inſignia, & ſuffraganearũ cõgruũ numerũ filiarũ, ac decẽtẽ prouinciã habeat, vt ad iudiciũ archiepiſcopi Tholoſani, qui ꝓ tpe fuerit, omnes cauſæ ſuffraganeorũ epiſcoporũ, & ꝑſonarũ eccleſiaſticarũ, ac ciuitatũ eiuſdẽ ꝓuinciæ iuxta ſacrorũ ſtatuta canonũ referãtur: Nos p̃fatas quattuor ciuitates & eccleſias cathedrales cũ earum diœceſib⁹ (vt præmittit̃) diſtinguẽdas, necnõ ciuitatẽ & eccleſiã Apamiarũ cum ſua diœceſi exnũc ipſius eccleſiæ Tholoſanæ ſuffraganeas, ac de prouincia Tholoſana in ꝑpetuũ fore decernimus, & iure metropolit. ſubiicimus, & ſubiecta eſſe volumus eas illi. Prænominatas mõtis Albani, q̃ de diœceſi Caturceñ. & Bituriceñ. ꝓuincia, & Apamiarũ ciuitates, & eccleſias, q̃ de prouincia Narboñ. hactenus fuiſſe noſcũtur: necnõ reliquas tres ciuitates & eccleſias ſancti Papuli Riueñ. & Lũberiaceñ. quæ ab olim de diœceſi Tholoſana fuerũt, cum earũ diœceſib⁹, cõuentib⁹, collegiis ſiue capitulis à iuriſdictione, poteſtate, ac ſubiectione quacunq; Bituriceñ. & Narboñ. archiepiſcoporũ, ac Caturceñ. & quõdã Tholoſañ. epiſcoporũ, capitulorũ & abbatũ, atq; cõuẽtuũ & ordinariorũ quorũlibet aliorũ eccleſiaſticorũ, quib⁹ quomodolibet fuerãt hucuſq; ſubiectæ, auctoritate p̃ſentium ꝑpetuo eximentes de prẹdictorũ conſilio & plenitudine poteſtatis. ¶ De bonis autẽ redditibus, prouentibus, & iuribus dicti quondam epiſcopatus Tholoſañ. ipſi Tholoſañ. decẽ milia, & ſingulis aliis prædictis eccleſiis (Apamiarũ excepta, cui de ipſis bonis, redditibus & prouentibus, iuribus, vltra illa quæ habere dinoſcitur, certã aſsignabim⁹ portionẽ noſtris aliis litteris diſtinguẽdã) ſingula quinque milia librarũ Turoñ. annui redditus & perpetui prouẽt⁹, quæ qdẽ vnicuiq; illarũ ſuiſq; põtificib⁹ (dignitate ac onere & circũſtãtiis aliis attẽte pẽſatis) debere ſufficere vidim⁹, præter reddit⁹, prouẽtus & iura, quæ ad prædictas eccleſias & cõuẽtus earũ antea pertinebãt, de quib⁹ ad honorẽ Dei & ipſarũ eccleſiarũ cõmodũ intẽdimus ordinare: exnũc auctoritate prædicta de cõſilio ac plenitudine memoratis cõcedim⁹, donam⁹, ac etiã deputamus ꝑcipiẽda integraliter ꝑ ipſarũ eccleſiarũ p̃ſules, qui ꝓ tẽpore fuerint, in reb⁹ & locis cuilibet magis adiacẽtib⁹ & vicinis, iuxta diſtinctionẽ ſeu limitationẽ diœceſum ſingularũ per alias noſtras litteras faciẽdã. ¶ Interim tñ diſtinctione ſeu limitatione prædicta pẽdente, volumus ꝙ eorũ quilibet ſummã eũ cõtingẽtẽ ꝓ rata accipiat annuatim de bonis, redditibus, ꝓuẽtib⁹ & iuribus antedictis, per manus eorũ, quos ad hoc ꝓuiderimus deputãdos. Reſiduũ vero reddituũ, prouẽtuũ & iuriũ ipſorũ, quod facta de illis (vt præmiſſum eſt) aſsignatione, ſupererit, necnõ iuriſdictionẽ ſpiritualẽ & tẽporalẽ, quæ ad dictũ quõdã epatum Tholoſanũ vſque ad tẽpus diuiſionis huiuſmodi pertinebat, & quæ diſtinctione ſeu limitatiõe poſt tacta pẽdente faciemus per idoneas exerceri perſonas. Ac beneficia etiã ſi dignitates, perſonatus ac officia exiſtãt (exceptis his, ad quæ quis ꝑ electionẽ aſſumitur, & in quibus vel ad quæ auctoritate litterarũ Apoſtolicarũ alicui ſeu aliquibus ius eſt aliqđ acquiſitũ, quibus per id nullũ volumus præiudiciũ generari) nũc & in antea vſq; ad diſtinctionẽ diœceſum vacatura, diſpoſitioni noſtræ, ac ſedis Apoſtolicæ de fratrũ ipſorũ cõſilio reſeruamus. ¶ Hæc igitur ꝑ dictẹ ſedis prudẽtiã circũſpectã ſic ſtatuta ſalubriter & vtiliter ordinata, ꝑpetuis eſſe valitura tẽporib⁹, & robur incõmutabilis firmitatis obtinere volẽtes auctoritate p̃dicta diſtrictius inhibem⁹, ne aliquis cuiuſcũq; p̃eminẽtiæ, ordinis, cõditionis aut ſtatus, etiã ſi archiepiſcopali vel epiſcopali ſeu regia p̃fulgeat dignitate, huiuſmodi ordinationẽ, Apoſtolicã reſeruationẽ, & alia ſupradicta quouis modo turbare, ſeu quomodolibet impedire præſumat. Nos eñ exnunc irritũ decernimus & inane, ſi ſecus ſup his à quoquã quauis auctoritate cõtigerit attẽtari. Et nihilominus in eos, qui ex certa ſciẽtia cõtrariũ p̃ſumpſerint, niſi intra octo dierũ ſpatiũ poſt publicationẽ præſentiũ reſipuerint cũ effectu excõmunicationis in perſonas, & interdicti in vniuerſitates, ac ſuſpenſionis in conuentus, capitula, ſiue collegia, de conſilio & auctoritate prædictis ſententias promulgamus: à quibus nõ niſi per Romanũ Põtificẽ abſolutionis beneficiũ (p̃terquã in mortis† articulo) valeãt obtinere. Nulli ergo hominũ liceat hãc paginã noſtrarũ diuiſionis, volũtatis, cõſtitutionũ, erectionũ, inſignitionũ, exemptionũ, decorationis, ſubiectionis, cõceſsionis, donationis, deputationis, reſeruationis, inhibitionis, promulgationis, infringere, vel ei auſu, &c. Datũ Auinioñ. vij. Cal. Iulij, Pontificatus noſtri anno primo.

¶ Idem

Eccleſia Tholoſana fuit olim ſuffraganea Narbonẽſis eccleſiæ.

Eccleſia vna quandoque fit mater de filia.

Eccleſia Tholoſana quantum habuit in redditibus.

Excõmunicatio, interdictum, & ſuſpenſio in diuerſa feruntur.

† In articulo mortis nulla eſt caſuũ reſeruatio: atq; ideo omnes ſacerdotes quoslibet pœnitentes à quibuſuis peccatis & cenſuris abſoluere poſſũt. Concilium Trident. ſeſſio. 14. c. 7. de caſuum reſeruatione.

¶ Idem.

*¶ Impedientes epiſcopatus Tholoſani erectionem in eccleſiam cathedralem, & eius diuiſionẽ in quinque diœceſes vltra pœnas in conſtitutione ſuperiori declaratas, perdunt feuda, & quæcunque beneficia ſpiritualia & temporalia. Et ſi ſint perſonæ eccleſiaſticæ efficiuntur inhabiles ad quæcunque beneficia eccleſiaſtica.*

CAP. VI.

j NVper certis ex cauſis, quæ noſtrum & fratrũ noſtrorũ animos ad id rationabiliter induxerũt, quondã epiſcopatũ Tholoſanum in archiepiſcopalem ſeu metropolitanam ereximus eccleſiã: quatuor villas, quarũ quamlibet inſigniuimus vocabulo ciuitatis, quatuor cathedrales eccleſias creauimus, vnam videlicet in villa montis Albani, quondam Caturcẽſ. diœceſis adiicienda ſibi certa parte quondam diœceſis Tholoſañ. alteram in villa Lumberiaci, aliam in villa ſancti Papuli, & aliã in villa de Riuis & de Robeſtria quondam Tholoſañ. diœceſis. Quas quidẽ eccleſias vna cũ Apamiarũ eccleſia tãq̃ ſuffraganeas ſubiecimus ipſi metropolitanæ Tholoſanæ eccleſiæ. De bonis quoq; & redditibus dicti quondam epiſcopatus Tholoſañ. tam ipſi Tholoſañ. quàm p̃dictis eccleſiis ſuffraganeis certã portionẽ, quã vnicuique illarũ debere ſufficere vidimus, prouidimus aſſignandã, totali bonorũ & reddituum ipſorũ reſiduo diſpoſitioni noſtræ & ſedis Apoſtolicę reſeruato. Alia etiã circa pręmiſſa fecimus, decreuimus, & ordinauimus ex certa noſtra ſcientia, de ipſorum fratrum concordi conſilio & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, diſtrictius inhibẽtes, ne quis cuiuſcunq; pręeminentiæ, ordinis, conditionis, aut ſtatus etiã ſi archiepiſcopali dignitate fulgeret, ipſam ordinationẽ noſtram impedire præſumeret vel turbare: ac decernentes ex nunc irritũ & inane ſi ſecus ſuper his à quoquã quauis auctoritate contigerit attẽtari. Et nihilominus in eos qui ex certa ſcientia contrariũ facerẽt, niſi reſipuerint cum effectu intra octo dierum ſpatiũ poſt publicationẽ ordinationis ipſius, excõicationis in perſonas, interdicti in vniuerſitates, ac ſuſpẽſionis ſententias in capitula, conuentus, ſiue collegia duximus promulgandas: prout hæc & alia in Apoſtolicis litteris [a] inde cõfectis plenius cõtinentur. ¶ Verum quia ipſa noſtra ordinatio eò efficacius & inuiolabilius ſperatur ſeruari, quò pluriũ & grauiorũ vallata fuerit adiectione pœnarũ: Nos ad obſeruationem inconcuſſam ipſius eò amplius anhelãtes, quò euidentius in diuini cultus augmẽtum & ſalutẽ fideliũ animarũ noſcitur redũdare, præfatis adiiciendo ſententiis omnes & ſingulos ſcienter turbãtes aut impedientes ordinationẽ eandẽ, aut aliqua in illa contenta, ſeu turbantibus vel impedientib⁹ dantes conſiliũ, auxilium, vel fauorẽ directe vel indirecte, publice vel occulte, cuiuſcunque ſint cõditionis, dignitatis, ordinis, aut ſtatus eccleſiaſtici vel mundani: etiã ſi archiepiſcopali vel epiſcopali, aut maiori vel ſuperiori præfulgeant dignitate: niſi intra octo dierum ſpatiũ poſt publicationẽ præſentiũ ab huiuſmodi impedimento ſeu turbatione ac impenſione cõſilij, auxilij, vel fauoris reſipuerint cum effectu, feudis, locatiõibus, officiis, & beneficiis quibuſcũq; ſpiritualibus & temporalibus etiã ſi dignitates vel prælaturæ quæuis, fuerint, quę ab eccleſiis ſeu in eccleſiis quibuſcũque obtinebunt ſeu obtinent, ex certa noſtra ſcientia & de ipſorũ fratrum cõſilio & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis priuatos eſſe decernimus ipſo facto. Et ſic libere ipſa feuda, locatiões, vel officia, aut beneficia ſpiritualia & temporalia, dignitates, & prælaturæ ad ipſas, ad quas ſpectant, reuertantur eccleſias, & deuoluãtur ad rectores, capitula ſeu collegia eorundẽ, quòd de illis pro ſua volũtate diſponant. Et ad dignitates & prælaturas per electionẽ aut aliũ modũ licitũ idoneas perſonas aſſumãt. Perſonaſq; eccleſiaſticas, quæ culpabiles fuerint in præmiſſis inhabilitamus ad quęcunq; eccleſiaſtica beneficia obtinẽda. Nulli ergo omnino hominũ, &c. Datum Auiñ. iiij. Non. Auguſti, Pontificatus noſtri anno I.

[a] ¶ *Litteris.*] intelligit de c. s. proxim. quod ꝓpter iſtam & ſequẽtem extrauagantes iam dudum impreſſas, curauimus imprimendum.

¶ Idem Bartholomæo electo Narboñ. diœce. Aguelmo de Blauia Engolimeñ. Eduen. Archid. & magiſtro Berengario de Lagiis Lemouiceñ. & Narboneñ. eccleſiarum canonico.

*¶ Executores quatuor dantur ad pœnas ſuperiores ſolemniter publicandas.*

CAP. VII.

ij NVper ex certis cauſis, quæ noſtrum & fratrũ noſtrorum animos ad id rationabiliter induxerunt, & cætera.

*Vt ſupra proxime vſque ad beneficia eccleſiaſtica obtinenda.* Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mãdamus, quatenus priuationẽ & inhabilitationẽ noſtrã huiuſmodi vos omnes ſeu tres, vel duo, ſiue vnus ex vobis, per vos vel aliũ ſeu alios in eccleſiis & ſolẽnibus locis & aliis, de quibus & quotiens expedire videritis, ſolemniter publicetis: ne quiſquã valeat circa id ignorantiam allegare. Datum Auiñ. ij. Idus Nouembr. Pontificatus noſtri anno octauo.

¶ Idem Arnoldo electo Lumbaneñ.

*¶ Diſpenſat cum quodam abbate, vt epiſcopus poßit eſſe, licet defectum patiatur in ordinibus & ætate. Ex hac & ſequenti cognoſcimus cauſas & formas diſpenſandi Quæcunque enim ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt. ad Roma. xv.*

CAP. VIII.

iij NVper ex certis rationabilibus & manifeſtis cauſis quæ ad hoc noſtrum animũ induxerunt, ciuitatem Lumbañ. olim villam de Lũbanis, tunc intra Tholoſanæ diœceſis limites conſtitutam, qui locus inſignis ac multiplici commoditate dotatus exiſtit, de fratrum noſtrorum conſilio & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, per litteras noſtras ſub certa forma in ciuitatẽ ereximus, ciuitatiſque vocabulo duximus decorandam: ſtatuentes ac etiam decernẽtes, vt eccleſia abbatiæ illius loci de Lumbañ. ordinis ſancti Auguſtini extunc haberetur & exiſteret cathedralis; ac deinde volẽtes eidem eccleſiæ de paſtore idoneo ſalubriter ꝓuidere in te abbatem eiuſdem eccleſiæ virũ vtique litteratum & litterarum ſcientia præditum, vitæ morum honeſtate decorum, diſcretionis & cõſilij maturitate conſpicuũ direxerimus oculos noſtræ mẽtis, teque (non obſtante defectu ætatis & ordinum quem pateris, cum tonſuratus modo in clericum & in xxvij. ætatis tuæ anno vel circa cõſtitutus eſſe dicaris, ſuper quo tecum gratioſe duximus diſpenſandum) de fratrum noſtrorũ conſilio ipſi eccleſiæ præfecimus in epiſcopum & paſtorẽ, curã & adminiſtrationẽ ipſius eccleſiæ tibi in ſpiritualibus & tẽporalibus committendo. Vnde licet nondũ ſit tibi munus cõſecrationis impẽſum, nec Apoſtolicas litteras promotionẽ tuã huiuſmodi cõtinẽtes (cũ illas nõ habeas) poſſis oſtẽdere: Nos tibi vt (cõſtitutiõe felicis recordationis Gregorij Papæ octaui p̃deceſſoris noſtri & qualibet alia ſuper hoc in contrariũ

Diſpenſatio nẽ facile obtinet, q multis qualitatibus pollet.

edita nequaquã obſtante) poſſis eiuſdem eccleſiæ Lumbañ. & quorumcunq; bonorũ ipſius adminiſtrationem accipere, ipſamque adminiſtrationem libere exercere, auctoritate præſentium indulgemus. Contradictis, &c. Datũ anno quarto vt ſupra.

¶ Idem venerabili fratri Bertrando epiſcopo montis Albani ad vniuerſalis eccleſiæ regimen exercendũ diuina diſpẽſatio vocato.

¶ *Hortatur quendam in multis commendatum, vt curam paſtoralem adminiſtret in eccleſia, quæ de nouo fuerat in cathedralem erecta. hic autem inuenies multa notatu digniſsima, quæ debent lectores ad deuotionem accendere.*

CAP. IX.

Eccleſiæ cuiuslibet ſtatus eſt per Papam attẽdendus.

AD cuiuslibet ſtatus eccleſiæ aciẽ ſollicitæ cõſiderationis extẽdimus, paſtorales partes officio vigilanti adhibentes, vt earum ſingulę paſtoribus gubernentur idoneis, & prouidis rectoribus diſponantur, Quorum diſpenſatione prouida & prouidentia circumſpecta (illius cooperante clementia, qui vere paſtor & rector agnoſcitur) ſpiritualiũ & temporaliũ proficiant incrementis. Nuper ſiquidem ex certis & rationabilibus cauſis, quæ ad hoc noſtrum animum induxerunt ciuitatem olim villã montis Albani tunc intra limites Caturceñ. diœceſis cõſtitutã, qui locus inſignis exiſtit, ac vbertate multiplici hominum & rerum exuberat, de fratrũ noſtrorum cõſilio & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis ciuitatis vocabulo duximus decorandam: ſtatuentes ac etiam decernentes, vt eccleſia monaſterij illi⁹ loci montis Albani monaſterij Caſa Dei ad Romañ. Eccle. nullo medio pertinentis ordinis ſancti Benedicti Claremoteñ. diœc. tunc immediate ſubiecta, extunc haberetur & exiſteret eccleſia catedralis, poſtmodũ vero de celebri ac ſalubri prouiſione ipſius eccleſiæ mõtis Albani, vt ſpõſi ſolatio lætaretur, ſollicite cogitantes, ac volentes illũ eidem præficere in paſtorem, de quo certam haberemus notitiam, quòd eum clara morum inſignia redimerent, nec eſſet dubia eius charitas circa plebem ſuo regimini committendam, & in cuius fiducia conſiſteret ſalubriter ſecuritas ſubditorum: Ad te tunc monaſterij prædicti abbatem, quem litterarum ſcientia præditum, vitæ & morum honeſtate decorum, diſcretionis & conſilij maturitate cõſpicuum, in temporalibus prouidum, in ſpiritualibus circũſpectum nobis & fratribus noſtris placida tua conuerſatio continuata diu apud ſedem Apoſtolicam approbauit, direximus oculos mentis noſtrę: quibus omnibus debita meditatione penſatis, de perſona tua nobis & eiſdem fratribus ob tuorũ exigentiam meritorum accepta, de ipſorum fratrum conſilio & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis eidẽ eccleſiæ montis Albani prouidimus, præficiẽtes eidem ſanctæ eccleſiæ teipſum in paſtorẽ, tibiq; curam & adminiſtrationem illius in ſpiritualibus & temporalibus committendo, ac tibi poſtmodũ faciendo per venerabilẽ fratrem noſtrũ Berengariũ epiſcopum Tuſculañ. munus conſecrationis impẽdi: Firma ſpe, fiduciaq; tenẽtes, quòd eadẽ eccleſia monaſterij Albani (Dominica aſſiſtẽte clementia) per tuæ circũſpectionis & induſtriæ ſtudiũ fructuoſum ſeruabitur à noxiis & aduerſis, & ſpiritualibus & temporalibus proficiet incrementis. Tolle igit̃ Dei iugum tam leue collis humilium, quàm ſuaue, ac dilectione paſcendum ſuſcipe gregem eius, ſup quẽ noctis vigilias dilectus ſolicituſque cuſtodi, vt liber non pateat aditus inuaſori, & Dominus in ſuſpiciabili hora venturus ſi te inuenerit ſic agẽtẽ,

Eccleſię ſpõſus prælatus dicitur eſſe.

Eccleſiæ viduatæ præficiendus, in multis debet eſſe commendatus.

Prælatus bonus multa bona facit eccleſiæ.

Iugũ Dei eſt leue & ſuaue.

curſu conſummato, qui tuo labori præponitur, & horum fide ſeruata, quæ tuæ ſollicitudini committuntur, te repertum fidelem in modico, ſupra multa conſtituat, ac in dilecta gaudiorum ſuorum tabernacula introducat. Datum, &c. anno quarto.

Fidelis in modico ſ. multa cõſtituetur.

¶ Idem Hugoni de Mirabello canonico Ebreduneñ. collectori fructuum primi anni, & cætera.

¶ *Declaratur an collector fructuum primi anni omnium beneficiorum eccleſiaſticorum vacantium & vacaturorum vſque ad certi temporis ſpatium deputatorũ pro cameræ Apoſtolicæ oneribus facilius ſupportandis, poſsit cũ obtinentibus beneficia conuenire, & an altaria dotata cadant ſub tali reſeruatione, &c.*

CAP. X.

POſtulaſti per Apoſtolicæ declarationis euidentiã edoceri, quid tibi ſuper dubiis infra ſcriptis circa commiſſam tuæ induſtriæ recollectionẽ fructuum prædictorum (aliàs præbendarum aut beneficiorum) imminentibus ſit agendum. Tuæ itaque conſultationi breuiter reſpõdentes, te ſcire volumus beneplaciti noſtri eſſe ſuper fructibus beneficiorum, quæ ita reperies in ſolutione decimæ iuxta verum taxata valorem, quòd illum nequaquam excedunt, cum obtinentibus huiuſmodi beneficia prout melius & vtilius diœceſanis locorum (in quibus huiuſmodi beneficia fuerint, quorum conſilia in hac parte requiras, & tibi videbitur, valeas conuenire. Nos enim ipſorum diœceſañ. & tuam conſcientiam ſuper his oneramus. ¶ Licet autem quotidianæ diſtributiones per nos fuerint à perceptione fructuum prædictorum excluſæ, hoc tamen volumus de diſtributionibus ipſis intelligi, quæ dantur eis qui horis interſunt: ſic quòd illæ quę ſoluuntur iis qui ſunt in ciuitate vel loco præſentes, quãuis horis non interſint eiſdem non ſint ab onere dictæ recollectionis immunes. ¶ Porro declarationem illam factam per nos in deputatione ſeu reſeruatione fructuum prædictorum, vt videlicet non extendatur ad vicarias ſeu capellanias vt plurimũ à decedentibus inſtitutas ad Miſſas pro ipſis decedentibus celebrandas, certis conſtitutis redditib⁹ presbytero inibi celebranti, locum habere volumus in altaribus dotatis certis feudis vſuaticis ſeu cenſibus, vt capellanus inibi celebrare debeat pro dantium animabus certis vicibus, ſingulis ſeptimanis, & in eccleſia cathedrali horis intereſſe diuinis, dummodo valor annuus ipſorum altarium ſummam xx. lib. Turoñ. non excedat. Alioquin includantur in deputatione ſeu reſeruatione prædictis. Vbi vero præbenda fuerit in decima pro tãto taxata, quòd parũ poſſet canonico ebdomadario (cui certum pro illa ſeruitium imminet in eccleſia faciendum) poſt perceptionem taxationis huiuſmodi remanere, volumus quòd de taxatione ipſa pro huiuſmodi ſeruitij onere portionem aliquam congruam prædicto ebdomadario dimittas, pro iam dicta camera noſtra reſiduum percepturus. Cæterum præbendas illorum, qui taxationẽ decimæ ſoluere recuſantes abeſſe velle ſe ſimulant, vt taxationem ipſam diminuere compellantur: ne per illorum abſentiã huius perceptione taxationis frauderis, quaſi nil de prębẽda percipere valeas, de qua non percipiunt aliquid, niſi ſaltem in loco vel in ciuitate præſentes; cum tamen eccleſiæ fabrica tales præbendas ex integro percipere dignoſcat̃, declaramus ſub deputatione ſeu reſeruatione cõprehendi præfata, vt videlicet eas iuxta deputationis noſtræ modum percipere valeas, canonicorum ipſorum

Conſcientia aliorum quãdoque Papa onerat.

Redditus pro Miſſis celebrandis à decedentib⁹ relicti non ſũt aliquatenus diminuendi.

Papa in perceptione fructuum eſt fabricæ pferẽdus.

C*Vm nonnullæ.*] a ¶ *Prædictos.*] aliàs, prædicta. b ¶ *Curtuum.* ] aliàs, cultuum.

Teſtari de bonis eccleſię an clerici poſſint. vide not. in c. pręſeci. de offic. ordi. lib. 6.

ipſorum abſentia nō obſtante. Ridiculum enim eſſet vt eadē fabrica potiori quàm nos priui legio in talibus vteretur. ¶ De illis denique qui licet per multos menſes tenuerint eccleſias vel præbēdas, nihil tamen ſe percepiſſe aſſerunt ex eiſdem, cum iuxta cōſuetudinē patriæ prædeceſſores eorū teſtati fuerūt de bonis illarū, pp quod ipſi obtinētes tales eccleſias tibi ſatisfacere nequeūt de fructib⁹ antedictis: nihilominus offerētes q̨ tādiu fructus eccleſiarū ipſarū percipias, donec tibi fuerit inde plenarie ſatisfactū: placet nobis & volumus, vt ſi eſt ita, oblationi hmōi cōdeſcēdas: per hoc tamē nō intendimus cōſuetudinē approbare prædictam. Datū Auinioñ. v. Idus Octobris. Pōtific. noſtri anno ſecūdo.

¶ Idem.

*¶ Cum Romanus Pontifex pro Eccleſiæ Romanæ neceſsitatibus fructus beneficiorum vacantium vſque ad certum tempus reſeruaſſet, circa illam reſeruationē plurimæ ambiguitates ortæ ſunt, quas hic ſoluit.*

CAP. XI.

j CVm nonnullæ eccleſiaſticę perſonæ in cathedralibus eccleſiis canonicatus, prębendas, dignitates, perſonatus, & officia, ac alia beneficia eccleſiaſtica obtinentes, reuocare conentur in dubiū an fructus, redditus, & prouentus primi anni beneficiorum eccleſiaſticorum etiam vacantium, & quæ in diuerſis orbis partibus vſque ad triennium vacare cōtingeret, quos pro Eccleſiæ Romanæ neceſſitatibus per noſtras ſub certa forma litteras duximus reſeruandos, iuxta tenorem litterarū ipſarū cameræ noſtræ ſoluere teneātur: præſertim cum archiepiſcopales & epiſcopales eccleſiæ ac regulares abbatiæ ab huiuſmodi ſolutione fructuum (vt dicunt) in dictis litteris eximātur. ¶ Nos dubitationē huiuſmodi amputare volētes, auctoritate Apoſtolica declaramus, quòd cū ſub appellatione archiepiſcopalis vel epiſcopalis eccleſiæ aut regularis abbatię, huiuſmodi præbendæ, dignitates, perſonatus & officia nequaquam intelligantur, nec etiā includantur, prædictos [a] necnon & prębendarum & officiorum monachorum, monaſteriorum regulariū, ac redditus abbatiarum ſeu abbatum earundem: quæ in beneficiis eccleſiaſticis aſſignantur, diſtinctos fructus redditus & prouentus includi in deputatione prædicta, & dictæ cameræ iuxta prædictarum litterarū tenorem debere perſolui: ac id idem ſuper ſolutione omnium fructuum, reddituum, & prouentuum cemmendatariarum, curtuum [b], ſeu grangiarum, monaſteriorum, domorum, & locorum conuentualium, quæ pro beneficiis eccleſiaſticis (vt prædicitur) concedūtur (niſi dumtaxat in fructibus illorū, quæ ſunt forſan excepta) declaramus & præcipimus obſeruari. ¶ Præterea cum in aliquibus eccleſiis tam cathedralibus quàm aliis, panis & potus pro quotidianis diſtributionibus ipſarum eccleſiarum canonicis & perſonis de præbendarū ipſarum corporibus pro die quolibet deputetur, & etiam interdum certa quantitas bladi, & quandoque certa pecuniæ ſumma, & aliquando alterum pro altero pro ſingulis mēſibus vel hebdomadis etiam canonicis ſtudiorum cauſa, aut aliàs pro eorum negotiis de licentia capitulorum eccleſiarum ipſarum ab eccleſiis eiſdem abſentibus exhibeantur, & etiam perſoluantur: declaramus auctoritate prædicta, illam bladi quātitatem & pecuniæ ſummam, quæ pro quolibet menſe vel hebdomada dictis canonicis (vt prædicitur) miniſtrātur, non debere pro quotidianis diſtributionibus computari, ſed illa tantum quæ præfatis canonicis quotidie pro diurnis & nocturnis horis diſtribuūtur ſine fraude. ¶ Adiicimus inſuper declarationi prędictæ, quòd ſi obtinenti curatū beneficiū, aliud ſibi conſimile collatum fuerit, vel etiam in poſterum conferatur, poſt ſecundi pacificam poſſeſsionē adeptam & fructuum perceptionē ipſius, nihil de fructibus eiuſdē primi beneficij (niſi forſan ſuper hoc diſpenſatione canonica ſit munitus) percipere poſſit: ſed pro dicta camera noſtra iuxta formā dictarū litterarum recipiantur, & etiam exigantur. Vbi vero fructuū, reddituum & prouentuū beneficiorū eccleſiaſticorū nō reperiretur certa taxatio, declaramus auctoritate prędicta, quòd fructus, redditus, & prouētus beneficiorum huiuſmodi cum vacare contigerit, per medium diuidātur, quorum medietas recipiatur pro camera prædicta, reliquam vero medietatē ille pro ſua ſuſtentatione percipiat, qui beneficiū huiuſmodi dignoſcitur obtinere. ¶ Grāgias autem & alia loca Ciſtercieñ. ordinis & aliorū locorum regulariū, in quib⁹ gubernatores ſeu cuſtodes vel adminiſtratores ponūtur ad tp̄s, & remouētur ad volūtatē ſuperiorū ſuorū, eorumq; fructus redditus, & prouētus auctoritate declaramus eadē in deputatione p̄dicta ac litteris noſtris ſuper illa cōfectis aliquatenus non includi. Nulli ergo oīo, &c. Datū Auiñ. Nonis Ianuar. Pōt. noſtri anno iiij.

Fructus beneficiorū à Papa quandoque pro Eccleſiæ romanæ neceſſitatibus reſeruantur.

Dubitationes ſunt amputandæ.

Diſtributiones quotidianę, quādoq; conſiſtūt in potu & pane, quandoq; in aliis rebus.

Horarū, quędam ſūt diurnæ, quędam nocturnæ.

Adminiſtratores ad voluntatem ſuperiorū qñque ſunt remouibiles.

¶ Idem.

*Fructus amborum beneficiorum, quibus quandoque beneficiatus priuatur, cameræ Apoſtolicæ deputantur.*

CAP. XII.

ij CVm nonnullæ eccleſiaſticæ perſonæ reuocare conētur in dubiū, an ſi obtinenti dignitatem vel aliud beneficium eccleſiaſticum, cui cura imminet animarum, aliud beneficium conferatur, eo caſu quo ambo beneficia ipſa ſucceſsiue vacare contingit, eorundem amborum fructus primo anno quo vacant ratione deputationis fructuum, reddituum, & prouentuum eccleſiaſticorum tunc vacantium, & quæ vſque ad certum tempus vacare contingeret, quos pro Eccleſiæ Romanæ neceſſitatibus releuādis per noſtras litteras duximus deputandos, noſtræ cameræ debeantur: Nos ambiguitatē huiuſmodi remouere volentes, auctoritate Apoſtolica declaramus, amborum eorundem beneficiorum fructus, redditus, & prouentus (cum vtrumque ipſorum vacet) pro eadem camera debere percipi & haberi. Nulli ergo, &c.

¶ Benedictus xij.

*¶ Diſpoſitioni Apoſtolicæ reſeruantur beneficia curialium, & aliorum ad curiam accedentium, vel ab ea recedentium ſi moriantur in locis vltra duas dietas legales ab ipſa curia non diſtantibus.*

CAP. XIII.

AD regimen Eccleſiæ generalis quāquam immeriti ſuperna diſpoſitione vocati, gerimus in noſtris deſideriis vt debemus, quòd per noſtræ diligentiæ ſtudiū ad quarumlibet eccleſiarū & monaſteriorum regimina & alia bñficia eceleſiaſtica iuxta diuinum beneplacitum, & noſtræ intētionis affectum, viri aſſumantur idonei, qui præſint & proſint committendis eis eccleſiis, monaſteriis, & beneficiis prælibatis. ¶ Præmiſſorum itaque con-

Beneficiis vacantibus ſunt aſſumēdi viri qui illis præſint & proſint.

a ¶ *Omnes patriarchales.*] accipe infra, in fine reſeruamus ordinationi, & cætera.

ſideratione inducti, & ſuadentibus nobis aliis rationabilibus cauſis nonnullorum prædeceſſorum noſtrorum Romanorũ Pontificum veſtigiis inhærentes, omnes patriarchales [a], archiepiſcopales, & epiſcopales eccleſias, & etiam monaſteria, Prioratus dignitates, perſonatũs & officia, necnon canonicatus, & præbẽdas, & eccleſias, cęteraque beneficia eccleſiaſtica cum cura vel ſine cura, ſecularia & regularia quæcunque & qualiacumque fuerint, etiã ſi ad illa perſonæ conſueuerint ſeu debuerint per electionẽ ſeu quẽuis alium modum aſſumi, nunc apud ſedem Apoſtolicam quocumque modo vacantia, & in poſterũ vacatura, necnõ ꝑ depoſitionẽ vel priuationẽ ſeu trãslationẽ aut muneris cõſecrationĩs ſuſpẽſionẽ, ꝑ felicis recordationis Ioãnẽ Papã xxij. p̃deceſſorẽ noſtrũ ſeu eius auctoritate factas, & ꝑ nos ſeu auctoritate noſtra in antea faciẽdas vbilibet: Necnõ ſi forſan tẽpore iã dicti p̃deceſſoris aliqui in cõcordia vel diſcordia electi vel poſtulati fuerint, quorũ electio caſſata ſeu poſtulatio repulſa, vel per eos facta renũtiatio, & admiſſa per ipſum p̃deceſſorẽ vel auctoritate ipſius extiterint, ſeu quorũ electorũ vel poſtulatorũ, & in antea eligẽdorũ ſeu poſtulãdorũ ac renũtiãtiũ electionẽ caſſari, vel poſtulationẽ repelli, aut renũtiationẽ admitti per nos vel auctoritate noſtra cõtingeret apud ſedẽ prædictã vel alibi vbicũque: Ac etiã per obitũ Cardinaliũ eiuſdẽ Eccleſiæ Romanæ ac officialiũ dictæ ſedis videlicet camerarij, vicecãcellarij, notariorũ, auditorũ litterarũ cõtradictarũ, & Apoſtolici Palatij cauſarũ auditorũ, correctorũ, & ſcriptorũ litterarũ Apoſtolicarũ ac pœnitentiarij p̃fatæ ſedis ac abbreuiatorũ, necnõ cõmẽſaliũ, & aliorũ quorũlibet capellanorũ ſedis eiuſdẽ, & etiã quorũcũque legatorũ ſiue nuntiorũ, ac in terris Eccleſiæ Romanæ rectorũ & theſaurariorũ, per dictũ Ioãnẽ p̃deceſſorẽ vel nos ſpecialiter deputatorũ, ſeu miſſorũ hactenus vel à nobis deputãdorũ aut mittẽdorũ in poſterũ nũc vacãtia & in antea vacatura vbicũque dictos legatos vel nũtios ſeu rectores aut theſaurarios, antequam ad Romanã curiã redierint ſeu venerint, reb⁹ eximi cõtigerit ab humanis: Necnon quorũlibet pro quo quibuſcũque negotiis ad Romanã curiã veniẽtiũ, ſeu etiã recedẽtiũ ab eadẽ ſi in locis à dicta curia vltra duas dietas legales nõ diſtãtibus iã forſan obierint, vel eos in antea trãſire cõtigerit de hac luce: Ac etiã ſimili modo quorũcũque curialiũ peregrinationis, infirmitatis, aut recreationis, ſeu alia quacũq; cauſa ad quæuis loca ſecedentiũ: ſi eos antequã ad dictam curiã redierint in locis vltra duas dietas ab eadẽ curia (vt præmittitur) nõ remotis: dũmodo eorũ propriũ domiciliũ nõ exiſtat ibidẽ, iã forſitan deceſſerint, vel in poſterum eos cõtigerit de medio ſubmoueri: nũc per obitũ huiuſmodi vacãtia, & in poſterũ vacatura: Rurſus monaſteria, Prioratus, decanatus, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, officia, canonicatus, præbẽdas, & eccleſias, cæteraq; bñficia eccleſiaſtica, ſecularia & regularia, cũ cura vel ſine cura, quæcũque & qualiacũq; fuerint, etiã ſi ad illa perſonæ cõſueuerint & debuerint per electionẽ aut quẽuis aliũ modũ aſſumi, quæ promoti per dictum prædeceſſorẽ vel eius auctoritate ad patriarchalium, archiepiſcopalium, & epiſcopalium eccleſiarum, necnon monaſteriorum regimina obtinebant tempore promotionum de ipſis factarum nunc vacantia: Et qui per nos ſeu auctoritate noſtra in poſterum ad eadem regimina promouendi tempore promotionis huiuſmodi obtinebunt: Necnon etiam quæ per aſſecutionem pacificam quorumcumque Prioratuum dignitatum, perſonatuum, officiorum, cãnonicatuum, & præbendarũ eccleſiarum, & beneficiorũ aliorum per nos vel eũdem Ioannẽ prædeceſſorẽ, ſeu auctoritate litterarum noſtrarũ, vel ipſius Ioannis prædeceſſoris collatorum, & cõferendorum in poſterum nunc vacantia & in antea vacatura (plena ſuper præmiſſis omnibus & ſingulis cũ fratrib⁹ noſtris collatione præhabita, & matura deliberatione ſecuta) ordinationi, diſpoſitioni, & prouiſioni noſtræ (donec miſerationis diuinæ clementia nos vniuerſalis Eccleſiæ regimini pręſidere cõceſſerit) de ipſorum fratrũ conſilio, auctoritate Apoſtolica reſeruamus: decernentes extũc irritum & inane ſi ſecus ſuper præmiſsis & quolibet eorum per quoſcumque quauis, auctoritate ſcienter vel ignorãter contigerit attentari. Non obſtãtibus quibuſcunq; cõſtitutionib⁹ à prædeceſſoribus noſtris Romanis Põtificibus editis, quatenus obſiſtere poſſent ſuꝑ enarratis articulis vel alicui ſiue aliquibus eorũdẽ. Nulli ergo oĩo hominũ liceat hãc paginã noſtrę reſeruationis & cõſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis aũt hoc attentare pręſumpſerit, indignationem omnipotẽtis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Auinione tertio Idus Ianuarij, Pontificatus noſtri anno primo M.cccxxxv.

*Electio caſſatur, & poſtulatio repellitur.*

*Officiarij Papæ diuerſi ſunt.*

¶ Paulus Venetus Papa ſecundus.

*¶ Beneficia quæcumque ſint diſpoſitioni Apoſtolicæ reſeruatà, per talem reſeruationem ſunt affecta, ita quòd illorum collatio non tenet, ſi per alium à Romano Pontifice fuerit facta.*

CAP. XIIII.

*Lites ex iurium dubiis ſæpe oriuntur.*

AD Romani Pontificis prouidentiam & circũſpectionem prouidam ſpectare dignoſcitur, dubia iuris (ex quibus lites graues oriũtur indies) ſuæ declarationis oraculo terminare, prout negotiorum qualitate & temporum conditione inſpectis, cõſpexerit in Domino ſalubriter expedire. Cũ itaque nonnulli Romani Põtifices p̃deceſſores noſtri per diuerſas eorum cõſtitutiones, quas ſuo tpe dũtaxat durare voluerũt, quæcũque beneficia eccleſiaſtica, quæ ſui & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ viuentiũ, & tunc exiſtentiũ Cardinalium familiares cõtinui cõmenſales obtinebãt, & in poſterum obtinerẽt, eorum familiaritate durãte, etiã ſi ab ipſa familiaritate ꝑ obitũ Cardinaliũ eorundẽ vel aliàs receſsiſſent, necnõ illa quæ etiã fructuũ & prouẽtuũ camerę Apoſtolicæ debitorũ collectores, & qui ipſorũ prædeceſſorũ tẽporibus ſua officia exercerẽt, vniti ſuccollectores durãtibus eorum officiis obtinebant, ac in quibuſcunque locis vacauerint, cum irritantis appoſitione decreti, & deinde prædeceſſoribus ipſis ſublatis de medio, ac eorũ beneficiorũ occurrentibus vacationibus, inter vtriuſq; iuris interpretes, etiã officiales Romanæ curiæ ſępenumero hæſitatũ extiterit, an beneficia huiuſmodi propter reſeruationẽ & decretũ p̃dicta, reſeruata, vel affecta remanſerint: ita quòd nullus præter Romanũ Põtificẽ de illis diſponere potuerit ſiue poſsit re-

ſeruatione

ſeruatione & decreto obſiſtentibus ſupradictis. Ac cum propter ambiguitatē hmōi varias quoque iuriſperitorū opiniones & diſcrepatiōes ipſas aduerterem⁹: plerūque pro reſeruatione & affectione p̄-miſſis, interdū vero ecōtra pronūtiatū & diffinitū fore.

Prælatus vigilem paſtorem imitari debet.

¶Nos qui vigilis more paſtoris ſuper his maturo prouidendū eſſe cōſilio nō indigne cēſuimus, Et propterea in ſingulis cauſis ſuper quibuſuis beneficiis eccleſiaſticis eādē ambiguitatē quomodo libet cōcernētibus, vſq; ad noſtrum beneplacitum ſuperſedere mādauimus: cupiētes (quemadmodū noſtro incūbit officio) dubiis hmōi finē imponere:

Lites debēt eſſe breues.

ſubditorum obuiare diſpendiis, & (ne lites fiāt penitus immortales) de opportuno remedio prouidere: Felicis recordationis vrbani v. Gregorij ix. Bonifacij viij. Romanorum Pontificum etiā pręděceſſorū noſtrorū, qui ad ſubmouēda altercationū fomēta, & ambiguitates hmōi lucidādas, declarationes ſimiles per ſuas litteras ediderūt, veſtigiis inhærendo, ac ꝓuide cōſiderātes effectū: per reſeruationē manuſque appoſitionē eorundē pręděceſſorum in dictis beneficiis ineſſe productū per obitū ipſorū nequaquā cēſeri debere reuocatū.

Romani Pontificis man⁹ eſt magnæ virtutis.

Romani quoq; Pōtificis manus appoſitionē prædictā tātæ efficaciæ tantæque virtutis exiſtere, vt etſi litteræ Apoſtolicæ ſuper prouiſionibus beneficiorū, aut de prouidēdo mādatis, in quibus decretum & reſeruatio huiuſmodi apponūtur, ex aliqua cauſa ſuū debitū nō ſortiātur effectū: facultatē tamē prouidēdi de beneficiis taliter reſeruatis quibuſcūq; aliis fuiſſe adēptā huius perpetuæ & irrefragābilis cōſtitutionis edicto de venerabilium fratrū noſtrorū ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinaliū cōſilio oīa & ſingula bnficia eccleſiaſtica ſecularia & cuiuſuis ordinis regularia, etiā ſi præpoſitatus, canonicatus, præpoſituræ, & p̄bēdæ, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia fuerint: etiā ſi ad illa cōſueuerint, qui illis præficiūtur per electionē aſſumi, eiſq; cura immineat animarū (vt præmittitur) reſeruata, & per Romanos Pōtifices ſucceſſores noſtros canonice intrātes in poſterū reſeruāda, ac etiā quouis modo vacātia & in antea vacatura: per huiuſmodi reſeruationē & decretum remanſiſſe, & remanere ſemper affecta, nullūq; de illis (cū primū vacare cōtigerit) p̄ter eundē Romanū Pōtificē ea vice quouis modo diſponere potuiſſe ſiue poſſe, harum ſerie decernimus & pariter declaramus.

Beneficia ꝑ quid dicūtur affecta.

Quòd tam in pēdētibus etiā per appellationē, quàm in futurū ſuper eiſdē beneficiis vt præmittitur reſeruatis, cōmittēdis cauſis, ꝑ dilectos filios magiſtros capellanos noſtros cauſarū Palatij Apoſtolici auditores, atque alios quoſcumque delegatos & iudices vbi libet inuiolabiliter obſeruari: & ſecundum p̄miſſa, nec aliter ſententiari & diffiniri volumus atq; mādamus eis & eorum cuilibet, quauis alia ſuper præmiſsis interpretandi facultate ſublata: Decernētes exnunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquā quauis auctoritate ſcienter vel ignorāter cōtigerit attētari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginā noſtræ conſtitutionis, declarationis, voluntatis, mandati, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotētis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Marcū, anno incarnationis Dominicæ M. cccclxvij. Calen. Septēbris, Pontificatus noſtri anno tertio.

## Ne ſede vacante aliquid innouetur.

¶Ioannes vigeſimus ſecundus epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

¶ *Papa volens prouidere diuino cultui & miniſtris eiuſdem, & occurrere diſpendiis, quæ ipſis quotidie imminēt propter occupationes vacantium eccleſiarū primi anni, quæ competunt ex diuerſis titulis aliquibus eccleſiis ſeu perſonis: ſtatuit, quòd quādo talis occupatio imminebit in beneficiis, quæ conſueuerunt in decimæ ſolutione taxari, collectores ipſorū annalium ſint contenti ipſa ſumma, pro qua conſueuit dari decima, ſi ipſam eligēdam duxerint totali reſiduo penes eum cui collatum eſt beneficium remanente: vel dimiſſa eidem ſumma prædicta, poſſint dictum reſiduum ſibi aſſumere, dum tamen alterum intra decem dies dicti eligant collectores: aliàs poſt decem dies ipſorum optio in beneficiatum tranſeat ipſo iure. In non taxatis autem fructus decimabiles illius anni diuidantur per medium, & vtrique eorum medietas tribuatur: ita quòd ſi alter dimidia noluerit contentari, ipſa in volentem tranſeat ipſo iure. Et ſi quicquam aliquis contra dictam ordinationem receperit, pœnas hic contentas incurrat.*

CAP. VNICVM.

SVſcepti [a] regiminis nos cura ſollicitat, vt quæ in Eccleſiis non abſque diſpendio [b] miniſtrorū [c], & cultus [d] detrimēto diuini ſeruari videam⁹ ꝑ appoſitionē cōgrui moderaminis in melius reformemus.

S*Vſcepti* 1.] Hæc decret. poteſt intitulari ſub titulo, de reſcript. vel ſub tit. de elect. vel, ne ſede vac. vel ſub illo, vt eccl. bene. vel ſub illo, de ver. ſig. Et diuidit in quinq; partes. Primo ponit cōcedēdæ cōſtitutionis duplex occaſio. Secundo facti, de quo agitur, ſummaria recitatio. Tertio ſuper *taxatis* cōſtituitur. Quarto de nō taxatis annectit. Quinto nō ſeruantibus diuerſa pœna apponitur. Secunda, *Cum itaque*. Tertia, *Nos de illo*. Quarta, *In illis*. Quinta, *Et ſi quicquam*. Et ſi hæc facta eſt ad declarationē illorū iuriū s̃. vt eccl. bene. c. vnico. in fi. ne ſe. va. c. 1. per Inno. de ver. ſign. tua. de priuileg. ſi Papa. & de præben. ſi tibi conceſſo. lib. 6. Gul. de monte Lauduno.

Hęc extrauagans reperit inter xx. Io. xxij. ſub tit. de elec. cum gloſ dñi Zēzelini: hic vero ponitur cum gloſ. Guilielmi d̄ monte Lau.

a ¶ *Suſcepti*.] ſimile s̃. de præbend. ſuſcepti. lib. 6.

b ¶ *Diſpendio*.] de his de reſcrip. diſpendia. in princ. lib. 6.

c ¶ *Miniſtrorum*.] generi enim talium intendit hic Papa prouidere, nō autem perſonis ſingularibus, & ſic erit perpetuū & fauorabile. arg. 12. q. 2. liberti. maxime cum fiat in fauorem diuini cultus, vt patet j̃. aliàs enim mere perſonalia perſonas nō transgrediuntur, immo cum eis pereunt, & maxime debēt vt odioſa reſtringi. inſt. de iure natu. §. ſed & quod principi. s̃. de reſcr. quia per ambitioſam. lib. 6. Notanter etiā dicit, miniſtrorū, ſub nomine officij, non proprio: quaſi dicat hic Papa, prouidere intēdimus arti & virtuoſæ induſtriæ hominū, non naturæ: ſicut econtrario vitium hominis debet haberi odio, non natura. 82. diſt. odio. & 86. diſt. donare.

Vitium odio ꝓſequamur non naturā.

Notabis etiam hic, ꝙ Papa nedū diuino cultui, de quo j̃. immo etiam diſpendio miniſtrorum prouidere intendit, etiam principalius & fortius: quod patet in hoc, quod in ſcripturæ ordine hic præmittit. arg. iurium. s̃. de elect. ſi quis iuſto. & de præb. mandato. lib. 6. Ex quo ſequitur, ꝙ nedum reſidentes vere, ſicut ſunt illi, qui interſunt horis diuinis: immo etiam præſumptiue & iuris fictione, ſicut exiſtentes in Papæ vel Cardinalium ſeruitio, vel ſtudio theologiæ, vel ſimiles gaudeant huiuſmodi beneficio decre. de quo dicit infra. Guli. de monte Laudu.

d ¶ *Et cultus*.] multa ſunt ſpecialia in fauorem diuini cultus ſtatuta s̃. de conſti. ex parte. de reſcrip. quia per ambitioſam. lib. 6. de cele. Miſ. graui. concil. Vienneñ. vnde cum cultus diuinus ſit iuris publici. 1. diſt. ius publicum, pacto priuatorum tolli, ſeu ipſi renuntiari non poteſt. ff. de pac. l. ius publicum. s̃. de foro compe. ſi diligenti. maxime cum videatur inhærere præceptis primæ tabulæ. 32. q. 7. quid in omnibus. ex quo videtur, ꝙ etiam Papa non poſsit ſuper hoc ſine magna cauſa diſpenſare: cum ſola infirmitas ab hoc excuſat, ne vicarius tollat penſum à domino ſibi ſpecialiter ſuper quemlibet viuentem de eius patrimonio reſeruatum. s̃. de cele. Miſ. cap. 1. nec etiam ſuper ſubtractos: niſi illud reſtituat, vt ſic non remittatur peccatum: ſi cum poteſt (maxime Deo) non

Cultui diuino renūtiari non poteſt.

D...) non reſtituatur ablatum: cum etiam idem eſſet de penſione alicui domino priuato ſubtracta. arg. ſ. de vſur. cum tu. 16. q. 1. reuertimini. cum ſimi. Sed nunquid poterit huic beneficio renuntiari? Credo ꝙ ſic, inquantum tangit ius cuiuſuis priuati; ſed inquantum Eccleſiæ, non, argu. ſ. de arbi. cum tempore.

Cum itaque [a] in nonnullis Eccleſiis [b] obſeruetur [c], & à longis [d] retroactis temporibus fuerit obſeruatum, quod fructus † primi vel ſecundi, aut alterius [e] cuiuſque ſequentis anni beneficiorum vacantium [f] in eiſdem, defuncto vel fabricæ, aut eccleſiis vel perſonis habentibus annalia de con

† Vide extrauagante Pij V. Pontificis maximi incip. Durũ nimis.

a ¶ *Cum itaque.* ] Secũda pars.

b ¶ *Eccleſiis.* ] de quibus ſi in priuilegio vel ſtatuto expreſſe actum eſt, expreſſioni ſtabit. ſ. de priuil. accepimus. 9. q. 3. conqueſtus, ſaluo hoc quod legitur contra conſuetudinem vel ſtatuta inferiorum. ſ. de elect. ſæpe. & de offic. ord. præſenti. lib. 6. aliàs vſus obtinuit, ꝙ monaſteria ſeu loca collegiata nõ comprehendantur: multominus ipſæ Eccleſiæ cathedrales. arg. ſ. de præb. c. fi. de conceſ. præben. dilectus. Si quæras quam Eccleſiam dices collegiatã vel conuentualem quantum ad hæc? Credo ꝙ illa dumtaxat, in qua ſunt duo vel plures tanquã facientes vnũ corpus, conſueuerit conuentus, capitulũ vel collegiũ vocari: & ſic nihil faciet ibi pluralitas pſonarũ vel paucitas: dũ tamẽ ſint duo vel tres: ſed ipſa realitas, ſcilicet ꝙ ibi conuerſentur, vt vnum corpus facientes inſimul. Item credulitas gentiũ & opinio, ſcilicet ꝙ cõiter à gentibus conſueuerunt ſic appellari & haberi vt tales. hoc dico per iura. ſ. de elec. nullus, de exceſ. prælator. dilecta. de proba. per tuas. qui fi. ſint legi. tranſmiſſæ, 3. q. 7. §. tria, de præb. de multa. per Inno. Quid ergo erit de Prioratibus monaſteriorum Olumaſ. Caſæ Dei Grandimonteñ. maioris monaſterij Præmonſtrateñ. vel ſimilibus, in quorum aliquibus quandoq; conſueuerunt eſſe quattuor monachi, quandoque octo aſſociantes Priores ibidem, nunquid collectores percipient taliũ annalia cum vacabunt? Credo ꝙ non debeant collectores ab iſtis tamquam à collegiatis excludi: cum tales potius ſint tamquam per modum aſſociationis, quàm collegij ſeu conuentus. per cap. dilecta. de hoc plene notaui ſ. de reſcript. & ſi principalis. & de ſtatu reg. ne in agro. Sed quid de celeraria Eccleſiæ ſancti Stephani Tholoſæ: in qua de anno in annum mutantur celerarij: vel de archipresbyteratibus diœceſis Bituriceñ. qui ad mutationem archiepiſcopi vel capituli in regimine cathedralis Eccleſiæ renouantur: nunquid à talibus percipient? Credo ꝙ non, cum non dicantur vacare proprie: nec inſtitutio beneficiorum eſt apud celerarios ſeu archipresbyteros temporales: ſed apud illos potius, quorum iſti vices gerunt: ſicut dicitur de vicariis temporalibus in fine extrauagantis, Execrabilis, & dixi ſ. de offi. vica. quæ de Eccleſiis, concil. Vienneñ. facit ſ. de conſue. cap. 1. lib. 6. in verb. perpetua. Et idem dico pari ratione de grangiis monachorum alborum, vel monialium fontis Ebrandi ſanctæ Claræ, vel de Prolhano ſeu ſimilium, & de aliis poſſeſſionibus traditis ſub annua penſione fratribus de ordine, vel aliis ad vitam vel aliud tempus modicum, quæ per eorum ceſſum vel deceſſum non dicerentur vacare, vt ſ. de præben. quamuis. in princ. lib. 6. 16. q. 1. poſſeſſiones. facit quod legitur & not. ſ. de præſcrip. ſi diligenti.

Eccleſia quãdo dicitur collegiata

Archipreſbyteri Bituriceñ. mutantur mutato prælato.

c ¶ *Obſeruetur.* ] ſub prætextu priuilegij vel ſtatuti. de quibus j. Guliel. de monte Lauduno.

d ¶ *Et à longis.* ] & hic vbi conſuetudo allegatur. Et ſic nota ſufficere conſuetudinem longi temporis. de quo dicetur plenius infra.

e ¶ *Primi, vel ſecundi, aut alterius.* ] vel tertij, vel quarti, ſeu deinceps: ſicut dicit lex de replicationibus. inſti. de excep. quod in infinitum eſt ire hodie in aliquibus locis, quæ infinita, tamquã diſpendioſa nouis beneficiatis, in illis partibus merito eſt reprobanda. arg. ſ. de reſcrip. cum in multis. lib. 6. Hic quæro primo, ſi contingat in primo anno bis vacare beneficium: an ille cui primi anni fructus competunt, habebit eos per duos annos? Dicunt quidam quòd habebit à tempore primæ vacationis vſque ad ſecundam, & à ſecunda per totum annum completum. per l. ff. ad ſenatuſconſul. Turp. l. in ſenatuſconſultum. §. quamquam. Secundo quæro, an poſito ꝙ de conſuetudine mortuus primo anno, fabrica ſecundo inibi colligeret: ſi Papa pro ſe vel pro paſſagio hoc ſimpliciter leuandum iuſſerit, vel iuſſum per alios ex certa ſcientia confirmauerit: quo ordine iſti leuabunt? Si eſſet hoc verbum, anteferri, non eſſet dubium: immo etiam dato ꝙ non ſit, adhuc videtur ꝙ Apoſtolicus debeat præcedere, & in primo anno leuare: licet vltimus ſit in conceſſione, ex quo concurrit cum aliis: iuxta ea quæ leguntur ſupra de præben. hi qui. lib. 6. maxime ſi adiecerit Papa in ſuo priuilegio, illis non obſtantibus: de quibus legitur ſ. de reſcrip. aliàs de priuile. ſi Papa. lib. 6. vbi dictum eſt ſatis de hoc, in fine.

Infinitas reprobatur.

f ¶ *Vacantium.* ] à tempore ſcilicet introductionis, conſuetudinis, priuilegij, vel ſtatuti, & ſic alia beneficia quæ ante iſtam introductionem vacare inceperant, licet iſtis ſuperuenientibus adhuc erant libera & vacantia: non cadunt ſub aliquo iſtorum, cum conſtitutio iuris publici vel priuati non extendet ſe ad præterita vel pendentia, niſi de his expreſſe caueatur in ipſa. in authen. vt cum. de appellat. cog. in prin. ſ. de iud. diſpendioſam. in fi. concil. Vienneñ. Quod credo verum, ſi ſit ibi adiectio aliqua certi temporis, vt quia dicitur, fructus vacãtium per tres annos: quia tunc curſus illius termini incipiet ſtatim poſt editam publicatam, vel editam ſi ſit decretum. in authenti. vt fa. no. conſtit. in princip. ſ. de elect. ſi eo tempore. lib. 6. arg. ſ. de verbo. ſigni. abbate. de elect. quiſquis. vel etiam ſi verbum futuri temporis ſit ibi inſertum: puta, vacatura, vel vacabunt, vt ſ. de reſcrip. aliàs de priuil. ſi Papa. lib. 6. Secus ſi dixit ſimpliciter fructus vacantium, vt hic videretur, quia tunc intelligi debet etiam de iis, quæ inueniuntur tempore conceſſionis libere vacare aliàs quàm per adeptionem pacificam ſecundi: quia tunc etiam fructus primi non habebit, vt ſ. de præben. ſi tibi conceſſo. lib. 6. & pari ratione idem de permutatis videtur, vt j. dicetur, & dixi ſ. de præben. ſi plures. concilium Vienneñ. Et credo quòd pacifica adeptio ſecundi ſufficit ad hoc, quòd primum quod incompaſſibile eſt, ipſo iure vacet: ad lucrandos in hoc caſu fructus in quocumque beneficio minori epiſcopatu, ſiue ſit ſolemnis abbatia, ſeu quod vis aliud: dum tamen aliàs ſub tali forma caderet: per iura ſ. de præben. de multa. de elect. commiſſa. lib. 6. 21. q. 2. ſi quis. excepto epiſcopatu propter quem quis non amittit priora beneficia ſtatim adepta poſſeſſione, niſi poſt tempora de conſecrandis epiſcopis: quod eſt ſpeciale in ipſis, vt ſ. de elect. cum in cunctis. §. cum vero. in princip. Sed quæ beneficia dicentur vacantia in hoc caſu. Dic vacans proprie dicitur, quod à nemine eſt occupatum ſeu poſſeſſum, & ideo hæreditas iacens vacare dicitur: nec in eam furtum committi poteſt, ex quo adita non eſt. ff. de effrac. & expil. l. 2. ff. de furtis. l. hæreditariæ. Et poteſt dici vacans de iure & de facto. Item de iure tantum, non autem de facto, vt ſ. de reſt. ſpo. c. 2. Item de facto tantum, non autem de iure. ſ. de conceſ. præb. cum noſtris. Sed in primo caſu hoc cõtingit multipliciter, morte, renuntiatione, depoſitione, permutatione. Mors enim naturalis omnia ſoluit, in tantũ ꝙ etiã ſi inſtanti miraculoſe reſuſcitetur ſicut Lazarus, nõ recuperaret beneficiũ: immo ipſum collectores leuarent. arg. eorũ quæ leguntur & notantur 33. q. 7. licite. nec in beneficialibus aliquid de iure mortui ad ſucceſſorẽ tranſmittitur, ſeu ius vnius continuatur in alium: niſi ſola lis incepta prius cum mortuo: & hoc fit de quadã æquitate, nõ de rigore: cũ ius beneficiale adeo perſonale ſit, ꝙ perſonã non tranſgreditur: immo in ſucceſſore per omnia ius nouũ creatur: licet ſecus ſit in ſucceſſionibus hæreditariis, in quibus ſucceſſor ſecũdus in iure primi ſuccedit continuando ius primi ad ſecundum ſine innouatione iuris: vt hæc probantur ſ. de præb. c. 1. 7. q. 1. Moyſes. ſ. vt lite pendente, ſi hi cõtra quos. in fi. ff. de iud. tam ex contractibus. & idẽ in iure proprietario reali, ſeu perſonali, quãuis eccleſiaſtico. ſ. de offic. deleg. quoniã. vt lite pendẽ. eccleſia. maxime vniuerſali. ſ. de teſti. ſignificauerunt. in prin. cũ ibi notatis. de hoc dicetur in Extrauag. Execrabilis. In aliis autẽ modis ſicut in ceſſione & ſimilibus licet perdatur ius, dũ tamẽ aliàs legitime fiat, non tamen ipſa poſſeſſio, niſi hoc per ſententiã iudicis declaretur, vel niſi euidenter appareat poſſidentem habuiſſe pro derelicto facto vel verbo: cum ſemel poſſidens ſemper poſſidẽs præſumatur. hoc probatur ſ. de hæret. cum ſecundum. de præb. licet epiſcopus. lib. 6. inſt. de rerum diui. §. fin. ſ. de priuileg. dudum. In quo ergo caſu de præmiſſis habebit collector vacantem. Dic ꝙ de iis, quæ cõſtat verbo & facto vacare, nõ eſt dubium: ſed quia de aliquibus eſt dubium hic. Primo quæro an beneficia permutata legitime vacare dicantur. Et videtur ꝙ non. Primo propter rationem. ſ. de præben. ſi tibi conceſſo. lib. 6. Secundo, nam permutatio initiũ efficax non capit ex mutuo conſenſu ſeu volũtate permutantium, ſed ex traditione rei: nam antequam ego habeam tuam præbendã & tu meã, non eſt completa permutatio: licet ſecus ſit in emptione & venditione, quę habent initium efficax ex ipſo conſenſu. ff. de rerũ permu. l. 1. §. itẽ emptio. Si ergo adeptio ſola rei permutatæ hũc contractum perficiat; clarum eſt, ꝙ antea nihil quod ſit ibi vacans, reperitur: cum totum ſit in pẽdenti, nec etiam re adepta, cum ſit iam poſſeſſum, & ſic non inuenitur aliquod inſtans vel momentũ quo iſta beneficia vacauerint, & ſic nõ debebuntur collectoribus iſtis. Contrarium patet. Nam in reſignatione reperitur libera iuris proprij refutatio vtriuſque: quæ ambæ confuſæ & vno ſpiramine ad inſtar perſonarũ diuinarum fieri nõ poſſunt: immo ad diuerſitatẽ ſuppoſitorum habet hic ſequi diuerſitas actuum, ita ꝙ in exercendis iſtis actibus impoſſibilis eſt quin ſit dare aliquod inſtans in quo vacans extat vnum antequam aliud ſubſequatur: quod de rigore credo verius, ſed de æquitate primum per c. prædictum. ſi tibi conceſſo. & de ſ. rer. perm. licet. lib. 6. Sed quid erit ſi ſine alia vacatione beneficij diuidatur in xij. iuxta decre. ſ. de conſti. cum acceſſiſſent. ſicut factum fuit de præpoſitura Cæſarauguſtana: ita ꝙ præpoſitus

Conſtitutio ad præterita vel pendentia, non extẽditur: niſi in ipſa caueatur.

Vacans quid proprie dicatur.

Mortuus ſi reſurgeret beneficiũ nõ recuperaret.

Beneficia pmutata an dicantur vacare.

ꝙ præpoſitus, qui tunc totum tenebat, habeat nunc tantum vnam de xij.numquid aliæ partes dicentur vacātes? Videtur ꝙ in altera parte quantumcunque modica ſaluetur totus titulus,& ſic non di cat vacare:talia enim nomina,quæ ſunt iuris potius quàm facti:ſicut ſunt dignitates, nobilitates, corpora, vel ſimilia, in qualibet parte modica, integra pſeuerāt:maxime quantum ad ea,quæ in honoribus conſiſtunt.hoc dico p iura ſ. de iurepat. c.1.ff. de ſerui. viæ. not.

Iuris nomina in qualibet parte pſeuerant integra.

ſuetudine [a], priuilegio [b], vel ſtatuto applicetur in totū [c],ita quòd illi qui huiuſmodi benefi

16.q.7. piæ mentis. facit ff. ad munici.l. ſicut municipij. §. vlti. de conſue. diſt.4. vbi pars.& diſt.5. non mediocriter. cum ſimilibus. In cōtrarium videtur:quia cum ſeparatorum ſeparata ſit ratio,& aliud ſit de parte ſeparata à toto,& de ſpeciebus ſubtractis à genere,quàm eſſet de ipſo toto in ſe integre perſiſtēte,& nō poſsit dici quin ex quo partes diuiſæ & ſeparatæ fuerint per momentū antequam alicui conferrentur vacantes exiſterent,& ſic affectæ fuerint per iura ſpecialia alicui de contentis in hac decret.arg. iuriū. ſ.allegatorū.facit ſ.de reſcrip.paſtoralis.de offic.deleg. præterea. in fi.glo.à contrario ſenſu.& de reg.iur.in toto lib.6.Primū videtur verius. Si enim ante conceſsionem vacantium Eccleſia aliqua ſit vnita alicui dignitati vel præbendæ poſt ceſſum vel deceſſum rectoris:iuxta decr.ſ.de reſti.ſpo.cum veniſſent. & de re. eccl.non alie.ſi vna. concil. Vienneñ. ſi poſt talem conceſsionem moriatur rector vel cedat,non habebit eam collector. ſ. de reſcrip. eam te. Sed quid erit de altaribus vel beneficiis aliis, quæ ex deuotione decedentium, & aliorum quotidie poſt dictam conceſsionem de nouo conſtruuntur perpetuo & dotantur? Nunquid ipſa ipſi collectores habebunt? Videtur ꝙ non:per iura ſ.de conſti.quoniā conſtitutio.de reſcript.litteras.concil. Vienneñ. Contrarium videtur per cap.de offi. archi.dilecto.vbi illa conſuetudo, quæ de ſe ſtricti iuris eſt, ad monaſterium quod de nouo creatur ſe extendit. Credo ꝙ vbi cauſa priuilegij, ſtatuti, vel conſuetudinis huiuſmodi de ſe extenſiua ſit in futurum, ſicut eſt hic,futura etiam reſpiciat, maxime in realibus,quæ quaſi ſunt fauorabilia,vt in ſecundis concordantiis, ſecus qñ cauſa eſt actus tranſiens maxime in iis quæ fauore perſonarū fiunt:quæ quaſi ſunt odioſa,vt in primis.De hac notaui ſatis ſ.de vi.& hone.cler.quoniam.concil. Vienneñ. quod crederem verum, niſi fructus ſeu prouentus dictorum beneficiorum eſſent ad certos vſus deputati:putà ad vitā ſacerdotis & ſuæ familiæ,vel cæterorum pauperum in hoſpitalibus,vel monialium ſeu aliorum religioſorum: qui vix de illis poſſent ſuſtentari: nec habent vnde aliàs viuerent, niſi per ſuffragia inde dicata: ſicut eſt de illis redditibus deputatis pro vita pauperum in ſede Barchæ: quia de talibus nec leuabitur decima, nec cadunt ſub vacātibus.arg.ſ.de præben.ſignificatum.& cap.per litteras. & de reli. do.quia contingit.concil.Vienneñ.immo nec alia quæ non excedūt. vij. lib. Turoñ. prout interpretatus fuit Grego. x. in concil. Lugdu. tempore quo conceſsit decimam paſſagio vltramarino. Guliel.de monte Lauduno.

Fructus vni⁹ Eccleſiæ poſūt alteri applicari de cōſuetudine.

a ¶ *De conſuetudine.*] & ſic valet cōſuetudo,ꝙ fructus vnius Eccleſiæ ad tempus alij applicentur, vt ſit membrum vnius & eiuſdem corporis: cum iſta Eccleſia militans ſit vnica, & vnum corpus myſticum faciat,vt ſ.de ſum. trinit. firmiter. §. vna. & de exceſ.prælat.frequens.concil. Vienneñ. alij ſeruiat. facit ſ. de elect. cum non deceat.lib.6.

b ¶ *Priuilegio.*] Iſtud concedit quotidie Papa,vt ſ.de reſcr. aliàs de priuile.ſi Papa.in verbo,concedamus.de præb.in verbo, à nobis.& de verb.ſign.tua.ſuper verbo, duxerimus indulgendum. ergo à cōtrario ſenſu nullus alter inferior hoc poterit:niſi forſan de vno vel de duobus certis beneficiis, & ex cauſa ante collationem cum capitulo ſuo. & ſic intelligitur quod legitur & notatur ſ. vt eccle.benefic.vt noſtrum.in fine.Sed contra videtur per cap. fi. ſ. de iis quæ fi.à maio.par.c. & videmus quod quotidie faciunt epiſcopi cum capitulis ſuis aſsignando vacantia ipſi fabricæ,mortuo, vel ſimilibus pijs operibus. Hic crederem diſtinguendum: quia aut hoc priuilegium fit maxime per modū ſtatuti pro aliquo pio vſu & neceſſario vt in caſibus prædictis: non tamen vtilitati mēſæ epiſcopi vel capituli applicādo, & tunc videtur quòd ipſi poſſunt hoc facere:ſecundum ꝙ decimam vel aliam partem beneficiorum ſuorum ibi poſſeſſorum poſſet epiſcopus nedum cum maiori parte capituli,immo cum minori, cum ſit in hac parte ſanior, etiam inuitis aliis deputare,vt in c.ex parte. de iis quæ fi. à maio. par.c. aliàs pro vtilitate menſæ ſuæ vel ſua nō poſſent ſine expreſſa licentia Papæ,vt in iuribus ſ.allegatis. hoc excepto tamē quod dictum eſt ſ.vt eccle.benefi.vt noſtrū.hoc dico arg. ſ. de reb. eccl. non alie.ſi vna.concil.Vienneñ.legatus tñ videtur indiſtincte hoc poſſe facere:cū nō inueniatur hoc expreſſe reſeruatum Papę.arg. 2.q.5.quæ de cauſa.de hoc not.in prima parte Spec. tit. de legato. §.nunc oſtendendum.verſi.legatus igitur. Sed quid erit de aliis inferioribus ordinariis,nunquid hoc facere poterunt ſaltē in beneficiis ad eos pleno iure ſpectantibus:ſicut ſunt dignitates,officia,

Beneficiorū vacantium fructus an poſſint mēſę vel alij vſui applicari.

prioratus, & aliæ adminiſtrationes ad ipſos immediate ſpectātes? Videtur ꝙ ſic cū diſtinctione facta de epiſcopo & capitulo ſ. Sed nunquid vigore priuilegij vel ſtatuti epiſcopi & capituli poterūt iſta leuari à beneficiis ſpectantibus ad inferiores prælatos ipſius diœceſis. Planum eſt, ꝙ ſi ſint exempti,non. ſ. de offi. ordi. graue. & de priui.ex parte.vnde ſolus Papa & legatus à latere poſſet eos adſtringere ad hoc, vt ſ.de of.leg. c. 1. & verb. ſigni.veniens. in princ.

cia canonice obtinent, & ad quos aliàs de iure fructus ipſi ſpectare deberent, nihil inde

Et eidem videtur de non exēptis beneficiis,quę ad eos pleno iure ſpectant.16.q.1.in ſumma. & c.de monachis. & q. 2. viſis. In aliis autem in quibus epiſcopi habent inſtitutionem, ſeu confirmationem,videtur ꝙ poſsint ſicut de propriis habent ſtatuere:cum plus habeat in talibus epiſcopus quàm patronus.ſ.de offi.leg. dilectus. & de priuileg.cum & plantare.§.in Eccleſiis.ergo,&c.

c ¶ *In totum.*] Not.ꝙ dicit hic, in totum, & hoc quod ſequitur nihil inde percipiunt.& j.§.ſequitur.in princ.integre. & eo. §. circa finem,verſi.forſan.cum integritate percipere, &c. ex quibus concluditur, ꝙ Papa non intellexit hic prouidere,nec proſpicere niſi in caſu in quo beneficiati ex toto amittebant fructus & obuentiones annorum primi,ſecundi,vel vlterius, ergo à contrario ſenſu ſi aliquid remanebat beneficiatis,quod non conſueuerint collectores leuare, in iſto caſu non prouidet decret. Pone ergo ꝙ Prior ſancti Euſebij Altiſsiodorenſis, qui conſueuit ab antiquo accipere groſſos fructus præbendarum primi anni in Eccleſia Altiſsiodorenſi ex integro, reſeruatis quotidianis diſtributionibus nouis canonicis, numquid dictis canonicis inibi reſidentibus, vel in ſeruitio Papæ ſeu Cardinalium exiſtentibus, habebit iſte Prior iuxta hanc decretal. ſummam, pro qua dictæ groſſæ præbendæ ſoluunt decimam vel reſiduum quod maluerit eligere:vel potius poterit prout hactenus conſueuit totam groſſam præbendam accipere relictis quotidianis diſtributionibus illis qui volunt inibi reſidere? Videtur quòd totam groſſam,prout,conſueuit,habebit: per ea quæ dixi: Nam ſatis debent ſufficere quotidianæ diſtributiōes illis qui reſident:alij autem ſibi imputent:quia tales abſentias forſan voluntarie ſibi quærunt. voluntarium enim & exquiſitum ſeu procuratum impedimentum neminem excuſare debet.arg.de accuſ.veniens.de appel.cum parati.de dila. expoſuit.cum ibi not. In contrarium videtur: nam Papa in vtroque caſu huiuſmodi decre. intelligit prouidere ipſis beneficiatis, qui commode nequeūt ad impendendum ſeruitium debitum reſidere, vt j. ſequitur. Sed iſti nequeunt cum ſolis diſtributionibus quotidianis,dato ꝙ reſideāt, impendere ſeruitium: *cum illud dicatur commode fieri in talibus*,quod fit conſideratis nobilitate,ſcientia,& dignitate, de quo plene not.ſ.de reſcrip. cum adeo. Item intelligit prouidere circa illos:& de illis fructibus dumtaxat, qui erant in Eccleſia decimabiles, & de quibus decima ſolui conſueuit: ſiue decima eſſet taxata, ſiue non: qđ plene innuit §.j.eod.in illis vero.in princi. ibi dum dicit, quòd fructus & obuentiones beneficij tunc vacantis, quos in decima ſoluere conſueuit, &c. vnde cum diſtributiones quotidianæ non ſint decimabiles: ergo de illis non curauit hic Papa:ſed de groſſa præbenda dumtaxat,quæ erat decimabilis.vnde. cum iſta ſic ab antiquo taxata,tenetur prior eligere alterum quod maluerit iuxta primum dictum: maxime inter illos qui cauſa neceſsitatis vel euidentis & probabilis vtilitatis ſunt abſentes:iuxta ea quæ leguntur & not.7.q.1.§. ambitionis. ſ. de cle.non reſiden. cum dilectus.durum etenim eſſet ſi rector Eccleſiæ poſſet exigere totam integram decimam à ruſtico: qui non fraude,vel dolo, vel negligentia, vel maiori ſua vtilitate permiſit ſuam ſegetē deſtrui: nec paſſus fuit eam ad perfectionē venire:ſic in propoſito de iſtis quotidianis diſtributionibus, quæ ſine fraude ſua & culpa iſtis deficiūt:durū eſſet ſi groſſa ſua ipſis auferretur, qđ aliis tribuerēt: & ſic quaſi bis punirentur iidem cōtra omnia iura, & hoc verius. Sed quid dices de illo reſiduo, quod ſupereſt canonicis quolibet anno in cathedralibus & collegiatis Eccleſiis de illis fructibus, quos habent ad partem ſolutis groſsis præbendis & diſtributionibus quotidianis: vel propter nimiam abſentiam canonicorū, quæ interuenit in illo anno, vel aliàs,numquid illud cōputabitur inter groſſas præbendas:ſic ꝙ exiſtentes in ſeruitio Papæ, vel ſtudentes in Theologia, vel aliàs priuilegiati habebunt de his partem: vel potius inter diſtributiones computabitur,ſic ꝙ ſoli præſentes hoc totum ſibi retineant? Crederem ꝙ vbi ſunt diſtincti fructus & redditus,de quibus ſoluuntur groſſæ,à redditib⁹ de quibus quotidianæ ſoluuntur: tunc abſentes tales haberent partē de ſolo reſiduo groſſorum: ſed vbi totum eſt inſimul, & nihil diuiſum: tunc de toto reſiduo debent habere abſentes, ex quo à ſolis diſtributionibus quotidianis, & non ab alio ſunt excluſi. fauorabile eſt enim priuilegium eorum ſaltem in illis caſibus, de quibus ſ. de cleri.non reſiden.cum dilectus.de magiſtris.c.fi. & per conſequēs excluſio odioſa:cum contrariorū eadem ſit diſciplina, vt 32. diſt. hoſpitiolum. Diſtributiones enim proprie dicuntur, quæ actu diſtribuuntur,

Impedimētum exquiſitū non excuſat.

Decima integra exigi non poteſt à ruſtico cuius ſeges eſt deſtructa.

Diſtributiones sūt quæ actu diſtribuuntur.

ꝑcipiūt, vnde illud incõueniẽs ſequitur, quòd commode [a] nequeunt ad impendendum ſeruitiū debitum reſidere in Eccleſiis, in quib⁹ beneficiati exiſtunt. ¶ Nos de illo [b] ſuper his remedio prouidere volentes, per quod hi & illi in fructuum perceptione prædictorum participent [c], & Eccleſiæ debitis [d] ſeruitiis non fraudentur; præſenti [e] decreto ſtatuimus de fratrum noſtrorum conſilio, quod illi qui fructus prædictos ſibi hactenus integre [f] vendicabunt [g] ex priuilegio, de conſuetudine, vel ſtatuto, nihil exinde vltra ſummam pro qua vnumquodque beneficiorum ipſorum conſueuit [h] in decimæ ſolutione taxari, prætextu cuiuſuis priuilegij, cõſuetudinis, vel ſtatuti quouis modo percipiãt: ſed ipſius ſummæ perceptione

ſtribuuntur, & non aliæ. arg. ſ. de præbẽ. licet. vnde de toto reſiduo in hoc caſu habebunt partem ſuam dicti canonici: & per conſequens iſti collectores iuxta ordinationem iſtius decretalis. Si quæras quæ ſit ratio, quòd in hoc caſu nihil recipiatur de quotidianis diſtributionibus, & tamen de groſſa præbenda percipitur? Dic ꝙ hoc eſt: nam vt frequentius quotidianæ diſtributiones accipiũtur de bonis indiſtinctis taliũ locorum collegiatorũ: vnde ipſa collegiata loca ſunt exempta à talibus collationibus, vt dictũ eſt ſ. ſic & quæuis bona ipſis adhærentia. argum. ſ. de parochi. c. penult. de regu. iur. acceſſorium. lib. 6. Secus autem de ſeparatis. arg. eorum quę leguntur & not. de proba. ex litteris. per Innocẽ. ff. de ſepara. per totum. Vel ſi forſan de bonis diſtinctis ſoluantur, dic ꝙ non cadunt ſub gratia: quia nõ ſunt proprie Eccleſiaſtica beneficia, ſed potius quædã ſalaria, quæ dantur ſeruitoribus pro labore diurno, ſicut ſtipendia militibus, vel diurni denarij. Per primã autem rationem credo ꝙ de Eccleſiis, in quibus nulla eſt diſtinctio: ſed omnia ſunt cõmunia, quæ per quotidianas diſtributiones ſoluuntur, nihil iſti recipiant leuatores: ſicut fit inter iſtos regulares quaſi communiter, & inter ſeculares etiam quandoque: iuxta ea quæ notantur ſ. de præben. ratio. & c. expoſuiſti. ſecus autem de officiis, de præbendis, ſeu dignitatibus: etiam inter corpora iſtarũ Eccleſiarum collegiatarum exiſtentibus, ex quo habent bona diſtincta ab ipſo capite: iuxta ea quæ leguntur ſ. de præben. mandatum. §. ad beneficia. lib. 6. Quotidianum tamen victum, quem camerarius in monaſterio recipit, non percipient iſti collectores: licet fructus camerariæ recipiantur: licet contrarium fieri viderim, & male. Sed quæ eſt ratio, ꝙ iſta membra intra corpus exiſtentia non gaudeant priuilegio capitis, ſicut gaudent in illo caſu ſ. de præbend. quamuis. §. quamquam. lib. 6. Dic ꝙ fauor, qui eſt hic, & odium ibi, ſoluunt contrarium. ſ. de regulis iuris, lib. 6. odia. de hoc notaui in dicto cap. quamuis.

Diſtributiones quotidianę de quibus bonis capiuntur.

a ¶ *Commode.* ] Nihilominus tamen tenebitur impendere ſeruitium, aliàs peccat, ad inſtar viri cui vxor non poteſt reddere debitum: qui nihilominus eam alimentare tenetur: ſed imputet ſibi qui talem accepit, vt legitur 32. q. 7. quod propoſuiſti, & not. 91. diſt. clericus.

b ¶ *Nos de illo.* ] Tertia pars.

c ¶ *Participent.* ] iſta enim eſt bona prouiſio, quæ æqualitatẽ eligit: lucrum & dãnum penſat, & diuidit æqua lance: & ideo ſtatera in manibus eius eſt poſita, vt ſic cum ea gratias, quas facit aliquibus ponderet, vt non per eas alij enormiter aggrauentur: iuxta ea quæ leguntur ſ. de re iud. cum cauſam. in princ. de decimis, ſuggeſtum. quia durum eſt, ꝙ aliqui de fletu rideant aliorum, ſ. de priui. petiſti. & quod vnus tantum habeat onus, alius totum lucrũ. ſ. de præb. extirpandæ. Guliel. de monte Lauduno.

Fletus vnius non debet eſſe riſus alterius.

d ¶ *Debitis ſeruitiis.* ] eſt ergo ſeruitium vel obſequium diuinũ penſio Deo debita, vt ſ. de celeb. Miſſa. c. 1. & c. graui. concil. Viennẽ. à qua non videtur quis poſſe abſolui niſi ipſam reſtituat, ſi citra infirmitatem eam ſubtraxerit, cum non remittatur peccatum, &c. vt ſ. de vſur. cum tu. & 91. diſt. c. 1. & 2. de hoc plene dixi in dicto c. graui. ſ. eo. in princip.

e ¶ *Præſenti.* ] verſiculus.

f ¶ *Integre.* ] ſubaudi, vel in tam pauca quantitate, ꝙ in ea cõmode reſidere non poſſet, vt ſ. dixi, vt ſic nullum & inutile hic æquiparentur. ſ. de tranſla. inter corporalia. de frigi. fraternitatis.

g ¶ *Vendicabunt.* ] conditione ex ſtatuto, conſuetudine, vel priuilegio: cum alia actio non ſit hic prodita, licet non ſit multum de nomine actionis curandum: dum tamen ſit recta intentio, & verbis apertis & congruis proponatur, vt ſ. de iud. dilecti. & c. examinata. vel aliàs directa rei vẽdicatio intentetur, cum dominium iſtis de iure ſpeciali competere in his fructibus videatur, ſicut de decima de iure communi eccleſiis parochialibus, vt ſ. de deci. parochianos. Quis habeat verum dominium in rebus Eccleſiæ, dic vt not. Hoſt. de pecul. cle. c. fi.

Actionis nomen non eſt curandum.

h ¶ *Conſueuit.* ] per xl. annos, ſcilicet non interuenerit niſi vnus actus, vt ſ. de cauſa poſ. cum Eccleſia. 16. q. 3. quas actiones. Videtur tamen ꝙ decem anni ſufficerent, ex quo non eſt contra ius commune: dum tamen vnus actus interueniſſet. per ea quæ not. ff. de legibus, cum de conſuetudine. & C. quæ ſit longa conſuetudo, ſuper rubrica. & l. 1. maxime cum tendat ad tollendum ius alterius certantis tantum de lucro captando: nam iſtis, qui de nouo talia aſſequuntur beneficia, non multum detrahitur ſi fructus primi anni ſibi retineat, qui eſt dominus omnium Eccleſiarum, vt ſ. de præbend. licet. 1. lib. 6. hoc dico argu. leg. ff. de perpe. & temp. præſcrip. l. ſi quis. & ideo iura canonicã de præſcriptione conſuetudinis loquentia, nõ dicunt ꝙ canonice ſit præſcripta, ſed potius ꝙ legitime, vt patet ſ. de conſue. cum tanto. in fi. & de præb. cum de beneficio. lib. 6. qđ videretur maxime hodie iuxta formas, quæ à curia exeunt ſuper gratiis, in quibus non dicitur, iuxta taxationẽ antiquæ decimæ, ſed decimæ tantum: & ſic cuiuſlibet cõſuetæ: habet enĩ conſuetudo diuerſa nomina: quandoq; dicitur præſcripta, vt ſ. de offi. ord. duo. quandoque antiqua. C. de iure fiſci. l. 1. quandoque longa, vt C. quæ ſit longa conſuetudo. quandoq; vetuſta, vt ff. de aqua plu. arc. l. 1. §. denique. & l. 2. in prin. quandoque diuturna. ff. de legi. diuturna. quandoque inueterata. ff. de leg. de quibus. quandoque vetus. ff. de pub. & vecti. l. imperatores. quandoq; perpetua. ff. de legi. nam tempore. iuxta hoc quæro, quę proprie dicatur antiqua? textus dicit ſic: Ex antiqua conſuetudine, à tempore cuius non extat memoria in contrarium: & ſic videtur ꝙ tantum tempus requiratur in hoc caſu, & talis conſuetudo habetur iure conſtituti, vt probatur ſ. de verb. ſigni. ſuper quibuſdam. de præſcrip. epiſcopũ. lib. 6. in fi. cum ibi notatis. Quæ ergo conſuetudo hic ſufficiet ad hoc ꝙ diuiſio in iſto §. poſita habeat locum: quia de hoc vidi pluries dubitari: vnde vt melius hoc videas, pone ꝙ quidam impetrauit primam dignitatem in eccleſia Gerundeñ. non excedentem ſummam centum librarum Turoñ. ſecundum taxationem decimæ: dominus autẽ Ioannes filius regis impetrauit ſecundo inibi ſine ſumma: poſtquam vacauit quidam archidiaconatus, qui hodie valet vltra centum libras Turoñ. tã propter res, quę ſunt ibi caræ, quàm propter monetam illius terræ: quæ licet olim minus valere conſueuerit quàm Turonenſes parui: modo tñ adæquatur eis: non tamen inuenitur ibi aliqua antiqua vel cõſueta taxatio, niſi ꝙ à tempore Greg. x. qui decimam concedens paſſagio vltramarino, iuſsit ꝙ in primo anno haberetur iuramentũ à rectoribus ſuper valore, & ꝙ extunc ille valor ſic iuratus acciperetur, & non plus niſi vellent: non tñ propter hoc eſſent liberati à populo: nec propter hoc à pœnis in proceſsibus ſuper hoc factis contẽtis: quæ quidẽ taxatio in illis partibus quaſi cõiter obſeruatur, & hoc in collectione decimæ: quia ibi non inuenitur contradictio: non autem in taxatione expreſſa in litteris impetrantium, vel per collectores annalium, vbi contradictores exiſtunt. Credo quòd ex quo Greg. non abſoluit eos à reſiduo, licet taxationem iuratã præceperit recipi, quicquid tunc ceperis ſuper hoc ſecurũ eſt, totum fuit permiſſum & conditionale: quia quod permittitur volendo, præcipitur in hoc caſu. Sed pone quòd Prior de Spinaſſa prope Tholoſam, non ſoluit decimam niſi à xxx. annis citra, ſed ab illo tempore ſoluit continuo certam ſummam pro maiori valore in duplo, quàm valeant redditus Prioratus: nunc dicit collector, ꝙ illam ſummam elegit iuxta iſtum. §. Prior autem dicit non eſſe taxationem conſuetam, ex quo per xl. annos non durauit: & ſic non iſtum, ſed §. ſequentem habere locum: maxime quia ſi illam ſummam leuaret, nihil remanebit ſibi vel aliis ſeruitoribus Prioratus. hoc eſt quod ſ. quærebatur, an ſcilicet minor xl. annorum conſuetudo, aliàs ſuper certa & indubitata quantitate continuata, liget inuitas partes ad ſui obſeruantiam. pro & contra. ſ. allegaui ſatis: ſed reſponſionem, quia de facto eſt, diſputationi relinquo. Sed nunquid ſaltem poterit dictus. Prior per beneficium reſtitutionis iure minorum, ex quo non eſt conſuetudo completa, & à fine completionis cum extunc incipit grauari, videantur computari quatuor anni, qui dantur in talibus, vt ſ. de in integ. reſti. Eccleſia. lib. 6. vel ſaltem ex maioribus petere, vt error qui fuit in calculo reparetur per legem. ff. quæ ſen. ſine appel. l. 1. §. 1. & idem quæro de beneficiis, quæ à tẽpore taxationis xl. annorum ſunt, & poſtea vſque nunc bene valebant ſummam taxatã & plus: nunc autẽ eorũ poſſeſsiones per alluuionẽ, vel aliàs perierũt, vel valor fructuũ diminutus eſt propter vtilitatẽ rerũ, ita ꝙ multo plus excedit ſumma quàm valeant omnes fructus: iuxta ea, quæ legũtur & not. ſ. de loca. ꝑꝑ ſterilitatẽ. in quibus nõ præcipito ſñiam: quia de facto pẽdent. Sed nunquid iſte collector poterit dicere, volo ꝙ ſummã ꝓ qua conſueuit ſoluere decimã, quam ego eligo, ſtatim mihi ſoluat: alter dicit ꝙ non faciet niſi prout eueniẽt fructus, & prout poſsit gaudere de ipſis? Credo ꝙ bene dicat, nam ſufficit ꝙ intra annũ ſibi ſoluerit, ex quo totus annus cedit. ſ. de offi. ord. præſenti. lib. 6. Sed quid erit ſi illo anno pereunt tempeſtate vel incurſu hoſtiũ

Conſuetudo diuerſa nomina habet.

Error perſi-tur reparari.

fructus:

dumtaxat ſint omnino contenti, totali reſiduo [a] prædicta obtinentibus beneficia remanſuro [b], niſi forſan illi qui fructus eoſdem ſoliti [c] fuerint (vt præfertur) cum integritate [d] percipere, pro ſe mallent [e] ipſum habere reſiduum, & obtinẽtibus ipſa beneficia ſummã [f] dimittere memoratã: quo caſu percipiendi quod maluerint, illis relinquimus optionem [g]: ſic ꝙ intra decem dies poſtquam ſciuerint beneficia ipſa vacare, ij quibus annalia ipſa debentur ex priuilegio, cõſuetudine, vel ſtatuto, aut ipſorum annalium collectores [h], quam partem habere voluerint, an ſcilicet decimæ taxationem, vel illa dimiſſa reſiduum (nulla ſubhaſtatione premiſſa) eligere teneantur. Quam electionẽ ſi intra dictos decem dies non fecerint, vt eſt dictum, extunc [i] ad eum cuius eſt beneficium, huiuſmodi optio vel electio tranſeat ipſo iure [k]. Et hoc in eccleſiis & partibus illis, in quibus beneficia maiora & alia quantum ad ſolutionem decimæ ſunt taxata, volumus obſeruari. In illis [l] vero partibus & eccleſiis, in quibus decimarum taxatio nõ eſt facta [m], ſeruetur quòd fructus & obuentiones beneficij tunc

fructus vel cõtingit tranſitus Papæ vel legatorum, qui maiorẽ partem conſumpſerunt de ipſis: nunquid totum damnum & periculum erit beneficiati, vel potius contribuet collector cum ipſo? Hic videretur dicendũ, ꝙ ſi omnes fructus illius anni abſorberẽtur in ſumma cõſueta ſolui ꝓ decima, nõ haberet locũ iſte §. ſed ſequẽs, maxime vbi nihil remaneret beneficiato, quod innuit verbum ſequẽs, totali reſiduo, &c. vel ſaltem ꝙ ipſe beneficiatus diceret collectori, ego nihil volo, accipias tu omnia, & ſupportes onera, mihi & aliis neceſſaria miniſtrãdo. argu. cap. de offi. ord. præſenti. lib. 6. præſertim cum mihi ſit licitum, quatenus me tangit, renuntiare huic, quod fauore mei noſcitur introductũ. C. de legi. quod fauore.

a ¶ *Reſiduo.*] ergo hic præſupponit eſſe reſiduum: quod ſi non eſt, videtur locum iſtum §. non habere, nec etiam ſequentem, cum iſta ſint taxata. remanet ergo iſte caſus in quo non prouidet hæc conſtitutio: ſed quid de ipſo fiet dixi ſupra.

b ¶ *Remanſuro.*] pro ſuis & ſuorum & aliis oneribus ordinariis & extraordinariis ipſius beneficij ſupportandis. ſimile s̃. de præb. de monachis. cum ſimilibus. Guliel. de monte Lauduno.

c ¶ *Soliti.*] ſupple vel de nouo conceſſi ex gratia vel ſtatuto, vt ſupra patet.

d ¶ *Cum integritate.*] & idẽ ſi non integre, ſed quaſi: ſic ꝙ de reſiduo nõ poſſent reſidẽtes cõmode ſuſtẽtari, vt dixi s̃. eo. c. 1. §. in fi.

e ¶ *Mallent.*] Nota tales gratias, quæ fauore eccleſiarũ vel aliquibus piis vſibus applicantur, etiam de bonis eccleſiaſticis, &c. in aliorũ odium conceduntur, ad inſtar eorum quæ conceduntur motu proprio large interpretari. arg. s̃. de præb. ſi pluribus. lib. 6. facit s̃. de verb. ſig. tua. Item nota ꝙ vbi in diuerſis perſonis ius priuatũ concurrit cũ cõi: & extraordinariũ cũ ordinario: priuatũ & extraordinariũ cõmuni ordinario præferũtur: & hoc facit prærogatiua illorũ, per quos hic ſpecialia ſunt conceſſa. arg. s̃. de præb. ij qui. lib. 6. Item fauor illius pro quo conceſſa eſt res, vt dictum eſt: ſecus ſi in eadẽ perſona concurrerent: quia tunc primo vti debet ordinario, quã extraordinario. & ſic nõ obſtat. ff. de mino. in cauſæ.

Ius priuatũ quandoq; ꝓfertur communi.

f ¶ *Summam.*] & de hac habebunt ipſi beneficiati onera eccleſiæ ſupportare, ſi id non ſufficiat, ponãt de proprio, vel propria manu ſibi quærant. arg. ſupra de celeb. Miſ. cap. 1. 91. diſt. cap. 1.

g ¶ *Optionem.*] ſimile s̃. de conſue. c. fi. de præb. ſi pluribus. lib. 6.

h ¶ *Collectores.*] hic poteſt quæri an aliquam compulſionem habeant huiuſmodi collectores, videtur ꝙ ſic: aliàs parum eſſet eorũ officium. arg. s̃. de offi. ordi. ex litteris. Dic ꝙ hic non poteſt dari certa reſponſio, cum hoc dependeat ex poteſtate eis in ſuis priuilegiis vel ſtatutis conceſſa, vel per conſuetudinem, quæ etiam facti eſt introducta: de quibus niſi per inſpectionem eorum nõ poſſumus iudicare. s̃. de priuil. accepimus. de conſtit. licet. lib. 6. Sed pone ꝙ ipſis collectoribus in priuileglis vel ſtatutis data eſt per illos qui poterant plena compulſio, cum clauſula, contradictores, &c. nunquid poterunt hoc alij cum eadem coerctione cõmittere? Non videtur, cum certum miniſterium ſit eis cõmiſſum, per c. s̃. de offi. deleg. quoniã abbas. Sed nunquid ipſi poterunt ſine alio ſpeciali mãdato, poſito etiam ꝙ ſint dati à Papa beneficia, quæ vacant de iure, non tamen de facto vocatis partibus declarare vacantia, & vt talia occupare] Hoc vidi de facto in præpoſitura eccleſiæ Cæſarauguſtañ. Et videtur ꝙ ſic, cum executores gratiarũ & legatus ſedis Apoſtolicæ (præmiſſa tamen cauſæ cognitione) hoc poſſint, & etiam ſimplex ordinarius, iuxta ea quæ leguntur & not. s̃. de præb. licet epiſcopus. s̃. de offi. leg. officium. lib. 6. Contrarium credo, niſi amplius contineret eorum littera, quàm officium ipſorũ requirat, cum ad colligendum vacantia ſimpliciter dati ſint, & ad compeſcendum rebelles ſuper hoc, & res poſſeſſa per aliquos non dicatur plene vacare, duntamen eorum poſſeſſio ſit aliquo iuris adminiculo fulcita: quia forſan ſecus ſi poſſeſſio eſſet nuda, vt dixi s̃. in verbo, vacantia. & probatur s̃. de reſt. ſpol. ex parte. in fi. gl. & de conceſ. præb. cum noſtris. & c. litteras. officium enim ad certum vſum datum non debet ad alium penitus diuerſum extendi, vt s̃. de appel. nouit. In contrarium autem allegata in ſuis caſibus ſpecialibus locum habent. Quid ergo dices de iſtis collectoribus, qui volentes fauere Imperatori fingenti vacare beneficium, quod non vacat, ad eius inſtantiam cum potentia regis, cui data ſunt annalia, & etiam ipſi regales repellunt per violentiam poſſeſſorem de beneficio, & frequenter iniuſte: ad hoc vt ipſe impetrans poſſit poſtea poſſeſſionem citius adipiſci, ex quo multa mala ſequuntur? Credo in hoc caſu, ꝙ impetrans incideret in pœnam illius c. s̃. de præb. eum qui. lib. 6. & ꝙ etiam collectores ſic in ſuo officio publicé delinquentes, crimẽ cõcuſſionis incurrunt. ff. de concuſ. l. 2. & 1. 22. q. 7. ſancimus. vbi de hoc. Sed qualiter cognoſcit collector, ſi poſſeſſio talium ſit iuris adminiculo fulcita, vel nuda penitus; nunquid ipſe cognoſcet de hoc, cũ nulla cognitio, ſed ſimplex compulſio & executio ſit ſibi in hac parte cõmiſſa? Credo ꝙ in hoc caſu habebit ꝓ omnia ſeruare doctrinã illius c. s̃. de reſcript. cum cõtingat. vt ſcilicet ſi ſibi ſit liquidũ vtriuſque partis documentis quis ius habeat, & hoc ſit notorium & certum ſcd̃m hoc accipiet, vel nõ accipiet vacantẽ; aliàs ſi dubium eſt, faciet hoc per eorũ iudices declarari, ad quam partem declinabit ſemper in dubio, ne falcẽm ſuam ponat in meſſem alienam. arg. s̃. de offi. deleg. ſi quando. & c. paſtoralis. & de elect. venerabilem. in princ. Sed numquid iſti collectores poterunt ſuo tempore ſcindere nemora cædua, vel alia, vel pulchras arbores, ſeu exhaurire vel euacuare ſtagna de groſſis piſcibus per multos annos nutritis? Videtur ꝙ ſic, quia quicquid fructuum nomine vtiliter ſuo tempore euenit, totũ ſuum eſt oneribus ſupportatis. s̃. de offi. ord. præſenti. lib. 6. In contrariũ videtur, quia talia ſine quibus deterioratur proprietas, non cadunt ſub fructuũ nomine, vt ff. de vſufru. arboribus. & l. item. & de cenſib. forma. Videtur dicendum, ꝙ magna memora, arbores non cæduas, non vaſtabunt, nec ibi cædua vel ſtagna, niſi quatenus augmentum ſeu emolumentum eorum tempore iſtis competenti poterunt adæquare ad inſtar mariti fructus dotis lucrantis. arg. ff. ſol. mat. l. diuortio. §. non ſolum.

Falcẽ in meſſem alienam mittere non debemus.

i ¶ *Extunc.*] hoc verbum, tunc vltimam horam temporis denotat. & ſic iſtos decem dies computabo de hora in horam, à tempore ſcientiæ incipiendo: ad inſtar decendij ad pellandum, hoc probatur ff. de cond. & demon. l. 4. in fi. 2. q. 6. biduum. s̃. de appel. concertationi. lib. 6. Sed quis probabit ſcientiam vel qualiter conſtabit de ea: cum ſemper collector dicat ſe hoc ignoraſſe, & quilibet præſumatur ignorans de iure maxime in hoc caſu, in quo non imminet periculum animæ, ſi non vigilet: licet immineat periculum burſæ. 82. diſt. propoſuiſti? Credo ꝙ ſemper poterit allegare ignorantiam donec vacatio publice nota ſit in loco vbi eſt beneficium. Sed extunc non, vt s̃. de conceſ. præb. cum ei quem. concil. Vieñ. in fi. quare credo expediens ipſi beneficiato, ꝙ cũ teſtibus vel inſtrumento intimet collectoribus ipſam vacationem, ne extũc poſſint ignorantiã allegare. arg. s̃. de elect. cauſam electionis. concil. Vieñ.

Decendium ad applicandum currit de hora in horam.

K ¶ *Ipſo iure.*] & ſic non eſt hic opus facto hominis, niſi in declaratione tantum, vt ſupra de hæret. cum ſecundum leges. lib. 6. Gulielmus de monte Lauduno.

l ¶ *In illis.*] Quarta pars. Iſte eſt caſus. in illis partibus, in quibus non eſt conſueta pro certa ſumma ſolui decima: ſed de anno in annum taxantur fructus prout eueniunt, ſi ſint ibi aliqui fructus, de quibus non conſueuit ſolui decima, vt puta de horro contiguo eccleſiæ, vel de vinea, vel de agricultura quam propriis manibus rector excolit, vel ſimilibus. Hoc nõ diuiditur, ſed de reſiduo toto decimabili fient duæ partes, quarum vna collectoribus, alia applicabitur beneficiato: ſic ꝙ pars illius, qui ipſa non contentabitur ad contentantem tranſibit: Guliel. de monte Lauduno.

Fructus non omnes ſunt decimabiles.

m ¶ *Non eſt facta.*] id eſt cõſueta fieri. Vel dic facta per illũ, qui eam facere poterat cauſa cognita, & vocatis qui fuerant euocãdi: alias res inter alios acta aliis non noceret. s̃. de re iudi. cum ſuper. &c. quamuis. quod qualiter poſſet fieri, maxime niſi deberetur ex priuilegio Papæ, non video, niſi ipſe Papa ex certa ſcientia hoc feciſſet, cum officium executorum ſeu collectorum decimæ non extendat ſe ad hoc, vt s̃. dictum eſt. Sed numquid epiſcopus & capitulum ſtatuere poterunt & taxare in ſingulis eccleſiis certã ſummam, pro qua quælibet eccleſia teneatur ſoluere decimam, & non pro pluribus? Non credo, cum hoc eſſet legem ſuperiori imponere, & eius reſtringere poteſtatem & libertatem, quod non poſſunt. 28. diſt. §. 1. s̃. de verbo. ſign. conſtitutionem. in fi. lib. 6. ex quo

vacãtis, quos [a] in decima [b] ſoluere conſueuit [c], per medium diuidantur [d]: quorum medietatem habeat [e] is, cui annalium per alterum de prædictis [f] modis perceptio eſt conceſſa: Reliquam vero medietatem percipiat ille, cui beneficiũ eſt cõceſſum pro ſuſtentatione ſua, & aliis eccleſiæ oneribus ſupportandis [g]. Quòd ſi alter de prædictis prædicta medietate voluerit [h] eſſe cõtentus, altero contentari nolente, pars volẽtis ipſo [i] iure trãſeat ad nolentem, & volens fructus & obuẽtiones illius beneficij percipiet vniuerſos, eidem beneficio cõgrue faciens deſeruiri, ac eius ſupportãs onera cõſueta. ¶Et [k] ſi quicquã aliquis prædictorũ [l] vltra [m] præmiſſa perceperit [n], illudq; his ad quos [o] pertinebit intra menſem non reſtituerit cum effectu [p], eo ipſo [q] ſi [r] epiſcopus vel ſuperior prælatus fuerit, à põtificalibus [s] & ingreſſu eccleſiæ nouerit ſe ſuſpenſum: Si autem capitulum, vniuerſitas, vel collegium eccleſiaſtico interdicto [t] ſe nouerit (donec prędicta cum integritate [v] reſtituerit) ſubiacere. Si vero aliqua ſingularis perſona eccleſiaſtica vel mũdana [x] id fecerit, excõmunicationis incur-

ſequitur quòd per ſolam ordinationem Papæ expreſſam, vel ſaltẽ tacitam, quæ fingitur in conſuetudine aliàs præſcripta legitime, talis taxatio poterit fieri, ad minus in his, quæ forum Papæ concernunt ſuper hoc.

a ¶ *Quos.*] ſcilicet fructus & obuentionem.

b ¶ *In decima.*] id eſt, q. hactenus fuerunt decimales eccleſiis baptiſmalibus.

Decima de quibuſdam fructibꝰ nõ debetur.

c ¶ *Conſueuit.*] ſcilicet beneficium vacans, hoc vult dicere, quod ſoli illi fructus veniant in diuiſionẽ: pro quibus dictũ beneficium cõſueuit ſoluere decimã, & nõ alij. Sed qui ſunt illi fructus pro quibus eccleſia ſeu beneficiũ eccleſiaſticũ non ſoluit decimã? Dic ꝙ aliqui reperiuntur in iure liberi à decima, aliqui poſſunt eſſe de cõſuetudine expreſsi in iure ſunt illi ſcilicet, qui inſurgũt in dote eccleſiæ. j. de deci. nouũ. Itẽ ſi ſit locus religioſus, de ſuis noualibus, quæ ꝓpriis manibus vel ſumptibus excolit, & de nutrimentis animaliũ, & hortis, vt ſ. de deci. ex parte tua. in fin. & ſic põt intelligi iſta libertas de decima debita eccleſiis parochialibus, vel põt intelligi etiã de decima, quæ datur à bñficiatis sũmo Pontifici, vel illi cui ille iuſſerit, de qua ſ. de deci. cap. 1. à qua poſſunt eſſe liberi aliqui fructus de iure, & etiam de conſuetudine: de iure crederẽ liberos fructus, qui pro quotidianis diſtributionibus aſsignantur & lucrãtur: nam tales diſtributiones à laborantibus in vinea Domini quotidie, ſic lucro fiũt & ſub eorũ proprio appropriãtur, quod de ipſis teſtari poterunt, ſicut ruſticus de denario diurno, iuxta ea quæ leguntur & notantur maxime per Hoſt. ſ. de pecu. clerico. c. fi. de teſta. requiſiſti. circa fin. de magiſtris. c. fi. Item de agricultura, de lucro ſeruorum, de hoc quod nẽt ſeu filãt moniales, vel ſcribũt monachi, licet totũ ſit monaſterij. Item de quotidianis oblationibus ſeu legatis, quæ religioſis maxime Mendicantibus offeruntur. arg. ſ. de ſta. reg. c. 1. de exceſ. præla. nimis. ſeu aliis hoſpitalibus vel domibus religioſis. arg. ſ. de pręb. per litteras. & de relig. domi. quia cõtingit. cõcil. Viennẽ. de pecunia relicta à teſtatore pro certis anniuerſariis, capellaniis, vel aliis officiis eccleſiæ perpetuo emendis. arg. ſ. de teſta. tua. & c. de his. nec de beneficiis valde minutis ſeu pauperibus. arg. ſ. de cler. ægro. ca. 1. Sed quid dicetur pauper ſeu exiguum? Hoc relinquatur arbitrio eorũ, iuxta ea quæ notaui ſ. de reb. eccle. nõ alie. monaſteriorũ. concil. Viennẽ. in verbo. modicũ. Credo tamẽ ſicut regulariter datur alia decima, quę debetur eccleſiis parochialibus de omnibus fructibus ſaltẽ realibus, vt ſ. de deci. nuntios. & c. ex parte. & c. ex tranſmiſſa. ſic iſta quæ debetur Papæ ſaltem. arg. ſ. de deci. c. 1. vnde ſicut de iſtis vel ſimilibus non dabitur decima collectoribus eius, ſic nec iſta venient in diuiſionẽ iſtam: vidi tamen in Catalonia, quòd omnia etiam quotidianus victus monachi ſub hac diuiſione includebantur, & male.

Fructus quidam eccleſiaſtici ſic liberi ſunt, vt de illis ad placitum poſſit diſponi.

d ¶ *Diuidantur.*] ſcilicet alij fructus, non autem liberi à decima.

e ¶ *Habeatis.*] illam ſcilicet, quã diuiſionem per aliam factam de aliis tam in rebus quàm in pecunia exiſtẽtibus ipſe elegerit, vt ſic tam propter ordinem litteræ, quàm etiam prærogatiuam, qua fungitur in hac parte, in optione potior habeatur. arg. ſ. §. præced. facit ſ. de paroch. c. 1. & de elect. ſi quis iuſto. de pręb. mandato. & c. ij qui. lib. 6. & habebit decem dies ad optandum, aliàs in alium optio deuoluetur, per §. præcedentem.

f ¶ *Prædictis.*] ſcilicet priuilegio, conſuetudine, vel ſtatuto.

g ¶ *Supportandis.*] quæ ſi nõ ſufficiãt, quærat ſibi aliũde, vt ſ. dixi.

h ¶ *Voluerit.*] ſupple, & volitũ ſuũ expreſſo ore, vel per aliqua interſignia indubitata oſtenderit. arg. j. de conceſ. præb. cũ ei. concil. Vieñ. aliàs nõ præſumitur quis de facili velle iactare pecuniã, aut iuri ſibi acquiſito renuntiare, arg. ſ. de renun. ſuper hoc. Sed quid ſi nolit ſuũ volitũ ſuper hoc declarare verbo vel facto: ſed tacendo permittitur ꝙ aliter fructus colligat: nũquid tacendo videtur oſtendere ſe nolle ipſos vel potius velle. Et videtur ꝙ velle potius quàm nolle, cum in appetibilibus taciturnitas habeatur pro cõſenſu: in odioſis vero pro diſſenſu. vt ſ. de reg. iur. is qui tacet. & c. qui tacet. lib. 6. Dic ꝙ ſuper hoc expedit volenti, vt aliũ corã teſtibus vel tabellione requirat, vt dixi ſ. in alio membro. & ſi hoc modo nõ poſsit de ſua voluntate conſtare, ꝙ faciat per ſuũ ſuperiorem ſibi aſsignari terminũ. arg. ſ. de præb. ſi tibi abſenti. in fi. lib. 6. aliàs nõ video ꝙ pars parti poſſet terminũ aſsignare, vel ipſã ad oſtendendum ſuum volitũ compellere, cum non habeat imperiũ par in parem, vt ſ. de elect. innotuit. Nec appellatio decem dierũ, de quibus loquitur ſ. §. ꝓxi. & ſ. de præb. ſi pluribus. lib. 6. ſeu xx. de quibus ſ. de conſue. c. fi. lib. 6. vel menſis. ſ. de conceſ. præb. cum ei. aliquid in hoc caſu faciat, cum diuerſi caſus ſint, non iidem ſeu aduerſi. & Papa in iſto, ſicut in illis potuiſſet ꝓſpicere ſi voluiſſet: qđ non fecit: & ſic ad iura cõmunia recurremus. arg. ſ. de deci. ad audiẽtiam. cũ ſimilibus. Sed quid ſi procurator ſeu collector dixit ſe velle partem illam: Dominus autem rex vel fabrica, ſtatim dum ſciuit reuocauit hoc, & dixit ſe nolle: numquid in hoc caſu factum procuratoris nocebit domino? Et videtur ꝙ ſic, cum ſit in omittendo potius quàm committendo: & ſic debet domino nocere, & imputet ꝙ ſic negligentem elegit. ſ. de elect. ſi cõpromiſſarius. lib. 6. In contrariũ videtur, cũ expreſsio voluntatis potius in committendo, quàm in omittendo exiſtat, & ſic nõ debet nocere, maxime cum in talibus delictũ ſeu factum perſonę non noceat eccleſiæ, vt ſ. de except. cum venerabilis. & error procuratoris poſsit retractari negotio nõdum finito. ſ. de confeſsis. c. fi. de appel. cum cauſam. de cenſi. olim. Hoc non eſt materia propria: ſed dic de hoc vt legitur & not. ſ. vt lit. non conteſt. c. 1. vbi de hoc, maxime per Hoſtienſem.

Iuri ſuo non renuntiat quis de facili.

Procuratoris factũ an domino noceat.

i ¶ *Ipſo iure.*] poſtquam de eius voluntate conſtabit.

k ¶ *Et ſi quicquam.*] Quinta pars. Et nota verbũ, quicquã, legitur in Euangelio Ioan. 14. in fin. vbi dicitur, & in me non habet quicquã. j. de elect. quia ſæpe. lib. 6. ibi, quicqua de bonis perceperint, & c. & ſic nihil excipitur: immo quantũcũq; modicũ fuerit qđ vſurpatur per iſtos contra ordinationẽ prædictã, vſurpans iuxta cõditionẽ ſuam pœnas inſcriptas incurrit. arg. ſ. de maio. ſolitæ. in fi.

l ¶ *Prædictorum.*] ſcilicet benefactorũ, vel illorũ quibus ex cõſuetudine, priuilegio ſeu ſtatuto fructus vacantiũ competunt, & intellige per ſe vel per alios eis mãdãtibus, vel aliàs poſt factũ ratũ habentibus, quod eorũ nomine geſtũ erat, ſeu præſtantibus auxiliũ, conſilium, vel fauorẽ, aliàs nõ, vt ſ. de reſti. ſpol. cũ ad ſedẽ. de ſen. excom. quantę. & c. cũ quis. l. 6. nõ tamen extẽditur iſta pœna ad extraneos iſta vſurpantes, niſi forte participarent cũ iſtis ſciẽter in crimine criminoſo, cum tamquã pœnalis ſit reſtringenda. ſ. de elect. ſtatutum. lib. 6. de ſent. excom. ſi concubinæ.

m ¶ *Vltra præmiſſa.*] ſcilicet ſummam vel reſiduũ in taxatis, vel dimidium in aliis iuxta ordinem, vt ſuperius clare patet. Guliel. de monte Lauduno.

n ¶ *Perceperit.*] & ſic nota hic duo. ſ. iſtud & illud quod ſequitur intra menſem, niſi reſtituerit cũ effectu, eſſe neceſſaria ad hoc ꝙ quis infraſcriptas pœnas incurrat: ergo ſi non perceperit, licet ad eũ aliquo caſu aliàs peruenerit: vel ſi perceperit & reſtituerit, nõ incurrit: coniunctim enim ponũtur iſta duo: & ideo non ſufficit alterum iſtorũ accidere. ſimile ſ. de reſcrip. ex parte. & c. olim.

o ¶ *Ad quòs pertinebit.*] ſcilicet ſecundũ præfatum ordinem, vel aliàs ſecundum ius commune vel ſpeciale, de quo ſ. de offic. ordi. cum vos plerumque. in fi. & cap. præſenti. lib. 6.

p ¶ *Cum effectu.*] ſic verba intelligenda ſunt, vt ſ. de cler. nõ reſi. relatum. de pœnit. diſt. 1. aut verba.

q ¶ *Eo ipſo.*] poſt menſem tñ. ſimile ſ. de ſent. excom. quicũque lib. 6. Si q̃ras quot dies menſis iſte habeat: dic ꝙ tot quot habebat ille menſis, in quo iſtud contigit, ſi in Februario 28. ſi in Martio 31. & ſic de aliis, de quo not. plene ſ. de elect. quàm ſit eccleſiis. lib. 6. & ſi aliqui dies de ipſo menſe effluxerunt, de alio ſupplebuntur. facit quod not. ff. de diuer. & tempo. præſcript. l. 2.

r ¶ *Si epiſcopus.*] ſimiles pœnæ ponuntur ſupra de vſur. vſurarum. lib. 6. in fi. & dic vt ibi Guliel. de monte Lauduno.

ſ ¶ *A pontificalibus.*] De hoc dic vt ſupra de offi. deleg. quia põtificali. & de ſent. excom. cum medicinalis. lib. 6.

t ¶ *Interdicto.*] de quo dic vt ſupra de appel. ad hoc. & c. dilectis. & de exceſ. prælat. tanta. de ſent. excom. ſi ciuitas. & c. alma. lib. 6. Guliel. de monte Lauduno.

u ¶ *Cum integritate.*] idẽ in ſimili dicitur, vt ſ. de elect. quia ſæpe. vbi de hoc. Integritas aũt diminutionem non recipit, ſicut nec adiectiõne indiget plenitudo. 3. q. 1. reintegranda. 6. q. 1. ſi omnia.

x ¶ *Mundana.*] & ſic not. duo genera hominum. 12. quæ. 2. duo in

his enim

his enim huius mundi illecebris nõ debent ſe implicare clerici, nec ſe curis ꝓuocare eiuſdẽ: ſed potius talia ſunt vacantibus lacis relinquenda. 11. q. 1. te quidẽ. Sed, proh dolor, ipſi volunt proprias manus apponere: & ſimpliciter religati fortius & pluſquã fortius mendicantes.

rat ſententiã ipſo facto, à qua niſi reſtitutione præmiſſa (præterquã in mortis articulo) minime abſoluatur, non obſtantibus quibuſcunque priuilegiis vel indulgentiis, aut contrariis conſuetudinibus, aut cõtrariis ſtatutis, iuramento, confirmatione ſedis Apoſtolicæ aut alia quacunque firmitate vallatis. Quæ omnia quo ad hæc auctoritate Apoſtolica reuocamus, caſſam⁹, & irritamus, & nullius deinceps eſſe volumus firmitatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conſtitutionis, reuocationis, caſſationis, & voluntatis infringere, vel ei, &c. Si quis, &c. Datum Auinioñ. Calen. Nouembris, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

## De rebus eccleſiæ non alienandis.

¶ Paulus Venetus Papa ſecundus.

*¶ Bonorum eccleſiaſticorum alienatio non tenet: & alienantes & recipientes ſunt excõmunicati, prælatiſque diuerſis diuerſæ pœnæ imponuntur.*

CAP. VNICVM.

† Vide conciliũ Tridẽt. ſeſſio. 25. de refor. c. 11.

Immobilia, & mobilia ꝑtioſa æquiparantur.

Alienationis variæ ſunt ſpecies.

AMbitioſæ † cupiditati, illorum præcipue, qui diuinis & humanis affectati damnatione poſtpoſita, immobilia & pretioſa mobilia Deo dicata, ex quibus eccleſiæ, monaſteria, & pia loca reguntur, illuſtranturque, & eorum miniſtri ſibi alimoniam vendicant, profanis vſibus applicare, aut cum maximo illorum ac diuini cultus detrimẽto exquiſitis mediis vſurpare præſumunt, occurrere cupientes: omnium rerum & bonorum eccleſiaſticorum alienationem, omneque pactum per quod ipſorum dominium transfertur, conceſſionem, hypothecam, locationem, & conductionem vltra triennium, nec non infeudationem vel contractum emphyteuticum, præterquam in caſibus à iure permiſſis, ac de rebus & bonis in emphyteuſim ab antiquo concedi ſolitis, & tunc eccleſiarum euidenti vtilitate, ac de fructibus & bonis, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt pro inſtantis temporis exigentia, hac perpetuo valitura conſtitutione præſenti fieri prohibemus: prædeceſſorum noſtrorum conſtitutionibus, & decretis aliis ſuper hoc editis, quæ tenore præſentium innouamus, in ſuo nihilominus robore permanſuris. ¶ Siquis autem contra huius noſtræ prohibitionis ſeriem de bonis & rebus eiſdem quicquã alienare prǽſumpſerit, alinatio, hypotheca, conceſſio, locatio, conductio, & infeudatio huiuſmodi, nullius omnino ſint roboris vel momenti. Et tam qui alienat, quàm is qui alienatas res & bona prædicta receperit, ſententiam excommunicationis incurrat. Alienanti vero bona eccleſiarum, monaſteriorum, locorumq; piorum quorumlibet incõſulto Romano Pontifice, aut contra præſentis conſtitutionis tenorem, ſi pontificali vel abbatiali præfulgeat dignitate, ingreſſus eccleſiæ ſit penitus interdictus. Et ſi per ſex menſes immediate ſequentes, ſub interdicto huiuſmodi animo (quod abſit) perſeuerauerit indurato, lapſis menſibus eiſdem à regimine & adminiſtratione ſuæ eccleſiæ vel monaſterij, cui præſidet in ſpiritualibus & temporalibus, ſit eo ipſo ſuſpenſus. Inferiores vero prælati, commendatarij, & aliarum eccleſiarum rectores beneficia vel adminiſtrationem quomodolibet obtinentes, Prioratibus, præpoſituris, præpoſitatibus, dignitatibus, perſonatibus, adminiſtrationibus, officiis, canonicatibus, præbẽdis, aliiſque eccleſiaſticis cum cura & ſine cura ſæcularibus & regularibus beneficiis, quorum res & bona alienarum dumtaxat, ipſo facto priuati exiſtant: illaque abſque declaratione aliqua vacare cenſeantur: poſſintque per locorum ordinarios, vel alios, ad quos eorum collatio pertinet, perſonis idoneis (illis exceptis quæ propterea priuatæ fuerint) libere de iure conferri, niſi aliàs diſpoſitioni Apoſtolicæ ſedis ſint ſpecialiter aut generaliter reſeruata: nihilominus alienatæ res & bona huiuſmodi ad eccleſias, monaſteria, & loca pia, ad quæ ante alienationem huiuſmodi pertinebant, libere reuertantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę prohibitionis & innouationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Marcum, anno Dominicæ incarnationis M. cccc. lxviij. Calend. Martij, Pontificatus noſtri anno quarto.

Alinans bona eccleſię & alienata recipiens eadem pœna puniũtur.

## De emptione & venditione.

¶ Martinus v. venerabilibus fratribus Treuereñ. & Lubicinenſi ac Almicenſi epiſcopis.

*¶ Contractus emptionis & venditionis annui cenſus cum conditione reuenditionis, declaratur hic non eſſe vſurarius. Et in fine mandatur quòd huiuſmodi bulla publicetur.*

CAPITVLVM I.

† De materia huius Extrauagãtis vi de gl. & doctores in ca. cõqueſtus. de vſur. Butriũ, & Imolã in ca. ad noſtrã, de emptio. & vendi. Ancharanũ con ſil. 30. incip. Dubitari ſolet. Felinũ in c. ſi cautio. de fide inſtr. & Sotũ lib. 6. de iuſt. & iure, q. 5. art. 3.

REgmini † vniuerſalis Eccleſiæ quamquam immeriti, diſponente Domino, præſidentes, curis angimur aſſiduis, vt iuxta creditæ nobis diſpenſationis officium, ſubditorum quorumlibet paci & quieti (quantum nobis ex alto conceditur) intendamus: Et dubia, quæ inter eos oriuntur pro tempore, ne litis anfractum, ſeu ſcandalorum parturiant fomentum, noſtro moderamine declarentur. ¶ Sane petitio dilectorum filiorum vniuerſorum, cleri, nobiliũ, incolarum, & habitatorũ ciuitatis & diœceſis Vratiſlauieñ. nobis exhibita continebat: quòd à centũ annis citra & ſupra, & à tanto tẽpore & per tantum tempus, cuius contrarij memoria hominũ non exiſtit: in eiſdẽ ciuitate & diœceſi, ac partibus aliis vicinis, quædã conſuetudo rationabilis obſeruata, præſcripta, ac moribus vtentiũ approbata, ad communem hominum vtilitatem introducta fuiſſet: Pro quibus princeps, baro, miles, ciuis, ſiue oppidanus partium earundem, cum hoc expedire videbatur melius pro tunc non valentes ſibi cõſulere, perſonæ eccleſiaſticæ, aut ſæculari collegio, aut vniuerſitati; oppido, vel ciuitati, ſuper bonis ſuis, dominiis, oppidis, terris, agris, prædiis, domibus, & hęreditatibus vendere conſueuit, & vẽdidit annuos cẽſus vnius vel plurium marcarum aut groſſorum Pragenſium nummi polomæi, & pagamenti conſueti: ad rationem & pro qualibet marca annui cenſus decem, vndecim, tredecim, quatuordecim

Conſuetudo immemorialis ꝑ quid cognoſcitur.

decim marcæ,aut plus vel minus ſecūdum tēporis qualitatem,prout ipſi contrahētes tunc inter ſe cōuenerāt.Ipſi vēditori tunc integraliter in pecunia numerata ſolui conſueuerant, bonis in ipſo contractū tunc expreſſis,pro ipſius cenſus annui ex ſolutione in perpetuum obligatis. Et ſemper in ipſis cōtractibus expreſſe ipſis vēditoribus data fuit facultas atque gratia,quòd ipſum annuū cēſum in toto vel in parte pro eadem ſumma denariorum,quam ab ipſis emptoribus receperunt,quandocunq; vellent libere abſque alicuius requiſitione, contradictione,vel aſſenſu poſſent extinguere & redimere, ac ſe ab ipſius cenſus ſolutione extunc penitus liberare.Sed ad hoc huiuſmodi cēſus venditores inuiti nequaquam per emptores arctari vel adſtringi valerent,etiam ipſis poſſeſſionibus & bonis obligatis penitus interēptis ſeu deſtructis:Fuitque & eſt talis contractus emptionis & venditionis per epiſcopos Vratiſlauieñ. pro tēpore exiſtentes, & eorū officiales,necnon per diuerſos dominos tēporales locorum & terrarum,in quibus cenſus huiuſmodi conſtituti exiſtunt,tamquam licitus & cōmuni vtilitati deſeruiens ſæpius confirmatus pariter & approbatus.Quódque etiam ſuper huiuſmodi cenſibus,plurima beneficia eccleſiaſtica,collegia,canonicatus,& præbendæ,dignitates, perſonatus & officia,vicariæ,altaria numero pluſquā duo millia, de expreſſo conſenſu,& voluntate dominorum tēporalium,ſub quorum territoriis dicta bona obligata conſiſtunt,erecta,dotata,& fundata, authēticis eorundem dominorum temporalium litteris ſigillis ſigillatis & roboratis fore noſcūtur. Quodque etiā venditores eorundem cenſuum ſe nonnumquam ad ipſorum cenſuum ſolutionem , pœnis & cēſuris eccleſiaſticis ordinariorum locorū ſponte & libere ſubmiſerunt,ſicuti etiā aliqui eorum tractu temporis compulſi fuerunt,& compelli conſueuerūt.Tamen nonnulli ex venditoribus ipſis in arcū prauū conuerſi,cupientes cum alterius pecunia locupletari,huiuſmodi cenſus hucuſq; per eos antea libere abſq; vlla cōtradictione ſolutos, eiſdem emptoribus tam eccleſiaſticis quàm ſæcularibus ſoluere contradicunt & recuſant,confingentes huiuſmodi emptionis & venditionis cōtractus fore & eſſe vſurarios & illicitos,ipſos emptores eccleſiaſticos & ſæculares,necnon collegia,canonicatus,& præbēdas & dignitates,perſonatus,& officia,vicarias,& altaria,ac beneficia huiuſmodi ipſorum annuorū cenſuum ſpoliant perceptione,& detinent ſpoliatos,in animarū ſuarū periculū,eorūque emptorum ꝓiudicium,damnū & grauamen,Et propterea an contractus emptionis & venditionis huiuſmodi liciti exiſtant,à nōnullis hæſitatur. Quare pro parte eorundem cleri nobilium,incolarum & habitatorū ciuitatis & diœceſis Vratiſlauiē. nobis fuit humiliter ſupplicatū,vt an cōtractus huiuſmodi liciti vel illiciti cenſeri debeat,declarare:& aliàs eis in præmiſſis opportune ꝓuidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.¶ Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati , quia etiā ex relatione dilecti filij noſtri Gulielmi tituli ſancti Marci presbyteri Cardinalis,cui negotium huiuſmodi cū peritorū cōſilio cōmiſimus examinandum, cōperimus contractus huiuſmodi iuridicos,& iuxta determinationē doctorum licitos fore. Ad huiuſmodi ergo ambiguitatis tollendum dubiū in præmiſſis, præfatos contractus licitos,& iuri communi conformes , ac ipſorū cenſuum venditores ad illorū ſolutiones ( remoto contradictionis obſtaculo) obligari auctoritate Apoſtolica,tenore præſentiū ex certa ſciētia declaramus:Non obſtantibus præmiſſis cæteriſque cōtrariis quibuſcunque.Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginam noſtræ declarationis infringere,vel ei auſu temerario cōtraire. Si quis autē hoc attentare præſumpſerit, indignationē omnipotentis Dei,ac beatorū Petri & Pauli Apoſtolorū eius ſe nouerit incurſurū. ¶ Volentes q̃ p̄dictæ litteræ noſtræ debitū ſortiantur effectū, fraternitati veſtræ ꝑ Apoſtolica ſcripta mādamus quatenus vos vel duo aut vnus veſtrū per vos vel aliū ſeu alios , præfatis emptoribus in præmiſſis opportuni fauoris præſidiū efficaciter impendentes,dictaſque litteras vbi quando & quotiens expedire videritis auctoritate noſtra ſolemniter publicantes, faciatis eadē auctoritate eiſdem emptoribus , vel ipſorū procuratoribus eorū nominibus,per venditores ſeu debitores cenſuum huiuſmodi de præfatis cenſibus iuxta cōtractuum & conuentionū inter ipſos habitorū formam & tenorem,plenam & debitā ſatisfactionem impendi:Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam,appellatione poſtpoſita cōpeſcendo. Nō obſtante ſi aliquibus communiter vel diuiſim à ſede Apoſtolica ſit indultum, q̃ interdici,ſuſpendi , vel excommunicari non poſſint, per litteras Apoſtolicas nō facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos ſexto nonas Iulij,Pontificatus noſtri anno octauo.

Locupletari ex alieno re probatur.

Priuilegium Papæ pōt ā cēſura eccleſiaſtica præſeruare.

¶ Calixtus tertius epiſcop.Magdeburgeñ.Nuremburgeñ. & Halbeſtardeñ.eccleſiarum decanis.

¶ *Contractum quendam emptionis & venditionis præcedenti ſimilem declarat eſſe iuri conſonum,& ab vſuris alienum.Et tandem iubet præſentem bullam cunctis manifeſtari.*

CAP. II.

ij Regimini † vniuerſalis Eccleſiæ quāquam immeriti diſponente Domino præſidentes, curis angimur aſſiduis, vt iuſta nobis crediti diſpenſationem officij ſubditorum quorūlibet paci & quieti(quantum nobis ex alto conceditur)intendamus Et dubia quæ inter eos oriuntur pro tēpore(ne litigiū anfractus exinde ſeu ſcandala proueniant ) debito(prout iuſtitia ſuaſerit)declarationis noſtræ miniſterio ſopiantur.¶ Sane pro parte venerabilis fratris noſtri Ioannis epiſcopi Merſburgeñ. & dilectorum filiorū vniuerſi cleri ciuitatis & diœceſis Merſburgen. nobis nuper exhibita petitio continebat: Quod licet à tanto tēpore cuius contrarij memoria nō exiſtit,in diuerſis Alemaniæ partibus,pro cōmuni hominum vtilitate, inter habitatores & incolas partium earundem talis inoleuerit , hactenuſque obſeruata fuerit legitime præſcripta, ac moribus vtentium & ordinariorum permiſſione, & plerumque expreſſa ratificatione approbata conſuetudo: Quòd ipſi habitatores & incolæ, ſiue illi ex eis quibus id pro ſuis ſtatu & indemnitatibus expedire viſum fuerit , ſuper eorum bonis , domibus,agris,prædiis,poſſeſſionibus , & hæreditatibus annuos marcarum,florenorum ſeu groſſorum monetæ in partibus illis currentis , redditus ſeu cenſus vendentes pro ſingulis ex marcis, florenis ſiue groſſis huiuſmodi ab eis , qui illas vel illos , ſiue redditus ſiue cenſus ipſos emerint certum competens pretium,in numerata pecunia ſecundum tem

† Vide doctores in ꝓxima præcedenti extrauaganti citatos.

Conſuetudo dicitur ius vtentiū moribus approbatum.

poris

poris qualitatem, prout ipſi vẽdentes & ementes in contractibus ſuper his inter ſe firmauerunt, & recipere ſoliti fuere illa ex domibus, terris, agris, prædiis, poſſeſsionibus, & hæreditatibus prædictis, qui in huiuſmodi contractibus expreſsi fuerunt, prædictorum ſolutione reddituum & cenſuũ efficaciter obligantes, in illorum vendentium fauorẽ: Hoc adiecto, q̃ ipſi pro rata qua huiuſmodi per eos receptam dictis ementibus reſtituerent in toto vel in parte pecuniam, à ſolutione reddituum ſeu cenſuũ huiuſmodi reſtitutam pecuniam contingentium, liberi forent penitus & immunes. Sed iidem ementes etiam ſi bona, domus, terrę, agri, poſſeſsiones, & hæreditates huiuſmodi proceſſu tẽporis ad omnimodæ deſtructionis ſiue deſolationis reducerentur opprobrium, pecuniam ipſam etiam agendo repetere non valerent. Apud aliquos tamẽ hæſitationis verſatur ſcrupulus, an huiuſmodi contractus liciti ſint cenſendi. ¶ Vnde nonnulli illos vſurarios fore prætendentes, occaſionem quærunt redditus & cenſus huiuſmodi ab eis debitos non ſoluendi. Quare pro parte epiſcopi & cleri prædictorũ aſſerentiũ, quòd in talibus hic emptis cenſibus & redditibus, fructus, redditus, & prouentus plurium eccleſiarum, monaſteriorum, hoſpitalium, & eccleſiaſticorum beneficiorum ciuitatis & diœceſis ac partium prædictarũ, necnon fere omnes quotidianæ diſtributiones, quæ in pleriſque ex eccleſiis ipſis diuinis intereſſentibus miniſtrari ſolent, conſiſtere noſcuntur: nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt ſuper his Apoſtolicæ ſedis declarationis oraculũ impertiri, & adiicere paterna dilectione curaremus.

Dubia declarare ſummi Põtificis eſt.

¶ Nos igitur huiuſmodi in hac parte ſupplicationibus inclinati, & factas ex cõmiſsione felicis recordationis Martini Papę v. prędeceſſoris deſuper examinationẽ, & eiuſdẽ prædeceſſoris noſtri declarationẽ attentius perſtrigẽtes, ſuiſque veſtigiis inhærentes, ad omne ſuper his ambiguitatis tollendum dubium, præfatos contractus licitos, iurique cõformes & vendẽtes eoſdẽ ad ipſorũ ſolutionẽ cenſuũ & redditũ, iuxta dictorũ contractuũ tenores (remoto contradictionis obſtaculo) efficaciter teneri auctoritate Apoſtolica pręſentiũ ſerie declaramus. Nulli ergo hominũ liceat hanc paginã noſtræ declarationis infringere, vel ei auſu temerario cõtraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationẽ omnipotẽtis Dei, & beatorũ Petri & Pauli Apoſtolorũ eius ſe nouerit incurſurũ. Datũ Romæ apud ſanctũ Petrũ, anno incarnationis Dominicæ M.cccc.lv. pridie nonas Maij, Pontificatus noſtri anno primo. ¶ Volentes itaque q̃ prædictæ litterę debitũ ſortiatur effectũ, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus veſtrum per vos vel aliũ ſeu alios dictis præpoſito, decano, capitulo, ac aliis beneficiatis oportunæ defenſionis præſidio aſsiſtẽtes, dictaſque litteras (vbi & quando ac quoties expedire videritis) auctoritate noſtra ſolẽniter publicãtes, faciatis, & eadẽ auctoritate per vẽditores ſeu debitores redditũ & cẽſuũ huiuſmodi dictis emptorib⁹, ſeu illis quibus ipſorũ redditũ & cenſuum ſolutio præſtãda fuerit, de eiſdẽ cẽſibus & redditibus iuxta contractuũ & cõuentionũ ſuper his habitorum formã & tenorẽ, plenam & debitã ſatiſfactionem impendi: contradictores vero per cenſuram eccleſiaſticam apppellatione poſtpoſita compeſcendo: non obſtante ſi aliquibus communiter vel diuiſim à ſede Apoſtolica indultum exiſtat, quòd indici, ſuſpendi, vel excommunicari nõ poſſint per litteras Apoſtolicas nõ facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem. Datum vt ſupra.

## De ſepulturis.

¶ Bonifacius octauus.

*¶ Corpora defunctorum exẽterantes, & ea immaniter decoquentes, vt oſſa à carnibus ſeparata ferant ſepelienda in terram ſuam, ipſo facto ſunt excommunicati.*

### CAP. I.

Deteſtandæ [a] feritatis [b] abuſum [c], quẽ ex quodam more † horribili [d] nonnulli fideles improuide proſequũtur, nos piæ intẽtionis ducti propoſito, ne abuſus prædicti ſæuitia vlterius corpora humana dilaceret, menteſque fideliũ horrore commoueat, & perturbet auditũ, digne decreuimus abolendum. ¶ Præfati namque fideles huius ſuæ improbandæ [e] vtique conſuetudinis vitio intendentes, ſi quiſquã ex eis genere nobilis, vel dignitatis titulo inſignitus, præſertim extra ſuarum partium limites debitum † naturæ perſoluat, in ſuis vel alienis remotis partibus ſepultura electa, defuncti corpus ex quodam impiæ pietatis [f] affectu truculẽter [g] exenterant [h],

† Aliàs, modo.

† Mori eſt naturæ debitum ſoluere.

Deteſtandæ.] ¶ Huic ſtatuto cauſam dedit bonæ memoriæ N. tituli ſancti Laurẽtij in Damaſco presbyter Cardinalis. Et hoc cap. diuiditur in ſex partes. Primo, procœmiũ ad dicenda præmittit. Secundo, §. *Præfati.* factum horrendum ponit. Tertio, §. *Volentes.* ſuper facto huiuſmodi ſtatuit. Quarto, §. *Sed vt defunctorum.* voluntates defunctorum moderando docet exequi. Quinto, §. *Nos enim.* contra ſtatutum huiuſmodi facientes pœna excõicationis, & defunctum, vt eccleſiaſtica careat ſepultura, punit. Sexto, §. *Nulli.* inhibet, nec contra prohibitionem huiuſmodi fiat, volens quòd facientes indignationem Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum incurrant.

a ¶ *Deteſtandæ.*] id eſt, execrandæ vel abominandæ. ſic ſumitur extra 6. lib. de conceſ. p̃b. c. deteſtanda. extra de fil. presby. ex tranſmiſſa. extra qui fil. ſint legi. per venerabilem. circa fin. Alio modo accipitur deteſtari, hoc eſt abſenti denuntiare, vt deteſtatio ſit denuntiatio facta cum teſtatione. Vnde deteſtari, denuntiando teſtari. ff. de ver. ſign. l. ſubſignatum. §. deteſtari. & l. ſeq. Ioa. Mo.

b ¶ *Feritatis.*] id eſt, crudelitatis, inſtituit. ff. ſi qua. pau. fec. dic. circa prin. Ioa Monachus.

c ¶ *Abuſum.*] id eſt malum vſum, ſeu contra rationem. extra de elect. quiſquis. & cap. quòd ſicut. 2. reſponſo.

d ¶ *Horribili.*] hic horror exprimitur j. eod. §. præfati. & dic horribili, id eſt, abominabili. 32. q. 5. ſi vxorem. extra de ſpon. veniens. 1.

e ¶ *Improbãdæ.*] & merito cũ enim conſuetudo, qua tenditur ad rerũ abuſum, ſit reprobata. extra de conſue. ex parte. de offi. ord. ſi canonici. lib. 6. multo magis illa eſt reprobãda, qua tenditur ad abuſum corporũ humanorũ, quæ non recipiunt (propter eorũ excellentiam) æſtimationem. ff. ſi quadru. pau. fe. dic. ex hac lege. ff. de his. qui deie. vel effu. l. prima. §. ſed cum homo, ſic nec libertas æſtimationem recipit. ff. de reg. iur. l. libertas.

Corpus humanum non recipit æſtimationem.

f ¶ *Impiæ pietatis.*] prætextu enim pietatis impietas nõ eſt cõmittenda. 30. q. 1. noſſe. 1. q. 1. non eſt putanda. & ſicut miniſterium pietatis eſt cõſolari merentiũ corda. 45. diſt. diſciplina. in fi. ſic deſolari eadẽ ſub colore obſequendæ voluntati improbæ. defunctorũ eſt impietas: contriſtatur enim quis merito cum videt illa diuidi, quæ non patiuntur diuiſionẽ cõmodam, quo caſu in re etiã cõmuni nõ fit diuiſio, ſed de iure fit vni adiudicatio totius rei, æſtimationi alteri pro ſua parte danda. Inſt. de offi. iud. §. eadẽ & §. ſeq. ff. de leg. 1. non amplius. §. vlt. nec per hoc cap. derogatur electioni ſepulturæ, ſed modus hic narratus merito reprobatur, vt infra §. ſed vt defunctorũ. Sic Iacob & Ioſeph elegerunt ſepulturã, vt Iacob cõditus aromatib⁹ integre, & Ioſeph corpore incinerato eius oſſa ad ſepulturam paternam portarentur. Gen. c. vlt. extra de ſepul. cap. 1. lib. 6. 13 q. 2. cap. Ebron. & cap. vnaquæque. ver. item Ioſeph. Ioan. Mona. Cardinalis.

Rei communis adiudicatio ſit, ſi diuidi nõ poſſit.

g ¶ *Truculenter.*] à truculentus, qui eſt plenus truculentia, vt in hymno, *Arcet luporum truculentam rabiem.*

h ¶ *Exenterant.*] id eſt, extrahunt interiora. vnde exentera inteſtina di-

Exentera q̃ dicantur.

ac illud membratim vel in fruſta [a] immaniter [b] cõcidentes, ea ſubſequẽter aquis immerſa exponunt ignibus decoquẽda. Et tandẽ (ab oſſibus tegumento [c] carnis excuſſo) eadẽ ad partes prædictas mittunt, ſeu deferũt tumulãda [d]. Quod non ſolũ diuinæ maieſtatis cõſpectui abominabile plurimũ redditur [e], ſed etiã humanæ conſiderationis obtutibus [f] occurrit vehemẽtius abhorrendũ [g]. ¶ Volentes igitur (prout officij noſtri debitum exigit) illud in hac parte remedium adhibere, per quod tantæ abominationis tantęque immanitatis [h] & impietatis abuſus penitus deleatur, nec extendatur [i] ad alios: Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, & ordinamus, vt cum quis cuiuſcunque ſtatus, aut generis, ſeu dignitatis [k] extiterit: in ciuitatibus, terris, ſeu locis in quibus catholicæ [l] fidei cultus viget, diem de cætero claudet extremum: circa corpora defunctorum huiuſmodi abuſus vel ſimilis nullatenus obſeruetur, nec fidelium manus tanta immanitate fœdentur. Sed vt defunctorũ corpora ſic impie ac crudeliter nõ tractentur, deferantur ad loca in quibus viuentes elegerint ſepeliri, aut in ciuitate, caſtro, vel loco vbi deceſſerint, vel loco vicino eccleſiaſticę ſepulturę tradãtur ad tẽpus, ita ꝙ demũ incineratis corporib⁹, aut aliàs ad loca vbi ſepulturã elegerint, deportentur, & ſepeliantur in eis. Nos enim ſi p̃dicti defuncti executor vel executores aut familiares eius, ſeu quiuis alij cuiuſcũq; ordinis, cõditionis, ſtatus, aut gradus fuerint etiã ſi põtificali dignitate præfulgeãt, aliquid cõtra hmõi noſtri ſtatuti & ordinationis tenorẽ pręſumpſerint attẽtare, defunctorũ corpora ſic inhumaniter & crudeliter ꝑtractãdo, vel faciẽdo pertractari, excõmunicationis ſententiã (quã exnũc in ipſos ꝓferimus) ipſo [m] facto ſe nouerint incurſuros, à qua nõ niſi per Apoſtolicã ſedẽ (p̃terquã in mortis [n] articulo †) poſſint abſolutionis beneficiũ obtinere. Et nihilominus ille cuius corpus ſic inhumane tractatum fuerit: eccleſiaſtica careat ſepultura [o]. Nulli ergo, &c. Datum Lateranẽ. xij. Calendas Martij, Pontificatus noſtri anno ſexto.

¶ Bonifacius octauus.

*¶ Super prædicationibus, confeſſionibus, & ſepulturis prouidet hoc cap. vt tollat cõtentiones, quæ olim erant inter curatos ex vna parte, & Iacobitas, &*

ſtina dicuntur, quaſi ex intra trahantur. Ex quo verbo & pluribus poſitis in hac conſtitutione videntur inteſtina per inciſionem corporis non debere extrahi, vt forſan corpus per aliquot dies cuſtodiatur ſuper terrã ad expectandũ defuncti amicos, & ratio redditur 23. q. 5. ſi non licet. Item ius ſtatuit quo loco quis debet ſepeliri: & licet ius det electionem ſepulturæ, hoc iuris beneficiũ non debet trahi ad diſpendiũ illicitum. C. de vſuc. pro empto. eum qui. ſiue ſit illicitum in modo vel facto, vt hoc cap. & dicto c. ſi non licet. Item humana corpora ſub certa pœna ꝓhibentur ſepeliri in ciuitatibus. ff. de ſepul. viol. l. 3. §. diuus. ne contingat infectio, quæ ſi contingat, eſt purganda. ff. de no. ope. nun. l. de pupillo. §. ſi quis riuos. ergo propter beneficium electionis ſepulturæ nõ debet committi vnde habeatur contagium, horror, ſeu infectio. Et ideo ne contingat infectio, debet corpus tradi eccleſiaſticæ ſepulturæ, & fieri ſeruitium conuocatis amicis. Sed cõtra, licet corpus humanum condire aromatibus, & hoc eſt ornare ipſum, ſed ornatus præſupponit mũdum: nam munda ornari debent, non immunda: vnde Apoſtolus ad Romanos 13. Abiiciamus opera tenebrarũ, hoc eſt vitia, & induamur arma lucis, id eſt, virtutes, quæ faciũt hominẽ lucidũ & armatũ contra vitia, & vt dicit Boetius: Prius ſunt extirpanda vitia, quàm inferantur virtutes: ergo condiendũ prius erit à fæcibus mundandum: ꝙ fit leuius per inciſionem. Dicũt quidam ꝙ hoc eſt tolerabile in maximis viris extra ſolũ proprium longe morientibus, vel in remotis valde ſepulturam eligentibus. Dic contra, ne fiat diuiſio incõmoda, quæ etiam eſt prohibita in profanis, vt dictũ eſt, præſertim cum ius cõmune ſine captione & calumnia electionis ſepulturæ intelligendum ſit. ff. ad exhi. l. pen. & ad arg. dic ornatum præſupponit mundum, duntamen mundare quod intenditur non ſit prohibitum, vt hic. Et eſt hic aliud hoc mundare contra naturam rei, nam cadauer, id eſt, caro data vermibus debet dari terræ, nam caro eſt terra, & in terram reuerti debet. Vnde ꝙ corpus Ieſu Chriſti & Iacob fuit conditũ aromatibus, vt habetur Ioa. 19. & Gen. vlt. nõ tñ habetur ibi ꝙ fuerit exenteratũ. Ioa. Mon.

Mortuo aliquo an poſſint inteſtina extrahi, vt expectentur amici.

a ¶ *Fruſta.* ] ſine r, in vltima ſyllaba. Et eſt fruſtũ, pars carnis vel panis. ſicut lupus fruſtatim comedit agnum. 13. q. 1. §. his ita. ver. item Apoſtolus laborantem agricolam, &c.

b ¶ *Immaniter.* ] id eſt crudeliter. C. de emen. ſer. l. 1. in fi. Reperitur tamen quandoque immanis pro grandi, vt hic, immania cete. & forte eſt ratio, quia grandes conſueuerunt eſſe crudeles.

Immanis duo ſignificat,

c ¶ *Tegumento.* ] id eſt, coopertura. ff. de auro & argen. l. leg. argumento. in princip.

d ¶ *Tumulanda.* ] illud forte attendentes:

*Mollius oſſa cubant, tumulis ſociata parentum.* aliàs:
*Molius oſſa cubant, manibus tumulata parentum.* Ioa. Mona.

e ¶ *Redditur.* ] cum diuiditur quod commode diuidi nequit, & ſic in re Dei peccatur. extra de cor. vit. ſignificauit. 23. q. 5. ſi nõ licet.

f ¶ *Obtutibus.* ] id eſt, aſpectibus.

g ¶ *Abhorrendum.* ] nam quod quis abhorret in ſeipſo, iure naturali habet abhorrere in alio. extra de offic. ordi. ad reprimendã. & dicto cap. ſi non licet. iuxta illud:

*Quod tibi vis fieri, mihi fac: quod non tibi, noli:*
*Sic potes in terris viuere iure poli.* Ioa. Mona.

h ¶ *Immanitatis.* ] id eſt, crudelitatis.

i ¶ *Nec extendatur ad alios.* ] deinceps: quia ſtatuta dant formã futuris negotiis. extra de conſti. cap. vlt. C. de leg. & cond. l. leges & conſtitutiones.

k ¶ *Dignitatis.* ] numquid comprehenduntur epiſcopi, & etiam laici reges? Dic ꝙ ſic, quia vnus eſt introitus omnibus ad vitam & ſimilis exitus. Sap. 7. & quo ad id d̃ quo agitur, eſt negotiũ eccleſiaſticũ, in quo omnes æqualiter ſubsũt Papæ ſtatuẽti. Nec hoc caſu tollitur deſideriũ defunctorum, ſed differtur, vt ĩ. §. ꝓxi. Nec obſtat quod notabilia ſunt ſpecialiter exprimenda, aliàs viderẽtur neglecta. ff. de iniu. l. item apud. §. hoc edictum, quia hic reſpicitur ſtatus hominis poſt mortẽ, in quo nõ eſt diſtinctio liberi vel ſerui. auth. d̃ mon. §. 1. coll. 1.

Moriuntur magni vt parui.

l ¶ *Catholicæ fidei.* ] & ſic hæc conſtitutio non inhibet, vbi catholicus decederet in terra Sarracenorum, immo inhibetur modus hic expreſſus. Sed ſi ſunt tãti, deberẽt codiri aromatibus, vt dictum eſt de Iacob. aliàs permittantur incinerari, vt in Ioſeph. Vñ ſubaudi hic, maxime.

m ¶ *Ipſo facto.* ] ſed pœna exõicationis ante iſtã conſtitutionem, aut præter eam, vt in caſu poſito locũ ſibi non vẽdicat, vt poẽ antea nõ inflicta. Et dico iſtum modũ eſſe illicitũ ante iſtam conſtitutionem: quia corpus humanum cuius facies ad ſimilitudinem cæleſtis pulchritudinis eſt figurata, nec maculari nec defigurari debet. C. de pœni. l. ſi quis in metallum. Item improba eſt voluntas defuncti, qua mãdat reliquias ſuas poſt mortem ſuam in mare proiici. ff. de cond. inſti. conditiones. & l. quidam. ff. de leg. 1. ſeruo alieno. §. ſi. quod tamen non eſt ita horribile ſicut iſtud. Item humana natura eſt erubeſcenda. in auth. vt defun. ſeu fu. §. 1. coll. 5. Sed contra. ff. de reli. & ſump. fu. cum in diuerſis. Sol. lex illa non dicit, vtrũ humanũ corpus debeat diuidi vel nõ, ſed quærit quid iuris ſit ſi diuiſum fuerit forte ab hoſtibus vel ab aliis. Nec obſtãt. C. de adul. l. quãuis adulterij. in fi. vbi quis decapitatur. nec C. de ſeru. fug. auth. ſed nouo iure. vbi manus amputatur. nec extra de homi. tua nos. §. vlt. vbi oculi eruuntur, & virilia amputantur: quia hæc fiunt ad iuſtitiam exercendam, vt pœna vnius ſit metus multorum. C. ad leg. Iul. repet. l. 1. Nec obſtat ſi dicatur homo mortuus non eſt homo, quia ſaltem retinet figurã & reliquias humanæ naturæ: & ideo etiam poſt mortem corpus, humanum non recipit æſtimationem. arg. auth. vt defun. ſeu fu. eorum. §. 1. coll. 5. in fi. & C. de ſepul. viol. l. 3. & fi.

† Vide Concilium Trid. ſeſſio. 14. ca. 7. de caſuum reſeruatione.

Facies humana eſt ad ſimilitudinẽ diuinæ pulchritudinis figurata.

Corpus humanum propter iuſtitiã exercendam variis pœnis ſubiici poteſt.

n ¶ *Mortis articulo.* ] hoc ſemper excipitur. extra. lib. 6. de pœnis. felicis. §. præſenti. extra de offi. ordi. cap. paſtoralis. §. 1.

o ¶ *Sepultura.* ] ſed quõ defuncto imponitur pœna hic? Dic ex ſequela p̃cedentis delicti, ſicut & honor fit ei ex ſignis quæ in eo apparuerũt ipſo viuo. extra de ſen. excom. à nobis 2. Sed tu dices: iſte nõ mandauit in ſpecie, ſed tantũ in genere, qđ nõ cõtinet illicitũ. ff. de cond. inde. l. ꝓcurator. Sol. iſte mandans genus videtur ſecundũ vſum ſolitũ mandare, qui hic reprobatur, & ideo hic punitur. Vel dic ꝙ hic punitur ſine culpa, licet non ſine cauſa: quia hic punitur ꝓpter deteſtationem facti & ſequelæ eiuſdẽ, ſicut ſæpe fit, vt not. extra de cõſt. c. cognoſcentes. & c. antiqua. de priui. Ioa. Mon.

Mortuis quãdoque pœna imponitur

ADDITIO. Adde ad materiam huius decret. conſilium Oldradi 76. quod incipit, thema tale eſt, vbi concludit, ꝙ nepos non eligens ſepulturam, ſepelirur in ſepulchro patris & aui, licet ſit in eccleſia Mendicantium, dato ꝙ ſuperiores eiuſdem ſint ſepulti in eccleſia parochiali, vbi vide optimas rationes. Ioan. Franciſci.

Additio Ioãnis Franciſci.

Super

a Super cathedram.]¶Hoc ſtatutum ordinat,prouidet,& decidit ſuper tribus articulis,ſcilicet de prædicationibus faciendis,& confeſsionibus audiendis,ac de ſepulturis, & occaſione earum lucris. Super quibus fuit grandis contentio inter prælatos & rectores parochialium eccleſiarũ ex parte vna,& prædicatores & Minores ex altera,præſertim à tempore felicis recordationis Martini Papæ iiij. cuius indultũ prædictis Fratribus conceſſum per hoc ſtatutũ eſt ſublatum. Et hoc ſtatutum diuiditur in octo partes.Et primo ponit auctor procœmiũ ad dicenda.Secundo,§. *Ab olim*. factũ ſup dictis articulis narrat. Tertio,quarto,& quinto,§.*Diligenti*.& §.*Statuiſmus*. & §. *Huiuſmodi quoque*. ſuper dictis trib⁹ articulis prouidet ſeu ordinat. Sexto, §. *Nos etenim*.priuilegia, indulgẽtias,gratias,verbo vel ſcripto cõceſſas conſuetudines, conuentiones,& ſtatuta,& pacta,prout prædictis ſeu aliquibus eorũ ſunt aduerſa, caſſat & irritat. ſeptimo.§. *Cæterũ*. prælatos & rectores rogat & hortatur, vt ſe dictis Fratrib⁹ beneuolos reddant,ſecus faciendo ꝓlatis, & rectoribus comminando. Octauo, §. *Nulli ergo*.vt præmiſſa non infringantur,mandat,& contrarium faciens indignationem Dei & beatorum Apoſtolorum incurrat. Et pro prælatis & rectoribus iſta ſunt ſpecialiter notanda. Primum eſt, quod non eſt hic ſpecialiter conceſſum, cenſetur eſſe denegatum. argum.C.de appel.præcipimus.in fi.extra lib.6.de elect.conſtitutio.Et eſt ratio, cũ dicti Fratres pugnent contra ius commune, quod non eſt expreſſe ſublatum, ſtat, extra de priuil.paſtoralis.præſertim vbi priuilegium habet aliàs effectum,vt dicto c.paſtoralis.& c.in his. Item ſecundo hac conſtitutione,priuilegia,pacta, cõſuetudines cõuentiones,ſtatuta, gratiæ,ſeu indulgentiæ hic ordinatis aduerſa per hanc conſtitutionẽ reuocantur.ſimile video extra lib.6.de elect.cum non deceat.& c. quia ſæpe.& eod.lib.de ſent excom.c.vlt.in fi.Item videtur notãdum, ꝙ prælati non denegent dictis fratribus licentiam petitam ſimpliciter ne id quod eſt poteſtatis ordinariæ,fiat poteſtatis Apoſtolicæ,& poteſt fieri hæc conceſsio ſimpliciter,vel ad tempus. Et forte dare ſimpliciter,ne pro malitia notaretur.Et cõcedendo ſimpliciter eſt facultas reuocandi,quando valet ordinarius,vel in totum, vel in partem.ff.de iudi.iudicium ſoluitur.Contra dic, nam in hoc caſu eſt gratia, licentia & beneplacitum, ſiue quo ad prælatos,ſiue quo ad Papam gratioſe concedentẽ in negligentia prælatorum.j.eod.§.ſtatuimus.& ver.ſi vero iidem. Et gratia non debet reuocari,cum ſit perpetua.extra lib.6.de offic. deleg. ſi ſuper. Et nos beneficiis deceat adiuuari,non decipi.ff.commo.in commodato.§.ſi ex facto.in fi.arg.C.de dona. quæ ſub modo. l.perfecta. Nec obſtat l.iudicium.in qua non ſit datio,ſed cognitio, & cogniti executio.& hoc in ſimili not.extra de elect.in cauſis. Et hic non præſumeretur malitia,ſi prælatus ſic diceret,do vobis vſque ad tale tempus,deliberaturus poſtmodũ de tempore longiori, prout audiam merita & diligentiam Fratrum eligendorum. Item notandũ ne dicti Fratres metas exeant dictæ ordinationis,& ipſis exeuntibus ſint repellendi.vnde delegatis principis venientibus ad certã prouinciam præſes eiuſdem non debet ſinere eos amplius facere, quàm eorum legatio ſe extendat.authen. vt iudi. ſine quoquo ſuff. §.volumus.coll. 2.Et eſt ratio,delegatus habens poteſtatem à principe,illud tantũ proſequatur, quod ſibi ſpecialiter eſt conceſſum, nec alia vſurpet. C.de execu.& exact.l.quicunque.lib.12.præſertim cum contra hoc ſtatutum Fratres priuilegiati non exiſtant, immo priuilegium,ſi contra ipſum ſtatutum habent,eſt ſublatum. j.eod. §.nos etenim.Sed an iſto caſu prælati poſsint animaduertere in tales excedentes,notaui extra lib.6. de priuile.cap.epiſcoporũ. Pro Fratribus illud eſt notandum,vt ipſi formam huius ſtatuti diligenter obſeruent,& ipſius limites non excedant.extra lib.6.de priuil. volentes. in princ. Sic enim ſeruare debent priuilegia, vt eorum mentem minime tranſgredi videantur.extra de priui.porro.& excedentes metas priuilegiorũ coerceri poſſunt,ſi ſuo indulto non contenti iuſtitiam impediunt aliorum.extra de priuil.patentibus. priuilegium enim meretur amittere,& c.11.q.3.priuilegiũ.extra de ſent. excõ. contingit 2.

† Ad intellectũ huius extrauagantis vide omnino Oldradum conſil. 287. incip. Quæſtiones pio poſitę. tit. de ſepulturis.& cõſi. 288. incip. Secunda q̃ſtio eſt eo' tit. Ancharanũ in c.1. q. 13. de conſti. & Aretinum cõſil. 85. inc pien. Conſiderata diligenter.

Negatũ cenſef quod expreſſe nõ cõceditur.

Gratia Papæ eſt perpetua.

*digeros ex altera.Hoc cap.licet Cordig. fuiſſet ſublatũ per extrauagantem,inter cunctas,quæ eſt infra de priuil. eſt tamen hodie innouatum per clem. dudum. de ſepultur.*

CAP. II.

SVper † cathedram [a] præeminentiæ paſtoralis diuina diſponente clementia conſtituti, & ſi multis & arduis,quę in amplum Romanæ curię alueũ vndique cõfluunt [b] quaſi torrẽs [c], prægrauemur negotiis [d], curis excitemur innumeris, cogitationib⁹ plurimis diſtrahamur, circa id tamen feruentibus votis intendimus,vacamus inſtãtius [e],ac operoſæ ſtudium ſollicitudinis impertimur, vt ad diuini nominis gloriam, exaltationem catholicæ fidei, & profectum fidelium animarũ (præciſis radicitus diſſidiorum [f] vepribus [g],& litigioſorum anfractibus [h] omnino ſubductis) inter eccleſiarum antiſtites ad curam & regimen gregis Dominici deputatos [i],cæteraſq; perſonas, quas ordo clericalis includit, pacis tranquillitas vigeat feruor charitatis exęſtuet, inualeſcat concordiæ vnitas, animorum identitas perſeueret.Scimus enim & ex euidentia facti colligimus, quòd nõ [k] niſi in pacis tempore bene colitur pacis auctor: nec ignoramus, quòd diſſenſſiones [l] & ſcandala prauis actibus aditum præparant:rancores & odia ſuſcitant, & illicitis moribus auſum præbent. ¶ Ab olim [m] ſiquidem inter prælatos & rectores ſeu ſacerdotes ac clericos parochialium eccleſiarum per diuerſas mundi prouincias cõſtitutos ex vna parte, & Prædicatorum & Minorum ordinũ Fratres ex altera (pacis æmulo [n] ſatore zizaniæ [o] procurante) grauis & periculoſa diſcordia extitit ſuſcitata ſuper prædicationibus [p] fidelium populis faciendis, eorum confeſſionibus audiendis [q], pænitentiis in

a ¶ *Cathedram*.]Cathedra eſt nomen græcum: & eſt excelſa ſedes præſidentis. Et componitur à cathos,quod eſt ſedes, & edra, id eſt, ſponda, quæ eſt pars lecti. Et proprie cathedra eſt doctorum, quæ competit præ cæteris ſummo Põtifici:qui ſicut præeminet cæteris dignitate, ita cæteros ꝓcellat ſanctitate.1.q.1. viliſsimus.

Cathedra quid ſit, & vnde dicitur.

b ¶ *Confluunt*.] vnde omnes oppreſsi ſedem Apoſtolicã poſſunt adire.2.q.6.oĩs.& c.ſeq.

c ¶ *Torrens*.] nam proprie dicitur torrens,qui ex diuerſis partibus, aquam recipiens, torret, id eſt, vertit,& voluit:ſic Papa nunc ad hunc, nunc ad illum ſe vertere habet & voluere.

d ¶ *Negotiis*.]vnde Papa prægrauatur, id eſt, præ aliis grauatur negotiis.Et eſt negotiũ quaſi negans otiũ. Non ergo vacent otiis & nugis, q curis exercitati habent innumeris, vt ſequitur.

Negotiũ vnde dicitur.

e ¶ *Inſtantius*.] ex hoc nota, ꝙ habens ad multa intendere,ad id debet quod eſt grauius manũ apponere,ſicut ille,qui ſe vult liberare iuris præſumptione, ab eo quod eſt ſibi grauius ſoluẽdo ſe liberat.ff.& C.de ſolutio.l.1.

f ¶ *Diſsidiorum*.] id eſt,diſcordiarum,vt habetur,

*Conueniet nulli,qui ſecum diſsidet ipſe.* Verſus.

g ¶ *Vepribus*.] ſicut enim vepres pannos & carnes hominum lacerant,ſic & diſsidia mentes.

h ¶ *Anfractibus*.] qui nonnullas moras habẽt.ff.vt leg.no.l.etiã.

i ¶ *Deputatos*.] vt paſcant præcipue, non vt tõdeant ſeu paſcãtur niſi acceſſorie.extra de præſcrip.cũ ex officij.extra de cenſi.procurationes.& c.cũ Apoſtolus.extra lib.6.de offic. ordi. ſi epiſcopus. Sed hodie grex 1 iſte ſic reſpicitur, ꝙ nulli ſeu pauci (proh dolor) intendunt ad paſturã,& omnes cõmuniter ad tonſuram.intendentes emungere,non nutrire:lac & lanam curantes,nõ ouem.in termino à quo nõ in quo incipere deberẽt,vt eſt viſitatio,& medio ꝑ quem procedere debent,vt eſt correctio,& morũ reformatio,ſicut gallus ſuper prunas currentes, vt in termino ad quem principaliter tendunt,vt eſt ventris & burſæ repletio prout proponunt,diutius immorentur.& ob hoc prælati nõ dicuntur paſtores à paſcẽdo actiue,ſed paſsiue:propterquod dicũtur exactores ab improbe exigendo, vt dicatur in vtroque brachio tam eccleſiaſtico quàm ſæculari;exinanite,exinanite vſque ad fundamentum in ea.

1 Quæ hic paulo acrius dicuntur, de malis paſtoribus ſũt accipienda.

k ¶ *Quod non*.] ſic ordina litteram,ꝙ non bene colitur auctor pacis,id eſt, Deus, niſi in tempore pacis, hoc eſt in ſtatu tranquillo. nam pax eſt ſtatus tranquillus,ſecundum Iſidorum.

Ordo litteræ.

l ¶ *Diſſenſiones & ſcãdala*.] Cũ ergo hæc duo mala infra ſcripta ſequentia inferant,diſſenſionibus & ſcandalis totis eſt viribus obuiandum,ne pullulent, & ſi pullulauerint,tunc tollantur, ſeu, vt poſsibile eſt,minuãtur:his ergo ꝓhibitis,& mala ſequentia prohibentur.extra 6.lib.de reg.iur.cum quid prohibetur.

m ¶ *Ab olim*.] Secunda pars, in qua præmiſſo procœmio factum ſuper quo ſtatuitur & ordinatur,narrat.

n ¶ *Aemulo*.]id eſt, ĩuido,ab ęmulor,qđ multa ſignificat.vñ vers⁹.

Verſus.

*Aemulus inflatur, amat, inuidet,ac imitatur.*

o ¶ *Zizaniæ*.] eſt primæ declinationis, & fœmini generis in ſingulari, & in plurali eſt neutri & ſecundæ declinationis & primæ. vnde verſus: *Eſt zizania,ſunt zizania plura,niæque.*

Zizania qđ eſt.

Et eſt zizania herba peruerſa, quàm poetæ infelix lolium vocant, & ſignificat ſcandala,vel inuantes mala:& ideo ſator dicitur diabolus vt hic,& ſ.de elect.licet.

p ¶ *Prædicationibus*.] hic eſt primus articulus.

q ¶ *Audiendis*.] Secundus articulus.

a ¶ *Tumulandis*.]

iungẽdis eiſdẽ, & tumulãdis [a] defunctorũ corporibus, qui apud Fratrũ ipſorũ eccleſias ſiue loca noſcuntur eligere ſepulturã. ¶ Nos autẽ (pij patris [b] more laudabili) moleſte ferẽtes incõmoda filiorũ, reducentes ad exactæ [c] cõſiderationis examẽ, ac intra pectoris clauſtra ſollicite reuoluentes, q̃ ſit plena periculis [d], quã onuſta [e] diſpẽdiis [f], quãq; in diuinæ maieſtatis conſpectu reddatur exoſa [g] diſcordia ſupradicta: Et propterea intendentes paternæ ſollicitudinis ſtudio illam prorſus euellere, ac omnimode ſubmouere, nullis vnquã futuris tẽporibus fauente Domino ſuſcitãdã: grãdi quoque deſiderio cupiẽtes, vt hmõi negotiũ, quod potiſſime inſidet cordi noſtro, finem ſalubrẽ [h] & celerẽ per Apoſtolicæ ſolertiæ ſtudium cõſequat̃, diligenti [i] cum fratribus noſtris deliberatione præhabita ſuper eo, ad honorem Dei & exaltationem catholicę fidei, quietũ ſtatũ partium prædictarũ, ac ſalutis animarũ fideliũ incrementũ, de ipſorum fratrũ cõſilio [k], auctoritate Apoſtolica ſtatuimus & ordinamus, vt dictorũ ordinum fratres in eccleſiis & locis eorũ, ac in plateis cõmunibus libere valeãt clero & populo prædicare, ac proponere verbũ Dei, hora illa dũtaxat excepta, in qua locorũ [l] prælati prædicare voluerint, vel corã ſe facere ſolẽniter prædicari, in qua prædicare ceſſabunt: pręterquã ſi aliud de prælatorũ ipſorum voluntate proceſſerit ac licentia ſpeciali. ¶ In ſtudiis autem generalibus [m], vbi ſermones ad clerum ex more fieri ſolent, diebus illis quibus prędicari ſolemniter conſueuit, ad funera etiam mortuorũ, & in feſtis ſpecialibus ſiue peculiaribus eorundẽ Fratrum poſſint iidẽ fratres, & liceat eis libere prædicare: niſi forte illa hora, qua ſolet ad clerũ in prædictis locis Dei verbũ ꝓponi, epiſcopus vel p̃latus ſuperior [n] clerũ ad ſe gñaliter cõuocaret, aut ex aliqua ratione vel cauſa vrgẽte clerum ipſum duceret cõgregãdũ. ¶ In eccleſiis [o] autẽ parochialibꝰ Fratres ibi nullatenus audeant vel debeãt prædicare vel proponere verbũ Dei, niſi fratres prædicti à parochialibus ſacerdotibꝰ inuitati fuerint vel vocati: & de ipſorũ beneplacito & aſſenſu, ſeu petita licẽtia fuerit & obtenta, niſi ep̃s vel prælatus ſuperior [p] per eoſdẽ Fratres prędicari mãdaret. ¶ Statuimus [q] etiã & ordinamꝰ auctoritate prędicta, vt in ſingulis ciuitatibus & dioeceſibus, in quibus loca Fratrum ipſorũ conſiſtere dignoſcũtur, vel in ciuitatibus & dioeceſibꝰ locis ipſis vicinis, in quibꝰ loca hmõi nõ habẽtur, Magiſtri, Priores, Prouinciales Prędicatorũ, aut eorũ vicarij [r], & Generales, & Prouinciales Miniſtri, & Cuſtodes Minorũ ordinũ prædictorũ, ad præſentiam prælatorũ [s] eorundẽ locorũ ſe conferãt, per ſe vel per Fratres, quos ad hoc idoneos fore putauerĩt, humiliter petituri, vt fratres qui ad hoc electi fuerint [t], in eorum ciuitatibus & dioeceſibus confeſſiones ſubditorum ſuorum confiteri ſibi volentiũ audire libere valeant, & huiuſmodi confitentibus (prout ſecundum Deum expedire cognouerint) pœnitentias imponere ſalutares, atque eiſdem abſolutionis beneficiũ impendere [u] de licentia, gratia, & beneplacito eorundem: Ac [x] deinde præfati Magiſtri Priores,

a ¶ *Tumulandis.*] Tertius articulus.

b ¶ *Patris.*] qui habet ſumere conſilium pro liberis ſuis. ff. ad leg. Iul. de adult. nec in ea.

c ¶ *Exactæ.*] id eſt, exquiſitæ. C. manda. in re mandata. Et ſignificata huius verbi, exigo, not. extra 6. lib. de iud. c. 1. in fi. Ioa. Mon.

d ¶ *Periculis.*] quãdoque incurſis, à pereundo: & quandoque euaſis ſeu præuiſis, à periẽdo, iuxta illud:

Verſus.

*Felix quem faciunt aliena pericula cautũ.*

Et illud:

*Non vadit peritũ, qui vult audire peritum.*

Et curare debemus de periculis, vt illa euadamus ſeu præuideamus, non vt ea incurramus, & ideo dico periculum dictum à perio, non à pereo, vt ſecũda ſit longa non breuis, vt in ſupino de perio, vt in verſu prædicto.

e ¶ *Onuſta.*] ab onus, ideſt, ſarcina, ſic onuſtus, ſarcinatus.

f ¶ *Diſpendiis.*] expone vt extra lib. 6. in proœmio §. penult.

g ¶ *Exoſa.*] id eſt, valde vel perfecte odiens, vt dicitur exoſus bella, ideſt, valde odiens bella: & ideo hæc diſcordia, quam Deus habet exoſam, ab omnibus extirpetur. arg. C. de hæret. Manichæos. quem enim odit dominus, habet odire ſeruus.

h ¶ *Salubrem.*] id eſt, ſalutis vberem.

i ¶ *Diligẽti.*] modo tres prædictos articulos ꝑ ordinẽ proſequitur, & habet tria dicta ſecundum hos tres articulos,

k ¶ *Conſilio.*] q̃d importent hæc verba, not. extra 6. libro de hæret. ſuper eo.

l ¶ *Locorũ prælati.*] intelligo prælatos iure cõmuni, vt epiſcopos, vel conſuetudine, vt decanus Baioceñ. Baiocis. Et hoc probatur in ver. vel ep̃s, vel prælatus, &c. Et ſic eſt differẽtia inter prælatũ & epiſcopũ, & latius eſt verbũ prælati. & not. in ſimili extra 6. lib. de temp. ord. cum nullus. nec nomine prælati cõtinetur rector eccleſiæ, cũ ſpecificetur contra prælatum. ſ. eod. §. ab olim. Quid ſi vicarius hoc faciat? Dic idem: quod enim ordinarij per ſe nequeunt, per alios expediant. extra de offi. ord. inter. extra 6. lib. de offi. ord. ſi epiſcopus.

m ¶ *Generalibus.*] non ergo in villis ſeu caſtris. extra de cler. nõ reſi. tuæ. Et loca in quibus iura docẽtur, debent eſſe ſtudia legitima. ff. in ꝓœmio §. illud vero. Et legitimũ eſt q̃d iure cõceſſum & approbatũ eſt. ff. de ver. ſig. l. lege obuenire. vel antiqua cõſuetudine, cuius memoria nõ exiſtit, hæc enim æquipollent. extra d̃ ver. ſig. ſuꝑ quibuſdã. ff. de aqua quo. & æſti. l. hoc iure. §. ductꝰ aquæ.

n ¶ *Superior.*] nõ intelligitur hic tantũ ſuperior epiſcopus, ſed ſuperior prælatus reſpectu cleri, vel ex conſuetudine, vel priuilegio.

o ¶ *In eccleſiis.*] ſ. eod. §. diligenti. & verſi. in ſtudiis. vbi ſunt Fratribus quædam loca permiſſa cũ certis modificationibus ad prædicandũ: ſi ipſis loca parochialia cum certa moderatione ſunt interdicta, vt hic: & cum officium prædicandi in cõmuni eis nõ competat, ſed prælatis & curatis. extra de offic. ordi. inter. & infra eod. §. huiuſmodi quoque. omnem locum eis reputo interdictum, qui hic non reperitur permiſſus. Sed quæro, an poſſint in cœmeteriis vel capellis vicinis? Dic ꝙ non, extra 6. lib. de ſent. excõ. ſi ciuitas.

p ¶ *Superior.*] expone vt ſ. ver. proximo.

q ¶ *Statuimus.*] Secundus articulus in quo ſic procedit: Nam primo præmittit duo, quæ incumbunt Fratribus antequam audiant cõfeſſiones, vt licentiam audiendi confeſſiones petere, & poſt conceſſam licentiam Fratres eligere. infra eod. ver. ac deinde. Tertio & quarto, ver. extra. & verſi. numerus. ponit duas modificationes circa prædicta. Quinto decidit quid ſit agendũ cũ eſt obtenta licentia, & Fratres electi ſunt, & eorũ perſonæ acceptatæ, vt infra verſi. & ſi iidem. Sexto, quid ſit agendũ quãdo perſonæ nõ ſunt acceptatæ. infra verſ. ꝙ ſi forte. Septimo, ver. ſi vero. in caſu recuſationis prelatorũ dat Fratribus licentiã gratioſam. Octauo, ver. per huiuſmodi autem. dictam licentiam moderatur.

r ¶ *Vicarij.*] pro parte Predicatorum ſunt tres gradus, ſicut pro parte Minorũ. Sequitur ſtatim de tribus gradibus. Et fuit hoc factum, vt paritas in dictis ordinibus ſeruaretur, in ſequenti tamen ver. non ponuntur niſi duo gradus, nec mirum: quia grauius eſt eligere Fratres ad miniſterium audiẽdi cõfeſſiões, quàm ad licentiam in genere petendã: ex qua conſequenter peti debet ſequens gradus. j. verſic. proxi. Et hic appellant vicarij illi, qui ſunt in certis prouinciis ſeu regnis, vbi non ſunt Prouinciales Priores: ſed Prouinciales conſtituerunt vicarios, vt prouincialis Angliæ fecit vicarium in Scotia, vbi non eſt Prouincialis.

ſ ¶ *Prælatorũ.*] iure cõmuni, vt epiſcopi: vel conſuetudine ſeu priuilegio: hæc enim dant prælationẽ. arg. extra de conſang. & affi. c. 1.

t ¶ *Fuerint.*] poſt licentiam datam. j. eod. ver. ac deinde.

u ¶ *Impendere.*] ab illis ſolum à quibus poſſunt abſoluere curati. j. eo. ver. per huiuſmodi. & extra 6. lib. de pœni. & remiſ. ſi ep̃s.

x ¶ *Ac deinde.*] & ſic nota gradum, nõ concurſum inter hũc ver. & præcedentẽ §. Et dicunt quidam deinde, ideſt, obtenta licẽtia, præmiſſa fiat electio, vt ſequitur. Tu dic deinde, id eſt, poſt licentiam præmiſſam petitam dumtaxat: nam peti poteſt & conſiliũ & licentia, & nõ obtineri. extra de arbi. cum olim. extra de regul. licet. Et hic habetur ex ſequentibus in quibus Papa prouidet, nedũ in caſu obtentæ licentiæ, ſed etiã in alio, in quo oportet ꝙ fiat electio, & ſi oporteret licentiam hoc caſu obtinere, iam eſſet in poteſtate prælatorum iſtos ordines impedire, quod Papa nõ intendit, vt infra ſequitur. Aliquando tamen non ſufficit licentiam petere,

Prouinciales & Miniſtri ordinum prædictorum, eligere ſtudeãt perſonas [a] ſufficiẽtes, idoneas, vita probatas, diſcretas, modeſtas, atque peritas ad tam ſalubre miniſterium & officiũ exequendum [b]: quas ſic ab ipſis electas repræſentent vel faciant præſentari prælatis, vt de eorum licentia, gratia, & beneplacito in ciuitatibus & diœceſibus eorundẽ huiuſmodi perſonæ ſic electæ confeſſiones cõfiteri ſibi volentium audiant [c], imponant pœnitentias ſalutares, & beneficium abſolutionis impendant [d], prout ſuperius eſt expreſſum. extra ciuitates & diœceſes, in quibus fuerint deputatæ, per quas eas volum⁹ & non per prouincias [e] deputari, cõfeſſiones nullatenus audituræ. ¶ Numerus autem perſonarum aſſumẽdarum ad huiuſmodi officium exercẽdum, eſſe debet prout vniuerſitas cleri & populi, ac multitudo vel paucitas exigit [f] eorundem. Et ſi iidem prælati petitam licentiam confeſſionum huiuſmodi audiendarum conceſſerint, illã prefati Magiſtri, Miniſtri, & alij cum gratiarum recipiãt [g] actione, dictæque perſonę ſic electę commiſſum ſibi officium exequantur. ¶ Quòd ſi forte iam dicti prælati quenquam [h] ex dictis fratribus præſentatis eiſdem ad huiuſmodi officium nollent [i] habere, vel non ducerent admittendum: eo amoto, vel ſubtracto loco ipſius ſimiliter [k] eiſdem præſentãdus prelatis poſſit & debeat alius ſurrogari [l]. ¶ Si vero iidem prælati præfatis fratribus ad cõfeſſiones (vt præmittitur) audiendas electis huiuſmodi exhibere licẽtiam recuſarint [m], nos ex nũc ipſis vt cõfeſſiones ſibi cõfiteri volẽtiũ libere liciteq; audire valeãt, & eiſdẽ pœnitẽtias imponere ſalutares, atq; eiſdẽ beneficiũ abſolutionis imperti ri gratioſe [n] cõcedimus [o] de plenitudine Apoſtolicę poteſtatis.

tere, extra de pœni. & remi. omnis. extra 6. lib. d' elect. ſi religioſus.

a ¶ *Perſonas.*] ſed quales? Dic ſex qualitatibus ſequẽtibus in textu fulgentes. nec mirũ: quia iſti falcem ſuam in meſſem alienã mittere ſatagunt: & ideo ſi tales nõ ſunt, quales hic depinguntur, ſunt in culpa. ff. loca. ſi quis domum. §. ſi quis vitulos. etenim iſti fratres de gratia prælatorum vel ſedis Apoſtolicæ in narratis hic ſe immiſcent, vt hoc verſi. & j. eo. ver. ſi vero iidem.

b ¶ *Exequendum.*] qđ eſt ars artium. extra de æta. & quali. cum ſit.

c ¶ *Audiant.*] & illi ſolum de quibus eſt dictũ s. eod. ſuper verbo, impendere.

d ¶ *Impendant.*] ſi hæc tria faciunt, ergo habẽt curam animarũ, & curati curam eccleſiarum habent in toto in ſuis territoriis, ergo iſti ſaltem in tanto. Sed dices, habent ex conceſſione prelatorum gratioſa vel Papæ. s. eod. ver. numerus. & verſ. ſi vero. & ſic ſunt delegati, qui nihil proprium habent, ſed alienam iuriſdictionem exequuntur. ff. de offic. eius cui man. eſt iuriſd. l. 1. §. qui mandatũ. Sol. delegatus reſpectu delegantis alienam iuriſdictionem exequitur: ipſe tamen delegatus habet iuriſdictionem & honorem, quæ exercet nomine ſuo. Vel dicti fratres videntur ordinarij per hanc cõſtitutionem eis iuriſdictionem tribuentem: nam hæc ordinatio eſt ſtatutum, & conceſſio generalis per hunc canonem. j. eod. in ſi. Et hæc ordinatio eſt potius vicaria, quæ eſt ad vniuerſitatem territorij. j. eod. ver. numerus. & tales videntur ordinarij. not. 6. lib. de appel. Romana. & ff. de verb. ſig. pupillus. §. territorium. Tu ergo frater ſi curam habes, vide ſi hoc eſt aduerſum conſtitutioni, extra 6. lib. de verb. ſigni. Exiit. Tu dic, licet fratribus ſit conceſſum, ꝙ faciant tria, quæ ad curatos de iure pertinent, non tamen propter hæc ſunt dicendi habere curam animarum: nec principalem, quia non ſunt prælati: nec delegatã, quia talia facere non ſic eis committitur, ꝙ ad eorum executionẽ obligentur, ſed in arbitrio & libera voluntate eorum remanet, ꝙ talia exequãtur, ſicut eis placuerit & viſum fuerit expedire. Fideles ẽt non ſunt fratribus obligati, nec quantum ad præmiſſa ad fratres recurrere ſunt aſtricti. Et ideo licet hæc conſtitutio ſit ſtatutum, & conceſſio generalis: & in perpetuum duratura, quantum ad præmiſſa, quæ fratribus ſunt conceſſa, non tamen fratres propter hoc curati aut ordinarij debent dici. Si autem aliqui fratres minus prudenter propter pręmiſſa modo prædicto eis conceſſa ſibi attribuere præſumpſerint, quòd curam habeant animarum: videant ſi hoc ſit contrarium dictæ conſtitutioni, Exiit.

Fratres pro confeſſionib⁹ audiẽdis, deputati, an ſint delegati vel ordinarij.

e ¶ *Prouincias.*] quid importat prouincia, ciuitas, & diœceſis, habetur extra 6. lib. de cenſib. Romana. 1. reſponſo. extra lib. 6. de prębend. quamuis 1. in fine.

f ¶ *Exigit.*] & ſic nota numerum præſidentium conſiderari, prout ſubditorum neceſſitas expoſcit. authen. vt deter. ſit nu. cleri. circa princip. colla. 1. extra de vita & hone. cle. quoniam. & extra de inſtit. c. 1. extra lib. 6. de ſta. regu. c. vnico. §. ſane. Sed quid ſi epiſcopus dicat, pauciores ſufficiunt, & fratres contradicunt: quidam recipiuntur per epiſcopum, illi de quibus ſibi videbitur: & ſi fratres volunt, de aliis contendant. arg. ff. de aqua quoti. & æſti. l. 1. §. Trebatius. Sed ille §. loquitur vbi taxatio erat facta, tunc in eo quod excedebat poterit prohiberi, exemplum extra de cenſi. cum Apoſtolus. vnde dic, recurrendum ad arbitrium boni viri, id eſt, iudicis, qui debet eſſe medius inter extrema. arg. ff. de pigno. act. ſi ſeruos. in ſi. C. de Iudæis. nullus. ff. de verb. oblig. continuus. §. cum ita. extra de offic. delega. de cauſis. ff. de teſtib. l. quæſitum. Et forſan caute faceret epiſcopus, ſi in exordio cum licentiam cõcedit, taxaret numerum: etenim multa fieri poſſunt ab initio, quę locum non habent ex poſt facto. ff. de pactis. l. in traditionibus. C. de dona. quæ ſub mo. l. 1. & l. perfecta.

Prælati ſunt plures vel pauciores deputandi pro neceſſitate ſubiectorũ.

g ¶ *Gratiarum recipiant.*] cum nihil cõmuni iure ſibi valeãt vẽdicare, & ob hoc fratrum poteſtas in expreſſis hac ordinatione eſt menſuranda, non vltra laxanda, extra de priuileg. porro.

h ¶ *Quenquam.*] & ſic nõ poſſunt plures refutari. Dic cõtra, quia hoc verbũ, quenquã, eſt iuris, quod æquipollet vniuerſali, & extendi debet in edictis prætorum. ff. vi bo. rap. l. 2. §. homines. ff. de neg. geſt. l. 1. §. 1. & 2. ff. de conſt. pecu. l. 1. §. 1. aliàs fieri poſſet fra⁹ huic cõſtitutioni, q̃ requirit multa in fratribus aſſumendis. s. eo. ver. ac deinde.

i ¶ *Nollent.*] hoc verbum & ſequens reſpicit ſolũ factũ, & ſic fuit dictũ in cõcedẽdo hoc i⁹ deferendo prælatis: ita ꝙ hic non verſetur cauſæ cognitio. Aliud enim eſt arbitriũ, qđ refertur ad arbitrium boni viri, vt eſt pręmiſſum: Aliud voluntas, quæ refertur ad proprium motum. ff. de hære. inſti. ſi quis Sẽproniũ. ff. de leg. 2. l. 1. ff. ad Treb. quia poterat. Voluntas enim, quæ eſt domina in regno animę cogi non poteſt.

k ¶ *Similiter.*] vt s. ver. ac deinde.

l ¶ *Surrogari.*] Sed nũ quid hæc ſurrogatio fieri poterit pluries? Videtur quòd nõ: quia ſemel ſufficit. argu. ff. de arbi. ſi duo. §. ſemel. & ff. de aqua plu. arcen. in diẽ. ff. de bon. aucto. iud. poſ. l. ſi. §. fin. ff. de leg. 3. fideicommiſſa. §. ſi quis decẽ. Sol. dicta iura loquuntur vbi res effectũ habuit, ſed hic non habuit, & ideo eſt iterandũ. Sed quotiẽs? dic trinã requiſitionẽ ad minus neceſſariã. Et ſimilis quæſtio not. extra de offi. deleg. cũ cauſa. Et diſtingue circa hoc: Aut recuſatur ſurrogatus à plato ex cauſa, vtpote qa nõ habet qualitates expreſſas. s. eo. ver. ac deinde. & tũc fratres ſibi imputẽt q malũ elegerũt: mala enim electio eſt in culpa. ff. de neg. geſt. nã & Seruius. in ſi. Inſt. in ſocie. in fin. extra 6 lib. de elec. ſi cõpromiſſarius. §. 1. Aut ſine cauſa: & tũc ſuccedit Papalis licẽtia ſeu gratia. j. ver. px. In dubiis dic, vt not. s. in ver. exigit.

Surrogatio fratrum an poſſit pluries fieri

m ¶ *Recuſarint.*] quid ſi neglexerint? Dic idem, ſi tertio requiſiti non fecerint, vt not. in ſimili dicto c. cum cauſa. & nota diligenter tres gradus poſitos in toto iſto §. s. eod. ſtatuimus. Vnde gradibus præcedentibus diligenter non ſeruatis, fratres non habent poteſtatem infraſcriptam: nam primo gradu non expleto, nõ eſt locus ſecundo. arg. ff. de acquir. hære. l. 3. & l. quandiu.

n ¶ *Gratioſe.*] quæ eſt arcte interpretãda, quatenus ius tertij tangit. ff. ne qd in loco pub. l. 2. §. merito. & §. ſi qs à principe. Alij dicũt large in odiũ prælati recuſantis, & in fauorẽ animarũ: hæc tñ interpretatio verba ſtatuti non excedat. extra de priuil. porro. Et in re dubia meli⁹ eſt verbis edicti ſeruire. ff. de exerc. l. 1. §. licet autẽ.

o ¶ *Concedimus.*] s. de ſuppl. neg. præla. c. 1. Sed nũquid per hoc cõcilio generali. extra de pœnit. & remiſ. omnis. derogatur? Videtur ꝙ ſic. arg. extra lib. 6. de conſti. c. 1. Sol. hic non eſt contradictio, ſed cõpatientia, & ſic vtrumque tenet. extra de priuileg. in his. & infra dicetur. Itẽ prouiſio ſpecialis tollit generalẽ. C. de pact. cõuentã ſuper do. l. ſi. Sed illa lex loquitur vbi ſpecialis prouiſio erat hominis: ſed generalis legis. Sed hic vtraque erat iuris: quo caſu ſpecialis prouiſio nõ tollit generalẽ, ſed geminat ſubſidiũ, vt plenius prouideatur ſaluti animarũ: quod reſpexit præſens cõceſſio. s. eod. ver. ac deinde ſicut iuris ſubſidiũ geminatur, vt plenius improbitas reprimatur. ff. nau. cau. ſta. & ita de facto. §. ex hoc edicto. Item hæc eſt ſpecialis, illa generalis: ergo iſta illi derogat. extra lib. 6. de reg. iur. generi. & ibi not. Sol. vbi genus & ſpecies legãtur diuerſis, & ad diuerſos fines, intelligitur dicta regula: Nam ſi mihi eſt relictũ genus, & tibi ſpecies illius generis, meũ legatũ nõ eſt extinctũ, ſed attenuatũ. ff. de adi. leg. qui hominũ. Et mihi donatur vt habeã, & tibi ſimiliter, & iſti ſunt diuerſi fines. Sed in hoc caſu tam generalis ꝓuiſio quàm ſpecialis eſt ad eũdẽ finẽ, vt ſaluti animarũ prouideatur, & ideo vna alij non obſiſtit. ſed cõcurrunt: ſicut ſi genus & ſpecies vni eſſent legata, vt dicto c. generi. not. Sed dices ergo cõfeſſus tenebitur iterato confiteri? Sol. hoc nõ eſt ex neceſſitate ſacramẽti, ſed ex obligatione tui, qui volũtarie ad fratrẽ acceſsiſti,

Confeſſus religioſo priuilegiato, an teneatur iterum cõfiteri proprio curato.

s̃.eod.§.ſtatuimus.relicto patre ſpirituali,cui es aſtrictus,nō fratri ad quem voluntarie vadis,nec ita ſubuenitur illi qui volūtarie facit,ſicut illi qui ex neceſsitate.ff.de procu.l.procurator,qui ꝑ euictione.& ibi not.Nec prima ratio, quæ loquitur in iuribus communibus,obſtat.Sed hæc conceſsio eſt gratioſa priuilegialiter data,quæ non tollit ius ꝑcedens, niſi de ipſo fiat mentio ſpecialis. extra de capel. monacho. ex parte.Sed illud cap. loquitur vbi priuilegium datur ſine magna deliberatione.Sed iſtud fuit datum cum magna deliberatione, & eſt ſtatutum, vt infra in fin. Item vt eſt dictum,generale & ſpeciale hic non tendunt ad diuerſos fines,& ideo ſe compatiuntur.Item ſi non haberet quandoque reuerti ſubditus ad curatum,poſſet prorſus eius poteſtas in auditione confeſsionum exhauriri.Et priuilegium non tenet,quod vergit in enormem alterius læſionem.extra de deci. ſuggeſtum. ff. de vulg.& pup. ſubſtit. ex facto.in princ. & §. 1. Et eſſet in poteſtate ſubditorum totaliter recedere à curato.Quo caſu qualiter curabit

Boetius.

qui morbum neſcit?Ait Boetius:Si operam mendicantis expectat, oportet vt vulnus detegat.Itē & ſi curati non interſit propter ſubditum,qui forſan bene confeſſus eſt Fratri : intereſt tamen curati propter ſe agnoſcere vultum pecoris,cui dictū eſt in Eccleſiaſtico 22.c.curam illius habe.Item ſubditus poſſet tranſire nunquam veniendo ad confeſsionē,dicendo ſe fratri confeſſum. Item qualiter dabit curatus eccleſiaſtica ſacramenta ſubdito,quem nō nouit diſpoſitum,maxime vbi ſubditi ſunt aliqua notoria crimina,nec poteſt Frater reuelare confeſſa:vt dicit dictum concilium,omnis. Itē hoc indultum poteſt operari multos effectus, cum hoc ꝙ conſtet dictū concilium de confitendo ſaltem ſemel in anno proprio ſacerdoti,ergo ſtabit cōcilium cū hoc indulto.extra de priuileg. in his. & c.paſtoralis.Item Papa per hoc indultū nō aufert hic poteſtatē curati,ſed ſociū hic ſibi cū multis modificationibus adiūgit, ergo curatus remanet nō excluſus,ſed incluſus.Nec obſtat ſi dicat, duobus competit poteſtas inſolidū:ergo Frater,poſtquā expleuit cum certa perſona,non poteſt curatus cum eodem ſuper eodem. ff. de offic.conſul.l.vnica.Sol.vbi duo eſſent dati ab initio pariter, procedit argumentum.Sed curatus datus eſt ab antiquo, ſicut habens poteſtatem ab exordio fundationis eccleſiæ.20.diſt.in nouo teſtamento.Iſte Frater de nouo aduenieſ,qui dari præſumitur,vt poteſtas curati nō tollatur, ſed iuuetur.vnde ius cōmune quod eſt pro curato,eſt fortius iure priuilegiato.Nec mirū,primū neceſſarium, ſecundū volūtariū,licet ſit æqualis poteſtas audiēdi & abſoluēdi. j̃.ver.proxi.neceſsitate veniendi ad curatū remanēte, quæ non eſt hic expreſſe ſublata.Itē hæc cōceſsio gratioſa,vt hæc quæ eſt volūtaria,nō tollit neceſsitatē dicti cap.omnis.arg.ff.famil.ercisc.l.alienationes.Sed cōtra, poteſtas Fratrū eſt delegata ſeu à maiore habita,ſiue habeatur ab epiſcopo ſiue à Papa, vt hic totali §.ergo eſt potior poteſtate rectoris.Si igitur cōfeſſus rectori iterata cōfeſsione non eget,minus egebit cōfeſſus Fratri.Sol.voluntariū & neceſſariū tollunt cōtrarium.Et eſt in hoc argumento fallacia figuræ dictionis:nam ſi excedat hæc poteſtas in quanto, non ſequitur quòd excedat in quoto ſeu quali iterationis.Item cōtra, confitēs epiſcopo,licet ſit parochianus curati ſubditi epiſcopo,non habet iterato cōfiteri rectori:ergo minus confeſſus Fratri,qui habet poteſtatem papalem:quia omnis poteſtas delegata à Papa,eſt maior omni alia ordinaria.Itē ſi Frater habeat cauſam à prælato,vt s̃.in prin.huius §.ergo maior eſt iſta poteſtas in delegato epiſcopi, quàm in ipſo rectore ſubdito epiſcopi,cum omnis delegatus repræſentet perſonā delegātis.93.diſt.cap.vlt.& 94.diſt.cap.1.Sol.non nego quin Papa hoc poſsit facere ſi velit, ſed dico quòd numquam ius alterius tollit,niſi expreſſe hoc agatur.ff.ne quid in loco pub. l.2.§.ſi quis à principe.præſertim vbi vtrumque poteſt ſeruari. Nec ſit deterior conditio confitentis habētis conſilium animę à duobus.Et firmius eſt iudiciū plurium quàm vnius.extra de offic. delega. prudētiam. §.1.Item licet commiſsio ſpecialis derogaret dicto cōcilio omnis. & vt ibi.1.reſpon.non tamē generalis, vt hic. & optimū arg. extra lib.6.de hæret.per hoc.in princ.& ibi not.in ſimili.Itē, dictum concilium habet, vt remittatur ſeruitus bene impoſita ſubdito, ſcilicet quòd ſemel in anno confiteatur proprio ſacerdoti, hoc eſt curato, ſic eſt interpretatus Martinus Papa iiij.& ſic eſt de iure interpretandum,cum dictum cōcilium de iure communi loquatur. Sed dicti fratres iure cōmuni nihil obtinent,ſed gratioſa cōceſsione vel prælatorum vel Papæ,vt hic.Et dico,bene impoſita:tum quia proprius ſacerdos melius agnoſcere habet vultum pecoris ſui,tū quia ſubdito miniſtrare habet eccleſiaſtica ſacramenta. j̃. eod.§.huius. & duo requirit huiuſmodi concilium,& iuſtam cauſam quòd non proprio,ſed alieno confiteatur ſacerdoti:& licentiam proprij ſacerdotis,vt liquet in dicto concilio. §. ſi quis autem. vbi non ſine myſterio eſt aduerſatiua coniunctio,autem. Et ideo ſi iuſta cauſa non ſubſit, quamquam licentiam habeat Papæ vel epiſcopi, aut etiam proprij ſacerdotis,& licite confeſſus fuerit, & etiam abſolutus ſit,vt dicunt verba præſentis indulgentiæ,debebit tamē confiteri iuxta concilium memoratum proprio ſacerdoti : aliàs poterit arceri pœna dicti concilij:non quia peccata non fuerūt dimiſſa,ſed quia contempſit ſalubre ſtatutum,cuius tenor in toto nō eſt ſeruatus, & ob hoc eſt ei parendum in eo qđ non fuit ſeruatum. argumen. ff. de ſerui. vrb. præd.ſi domus. Nec inſurgit inconueniens, ſi iterum confiteatur proprio ſacerdoti:quia hęc iterata confeſsio non eſt ex defectu ſacramenti,ſed ex contemptu dicti concilij.Verum iuſta cauſa concurrente cum licentia Romani Pontificis vel epiſcopi,prædicta ſeruitus eſt ſublata.Et quòd licentia prædicta in genere data videatur eſſe conceſſa, cum iuſta cauſa ſubeſt recedendi à proprio ſacerdote,non abſurde dici poſſet.argu.ff.ad muni.Lucius.§.Imperator. aliàs poteſtas iuſte conceſſa reuocari non debet.

¶ Per huiuſmodi autem cōceſſionem [a] nequaquam intendimus perſonis ſeu Fratribus ipſis ad id taliter deputatis,poteſtatē in hoc impēdere ampliorem,quàm in eo curatis vel parochialibus ſacerdotibus eſt à iure [b] cōceſſa:niſi forſan eis eccleſiarum pręlati vberiorem in hac parte gratiā ſpecialiter du-

a ¶ *Conceſsionem.*] s̃. proximo poſitam.

b ¶ *A iure.*] ſed quæ eſt iſta poteſtas à iure conceſſa curatis quæro.Nec quæro de poteſtate Papæ in caſibus ſibi reſeruatis,qui notantur extra de tranſla.epiſc.c.1.Nec loquor de poteſtate Papæ diſpenſandi,de qua tractāt doctores in tractatu de diſpenſationib9, ſed loquor de poteſtate,quę eſt per ſacramentum pœnitentiæ ſuper criminibus.Et de hoc tractat Hug. & Hoſti. in ſumma. & Guliel.Durandi in repertorio,& frater Thomas 4.ſenten.diſt.19.Et dico in iſta materia,quòd quilibet ſacerdos poteſtate ordinis regulariter poteſt à quolibet peccato abſoluere.Quod ſic probo:Io.20. dicitur,Quorū remiſeritis peccata,remittuntur eis.Sed dices, hoc dictum eſt Apoſtolis.Dic ꝙ epiſcopalis dignitas in hoc nō adiicit. de quo agitur ſupra ordinem ſacerdotalem.& quid adiiciat, not. extra.lib.6.de ſent.excom.cum medicinalis. Et in ordinatione cuiuſlibet ſacerdotis etiam dicta verba per ordinatorem dicuntur, vt patet in lib.Pontificali.Item à capite Chriſto omnia deſcendūt. 21.diſt.in nouo.& Ioan.1.Nam de eius plenitudine omnes accepimus.Cum ergo ſacerdos rite ordinatus habeat poteſtatem conficiendi corpus Chriſti verū,vt extra de ſum.trin.firmiter. §.vna vero.& poteſtas quæ eſt ſupra corpus Chriſti myſticum, deſcendat à poteſtate,quæ eſt corpus Chriſti verum. de conſec.diſt.2. quia corpus.& c.quia paſſus.Cum igitur quilibet ſacerdos quādo eſt recte ordinatus poteſt miniſterialiter in verbo Dei conuertere panē & vinum cum aqua in calicē miſtum in corpus Chriſti verum & ſanguinem.de cōſec.diſt.2.panis.& c. calice. ergo cōſimiliter poterit miniſterialiter peccatorem quemlibet cōuertere in mēbrum Chriſti,& corpori Chriſti myſtico adunare per ſacramentum pœnitentiæ.Item dico ſecūdo,ꝙ licet ſacerdos habeat hoc ex poteſtate ordinis:non habet tamen poteſtatem iuriſdictionis ſeu exercitij niſi in ſubditos.Vnde ſicut in foro iudiciali quis nō ligat nec abſoluit niſi ſubditum:ita nec in foro pœnitentiali.extra de paroch.nullus. extra de iud.c.at ſi clerici.extra de pœni.& remiſ.c.omnis.§.ſi q̃s. Et ſicut ſacerdos nō habet exercitiū ſuæ poteſtatis in corpus Chriſti verum,quando non habet materiam ad ſacrificandum,ſicut panem & vinum, ſic nec in hoc caſu agere poteſt, niſi in materiam ſibi ſubiectam.arg.10.diſt.quis neſciat.12.diſt.cap.1. & 2.19. diſt.ita Dominus.ergo in foro pœnitentiæ duo requiruntur ad peccata remittenda,ſcilicet poteſtas ordinis quo ad ſe,& iuriſdictio ſeu exercitium poteſtatis,quę maioribus in inferiores deſcendit.21. diſtin. in nouo.nam ibi tangitur ordo naſcentis eccleſiæ à Deo:hinc eſt ꝙ à ſummo ſacerdote ad maiores ſacerdotes,hoc eſt epiſcopos,& à maioribus ſacerdotibus in curatos fit deriuatio,& poteſtatis deſcenſus, & ſummus ſacerdos poteſtatem maiorum ſacerdotum, & magni ſacerdotes poteſtatem curatorum arctare poſſunt, ſicut maius imperium habentes.ff.de iudi.iudicium.63.diſt. ſalonitanæ. extra de offi.ord.cum ab eccleſiarum.Vnde ſicut ſummus ſacerdos arctat poteſtatem magnorum ſacerdotum in abſoluendo.17.q. 4.ſi quis ſuadente.& illam eandem poteſtatem arctatam in certis caſibus quandoque laxat.extra de ſent.excom.peruenit.& 6.lib.eod. tit.religioſo. 1. reſpon. ſic ſacerdos magnus poteſtatem ſacerdotis curati ex cauſa arctare poteſt,& laxare eandem, cū ſit ordinarius totius ſuæ ciuitatis & diœceſis.11.q.1.de perſona.Cum acrius vnū factū in vna regione puniatur,quàm in alia:& ideo maiorē iudicē requirit.ff.đ abig.l.1.1.rñſo.Ipſe tñ eṗs peccat,ſi ſine cauſa arctat. 11.q.1.peruenit.& dicto c.cū ab eccleſiarū.Quædā etiā ſunt reſeruata à iure ipſis eṗis.extra lib. 6. de pœnit. & remiſ.ſi eṗs.Primus eſt,vbi ſolemnis eſt pœnitentia imponenda.50.diſt. in capite. 26.q. 6.c.1.Secundus,vbicunque eſt arduum & graue factum. 16. diſtin. de conciliis.65.diſt.de perſona.extra de offi.archip. c.ſi.& 26. q.6. c.vlt.præſertim ſi fuerit difficile & ambiguū. extra qui fil. ſint leg. per venerabilem.Et eſt ratio:quia maiora negotia maiores iudices requirūt.extra de appel.vt debitus.in ſi. Tertius eſt in reſtitutione male ablatorū incertorū in magna quantitate.extra de Iudę.cū ſit

Caſus epiſcopis reſeruati.

extra

extra de teſta.tua.& 82.diſt.§.1.& c.1. extra de vſu.cum tu. Quartus, eſt vbicũq; abſolutio ab excõicatione reſeruata ep̃o eſt neceſſaria.extra de ſent.excom.decætero.& c.de monialibus. Sicut video in diſpenſatione, quæ non eſt permiſſa inferiori ep̃o. extra de vot.& voti redemp.c.1.Sed nunquid ab alio quàm ab excõicatione poterit abſoluere ſacerdos curatus, vtpote ab iniectione manuum, propter quã pœna excõicationis imponitur? Dic ꝙ non. Et eſt ratio, cum idem ſit factũ propter qđ eſt peccatum. Et pœna peccati nõ debet ferri per diuerſos, ſed per eundem. ſecus ſi ex alio facto emergerent. verbi gratia, Excõicatio vel ſuſpẽſio infligitur propter peccatum, & irregularitas propter immiſtionẽ, ſuſpẽſione vel excõicatione durante, quo caſu inferior poſſet abſoluere à primo, nõ diſpenſare cum ſecundo. extra lib.6.de ſent.excom.c.1.§.vlt.extra lib.6.de ſent.& re iudi.æterni.§.fin.extra de ſent.excom.nuper. §.in ſecundo.Quintus, in publico blaſphematore Dei & ſanctorũ.extra de male.c.2.Sextus, in incendiariis domorũ. Et ſeptimus, in truncatoribus membrorũ.23.q.vlt. ſi quis membrorũ. & c.ſeq. Octauus, in homicidio, cum enim truncatio membrorum ſit minor homicidio, ſi primũ reſeruatur ep̃o, magis ſm. Nã cui ſunt prohibita minora, magis & maiora. ff. de ſeru. expor. cui pacto.extra de ſent. excom.cum illorũ. circa princip. Nonus, vbi ſtatutũ ſynodale, vel conſuetudo aliquos caſus reſeruaret ep̃o, nã cõſuetudo dat iuriſdictionẽ, etiã in foro pœnitentiali.arg.extra de elect.dudũ.2.& de præſcr. ex tranſmiſſa.& c.cũ olim.& c.veniens. Vbi autem ius vel conſuetudo ſeu expreſſa reſeruatio non abdicat à curatis, curati habent plenã poteſtatẽ abſoluendi, & pœnitentias occultas & publicas iniungendi.de pœn. diſt.1.multiplex.& diſt.3.de pœnitentibus.26.q.6.presbyteri. & extra de pœni.& remiſ.omnis.quæ ponit regulam quam ſeruabo, niſi inueniam vitiatam.ff.de regu.iur.l.1.& 30.diſt.c.vlt.vbi eſt expreſſum de publica. Credo tñ, ꝙ pœnitentiã per ep̃m impoſitã inferior minuere non poteſt.20.diſt.inferior.extra de maio. & obed. cum inferior.Nec obſtat 50.diſt.accedens.& 33.q. 2. latoré. quia ibi expreſſe fuit cõceſſum inferiori.Sed quæro, nunquid ep̃i iſta cõſtitutione nõ obſtante poſſunt reſeruare ſibi caſus de quibus ante hanc conſtitutionẽ poterant curati abſoluere? Et vr̃ ꝙ nõ: quia hoc iam eſſet priuilegiũ diminuere vel auferre ſeu decurtare: qđ fieri non debet, etiã indirecte.extra de priuilegiis, quanto. Dic cõtra, quia licet fratres ſint exẽpti ab ep̃o, nõ tñ parochiani.arg.extra de priuil. ex ore.& lib.6.eod.tit.per exemptionẽ. Nec obſtat hæc littera: q̃a nõ vr̃ poteſtas cõceſſa à iure, q̃ eſt iure reuocata.ff.de diuor.diuortiũ.Item ſicut ep̃i poteſtatẽ ordinariã arctare poſſunt inferiorum ſuorũ, multo magis extraordinariã & aduentitiã: nec debet idẽ parochianus diuerſo iure cẽſeri quo ad curatos & quo ad fratres.extra de priuil.quia circa, vt ille qui nõ eſt ſub curato, nõ ſit ſub fratre quo ad id de quo agitur. Et nihil eſt curatis à iure cõceſſum, niſi qđ nõ eſt ab ep̃is reſeruatũ. Itẽ illa quæ ſunt de bene eſſe & accidentalia non debent mutare poteſtatẽ ep̃orũ, quæ eſt ſubſtãtialis, fundamentalis, & ordinaria.not, extra, lib.6.de hæreticis, per hoc. arg.extra de priuil.patentibus.extra de eccleſ.ædifi.ad audientiã. 1.Et aliàs vno verbo contigeret multa iura ſubuerti, quod eſſe non debet.extra de elect.eccleſia 2.§.deniq;.Nec obſtat arg.in oppoſitũ: q̃a cuilibet eſt licitũ facere in re propria quod placet, dũmodo nõ animo iniuriandi.& nemini facit iniuriã qui vtitur iure ſuo. ff. de aqua plu.arcen.l.1.§.denique.ff.de iniur. iniuriarum. §. is qui.

cerẽt faciendã. ¶ Huiuſmodi [a] quoq; ſtatuto & ordinationibꝰ noſtris adiicimus, vt fratres dictorũ ordinũ in eccleſiis vel locis ſuis vbilibet cõſtitutis liberã (vt ſequitur) habeãt ſepulturã: videlicet ꝙ oẽs ad eã recipere valeãt, qui ſepeliri elegerint in locis & eccleſiis memoratis [b]. ¶ Verũ ne parochiales eccleſię & ipſarũ curati ſiue rectores, qui miniſtrare habẽt eccleſiaſtica ſacramenta, quibus noſcitur de iure [c] cõpetere prædicare, ſeu ꝓponere verbũ Dei, & cõfeſſiones audire fidelium, debitis & neceſſariis beneficiis defraudẽtur, cũ operariis mercedis exhibitio debeatur: auctoritate Apoſtolica cõſtituimꝰ & ordinamus eadem, vt dictorũ ordinũ fratres de obuentionibus oĩbus tã funeralibus quàm quibuſcunq; & quomodocũq; relictis, diſtincte vel indiſtĩcte: ad quoſcũq; certos vel determinatos vſus, de q̃bus ẽt quarta ſiue canonica portio dari ſiue exigi nõ cõſueuit vel nõ debet de iure, necnõ de datis vel qualitercũque donatis in morte ſeu mortis articulo in infirmitate donantis vel dantis, de qua deceſſerit q̃uocunque, directe vel indirecte fratribꝰ ipſis vel aliis ꝓ eiſdẽ, quartã [d] partẽ (q̃ auctoritate Apoſtolica taxamus, & ẽt limitamus) parochialibus ſacerdotibus, & eccleſiarũ rectoribus ſeu curatis largiri ĩtegre teneãtur: facturi & curaturi, ꝙ nec alij nec aliis, à q̃bus quarta hmõi minime deberet, ad ipſorũ fratrum vtilitatẽ, vel commodum hmõi fiãt relicta, aut in eos taliter data vel donata ꝓcedant, ſeu ꝙ in morte, vel ab infirmis hmõi dandũ vel donandum fratribus ipſis exiſteret, in eorundẽ dantiũ vel donantiũ ſanitate, ſibi dari vel dõnari ꝓcurent: In quibus per ipſos vitãdis eorũ intendimus cõſcientias onerare: vt ſi (qđ abſit) per fratres ipſos dolo vel fraude quicquã in hac parte agi fortaſſe cõtigerit (præter id qđ eos ꝓpterea dictis ſacerdotibus, rectoribus, & curatis teneri volumus) ẽt diſtricta ratio in extremi iudicij examine requiratur ab eis. Vltra portionẽ autẽ hmõi nihil valeant parochiales rectores, curati, & prælati exigere ſupradicti, neq; illis dicti fratres amplius impẽdere ſint aſtricti, neque ad id à quoquã poſsĩt aliqualiter coerceri.

a ¶ *Huiuſmodi.*] Hic §.tractat de lacte & lana, ad quæ inhiãt prælati, curati, & fratres, vt plerumq; quærentes quę ſua ſunt, non quę Ieſu Chriſti, cõtra doctrinã Apoſtoli. Et hic §.diuiditur in tres partes. Primo dictis religioſis concedit liberã ſepulturã. Secundo, verſi.verũ.curatis reſeruat quartã, in multis caſibus ſpecificando eam. Tertio, verſi.vltra.mandat ampliorẽ portionẽ nõ exigendã. Sed nunquid idẽ eſt ſeruandum in aliis religioſis Mẽdicantibus & non Mẽdicantibus? Dic, prædicti duo articuli gratioſe cõceſſi Prædicatoribus & Minoribus, vt ſupra patet, ad conſequentiã nõ ſunt trahendi. Sed hic §. in quo limitatur ius cõmune, ad cõſequentiam eſt trahendus.ff.de legi. nõ poſſunt.& l.ſequẽti, & extra.6.lib.de re iud. quæ à iure. & hoc dico quo ad emolumenta ſepulturæ, non quo ad ipſam ſepulturam: quia de iure cõi non eſt cõceſſa ſepultura: hoc eſt ius recipiendi ad ſepulturam omnes. Sed qui habent ius recipiendi ad ſepulturam quo ad partẽ curatorum, cenſetur hoc ius cõe. Vel dic alios religioſos iure antiquo cẽſeri, & Prædicatores & Minores hoc iure arctari, vt iſtud quodammodo ſequatur ex præcedentibus, quæ non ſunt conceſſa aliis religioſis.

b ¶ *Memoratis.*] etiam ſi eſſent minus religioſa.extra, lib.6. de ſepul. cum quis.§.ſi quis.

c ¶ *De iure.*] extra de teſta.c.fin. Et verbum, in fraudẽ, ibi poſitũ fecit hoc adiici, ne locꝰ fraudi relinqueretur: quoniã frequẽter fraus fiebat in animarũ ↄ agentiũ periculũ, & rectorum detrimentũ, quibus vtinam ſit occurſum.

d ¶ *Quartam.*] ſed nũquid iſta quarta debebitur curatis de legatis relictis fratribus, & ſi legãtes apud fratres nõ elegerũt ſepulturã? Dic ꝙ non. Et ſic not.extra de ſepul.c.1.& ratio redditur hoc §. Nam iure cõmuni quis debet ſepeliri vbi recipit eccleſiaſtica ſacramenta.extra de ſepul.c.1.quia tamen contra hoc ius datur electio ſepulturę in vltima voluntate, decuit vt data electio prędicta fieret ſine iniuria curati, & ob hoc canonica portio, quæ quãdoq; erat tertia, quandoq; quarta, quandoque dimidia, hic limitatur & taxatur, vt ſit quarta ad remouẽdum diſcordias, vt hic, & extra de ſepul.certificari. Et vbi hoc conſuetudine canonica vel ſtatuto, vt hic, vel alio modo legitimo non taxaretur, dicerẽ illa dimidiam in dubio.argu.ff.de verb.ſigni.nomẽ filiarũ.§.portionis. ff. de vſufru. etiã. Nam priuilegiũ datũ fauore vltimę voluntatis, debet intelligi ſine cuiuſque iniuria.C.de emanc.libe.nec auus.& ideo fit hæc cõpenſatio hic, non in quæſtione propoſita. Et ſi curatus de omnibus relictis haberet quartam: eſſet fortunatus ſi haberet ſubditum, qui centum millium marcharum legaſſet. Item legatarius integrũ debet habere legatũ regulariter, & ideo defalcationẽ eiuſdẽ denego, vbi non eſt iure expreſſum.arg.ff.de reg.iur. l.1. præſertim ne vltimæ voluntates, quæ pro lege ſeruãtur.authen.de nupt.§.diſponat. colla.4.minuantur, & vt vltima voluntas prorſus ſit libera.C.de ſacroſan.eccle.l.1.Sed quæro eligens ſepulturã apud fratres, habet Miſſam antequam portetur ad fratres in parochia ſua: nunquid de iſto emolumento aliquid habebunt fratres, vel propter hoc diminuetur quarta dictorum curatorũ? Dic ꝙ non: quia hoc caſu ſtabo iuri cõi, vbi non reperio ipſum infractũ.extra.6.lib.de electi. conſtitutio.Sed quæro, nunquid funus debet portari primo ad parochiam propriam? Dic ꝙ ſic, ſi ſit conſuetudo, quæ in his ſeruatur. extra de ſepul.certificari. & in §. proxi.non tollitur conſuetudo ſimpliciter, ſed conſuetudo aduerſa præcedentibus. Sed quid ſi nõ eſt conſuetudo? Idem dico, quia ſicut iſte funeratus ſacramenta recepit à proprio curato dũ viueret, ſic honeſtum eſt, vt vltimum vale reci

Sepulturæ libera eſt electio.

Voluntas vltima ꝓ lege ſeruatur.

Mortuus an prius ſit ad ſuã parochiã portandus, ſi alibi elegit ſepulturam.

ſe recipiat à ſuo curato, habẽdo Miſſam in propria eccleſia. arg. de cõſec. diſt. 1. non oportet. Item eligendo alibi ſepulturã videtur eligere propter fructũ animæ, qui in eccleſia propria per ſacramenta eccleſię habuit exordium. vnde non decet, ꝙ in fine fruſtraretur Miſſa in propria eccleſia, & ſic augebit quod intendit: quod enim faciendũ erat ſine electione, quod factæ electioni nõ repugnat, ſed concordat, eſt implendũ: ſicut intentioni eligentis & iuri conſonum. arg. ff. de euict. in creditore. ff. de aqua plu. arcen. l. 2. §. Labeo.

a ¶ *Nos etenim.*] ſed nunquid hic §. reſpicit tres articulos præcedẽtes, vel ſolũ immediatũ de ſepulturis? Dic ꝙ omnia, præſertim propter verba, quæ ſequuntur, præmiſsis, vel alicui p̃miſſorum. Sed quæro, pactũ eſt ſuper ſepultura, quod haberi põt regulariter, licet hoc modificetũr. extra 6. lib. c. 1. & 3. nota controuerſia ſuper hoc eſt ſententiatum & confirmatum per ſedẽ Apoſtolicã, vt ď facto vidi ante hanc conſtitutionẽ. Nunquid per hũc §. tollitur dicta ſententia & cõfirmatio? Videtur quòd ſic, quia ſi pactũ tollatur, & quod ſequitur ex virtute pacti. argu. C. de duobus reis. l. ſi. Dic contra. hæc ordinatio exorbitat à iure cõi, & hoc quod non eſt expreſſe ſublatũ, ſtat. C. de appel. p̃cipimus. in fin. nec ſententia pactũ eſt ſublatũ, ergo pactũ eſt ſic fortificatũ ſicut ſententia & confirmatiõe. arg. extra. 6. lib. de pact. quamuis. & 6. lib. de iureiu. licet. & 6. lib. de foro comp. c. fin. Plus enim hoc poteſt ſimpliciter, vt dictis iuribus. Item arg. authen. vt cũ. de appellatio. cogen. in princip. & §. 1. & ibi not. legẽ nouã nõ referri ad cauſam pendẽtem in iudicio ſeu deciſam ſententia: etiam ſi lex ad præterita referatur. dominus Ioan. Monachus de partibus Picardiæ Cardinalis.

Additio Ioa. Franciſci de Pauinis.

ADDITIO. Ad intellectũ iſtius decretalis, ſuper cathedrã. eſt omnino videndus tractatus ſiue conſiliũ Oldradi, quod incipit, Grauamina. quæ fratribus ordinũ Mendicantiũ inferũtur. & eſt in numero meorum 185. vbi examinantur & determinantur per partes difficultates reſultantes tam ſuper verbo libera, de quo in textu, quàm ſuper aliis, de quibus ibi; vbi concluditur in effectu ꝙ verbũ, libera, notat quandam prærogatiuam abſolutam, & dominium ſuper actu cui adiicitur. de elect. cum nobis olim. in fi. &c. Itẽ ꝙ licitum eſt fratribus etiam proceſsionaliter ire ad aſſumendũ funus per alienas parochias, cum eis videantur conceſſa omnia, per quæ peruenitur ad finem. l. 3. §. vlt. de ſer. vrb. prædi. Item, ꝙ de relictis ab his, qui apud eos nõ eligunt ſepulturam, nulla quarta debetur: quia ceſſat ratio conſtitutionis. l. quod dictum. de pactis. Item, ꝙ de relictis Fratribus affectione ſanguinis, amicitiæ, vel meriti, debet ſolui quarta. Item, ꝙ decretalis non habet locum niſi in relictis fratrib⁹, apud quos eligitur ſepultura per infirmum, qui in ea infirmitate deceſſerit. argum. not. in l. alumne. ff. de adimen. leg. Item, quòd non habet locum vbi teſtator expreſſe relinquit canonicam portionem eccleſiæ parochiali. argumen. in l. cum quo. ff. ad legem. Falcidiam. Item, quòd nõ debetur quarta de oblationibus, quæ fiunt in anniuerſario, & aliis officiis ſequentibus. Item, nec de mortuariis inquantum differunt à funeralibus. Item, quòd parochia debet recipere quartam de manibus Fratrum, & non hæredum defuncti. Item, quòd quarta debetur de relictis pro ornamentis, libris, & fabricis, & luminaribus, &c. Item quòd de datis inter viuos & in ſanitate quorum dominium ſtatim tranſiuit, quarta nõ debetur. Itẽ, ꝙ parentes poſſunt eligere ibi ſepulturam pro filiis. Item, quòd quarta debetur de pecunia relicta ad complendam eccleſiam: licet ſi quarta detraheretur non ſufficeret pecunia ad iſtũ vſum. Item quòd dicta decretal. non extendit ſe ad eos, qui mortui ſunt ante eam conditam: ſed in illis ſeruari debuit decretal. inter cunctas. Benedicti xi. Ioan. Franc.

Nos etenim [a] (vt in cũctis ęqualiter & pacifice fauẽte Dño ꝓcedatur) vniuerſa priuilegia, gratias, indulgentias verbo ſeu ſcripto ſub quacũq; forma vel expreſſione, ſeu cõceptione verborum à nobis vel prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus cuicũq; ordinũ prædictorũ conceſſa, necnõ conſuetudines, conuẽtiones, ſtatuta, & pacta inquãtũ ſunt præmiſſis vel alicui præmiſſorũ cõtraria, ea penitus reuocamus, vacuamus caſſamus, & irritam⁹, quinimò caſſa, vel vacua, & irrita nũtiamus, & decernimus nulli⁹ prorſus exiſtere firmitatis. ¶ Cęterũ vniuerſos eccleſiarũ prælatos cuiuſcumque præeminẽtiæ, ſtatus, vel dignitatis exiſtãt, ac ſacerdotes parochiales & curatos, ſiue rectores prædictos pręſentiũ tenore rogamus, & hortamur attente, nihilominuſq; eis diſtricte præcipiendo mãdamus, quatenus pro diuina & Apoſtolicæ ſedis reuerẽtia prædictos ordines & ꝓfeſſores eorum habẽtes affectu beneuolo commendatos, Fratribus ipſis non ſe difficiles, graues, duros, aut aſperos, ſed potius fauorabiles, ꝓpitios, ac benignos, piaque munificentia liberales, ſe ſtudeãt exhibere: ſic eos in prædicationis officio & propoſitionibus verbi Dei, ac in omnib⁹ aliis ſupradictis tãquam cooperatores eorũ idoneos, & laborum ſuorũ participes prompta benignitate recipiant, ac affectuoſe admittere nõ omittant, vt proinde illis æternæ beatitudinis præmiũ augeatur, & animarũ ſalutis incremẽta felicia procurẽtur. Nec ipſos lateat, ꝙ ſi ſecus ab eis agi fortaſſe cõtigerit in hac parte, Apoſtolicæ ſedis benignitas quæ ordines & profeſſores eoſdẽ vbere fauore proſequitur, & gerit in viſceribus charitatis, contra eos nõ immerito turbaretur: nec eadẽ æquanimiter pati poſſet, qn ſuper hoc prouiſionis opportunæ remediũ adhiberet, ipſoſq; nihilominus cœleſtis indignatio principis digna pro meritis repẽdentis, cuius obſequia Fratrũ ipſorũ ſedulitas curioſa ꝓſequitur, minime præteriret. ¶ Nulli ergo omnino, & cętera.

## De decimis.

¶ Bonifacius octauus collectori decimę.

¶ *Cum Bonifacius decimã certis ex cauſis hic in principio expreßis ab eccleſiis & eccleſiaſticis perſonis exigi ſtatuiſſet, multa dubia circa illam ſuborta ſunt, quæ hic clare & prolixe manifeſtantur. vide textum cum gloſſa in clementina ſecunda eo. tit. vbi hæc extrauagãs in multis declaratur.*

### CAP. VNICVM.

Declarationes, quas in negotio decimæ per nos nuper impoſitæ ꝓ proſecutione guerræ ac negotij regni Siciliæ cõtra hoſtes de eccleſiis & perſonis eccleſiaſticis per totã Italiã, & cætera loca cõſtitutis volumus obſeruari (cuius quidẽ decimæ in illis partibus te ſuperintendentem ſeu collectorẽ duximus deputandũ) tales ſunt: De redditib⁹ & prouẽtibus leproſariarũ, domorum Dei, & hoſpitaliũ pauperum, qui in vſus leproſorum, infirmorũ, & pauperũ conuertũtur, decima nõ ſoluetur: Moniales aliæque regulares perſonæ, quarum redditus & prouẽtus eccleſiaſtici adeo ſunt tenues & exiles, ꝙ de illis ſuſtentari nõ poſſunt, ſed pro habendo vitæ ſuæ ſuſtentationem neceſſe habent publice mendicare, & eleemoſynas publice petere, dictam decimã nõ perſoluent. Sæculares quoq; clerici, quorũ eccleſiaſtici redditus & prouentus annui ſummã ſeptẽ florenorũ auri non excedunt, eandẽ decimã nõ præſtabunt. ¶ Si vero vna perſona plura habeat beneficia, quorũ nullũ per ſe acceptũ dictam ſummam ſeptẽ florenorũ auri annuatim attingat, ſimul tamen collecta in minimis prouentibus ſummã memoratam excedant, quotquot vel quantumcunq; modica fuerint, de omnibus & ſingulis decima perſoluetur: ſed nõ ſoluetur de pitantiis monachorũ. Similiter de his quæ à Chriſtifidelibus relinquũtur eccleſiis, vt ex his perpetui emantur redditus: Itẽ de xeniis prælatis & aliis perſonis eccleſiaſticis liberaliter factis, decima nõ ſoluetur. ¶ Soluentiũ decimã electioni ſeu arbitrio cõmittitur, vtrũ ipſam velint ſoluere ꝑ totũ tẽpus qđ durabit decima, ꝓ rata prouentuũ, quos ſingulis annis dicti tẽporis ipſos percipere cõtigerit, an per ipſum tẽpus pro rata cõmunis æſtimationis ꝓuẽtuũ eorũdẽ. Sed vna via electa non licebit alicui va-

tiaro

riare ad aliã recurrendo.Et fiat & redigatur per collectores in ſcriptis electio hmôi expreſſe in prima ſolutione decimæ ſupradictæ : alioquin iuxta æſtimationẽ cõem per totũ tẽpus ſoluere tenebuntur. ¶.Declaramus aũt,ꝙ hi,qui elegerint ſoluere decimã ꝓ rata eorũ,quæ perceperint annuatim, vẽdãt prouẽtus bñficiorũ ſuorũ, quæ perſonalẽ reſidẽtiã nõ requirũt,& ſoluãt decimã pro ſolo pretio quod receperint de eiſdẽ:dum tñ contra hoc in fraudem decimæ nihil oĩo agatur.

Beneficia aliqua ſunt quæ perſonalem reſidentium non requirunt.

Sed eccleſiaſtica perſona quæ in eccleſia ſua vel bñficio (qḋ reſidentiã perſonalẽ requirit)nõ reſidet,ſed facit in eodẽ per firmariũ vel vicariũ deſeruiri,deputando ipſi vicario vel firmario certã ſuorũ prouentuũ portionẽ:nõ de vicariatus ſeu firmarij portione , ſed de vniuerſis ipſius eccleſiæ vel bñficij prouentibus decimã exhibebit.¶ Declaramus etiã ꝙ de ſyluis ſeu nemoribus,quæ nõ cõſueuerũt vendi,nil ſoluetur, niſi forte aliquid de illis vẽditũ fuerit durante decima:& tunc æſtimabitur quãtũ valere dñt annui redditus partis vẽditæ ſcḋm aſſiſiã,quæ cõſueuit fieri de nemoribus in partibus illis , in quibus nemus ſituatũ fuerit:& de ſola æſtimatione decima perſoluetur, & nõ de eo qḋ perciperetur de dictis ſyluis ſeu nemoribus)quæ vendi nõ conſueuerũt,niſi forte vendãtur durante decima:quia tũc ſoluetur ex venditione paſcuagij ſeu herbagij , aut alterius cõſimilis prouentus eorundẽ nemorũ & ſyluarũ.Et ſi nõ vẽdãtur hmôi paſcuagia,& ſimilia, nõ ſoluetur decima de his:ita tñ ꝙ in fraudẽ decimæ nil cõtra hoc attentetur.Idemq; de paſcuis,herbagiis,& conſimilibus obuẽtionibus ſyluarum volumus obſeruari. ¶ De ſtagnis & piſcariis decima ſic ſoluetur:videlicet ꝙ fiet relatio de numero annorũ,quibus ante venditionẽ vltimã vendita nõ fuerunt,ad quantitatẽ pretij ex ipſa venditione vltima recepti:vt pretio diuiſo in partes ſcḋm annorũ terminũ, durante decima ſoluatur decima ipſa de tot partibus pretij ex ipſa vẽditione recepti, quot fuerũt anni prædicti : vt ſi forte ſunt v. anni elapſi ex quo fuerat ſtagnum venditũ,& tunc vendantur pro c. florenis, fiant de pretio v. partes,& pro tribus annis quibus durabit decima,ſoluetur ipſa decima de tribus partibus pretij tãtum,videlicet,lx.florenorũ, & multiplicabũtur & minuentur partes pretij prout plures & pauciores fuerint dicti anni. De piſcariis aũt fluminũ & lacuũ,& venationibus ſi vendantur,& ſyluis cæduis idẽ quod de ſtagnis fiet. De piſcibus ſtagnorũ vel beluis garenarũ,quos pro vſu vel eſu ſuo conſumi,vel ſine fraude donari contigerit, decima nõ ſoluetur. Et quia nõnulli obtinẽt à monaſteriis & eccleſiis Prioratus,grãgias,domos,redditus,penſiones,& cẽſus in ſoluẽda de his decima credimus diſtinguendũ:videlicet an talia in bñficiũ habeantur,an ex cõtractu,an ex mera grã.

Redditus ob tinentur ab eccleſiis variis modis.

Si talia in bñficiũ habeãtur,ſiue hoc ſit conceſſum per ſedẽ Apoſtol.ſiue per ipſorũ monaſteriorũ , vel eccleſiarum perſonas,de illorũ prouẽtibus ſoluetur decima. Cũ autẽ obtinẽtur talia ex cõtractu , puta ad penſionẽ vel firmã annuã,in qua nõ eſt facta grã obtinenti, ſed in hoc vterq; contrahentiũ ſtuduit cõditionẽ ſuã facere meliorẽ , perceptores penſionis vel firmæ de ipſa pẽſione vel firma decimã exhibebunt. Si aũt quis ante vel poſt cõceſſionẽ huius decimæ ad vitã propriã emit prouẽtus Prioratuũ vel aliorũ prædictorũ pro aliqua pecunia,ita ꝙ in hoc ei ſciẽter grã nõ eſt facta,cõſiderabitur quãtũ æſtimatione cõi valeat annui prouẽtus,Prioratus,grãgiæ,domus,terrarũ,ſeu reddituũ hmôi:& ſcḋm hoc ab illis quorũ eſt horũ proprietas , qui inde pretium ꝓ futuro tpe receperint,per tres annos decima exhibebitur.Si aũt in his grã facta ſit obtinẽtibus , quia ſciẽter ꝓ minori pretio quàm valeãt,ſunt talia vẽdita vel locata,ipſi obtinẽtes,& nõ monaſteriũ vel eccleſia de illo in quo grã facta eſt ipſis, & de reliquo illi quorũ eſt proprietas,decimã exhibebũt.Si aũt perſonis aliquibus pro iuſta mercede ſeu remuneratiõe laboris vel obſequij pſtiti vel præſtãdi talia ſunt cõceſſa:ij quorũ eſt illorũ proprietas in decimatione prouẽtuũ ſuorũ,etiã horũ prouẽtus merito numerabũt,& de illis (ſicut de aliis quos ꝓ certis ſuis vtilitatibus expẽdũt) decimã exhibebunt.

Labor eſt remunerãdus.

Quòd ſi hæc ꝑ illos q ea obtinebãt,ĩ alia ſunt trãſlata(quia res trãſit cũ onere ſuo)ẽt circa illos, quæ prædiximꝰ ſeruabũtur.

Res tranſit cũ onere ſuo 16. q. 1 ſi quis laicus.

Nec deducẽtur expẽſę,quę pro monachis,qui in talibus Prioratibꝰ,grãgiis ſeu domibus,in bñficiũ,ſeu ex mera grã cõceſſis,ex pacto teneri dñt,fieri dignoſcũtur.Expenſę aũt illorũ monachorũ vel perſonarũ,q teneri dñt ex pacto in Prioratibus,grãgiis,ſeu domibꝰ ad iuſtã firmã ſeu pẽſionẽ cõceſſis,ſiue determinatæ,ſiue nõ, æſtimabũtur æſtimatiõe cõi,& talẽ æſtimationẽ monaſteriũ vel eccleſia,cuius illorum eſt proprietas cũ ſuis prouẽtibus,decimabit.¶ Prælati de ꝓcurationibꝰ, quas in victualibus percipiũt decimã nõ perſoluẽt: ſed q eis pſtãt hmôi victualia in decimatione ſuorũ prouẽtuũ & reddituũ numerabũt & ſoluẽt decimã de eiſdẽ.

Procurationes quãdoq; in victualibꝰ quandoque in pecunia recipiuntur.

De illis aũt ꝓcurationibus,quas prælati in pecunia numerata rite ꝑcipiũt ab antiquo , & quas ꝑciperẽt ẽt ſi nõ viſitarẽt,decimã pſtare tenẽtur.Prælatus autẽ q procurationẽ (quã ſine viſitatione potuit de iure ꝑcipere in pecunia numerata) remittit:q̃a remittit qḋ ſibi debetur,& de quo ſoluiſſet decimã,ſi recepiſſet illud, tenetur ex tali ꝓcuratiõe decimã exhibere.Si vero procurationẽ q tãta in victualibus licet ꝑcipi,fortaſſe remittit, perſona eccleſiaſtica cui remiſſio facta eſt,hmôi victualia cũ aliis prouẽtibus ſuis cũ ſoluet , decimã æſtimabit:cũ ẽt ſi nõ eſſet remiſſa , hoc facere teneretur.¶ In ſoluẽdo decimã ſupradictã ſolæ expenſæ neceſſariæ,quæ fiũt in re ex qua fructꝰ ꝑcipiuntur arãdo,colẽdo,& colligẽdo fructus , ſine quibus nõ poſſũt inde fructus ꝑcipi,deducẽtur.

Expenſarũ quædã fiunt in re, quædã extra rem.

Expẽſæ aũt q fiũt in caſtrorũ cuſtodibus,cũ fiũt extra rẽ,vel ẽt in ædificiis cõſtruendis vel cõſeruãdis,nullatenus deducẽtur:ſic vt nec illæ quæ in villis tuẽdis fierẽt in guerris ſeu etiã caualcatis. De iis quoq; q cõſiſtunt in iuriſdictione,mero imperio,regalibꝰ,atq; ſimilibus,ſoluetur decima deductis ſalariis moderatis,q ante cõceſſionẽ decimæ cõſueuerũt ſolui iudicibꝰ & officialibꝰ,ſimilibuſq; perſonis, ſine quibus iuriſdictio & cętera ſimilia nequnt expediri:ita tñ ꝙ in fraudẽ decimæ nihil cõtra hoc penitus attentetur. Sed expẽſæ officialiũ,iudicũ,& cõſimiliũ perſonarũ factæ in veſtibus ſiue victualibus, minime deducẽtur,ſicut nec aliæ expẽſę ſimiles factæ circa familiã prælatorũ.Ratione aũt æris alieni, quo perſona ſoluẽs decimã obligata cõſiſtit,nihil de decima minuetur,etiã ſi certæ res eccleſiaſticæ pp hoc à quoquã fuerint obligatæ.Itẽ de furnis & de molẽdinis decima pſtabitur.Soluetur aũt de oblationibꝰ,ſiue fiãt ꝓ bñdictione nubentiũ,ſiue pro exequiis mor

tuorum, necnõ de prouẽtibus ſingulorũ prçlatorũ, & de emẽdis, ꝗ ab excõicatis recipiũtur. De legatis quoq; ſibi & aliis perſonis eccleſiaſticis nõ perſonarũ, ſed eccleſiarũ vel officiorũ rõe relictis, decima ꝑſoluetur. ¶ Pro decima ſupradicta nõ exhibebitur pecunia, niſi illa cõiter curreret de mandato dñi terræ, & quæ eſt moneta in locis, in quibus cõſiſtet fructus & redditus, vñ decima perſoluetur: nec aliqui pecuniã cãbire cogẽtur eãdẽ. ¶ Sed ſi ex ꝓbabilibus ſeu veriſimilibus p̃ſumptionibus apparuerit quiſquã pẽſatis eius ꝓuẽtibus minus debito notabiliter de decima ꝑſoluiſſe, ita ꝙ ſuꝑ hoc merito ſuſpectus debeat reputari, ex officio noſtro per viros idoneos deputãdos à nobis faciemus inquiri ab illis, qui ſuꝑ hoc ſcire valeãt veritatẽ, videlicet de cõſilio diœceſani epi, vel alicuius deputandi ab ipſo, ſi ſit eius ſubditus, & non aliter, ſi eps ipſe vel deputat⁹ ab eo cõmode poſſit haberi: & tũc demũ & nõ prius, ille cuius prouẽtus fuerint taliter æſtimati, pro eo qđ minus ſoluerit etiã nominatim excõicabitur: ſi eius cõtumacia exegerit, & viſum fuerit expedire. Epi aũt & abbates, cæteræq; perſonæ eccleſiaſticæ honorabiles nõ ſuſpectæ, propriæ cõſciẽtiæ relinqvãtur: ita ꝙ ſufficiat quo ad tales excõicationis ſentẽtia, ꝗ in nullo modo ſoluẽtes vel ſciẽter adhibẽtes fraudẽ vel malitiã circa ipſi⁹ decimæ ſolutionẽ gñliter ꝓferetur. Super his aũt fiet cõpulſio per cẽſurã eccleſiaſticã, prout nobis & illi cui hoc cõmittẽdũ duxerimus, viſum fuerit expedire. Proferat̃ aũt (ſi expediẽs viſum fuerit) excõicatio gñliter vel ſpecialiter in eos, qui cõtra ſolutionẽ decimę vel ſuorũ æſtimationẽ prouẽtuũ cũ fuerit faciẽda, fraudẽ vel malitiã ſciẽter duxerit adhibẽdã. Fiet aũt ſolutio decimæ nõ ex ipſis reb⁹, quæ percipiunt̃ de ꝓuẽtibus, ſed in pecunia numerata. Soluetur aũt decima illis, quos ad hæc cõtigerit deputari. Rector parochialis, ꝗ vrgẽte neceſſitate eccleſiæ, puta quia ipſe reſidẽdo perſonaliter in eadẽ per ſe nõ ſufficeret ipſi curæ ꝓpter multitudinẽ parochianorũ vel diuiſionẽ parochiæ ſuę: ſed neceſſe

*Capellani poſſunt operas ſuas locare. vide not. in c. ſignificatũ. de præben.*

habet vnũ vel duos vel plures capellanos cõducere, & eis ꝓpter victũ ſalariũ cõſtituere, ſalariũ huiuſmodi poterit in decimę ſolutione deducere: ſed ratione victus capellanorũ ipſorũ aliqđ nõ deducet. Quod ſi in diuerſis ciuitatib⁹ & diœceſibus diuerſa bñficia obtineãtur, de vnoquoq; bñficio in ciuitate vel diœceſi, in qua illud fuerit, decima ꝑſoluet̃. De eleemoſynis vero ſeu oblationib⁹ datis ad opus fabricæ, & maxime de his oblationibus, ꝗ in ciuitatibus & aliquibus caſtris & locis dictarũ prouinciarũ in certis feſtiuitatib⁹, in cãdelis & aliis cõſueuerũt dari & offerri ad opus fabricæ deputatis,

*Oblationes quandoq; ꝑ laicos, quandoque ꝑ clericos colliguntur.*

decima nõ ſoluetur. Similiter nec de illis oblationibus, ꝗ colligũtur interdũ ꝑ laicos, ꝗ cõſortiales dicũtur: interdũ per clericos, ꝗ ad opus cõſortij reducũtur, & quę offerũtur vt luminaria in eccleſia, cruces & calices fiãt & reparẽtur, & ẽt ex illis pauperibus ſubueniatur, & ſepeliãtur corpora pauperũ defunctorũ. Prælati aũt & clerici exules cuiuſcũq; cõditionis aut dignitatis exiſtãt, de ſuis prouẽtibus eccleſiaſticis decimã perſoluẽt. Illę quoq; expenſę, ꝗ fiũt ꝓ foſſatis & aliàs pro terris ædificãdis, vt vberiores fructus ꝓducãt, & illæ ꝗ fiũt in cõſeruãdis & reparãdis ædificiis molẽdinorũ, domorũ, ſeu apothecarũ & ſimiliũ, & ex quibus fructus & pẽſiones recipiũtur, & niſi reparẽtur fructus ex eis ꝑcipi nõ valerẽt: de decima hmõi minime deducẽtur. Nec ẽt illæ, quæ fiũt ꝓ cuſtodia caſtrorũ, quãuis fiãt maiores ſolito. Inſuper de oblationibus minutiſſimis, quas percipiunt eccleſiaſticæ perſonæ rõe eccleſiarũ ſuarum ꝓ ſepulturis & dãdis pœnitẽtiis, decima perſoluetur. Et quia nõ occurrit nobis quin quotidianæ diſtributiones prouẽtus eccleſiaſtici ſint, de diſtributionibus, ꝗ dãtur in horis canonicis præſentib⁹, debere ſolui decimã declaramus. Illi quoq; ꝗ deputati fuerint ad collectionẽ decimæ, cũ eis qui debent ſoluere decimã, de aliqua certa ſumma ſoluẽda ꝓ decima, nequeũt cõuenire. De fructibus arborũ & hortorũ ſoluetur decima. De his aũt quæ cõſumũtur vſu vel eſu animaliũ, ſi ſint eccleſiarũ, ſoluetur decima deductis expẽſis neceſſariis, quæ fiunt pro cuſtodia: ſi vero ſunt perſonarũ decima nõ ſoluet̃.

*V Iam ambitioſæ.*

¶ Tu ergo in his ſolũ Deũ & iuſtitiã pro præmiſſis præ oculis habẽs, ex prædictis declarationibus ĩ decidẽdis hmõi dubitationibus, quæ pro parte leuiter decidi poterũt, cõfirmationẽ accipias: ſuper maiorib⁹ vero deciſionẽ Apoſtolici oraculi expectes.

*Deum in negotiis noſtris habere debem⁹ prę oculis.*

¶ Volumus quoq; & præſentiũ tibi auctoritate mãdamus, vt in vnãquanq; perſonã eccleſiaſticã deputatarũ tibi partiũ, cuiuſcũq; ordinis, cõditionis, vel dignitatis exiſtat, quæ decimã ipſam nullo modo, vel nõ integre, ſciẽter, aut nõ ſcđm verũ valorẽ fructuũ ſuorũ perceptorũ, ſiue nõ in terminis cõſtitutis exhibuerit, ſeu in illorũ exhibitione malitiã cõmiſerit ſiue fraudẽ: excõicationis ſentẽtiã auctoritate noſtra promulges: Et etiã in ſingulos, ꝗ ſciẽter impedimẽtũ præſtiterint directe vel indirecte, publice vel occulte, quominus decimæ p̃dictæ ſoluãtur. Et oẽs & ſingulos, qui hmõi ſententias latas incurrerint: per te & per alios, ſingulis diebus Dominicis & feſtiuis pulſatis cãpanis & cãdelis accẽſis, vſq; ad ſatisfactionẽ cõdignã excõicatos publice nũties, & facias ab oĩbus publice euitari: Aggrauaturus aliàs manus tuas cõtra ipſos prout proteruiã & cõtumaciã exigere videris eorũdem: ꝙ ſi ſatisfacere decreuerint, poſt plenã & integrã ſatisfactionẽ ab hmõi excõicationibus iuxta eccleſiæ formã abſoluas eoſdẽ, & diſpenſes cũ eis ſuper irregularitate, ſi taliter ligati non abſtinuerint à diuinis: Prouiſo hactenus ꝙ contra decimã huiuſmodi nõ ſoluentes nullatenus ſine ſpeciali mãdato Apoſtolicæ ſedis inuocetur brachiũ ſæculare. Quodq; ad vaſa ſacra, paramenta, calices, cruces, & libros, aliaque bona mobilia ad cultum deputata diuinũ, vel ad priuilegia eccleſiarum & monaſteriorum, aliorumq; locorũ eccleſiaſticorum, ipſius occaſione decimæ manus nullatenus extendatur. Data Anagn. Calen. Octobris, Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

*Excõicationis publicandæ modus.*

## De Regularib. & tranſeuntib. ad religionem.

¶ Martinus quartus.

*¶ Religioſi Mendicãtes ſub excõmunicationis pœna prohibẽtur conuolare ad religionem non Mendicantium, quocũque quæſito colore, quã ipſo facto incurrũt tã recepti quàm recipientes quacunque licẽtia nõ obſtante. Quid iuris ſit de iam receptis ſubdit.*

CAP. I.

Viam ambitioſę cupiditatis religioſis potiſſime Mendicantibus prçcludere cupiẽtes, ad alios ordines præſertim monaſticos (fucatis tñ coloribus aſſerẽtibus ob frugẽ melioris vitæ, aut arctioris obſeruãtiæ) tam ſancti Benedicti, ꝗ Ciſterciẽſis, Camaldulẽſis, Vallis vmbroſæ, canonicorũ regulariũ ſancti Auguſtini, vel aliorũ monaſticorum

*Cupiditas omnibus prę ſertim religioſis Mendicantib⁹ eſt prçcludẽda.*

a ¶ *Debeat.*] cape verbum, admitti, aut recipi. quod eſt infra.

ſticorum ordinũ conuolare nitentibus, licentiam à ſede Apoſtolica ſeu legatis aut nuntiis eiuſdẽ ſedis ad trãſferendũ ſe de Mendicantiũ ordinibus ad alios ordines, præſertim ea ratione (vt veriſimile eſt, prout facti euidẽtia docet) vt liberius degãt, dignitateſq; & beneficia monaſtica cõſequi valeãt, & ex certis aliis cauſis honeſtati non cõſonis obtinẽtibus, Ac volẽtes etiã cõſeruationi ordinũ Mendicantiũ prouidere: auctoritate Apoſtolica, ex certa ſciẽtia, tenore præſentiũ declaramus & etiã decernimus, ſtatuẽtes ꝙ decætero nullus religioſus ordinũ Mẽdicãtiũ quoruncunq;, cuiuſcũq; gradus, ſtatus, cõditionis, vel religionis exiſtat quãtũcunq; & qualitercũq; poſſit & debeat a virtute cuiuſcũq; licentiæ, etiã indulti Apoſtolici, ſeu pœnitentiarij noſtri curã gerẽtis, vel alia quauis auctoritate hactenus, etiã per litteras Apoſtolicas facultatũ quarũuis tã legatorũ vel nuntiorũ ſedis Apoſtolicæ, q̃ alia auctoritate, maxime de trãsferẽdis fratribus, aut aliquibus præſertim ordinũ Mẽdicantiũ profeſſoribus in genere vel in ſpecie ab ordinibus huiuſmodi Mendicãtiũ, ſub quacunque verborũ forma appareãt, admitti aut recipi, ꝑ aliquos etiã ſuperioris ordinis, ſeu monaſterij, aut loci monaſtici, ſeu aliàs in monachũ vel in fratrem alicui⁹ ex ordinib⁹ monaſticis ſupradictis vel aliis expreſſis (ordine Carthuſienſiũ dũtaxat excepto) ſub pœna excõmunicationis, quã tam recipientes, quàm recepti ipſo facto incurrũt. Et quam exnũc prout ex tunc cõtra quẽlibet trãſgreſſorẽ quomodolibet in præmiſſis, ſciẽtia & auctoritate antefatis proferimus in his ſcriptis. Et à nemine, niſi dũtaxat à Romano Pontifice (præterquã in mortis articulo †) excõicati huiuſmodi poſſint abſolutionis beneficiũ quomodolibet obtinere. Et nihilomin⁹ ſecus facta nõ teneãt, & nullius exiſtãt efficaciæ vel momẽti. Decernẽtes etiã & volentes, ꝙ ſi quis hacten⁹ virtute cuiuſuis licẽtiæ ſeu mãdati huiuſmodi fuiſſet receptus ad aliquẽ monaſticũ ordinẽ, & habitũ cõſuetũ geſtari per monachos talis ordinis ſuſcepiſſet, ſiue profeſſionẽ emiſerit ſiue nõ, ſub dicta pœna teneatur in monaſterio, in quo receptus fuerit (etiã ſi beneficia eccleſiaſtica ſeu rectorias eccleſiarum quarũuis obtineat) ſtare in eius totali ordinatione, & in huiuſmodi ordine monaſtico altiſſimo deſeruire. ¶ Si quis autẽ pretextu huiuſmodi licẽtiæ, vel ſine habitu vel cũ habitu vagãdo incederet, monitione præuia teneatur & debeat intra terminũ quindecim dierũ à die monitionis huiuſmodi cõputãdorũ, ad eius religionẽ vel ordinẽ, vnde cũ licẽtia vel ſine licẽtia receſſerat, remeare. Quòd ſi efficere neglexerit poſt ipſum terminũ tã quã notorius apoſtata excõmunicatus in omnibus & per omnia debeat per quemlibet reputari, & ab omnib⁹ retractari: etiã per inuocationẽ auxilij brachij ſecularis, quotiẽs fuerit opportunũ. ¶ In futuris aũt nullus ex profeſſoribus alicuius ex ordinibus Mẽdicãtiũ huiuſmodi in aliquẽ monaſticũ ordinẽ (Carthuſienſiũ dũtaxat excepto) poſſit aut debeat per quẽcunque recipi vel admitti virtute alicuius licẽtiæ vel indulti, abſq; ſedis huiuſmodi licentia ſpeciali ſub dictis pœnis: & nihilominus ſecus facta nõ teneãt ipſo iure. Huiuſmodi licẽtiis & indultis, necnõ cõſtitutionibus Apoſtolicis, & Mẽdicantiũ ordinũ predictorũ, etiã ſi de illis ſpecialis

Ordo Carthuſienſium præ ceteris ampliori potitur prerogatiua.

† Vide concilium Trident. ſeſſio. 14. cap. 7. de caſuum reſeruatione.

& expreſſa, ac de verbo ad verbum in noſtris litteris mẽtio habita foret, & aliis cõtrariis nõ obſtãtibus quibuſcũq;. Nulli ergo omnino hominũ liceat hãc paginã noſtrę declarationis, decreti, ſtatuti, ꝓhibitionis & volũtatis infringere, vel ei auſu temerario cõtraire. Si quis autẽ hoc attẽtare preſumpſerit, indignationẽ omnipotẽtis Dei, & beatorũ Petri & Pauli Apoſtolorũ ei⁹ ſe nouerit incurſurũ. Datũ Sebennis iij. Calen. Auguſti, Põtific. noſtri anno 1.

¶ Ioannes xxij.

*¶ Religioſi ſine ſui ſuperioris licentia vltra mare euntes ſunt ipſo facto excommunicati: nec ibi ſunt ad prædicationem vel diuinorũ celebrationem admittendi.*

CAP. II.

AD noſtrũ nuper relatio fide digna perduxit auditũ, ꝙ nõnulli religionis geſtãtes habitũ, ſed à veritate religiõis omnino vacui, & à modeſtia penit⁹ alieni, ad partes quãdoq; trãſmarinas ſe trãſferãt, in quibus pauci fideles reſpectu infideliũ cõmorãtur: Et vt illi decipere facilius ſimpliciũ animos, ac ipſos & alios in errores præcipitare ſeu retinere valeãt, ſub ouili veſte ac humilitatis habitu lupinũ animũ occultãtes, per doctrinas ſuas reprobas & erroneas fideliũ mẽtes, quãtũ in eis eſt, corrũpere ſatagũt: In ipſis partibus periculũ nimiũ ſpargere nõ omittũt, necnon & os ſuũ ponentes in cælũ, lingua eorũ falſidica tranſeunte ſuper terrã, ſanctæ Romanę eccleſię detrahere cõſtitutionibus, & alia multa à fide deuia in ſuis ſermonibus & ſecretis collocutionibus euomere inſanis auſibus nõ verẽtur: ex quibus Deus offenditur, periculoſa ſuſcitãtur ſcãdala, paratur ſimplicibus laqueus, ipſiq; taliũ præſumptores de hæreſi vehemẽter arguunt ſe ſuſpectos. ¶ Nos itaq; tãtis obuiare periculis paternæ diligẽtiæ ſtudiis cupientes, vniuerſis & ſingulis religioſis cuiuſcunq; cõditionis, religionis, ordinis vel ſtatus exiſtãt: de fratrũ noſtrorũ cõſilio diſtrictius auctoritate præſentiũ inhibemus, ne ipſorum aliquis abſq; ſuperioris ordinis ſui licentia, ſibi per ipſius litteras patẽtes cõceſſa, decætero ad partes ſe trãferat antedictas. Superioribus ipſis nihilominus iniungẽtes, ne quibuſuis ſui ordinis fratribus (niſi dutaxat viris litteratis, prouidis, & expertis) huiuſmodi licentiã impertiri præſumãt. Nos enim quoſcunq; præſumẽtes cõtrariũ quouiſmodo excõicationis ſubiacere ſentẽtię volumus ipſo facto: A qua nullus ab alio quàm à Romano Põtifice poſſit (niſi dũtaxat in mortis articulo) abſolutionis beneficiũ obtinere. ¶ Cęterũ vniuerſalis Eccleſiæ prelatis in virtute ſanctæ obediẽtiæ diſtricte præcipiẽdo, præſentiũ tenore mãdamus, quatenus nullos religioſos ad partes ſe trãsferẽtes prædictas: niſi per patẽtes ſuperioris ſui ordinis litteras de licentia ſpeciali ſe illuc trãsferẽdi ſibi cõceſſa prælatis eiſdẽ fecerint plenã fidẽ, in ciuitatibus ſuis & diœceſibus ac locis & terris aliis ad prædicationis officiũ vel diuinorũ celebrationẽ admittãt: ſed ipſos potius velut apoſtatas capiãt ſeu capi faciãt, eos carcerali cuſtodiæ (donec de dicta licẽtia ſpeciali modo prædicto ſibi cõſtiterit) detinẽdo. Et nihilominus ſi quos religioſos approbare, q̃ ſedes Apoſtolica reprobauit, vel quæ aliàs ſunt fidei obuia in ſuis prædicationibus ſeu ſecretis collocutionibus dogmatizare perſenſerint, vt tales (quibuſcũq; ceſſantibus priuilegiis) poſsit licite capere, & carcerali cuſtodię, ſicut ſuos poſſent ſubditos mãcipare, licentiam impertimur.

Religionis habitus ſine ipſius veritate parum prodeſt

Lupinus animus ſub ouili veſte à multis geritur.

Os in cælũ ponunt, qui Romanæ Eccleſię detrahunt conſtitutionibus.

Religioſi ſine ſui ſuperioris licentia ſe abſentare non debent.

Approbata per ſedem Apoſtolicã à nemine ſũt reprobanda.

Et inſuper tenore præſentiū mādamus eiſdē, vt de præmiſſis ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepitu iudicij & figura, per ſe vel per aliū ſeu alios ſe ſolerter & fideliter ſtudeāt informare: quoſque de prædictis ſeu eorū aliquo repererint reos eſſe, iuxta ſtatuta canonū & in aliorū exemplū caſtigare pœnis debitis non poſtponāt: Non obſtantibus exemptionibus, & aliis quibuſcunq; priuilegiis & litteris Apoſtolicis eiſdem religioſis vel eorum ordinibus ab eadem ſede conceſſis vel in poſterū cōcedendis, etiam ſi de illis plena & expreſſa mētio, ac de verbo ad verbum in præſentibus ſit habēda. Quæ quantum ad prędicta vel aliquod eorundem eiſdē in nullo volum⁹ ſuffragari. Nulli ergo, &c. Datum Auiñ. vj. Idus Maij, Pōtificatus noſtri anno ix.

## De religioſis domibus.

¶ Ioannes xxij.

*¶ Licet Beguinarum ſtatus ſit propter multas rationes per Clemētem quintum reprobatus, permittitur tamen mulieribus fide dignis, quæ nec ſunt culpabiles nec ſuſpectæ, ſub habitu Beguinarum viuere: nec ſunt tales per ordinarios moleſtandæ, vide cap. 1. eod. tit. in clemen.*

CAP. VNICVM.

¶ Vide c. 1. eod. tit. in clement. & c. ad noſtrum. in clemēt. de hæretic. & extrauagantem Ioan. xxij. Sancta Romana. eo. tit. de religio. domib⁹. Guidonem Carmelitam in ſūma de hæreſib⁹ tit. de hęreſib⁹ Beguinorū, & Eymericū in Directorio inquiſitorum par. 2. q. 15.

RAtio † recta non patitur, vt innocentes ad paria cū nocentibus iudicentur. Sane felicis recordationis Clemēs Papa v. prædeceſſor noſter, cum de mulieribus, quæ Beguinæ vulgariter nuncupantur, nōnulla ei fuiſſent, præcipue de Alemaniæ partibus, inſinuata ſiniſtra & præſertim q̄ earū quædā de ſūma Trinitate & diuina eſſentia diſputarent & prędicarent, ac circa articulos fidei, & eccleſiaſtica ſacramēta opiniones catholicæ fidei cōtrarias introducerent, & multorū ſimpliciū animas in diuerſos errores inducerēt: ex his & aliis frequēter de illis auditis habēs eas nō indigna ratione ſuſpectas, in illas quæ ſtatū huiuſmodi nouiter aſſumptū ſectarētur vlterius, aut quæ illū de nouo aſſumerent, excōicationis ſententiā promulgauit. ¶ Verū quia in multis mūdi partibus plurimæ ſunt mulieres, quæ ſimiliter vulgo Beguinæ vocatæ, ſegregatæ quādoque in parentū aut ſuis, interdum vero in aliis, aut cōductis ſibi cōibus domibus inſimul habitantes, vitas deducunt honeſtas, eccleſias de nocte frequētāt, diœceſanis locorū & parochialiū eccleſiarū rectoribus reuerēter obediunt, curioſitatē diſputandi, aut auctoritatē ſeu temeritatē potius prædicandi nullo modo ſibi vſurpant, nec ſe vel alias ſeu alios quoſlibet præmiſſis opinionibus erroribuſque inuoluūt, nec vlla ſuper his eſt, aut fuit hacten⁹ nota ſeu ſuſpicio cōtra eas, quę ipſas diſſimiles à luce ſua cōſtringeret: Vt nullis earū, quæ perpetuā forte Domino continentiā deuouerūt, occaſio p̄beatur ad lapſum: & ne periculis, damnis, & ſcandalis plurimis, quę proinde veriſimiliter ſequerentur, p̄ prouiſione eccleſię moderna occupētur: Beguinas huiuſmodi inculpabiles (vt præmittitur) nec ſuſpectas ſub prohibitione & abolitione prēmiſſis (quia de ipſis prędeceſſor noſter præfatus nullatenus ſenſiſſe dignoſcitur) de fratrū noſtrorū cōſilio declāramus & volumus nō includi. ¶ Locorū ordinariis nihilominus iniūgentes, vt eas ſub prætextu huiuſmodi nullaten⁹ moleſtari permittāt. Et ſi quid forſan ex hoc in bonis aut iuribus à quibuſcūq; cōtra eas attentatū eſt hactenus, vel attentari contigerit in futurū, p̄ illos prędictos ordinarios auctoritate

Religioſæ mulieres q̄d facere debent.

noſtra in ſtatū reduci debitum volumus: Inuocato ſi opus fuerit, auxilio brachij † ſęcularis. ¶ Cęterū ſtatū Beguinarū huiuſmodi, quas eſſe permittim⁹ (niſi de his per ſedē Apoſtolicā aliter ordinatū extiterit) nullatenus ex præmiſsis intendim⁹ approbare, Locorū autē ordinarios, & alios ad quos prædicta ſpectabūt, curā peruigilē & ſollicitudinē debitā p̄cipimus adhibere, ne præmiſſarū ſequētes inuia, & ipſarū actus temerarios imitādo, præmiſſis erroribus & diſputationū & prædicationū temeritatib⁹ ſe inuoluāt: eas quæ cōtra p̄dicta præſumpſerint per cenſurā eccleſiaſticā, appellatione poſtpoſita, cōpeſcendo. Porro mulieres quodcūq; nomē habētes, q̄ de illis ex q̄bus p̄hibitio p̄ceſſerit, culpabiles ſe reddiderīt, aut merito notabiles vel ſuſpectas eſſe, ſi ſtatū vel habitū quoquo modo mutauerint, vere ſub p̄dicta decernimus remanere cēſura: & taliter cōtra eas, per illos ad quos pertinuerit, procedi volumus & mādamus, q̄ ab errore de more reuocatæ, non vltra inficiant ſanas oues.

† Brachium ſeculare poteſt quandoque ab eccleſia inuocari. c. 1. de offi. ord. in antiq.

## De cenſibus, exactionibus, & procurationibus.

¶ Benedictus [a] duodecimus epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam [b] rei memoriam.

*¶ Taxat procurationes, pabula charitatis, & ſubſidiū charitatiuū: Saluat priuilegia, cōuentiones, conſuetudines, & præſcriptiones, & indemnitatē pauperū: inhibet contrauenire, punit trāſgreſſores & eorum familiares, &c. Et locari debet ſub rubrica, de cenſibus & procurationibus.*

VAs [c] † electionis [d] Paulus Apoſtolus egregius prædicator, ſe & eos qui ſecū erant, propriis manibus exhibebat [e] †, vt pſeudo [f] & ſubdolis operariis ſub prædicationis

† De materia huius extrauagantis vide concilium Lateraū. ſub Alexandro iij. c. 4. Cōcilium Lateranenſe ſub Innocētio iij. c. 33. Concilium Oxoniēſe c. vt ſingula. & cōciliū Trident. ſeſſio. 24. de reforma. c. 3.

a ¶ *Benedictus.*] Iſte Benedictus fuit duodecimus, natione Tholoſanus Sanardanus Apamiarum diœceſis: primum appellatus Iacobus Fornerij, abbas fontis frigidi, ordinis Ciſtercienſis, & magiſter in ſacra pagīna, deinde ep̄s Apamiarum, & deinde ep̄s Mirapiſceñ. poſtea tituli ſanctæ Priſcæ presbyter Cardinalis, aſſumpt⁹ ad Papatum anno dñi M. cccxxxiiij. xx. Decē. & anno M. cccxlij. xxv. Aprilis vita functus eſt, Pontificatus fuit anno v. ſucceſsit Ioanni xxij. ſibi vero ſucceſsit Clemens vj. Ioan. Franc.

b ¶ *Perpetuam.*] ſic & omnia inſtrumenta ad hoc fiunt. 1. q. 7. ſaluberrimum. 25. q. 1. omnes fœminæ. & quia hoc graue negotiū eſt, & vt magis timeatur hæc prouiſio, merito eſt perpetuę memoriæ ſeruanda. facit de pœnis, in quibuſdā. de ſchiſmaticis. c. 1. de pœnis. in c. felicis. lib. 6. & quod not. in c. ad Apoſtolicæ. in princ. de re iudic. eo. lib. 6. vbi nota quòd ſolus Papa ſine concilio poteſt hoc facere. & facit hæc extrauagans ius commune. c. paſtoralis. de fide inſtr. & ibi not. Ioan. Fran.

VAs electiōis. 1] ¶ Diuiditur in quinq; partes principales: Nā primo exorditur. Secundo: ibi, *Statuimus.* taxat procurationes. Tertio: ibi, *Inſuper.* punit tranſgreſſores. Quarto: ibi, *Præmiſſis.* extendit cōſtitutionem. Quinto ſubdit clauſulas conſuetas cū datis: ibi, *Nulli, &c.* Prima pars tres habet rationes exemplares impulſiuas ad condendā hāc conſtitutionem. Secunda pars tripliciter taxat quantitatem procurationum exigēdarum, iuxta triplicem diuiſionem prouinciarū & regnorum, & qualitatē viſitantiū, etiā ſi per alios viſitant modificando & extendendo ac declarando, vt infra patet. Tertia pars punit viſitatores, tranſgreſſores, & eorū familiā, etiam ſi à ſponte volentibus recipiant, vel receptum remittentibus non reſtituant. Quarta pars extēdit cōſtitutionē ad charitatiuum ſubſidium. Taxat valorem Turonenſium, & excipit tres caſus. Vltima: ibi, *Nulli.* ſubdit clauſulas conſuetas cum datis.

1 Hanc extrauagātem gloſſat hic Ioannes Frāciſcus Pauinus.

c ¶ *Vas.*] hoc nomen fuit ſibi impoſitum cælitus in eius conuerſione. Actuum. 9. c. & hoc principium ſumptum eſt ex c. cum Apoſtolus. in princip. de cenſib.

d ¶ *Electionis.*] & ideo non vitioſum, in quo omne oleum & vinum facile corrumpitur. de pœni. diſt. 3. §. ſiue à me. adde textum Marci 2. in fine.

e ¶ *Exhibebat.*] id eſt, procurabat. 18. q. 1. iam nunc. 21. q. 1. c. 1.

† Actuum cap. 9.

f ¶ *Pſeudo.*] id eſt, falſis: Et eſt Grçcū nomen indeclinabile, vt not. in dicto c. cū Apoſtolus. cōtra quos nota monitionē cōcilij generalis. de

ralis. de

ſpecie lucra ſectantibus locum præcluderet, & his quos ipſe paſcebat pabulo [a] verbi Dei, nõ exiſteret oneroſus. ¶ Sane licet circa modeſtiam in exigendis procurationibus obſeruandã à prædeceſſoribus noſtris Romanis Põtificibus ſalubria emanauerint inſtituta: quia tamen (ſicut experientia docet) nõnulli prælatorum [b], necnõ diœceſis nuntiorũ, vel legatorũ Apoſtolicæ ſedis, de quibus nullam faciunt mentionẽ expreſſe, ſic ſe reddiderunt & reddunt in dictarum procurationũ exactionibus oneroſos [c], vt oppreſſi ſubditi huiuſmodi onera nequeãt ſupportare, & victũ lõgi tẽporis breuis hora conſumat. Nos attendentes, ꝙ parentes [d] debẽt theſaurizare filiis, nõ delitiis faſtidioſis eorũ ſubſtantiã abſorbere: ac cupiẽtes pro diuerſitate conditionũ viſitantiũ prælatorũ, & prouinciarum ac eccleſiaſticarum etiã facultatũ certum modum ſufficientẽ viſitantibus & ſupportabilem viſitatis in præmiſſis fore decętero obſeruandum: de fratrũ noſtrorũ conſilio [e] præſentis conſtitutionis edicto, Statuimus, ꝙ cum in Frãciæ, Nauarrę, Maioricarum regnis, ac terris, prouinciis, & partibus adiacẽtibꝰ, & in vicinis eiſdem, necnon in Delphinatu, Burgundię, Sabaudiæ, prouinciæ, & Forcalquerij comitatibus archiepiſcopi [f] & epiſcopi, ac alij prælati & perſonæ eccleſiaſticæ, quibus id de iure vel cõſuetudine cõpetit, ſuos ſubditos perſonaliter viſitabunt: Iidem archiepiſcopi à ſuis vel ſuffraganeorum ſuorũ cathedralibus eccleſiis ꝓ procuratione vnius diei, ſiue in victualibus, ſiue à volentibus in pecunia vltra trecentorũ, à monaſteriis verò & aliis eccleſiis vel prioratibus ſæcularibus vel regularibus habentibus collegiũ vel cõuentũ duodecim vel pluriũ perſonarũ, vltra ducẽtorum ac quinquaginta: Ab habẽtibus vero paucarũ perſonarũ collegium ſeu conuentum, & quibuſuis aliis eccleſiis, Prioratibus & locis, vltra ducentorũ: Epiſcopi vero ab eccleſiis cathedralibus, vltra ducentorũ: A monaſteriis vero & eccleſiis aliis ac Prioratibus ſęcularibus vel regularibus habentibꝰ collegiũ vel conuentũ duodecim vel plurium perſonarum, vltra ducentorum quinquaginta: Ab habentibus vero paucarũ ꝑſonarũ collegiũ ſeu cõuentum, & quibuſuis aliis eccleſiis, prioratibꝰ & locis [g], vltra ducentorũ: Epĩ vero ab eccleſiis cathedralibꝰ vltra ducentorũ: A monaſteriis vero & eccleſiis aliis ac prioratibus ſæcularibus vel regularibus collegiũ habẽtibus duodecim vel pluriũ perſonarũ, vltra centũ & quadraginta: Ab habentibus vero perſonarũ collegiũ pauciorum, & quibuſlibet aliis eccleſiis, Prioratibus & locis vltra centum & quadraginta: Abbates [h] quoque à monaſteriis vel prioratibus habentibus collegium duodecim vel plurium perſonarum, vltra centum: Ab aliis quoq; habẽtibus minꝰ collegiũ, ab eccleſiis, Prioratibus & locis quibuſcũque, vltra lxxx: Archidiaconi quoq; vltra xxxv. Archibresbyteri quoq; vltra viij. Turonẽ. argẽti valorem recipere nõ p̃ſumant. Si vero [i] p̃fati archiepiſcopi, p̃lati, & perſonæ eccleſiaſticæ ex priuilegio Apoſtolico per alios viſitare, & procurationes recipere valeãt in pecunia numerata: Iidẽ archiepiſcopi à ſuis & aliis cathedralibꝰ eccleſiis, vltra centũ xx. A monaſteriis vero & eccleſiis aliis ac prioratibus ſæcularibus & regularibus habẽtibꝰ collegiũ duodecim vel pluriũ perſonarũ, vltra cẽtum: Ab habẽtibus vero minus collegiũ, & quibuſlibet aliis eccleſiis, Prioratibus & locis, vltra lxxx. Epiſcopi etiã ab eiſdem eccleſiis, monaſteriis, Prioratibus, atque locis, vltra lxxx. Abbates vltra lx. Archidiaconi vltra xxx. Turonẽ. argẽti valorẽ nõ recipiant quoquo modo. ¶ In Alemaniæ quoq;, Angliæ, Hungariæ, Bohemiæ, Poloniæ, Noruegiæ, Daciæ, Scotiæ, & Suetiæ regnis, terris, ac prouinciis, & partibus eiſdẽ adiacentibus archiepiſcopi, & epiſcopi alij quoque p̃lati & ꝑſonæ eccleſiaſticæ cũ (vt præmittitur) ꝑſonaliter viſitabunt: Iidem archiepiſcopi & epiſcopi, etiam ſi primates exiſtant, à ſuis vel ſuffraganeorum ſuorum eccleſiis cathedralibus & perſonis earum pro procuratione vnius diei, ſiue in victualibus, ſiue à volentibus in pecunia vltra trecentum & viginti: A monaſteriis vero & aliis eccleſiis, Prioratibus ſæcularibus vel regularibus habentibus collegium duodecim vel pluriũ perſonarũ, vltra cc. & lx. Ab aliis vero monaſteriis, eccleſiis ſeu prioratibus minus collegium habentibus, aliis quoque eccleſiis, Prioratibus & locis, vltra ducentorum & viginti: Epiſcopi etiam à cathedralibus eccleſiis, vltra ducentorum & viginti: A Monaſteriis vero & aliis eccleſiis & Prioratibus ſæcularibus vel regularibus habentibus

ralis. de qua in cap. irrefragabili. in fine de offic. ordina.

a ¶ *Pabulo.*] eſt enim verbum Dei pabulum animæ ex quo viuit. c. inter cętera. de offi. ordina. quia nõ in ſolo pane, &c. ſed in omni verbo, &c. vt ibi.

b ¶ *Prælatorum.*] etiã Cardinalium, vt probat textus in cap. cum Apoſtolus. verſic. Cardinales. de cenſib. & in c. ꝓcurationes. in prin. eod. tit. & ibi not.

c ¶ *Oneroſos.*] Vſque ad exinanitionẽ extremæ virtutis. 10. q. 3. cauendum. & 1. q. 3. placuit. ideo ſeruandum eſt quod ſtatuit concilium Vienneñ. in cle. ad noſtrum. §. fin. de cenſibus.

d ¶ *Parentes.*] 16. q. 1. prædicator. vbi Paulus dicitur diuinus Apoſtolus, &c. & ꝙ beatius eſt dare quàm accipere. Et cum myſterio accumulantur tot rationes, vt ſi aliquæ ceſſarent, nõ ceſſat diſpoſitio. Inſtitu. de nupt. §. affinitatis.

e ¶ *Conſilio.*] ad quod non arctabatur ſequendum, nec petendum, ſecundum gloſ. & doctores in c. Apoſtolicæ. de re iudi. & in c. 1. de ſchiſmat. lib. 6. licet Ioan. Mona. in hoc variauerit factus Cardinalis. Sed ꝙ Papa regatur cõſilio Cardinalium probatur in c. licet. & c. in Geneſi. & c. eccleſia 2. in fi. de elect. ſicut epiſcopi conſilio canonicorum regi debent. c. nouit. & c. quãto. de iis quæ fiunt à præl. c. quæſiuit. & c. fin. de iis quæ fiunt à maio. par. cap. Hoſt. in ſumma. in tit. de offi. archipresb. §. quæ pertinent. verſi. poteſt. præſertim in arduis 1. & hoc ſeruat conſuetudo.

f ¶ *Archiepiſcopi.*] idẽ & in patriarchis, primatibus, & aliis etiam pluribus, ideſt & abbatibꝰ, de quibus, vide infra. Idem ſunt enim primates & patriarchæ. 99. diſt. prouinciæ. & dixi ſupra in ſecunda quæſtione primæ partis. & idem archiepiſcopi & metropolitani, & nudis tantum verbis differunt. not. in cap. duo. de offi. ord. vide in Spe. in titu. de offic. ordina. §. ſunt quoque. & in verſi. & nota. ſic & archiepiſcopi ſunt epiſcopi. nota in c. quàm periculoſum. de ſenten. excom. lib. 6.

g ¶ *Locis.*] non credo comprehendi hoſpitalia paupeiũ propter infra dicenda, puta leproſorum & aliorum infirmorum mendicantium panem, ſicut nec grangias per c. fin. de cenſi. & idem forte de fabricis & commiſſariis, de quibus canonica portio non detrahitur. cap. fin. de teſta. & de aliis, de quibus non eſſet ſoluenda decima, de qua in clem. ſi beneficiorũ. de deci. de quibus omnibus dic vt ibi plene not. Circa hoc tamen tenendũ eſt illud, quod cõcludit Fridericus de Senis in conſil. 111. Et an epiſcopus poſsit priuilegiare hoſpitale tempore conſtructionis, vt nõ poſsit ab eo vel ſucceſſoribus viſitari, vide eundem in conſi. 248. Et quid de domibus leproſorum, vide per eundem in cõſi. 130. Et adde in ſimili qđ firmat Pet. de Ancha. de teſtatore, in conſil. 128. & quod examinat. Guliel. de monte Lauduno in gloſ. ſuper extrauag. ſuſcepti. Ioan. xxij. ſuper ver. in totũ. Ioa. Franc.

h ¶ *Abbates.*] idẽ credo de Prioribus etiam canonicorũ regulariũ. arg. c. quod Dei timorem. de ſta. monach. & aliorum quorumcũque viſitandorum etiã Mendicantium, exceptis tantum Fratribus Minoribus. de quibus in clem. Exiui. de verb. ſignifi. Ioan. Franc.

i ¶ *Si vero.*] hic determinat quæ habentur in c. felicis. de cenſi. lib. 6.

Conſilium Cardinaliũ an debeat Papa ſequi.

1 Vtrum in arduis teneatur Papa requirere conſilium Cardinaliũ vide late per Philippũ Francum & doctores in c. ſuper eo. de hæreti. lib. 6. adde Abbatem in c. quæſiuit. de his quæ fiũt a pręl.

a ¶ *Archipresbyteri.*] quid autem de archipresbyteris ruralibus, qui Decani aliquando nuncupantur, ſubdit infra, in verſi. illud quoque. Ioan. Franc.

b ¶ *Ex priuilegio.*] ſine priuilegio vero nõ poſſunt, aliàs contrafacientes puniuntur, vt in c. felicis. de cenſib. lib. 6.

e ¶ *Abbates.*] honeſte facerẽt abbates, & alij religioſi nõ exigere pecuniã, ſed cõformare ſe laudabilibus cõſuetudinibus, & conſtitutionibus monaſteriorũ, & cõtentari comedere cũ aliis in refectorio, & dormire in dormitorio cõmunibus, vt melius valerent oculo intelligere qũo ſe habeant omnia tã in eccleſia quàm in menſa & tam de die quàm de nocte, & propter bonũ exemplum, arg. eius qđ not. in clem. ad noſtrũ. de cenſi. in ver. ſi voluerint. & in ca. magnæ. de voto. quia quod agitur à p̃latis, cito à ſubditis trahitur in exemplũ, vt ibi, & in cap. præcipue. 11. q. 3. aliàs tot mortibus digni ſunt quot perniciosa exempla, &c. vt ibi. & hoc ſatis dicit. §. noſtræ tamen intentionis. in ver. nec vltra. & verſi. cęterũ. Tenentur enim viſitatores nõ minus exẽplo quàm verbo ædificare & plãtare, c. qm̃. & c. inter cætera. de offi. ord. facit c. Romana. in fi. de cenſi. lib. 6 vbi vide not. per Ioa. And. in nouel. & in c. ſingulis. de ſta. mon. In huiuſmodi nãque actibus regularibus nõ ſunt ſubtilitates neque gloſſæ exquirendæ, nec appellationes admittẽdæ, ſed ſimpliciter omnia ſunt expediẽda, cap. ad noſtrã. reprehenſibilis. & cum ſpecialis. de appel. Nõ eſt tamen omittendũ, ꝙ ſi prælatus religioſus in mortali cõſtitutus, notorius vel infamat⁹ ſit incorrigibilis, & propterea à ſubditis appelletur, debet appellationi deferri; aliàs pro tanto exceſſu ſatisfacere compelletur, de appel. de priore. quia ad talẽ nõ pertinet iudicialis correctio. 3. q. 7. iudicet. Miſericorditer etiã, & nõ paſsim ſunt corrigendi monachi, & non more latronũ in grauẽ carcerẽ detrudendi. de ſta. mona. c. ea q̃. & non debent eſſe p̃lati nimis graues in corrigẽdo, aliàs de cõſilio cõuentus id eſt, capituli, eſt correctio temperanda. dicto c. reprehenſibilis. in fi. de his q̃ fiunt à præl. no uit. & c. ea noſcitur. & ideo dicit textus in dicto c. Romana. in fi. conſuetudines rationabiles & approbatas ſecundũ Hoſt. & Ioa. And. ibidẽ in nouella. Ioan. Franc.

Prælatorum geſta ſũt ſubditorum exẽpla.

Monachi ſũt miſericorditer corrigendi.

bẽtibus collegiũ duodecim vel plurium perſonarũ, vltra centũ & lxxx. Ab habentibus vero collegium minus, & quibuſlibet aliis eccleſiis & Prioratib⁹ atque locis, vltra centũ & quinquaginta; Abbates inſuper à monaſteriis, Prioratibus, ſeu eccleſiis habentibus collegiũ xij. vel pluriũ p̃ſonarũ, vltra centũ: Ab habẽtibus vero minus collegiũ, ac eccleſiis, Prioratib⁹, & aliis locis quibuſlibet, vltra lxxx. Archidiaconi vero vltra quinquaginta: Archipresbyteri [a] etiã vltra decẽ Turoneñ. argẽti valorẽ recipere nõ præſumãt. Si vero iidẽ archiep̃i, ep̃i & prælati, ac perſonæ eccleſiaſticæ ex priuilegio [b] Apoſtolico p̃ alios [c] viſitare, & procurationes recipere valeãt in pecunia numerata; dicti archiepiſcopi, etiã ſi primates exiſtãt ab huiuſmodi eccleſiis, monaſteriis, Prioratibus atq; locis, vltra centũ: Ep̃i vltra lxxx. Abbates [d] vltra lx. Archidiaconi vltra triginta Turoneñ. argenti valorẽ pro p̃curatione qualibet vni⁹ diei recipere nõ præſumãt. ¶ In Caſtellæ quoq;, Legionis, Aragoniæ, & Portugalliæ regnis & dominiis, terris, & prouinciis regũ Caſtellæ, Aragoniæ, & Portugalliæ, & partibus adiacẽtibus etiã vicinis eiſdẽ, excepto Sardiniæ & Corſicę regno: Archiepiſcopi, ep̃i, & prelati, ac perſonæ eccleſiaſticæ cum (vt præmittitur) perſonaliter viſitabũt iidẽ archiepiſcopi à ſuis & ſuffraganeorũ ſuorũ eccleſiis cathedralibus pro procuratione vnius diei, ſiue in victualibus, ſiue à volẽtibus in pecunia, vltra cẽtũ & quadraginta: A monaſteriis vero & eccleſiis aliis, ac Prioratibus ſæcularibus vel regularibus habẽtibus collegiũ duodecim vel pluriũ perſonarũ, vltra centũ & viginti; Ab habentibus vero minus collegiũ, aliiſq; eccleſiis, Prioratibus atq; locis, vltra cẽtũ: Ep̃i ẽt à cathedralibus eccleſiis, vltra centũ: A monaſteriis vero & Prioratibus ſæcularibus vel regularibus habentibus collegiũ xij. vel plurium perſonarum, vltra octuaginta: Ab habẽtibus vero minus collegiũ, aliiſque eccleſiis, Prioratibus & locis vltra ſexaginta: Abbates [e] etiã à monaſteriis vel Prioratib⁹ habẽtibus collegiũ xij. vel pluriũ perſonarũ, vltra quinquaginta: Ab habẽtibus minus collegiũ & quibuſlibet aliis eccleſiis, Prioratibus & locis, vltra quadraginta: Archidiaconi vero, vltra xxv. Archipresbyteri vero, vltra v. Turoneñ. argenti valorẽ recipere non attentent. Si vero proxime nominati archiepiſcopi, epiſcopi, & p̃lati, & aliæ perſonæ eccleſiaſticæ ex priuilegio Apoſtolico per alios viſitare, & procurationes recipere poſſint, in pecunia numerata: Iidem archiepiſcopi ab eiſdẽ ſuis & ſuffraganeorũ ſuorũ eccleſiis, vltra octoginta. A monaſteriis vero & eccleſiis aliis ac Prioratibus ſæcularibus vel regularib⁹ habentibus collegiũ xij. vel pluriũ perſonarũ vltra ſexaginta: Ab habẽtibus vero minus collegiũ, & quibuſlibet aliis eccleſiis, Prioratibus ſiue locis vltra quinquaginta: Epiſcopi etiã ab eiſdẽ eccleſiis, monaſteriis, Prioratibus ſiue locis, vltra quadraginta. Abbates vero ab eorum monaſteriis, Prioratibus eccleſiis ſiue locis, vltra triginta: Archidiaconi vero vltra viginti Turoneñ. argenti valorẽ recipere nõ attẽtẽt. ¶ In Apuliæ vero Calabriæ, terræ Laboris, Siciliæ [f], Lõbardiæ, Tuſciæ, Sardiniæ, Corſicæ, & cæteris aliis Italiæ partib⁹, necnon Sclauoniæ, Achaiæ, Cypri, & cæteris regnis, inſuliſq; & aliis p̃uinciis & partib⁹ omnib⁹ vltramarinis & etiã trãſmarinis, patriarchę, archiepiſcopi, epiſcopi, ac p̃lati alij & p̃ſonæ eccleſiaſticæ conſiſtentes, cũ (vt p̃mittitur) p̃ſonaliter viſitabunt: Iidẽ patriarchę & archiepiſcopi à ſuis vel ſuffraganeorum ſuorum eccleſiis cathedralibus pro procuratione vnius diei, ſiue in victualibus, ſiue à volẽtibus in pecunia, vltra ſexaginta: A monaſteriis vero & eccleſiis aliis, ac Prioratibus ſæcularibus vel regularibus habẽtibus collegiũ xij. vel plurium

c ¶ *Per alios.*] hæc cõſtitutio approbat quod not. Ioan. And. in c. felicis. de cenſi. in glo. ſuper ver. officio. Et adde ꝙ prælati aliquando habent officiales, de offi. vic. c. 2. & 3. de appel. Romana. de offic. ord. c. Romana. de offi. deleg. c. 4. in fi. lib. 6. & c. inſinuante. Quandoque habent vicarium in ſpiritualibus. de temp. ordin. cap. 3. §. 1. lib. 6. Quãdoque habent vicarium generalem. dicto c. 3. §. epiſcopo autem. de temp. ord. & de offi. vic. c. fin. de præb. c. ſtatutum. lib. 6. Quandoque habent ſimpliciter vicarium. c. ſtatutum. & cap. vt officium. & c. vt commiſsi. de hære. lib. 6. Quandoque tales vocantur locumtenentes. 93. diſt. c. fin. Siue ergo quis vicarius à ſede Apoſtolica deputetur, vt in c. is cui. de elect. lib. 6. ſiue à capitulo eccleſiæ cathedralis epiſcopali ſede vacante, vt in c. penul. de ſupplen. negli. præla. lib. 6. vbi poteſt ex conſuetudine viſitare ſaluis notatis in clem. 1. de hære. ſiue ab electa in abbatiſſam à maiori parte capituli, indemnitatibus. de electio. lib. 6. ſiue ab alio prælato electo concorditer in caſu capituli, nihil. de elect. cum viſitat, poterit recipere procurationẽ iuxta iſtã taxam. arg. notatorũ in dicto c. felicis. de cenſi. facit c. ſi epiſcopus. de offic. ord. eod. lib. Et ſi ſunt plures, tunc ſolum principalis, ſed non foranc* poterit hoc generaliter facere, vt probat clem. & ſi principalis. đ reſcri. Quid ſi plures eſſent omnino æquales officiales vel vicarij? Dic vt ibi not. Quid de foraneis in locis ſuis? Dic attendẽda illorum mãdata. adde tex. in l. 1. C. de offic. eius qui vic. alterius gerit Ioa Fran.

Prælatorum vicem gerẽtes variis cẽſentur nominibus.

Vicarius poteſt viſitare & procurationem recipere.

d ¶ *Abbates.*] de patre abbate Cluniacẽſiũ, quo modo teneatur viſitare ſubditos ſuos mediatos & immediatos, vide Oldra. in conſilio 155. quod incipit: Prima quæſtio. & adde quantum ad abbates, idem videtur eſſe effectus inquiſitionis generalis & ſpecialis, vt dicit idem Oldradus in cõſil. 227. quod incipit. licet quantum. Ioan. Franc.

Abbas Cluniacẽſis ſubditos mediatos & immediatos viſitare poteſt.

f ¶ *Siciliæ.*] Nota ꝙ huiuſmodi inſulę ſũt pars prouinciæ cui adhærẽt. l. inſulæ. ff. de iudi. cum ibi not. facit ff. de verb. ſign. l. notionem. §. 1. faciunt not. in c. qm̃ à nobis. de deci. ex quo ſequitur, ꝙ qui in Sicilia vel Corſica eſt, aut Sardinia, debet reſpõdere in Italia, vt not. in dicta l. inſulæ. probatur ff. ad municip. l. qui ex vico.

perſonarũ, vltra quinquaginta. Ab habẽtibus vero minus collegiũ & quibuſlibet aliis eccleſiis, Prioratibus atq; locis, vltra xl. Epi ẽt à cathedralibus eccleſiis, vltra quĩquaginta: A monaſteriis vero aliiſque eccleſiis, & Prioratibus ſæcularibus vel regularibus habentibus collegiũ duodecim vel pluriũ perſonarũ, vltra quadraginta: Ab habẽtibus vero minus collegiũ, & eccleſiis aliis ſeu Prioratibus vel locisquibuſlibet, vltra triginta: Abbates [a] vero à ſuis monaſteriis vel Prioratibus ſimile collegiũ vel maius habẽtibus, vltra viginti: Ab habẽtibus vero minꝰ collegiũ & quibuſlibet aliis eccleſiis, Prioratibus atq; locis, vltra ſexdecim: Archidiaconi vltra decẽ Turonñ. argẽti valorẽ non audeant recipere quoquo modo. Si vero prælati, patriarchæ [b], archiepi, epi, & perſonæ eccleſiaſticæ proxime nominati, ex priuilegio Apoſtolico per alios viſitare, & procurationes recipere valeãt in pecunia numerata: dicti patriarchæ ſeu archiepi ab eiſdẽ ſuis vel ſuffraganeorũ ſuorũ eccleſiis cathedralibus, vltra quadraginta: A monaſteriis quoq; & eccleſiis aliis ac Prioratibus ſecularibus vel regularibus habentibus collegiũ duodecim vel pluriũ perſonarum, vltra triginta: Ab habentibus vero minus collegiũ, & eccleſiis aliis, Prioratibus ſiue locis & ſubditis quibuſcunq;, vltra viginti octo: Epi quoq; à ſuis cathedralibus & quibuſlibet aliis eccleſiis, monaſteriis, Prioratibus atq; locis, vltra viginti: Abbates etiã vltra decẽ, necnõ archidiaconi vltra quinque Turoneñ. argenti valorem recipere non præſumant. Ita ꝙ expenſæ ſeu ſumptus vniuerſi ſeu taxatio pecuniaria huiuſmodi ꝓcurationis totiꝰ diei [c], videlicet in pecunia vel victualibus & neceſſariis aliis prædictam ſummã vel valorem aliquatenus non excedat: nec vltra dictas ſummas vel taxationes ſeu valores earum prætextu cuiuſuis conſuetudinis vel aliàs, vel ab ipſis prælatis vel familiaribus earundẽ quicquam exigere vel recipere liceat etiã à volentibus, quando ex cõuentione vel conſuetudine minus ſoluere cõſueuerint, quòd propter prędicta non plus ſoluant.

Illud quoq; quod de archidiaconis ſuperius diximus ordinãdũ, locũ habere volumus etiã in decanis, ꝑpoſitis, aliiſq; perſonis eccleſiaſticis ſuperius nõ expreſſis, quibus viſitationis officiũ, & ꝓcurationis receptio ex priuilegio ſedis Apoſtolicæ, vel de iure ſeu cõſuetudine cõpetere dignoſcitur: Decanis ruralibꝰ duntaxat exceptis, q̃ in aliquibus regionibus archipresbyteri nominantᷣ [d], circa quos in receptione huiuſmodi ꝓcurationis id quod ſupra ſtatutum eſt de aliis archipresbyteris, volumus obſeruari. ¶ Noſtræ tamẽ intẽtionis exiſtit, ꝙ ſi ex conuentione vel cõſuetudine tã eccleſiæ cathedrales quã collegiatæ & aliæ quælibet ſæculares, ac etiã monaſteria, Prioratꝰ cõuentuales, & loca alia quæuis eccleſiaſtica, earũque capitula, collegia ſeu conuentus, rectores etiã & ꝑſonæ prælatis quibuſuis viſitãtibus (vt ꝓfertur) minus debeãt vel conſueuerint [e] quã per nos ſuperius eſt ſtatutum, ad ſoluẽdum vltra conuentionẽ vel cõſuetudinem huiuſmodi nullatenus aſtringãtur, ſed ſuper iis circa eos conſuetudo & conuẽtio huiuſmodi obſeruẽtur. Huiuſmodi etiã moderationes & taxationes ad ꝓlatos quoſlibet, qui prætextu cuiuſuis cõſuetudinis in monaſteriis, ſiue locis aliis eccleſiaſticis gratis recipiãtur ad pabulũ charitatis [f], extẽdimus, & etiam prorogamus [g]: prouiſo nihilominus, quòd in locis quibuſlibet ſecundũ quod maior vel minor rerum copia fuerit in iiſdem, necnon iuxta maiorem vel minorem perſonarum & euectionum [h] numerum huiuſmodi viſitantium, ex penſatum maiorũ vel minorũ debita moderatio teneatur: ita tamen quòd maiores expenſæ non excedant ſummã ſuperius limitatam. ¶ Inſuper prædictis omnibus archiepiſcopis, primatibus, epiſcopis, & aliis ſuperius nominatis viſitantibus, ne vltra conuentionem vel cõſuetudinem huiuſmodi circa perſonas & loca vbi fuerint, nec vltra moderationes & taxationes prædictas quicquam pręſumãt recipere diſtrictius nihilominus inhibemus. Volentes etiã conſtitutionem præſentem pœnę [i] adiectione iuuari; ſtatuimus quòd ſi dicti viſitantes per

ex vico. Idẽ dico de eo qui eſt in inſula Maioricarũ, vt teneaẽ reſpõdere regno Nauarræ, vt patet ſ̃. §. ſtatuimus. vbi dicit̃ illi adiacere, &c.

Abbatiſſæ monaſteriũ egredi non debent.

a ¶ *Abbates.*] de abbatiſſa vero dicit Archid. ꝙ etiam pro viſitandis monaſteriis ſibi ſubiectis ei non licet egredi monaſterium, per textũ in c. 1. de ſta. reg. lib. 6. ibi, quacunque ratione. ſed debet per alium viſitationem facere, circa quod vide not. in clem. 1. in prin. eo. tit. in gloſ. iſtorum. mouetur etiam archidiaconus: quia qđ generaliter ſcriptũ eſt, generaliter eſt accipiendum. c. 2. de coniug. leproſ. Itẽ fortificatur ꝓhibitio in eo ꝙ ibi duo caſus excipiuntur, in aliis ergo ſtet valida. de deci. ad audientiam. 31. diſt. omnino. 31. q. 1. quomodo, &c. 8. diſt. ſi conſuetudinem. Et licet textus ille non videatur loqui de abbatiſſa, nihilominus appellatio monachorum includit abbates vbi de ſalute animæ agitur. cap. fin. de ſimo. Item ibi in §. verum. exprimit de abbatiſſa, & hæc opinio multum ſapit honeſtatem. de quo per Ioan. And. in dicto cap. 1. de ſta. reg. in 6. & dixi in tractatu viſitationum. q. 2.

Monachorũ appellatione includuntur abbates.

b ¶ *Patriarchæ.*] Nota patriarchæ. & ſicut cap. exigit. extendit c. Romana. de cenſi. ita fortius vna clauſula debet extendere aliam. arg. in l. doli clauſula. de verbo. oblig. & c. 2. requiris. ſ̃. de appella. & l. 3. ff. de vi bono. rapt. Ioan. Fran.

c ¶ *Diei.*] hoc intelligo niſi qñ ex cauſa oporteret viſitantem ibi ſtare per plures dies ex cauſis neceſſariis & culpa viſitandorum, vt habetur in c. conquerente. de offi. ord. tũc enim ſibi debẽt imputare viſitandi: quia neceſsitas legẽ non habet. de quo plene dixi in tractatu viſitationum. q. 3. primæ partis. Ioan. Franc.

d ¶ *Nominantur.*] vt not. in dicto c. cũ Apoſtolus. ſuper verbo, decani. Ioan. Franc.

e ¶ *Cõſueuerint.*] hoc dicit, propter ea quę habentur in c. cum ex officij. de præſcri. & not. in cle. ad noſtrum. circa princ. de cenſi. adde quod habetur per Ioan. And. in addit. Spec. in titu. de cenſi. in fine. & in mercu. ſuper regula, plꝰ ſemp. de reg. iu. lib. 6. & in c. fi. eo. ti. & lib. & p Lapũ allegatiõe 30.

f ¶ *Charitatis.*] hoc dicit propter ea, quæ habentur in clem. ad noſtrũ. circa fin. de cenſi. & in dicto c, cum Apoſtolus. ad finem.

Conſtitutio etiã pœnalis quãdoq; ãmpliatur ex identitate rationis.

g ¶ *Prorogamus.*] patet ergo hic, & infra verſi. præmiſsis. ꝙ hæc conſtitutio quamuis pœnalis extenditur ad caſus ſimiles ex identitate rationis: quaſi tunc non dicatur extenſio, quia quod eſt ex ratione, eſt & ex mente, vt not. in c. ſi poſtquam. de elect. lib. 6. & in c. ſciãt cuncti. præſertim vbi eſt omnino eadem ratio. not. de temp. ordi. c. 1. eod. lib. & not. Archid. de pœni. diſt. 1. c. vulgaris. in §. pœnæ. aliàs ſecus, vt not. Butriga. in clem. 1. de reſcript. facit deci. 277. quod not. Ioa. And. in nouella. de reg. iur. odia. ad fin. & in clem. 1. de conſang. & affin. & in cle. auditor. de reſcri. & in cle. 1. de foro comp. & per Bart. in l. furti. §. fin. ff. de iis qui not. infam. & Butri. de præb. in c. dilectus. facit l. tantum. §. 1. ff. de ſer. corrup. & quod habetur in l. 1. ff. de leg. 1. & in l. maximum vitium. C. de libe. & poſthu. & l. ſi quis ſeruo. C. de fur. & Butr. in cle. 1. de offi. vica. & in auth. quas actiones. C. de ſacroſan. eccle. & in l. 2. C. de pat. qui fil. diſtra. & per modernos in l. ſi vero. §. de viro. ff. ſolu. matr. vide Ioa. de Milis in repertorio, in verbo, lex ſiue conſtitutio, &c. habebit enim locum in ſpeciali viſitatione, de qua in c. excõmunicamus. in §. adiicimus. de hære. & in ea de qua in cap. Eleutherius. 17. quæſt. 2. & in ea de qua in cap. ſeruitium. ead. cauſa & quæſtione. de quibus, not. in c. accedẽtes. de præſcript. & in cap. præterea. de iure patro. & in c. ꝓcurationes. de cẽſi. & in omnibus aliis ſimilibus procurationibus.

h ¶ *Euectionum.*] & an numerus perſonarũ & euectionũ debeat aliàs eſſe æqualis, vide plene per doctores in cap. cũ ad quorundã. de exceſ. præla. & dixi ſ̃. 6. quæſt. proxi. circa princip.

i ¶ *Pœnæ.*] vt quos Dei timor, &c. de vita & honeſta.

ſe, vel (ſi ex priuilegio eis competat) per alios viſitationis officium exercuerint, & procurationes receperint (vt prefertur) ipſi, vel familiares eorũ vltra taxationes prędictas aliquid ſciẽter exegerint, vel receperint etiã à volẽte: duplũ [a] eius quod ipſi iidẽ prælati, vel eis ſcientibus aut ratum habentibus eorũ familia taliter exegerint vel receperint, intra duos menſes poſt receptionẽ ſeu ſcientiã huiuſmodi eccleſiis, monaſteriis, & aliis locis à quibus illa receperint, reſtituere teneantur. Si vero dictis prælatis per alios viſitantibus, hi qui pro eis viſitationis officiũ exercebũt, per ſe vel alios vltra moderationes ſeu taxationes prædictas quicquam exegerint, ſeu receperint etiã à volentibus: duplum eius quod vltra receperint, eccleſiis & monaſteriis vel locis aliis, à quibus id receptũ fuerit, intra præfatũ terminũ reſtituere teneãtur. Alioquin extunc dicti prelati, qui vltra moderationes & taxationes prædictas ſeu cõuentionẽ vel conſuetudinẽ huiuſmodi receperint in pecunia numerata, duplũ ipſum eiſdẽ eccleſiis, monaſteriis, ſiue locis vltra dictum tempus reſtituere differentes, ingreſſum eccleſiæ ſibi nouerint interdictũ. Hi vero pro dictis prælatis viſitationẽ huiuſmodi (vt præmittitur) exercentes, ab officio & beneficio nouerint ſe ſuſpẽſos, quouſq; grauatis eccleſiis, monaſteriis, ſiue locis de huiuſmodi duplo plenariam ſatisfactionẽ impendant. Adiicientes conſtitutioni præſenti, quòd ſi quis de familia prælati perſonaliter viſitantis, aliquid vltra moderationes & taxationes p̃fatas per ſe vel alios prælato ignorante, nec ratum habẽte receperit ab eccleſiis, monaſteriis, & locis aliis viſitatis, duplũ eius quod vltra receperit, de ſuo ꝓprio intra duos mẽſes poſt receptionẽ huiuſmodi eccleſiis, monaſteriis, & locis aliis, à quibꝰ illa receperit, reddere teneatur: Alioquin extunc [b] recipiẽs, ſi clericus fuerit, tãdiu ab officio & beneficio ſit eo ipſo ſuſpẽſus. Si vero laicus [c], tãdiu ingreſſum eccleſiæ ſibi nouerit interdictũ, & à cõmunione Euchariſtiæ ipſo facto nouerit ſe ſuſpẽſum, donec de duplo huiuſmodi grauatis eccleſiis, monaſteriis ſiue locis ſatisfecerit cũ effectu: Nulla eiſdem vltra moderationes & taxationes prædictas recipientibus in his donantium remiſſionem [d] liberalitate, vel gratia valitura. Cæterum moderationes & taxationes huiuſmodi in illis locis volumus obſeruari, in quibus id fieri poterit ſecundũ eccleſiæ, monaſterij, vel loci alterius facultates. In aliis autem tantam præcepimus modeſtiã adhiberi, quòd per hæc quæ ad exonerationem locorum eccleſiarum ſtatuendã prouidimus, non doleant ſe grauari, nec per hoc dicti prælati exigendi amplius quàm ipſi ſubditi pati poſſint, indultã ſibi exiſtiment poteſtatem. ¶ Præmiſſis quoque adiiciendo ſtatuimus [e], quòd ſi dicti prælati vel aliquis eorũdem ex Apoſtolica indulgẽtia vel conſuetudine, ſeu de iure, petant ſibi ab eccleſiis, monaſteriis, & locis aliis, eorumque capitulis collegiis, vel conuentibus, rectoribus, ſeu perſonis moderatiuũ ſeu charitatiuũ [f] ſubſidium exhiberi, nõ poſſint à ſingulis eccleſiis, monaſteriis,

Lex quæ deuiantes non punit, eſt imperfecta.

Pœna pecuniaria quandoque imponitur pro delicto.

neſta.cleri,vt clericorũ.82,diſt.plurimos. & c.felicis.§. præmiſsis. de pœnis.lib.6. quia non ſemper omnia deducuntur in iudicium, & ideo ſola prohibitio quandocunq; parum proficit, & inter leges illa dicitur imperfecta, in qua nulla pœna deuiantibus ſancitur, vt refert dicere Macrobium Ioan.And.in dicto c.exigit. de cenſi. Et nota hic imponi pœnã pecuniariam pro delicto: quia nõ applicatur viſitanti neq; parti, ſed Eccleſiæ: ſic & quando eſſet applicanda pauperibus, vt in c.ad liberandam.de Iudæ.& in cap. quia plerique.de immunit.eccl.etiam vſque ad quadruplũ.18. diſt.quoniam quidã.1.q.7. ſancimus. 23. q. 1. militare.Si autem applicaretur viſitanti, procederet de radice auaritiæ & cupiditate:& ideo imponi nõ poſſet niſi in caſibus à iure expreſsis. c. licet. de pœn. 16. q.2.cum deuotiſsimam. & de rapt. in archiepiſcopatu.quia nec conuentionalis in foro eccleſiaſtico exigi debet: aliàs modeſtiæ põtificalis obliuiſceretur, qui inhoneſtis quæſtibus anhelando deſideraret cũ aliena iactura ditari.c.ſuam.& c.cõſtitutus. de pœn. niſi ꝓ menſura intereſſe.c. dilecti.de arbit. Eſt enim naturæ congruũ eas tãtum pœnas exigi, quæ cum competenti conferũtur moderatione vel à legibus certo fine concluſæ ſtatuũtur.l.1.C.de ſent. quæ pro eo qđ inter.prof.hoc tenẽt Cardin.& Butrig. poſt Hoſti.in dicto cap. dilecti. ſed Abbas cõtra,& male, ſaltẽ in ſpirituali & eccleſiaſtico.Ioa.Fran.

a ¶ *Duplum.*] hoc ſumptum eſt ex c. procurationes.in fin.de cenſi.& c. quia plerique. de immunit.eccl.& credo, ꝙ in iſto duplo computetur exactũ, & receptũ. facit 23.q. 1. militare,18. diſt.quoniam.1.q.1.concuſsionis.& c.exigit.de cenſi. lib. 6. vbi nota illud quod hic dicitur de familia.Et quòd prælatus tenetur de facto ipſorum, facit 86. diſt.an putatis. & de electio. generali.§.fin.Ioan.Franc.

b ¶ *Extunc.*] ſcilicet elapſo ſecundo menſe, vt not.in dicto c.exigit.ſuper ver.extunc.& facta reſtitutione, ſtatim ſunt abſoluti ſine alia ſententia.81.diſt,ſi qui cum ſuis.& de ſpon.in c.non eſt,Ioan.

c ¶ *Laicus.*] puta cocus.clem.ad noſtrum.de cenſib. vel notarius, vel alij, de quibus in cap.Romana.§.procurationes. de cenſi.& ibi not.de ſigillatoribus, quod tamen debet intelligi ſecundum quod ibi declarat Ioa.And.in nouella.Ioan.Franc.

Rem ſuam vel ſibi debitam qs quandoq; remittere nequit.

d ¶ *Remiſſionem.*] hoc ſumptum eſt ex c.exigit.de cenſi.lib.6.vbi not.ꝙ quis rem ſuam vel ſibi debitã remittere nõ poteſt, licet in re ſua quis ſit moderator & arbiter.l.in re mandata.C. mandati.& nihil tam naturale,&c.vt in §.per traditionem.Inſti.de re, diui. Et ſi poſt reſtitutionẽ factam ille iterũ donaret, credo idẽ propter verba hic geminata ſcilicet remiſsionem liberalitate vel gratia, quia præſumeretur in fraudẽ facta.arg.ff.de don.inter vir.& vxo.l.ſi ſpõſus.§.recte.& ff.ad Velleian.l.quamuis.§.ſi cum eſſem.& quod habetur in c.commiſſa. de elect. cum ſimilibus. & quod not. 14. q. 3. plerique.& in c.quanto.de priuil.Licet Ioa.And. videatur innuere contrariũ in ſimili.in c.ſtatutum.circa fi.de reſcrip. lib. 6. ſuper verſi.remiſsione. per l.ſed ſi ego. ff. ad Velleian. & ea quæ habent in c.Gẽma.de ſponſ.quia aliàs facile fieret fraus legi,&c.Io.Fran.

e ¶ *Statuimus.*] cõcor. cum dicto c. cũ Apoſtolus.§.fi.de cenſib.

Charitatiuũ ſubſidium quare & à quibus peti poteſt.

f ¶ *Charitatiuũ ſubſidium.*] quod ex manifeſta & rationabili cauſa tantum peti poteſt cũ charitate.vt dicto c. cũ Apoſtolus. §. prohibemus. hæc enim duo ſimul requirũtur, & quia hæc eſt charitas, nõ currit contra eam præſcriptio, ſecundum Hoſti. aliàs multum longe à paterna pietate videretur, ſi præpoſiti ſubditis ſuis graues exiſterent, quos in cunctis neceſsitatibus paſtoris debẽt more fouere,& poteſt epiſcopuſmet compellere eos ad hoc ſoluendum, ſecundũ Inno. & Hoſtien. allegant 43. diſt.qui emẽdam, dum tamen non excedant, vt c. ſane, & c.cũ ad quorundam.de exceſ. præl. aliàs poſſet appellari ſecundum cõmunem ſententiam doctorum ibi, per quam appellationẽ eſſent tuti ab excõicatione, & vbi eſſet dubiũ, ſuperioris arbitrio eſſet determinandum. arg. 10.q.3. quia cognouimus. & 11. q. 1. ſi clericus. & not. in dicto c. cum Apoſtolus. Adde quæ plene habẽtur per Inno. in c. ex parte. de verb. ſigni. & Butri. in c.venerabilis. de cenſi. Quæ autem ſint iuſtæ cauſæ petendi charitatiuum ſubſidium, vide Oldradũ in conſil. 205. quod incipit, circa propoſitam quęſtionem. & ꝙ poſsint prælati conuocati ad concilium generale imponere clero charitatiuum ſubſidiũ, tenet Innoc. in c. 1. de ſtatu mona. & not. 10 q. 3. vnio. & quid de Priore Generali ordinis Camaldulenſiũ, an pro expẽſis factis in ſua ꝓmotione & cõmuni ſeruitio cameræ Apoſtolicæ, poſsit à ſubditis petere charitatiuũ ſubſidium, & quando per epiſcopos poſsit exigi, vide per Calderinum in conſil. 30. in titu. de cenſib. Et adde ꝙ ad ſubſidium impoſitum per Papam tenentur Cardinales, etiam pro beneficiis quæ tenent vt adminiſtratores. Et quædam alia circa ſubſidiũ Papæ, vide per Ludouicũ in conſi.498. Adde etiã ꝙ ſi cap.ſede vacante, ſtatuit & iurat de minuendo charitatiuo ſubſidio, poteſt poſtea ſoluere debitam ſummã conſtitutione huiuſmodi nõ obſtãte, ſecundũ Lapũ allegatione 20. Conſulo ꝙ clerici impetrent à ſede Apoſtolica priuilegium ad inſtar priuilegij cleri Paduani, dudum à ſede Apoſtolica obtenti, ꝙ pro charitatiuo ſubſidio non poſsint grauari vltra certam & ſpecificã ſummam ſoluendam in termino annorũ duorum, maxime propter crebras trãſlationes, quæ hodie fiunt cũ magna iactura cuiuſque cleri. Adde etiã ꝙ an à pœna ſuprapoſita, & nõ repetita hic, ſcilicet quando exigeretur ſubſidium charitatiuũ vltra taxam prædictã valeat exigens, maxime ſi exigat à ſpõte ſoluentibus,

ſiue locis ꝓ ſubſidio huiuſmodi vltra petere vel recipere (etiam à volentibus) niſi quantum aſcenderent ſingulæ procurationes in pactum per nos ſuperius moderatum, quas iidem prælati poſſent recipere, quando ex priuilegio per aliū viſitarent. ¶ Porro Turonenſes prædictos tales fore intelligimus, quòd duodecim ipſorū valeant vnum florenum [a] auri boni, puri, & legalis ponderis, ac cunij Florentini. ¶ Per conſtitutionē autē huiuſmodi nolumus quòd prædicti prælati, vel alij, quibus viſitationis officium & procurationum receptio ex priuilegio ſedis Apoſtolicæ, vel aliàs de conſuetudine vel de iure competere dignoſcuntur, ius viſitandi ſeu procurationes recipiendi ſibi valeāt vendicare [b]. Nec per conſtitutionem eandem aliis conſtitutionibus ſuper præmiſſis per prædeceſſores noſtros dudum editis, quo ad alia contenta in eis aliquatenus derogetur. Inſuper abbates Ciſtercienſis [c] ordinis ſua monaſteria viſitantes, ſub præfata conſtitutione noſtra nolumus comprehendi, cū ſuper his per aliam conſtitutionem noſtrā duxerimus ſpecialiter prouidendū. Nulli ergo omnino hominū liceat hāc paginam noſtrarū conſtitutionis, intentionis, inhibitionis, adiectionis, & præcepti, ac voluntatis [d] infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autē hoc attentare præſumpſerit, indignationem [e] omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum [f]. Datum [g] Auinione xv. Calend. Ianuarij, Pontificatus vero noſtri anno ij.

nentibus, excuſari: videtur tenenda cōcluſio Lapi allegatione 38.

a ¶ *Florenum.*] quid ſi mutentur monetæ, & facultates eccleſiarū creſcant? Vide quæ plene habētur in c. quanto. & c. olim. de cenſi. Et hæc intelligo, niſi ſuper hoc in aliquibus partibus eſſent beneficia taxata ad minorem ſummā: quia tunc illa taxa eſſet ſeruāda, qđ videtur eſſe de mēte huius conſtitutionis, & ꝓbatur ex notatis in clem. ſi beneficiorū. de deci. in glo. in ver. taxationē. facit ad hoc extrauag. Ioa. xxij. quæ incipit, Suſcepti. iūctis declarationibus, quæ ſuper ea emanauerunt, de quib' plene habetur in dicta clem. ſi beneficiorum. quas doctores poſt gloſſam dicunt extendi debere ad caſus ſimiles.

b ¶ *Vendicare.*] ſimile in c. 1. de ſta. reg. lib. 6.

c ¶ *Ciſtercienſis.*] propter iſtud verbū patet, ꝙ clem. Ad noſtrum. de cenſi. quæ principaliter propter Ciſterciēſes facta fuit, de quibus hic ſubiicitur, in quantum præſertim loquitur de charitatiua hoſpitalitate remanet in ſuo vigore, & qūo per clauſulas derogatorias conſuetas poni in litteris legatorū, derogetur derogatoriis clauſulis contentis in priuilegiis huiuſmodi monaſteriorū ſuper procurationibus ſoluēdis, vide plene per Frider. de Senis in conſilio 233. & plura dubia circa mandatum Apoſtolicū de compellendo exemptos ad contribuēdum cū aliis clericis ad onera legatorū & nuntiorū ſedis Apoſtolicæ. vide per eundem Frideri. in conſilio 138.

d ¶ *Voluntatis.*] de importantia iſtorū verborū, vide glo. in c. ſtatutum. de hæret. lib. 6. & clem. de offic. vic. & in clem. 1. de rer. permu. & in cap. ſtatuimus. de offi. deleg. in 6. & in c. vt litigantes. de offic. ord. eod. lib. & per Butri. in c. præterea requiſiſti. de appel. & Abb. in c. cum te. de re iud. De verbo autem, iniungimus, habetur in clem. quia contingit. de relig. domi. De verbo, volumus, per Abb. in c. fin. qui fil. ſint legi. De verbo, decernimus. not. in clem. generalem. de æta. & quali. & in clem. per litteras. de præb. & in clem. ſi vna. de reb. eccle. non alie. & in cle. quamuis. de appel. & in cle. litteras. de reſcript. in c. ſi. de verb. ſign. lib. 6. De verbo, cenſemus. in clem. 1. de prob. De verbis ſimul iunctis, decernimus & declaramus. in cap. 1. de cler. ęgro. lib. 6. Adde ꝙ quandoque iſta verba impropriantur per c. in his. de verb. ſign. Adde deciſ. 206. in antiq. quę incipit, vtrum ſi contra reū, ſecundum ſcilicet ſubiectam materiam. & quando in materia magis eſt erratum quàm in forma, ſic & vbi Papa loquitur vt magiſter, vt in c. litteras. de reſt. ſpol. & c. cum Marthæ. de celeb. Miſ.

e ¶ *Indignationem.*] humano more loquitur, quoniam non indignatur neque iraſcitur Deus. 32. q. 4. incommutabilis. & not. in c. ſi quis presbyterorum. de reb. eccle. nō alien. vbi probatur, quòd iſta important talem anathemate feriendum, quo Deus iratus animas percutit. Vel poteſt dici, ꝙ etiam aliàs iudicis arbitrio punire poſſit & debeat, ex quo non eſt certa pœna ſtatuta, per ea quæ habentur in c. de cauſis. de offic. deleg. & c. ſuper his. de accuſ. & c. fin. de dolo & contum. & l. 1. de iure deli. not. in verſi. vlt. in c. ſi canonici. & in verſi. condigna. in c. quia plerique. de offic. ordi. lib. 6. Adde etiam quòd pœna maledictionis eſt pœna æterna, vt not. Ioan. And. in cap. Romana. in verſi. penul. ſuper verſi. maledictionem. de cenſib. lib. 6. in nouella. poſt Hoſtien. iniungitur enim pro quolibet mortali peccato. Gen. 3. & non remittitur niſi reſtituatur, &c. de vſur. cum tu. nec aliter poteſt abſolui. 14. q. 3. ſi res. & in regula, peccatum. de reg. iur. vbi ſi iudex, ideſt epiſcopus non poteſt diſpenſare: aliàs ſecus, vt not. in c. licet. de pœnis. Adde quod refert Ioa. An. in c. 1. in fi. de ſuppl. negl. præl. lib. 6. in nouella. & ꝙ per ſalutationem Papæ & oſculum talis indignatio remittatur, videtur tenere Ioa. And. in ſolutione 6. lib. in nouella. licet poſt excommunicationem propterea nō conſequeretur abſolutionem. clem. ſi ſummus. de ſenten. excom.

f ¶ *Incurſurum.*] & ſic eſt canon ferendæ ſententiæ, & non latæ, vt probatur in c. relatū. de iure pat. & mitius agit cum lege quàm cū homine. c. ſi celebrat. de cler. excom. min. l. Celſus. ff. de arbi. c. dolentes. de celeb. Miſſ. & habetur in c. vnico. de ſagit. in c. vno. de eo qui fur. or. ſuſ. ſecus ſi diceretur, excōmunicamus ſic facientem, &c. & ita intelligit c. 1. de depoſito. & c. Salonitanæ. 63. diſt. de quo plene in c. ſicut tuis. de ſimo. & in l. in criminali. đ iuriſd. omn. iud. Et ꝙ monitio debeat præcedere, vide per glo. in clem. attendentes. in fi. de ſta. reg. etiā contra rebelles viſitare volentibus, & illos impedientes. vbi autem ipſo facto pœna incurreretur, licet requireretur ꝙ deberet de exceſſu conſtare parte citata, tamen abſque alia ſententia declaratoria poſſet pœna publicari & exigi, & hoc ſufficeret per not. in c. pro humani. in fi. de homici. lib. 6. in clem. præſenti. de cenſi. & in cle. multorum. in fi. de pœnis. & ita intelligi poteſt Lapus allegatione 135. & not. in c. commiſſa. de elect. clem. 1. de ſeque. poſ. & fruc. & in cap. eum qui. de præb. in 6. & deciſ. 13. in antiq. & adde quod not. glo. in clem. 1. de immuni. eccle. ſuper verſi. pro infectis.

g ¶ *Datum.*] de cōcernentibus datas, vide plene per Ioa. And. ſuper data lib. 6. in glo. Et quare non ponatur indictio, ſed ſolū anni pontificatus: ibi vide plene in nouella. & an error in talibus vitiet. Et adde ꝙ vſque ad tempora Eugenij nō ponebantur in litteris Apoſtolicis anni Domini, prout factum eſt ab eius tempore citra, & hodie fit ad faciliorem habendā notitiā temporū tūc currentium, vnde error in illis haberet vitiare reſcriptū, per ea quæ plene allegat Ioa. And. ibidē, maxime propter ſtyllū cancellariæ, qui etiā habet ꝙ vltimū verbū temporis debet complere vltimam lineam, qui ſtylus eſt attendendus, vt in c. quàm graue. in fi. de crimi. fal cum ſimilib. Et adde ꝙ à natiuitate Domini, id eſt, ab ipſo die natiuitatis Ieſu Chriſti, & non à die circūciſionis eſt computandū & incipiendum principiū anni in Romana curia. vt vult Deci. in nou. 50. Item ꝙ ſecundum curſum Franciæ & Angliæ, annus incarnationis nō incipit poſt annū natiuitatis; ſicut ſecundū curſum Romanæ curię, ſed poſt menſem Martij concurrunt ſub eodem numero tā annus à natiuitate præcedens, quàm annus incarnationis ſequens, vt vult alia deciſio in nou. num. 18. Et adde ꝙ menſis intelligitur tot dies habere, quot habet menſis, in quo negotiū faciendū occurrit, & quod deficit in menſe occurrenti, ſuppletur de menſe ſequenti. not. Ioa. And. in c. quàm ſit. de elect. lib. 6. & ita cōmuniter ſeruatur, vt not. Butr. in c. licet. de ſup. negli. præl. & Bart. in l. cū biſſextus. ff. de verb. ſign. licet Hoſt. dixerit pendere ex arbitrio iudicis, qui magis debet ampliare quàm arctare. Adde quòd dies incipit à media nocte more Romano. l. more Romano. ff. de fer. & adde not. in c. conſuluit. de offi. deleg. Quid aūt de loco loci, vide Bart. in l. cū tabernā. §. idem quæſiit. ff. de pigno. per Ioa. And. in nouella. in c. abbate ſane. de re iudic. lib. 6. & in c. inter. de fide inſtru. Et omnino vide glo. in c. pronuntiandum. de conſec. diſt. 3.

## De celebratione Miſſarum.

¶ Ioannes xxij.

*¶ Narratis perturbationibus plurimis, quæ eccleſiæ præſertim per hæreticos inferuntur, ordinat Romanus Pontifex, quòd dum Miſſæ celebrantur, in quibus deuotius oratur, certæ preces hic expreſſæ ad Deum effundātur. Et vt Chriſtiani ad id ſint promptiores, viginti dies indulgentiarum cunctis hoc facientibus elargitur. Aduerte quòd ſub hoc tit. apte potuiſſet locari extrauagans, Docta. quæ eſt ſupra de vita & honeſtate clericorum, vt ibi tractatum eſt.*

CAP. VNICVM.

DIſcipulorum Chriſti geſta nos inſtruunt, vt in pelago huius mundi procella ſurgente, ad diuinum

conſu-

confugium recurrere debeamus. Illi quidem commotione maris adeo grandi facta, vt fluctus in nauiculã, quam Ieſum ſequentes intrauerant, operirent, Chriſtũ dormientem vocibus excitarunt ſupplicibus, & aduerſus ingruentes tẽpeſtatis impetus ab eo ſalutis præſidiũ poſtularunt. Cũ itaq; catholicã Eccleſiã, quæ congregationẽ † fideliũ comprehendit, videamus (qđ dolentes referimus) pacis æmuli, zizaniorũque ſatoris malitia procurante, diſcordiã flatibus concitatam, earumq; fluctus adeo eleuatos, q; quaſi operiant ipſam totã, hæreticos inſuper Eccleſiã ipſam cernamus, & ſchiſmaticos impugnare ferociter, ac vt inconſutilẽ † Dñi tunicam ſcindant, multipliciter laborare: Cũ fratribus noſtris deliberatione præhabita diligenti, expediens (immo neceſſariũ potius) æſtimamꝰ, vt ad illũ qui ad dexterã patris reſidet in excelſis, qui caput eſt congregationis eiuſdem, cuiq; poteſtas omnis tam in cœlo quàm in terra noſcitur tradita, eiq; vẽti & maria obſecundant †, leuemus cũ manibus corda noſtra: Ipſumq; deuotis pulſantes precibus, apud eũ ſedulis orationibus inſiſtamus, vt inſurgẽtes pręmiſſæ fremitus tempeſtatis, quæ quaſi vniuerſorũ Chriſticolarũ regna concutit, ſubditos cõtra dominos violato fœdere erigit, hæreticis & ſchiſmaticis ac rebellibus Eccleſiæ Dei, inſurgendi cõtra ipſam eiuſq; iura vſurpãdi inſania damnabili auſum pandit: flatus ceſſare, fluctuſq; prædictos quieſcere ſua faciat omnipotenti virtute: Cordaq; hęreticorum, ſchiſmaticorũ, aliorũque rebelliũ ad Dei Eccleſiæ vnitatẽ ac deuotionẽ inclinet & habiliter: vel forſan, cũ præmiſſis pertinaciter intendant perſiſtere, ipſorũ elidat ſuperbiã, eorũque obſtinatã malitiã ſuæ virtute dexteræ conterat & proſternat. Corda quoq; ſubditorũ ad eorũ ſuperiores, & eorũ ſuperiorũ cõuertat ad ſubditos, ipſoſque diſſidentes in concordiæ veritate cõciliet & cõfirmet, ſicq; det ipſis ſuperioribus præſidere, q; ſic regnent vt dirigantur, eorũque regimen cedat ſubditis ad ſalutẽ perpetuã, quietẽ & pacem: nobiſque ipſe cuius ꝓuidentia in ſui diſpoſitione non fallitur, modos & vias aperiat, per quos hoc qđ in votis gerimus, efficaciter promouere poſſimus. ¶ Et quia in Miſſarũ ſolemnijs ad Deũ conſueuerunt preces effundi deuotius, de eorundẽ fratrũ conſilio ordinamus, q; in ſingulis Miſſarũ celebrationibus poſt dictũ à celebrante Pater noſter, Reſponſioneque ſecuta antequã in Miſſa vlterius procedatur illud canticũ, Lætatus † ſum in iis, quæ dicta ſunt mihi. totum, cum Gloria patri, à religioſis, clericis, & aliis litteratis præſentibus cũ deuotione dicãtur †. Et primo dicãtur Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. Et poſt iſti verſiculi ſubſequãtur: Domine ſaluos fac reges: Et exaudi nos in die, qua inuocauerimus te. Saluum fac populũ tuũ Dñe: & benedic hæreditati tuæ. Et rege eos, & extolle illos vſq; in æternũ. Fiat pax in virtute tua. Et abundantia in turribus tuis. Domine exaudi orationẽ meã, Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiſcũ. Et cum ſpiritu tuo.

Lucæ 8.

† Vide Turrecrematam in ſumma de eccleſia lib. 3. c. 1.

† Videl. Federici Imperatoris incip. Incõſutilem tunicam. habetur poſt Directoriũ inquiſitorũ inter litteras Apoſtolicas pro officio ſanctiſſimæ inquiſitiõis.

† Lucæ 8.

† Pſal. 121.

† In recentioribus libris conſtanter legitur, dicant.

*Collecta.*

Eccleſiæ tuæ quæſumus Dñe preces placatus admitte, vt deſtructis aduerſitatibus, & erroribus vniuerſis, ſecura tibi ſeruiat libertate. Per dñm noſtrũ. Hoſtium noſtrorũ quæſumus Domine elide ſuperbiã: eorũ contumaciam dexteræ tuæ virtute proſterne, Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen. Benedicat celebrans conſequenter. ¶ Nos autem Chriſti fideles ad exequendũ ſupradicta prõptius donis volẽtes ſpiritualibus animare, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, tã his celebrantibus, quã ipſis aſſiſtentibus obſeruantibus ſupradicta, quàm aliis preces tunc deuotas Deo fundẽtibus, pro præmiſſis diebus, & Miſſis ſingulis, quibus hęc fecerint xx. dies de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi, de iniunctis ſibi pœnitentiis relaxamus. Nulli ergo, &c. Datum xij. Calend. Iulij, anno xij.

## De reliquiis & veneratione ſanctorum.

¶ Sixtus quartus.

¶ *Qui cõceptionẽ immaculatæ Virginis deuote celebrabũt, in eodẽ feſto & eius octauis officio intererũt, tales tribuũtur indulgẽtiæ, quales cõſequũtur Chriſti fideles in corporis Xp̃i ſolẽnitate.*

CAP. I.

Cum præ excelſa meritorũ inſignia, quibus regina cælorũ Virgo Dei genitrix glorioſa ſedibus prælata æthereis ſyderibꝰ quaſi ſtella matutina p̃rutilans deuote cõſiderationis indagine ꝑſcrutamur, & intra pectoris arcana reuoluimus q; ipſa vt pote via miſericordiæ, mater gratiæ & pietatis, amica humani generis, cõſolatrix, ꝓ ſalute fideliũ, q̃ delictorũ onere grauãtur ſedula oratrix, & peruigil ad regẽ, quẽ genuit, intercedit: Dignũ, quin potius debitũ reputamus vniuerſos Chriſti fideles, vt omnipotenti Deo (cuius prouidẽtia eiuſdẽ Virginis humilitatẽ ab ęterno reſpiciens, ꝓ recõcilianda ſuo auctori humana natura lapſu primi hõis æternæ morti obnoxia, eã ſui vnigeniti habitaculũ ſancti Spiritus p̃paratione cõſtituit, ex qua carnẽ noſtræ mortalitatis pro redẽptione populi ſui aſſumeret, & immaculata virgo nihilominus poſt partũ remaneret) de ipſius immaculatæ virginis mira cõceptione gratias & laudes referãt, & inſtituta ꝓpterea in Dei Eccleſia miſſas, & alia diuina officia dicãt, & illis interſint indulgẽtiis & peccatorũ remiſſionibus inuitare, vt exinde fiant Virginis meritis & interceſſione diuinæ gratiæ aptiores. Hac igitur cõſideratione inducti, eiuſdem omnipotentis Dei ac beatorũ Petri & Pauli Apoſtolorũ eius auctoritate confiſi, auctoritate Apoſtolica, hac in perpetuũ valitura conſtitutione ſtatuimus & ordinamus, quòd omnes & ſinguli Chriſtifideles vtriuſq; ſexus, qui Miſſam & officium Cõceptionis eiuſdem Virginis glorioſę, iuxta piam, deuotam, & laudabilem ordinationẽ dilecti filij magiſtri Leonardi de Nogarolis clerici Veronenſis notarij noſtri, & quæ deſuper à nobis emanauit, Miſſę & officij huiuſmodi inſtitutionẽ in dies feſtiuitatis Conceptionis eiuſdẽ Virginis Mariæ, & per octauas eius deuote celebrauerint, & dixerint, aut illis horis canonicis interfuerint, quotiẽs id fecerint, eandẽ prorſus indulgentiã & peccatorũ remiſſionẽ conſequãtur, quã iuxta felicis recordationis Vrbani † iiij, in concilio Viennenſi approbatæ † ac Martini quinti, & aliorũ Romanorũ Pontificũ prædeceſſorũ noſtrorũ conſtitutiones conſequuntur illi, qui Miſſam & horas canonicas in feſto corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti à primis veſperis, & per illius octauas iuxta Romanę Eccleſiæ conſtitutionem celebrãt, dicunt, aut Miſſæ officio & horis huiuſmodi interſunt: præſentibus perpetuis temporibus valituris. Datũ Romæ apud S. Petrũ anno incarnatiõis Dominicæ M. cccclxvj. iij. Calend. Martij, Pontificatus noſtri anno ſexto.

Deigenitrix eſt pro peccatoribus ſedula oratrix.

Cõceptionis beatæ Virginis officium à quo fuit ordinatum.

† Hanc conſtitutionem Vrbani habes inſertam in clemen. 1. de reliq. & venera. ſanct.

† Forte approbatam.

¶ Idem.

¶ Idem in eadem materia.

*¶ Excommunicationem ipſo facto incurrunt prædicatores aſſerentes diuinam Virginem in peccato mortali fuiſſe conceptam: qui etiam dicunt quòd feſtũ conceptionis eius celebrãtes grauiter peccant. Et vult præſentẽ conſtitutionem in locis populoſis publicari.*

CAPITVLVM II.

† Vide concilium Trid. ſeſſione 5. in decreto de peccato originali. §. vlti. & extrauagãtẽ Pij v. Pontificis maximi incip. Super ſpeculã Domini. vbi hoc ſtatutũ confirmatur & approbatur.

GRaue† nimis gerimus & moleſtum, cum ſiniſtra nobis de quibuſdam eccleſiaſticis perſonis referuntur. Sed in eorum, qui ad Euangelizandum verbũ Dei ſunt deputati, exceſſibus prædicando commiſſis, eo grauius prouocamur, quò illi periculoſius remanent incorrecti: Cum facile deleri nequeant, qui multorum cordibus ſic publice prædicando diffuſius & damnabilius imprimuntur errores. ¶ Sane cum ſancta Romana Eccleſia de intemeratæ ſemperq; Virginis Mariæ Conceptione publice feſtum ſolemniter celebret, & ſpeciale ac proprium ſuper hoc officium ordinauerit: nonnulli (vt accepimus) diuerſorum ordinum prædicatores in ſuis ſermonibus ad populũ publice per diuerſas ciuitates & terras affirmare hactenꝰ nõ erubuerunt, & quotidie prædicare non ceſſant, omnes illos, qui tenent aut aſſerunt eandem glorioſam & immaculatam Dei genitricem abſque originalis peccati macula fuiſſe conceptam, mortaliter peccare, vel eſſe hæreticos: eiuſdem immaculatæ Cõceptionis officium celebrantes, audienteſque ſermones illorũ, qui eam ſine huiuſmodi macula conceptã eſſe affirmant, peccare grauiter. Sed & præfatis prædicationibus non contenti, confectos ſuper his ſuis aſſertionibus libros in publicum ediderũt: ex quorum aſſertionibus & prædicationibus non leuia ſcandala in mentibus fidelium exorta ſunt, & maiora merito exoriri formidãtur in dies. ¶ Nos igitur huiuſmodi temerariis auſibus, ac peruerſis aſſertionibus ac ſcãdaloſis, quæ exinde in Dei Eccleſia exoriri poſſunt (quantum nobis ex alto conceditur) obuiare volentes, motu proprio, nõ ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtãtiam, ſed de noſtra mera deliberatione, & certa ſcientia huiuſmodi aſſertiones prædicatorũ eorundem, & aliorũ quorumlibet, qui affirmare præſumerẽt, eos qui crederent aut tenerent eandẽ Dei genitricem ab originalis peccati macula in ſua cõceptione preſeruatã fuiſſe, propterea alicuius hæreſis labe pollutos fore vel mortaliter peccare, aut hmõi officiũ Conceptionis celebrantes, ſeu huiuſmodi ſermones audientes, alicuius peccati reatum incurrere: vtpote falſas & erroneas, & à veritate penitus alienas, editoſq; deſuper libros prædictos id continentes, quo ad hoc auctoritate Apoſtolica tenore præſentium reprobamus & damnamus. Ac motu, ſciẽtia, & auctoritate prædictis ſtatuimus & ordinamꝰ, q; prædicatores verbi Dei, & quicumque alij cuiuſcumque ſtatus, gradus, aut ordinis, ac conditionis fuerint, qui decætero auſu temerario præſumpſerint in eorum ſermonibus ad populũ, ſeu aliàs quomodolibet affirmare huiuſmodi ſic per nos improbatas, & damnatas aſſertiones veras eſſe, aut dictos libros pro veris legere, tenere, vel habere, poſtquã de præſentibus ſcientiam habuerint, excommunicationis ſententiam eoipſo incurrant, à qua ab alio quam à Romano Pontifice (niſi in mortis articulo) nequeant abſolutionis beneficium obtinere. ¶ Item motu, ſcientia, & auctoritate ſimilibus, ſimili pœnæ ac cenſuræ ſubiicientes eos, qui auſi fuerint aſſerere contrariã opinionem tenentes, videlicet glorioſam Virginem Mariã cum originali peccato fuiſſe conceptã, hæreſis crimen, vel peccatum incurrere mortale, cum nondũ ſit à Romana Eccleſia & Apoſtolica ſede deciſum. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis cõtrariis quibuſcumque, quibus communiter vel diuiſim à ſede Apoſtolica indultum exiſtat, quòd interdici, ſuſpendi, vel ex communicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam ac expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionẽ. ¶ Et ne de præmiſſis aliquando valeãt ignorantiã allegare: volumus quòd locorum ordinarij requiſiti præſentes litteras in eccleſiis conſiſtentibus in eorum ciuitatibus & ſuarum diœceſum, & locis inſignibus, dum maior ibi multitudo populi ad diuina conuenerit, ſermonibus ad populum mandent, & faciant publicari. Præterea quia difficile foret præſentes litteras ad ſingula loca, in quibus expediens fuerit deferre: etiam volumus & dicta auctoritate decernimus, quòd earundem litterarum tranſſumpto † manu publici notarij confecto, & authentico alicuius prælati eccleſiaſtici ſigillo munito, vbique ſtetur, prout ſtaretur eiſdem originalibus litteris, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ reprobationis, damnationis, ſtatuti, ordinationis, voluntatis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentate præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ſe nouerit incurſum. Datũ Romæ apud ſanctum Petrũ anno incarnationis Dominicæ M. cccc.lxxxiij. pridie nonas Septembris, Pontificatus noſtri anno xiij.

Scandalis eccleſiaſticis obuiandum eſt à prælatis

† Inſtrumẽtũ ex originali trãſſumptum quandoque facit plenam fidẽ.

## De immunitate eccleſiarum.

¶ Benedictus xj.

*¶ Decretalis, clericis laicos. eod. titu. lib. 6. habet locum tantum quo ad laicos tallias à clericis exigentes, & dantes illis auxilium, & non quo ad ſoluentes: præcipit deinde Lateranenſe & generale concilia diligenter obſeruari.*

CAPITVLVM I.

QVod † olim per felicis recordationis Bonifacium Papam octauum prædeceſſorem noſtrum contra laicos exigentes, ſiue recipientes à clericis, & eccleſiaſticis perſonis tallias, decimam, vel aliã quotam ſeu quantitatem aliquã de ꝓuentibus bonorũ ſuorũ, aut eccleſiarũ: necnõ aduerſus ſoluentes, aut promittentes, vel conſentientes, ſe ſoluturos, pœnis adiectis ſtatutum eſt [a], quantum ad pœnas ipſas ex cauſa de conſilio fratrum noſtrorum reſtringimus ad exigentes [b] tãtummodo, & ad exigendũ dantes

† Vide c. 1. eod. tit. in clem. cum notatis ibidem per doctores.

Q *Vod olim.*] ¶ Hæc conſtitutio diuiditur in tres partes: Nam primo recitans cõſtitutionem Bonifacij illam reſtringit. Secundo §. *Cæterum.* ſententiam duorũ conciliorum ſubiungit. Tertio §. *Attente.* trãſgreſſoribus dictorũ cõciliorum pœnas comminatur.

Diuiſio textualis.

a ¶ *Statutum eſt.*] extra 6. lib. de immun. eccle. clericis.

ADDITIO. In c. clericis laicos. eo. tit. in 6. quod hodie reuocatum eſt. & etiam hæc declaratio ſaltem quo ad primam partem, vt cap. 1. eod. titu. in clemen.

b ¶ *Ad exigentes.*] hoc eſt ab inuitis extorquẽtes. ff. de lega. 3. l. fidei-

Exigere eſt ab inuitis extorquere.

dantes auxilium [a], conſiliũ, vel fauorẽ: non autem quo ad eaſdem pœnas in ſoluentibus aut recipientibus à ſpõte dantibus deinceps vendicet ſibi locum. ¶Cæterum attendant ſollicite eccleſiarũ prælati, & alij clerici Lateranenſe [b] conciliũ, quod in huiuſmodi ſubuentionibus ſolũ caſum neceſſitatis [c], aut cõmunis vtilitatis, vbi laicorũ ad id nõ ſuppetant facultates, deliberatione prouida noſcitur excepiſſe: & deinde generale [d] ſtatuiſſe conciliũ [e] propter quorundam imprudentiã, etiã in hoc caſu Romanum Pontificem (cuius intereſt communibus prouidere vtilitatibus) primitus conſulendum. Attente igitur caueãt ne prædictorum conciliorum tranſgreſſores exiſtant, aliquid in caſu prædicto, & multo magis ſi caſus ipſe nõ ſubſit, quoquomodo vel titulo inconſulto Romano Pontifice, occaſione ſubuentionũ dictarum concedẽdo laicis, vel etiã promittendo. Alioquin tamquam canonum & tam ſolemnium conciliorum temerarij tranſgreſſores, quas proculdubio Deo propitio idem infliget Pontifex, grauiſſimas pœnas poterunt merito formidare. Nulli ergo omnino hominum, & cætera.

PAſtoralis [f] cura ſollicitudinis ſuper cunctas populi Chriſtiani nationes, inuigilare remediis ſubiectorum, eorundem periculis obuiare, ac ſcandala remouere compellit. Sane quoniã ex cõſtitutione felicis recordationis Bonifacij, &c. vt in clemen. I. eod. tit.

commiſſa. §. ſi rem. ſecundo reſpon. & alias ſignificationes habet hoc verbum, vt notaui extra 6. lib. de iud. c. iuris. Io. Mona.

a ¶ *Dantes auxilium.*] omnes iſti pari pœna puniuntur. argu. extra de offic. deleg. c. I. Inſti. de oblig. quæ ex delict. naſ. §. penul.

b ¶ *Lateranenſe.*] extra eod. tit. c. non minus.

c ¶ *Neceßitatis, &c.*] Nota neceſsitatem & vtilitatem æquiparari.

d ¶ *Generale.*] extra de immu. eccl. ſi aduerſus.

Concilium per c, & per ſ, differunt.

e ¶ *Concilium.*] Nota iſtud concilium debere ſcribi per c, dicitur enim à con, & cilium, quadam ſimilitudine ciliorum: quia ſicut cilia iunguntur: cum oculi quieſcere cupiunt: ita quoque cõcorditer iunguntur homines in concilio. Eſt autem cilium folliculus quo oculus tegitur: quia oculos celat. Sed conſilium per ſ, eſt quod ex animi prouidentia alicui tribuitur, inde conſiliolũ & conſiliarius.

f ¶ *Paſtoralis.*] ¶ Tale vel ſimile puto fuiſſe exordiũ deciſum de decret. paſtoralis. in cõpilatione Gregoriana ſub diuerſis collocata titul. qui ſequuntur: de reſcript. de ſacra. iti. de offic. iud. delega. de offi. ord. de iud. de cau. poſ. & propr. de fide inſtru. de except. de appe. de iis quæ fi. à præla. de do. de deci. de iure pat. de priuil. Item habetur in 6. de clericis ægrotantibus, & in clem. de ſent. & re iud.

Paſtoralis in quot, & quibus titulis reperitur.

FINIS LIBRI TERTII.

Quartus liber vacat.

QVIN-

## QVINTVS LIBER.

# De ſimonia.

¶ Vrbanus iiij. aliàs, v.

*¶ Paſtus vel iocalia exigentes, & etiam dantes pro religionis ingreſſu, ſi ſint ſingulares perſonæ, excommunicationis; ſi conuentus vel capitulum, ſuſpenſionis ſententias ipſo facto incurrunt, cuius vtriuſque vinculi abſolutio ſoli Papæ reſeruatur: aliis pœnis in ſuo robore duraturis, niſi ingredientes aliquid ſponte & ſine pactione obtulerint. Quid de perſonis iam tali labe fœdatis, & bonis ſic receptis faciendum ſit, tandem patefacit.*

CAP. I.

† Vide c. nõ ſatis. cap. cũ in Eccleſiæ corpore. & c. veniens. cum ibi notatis, extra de ſimo. ad. de B. Thomam 2. 2. q. 100. art. 3. ad quartum argumentum.

SAne † ne in vinea Domini, noſtræ (licet inſufficientibus meritis) commiſſa cuſtodiæ, naſcẽtes vepres & ſpinæ adeo conualeſcant, ꝙ ſperatam fructificationẽ ipſius valeant impedire: diligentiæ noſtræ incumbit officio, vt illas extirpare radicitus ſolerti ſtudio procuremus. ¶ Sane multorum fide dignorum relatione didicimus, quòd in nonnullis eccleſiis, monaſteriis, Prioratibus, & aliis locis religioſis tam virorũ, quàm mulierum, ordinum, regionum, & partium diuerſarum deteſtabilis & à canonibus reprobata ſeruatur abuſio, quòd cum perſonæ aliquæ recipiũtur ab eis ad obſeruantiam regularem, ipſæ temeritate præſumptuoſa paſtus ſeu prandia [a] capitulis & conuentibus ipſarũ eccleſiarum, monaſteriorum, Prioratuum & locorum, aut pecunias, aut iocalia, ſeu res alias ipſis eccleſiis, monaſteriis, Prioratibus & locis, ſeu præſidẽtibus eis, ex ſtatuto ſeu conſuetudine, quæ corruptela eſt potius dicenda, tribuere compellũtur. Ex quibus decori eccleſiaſticæ & immaculatæ religionis detrahitur: Quam plures etiã tam execratione huiuſmodi criminis, quàm expenſarum onere à ſacræ religionis propoſito retrahuntur: Ipſæque eccleſiæ, monaſteria & loca famulantium Deo conſuetis numeris remanẽt deſtituta, & in multorum mentibus fidelium ſcandalum generatur.

Morbo eſt adhibenda medela.

¶ Nos igitur huic morbo peſtifero cupientes congruam adhibere medelam, & aliis pœnis in talia præſumentes inflictis à iure in ſuo robore duraturis, pœnam adiicere grauiorem: Vniuerſis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Præpoſitis & Magiſtris, necnon Abbatiſsis & prioriſſis, aliiſq; prælatis quouis nomine nuncupatis, & eorum officialibus quarumcũque etiam eccleſiarũ, monaſteriorum, Prioratuum, domorum & locorum quorumlibet, religionum, ordinum etiam militarium, tam exemptorum, quàm non exemptorum, quocunque nomine cenſeantur, ac capitulis & cõuentibus & ſingularibus perſonis eorum, tenore præſentiũ auctoritate Apoſtolica, (quamuis ſit eis à iure inhibitum) diſtrictius inhibemus, ne tam à maribus quàm à mulieribus volẽtibus ingredi eorum religionẽ, eccleſias, monaſteria, Prioratus, domus ſeu loca in earũdem perſonarum receptione, aut ante vel poſt illã, quoſcũque paſtus, prandia ſeu cœnas, pecunias, iocalia, aut res alias, etiam ad vſum eccleſiaſticũ, ſeu quemuis pium vſum aliũ deputata vel deputanda directe vel indirecte petere, vel exigere quoquomodo præſumant: Sed eas potius cum omnimoda pietate recipiãt, ac in victu & veſtitu ſicut alias perſonas ſuarũ eccleſiarũ, monaſteriorũ, Prioratuum, domorum & locorũ ſyncera charitate pertractẽt. Illa dũtaxat, quæ perſonæ ipſæ ingredientes pure & ſponte, & plena liberalitate, omnique pactione ceſſante dare vel offerre eccleſiis, monaſteriis, Prioratibus, domibus, & locis huiuſmodi voluerint, cum gratiarũ actione licite recepturi: Nos enim qui ſecus egerint, ſi ſint ſingulares perſonæ, tam dãtes quàm accipientes, huiuſmodi excommunicationis: ſi capitulum vel cõuentus fuerit, ſuſpẽſionis ſententiis eo ipſo decernimus ſubiacere: A quibus (pręterquam in mortis articulo) abſolui nequeant abſque ſedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali. Cæterum perſonis illis vtriuſque ſexus, quæ iam labe huiuſmodi ſunt fœdatæ, earum prouidentes ſaluti, de benignitatis gratia eas liberantes, concedimus, ꝙ per ſuos locorum diœceſanos hac vice dumtaxat à crimine huiuſmodi & nota infamiæ inde cõtracta, auctoritate Apoſtolica abſoluantur: canonica proinde ipſis pœnitentia ſalutari impoſita, de qua ipſorũ diſcretioni videbitur expedire: & demũ cum ipſis vt in earũ eccleſiis, monaſteriis, Prioratibus, dignitatib9, & locis licite valeant remanere, miſericorditer diſpenſetur. Inſuper erga perſonas illas, quæ in præmiſſis recipiendo aliqua contra canonicas ſanctiones peccaſſe noſcũtur, volentes nos reddere gratioſos, omnia recepta huiuſmodi, ſi ad cõmunẽ vſum monaſteriorũ ſeu locorũ eorũ, ſunt applicata, ea ad dictum vſum licite cõcedimus retineri. Si vero ad ſpecialẽ vſum Abbatis ſeu Abbatiſſæ, Prioris aut Prioriſſæ, aut alterius ſingularis perſonæ retineãtur: illa venire ꝑcipimus in cõmuni. Nulli ergo hominũ liceat hanc paginam noſtræ inhibitionis, conſtitutionis, cõceſſionis, & pręcepti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autẽ hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorũ Petri & Pauli Apoſtolorũ eius ſe nouerit incurſurũ. Datum Romæ apud ſanctum Petrum ij. Nonas menſis Aprilis, Pontificatus noſtri anno primo.

SAne.] ¶ Aliàs incipit, Sane ne in vinea. aliàs, Ne in vinea. Hanc extrauag. allegat in c. ď ſimoniace. extra de ſimonia, acutiſsimus iuris vtriuſq; interpres dominus Felinus Sandęus Ferrarienſis, ſacri Palatij Apoſtolici auditor. Et ibi dicit ſe audiuiſſe à fide dignis, ꝙ Vrbanus v. non intendebat comprehendere Moniales pauperes, quæ conſueuerunt aliquid recipere vigore conſuetudinis. Allegat etiam ibidẽ Felinus extrauagantem Martini v. quæ incipit, Multæ. & extrauagantẽ eiuſdẽ, q̃ incipit, Damnabile. Item extrauagãtẽ Eugenij iiij. quæ incipit, cũ deteſtabilem. quas aſſerit fuiſſe reuocatas: ideo nec dignas occupare membranas. diſt. 19. ſi Romanorũ. § item ſi ideo.

Simonia dicitur labes.

a ¶ *Prandia.*] Vide c. Iacobus. eod. tit. in antiquis.

¶ Paulus Venetus Papa ſecundus.

*¶ Omnes ſimoniaci cuiuſcunque dignitatis aut ſtatus, ſunt ipſo facto excommunicati: nec habent ſimoniace ordinati ordinis executionem. Et electiones, aut aliæ prouiſiones per ſimoniam factæ non valent, nec ius percipiendi fructus tribuunt. Mediatores etiam ſimoniæ eadem cenſura ligantur, qui à ſolo Papa abſoluentur. Et omnes prædicti ſunt Romano Pontifici reuelandi.*

CAP. II.

† Vidẽ extrauagantẽ Pij v. incip. cum primũ. §. Et vt ſimoniacæ prauitatis. per quam hæc conſtitutio inuiolabiliter obſeruari mãdatur. Et de intellectu deciſionem Caſſadori. 5. tit. de conſt.

CVm † deteſtabile ſcelus ſimoniacæ prauitatis, tã diuinorũ quàm ſacrorũ canonũ auctoritas abhorreat atq; damnet: Nos conſiderantes, quòd plures pœnarũ grauitas, quàm Dei timor arcere ſolet à voluntate peccandi, ac ſummis deſideriis affectantes, vt horũ peſtiferũ vitiũ non ex vſu ſolũ, ſed etiã ex mẽtibus hominum ſaltem propter pœnarum metum penitus euellatur: prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Põtificum veſtigiis inhærentes, ac etiã omnes & ſingulas excommunicationis,

ſuſpẽſionis, priuationis, & interdicti ſentẽtias, cenſuras, & pœnas dudũ à Romanis pontificibus prædictis, & pro talibus reputatis contra ſimoniacos quomodolibet latas. & illos qui cuiuſcumq; ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, vel præeminentiæ fuerint, etiam ſi Cardinalatus, patriarchali, epiſcopali, regali, reginali, vel alia quauis eccleſiaſtica ſeu mũdana dignitatibus præfulgeant, & eorũ quemlibet tam manifeſtum quàm occultum, quas ipſo facto eos incurrere volumus, confirmantes & innouãtes Apoſtolica auctoritate declaramus, q, omnes illi qui ſimoniace† ordinati fuerint, à ſuorum ſint ordinum executione ſuſpenſi. ¶ Per electiones vero, poſtulationes, cõfirmationes, prouiſiones, ſeu quaſuis alias diſpoſitiones, quas ſimoniaca cõtigerit labe fieri, & quæ viribus omnino careãt in eccleſiis, monaſteriis, dignitatibus, perſonatibus, officiis eccleſiaſticis, & quibuſuis beneficiis, aut aliquo eorũ cuiquam ius nullatenus acquiratur, nec inde faciat aliquis fructus ſuos, ſed ad illorũ omniũ quæ percepit reſtitutionẽ ſub animæ ſuæ periculo ſit adſtrictus. ¶ Statuentes † præterea, q, vniuerſi & ſinguli etiã præmiſsis dignitatibus præditi, qui quomodolibet dando vel recipiẽdo ſimoniã cõmiſerint, aut q, illa fiat mediatores extiterint, ſeu procurauerint, ſententiã excõmunicationis incurrant, à qua niſi à Romano Põtifice pro tẽpore exiſtente non poſſint abſolui, p̃terquã in mortis articulo conſtituti. ¶ Et vt huiuſmodi labis contagio frequentius reprimatur, omnibus & ſingulis eccleſiaſticis, ſæcularibuſque perſonis cuiuſcũque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictius iniungimus, vt eos omnes, quos ſimoniam huiuſmodi commiſiſſe vel procuraſſe, aut in ea mediatores eſſe ſciuerint, Pontifici prædicto, vel cui idem Pontifex duxerit committendum, per ſe vel alios reuelare quanto citius non omittant. Pro reuelatione huiuſmodi etiam ſi complices† fuerint, non ſolum veniam à nobis, ſed etiã gratiam conſecuturi, ſi eorũ iudicio participes tãti criminis valeant coerceri. Quod ſi non fecerint, abſolui non valeant donec prædicta reuelent, & complices huiuſmodi detecti arctius punientur. Nulli ergo, & cætera. noſtræ confirmationis, innouationis, declarationis, & voluntatis infringere, & cætera. Datũ Romæ apud ſanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ M.ccclxiiij. ix. Calend. Decembris Pontificatus noſtri anno primo. publicata die xxiiij. Nouembris, Anno prædicto.

> † Vide c. de ſimoniace, & ibi pleue p canoniſtas extra de ſimo. adde omnino B. Thomam. 2.2.q. 100, art. 2. ad quartum argumentum.

> † Vide omnino Caſſadorum deciſione 3. ſub titulo de cõſtitutionib⁹.

> † Complices criminis quandoque p̃æmiantur, C. ad leg. Iu. ma. l. quiſq;. in fine.

## De Iudæis.

¶ Clemens quintus.

¶ *Chriſtiani arma portantes ad infideles Chriſtianos impugnantes ipſo facto ſunt excommunicati, capientium ſerui, infames & inteſtabiles tam actiue quàm paſsiue, & eorum bona confiſcata. vide cap. ita quorundam. & c. ad liberandam. extra eod. tit.*

CAP. I.

MVlta mentis† amaritudine concitamur, grauiſque doloris aculeus perfodit mentem noſtram, intelligentes quòd renati fonte baptiſmatis, in deuiũ oberrãtes, qui deberent opprobriũ illatum Domino in terram hæreditatis ſuæ totis viribus vindicare, potius iniuriatoribus ſuis fauẽt, Sarracenorũ videlicet horribili & perfidæ nationi: & degenerantes miſerabiliter à ſtatu fideliũ, famæ propriæ immemores, & ſalutis obliti, inimicis crucis Chriſti contra ipſius negotiũ, ferrũ, equos, arma, & alia vetita, necnon victualia & mercimonia in Alexãdriam, & ad alia loca Sarracenorum terræ Aegypti deferre præſumunt. Ex quo manifeſte apparet, quòd Chriſtianos, qui ad defenſionem hæreditatis Domini ibidem pro fide remanſerunt, talibus adiuti ſubſidiis irreuerenter impugnant, propter q, fidei negotiũ ibidẽ quodãmodo noſcitur deperire. ¶ Nos igitur qui ad liberandam terrã ipſam operam dare intendimus (cũ Dei adiutorio) efficacẽ, tam graues trãſgreſſus vlterius ſuſtinere nolentes, felicis recordationis Nicolai Papæ iiij. prædeceſſoris noſtri veſtigiis inhærentes, præſentiũ tenore ſtatuimus, vt nullus arma, equos, ferrũ, lignamina, victualia, & alia quæcunq; mercimonia in Alexandriã, vel alia loca Sarracenorũ terræ Aegypti deferre, mittere, vel portare, ſeu de portubus eorũ, vt eiſdẽ deferantur, extrahere vel extrahi permittere, aut eis aliàs auxilium vel fauorẽ præſtare quoquo modo præſumat. Nos vero illos, qui contra huiuſmodi conſtitutionẽ noſtrã auſu temerario venire præſumpſerint, eoipſo excõmunicationis ſententiæ decernimus ſubiacere, à qua abſolui nequeant, niſi tantũ de bonis propriis in dictæ terræ ſubſidiũ conuertendũ exoluerint, quantum ad partes prædictas detulerint, vel miſerint, aut deferre, vel de ipſorũ portubus extrahi permiſerint deferendũ: nec tũc etiã ab eadẽ (præterquã in mortis articulo) abſoluantur ſententia, abſque mãdato ſedis Apoſtolicæ ſpeciali. Et nihilominus ſi perſonas eorũ capi cõtingat, in ſeruitutẽ & capturã illorũ eſſe volumus, in quorũ ceciderint captionẽ. Auctoritate inſuper Apoſtolica ſtatuentes, vt illi qui cõtra huiuſmodi ſtatutũ noſtrum quomodolibet venire p̃ſumpſerint, præter pœnas p̃dictas, quas ipſo facto incurrant, perpetuo ſint infames, & inteſtabiles habeantur, ita q, nec teſtari, nec legata eis ſeu relicta percipere valeãt; & inſuper ad ſucceſſiones tã ex teſtamento, quàm ab inteſtato ſint prorſus & reddantur inhabiles, nec ab publica quælibet admittantur officia, ſintq; illis omnes actus legitimi penitus interdicti: & tãquã excõicati, hoſteſq; catholicæ fidei (poſtquam de ipſorũ huiuſmodi temeritate conſtiterit) diebus Dominicis & feſtiuis publice nuncientur, & in fiſcum bona eorum omnia deuoluantur.

> † Præterea, ita quorundam. & c. ad liberandam. extra de Iudæis. vide Clemen. 1. eo. tit. & proceſſum Bullæ in cœna Domini. §. 7.

> Hæreditatẽ Domini defendunt, qui contra infideles pugnant.

¶ Ioannes xxij.

¶ *Iudæi ad fidem conuerſi non ſunt in bonis moleſtandi, ne ſint deterioris conditionis poſt baptiſmum, quàm eſſent ante.*

CAP. II.

DIgnum† arbitrantes & iuri conſonum, fonte renatos baptiſmatis Iudaica cæcitate dimiſſa amplioribus fauoribus aut gratiis, quàm antea abũdare: indecens & abſurdũ, vt qui in perfidia abũdarent, cogantur mẽdicare fideles: vniuerſis & ſingulis rectoribus, & aliis officialibus comitatus Veneſini, aliorũque comitatuũ, & terrarum pertinẽtium ad Apoſtolicã ſedẽ, diſtricte præcipimus & mãdamus, quatenus cõuerſis huiuſmodi, & qui in poſterũ cõuertentur, in poſſeſſionibus & bonis aliis quocunq; nomine cẽſeãtur, quæ in comitatibus & terris prædictis cõuerſionis tẽpore obtinebãt, ſeu etiã obtinebũt, occaſione prædicta nullam moleſtiam inferant, nec ab aliis inferri permittant: ſed ipſis in his & aliis ſe fauorabiles exhibentes, ipſos ab iniuriis &

> † Vide omnino extrauagantem Pauli Papæ iij. incip. Cupientes Iudæos. vbi de hac materia plenius cauetur.

riis & moleſtiis protegãt & defendãt, vt ſic de ſeruitute ad libertatem ſe tranſiſſe percipiãt, nec redire prætextu mẽdicitatis odibilis ad dimiſſam perfidiam compellãtur. Nulli ergo, & cætera. noſtrorũ præceptionis, & mãdati infringere: Datũ Auiñ. x. Calẽ. Auguſti, anno iiij.

## De hæreticis.

¶ Benedictus vndecimus Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis.

*¶ Decretalem, Per hoc. eodem titulo, libro ſexto declarat, bona hæreticorũ per diœceſanos vſurpari vetans.*

CAP. I.

EX eo † ꝙ quædam nouella cõſtitutio ſuper negotio hæreticæ prauitatis à bonæ memoriæ Bonifacio Papa octauo prædeceſſore noſtro edita continet, quòd in ipſo negotio per diœceſanos epiſcopos & Inquiſitores ſuper eodẽ facto inquiri valeat cõmuniter vel diuiſim, & ſi diuiſim proceſſerint, teneantur ſibi inuicem communicare proceſſus [a]: Nos conſulere voluiſtis, quando & quotiens ſit iſta proceſſuum cõmunicatio facienda. ¶ Nos [b] autem de fratrum noſtrorum conſilio intelligendo diœceſanos & Inquiſitores tunc demum diuiſim procedere, cum hi & illi ſeparatim, non quando epiſcopi tantum, vel Inquiſitores tantum procedunt: conſultationi veſtræ breuiter reſpondemus, ꝙ quando vtrique procedunt [c] ſeiunctim, ſibi debent in fine tantum, dum nil reſtat agendum, niſi quòd ſolum ſententia promulgetur, communicare proceſſus. Licet enim quibuſdã potuiſſet videri per legem [d] ciuilem, quòd ſicut quando aliquis ex actitatis coram alio debet ferre ſententiã, vt puta quando adminiſtrator delegat cauſam ſibi ſententia reſeruata: ſaltem in principio, id eſt, conteſtatione rurſus in medio, & ſemel in fine quæ ſunt examinata audire debet: ita & in caſu præſenti, vbi ex actis coram alio habitis alter profert ſententiam, ſic ter huiuſmodi acta recenſeat: quod fieri non poteſt, ſi eorum denegetur editio: tamen id æquitas canonum non admiſit. Vnum ſane caſum excipimus, ſi alter commode non poſſit procedere, niſi alterius actis viſis: Ex hac enim cauſa ſemel tantum (vt fraudi locus non fiat) in toto negotio copia tribuatur. ¶ Verum quia † nonnulli diœceſani partem partis prouentuum de hæreticorum bonis inquiſitionis officio deputatæ propter expenſas, quas, dum inquirunt in ſæpedicto negotio faciunt, à vobis exigere moliuntur: hoc tamquam iuri abſonum (cum ordinarij ſint, ideoque officium tale quod eis incumbit, propriis eos oportet explere ſtipendiis) fieri penitus prohibemus. Rationem autem iidem diœceſani prouentuum, obuentionum ex inquiſitionis officio à vobis, non obſtante aliqua conſtitutione, conſuetudine, vel mandato contrariis non expoſcant: ſed eam cameræ noſtræ vel alij, cui nos vel ſucceſſores noſtri Romani Pontifices mandaremus reddendam, reddatis: quæ generaliter obſeruari iubemus.

EX eo.] ¶ Hæc decret. interpretatur cõſtitutionem, extra 6. lib. de hære. cap. per hoc. Et in quatuor partes diuiditur. Primo dictã conſtitutionem eius 2. reſpon. recitat. Secundo verſic. *Nos cõſulere* iuxta ipſum reſponſum q̃ſtionem formans dicti reſponſi interpretationẽ dat. Tertio §. *Verũ.* Et quarto §. *Rationem.* circa præmiſſa duos caſus, qui emerſerunt, determinat.

a ¶ *Oroceſſus.*] vſq; huc mẽs dictæ cõſtitutionis recitatur; ſed poſtmodũ quæſtio formatur, & ſolutio eiuſdem & iuris noui editio ſubiicitur.

b ¶ *Nos autẽ.*] ad quæſita per ordinem rñdet.

c ¶ *Procedunt, &c.*] nõ eſt diuiſio, nec in facto, nec in iure, ſed poteſtatis datæ perſecutio. argum. ff. de offic. procon ſul. l. vna. extra, lib. 6. de offi. deleg. cum plures.

d ¶ *Per legem.*] vide authen. ad hæc. C. de iudi.

e *VAs electionis.*]

f ¶ *Generali.*] extra de pœniten. & remiſ. cap. omnis.

† Præter notata in c. per hoc. de hæret. lib. 6. vide Nicolaum Eymericum in Directorio inquiſitorum. par. 3. q. 50. 51. & 52. Repertoriũ inquiſitorum verbo: communicare. §. Sed quomodo. & Zanchinũ tract. de hæreti. c. 15.

† Vide Eymericum in Directorio inquiſitorũ par. 3. q. 104. q. 105. & ſe.

Ordinarij inquiſitionis officium proprijs expenſis explere debent.

¶ Ioannes xxij.

*¶ Tres errores magiſtri* Ioannis *de Poliaco doctoris Pariſienſis hic damnantur.*

CAP. II.

VAs electionis [e] † doctor eximius & egregius prædicator, cuius prædicatio mũdum docuit vniuerſum, præſumptuoſam illorum audaciam refrænare ſollicitus, qui prudentiæ propriæ innitentes, in errores proprios prolabuntur, non plus ſapere, quàm oportet ſapere, ſed ad ſobrietatem ſapere, ſalubri doctrina ſuggeſſit: & iuxta Sapiẽtis † eloquium: Quiſque ſuæ prudentiæ modum ponat. Sane dudum cum dilectum filium magiſtrum Ioannem de Poliaco ſacræ theologiæ doctorem certis ex cauſis de fratrum noſtrorum conſilio ad noſtrã præſentiam vocauiſſemus: fide digna relatio ad noſtrum perduxit auditũ, quòd ipſe in quibuſdam articulis tangentibus pœnitentiæ ſacramentum non ſobrie, ſed perperam ſapiebat, infraſcriptos articulos periculoſos continentes errores docẽs publice in ſuis prædicationibus & in ſcholis. Primo ſiquidẽ aſtruens, quòd confeſſi fratribus habẽtibus licẽtiã generalem audiendi confeſſiones, tenẽtur eadem peccata, quæ confeſſi fuerãt, iterum confiteri proprio ſacerdoti. Secundo ꝙ ſtante, omnis vtriuſque ſexus, edicto in cõcilio generali † [f], Romanus Pontifex non poteſt facere, ꝙ parochiani nõ teneantur omnia peccata ſua ſemel in anno proprio ſacerdoti confiteri, quem dicit eſſe parochialem curatum: Immo nec Deus poſſet hoc facere: quia (vt dicebat) implicat contradictionem. Tertio ꝙ Papa non poteſt dare poteſtatem generalem audiẽdi cõfeſſionem, immo nec Deus, quin confeſſus habenti licentiã teneatur eadem cõfiteri proprio ſacerdoti, quẽ dicit eſſe (vt præmittitur) proprium curatum. ¶ Nos igitur ſcire volẽtes ſi ſuggeſta nobis veritatẽ haberent, articulorum præmiſſorũ copiã eidem magiſtro Ioanni fecimus aſſignari, & ad ſui defenſionem plenam audientiam ſibi præbuimus, tam in noſtra & fratrum noſtrorum præſentia in conſiſtorio, quàm aliàs corã aliquibus ex ipſis fratribus per nos ad huiuſmodi officium deputatis. Verum licet præfatus magiſter dictos articulos & cõtenta in ipſis defendere niteretur, aſſerebat tamẽ ſe paratum credere & tenere in præmiſſis & aliis, quæ tenenda & credẽda eſſe ſedes Apoſtolica definiret. Nos igitur attendẽtes, quòd prædictorũ articulorum aſſertio, prædicatio, & doctrina redundare poterant in multarum perniciem animarum, ipſos per prælatos magiſtros in theologia examinari fecimus diligẽter. Nos ipſi etiam cum dictis fratribus noſtris collationem ſolertem & examinationẽ habuimus ſuper his. Per quas quidem collationem & examinationem ſuper his habitas cõperimus præmiſſos articulos doctrinã non ſanã, ſed periculoſam multum & veritati contrariam continere. Quos etiam articulos omnes & ſingulos, idẽ magiſter Ioannes, veris ſibi rationibus opinioni dudũ ſuæ habitæ cõtrariis demonſtratis, in cõſiſtorio reuocauit, aſſerẽs ſe credere eos non veros, ſed ipſorum cõtrariũ verũ eſſe, & dicens ſe neſcire rationibus ſibi factis in

† De materia vide B. Thomam, & alios lib. 4. ſenten. diſt. 17. & canoniſtas in c. omnis. d̃ pœniten. & remiſ.

*Roma. 12.*

† *Prouer. c.* 23.

† Scilicet Lateraũ. ſub Innoc. iij. c. 21.

contrarium reſpondere. Ideoque ne per aſſertionẽ, prædicationem, & doctrinã huiuſmodi in errorem (quod abſit) animæ ſimplicium prolabantur, omnes articulos & quemlibet eorum tamquam falſos & erroneos, & à doctrina ſacra deuios auctoritate Apoſtolica condemnamus & reprobamus de fratrum noſtrorum conſilio prædictorum, doctrinam contrariam, veram; & contrarium eſſe catholicum aſſerentes: ſcilicet, quòd illi qui prædictis fratribus confitentur, non magis teneantur eadem peccata confiteri iterum, quàm ſi ea aliàs confeſſi fuiſſent eorum proprio ſacerdoti iuxta cõciliũ generale †. Optanteſque veritatis vias notas eſſe fidelibus cũctis, & prædictis erroribus præcludere aditum, ne ſubintrent errores, felicis recordationis Alexandri quarti, & Clementis quarti Romanorum Pontificũ prædeceſſorũ noſtrorũ veſtigiis innitendo, vniuerſis & ſingulis diſtrictius inhibemus, ne quiſque præmiſſos articulos per nos (vt præmittitur) damnatos & reprobatos, & contenta in eis vel aliquo ipſorũ, vtpote à catholicis mentibus reſpuenda, tenere audeat ſeu defenſare quomodolibet, vel doce re. Quocirca vniuerſitati veſtrę per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus vniuerſis & ſingulis veſtrũ in ciuitatibus & diœceſibus veſtris, conuocato clero & populo cõmuniter omnia præmiſſa & ſingula per vos ſeu alios ſolemniter publicetis. Nos etiã eidem magiſtro Ioanni mandamus, quòd in ſcholis & ſermone Pariſius prædictos articulos & contenta in eis tamquam veritati contraria propriæ vocis oraculo, aſſeueratione conſtanti publice debeat reuocare: Quod ſe facturum dictus magiſter Ioãnes efficaciter repromiſit. Datũ Auiñ. viij. Calen. Auguſti, Põtificatus noſtri anno quinto.

† Ideſt concilium generale Lateraũ. ſub Innocentio iij. c. 21. & refertur in c. omnis, de pæni. & remiſ.

¶ Idem.

*¶ Inquiſitores hæreticæ prauitatis cenſuras eccleſiaſticas fulminare non poſſunt in officiales & nuntios ſedis Apoſtolicæ ſine ipſius licentia ſpeciali, ſed de eorum exceſsibus informationem facere poſſunt, & deinde Romano Pontifici ſignificare.*

CAP. III.

CVm Matthæus † de Põtiniañ. ordinis Prædicatorum, inquiſitor hæreticæ prauitatis in regno Siciliæ auctoritate Apoſtolica deputatus, friuola occaſione quæſita, ac noſtra & Apoſtolicæ ſedis reuerentia & honore poſtpoſitis, in dilectum filiũ G. de Baleto, archidiaconum Foroliuieñ. capellanum noſtrum, Campaniæ maritinæq; rectorem excommunicationis ſentẽtiam inconſultis motibus, non ſine multa temeritate duxerit proferendã: Nos volentes decætero talium præſumptoribus obuiare, vniuerſis & ſingulis tam ordinariis, quã delegatis iudicibus & inquiſitoribus prauitatis eiuſdem, & aliis vniuerſis & ſingulis, quacunq; auctoritate fungantur, auctoritate Apoſtolica diſtrictius inhibemus & mandamus expreſſe, ne contra noſtros & Apoſtolicæ ſedis officiales vel nuntios, aut ipſorũ aliquem quauis occaſione vel cauſa, abſque noſtra & Apoſtolicæ ſedis licentia ſpeciali eis per ſedis ipſius litteras concedenda, plenam faciente de tenore præſentium mentionem, procedere quoquo modo præſumant: aut in eos vel ipſorum aliquem excommunicationis vel ſuſpenſionis, ſeu quaſuis alias ſententias promulgare. Nos enim exnunc decernimus irritum & inane quicquid contra inhibitionem & mandatum huiuſmodi contigerit attentari. ¶ Volumus tamen, quòd diœceſani & inquiſitores prædicti ſuper iis, quæ negotium tangunt fidei: alij vero ſuper iis, quæ rem tangunt vel publicam vel priuatam, ſiue ordinarij, ſiue delegati quacumque auctoritate fuerint, prout poſſet ad eorum officium pertinere, ſi quid per officiales & nuntios ipſos indebite forſan attentatũ extiterit, ſe plenius informare: idque nobis ſignificare ſtudeant, vt prouidere ſuper hoc de remedio opportuno valeamus. Nulli ergo, & cætera. Datũ Auinione, xij. Calendas Ianuarij, Pontificatus noſtri anno vndecimo.

† Super hac conſtitutione vide omnino conſilium Lapi in cip. Factum ſuper quo, id conſiliũ nũc circunfertur poſt conſilia Oldradi adđ Eymericũ in Directorio inquiſit. par. 3. q 36.

## De ſchiſmaticis.

¶ Benedictus xj.

*¶ Proceſſus & ſententias latas per Bonifacium octauum contra Iacobum & Petrum de Columna, tamquam ſchiſmaticos, & eorum poſteros, reuocat hic Benedictus vndecimus, exceptis confiſcationibus, in quibus nihil immutat. & ſic (vt clare patet) hæc extrauagans corrigit, & prorſus reuocat capitulum vnicum. eod. titu. lib. 6.*

CAP. VNICVM.

DVdum bonæ memoriæ [a] Bonifacius Papa octauus prædeceſſor noſter contra Iacobum, Petrum, & Ioannem de ſancto Vito, Ottonem quondam Agapitum, Stephanum & Iacobum Scyarram nepotes memorati Iacobi, & filios olim Ioannis de Columna & poſteritatem eorum, necnon contra Richardum, Petrum, & Ioannem de monte nigro, ac adiutores, fautores, & receptatores eorum,

DVdum.] ¶ Hæc epiſtola plures proceſſus narratos extra 6. lib. de ſchiſm. cap. 1. retractat. Et diuiditur in tres partes: nam proceſſus contra Columnenſes, & adhærentes eiſdem primo in genere, & poſt modũ ſpecialius recitat. Secũdo §. *Nos itaque.* paucos de dictis proceſsibus excipiens, cæteros alios viribus euacuat, quandam inhibitionem annectens. Tertio verſic. *Non obſtantibus.* euacuationẽ huiuſmodi per nõ obſtãtia corroborat. Diuiſio textualis.

a ¶ *Bonæ memoriæ.*] Papa poſt obitum dicitur bonæ memoriæ. extra de ætate & qualit. bonæ. Idem in epiſcopis & ſuperioribus. extra de elect. bonæ memoriæ. 1. & 2. Sed nunquid Cardinales, presbyteri & diaconi ſic nominabuntur? Dic quòd ſic: quia pars corporis Papæ ſunt, & de eius latere & patricij merito appellantur. C. ad legem Iuliam maieſtatis, quiſquis. extra 6. lib. de offic. lega. cap. 1. inſtit. quibus modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur. §. filiusfamilias. ex quo enim viciniores ſunt ſummi Pontificis, maiori prærogatiua gaudere debent. argu. ff. ſi tabulæ teſtamenti nullæ extabunt. l. 1. 1. reſpon. Cardinales enim ſunt liberi primi gradus & ſunt membra capitis: cæteri prælati ſunt membra corporis: alij autem ſunt liberi non primi gradus. Si autem ſint præmiſsis inferiores, improprie bonæ memoriæ dicuntur. extra de appel. bonę. extra de confir. vti. bonæ. verum reges dicuntur claræ vel inclytæ memoriæ. & olim imperatores dicebantur diuæ memoriæ. C. de mandati. l. fi. 16. q. 3. placuit. Sed q̃ro quidã Papa exactionibus improbis, ſimoniis & turpiloquiis eccleſiã fœdauit, vt hic, nũquid propter dictos actus poſſet dici malæ memoriæ? Dic ꝙ non: quia reſpici debet non ad id quod fecit, ſed ad id quod ipſum facere decuit. ff. de offic. præſi. ſed licet. ff. de iuſt. & iure, l. penul. §. prętor. extra de elec. cum cauſam. vnde malus prælatus, & ſi non habeat diadema ſanctitatis, habet tamen diadema dignitatis, quæ ex ſe, nec de ſe peccauit, licet ſuppoſitũ cui dignitas inerat mele egerit, propter quod dignitas ſibi coniũcta infecta fuit. 7. q. 1. ſcire. & not. ſimile C. de ſum. trin. inter claras. 2. reſpon. Item prælatus etſi non ſit bonus, pro bono tamen ponitur, vnde Prouerb. 26. Sicut qui mittit lapidem in aceruũ Mercurij, ita q tribuit inſipienti honorem. certũ eſt ꝙ in computando denarios paruulus pro mille ponitur: ſic prælatus, quia præſidẽs eſt toti cõmunitati virtute ſecundum Philoſophum: & ob hoc debet honorari, quia patres ſunt prælati. authent. de inceſtis nuptiis. §. ſancimus. coll. 2. ff. de obſeq. l. liberto. & dij vocantur propter ordinis excellentiam, & officij dignitatem. extra de hæret. cum ex iniuncto. Itẽ prælatus nõ dicitur bonæ memoriæ ratione ſuppoſiti, ſed dignitatis, quæ de ſe, nec à ſe deliquit. & delictum perſonæ non redũdat in damnum

Bonę memoriæ poſt mortem dicũtur aliqui.

Cardinales reſpectu Papæ ſũt liberi primi grad'.

cuiuſcumq; ſtatus, etiã ſi imperiali vel regali dignitate fulgerent: cõtra ipſam inſuper Præneſte: dũ vixit varios fecit proceſſus: ſentẽtias graues pœnas habentes & multas [a], prout in eiſdẽ ꝓceſsibus continetur, ex quibus ſic paucas ex multis [b] & ꝓlixis breues exprimimus, ꝙ intelligi volumus ſpecialiter ſingulas numeratas, & nominatim expreſſas [c]. Inter cætera ſiquidẽ depoſuit dictos Iacobũ atq; Petrum à Cardinalatibus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, reddẽs eos & filios dicti Iacobi, & poſteritatẽ eorũ inhabiles ad Apoſtolicæ dignitatis apicẽ & Cardinalatus honorẽ: ipſos, eoſdẽq; Iacobũ & Ottonem, & Richardum beneficiis eccleſiaſticis & eccleſiis cũctis priuauit, eoſq; & Agapitum, Stephanũ, & Scyarrã ꝑdictos banniuit ab vrbe, & ita Eccleſiæ ſupradictæ ipſorum cõfiſcauit bona & iura, plurium excõmunicationũ ſentẽtiis innodauit, addixit infamiæ, capiẽdos expoſuit, iudicauit ſchiſmaticos, & tãquã hęreticos puniendos, ab adminiſtrationibus & officiis iuriſdictionibus, exercitio, & dignitatibus in vrbe & circa, in Romana Eccleſia & curia, ac ipſorũ poſteros perpetuo, & in terris Romanæ Eccleſiæ vſq; in quartã generationẽ per maſculinũ & fœmininum ſexũ coercuit, eis incolatũ, ciuilitatẽ & habitationẽ vrbis, circumpoſitæ regionis, & terrarum ſubiectarũ Eccleſiæ interdixit, & inteſtabiles fecit. ¶ Nos itaq; qui eius vices in terris gerimus, cuius eſt proprium miſereri & parcere, eorum miſeriis & ærumnis cõpatimur, ad clementiã pro eis cõmouemur, ipſis pietatis noſtrę aperimus viſcera, & mãſuetudinem non negamus, miſericordes ab eis nõ auertimus oculos, illiſq; pium animum exhibemus. Ideoque omnes prædictas depoſitionis à Cardinalatibus, priuationis à beneficiis & eccleſiis, inhabilitatis ad Papatum Romanum, & bonorum & iurium, quæ certis nobilibus Romanis ciuibus, & aliis conceſſa ſunt (confiſcationibus exceptis, in quibus nihil immutamus ad præſens) ſentẽtias, pœnas, & multas, & aliàs [d] quæ in proceſsibus memoratis ſiue alibi continentur: verbo etiã in vita ipſius vel in morte in eos latas & inflictas ſeu confirmatas & innouatas per prædeceſſorem eundẽ, ſicut ſi (vt prædicitur) eſſent per nos ſpecialiter numeratæ & nominatim expreſſæ tam ad prædictos Iacob. & fil. dicti Ioãnis de Col. maſculinã & fœmininã prolẽ eorundem Ioannis & filiorum per vtrumque ſexum poſteritatem deſcendentem ab eis Pet. & Richardo, & Ioan. de mõte nigro præfatos, quàm ad coadiutores, fautores, receptatores, ſuſceptores & ſequaces eorum quoſlibet alios, penitus tollimus & viribus vacuamus: Ita quòd nec etiam pro præterito tẽpore poſsint ſuper eis aliquæ perſonæ impeti, quæ incurriſſent eas, aut contra ipſas aliquẽ effectum habere. Eiſque [e] quod quæuis alia quàm præfatarum depoſitionis à Cardinalatibus, priuationis beneficiorum & eccleſiarum, cõfiſcationis bonorum & iurium, quæ (vt præmittitur) dictis ciuibus ſeu aliis ſunt conceſſa, & inhabilitatis ad Papatum ſententia ſiue pœna abſtulit, rẽddimus [f]. Et irregularitatem [g], ſi quam quoquo modo contraxerint, remouemus: & notam abolemus [h] ipſius: Inhibentes ne iam dicta Præneſte cum mõte ſuo reædificetur vel muniatur, aut ciuitatis nomen ſiue epiſcopatum recuperet abſque noſtra licentia ſpeciali. Non obſtantibus quibuſcunque conſtitutionibus, proceſsibus, inhibitionibus, decretis, priuilegiis, indulgentiis, & litteris Apoſtolicis, per quæ præſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta, earum effectus poſsit quomodolibet impediri, & de quibus quorumquẽ totis tenoribus de verbo ad verbum debeat in noſtris litteris fieri mentio ſpecialis.

## De furtis.

¶ Ioannes xxij.

¶ *Publicatio excommunicationis latæ in eos qui furati ſunt theſaurum eccleſiæ, quem iubente Clemente Papa de Peruſio in Lucanam ciuitatem tres viri hic nominati deportauerunt. Et hic habetur optima practica monendi malefactores, vt intra certum terminum ſatiſfaciant, aliàs excommunicationem incurrant, & modum ipſius excommunicationis publicandæ hæc extrauagans clare manifeſtat.*

in damnum eccleſiæ. extra. 6. lib. de reg. iur. delictum. & hoc caſu, vbi de his ponerem, ſicut vilem ponerem. extra de in integrum reſtitutio. tum ex litteris, in principio. & extra de verb. ſignifi. venerabili. & extra, de accuſ. licet. extra. 6. lib. de hæret. cum ſecundum. in fin. extra. 6. lib. de ſent. excom. ſtatutum. extra. eod. lib. de verb. ſignifi. veniens. extra eod. lib. de conceſ. præb. auctoritate. extra de reſcript. conſtitutus. extra, de frigidis & maleficiatis, ca. finali.

a ¶ *Multas.*] quę ſit differentia inter multam & pœnam, habetur ff. de verb. ſignifi. ſi qua. & notat. C. de modo mult.

b ¶ *Ex multis.*] in proœ. ff. §. 3.

c ¶ *Expreſſas.*] ſimilis modus loquendi habetur. C. de præſcrip. xxx. vel xl. anno. omnes. & not. de hoc extra 6. lib. de procur. qui ad agendum. Et ratio huius dicti eſt, quia hic agitur de liberando, quod eſt promptius quàm ligare. ff. de action. & obliga. Arrianus. extra de proba. ex litteris. præſertim ab iis, quæ ſurgunt ex delicto. ff. de pactis, l. ſi tibi decem. §. quædam.

Iura facilius ſoluunt, quã ligent,

d ¶ *Et aliàs.*] hæc dictio, aliàs, aliquãdo eſt aduerbium temporis, vt cũ dicitur, aliàs hoc faciam. & aliquando loci, vt cum dicitur, aliàs veni ad me. ſed hic accipitur pro aduerbio qualitatis, vt ſit ſenſus, ꝙ nedũ pœnas & multas prędictas, ſed etiam aliàs id eſt aliter omnia illa quę in proceſsibus, &c. penitus tollimus, &c. Alij dicunt quòd debet eſſe dictio, alia: Sed hoc nihil eſt propter adiectiua, quæ ſequuntur, ſcilicet latas, & inflictas, &c. quia tunc ſecundum ſtylum curiæ diceretur in neutro genere, non in fœminino, nec hic ſeruatur grammatica Priſciani dicentis quòd maſculinum & fœmininũ genera concipiunt neutrum. & Priſcianus melius dicit, inſpiciendo dignitatem generum. Sed ſtylus curiæ omnia ſuperiora per neutrum ſententioſius comprehendit, nam neutrum adiectiuum de omni genere ſecũdum philoſophum prædicatur, vt vir eſt album, mulier eſt album, & mancipium eſt album.

Adiectiuum neutrum de omni genere ꝓdicatur.

e ¶ *Eiſque.*] ſcilicet reddimus illud, ꝙ ſententia ſiue pœna abſtulit, quod eſt infra.

f ¶ *Reddimus.*] quæro, vnus de prædictis eſt excommunicatus occaſione dictorum proceſſuum, & ſe immiſcens poſtmodum diuinis, factus eſt irregularis, poſtmodum recipit beneficium, nunquid poſt hanc relaxationem poterit illud retinere? Videtur quòd ſic, quia verbum reddendi, ſignificat retro dare. ff. de verb. ſigni. verbum reddendi. hoc idem innuit textus præcedens ibi, nec & pro præterito, &c. Dic vbi ius non eſſet alij acquiſitum in re vel ad rem, crederem iſtum ius habere in beneficio, vitio expreſſe purgato per dominum, qui poteſt. arg. ff. de vſucap. ſi fur. & notatur ſimile extra de renunt. poſt tranſlationem. in fi. Sed vitio non expreſſe purgato, opus eſt noua electione, vel collatione. arg. extra de ætate & qualita. cum bonæ. extra de exceſ. præla. tanta. nota ſimile de elect. dudum 2. ſecus ſi alter haberet ius in re, vel ad rem. C. de emã. liber. nec auus. & extra, 6. libr. de reſcript. quamuis. Sed dices, dicta decret. excipit hunc caſum. Sed dic quòd hic non eſt expreſſe dictum, ſed in genere, non loquẽdo de iure alterius, non de præiudicio alterius faciendo, vnde exceptionem quæ competebat ex facto Papæ, Papa non tollit, niſi hoc expreſſe agatur. extra de conſuetudi. cum olim. in fine. & dicto capitulo, quãuis. & ideo quòd hic dicitur, intelligo, quòd pro tunc non poſsit impeti in iure nouiter acquiſito.

Beneficium in irregularitate acquiſitum, an illa purgata retineri poſſit.

g ¶ *Irregularitatem.*] occaſione pręmiſſorum incurſam: nam ad præcedentia facienda eſt relatio, ff. de poſtul. l. 1. deinde cum adiecit. ſecus de irregularitate aliunde cauſata.

Relatio fit ad præcedẽtia.

h ¶ *Abolemus.*] id eſt, delemus. vnde abolere eſt, quod olet vel maculat, tollere ſeu auferre. Et quid ſit abolitio, & eiuſdem diuiſio, not. Azo. C. de abolit.

Abolere q̃d eſt.

CAP. VNICVM.

INfidelis & ſtolidæ prædicationis alumni, ſe per culpæ vitium indignos efficiunt, vt matris Eccleſiæ filij nuncupētur, dum ad ipſius matris iniuriam ſe cōuertunt (quod graui nos commotione perturbat) matris eiuſdē pietatem offendunt:& his in perniciem miſerabili cæcitate delapſis, reſpergunt infamiæ maculis loca propriæ nationis. ¶ Dudū ſiquidē nōnulli degeneres filij, qui ad quæq; nefaria currere ſunt auſi, peruerſis auſibus in matris eiuſdē proſiliētes iniuriā & offenſam, illā theſauri ſui maximā partē, q̄ de Peruſio ad ciuitatē Lucanā de mādato felicis recordationis domini Clem. Papæ v. prædeceſſoris noſtri, dū adhuc viueret, per dilectos filios Vitalē de Chabenate, clericū Burdegaleñ. diœceſis & Gulielmo de Luna ſeruientē p̄deceſſoris eiuſdē, vnà cū dilecto filio Iacobo de Caſalibus decano eccleſiæ ſancti Seuerini Burdegalēſis diœceſis capellano noſtro, extiterat deportata: & q̄ in ſacriſtia monaſterij ſancti Fedriani Lucaneñ. tūc tēporis ſeruabať, deinde ad camerā p̄deceſſoris eiuſdem fideliter deferēdā tp̄e inuaſionis ciuitatis Lucaneñ. direpſerunt in prædā, & de præfata ſacriſtia per violentiā aſportarunt. ¶ Nos igitur ad recuperationē theſauri p̄dicti ſollicitis ſtudiis prætendentes, oēs & ſingulos aſportātes theſaurum p̄dictum, & alios penes quos aliqua de theſauro fuerunt, vel adhuc exiſtunt, auctoritate Apoſtolica corā hac fideliū multitudine copioſa monemus, vt ea nobis, aut ei quē ad id duximus deputādum intra quattuor mēſium ſpatium à die datę publicatiōis p̄ſentium numerādum, cum integritate reſtituāt & aſſignent: ac omnes & ſingulos ſcientes vbi vel penes quos aliqua de dicto theſauro extiterint vel exiſtāt, vt intra terminum ſupradictū, nobis aut ipſi deputato noſtro indicare ſtudeāt: alioquin in omnes & ſingulos monitionis hmōi cōtemptores, cuiuſcunq; dignitatis, ſtatus, vel cōditionis extiterint, etiam ſi patriarchali vel ſuperiori, aut alia quacunq; præemineant dignitate, exnunc auctoritate p̄dicta excōmunicationis ſententiā promulgamus: Mandantes illos per diœceſanos locorum & rectores parochialiū eccleſiarū, ciuitatū, & diœceſum earundē ſingulis diebus Dominicis & feſtiuis pulſatis cāpanis & cādelis extinctis excōmunicatos publice nuntiari, proceſſuri ad grauiora nihilominus cōtra eos, necnon & cōtra ciuitates, cōmunitates, vniuerſitates, & ſingulares perſonas quaſcunque, quæ fuiſſent in præmiſsis culpabiles, ſicut p̄teruia ipſorū exegerit, & viderimus expedire. Nō obſtāte ſi eis aut eorum aliquibus vel alicui ſub quacunque forma vel cōceptione verborum, à ſede Apoſtolica ſit indultum, quòd excommunicari non poſsint, per litteras ſedis eiuſdem nō facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hmōi mētionem, & qualibet alia dictæ ſedis indulgētia generali vel ſpeciali cuiuſcunque tenoris exiſtat, per quam effectus præſentium impediri poſsit, vel quomodolibet retardari. ¶ Vt autem huiuſmodi noſtra monitio verius ad cōmunem omnium notitiā deducať, chartas ſiue membranas monitionem continentes eandem, in eccleſia Auinioneñ. appendi vel affigi oſtiis ſeu ſuperliminaribus eiuſdem eccleſię faciemus, quæ monitionē ipſam ſuo quaſi ſonoro p̄conio & patulo indicio publicabunt: ita quòd omnes & ſinguli, quos monitio ipſa cōtingit vel contingere poteſt nullam poſtea poſſint excuſationem prætendere, quòd ad eos talis monitio nō peruenerit, vel q̄ ignorauerint eandem: Cum non ſit veriſimile remanere quo ad ipſos incognitum vel occultū, quod tā patenter omnibus publicatur. Datum Auinione ij. Calen. Aprilis, Pontificatus noſtri anno I.

## De crimine falſi.

¶ Ioannes xxij.

*¶ Alchimiæ hic prohibentur, & puniuntur facientes, & fieri procurantes: quoniam tantum de vero auro & argento debent inferre in publicum, vt pauperibus erogetur, quantum de falſo & adulterino poſuerunt. Et ſi eorum facultates non ſufficiant, pœna per iudicis diſcretionem in aliam commutabitur, & infames fiunt. Et ſi ſint clerici beneficiis habitis priuantur, & ad habenda inhabiles efficiuntur. Vide extrauagantem Ioan. quæ incipit: Prodiens. & eſt ſub eo. tit. collocata.*

CAP. VNICVM.

SPondent†, quas non exhibent diuitias pauperes Alchimiſtæ: pariter qui ſe ſapientes exiſtimant, in foueā incidunt, quam fecerunt. Nam haud dubio huius artis Alchimiæ alterutrum ſe profeſſores ludificant, cum ſuæ ignorantiæ conſcij, eos qui ſupra ipſos aliquid huiuſmodi dixerint, admirantur: quibus cum veritas quæſita non ſuppetat, diem cernunt, facultates exhauriunt: iidemque verbis diſſimulant falſitatem, vt tandem quod non eſt in rerum natura, eſſe verum aurum vel argentum ſophiſtica tranſmutatione confingant: eoque interdum eorum temeritas damnata & damnanda progreditur, vt fidis metallis cudant publicæ monetæ characteres fidis oculis, & non aliàs alchimitum fornacis ignem vulgum ignorantem eludant. ¶ Hæc itaque perpetuis volentes exulare temporibus, hac edictali conſtitutione ſancimus, vt quicunque huiuſmodi aurum vel argentum fecerint, vel fieri ſecuto facto mādauerint, vel ad hoc ſcienter dum id fieret facientibus miniſtrauerint, aut ſciēter vel auro vel argento vſi fuerint vendendo vel dando in ſolutum: verum tanti ponderis aurum vel argentum pœnæ nomine inferre cogantur in publicum pauperibus erogādum, quanti alchimitum exiſtat, circa quod eos aliquo prædictorum modorum legitime conſtiterit deliquiſſe: faciētibus nihilominus aurum vel argentum alchimitum, aut ipſo (vt præmittitur) ſcienter vtentibus, perpetuæ infamiæ nota reſperſis. ¶ Quòd ſi ad præfatam pœnam pecuniariam exoluendam delinquentium ipſorum facultates non ſufficiant, poterit diſcreti moderatio iudicis pœnam hanc in aliam (puta carceris, vel alteram iuxta qualitatem negotij, perſonarum differentiam, aliaſque attendendo circunſtantias) commutare. Illos vero qui in tantæ ignorantiam infelicitatis proruperint, vt nedum nummos vendāt, ſed naturalia iuris præcepta contemnant, artis excedāt metas, legumque violent interdicta, ſcienter videlicet adulterinam ex auro & argento alchimito cudendo ſeu fundendo, cudi ſeu fundi faciendo monetā, hac animaduerſione percelli iubemus, vt ipſorum bona deferantur carceri, ipſique perpetuo ſint infames. Et ſi clerici fuerint delinquentes, ipſi vltra prædictas pœnas priuentur beneficiis habitis, & prorſus reddantur inhabiles ad habenda.

† Vide B. Thomam 2. 2. q. 77. ar. 2. ad 1. arg. & ibidem Caietanū. Oldradum conſil. 74. incip. An Alchimiſta peccet. & late Caſſaneū in catalogo gloriæ mundi, par. 11. cōſideratione, 40.

Moneta falſa ab oculis fidis facile diſcernitur.

Alchimiſtæ ſunt infames.

Qui nō habet in ære, luat in corpore. ff. de in ius vo. l. fin. C. de ſer. fug. l. quicumq;. & inſti. de pœ. te. liti. §. fina.

De pri

## De priuilegiis.

¶ Benedictus xj.

*¶ Hæc extrauagans dat Prædicatoribus & Minoribus priuilegia plurima circa tria, videlicet circa prædicationes, confeßionum auditiones, & ſepulturas. De ſecundo in §. Sed quia multotiens. De tertio in §. Porro. Et licet ſit reuocata per clem. 2. de ſepult. multa tamen notatu digna in ea reperiuntur, quæ non ſunt retractata. Et potuiſſet non inepte poni ſub titu. de ſepult. Sed non eſt inconueniens idem cap. diuerſis reſpectibus ſub varijs collocari titulis, vt patet in cap. ſignificantibus. extra de libel. obla. & de appel.*

### CAP. I.

INter cunctas † ſollicitudines noſtras, quibus nos paſtorale premit officium, & debitum Apoſtolicæ ſeruitutis aſtringit, illa debet eſſe præcipua, vt gregi [a] Dominico nobis ſuperna diſpoſitione commiſſo [b], animarum cura non deſit [c], ne illum lupus [d] rapax antiquus ſerpens humani generis inimicus inuadat, eiuſque ſanguis de noſtris (quod abſit) clamante propheta [e] manibus requiratur. Debemus inſuper quantum ex alto permittitur, pacem [f] inſerere, remouere [g] ſcandala, iurgiorum [h] amputare materiam, & intelligere ſuper egenum [i] & pauperem: quia non in finem obliuio erit pauperis, & patientia pauperum non peribit in finem. ¶ Sane [k] dudū bonæ memoriæ Bonifacius Papa octauus prædeceſſor noſter, quandam ſpecialem inter prælatos, rectores, ſeu ſacerdotes & clericos parochialium eccleſiarum ex parte vna, & Prædicatorum ac Minorum ordinū Fratres ex altera, ſuper faciendarum prædicationum audiēdarum confeſſionum per eoſdem Fratres, ac de eis relictis, & de funeralibus canonicæ portionis articulis conſtitutionem [l] edidit, certum his modū imponens, prout in eadē cōſtitutione plenius continetur. Sed pro ea quam intendebat quiete, turbatio nata eſt, pro concordia ſunt ſuborta diſſidia, & pullulatæ inquietudines pro tranquillitate noſcuntur: ſicque dum anſam ſoluiſſe ſe credidit, nodum [m] ligaſſe videtur, & ſeptem, vno hydræ [n] amputato capite, ſuſcitaſſe. Nec mirum, quia plerumque pariunt [o] nouitates diſcordiam, præſertim dum ab eo quod diu æquum viſum eſt, per nouam conſtitutionem receditur, nec quare recedatur, vtilitas euidens vel alia cauſa ſubeſt. ¶ Ideoque cupientes, vt ipſi gregi cura noſtra eò plenior impendatur, quò amplior in agro Domini operariorum numerus operetur, ſuper egenum intendētes, & pauperem, ac nouitatem per eandem conſtitutionem inductam: Statuimus de fratrum noſtrorum cōſilio, vt priorum ordinum Fratres, qui ad hoc deputati fuerint, in eccleſiis ac locis ipſorū, quæ impræſentiarū habent & in poſterum obtinebunt, ac in plateis communibus ſeu publicis, libere abſque diœceſanorū & aliorum prælatorum petita licentia valeant clero & populo prædicare, eique proponere verbum Dei. Caueant tamen omnino, ne hora in qua diœceſani prædicti prædicarent, vel corā ſe facerent prædicari, prędicent iidem Fratres: putamus etenim dignum, vt maiori [p] minor, & ſuperiori [q] inferior deferat in hac parte: niſi forſan aliud circa hoc facerent de voluntate diœceſanorum ipſorū, aut in ſtudiis generalibus prædicarēt diebus illis dumtaxat, quibus ſermones ad clerū fieri ſolent & ſolemniter prædicari, ſeu mortuorum funeribus, vel eorundem Fratrū feſtis ſpecialibus ſeu peculiaribus: quia in his caſibus cum diœceſanis in prędicatione concurrere poterunt. Vbi vero iidem diœceſani vocarent generaliter ad ſe clerum aliqua ratione, vel vrgente cauſa illum ducerent cōgregandum; ea hora in ſtudiis memoratis dieb⁹ ſępedicti fratres ab huiuſmodi prędicatione ceſſabunt. In eccleſiis autē parochialibus Fratres ipſi inuitis [r] eorum rectoribus ſeu ſacerdotibus (niſi iuſſi à ſuperioribus [s] eorundem) nō audeant prædicare. ¶ Sed † quia multotiens propoſitū verbum Dei audiētem à peccato nō retrahit, idcirco poſt prædicationem neceſſarium eſt pœnitentię ſacramentum, circa quod (niſi articulus neceſsitatis occurrat) ſacerdoti facienda oris confeſsio (prout ſcriptum eſt: Corde ad iuſtitiam creditur, ore autē fit confeſsio ad ſalutem [t]) exigitur: aliàs fruſtra eſſet in ſacramento eodem ſacerdotis (qui inter lepram & lepram debet diſcernere) miniſterium inſtitutum. Electi igitur ab eiſdem Fratribus ad au-

L 4 dien das

---

INter cū ctas.] ¶ Hæc conſtitutio habet ſex partes. In quarum prima procemium ad dicenda generale, & poſtmodū ſpeciale pręmittitur. Secūdo §. *Ideoque*. articulus de prædicationibus faciendis. Tertio §. *Sed quia*. articulus de cōfeſsionibus audiendis. Quarto §. *Porro*. articulus de lucris ſepulturarum deciditur. Quinto. §. *Ad hoc*. Papa clerum alloquitur. Sexto §. *Hæc autē*. hic ſtatuta per multa nō obſtantia firmantur.

a ¶ *Gregi Dominico.*] in quo debet eſſe aliquid ſpeciale. C. d' grege Dominico. l. vna. lib. 11. & cuius præcipuus eſt director. extra 6. lib. de electi. vbi. §. cæterum.

† Vide extrauagātem Sixti iiij. incip. Vices il li. tit. d' treu. & pace inter commanes.

b ¶ *Cōmiſſo.*] in perſona Petri, p hæc verba, Paſce oues meas. extra de elect. ſignificaſti.

c ¶ *Nō deſit.*] ne Papa faciat vt paſtores mali, quorū defectus ponuntur Ezechiel. 33. cap.

d ¶ *Lupus rapax.*] hæc verba dicta ſunt primo Beniamin. Gen. 49.

e ¶ *Propheta.*] ex Ezechiel. 3. ſanguinem eius, ſcilicet impij, de manu tua requiram. extra de offic. ordi. irrefragabili. 1. reſpon. & dic ſanguinem, ideſt, peccatum, quod eſt ſanguine piandum, vt Leuit. 4. & Hebræ. 9.

Sanguis impij de manu prælati requiretur.

f ¶ *Pacem inſerere.*] cū ſit vicarius regis pacifici, ideſt Chriſti, in procе. decret. ſic econtra inimicus homo, ideſt, dæmon zizania ſeminat. extra de elect. licet de vitanda.

g ¶ *Remouere ſcādala.*] extra 6. lib. de offic. lega. officij.

h ¶ *Iurgiorū amputare materiā.*] quæ ex cupiditate procedit. extra in procem. decret.

i ¶ *Egenū.*] in Pſal. 40.

k ¶ *Sane.*] hic proſequitur procemium ſpeciale recitans conſtitutionem, Super cathedram, quæ nominatur j. §. fin.

l ¶ *Conſtitutionē.*] quæ incipiebat: Super cathedram. & illa per iſtam reuocata, vt infra eod. in fi. eſt hodie approbata per Clementē quintum. patet in c. 2. de ſepul. in clem. Iſta autem quæ eſt Benedicti xj. ibidem reuocatur.

m ¶ *Nodū ligaſſe videtur.*] extra de verb. ſigni. cum olim.

n ¶ *Hydræ.*] hydra eſt ſerpens aquaticus, dictus ab hydor, quod eſt aqua, cui ſecundum fabulas vno capite abſciſſo plura naſcebantur eidem. ſecundum ſenſum autem moralem vnum male geſtum plura mala generat: qa vno principio illicito dato multa mala ſequuntur. authen. vt iudi. ſine quoquo ſuffrag. §. 1. coll. 2. & aqua cuius curſus obturatur, multos meatus facit.

Hydra quid ſit.

Vitium vnū plura generat.

*Pſal. 40.*

o ¶ *Pariunt nouitates diſcordiam.*] extra de cōſue. cū cōſuetudinis.

p ¶ *Maiori.*] Nota ſtatum prælatorum maiorem ſtatu religioſorū, at religioſi ad prælaturam aſcendere non debent. arg. 93. diſt. legimus. in fi. extra 6. lib. de elect. nullus. in fine.

q ¶ *Superiori.*] Not. q exempti vt Prædicatores & Minores iure cōmuni ſuperiores 1 epiſcoporum eſſe cenſentur, & ſi ijdem exempti in pluribus caſibus prælatis ſubſunt. extra de hæret. ad abolendā. extra 6. lib. de præb. c. 1. in fi. & aliquādo ſunt ſedis Apoſtolicæ delegati legatione generali. extra 6. lib. de ſta. regul. c. vnico. §. & quoniam. ff. de conſtit. principum. l. 2.

1 Intellige ſano modo; quoniam in his, in quib⁹ ſunt exēpti, epiſcopis nō obtemperāt, & ita poſſūt dici ſuperiores.

r ¶ *Inuitis.*] dic inuitū qui non probatur conſenſiſſe. ff. de furt. qui vas. §. vetare. ff. de procur. filiusfamilias. §. inuitus. & ff. de ſeru. vrb. præd. inuitū. Arg. cōtra. ff. de manda. qui patit.

Inuitus eſt qui non probatur conſenſiſſe.

s ¶ *Superioribus.*] ſuperiorem, voco diœceſanum ſeu illum, qui habet ius diœceſeos. & concurrere poteſt cum rectore. extra 6. lib. de temp. ordi. eos. & c. cū nullus. vt eſt metropolitanus, cui non eſt ſuperior in prouincia ſua, niſi in certis caſib⁹ not. extra de offi. ordin. paſtoralis.

t ¶ *Ad ſalutē.*] Rom. 10.

† Prædicatio non ſemper retrahit audientem à peccato.

*Rom. 10.*

diendas confeſſiones & pœnitentias iniungendas, libere auctoritate Apoſtolica abſq; licẽtia diœceſanorũ & aliorũ prælatorũ inferiorũ exẽptorum, & non exẽptorũ, quibus ſubſunt, qui ad cõfitendum accedunt, audiant eis peccata ſua cõfiteri volentes: Non religioſos, qui ſecundum ſtatuta ſuorum ordinum propriis prælatis cõfiteri debent, aut ab eis, ne confiteãtur aliis prohibentur, abſoluãt: ipſiſq; pœnitẽtias ſalutares iniungãt, intra ſibi deſignatos terminos ad huiuſmodi exercendum officiũ cõſtitutos. Excõmunicationis vero vel alias ſententias per prælatos latas cõtra hoc vel in eius fraudem, denũtiamus irritas & inanes, nec cõfeſſis ipſis Fratribus peccata illa, de quibus cõfeſſi ſunt eis & abſoluti pœnitentes, de illis ſacerdotibus propriis teneantur (ſicut etiã non tenentur) iterũ cõfiteri: nõ obſtãte cõſtitutione generalis cõcilij [a] †, quæ ſano intellectu (ne ſequatur abſurdũ, ꝙ per pœnitentiã dimiſſa peccata quis cõfiteri debeat, & ꝙ liberatus debitor adhuc ad ſoluẽdum remaneat obligatus) intelligenda eſt (vt ex ea pater) de illis, qui peccata ſua cõfiteri aliis neglexerunt. Sed ſacerdotes ipſis taliter cõfeſſis & abſolutis aſtricti ſint miniſtrare Euchariſtiæ, & extremæ vnctionis etiã ſacramentum. ¶ Super cõfeſsione autẽ facta Fratribus memoratis, cum de confitentis ſolius præiudicio (ſi falſum dicat) agat in iudicio animæ ſeu pœnitẽtię foro: ſtabitur ſimplici verbo illius, qui ſacramenta petit ꝓdicta, & dicit Fratribꝰ ſe cõfeſſum. Duos † tamẽ caſus excipimus, ſcilicet ſi ſacerdos aſſerat eum excõmunicatũ, aut notorie peccatorem. Sed videat, ne id dicat mendaciter, aut in dolũ vel in fraudẽ: quia ſi hoc egerit, à delicto tali niſi plene ſatisfecerit (ꝓterquã in [b] morte) abſolui neq̃at, nec de illo ad pœnitentiã aliter admittatur. ¶ Vt autẽ diœceſanis honor debitus reſeruetur, præcipimꝰ, vt Prouinciales Priores Prædicatorũ, & Miniſtri Minorũ ordinũ præfatorũ, per ſe vel alios verbo vel ſcripto eis ſignificent, ſe Fratres ad huiuſmodi confeſsionũ audiendarũ & pœnitentiarũ iniungendarũ officiũ elegiſſe, & nõ nominando, aut corã ipſis ſiſtendo eos, nec illorũ numerum exprimẽdo, petant humiliter à diœceſanis eiſdẽ, quod ijdẽ electi Fratres de ipſorũ beneplacito & licẽtia dictũ poſsint in eorũ ciuitatibꝰ & diœceſibꝰ intra eis determinatos fines officiũ exercere. Quod ſi denegẽt, vel intra triduũ nõ cõcedãt, extũc ijdẽ Fratres nihilominꝰ auctoritate eadẽ hmõi officiũ exequant̃. Datã vero licẽtiã per diœceſanorũ mortẽ nolumus terminari. Per hoc aũt nõ intendimus, ꝙ ſæpedicti Fratres, qui ad hoc eligẽtur officiũ exercendũ, plus habeant in audiẽdis cõfeſsionibꝰ & pœnitẽtiis iniungẽdis, quàm parochiales ſacerdotes noſcũtur habere. Sicque de caſibus epiſcopis & ſuperioribus, quos inferius annotamus, ac ſedi Apoſtolicæ reſeruatis, ſe nullatenꝰ intromittãt. ¶ Obſeruent ergo ſollicite dicti Fratres, ne ad cõfeſsiones recipiant criminoſos criminibus pro quibus ſolemnis eſt pœnitẽtia [c] indicenda: Modo eodem excommunicatos reſpuãt, & clericos, qui ꝓꝑ delictũ irregularitatẽ aliquã incurrerũt [d]. Incõueniẽs [e] enim exiſtimamus, vt à peccato abſoluat, qui pœnitẽtiã ei debitam imponere [f], aut irregularitatis pœnã peccati ſequelã [g], vel excõmunicationẽ, quæ infligitur maxime à iure [h] quandoq; pro crimine, quæve quem [i] ab Eccleſia, & per cõſequẽs à participatiõe eccleſiaſticorũ ſacramẽtorũ excludit [k], remouere nõ poteſt. ¶ Incendiarios, eoſq; qui tam enormibus ſunt irretiti peccatis, quòd ea rationabilis cõſuetudo præſcripta canonice in epiſcopatibus aliquibus reſeruauit epiſcopis, ſimiliter nõ admittant. quam conſuetudinem (ex cauſa, quæ iuſte ad id animũ noſtrum mouit) ſolũmodo circa voluntarios homicidas, falſarios, eccleſiarũ immunitatis, & libertatis eccleſiaſticę violatores, & ſortilegos approbamus. Quod ſi forſan antequã ab eo ꝗ poteſtatem habet, abſolui poſsint, mors taliũ cõfiteri volentium veriſimiliter timeatur, etiam in prędictis caſibus ſæpefati Fratres eos confiteri volentes audiant, ipſiſque beneficium abſolutionis impendãt, ſed ſubeant iuramentum, quòd liberati ſe ſuis epiſcopis & excõmunicatoribus præſentabũt: excõmunicantium ſuper his pro quibus ab eis excõmunicati erant, & epiſcoporũ pro peccato hmõi parituri mandatis [l]. ¶ Verum quia poſt baptiſmũ inter cætera magis ad ſalutem neceſſaria † eſt propoſitio verbi Dei, quo audiẽtes illud, quod eſt victoria noſtra, inſtruuntur in fide, docentur fugiẽda fugere, & ſectanda ſectari, à quo per peccatũ lapſi reſurgunt, pœnitentiæ ſacramentũ perficiunt; Grãdis nobis ſollicitudo incũbit, vt tales ad hæc promoueãtur Fratres, qui oleo dulcedinis verbi eiuſdẽ noſtros foueãt ſubditos, à peccatis prohibeãt: increpationis vino peccatorũ ſuorũ mordeãt vulnera, eoſq; ad illa pœnitentiæ acrimonia [m] purgandũ & tergendum prouocent [n] & inducant. Ad id vero exequendum ſententia † diuinæ legis expoſcitur, deſideratur ordo, & vitæ integritas etiam poſtulatur. Scriptum [o] eſt enim: Tu ſcientiã repuliſti, & ego te repellam, ne ſacerdotio fungaris mihi: quia labia [p] ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiã, & legẽ exquirunt ex ore eius: aliàs prout ad eum pertinet inter peccatũ & peccatũ nõ poſſet diſcernere, nec peccator exiſtens Dei deberet narrare iuſtitias, & teſtamentum illius aſſumere per os ſuum. Nam cuius vita deſpicitur, conſequens eſt vt eius prædicatio contemnatur. Quare decernimus, vt Priores, & Miniſtri Generales, & Prouinciales Prædicatorum, & Minorum ordinum præfatorum vel eo-

rum vica

† Scilicet Lateraũ ſub Innocentio iij. cap. 21.

Pœnitere eſt pœnam pro peccato tenere.

† Vide doctrinam concilij Trid. ſeſſio. 14. c. 7. de caſuũ reſeruatione.

† Verbi Dei ꝓpoſitio eſt ad ſalutẽ valde neceſſaria.

† forte, ſcientia.

*Oſeæ c.* 4.

*Malach.* 2.

*Pſal.* 94.

a ¶ *Concilij.* ] extra de pœni. & remiſ. omnis.

b ¶ *In morte.* ] extra de offi. ordi. paſtoralis. §. 1. extra 6. lib. de pœn. c. ſi. §. præſenti.

c ¶ *Pœnitentia.* ] indicenda. 50. diſtin. in capite. 26. q. 6. c. 1.

d ¶ *Incurrerunt.* ] quia idem factum eſt peccatum, & ipſum eſt pœna peccati, vt eſt clericidium, vel ablatio membri. 55. diſt. ſi Euangelica. ſecus ſi ex diuerſis factis emergerent, vt excõicatio, quæ eſt pœna peccati & irregularitas, quæ contraheretur propter immiſtionem excõmunicatione ſeu ſuſpenſione durante: & tunc poteſt fieri abſolutio à primo per ꝑlatũ, non diſpenſatio. exemplum pone ex 6. lib. de ſent. & re iud. cum æterni. extra 6. lib. de ſent. excõ. cum medicinalis.

e ¶ *Inconueniens.* ] declarat quod præmiſerat dicẽs, exiſtimamus incõueniens, vt ſcilicet ille abſoluat à peccato, qui non põt imponere debitam pœnitentiã ei, ſcilicet peccatori, & ꝗ non poteſt remouere irregularitatem, ſequelã peccati, & cætera.

f ¶ *Imponere.* ] ſcilicet non poteſt, quod eſt infra: nam cũ pœnitere ſit pœnam pro peccato tenere, & pœna ſit menſura culpæ not. extra 6. lib. de pœn. c. ſi. §. illud. & §. ſeq. vbi debita pœna nõ poteſt infligi per aliquem: ergo nec pœnitentia ſalutaris.

g ¶ *Sequelam.* ] vt dicto cap. ſi Euangelica.

h ¶ *A iure.* ] 17. q. 4. ſi quis ſuadente.

i ¶ *Quem.* ] ideſt aliquẽ.

k ¶ *Excludit.* ] de iſtis excõicationibus maiori & minori habetur extra de ſent. excom. nuper. & cap. penul.

l ¶ *Mandatis.* ] extra de ſent. excõ. decætero. & c. ea noſcit. & c. quãuis.

m ¶ *Acrimonia.* ] hoc verbũ expoſui extra 6. lib. de ſtatu reg. c. vnico. §. finali.

n ¶ *Prouocent.* ] hic accipit in bona parte, vt alìàs. ff. de ædil. edic. ꝙ ſi nolit. §. qui mãcipia.

o ¶ *Scriptum.* ] Oſeæ 4. extra de renun. c. niſi cũ pridem. §. pro defectu.

p ¶ *Labia.* ] Malac. 2. & extra de hæret. cum ex iniuncto. ver. licet.

a ¶ *Epiſcopalis quarta.* ] de qua habetur 12. q. 2. conceſſa. & tribus cap.ſequentibus.

b ¶ *Ruſtica prædia.* ]prędium ruſticum ab vrbano non loco, ſed qualitate ſecernitur. C. d̄ p̄d. mino. l. ſi prædium.

c ¶ *Non miſereatur.* ] argu. C. ne fil. pro pāt. authent. habita.

d ¶ *Voluntatem.* ] argu. extra de exceſ. præl. nimis. 1. reſponſo.

e ¶ *Triturantis.* ] Deut. 26. extra de præb. extirpandæ. 1. reſpon. & 1. Timoth. 5.

f ¶ *Necare.* ] ff. de alie. & exhib. li. necare.

g ¶ *Inopes.* ] authen. de colla. §. nullus autē moleſtetur. coll. 9.

h ¶ *Immunes.* ] C. de ſacroſan. eccle. ſancimus 2. auth. de eccle. tit. §. ſi quis vero res. coll. 9.

i ¶ *Falcidiā.* ] C. ad leg. Fal. auth. ſimiliter. quæ ſumitur ex authē. de eccleſ. tit. §. ſi autē hæres.

k ¶ *Portionis.* ] extra de teſta. cap. fina.

l ¶ *Non deſint.* ] C. de ſacroſan. eccl. priuilegia. in fine.

m ¶ *Nequaquā obſtantibus.* ] de viribus iſtorum nō obſtantium notatur in extrauaganti, rem non nouam. in fi. Ioan. Monac.

rū vicarij, de diſcretorū cōſilio ad tā ſalubre officiū Fratres diuina ſcientia doctos, diſcretione vigētes, vita probatos, & expertos moribus (alioquin diſtrictā reddent in futuro examine rationem) eligāt & aſſumāt: ſic enim quod prædicabūt, faciēt: quæ arguēt, operari ceſſabunt: & in eis ædificabitur populus verbo pariter & exēplo. Cæterū (licet ſicut prædicitur) de neceſſitate non ſit iterū eadē cōfiteri peccata: tamen quia propter erubeſcentiā, quæ magna eſt pœnitentiæ pars, vt eorūdē peccatorū iteretur cōfeſſio, reputamus ſalubre: diſtricte iniūgimus, vt Fratres ipſi cōfitētes attente moneāt, & in ſuis prædicationibus exhortentur, ꝙ ſuis ſacerdotibus ſaltem ſemel confiteantur in anno: aſſerēdo id ad animarū profectū procul dubio pertinere. ¶ Porro vt circa ſepulturā apud loca eorūdē Fratrū eligentiū ſepeliri, & portionē canonicā de relictis eiſdē Fratribus minime detrahendā, nequeat in poſterū dubitari: iubemus, vt corpora defunctorū, qui apud eorundē Fratrū loca elegerint, dum viuerent, ſepulturā, proceſſionaliter cum cruce, thuribulo, & aqua benedicta, cantando ſeu legēdo officiū mortuorū, vel pſalmos, & alienas ingredientes parochias, poſſint aſſumere, & ad ſuas deferre eccleſias tumulanda. De quibuſcunq; vero relictis præfatis Fratribus in cōmuni, vel ſingulis vltimis deſcēdentium voluntatibus, ſiue apud eos ſepeliendi ſint, ſiue alibi: nulla per parochiales ſacerdotes moriētiū, à qua Fratres ipſos liberos eſſe volumus, canonica portio, vel multominus per epiſcopos epiſcopalis [a] quarta omnino, cum eis tāquā exēpti non ſubſint, nec etiā debita iure parochiæ, ſi forſan cathedralis defunctorū eſſet parochialis eccleſia, detrahatur. De funeralibus autē medietatē, ſi cōmode diuiſionē recipiāt: aliàs eiuſdem medietatis æſtimationem ſoluāt parochiali eccleſiæ, & ſacerdotibus antedictis. Funeralia vero intelligūtur hoc caſu, quæ cū funere deferuntur. De cādelis vero, quas Fratres portāt, portio nō petatur. Moneāt autē iidē Fratres, & pro poſſe inducāt cōfitentes ſibi, vt de propriis bonis ſuis parochialibus eccleſiis, eorumque ſacerdotibus competenter relinquant, & quæ eis debent parochialia iura reddant. Ad hoc non murmuret quæſumus ſæcularis clerus, non gerant moleſte prælati, quòd circa præmiſſa ſic duximus prouidendum. Attendant quanta ex iis, quæ in primis duobus articulis ſtatuta ſunt, ſalus animarum proueniat. Aduertant quanta tollantur iurgia, & patenter conſiderent, quòd eorum onera cum aliis noſtro beneficio ſalubriter & quaſi neceſſario patiuntur. ¶ Circa tertium vero articulum diligenter intelligant, quòd Fratres ipſi hoc per priuilegia Romanorum Pontificū eis benigne conceſſa, ante cōſtitutionē eandem hactenus habuerunt. Quòdque ſunt pauperes, nil habentes ſinguli, in cōmuni ruſtica [b] prædia, immo nec vrbana, vel mobilia, eorū alteri vel etiā vniuerſi mēdicāt victū, quærunt veſtitū, & eatenus ſuſtinere poſſunt, quaten⁹ vel viuorū pietas, aut morientiū charitas eis neceſſaria ſubminiſtrat. Quis ergo nō miſereatur [c] eorum q omnia, voluntatem [d] habendi etiam reliquerūt? Quis non cōpatiatur eiſdē operantibus tā vtiliter in agro prædicto? Certe nullus niſi qui triturātis [e] bouis os impie alligare velit, aut eos ſubtractis alimentis necare [f]. Inopes [g], patrimonij onera ipſa nō habendi neceſſitate nō ſuſtinēt, & à curialib⁹ res eccleſiis vel piis locis donatas, à quartæ præſtatione, ſeu lucratiuorū inſcriptionib⁹ lex facit immunes [h]. Relicta pauperibus nō patiuntur Falcidiā [i]. Et legata ad fabricā, vel pro ornamētis eccleſiæ, aut ad diuinum cultū perpetuum, ſolutioni non ſubiacent canonicæ portionis [k]. Pauperes autem (vt dictū eſt) ſunt Fratres: & quod eis relinquitur, aut in ſua alimēta erogāt, aut in fabricā, ſiue in cultum diuinum, & eccleſiæ ornamēta cōuertunt. Propter quod nos, qui debemus intelligere ſuper egenum & pauperē, & nō obliuiſci eorum, cū humanitatis ſit etiā ſæcularis principis proſpicere egenis, & dare operā vt pauperibus alimēta nō deſint [l], nō tā pie quàm quodāmodo iuſte in eodem articulo egimus, egenos eoſdē (vt premittitur) reddendo ab onere canonicæ portionis exēptos. Hæc autē (dicta cōſtitutione, quæ incipit: Super cathedrā, quam penitus reuocamus, aliiſque quibuſcumque cōſtitutionibus ſpecialib⁹, & generalibus ſtatutis, priuilegiis, indulgētiis, ſub quacumque forma verborū cōceſsis, etiā ſi de ipſis de verbo ad verbū, vel aliquorū nominibus in noſtris litteris oporteret fieri mentionē, conuentionibus pactis, iuramentis, ſententiis, cōſuetudinib⁹ cōtrariis, nequaquam obſtātibus [m]) inuiolabiliter obſeruari ſancimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti, denūtiationis, exemptionis, præceptorum, approbationis, iuſſionis, voluntatis, reuocationis, & ſanctionis infringere. Si quis autem, & cætera.

Funeralium nomine q̄d intelligatur.

Falcidia non debetur de relictis pauperibus.

*Pſal. 40.*

Pauperibus ſubueniēdū eſt.

Clemens quintus.

¶ *Rex Franciæ & regnicolæ per Extrauagantem: vnam ſanctam. ſupra de maio. & obedien. non amplius ſubiiciuntur Eccleſiæ Romanæ, quàm prius erant.*

## CAPITVLVM II.

MEruit chariſsimi filij noſtri Philippi regis Frācorum illuſtris ſyncerae affectionis ad nos & Eccleſiam Romanam integritas, & progenitorum ſuorum præclara merita meruerunt: Meruit inſuper regnicolarum puritas ac deuotionis ſynceritas vt tam regem, quàm regnum fauore beneuolo proſequamur. Hinc eſt quòd nos regi & regno per definitionem & declarationem bonæ memoriæ Bonifacij Papæ octaui prædeceſſoris noſtri, quæ incipit: Vnam ſanctam, nullum volumus vel intēdimus præiudicium generari. Nec quòd per illam rex, regnum, & regnicolæ prælibati amplius Eccleſię ſint ſubiecti Romanæ, quàm antea exiſtebant: Sed omnia intelligantur in eodem eſſe ſtatu, quo erant ante definitionem præfatam; tam quantum ad Eccleſiam, quàm etiam ad regem, regnum, & regnicolas ſuperius nominatos.

Regnū Franciæ papa fauore proſequitur.

¶ Eugenius

¶ Eugenius quartus.

*¶ Ordinarij non poſſunt ferre cenſuras in ſuos ſubditos pro ſuis negotijs Romam euntes, ibi manentes, aut ab ea recedentes, nec illos priuare beneficijs: quod ſi fecerint, irritum eſt. Et ſi beneficia illorum alijs ſint collata, tam dantes quàm recipientes ipſo facto ſunt excommunicati, & à ſolo Papa abſoluendi.*

## CAPITVLVM III.

† Vide concilium Trid. ſeſſio. 23. de reform. c. 1. circa finem. & ſeſſio. 24. de reforma. c. 11. §. quæ vero priuilegia.

DIuina † in eminenti ſedis Apoſtolicæ ſpecula diſponente clementia conſtituti, ad ea libenter intēdimus, per quæ officiales prædictę ſedis obſequiis eius (ad quam veluti fidelium omnium matrem, pro animarū ſalute quærenda & iuſtitia proſequēda, de diuerſis mūdi partibus cōfluit multitudo) tutius & quietius ſe prōptiores valeāt exhibere: Hinc eſt ꝙ nos ex certis rationabilibus cauſis moti, etiā nōnullorū prædeceſſorū noſtrorū veſtigiis inhærentes, diſtrictius inhibemus locorū ordinariis, necnō cōmiſſariis & delegatis eorum, cæteriſque vniuerſis & ſingulis quacūq; poteſtate & auctoritate præfulgeant, cuiuſcūq; dignitatis, gradus vel præeminentiæ fuerint, ne cōtra officiales præfatos quocunq; nomine nuncupētur, in noſtris & dictæ ſedis obſequiis nunc & pro tēpore exiſtentes, necnō quoſcumq; alios pro ſuis & eorū cauſis vel negotiis proſequendis ad ſedem prædictā venientes, ac in ea (durante negotiorum & cauſarū huiuſmodi proſecutione) morā trahentes, & recedentes ab eadē, procedere, aut in eos excōmunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti, aut priuationis officiorum, aut beneficiorum, ſeu quāuis aliā ſententiam promulgare præſumāt. ¶ Nos enim omnes & ſingulos proceſſus & ſententias cōtra tenorem & mentē noſtræ inhibitionis huiuſmodi latas & habitas, & in poſterum habendas, ac etiā promulgandas, & quæcumq; inde ſecuta, declaramus nulla, irrita, & inania, nulliuſque extitiſſe vel exiſtere roboris vel momenti. Necnon quicquid in contrarium à quoquā, quauis auctoritate ſciēter vel ignorāter attentatum forſan eſt hactenus, vel in poſterum contigerit attentari, etiā decernimus irritū & inane. Et nihilominus in omnes & ſingulos ordinarios, & officiales cōmiſſarios & delegatos eorū, qui ſe de dignitatibus ac beneficiis eccleſiaſticis quibuſcumq; officialium, aut negotia huiuſmodi apud dictā ſedem proſequentium prædictorum, eos illis forſan priuādo atq; priuatos decernendo ſeu declarando, vel cuiuſcumq; priuationis prætextu illa perſonis aliis cōferendo, ſeu de illis in eos quomodolibet ſe intromittendo, tam in dātes quam in recipientes excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti latas ſententias promulgamus, quas volumus eos ipſo facto incurrere. A qua quidem excommunicationis ſententia abſolui nequeant, niſi à nobis vel per nos deputandis, præterquā in mortis articulo cōſtituti. ¶ Præmiſſa autem à die affixionis præſentiū ad valuas baſilicæ principis Apoſtolorū de Vrbe, ex certa ſcientia quoſcūq; ligare volumus & arctare. Nō obſtantibus Apoſtolicis & quibuſcumq; generalibus, aut prouincialibus, aut ſynodalibus cōciliis, edictis, cōſtitutionibus, ordinationibus, & Apoſtolicis priuilegiis, per quæ effectus præſentiū impediri poſſet quomodolibet vel differri, etiam ſi de illis eorumque totis tenoribus habenda eſſet in præſentibus mentio ſpecialis: & quæ præſentibus volumus habere pro ſufficienter expreſſis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ inhibitionis, declarationis, cōſtitutionis & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotētis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datū Romæ apud ſanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ M.cccc. xxxij. octauo idus Martij, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Dantes & recipiētes quādoque æqualiter puniuntur.

a EXhibita.] b ¶ Conſtitutionem.] quæ incipit: Suſcepti. & eſt vna de xx. gloſſatis per Zenzelinū, & poſita ſub tit. de elect. Et inter has reperitur cum glo. Gulielmi de monte Lauduno in titu. ne ſede vacante.

¶ Ioannes xxij. Magiſtro & Fratribus hoſpitalis ſancti Ioannis Hieroſolymitani.

*¶ Præmiſſo tenore duarum conſtitutionum, dicit quòd hoſpitalarij ſancti Ioannis ex ſtatuto, conſuetudine, vel priuilegio habentes annalia beneficiorum vacantium, percipere debent portionē, quā haberent beneficia obtinentes, ſi in illis eſſent reſidentes.*

## CAPITVLVM IIII.

EXhibita [a] nobis ex parte veſtra petitio cōtinebat, quòd dudū poſt conſtitutionem [b] per nos editam, qua ſpecialiter & expreſſe cauetur, quòd habentes annalia in eccleſiis de cōſuetudine, priuilegio vel ſtatuto, qui ratione dictorū annaliū fructus primi vel ſecūdi, vel alteri9 cuiuſcūque ſequētis anni beneficiorum vacantium ſibi hactenus in totum vendicauerāt, nihil exinde vltra ſummā, ꝓ qua vnumquodque beneficiorum ipſorum cōſueuit in decimæ ſolutione taxari, prætextu cuiuſuis priuilegij, conſuetudinis, vel ſtatuti, quouis modo perciperēt; ſed ipſius ſummę perceptione dūtaxat deberent eſſe contenti, totali reſiduo prædicta obtinentibus beneficia remanſuro: niſi forſan illi qui fructus illos ſoliti eſſent cū integritate percipere, mallent ipſum habere reſiduum, & obtinētibus beneficia dimittere ſummā memoratā: quo caſu percipiēdi quod mallēt, erat eis optio derelicta. Quandam aliam declaratoriā cōſtitutionem fecimus, in qua ſpecialiter cauebatur, quòd ſi huiuſmodi beneficium obtinentes in eccleſia, in qua ſpecialiter illud beneficium exiſteret, minime reſiderēt, ad debitū ſeruitium impēdendū capitulo eiuſdē eccleſiæ nihil deberet accreſcere, cum ceſſante cauſa † ceſſare debeat pariter quod vigebat. Quodque ex verbis declarationis huius ſatis innui videbatur: ꝙ fructus beneficiorū non reſidentiū accreſcere debeant habētibus annalia memorata. Verum ex eo quòd in declaratione dicta nō cōtinetur expreſſe de perceptione annalium beneficiorū vacātiū vobis debitorū de prædictis cōſuetudine, priuilegio, vel ſtatuto, quo ad fructus non reſidentium in eiſdem, qui vobis accreſcere debent, nullū adhuc cōmodum aſſequi potuiſtis, licet (vt prēmittitur) dicti fructus capitulo nō accreſcant. Quare nobis humiliter ſupplicaſtis, vt quod in huiuſmodi declaratione noſtra tacite innuitur, declarare expreſſius dignaremur. ¶ Nos itaque petitionem veſtrā iuri conſonā æſtimātes, ac propterea in hac parte quieti & indemnitati veſtræ prouidere volētes, præſenti oraculo declaramus, ꝙ fructus prædictæ eccleſię vel beneficij vacātis, cuius annalia in quibus cōſiſtunt, debentur vobis ex priuilegio, conſuetudine, vel ſtatuto, etiā pro ea parte, quæ obtinētibus præbendam vel beneficium huiuſmodi (ſi in eccleſia vbi illa conſiſtunt perſonalem reſidentiā facerēt) deberetur, ſi non reſideant ibidem vere vel interpretatiue, vtpote per ſpeciale priuilegium Apoſtolicum,

† l. adigere. §. quāuis. ff. de iure patr. c. cum ceſſante. de appel.

Annaliū perceptio multiplici iure poteſt competere.

Petitio iuri conſona exaudiri meretur.

Beneficiat9 à reſidentia faciēda quādoq; excuſatur.

licum, vel aliàs ex cauſa rationabili ab huiuſmodi reſidentia legitime excuſentur, cum dicta pars (vt præmittitur) capitulo non accreſcat, vobis accreſcere debet ſecundum intentionem & mentem declaratoriæ memoratæ. Nulli ergo, & cætera, vt ſupra. Si quis autem hoc, & cætera, vt ſupra. Datum Auinione Calen. Martij, Pōtificatus noſtri anno v.

## De pœnis.

¶ Ioannes xxij.

*¶ Epiſcopus Caturcen. propter varios exceſſus per ipſum perpetratos, præſertim quia ſedi Apoſtolicæ ſuis ſubditis & ſibiipſi iniurioſus fuerat, varias pœnas incurrit, quoniam perpetuæ depoſitionis ſententiam meruit, priuatuſque fuit pontificali, ſacerdotali, & alio quolibet officio, & ad perpetuum carcerem condemnatus. Doctrina vtilis hic nobis tribuitur, vt ſcilicet cognoſcamus crimina & exceſſus, quibus prælatus deponi poſſit. Facit ad hoc cap. veritatis. extra de dolo & contu. & cap. ex litteris. & cap. tanta eſt clauis Petri. de exceſ. præl. Et niſi antiqui libri hoc capitulum ſub titulo, de pœnis, annotauiſſent, ſub titulo, De exceſſibus prælatorum, poſitum fuiſſet.*

CAP. VNICVM.

Diuinis exemplis, quæ noſtrorum debent eſſe actuum regula, patenter inſtruimur, aures noſtras ſubditorum à ſuis præpoſitis oppreſſorum indebite, & aggrauatorum iniuſte, non obturare clamoribus, ſed ipſis ipſas potius compaſſiuis affectibus inclinare, vt ſi per ſolertis inquiſitionis indaginem clamores huiuſmodi opere † completos eſſe viderimus, liberationis opportunæ remedium ſollicitis ſtudiis apponamus, pœna nihilominus debita puniturі in hanc patratorū qualitatem exceſſuū illicitos oppreſſores. Omnipotens etenim Dominus audito † clamore populi ſui propter duritiā eorum, qui operibus præerant, dolentis, ad liberandū eum deſcendit: Et ſummi tēpli præpoſito, qui iuxta nominis interpretationem in vias prauas inique diuerterat cōminando, ſic ait †: Expellā te de ſtatione tua, & de tuo miniſterio te deponā. Dudū ſiquidem fama graui, clamore frequenti, & querela flebili ſubditorū deferētibus nobis Hugonē Geraldi olim Caturcenſem epiſcopū, de multiplicatis exceſsibus, oppreſsionibus grauibus, enormibuſque criminibus eſſe reum: nos mala huiuſmodi nolētes ante credere, quàm probare, ſuper illis inquiſitionem per nos & alios fieri fecimus diligentē. Et demū inquiſitionis ipſius viſo & examinato proceſſu, luculenter inuenimus, q; eius fuerat vitioſus ingreſſus, cum per ambitionē nimiā & per abrupta ſimoniacæ prauitatis ad pontificalē aſcendiſſet honorem. Progreſſus autē eius (vt execrando conueniret initio) iniurioſus extiterat quo ad tria: Primo videlicet quo ad Apoſtolicā ſedem, cui (licet ipſum honoraſſet in multis, & tandem ad Epiſcopalis dignitatis apicem promouiſſet) terga vertens, non faciem, cōtemptum pro gratia, maleficium pro beneficio, & vituperium retulit pro honore: Appellationibus interdum ad ſedem ipſam ab eo vel officialibus eius per ſubditos oppreſſos emiſſis nedum deferre contemptibiliter renuens, ſed eas verbo vilipendens, & facto ſuis præcipiēdo miniſtris, quòd de appellationibus huiuſmodi non curarent, ac nihilominus appellantes (quibus contra oppreſſiones debuerat eſſe appellatio ipſa remedium) nunc per captionis iniuriam, nunc per ſpoliationē beneficiorum, & aliàs indebite affligēdo multipliciter, non abſque vitio ingratitudinis violans iuramentum fidelitatis ab ipſo præſtitum dictæ ſedi: nec veritus matris Eccleſiæ trāſgreſsionem apertā, nonnullis quandoq; per ſuas patentes litteras de vacaturis mandauit beneficiis prouideri, vias ad vacationem eorum aperiens nimis illicitas & ſuſpectas: pernicioſus etiā fuit & frequens litterarum Apoſtolicarum abuſor. Secundo vero quantum ad ſubditos, erga quos non pij prælati vel paſtoris peregit officium, quinimmo tamquam fur improbus, crudeliſque tyrannus ſub pallio charitatiui ſubſidij incuſsis terroribus, violētiis, & iniuriis illatis, doloſis inductionibus & fraudib⁹ exquiſitis, veluti recurſor iniquus, extorſionibus eos intolerabilibus prægrauando, nunc binas in anno, nūc plures in die, nūc alias nimium exceſsiuas & eccleſiis importabiles, vtpote multiplicato euictionum numero canonibus † diffinito, interdum per ſe, interdum per alios procurationes exigendo, pro libito viſitationis officio quandoque nullatenus, & regulariter non ad fructum correctionis, ſed ad ſaturādæ cupiditatis affectum impenſo, ad alios quæſtus illicitos & damnatos ſuum exacuit frequēter ingenium, nec de modo, nec de cauſa curauit. Et cum inuenit ſubditos ſuis in hoc reprobandis affectib⁹ non parentes, nec aliàs ab eis exigere potuit cōcupita, calumnioſas delationes fieri, contra eos lites moueri & diuerſa eis grauamina ſubdole procurauit pluries inferri. Prętereа nō citatos legitime, nec conuictos etiam aut confeſſos ſuis priuauit beneficiis occaſionem pro cauſa cōfingens, nō rationē in his, ſed tyrannidē potius proſequēs perſonalē. Multa falſa ſciēter inſtrumēta dictauit, per ſuos illa faciēs notarios publicari: & vt illis qualē ipſe habuerat ad eccleſias prębèret ingreſſum, inſtituere ei pſentatos, ſeu inſtitutionis ſuæ eis cōcedere litteras ſæpius renuit, niſi primitus certa ſibi & magna pecunia propter hoc exoluta. Multa eccleſiaſtica beneficia, nūc permutationis prætextu, nūc vero ſimpliciter in ſuis manibus reſignata, modo iure (vt ptēdebat) ordinario, modo ſuper hoc (vt dicebat) Apoſtolico munimine indulto, de facto ſcienter cōtulit interuenientibus fraude, pacto, & ſimoniaca prauitate ſubiectas ſibi eccleſias occupās, earū redditus vſurpauit: & ſic in ſuis fuit corruptus iudiciis proceſſum eorū & finē in pecuniarū cōmodū ordinando, quandoq; iuſtificās impiū, innoxiū iniuſte condēnans. ſic & alios corrūpere iudices pro obtinēda ſuper oppreſsionibus inchoatis iniuſta victoria niſus fuit. Tertio, quantum ad ſe, vt qui ſibi nequam exiſteret, nulli alij bonus eſſet: ſuæ namque famæ prodigus ſe periuriis patenter inuoluit, irregularitatiſque laqueis irretiuit, & (quod referre pudet) in corpus ſuum fornicando peccans per cōtinuatum incōtinentiæ vitium, quo ſe dudum fœdauerat, pontificali poſtea decoratus honore, in ſua ponere gloria maculam, & fœmora ſua nō erubuit mulieribus inclinare. In his quidem eius ſit reprehendendi ingreſſus, ſic ſcādaloſus, pernicioſus exemplo progreſſus, vt vitio huiuſmodi ſiue culpis neſcius finē imponere, & periculoſus egreſſus, cū adeo foret in ipſo habituata malitia, quòd (remanente ſibi ad ſolita facultate) in iniquitatis opere voluntatis ſibi deficere minime ſperaretur. Propter quod ne prioribus peius committeret, illud

ſolum

† Geneſ. 18.

† Exodi cap. 3.

† Eſa. 22.

Prælati non debent eſſe creduli.

Appellatio eſt remediū contra oppreſſiones.

Prælatus erga ſubditos paſtoris officium peragere debet.

† Vide concilium Lateranen. ſub Alexandro iij cap. 4 Concilium Lateranē. ſub Innocentio iij. c. 33. Cōcilium Oxonienſe. cap. vt ſingula. & concilium Trident. ſeſſio. 24. de reformat. cap. 3.

ſolum æſtimamus ſalubre remedium, vt quod velle non poteramus auferre, eriperemus vel poſſe. ¶ Nos itaque ſuper præmiſſis & pluribus aliis eius nefandis exceſſibus cum fratribus noſtris ex ſano cōſilio deliberatione cohabita diligēti, in præfatum Hugonem Geraldi, qui ſe omni honore ac dignitate reddidit tam indignum, quique ob ſuas iniquitates ne præſit eſt abiectus à Deo, ſuis ligatum peccatis omnique honore ac dignitate pontificali iam priuatum à Domino, de conſilio omnium & ſingulorum fratrū ipſorum perpetuæ depoſitionis ſententiam duximus promulgandā: Pontificali eum & ſacerdotali, & alio quolibet officio priuantes, & ad perpetuū carcerē condemnantes: vt ibi cōmittendis ceſſantibus, agat pœnitentiā de cōmiſsis. Nulli ergo hominum liceat hanc paginā noſtræ promulgationis & cōdemnationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotētis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Auinione xv. Calen. Iunij, Pontificatus noſtri anno ij.

## De pœnitentiis & remiſſionibus.

¶ Bonifacius octauus.

¶ *Centeſimo quoque anno viſitantibus baſilicas Petri & Pauli Apoſtolorum pleniſſima peccatorū venia conceditur.*

CAP. I.

Antiquorū † habet fida relatio [a], quòd accedētibus ad honorabilē baſilicā [b] principis Apoſtolorū [c] de Vrbe, [d], conceſſæ ſunt magnę remiſsiones & indulgētię peccatorū [e]. ¶ Nos igitur qui iuxta officij noſtri debitū ſalutē appetimus & procuramus libentius ſingulorū huiuſmodi remiſsiones & indulgētias omnes & ſingulas ratas, & gratas habētes [f], ipſas auctoritate Apoſtolica cōfirmamus, & approbamus, & etiam innouamus, & præſentis ſcripti patrocinio cōmunimus. ¶ Vt autē beatiſsimi Petrus & Paulus Apoſtoli eo amplius honorētur, quo ipſorū baſilicæ de Vrbe deuotius fuerint à fidelibus frequentatæ, & fideles ipſi ſpiritualiū largitione munerū ex huiuſmodi frequentatione magis ſenſerint ſe refertos [g]: Nos de omnipotētis Dei miſericordia, & eorundem Apoſtolorum eius meritis & auctoritate confiſi de fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, omnibus in præſenti anno milleſimo trecenteſimo à feſto Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti prę terito proxime inchoato, & in quolibet anno centeſimo ſecuturo, ad baſilicas ipſas accedentibus reuerenter vere pœnitētibus & confeſsis [h]: vel qui vere pœnitebūt & cōfitebuntur [i] in huiuſmodi præſenti & quoli-

Antiquorum.] ¶ Hæc epiſtola ſatis groſſe fuit cōpoſita. Et habet ſex partes. Primo, ſuper remiſsionibus & indulgentiis cōceſsis accedētibus ad Eccleſiā principis Apoſtolorum de Vrbe fidam antiquorum relationem cōmemorat. Secundo, §. *Nos igitur.* remiſsiones & indulgentias huiuſmodi cōfirmat, approbat, & innouat. Tertio, §. *Vt autem.* accedentibus ad eccleſias beatorum Apoſtolorū Petri & Pauli de Vrbe, vere pœnitentibus & cōfeſsis pleniſsimā indulgentiam peccatorū dat. Quarto, §. *Statuentes.* quid pro indulgentia prędicta dictis vere pœnitentibus & confeſsis fieri oporteat ſtatuendo taxat. Quinto, §. *Vnuſquiſque tamen.* antipophorizat. Sexto, §. *Nulli.* inhibēs præmiſſa non infringi, vult, vt ſecus facientes maledictionē incurrāt.

a ¶ *Relatio.* ] ad quam recurrendum eſt in antiquis. ff. de lega. 3. ſi chorus. §. 1. extra de ꝓba. cap. cum cauſam.

Baſilica qd eſt.

b ¶ *Baſilicā.*] id eſt eccleſiam. extra de relig. dom. c. 1. 16. q. 7. omnes baſilicæ. Et proprie eſt domus regia, vel palaciū regis: ſed modo per tranſlationē dicitur eccleſia: quia eſt palatium ſummi regis.

c ¶ *Apoſtolorū.* ] ideſt beati Petri, qui primatū habuit, & ſucceſſores ſui in Eccleſia Dei. 21. diſt. in nouo.

d ¶ *De Vrbe.* ] loquitur vulgariter: nam loquendum eſt vt plures, arg. extra de tranſla. epiſ. inter corporalia. §. ſed neque. nam re vera eccleſia ſancti Petri nō eſt in Vrbe, ſed in ciuitate Leonina. & minus eccleſia ſancti Pauli, de qua etiā dicitur, quòd non eſt in continentibus ædificiis. Quid autem importet hoc nomen, Vrbs, villa, ciuitas. not. extra lib. 6. de ſent. excom. ſi ciuitas.

e ¶ *Peccatorum.*] id eſt pœnarum pro peccatis debitarum. ſic ponitur 2. Machab. 12. in fi. ibi, ſancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur.

f ¶ *Habentes.*] per hāc ratificationē & confirmationē nō ratificātur niſi legitime conceſſa. extra lib. de reſcript. ſi gratioſe. §. fin. extra de elect. dudum 2. §. penult.

g ¶ *Refertos.*] nō refectos, quia refectio proprie eſt corporis, ſed refertio eſt proprie mētis; vnde, dic refertos, id eſt plenos, bene fartos, obeſos, ſeu craſſos. Et deſcendit refertus de refercio, cis, quod componitur de re & farcio, cis. Ioan. Monachus.

h ¶ *Et confeſsis.*] qui eſt vere pænitēs & cōfeſſus, habet veniā culpæ, quā ſolus Deus in cōtritione remittit, quæ nō datur niſi correcto. extra lib. 6. de reg. iur, peccati venia. & pœna æterna debita ꝓ culpa mortali cōmutatur à Deo in pœnā temporalem. Nam ſicut culpa reſpectu illius in quem comiſſa eſt, fuit infinita, ſic & pœna debet eſſe infinita, cuius infinitas tollitur per remiſsionem culpæ. Sed quanta remaneat, ignorat miniſter Dei, qui in pœnitentiæ ſacramēto aliquā portionē illius pœnæ remittit. vnde miniſter Dei poſt præmiſſa arbitratur de pœna, quā credit ſupereſſe ad arbitriū ſuum, & ſic intelligitur ꝙ omnes pœnitētiæ ſunt arbitrariæ. 16. q. 7. tempora. extra de pœni. & remiſ. quæſitū. & c. ſeq. Tanta tamē poſſet eſſe contritio confitentis, ꝙ nedū culpa, ſed pœna prorſus tolleretur: verū quia hoc eſt dubiū apud homines, miniſter Dei præſertim vicarius Chriſti & ſucceſſor Petri iſtā pœnā certis de cauſis vt hic, & in voto vltramarino, & quibuſdā aliis cōmutat in certos actus ſatisfactorios. Sed pone: iſte miniſter minus diſcrete, ſeu ſine cauſa legitima taxat: nūquid cōfeſſus ad plus tenebitur? Dic ꝙ ſic, vt ſuppleatur qđ de iure deficit. ff. de re iud. l. 4. §. ſi quis condēnatus. & hoc requirit virtus diuinæ iuſtitiæ. manet ergo Petri iudiciū, vbicūque ex ipſius æquitate fertur iudiciū. 24. q. 1. manet. 11. q. 3. tunc vera. eſt enim ſibi cōmiſſum diſpēſare [1], id eſt diſcrete penſare, nō diſsipare. ff. de offic. procu. Cæſa. l. 1. nec nego, quin ſit abſolutus, ita ꝙ pœna æterna cōmutata eſt in temporalē, quia hoc video in eo qui nō eſt miniſter. extra de elect. dudū 2. Et ibi eſt abſolutus nō propter ſacramentū fidei, ſed propter fidē ſacramēti: ſed indiſcretio miniſtri in hoc ſe onerātis vel mei cōfitentis à debita pœna tēporali me non releuat confitentē. Et dic, confeſsis propoſito & facto.

Peccati pœna debet eſſe infinita.

Qualiter intelligatur, qđ pœnitentiæ ſunt arbitrariæ.

† Vide doctores ſcholaſticos libro 4. ſen. dict. 19. 20. & 21. inde enim fient aperta, quę traduntur in textu & gloſſis. adde Roffenſem contra Lutherum, art. 17. & aliquot ſequentib.

1 Diſpenſare vnde dicitur.

i ¶ *Confitebuntur.*] facto. ſunt tamen confeſsi ꝓpoſito, aliàs nō ſunt filij Dei, ſed inimici. Tu dic: cōfitebuntur & ꝓpoſito & facto. Sed cū opera viua ad vitā æternā valeant, & mortificata viuificari poſsint, dic qualiter opera mortua vt labor itinerationis hic expreſſus in mortali peccato factus poſsit ꝓdeſſe ad remiſsionē ꝓ peccatis debitarū, licet poſt laborē huiuſmodi ſit vere pœnitēs & confeſſus. Et notandū [2], ꝙ ad hoc ꝙ indulgētiæ valeant, quattuor principaliter reqrunt, & quintū etiā huic ꝓpoſito poteſt addi ratione materiæ. Requiruntur enim auctoritas in cōcedente, idoneitas in recipiēte, pietas in fine, vtilitas in opere, & quintū qđ addi pōt, congruitas in tempore. Primo ergo requiritur auctoritas in cōcedente, quæ typica eſt, & principaliter reſidet in ſummo Pontifice: ſicut enim videmus ꝙ in corpore naturali vnicū eſt caput, in quo poſiti ſunt omnes ſenſus, ſic in corpore myſtico qđ eſt Eccleſia, eſt ponere caput vnū habens plenitudinē poteſtatis. Hoc enim ſic eſſe voluit ordinatio diuina. Et huic cōcordat ratio recta, voluit nāque diuina ordinatio, ꝙ Eccleſia militās repræſentaret Eccleſiā triumphantē. de quibus not. s. 6. lib. de elect. fundamēta. Vnde Ioa. in Apocaly. Vidi, inquit, Hieruſalem deſcendentē de cœlo: quia Hieruſalē terreſtris, hoc eſt Eccleſia militans, exemplificata eſt & formata ad inſtar cœleſtis Hieruſalē, quæ ſurſum eſt, quę eſt mater noſtra: videlicet Eccleſiæ triumphantis. Ibi aūt ſecundū beatū Dionyſiū nouē ſunt ordines angelorū ſub triplici hierarchia diſpoſiti. Et eſt ordo ſub ordine, & tandem omnes ſub vno capite quod eſt vnus Deus. & ſi ibi velimus amplius aſcendere, inueniemus ꝙ pluralitas diuinarū perſonarū reducitur ad vnitatē eſſentiæ, rationē illius ordinis diuina ſapientia in Eccleſia militāte voluit exemplari. Vnde in Iob dicitur: Nūquid noſti ordinē cæli, & ponis rationē eius in terra? Si autē in Eccleſia militāte eſſet ponere duo capita de pari ſe habētia, quorū vnum alteri minime ſubderetur, non eſſet ratio cæleſtis ordinis cōgruenter in ea poſita. Sed tunc ratio cæleſtis ordinis proprie & perfecte in terra ponitur, ſi cuncti gradus prælationum & principatuum

2 Indulgentię vt valeāt, quot requiſita exigantur, vide B. Thomā in quæſtionib⁹ additis ad 3. par. q. 25. art. 2.

Hieruſalem eſt & terreſtris & cæleſtis.

patuũ ſub vno capite collocentur, & ei obediant & ſubdantur. huiuſmodi autẽ eſt ſolus Romanus Põtifex vicarius Chriſti & ſucceſſor Petri: cui in huiuſmodi deſignationẽ dictũ eſt à Domino, tu vocaberis Cephas, qđ interpretatur caput. Huic etiã veritati cõcordat ratio recta. Nã ſcđm Proclũ, oĩs multitudo reducitur ad vnitatẽ. Et ſcđm Philoſophũ, in vnoquoq; genere eſt reperire vnũ primũ & ſupremũ, quod eſt mẽſura & regula omniũ aliorũ in illo genere cõtentorũ. Et alibi, monadẽ ſequitur dyas. Oportet igitur ꝙ multitudo hominũ reducatur ad vnũ, & in genere hominũ ſit reperire vnũ hominẽ primũ, qui ſit ſupremũ in illo genere, q ſit mẽſura & regula omniũ aliorũ hominũ: huiuſmodi autẽ eſt Romanus Pontifex, qui eſt inter omnes homines ſupremus, exiſtens menſura & regula directiua omniũ aliorũ, cui plene omnes catholici ſimpliciter ſunt ſubiecti. Ad vltimũ autẽ intantũ ſe extendit iſta ſubiectio, ꝙ quãdo plenitudo gẽtiũ intrauerit, vt omnis Iſrael ſaluus fiat, ſicut dicit Apoſtolus Ad Romanos 11. c. Tũc omnes nationes orbis terrarũ huic vnico capiti ſubiicientur & obedient. Et tũc implebitur illud qđ ait Saluator in Ioã. Erit vnũ ouile, & vnus paſtor. Sicut ergo in corpore materiali eſt ponere caput vnum, in quo ſunt oẽs ſenſus, ſeu plenitudo ſentiendi, ſic in Eccleſia militãte (ne ſit tãquã corpus monſtruoſum ſi duo haberet capita) eſt tãtũ ponere vnũ caput, videlicet Romanũ Põtificẽ, in quo eſt plenitudo poteſtatis & auctoritatis, quã ſiquidẽ poteſtatẽ contulit ei Dominus quãdo beato Petro dixit, Quodcumq; ligaueris ſuper terrã erit ligatũ, &c. & quodcunq; ſolueris, &c. Ipſe aũt Romanus Pontifex eſt, qui cõceſſit iſtã indulgentiã, & in ipſo (vt iã oſtenſum eſt) plenitudo reſidet poteſtatis. Et ſic patet primũ, videlicet ꝙ eſt auctoritas in cõcedẽte. Secundum eſt idoneitas in recipiente. Nã ſcđm philoſophum, Actus actiuorũ ſunt in patiente diſpoſito. Nam theſaurus Eccleſię nõ applicatur niſi ei qui eſt membrũ Eccleſiæ. 11. q. 3. nihil ſic debet. 23. q. 4. ſi quis à catholica. Et certum eſt ꝙ remanente culpa non remittitur pœna: quia ſecundũ Auguſtinũ non dimittit Deus dedecus culpæ ſine decore iuſtitiæ. Si autẽ manente culpa remitteretur pœna, eſſet dedecus culpæ ſine decore 1 iuſtitiæ, & ſic eſſet aliqđ inordinatũ in vniuerſo: quod diuina ſapientia non permittit. arg. in authen. de hæred. & falci. §. inordinatum. coll. 1. Oportet ergo ꝙ capax indulgentiæ ſit purgatus à culpa, quod fit in contritione. ille ergo eſt habilis indulgentiã recipere, qui eſt vere pœnitens & cõfeſſus. Et hoc tangitur in forma indulgentiæ, cum dicitur ꝙ vere pœnitentibus & confeſsis hæc indulgentia ſit conceſſa, non aliis. arg. C. de re milit. cũ allegatis. lib. 12. extra de appel. paſtoralis. in fine. Tertio reqritur pietas in fine, hoc eſt honor Dei & exaltatio fidei: in omni enim cõceſsione indulgentiarũ eccleſiaſticarũ finaliter debet attẽdi, vt per hoc Deus honoretur, & fides exaltetur catholica. Quartũ eſt vtilitas in opere, hoc eſt, ꝙ opus quod pro indulgẽtia obtinẽda imponitur, ſit vtile & ordinabile ad finẽ prædictũ, ſcilicet ad honorẽ Dei, & exaltationẽ fidei. Circa qđ aduertẽdũ eſt, ꝙ in conceſsione indulgentiæ non attenditur quãtitas operis, ſed genus operis: indulgentia enim principaliter reſpicit gratiã, non meritũ; aliàs non diceretur indulgentia. Si enim quis offendiſſet regẽ vel principẽ, ita ꝙ ꝓpter offenſam huiuſmodi mereretur ſecundũ legẽ patriæ manu vel pede trũcari, & vt liberaretur à tali pœna quã meruit, offerret principi duo vel tria millia florenorũ, talis liberatio remiſsio dici nõ mereretur, ſed potius redẽptio & quædã cõmutatio. argu. ff. de contrahen. emptione. l. 1. Si autem rex cõdonaret ei pœnã huiuſmodi liberaliter, vel ei pro pœna vitanda aliquid leue imponeret, tũc talis liberatio remiſsio vocaretur: ergo indulgentiæ eccleſiaſticæ principaliter reſpiciunt gratiã, non meritũ; meritũ dico propriũ, reſpiciunt tamẽ meritum alienũ, ſcilicet meritũ Chriſti, immo ſuper illud fundantur, & ex illo ſumunt. Paſsio namq; Chriſti exceſsiua fuit, vnde & exceſſus vocatur in Luca: vbi dicitur ꝙ in transfiguratione Chriſti apparuerũt Moyſes & Helias cum eo, & dicebant exceſſum, quẽ completurus erat in Hieruſalẽ, vnica enim gutta ſanguinis tã pretioſi ſuffeciſſet ꝓ redẽptiõe totius mundi. Nã ꝓpter cõiunctionẽ humanitatis cũ diuinitate, quãtulacunq; paſsio Chriſti, perpeſſa pro redemptiõe noſtra, habebat pretiũ infinitum. Noluit autẽ Chriſtus ꝙ exceſſus iſte fruſtra fuiſſet, & ꝙ de nihilo nobis ſeruiret: ſed voluit ꝙ eſſet theſaurus eccleſiæ per ſuum vicarium Romanum Pontificem pro fidelibus loco & tempore diſpẽſandus. diſpenſatur autẽ cum eis, cum indulgẽtiæ cõceduntur. Nã propter vnionẽ capitis & mẽbrorum, meritum capitis attribuitur & applicatur membris, & quia ſic per alienum meritum non per proprium meritum liberantur à pœna, ideo quantũ ad ipſos talis liberatio dicitur remiſsio, ſeu indulgentia, licet quo ad Chriſtũ qui hoc nobis meruit, vocetˢ redẽptio copioſa. vnde in Pſal. Apud Dominũ miſericordia, & copioſa apud eũ redẽptio. Nec eſt timẽdum ſeu phãtaſtice opinãdum, ꝙ ꝑ talẽ diſpenſationẽ theſauri, quæ fit in collatione indulgẽtiarum, ꝓfatus theſaurus in aliquo minuatur: Nã ſi omnes catholici vtriuſq; ſexus per vniuerſum orbẽ diſperſi, in hoc anno centeſimo pro hac indulgentia obtinẽda venirent ad vrbẽ, & perfecte præfatã indulgentiã obtinerent, tota omniũ indulgentia in minori proportione ſe haberet ad theſaurũ, ex quo ſumitur, quã ſit proportio vniꝰ guttæ aquæ ad totum oceanum, vel vnius grani millij ad mõtẽ ſancti Bernardi: quia finiti ad finitum eſt proportio aliqua: finiti vero ad infinitum nulla: propter infinitatẽ enim ſuam præfatus theſaurus ex diſpenſatione ſua non diminuitur, nec decreſcit. Verſus:

*Mille licet ſumant, deperit inde nihil.*

Quia ergo indulgentiæ reſpiciunt principaliter gratiã, non meritũ proprium: ideo in indulgẽtiis cõferendis nõ attenditur principaliter quantitas operis. vnde in præſenti indulgentia, Romanis, q viſitando Apoſtolorũ baſilicas ſatis parum laborant, pleniſsima conceditur indulgentia, ſicut eis q de vltimis Galliæ, Angliæ, Scotiæ, Hiberniæ, Hiſpaniarumq; finibus accedũt cum magnis laboribus & expenſis. Attenditur ergo in iſtis indulgentiis conferendis principaliter nõ quãtitas operis, ſed genus operis: hoc eſt dictu, ꝙ opꝰ quod pro dicta indulgẽtia obtinẽda imponitur, ſit opus tale, quod ordinetur ad finem præfatum in collatione indulgentiarum intẽtum, qui eſt videlicet honor Dei, & exaltatio fidei, & primatꝰ Eccleſiæ in vrbe exiſtẽs. Peregrinatio vero ad præfatas beatorũ Apoſtolorum baſilicas, ad honorẽ Dei, & exaltationẽ fidei, vt plurimũ ordinatur: per hoc enim ꝙ ex tali peregrinatione ſancti Apoſtoli honorantur, Deus in ipſis ſe reputat honorari. ipſi enim ꝓ Chriſti honore cõſeruando & dilatãdo, ſeipſos expoſuerunt ſuppliciis in vita pariter & in morte: ipſe autem Dominus ſe honorãtes honorare decreuit: vnde dicit in 1. lib. Regum 2. c. Quicunque honorificauerit me, glorificabo eum: qui autẽ cõtemnunt me, erunt ignobiles. Ex hac enim peregrinatione fides catholica nõ modicũ exaltatur, eo ꝙ ex omnibus Chriſtianitatis finibus fideles cõfluunt ad ortum fidei, ad baſilicã videlicet ſancti Petri. Nunc cernit apertiſſimè beatus Petrus orationem illã exauditã, quã Chriſtus ad patrẽ ſuum fudit pro eo dicens: Ecce rogaui pro te, vt nõ deficiat fides tua. videt enim ꝙ vndique cateruatim ruũt fideles populi ad ipſiꝰ baſilicã, fidẽ catholicã profitẽtes, vnde fit videlicet ꝙ eius fides ſecundum Chriſti rogationẽ nõ deficit, ſed magis ꝓficit manifeſtiſſimis incremẽtis. Olim verũ eſſe poterat ꝙ Bernardꝰ dicit. An nõ limina Apoſtolorũ magis ambitio quàm deuotio terit? ſed tũc ecõtrario poteſt dici, ꝙ deuotio nõ ambitio limina Apoſtolorũ terit, & eorum baſilicas frequẽtat, ſeu frequẽtare facit. O quãtũ credẽdum eſt beatiſsimos Apoſtolos exultare cernẽtes ſuas baſilicas à populo Chriſtiano cum intẽſo feruore fidei populoſius & frequẽtius quàm ſolerent, & vrgente deuotione populi accedentium ordine nõ ſeruato, impetuoſius frequentari, nõ fuit à diebus antiqs tanta deuotio, nec tãtus fidei feruor in populo Chriſtiano, ex quo gaudent nõ ſoli Apoſtoli, ſed totus etiã cæleſtis exercitus, & confunditur diabolus & angeli eius. Sic igitur patet veritas & ſoliditas hmõi indulgẽtiæ, in quã ſic excellẽtiſsime cõfluunt quattuor cauſæ prædictæ: quæ ad hoc ꝙ indulgentiæ valeãt principaliter requiruntur. Quintũ quod poteſt adiici, eſt congruitas ex tẽpore cõceſſa. Eſt enim hæc indulgẽtia in tẽpore congruo, videlicet in anno Iubileo. In Leuitico ſiquidẽ legitur, ꝙ annus quinquageſimus erat Iubileus, in quo ſcđm legis præceptũ clangebãt tunc tubis, & remittebantur debita. hic legalis Iubileus typicus erat, & verũ Iubileũ, qui in aduẽtu Chriſti ſumpſit initiũ, figurabat. Ad hoc enim Chriſtus venit, vt remiſsionẽ & indulgẽtiã prædicaret ſpiritualiũ debitorũ, videlicet peccatorũ, vnde ipſe per Eſaiã dicit, Eſa. 61. c. Spiritus Dñi ſuper me: eo quod vnxerit me: ad Euangelizandum pauperibus miſit me. Et ſequitur, vt prædicarem captiuis indulgentiam. Ecce tuba prædicationis, Ecce indulgentia ſiue remiſsio debitorum. Et in exordio prædicationis ſuę ſic orſus eſt: Pœnitentiam agite: appropinquabit enim regnum cœlorum. in quo verbo forma & efficacia præſentis indulgentiæ continetur. hæc enim indulgentia ſolis pœnitentibus & confeſsis conceditur: & eis regnũ cœlorum propinquiſsimum eſſe facit. Et quia Chriſtus in ortu ſuo ſecundum communem curſum humanæ naturæ fari non poterat; ideo in Iubileo iſto clangentes præmiſit, vt dicitur in Luca ſecundo cap. Facta eſt cum Angelo multitudo militiæ cæleſtis laudantium Deum & dicentium, Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus, &c. Quandiu enim eſt in peccato aliquis, non eſt ei pax cum Deo: quia ſecundum Eſaiam c. 48 Non eſt pax impiis, dicit Dominus: remiſſa culpa, remanente pœnæ debito, nondum eſt pax perfecta: ſed vtroque remiſſo pleniſsima pax hominibus habetur cum Deo: quod per iſtam indulgentiã obtinetur. A Natiuitate igitur Dñi noſtri Ieſu Chriſti; in qua verus Iubileus incepit, quilibet ſequens annus quinquageſimus vocari poteſt rectiſsime Iubileus. Quòd autem ſummus Pontifex non in anno quinquageſimo ſed in centeſimo indulgentiam iſtam concederet (ſicut ego ex ore ipſius audiui) duplex ratio mouit eum: Primo, quia vulgatum eſt, ꝙ talis indulgentia in annis cẽteſimis à natiuitate Chriſti olim cõcedi ſolebat. Et quia, vt dicit cõmentator, Sermo q famatur ab omnibus, nõ eſt omnino falſus. Et qa iſtud ſic publice famatũ erat & vulgatũ: noluit ſummus Põtifex ꝙ hoc anno cẽteſimo in tẽpore ſui regiminis ſm curſum tẽporis accedẽte populus Chriſtianus hoc munere fruſtraretur. Alia cauſa fuit: qa ob fauorẽ indulgẽtiæ trãſmarinæ, q ſimilis huic extitit, hãc indulgẽtiã non in anno quinquageſimo, qa frequẽter euenit, ſed in hoc cẽteſimo cõcedere voluit:

M   & dein-

Cephas dicitur caput.

Indulgentia ſolis idoneis conceditur.

1 Aliàs, pudore.

Indulgentia eſt concedẽda in honore Dei & exaltationẽ fidei.

Remiſſio differt à redemptione.

Indulgentia ſuper Chriſti meritum fundatur.

Theſaurus Eccleſiæ per diſpenſationem eius nõ minuitur.

Indulgentia tanta conceditur Romanis quanta venientibus à remotis.

Fides Petri non deficiet.

Annus Iubileus typicus verũ iubileũ figurauit.

Pax non eſt impiis.

Annus Iubileus non ſine cauſa fuit cẽteſimo quoque anno.

Vitæ humanæ periodus centum annos non tráſcendit, niſi in paucißimis.

& deinceps in quolibet anno cēteſimo ſecuturo, eo ꝙ period⁹ humanæ vitæ annū centeſimū (niſi in paucißimis) non trāſcendit. Ad hoc etiā adduci poſſunt aliæ congruentiæ, ex quibus ſequentes aſſumo. Prima eſt, quia per iſtam indulgentiam, quæ vere pœnitentibus & confeßis conceditur, duplex indulgentia, culpæ videlicet & pœnæ habetur: & ideo congrue non in quinquageſima, qui ſimplicem remißionem denotat, ſed in centeſimo cōceditur, qui duplicem continet Iubileum. Secunda congruentia eſt, quia ſecundum Bedam & Hieronymum numerus centeſimus tranſit à leua ad dexteram, ſicut etiam dicit glo. ſuper illud de parabola ſeminis: Aliud cecidit in terrā bonam, & attulit fructum: aliud quidem triceſimum, aliud ſexageſimum, aliud centeſimum. Quando autem aliquis migrat ab hoc ſæculo purgatus à culpa, ſed nō liberatus à pœna: nō tranſit à leua ad dexterā, ſed à pœna p̄ſenti trāſit ad pœnā purgatorij, ſed quando migrat liberatus à culpa & pœna, trāſit à leua ad dexterā. Et quia præſens indulgētia ſic diſponit hominē, vt ſi pœna adempta decedat, tranſeat abſq; medio à leua p̄ſentis aduerſitatis ad dexterā æternæ felicitatis: & idcirco in anno centeſimo congrue cōceditur: qui quidē cēteſimus eſt numer⁹ trāſiēs à leua ad dexterā, ſicut dixi. Tertia, quoniā ille Iubileus de quo agitur Leuit. 25. redire faciebat temporalia, ſed iſte ſpiritualia: & ideo non eſt mirum ſi duplicetur tempus. Quarta, hæc indulgētia pleniſsima per numerū magis perfectū, vt eſt cētenarius, debuit deſignari: pro tanto, quia vſq; ad ipſum fit aſcenſus per cōtinuā adiectionē vnitatis ad præcedentē numerum: & vltra ipſum tali modo nō proceditur, ſed fit regreſſus ad principiū numeri, ſcilicet ad vnitatē. Et vlterius tali modo vſq; ad aliū cētenariū fit proceſſus, quod non eſt in aliquo alio numero. Quinta, quadrageſima eſt numerus abūdans, reddēs in ſuā abūdantia quinquageſimā. Et eſt duplex quadrageſima: vna deletiua mali, vt vulgaris: alia operatiua boni, vt illa quæ eſt inter Paſcha & Aſcenſionē Dñi: & ꝑ has duas quadrageſimas homo habēs gratiā in duabus quinquageſimis abūdat. Et ꝑ hāc in cēteſimo abūdāter in gloria creſcit. Et dic arg. ꝙ iſte textus nō dat liberationē purā, ſed ſub cōditione: & qñ aliquid eſt cōceſsū ſub cōditione, nō reſpicit tempus ipſius cōceßionis, ſed cōditionis exiſtentis. ff. de cōdi. & demōſt. l. eum qui. & ibi not. ff. de leg. 2. l. nō oportet. & ideo in hac cōceßione reſpiciā nō tempus cōceßionis ipſius, ſed cōditionis exiſtentis. Et ꝙ hic ſit cōditio, liquet ſic: quia hæc dictio, qui, iuncta cū verbo futuri temporis, cōditionē importat. ff. de leg. 1. Stichū. ff. de auro & arg. leg. Quintus. Et tūc ad arg. hic nō cōſequitur quis indulgentiā ex operib⁹ mortuis, vt cōcludit arg. ſed ex exiſtētia cōditionis, vt eſt oſtēſum. vnde cōſiderato opere, qđ eſt virtuoſum de genere, & ab agēte ſit pia & recta intētione ſecūdū dictamē rectæ rationis, quo ad bonū homo naturaliter inclinatur: tale opus pōt dici aliquo modo viuū & meritoriū, licet nō perfecte, ſaltē merito congrui, licet non merito condigni. Et pro tali opere dari pōt indulgentia, cū fuerit diſpoſitus per pœnitētiam ſubſequentē. Sed ponamus ꝙ Papa alicui exiſtenti in gratia concedat indulgentiam ſine cauſa rationabili non facienti opus bonū, pro quo eſt indulgentia merito cōcedenda, quæritur, vtrū valeat. Videtur ꝙ ſic: quia Papa habet plenitudinē poteſtatis, nec habet ſuperiorem, quē ſequi debeat, & à quo debeat regulari: ergo ſi det ſibi indulgentiam, tenet: & valet ei cui datur, quia capax eſt: ſed Papa qui omnia & præcipue maiora agere debet cū diſcretione & ſecundum iudicium rectæ rationis peccat in ſic concedendo. Sed dicendum ꝙ licet Papa habeat plenitudinē poteſtatis quantū ad omnia bona eccleſiaſtica, tēporalia & ſpiritualia, non habet tamen illam vt dñs, ſed vt miniſter & diſpenſator dñi principalis: vnde licet non habeat ſuperiorē in terris eū tñ habet in cœlis. Et ideo diſpenſatio taliū bonorū ab eo nō debet fieri niſi in illis caſibus, in quibus verſimiliter apparet, quòd dñs, cuius ſunt huiuſmodi bona, cōſeſum adhiberet, vt poteſtas ſuper ratione reſtringatur. 11. q. 3. illa. Conſtat aūt ꝙ Deo non placet, ꝙ tanta bona ſua ſine cauſa rationabili concedantur: & ideo talis conceßio nō valet. Quāuis ergo ille, qui eſt verus dñs alicuius rei: ſi illā det alicui ſine cauſa rationabili poteſt tenere talis donatio, quia ſit de cōſenſu dñi: nō meretur tñ donās, nec agit fructuoſe, ſed potius peccat, quia cum quilibet ea quæ agit, teneatur agere ſecūdum iudiciū rectæ rationis: & qui ſic agit, fructuoſe agit, & meretur, oportet ꝙ quicunque agit contra iudiciū rectæ rationis, peccet. Itē quæritur, quidā in bono ſtatu fecit partē iſtorū dierū: & ante cōpletionem labitur in mortale peccatū: & tandem illis diebus completis ante annum confitetur, an habeat indulgentiā: Dic ꝙ non, quia dicta verba reſpiciunt peccata cōmiſſa non cōmittenda. Nā indulgentia iſta complecta dat remſionē pœnæ, ſi adſit vera cōfeßio & pœnitētia intra hunc annū, quibus remittitur culpa effectiue per ſolū Deū, ſacramentaliter ꝑ ſacramentū pœnitentiæ; & miniſterialiter per miniſteriū debitū Eccleſiæ: & indultū nō reſpicit futuras pœnas, ſed præteritas. arg. extra de conſue. c. ex parte. Item hæc tota indulgentia per xv. dies facta cōmutat pœnas omnium peccatorum aliàs debitas in hunc laborem: & ſic hæc indulgentia non reſpicit culpas commiſſas poſt iter peregrinationis arreptum, ſed ante. Secus dicerem in tali caſu: Confiteor in ſpeciali

Numerus centenarius eſt perfect⁹.

Quadrageſima eſt duplex.

Indulgentia alicui conceſſa ſine cauſa an valeat.

Indulgentia anni iubilei per culpam ſequentem impeditur.

quæcunq; ſcio, & in generali de alijs: dolens ſuper eo, ꝙ alia quæ commiſi neſcio reminiſci. tandem ſum memor vnius peccati grauis: iſte (vt habetur 4. ſententiarum) de iſto peccato poteſt habere purgationē poſt mortē, quod non eſſet, ſi nō eſſet vere cōfeſſus: & ſic vera confeßio hoc caſu tollit pœnā. Nec obſtat ꝙ ſciens & memorās de peccato, illud tenet̄ cōfiteri: ergo nō eſt plene cōfeſſus. Dic ꝙ peccatū eſt remiſſum: ſed ſit iterato confeßio ſpecialis, ne videatur cōtēptus. nam poſtquā ſcit, nec confitetur: ex ſuo contēptu nouo ligatur. extra de ſen. excō. per tuas. §. nos igitur. vñ ſicut vere contritus habet remißionē culpæ, habēs propoſitum cōfitendi poſtea: & ſi nō cōfiteatur cū poteſt, peccat: ſic confitēs in genere de neglectis, & poſtmodū reminiſcēs, tenetur ad cōfeßionē: primo tñ erat remißio culpæ, & ꝑ conſequens pœnæ ꝑ hāc indulgentiā. Item quæro: Aliquis fuit vere pœnitens & confeſſus ante iſtā indulgētiā, & multa fuerūt ſibi iniuncta (nec loquor de iniunctis tangentibus partē, vt in furto; quia hoc hac indulgētia non remittitur. Nā licet Deus ꝑ verā cōtritionē & confeßionē dimittat peccatū, dānum tñ vel iniuriā illatū ſeu illatā homini nō dimittit. Sic em̄ Deus & quilibet alius gratiā debet facere, vt ius alterius non abſorbeat. arg. C. de emāci. lib. nec auus. ff. ne quid in lo. pu. l. 2. §. ſi quis à principe) nunquid iſta iniuncta tollentur ꝑ iſtā indulgentiā? Et videtur ꝙ ſic: Ponamus ꝙ iſte nō fuiſſet confeſſus ante iſtā indulgentiā, conſtat ꝙ ꝑ iſtā indulgentiā omnia fuiſſent ablata: & cōſtat ꝙ iſte tm̄ expectādo fuit fatuus, ſed in alio caſu confitēdo fuit ſapiēs: & fatuus nō debet eſſe melioris cōditionis quàm peritus. ff. qđ vi aut clā. l. ſeruus. extra lib. 6. de præb. eū qui. Cū igitur ſc'do caſu pœna tollat̄: multo magis & primo. Itē hic remanet pœna ꝓ peccato: ergo illa tollitur ꝑ indulgentiā, quæ eſt pleniſsima, vt hic dicit: quæ pleniſsima nō pōt dici quo ad cordis cōtritionē, nec oris cōfeßionē, quæ hic ſupponuntur: ergo erit pleniſsima quo ad ſatisfactionē. Item in particularibus indulgentiis fit in tanto: ergo in plena, vt eſt hic, fiet remißio in toto. arg. ff. de rei vendi. l. q̄ de tota. Sed cōtra: ſpecialis obligatio ꝑ generalē abſolutionē non tollitur, cū ligatio & ſolutio ſibi inuicē reſpōdere debeāt. extra de pœnit. & remiſ. c. 1. ergo iſte cōfeſſus ſpecialiter ſe ligās, nō ſoluetur eius obligatio ꝑ ſolutionē generalē nō facientē mentionē de ſpeciali obligatione. extra 6. lib. de conſt. c. 1. extra de deci. c. ex multiplici. ff. de verb. obliga. l. doli clauſula. ff. de pœnis. l. ſanctio. & eſt ratio. ex quo enim iſte confitens ſpecialiter ſibi ꝓuidet: generalis ꝓuiſio prouidetur, & prouiſo non ꝓuidetur. C. de pact. conuen. tā ſuper dote q̄ dona. propter nupt. l. vlti. vnde Papa hoc hic non exprimēs pœnitentiā iam iniunctā & acceptā non ſuſtulit. nec dico quin Papa remittere potuerit: ſed nō ſuſtulit qđ nō expreßit. Item vt apparet ex hoc textu, qui ſunt, vel qui erunt intra centeſimū annū vere pœnitentes & cōfeßi, habēt hanc indulgentiā, faciētes qđ infra ſequitur: & ſic nō claudūtur cōfeßi ante hāc indulgentiā, aliàs bene fuit diſpēſatū. Itē dato ꝙ nō eſſent verba illa: omnibus in p̄ſenti anno, &c. adhuc idē videtur ꝙ verbū, vere pœnitentes & cōfeßi, nō importat qui fuerāt, ſed qui ſunt dūtaxat: niſi forte ex admiſto 1, vt in hoc ſophiſmate, albū fuit diſputandū, diſputent artiſtæ. Sed ad hoc vltimū pōt reſponderi, iſta nō habere locū vbi adiectiuū non reſpicit certū tēpus, vt cū dicitur homo albus. Nā inter adiectiuū tale & ſubſtantiuū, intelligitur, q eſt, ſecundū Priſcianū. ſed ſecus in adiectiuo tēpus diſcernente, vt in verbo, confeſſus. qđ eſt præteriti tēporis, & actus in eo deſignatus eſt præteritus: ſed terminus adhuc pōt eſſe præſens vel iam p̄teritus. Et ideo in ſuppletione præteriti, deponētis, vel paßiui, ponit̄, qui eſt, vel qui fuit. vnde ſi fui confeſſus ante hanc indulgētiā, ſi remanſi in gratia, eſt veritas ꝙ ſum confeſſus, id eſt remaneo in illa vera contritione. & dato ꝙ labar in peccatū, & poſtea vere confitear, adhuc illa confeßio prima vere remanet, & opera prima reuiuiſcunt. Item datur particularis indulgentia vere pœnitentibus & confeßis, pone vnius anni: ſi non daretur niſi illis, qui ſunt actu in cōfitendo, ridiculū eſſet: ergo extendetur ad illos qui cōfeßi ſunt. Et Papa declarauit conſiſtorialiter, ꝙ pœnitentię antea iniunctæ etiā tollūtur per cōmutationē operis ſatisfactorij hic poſiti. Dixit etiā ꝙ vota (excepto Hieroſolymitano, & ingreſſu religionis) tolluntur per hanc indulgentiā. Et ego dixi hoc verum de votis, quæ eſſent propter cōmutationē pœnitētiæ, vel eſſent impoſita in ſatiſfactionem peccatorū. Secus videbatur de votis hoc nō reſpicientibus: verbi gratia, Aliquis exiſtens in periculo maris, vouit ire ad ſanctum Iacobum, vel exiſtens infirmus: vnde tale votum cum nō ſit propter pœnā peccati, quā tollit hæc indulgētia, qualiter tollitur ꝑ hāc indulgentiam ſatisfactoriam de pœnis peccatorum? Reſpondit tñ mihi Papa, ꝙ ēt vult hoc votum tolli per hanc indulgētiā: quod pōt Papa, licet verba indulgentiæ hoc nō patiātur. & eſt ſecus qñ peccatū vel votum tangit tertium: quia hoc nō tollitur ꝑ hāc indulgētiā, ſed qñ proponitur ſancto, hoc eſt ordinatū in Deū: vñ tale votū per hāc indulgētiam tollitur. Declarauit ēt ꝙ ſui pœnitentiarij nihil debēt iniungere vltra iniunctionē hic poſitā: aliàs (vt dicebat) indulgētia fruſtraretur: niſi cōfitēs volēs facere opera ſupererogationis, voluntarie pœnitentiā ſatisfactoriā aliā, ab hac taxata reciperet: niſi ad aliū finē iniungeretur: verbi gratia, Pœnitentia

Pœnitentia pro peccatis iniūcta ante indulgentiā per illam an tollatur.

Stultus non debet eſſe melioris cōditionis quā ſapiens.

1 Aliàs adiuncto.

Vota an tollantur per indulgētiam anni iubilei.

tentia

bet centeſimo ſecuturo annis, non ſolum plenam & largiorem, immo pleniſsimam [a] omnium ſuorum concedemus & concedimus veniam [b] peccatorum [c]: Statuentes [d], vt qui voluerint huiuſmodi indulgentię à nobis conceſſæ fieri participes: ſi fuerint Romani, ad minus triginta diebus continuis [e] ſeu interpolatis [f], & ſaltē ſemel in die [g]: Si vero peregrini [h] fuerint, aut forenſes [i], ſimili [k] modo diebus xv. ad baſilicas eaſdem accedant. Vnuſquiſque tamē plus merebitur, & indulgētiā efficacius cōſequetur [l] qui baſilicas ipſas amplius & deuotius frequētabit. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginā noſtrę [m] confirmationis, approbationis, innouationis, conceſſionis, [n] & cōſtitutionis [o] infringere [p], &c. Datum Romę apud ſanctū Petrū viij. Cal. Martij, Pontific. noſtri anno ſexto.

tētia nedū eſt ad remiſsionē pœnarū ꝓ cōmiſsis & omiſsis debitarū, ſed etiā ad cautelā futurorū: & quo ad iſtud forſan pōt pœnitētia iniūgi. Itē q̃ro, monachus ab abbate humiliter reqrit, vt veniat licētiatus ab abbate ꝓ dicta indulgētia acqrēda. Quæritur an abbas iuſte poſsit hāc licētiā ſibi cōcedere? Et vr̄ ꝙ ſic: nā monach⁹ ꝓ vtilitate monaſterij recedere pōt abbate imperāte. extra de poſt. c. ex parte. 16. q. 1. monachi 2. Cōtra, vouēs votū peregrinationis celeberrimæ, & tandē religionē intrās, nō vr̄ fractor voti: quia illud in melius cōmutat: extra de vo. & vo. red. ſcripturæ. extra d̄ iureiur. peruenit 2. ergo melius eſt vouere religionē & ꝓſequi, q̃ proſequi dictā indulgētiā: ergo cū abbas d̄ meliori debet ꝓſpicere monacho ſuo, dictā licētiā ꝑꝑ mai⁹ bonū admittēdū cōcedere nō debet. Rn̄deo ꝙ pōt, vt cōcludit prima ratio. & eo efficacius recipit indulgētiā, quo magis eſt diſpoſitus interius ꝑ virtuoſa exercitia religiōis. Ad arg. in oppoſitū dicēdū eſt, ꝙ actus peregrinādi cōpatitur ſecū omnia illa q̃ ſunt eſſentialia religionis: & ideo cū vtrūq; religio & peregrinatio ſit quid bonū, neceſſe eſt, ꝙ ambo ſimul ſint maius bonū quàm alterū tantū: ſcilicet obſeruātia religionis tantū: quia omne totū eſt maius ſua parte: & ideo ambo ſimul tamquā maius bonū, magis diſponūt ad gratiā ſuſcipiēdā & bonū indulgentiarū. Ratio autē in oppoſitū procedit, ac ſi obſeruātia religionis & peregrinationis eſſent inuicē incōpatibiles: quod nō eſt verū. & facit. 20. q. 4. monachū. §. ſi. Sed contra, monachatus omnē maculā abſtergit: authent. de mo. in prin. coll. 1 & abſterſum facit creſcere in opera virtuoſa: ſed per indulgentiā prædictā nō habetur niſi primū: ergo monachatus melior. Sol. cū per tramites cōes proceditur, bene arguis: ſed in hac indulgentia proceditur per ſemitā cōpendij, vt eſt præmiſſum. Sed quæro, aliquis vere pœnitēs & cōfeſſus inchoauerat huiuſmodi indulgētiā, & firmiter proponebat eā perficere: ſed infirmitate ſuperueniēte mortuus eſt. nūquid debet huiuſmodi indulgentia gaudere, ac ſi eā perfeciſſet? Videtur ꝙ non: quia hæc cōceſsio nō eſt pura, ſed conditionalis, vt ſuperius eſt probatū in gl. ſuper ver. cōfitebuntur. quæ cōditio videtur defeciſſe, vt arg. ff. de condi. & demon. l. qui hæredi. §. ſi. Contra vr̄ fauore indulgentiæ, quæ animā liberat à pœna: ſicut ſeruus cui legata eſt libertas, ſi ꝑ certū tēpus ſeruierit, libertatē cōſequitur: licet per aduerſam fortunā fuerit impeditus ſeruire. ff. de ſtatu li. cū hæres. §. Stichus 1. C. d̄ con. inſer. l. fin. Dic, aut infirmus viuit vſq; ad tēpus quod peregrinari debuit, & ſic vr̄ liberatus, vt dicto §. Stichus. aut non, & tunc non eſt liberatus. Et eſt ratio: quia cōceſsio indulgentiarū nedū eſt ſub cōditione (vt eſt dictū) cōcepta, ſed in diē. vnde oportet vtrūque ſubeſſe. quia per infirmitatē nō debet plus conſequi, quàm ſi in veritate dictā indulgentiā perfeciſſet, vt dicta l. cū hæres. §. ſeruire. & §. Stichus. & eo. tit. l. ſi hæreditas. 1. reſpon. ff. de verb. obl. l. in illa ſtipulatione. & l. inſulā. extra de elect. 6. lib. cōmiſſa. 1. rn̄. Quicquid ſit de iure, Papa declarauit ꝙ illi qui inceperūt venire, licet nō peruenerint, morte vel alio legitimo impedimēto detēti, vel ſi venerint, nec cōpleuerint, habeāt hanc indulgētiā. Itē quæro cui ſufficit hoc caſu cōfiteri etiā in iis q̃ ſedi Apoſtolicæ vel epis reſeruātur? Et vr̄ ꝙ ſimplici ſacerdoti: quia lōge maiorē iniūctionē ſimplex ſacerdos poteſt facere q̃ ſit pœna cōtēta. Contra dic, quia cōfitēs eget diſcreto cōfeſſore, nedū ꝑꝑ pœnitentiā ſibi iniūgendā, vt arguis: ſed etiā ꝑꝑ cōfitentis directionē, quæ melius fiet per maiorē quàm ꝑ minorē. Nā ſicut in foro iudicij maiores cauſæ requirunt maiores iudices: extra de appel. vt debitus. in fine. extra de bap. maiores. in princ. ſic in foro animæ maiora peccata maiores iudices requirūt. nec eſt veriſimile, ꝙ Papa vno verbo gradus cōfitentiū voluerit abſorbere. extra de elect. eccleſia veſtra 2. §. denique. C. de inoffic. teſt. l. ſi quando. in prin. Eſt enim ordo eccleſiaſticus iſte: quia eſt ſumm⁹ ſacerdos, vt Papa, & magnus ſacerdos, vt eps, & eſt ſacerdos, vt curatus. & iſti in republica clericorū fundant intētionē ſuā de iure cōi. ſummus ſacerdos in omnibus: magnus ſacerdos, & ſacerdos in ſuis territoriis, 21. diſt. in nouo. extra de proba. cū cauſam. extra de paro. & alie. parochia. c. ſignificauit. & c. ſuꝑ eo. Nec ꝓſequor qd cuiq; iſtorū cōpetat, & de hoc not. c. ſuꝑ cathedrā. edito poſt publicationē Sexti lib. Nec dico cōfitēdū diſcretiori ex ꝓcepto ſeu neceſsitate, ſed ex cōſilio ſeu cōgruitate.

Monachus an poſſit ab abbate licentiari, vt eat ad annū Iubileum.

Indulgentia plenaria an concedatur illi qui peregrinationē requiſitam morte præuentus implere nō potuit.

Reſponſio vera ad quęſtionem.

Confeſſor diſcretus eſt valde vtilis.

a ¶ *Pleniſsimam.* ] ſed quomodo iſta ſe cōpatiuntur plenā, largiorem, & pleniſsimam? Dico Papam interpretatum fuiſſe in cōſiſtorio me ꝓſente hanc indulgentiam adeo plenam, prout clauiū poteſtas ſe extendit, quod intelligo prout verba patiuntur.

b ¶ *Veniā.* ] quot modis dr̄ venia, not. extra lib. 6. d̄ reg. iu. peccati.
c ¶ *Peccatorū.* ] id eſt, pœnarū ꝓ peccatis debitarū, vt s̄. eo. c. 1. rn̄.
d ¶ *Statuentes.* ] conceſſit. s̄. eod. §. proxi. nunc ſtatuit qui & quādo erunt participes huiuſmodi indulgentiæ.
e ¶ *Continuis.* ] vt quia ſucceſsiue triginta dies cōplent ſine interruptiōe. vn̄ cōtinuū eſt vicinū ſine interpoſitione: qua ſimul teneatur.
f ¶ *Interpolatis.* ] per vnum, l, ab inter, & pol⁹: vnde interpolare eſt obſcurare & interrūpere, vt hic, vbi quis quia fuit prima feria, & interpolate iuit, id eſt interrupit: quia ſecūda feria non iuit, ſed tertia.

Interpolo quid ſit.

g ¶ *Et ſaltem ſemel in die.* ] hæc verba Papa in conſiſtorio ſic eſt interpretatus cū præcedentibus: vt continuatio ſeu interpolatio etiā proſit, ſi ſit ſemel facta in die in vna dictarum baſilicarum, verbi gratia, Semel in die vado ad vtramq; baſilicam, & ſic eſt continuatio quo ad illā diem, ſiue ſit continuatio ſiue interpolatio quo ad dies præcedentes. poſſet etiam eſſe interpolatio vt ſemel in die vadam ad ſanctum Petrū dūtaxat, & alia die cōtinue ſeu interpolate ad ſanctū Paulū dūtaxat, & tunc iſtæ duæ itinerationes erunt ꝓ vna die.
h ¶ *Peregrini.* ] de quibus habetur extra de peregrin. cap. vno. & extra de cleri. pere. per totum.
i ¶ *Forenſes.* ] id eſt, qui venientes de foris non venerūt cauſa peregrinationis, vidētes tn̄ hāc indulgentiā cōſequūtur eandē. Quid de curialibus exiſtētibus in curia Papali? Rn̄det Sixtus Papa illos facere debere xxx. dies. Et eſt ratio, qa iſti nec vere peregrinātur, nec vere ſunt forēſes, ſed vt moraturi in curia accedūt, vt Cardinales, officiales curiæ, aduocati, procuratores, & in curia manētes, q terminū ſui receſſus ignorant, cum legē Papæ imponere nequeāt, vt cauſæ eorum finem accipiant. extra de appel. ex inſinuatione.

Curiales cū non ſint peregrinantes, an poſſint indulgentias mereri.

k ¶ *Simili.* ] ſcilicet diebus continuis ſeu interpolatis & ſaltem ſemel in die, vnde ſimilis modus eſt vtrobique, licet terminus ex vna parte ſit reciſior.
l ¶ *Conſequetur.* ] aliàs aſſequetur. Sed quomodo hoc poteſt eſſe, cū iſti habeāt pleniſsimā indulgentiā. s̄. eo. §. vt autē. in fi. cū ſuperlatiuus dicat qualitatē intenſam in termino, vltra quē nō cōtingit progredi, & comparatiuus eandē qualitatē dicat extenſam, tamē circa terminū, & poſitiuus eandem ſignificat abſolute. Sol. ingredi aulā gloriæ recipit plus & minus. Nam ſi quis eſt in gratia per verā cōfeſsionē & verā pœnitentiā, & eſt ſine obligatione ad pœnā, per hanc indulgentiā eo ſic mortuo ſtatim euolat, & ſic habet ſtatim pleniſsimā indulgentiā quantū ad ingreſſum domus cœleſtis. verū ſi iſte idē cū prædictis ſe ornaſſet, credo deuotius & efficaci⁹ tūc ingrederetur domū regni cœleſtis melius intenſiue, quia vt habetur in Ioā. In domo patris mei māſiones multæ ſunt. vnde dicit gl. illic, patris, diſpoſiti pro dignitate meriti. vnde dic ꝙ conſequi efficacius poteſt referri ad fructū, quem quis ex indulgentia cōſequitur. ſic videlicet ꝙ maioris pœnæ remiſsionem obtineat. Et ſic verba prædicta non poſſunt habere veritatē, quia ſuperlatiuus gradus, qui per ſuperabūdātiā dicitur, omniū grāduū cōſummationē includit. Itē iſta indulgētia per quam fit totalis culpæ remiſsio & totius pœnæ, in quadā priuatione ſeu negatione cōſiſtit, in priuatione aūt & negatione nō inuenit magis & minus. Vnde quia ingredi in regnū cœlorū inquantū includit adeptionē gloriæ eſt qd poſitiuū, & in quo inuenitur magis & minus, poteſt dici ꝙ aliquis efficacius & perfectius poteſt ingredi regnū cœlorū. Itē hoc aduerbiū, efficacius, pōt referri ad mediū ꝑ quod aliquis meretur illud ꝑꝑ quod huiuſmodi indulgentiā conſequatur, quod eſt opus operatū & deuotio operantis, ſic videlicet intelligendo, ꝙ agēs ad hoc ꝙ indulgētię fructū determinatū inde cōſequatur efficacius, agit ad hoc ꝙ illū valeat obtinere, quia ſi ageret pauciora opera, & cum minori deuotione, nihilominus verum fructū indulgentię cōſequeretur. Cum autem plura opera, & ex maiori deuotione facta, quantum eſt de ſe, ſint efficaciora ad aliquid promerendum, quanto aliquis deuotius & frequentius agit opus dictæ peregrinationis, tanto efficacius fructum dictæ peregrinationis cōſequitur.

Indulgentia an poſſit obtineri maior per vnū, quā per alium.

m ¶ *Noſtræ confirmationis.* ] approbatæ s̄. eo. §. nos igitur.
n ¶ *Conceſsionis.* ] s̄. eo. §. vt autem.
o ¶ *Conſtitutionis.* ] s̄. eo. §. ſtatuentes.
p ¶ *Infringere.* ] vel ei auſu temerario cōtraire Et hoc anno M.ccc. qui incipit à Natiuitate Dn̄i, ſecundum vſum Eccleſiæ Romanæ, Papa fecit indulgentiam plenam ter in anno: primo die Iouis ſancta his q principaliter venerant ꝑꝑ hāc indulgentiā, etiā ſi nō fuiſſent ad baſilicas dictorū Apoſtolorum niſi ſemel. Et die dedicatio

nis baſilicarũ dictorũ Apoſtolorũ, q̃ eſt die octaua poſt feſtũ beati Martini hyemalis. Et die Natiuitatis ſequentis. Io. Mon. Cardin. ADDITIO. Adde quædã notãda in ſimili indulgẽtia plenaria conceſſa crucem aſſumẽtibus contra infideles: examinata per Io. And. in nouella, in c. ad liberandam. de Iudæis. Adde etiam quædã pulchra deciſa ad propoſitum per Hoſtien. in ſum. de remiſsionibus. poſt titulũ, de pœnitẽtiis. in §. quibus proſint. & in §. ad quid valent, & inquantũ. & aliis §§. ſeq. Adde etiam nonnulla pulchra in ſimili per Card. Flor. in clemen. ſi dominũ. de reli. & vene. ſan. in fi. Et an verba, tertia vel quarta pars pœnitentiæ, quæ ponũtur in cle. 2. de pœnit. & remiſ. ponãtur exemplificatiue tñ, vide Old. in cõſil. 10. quod incipit: Factũ tale eſt, dñs Clemẽs, &c. in vlt. tit. dicti cõſilij. Et adde ꝙ dñs Clemens vj. de anno M.cccl. reducit Iubileum ad annũ quinquageſimũ in perpetuũ, per bullã ſuã & decretalẽ, q̃ incipit; Vnigenitus Dei filius, &c. Et addidit tertiã eccleſiã viſitandã, videlicet ſancti Ioãnis Lateranẽſis. vbi etiã inter alia declarauit, ꝙ accedentes ad indulgentiam huiuſmodi, poſt iter arreptum impediti legitime quo minus ad vrbem illo anno valeant peruenire, aut in via, vel dierum prætaxato numero non cõpleto in vrbe deceſſerint, eãdẽ indulgẽtiã cõſequãtur: & inſuper nihilominus omnes & ſingulas indulgentias, tam per eũ quàm per prædeceſſores ſuos Romanos Põtifices tã p̃fatis tribus eccleſiis, quàm aliis de dicta vrbe cõceſſas cõfirmauit & innouauit Põtificat⁹ ſui anno 1. in Auinioñ. Quomodo deinde Martinus v. magis abbreuiauerit, Et Paulus ij. etiam reduxit ad viceſimũquintũ. Et deinde Sixtus iiij. cõfirmauit cum reuocatione omnium aliarum plenariarũ indulgentiarũ: & plura alia examinaui ſuper gloſsis, quas feci ad dictã decre. vnigenitus, ſcilicet Clementis. 6. Et ibi poteris videre. vide etiam aliqua per Iac. de Zochis, in repetitiõe capituli, omnis vtriuſque ſexus. de pœnitent. & remiſſ. in vlti. parte. 1. Ioan. Fran.

¶ Clemens ſextus archiepiſcopo Tarraconeñ. eiuſq; ſuffraganeis.

¶ *Annus Iubileus, ſiue plenaria remiſsio, quæ olim dabatur quolibet centeſimo anno omnibus vere pœnitentibus & confeſsis viſitantibus baſilicas beatorum Petri & Pauli, per iſtam extrauagantem ad annum quinquageſimum reducitur.*

CAP. II.

VNigenitus Dei filius de ſinu patris in vterum dignat⁹ eſt deſcẽdere matris, in qua & ex qua noſtræ mortalitatis ſubſtantiam diuinitati ſuæ, in ſuppoſiti vnitate, ineffabili vnione cõiunxit, id qđ fuit permanens, & quod non erat aſſumẽs: vt haberet vnde hominem lapſum redimeret, & pro eo ſatisfaceret Deo patri. Vbi eñ venit plenitudo tẽporis †, miſit Deus filium ſuum factum ſub lege, natũ ex muliere, vt eos q̃ ſub lege erãt redimeret, vt adoptionẽ reciperẽt filiorum. Ipſe namq; factus † nobis à Deo ſapiẽtia, iuſtitia, ſanctificatio, & redẽptio non per ſanguinem hircorum aut vitulorũ, ſed per propriũ † ſanguinem introiuit ſemel in ſancta, æterna redẽptione inuenta. Nõ enim † corruptibilibus auro & argento, ſed ſuiipſius agni incontaminati & immaculati pretioſo ſanguine nos redemit: quẽ in ara crucis innocens immolatus, nõ guttã ſanguinis modicã, quę tamen propter vnionem ad verbũ pro redẽptione totius humani generis ſuffeciſſet, ſed copioſe velut quoddã ꝓfluuiũ noſcitur effudiſſe: ita vt à planta † pedis vſq; ad verticẽ capitis, nulla ſanitas inueniretur in ipſo. Quãtũ ergo exĩde vt nec ſuperuacua, inanis, aut ſuperflua, tãtę effuſiõis miſeratio redderetur, theſaurũ militãti Eccleſię acquiſiuit, volẽs ſuis theſaurizare filiis pi⁹ pater, vt ſic ſit infinitus theſaurus hominibus, quo qui vſi ſunt, Dei amicitię participes ſunt effecti. Quẽ quidẽ theſaurũ nõ in ſudario † repoſitũ, nõ in agro † abſcõditũ, ſed ꝑ beatũ Petrũ cœli clauigerũ, eiuſq; ſucceſſores ſuos in terris vicarios cõmiſit fidelib⁹ ſalubriter diſpẽſandũ, & propriis & rationabilibus cauſis, nũc ꝓ totali, nũc pro partiali remiſsione pœnæ tẽporalis ꝓ peccatis debitę tã generaliter, quàm ſpecialiter (prout cũ Deo expedire cognoſcerẽt) vere pœnitentibus & confeſsis miſericorditer applicandum. Ad cuius quidẽ theſauri cumulũ, beatæ Dei genitricis, omniũ electorũ à primo iuſto vſq; ad vltimũ merita adminiculũ p̃ſtare noſcunt᷑: de cui⁹ cõſumptiõe ſeu minutiõe nõ eſt aliquaten⁹ formidãdũ, tã pp infinita Chriſti (vt p̃dictũ eſt) merita, quã ꝓ eo ꝙ quãto plures ex eius applicatiõe trahũt᷑ ad iuſtitiã, tãto magis accreſcit ipſorũ cumulus meritorũ. Quod felicis recordatiõis Bonifaci⁹ Papa viij. p̃deceſſor noſter pie (ſicut indubie credimus) cõſiderãs, & attẽta meditatiõe reuoluẽs, quãtum apud hoĩes glorioſi principes terræ Petrus & Paulus (per quos Euãgeliũ Chriſti Romæ reſplẽduit, & ꝑ quos Eccleſia religiõis ſumpſit exordiũ, q̃ facti Chriſtiani populi ꝑ Euãgeliũ genitores, gregis Dñici paſtores, fidei lucernæ, Eccleſiarũ colũnæ, p̃ cæteris Apoſtolis peculiari quadã prærogatiua in ipſo Saluatore fidei virtute p̃cellũt: Quorũ vni, ſcilicet Apoſtolorũ prĩcipi, ſicut bono diſpẽſatori, claues regni cælorũ cõmiſit: Alteri, tãq̃ idoneo doctori, magiſteriũ Eccleſiaſticæ eruditiõis iniũxit) in ſpeciali veneratiõe haberi debeãt, & debita honorificẽtia venerari, ꝓ ipſorũ memoria recolẽda crebri⁹, & reuerẽtia à cũctis Chriſtifidelib⁹ eis deuoti⁹ adhibẽda, ipſorũq; patrocinio fauorabili⁹ aſſequẽdo, incõſumptibilẽ theſaurũ hmõi ꝓ excitãda & remunerãda deuotiõe fideliũ voluit aperire: decernẽs de fratrũ ſuorũ cõſilio, vt oẽs qui in anno à Natiuit. Dñi M.ccc. & quolibet anno cẽteſimo extũc ſecuturo, ad dictorũ Apoſtolorũ baſilicas de vrbe accederẽt reuerẽter, ipſaſq; ſi Romani, ad min⁹ xxx. ſi vero peregrini aut forẽſes fuerĩt, xv. dieb⁹ cõtinuis vel interpolatis, ſaltẽ ſemel in die, dũ tñ vere pœnitẽtes & cõfeſsi exiſterẽt, ꝑſonaliter viſitarẽt: ſuorũ omniũ obtinerent pleniſsimã veniã peccatorũ. ¶ Nos aũt attẽdentes, ꝙ annus quinquageſimus in lege Moſaica † (quã nõ venit Dñs ſoluere, ſed ſpiritualiter adimplere) Iubile⁹ remiſsiõis & gaudij, ſacerq; dierũ numer⁹, quo lege fit remiſſio, cenſebatur: quodq; ipſe quinquagenari⁹ numerus in teſtamẽtis, veteri quidẽ ex legis datiõe, nouo ex viſibili Spiritus ſancti in diſcipulos miſſiõe ꝑ quẽ datur peccatorũ remiſſio, ſingulariter honorat᷑. Quòdq; huic plura & grãdia diuinarũ adaptãtur myſteria ſcripturarũ, & clamorẽ peculiaris populi noſtri Romani, videlicet hoc humiliter ſupplicãtis, ac nos ad inſtar Moyſi & Aarõ ꝑ ꝓprios & ſolẽnes nũtios ad hoc deſtinatos ſpecialiter orãtis ꝓ toto Chriſtiano populo, & dicẽtis: Domine aperi eis theſaurũ tuũ, fontẽ aquæ viuę, deſiderãtes benigni⁹ exaudire, nõ quidẽ vt ſicut illius Iſraelitici populi indurati ceſſet murmuratio, ſed vt iſti⁹ p̃dilecti populi & cũctorũ fideliũ augeatur deuotio, fides ſplẽdeat, ſpes vigeat, charitas vehemẽti⁹ incaleſcat: Volẽteſq; quãplurimos hmõi indulgẽtię fore participes, cũ pauci multorũ reſpectu pp vitæ hoĩm breuitatẽ valeant ad annũ cẽteſimũ ꝑuenire, de fratrũ noſtrorũ cõſilio p̃dictã cõceſsionẽ indulgẽtiæ ex ſupra ſcriptis & aliis iuſtis cauſis, ad annũ quinquageſimũ duxim⁹ reducẽdã: Statuẽtes de fratrũ cõſilio prædictorũ, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, vt vniuerſi fideles, qui vere pœnitẽtes & cõfeſsi in anno à Natiuit. eiuſdẽ M.ccc.l. ꝓxime futuro, & deinceps ꝑpetuis futuris tẽporib⁹ de quinquagĩta in quinquaginta annis p̃dictas eorũdẽ Petri & Pauli Apoſtolorũ baſilicas & Laterã. eccleſiã (quã † inclytę recordatiõis Cõſtãtinus, poſt quã per beatũ Silueſtrũ, ſicut per eoſdem Apoſtolos Deo reuelãte cognouit, renat⁹ fonte baptiſmatis fuerat,

† *Ad Galat.* 4.

† 1. *Corinthi.* 1.

† *Ad Hebræos* 9.

† 1. *Pet.* 1.

† *Eſaiæ*, c. 1.

† *Lucæ* 19.

† *Math.* 13.

Theſaurus eccleſiæ ex ſanctorũ meritis adiuuat᷑ nec conſumi poteſt.

Petri & Pauli laudes.

† Leuit. 25. cap. vbi pleniſſime de anno quinquageſimo, ſiue Iubileo.

Vita hominum eſt breuis.

† Conſtantinus per beatũ Silueſtrũ baptizat⁹ eccleſiam Lateranenſẽ cõſtruxit, vide Nicephorũ Calliſtũ lib. 7. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, c. 49.

tis fuerat,& à cõtagio lepræ mundatus, in honorẽ Saluatoris cõſtruxiſſe, quãq; idẽ beatus Silueſter nouo ſanctificatiõis & chriſmatiõis genere dedicaſſe legit,& in cuius Eccleſiæ parietib⁹ p̄fati Saluatoris imago depicta primũ toti populo Romano viſibiliter apparuit deuoti⁹ venerãda, quã ex his & aliis certis & rationabilib⁹ cauſis, vt ipſa Eccleſia pariter indulgẽtiæ p̄dictæ priuilegio decoretur,& deuoti⁹ ab eodẽ Saluatore, qui in p̄fatis Apoſtolis mirabilis prædicat,eorũ meritis & precib⁹ indulgẽtię mereatur ꝑcipere largitatẽ,in hoc cẽſuimus venerãdã,)cauſa deuotiõis modo p̄dicto viſitauerit,pleniſſimã omniũ peccatorũ ſuorũ veniã cõſequatur: ita videlicet vt quicunq; voluerit indulgẽtiã hmõi aſſequi,ſi Romani,ad min⁹ trigĩta: ſi vero peregrini aut forẽſes,modo ſimili quindecim dieb⁹ ad prędictas baſilicas,& eccleſias accedere teneãtur. Adiiciẽtes vt ii etiã qui ꝓ ea cõſequẽda ad eaſdẽ baſilicas & eccleſias accedẽt, poſt iter arreptũ impediti legitime,quomin⁹ ad vrbẽ illo anno valeãt peruenire,aut in via,vel dierũ ꝑtaxato numero nõ cõpleto in dicta vrbe deceſſerit,vere pęnitẽtes (vt p̄mittit) & cõfeſſi,eãdẽ indulgẽtiã cõſequãtur. Oẽs nihilomin⁹ & ſingulas indulgẽtias per nos vel prędeceſſores noſtros Romanos Põtifices tã prænominatis,q̃ aliis baſilicis & eccleſiis de dicta vrbe cõceſſas,ratas & gratas habẽtes: ipſas auctoritate Apoſtolica cõfirmamus,& approbamus,ac etiã innouamus,& p̄ſentis ſcripti patrocinio cõmunimus. Nulli ergo omnino hominũ liceat hãc paginã noſtrę reductionis,cõſtitutiõis,&c. Si quis autẽ hoc attẽtare p̄ſumpſerit,indignationẽ omnipotẽtis Dei,& dictorũ Petri & Pauli Apoſtolorũ ſeſe nouerit incurſurũ. Datũ Auiñ. vj. Calẽd. Februarij, Põtificatus noſtri anno I.

¶ Quocirca fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mãdamus,quaten⁹ ſinguli veſtrũ in ſingulis veſtris ciuitatib⁹ & diœceſibus, p̄dictas noſtras litteras ſubditis vobis clero & populo publicetis,& intelligibiliter exponatis,vt annuẽte Dño ad promerendã hmõi indulgentiã ſe diſponãt. Cæterũ quia pręſentes litterę nequirẽt,forſitã propter viarũ diſcrimina vel alia legitima impedimẽta ſingulis veſtrũ cõmode præſentari: volumus, ꝙ per te frater Archiepiſcope dictarũ litterarũ trãſſumptũ manu publica ſcriptũ, tuoq; munito ſigillo vobis fratres ſuffraganei trãſmittatur: Cui velut originalib⁹ litteris adhiberi volumus plenam fidem. Datum, &c.

¶ Paulus Venetus Papa ſecundus.

*¶ Conſtitutio caſus Papæ reſeruatos comprehendens, certis ex cauſis hic ponitur: à quibus nullus poteſt abſoluere ſine ſpeciali licentia ſedis Apoſtolicæ.*

† Præter caſus hic Papæ reſeruatos, plures alios ſibi reſeruat Papa ſingulis annis in proceſſu bullæ in cœna Domini. Et vide cõcilii Triden. ſeſſio. 14. c. 7. de caſuũ reſeruatione.

CAP. III.

ET ſi Dominici † gregis ſaluti ſemper intẽti,ſingulis cũ humilitate poſcẽtibus ea benigne cõcedere ſtudeamus,per quæ (peccatorũ mole depoſita) ſal⁹ ipſa ſuccedat, & ab hoſtis humani generis ſeruitute ereptas animas lucrifaciamus Altiſſimo, qui nobis eas ſua bonitate cõmiſit: id tamẽ ꝓpẽſiori ſtudio pręcauendũ eſſe cenſemus, nec cuiuſuis indulgẽtię,remiſsiõis,vel facultatis obtẽtu Chriſti fideles ꝓcliuiores ad illicita in poſterũ cõmittẽda reddãtur,aut venię facilitas † eis peccãdi tribuat incentiuũ. Hac itaq; cõſideratione habita, olim emanauit à nobis cõſtitutio tenoris ſubſequẽtis, videlicet: Sãctiſſimus in Chriſto pater,& dñs noſter, dñs Paulus diuina prouidentia Papa ſecũdus,qui pridẽ ſuper plenariis remiſsionib⁹,quæ ſemel in vita, & ſemel in mortis articulo cõcedũtur,formã & normã inſtituit,ne paſsim ſine exceptiõe quorũcunq; criminũ procliuiores redderentur hoĩes ad peccãdũ: per regulã in cãcellaria Apoſtolica publicatã ſtatuit,& ordinauit, ꝙ in quibuſcunq; cõceſsionib⁹ & facultatibus abſoluẽdi, caſus infra ſcripti tãquã ſpeciales ſedi Apoſtolicæ reſeruati ſemper intelligerẽtur excepti: Videlicet offenſæ eccleſiaſticæ libertatis, Violatiõis interdicti ab eadẽ ſede impoſiti, Criminũ hæreſis, Cõſpiratiõis in perſonã aut ſtatutũ Romani Põtificis,ſeu cuiuſuis offenſæ,inobedientiæ,ſeu rebellionis eiuſdẽ Põtificis vel ſedis Apoſtolicæ, Presbytericidij, Offenſæ perſonalis in epiſcopũ ſeu aliũ prælatũ, Inuaſionis, Deprædatiõis Occupationis, aut deuaſtationis terrarũ Romanæ Eccleſiæ mediate vel immediate ſubiectarũ, ac etiã inuaſionis Romipetarũ ſeu quorumcunq; aliorũ ad Romanã curiã venientium, Prohibitionis deuolutionis cauſarũ ad dictã curiã, Delatiõis armorũ & aliorũ prohibitorũ ad partes infideliũ, Impoſitiõis nouorũ onerũ realiũ vel perſonaliũ eccleſiis vel eccleſiaſticis perſonis, Simoniæ ſuper ordinib⁹ vel beneficiis aſſequẽdis in eadẽ curia vel extra cõtractæ: Et generaliter in caſib⁹ cõtentis in bulla, q̃ cõſueuit in die cœnæ Dñi per prædeceſſores ſuos Romanos Põtifices publicari: Cõſiderãs ꝙ plerũque cõtingit ſuã ſanctitatẽ hmõi facultates & confeſsionalia tã præſentib⁹ quàm abſentib⁹,etiã oraculo viuæ vocis cõcedere (ne prætextu cõceſsionis hmõi vel pœnitẽtes, vel cõfeſſores in ſupraſcriptis caſibus fallãtur & fallãt) ſtatuit & decreuit ſuæ intẽtionis fuiſſe & eſſe per quaſcũq; cõceſsiones & facultates per ſuã ſanctitatẽ tã ſcripto, quã verbo factas,& inpoſterũ faciẽdas,nemini licere irretitos dictis caſibus abſoluere ſine ſpeciali ſuę ſanctitatis licẽtia: quinimmo cõceſsiones & indulta prædicta quo ad caſus exceptos hmõi nulli penitus ſuffragari. ¶ Vt autẽ ipſa cõſtitutio (quæ dudũ,ſcilicet quinto Calẽd. April. anni ab incarnatione Dñi noſtri Ieſu Chriſti M. cccc. lxvj. Põtificatus noſtri anno ſecundo,publicata fuit) eiſdẽ Chriſti fidelibus pleni⁹ innoteſcat,nulluſq; illius ignorantiã prætẽdere valeat in futurũ,præſentibus inſeri fecimus,vt ad maiorẽ omniũ perueniat notionẽ. Nulli ergo omnino hominũ liceat hãc paginã noſtrorũ ſtatuti,ordinationis & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autẽ hoc attẽtare præſumpſerit, indignationẽ omnipotẽtis Dei,& beatorũ Petri & Pauli Apoſtolorũ eius ſe nouerit incurſurũ. Datũ Romæ apud ſanctũ Petrũ, anno incarnationis Dominicæ M.cccc.lxviij. v. non. Mart. Põt. noſtri an. v.

† Veniæ facilitas incentiuum tribuit delinquendi. c. vt clericorũ. extra de vit. & honeſtate clericor.

Caſus Papales.

¶ Sixtus quartus.

*¶ Bulla confirmationis anni Iubilei, publicata apud ſanctum Petrum in die Natiuitatis Domini, in qua continetur quòd annus Iubileus eſt ad breuius tempus reductus, quàm olim eſſet, quoniam vigeſimoquinto quoque anno cunctis fidelibus baſilicas vrbis Romanæ hic expreſſas viſitantibus illius indulgentiæ conceduntur, Et illo durante aliæ indulgentiæ vbique ceſſant.*

CAP. IIII.

QVemadmodum † operoſi vigiliſque paſtoris ſolertia oues ſuæ cuſtodiæ deputatas curat à ferarum præſeruare incurſibus,& ad ſtatum proſperũ fœtu multiplicato producere: ita quoque & nos (quib⁹ diſpoſitione ſuperna vniuerſi gregis Dominici ſollicitudo cõmiſſa eſt) & ſupremis deſideramus affectibus,& ſtudiis nitimur indefeſſis, cunctos Chriſti fideles,quos à iuſtitiæ ſemita hoſtis hu

† Vide extrauagantẽ Gregorij xiij. incip. Domin⁹ ac redẽptor. qua indicitur ſanctus Iubileus pro anno 1575.

mani gñis diabolica fraude auertit, depoſita peccatorũ ſarcina ſuo recõciliare auctori, vt æternę felicitatis p̃miis noſtri redẽptoris inæſtimabili charitate media potiãtur, fiatq; noſtræ operationis miniſterio, vtilitate publica ſuadẽte, etiã p gratiarũ ſuſceptionẽ qđ eorũ ſaluti cõueniat, atq; noſtra & p̃deceſſorũ noſtrorũ ordinatiões ſalubres debitis effectib⁹ mãcipẽt. Olim ſiquidẽ felicis recordationis Paul⁹ Papa ij. p̃deceſſor noſter, rationabilib⁹ cauſis tũc expreſſis induct⁹, de venerabiliũ fratrũ noſtrorũ tũc ſuorũ, (de quorũ numero tũc eram⁹) cõſilio, annũ Iubileũ ad breuius tp̃s ꝓuida moderatiõe reducẽs, illũ ad ann. 25. Apoſtolica auctoritate reſtrinxit: ac voluit, ſtatuit, & decreuit ex cauſis p̃dictis, ꝙ ſingulis xxv. annis Iubileus annus prędictus celebrari deberet: quodq; ann. Dñi M.cccclxxiij. ꝓxime futuro, videlicet à vigilia natiuit. Dñi noſtri Ieſu Chriſti, idẽ annus Iubileus inciperet, & vt ſequitur finiret: ac vniuerſi & ſinguli vtriuſq; ſexus fideles, q beatorũ Apoſtolorũ Petri & Pauli baſilicas, Lateranẽſem quoq;, & ſanctæ Marię maioris almę vrbis eccleſias ſtatutis dieb⁹ deuote viſitarẽt, oẽs & ſingulas indulgẽtias & peccatorũ remiſſiões cõſequerẽtur, quas idẽ põtifex ſuiq; p̃deceſſores anno Iubileo hmõi baſilicas & eccleſias p̃dictas viſitãtib⁹ deuote cõceſſerãt, per quaſdã primo, & deinde nos qui (dicto p̃deceſſore ſicut Dño placuit, ſublato de medio) fuimus diuina diſponẽte clemẽtia ad apicẽ ſummi Apoſtolatus aſſũpti, & p noſtras litteras eiuſdẽ Pauli p̃deceſſoris ordinationẽ, volũtatẽ, & ſtatutũ, ac oĩa & ſingula in eiſdẽ ſuis litteris cõtẽta, de fratrũ eorũdẽ cõſilio approbãtes. Similiter ſtatuimus, & ordinamus, ꝙ annus Iubileus prædictus cũ eiſdẽ indulgẽtiis & remiſſionibus plenariis peccatorũ anno ꝓxime futuro à vigilia Natiuitatis eiuſdẽ incipere, & vt ſequitur, cõtinuari deberet, prout in ſingulis litteris p̃dictis (quarũ tenores præſentib⁹ haberi volumus ꝓ expreſſis) plenius cõtinetur. ¶ Verũ quia poſtmodũ tã nos, quàm idẽ Paulus prædeceſſor noſter dũ in humanis ageret, animarũ ſaluti fideliũ intẽti, multorũ prĩcipũ & aliorũ Chriſti fideliũ ac deuotarũ pſonarũ pulſati precibus, diuerſas indulgẽtias & peccatorũ remiſſiones plenarias nõnullis eccleſiis, monaſteriis, & piis locis duximus cõcedẽdas, pp quas populorũ forſan cõcurſus ad baſilicas & eccleſias antedictas retardari, aut ipſius anni Iubilei celebritas minui, vel intermitti poſſet, cũ animarũ nõ modico detrimẽto: Nos qui vniuerſorũ credẽtiũ profectib⁹ & ſaluti proſpicere ex debito miniſterij paſtoralis aſtringimur, (ne pp aliarũ indulgẽtiarũ hactenus à nobis, ſeu eodẽ Paulo, vel aliis prædeceſſorib⁹ noſtris conceſſarũ hmõi effuſionẽ, hoc ſanctũ op⁹ ac remiſſionis & gratiæ annus Iubileus intermittatur, aut fideles ipſi à tanto munere reddãtur expertes) remediis oportunis ꝓuidere volẽtes, oẽs & ſingulas plenarias, etiã ad inſtar Iubilei, ac etiã cõmutãdi vota, aut ſuper eis & male ablatis incertis, aut per vſurariã prauitatẽ vel aliũ illicitũ modũ extortis, diſpẽſandi & cõponendi, aut illa ſub certis modo & forma remittendi & deputãdi cõfeſſores cũ poteſtate abſoluẽdi, etiã in caſib⁹ ſedi Apoſtolicæ reſeruatis, facultates, cõceſſiones, & indulta à nobis & eadẽ ſede, vel illius auctoritate quibuſcunque eccleſiis, monaſteriis, hoſpitalibus, & piis locis, vniuerſitatibus, fraternitatib⁹ quibuslibet, tã in perpetuũ, quã ad certũ tẽpus, in vita ſeu in mortis articulo, quouismodo, aut quauis cauſa quomodolibet cõceſſas & cõceſſa, & in poſterũ forſitã cõcedẽdas vel cõcedẽda, auctoritate Apoſtolica tenore p̃ſentiũ de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, vſq; ad noſtrũ & eiuſdẽ ſedis beneplacitum ſuſpẽdimus, illaſq; durãte beneplacito noſtro & ſedis prædictę ſuſpẽſas eſſe volumus, nec interim alicui ſuffragari: indulgẽtiis tamẽ baſilicarũ & eccleſiarũ dictæ vrbis in ſuo plenario robore durãtib⁹: Diſtrictius inhibẽtes alias indulgẽtias (p̃ter iſtas dũtaxat) in locis publicis vel priuatis prædicari aut nũtiari, earũq; prętextu à quæſtorib⁹ † aliquid exigi quoquo modo. Quinimo quæſtores & prædicatores quoſcunq; p locorũ ordinarios à prędicationibus & quæſtis hmõi faciẽdis, volumus & mãdamus p̃ſentiũ auctoritate arceri, ſub cẽſuris & pœnis eccleſiaſticis, de quib⁹ viſum fuerit opportunũ. Nulli ergo omnino hoĩm liceat hãc paginã noſtrorũ ſuſpenſionis, inhibitiõis, mãdati & volũtatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis aũt hoc attẽtare præſumpſerit, indignationẽ omnipotẽtis Dei, ac beatorũ Petri & Pauli Apoſtolorũ eius ſe nouerit incurſurũ. Datũ Tybure anno incanat. Dom. M.cccclxxiij. iiij. Sept. Põt. noſtri ann. iij.

Papa cũctorũ credentiũ ſaluti proſpicere adſtringitur.

† Prædicatores queſtuarios omnino aboleuit cõcilium Trident. ſeſſio. 5. de reform. c. 2. §. vlt. & ſeſſio. 21. de reform. c. 9.

¶ Idem.

*¶ Sixtus tempore ſuo multas conceſſerat indulgentias, quas certis ex cauſis hic reuocat.*

CAP. V.

ET ſi Dominici gregis ſaluti ſemp intẽti, ſingulis cũ humilitate poſcẽtibus ea benigne concedere ſtudeamus, per quæ (peccatorũ mole depoſita) ſalus ipſa ſuccedat, & hoſtis humani generis ſeruitute ereptas aĩas lucrifaciamus Altiſſimo, qui nobis eas ſua bonitate cõmiſit: id tamẽ propẽſiori ſtudio præcauẽdũ eſſe cẽſemus, ne cuiuſuis indulgẽtię, remiſſionis, vel facultatis obtẽtu, Chriſti fideles ꝓcliuiores ad illicita in poſterũ cõmittẽda reddãtur, aut facilitas veniæ eis peccãdi tribuat incẽtiuũ. Cũ itaq; (ſicut multorũ fidedignorũ teſtimonio accepimus) ob multitudinẽ facultatũ p nos, vel auctoritate noſtra cõceſſarũ, tã verbo, quã in ſcriptis cõfectis exinde litteris vel nõ, prælatis & perſonis eccleſiaſticis, etiã religioſis & ſæcularib⁹ vtriuſq; ſexus, capitulis, collegiis, cõuẽtib⁹, hoſpitalib⁹ cõfratriis & vniuerſitatib⁹, tã in genere q̃ in ſpecie, ſub electione vel deputatiõe cõfeſſorũ, q eligẽtes eoſdẽ vel ꝓ indulgẽtiis p nos cõceſſis cõſequẽdis ad eccleſias & alia pia loca cõfluẽtes, ſeu ad aliqua pia opa man⁹ porrigẽtes adiutrices, earũdemq; confratriarũ confratres, & ſorores, ac in hoſpitalib⁹ prædictis decedẽtes, ſeu deſeruiẽtes, aut eis pie aliquid relĩquentes, vel aliqua alia meritorũ miniſteria exhibentes, & in ordinibus ꝓfitentes, eorũ confeſſione diligenter audita, in ſingulis etiam ſedi Apoſtolicæ reſeruatis caſib⁹ ſemel in vita, & in aliis totiẽs quotiẽs, ac in morte plenarie, vel aliàs etiã ad effectũ cõſequẽdi quaſcunq; indulgẽtias plenarias vel non plenarias, abſoluere & pœnitentiã ſalutarẽ eis iniungere, emiſſa quoq; vota per illos quęcunq; in alia pietatis opera cõmutare libere & licite valeãt: fideles præfati ad peccandũ & alia illicita cõmittẽndũ, nõnunquã procliuiores exiſtãt, in nõ paruũ periculũ ſalutis animarũ ſuarũ: Nos qui Deo ꝓpitio eiuſdem gregis Dñici (meritis licet inſufficientibus) cauſam gerimus, & illum ſpiritualis theſauri elargitione cupim⁹ ipſi Deo reddere acceptabilẽ:

Humiliter poſcentibus moſgerẽdus eſt.

Animæ ſunt à Deo Papæ commiſſæ.

Indulegẽtiæ ob pia opera ſunt concedendæ.

Gregis dominici cauſã gerit Papa.

ne exinde

ne exinde clauium auctoritas deducatur in contẽptum, ipſique ad peccandum procliuiores (vt diximus) liberius prolabantur: Ex p̃miſſis & aliis rationabilibus cauſis animũ noſtrũ mouẽtibus, motu ꝓprio (nõ ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiã, ſed de noſtra mera volũtate & deliberatione) auctoritate Apoſtolica tenore præſentium ſtatuimus & ordinamus, q̃ decætero prætextu facultatũ huiuſmodi conceſſarũ à nobis vel auctoritate noſtra, & quas cõcedi quomodolibet continget in poſterũ verbo, litteris, aut quauis alia ſcriptura etiã cũ clauſula, q̃ ſola ſignatura ſufficiat, etiã in fauorem fidei & cruciatæ, nullus confeſſorũ eorundẽ quẽpiam cuiuſuis ſtatus, gradus, ordinis, vel cõditionis exiſtat, & quacũq; eccleſiaſtica, etiã epiſcopali vel maiori, aut mũdana, etiã regali & maiori dignitate p̃fulgeat, q̃ offenſæ eccleſiaſticæ libertatis, violationis, interdicti ab eadẽ ſede impoſiti, ſeu hæreſis, poſtquã fuerint de ea ſententialiter cõdẽnati, delati, ſeu publice diffamati: cõſpirationis in perſonã aut ſtatũ Romani Põtificis, ſeu cuiuſuis offenſæ, inobedientiæ, aut rebellionis eiuſdẽ Pontificis, vel dictæ ſedis, mutilationis mẽbrorum, vel occiſionis cuiuſcũq; in ſacris ordinibus cõſtituti: offenſæ pſonalis in epiſcopũ ſeu aliũ p̃latum: inuaſionis, deprædatiõis, occupatiõis, aut deuaſtationis terrarũ Romanæ Eccleſiæ mediate vel immediate ſubiectarũ: ac etiã inuaſionis Romipetarũ, ſeu quorumcũq; aliorũ ad Romanã curiã venientiũ: prohibitionis deuolutionũ cauſarũ ad dictã curiã: delatiõis armorũ & aliorũ prohibitorũ ad partes infideliũ: impoſitionis nouorũ onerũ realium vel pſonaliũ eccleſiis vel eccleſiaſticis pſonis: ſimoniæ ſuper ordinibus vbl beneficiis cõſequendis in dicta curia vel extra eã cõtractæ, criminũ quomodolibet reus foret: Et generaliter in caſib⁹ cõtẽtis in litteris, quę cõſueuerunt in die Cœnæ Domini publicari, p̃textu huiuſmodi facultatũ abſoluere, & p eos emiſſa peregrinationis vltra marinæ, & viſitationis liminũ Apoſtolorũ Petri & Pauli: in Cõpoſtella, & caſtitatis ac religionis vota: Niſi ex ſpeciali licentia & certa ſcientia noſtra, de qua demũ cõſtare cẽſeatur, cũ in ſignatura noſtra de ſup manu noſtra ſcriptũ, aut in litteris noſtriş expreſſum fuerit, nos ex certa ſciẽtia & de ſpeciali gratia id cõcedere cũ derogatiõe p̃ſentis cõſtitutionis illius de verbo ad verbũ inſerto tenore: nõ autẽ p clauſulas id importãtes: vel in articulo mortis conſtitutũ, & tũc in caſib⁹ in quib⁹ ſatisfactio fuerit impendẽda, facta ſatisfactiõe, vel idonea p̃ſtita cautione, cõmutare præſumãt. ¶ Et ſi aliqui cõfeſſorum p̃dictorũ cõtra p̃ſentẽ conſtitutionẽ quenquã abſoluere, aut excepta vota p̃dicta cõmutare attẽtauerint, abſolutio & cõmutatio huiuſmodi nullius ſit roboris vel momẽti. Et cõtra faciẽtes eoipſo excõmunicationis ſentẽtiã incurrãt, à qua (niſi in mortis articulo † conſtituti) ab alio quã à Romano Põtifice abſolui nõ poſſint: Non obſtãtibus litteris & cõſtitutionibus huiuſmodi, ac cõſtitutionibus & ordinationibus huiuſmodi, ac cõſtitutionibus & ordinationibus, &c. ¶ Et ne aliquis de præſentibus ignorantiã valeat allegare, mandamus eas in cancellaria Apoſtolica & audientia litterarum contradictarum legi & publicari, ac inter extrauagantes alias Apoſtolicas conſtitutiones in quaterno dictæ cancellariæ deſcribi, & c. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginã noſtrarũ ſuſpenſionis, inhibitionis, mandati, & volũtatis, &c.

Indulgentiæ vario modo concedũtur.

† Vide conciliũ Trid. ſeſſio. 14. de caſuũ reſeruatione, cap. 7.

Datum Spiræ, anno Domini M.ccccIxxviij.

## De ſententia excommunicationis.

¶ Bonifacius octauus.

*¶ Excommunicati ſunt qui pactis, aut promiſſionibus iuſtitiam vel gratiam à ſede Apoſtolica obtinent, & qui tales non reuelant, nec illis abſolutio facile conceditur.*

CAP. I.

Xcõmunicamus [a] † & anathematizamus [b] ex parte Dei omnipotentis, patris, & filij, & ſpiritus ſancti, auctoritate quoque beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & noſtra, omnes clericos [c], religioſos, & laicos vtriuſque ſexus, ſiue ſint familiares curię, ſiue alij vndecunque, qui aliquod pactum fecerint, ſeu aliquod paruum vel magnum promiſerint, vel promiſſionẽ receperint, aut ex pacto ſiue promiſſione occulta, vel

*Xcommunicamus.*] Hæc pronũtiatio reperitur in ꝓuinciali cancellariæ. Et cum quidam ſcriptor Papæ diceretur incidiſſe in eã, Bonifacius Papa octauus hanc pronuntiationem innouauit, & eã publicari in audientia fecit. Et diuiditur in quinque partes. Nam primo Papa dantes & promittentes, acceptantes, & recipiẽtes ꝓ iuſtitia vel gratia ſub quacũque forma verborum aſſequenda, excõmunicat. Secundo. §. *Illos*, ad ſcientes hæc, & intra triduum non denuntiãtes dictam excõmunicationẽ prorogat. Tertio, §. *Decernimus*. abſolutionem dictæ excõmunicationis ſibi reſeruat, ſtatuẽs quid primitus ſit agendum pro huiuſmodi abſolutione aſſequenda. Quarto, §. *Iuſtitiam*. iuſtitiam obtentam poſt dictam excommunicationem incurſam caſſat & irritat. Quinto, §. *Sed & ſcienter.* vtentes ſcienter ſic obtentis, poſt dictã excõmunicationem præmiſsis pœnis alligat.

† Hanc conſtitutionem cum ſuis cẽſuris & pœnis omnibus innouauit Gregorius xiij. p extrauagantẽ incipientẽ, Ab ipſo pontificatus noſtri p̃ricipio. anno 1574. cã que extẽdit ad audentes, auxiliantes, conſiliantes vel fauentes.

a ¶ *Excõmunicamus.*] numquid per hoc verbum intelligitur excõmunicatio maior vel minor? Et videtur q̃ minor. extra lib. 6. de reg. iu. in pœnis. & ibi not. extra lib. 6. de excep. pia. vbi proponẽdo excõmunicationẽ, requiritur expreſsio ſpeciei excõmunicationis. quod non eſſet neceſſe, ſi maior excõmunicatio intelligeretur. Dic contra extra de ſent. excom. c. ſi quem. & eſt ratio, quia verbum, excõmunicatio, de vi vocabuli importat maiorem, quæ excludit à fidelium communione, vt ibi. Item decret. pia. loquitur in proponendo, vbi impingitur parti, quæ non declarat propoſitum: hic in pronuntiando ſeu ſtatuendo, cuius interpretatio eſt intelligenda prout verba ſonant. extra. de ſpon. ex litteris 1. Ioa. monachus.

Excõicatio quando profert de qua intelligitur.

b ¶ *Anathematizamus.*] ſimile extra de hæret. excõicamus 1. & 2. Et anathema eſt ſolemnis excõmunicatio, de qua habetur 11. q. 3. cum aliquis. & c. debẽt. & eſt idem quod ſuperna perditio ſeu maledictio. 11. q. 3. nemo epiſcoporũ. & 24. q. 3. cum ſancti. &c. corripiantur. dicitur ab ana, quod eſt ſurſum, & thema, quadam figura quaſi rotunda, habente telum quaſi ex tranſuerſo, quæ conſueuit poni in frontibus damnatorum. Sed numquid hæc pronuntiatio eſt conſtitutio, ſententia, ſeu mandatum? Hæc enim diuerſa dicuntur. extra lib. 6. eod. tit. c. quia. Et videtur eſſe conſtitutio. extra eod. tit. c. à nobis. & infra eod. §. decernimus. Nam decretũ eſt cõſtitutio, & propriè poteſt dici ſanctio: quia hæc conſtitutio pœnæ adiectione firmat. arg. inſt. de rer. diui. §. ſanctæ. & diſt. 3. in ſumma. Item quod nullo addito dicitur, ſimpliciter & perpetuo dicitur. ff. de don. cau. mor. l. Seia. in fi. C. de pœn. l. ſi ſeruus. Item ad prohibitum perpetuo antea pœna hic adiicitur, quæ debet naturam principalis ſortiri. ff. de pact. do. l. inter ſocerum §. cum inter. extra 6. lib. de regu. iur. acceſſoriũ. argu. C. de vſu. l. eos. in princip. ff. ſiquis cau. l. 2. §. 1.

Anathema quid eſt

c ¶ *Clericos.*] Sed numquid comprehenduntur hic epiſcopi? Videtur q̃ non. extra 6. lib. de hæret. inquiſitores. & ibi not. Dic contra propter generalitatem verborum ſequentiũ. arg. 17. q. 4 ſi quis ſuadẽte. extra lib. 6. eod. tit. c. quia periculoſum. Item pœnam hic inflictam omnes (niſi hic excipiantur expreſſe) incurrunt. argu. C. vbi ſen. vel. cla. l. 1. & ff. de ritu nupt. Senatoris. cum vnũquenq; criminoſum dignitas non debeat cõmitari. C. de decu. nequis officialium. lib. 10. C. de digni. l. iudices. lib. 12. Et hoc arg. dico Cardinales ligari hac conſtitutone. Nec obſtat quod not. extra lib. 6. de ſchiſm. c. 1. §. omnem. quia alio caſu loquitur: & hoc nũquam fuit bonum exordium, ſed ibi ſecus. Et eſt ratio huius diſtinctionis, factum quod eſt malum in ſe, quanto cõmittens in illud eſt maior, tanto grauius peccat. 40. diſt. homo. Sed forſan ibi non eſt mihi credendum, qui pro me dixi. Sed numquid mediatores huius

 maledictio-

manifeſta facta ſub generalibus [a], & plenarie nõ expreſſis, ſiue ſit ſub ſpecialibꝰ & expreſſis aperte verbis, quicquam dederint, aut receperint magnum vel paruum, vel promiſſionem de quacũq; re aut vtilitate propter hoc conſequenda fecerint vel receperint pro aliqua iuſtitia ſiue gratia, pro ſe aut pro alio in cauſis vel iudiciis, ſeu aliàs per litteras Apoſtolicas, & quibuſcũque modis apud ſedẽ Apoſtolicam obtinenda. ¶ Et hanc ſententiam [b] ad promittentes, & acceptantes, dãtes, & recipientes duximus extendendã. ¶ Illos quoque qui aliquẽ ſciuerint culpabilẽ in prędictis, & nobis intra dierũ triũ ſpatiũ nõ retulerint, vel alicui perquẽ ad nos verbũ fideliter perferatur [c], ſimili decernimus ſententiæ ſubiacere. ¶ Decernimus etiam, vt nullus hanc incurrẽs excommunicationis ſententiã pro prædictis vel aliquo prędictorum, abſque ſpeciali mandato noſtræ abſolutionis beneficium valeat obtinere [d]; niſi forſan ad nos habere acceſſum nõ poſſet in mortis† articulo [e] cõſtitutus; Nec etiam ad abſolutionis gratiam admittatur, niſi prius quantum dedit vel recepit [f] integraliter pauperibus largiatur [g]. ¶ Iuſtitiam vero ſiue gratiam ſic obtentam nullius prorſus eſſe momenti [h] volumus, omnique ſtatuimus carere effectu & robore firmitatis. ¶ Sed & ſcienter vtentes [i] ipſis, ſimili ſententia excommunicationis [k] aſtringimus: & reſeruãtes nobis abſolutionem eorum cum præmiſſis in omnibus ad pœnas ſimiles obligamus.

¶ Idem.

*¶ Præmiſſis damnis ex interdicto prouenientibus, ſtatuit, quòd propter dominũ debita non ſoluentem eius terra vel ciuitas ſine ſpeciali Papæ licentia non interdicatur.*

CAP. II.

PRouide attendentes, quòd vt frequẽtius, quamuis nõ

maledictionis tenentur hac pœna? Dic quòd ſic, ſaltem ex §. infra eod. illos. & hos credo cõprehendi. j. eod. ver. & hanc. & quia participat in crimine crimino ſo. extra eod. nuper. & c. ſi concubinæ.

a ¶ *Sub generalibus.*] verbi gratia: non intendo vobis eſſe ingratus vel dicendo, decens eſt vt laborans pro alio, recognoſcatur. Multa enim tacita tenẽt quæ expreſſa vitiant. argu. ff. de hære. inſti. l. ſi quis Sempronium. Sed quid ſi verbo non exprimit, ſed facto deponit: vel aliter rogat non ſolitus rogare, aliàs niſi ſciat ſe munitum? Dic, talis dicit, quia facta loquuntur, vt ait Grego. arg. 22. q. 5. cauere. & plus exprimitur facto, quàm verbo. ff. de ædil. edi. l. ſi tamen. §. 1. Sed quæ eſt ratio, ꝙ hic expreſſa ſeu generaliter dicta vitiẽt? Dic, quia qđ iuſtũ eſt, iuſte exequaris, vt Deut. 21. & eſt caſus extra de ſimo. ſicut tuis. 14. q. 4. non ſane. 1. q. 1. non eſt putanda. ff. quod met. cau. l. extat. C. de act. & oblig. l. negantes. Inſti. vi bo. rap. §. ſed nedum talia. C. de re milit. contra publicã. in fi. lib. 12. quia ponens finem bonũ, habet illũ attingere per bona media, vt dictis iuribus & competenti tẽpore non agens, cum teneatur finem ponere & attingere illum: illud attingere, cum ſit facti, debet intelligi arbitrio boni viri. ff. de verb. obli. l. continuus. §. cum ita. ff. de rei vendi. qui reſtituere. in fi. Sed numquid aduocatus, procurator, vel tabellio petens ſalaria, & conueniens de eiſdem ligatur hac ſanctione? Dic ꝙ nõ. 11. q. 3. non licet. ſecus in iudice, vt ead. cau. & quæſt. qui recte. & hic. Et eſt ratio, hic damnata generaliter non referuntur ad perſonas iuſte ſecundum ius ſalaria recipiẽtes. Notatur de hac materia extra de verb. ſig. ſuper quibuſdam. & de vita & hon. cleri. cum ab omni. C. de iura. calu. authen. principales. Quid ſi tabellio plus debito acceperit, numquid hac conſtitutione tenetur? Dic ꝙ non, quia non recipit pro iuſtitia ſeu gratia aſſequenda, quod requirit hæc conſtitutio: vnde dato ꝙ iudici daretur, vel alius det pecuniam pro iuſtitia differenda aut auferẽda, hac conſtitutione non ligatur, quæ in alio caſu loquitur. arg. ff. de lib. & poſthu. l. commodiſsime. extra lib. 6. de reſcri. ſuſceptum. Item cum ſit pœnalis, eam non extendam. de pœni. diſt. 1. pœnæ. Sed nunquid ſine parabola præcedente poteſt dari aliquid promotori negotio completo? Videtur ꝙ ſic. arg. ff. de orig. iur. l. 2. §. fin. ff. de don. Aquilius Regulus. & de var. & extraord. cog. l. 1. §. proinde. extra de ſimo. c. dilectus 2. in fi. 1. q. 2. ſicut epiſcopum: Contra. 1. q. 1. eos. in fi. Sol. ibi ſpeciale propter magnitudinem criminis. 1. q. 7. c. fin. Item hic ligantur ſcientes tantum. infra eod. in fi. ſed ibi etiam ignorantes. extra de elect. c. penul. & 1. q. 5. præſentium. Item ibi quis ligatur pro peccato alterius, quod non eſt in pœna hic inflicta. 24. q. 3. §. 1. & c. 1. Sed pone: neuter aliquid facto vel verbo exprimit: & tamen mente vterque gerit, ſeu alter ſe daturum, numquid ligatur hoc vinculo? Dic ꝙ non, quia hæc conſtitutio factum requirit, ſicut ille canon. 17. q. 4. ſi quis ſuadente.

Aduocatis & procuratoribus licet, quod eſt iudicibꝰ vetitum.

b ¶ *Et hanc ſententiam.*] ſed numquid hæc ſunt dicta ſupra? Dic loquitur ſupra cum ſunt dantes, recipientes, promittentes, & acceptantes, ex verbis emiſsis, ſpecialiter vel generaliter ſe obligant; ſed hic loquitur quando parabola præceſsit per proxenetã, & cõmodum ad alium deuenit, ita ꝙ contractus ſupra damnatur, ſed hic ſequela huius contractus proueniens ad alios ſcienter damnatur pœna conſimili. nec mirum, quia ſcientes & non denuntiantes eadem pœna ligantur. infra §. proxi. vnde dic, ad promittẽtes, &c. ex ſequela præcedentium iam ſuperius damnatorum, & hoc innuunt verba ſequentis §. quæ copulant per verbum, quoque, caſum ſequentem minus dubiũ præcedentibus in parilitate pœnæ, vt in 1. reſpon. huius cap. damnetur cõtractus: ſecundo ver. & hãc. ſequela eiuſdẽ cõmodum cõtinens. tertio, §. illos. ſciẽtes & nõ denũtiantes, licet nõ habeãt cõmodũ directo vel indirecto. Ioa. Mon.

c ¶ *Perferatur.*] Nota aliquem teneri ad iudicandum vel denuntiandum. extra lib. 6. de reb. eccle. non alic. c. 2. ver. clericos. 2. q. 7. ſicut. & c. ſeq. argu. contra. ff. de condi. ob turp. cau. l. idem & ſi. §. ſi tibi iudicium. & forſan ſecundum canones. ſecus not. extra de fur. qui cum fure. Sed quem vocas hic ſcire? videtur ſi ab alio audiuit. 22. q. 5. hoc videtur. ff. de admi. tut. l. quidã. §. vlt. ff. de pet. hære. l. item veniunt. §. quicunque ergo. Dic illum ſcire, qui hoc poteſt probare. 2. q. 7. plerique. & §. ſeq. & c. ſi quis epiſcopus. C. de prob. l. ſciant.

Denuntiare an quis teneatur.

d ¶ *Obtinere.*] alias Papa non reſeruante ſibi abſolutionem, alij poſſunt abſoluere. extra eo. nuper.

† Vide concilium Trid. ſeſſio. 14. c. 7. de caſuum reſeruatione.

e ¶ *Mortis articulo.*] hoc eſt generale. extra lib. 6. de pœnis, c. fin. §. præſenti. extra de offic. ordi. paſtoralis. §. 1.

f ¶ *Recepit.*] quod ſi nõ habet, tunc luat in corpore. Nam in pœnis pecuniariis, quæ ſurgunt ex delictis, quod nõ poteſt in burſa male agẽs, in corpore luat. ff. de in ius voc. l. fi. ff. de pœn. l. 1. in fi. extra de do. & contu. finẽ. in fi. & not. extra de appel. reprehenſibilis.

Corpore det pœnas qui caret ęre ma us.

g ¶ *Largiatur.*] vt non fiat reſtitutio danti propter eius turpitudinẽ. nec recipiens cõmodo retentionis vtatur, licet vtrobique verſetur turpitudo. & eſt ratio, quia vterque incidit in factum merito damnatum. ff. de cond. ob turp. cau. l. 1. in fi. extra de vita & hone. cleri. c. cum ab omni. & quia quod gratis fieri debuit, in pactum lucroſum non debet conuerti. ff. de cond. ob turp. cau. ſi veſtimenta. & extra de ſimo. c. nemo. & c. de hoc. not. ſimile. vnde dans hoc caſu contra recipientem agens, repellitur. ff. de cond. ob turp. cau. vbi autẽ. Iudex tamen qui habet purgare culpam, & illam in bonum pœnæ commutare. arg. de offi. præſi. l. 2. & l. congruit. turpe lucrum à poſſeſſore extorquebit, & dabit pauperibus, vt hic. & ff. de iure fiſ. l. Lucius. Sed contra. C. de reli. & ſumpt. fu. & al. lu. alearum. Sed ibi non erat malum ſecundum ſe, cum in certis caſibus bene poſſit fieri ludus, vt ibi. & ff. de aleato. l. ſolent. §. 1. hic ſecus. Dico eũ ludum prohibitum regulariter clericis. extra de vita & hone. cler. clerici 2. extra de exceſ. præla. inter dilectos. authẽ. de ſanctiſ. epiſ. §. interdicimus. coll. 9. Item contra. ff. de colleg. illic. l. collegia. 1. reſpon. Sed ibi erat res illicita propter carentiã ſolemnitatis, ſcilicet quia collegium non erat per principem approbatum: hic erat illicitum de ſe: & ideo hic maior pœna quàm ibi. Nec per remedium hic datum tolluntur antiqua. arg. ff. nau. cau. ſtab. l. & ita de facto. §. 1. ff. de act. & oblig. l. quotiens. C. de ſepul. vio. l. 3. extra lib. 6. de pœn. c. fi. §. per hoc quoque. & extra lib. 6. de re iud. cum æterni. de quorum aliquibus habetur 14. q. 5. non ſane. C. de pœn. iudi. qui ma. iud. per totum.

Lucrũ turpe eſt extorquẽdum, & pauperibꝰ dãdũ.

Ludꝰ eſt clericis prohibitus.

Remedium nouum non debet antiquũ tollere.

h ¶ *Momenti.*] & ſic nota, ꝙ vitium partis vel defectus facit gratiã vel iuſtitiam nullam, vt hic, & extra de reſcript. cũ adeo. extra de æta. & qual. cum bonæ. extra 6. lib. de reſcrip. c. 1. extra de fil. pſbyt. c. 2. lib. 6. & l. canonizata. 2. q. 6. veniales. Firmatur hic pœnæ excommunicationis adiectione. Idem de gratia, quæ gratis debet dari. 1. q. 1. ſunt nonnulli.

i ¶ *Vtentes.*] & ſic not. ꝙ nedum faciens malum: ſed vtens malefactis ſcienter conſimili pœna irretitur. extra de immu. eccl. aduerſus. extra de cri. fal. ad falſariorũ. C. đ cri. fal. l. fi. falſas. & l. maiorẽ.

K ¶ *Excommunicationis.*] quæ eſt timenda, ſiue fuerit iuſta, ſiue iniuſta, vt patet 11. q. 3. ſententia.

Excõicatio ſiue iuſta ſiue iniuſta timenda eſt.

P*Rouide attendentes.*] ¶ Quod vnus nomine ſuo pro ſui intereſſe non poſſet eccleſiam ſubiicere interdicto, dudũ prouiſum eſt extra de iis quæ fi. à ma. par. cap. quæſiuit. Sed hic prouidetur generalius, vt infra proxi. & præmiſſa intelligo vbi proceditur à parte, vt dicto c. quæſiuit. aut à iudice conuentione partis, vt hic. Sed quæro: archidiaconus qui ex conſuetudine excommunicare non poteſt, ſed bene eadem conſuetudine poteſt interdicere, eccleſiã interdicit:

interdicit: nunquid poteſt? Dic ꝙ ſic: quia cum excommunicatio, interdictum, vel ſuſpenſio in poteſtate iudicis regulariter ſumuntur paria, extra eod. tit. cum medicinalis. §. & hæc eadem. ideo illã pœnam infliget, de qua ſibi videbitur, & quæ erit aptior negotio. extra vt lit. non conteſt. tuæ. & c. ita quoniam. §. fin. Item poteſtas ſpecialiter non prohibita, ſtat. arg. C. de appel. præcipimus. in fi. quia in tractatu prohibiti, vt eſt edictũ de matrimonio, de procurationibus & ſimilibus, quod non eſt prohibitum expreſſe, eſt permiſſum. extra de ſpon. cum apud. ff. de procur. l. mutus. 2. reſpon. Et hęc decre. habet quinque dicta. Primo, prœmium ad dicenda præmittit. Secundo, ver. *Præſentis.* iuxta præmiſſa ſtatuit. Tertio, ver. *Nos enim.* factũ cõtra ſtatutum huiuſmodi irritum decernit. Quarto, ver. *Nõ obſtantibus.* dicto ſtatuto obuiantia tollit. Quinto, ver. *Niſi à ꝓdicto ſtatuto.* excipit.

Edictum de matrimonio eſt ꝓhibitorium.

ſine cauſa, ſine culpa [a] tamen multorũ interdicti ſententiæ ꝓferuntur [b]: quodq; ſunt nõnulli iudices nimis [c] prõpti ad proferendas eaſdẽ etiã in negotiis ſiue cauſis, quæ interdũ plꝰ ex cupiditatis, quã charitatis radice [d] ꝑſpicuis indiciis [e] procedere arguũtur: quodq; interdicti tẽpore diuina organa ſuſpenduntur & laudes [f], nec eccleſiaſtica ſacramenra miniſtrantur [g], vt ſolẽt: tollũtur mortuis ſeu minuũtur ſuffragia [h], præſertim ꝑ oblationẽ frequentẽ Hoſtiæ ſalutaris: adoleſcentes & paruuli participantes rarius ſacramẽta minus inflãmantur & ſolidantur in fide: fideliũ tepeſcit deuotio, hæreſes pullulãt, & multiplicãtur pericula animarum: Præſentis conſtitutionis prouidemus edicto, vt nulla prouincia, ciuitas, caſtrũ, villa [i], locus [k], territorium [l], vel diſtrictus auctoritate ordinaria vel delegata ſup-

a ¶ *Sine culpa.*] de hoc not. extra de conſti. cognoſcentes.

b ¶ *Proferuntur.*] extra de ſpon. non eſt. & not. 1. q. 4. in ſumma. Quid ſi hodie conſimilis ferretur ſententia ſine ſcriptis: numquid ferens eſſet ſuſpenſus? Argu. pro & cõtra. extra lib. 6. de reg. iur. non præſtat. Dic quòd ſic. extra lib. 6. eod. tit. cum medicinalis. §. hæc eadem. Sed dices illud cap. loquitur vbi ſententia eſt aliqua, vt dicto c. §. ſi quis. & §. ſuperior. ſed hic eſt nulla. Sol. dictum cap. punit temeritatem iudicum, vt dicto. c. §. ſi quis. quæ conuincitur, ſiue ſententia ſit nulla, ſiue aliqua iniuſta tamen. Et quando iudex peccans iſta conſtitutione, & illa duplici maledictione dignus eſt, ſecundum Philoſophũ, & tranſgreſſor duarũ conſtitutionũ: nec pœna præſtat ſibi immunitatem. ff. de interd. & releg. relegatorũ. §. fin. & pone ꝙ excommunicans eſſet excommunicatus, ſententia eſſet nulla. 24. q. 1. audiuimus. attamen pœna dicti §. locum haberet.

c ¶ *Nimis prompti.*] id eſt, nimis feſtiui. contra iura. C. de ſen. ex breui. reci. l. 2. C. de appel. ne cauſas. 50. diſt. ponderet. 2. q. 1. in primis. Ioan. Monachus.

d ¶ *Radice.*] vt ſunt contractus mercatorum, qui dederunt cauſam præſenti edicto.

e ¶ *Indiciis.*] C. de rei vendi. l. indcia. C. de dolo, l. dolum.

f ¶ *Laudes.*] extra de pœni. & remiſ. quod in te. extra de conſec. eccle. vel alta. cap. fin.

g ¶ *Miniſtrantur.*] vt dicto c. quod in te. & extra 6. lib. eod. tit. c. ſi.

h ¶ *Suffragia.*] 13. q. 2. pro obeuntibus. & c. ſequenti. & ſeq.

i ¶ *Villa.*] extra de verb. ſign. c. cum in partibus. extra lib. 6. eod. tit. ſi ciuitas. notatur quid ſit.

Locus quinque modis accipitur.

k ¶ *Locus.*] Multipliciter accipitur locus: vno modo pro quantitate menſurante rem extra, vt ſunt tempus & locus, ſecundum Philoſophum. Et ſic ponitur 13. q. 2. vbicumque 1. & ff. de exerci. l. 1. Alio modo pro parte fundi. ff. de verb, ſign. l. locus. Tertio modo pro efficacia argumenti, vt eſt locus maxima, vel differentia maxime, ſecundum quod dicitur ab Artiſtis, locus eſt ſedes argumenti, vel illud à quo extrahitur argumentum. verſus:

Verſus.

*Eſt locus atque loci ſunt artes, ſunt loca terræ.*

Quarto modo pro conuenienti ſtatu, vt dicto c. cum in partibus. in fi. Et ſic accipit Horatius, cum dicit:

Horatius.

*Singula quæque locum teneant ſortita decenter.*

Quinto modo pro congregatione habitantium intra metas vnius loci, vt hic. & extra de cleri. excom. miniſt. cap. poſtulaſtis. extra 6. lib. eod. tit. alma. 2. reſpon.

l ¶ *Territorium.*] quid ſit, habes ff. de verb. ſigni. l. pupillus. ver. territorium.

Pecuniæ appellatio omnes res continet.

m ¶ *Pecuniæ.*] appellatione pecuniæ omnis res continetur. 1. q. 3. c. totum. ff. dè verb. ſigni. l. pecuniæ verbum. & l. pecuniæ nomine. & C. de conſt. pec. l. 2. & hoc ait Philoſophus dicens, appellatione pecuniæ omnis res continetur, cuius dignitas, id eſt valor nummiſmate menſuratur.

Conſtitutio ad præterita quandoq; extenditur.

n ¶ *Attentatum.*] & ſic hæc conſtitutio trahitur ad præterita: nec mirum, quia hoc hic cauetur expreſſe. extra de conſti. c. fin. 3. q. 4. omnes. C. de ſacroſan. eccl. l. ſi. in fi. Et de materia attentatorũ ante pœnam incurſam. verbi gratia, Ante iſtam concluſionem eſt eccleſia interdicta ſecundum vnũ modum de hic reprobatis: aliquis celebrat in ea eccleſia, tãdem ſit hæc conſtitutio: non releuatur per hãc conſtitutioné. not. ſimile extra 6, lib. de regu. iur. c. ratihabitionem, argu. ff. de itin. actuque priua. l. 1. in fi. & l. ſeq. C. de ſen. paſ. l. ſi. in prin. ff. de capt. & poſtli. reu, l. in bello. §. factæ. authen. vt cum. de appella. cogen. circa prin. coll. 8. vbi not. ꝙ conſtitutio, quæ extenditur ad præterita, non cõprehendit deciſa per ſententiã. & extra lib. 6. de reg. iur. c. factum. Ioan. Monachus.

ponatur eccleſiaſtico interdicto pro pecuniario debito, vel pro cuiuſuis monetæ vel pecuniæ [m] quãtitate, quacuq; occaſione vel cauſa, ſeu quouis quæſito colore: pro eo maxime ꝙ ipſorũ domini, rectores ſeu officiales, quocunque nomine cenſeantur, aut incolæ ſeu habitatores, aut ſingulares perſonæ ipſorum ſtatutis vel ſtatuẽdis, ordinatis vel ordinandis terminis huiuſmodi debitum ſeu quantitatẽ non ſoluerunt hactenus, aut in antea non perſoluent. Nos enim exnunc decernimus irritum & inane, ſi ſecus hactenus extitit attentatũ [n], vel contigerit attentari, illudq; reuocamus omnino. Non obſtantibus quibuſcunque contractibus [o], obligationibus [p], pactis [q], conuentionibus [r], compoſitionibus [s]; ſubmiſſionibus [t], fideiuſſionibus [v], conſenſibus [x], proceſſibus [y] & ſentẽtiis ſuper hoc

Contractus ſũt duplices.

o ¶ *Cõtractibus. &c.*] & eſt ratio, quia inno. xij. tunc ligarentur per iſta, vt ſ. in princ. extra eod. Romana. § ſi. propter hoc illicitum hic retractat. Et dic contractibus vel quaſi, ſiue vltro citroq; obligatoriis, vt emptio & venditio, & ſimiles: vel ex parte vna, vt eſt donatio. C. de ſacroſan. eccle. vt inter diuinum. Inſtitu. de oblig. quæ ex quaſi contrac. naſ. per totum.

Intereſſe eſt æſtimatio pecuniaria.

p ¶ *Obligationibus.*] quæ ſunt iuris vinculũ. Inſt. de oblig. in prin. Sed quid ſi agatur ex obligatione ad intereſſe? Dic idem, cum intereſſe ſit æſtimatio pecuniaria. ff. de re iud. l. ſi quis ab alio.

q ¶ *Pactis.*] quid ſit pactum, & quæ conuentio habetur. ff. de pact. l. 1. §. 1. & §. adeo.

r ¶ *Conuentionibus.*] ab initio.

ſ ¶ *Compoſitionibus.*] ex poſt facto. Ioan. Monachus.

t ¶ *Submiſſionibus.*] in iudices factis.

u ¶ *Fideiuſſionibus.*] hoc eſt obligationibus nõ principalibus, ſed acceſſoriis. Inſt. de fideiuſ. per totum.

x ¶ *Conſenſibus.*] partium. Ioan. Monachus.

Interdictum quandoq; directe quandoque indirecte fertur.

y ¶ *Proceſſibus.*] & ſententiis iudicum. Quid ſi non ſit lata ſentẽtia interdicti directo, ſed ſolũ mandatur rectoribus locorũ, in quibus morantur; vel veniunt excõicati ex cauſis prædictis, ꝙ quã diu morantur ibidẽ, ceſſent à diuinis, etiã tribus diebus poſt receſſum, prout frequenter fieri conſueuit. Videtur idem, cũ eadem ſit ratio. ff. ad leg. Aquil. l. illud. nam aliàs præſens conſtitutio imponeretur verbis, & nõ rebus, & debito fraudaretur effectu. arg. extra lib. 6. de elect. cõmiſſa. §. porro. C. cõmu. de leg. l. 2. in fi. Dic diſtinguendũ, aut agitur de delicto maiorũ, propter quod terra poſſet directo interdici. extra eod. tit. lib. 6. ſi ſententia. §. cæterũ. & ſic prædicto modo poſſet directe poni interdictũ. extra de ſponſ. non eſt. aut nõ: & ſic reditur ad interdictũ hic prohibitũ: ſed primo modo reditur ad interdictũ permiſſum. Sed quæro hoc caſu permiſſo, nõ interdicitur prouincia, vt dicto c. non eſt ſed interdicitur curato ne celebret tali præſente, celebrat: nũquid eſt iſte celebrans irregularis? Arg. ꝙ ſic. extra lib. 6. eod. tit. c. is qui. extra de cler. excom. ſi celebrat. Sed dices ad hoc, mitius agitur cum lege, quàm cũ miniſtro legis. ff. de arb. l. Celſus. Sol. hoc caſu nedũ requiro inhibitionem iuris vel hominis, ſed pœnam à iure inflictam, vt dicto c. is qui. & pœnalia non extendã. ff. de pœnis, interpretatione. & de pœni. diſt. 1. pœnæ. & extra lib. 6. de reg. iur. odia. & extra eod. lib. de fil. presby. c. 1. in fi. Sed quæro, ex delicto quis condemnatur ad pœnam pecuniariã, nũquid huic conſtitutioni locus eſt? Et videtur ꝙ non, quia hic loquitur in contractibus: & ſic ad delicta non extendam, & etiam ratio originis eſt conſideranda. ff. de dona. qui id quod. & initium ſpectandũ. ff. ad Maced. ſi tamen. not. de elect. dudum 1. Dic contra. ff. de pecul. l. 3. §. idem ſcribit. & leuiter reuertor ad pœnam interdicti tollendam propter rationes ſ. eod. in principio tactas. Sed quid ſi omnes & ſinguli conſentirent. Videtur conuẽtio tenere. ff. de reg. iur. l. aliud. §. refertur. & ff. ad municip. l. quod maior. Dic contra, quia infantes ſe ad hoc obligare non poſſent, cum eorũ ætas ignoret quid agat. C. de fal. mon. l. 1.

Idem

habitis, vel habendis iuramentorum [a], pœnarũ ſpiritualium & temporalium ſeu multarũ [b] appoſitione, vel quacũque alia firmitate vallatis: Niſi talis ſuppoſitio interdicti hactenus foret facta, vel in antea fieret de Apoſtolicæ ſedis ſpeciali [c] licẽtia, & expreſſa per ipſius ſedis patentes litteras apparente [d].

¶ Clemens quintus.

*¶ Andronicum Palæologum ſe Imperatorem Græcorum nominantem, & hæreſis ipſorum fautorem, excommunicatum denuntiat: omneſque cum eo ſic manente ſocietatem contrahentes, ipſo facto dicit excommunicatos, & eorum terras eccleſiaſtico ſupponendas interdicto. Suntque priuandi bonis, quæ ab eccleſia tenent, & talis ſocietas ſeu confœderatio nulla eſt. Facit c. ad Apoſtolicæ. de ſent. & re iud. lib. 6.*

CAP. III.

AD certitudinẽ præſentiũ & memoriã futurorum, Andronicum Palæologum, qui Græcorum Imperatorem ſe nominat, tamquam eorundẽ Grecorum antiquorum† ſchiſmaticorum, & in antiquato ſchiſmate conſtitutorũ, & per† hoc hæreticorum, & hæreſis ipſorũ ac ſchiſmatis antiqui fautorẽ, de fratrum noſtrorum conſilio denuntiamus excõmunicationis ſententiam latam à canone incuriſſe, ac ipſius fore ſententiæ vinculo innodatum. Cæterum vniuerſis & ſingulis regibus, principibus, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus & cæteris omnibus cuiuſcũque præeminentię, conditionis, ſtatus, necnon vniuerſitatis ciuitatum, caſtrorum, & aliorum locorum diſtrictius inhibemus, ne cum eodem Andronico Palæologo in huiuſmodi excommunicatione manente, ſocietatem vel confœderationẽ aliquam contrahere ſub quouis ingenio, vel machinatione prçſumant: vel ei aliàs in his, quibus excõmunicatus eſt denuntiatus à nobis, prçſtare conſilium, auxilium, vel fauorem publicum vel occultum. Et ſi ſecus præſumptum fuerit, omnes ſingulares perſonas cõtrarium præſumentes (non obſtante qualibet indulgẽtia ſub quacumque forma verborum, vel expreſſione ipſis ab Apoſtolica ſede conceſſa, vel in poſterum concedenda, quam quo ad hoc viribus volumus omnino carere) ſententiam exommunicationis, quam exnunc in ipſos ferimus, incurrere volumus ipſo facto. Terras ipſorũ & vniuerſitates prædictas, quæ ſecus attentare præſumpſerint, prout expedire videbimus eccleſiaſtico curabimus ſubiicere interdicto. Ad priuationem omniũ bonorum, quæ à quibuſlibet tenẽt eccleſiis, & ad pœnas alias ſpirituales & temporales, prout vtile putabimus, proceſſuri. Et nihilominus ſocietatẽ & confœderationem ipſas (etiã ſi pœnarũ & iuramẽti additione, vel quacũq; fuerint alia firmitate vallatæ) decernimus irritas & inanes. Datum Pictauis, iij. Nonas Iunij, anno ij.

¶ Idem †.

*¶ Excommunicati ſunt, qui literas à Papa ante ſuam coronationem conceſſas impugnant.*

CAP. IIII.

QVia† nõnulli (prout accepimus) contra doctrinam Apoſtoli ſuæ prudentiæ, quin potius imprudẽtiæ innitentes, ac diſceptare ſuper his de quibus eis non expedit, ſatagentes, aſſerere non verentur, quòd ſummus Põtifex ante ſuę coronationis† inſignia ſe nõ debet intromittere de pruiſionibus, reſeruationibus, diſpenſationibus, & aliis gratiis faciendis, nec ſe in litteris epiſcopum ſimpliciter, ſed electum epiſcopum ſcribere: Nec etiam vti bulla, in qua nomen exprimatur ipſius: Nos talium temeritates compeſcere cupientes, ſingulos, qui occaſione huiuſmodi aliquas litteras noſtras ſuper negotiis quibuſcũque confectas†, quæ à nobis ante donationis noſtræ inſignia, emanarũt, auſi fuerint impugnare, excõmunicationis ſententia innodamus. Datũ apud Peſecum Burdegalẽ. diœceſis, anno ij.

F I N I S.

Idem in furioſo. ff. de rei ven. l. quod infans. Itẽ tunc ligarẽtur mortui ne commoda eccleſiæ militantis ad eos venirent, vt s̃. eod. in prin. Sed contra per leg. quæ omnes adſtringit, hoc poteſt fieri. extra de cõſtit. c. fi. ergo & per pactum. ff. de pact. l. non impoſsibile. & per conſuetudinem: ergo & per pactum. C. de fideiuſ. l. fin. Sol. pacta hæc non valent, quibus detrahitur honori Dei, & publicæ vtilitati animarũ, & vbi contra animam hæreſes pullulant, vt s̃. eod. in princ. arg. extra de foro comp. ſi diligenti. & de fer. conqueſtus. ff. de pact. ius publicũ. & male adinuenta, vtpote contra prædicta, tempore nõ firmantur. auth. vt nul. iud. li. ha lo. ſer. §. 1. coll. 9. Item vbi agitur de electionibus, & ſimilibus, quod maior pars facit, omnes facere videntur, vt dicta l. quod maior. Item vbi factum omnium reſpiceret debitũ vel publicam vtilitatem: quia tunc ſufficeret maior pars. extra de iis quæ fiunt à maio. par. cap. c. fi. Sed vbi agitur tãtum de commodo vel incõmodo ſingulorũ, conſenſus omnium eſt requirendus. extra de off. archi. ad hæc. in fi. C. de aucto. præſt. l. fi. ff. de aqua plu. arc. l. in concedendo. extra lib. 6. de reg. iur. quod omnes.

a ¶ *Iuramentorũ.* ] nã ex quo non tenet cõtractus, nec confirmatio contractus valet. ff. de fideiuſ. cũ lex. not. extra lib. 6. de reg. iur. non eſt obligatorium. Arg. contra C. de præd. mino. l. & ſi is. Sol. vt ibi.

b ¶ *Multarũ.* ] de quib⁹ habes. C. de mo. mul. & ff. de verb. ſigni. ſi qua.

c ¶ *Speciali.* ] ſed qualiter ſedes Apoſtolica illicitũ, vt hic, faciet licitum: quæ ait, quod eſt licitum approbantes, & illicitum reprobantes. extra de præb. dilectus 1. Sol. illicitum quandoque ex certis circunſtantiis toleratur, vt dicto tit. de præb. niſi eſſent.

d ¶ *Apparẽte.* ] ſunt & quidẽ alij caſus, in quibus probare oportet per ſcripturã. not. extra lib. 6. de cenſib. Roma. §. poſtquam. Ioa. Mona.

Pactum non valet quod detrahit honori Dei.

Factũ à maiori parte, an videatur factum ab omnibus.

† al. antiquatorum.

† Quia nullum ſchiſma eſt, q̃d non ſibi aliquam hæreſim cõfingat, vt recte ab eccleſia receſſiſſe videatur. ita B. Thomas 2. 2. q. 39. art. 1. adde Turrecrematam in ſũma de Eccleſia, lib. 4. c. 1. & ſeq.

Illicitũ quãdoque toleratur.

† Ioannes ã Selua in tracta. de benefic. par. 1. q. 2. dũ meminit huius extrauagantis, eam tribuit Clemẽti ſexto.

† Prouerb. cap. 3. c. ne innitaris. extra de conſt.

† Vide textum in c. in noĩe Domini. 23. diſt. verſ. electus tñ. & ibi Gemin. & alios. & Ioannem ã Selua tract. de benefic. par. 1. q. 2.

† al. conceſſas.

# INDEX LOCVPLETISSIMVS

## RERVM ET VERBORVM, QVAE IN SEXTO DECRETALIVM, CLEMENTINIS, ET EXTRAVAGANTIBVS HABENTVR.

Primus numerus columnam, ſecundus numeros in medio paginæ poſitos denotant. Verum quando ſolus primus apparet, in principio ipſius columnæ require.

* * *

A


ABBAS plus conſequitur per benedictionem quàm abbatiſſa. Clem, 214.60
Abbas debet eligi ad aliam abbatiam, 168.40
Abbas Cluniaceñ. ſubditos mediatos & immediatos viſitare poteſt, Ext. 307.70
Abbates exēpti vices eporum gerunt. Cle. 173.70
Abbates eccleſias vnire non poſſunt, Cle. 175. 20
Abbates an poſſint benedicere calices patenas veſtes ſacerdotales, cruces, & ſimilia. 627.30
Abbates de iure nō benedicūt ſolenniter. 671. 30
Abbatiſſa ſuſpendere poteſt, licet claues eccleſiæ non habeat. Extr. 249,40
Abbatiſſæ monaſterium egredi non debent. Extrauagan. 309,10
Abbatiſſæ non omnes benedicuntur. Cle. 214,50
Abbatiſſæ benedictionē multa impediunt. 215.10
Abbatiſſa electa contra quam minor pars ſe opponit, an poſſit ante confirmationem adminiſtrare. 185,30
Abbatiæ & prioratus principales monaſterium non dicuntur vacare in curia Romana. 432,50
Abeſſe quis dicatur. 27
Abolere quid eſt. Ext. 330.70
Absēs & pſens pōt quis cōſtitui pcurator. 292.20
Absētes nō omnibus caſibus ſunt vocādi. 270.40
Abſoluere an poſſit eps ſuſpenſos à iure. 124.70
Abſoluere poteſt epiſcopus à qualibet excōmunicatione iuris, ſi nō ſit reſeruata Papæ, 274.70
Abſolutio & relaxatio differunt. 296,70
Abſolutio poteſt dari non petenti. 709.20
